

2 400 40  MADE IN SPAIN

Del Colegio Cathalano R. 5004

DISPUTATIONVM

ROBERTI

BELLARMINI

POLITIANI

SOCIETATIS IESV,

DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE
fidei, aduersus huius temporis Hæreticos.

Tomus primus.

AD S. D. N. SIXTVM P. PONT. MAX.

Cum duplici Indice, altero locorum S. Scripturae in hoc Opere expofitorum, altero rerum & verborum
infignium, eo longè copiofior, qui antea in altera editione constructus fuerat.

*Accesserunt Appendicis loco ad libros de Pont. Max. eiusdem auctoris libri tres de translatione
Romani Imperij, quos ad calcem huius primi Tomi reperies.*



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz,
Santa Catalina.
E. 9.º C. 118 N.º 8.


LVGDVNI,

Apud IOANNEM PILLEHOTTE, sub signo nominis IESV.

M. D. XCVI.

CVM PRIVILEGIO.





BEATISSIMO
 SANCTISSIMOQUE PATRI
 SIXTO V. PON. MAX.
 ROBERTVS BELLARMINVS.

VERE omnino ac sapiēter. Beatissime Pater, scriptum reliquit S. Hieronymus, neminem esse tam impium, quem hæreticus impietate non vincat. Nam cum fides spiritualis totius ædificij, atque omnium cælestium beneficiorum fundamentum & origo sit: qui fidem tollere de Ecclesia moluntur, quod hæretici faciunt, omnia Ecclesia bona simul corrumpere, atque ipsam Ecclesiam funditus evertere moluntur. Quare sanctus Ioannes, & eum sequuti multi veteres Patres, ut uno verbo exprimerent innumerabiles clades, atque horribilem vastitatem, quam & Ecclesia & Republica hæretici adferunt, Antichristi nomine eos appellandos esse censuerunt. Nulla enim inter omnes Ecclesie persecutiones atrocior, nulla grauior futura est ea, quam Antichristus in ipso mundi interitu excitabit. Itaque maiores nostri, etsi in persecutionibus omnibus contra peccata inferorum rem fortiter gererent, cum tamen causa fidei agebatur, ita animis omnes commouebantur, ut non sibi satisfacerent, nisi vniuersas Ecclesie vires colligerent, ac tanquam classico euocati omnes una ad resistendum occurrerent. Alios hostes ut ab Ecclesia sinibus submouerent, nemo custodiam gregis sibi crediti deserbat: hæresim ut propulsarent, relictis gregibus, aliaribus, sedibus, longè positas regiones, non sine magno & sumptu, & periculo adire non dubitabant. Neque verò Episcopi tantum in Conciliis congregati, quasi instructa acie aduersus hæreses depugnabant, sed & ante Episcopos cæteros summi ipsi Pontifices de excelsissima specula, atque arce religionis primi signum dabant, primi fulmina anathematum in aduersarios iaculabantur, & post Episcopos, Imperatores edictis, legibus, mulctis, pie in hæreticos seuebant, una autem omnium ordinum & nationum Doctores, & literis & sermonibus tanquam ad commune restinguendum incendium, accurrebant. Quod si prius illis temporibus vnus aliquis error totum Christianum orbem usque ad eum commouebat, ut aliquando summo Pontifice conuocante, sexcenti & eo amplius Episcopi ex remotissimis prouinciis in vna, ut ita dicam, castra momento temporis conuenirent: quo tãdē animo nos esse oporteret, qui non vno aliquo errore, sed ipsa hæresum colluione appetimur & exercemur: nec de vno, vel altero capite fidei, sed de tota propemodum religionis summa, cum Ecclesie hostibus dimicamus? Et tu quidem SIXTO V. Pont. beatissime, in hoc spirituali pralio operam atque industriam tuam Ecclesie Catholice ita probasti, ut hac maximè de causa in hæc periculosissima tempora à diuina providentia reseruatus, & in summum spiritualis militie ducem lectus fuisset videare. Multarum quidem in te virtutum splendor elucebat, quæ te summo sacerdotio dignissimum ostenderent: integritas morum ex singulari indole tua, & religiosa vita instituto, quod in clarissima D. Francisci familia suscepisti puer, adolescens pie coluisti, illustrasti Doctor insignis, Generalis autem Minister in pristinum decus & candorem reuocare conatus es: Prudentia singularis, qua tibi facem preferente in Quæstoris officio, in supremo religioso ordinis magistratu, in Episcopali functione, in amplissimo & sacrosancto Cardinalium Collegio, inoffenso semper pede cucurristi: Celsitudo animi, robur mentis, constantia summo Principe digna, quam nihil vnquam à recto, nihil à legum seueritate deflexit, quæ etsi nunc cum summa potestate coniuncta in improborum comprimenda audacia cernitur maximè, non tam Pontificatus peperit, sed ostendit.

Lib. 7.
in IIa.

I. Ioan.
2. & 4.

Cypri.
lib. 4.
epit. 7.
Hilar.
contra
Auxen.
Augu.
lib. 2.
contra
aduers.
leg. &
proph.
c. 2.


Hæc & alia id genus multa gradum tibi ad summam dignitatem opinione omnium faciebant: sed inter tot clarissimas virtutes illa te, præter cæteras, Deo Ecclesiæ suæ prospiciente, ad fastigium istud euexit, quæ est hoc tempore Summo Sacerdoti præcipuè necessaria, ardor videlicet ac studium Hæreticæ pestis ab Ecclesiâ auertendæ: quod quidem iam dudum in te spiritus Domini & sacrarum literarum scientia excitauit, acuit deinde Quæstoris munus fortiter administratum, incenderunt tandem Pij V. Pontificis verè pij exempla, qui te ut sacrilegus impiorum hominum sceleris infestissimum, simul inter illustrissimos Romanæ Ecclesiæ Patres ac principes cooptauit, & Ecclesiæ vniuersæ ad hæreses horum temporum profligandas Ducem præstantissimum præparauit, cuius quidem sapientissimi, sanctissimi que viri iudicium continuo Pontificatus tui primordia comprobarunt. Sub ipsum enim tui Apostolatus initium, eum actionum tuarum cursum instituisti, faciliè ut omnes intelligant, quid in omne reliquum tempus à tua ista magnitudine animi sperandum Catholicis, quid hæreticis pertimescendum.

Ego verò, ut ad me ipse nunc veniam, qualiscunque Ecclesiæ Catholice filius, piæ matri tam grauius laboranti, accedente præsertim Superiorum meorum imperio, opem, quam potui, tuli. Et cum annos iam quindecim in Controuersis fidei explicandis posuerim, partim Louanij in florentissima totius Germaniæ Academia, partim Romæ, ad eos iuuenes instituendos, quos è Transalpinis regionibus Apostolica benignitas euocarat: ut ea quæ docendo differueram, aliquando typis mandarem, atque in lucem ederem, eorundem me Superiorum meorum compulsi auctoritas. Quæ porro disputationes, in cuius potissimum nomine apparere deberent, non fuit mihi magnopere cogitandum, siue enim in libros, qui hoc volumine continentur, siue in rationes dedicandi huiusmodi laboris, mentem animumque conuerterem, sola occurrebat Sanctitas Tua, quæ omnibus aliis summo iure anteposenda videretur, ut non quaerendus fuerit qui legeretur, sed legendus qui emereret. Libri qui offerendi erant, quod fidei Controuersias ex verâ Theologiæ principiis explicent, nulli sanè iustius debebantur, quam tibi, qui & summus Theologus es, & vnus Controuersiarum omnium Iudex, ab ipso Deo singulari prouidentia constitutus.

Quod si in operum nuncupatione eius potissimum ratio haberi solet, qui possit, & velit oblatum sibi munus, vel patrocinio defendere, vel splendore nominis illustrare, nullius certè ratio mihi potius habenda fuit, quam tui, qui & ea es potestate, qua proximè accedis ad Deum, eaq; benignitate, qua (ut communis omnium parens) concedis hominibus nemini, & à quo patrocinium ac tutelam opus hoc nostrum iure suo postulare videbatur, quod enim hoc seculo inter tam multas hæreses, quibus Catholica oppugnatur fides, nulla sit longius latiusque diffusa atque propagata, nulla grauior, nulla infestior ea, quæ summum istum Pontificatum labefactare contendit: ut non iam alio nomine Catholici ab hæreticis, quam Papistæ uocentur: quasi sola sit inter nos & illos de Papatu contentio: ea causa fuit, cur in nostro opere nulla disputatio esset diligentius copiosiusque tractanda, nulla maior, nulla instructior ea, qua summi Pontificatus institutio & auctoritas asseritur atque defenditur. Quare non immerito patrocinium Apostolicæ sedis libri illi vicissim flagitare videntur, qui in eiusdem sedis auctoritate tuenda, atque ab hæreticorum moribus & calumniis vindicanda potissimum consumuntur. Postremò si librorum dedicationes testimonia esse solent animi grati, ac memoris acceptorum à magno aliquo Principe beneficiorum, non poterat ullo modo Societatis I. E. S. V. alumnus quæquã tuæ Beatitudinis in hoc officij genere anteferre, quidquid enim à nobis prodit, id suo sibi iure deposcit amplissima sedis Apostolicæ in vniuersam ordinis mei Societatem beneficentia, quam tu, Parens optime Sixte, facis indies cumulationem. Vixdum enim in isto Pontificatu, Sodalitas nostra à te non humanissimis modò accepta verbis, ac bene sperare iussa: sed paulò post ubi se primum obtulit occasio, ea beneficia consequuta est, ut & re in præsens accepta gaudeat, & spem etiam præcipere possit rerum ampliorum in futurum.

Accipe igitur, Beatissime Pater, munusculum tibi multis nominibus debitum, ac de nostra Sodalitate, exigua illa quidem, sed tibi addictissima, deq; vniuersa Christiana Republica, ut hæctenus fecisti, bene mereri perge, nostræ videlicet partes erunt, assidue Deum precari, ut Sanctitatem tuam vniuerso orbi Christiano conseruet incolumem, tuumque istum Pontificatum maximè diuturnum, & quod nomini tuo respondeat, consiliorum, ac rerum tuarum cursum iubeat esse felicem.

AD LE



AD LECTOREM P R A E F A T I O.



RES omnino, Christiane Lector, me causæ impulerunt, ut has qualescunque Disputationes meas in lucem prodire sinerem. Illa prima me ratio mouit, quod non solum non obesse, sed etiam prodesse censeam Ecclesiasticæ causæ, si plurimi hoc tempore scribant. Sancti Augustini, sententia est & nota multis, & digna quæ ab omnibus cognoscatur, optandum esse, vbi hæreses vigent, ut quicumque aliqua scribendi facultate præditi sunt, ij scribant omnes, & si non modò de rebus iisdem scripturi sint, sed eadem etiam aliis verbis fortasse scripturi. Expedi enim ut hæretici intelligant, in castris Catholicorum non vnum aut alterum esse, sed multos, qui cum eis aduersa fronte congredi audeant. Illud præterea ex multorum scriptione commodum accedit, quod breuius & facilius libri ipsi Catholici ad manus omnium deferuntur, & cum alij in alios incidant, omnes tamen armis iisdem in communi periculo instruuntur. Quam sententiã hominis prudentissimi atque doctissimi, & veterum Patrum exempla, & experimenta quotidiana confirmant. Ariana hæresis quondam grassante scripserunt accuratè & copiosè tum Græci, tum Latini propemodum infiniti, Athanasius, Basilius, Epiphanius, Didymus, vterque Gregorius, vterque Cyrillus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Gregorius Bericus, Idacius Clarus, Phægadius, Fulgentius, & alij. Ita verò conueniunt inter se, & quasi conspirant, siue testimonia Scripturæ pro Catholica fide adducant, siue ad hæreticorum argumenta respondeant, ut eadem omnes repetere atque inculcare, & omnes etiam ab vno aliquo accepisse videantur. Neque id illis vitio verti solet, aut potest. Nam quod multi scriberent, causa erat ardor fidei, & zelus religionis, quem in eorum pectoribus Spiritus sanctus accenderat: quod eadem scriberent, inde fiebat, quod antidotum veneni eiusdem ex eodem fonte eodem spiritu hauserant, & ex iisdem præditiis aduersus hostes eosdem, de possessione eadem, eodem auctore ac duce Deo pugnabant.

Quod si veteres illi tanto ardore tum ipsi scribebant, tum alios ad scribendum prouocabant, cum vna vel altera hæresi orbis terræ laboraret, & inter hæreticos non admodum multi scriberent: & nondum ars typographica excogitata esset, quæ ex vno volumine librorum examina penè momento extrudit, quid hoc nostro sæculo fieri par est, quo & innumerabiles hæreses Ecclesiam vndique lacerant, & rari sunt apud aduersarios, qui non aliquid scribant, quorum libri non iam, ut cancer, serpunt, sed velut agmina locustarum volitant: & denique certum est atque exploratum, non modò multis hominibus hæretica scripta quotidie pestem adferre, sed totis aliquando prouinciis perniciem attulisse. Hæc igitur causa fuit, cur has disputationes typis mandari paterer: alioqui enim ab ea re non mediocriter abhorrebam. Sed altera me ratio vehementius incitauit.

Ediderunt hac ætate præclara volumina, omnium ordinum & nationum scriptores, & communis fidei causam aduersus communes hostes conspirantibus animis egregiè propugnarunt. Et quoniam alius aliud argumentum explicandum suscepit, atque in eo quàm accuratissimè pertractando totis viribus laborauit, extant hodie de singulis fermè controuersiarum capitibus variorum auctorum plurimæ & quæ doctissimæ, & (quod necesse erat) longissimæ disputationes. Sed non multi tanta librorum copia, tantòque ocio abundant, ut ex tam variis & prolixis disputationibus controuersias omnes breui tempore cognoscere, & ea præsidia atque arma faciliè sibi comparare possint, quibus ad omnes partes fidei pro virili tuendas egerint, qui apud Germanos, Gallos, Britannos, Polonos, Bohemos, Pannonos, Illyricos, Heluetios, aliâque nationes hæresi laborantes, pastorum ac doctorum munere fungi debent. Quapropter post insignium virorum doctissimos labores, id etiam desiderari videbatur, ut controuersias omnes in vnum quasi corpus redigerentur, certaque ratione & via ita proponerentur & explicarentur, ut paruo tempore, facili sumptu, nec magno labore, ex vno armamentario, qui vellent arma peterent, quibus vtcunque saltè instructi, sine magno suo periculo aduersus hostes in acie starent. Quod quidem ego non mea sanè sponte, sed superiorum meorum iussu efficere conatus sum: an perfecerim, aliorum erit iudicium. Cæterum, quia genus ipsum scripturæ vtilissimum videbatur, disputationes hæc in lucem dedimus, ut iis vtantur qui volent, donec aliquid plenius & elaboratius ab alio aliquo, qui magis abundet & ocio & ingenio, in eodem genere prodeat.

i. Trin.
e. 3. Cō-
tra mē-
dantiū,
cap. 6.

Tertia restat causa, quae me non incitavit modò, sed planè etiam, ut inìtìò dicebam, impulit, & coëgit, ut hosce labores posteritati mandarem. Cùm beatæ memoriæ Gregorius XIII. Pontifex Maximus Germanicæ atque Anglicæ nationis adiuuandæ studio, Germanorum Anglorumque adolescentium amplissima duo Collegia in vrbe Roma, id est, in ipsa arce religionis, instituisset: ea mihi prouincia demandata est, ut eorum Collegiorum alumnis controuersias fidei, quàm diligentissimè & planissimè fieri poterat, nostro in Gymnasio explicarem, & quasi novos Ecclesiæ milites, in suis ipsorum prouinciis cum inferiorum copiis congressuros, pro mea tenuitate armarem. Ea igitur oblata occasione rem aggressus, eam disputandi rationem inìui, ut controuersias fidei omnes complecterer, ac partim eas in sua membra tribuerem, partim cum aliis iungerem & copularem, ut alia aliam sereret, & alia penderet & nasceretur ex alia, & ex omnibus vnum doctrinæ corpus integrum & perfectum, suisque numeris absolutum existeret. Quæ nostræ disputationes ab auditoribus primùm in Gymnasio inter docendum exceptæ, deinde à multis iterum atque iterum non sine magno vel labore, vel sumptu descriptæ, atque ad varia loca delatæ, tanta contentione ad prælum cœptæ sunt postulari, ut etiam aliqui minarentur se typis eas, nobis inuitis ac repugnantibus, mandatueros. Quare coactus sum, opus adhuc rude & impositum (neque enim quotidiano docendi munere impeditus, extremam illi manum imponere potui) ipse emittere, ne magno meo cum dolore disputationes in scholis exceptas, laceras videlicet ac mutilas, & mendis vndique refertas, typis excusas cernerem.

Tu velim, optime Lector, si quid erit in his commentariis, quod ad Dei gloriam, & Ecclesiæ Catholicæ utilitatem tibi vsui esse possit, eo vtare, & vni bonorum auctori Deo, non mihi, gratias agas: si quid verò inter legendum occurrerit, quòd sæpe fiet, aut nimis breue, aut parum æquabile, aut minùs propriè & eleganter dictum, illud memineris, non eo animo hæc inìtìò scripta fuisse, ut ederentur, sed ut memoriam meam inter docendum iuarent, nec quomodo quidque dicatur, sed quid dicatur, attendas.



Opus hoc R. P. ROBERTI BELLARMINI, Societatis IESV, quoniam omnes Christianæ fidei controuersias aduersus huius temporis hereticos, ita copiosè, orthodoxè, eruditè ac solidè explicat, ut non immeritò integerrimum, pulcherrimum, absolutissimùmque controuersiarum omnium Corpus appellari queat, dignum profectò cum primis est, quod ad plurimorum utilitatem multò maximam typis procedatur.

Ita sentio ego ALBERTVS HUNGERVS
S. Theologiæ D. Professor, & Procancellarius
in Alma Academia Ingolstadtensi.

DISPUTATIONVM
DE
CONTROVERSIIS
CHRISTIANAE FIDEI,
ADVERSUS NOSTRI
TEMPORIS HERETICOS.

Tomus primus.

CONTROVERSIAM PRIMAM,
DE VERBO DEI SCRIPTO
ET NON SCRIPTO.

QUATVOR LIBRIS
EXPLICATA.

R O B E R T I B E L L A R M I N I

P O L I T I A N I , S O C I E T A T I S I E S V .

I N D I S P U T A T I O N E S D E C O N -

t r o u e r s i u s C h r i s t i a n a e f i d e i , a d u e r s u s h u i u s
t e m p o r i s h a e r e t i c o s .

H A B I T A I N G Y M N A S I O R O M A N O ,

A N N O C I O . I O . L X X V I .



A G G R E D I O R de Controversiis fidei aduersus omnes huius temporis haereticos disputare, & quaestiones plurimas, ac diuersissimas, in unum quasi locum cogere, & itaquam unius corporis membra, pro viribus, quas Deus à caelo suppeditare dignabitur, singula quaeque complecti. Arduum sane opus, & certe, mea quidem sententia, eiusmodi, ut si non leuiter & perfunctorie, sed accurate, ac ut rei dignitas, & difficultas exigit, tractandum sit: scientiam propè infinitam, non modò variarum disciplinarum, & linguarum, sed etiam totius antiquitatis, omnium historiarum & temporum requirat. Quae omnia cum ipse sententiam in me, quam sint exigua, & tamen onus mihi impositum sustinere, ac perferre necesse sit: enitar saltem ingenij tarditatem, labore, ac diligentia compensare, atque id efficere, ut quando cetera omnia doctrinae praesidia, atque adiumenta nobis desint, studium certè & industria minime desideretur.

S E D antequam de propositis quaestionibus disputare incipiam, pauca quaedam dicenda mihi esse videntur de utilitate eiusmodi disputationum, deinde exponendum breuiter, quae sint, & quot huius temporis controversiae.

A C utilitas quidem propositarum nobis disputationum ex eo intelligi facile potest, quod meliorè, ac magis necessariam totius Theologiae partem comprehendunt. Agendum est enim non de stillicidiis, & fundis, non de rebus leuibus, quae parum refert, utrum sic, an aliter se habeant: non de Metaphysicis subtilitatibus, quae sine periculo ignorari, & interdum etiam cum laude oppugnari possunt: sed de Deo, de Christo, de Ecclesia, de Sacramentis, de Iustificatione, de auxilio gratiae, de arbitrij libertate, deque aliis permultis grauissimis, & difficilissimis quaestionibus, quae ad ipsa fidei pertinent fundamenta: quorum si vel unum quis labefactare disputando velit, ut sanctus Augustinus libro primo contra Iulianum, capite secundo sapienter monuit, totum quod in Christum credimus, is auferat necesse est. Deinde haereticos homines, ad lumen fidei renouare, vel saltem impetum eorum, & furorem frangere, ab oculi Dominico feras illas arcere, Ecclesiam Christi protegere, & iam captas ouiculas, de faucibus luporum eruerè, & in caulis Domini restituere, quanta quæso, utilitas est, quam vera causa latitè, quam copiosa gloriae seges? At nihil horum unquam efficiet, qui non prius in his quaestionibus diu & multum versatus, cum ipse se armis Ecclesiae diligenter instruxerit, tum hostium tela repellere, atque in ipsos hostes retorquere didicerit.

A C ne fortè aliquibus minus nostra probetur ratio, quod pestem haereseos esse indicet leuiorè, quam re vera sit, cum eam ex communibus vitiis, & peccatis fortè metiantur, quae quotidie per Sacramentum penitentiae, purgari sanarique animaduertunt: dicam de gravitate haereseos non omnia, quae dici possent, nec etiam plurima, ne immensam orationem suscipiam, sed pauca tantum, quae cum necessaria esse, tum etiam sufficere hoc loco posse videntur.

O M I T T A M enim quod S. Iohannes Chrysostomus homilia ad populum Antiochenum 50. & S. Augustinus cap. 25. lib. 21. de ciuitate Dei, haereticum hominem longè peiorem Ethnicis & Publicanis faciunt: non commemorabo, quod ut procella ventorum maria commouere, & perturbare solent: sic haeresis, quam regionem inuasit, mox in ea tumultus, praelia, seditiones excitat: tacebo, quod maiores nostri, cum in aliis persecutionibus, tranquillo animo hostem expectarent, tamen bello fidei ingruente, ita animis omnes commonebantur, ut non sibi satisfacere, nisi uniuersas Ecclesiae vires colligerent, & tanquam communi classico euocati, omnes unà ad resistendum occurrerent. Alia vitia ut depellerent, nemo de sua statione discedebat: haeresim ut propulsarent, domos ac prouincias suas deserere, & ignotas ac longè positas regiones, cum maximo rerum & vite discrimine adire non dubitabant. Alia propè infinita libenter patiar sileri, quae me tamen alioqui non mediocriter iuuarent. Hoc unum dicam, haereseos peruersitatem tantò esse grauiorem ceteris omnibus sceleribus, atque flagitiis, quanto communibus morbis magis est formidolosa & metuenda pestis.

D V O sunt, quae pestem praeter ceteris morbis meritò horrendam terribilemque efficiunt. Primum, quod summa velocitate venenum suum ad cor usque diffundit, & hominem paulò antè sanum penè in momento temporis extinguit. Alterum, quod cum unum interficit, centum alios inficit, & longè latèque tam celeriter serpit, ut si hodie domum unam inuasit, breui ciuitatem totam cadaueribus repleat.

I D ipsum omnino est in animis haeresis, quod in corporibus pestis. Primum gratiae munus, quod à Patre caelesti in conuersione ac iustificatione recipimus, primum cordis reuiuiscens motus, primum vitae spiritalis sensus, absque

ulla controuersia & dubitatione, fides est, inde paulatim postea ad sperandum animus excitatur, ad amandum uoluntas accenditur, lingua soluitur ad confessionem, manus expediuntur ad opera. Cum igitur haeresis cor ipsum anima continuè petat, & in eripiendis muneribus gratia ad primum usque deueniat, & initium illud uite diuina atque caelestis extinguat: quales haeresi perniciosior ac pestilentior cogitari potest?

P R I M U M aedificij spiritualis fundamentum, omnium confessione, ac sententia, fides est. Inde enim spei parietes paulatim consurgunt, tectum charitatis extenditur, ac demum varia multipliciæque operum bonorum ornamenta accedunt. **D O M U S** Dei, inquit S. Augustinus serm. 22. de uerbis Apostoli, credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur. quando igitur in huius aedificij concussione & motu, non in tecto, non in parietibus sistitur, sed usque ad ultima fundamenta effodienda ac euertenda, quod facit haeresis, peruenitur: quanta, quæso, est illa ruina? quanta iactura? quid tunc remanet spei, quando nulla pars aedificij reliqua est, sed totum simul uno impetu funditus corruit? Primus lucis diuina radius, quem in cordibus nostris ille accendit, qui nos de tenebris uocauit in admirabile lumen suum, quid aliud est quam fides? inde enim quasi ab aurora incipiens lumen iustorum procedit, & crescit, ut sapiens ait, usque ad perfectam diem.

C U M igitur haeresis menti humana subito diem eripiat, & ne illum quidem primum aurora fulgorem accessum relinquat, quid haeresi horribilius, miserius, sumestius? Dicā haec ipsa planius. Si Catholicus quispiam labitur in peccatum: si furtum, si adulterium, si homicidium forte committit: miserè certe cum illo agitur. At nihilominus quoniam adhuc aliquis uite sensus, adhuc aedificij fundamentum, adhuc lumen aurora, id est, fides in ipso est, multa & magna praesidia ad salutem aeternam habet, non ambulat in tenebris, nouit medicum suum, potest adhuc ex fide, quam habet, ad Deum clamare, super fundamentum aedificare, communem liberatorem appellare, clementiam eius, & misericordiam implorare: neque deest illi maternus Ecclesiae sinus, & patent quoque officina omnes spiritualium phar-macorum. At homo haereticus nihil horum habet, sed extincto in corde ipsius lumine fidei umbras inanes & phantasmata consecratur, nec cit quò uadat, & quò magis currit, eò longius à via recedit, & tenebris densioribus semper inuoluitur, donec à tenebris interioribus, quas in animo patitur, ad exteriores illas, quae sunt in gehenna, perueniat. Neque uero haec amplificatio est, sed extenuatio potius.

A N tibi tenebrae densissima, atque palpabiles non uidentur iis esse offusa, qui cum sapientissimi omnium hominum uideri uelint, tamen ea dicunt interdum, ea proferunt in medium, ea pro Euangelio uenditant, quae somnia, ac deliramenta esse, ueri quoque, atque anus etiam decrepitae intelligerent? quid magis impium, ac stultum fingi potest, quam Deum, qui fons est bonitatis & iustitiae, auctorem omnium scelerum, & flagitiorum facere? At hoc facit Petrus Martyr in commentario libri secundae Regum, necnon Ioannes Caluinus in lib. instit. l. cap. 18. S. 4.

Q U I D magis puerile, & ineptum, quam dicere Deum in lapide, uerè & propriè esse lapidem, in ferro ferrum, in trunco truncum, in stipite stipitem, in rebus omnibus res omnes: at hoc docet Michaël Sernetus in epistola sexta ad Caluinum. Quid magis absurdum, & contra omnem non solum rationem, sed etiam sensum, quam palam asserere, infantes dum baptizantur, exemplo S. Ioannis Baptista diuinas quasdam motiones internis sensibus percipere, promissiones Euangelicas audire, & promittenti Deo fidem habere? At hoc palam asserit Martinus Lutherus in commentario tertij capitis epistola ad Galatas, & qui cum secuti sunt Centuriatores, Centuria 2. cap. 4. nec saltem reuerentur S. Augustinum, qui in epistola ad Dardanum, quæ est 2. scriptum reliquit: Si propter unum Ioannem credibile est infantes omnes ante aetatem consilio, & ratione uti: & propter asinam Balaam, quæ sapienter aliquando loquuta est, admonendos esse homines, in deliberationibus suis asinina expectare consilia.

D E iudice quis non obstupescat potuisse homines reperiri, qui sibi persuaderent, nihil aliud ad iustificationem impiorum requiri, quam ut certo sciant se esse iustos, sibi remissa esse peccata: ut iam non opinio à ueritate rei, sed è contrario, rei ueritas ab opinione dependeat: & tamen hoc ipsum incredibile paradoxum, est articulus quartus illius celeberrimae Augustinae Confessionis, quæ pro Euangelio est maxima parti nostri temporis haereticorum.

Q U I D iam de Ioanne Wiclefo dicemus, cuius hic est articulus sextus, in Concilio Constantiensis damnatus sess. 8. Deus debet obedire Diabolo? quid de Ioanne Caluino, qui in lib. institutionis 2. cap. 10. tam seridè, & ex proposito docet, Dominum nostrum Iesum Christum, quod certè pia aures audire recusant, cruciatus gehenna cum damnatis ac reprobis spiritibus aliquando pertulisse? unde etiam extiterunt postea qui dicerent, Christum in cruce desperasse, atque adeo ad inferos esse damnatum. Quam tæta, putas, caligine tenebatur animus ille, qui tantam impietatem cogitare potuit?

S E D quo in loco ponemus Martini Lutheri uerba illa, quæ in libro de Conciliis scripta reliquit? Mihi paulò antè negotium fuit cum Nestorianis, qui pertinacissimè contra me disputabant, quòd diuinitas Christi non possit pati.

E N tibi, Christiane Lector, quibus non tam erroribus laborant, quam furoribus agitantur, quibus tenebris inuoluntur, in qua precipitia ruunt, qui semel circa fidem naufragij fecerunt. Nec tamen attingere uolui mysteria longè absurda Anabaptistarum, & Libertinorum. En quanto miraculo diuisit Deus Israellem ab Aegypto! Pbi Israelia est, Catholica Christi Ecclesia est, tibi lux est, ut omnes omnino à maximo usque ad minimum uiam iustitiae, & ueritatis agnoscant: ubi uero Aegyptij, id est, haeretici sunt, tibi tenebrae sunt horrendae, atque palpabiles, ut etiam in ipsis humanos sensus frequenter incurant.

A T Q U E utinam soli sibi noceret haereticus, & non continuè uenenum suum longè, latèque diffunderet: sed uerissimè scriptum ab Apostolo esse, haereticorum uerba, ut cancrum serpere, testis est locupletissimus, nostra haec aetas. Quis enim ignorat pestem Lutheranam in Saxonia paulò antè exortam, mox Germaniam penè totam occupasse: inde ad Aquilonem, & Orientem profectam, Daniam, Noruegiam, Suetiam, Gothiam, Pannoniam, Hungariam

assum

assumpisse: tum ad Occidentem, & meridiem pari celeritate delatam, & Galliam, Angliam, Scotiam florentissimam quondam regna breuè tempore populatam, ad extremum, Alpes transcendisse, & in Italiam usque penetrasse?

Q U A E cum ita sint, ut ij, qui peste laborant, ne ceteros inficiant ab aliorum consortio merito excludantur, & neque domos illorum ingredi, neque aliquid, quod ipsorum fuerit, contingere audeamus: sic etiam haereticorum libros, congressus, colloquia, conuiuia, iam inde à primo Ecclesiae ortu sapientissimo consilio, fidelibus omnibus maiorum nostrorum auctoritas interdixit. Nulla (inquit S. Cyprianus, in epistola 3. lib. 1.) cum talibus commercia copulentur, nulla conuiuia, uel colloquia misceantur: similesque ab eis tam separati, quam sunt illi de Ecclesia profugi. Et S. Leo sermone de passione Domini 18. Vipereat inquit, haereticorum uitate colloquia, nihil uobis commune sit cum eis qui Catholice aduersantes fidei, solo sunt nomine Christiani. Beatus quoque Athanasius in uita magni Antonij, Sic, inquit, haereticos detestabatur Antonius, ut omnibus diceret, nec iuxta eos quidem esse accedendum. Quid, quod Apostolus Paulus tam sepe, & tam seridè, de haereticis loquens, illud inculcat: Et hos deuita? Et S. Ioannes Apostolus & Euangelista, ut cap. 3. lib. 3. contra Valentinum auctor est Irenaeus, cum balneo aliquando esset ingressus, mox, ut Cherinthum haereticum intus esse cognouit, de balneo exiit non lotus: nimirum, exemplo suo posteros omnes admonere uolens, haesim morbum esse contagiosum, totisque uiribus, & summa animi provisione cauendum.

I NTELLEXIT hoc sanè quondam, Ariana peste grassante, Ecclesia Samosatensis, nam ut est apud Theodoretum lib. 4. hist. cap. 14. cum esset in ea ciuitate populus Catholicus, & Episcopus haereticus, conacionabatur Episcopus in Ecclesia, sed scammis & parietibus, omnes enim eum ut peste laborantem fugiebant: ibat Episcopus ad balneo, & alios, qui fortè aderant, ut secum lauaret: comiter inuitabat: at nemo unquam ipso praesente locum introuit: nemo etiam postea, nisi prius aqua omni eiecta, & noua rursus adducta, lauaret: ludabant aliquando pueri in foro, contingit uero, ut lusoria pila pedem contingeret iumentum, quo Episcopus uehebatur, continuo exclamant omnes, & magno in ipso foro accenso igne, in eum pilam coniciunt.

T A L I S erat ueterum Christianorum zelus, talis pro pietate contentio, talis fidei Catholicae ardor, quem si Germania, si Boemia, si Anglia, si Gallia, si populi ceteri imitari uoluissent aliam profectò Republicam haberemus: si ad haesim ascendam ea saltem diligentia initio adhibita fuisset, quam ad pestem excludendam ubique adhiberi uidemus: multa certè Ecclesiae membra quorum iam prope est desperata salus, adhuc integra & incorrupta manerent. Sed quando peccatis nostris exigentibus, pestis haereseos iam uehementer creuit, & crescit indies, & res nostra in tam magnum, atque apertum discrimen adducta sunt, ut non nisi longo tempore, & multis multorum laboribus & sudoribus, tantis malis remedium adferri possit: hoc unum superest, ut Ecclesiae filij, atque ij praesertim, qui ad alios iuuandos à Domino uocati sunt, ad resistendum haereticis diligenter se parent. Quod ita fiet, si in iis cognoscendis, quae tum illi contra Ecclesiam adferunt, tum pro Ecclesia nostri respondent, satis magnam curam operamque ponant: quorum studiis hos nostros qualescumque labores, aliquid etiam prodesse uehementer optamus, & profuturos Domino adiuuante confidimus. Atque haec sunt quae de utilitate nostrarum disputationum dicenda esse putauimus.

N U N C paucis exponam, quae sint, & quot ea controuersiae, quae explicaturi sumus. Humani generis hostis, etsi totus alioqui peruersus & ordinis perturbator esse soleat, tamen non sine quodam ordine Catholicae Ecclesiae ueritatem oppugnare uoluit. Itaque primis CC. annis ab Ecclesia Christiana exortus, totus fuit in ipso primo articulo Apostolici Symboli labefactando occupatus. Quid enim uolebant Simoniani, Menandriani, Basilidiani, Valentinistae, Marcionistae, Manichaei, & uniuersa schola Gnosticorum, quam non esse unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem caeli & terra? Pbi uero id non successit, rursus tempore consequente post annum Domini CC. noua castra Diabolus instruxit, & articulum secundum, quo Christi Domini nostri diuinitas explicatur, exagitare aggressus est. Inde enim Praxeas, Noëtus ac Sabellius, necnon Paulus Samosatensis.

P O S T annum uero CCC. Photinus, Arius, & Eunomius exstiterunt: qui uel Christi diuinam personam à Patris persona non distinguebant, atque eam prouide, ut Hilarius loquitur, perimebant, uel diuinam eius naturam diuersam atque alienam à patris natura faciebant, & ea ratione non uere diuinam, sed creatam esse disputabant. At cum ne tunc quidem aduersus Ecclesiam porte inferi praeualere potuissent, tertio Diabolus nouo delectu habito, articulum tertium & simul quartum, quintum, sextum, & septimum, quoniam inter se connexionem quandam, & quasi cognationem habent, maiori coram & uiribus oppugnare instituit.

I T A Q U E Nestorium excitauit ac Theodorum Mopsuestenum, post annum CCCC. Deinde paulò post, Eutychem, & Dioscorum: circa uero annum quingentesimum, Petrum Gnapheum, Seuerum Antiochenum, Iulium Halicarnassensem: post annum autem DC. & DCC. Iacobum Syrum, Cirum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, ac Paulum Constantinopolitanos: denique omnem illam innumerabilem Eutychetis in minutissimas, sectas uariè conculsam ac dissectam posteritatem, cuius adhuc hodie germina quaedam in Oriente reperiantur.

I S T I siquidem omnes diuersis diuersis inter se contrariis artibus & machinis, sed tamen unum & idem diuinæ incarnationis mysterium, necnon passionis, resurrectionis, atque aduentus ad iudicium, id est, quinque sequentes Symboli Apostolici partes destruere atque euertere studuerunt. Priores enim, duas in Christo personas constituentes, diuinam unam, humanam alteram, & Christum Deum ab homine Christo separantes, solum hominem, non etiam Deum esse uolebant eum, qui conceptus de Spiritu sancto, natus de Maria Virgine, passus, mortuus, & sepultus, ac deinde rediit in caelum ascendisse, & rursus ad iudicandum orbem reparatum reuersurus, ab Ecclesia Catholica predicatur. Posteriores autem, naturas ipsas, diuinam & humanam in Christo permissas

tes, &

tes, & unam constantes ex duabus, mysteria salutis nostrae, incarnationem, passionem, resurrectionem, ascensionem, aduentum ad iudicium, ficta & simulata esse docebant.

SED posteaquam de his etiam copias Ecclesia Catholica more solito triumphavit, non propterea deterritus Diabolus est, sed rursus exercitum reparavit, & articulum sequentem, id est, octavum, qui est de Spiritu sancto, magno impetu labefactare adorsus est. Nam circa annum Domini DCCC. LX. temporibus Nicolai primi Romani Pontificis exortum est, ut ego quidem arbitror, quamvis alij aliter sentiant, schisma Graecorum ab Apostolica sede & Ecclesia Occidentis, cuius quidem schismatis fundamentum est error ille Graecorum in tot Conciliis consutatus, quo Spiritum sanctum à filio non procedere, pertinacissime contendunt. Tamej enim multo ante Macedonius Spiritum sanctum Deum esse, & Theodoretus eundem Spiritum sanctum à filio procedere negavit: adeo tamen eo tempore in ipsa Christi vera Divinitate atque humanitate oppugnanda Satanæ occupabatur, ut articulum fidei, qui ad Spiritum sanctum pertinet, ac potissimum eam partem, quæ de processione est à Patre & Filio, non nisi leuiter tentasse videatur.

VERVM enim verò, cum versutissimus hostis noster animaduerneret, parum se in articulis illis conuclendis proficere, qui ad ipsas diuinas personas pertinerent, totum se ad eos commonendos & destruendos conuertit, qui ad Ecclesiam & Sacramenta pertinent. Hos duos articulos, Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem: Remissionem peccatorum, ab anno millesimo usque ad hanc diem, sepius mutatis, auctis, renouatis, exercitiis, per Berengarianos, Petrobrusianos, Valdenses, Albigenes, Piclesitas, Hussitas, Lutheranos, Zuinglianos, Confessionistas, & Anabaptistas, omni arte atque industria, & omnibus totius inferni viribus euertere conatus est, & adhuc hodie conatur.

ILLVD autè mirabile & animaduersione dignum mihi videri solet, quod Berengarius tanquam auctor & parens hereticorum huius temporis, tribus suis erroribus fundamenta iecerit trium precipuarum sectarum, ad quas hoc tempore cetera omnes reuocari possunt. Sacramentariorum videlicet, Confessionistarum, Anabaptistarum. Primus enim Berengarij error fuit, non esse in Eucharistia verum Christi corpus, sed tantum ea significari. Hunc errorem tanquam suam & propriam Sacramentarij receperunt. Alter eiusdem fuit error, quem post secundam palinodiam excogitauit, esse quidem in Eucharistia verum Christi corpus, sed unà cum substantia panis: atque hunc fecit Confessio Augustana, & in eo Confessionista omnes perscuerant. Tertius eiusdem Berengarij error fuit, paruulos non esse baptizandos, nec Matrimonia colenda, cum omnes scemina omnibus masculis sint communes, ut Guilmundus libro primo contra Berengarium auctor est: ista verò ipsissima est Anabaptistarum fides & doctrina.

CVM igitur haereses huius temporis proprie circa hos duos articulos Symboli Apostolici nonum & decimum ferè omnes versentur, nos etiam controuersias omnes ad eosdem duos articulos referemus. Initio igitur de sancta Ecclesia differemus: in qua disputatione agendum erit primum de ipso Christo, qui caput est & princeps Ecclesiae diuersa: deinde de ea parte Ecclesiae quæ laborat in terris, necnon de capite eius visibili summo Pontifice, deque omnibus eius membris, id est, Clericis, Monachis, Laicis: tum de altera parte Ecclesiae, quæ in locis purgatorij expiatur: postremò de illa, quæ tam cum Christo beata in caelis triumphat. ubi de cultu & inuocatione Sanctorum, de reliquijs, & imaginibus, alijsque similibus rebus disputabitur. Quibus expeditis, ad sanctorum communionem, id est, ad Sacramentorum tractationem accedemus, ubi tot erunt capita controuersiarum, quot sunt Sacramenta. Nam quicquid ferè Theologi de Sacramentis affirmant, id totum heretici huius temporis negant. Sequitur postremò remissio peccatorum, ad quam illa quæstiones omnes pertinebunt, quæ sunt de gratia primi hominis, de gratiæ amissione, de vulneribus ex peccato relictijs, de gratiæ reparatione, de libero arbitrio, de iustificatione, de meritis operum bonorum.

PORRO his omnibus quæstionibus præmittenda erit, quasi magnum quoddam proœmium, controuersia de Verbo Dei. Neque enim disputari potest, nisi prius in aliquo communi principio cum aduersarijs conueniamus: conueniunt autem inter nos & omnes omnino hereticos verbum Dei esse regulam fidei: ex qua de dogmatibus indicandum sit: esse commune principium ab omnibus concessum, unde argumenta ducantur: denique esse gladium spiritalem, qui in hoc certamine recusari non possit. Tamen de isto ipso communi principio multa quæstiones sunt. Alij enim verbum Dei solum internum recipiunt: alij externum, sed scriptum: alij partim scriptum, partim voce traditum. Rursum alij hos libros, alij illos pro verbo Dei habent: alij hac editione, alij illa utendum censent: alij Scripturam clarissimam esse per se, alij obscuram, & interprete indigere contendunt: denique alij sensum Scripturarum à Spiritu interno reuelante, alij ab Ecclesia, eiusque summo Pastore petendum docent, quod omnes quæstiones initio exponi debent: ut habeamus aliquid, unde de ceteris statuamus. Sed hac omnia index totius operis plenius explicabit.



THEOLOGORVM ET
SCRIPTORVM IN HOC
VOLUME CITATORVM
DVPLEX INDEX.

Primus tum vetustiores, tum recentiores Ecclesie Romana Auctores
complectitur: Alter verò Sectarios & suspectæ fidei
scriptores comprehendit.



Abbas Vrspergensis.
Ado Viennensis.
Adrianus Finus.
Ælius Lapidius.
Æneas Syluius.
Aimoinus.
Alanus Copus.
Albertus Krantius.
Albertus Magnus.
Albertus Pighius.
Albertus Vidmenstadius.
Albinus Alcuinus.
Alcimus Auitus.
Alexander Alensis.
Alphonsus à Castro.
Alphonsus Thostatus.
Alphonsus Viruesius.
Aluarius Pelagius.
Amalarius Treuirensis.
S. Ambrosius.
Ambrosius Ansbertus.
Ambrosius Catharinus.
Ammonius Alexandrinus.
Amphilochius.
Anastafius Antiochenus.
Anastafius Bibliothecarius.
Andreas Barbarius.
Andreas Cretenfis.
Andreas Vega.
S. Anselmus.
S. Antoninus.
Antoninus Nebriffensis.
Appion.
Arator.
Arethas.
Aristoteles.
Arnobius.
Athenagoras.
Athenæus.
S. Athanasius.

S. Augustinus.
Augustinus Anconitanus.
B
Batholomæus Caranza.
S. Basilius.
Beda.
S. Bernardus.
Bernardus Lutzenburgius.
Bessarion.
Blondus.
Boëtius Seuerinus Martyr.
S. Bonauentura.
Burchardus.

C
Caietanus.
Cassianus.
Cassiodorus.
Catechismus Romanus.
Cedrenus.
Cerealis Episcopus.
Claudius Cauffordius.
Claudius Espenceus.
Claudius Marius Victor.
Clemens Alexandrinus.
Conradus Clingius.
Conradus Halberstatensis.
Conradus Coelin.
Cornelius Ianfenius.
Cunerus Petri.
S. Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
S. Cyrillus Hierosolymitanus.

D
S. Damafus.
Didymus.
Dieghus Payua.
Diodorus.
Dionysius Alexandrinus.
S. Dionysius Arcopagita.
Dionysius Carthusianus.

Dionysius Romanus.
Dodechinus.
Dominicus Iacobatius.
Dominicus à Soto.
Durandus.

E
Egesippus.
Eginhardus.
Emmanuel Calleca.
S. Epiphanius.
Euagius.
S. Eucherius.
S. Eugentius Garthaginensis.
Euodius.
Eusebius Emiffenus.
Eusebius historicus.
Euthymius.
Eutropius.

F
Felicianus Ninguarda.
Franciscus Ferraricus.
Franciscus Lucas Brugenfis.
Franciscus Orantius.
Franciscus Titelmanus.
Franciscus Turrianus.
Franciscus Vargas.
Franciscus Victoria.
Fortunatus.
Freculphus.
Fridericus Staphylus.
S. Fulgentius.

G
Gabriel Biel.
Gagnæus.
Gaspar Contarenus.
Gaspar Cardillus Villalpandæus.
Gaspar Schatzgerus.
Gaudentius.
Gelafius.
Gennadius Scholarius.

Germanus.	Ioannes à Louanio.	Origenes.
Gilbertus Genebrardus.	Ioannes Maxentius.	Otho Frisingensis.
Gifelbertus.	Ioannes Nauclerus.	P
Gratianus.	Ioannes Pierius Valerianus.	Palladius.
Gregorius Beticus.	Ioannes Stobæus.	S. Paulinus.
Gregorius Haloander.	Ioannes de Turrecremata.	Paulus Aemilius.
S. Gregorius Nazianzenus.	Ioannes Vafeus.	Paulus Burgensis.
S. Gregorius Nyffenus.	Ioannes Villanus.	Paulus Diaconus.
S. Gregorius Papa.	Ioannes Zonaras.	Paulus Orosius.
S. Gregorius Thaumaturgus.	Iodocus Clithouæus.	Pelagius Aluarus.
S. Gregorius Turonicus.	Iodocus Tiletanus.	Petrus ab Aliaco.
Gotfridus Viterbiensis.	Ionas Aurelianus.	Petrus Antonius Beuter.
Guido Carmelita.	Iosephus Iudæus.	Petrus Canisius.
Guitmundus.	S. Irenæus.	Petrus Chryfologus.
Gulielmus Lindanus.	Ifichius.	Petrus Cluniacensis.
Gulielmus Tyrus.	Ifidorus.	Petrus Crinitus.
H	Ifocrates.	Petrus Damianus.
Haymo.	S. Iuo Carnotensis.	Petrus Diaconus.
Herodotus.	S. Iustinus Philofophus	Petrus Lombardus.
Hermannus Contractus.	L	Petrus de Monte.
Hæruceus.	Lactantius.	Petrus Palladius.
S. Hilarius.	Lambertus Schaffnaburgensis.	Petrus à Soto.
S. Hieronymus.	Laurentius Surius.	Philastrius.
Hieronymus Hermes Bolsec Mèdicus Lugdun.	Leo Hofstiensis.	Philo.
Hincmarus Remensis.	S. Leo Pontifex.	Phorius.
S. Hippolytus.	Liberatus.	Platina.
Homerus.	Lippomanus.	Plato.
Hofius Cardinalis Varmienfis.	Lucifer Caralitanus.	Plutarchus.
Hugo Etherianus.	M	Primafius.
Humbertus Cardinalis.	Marianus Scotus.	Procopius.
I	Marianus Victorius.	Profer.
Iacobus Christophitanus.	Marius Victorinus.	Prudentius.
Iacobus Latomus.	Marfilius.	Pfellus.
Iacobus Ledefma.	Martinus Bracarenfis.	R
Iacobus Sprenger.	Martinus Laudensis.	Rabanus.
Iunilius Africanus.	Martinus Nauarrus.	Radeuicus.
Idacius Clarus.	Martinus Perefius Aiala.	Radulphus Flauiacensis.
S. Ignatius.	Martinus Polonus.	Reginaldus Polus.
Ignatius Nicæus.	Matthæus Galenus.	Remundus Ruffus.
Innocentus III.	Matthæus Palmerius.	Reynerius.
Ioannes Antonius Delphinus.	S. Maximus Taurinensis.	Rhegino.
Ioannes Benedictus.	Melchior Canus.	Richardus Armachanus.
Ioannes Bunderius.	Melito Afianus.	Richardus Cœnomanus.
Ioannes Cafianus.	Mercator.	Richardus de S. Victore.
S. Ioannes Chryfoftomus.	Metaphraftes.	Robertus Arboricenfis.
Ioannes Cochlaeus.	Michaël Medina.	Ruffinus.
Ioannes Curopalatus.	Micrologus.	Rupertus Tuitienfis.
S. Ioannes Damascenus.	Minutius Felix.	S
Ioannes à Dauentria.	Mutius Iuftinopolitanus.	Sabellicus.
Ioannes Diaconus.	N	Sœbadius qui & Fœbadus.
Ioannes Driedo.	Nicephorus Calixtus.	Saluanus.
Ioannes Eckius.	Nicephorus Patriarcha Cōftantinopolitanus.	Sedulius.
Ioannes Faber.	Nicetas.	Sextus Aurelius Victor.
Ioannes Fischerus Epifcopus Rofenfis.	Nicolaus Lyranus.	Sigebertus.
Ioannes Garecius.	Nicolaus Sanderus.	Sextus Senenfis.
Ioannes Gerson.	O	Solinus.
Ioannes Hieronymus Albanus.	Oecumenius.	Sozomenus.
Ioannes Hofmeifterus.	Onuphrius.	Strabo.
	Optatus Afer.	Strabus.
		Suidas.

Sibyllina.
Syluefter.
Synefius.

T

Tertullianus.
Tharafius.
Theodoretus.
Theodoretus Balfamon.
Theodoretus Lector.

Theophanes Ifaurus.
Theophilus Alexandrinus.
Theophylactus.
S. Thomas.
Thomas Caietanus.
Thomas Campegius.
Thomas Stapleronus.
Thomas Vvaldenfis.
Trithemius.
Troilus Maluezius.

V

Vega.
Victor Vticenfis.
S. Vigilius Tridentinus.
Vincentius Lyrinenfis.
Volaterranus.
Vvalfridus Strabo.

Z

Zonaras.

INDEX SECTARIORVM

& Hæreticorum, quorum errores in hoc opere perstringuntur.

A

Andreas Musculus.
Arius.
Augustinus Marloratus.

B

Bernardinus Ochinus.

C

Carolus Molinæus.
Cerinthus.
Cornelius Agrippa.

D

Dauid Chytraeus.

E

Eutyches.

F

Franciscus Dauid.
Franciscus Stancarus.

G

Gaspar Suenchfeldius.
Georgius Blandrata.
Georgius Maior.

H

Henricus Bullingerus.
Henricus Pantaleon.

Hermanus Hamelmannus.

I

Iacobus Andreæ Smidelinus.
Ioannes Brentius.
Ioannes Caluinus.
Ioannes de Ianduno.
Ioannes Huf.
Ioannes de Vveffalia.
Ioannes Vviclefus.
Ioannes Vvigandus.
Ioannes Timannus.
Iofias Simlerus.

M

Magdeburgenfes Centuriatores.
Mahumetes Pseudopropheta.
Marfilius Paduanus.
Martinus Kemnitius.
Martinus Lutherus.
Matthias Illyricus.
Memnon Anabaptista.
Michaël Seruetus.
Miniftri Hungarici & Polonici.

N

Nicolaus Selneccerus.

Nilus Theffalonicensis.

P

Petrus Martyr.
Philippus Melanchthon.
Pomeranus.

S

Sebastianus Meyer.
Staniflaus Sarnicius.

T

Themiftius Diaconus.
Theodorus Beza.
Theodorus Bibliander.
Tilmannus Heshufius.
Trinitarij.

V

Valentinus Gentilis.
Vbiquitarij.
Vldaricus Velenus.
Vigilantius.
Vvaldenfes.
Vvolfgangus Musculus.

Z

Zuinglius.

F I N I S.



INDEX TOTIVS
OPERIS.

PRIMI TOMI CONTROVERSIÆ
GENERALES SEPTEM.

- De Verbo Dei scripto, & non scripto.
De Christo capite totius Ecclesiæ.
De Summo Pontifice capite militantis Ecclesiæ.
De Ecclesia militante, tum in Concilijs congregata, tum sparsa toto orbe terrarum.
De membris Ecclesiæ militantis, Clericis, Monachis, Laicis.
De Ecclesia, quæ est in Purgatorio.
De Ecclesia, quæ triumphat in cælis.

TOMI SECUNDI CONTROVERSIÆ
GENERALES QUINQUE.

- De Sacramentis in genere.
De Baptismo & Confirmatione.
De Eucharistia & sacrificio Missæ.
De Pœnitentia.
De Extrema vnctione, Ordine, & Matrimonio.

TOMI TERTII CONTROVERSIÆ
GENERALES TRES.

- De Gratia primi hominis, & statu innocentia.
De gratia amissione, & statu peccati,
De gratia reparatione, & statu iustificatorum per Christum.

INDEX LIBRORVM
PRIMI TOMI.

Primæ Controuersia generalis.
De Verbo Dei.

- LIB. I. De libris sacris & apocryphis.
II. De editionibus, Hebraica, Chaldaica, Græca, Latina, vulgaribus.
III. De interpretatione & vero sensu Scripturæ.
IV. De verbo Dei non scripto.

Secundæ Controuersia generalis.
De Christo capite totius Ecclesiæ.

- LIB. I. De vera Christi Diuinitate.
II. De distinctione personali à Patre & Spiritu sancto, ac de processione Spiritus sancti à Filio.
III. De anima Christi, & descensu ad inferos.
IV. De veritate & maiestate carnis Christi.
V. De Officio & merito Mediatoris.

Tertiæ Controuersia generalis.
De summo Pontifice.

- LIB. I. De Primatu S. Petri in Ecclesia militante.
II. De successione Romani Pontificis in eo Primatu.
III. De Antichristo quod nihil commune habeat cum Romano Pontifice.
IV. De potestate Romani Pontificis in causis spiritualibus.
V. De temporali dominio, & potestate eiusdem Pontificis.

Quartæ Controuersia generalis.
De Concilijs & Ecclesia.

- LIB. I. De natura & causis Concilij.
II. De potestate Conciliorum.
III. De Ecclesiæ natura & proprietatibus.
IV. De notis veræ Ecclesiæ.

Quintæ Controuersia generalis.
De membris Ecclesiæ.

- LIB. I. De Clericis & Sacerdotibus.
II. De Monachis & Religiosis cæteris.
III. De Laicis ac potissimum de Magistratu politico.

Sextæ Controuersia generalis.
De Ecclesia, quæ purgatur in locis subterraneis.

- LIB. I. De Purgatorio, an sit.
II. De loco, tempore, pœnis, & alijs, quæ ad Purgatorium pertinent.

Septimæ Controuersia generalis.
De Ecclesia, quæ triumphat in Cælis.

- LIB. I. De Beatitudine & cultu Sanctorum.
II. De eorum reliquijs & imaginibus.
III. De Basilicis, festis diebus, alijsque rebus, quibus Sanctorum memoria à mortalibus colitur.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM

PRIMAE CONTROVERSI AE.

LIBER PRIMVS.

De Verbo Dei.

- CAP. I. Sit ne scriptura verbum Dei.
 II. Libris, qui Canonici nominantur, verbum Dei contineri.
 III. Refellitur obiectio ex verbis D. Pauli: *Litera occidit, spiritus viuificat.*
 IV. Qui sint libri sacri.
 V. De hereticis, qui libros Testamenti veteris primi ordinis oppugnant.
 VI. De hereticis, qui libros Testamenti noui supra numeratos oppugnant.
 VII. De libro Esther.
 VIII. De libro Baruch.
 IX. De quibusdam capitibus Danielis.
 X. De libris Tobie, Iudith, Sapientie, Ecclesiastici, & Machabæorum.
 XI. De libro Tobie.
 XII. De libro Iudith.
 XIII. De libro Sapientie.
 XIII. De Ecclesiastico.
 XV. De Libris Machabæorum.
 XVI. De quibusdam partibus librorum Marci, Lucæ, Ioannis.
 XVII. De epistola ad Hebræos.
 XVIII. De epistola Iacobi, Iudæ, secunda Petri, secunda & tertia Ioannis.
 XIX. De Apocalypsi.
 XX. De libris Apocryphis.

LIBER SECVNDVS.

De Verbo Dei.

- CAP. I. Ostenditur, editionem Hebraicam Moïsi & Prophetarum nunquam perijisse.
 II. Num Hebraica editio sit corrupta.
 III. De editione Chaldaica.
 IV. De editione Syriaca.
 V. De varijs Græcis editionibus.
 VI. De interpretatione LXX. Seniorum.
 VII. De editione Græca Testamenti noui.
 VIII. De Latinis editionibus.
 IX. De Auctore vulgatæ editionis.
 X. De auctoritate Latinæ editionis vulgatæ.
 XI. Soluuntur obiectioes hereticorum contra vulgatam Latinam editionem.
 XII. Defenduntur loca, quæ Kemnitius deprauata

- esse dicit in editione vulgata.
 XIII. Defenduntur loca, quæ in Psalmis male reddita fuisse à Latino interprete, Caluin^o cõterdit.
 XIII. Defenduntur loca, quæ heretici aiunt esse corrupta in editione Latina Testamenti noui.
 XV. De editionibus vulgaribus.
 XVI. Soluuntur obiectioes hereticorum.

LIBER TERTIVS.

De Verbi Dei interpretatione.

- CAP. I. Scripturam non esse tam apertam per se, vt sine explicatione sufficiat ad controuersias fidei terminandas.
 II. Soluuntur obiectioes aduersariorum.
 III. Proponitur quæstio de iudice controuersiarum, & simul disseritur de sensibus Scripturarum.
 IIII. Adferuntur testimonia ex Testamento veteri, pro sententia Catholicorum.
 V. Idem probatur ex Testamento nouo.
 VI. Idem probatur ex consuetudine Ecclesiæ.
 VII. Idem probatur testimonijs Pontificum & Imperatorum.
 VIII. Idem probatur testimonijs Patrum.
 IX. Idem probatur ex ratione.
 X. Soluuntur obiectioes.

LIBER QVARTVS.

De Verbo Dei non scripto.

- CAP. I. Qui potissimum defenderint, vel oppugnant non scriptas traditiones.
 II. Quid sit, & quotuplex traditio.
 III. Explicatur status quæstionis, & mendacia quædam aduersariorum deteguntur.
 IV. Ostenditur necessitas traditionum.
 V. Esse aliquas veras traditiones, demonstratur ex Scripturis.
 VI. Idem ostenditur testimonijs Pontificum & Conciliorum.
 VII. Idem probatur ex Patribus.
 VIII. Idem probatur quatuor alijs argumentis.
 IX. Explicantur regulæ quinque, quibus in cognitionem verarum traditionum deuenimus.
 X. Soluuntur obiectioes aduersariorum, quæ ex Scripturis petuntur.
 XI. Soluuntur obiectioes ex Patribus.
 XII. Soluuntur rationes aduersariorum.

ELENCH



ELENCHVS

LOCORVM CONTRO-

VERSORVM QVI A PRISCIS PATRIBVS

ORIENTIS ET OCCIDENTIS DE PROMPTI,

SVNT, IN VERITATIS TVTELAM, ET

Catholica doctrina assertionem.

DE CHRISTO REDEMPTORE & MEDIATORE.

Locus Augustini homil. de ouibus, cap. 12. de Mediatore Christo. 419. c.

Eiusdem epist. 99. ad Euodium de Christi descensu ad inferos. 403. d. 414. d.

Locus præposterè ab Hereticis pro tuenda vbi-quitate humanitatis Christi assumptus.

Chrysostomi homil. 17. ad Hebr. 375. b.
 Cyrilli epist. 1. ad Successum, & libr. 12. in Ioan. cap. 32. ibid. c. d.

Ambrosij lib. 7. in Lucam, cap. 47. 376. b.
 Hieronymi in epist. 148. ad Marcellam, ibid. c.
 Augustini ferm. 14. de verb. Apost. 377. a.
 Gelasij lib. de duabus naturis. ibid. b.

Locus Concilij Sardicenis apud Theodoret. lib. 2. histor. cap. 8. de Hypostasi. 284. d.

De Spiritu sancto.

Locus Tertulliani libro contra Praxeam, de processione Spiritus sancti à Patre & Filio. 315. c.

Locus Damasceni lib. 1. cap. 11. de fide. Pro Spiritu sancti tuenda processione. 328. d.

Locus Gregorij lib. 1. in Eunomium ex Bessarione de processione S. Spiritus. 320. d. 321. a.

Loci plures Basilij lib. 2. 3. 4. 5. contra Eunomium, de processione Spiritus sancti. 318. d. 319. a.

Verbum Dei.

Locus de sacra Scripturæ difficultate.

Irenæi lib. 2. cap. 47. 117. c.
 Origenis lib. 7. contra Celsum. ibid. & d.
 Rufini lib. 11. histo. cap. 9. Ioan. Chrysostomi homil. 40. in Ioan. ibid. & 118. a.
 Hieronym. præfat. comment. in Epistol. ad Ephes. ibid. b.
 Augustini lib. 2. doct. Christ. cap. 6. ibid. & c.
 Gregorij homil. 6. in Ezechielem. ibid.

De Ecclesia triumphante qua est in Cælis.

Locus de Sanctorum beatitudine.

Ignatij in Epist. ad Romanos. 1436. c.
 Dionysij Areopagite. lib. de Ecclesiastica hierarchia. cap. 6. ibid. d.

Iustini quæstio. 75. 1437. a.
 Irenæi lib. 1. cap. 2. ibid. c.
 Origenis homilia 7. in Leuiticum. 1438. a.
 Athanasij in vita Antonij. ibid. b.

Basilij in quadraginta Martyres. ibid. c.
 Gregorij Nazianzeni oratione in Basilium. ibid.
 Gregorij Nicæni oratione in sanctum Ephrem. ibid. & d.

Chrysostomi homilia decima, in posterior. ad Corinth. ibidem.

Cyrilli Hierosolymitani catechesi decima tertia. 1439. c.
 Cyrilli Alexandrini libro secundo in Ioannem. cap. 36. ibidem.

Epiphaniij heresi 78. ibid. d.
 Theodoret. lib. 8. ad Græcos qui est de Martyribus. ibid.
 Damasceni in historia de Baleam & Isaphat. 1440. a.

Theophylacti in cap. 23. Lucæ. ibidem.
 Oecumenij in cap. 9. ad Hebræos. ibid. b.

Cypriani libro de exhortatione Martyrij, capit. vltimo. 1441. b. c.

Hilarij in Psal. 64. ibid. & d.
 Ambrosij libro septimo, epistola 59. ad Theſſalonicenses. ibid.

Prudentij in carmine de Beata Agnete. 1442. a.
 Paulini Natali 3. de sancta Felice. ibid. b.
 Hieronymi in epist. ad Marcellam. ibid.

Augustini lib. 12. Genesis, cap. 34. & vigesimo, de Ciuitate Dei, cap. 13. ibid. c. d.

Prosperi lib. 1. de vita contemplatiua. 1445. a.
 Maximi Taurinensis homil. in Eusebium Vercellensem, & homilia de S. Agnete. ibid. b.

Leonis primi in sermone de S. Laurentio. ibid.
 Fulgentij sermone de S. Stephano. ibid.
 Primasij in caput 9. ad Hebræos. ibid. c.

Gregorij Papæ in Psalm. 4. pœnitentialem. & lib. 4. Dialog. cap. 15. ibid.

Bedæ in caput. 6. Apocalypsis. ibid.
 Haymonis in eundem locum. ibid.
 Anselmi in 2. ad Corinth. 5. ibid. d.

Sulpitij in epistol. ad Aurelium Diaconum de obitu D. Martini. ibid.
 Bernardi in epist. ad fratres de Hibernia. quæ habetur

E 4

post sermones de festo omnium Sanctorum, & sermonem de S. Malachia, & in epistol. 266. ad Sugerrum Abbatem. ibid. & 146. a. b.
Thomæ opusculo contra Græcos & Scholasticos. ibidem. d.

CULTVS SANCTORVM & inuocatio.

Locus de cultu & ueneratione Sanctorum.

Iustini in secunda Apolog. pag. 2. 1460. c.
Origenis libro 3. ibid.
Eusebij lib. 13. præpara. Euangel. cap. 7. & libro 4. histor. capite 15. ibid.
Athanasij in libro de Virginitate. ibid. d.
Basilij oratione in S. Mamantem, & oratio in 40. Martyres. ibid.
Gregorij Nazianzeni oratione in Macchabæos, & oratione prima in Iulianum. 1. 61. 4.
Gregorij Nicæni oratione in Theodorum Martyrem. ibidem.
Epiphaniij hæresi 79. ibid. b.
Ioannis Chrysofomi homilia de sanctis Iuuentio & Maximo. ibid.
Cyrilli Alexandrini libro sexto in Iulianum. ibid.
Theodoretii libro octauo ad Græcos. ibid.
Ioannis Damasceni de fide Orthodoxa libro quarto, capite 16. ibid. c.
Tertulliani de corona militis. ibid.
Cypriani lib. 4. epist. 5. ibid.
Ambrosij serm. 6. ibid.
Maximi serm. de Natali sanctorum Octauij, Aduentoris & Solutoris Martyrum. ibid. d.
Prudentij de S. Hippolyto. ibid.
Paulini natali primo S. Felicis. ibid.
Hieronymi in Epistola ad Riparium, & in vita Paulæ. ibidem.

Locus de miraculis ex inuocatione Sanctorum.

Dionysij Areopagita cap. 7. Ecclesiastica Hierarchia. 1474. d.
Sancti Irenæi lib. 5. contra hæreses, cap. 19. 1475. a.
Eusebij lib. 1. præparationis Euangelicæ, cap. 7. ibid. °
Athanasij sermone de sanctissima Deipara. ibid.
Basilij oratione in quadraginta Martyres, & oratione in Psal. 43. ibid. & b.
Gregorij Nazianzeni oratione in Cyprianum. ibid.
Chrysofomi homil. 66. ad populum. ibid. c.
Gregorij Nicæni oratione in S. Theodorum. ibid.
Sancti Ephrem in sermonibus de laude Sanctorum. ibid.
Cyrilli catechesi 5. mystagogica. ibid.
Theodoretii in historia Sanctorum Patrum, & lib. 8. ad Græcos. ibid.
Damasceni lib. 4. de fide, cap. 16. 1476. a.
Theophylacti in cap. 11. ad Hebræos. ibid.
Cornelij Papæ in Epist. 1. quæ est de translatione corporum Apostolorum. ibid.
S. Hilarij in Psal. 124. & 129. ibid. & b.
S. Ambrosij lib. de uidijs, ultra medium, & lib. 10. in Lucam exponens cap. 21. ibid.
S. Hieronymi in Epitaphio Paulæ. ibid. c.
S. Maximi in sermone de S. Agnete. ibid.
Ruffinij libro secundo hist. cap. 33. ibid.
S. Paulini in fine carminis Panegyrici de S. Celso, & in Epistola 12. ad Severum. ibid.
Prudentij in carmine de sancto Laurentio, & in hymno de S. Cassiano, eiusdem de S. Hippolyto. ibid. d.

S. Augustini tracta. 84. in Ioan. & sermone 17. de uerbi⁹ Apostoli: eiusdem lib. de cura pro mortuis. cap. 4. 1477. a.
S. Victoris Vricensis lib. 3. de perseq. Vandalica. ibid. b.
S. Fulgentij in sermone de laudibus B. Mariæ. ibid.
S. Leonis sermo. 5. de Epiphania. ibid.
S. Gregorij lib. 2. Dialogorum, cap. vlt. ibid. e.
S. Gregorij Turonensis lib. 1. de gloria Martyrum, cap. 94. ibid.
S. Bedæ in lib. 4. in Cantica, & lib. 3. in Marth. cap. 15. ibid. & d.
S. Anselmi in lib. de excellentia B. Virginis Mariæ. capit. vlt. ibid.
B. Bernardi serm. 2. super Euangelium, Missus est. ibid.

DE ECCLESIA MILITANTE & rebus ad eam pertinentibus.

Locus quod Ecclesia sit uisibilis.

Augustini in Psal. 101. concion. 2. & in Psal. 147. & lib. de uinitate Ecclesiæ, cap. 13. & 20. 951. c. d.
Bernardi sermone 79. in Cantic. ibi.

Locus de bonis & malis in Ecclesia existentibus.

Origenis homil. 21. in Iosue. 942. a.
Augustini lib. 3. de Baptismo, cap. 18. lib. 4. cap. 10. lib. 1. de Ciuit. Dei. cap. 35. Tract. 1. in Ioan. libr. de Catechizan rudib. cap. 17. ibid. b. c. d. 943. a. b.
Gregorij lib. 13. moral. cap. 5. ibid. & c.

SVMMVS PONTIFEX.

Locus de dignitate Romanæ sedis.

Tertulliani de præscrip. 664. a.
Hieronymi lib. 2. contra Iouinianum. ibid.

Locus Gregorij Nazianzeni, quo ostenditur Pontificem non subesse iurisdictioni Imperatoris. 605. d.

Locus de potestate clauium.

Cypriani in lib. de simplic. Prælat. 493. d.
Hilarij lib. 6. de Trinit. ibid.
Hieronymi lib. 1. in Iouinian. ibid.
Augustini tract. 50. in Ioannem. 494. a.
Leonis serm. 3. de anniuersario assumpt. suæ ad Pontif. ibidem.

Locus quo docetur non solum Pontificem, sed etiam Ecclesiam Romanam non posse errare.

Cypriani lib. 1. Epist. 3. 719. a.
Hieronymi lib. 3. Apolog. contra Ruffin. ibid.
Gregorij Nazianzeni in carmine de uita sua. ibid. b.

Locus Augustini de Iurisdictione summi Pontificis in Africa. 600. b. c.

Locus de successione Episcoporum in Ecclesia.

Tertulliani in lib. de præscrip. ibid.
Epiphaniij hæresi 17. ibid. c.
Augustini in Psalmo contra part. Donati. & lib. cont. Epist. fundam. cap. 4. ibid. d.

Locus de potestate coactiua summi Pontificis.

Origenis

Origenis tract. 12. in Marthæum. 779. a.
Chrysofomi libr. 2. de Sacerdotio, ante medium. ibidem. b.
Locus Ambrosij, Epistola 32. de præside Concilij. 855. a.

CONCILIA.

Locus Nicolai I. in Epistola ad Michaëlem, quæ habetur etiam distinct. 96. canone, Vtinam de his, qui interesse & præesse debent generalibus Concilij. 847. c.

Locus de auctoritate Conciliorum.

Greg. Nazianzeni. epist. ad Procopium. 874. a.
Augustini lib. 14. contra Maximinum. ibid. d.

Locus Cypriani lib. 2. Epist. 1. ad Stephanum de necessitate Conciliorum. 836. b. c.

Locus Theodoretii libr. 5. historiarum. capite 9. de Indictione Concilij Constantinopolitani. 841.

ORDO.

Locus de nomine Clerici ordinibus Ecclesiasticis proprio.

Origenis homil. 7. in Hieremiam. 1033. b.
Epiphaniij in epistol. quam ad Ioan. Episcop. Hierosolymæ scripsit. ibid. c.
Hieronymi in Epist. ad Nepot. ibid.

COELIBATVS.

Locus de Cœlibatu Sacerdotum. Vide eiusdem argumenti auctoritates.

Origenis homil. 23. in lib. Num. 1080. c. 1157. a.
Eusebij lib. 1. demonst. Euang. cap. 9. ibid. d. 1157. b.
Epiphaniij ad finem operis contra hæreses & hæres. 59. quæ est Catharorum. ibid. 1157. c.
Chrysofomi homi. 2. de pat. Iob. ibid.
Gregorij Nicæni lib. de Virginitate. cap. vlt. 1081. a.
Cyrilli Catechesi 12. ibid.
Oecumenij in cap. 3. 1. ad Timoth. ibid.
Cypriani lib. de singularit. Cler. ibid. b. 1157. d.
Ambrosij lib. 1. de officijs, cap. vlt. ibid. c. 1158. a.
Hieronymi lib. in Vigilantium, circa initium, ibidem. 1158. a.
Augusti. lib. de adulterinis coniugijs, capit. 20. ibidem. d. 1158. b. c.
Bedæ lib. 3. de tabernaculo, cap. 9. ibid.

Locus de Monogamia.

Tertulliani lib. 1. ad uxorem. 1096. b.
Epiphaniij hæresi 56. Catharorum. ibid. c.
Ambrosij Epist. 82. ad Ecclesiam Vercell. lib. 10. ibid. d.
Hieronymi in comm. 1. cap. Epist. 1. ad Titum. ibid.
Augustini lib. de bono coniugali, cap. 18. 1097. a.
Chrysofomi hom. 2. in Epist. ad Titum. ibid. B.

Locus pro Monachis.

Augustini in Psal. 132. & lib. 3. aduers. Perilian. capit. 40. & lib. 1. de morib. Eccles. cap. 31. ibid.
Ruffinij lib. hist. 1. cap. 3. ibid.
Cassiani col. 7. cap. 23. ibid.
Chrysofomi hom. 8. in Marth. ibid.

Locus de laude & perfectione uirginitatis & castitate Monastica.

Hieronymi in Epist. 1. ad Heliod. 1104. b.
Augustini lib. 1. de morib. Eccles. cap. 31. ibid.
Sulpitij in 2. Dialog. ibid.
Ambrosij lib. 1. de Virginitate. ibid.
Cyrilli Catechesi. 12. ibid.
Nazianzeni in carm. de uirginit. ibid. c.
Athanasij lib. de Virginit. extr. ibid.

VOTVM.

Locus de voto & uoti religione antiquissima.

Tertulliani lib. de uelands uirginib. 1199. b.
Clem. Alexandr. Strom. 3. ibid. c.
Origenis homil. 23. in Numeros. ibid.
Hilarij in Psal. 64. ibid.
Eusebij lib. 4. de uita Constantini. ibid. d.
Cypriani lib. 1. epist. 11. ad Pomponium. ibid.
Athanasij in lib. de humanitate uerbi. ibid.
Basilij in proœmio constitution. Monast. 1200. a.
Gregorij Nazianzeni orat. de obitu patris sui. ibid. b.
Oprati Mileuitani lib. 6. contra Parmenian. ibid. c.
Epiphaniij hæres. 61. ibid.
Ioannis Chrysofomi hom. 15. in primam ad Tim. ibid. d.
Sulpitij in uita S. Martini ante med. ibid.
Ambrosij lib. 3. de uirginib. 1201. a.
Hieronymi in epist. ad Sabin. ibid. b.
Augustini lib. 1. de adulterinis coniugijs. ibid.
Fulgentij lib. de fide. ibid. c.

Locus de voto continentia.

Gregorij Nicæni in oratione de Natiuitate Domini. 1187. 1188. a. a.
S. Augustini lib. de sancta uirginitate, cap. 4. 1183. a.
Bedæ in cap. 1. Luca. ibid. b.
S. Anselmi lib. de excellentia uirginis, cap. 4. ibid.
Rupertij lib. 3. in Cantica. ibidem.
S. Bernardi sermo. 4. super Missus est, & in sermone. Signum magnum. ibid. c.

Locus de voto obedientia.

S. Basilij in constit. monasticis, cap. 22. 1185. a.
Cassiani lib. 4. de institutis cœnobiorum, cap. 23. ibid.
S. Hieronymi in Epist. ad Eustochium, de custodia uirginitatis. Et in epist. ad Rusticum Monachum. ibid. b.
Sulpitij in Dialogo 1. de uirtutibus S. Martini. ibid.
S. Augustini lib. 1. de moribus Eccles. cap. 31. ibid. c.

ECCLESIAE RITUS & instituta.

Locus de ieiunio Quadragesimali.

Basilij orat. 2. de ieiunio. 269. d.
Chrysofomi homi. 6. ad pop. Antiochen. ibid.
Ambrosij sermo. 25. ibid.
Hieron. in Epist. ad Marcel. de errorib. Montani. 770. a.

Augu

Augustini serm. 52 de tempore. ibid.
Leonis serm. 3 de ieiunio decimi mensis. ibid.
I. piph. haresi 75 ibid.

Locus de decimis exoluentibus. 1105.

Hieronymi in cap. Malach. 3. 1105. a. b.
Augusti serm. 219. de tempore. ibid.
Gregorij hom. 16 in Euangelia. ibid. c.

Locus de peregrinationibus ad loca sancta.

Eusebij lib. 6. histor. cap. 9. & lib. 3. de vita Constantini. 179. b.
Gaudentij Episcopi Brixiani in sermone de dedicatione templi. ibid. c.
Ioannis Chrysostomi homil. 66. ad populum Antiochenum. ibid.
Hieronymi Epist. 17. ad Marcellam, & Epist. 27. de obitu Paulæ. Eiusdem Epist. 46. ad Rusticum, & Epist. 154. ad Desiderium. ibid. & d.
Sulpitij lib. 2. sacre Historiæ. ibid.
Paulini Epistol. 11. ad Seuerum, & natali S. Felicis. ibid.
Prudentij in hymno de sancto Hermiterio, & Chelidonio 1197. a.
Augustini Epist. 137. ad Clerum & populum Hipponensem. ibid.
Cassiani lib. 4. de institutis renunciantium. cap. 3. ibid.
Socratis lib. 7. cap. penult. ibid. b.
Bede lib. 5. histo. cap. 7. & 20. ibid.
Nicolaï 1. in Epist. ad Michaëlem. ibid.
Palladij in Historia Lausiaca, cap. 113. & 811. ibid. c.

Locus de bello Christianis licito.

Tertulliani in Apolog. cap. 42. 1294. d.
Nazianzeni orat. 3. de pace. ibid.
Chrysostomi hom. in Euang. de nuptijs. Ioan. 2. ex varijs ibid.
Ambrosij serm. 7. ibid.
Augustini Epist. 5. ad Marcellinum. 1295. a.
Gregorij lib. 1. Epist. 72. ad Gennadium, & cap. 73. ibid.
Gregorij Turonici lib. 5. hist. cap. 1. ibid. b.
Bernardi in serm. ad milites. cap. 3. ibid.

IMAGINVM ET Sacrarum Reliquiarum veneratio.

Locus de cultu & veneratione Imaginum.

Eusebij lib. 7. hist. cap. 15. 1495. b.
S. Athanasij in vita B. Antonij. ibid.
S. Basilij in Psalmum. 111. ibid. c.
Gregorij Nicani oratione in Theodorum Martyrem. ibid. d.
Gregorij Nazianzeni oratione prima in Iulianum 1496. a.
Eusebij Emisleni homilia de S. Blandina. ibid.
S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani catechesi 18. ibid. b.
S. Ioannis Chrysostomi sermone de sanctis Iuuentio & Maximo, & homilia 67. ad populum. ibid.
Theodoretij lib. 8. ad Græcos de Martyribus. ibid. c.
Ioannis Damasceni lib. 3. capit. 16. de fide orthodoxa. ibid.
S. Ambrosij sermone 93. de sanctis Nazario & Celso. ibid. d.
Maximi in sermone de sanctis Octauio, Aduentore & Cantore. ibid.

Gaudentij Episcopi Brixiani, tractatu de dedicatione Basilicæ. ibid.
B. Paulini natali tertio sancti Felicis. ibid.
Prudentij in hymno de sancto Laurentio. 1497. a.
S. Hieronymi in lib. aduersus Vigilantium. ibid. & b.

Locus de cultu Imaginum.

Ruffini lib. 11. hist. cap. 28. 1513. a.
S. Augustini Epist. 10. ad Quintianum. ibid.
Leonis in sermone de S. Laurentio. ibid.
S. Gregorij lib. 5. Epist. 50. ad Palladium, & lib. 3. & Epist. 30. ibid. b.
S. Gregorij Turonici libro de gloria Martyrum & Confessorum. ibid.
Basilij in Iulianum. 1527. c.
Chrysostomi in liturgia. ibid.
Ambrosij sermone. 10. in Psal. 118. ibid.
Augustini lib. 3. Trin. cap. 10. & lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 9. ibid. d.
Paulini natali 10. S. Felicis. 1528. a.
Gregorij lib. 7. Epist. 5. & lib. 7. Epist. 53. ibid.
Damasceni lib. 4. cap. 17. ibid. b.
Sedulij libro 5. carminis Paschalis. ibid.
Ambrosij oratione de obitu Theodosij, & lib. de Incarnationis Dominicæ Sacramento, cap. 7. ibid.
Hieronymi in vita Paulæ. ibid. c.
Athanasij quaest. 16. ad Antiochum. ibid.
Tertulliani in Apologetico, cap. 16. ibid.

Locus de Imaginibus in templis rectè collocatis.

Eusebij lib. 3. & 4. de vita Constantini. 1517. c.
Nazianzeni Epist. 49. ad Olympum. ibid.
Damasij in vita Syluestri & in 8. Synodo, act. 6. ibid. d.
Basilij oratione in sanctum Balaam. ibid.
Gregorij Nicani oratione in Theodorum. 1518. b.
Euodij lib. 2. de miraculis S. Stephani. ibid. b.
Prudentij in hymno de S. Cassiano, & de S. Hippolyto. ibid.
Paulini Epist. 12. ad Seuerum, & natali 10. sancti Felicis. ibid. & c.
Nicephori libri 14. cap. 2. ibid.
B. Augustini lib. 1. de consensu Euangelistarum, cap. 10. & lib. 21. contra Faustum, cap. 73. ibid. d.
Adriani primi in libro pro imaginibus, qui habetur post 8. Synodum, circa finem. ibid.

Locus de signo Crucis.

Iustini quaest. 118. 1557. a.
Tertulliani libro de corona militis. ibid. b.
Cypriani lib. 4. Epist. 6. in fine. ibid.
Cornelij Papæ in Epist. ad Fabianum. ibid. c.
Eusebij lib. 6. histor. cap. 33. ibid.
Origenis in Exodi caput. 15. ibid.
Lactantij lib. 4. cap. 26. ibid.
Cyrilli catechesi 4. ibid. & d.
Athanasij lib. de Incarnatione verbi. ibid.
Basilij lib. de Spiritu sancto, cap. 37. ibid.
Gregorij Nazianzeni oratione in Iulianum. ibid.
Chrysostomi homil. 55. in Matthæi cap. 12. ibid.
Ephrem lib. de penitentia, cap. 3. & lib. de armatura spiritali, cap. 2. ibid.
Ambrosij serm. 43. & serm. 90. 1558. a.
Hieronymi in Epist. ad Demetriadem. ibid.
Augustini tractatu 118. in Ioannem, & lib. 1. Confessionum, cap. 11. ibid. b.
Beati Marini apud Sulpitium. ibid.
Prudentij in Hymno ante somnum. ibid.
Paulini natali octauo S. Felicis. ibid. c.

TEMPLORVM DEDICATIO, constructio & ornatus.

Locus de templo.

Eusebij lib. 3. de vita Constantini. 1569. a
Basilij in Psalm. 114. ibid.
Nazianzeni oratione in Gorgoniam sororem. ibid.
Nicani oratione in Theodorum. ibid.
Chrysostomi homilia 51. in Matth. ibid.
Saluiani lib. 4. de prouidentia. ibid.
B. Ambrosij lib. 2. de officiis, cap. 21. & cap. 28. ibid. b.
Hieronymi in cap. 7. Hierem. ibid.
Augustini lib. 8. de ciuitate Dei, cap. vlt. ibid.

Locus de templis in Sanctorum memoriam ædificatis.

Cyrilli catechesi 16. 1574. d
Athanasij in epistola ad solitariam vitam agentes. ibid.
Basilij in Psalm. 114. ibid.
Nazianzeni oratione 1. in Iulianum. ibid.
Gregorij Nicani oratione in Theodorum. 1575. a
Chrysostomi hom. 28. ad populum & homilia 66. ibid.
Theodoretij lib. 8. ad Græcos. ibid.
Eusebij lib. 4. de vita Constantini cap. 58. 59. & 60. ibid.
Sozomeni lib. 6. cap. 18. ibid.
Socratis lib. 1. cap. vlt. ibid.
Euagrij lib. 2. cap. 7. & lib. 3. cap. 8. ibid.
Nicephori lib. 13. cap. 37. ibid.
Damasceni lib. 4. cap. 16. ibid. b.
Ambrosij lib. 1. epist. 1. ibid.
Hieronymi lib. contra Vigilantium. ibid.
Gaudentij Ambrosij æqualis, tractatu de dedicatione Ecclesiæ. ibid.
Augustini lib. de cura pro mortuis, c. 1. & lib. de ciuitate Dei, cap. 1. & lib. 20. contra Faustum, cap. 11. ibid. c
Victoris Vicensis lib. 1. persequutionis Vandalicæ, ibid. d
Gregorij lib. 2. Dialogorum, cap. 8. ibid.

Locus de Templorum dedicatione & consecratione.

Athanasij in Apologia ad Constantium. 1579. b
Basilij in Psalm. 114. ibid.
Gregorij Nazianzeni oratione in nonam Dominicam. ibid. c
Ambrosij lib. 1. epist. 5. ad Felicem. ibid.
Gaudentij tractatu de dedicatione. ibid. d
Augustini quinque sermones ad populum. ibid.
Gelasij Papæ epist. 1. ad Episcopos Lucaniæ. ibid.
Prosperi parte 3. cap. 38. 1580. a
Gregorij lib. 3. Dialogorum, cap. 30. ibid.
Hugonis de sancto Victore lib. 2. de sacramentis, parte 5. cap. 2. & 3. ibid.

Locus de Ecclesiarum dedicationibus.

Eusebij lib. 9. hist. 2. cap. 10. & lib. 4. de vita Constantini. 1579. a
Athanasij in Apologia ad Constantium. ibid. b
Basilij in Psalm. 114. ibid.
Gregorij Nazianzeni oratione in nonam Dominicam. ibid. b
Sozomeni lib. 4. cap. 13. ibid.
Ambrosij lib. 1. epist. 5. ad Felicem. ibid.
Gelasij Papæ epist. 1. ad Episcopos Lucaniæ & Aprutij, cap. 6. & 27. ibid. d
Prosperi parte 3. cap. 38. 1580. a

Gregorij lib. 3. Dialogorum, cap. 30. ibid.
Ruperti in cap. 28. Genes. ibid.
Hugonis de sancto victore lib. 2. de sacramentis, parte 5. cap. 2. & 3. ibid.
Isidori lib. 1. de officiis, cap. 35. ibid.
Rabani lib. 2. cap. 45. de institutione clericorum. ibid.
Amalarij in libro de ordine Antiphonarij. ibid.
Beati Yuois in sermone de consecratione templi. ibid.
Vvalfridi de rebus Ecclesiasticis, lib. 9. ibid. b

Locus de magnificentissimo templorum ornatu.

Eusebij lib. 9. hist. cap. 10. 1585. b
Cyrilli catechesi 14. & initio lib. de recta fide ad Reginas. ibid.
Athanasij in Apologia ad Constantium. ibid.
Gregorij Nazianzeni oratione 1. in Iulianum. ibid. & c
Gregorij Nicani oratione in Theodorum. ibid.
Ioannis Chrysostomi hom. 66. ad populum Antiochen. & homil. 51. in Matth. ibid.
Cyrilli initio libri de recta fide ad Reginas. ibid. d
Theophylacti in cap. 14. Marci. ibid.
Optati lib. 6. ibid.
Ambrosij lib. 2. de officiis, cap. 21. ibid.
Hieronymi in epistola ad Demetriadem. ibid.
Augustini in Psalmum 113. 1586. a
Prudentij in hymno de S. Laurentio. ibid.
Paulini natali 3. S. Felicis. ibid. b
Prosperi lib. de promissionibus & prædictionibus, parte 3. cap. 38. ibid.

DE ECCLESIA QVAE est in Purgatorio.

Locus de Purgatorio.

Cypriani lib. 4. epist. 2. ad Antonianum. 1342. a
Ambrosij in 1. ad Cor. cap. 3. ibid. b
Hieronymo in cap. 4. Amos. ibid.
Augustini in Psalm. 37. ibid.
Greg. lib. 4. Dialog. cap. 49. ibid. c

Locus de tempore expiationis peccatorum in Purgatorio.

Cypriani lib. 4. epist. 2. 1349. a
Origenis hom. 35. in Lucam, & in epist. ad Rom. ibid. b
Eusebij Emisleni hom. 3. de epist. ibid.
Ambrosij in cap. 12. Luca. ibid. c
Hieronymi in cap. 5. Matth. ibid.
Bernardi serm. de obitu Huberti. ibid.

Locus quo votum continentiae asseritur, iuxta ipsius sacre scripturæ consensum.

Dionysij Eccles. hierar. cap. 6. par. 2. 1199. b
Martialis epist. ad Tholosanos cap. 8. ibid.
Tertulliani lib. de velandis virginibus, & lib. de monogamia, vltra medium. ibid. & c.
Clementis Alexandrini Strom. 3. ibid.
Origenis hom. 23. in Numeros. ibid.
Hilarij in Psalm. 64. ibid.
Eusebij lib. 4. de vita Constantini. ibid. d
S. Cypriani lib. 1. epist. 11. ad Pomponium, & lib. de habitu virginum. ibid.
S. Athanasij in lib. de humanitate verbi. ibid.
S. Basilij in proœmio constitutionum Monasticarum. Et epistola vltima quæ est ad virginem Iapham, & lib. de Virginitate. 1200. a. b

S. Gre

S. Gregorij Nazianzeni oratione de obitu Paris sui. ibid.
S. Oprati Mileuitani lib. 6. contra Parmenianum. ibid. c
S. Epiphaniij hæref. 61. Apostolicorum, & hæref. 48. Do-
nasticarum. ibid.
S. Ioannis Chrysofomi hom. 15. ad Timotheum & 14. &
epist. 5. ad Theodorum lapsum. ibid. d
Sulpitij in vita S. Martini. ibid.
Ruffini lib. 10. hist. cap. 8. 12. a
Ambrosij lib. 3. de virginibus. ibid.

DE HAERETICIS ET Schismaticis.

Locus de nominibus Hæreticorum à suis autho-
ribus exceptis.

Iustini in Tryphone. 970. d
Irenæi lib. 1. cap. 20. ibid.
Lactantij lib. 4. cap. 30. 971. a
Athanasij serm. 2. contra Arrianos. ibid.
Chrysofomi hom. 33. in Act. Apost. ibid. b
Hieronymi contra Luciferianos. ibid.

Locus de Excommunicatis.

Eusebij lib. 5. hist. cap. 24. 925. a
Epiphaniij hæref. 42. ibid.
Hilarij in cap. Matth. 18. ibid. b
August. lib. de vera relig. cap. 6. ibid. c.

Locus de Schismaticis.

Irenæi lib. 4. cap. 62. 922. d
S. Cypriani lib. 4. epist. 9. ad Florentinum Papin. ibid.
Chrysofomi hom. 3. in epist. 1. ad Corinth. ibid.
Hieronymi in cap. 1. Amos. 923. a
Augustini lib. de fide & symbolo. cap. 20. ibid.
Oprati lib. 1. contra Parmenianum. ibid. b.

Locus de vitandis Hæreticis.

Irenæi lib. 3. cap. 3. 1310. b
Cypriani lib. 1. epist. 3. ibid. c
Athanasij de S. Antonio in eius vita. ibid.
Augustini in epist. 62. ibid.
Leonis serm. 18. de passione Domini ibid. d

Locus aduersus novos ortus Hæreticorum.

Tertulliani lib. de præscript. 973. d
Oprati lib. 2. contra Parmenianum. ibid.
Hilarij lib. 6. de Trinitate ante med. ibid.
Hieronymi in epist. ad Pammachium & Oceanum. ibid.

Locus de Ananiæ & Sapphiræ pœna.

F I N I S.

S. Ioannis Chrysofomi homil. 12. in acta Apostolorum.
1181. c. d
S. Hieronymi in epist. ad Demetriadem, quæ est octaua
primi tomi, & in epist. 22. ad Eustochium. ibid.
S. Augustini serm. 27. de verbis Apostoli, & serm. 10. alias
12. de diuersis, in editione Louanienfi, & in Psalmo
25. & lib. 17. de ciuitate Dei. ibid.
S. Fulgentij in epist. de debito coniugali. cap. 8. 1182. a
S. Gregorij lib. 1. epist. 33. ad Venantium. ibid.
Aratorij lib. 1. in acta Apostolorum. ibid.
S. Urbani Papæ 1. in epist. decretali. ibid. b
S. Baslij in constitutionibus Monasticis. ibid.
Ioannis Cassiani lib. 4. de institutis renunciantium. cap.
13. & 33. ibid. d

DE ANTICHRISTO.

Locus Irenæi lib. 5. cap. 30. de nomine Antichristi.
652. d. 653. a. b

Locus de duratione regni & persecutionis Anti-
christi.

Hippolyti Martyr. in orat. de consum. mundi. 647. b
Irenæi lib. 5. cap. 30. in fin. ibid.
Hieronymi in cap. 7. Daniel. ibid.
Cyrilli carech. 25. ibid.
Augustini lib. 20. de ciuit. Dei. cap. 23. ibid. & d

LOCI MIXTI ET VARII.


Locus B. August. de Canonizatione Sanctorum.
1453. b

De Trinitate lib. 6. cap. 9.
De magistratu Politico lib. 5. de ciuit. Dei. 1283. c. d
De Baptismo contra Donatistas cap. 7. an sint rebapti-
zandi ab Hæreticis baptizati. 833. a. b
De prohibitione ciborum lib. 30. contra Faustum. cap.
6. 690. d

Locus Chrysofomi hom. vlt. in epist. ad Roman.
in honorem vrbs Romæ. 726. a. b

Ioannis Damasceni lib. 1. cap. 6. de fide orthodoxa, de
pluribus subsistentiis. 300. c
Tertulliani in Apologetico. cap. 9. de Idolothytis. 764. d
Eiusdem lib. de præscr. quo tuetur antiquos Patres in
doctrina non errasse. 988. a
Socratis lib. 1. c. 8. & Sozomeni lib. 1. c. 22. de Paphnu-
tio. 852. b. c
Diui Thomæ & Bonauenturæ 3. distinct. 185.
Zonaræ in vita Cedreni Isauri aduersus Iconomachos.
888. c. d

DE



DE VERBO DEI, LIBER PRIMVS, CAPVT PRIMVM.

Sitne Scriptura Verbum Dei.



NSTITVENTI mihi de li-
bris sacris disputare, primò
se offert illa questio: Sitne
Scriptura Prophetica & A-
postolica, vt verbum D E I
recipienda: an id solum pro
verbo D E I habendum sit,
quod Spiritus sanctus priua-
tim vnicique in corde lo-
quitur. Quam questionem,
indignam alioqui, quæ tractetur apud Theologos Chri-
stianos, peperit nobis hoc tempore partim Suenckfeldij
& Libertinorum deliratio, partim improbitas & impu-
dentia Lutheranorum. Gaspar Suenckfeldius (vt Fride-
ricus Staphylus, in lib. de concordia discipulorum Lu-
theri, & Petrus Palladius in lib. de hæresibus huius tem-
poris testantur) verbum scriptum tanquam literam oc-
cidentem respui, solòque spiritu interno contentos nos
esse iubet. De Libertinis, qui auctoribus Coppino &
Quintano exorti sunt, in hunc modum scribit Ioannes
Caluinus in instructione aduersus Libertinos, ca. 9. *Iam,*
inquit, diximus istos inuidè aperitè videre solitos, si quis
Scripturas allegaret, nec dissimulasse, quin eas pro fabulis
haberent. Interim tamen non desinebant iis vi, si quis esset
locus, quem in sensum suum torquere possent. Non quòd ei
adhiberent fidem, sed tantum vt perturbarent idiotas, atque
ita concuterent, vt tandem eos ad se possent facilius adduce-
re. Si quis locus ipsis obiiceretur, respondebant, nos licet mi-
nimè obnoxios esse, sed spiritum, qui viuificat, sequi oportere.
Quin etiam porcus ille Quiminius, vnumquemque Apostolo-
rum aliquo scommate notauerat, veluti Picardico suo sermo-
ne Paulum vocans vas fractum: Ioannem, iuuenem, stolidu-
lum, Petrum abnegatorem Dei: Matthæum feneratorum.
Hæc ille.

PORRO Martinus Lutherus, & Ioannes Caluinus, &
quotquot sectatores & discipuli eorum sunt, huc ipsum
Suenckfeldij & Libertinorum errorem, Romano Pon-
tifici, totique Catholicæ Ecclesiæ impudentissimo men-
dacio adscribere nõ verètur. Lutheri verba in li. de Con-
ciliis & Ecclesia, propè extremo, sic habent: *Papa, hac ip-*
sa de re, pene totum orbem terrarum immani mole commen-
tiorum & librorum repleuit, & in meros laqueos conscien-
tiarum, leges, exactiones, iura diuina & humana, articulos fi-
dei, nomen peccati, & iustitiæ conuertit, vt meritis sit denuo
tradignibus suum Decretale. Facile enim carere posset. Ec-
clesiæ tali libro, qui horribile & irreparabile damnum dedit
in magna parte generis humani, SACRAM SCRIPTV-

ARAM in cano & puluere sepeluit, & doctrinam Christianam
penè integram deleuit. Hæc Lutherus, quorum familia pas-
sum leguntur in libro aduersus Regem Angliæ, & in li-
bro de falso statu Cleri, & alibi. Caluini verba initio li-
bri, seu instructionis aduersus Anabaptistas hæc sunt: *Nec*
enim Papistarum more dicimus sacrosanctas Scripturas mis-
fas fieri oportere, vt auctoritati hominum a quiescamus, hoc
enim effugium censemus blasphemiam execrabilem esse. Qua-
propter vt & illorum errorem, & horum mendacium
breuiter refellamus, illud in primis statuendum erit: Pro-
pheticos & Apostolicos libros iuxta mentem Ecclesiæ
Catholicæ, & olim in Concilio tertio Carthaginensi
cap. 45. & nuper in Concilio Tridentino scil. 4. explica-
tam, verum esse verbum Dei, & certam ac stabilem re-
gulam fidei. Id verò his argumentis comprobamus.

CAPVT SECVNDVM.

Libris, qui Canonici nominantur, Ver-
bum D E I contineri.

PRINCIPIO Moses, Propheta, Christus ipse,
Ioannes, Apostoli, vel diuina dogmata, ex Scri-
pturis ipsis confirmabant, vel certè ad Scriptu-
ras legendas alios hortabantur, nec vllum vnquam ad in-
terni spiritus iudicium, Scripturis neglectis, remiserunt.
Quorum testimonia non eò à nobis adferentur, quòd ab
aduersarijs magnificè existimemus: sed ne Scripturæ,
quarum auctoritate aduersus nos, qui eas meritò venera-
mur, aduersarij interdum abutuntur, pro eorum sen-
tentia facere videantur.

MOSES igitur Deute. 17. *Si difficile, inquit, & ambi-*
guum apud te iudicium esse perspexeris, &c. Et infra. Facies
quodcumque dixerint, qui præsent loco, quem elegerit Domi-
nus, & docuerint te iuxta legem eius. Vbi satis aperitè san-
ctus Moses controuersias exortas in populo Dei, ex lege
Domini diiudicandas docet. Ad eundem modum & Isaias
clamat cap. 8. Ad legem magis & ad testimonium. Et Ma-
lachias cap. 2. Labia sacerdotis custodiens scientiam, & le-
gem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exerci-
tuum est. Dauid quoque in Psal. 118. Beati qui seruantur te-
stimonia eius.

CHRISTVS verò primùm hic quater legationem
suam: Scripturæ testimonio confirmat, illis Propheta
verbis in medium allatis: *Spiritus Domini super me, eo quod*
inxerit me, &c. Deinde Marc. 12. Sadducæos ex diuinis
litteris confutat, cum ait: Nõme id eò erratis nescientes Scri-
pturas. Et infra: De mortuis autem quod resurgant, nõ legi-
stis in libro Moysi, &c. Porro Matth. 22. Phariseis quo alio

argumento silentium imposuit,quam illo, quod ex Dauid deprompsit. Et rursus eodem Pharisaeos non ad spiritum aliquem internum, sed ad Scripturas diuinas reuocit, dicens Ioannis 5. *Scrutamini Scripturas.*

Iam verò Ioannes Baptista restem legationis suae, non spiritus interni iudicium, sed Isaiam Prophetam adhibuit. Si quidem interrogatus quis esset: *Ego* (inquit Ioannis 1.) *vox clamantis in deserto: dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheeta.* De Bereenensibus illud non sine laude commemoratur in actis Apost. ca. 17. quod cum Paulum Apostolum audiissent, seruebantur quotidie Scripturas, si haec ita se haberent. Ipsi inquit Apostoli Petrus, Paulus, Ioannes, Iacobus, Iudas, non modò in singulis epistolis frequenter adhibent testimonia Legis & Prophetarum, quae nimis longum esset hoc loco recensere, sed interdum etiam Scripturarum auctoritate inuicem praedicant. *Habemus*, inquit sanctus Petrus 2. Pet. 1. *firmiorem prophetica sermonem, cui benefactis attendentes, tanquam lucerna lucens in caliginoso loco.* Et sanctus Paulus 2. Timoth. 3. *Ab infantia, inquit, sacras literas nosti, quae te possunt instruere ad salutem. Omnis Scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudicendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instruendus.* Denique Deus ipse ad Iosue cap. 1. *Non recedat, inquit, volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus.* Cum Mose igitur pugnant, cum Prophetis, cum Apostolis, cum Christo ipso, ac Deo Patre & Spiritu sancto, qui sacras literas, & oracula diuina contemunt.

DEINDE regula Catholicae fidei certa notaque esse debet: nam si nota non sit, regula nobis non erit, si certa non sit, ne regula quidem erit. Porro priuata spiritus reuelatio, ut in se certa sit, nobis tamen nota esse nullo modo potest: nisi forte diuinis testimoniis, id est, veris miraculis confirmetur, quorum verò extrema penuria ij praerim laborant, qui hoc nostro saeculo non minus quam ceteri spiritum iactant. Nam quis mihi fidem faciet, non mentiri Anabaptistam, cum se à spiritu afflatum dicit? sed fac non mentiri, qua via cognoscam spiritum illum, spiritum lucis, & non spiritum tenebrarum esse? & cum tam multi hoc tempore duces ac doctores Spiritum sanctum habere se gloriètur, & tamen inter se sic animis sententiisque dissident, ut alij alijs sint heretici, fieri certè non potest, ut omnes rectè sentiant.

Quo d si aut falluntur omnes, aut, quod est omnino necessarium, aliqui: quis affirmare audebit, ex eorum numero se non esse, qui à spiritu satanae deluduntur? At facris Scripturis, quae Prophetis & Apostolicis literis continentur, nihil est notius, nihil certius, ut stultissimum esse necesse sit, qui illis fidem esse habendam neget. Notissimas enim esse testis est orbis Christianus, & consensus omnium gentium, apud quas multis iam saeculis summam semper auctoritatem obtinuerunt. Certissimas autem atque verissimas esse, nec humana inuenta, sed oracula diuina continere.

PRIMO testis est veritas vaticiniorum, de qua sic loquitur sanctus Augustinus lib. 12. Ciuit. cap. 9. *Scripturae fides mirabilem auctoritatem non immeritò habet in orbe terrarum, atque in omnibus gentibus quas sibi esse credituras, inter cetera, quae dixit, vera diuinitate praedixit.* Et rursus cap. 10. *Quantò minus (inquit) credendum est illis literis, quas plenas fabulosas velut antiquitatibus proferre voluerunt, contra auctoritatem notissimorum diuinorumque librorum, quae totum orbem sibi crediturum esse praedixit, & cui totus orbis sicut ab ea praedictum est, credidit, quae vera se narrasse praerita ex his, quae futura pronunciauit, cum tanta veritate complentur, ostendit.*

SECUNDO testis est incredibilis quaedam & planè diuina conspiratio, atque concordia tot vitorum, qui diuersis locis, temporibus, linguis, occasibus sacra

volumina conscripserunt, ut non tam ipsi scriptores diuersi, quam vnus scriptoris diuersi calami fuisse videantur. Itaque rectè Theodoretus praefatione in Psalmos, & sanctus Gregorius praefatione in Iob: *Linguas & manus scriptorum sacrorum nihil aliud, quam Spiritus sancti calamos appellandos esse censuerunt.*

ET SANCTVS AVGVSTINVS lib. 18. Ciuit. cap. 41. de hac admirabili concordia Scripturarum loquens: *Auctores nostri, inquit, in quibus non frustra sacrarum literarum sgitur & terminatur Canon, absit ut inter se aliqua ratione dissentiant. Vnde non immeritò cum illa scriberent, eis Deum, vel per eos loquuntur, non paucim sibilis, atque Gymnastis litigiosis disputationibus garruli, sed in agris atque vrbibus, cum doctis atque indoctis, tot tauti que populi crediderunt. Ipsi sanè pauci esse debuerunt, ne multitudine vilesceret, quod clara religione esse oporteret, nec tamen ita pauci, ut eorum non sit miranda consensus. Neque enim in multitudine Philosophorum, qui labore etiam literario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, faciliè quis inuenit, inter quos cuncta quis sentire conueniant.*

TERTIO testis est Deus ipse, qui aliquando caelesti animaduersione Scripturam hanc suam ab humana prophanatione defendit. Miranti siquidem Ptolemaeo regi, cur diuinorum librorum nulli, neque Historici, neque Poetae veteres meminissent, Demetrius Phalereus respondit, ut ex Aristæo referunt Iosephus lib. 12. antiquit. cap. 2. & Eusebius lib. 8. praeparat. Euangel. cap. 1. Diuinam hanc Scripturam esse, atque à Deo ipso datam propterea si qui prophanorum hominum eam attingere voluerunt, eos à Deo percussos continuo resiliisse. Affirmavitque Theopompum quandam, quòd aliquid diuinorum voluminum Graeca oratione ornate voluerat, subito mentis quadam agitatione diuinitus immissa, vehementer perturbatum ab incepto opere coactum esse desistere: Theodorum verò Tragediarum scriptorem, quòd nescio quid è diuina Scriptura ad fabulam quandam transferre decreuerat, luminibus captum orbarumque esse: ita repentina calamitate insignem temeritatem, continuo esse repressam.

QUARTO testis est ipsa Scriptura, cuius si verae fuerunt praedictiones rerum futurarum, ut euentus postea comprobauit, cur vera non sint rerum praesentium testimonia? Verum igitur est quod ait Dauid lib. 2. Reg. cap. 23. *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* Verum quod ait Zacharias Luc. 1. *Benedictus Dominus Deus Israel, &c. Sicut locutus est per os Sanctorum, qui à saeculo sunt Prophetarum eius.* Verum quod ait Petrus, secunda Pet. cap. 1. *Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.* Et Paulus 2. Timoth. 3. *Omnis scriptura diuinitus inspirata.* Verum denique id, quod omnes Prophetæ identidem repetunt, *Hec dicit Dominus.*

POSTREMO testis est infinitus propè numerus diuinorum miraculorum, quae omnibus saeculis facta sunt ad ea dogmata comprobanda, quae in his literis continentur.

Quare cum sacra Scriptura regula credendi certissima tutissimaque sit, sanus profectò non erit, qui ea neglecta spiritus interni saepe fallacis, & semper incerti iudicio se commiserit. Et probè sanctus Augustinus in prologo de doctrina Christiana, his verbis Christianos admonuit: *Cauemus tales tentationes superbissimas & periculossimas, magisque cogitemus, & ipsum Apostolum Paulum, licet diuina & caelesti voce praestratum, ad hominem tamen missum esse, ut Sacramenta perciperet, atque copularetur Ecclesiae, & Centurionem Cornelium, quamuis exauditis orationes eius, elemosynasque respectas ei Angelus nunciauerit, Petro tamen traditum imbendum, per quem non solum Sacramenta perciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset, audiret.*

Hic accedit, quòd prouidentia Dei, ita quodque regit, & moderatur, ut cuiusque natura postulat: natura

autem

autem hominum id postulat, ut quoniam animo & corpore praediti sumus, & corporalia facilius quam spiritualia capimus: per ea, quae sensibus corporis percipiuntur quasi per quosdam gradus ad spiritualia & caelestia deducamur. Non igitur omnes vulgò per internum afflatum Deus docet, quid de se credi, quidve à suis agi velit: sed per corporales literas, quas & cerneremus & legeremus, erudire nos voluit, *De illa ciuitate vnde peregrinantur* (inquit Augustinus concione secunda in Psalm. 90.) *hae literae nobis venerunt, ipsae sunt Scripturae, quae nos hortantur, ut benè viuamus.*

NEQUE verò si Dauid, Moses, Isaias, Petrus, Paulus, Ioannes, & alij quidam pauci in ceterum quodammodo Angelorum admitti, ab ipso fonte veritatis, per se sapientiam hauserunt, continuo ceteri etiam homines, neque diuinis literis, neque vllis doctoribus opus habebunt. Alia siquidem ratio esse debet fundamentorum, alia parietum, alia montium, alia collium. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ, nunquid omnes fundamenta? nunquid omnes montes? & si omnes montes, vbi colles? si omnes fundamenta, vbi domus? si omnes Apostoli & Prophetæ, vbi synagoga populorum? de qua scriptum est in Psalm. 7. *& synagoga populorum circumdabit te.* Nos igitur superaedificamur (ut Apostolus ait in 2. cap. Epist. ad Ephesios) *super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, quorum praedicatione & literis erudimur: illi verò, qui ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, sustentantur, atque nituntur, ipso summo angulari lapide CHRISTO IESU.*

SOLAE ex oriente montium cacumina illustrantur: inde autem ad colles, & vsque ad imas valles radij luminis deriuantur. Ita iuxta Psalm. 71. *suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam: Montes* (inquit sanctus Augustinus tract. 1. in Ioan.) *excellsa anima sunt & colles parua anima sunt, sed ideò montes excipiunt pacem, ut colles possint excipere iustitiam. Quae est iustitia, quam colles excipiunt? Fides: quia iustus ex fide uiuit. Non autem acciperent minores anima fidem, nisi maiores anima, quae montes dicte sunt, ab ipsa sapientia illustrarentur, ut possent paruulus traicere, quod possent paruuli capere.* Et infra. *Oculos nostros cum leuamus ad Scripturas, quia per homines ministratae sunt Scripturae, leuamus oculos nostros ad montes, vnde veniat auxilium nobis.*

POSTREMO si in quauis humana Repub. sublati legibus, institutisque maiorum, id vniciue liceret, quod naturali sua prudentia, æquum ac iustum censeret, quanta perturbatio rerum omnium, quanta confusio sequeretur? quàm breui tempore tota ea Respub. funditus interiret? & nemo tamen est, qui non aliquid sapiat in rebus humanis, quique omni procius iudicio careat. Quid igitur fieret, si in ea Republica, quae diuina potius, quam humana est, & in qua multo necessario supra rationem naturalem credenda, multa supra humanas vires agenda sunt, sacra eloquia diuinitus inspirata tollerentur è medio, & solus internus afflatus expectandus & sequendus esset: quid, quod maxima pars hominum, ex rudibus & imperitis constat, qui nihil sibi diuinitus indicari ne per somnium quidem vnquam senserunt? Quid igitur isti expectabant semper? nihil interim credent: in omnem aeternitatè peribunt: an assequuntur sine fide iustitiam? vel beatitudinem sine iustitia? Sed habent Suenckfeldiani ac Libertini argumenta, quibus sententiam confirmat ac tueatur suam, scilicet, ut non sine ratione insanire videatur. Illa igitur qualia sunt, inspiciam.

CAPVT TERTIVM.

Resellitur obiectio ex verbis D. Pauli: *Litera occidit, spiritus viuificat.*

POSTOLVS Paulus, inquit, disertis verbis literam à spiritu distinguit, & illam ad Testamentum vetus aperire reuocit: quam etiam occidentem vocat,

hunc autem noui Testamenti proprium esse confirmat, & viuificantem nominat. *Idoneos, inquit 2. Corinth. 3. nos fecit ministros noui Testamenti non litera, sed spiritus: Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Igitur quemadmodum vetus Testamentum Iudaeorum est, & nihil ad homines Christianos pertinet: ita nec Scripturae diuinae, quae nihil aliud, quam literae sunt, ad Christianos homines pertinebunt.*

AD hoc argumentum facile respondemus: ac primùm si res ita se haberet, & nihil ad nos sacrae literae pertinerent, cur ipse Christus ait, Ioannis 5. *Scrutamini Scripturas?* cur Paulus tot literas scripsit? cur 1. Timoth. 4. discipulum monuit, ut lectioni operam daret? Sed nimirum Apostolus Paulus neque per literam occidentem, internam Spiritus alloquitione intelligi voluit. Neque aliud sunt Paulus litera & spiritus, quam Ioanni lex & gratia. *Lex*, inquit Ioannes ca. 1. *per Moysen data est, gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est.* Et sanctus Augustinus lib. 15. contra Faustum, cap. 8. *Eadem, inquit, lex quae per Moysen data est, gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est, cum accessit litera Spiritus, ut inciperet impleri iustitia legis, quae non implet a reos etiam praeruaricatione faciebat.* Quod autem Paulus per literam legem significet, ex verbis sequentibus potest intelligi. Nam cum dixisset, *Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti non litera, sed Spiritus: Litera enim occidit, spiritus autem viuificat*, subiicit continuo, *Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent imèdere filij Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quae euacuatur: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Quibus verbis nulli reliquit dubitandi locum, quin per literam occidentem lex in lapidibus descripta intelligenda sit.*

SED operæpretium erit breuiter explicare, lex illa per Moysen data, cur litera, cur occidentis, cur Testamenti veteris propria esse dicatur. Ne dum Libertinos & Suenckfeldianos refellimus, aliquid Lutheranis concedere videamur.

Ac prima quidem dubitatio facillima, & penè nulla erit, si Moses cum Christo, & lex conferatur cum gratia. Etenim Moses cum legem datam à Deo deserret ad populum, nihil detulit aliud, quam literas incisas in lapide: Christus verò, nec literas vllas scripsit, nec ab alio scriptas attulit, sed Spiritum dilectionis & gratiae, qui ne scribi quidè potest, cordibus suorum afflauit. Itaque merito Christi lex, Spiritus & gratia: lex Moysi, litera nominata est.

Cur autem occidere lex dicatur, nò eadem omnium sententia est. ORIGENES lib. 6. contra Celsum propè extremo, literam occidentem significare videtur esse Scripturam ipsam, cum iuxta propriam verborum significationem exponitur: eandem autem Spiritum esse viuificantem, si mysticè & spiritualiter exponatur. *Literam*, inquit, *nominauit, cum iuxta sensum diuinam literas accipimus: Spiritum verò cum iuxta intellectum.* Et clarius lib. 7. ante medium: *Dicimus, inquit, legem esse duplicem, videlicet, alteram iuxta literam, alteram iuxta sententiam, sicut & maiores nostri docuerunt. Iam illam, quae sic, ut scriptum est, accipitur, non tam nos, quam Deus, per quandam Prophetam ius non bonum nominat, & praecepta non bona. Quem imitatus Paulus noster pronunciauit literam occidere: quod perinde est, ac si verba dixisset occidere. Ceterum, spiritus, inquit, viuificat, quod tantumdem valet: ac si nos eorum intellectu vitam consequi scripsisset.* Haec Origenes, cuius sententia si ita accipiatur, ut nihil omninò in diuinis Scripturis ad literam exponi possit, exploratum errorem còtinet, & iam dudum à Patribus explosa est. Vide Epiphanius epistola ad Ioan. & in haeresi Origenis. Chrysostomus hom. 13. in Gen. Hieronymus in epist. ad Pamnachiū, de erroribus, Ioan. Hierosolymit. & in cap. 10. Danielis, Augustinus, li. 13. Ciuit. Dei, c. 21. & li. 8. Gen. cap. 1. Sic sic autem, ut quae figuratè dicta sunt, ea secundum propriam ver-

borum significationem explicari prohibeatur: Vera quidem sententia est, sed in hunc Pauli locum minimè quadrat. Nec enim Apostolus, cum literam dicit occidere, de figuris Scripturarum loquitur, sed de notissimis illis preceptis, quæ in duabus tabulis lapideis scripta erant. Sic enim ait: *Litera occidit, spiritus autem vivificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria.* &c. Et rursum in epist. ad Rom. ubi aliquoties repetit, legem occidere, non aliam legem adfert in medium, quàm illam, non concupisces. Et utique (ut verbis utar Augustini, lib. de spiritu & litera, cap. 4.) non figuratè aliquid dicitur, quod accipiendum non sit secundùm literam sonum: cum dicitur, non concupisces, sed apertissimum saluberrimùmque preceptum est, quod si quis impleverit, nullum habebit omninò peccatum.

IAM VERÒ S. IOANNES CHRYSOSTOMVS in 2. ad Cor. ca. 3. & qui ei sequuti sunt, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, necnon commentarius, qui S. Ambrosio attribuitur, & alij nonnulli, literam occidentem, legem punientem, spiritum vivificantem, gratiam liberantem à peccatis esse docent. Lex enim non modò adulteros, & latrones, sed etiam cum, qui sabbato ligna collegerat, imperabat occidi, Num. 15. Gratia verò sanctissimos etiam homines, & omni flagitiorum genere contaminatos, per laucrum regenerationis, aut per verbum reconciliationis absoluit.

CÆTERVM hæc etiam explicatio non omninò satisfacet, nam lex diuina sicut improbis pœnas, ita præmia bonis constituit, & sicut scriptum est Deuter. 27. *Malédictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit:* ita scriptum etiam est Leuit. 18. *Custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis.* cur igitur lex occidere dicitur, non etiam vitam afferre, nam si propterea litera occidens meritò appellari potest, quod transgressores suos occidat: pari ratione litera viuificans dici poterit, quod cultoribus suis vitam propaget.

VERISSIMA igitur, & verbis Apostoli maximè consentanea S. Augustini sententia est, legem videlicet sine gratia literam occidentem ab Apostolo Paulo duabus de causis esse appellatam. Primum, quod cum impleri non possit, eum cui datur quodammodo præuaricator è efficiat. Lex, inquit idem Apostolus Ro. 4. *iram operatur, ubi enim nõ est lex, nec præuaricatio.* Deinde quod ipsa prohibitione concupiscentiam auget, nam, ut ille rectè ait, *niuium in vetitum semper, cupimusque negata.* Occasione, inquit Apostolus, accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam Rom. 7. & S. Augustinus de spiritu & litera, ca. 4. *Doctrina, inquit, illa quæ præcipit non concupisces, bona & laudabilis lex est: sed ubi sanctus non adiuuat Spiritus inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est, caritatem diffundens in cordibus nostris, profectò illa lex quamuis bona, auget prohibendo desiderium malum: sicut aquæ impetus, si in eam partem non cesset influere, vehementior fit obice opposito, cuius molè cum cui-cerit, maiore cumulo præcipitatus violentius per prona pronoluitur. Et hoc est quod fallit peccatum per mandatum, & per illud occidit, cum accedit etiam præuaricatio, quæ nulla est, ubi lex non est.*

QUARE nec per se, aliqua propria vitiositate sua, sed ex occasione solum eaque accepta, non data lex occidit. Nam peccatum, ut Apostolus ait Rom. 7. occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, iustum, & bonum, quod ergo bonum est, mihi factum est mors: absit, sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem.

POSTREMA restat quæstio, cur lex siue litera propria Testamenti veteris esse dicatur. Nam nec in Testamento veteri viguit lex sine gratia siue litera sine spiritu; Cum tam multi floruerint eo tempore iustissimi viri incedentes ut ait Luc. c. 1. de Zacharia & Elizabeth, in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. Nec

A in Testamento nouo regnat spiritus sine litera, siue gratia, siue lege: cum Christus dixerit Matth. 5. *Andistis quia dictum est antiquis, non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, & quæ sequuntur, & rursum Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei: & Matth. 28. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia, quæcumque mandauimus vobis.*

QUID est igitur quod Apostolus ait, idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non literæ, sed Spiritus? qua ratione literam, hoc est, legem à testamento nouo excludit, in quo tot leges ab ipso Christo præscribi videntur? Sed facillè quæstio ista dissoluitur, si quid per se, & propriè ad vtrumque Testamentum pertineat, ex proprio vtriusque Testamenti sine discernamus. Testamenti veteris finis proprius erat id efficere, ut genus humanum in ipso primo parente, tanquàm in radice corruptum, & vitium agrotationis vulnerumque suorum admoneretur, atque inde timore & dolore cõcepto medicum quaereret. Ad hunc finem lex perducit, per legem cognitio peccati, inquit Apostolus Roman. 3. & rursum: *Peccatum non cognouit, nisi per legem, Roman. septimo, & Diuus Augustinus; Virtus, inquit (epistola 200. ad Arellicum) legis est, ut hominem de sua infirmitate conuincat, & gratia medicinam, quæ in Christo est implorare compellat.*

QUARE per se, ac propriè, Testamentum vetus legibus, ac literis continetur, timore adducit, in seruitutem generat, ut Paulus loquitur Rom. 8. & Gal. 4. Qui verò sub veteri Testamento iusti, liberi que fuisse leguntur, ij non litera Testamenti veteris, sed spiritu Testamenti noui tales fuerunt. Dispensabant, inquit sanctus Augustinus (epist. 120. ad Honoratum) illi sancti per congruentia temporis Testamentum vetus, pertinebant verò ad Testamentum nouum. Et de peccatorum meritis, & remiss. lib. 1. ca. 11. *Regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quæ operata est in antiquis sanctis, quicunque antequam in carne Christus veniret, ad eius tamen adiuantem gratiam, non ad legis literam, quæ iubere tantum, non adiuuare poterat, pertinebant* Finis autè Testamenti noui non alius est, quàm mederi, sanare, liberare. Id verò totum præstat gratia. Infelix ego homo, inquit D. Paulus Rom. 7. *quis me liberabit de corpore mortis huius gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* & sanctus Augustinus lib. de spiritu & litera cap. 29. *Per legem, inquit, cognitio peccati, per gratiam sanatio anime à vitio peccati.*

IGITUR Testamentum nouum per se, ac propriè non legem adfert, sed gratiam, nec litera, sed spiritus solius ministerium est, nihilque est aliud, quàm caritas Dei diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, quod tanto ante Propheta prædixit, cum ait Hierem. 31. *Ecce, dies veniẽt, dicit Dominus: & feriam domum Israël, & domui Iudæ fœdus nouum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti: pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Itaque si de eo agatur, quod per se, ac propriè, ad vtrumque Testamentum pertinet, verissimè Paulus dixit 2. Corinth. 3. *Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non literæ, sed spiritus.* Nec minus verè Ioannes 1. cap. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.*

SED quamquam Testamentum nouum, per se, ac propriè leges non adferat, leges tamen duplici ratione complectitur. Primum enim eas omnes leges, quæ ad bene, beatèque viuendum referuntur, gratia noui Testamenti non destruit, sed confirmat, quippe quæ humana infirmitati, ad eas implendas vires præbet. Legem, inquit

Apostolus Rom. 3. *Destruimus per fidem? absit, sed legem statuimus, & infra cap. 8. Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleteretur in nobis.* Et Sanctus Augustinus lib. de gratia Christi, cap. 19. *Lex ergo data est, inquit, ut gratia quaereretur, gratia data est, ut lex impleteretur. Neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentie carnis. Quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit.*

DEINDE nouas etiam quasdam leges Christus tulit, ut de Baptismo, de Eucharistia, de Sacramentis carceris, vel exhibendis, vel suscipiendis; quia tamen Christi nõ ideo ad nos venit, ut tanquam alter Moyses nouæ legis pondere nos premeret, sed ut iacentes sub onere legis, auxilio gratiæ subleuaret, tamen ad vetera morum præcepta saluberrimas illas leges adiungendas putauit: quæ dum ad Sacramenta nos ducunt, atque ad gratiam per Sacramenta perducunt, non solum non premunt onere ponderum, verùm attollunt etiam vice pennarum, ut loquitur August. lib. de perfect. iust. Sed de prima obiectione satis dictum est.

OBIECTIONES cæteræ, quia communes sunt Suenckfeldianis & Libertinis, cum Lutheranis & Caluinitis, in ea disputatione commodius dissoluetur, in qua de interprete scripturarum, & iudice controuersiarum adiuuante Domino differemus.

CAPVT QVARTVM.

Qui sint libri sacri.

SCRIPTURAM Propheticam & Apostolicam, sacram, diuinamque esse, satis, ut arbitrator, demonstratum est disputatione superiore. Sequitur, ut qui sint verè Prophetici aut Apostolici libri, deinceps explicemus. Est autem omnis hæc de numero sacrorum librorum disputatio diuisa in partes tres. Primum enim de iis libris agendum erit, de quorum auctoritate nulla vnquam fuit inter Catholicos homines disceptatio. Deinde de iis qui tamen verè Prophetici, aut Apostolici sint, non tamen semper æquè certa, & explorata eorum auctoritas fuit. Postremò de iis, qui quamquam à nonnullis clarissimis doctissimisque viris aliquando in numero diuinorum voluminũ haberentur, publico tamen totius Ecclesiæ iudicio nunquam approbati sunt.

PRIMI ordinis librorum hæc sunt nomina; Pentateuchus Moysi, liber Iosue, Iudicum, Ruth, Regum, quatuor; Paralipomenon, duo; Esdræ, & Nehemie, duo; Iob, Psalterium C. L. Psalmodum; Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica, Prophetæ maiores quatuor, Prophetæ minores duodecim, Euangeliorum libri quatuor, Acta Apostolorum, Epistolæ Pauli numero 13, omnia videlicet sola Epistola ad Hebræos, Epistolæ Canonice duæ, Petri vna, Ioannis altera.

SECUNDVS ordo hos libros continet; Hesther, Baruch, Danielis partem. Tobiam, Iudith, Sapientiam, Ecclesiasticum, Machabæorum primum & secundum, Marci, Lucæ, Ioannis partes quasdam, Epistolam ad Hebræos, Epistolam Iacobi, posteriorem Petri, primæ Ioannis particulam, secundam, & tertiam Ioannis, Epistolam Iudæ, Apocalypsim.

TERTIVS ordo illa omnia comprehendit, quæ recententur ab Innocentio epist. 3. ad Exuperium; Gelasio dist. 17. can. Sancta Romana; Athanasio in Synopsi; & Eusebio lib. 3. hist. cap. 75. ex quibus hæc pauca videntur extare, oratio Manassæ, III. & IV. liber Esdr. III. Item & IV. Machabæorum, Psalmus centesimus quinquagesimus primus, Appendix libri Iob, liber Hermetis, qui inscribitur Pastor.

AC PRIMI quidem ordinis libros in Ecclesia Catholica diuinam auctoritatem semper habuisse, testes sunt omnes summi Pontifices, omnia Concilia, omnes

Patres, qui quacunque de causâ libros enumerare studuerunt. Vide ex Pontificibus Innocentium I. in epist. 3. ad Exuperiũ cap. vi. Gelasium I. in decreto de libris sacris, quod extat in secundo Tomo conciliorum. Ex Conciliis, Laodicenum can. 59. Carthaginensè III. can. 47. Florentinum in institut. Armeniorum, iuxta fidem summæ Conciliorum, Tridentinum sess. 4.

EX GRÆCIS Patribus Origenem apud Euseb. lib. 6. hist. cap. 18. Ipsum verò Euseb. lib. 3. hist. cap. 25. Athanasium in Synopsi, Gregorium Nazianzenum in lib. de genuinis scripturis carmine conscripto, Epiphanium in lib. de mensuris & ponderibus. Item eundem aduerfus hæresim Anomæorum, Cyrillum Hierosolymitanum Catechesi 4. Ioannem Damascenum lib. 4. de fide c. 18.

EX PATRIBVS Latinis, Hieronymum, cum in prologo Galeato, tum in Epistola ad Paulinum de studio sãctarum Scripturarum, Rufinum in explicatione symboli, Augustinum lib. 2. de doctrina Christiana, capite octauo, Iudorum lib. sexto Etymologiarum, capite primo. His adde tres alios scriptores, qui solius Testamenti veteris libros recensent. Iosephum libro primo aduersus Appionem, Melitonom Sardensem apud Euseb. lib. 4. Hist. cap. 26. & Hilarium præfatione in Psalmos.

PORRO ceteri Patres Iustinus, Irenæus, Basilus, Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, omnesque alij, cū Græci, tum Latini, quamuis diuinorum librorum seriem non describant; passim tamen eorum testimoniis sic vtuntur, ut eos omnes in sacris diuinisque libris à se habitos non obscurè testentur.

CAPVT QVINTVM.

De hæreticis, qui libros Testamenti veteris primi ordinis oppugnant.

TSI verò in Ecclesia Catholica, Orthodoxorum omnium consensione, enumerationum librorum disputatione viguit auctoritas, non defuerit tamen hæretici, qui libris iisdem omnem prorsus auctoritatem detrahere niterentur. Quoniam autem illas eorum hæreses maiorum nostrorum diligentiam iam dudum extinguitas, ac sepultas, rursum hoc nostro sæculo Sixtus Senensis in extrema sua bibliotheca stylo prosequutus est; quàm breuissimè poterò ab antiquis istis non tam hostibus, quàm vmbris hostium me expediam. Igitur decem & octo hæreses aduersus eos libros, quos in primo ordine recensimus, diuersis temporibus extiterunt.

PRIMA eorum est, qui libros Testamenti veteris, quod eos à malo Deo quodam dictatos existimarent, in vniuersum respuebant. Ita sensere primum Simoniani, Basilidiani, Marcionite apud Irenæum lib. 1. ca. 10. 22. 29. Deinde Manichæi apud Epiphanium hæ. 46. Bogomilus apud Euthymium Panopliæ parte 2. tit. 23. ca. primo. Albigenes apud D. Antoninum, par. 4. tit. 11. cap. 7.

NOTRO etiam sæculo quindecim Anabaptistarum prædicantes in colloquio Franckental, vetus Testamentum haud aliter in disputationem fidei admittendũ censuerunt, quàm quatenus cū nouo Testamento cõcordat.

REFELIUNT hanc hæresim Epiphanius in hæresi Manichæorum, Augustinus cum in lib. aduersus Faustum Manichæum, tum in aliis duobus contra aduersarium legis & Prophetarum, & Petrus Cluniacensis in Epist. contra Petrobrasianos.

ET SANE mirandum videret, eos hæreticos, qui Testamenti noui libros venerabantur, contemnere potuissent libros Testamenti veteris cum hi ab illis, & plurima & luculentissima suæ auctoritatis habeant testimonia. Necesse est inquit Dominus, Lucæ vltimo, impleri, omnia que scripta sũt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Et Apostolus Rom. primo: *Paulus, inquit, Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promissit per Prophetas suos in scripturis sanctis.* Et rursum ad Galatas 4. *Scriptum est, quia Abraham duos filios habuit, vnum de an-*

cilla, & unum de liberis, que sunt per allegoriam dicta; hæc enim sunt duo Testamenta. Item alibi, ad Hebræos primo: Multifariis multisque modis, olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissime loquens est nobis in Filio, &c.

ALTEA hæresis Ptolomæi cuiusdam fuit: qui (vt Epiphanius refert hæres. 31.) legem Moïsi tres in partes diuidebat: atque vnus quidem mundi opificem auctorem faciebat; alterius Moïsem; tertie seniores Synagoge. Nec verò mundi opifex Ptolomæo Deus verus erat, sed medium quoddam numen inter Deum & diabolium. Itaque non modò legem vnuerfam, sed nec vllam eius partem sacram diuinamque esse censerebat.

RESELLIT hanc hæresim Zacharias apud Lucam, capite primo, vbi refertur Dominum Deum Israël loquentum esse per ora Sanctorum, qui à sæculo sunt, id est omnium Prophetarum eius. Refellit eandem Apoftolus Paulus cum omnem Scripturam diuinam inspiratam esse affirmat, 2. Timoth. 3.

TERCIA est hæresis Theodori Mopsuestiæ Episcopi, qui Prophetas omnes non quidem apertè reicit, sed dum impudenter affirmat, nihil eos de Christo vnquam prædixisse (vt ex fragmentis commentariorum eius, quæ in prima Synodo, collat. 4. recitantur intelligi potest) cum ipsorum Prophetarum, vtilitatem & auctoritatem nimium extenuat, tum ipsum Christum, & Apoftolos clarissimorum mendaciorum reos facit. Quid enim aliud, quam mendacium erit, quod ipsa veritas de se ait, cum perlecto testimonio Isaiæ subiunxit Lucæ 4. Hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris? Quid aliud quam mendacium erit, quod Actorum 10. Petrus ait: Hæc omnes Prophetæ testimonium perhibent?

OMITTO cætera Prophetarum testimonia, quæ passim in Testamento nouo de Christo ab Euangelistis & Apoftolis explicantur: Tot enim sunt, vt breui enumerari non possint. Vide Matth. 1.2.4.12.21.27. Marc. 12.15. Lucæ 11. Ioan. 2.12.19. Acto. 2.4.13. Ephes. 4. Heb. 1.10. &c.

QUARTA hæresis Psalms Davidis, vt humana, vel prophana potius cantica sine vlllo diuino afflatu conscripta repudiatur. Auctores huius erroris Philastrius in catalogo hæret. cap. 127. Nicolaitas, & Gnosticos, facit, Paulum Samosatenum scriptum reliquit Eusebius lib. 7. hist. cap. 25. Psalms illos, qui in Christum canebantur, tanquam recens excogitatos de Ecclesia sustulisse.

SEPTIMA fortasse Paulus iste non tam Psalms Davidis, quam Hymnos aliquos Ecclesiasticos ab Ecclesia sua remouit. Neque enim credibile est Davidis Psalms post tot sæcula Samosateno recens excogitatos videri potuisse. Sanè deliramentum hoc refellunt apertissimis verbis, cum ipse Dauid, tum etiam Christus & Apoftoli: Hæc sunt nouissima verba, inquit auctor libri Regum, 2. Reg. 23. Quæ locutus est Dauid filius Isai: dixit vir, cui constitutum est de Christo, Dei Jacob egregius Psalms Israël; Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam, Et Dominus Matthæi 22. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: Quæ verba in 109. Psalmo scripta leguntur. Et Apoftoli omnes vna voce. Tu Domine, inquit, Acto. 4. qui spiritu Sancto per os Patris nostri Dauid pueri tu dixisti. Quare fremuerunt gentes, Psal. 2. Denique Apóstolus Paulus in Epistola ad Hebræos cap. 2. Sic dicit, inquit, Spiritus sanctus: hodie si vocem eius audieris. Quæ sunt verba Psalms 94.

QUINTA hæresis Hebræorum est, qui in Thalmud ord. 4. tract. 3, nec librum Iob in diuinis voluminibus habent, nec ipsum Iob vnquam vixisse inter homines putant, posteriores Rabbinus, vt R. Salomon, R. Leui ben Gerfon, & alij nonnulli librum quidem recipere videntur, quippe quem commentariis illustrare conati sunt: sed ipsum Iob non semel, nec leuiter reprehendunt. Siquidem R. Salomon audacter affirmat, sanctum Iob im-

patientem calamitatis, quæ illi acciderat, non verbis, sed corde peccasse. R. autem Leui vltimus progressus scribit, hunc beatum virum abnegatæ providentiæ diuinæ, resurrectionisque mortuorū iustissimas pænas dedisse.

MARTINVS quoque Lutherus in coniuuialibus sermonibus tit. de Patriarchis & Prophetis, affirmat se non credere omnia ita esse gesta, vt in libro Iob narrantur. Et rursus tit. de libris veteris & noui Testamenti, ait, librum Iob esse veluti fabulæ argumentum, ad proponendum patientiæ exemplum.

AT profectò, nec historiam Iob esse confictam, & ipsum Iob verè sanctum atque perfectum virum fuisse, loquplerissimus testis aduersus Hebræos Ezechiel esse potest. Si heretici inquit Deus per Ezechielem cap. 14. in medio, Noë, Dauid & Iob, ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Vt interim omitamus, quæ de S. Iob Tobias cap. 2. & Iacobus cap. 5. scribunt; nec non quæ ex hoc libro cap. 5. Apóstolus, vt ex reliqua diuina scriptura in medium adducit primæ Corinth. 3. horum enim testimonia Thalmutistæ non recipiunt.

SEXTA hæresis eorum est hæreticorum, qui teste Philastrio in catal. hæresion, cap. 152. & Iacobo Christophitano præfatione commentariorum in Cantica, librum Salomonis repudiant, qui inscribitur Ecclesiastes: quod eum librum Salomon in extrema senectute composuisse videatur, cum deprauatus amore mulierum summum bonum in corporis voluptatibus constituebat, atque ad Epicuri siue Aristippi philosophiam aditum parabat.

MARTINVS Lutherus in coniuuialibus sermonibus tit. de lib. vet. & noui Testamenti, dicit auctorem libri, qui Ecclesiastes inscribitur, sibi videri ocreis & calcaribus destitutum, equitare tantum in soccis, quem admodum ipse solet, cum adhuc esset in cænobio.

SEPTIMUM abest, vt Salomonis Ecclesiastes de voluptate concionetur, vt omnes potius ad humanarum rerum despicientiam, Deique metum quasi magister morum seuerus, & vehemens oratione grauilima adhortetur. Quale est illud exordium? Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum est omnia vanitas Ecclesiastes primo. Qualis illa peroratio? Finem loquendi pariter omnes audiamus, Deum time, & mandata eius observa, hoc est enim omnis homo. Ecclesiast. 12. Nec verò media dissentiant. Rursus, inquit cap. secundo, reputans errorem, & gaudio dixi, cur frustra deciperis? Et capite tertio, Dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit Deus. Et capite 4. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. Melior est enim obediens, quam stultorum vilitas. Et cap. 5. Ne temerè quid loquaris, nec cor tuum sit velox ad proferendum sermonem. Et cap. 7. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuii. Et cap. 8. Quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vlllo filij hominum perpetrant mala. Et cap. 9. Melior est sapientia, quam arma bellica, & qui in vno peccauerit multa bona perdet. Et cap. 10. Va tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt; Beata terra cuius Rex nobilis est, & cuius Principes vescuntur in tempore suo, ad resuscendum, & non ad luxuriam. Denique cap. 11. Scito, quod pro his omnibus adducet te Deus in iudicium. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua, Adolescentia enim & voluptas vana sunt. Num ista sapiunt Aristippum? An ne vnquam ex Epicuri officina tam seuera præcepta prodierunt?

QUOD si Ecclesiastes interdum edendi & bibendi delectationem non esse aspèrandam præcipit, non eò facit quòd omnia voluptate metiatur, sed vt auaros, & sordidos quosdam perstringat, qui malum necessarios, ac licitis vitæ humanæ commodis, & delectationibus seipsos fraudare, quàm de cumulo pecuniarum, vel minimum detrahere.

NEC pauca etiam sunt, quæ in hoc libro non ex sententia Salomonis, sed ex vulgi, atque insipientium, & vo-

luptuariorum hominum opinione dicuntur, quod eleganter & copiose demonstrat S. Greg. li. 4. dialog. ca. 4.

SED nec illud verè ab hæreticis affirmatur, librum hunc eo tempore esse conscriptum, quo Salomon amore mulierum corruptus erat, id quod quatuor rationibus demonstrari potest. Primum enim in 3. lib. Reg. cap. 4. & 11. & in eo libro qui Ecclesiasticus inscribitur, cap. 47. cum ordine recensentur acta Salomonis, prius de libris eius, quàm de amoribus narratur.

DEINDE in hoc ipso libro, de quo agimus, constanter affirmat Ecclesiastes sapietiam suam, quam videlicet diuino munere quondam acceperat, ad eam vsque ætatè secum permansisse. Sapientia quoque, inquit cap. 1. perseuerauit mecum, non est autem verisimile celestis sapientia lumen cum ea cordis deprauatione simul habitare potuisse, de qua loquitur Scriptura, cum ait 3. Reg. 11. Et auerterunt mulieres cor eius. Cumque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.

DEINDE in secundo capite huius libri enumerat Salomon omnes delicias suas, palatia, piscinas, pomaria, seruos, ancillas, cantica, modulationes, aurea vasa atque argentea, & alia id genus permulta: tot verò concubinarum atque vxorū, præ quibus omnes alias delicias facile contemnebat, quæque solè cor eius emollire, atque corrumpere potuerunt, ne meminit quidem. Amare igitur nondum cœperat, quo tempore librum hunc conficiebat.

POSTREMO quis credat, ab animo illo tam molli, atque effeminato, qualis erat Salomonis, cum is septingentarum coniugum, & trecentarum pellicum amoribus inseruiret, tam graues sententias, quales paulò antè recitauimus, proficisci potuisse?

NON ignoro, sententiam veterum Iudæorum esse, teste sancto Hieronymo, in caput primum Ecclesiastæ, librum hunc esse compositum à Salomone post peactam peccatorum pœnitentiam, quam etiam sententiam idem Hieronymus approbare videtur in commentario Ezechielis c. 43. Sed probabiliore semper existimaui sancti Augustini sententiam, qui in Psal. 126. & alibi sæpe, Salomonem reprobatum à Deo fuisse scribit; Quod Scriptura diuina senectutem eius grauissimè reprehendat, nec de pœnitentia aliquid vsquam addat. Si quis tamen priorem sententiam sequi malit, nihil impedit, cum vtraque sententia ad id, quod modò agimus, deseruiat. Atque hæcenus de Ecclesiastæ.

SEPTIMA hæresis non dissimilis est superiori, vt enim Philastrius cap. 133. & Iacobus Christophitanus loco notato scriptum reliquerunt, non deseruunt ex antiquis hæreticis, qui existimarunt, Canticum Cantorum non Spiritu Dei veri, sed Cupidinis afflatu scriptum esse, nihilque aliud eo Canticum comprehendit, quàm sermones amatorios Salomonis Regis, & vxoris eius, filia Pharaonis. Quocirca prophanum esse Canticum, eaque de causa nullum in toto Libro Dei nomen inueniri: quod idem Castalioni tribuit Beza, præfatione in Iosue.

AT SI sponsa illa, quæ his carminibus tantopere celebratur, filia Pharaonis, id est, potentissimi Regis esset, quàm multa ineptissimè à sapientissimo homine dicerentur: An illud Cant. 1. in filiam Regis conuenire potest. Filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis. Vincam meam non custodim? Num etiam illud ibidem. Abi post vestigia gregum tuorum, & pascè hædos tuos. Quid illud ex cap. 5. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt civitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me? Quid item illud ex capite octauo: Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deofculer te? Quis credat filiam Regis Ægypti, vel mulierem rusticānam, vel sororem Salomonis esse, vel à custodibus murorum vulnerari potuisse?

AT eadem, quæ alibi vt rusticāna describitur, alibi filia Principis appellatur. Quàm pulchra, inquit capite se-

ptimo, sunt gressus tui in calceamentis, filia principis? Et rursus, quæ c. 5. vulnerata dicitur à murorum custodibus, eadem c. 6. Terribilis introducitur, vt castrorum acies ordinata. Nimirum hæc est prudentia Spiritus sancti, vt explicaret Deus beneuolentiam suam in genus humanum, & quàm ardenti caritate per mysterium Incarnationis, Ecclesiam quasi sponsam aliquam, sibi Christus copulauerit, multò antè cæni voluit carmen nuptiale.

VT AUTEM nulla daretur occasio suspicandi, vel filiam Pharaonis, vel aliam certam sceminam, isto carmine laudari, ea de sponsa sua scribi voluit, quæ nulli vni mulieri aptari possent.

QUA etiam ratione factum esse credimus, vt cum sponsæ forma commendatur, & quasi coloribus suis depingitur, ea dicantur, quæ aptissima quidem in Epistola sancti Hieronymi ad Marcellam, quæ est numero 136. nullum in hoc spirituali epithalamio locum habet: Siquidem in reliquis libris Testamenti veteris; DEVS, quod ageret cum synagoga, id est, cum ancilla, identidem se DEVM, Dominum, fortem, omnipotentem nominabat: in canticis verò amoris, vbi DEI Filius cum Ecclesia, id est, sponsus cum sponsa colloquitur, meritò ea nomina prætermittit, quæ ad incutiendum terrorem accommodata erant; & solum se sponsum, patrem, amicum, amantem, atque amatum appellat; quæ nomina ad amorem fouendum, vel excitandum pertinent.

OCTAVA hæresis Porphyrii est, de qua ita scribit sanctus Hieronymus, præfatione commentariorum in Daniele. Contra Prophetam Danielem 12. librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso, cuius inscriptus est nomine, esse compositum, sed à quodam qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanius, fuerit in Iudæa, & non tam Danielem ventura dixisse, quàm illum narraffe præterita. Denique quicquid vsque ad Antiochum dixerit, veram historiam continere, si quid autem vltra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentium.

AC, vt omitamus de libro Danielis diuinum Christi testimonium ex c. 24. S. Matthæi, quod à Porphyrio non recipitur, scribit Iosephus, lib. 11. antiq. c. 8. Alexadro magno venienti Hierosolimam, oblatum à Sacerdotibus fuisse volumen Danielis, atque eum locum c. 8. demonstratum, vbi arietem ab hirco, id est, Regem Perfarum à Rege Græcorum deuictum ac profligatum iri, Daniel idem & prædicebat, & explanabat. Cum autem Alexander Antiochum annis amplius centum & quinquaginta præcesserit, qua ratione fieri potest, vt is liber Antiochi tēpore scriptus fuerit, qui tanto antè Alexandro demonstratus fuit? Quæ verò post Antiochi ætatem, in Daniele sequitur vaticinia, ea non mēdacia, vt vult Porphyrius, sed oracula esse verissima, is demum intelligit, qui eos libros diligēter euoluat, quos sanctus Hieronymus præfatione commentarij in Daniele legēdos monet.

CAPVT SEXTVM. De hereticis, qui libros Testamenti noui supra numeratos oppugnarunt.

NONA hæresis Euangeliorum libros in vnauerfum serè repudiat. Auctores huius erroris bifariam diuiduntur. Nonnulli enim in ea hæresis sunt, vt neque ab Apóstolis, neque ab aliis discipulis DOMINI scripta esse Euangelia arbitrentur, sed à quibusdam impostoribus, qui multa falsa veris admiscuerint, & tamen hæc sua commenta pro scriptis Apóstoli-

ci venditauerint. Ita sensisse atque scripsisse Faustum Manichæum auctor est S. Augustinus li. 32. contra Faustum, cap. 2. & lib. 32. ca. 3. Nonnulli verò Euangelia quidem ab Apostolis scripta esse non negant, sed ea tamen plurimis in locis, vel ipsa secum, vel cum veritate pugnare contendunt. Propterea quod Apostoli partim vt homines interdum errauerint, partim studiosè magistri sui gloriâ confictis narrationibus ornare non dubitauerint.

ATQVE hæc sententia permultos habuit patronos. Primum Ethnicos, teste Augustino 2. Reract. capite decimo sexto; Deinde Iulianum apostatam, teste Cyrillo libro decimo in Iulianum; Tum Mahumetem pseudopropheta, teste Ioanne Damasceno, libro de centum hæresibus; Denique etiam nostris temporibus Othonem Brunfelsium, teste Ioanne Cochleâ, lib. de Scripturâ & Ecclesiâ autoritate, cap. 3. & 4.

AC PRIOREM quidè hæresim, quæ est Manichæorum, sanctus Augustinus lib. 32. contra Faustum, c. 16. & 21. & lib. 33. c. 7. duplici ratione confutat. Primum quod Manichæi, cum ex Euangeliis errores suos consummare nitantur, & tamen eadem Euangelia ab impostoribus quibusdam scripta esse cõtendant, ita sanè agere videantur, ac si quis testem suum prius dicat falsitate esse corruptum, & tunc demum eum producat ad testimonium.

DEINDE, quoniam si ex tam clara tot sæculorum sibi inuicem succedentium contestatione continua non satis probatur Apostolorum esse eas literas, quas Apostolorum dicit, & tenet Ecclesia, ab ipsis Apostolis propagata, & per omnes gentes longè latè que diffusa, omnium literarum atque librorum fides pereat necesse sit. Siquidem Hippocratis libros, Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque huiusmodi auctorum, vnde constat esse ipsorum? Vnde, si quis hoc neget, nec saltem refellit, sed ridetur? nisi quia sic eos ab ipso eorũ tempore vsque ad hoc tempus successionis series commendat, vt planè sit hac de re dubitare dementis.

ALTE RAM deinde hæresim hæc argumentis idem Augustinus lib. 1. de consen. Euang. c. 7. & 8. non minus breuiter, quàm acutè refellit. Primum si de Pythagora atque Socrate, qui nihil ipsi suum scripserunt, discipulis eorum scribentibus credimus, quæ causa est, cur Apostolis de magistro suo scribentibus non sit fides habenda? An illi fortassis quoniam sapientes erant, discipulos facere veraces potuerunt: non potuit veraces facere discipulos Christus, qui ipsi etiam consentientibus sapientia omnibus præstitit?

DEINDE cum illi ipsi, qui falsa scripsisse Apostolos clamant, Christum sapientissimum hominem fuisse censeant, neque id aliunde, quàm ex Apostolorum literis discere potuerint; an non satis perspicuè conuincuntur Apostolorum libris modò credere, modò non credere, non rationis iudicio, sed arbitrio voluntatis? Propterea si magistri gloriæ discipuli nimis cupidè scriptis suis amplificare studuissent, debebant certè crucis ignominiam aut silentio tegere, aut attingere quàm breuissimè; In reditu verò ab inferis, atque ascensione in cælum explicanda, orationem longissimam ponere. Quo igitur consilio Euangelistæ omnes, resurrectionè atque ascensionem vix commemorant: in exponendis vinculis, flagellis, cruce, contumeliis, dedecore, cruciatibus quàm diutissimè immorantur? Nimirum non magistri laudes falsa narratione prosequi, sed Christi sermones, resque ab eo gestas simpliciter, ac verè literis commendare propositum habuerunt.

DETERMINATA hæresis tres Euangelistas recipit, Matthæum, Marcum, Lucam, Ioannem vt illis contrarium repudiat. Hanc hæresim sine nomine auctoris, Philastrius refert cap. 30. Sed Alogianorum, siue Alogorum, dicit posse censeri Epiphanius hæ. 71. quem sequitur S. Augustinus hæ. 30.

A VNDECIMA hæresis solum Matthæum ex Euangelistis probat: auctorem huius hæresis Ebionem fuisse scribit Irenæus lib. 1. cap. 26. Vide etiam de hac re Epiphanius hæ. 30. & Euseb. lib. 3. hist. Eccles. cap. 21.

DVODECIMA hæresis, quæ est Cherinthi, eodem teste Irenæo lib. tertio, c. 11. solius Marci Euangelio vitur.

DECIMATE RTIA hæresis Marcionis est, vt Irenæus ibidem, & Tertullianus lib. de præscript. aduersus hæreticos scriptum reliquerunt, & solum Lucam in pretio habet; quamquam nec integrum, sed mutilũ & corruptum, vt ex Tertulliano libro 4. contra Marcionem & Epiphanius hæ. 42. planum est.

DECIMA QVARTA hæresis, Euangelistam nullum agnoscit, præter vnum Ioannem; cuius hæresis auctorem Valentinum ibidem Irenæus facit. Atque hanc hæresim vigere ac florere vehementer optasse videtur Martinus Lutherus, tamen quoniam rem esse hoc tempore nimis difficile intellexit, non nimium operæ ac laboris in eoponendum esse putauit. Certè præfatione in nouum Testamentum, vt etiam Ioannes Cochleus animaduertit in lib. de Scripturâ & Ecclesiâ auctoritate c. 3. & in Septicipite, c. 5. abolendam esse dicit illam falsam opinionem, quòd sint tantum quatuor Euangelia. Item Ioannis Euangelium esse vnicum, pulchrum, verum, ac principale Euangelium, aliisque tribus longè, ac longè præferendum, adeò vt etiam Pauli ac Petri epistolæ longè præcedant tria illa Euangelia Matthæi, Marci, ac Lucæ.

HAS QVINTAE postremas hæreses veteres Patres vt refutarèt, multis rationibus demonstrare conati sunt, non modò quatuor tantum esse libros Euangeliorum, verum etiam nec plures nec pauciores confici debuisse. Vide Irenæum libro 3. cap. 11. Tertullianum libro 4. in Marcionem, Ambrosium præfatione commentariorum in Luc. & lib. 10. cap. 101. Eucherium lib. 1. in Gen. cap. 14. Hieronymum præfat. commentariorum in Matth. Augustinum lib. 1. de consensu Euangel. cap. 6. Gregorium hom. 4. in Ezech. Et sanè vt rationes alias interim omitamus, quid significare credenda sunt quatuor illa animalia, quæ Ezechielis & Ioanni diuinitus ostensa sunt, Homo, Leo, Vitulus, Aquila, nisi quatuor Euangelistas, Matthæum, Marcum, Lucam & Ioannem? Id enim non solum literis & vocibus populi vbique testantur, sed ipsi etiam parietes signis & imaginibus clamant.

QVINTADECIMA hæresis librum Aetorum Apostolorum è numero diuinorũ voluminum detrahit. Auctores huius hæresis multos habemus, Cherinthũ apud Philastrium cap. 36. Cerdonem apud Tertullianum de præscr. Tatianum apud Eusebium lib. 4. hist. cap. 29. Manichæũ apud Augustinũ li. de vtilitate credendi, c. 3.

SEXTADECIMA hæresis Ebionitarum est, qui scripta omnia Pauli Apostoli reiciunt, & ipsum Paulum Græcum atque apostatam vocant, testes sunt Irenæus lib. 1. cap. 26. & Epiphanius hæ. 30. Eundem errorem Helcheseitis postmodum placuisse scribit Eusebius in 6. libro hist. Eccles. cap. 27.

SEPTIMADECIMA hæresis quæ est Marcionis, testibus Epiphano, hæ. 42. ac Hieronymo, præfa. comment. epistolæ ad Titum, epistolæ ad Timotheum & Titum integras respuit, è ceteris, quod sibi videtur spongia sua deleret. Refellit has tres hæreses accuratè Petrus Cluniacensis Abbas, in epistolâ priore aduersus Henricianos & Petrobrusianos. Nec est operæ pretium in re tam perspicua tempus terere.

POSTREMA eorum hæresis est, qui in ipsis beati Pauli epistolis, aliisque sacris ac diuinis libris non omnia scripta esse volunt, dictante Spiritu sancto, sed aliqua interdum sola prudentia, & ratione humana duce. Quocirca totam epistolam ad Philemonem, vt more humano scriptam contempserunt. Laborabant olim hoc errore, tum Anomæi apud Epiphanius hæ. 76. tum etiam

alij quidam apud Hieronymum in caput quintum Michææ, & præfatione comment. epistolæ ad Philemonem, & apud Augustinum lib. 2. contra aduersarium legis & Prophetarum, cap. 2.

NO STRO seculo Erasmus eandem hæresim renouauit, siquidem in annotationibus suis ad secundum & 27. caput Matthæi, non obscurè scripsit: nõ esse metuentum, ne totius Scripturæ corruat auctoritas, si leuis aliquis error in ea deprehendatur, præsertim cum Euangelistas interdum memoria lapsos Augustinus concedat, libro 3. de consensu Euangel. cap. 7. & negari nullo modo posse videatur.

REFELLUNT hanc hæresim Epiphanius, Hieronymus, & Augustinus locis paulò antè notatis. Quia verò S. Augustini testimonio Erasmus abutitur, operæ pretiũ erit, vt huius vnus doctoris verba in medium adferamus. Sic igitur loquitur sanctus Augustinus libro 2. de consensu Euangelistarum, capite duodecimo: *Omnem autem falsitatem abesse ab Euangelistis deest, non solum eam, que mentiendi promittitur, sed etiam eam, que obliuiscendo.* Non igitur, vt vult Erasmus, errorem ex memoria lapsu Euangelista tribuit Augustinus.

RVRSVM in epistola octaua ad S. Hieronymum: *Admissio, inquit, in tantum auctoritatis fastidium aliquo mendacio, nulla particula horum librorum manebit, que non possit in dubium reuocari.* Quæ ratio Augustini firmissima est: si enim erratum aliquod in Scripturis, siue imperitia, siue obliuione, siue alia quacumque humana imbecillitate ab auctore committi potuit, quicunque locus proferatur, de eo quæsitio esse poterit, an in eo scribendo auctor non dormitauerit.

QVID igitur, inquit, sibi voluit Augustinus, cum in tertio libro de consensu Euangelistarum capite 7. quod apud Matthæum legatur Hieremias pro Zacharia, nominis errorem tribuit lapsui memoriæ? Respondeo, non legisse me apud Augustinum errorem, vel lapsum, vt Erasmus dicit, sed à Spiritu sancto mirabiliter gubernatam mentem Euangelistæ, sine errore, & sine lapsu. Id vnũ Augustinus dicit, scribenti Euangelistæ diuina providètia vnus Propheta nomè pro alio occurrisse: in quo si lapsus aut error fuit, certè Spiritus sancti fuit. Spiritum sanctũ verò labi, aut errare posse, nemo sanæ mentis vnquam dixit. Sed verba ipsa sancti Augustini audiamus.

QVID inquit, intelligendum est, nisi hoc actum esse secretiori consilio providentiæ Dei, quæ mentes Euangelistarũ sunt gubernatæ? Potuit enim fieri, vt animo Matthæi Euangelistæ conscriberetis pro Zacharia Hieremias occurreret, vt fieri solet: quod tamen sine ulla dubitatione emendaret, saltè ab aliis admonitus, qui ipso adhuc in carne viuente hoc legere potuerant, nisi cogitaret recordationi suæ, quæ sancto Spiritu regebat: non frustra occurrisset aliud pro alio nomen Prophetæ, nisi quia ita Dominus hoc scribi constituit. Cur autem ita constituerit Dominus, prima illa causa vtilissima debet facilimè cogitari, etiamsi sic esse insinuat, ita omnes sanctos Prophetas vno spiritu locutos, mirabili inter se consensione consistere, vt hoc multò amplius sit, quàm si omnia Prophetarũ vno vnus ore dicerentur, & idè indubitanter accipi debere, quæcũque per eos Spiritus sanctus dixit, & singula esse omnium, & omnia singulorũ. Cum igitur & quæ dicta sunt per Hieremiam, tam sint Zachariæ quàm Hieremias: & quæ dicta sunt per Zachariam, ita sint Hieremias quàm Zacharia: quid opus erat vt emendaret Matthæus, cum aliud pro alio si bi nomen occurreret, a se scriptũ relegisset, ac nõ potius sequens auctoritatem Spiritus sancti, à quo mentem suam regi plus nobis ille vtiq; sentiebat, ita hoc scriptum relinqueret sicut eum admonendo constituerat ei Dominus: ad informandos nos tantam verborum suorum inter Prophetas esse concordiam, vt non absurdè, immò congruentissimè etiam Hieremias deputaremus, quod per Zachariam dictum reperiremus.

ARGVMENTA quæ Melchior Canus lib. 2. de locis

A Theolog. cap. 16. 17. 18. pro hac hæresi adducit & diluit, prætermittenda mihi esse putauit, quod ea apud nullum hæreticorum legerim, tum etiam quod ab ipso Cano facile peti possint.

CAPVT SEPTIMUM.
De libro Esther.

HACTENVS de primo ordine sacrorum librorum disputandum est, nunc de libris singulis secundum ordinem de quibus maior difficultas est, eorum differemus. Ac primus se offert liber Esther, quem librum tres grauissimi scriptores extra Canonem posuerunt. Melito Asianus apud Eusebium lib. 4. hist. c. 26. Athanasius in Synopsi, & Gregorius Nazianzenus in eo carmine, quod scripsit de genuinis Scripturis. Non desuerunt etiam, qui librum quidem Esther inter sacros libros numerandum censuerint. septem verò postrema capita, quod in Hebraicis textibus non habeantur, eius libri vera membra esse negauerint, & tanquam adulterina atque aliena, à reliquo corpore rescanda putauerint. In qua sententia fuisse B. Hieronymum, ex eius præfatione colligitur. Sequuti sanctum Hieronymum sunt, non modo ante Concilium Tridentinum Nicolaus Lyranus, Dionysius Carthusianus, Hugo, & Thomas de Vio Cardinales, in commentariis huius libri: verum etiam post Concilium Sixtus Senensis in libro primo & octauo Bibliothecæ sanctæ.

AT librum hunc sacrum & diuinum esse satis certè probant omnia illa Pontificũ & Conciliorũ decreta, nec non tam multa Patrum Hebræorum, Græcorum, & Latinorum testimonia, quæ supra in quarto huius libri capite annotauimus. Nam si Melitonem, Athanasium, & Gregorium detrahas, reliqui omnes de libri huius diuina auctoritate consentiunt. Quod verò attinet ad ea capita, quæ in Hebraicis codicibus non habentur, ea quoq; ad sacri Canonem pertinere his rationibus confirmamus.

PRVIMVM enim negari non potest, quin vetera Concilia, Laodicenum cap. 59. & Carthaginensè III. can. 47. veteresq; Patres Græci, Origenes in primum Psalmum, Eusebius lib. 3. hist. cap. 25. Cyrillus catech. 4. & Damascenus lib. 4. ca. 18. nec non Patres Latini, Hilarius in primum Psalmum, Innocentius epist. 3. Rufinus in symbolo, & Augustinus lib. 2. doct. Christi. cap. 8. cum inter sacros libros volumen Esther numerant, de eo volumine esse locutos, quo tum ipsi, tum Ecclesia vniuersa eo tempore utebatur. Utebatur autem eo tempore vniuersa Ecclesia libris sacris iuxta eam editionem, quàm sanctus Hieronymus præfatione in librum Esther, & sæpè alibi vulgatam appellare solet, quæ, vt ipse ait, Græcorum lingua & literis continetur: in qua editione septem illa capita libri Esther, de quibus nunc agimus, non desuisse, testes sunt imprimis ipsi Græci textus, qui nomine septuaginta duorum interpretum circumferuntur, testis quoque est sanctus Athanasius in Synopsi, vbi summam, & primas sententias singulorum librorum adscribit: testis denique est sanctus Hieronymus, qui in sua translatione aliquot locis admonet, septem ista capita in Hebraicis textibus non haberi, sed ex vulgata editione à se esse deprompta. Quare si Concilia & Patres librum Esther, qualem ipsi legere consueuerant, in sacrum Canonem retulerunt: certè librum intergram, atque his septem adiunctis capitibus retulerunt.

QVID, quod Patres non modò librum ipsum inter sacros numerant, sed etiam ex postremis septè capitibus non raro testimonia petunt? Vide Chrysostomum hom. 3. ad populum Antiochenum, & Augustinum epist. 199. ad Ediciam. Quid, quod Origenes in Epist. ad Iulium Africanum, hanc ipsam partem libri Esther, quæ in Hebræorum voluminibus non habetur, sacram & canonicam esse demonstrat? In libro, inquit, Esther, atque Machabæi, neque Esther preces, quæ legentes possunt adiscere,

habentur apud Hebræos: sed neque epistola neque quæ ab Amam scripta est de euerfione gentis Iudæorum, neque Mardochei ex nomine Regis Artaxerxis gentem à morte liberans. Apud septuaginta autem & Theodorionem ea sunt. Et insit: Vide ergo, ne imprudentes & insipientes abrogemus exemplaria, quæ habentur passim in Ecclesiis. Et legem statuantis fraternitati, ut deponant quidem sacros, qui apud nos feruntur libros, assententur autem Hebræis, & persuadeant, ut eos puris impertiant & qui nihil habent figmenti. An non providentia in sanctis Scripturis dedit omnibus Christi Ecclesiis adificationem non curam gessit eorum, qui empti sunt pretio: pro quibus Christus est mortuus?

A C C E D I T postremo decretum Tridentini Concilij, scilicet 4. quo libri omnes in ipso decreto paulò antè numerati, cum omnibus suis partibus approbantur, prout in Ecclesia legi cõsueuerunt, & in Latina vulgata editione habentur: cuius Concilij auctoritas quamvis apud hæreticos nulla sit, apud Sixtum tamen, ceterosque Catholicos maxima, atque antiquissima est.

S E D Concilium, inquit Sixtus li. 1. de veris librorum partibus loquitur, non de additamentis, qualia sunt postrema capita libri Esther. Atqui si ista Sixti responsio vera esset, multæ aliæ partes sacrorum librorum, Danielis, Marci, Lucæ, Ioannis apud Catholicos in discrimen vocarentur. Quid enim haberet Sixtus quod diceret, si ei ad eas partes diuinorum voluminum conferuandas, Concilij decretum, quasi murum quendam obicienti, responderetur ab aduersariis. Conciliū de veris partibus esse loquutum, ea verò additamenta esse, non partes?

D E I N D E quis ambigere poterat, certis libris à Concilio approbatis, omnes etiã veras partes eorū librorum esse approbatas? Quorsum igitur addit Concilium illa verba (cum omnibus suis partibus) nisi ut omnes intelligant, eas etiam partes, de quibus aliquando controuersia fuerat, ad sacrorum librorum Canonem pertinere?

D E N I Q U E Tridentinum Concilium sententiam suam sequentibus verbis ita luculenter explicuit, ut nullus omnino tergiversationi locus sit relictus. Cum enim dixisset: Si quis autem libros ipsos integros cū omnibus suis partibus; adiunxit continuò, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt. Quis autem nescit, feria quarta post Dominicam secundam Quadragesimæ, publicè in Ecclesia inter ipsa sacrorum solemnia lectionem decantari, ex 13. capite Esther? Et rursum ex eodem capite lectionem pronunciarī in ea Missa, quæ legi solet aduersus Paganos? Ac demum orationem Esther recitari ex cap. 14. eiusdem libri, in Dominica vigesima secunda post Pentecosten, & in euangelio ac symbolo decantato? Sed operæpretium erit, iam aduersariorum argumenta diluere.

A I V N T primo, cum liber Esther Hebraico sermone scriptus sit, septem ista capita, quæ apud Hebræos nō habentur, sine dubio censerī debere supposita. Respondemus cum Origene loco notato, probabile esse aliquando ista etiam capita in textu Hebraico fuisse, deinde casu aliquo excidisse. Certè Iosephus lib. 11. antiquit. c. 6. dum historiam Esther enarrat, duas epistolas Assueri, & orationem Mardochei non prætermittit: cum tamen nihil horum nunc in Hebræorum codicibus habeatur, neque credibile est, à Iosepho hæc esse conficta, cum ipse idem lib. 10. c. 12. de se ista loquatur: In ipso, inquit, historia meæ principio propter eos, qui quæstionē faciūt, aut in aliquo culpare nituntur, astruxi dicens translaturū me libros Hebræicos in eloquium Græcū, & hos volentibus aperire, neque adiuuere me aliquid scorsum, neque subtrahere me promittens.

P O T E S T etiam responderi, primū libri huius auctorem, qui Hebræicè historiam Esther scribendam suscepit, sumptam tantum historie conscripsisse, deinde alio tempore scriptam fuisse historiam eandem ab aliquo alio copiosius, & translata in linguam Græcam à Lyfimacho, regnante in Ægypto Ptolomæo, Epiphane & Cleo-

A patra, ut indicatur in hoc ipso lib. c. 11. Porro prioris auctoris librum ipsum Hebraicum, posterioris autem non ipsam librum, sed solum translationē ad nos peruenisse.

S E C U N D O obiciunt, non coherere postrema ista capita cum superioribus. Nam cap. 2. narratur infidia duorum Eunuchorum, & detectio earundem industria Mardochei. Deinde rursum eadem narratur cap. 11. & 12. sed priori loco dicuntur infidia factæ fuisse anno septimo Assueri, & cap. 6. additur, nihil omnino mercedis accepisse Mardocheum, qui eas patefecerat: in loco autem posteriore dicuntur factæ anno secundo Assueri, & additur, datis pro delatione muneribus.

R E S P O N D E O septem illa capita libri Esther, quæ sunt postrema in editione Latina vulgata, nō esse re vera postrema, sed quedam eorū pertinere ad initium libri, ut caput 11. & 12. Quædam ad medium, ut caput 13. 14. 15. 16. Quædam ad finem, ut caput 10. quod perspicuum est tum ex Græcis codicibus, ubi omnia suo ordine collocata sunt, tum ex annotatione sancti Hieronymi inserta capiti 10. 11. & sequentibus huius libri in Bibliis Latinis. Patitur autem Ecclesia ea capita simul ad finem libri permanere, ubi ea sanctus Hieronymus collocauit, ut intelligamus, quid huius libri sit, & quid etiam non sit in codicibus Hebræorum.

N A R R A T I O igitur infidiarum, quæ habetur cap. 12. in Latinis Bibliis, ad initium libri pertinet, atque ibi narratur infidia per anticipationem, quæ rursum narratur postea suo loco capite 2. Factæ sunt autem anno septimo, ut habetur cap. 2. non autem anno secundo, ut videtur colligi ex cap. 11. siquidem illa verba cap. 11. Anno secundo regnante Artaxerxe, &c. non debent extendi vsque ad narrationem infidiarum, sed solum ad ea, quæ dicuntur in ipso cap. 11. id est, ad omnium, quod Mardocheus vidit antequam Esther Assuero coniungeretur.

Q U O D verò obiciebatur de mercede delationis, non habet difficultatem. Nam etsi non habuerat Mardocheus mercedem, pro delatione, quando Rex iussit relegi sibi annales, ut dicitur cap. 6. tamen habuit postea amplissimam mercedem, quæ describitur in eodem sexto capite, & ea significatur capite duodecimo per illa verba. Datis pro delatione muneribus.

D I C E S fortasse, si ista narratur per anticipationem, cur in Græcis textibus sequitur. Et factum est post hæc in diebus Artaxerxis, &c. Narratur enim conuiuium Regis Assueri factum anno tertio regni eius, & indicat Scriptura, id factum esse post detectionem infidiarum, quas supra diximus anno 7. factas esse: respondemus illud post hæc non referri ad ea, quæ narrata sunt per anticipationem, sed ad somnium Mardochei, quod suo loco narratum fuerat.

O B I C I V N T T E R T I O, pugnare ista capita postrema cum aliis partibus huius libri totūque librum suspectum reddere. Siquidem in epistola Assueri, quæ habetur cap. 16. dicitur Aman gente atque animo Macedo fuisse, Persarumque Imperium ad Macedones transferre voluisse. Ex quibus verbis colligitur, historiam Esther incidisse in vltima tempora Regum Persarum. Nec enim timere potuit Assuerus, ne regnum Persarum ad Macedones transferretur; nisi esset iam illud regnum alicuius nominis. Fuit autem regnum Macedonum obscurissimum vsque ad tempora Philippi patris Alexandri Magni, ut Iustinus testatur ad finem lib. sexti, nec initio regni Philippi, sed anno vigesimo priuum cœperunt vires eius regni suscipere esse Persis, ut Diodorus refert lib. 16. Incidit autem annus Philippi vigesimus, in annum vigesimum tertium Regis Artaxerxis Ochi, ut ex Chronico Eusebij cognosci potest.

A T Q U I nullo modo fieri potest, ut post annum vigesimum tertium Ochi contingerit historia Esther, quæro enim, quis fuit Rex ille Persarum, qui habuit Esther uxorem? Ochūne? At hæc historia non post annum 21.

sed anno 12. Regni Assueri completa est, ut habetur in libro Esther cap. 3. Non Arses Ochi successor? At ille solus quatuor annis regnauit, qua ratione, nec Darius Arsis successor, & postremus Persarum Rex maritus Esther esse potuit, quippe qui sex tantum annis regno potitus est.

A D D E, quod si ad finem regni Persarum pertineret historia Esther, superuixisset Mardocheus ferè ad trecentos annos. Fuit enim Mardocheus translatus cum Iechonia ex Hierusalem in Babylonem à Nabuchodonosor Rege Chaldæorum, Esther 2. & 11. & certè habuit tunc aliquot annos: deinde mansit in captiuitate annis LXX. Superuixisset postea ab initio regni Cyri, vsque ad finem Ochi, qui sunt anni ducenti & viginti.

C O N I V N G E annos LXX. cum annis CCXX. & adde adhuc aliquot alios, quos egit ante captiuitatem, & inuenies ferè CCC. annos, & augetur difficultas etiam propter Esther: nam ipsa fuerit neptis Mardochei, iuxta Hieronymi versionem, aut patruelis, iuxta Hebræicos & Græcos codices, vel fuit æqualis Mardocheo, vel non multò iunior, & quando etiam fuisset centum annis posterior, habuisset saltem vitæ annos ducentos, cum ad nuptias Assueri peruenit. Quis autem credat anum ducentorum annorum esse illam formosissimam virginem, quam Rex Persarū præ omnibus mulieribus adamauit?

R E S P O N D E M V S, multas esse de tēpore, quo vixit Esther, scriptorū sententias, & quanquā non sunt omnes equè probabiles, tamē nulla est tā improbabilis, ut si eam sequamur, propositā obiectionem diluere non possimus.

A I T Q U I igitur historiam Esther ante solutionem captiuitatis Babylonicæ constituunt, voluntque Assuerum Darij Medi patrem, cuius fit mentio Danielis nono, eum esse, qui Esther duxit uxorem. Quæ opinio placuisse videtur Melchiori Cano libro vndecimo de locis, capite sexto, & Gerardo Mercatori in Chronologia, qui auctores ad illam obiectionem de Aman, qui transferre voluit Imperium Persarum ad Macedones, responderet: non ideo hoc voluisse Aman, quod iam tum Regnum Macedonum ita floreret, ut cum Persis de Imperio orbis terræ contenderet, sed contra potius, quia cum ipse gente Macedo esset, voluit gentem suam, per ea tempora, obscuram illustrissimam reddere, translato ad se, & suos nobilissimo Imperio.

E S T tamen improbabilis hæc sententia. Primo, quia maritus Esther passim dicitur Artaxerxes, quod nomen Medis non conuenit, cum sit proprium Regū Persarum.

S E C U N D O, quia maritus Esther regnabat ab India, vsque ad Æthiopiā, Esther primo. Nunquam autem Medi tam amplum Imperium possederūt. Loquimur autem de temporibus regni Medorum ante Cyri Monarchiam. Tamen enim eo tempore maius esset Medorum, quam Persarum regnum, ut sanctus Hieronymus testatur in cap. 5. Danielis: non tamen erat regnum illud Medorum tam amplum, quam postea fuit Monarchia Persarum, siue Regnum Assueri mariti Esther.

T E R T I O, quia maritus Esther se, & Persam, & Persarum Regem disertè vocat, Esther vltimo. At Assuerus, de quo agit Danielis 9. de semine Medorum erat. **Q** U A R T O, quia maritus Esther regnum suum à Deo Hebræorum recognoscit, Esther vltimo. Nusquam autem legimus Medos coluisse Deum Iudæorum: de Cyro verò & posteris eius id legimus. Nam 2. Paralip. vlt. & in 1. Esdr. 1. Cyrus dicit. Omnia regna mundi dedit mihi Deus cæli, & ipse iussit, ut adificarem domum in Hierusalem. & 1. Esdr. 6. & 7. leguntur Epistolæ Darij & Artaxerxis, Regum Persarum, quibus Deum Iudæorum hi Reges agnoscunt, & sacrificari pro se, ac regno suo iubent.

Q V I N T O, quia maritus Esther Sufis Regiam suam habebat, Esther primo. At Susa non erat Medorum Regia, sed Persarum, ut scribunt Solinus cap. 58. Diodorus lib. 11. & Plutarchus in Artaxerxe. Neque his repugnat

A Iustinus lib. 1. & Curtius lib. 4. qui Regiam Persarum scribunt fuisse Persepolim. Nam, ut refert Strabo lib. 15. & Persepolis & Susa Regiæ vrbes Persarum erant. Sed Persepolis ideo Regia dicebatur, quod apud eam gazæ & sepulchra Regum essent: Susa verò quod in ea Reges ipsi morarentur. Sufis autem sedem suam Cyrus constituit, quod cum ea ciuitas sita esset in finibus Assyriæ, Persidis, & Mediæ, commodissimè poterat inde vnicersum Imperium defendi, & regi. Non igitur Assuerus maritus Esther Medus aliquis fuit, sed Persa.

A T I O R V M opinio est, Maritum Esther non alium esse posse, quam Cambysem, qui etiam Assuerus dicitur 1. Esdr. 4. Quæ sententia Iudæorū est in ea Chronologia, quæ עולם סדר Seder olam. Id est ordo sæculi inscribitur, & eandem sequitur Gilbertus Genebrardus in sua Chronologia.

P O R R O Iudæi tres tantum numerant Reges Persarum, Cyrum, Assuerum, & Darium, qui à Magno Alexandro victus fuit, quocirca nulla eis quæstio remanet de ætate Mardochei & Esther: vel de Aman, & regno Macedoniæ. Tres autem tantum fuisse reges Persarum, duobus testimoniis Scripturarum probant. Vnum est Danielis 11. cap. ubi Daniel posteaquam dixerat tres Reges futuros fuisse in Perside post Darium Medum, continuò subiungit de Alexandro, Surgit verò Rex fortis & dominabitur, &c. Alterum est in 2. lib. Esdr. cap. 12. ubi enumerat Nehemias magnos sacerdotes à Iosue filio Iosedech vsque ad Iaddum, quem constat temporibus Alexandri Magni sacerdotio functū. Ex quo sequi videtur, ut pauci admodum fuerint Reges Persarū, cum Nehemias, qui tempore Cyri primi Regis vir maturus erat, tēpore Alexan. Magni attigerit, qui Persarum Monarchiā destruxit.

S E D hæc Iudæorum opinio nullo modo nobis probari potest. Nam Assuerus maritus Esther supra duodecim annos regnauit, Est. 3. Cambyfes autem non vixit in regno nisi annos septem, & menses quinque, iuxta Herodotum lib. 3. vel annos tantum sex, si Iosepho Hebræo credimus, lib. 11. antiquit. ca. 2. quibus omnes alij scriptores assentiuntur. Nec possunt Iudæi dicere, multos præterea annos Cambysem regnasse cum patre suo Cyro, cum ipsum Cyrum tribus tantum annis regnasse iudem Iudæi velint.

D E I N D E Cambyfes toto tempore Imperij sui Iudæos odio persecutus est, nec vnquā permisit templum ædificari Hierosolymæ; ut apertè colligitur ex lib. 1. Esdr. c. 4. Quis igitur credat Cambysem illum Assuerum esse, qui post mortem Aman Iudæorum amantissimus fuit? Quid, quod Assuerus noster in lib. Esther, ca. vlt. indicat, se longo intervallo distare à temporibus Cyri, cum dicit, beneficio Dei cæli datum fuisse regnum maioribus suis, atque vsque ad sua tempora conseruatum, quæ certè in Cambysem non conueniunt, qui Cyro proximus fuit.

N E Q U E fundamentum Hebræorum de tribus Persarum Regibus solidum est, cum non solum omnes omnino historici Græci & Latini contradicant, & ipse etiam Iosephus natione, ac religione Hebræus, sed etiam Daniel atque Esdras. Nam Danielis cap. 11. post illa verba: Ecce adhuc tres Reges stabunt in Perside sequitur: Et quartus ditabitur opibus nimis super omnes, & cum inuauerit diuitiis suis, concitabit omnes aduersus regnum Græcorum. Quibus verbis apertè describitur Xerxes, qui cum innumerabili exercitu venit in Græciam.

I N L I B R O autem 1. Esdræ ca. 4. fit mentio Cyri, qui templū extrui iussit: Assueri, seu Artaxerxis, qui id ipsum prohibuit: & Darij, qui iterum imperauit, ut templum ædificaretur, deinde c. 6. post. Darium ponitur alius Artaxerxes, qui etiam nominatur in lib. 2. Esdræ cap. 2. Cur autem Daniel post Xerxem continuò transeat ad Alexandrum Magnum, ratio est, ut scribit in eum locum S. Hieronymus, quia Daniel non proposuerat historiam

Regum texere, sed predicere regnorum mutationes. Numeravit igitur Reges Perfarum vsque ad Xerxem, qui bellum gessit aduersus Gracos, vt indicaret, inde postea natam esse occasionem, vt Greci armentur in Perfas, eosque tandem Alexandro Duce Imperio spoliarent.

ALTERVM illud argumentum de numero Pontificum diluit Beda lib. 3. in Efd. cap. 32. vbi docet, Nehemiam enumerasse genealogiam Iosue Pontificis vsque ad Iaddum, quia Iaddi infantia atigit. Nam, vt habemus in 2. lib. Efd. ca. vlt. tempore Nehemix summus Pontifex erat Eliasib nepos Iosue, & proauus Iaddi, qui tempore Alexandri iam senex Pontificatum gerebat. Inter finem autem Artaxerxis Longimani, cuius pincerna erat Nehemias, & initium Alexandri, sunt anni nonaginta quinque. Fieri igitur optime potuit, vt Iaddus, qui tempore Alexandri senex erat, tempore Nehemix infans esset.

ALIA sententia aliorum est, maritum Esther esse Darium Histaspis, qui Cambysi successit. Quae sententia Ioannis Carionis est in Chronico, & Ioannis Benedicti in annotationibus marginalibus ad librũ Esther. & quãquã superioribus duabus probabilior est, mihi tamen ob illa ipsa argumenta, quae ipsi pro se adferunt, reicienda videtur.

DI CVNT, existimare se Darium Histaspis esse Assuerum nostrum, tum quia duas vxores habuit, Atossam & Artystonam, tum etiam quia morabatur in vrbe Susa: quae duo referuntur de Assuero nostro in libro Esther. At Herodotus lib. 3. docet, tam Atossam quã Artystonam vxorem Darij, filias Cyri fuisse, quod certe nostrae Esther non conuenit. Incoluisse autem Susam non est proprium Darij, sed commune Regibus Perfarum, vt supra docuimus ex Strabone.

ALIA sententia, & quidem valde celebris, Artaxerxem Mnemonem maritum Esther facit, ita Eusebius docet in Chronico, quem Beda in lib. de sex aetatibus, & permulti alij scriptores sequuntur.

SED aduersus hanc sententiam duo sunt non leuia argumenta. Primum, scribit Iosephus in 1. lib. contra Appionem, non haberi apud Hebraeos in canone sacrorum librorum, eos libros, qui post tempora Artaxerxis Longimani scripti sunt. Si quidem librorum sacrorum canonem Edras composuit, cuius vita non extenditur vltra tempora Longimani, at liber Esther semper in canone Hebraeorum fuit, vt ex eodem Iosepho in lib. 11. antiquit. cap. 6. & in eodem libro primo contra Appionem colligitur, non igitur historia huius libri ad tempora Mnemonis referenda est.

DEINDE Artaxerxis Mnemonis vitam diligenter scripsit Plutarchus, qui tamen ne innuit quidem aliquid eorum, quae habentur in libro Esther, quin potius contrarium inde colligitur. Narrat enim Plutarchus, Artaxerxem Mnemonem duas coniuges habuisse, Statiram & Atossam, neutra autem esse potest Vasthi aut Esther, quae vxores Assueri nostri fuerunt: Nam Vasthi repudiata fuit, Esther 1. Statira autem veneficio interfecta, dum adhuc regina esset, & cum ingenti Regis dolore: Atossã verò repudiata nunquam fuit, sed vixit cum Artaxerxe vsque ad eius mortem. Iam verò Esther Hebraea erat genere, & in matrimonium accepta ab Artaxerxe anno septimo regni eius, Esther 2. Atossã autem non Hebraea, sed Persica, & ipsius Artaxerxis filia erat: Statira verò non anno septimo regni assumpta, sed antequam regnare inciperet Artaxerxes, ab eo ducta fuerat.

EST igitur postrema sententia, eaque meo quidem iudicio maximè probabilis, Iosephi lib. 11. ca. 6. nec non Sulpitij lib. 1. sacrae historiae, & Nicephori Constantinopolitani in Chronico, & multorum aliorum, quos sine nomine refert Eusebius in Chronico, qui docent, Assuerum maritum Esther non alium esse posse, quã Artaxerxem, qui dictus est Longimanus, quam sententiam nos etiam sequimur, tum quod argumenta, quibus

alias sententias refutauius, aduersus hanc sententiam nihil efficiant, tum etiam quia si cui fides habenda est in hac historia, maximè Iosepho, qui & Hebraeus, & sacerdos, & peritissimus rerum Hebraicarum erat. Verisimile etiam est Nehemiam Hebraeum idcirco pincernam tanti Regis esse potuisse, quia & Regina Esther Hebraea, & praefectus palatii Mardocheus Hebraeus erat.

AT, inquit, si Mardocheus cum Rege Ioachim translatus fuit ex Hierusalem in Babylonem: quomodo fieri potest, vt vsque ad tempus Artaxerxis Longimani superuixerit? Respondeo non esse id omnino incredibile, sunt enim ab initio captiuitatis Babylonicae, vsque ad Longimanum anni circiter CLXV. Non est autem incredibile eo tempore Mardocheum superasse annum CLXV. quando diu postea S. Paulus Eremita annum attingit CXY. sancto Hieronymo teste, & nos ipsi viderimus senem annorum CV. ita robustum, & vegetum, vt multos adhuc annos superuicturus esse videretur.

DEINDE quod Scriptura dicit, Mardocheum translatum fuisse in Babylonem cum Rege Ioachim: rectè intelligi potest, etiam si nondum natus fuisset Mardocheus. Si quidem transferri potuit, non in se, sed in parentibus, aut maioribus suis, quemadmodum Zorobabel & Iosue dicuntur rediisse in Hierusalem ex captiuitate, quam transfulerat Nabuchodonosor. 2. Efd. 7. & tamen Zorobabel natus est in ipsa captiuitate, Matth. 1. & idem verisimile est de Iosue filio Iosedech. Et Gen. 46. ac Deuter. 10. legimus, intraffe in Aegyptum cum Iacob septuaginta animas, in quo numero comprehenduntur duo filij Ioseph, qui nati erant in Aegypto, nec alia ratione dici possunt in Aegypto esse ingressi, nisi quia Ioseph, in cuius lumbis ipsi erant, in Aegypto intrauerat.

CAPVT OCTAVVM.

De libro Baruch.

DE libro Baruch controuersia fuit, & est, tum quia non inuenitur in Hebraeis codicibus, tum etiam quia nec Concilia antiqua, neque Pontifices, neque Patres, quos supra citauius, qui catalogum librorum sacrorum texunt, huius Prophetae disertis verbis meminerunt. Itaque propterea ex Catholicis Ioannes Driedo hunc librum negat esse canonicum, li. 1. de Scripturis & dogmatibus Ecclesiasticis ca. vlt. ad argumentum vltimum; ex haereticis Ioannes Caluinus lib. 3. instit. cap. 20. §. 8. & Kemnitius in examine quarta sessionis Concilij Tridentini.

CATERVM nobis contrarium persuadet Ecclesiae Catholicae auctoritas, quae in Conc. Trid. sess. 4. Prophetam Baruch inter sacros libros numerat: & in profesto Pentecostes palam lectionem ex libro Baruch, cum lectionibus aliorum sacrorum librorum legi iubet.

Nec defunt etiam veterum Patrum testimonia, quae aduersariis opponamus. CYPRIANVS lib. 2. contra Iudaeos, c. 5. item apud Baruch, inquit, hic est Deus noster, &c. & serm. de orat. Dominica citat epistolam Hieremiae, quae est vltimum caput Baruch. Per Hieremiam, inquit, Spiritus sanctus suggerit & docet dicens, in sensu autem tibi debet adorari Deus. S. HILARIVS praefat. comment. in Psal. nominatim ponit in canone epistolam Hieremiae. D. CYRILLVS lib. 10. in Iulianum, nominatim citat Baruch. CLEMENS ALEXANDRINVS lib. 2. paedagogi, cap. 3. Pulebrè, inquit, dicit alicubi diuina Scriptura, &c. citat caput tertium Baruch. B. AMBROSIVS lib. 1. de fide, cap. 2. citans illa verba Baruch tertio; Hic est Deus noster, & non estimabitur alius ad eum, Vnum, Deum, inquit, dicit Scriptura, &c. Et infra: Quid discitimus eum, de quo tantus Propheta dicit, Spiritus sanctus dicit, quod ad eum non possit alius estimari? THEODORETVS totum hunc librum exponit, & in cap. 2. scribens, aperte vocat diuinam Scripturam. EVSEBIVS lib. 6. demonst. Euang. cap. 19. citat ca. 3. Baruch. & postea; Nihil oportet,

inquit,

inquit, addere diuinae vocibus.

DENIQUE veteres passim allegant hunc librum sub nomine Hieremiae, propterea quod Baruch notarius, & discipulus fuerit Hieremiae, vt patet ex li. Hieremiae. c. 36. quae causã fuit cur Concilia antiqua; & Patres non possuerint Baruch nominatim in canone, quia nimirum huc librum partem esse iudicabant Hieremiae vaticiniorum. Clemens Alexandrinus lib. 1. paedagogi, cap. 10. citat nomine Hieremiae illud Baruch 3. Audi Israel mandata vitae, & illud Baruch 4. Beati sumus Israel, quia quae Deo placet manifesta sunt nobis. B. Ambrosius lib. 1. de poenitentia c. 8. recitat nomine Hieremiae quaedam ex ca. 3. & quaedam ex cap. 5. huius libri; & lib. 3. hexam. cap. 14. ponit alia ex ca. 4. S. Basilius li. 4. in Eunomium, non procul a fine, & S. Ioannes Chrysostomus in oratione, quod Christus sit Deus, contra gentes; adducunt locum illum Baruch 3. hic est Deus noster, nomine Hieremiae. S. Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei cap. 33. eundem locum dicit ab aliquibus citari nomine Baruch, sed à pluribus nomine Hieremiae. Denique eundem locum nomine Hieremiae citat Sixtus Papa I. in epist. ad omnes fideles, Felix I V. in epist. ad Petrum Antiochenũ, & Pelagius I. in epist. ad Vigilium.

QUAE cum ita sint, non poterit certe Baruch repudiari nisi Hieremias etiam repudietur. Vt enim nulla fuit vnquam apud veteres controuersia de libro Hieremiae, ita quoque censendum est de libro Baruch, nullam apud eos controuersiam extitisse.

CAPVT NONVM.

De quibusdam capitibus Danielis.

VD A I teste B. Hieronymo praefatione in Daniele nihil faciunt Hymnum trium pueroꝝ quem Daniel interfecit, quae habetur cap. 14. Pati ratione Porphyrius lib. 12. ex iis quindecim, quos scripsit aduersus Christianos eodem Hieronymo teste praefatione comment. in Daniele: nec non haeretici huius temporis, vt Kemnitius in examine 4. sess. Concil. Trid. & praecipue Anabaptistae in eodem versantur errore.

Nec solum Haeretici, Pagani, & Iudaei, sed etiam ex Christianis Catholicis, olim Iulius Africanus historiam Susannae tanquam adulterinam & neotericam repudiavit, teste Eusebio li. 6. hist. cap. 23. Ex recentioribus, Ioan. Driedo lib. 1. de Scripturis & dogmatibus Ecclesiasticis ca. vlt. Ex semichristianis, Erasmus in scholiis super praefationem B. Hieronymi in Daniele, idem senserunt.

AT nihilominus certum est has omnes partes Danielis, verè esse canonicas, quod probatur primo ex Concilio Tridentino & vsu Ecclesiae, quod argumentum apud Driedonem ceterisque Catholicos magnum vim habere debet. Concilium sess. 4. iubet recipi libros suos cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt: Hymnus autem trium pueroꝝ legitur cum in Missa in Sabbato quatuor temporum, tum omnibus dieb. festis in precibus officij matutini: Historia Susannae legitur tota in Missa in Sabbato ante Dominicam quartã quadragesimae; denique historia draconis interfecti legitur in Missa festi tertiae post Dominicã quintam quadragesimae. Neque solum hoc tempore sed etiam ante annos MCC. legebatur in Ecclesia ista omnes partes Danielis, vt Rufinus testatur li. 2. aduersus Hieronymum.

PROBATVR secundo testimoniis veterũ. B. IGNATIUS in ep. ad Magnesianos citat historiam Susannae ex c. 13. Danielis, eadem citat TERTULLIANVS li. de corona militis. B. CYPRIANVS in serm. de oratione Dominica, producit hymnũ trium pueroꝝ, ac dicit Scripturam esse diuinã in qua ille hymnus continetur. Idem in serm. de lapsis: Loquitur, inquit, Scriptura diuina, &c. citat verba eorundem pueroꝝ in igne. Li. 1. epi. 8. adducit historiam Susannae; li. 4. ep. 6. historiam draconis, &

eandem li. 3. epi. 1. lib. 1. epi. 4. Item serm. de oratione Dominica, & sermo. de elemosyna citat historiam prandij Abacuch allati ad Daniele. B. BASILIIVS li. de Spiritu sancto c. 30. EPIPHANIVS in ancorato, & B. IOANNES CHRYSOSTOMVS hom. 4. ad populum, citant hymnum, vel historiam trium pueroꝝ, & serm. de tribus pueris, ac ser. de Susanna, qui habentur in fine primi tomi, eadem historiam explicat, & diuinas vocat. THEODORETVS in comment. Danielis, etiam hymnum trium pueroꝝ cum ceteris partibus Prophetae eiusdem exponit. B. AMBROSIVS lib. 3. de Spiritu sancto, c. 7. tractans historiam Susannae, aperte docet eam Scripturam esse diuinam, vt sunt aliae partes eiusdem Prophetae.

D. AVGVSTINVS lib. de natura boni, ca. 16. probat contra Manichaeos, res corporeas esse bonas, ex hymno trium pueroꝝ, vbi lux & tenebrae, &c. laudant Deum. Et Episto. 122. ad Victorianum citat orationem Azariae, quam fudit in fornace ignis ardentis. Et Tracta. 36. in Ioannem adducit historiam Susannae. ORIGENES studiosè defendit has partes Danielis; & praecipue Susannae historiam canonicam Scripturam esse contendit, tum Homilia 1. in Leuiticum, tum in Epistola ad Iulium Africanum. B. ATHANASIVS in Synopsi, vbi ad Daniele peruenit, & argumentum totius libri breuiter explicat, disertis verbis meminit Susannae, hymni trium pueroꝝ, & draconis interfecti; & aperte indicat haec omnia ad corpus diuinæ Scripturae pertinere.

DENIQUE credibile est Concilia vetera, vt Laodicenum & Carthaginense III. & priscos patres qui Graeca editione vtebantur, cum Daniele in numerum sanctarum Scripturarum retulerunt, de eo lib. Danielis esse loquutos, qui in Graecis vulgatis codicibus habebantur. In Graecis autem vulgatis codicibus ista omnes partes sine dubio habebantur, vt ex Synopsi Athanasij, & commentario Theodoretici aperte colligitur, necnon ex praefatione Hieronymi in Daniele, vbi testatur Ecclesiam Christi Daniele legere ex editione Theodotionis, in qua editione haec omnia habebantur.

Sed obiciunt aduersarij; PRIMO, B. Hieronymi sententiam, qui cum in praefatione Danielis à se in Latinum conuersi tum in praefatione comment. in Daniele satis indicat, ista capita non esse alicuius auctoritatis. Respondet ipse Hieron. in Apologia secunda contra Rufinum, circa finem de non quid sentiret explicuisse in prologis illis, sed quid Iudaei dicerent indicasse.

AT HIERO. etiam ibi vocat fabulas, historiam Susannae & draconis. Respondeo, eum cum dicit fabulas, velle dicere historias, quas Iudaei fabulas vocant; addo etiam interdum veteres nomine fabularum non res fictas, sed veras narrationes appellare. Quomodo Luc. vlt. Et factum est dum fabularentur, & secum quaererent, &c. & Minutius Felix initio dialogi, quem Octauium inscripsit, fabulam vocat veram quandam narrationem nescio cuius navigationis. Clemens quoque Alexandrinus apud Eusebium lib. 3. histor. cap. 23. narraturus verissimam historiam S. Ioannis; Audi, inquit, fabulam non fabulam, &c. quasi, audi fabulam, non tamen fictam & falsam, sed certam & veram.

SECVNDO obiciunt, quod in historia Susannae Daniel introducit tanquam puer: Sisitani, inquit, Dominus, Spiritum sanctum pueri iunioris. At hoc non potest esse verum: nam in primis supra cap. 6. dicitur Daniel fuisse vnus ex primis satrapis regni Darij Medij, quo tempore certè non erat puer; quomodo ergo postea ca. 13. dicitur esse puer?

SI dicas, Scripturam non ordine narrare omnia, sed prius quae postea facta sunt, & propterea in codicibus Graecorum, vbi ordo seruatur, ab historia Susannae totũ librum incipere: Contra, nam in isto cap. 13. satis aperte indicatur historiam Susannae contigisse initio regni Cyri

Perfarum Regis. Sic enim concluditur caput. Et Rex A-
styages apposuit est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses
regnum eius. Itaque ex isto capite habemus Danielē fuisse
puerum tempore Cyri. hoc autem est falsum. Nā Daniel
puer translatus est cum Rege Iechonia à Nabuchodonoso-
re ex Hierusalem in Babylonē, ut dicitur Daniel, primo.

RESPONDEO ab eo tempore vsque ad Cyrum fluxerunt
anni septuaginta, ut patet li. 1. El. cap. 1. Initio igitur regni
Cyri Daniel agebat circiter annum LXXX. vel XC.
qualis ergo puer erat nonaginta annorum?

ADE quod etiam tempore Nabuchodonosor non
videretur Daniel fuisse puer, sed iam olim defunctus; cum
Ezechiel, qui prophetauit tempore Nabuchodonosor
anno quinto transmigracionis, ut dicitur Ezech. 1. memi-
nerit Danielis, tanquam olim defuncti. Sic enim ait cap.
14. Si fuerint tres viri isti, Noë, Daniel, & Iob in medio eius,
vino ego, dicit Dominus, quia filios & filias non liberabunt.
Daniel igitur eo tempore iam habuerat filios, & mor-
tuus erat sicut Noë & Iob.

RESPONDEO, historiam Susanna contigit longe
ante tempora Cyri, cum Daniel reuera esset puer, & id-
circo merito apud Græcos poni in principio libri, nec
tamen malè apud Latinos reiectam esse ad extremum
librum, ut intelligeremus eam nō haberi apud Hebræos.
Quod autem dicitur in fine cap. 13. post historiam Su-
sanna; Et Rex Astyages apposuit est ad patres suos, & sus-
cepit Cyrus Perses Regnum eius; non refertur ad historiam
Susanna proximè narratam, sed est initium alterius hi-
storiae, quæ contigit sub Cyro. Itaque in Græcis codici-
bus historia Susanna est 1. cap. totius libri: illa autem ver-
ba; Et Rex Astyages apposuit est ad patres suos: ponuntur
in principio vltimi capituli, vbi narratur historia Belis de-
struēti, & draconis interfecti.

AD illud autem de Ezechiele respondet B. Hiero. l. 1.
in Iouinianum, ab Ezechiele mentionem fieri Danielis
non olim defuncti, sed adhuc viuētis in ætate puerili:
annumerari autem viris illis grauissimis Noë & Iob, quia
notus erat populo ob liberationem Susanna, & interpre-
tationem somniorum Vel, ut idem Hier. dicit in cap. 14.
Ezech. quia sicut Noë vidit felicitatem mundi ante di-
lutionem, postea calamitatem tempore diluuii, & rursum
felicitatem post diluuium: & Iob vidit felicitatem suam
ante tentationem, postea suam miseriam in tentatione,
& rursum felicitatem post tentationem; ita Daniel vidit
se felicem in regia Iudæorum ante captiuitatem, postea
captiuum & miserum, tandem rursum felicem, cum à
Dario inter summos Principes est constitutus. Neque
necesse est, tunc Danjelem habuisse filios & filias, quia
per hypothēsim loquitur Ezech. ac si diceret, etiam si
isti tres hęc essent, & haberent filios & filias, non pos-
sent eos ab imminente malo liberare.

OBIICIUNT III. quæ dicuntur cap. 14. de Daniele
missio in lacum leonum, pugnare cum iis, quæ dicuntur
cap. 6. Nam cap. 6. dicitur fuisse tantum vna nocte in la-
cu leonum, cap. 14. 6. diebus.

RESPONDEO, bis Danielem missum esse in lacum
leonum, semel à Dario Medo, quoniam precatus erat
Deum contra præceptum Regis, & tunc fuisse tantum
vna nocte; & hoc narrari cap. 6. iterum autem missum
esse à Cyro propter interfectum draconem, & tunc fuisse
6. diebus, ut dicitur ca. 14. Adde, quod non est impro-
babile; non eundem esse Danielem istum qui Susannam
liberauit, Bel destruxit, ac draconem interfecit, & in la-
cu leonum sex diebus fuit, cum eo de quo agitur in supe-
rioribus capit. Id enim multos olim sensisse testatur Hie-
ronymus, præfat. in comment. Daniel. & apertè Græca editio
LXX. habet hunc posteriorem fuisse de tribu Levi, ut
ibidem Hieron. notat, cum certum sit priorem fuisse de
tribu Iuda. Quæ si ita se habeant, duo argumenta iam
facta nullam habent difficultatem.

OBIICIUNT quartò, historiam Susanna videri
omnino confictam ab aliquo Græco. Nam vbi nos habe-
mus. Dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi, qui ait
sub Schino, Dixit autem Daniel, rectè meminit es in capit-
tuum; ecce enim Angelus Domini scindit te mediū. In Græ-
co allusio quædam est elegantissima ab arbore Schino
ad actionem scindendi; nam σχινο est arbor, σχινο est
scindere, & cum alter dixerit se vidisse eos sub Prino, al-
ludit Daniel ab arbore Prino ad actionem secandi; nam
πρω est arbor, πρω est secare, quomodo si quis dice-
ret, vbi vidisti eos: sub ilice, illico ergo interficietis. At in
Hebræis nulla talis allusio fieri potuit; nam quod Græci
dicunt πρω, nos ilicem, Hebræi dicerent יררן ilirna.
At secare, scindere, diuidere dicunt, שררן שררן Sebasa,
Malac, שררן שררן פרח פרח Parac, Palach, Bacha,
Schasaph.

RESPONDEO Origenes in Epist. ad Iulium Africa-
num, Danielem non dixisse ilicem, neque lentiscum, sed
aliquid aliud nobis ignotum, cui tamen secundum pro-
prietatem linguæ Hebraicæ, vel Chaldaicæ, qua ipse vte-
batur, aliquod verbum secandi responderet. Plurimas
enim voces Hebræi habent, quæ significant scindere, vel
secare. Porro interpretem Græcum non veritè ad ver-
bum, sed ad sensum, & ut seruaret allusionem, accepisse
alias arbores similes, quibus in Græco responderet allu-
sio ad verbum scindendi.

CAPVT DECIMUM.
De libris Tobia, Iudith, Sapientia, Ecclesiastici
& Machabeorum.

LIBRI simul omnes reiciuntur ab Hebræis,
ut B. Hieronymus testatur in prologo Galea-
to. Deinde Hebræorum sententiam sequun-
tur hæretici huius temporis ferè omnes. Ma-
gdeburgenses lib. 2. centuriæ 1. cap. 4. col. 51. solos eos
libros sentiunt, quos Iudæi recipiebant. Idem facit Mar-
tinus Kemnitius in examine sess. 4. Concil. Trid. Item
Ioannes Brentius in confessione VVittembergensi, cap.
de Scriptura sacra, eos tantum libros, de quibus nunquam
est dubitatum, recipi vult, qui sunt ij soli, qui à Iudæis
recipiuntur. Caluinus lib. 1. instit. c. 11. §. 8. arguit menda-
cij lib. Sapientia, tantum abest, ut eum recipiat. lib. 2. cap.
5. §. 18. lib. Ecclesiastici non vult esse solidæ auctoritatis.
lib. 3. cap. 5. §. 8. idem iudicat de libris Machabeorum. In
antidoto autem Concilij Trident. sess. 4. Tobiam quo-
que & Iudith repudiare videtur. Caluinum sequuntur
ministri illi, qui apud Pisiacum confessionem fieri edi-
derunt. Denique Lutherus & Zuinglius in præfationi-
bus Bibliorum à se conuersorum, quinque istos libros à
sacro canone auellunt, & præcipuè libris Machabeo-
rum non esse alicuius auctoritatis contendit Lutherus
in asser. articuli 37. qui est de purgatorio.

ECCLESIA verò Catholica libros istos, ut cæteros
pro sacris & canonicis habet. Sed antequam id probe-
tur, notandum est, hæreticos, & præsertim Kemnitium,
non negare hos libros esse bonos, & sanctos, & dignos
qui legantur, sed tamen non esse tales, ut ex iis firma ar-
gumenta duci possint: hoc modo eludere conantur ea
testimonia veterum, in quibus hi libri vocantur sacri,
vel Ecclesiastici. Quocirca probandum nobis est, hos
libros ita esse sacros, ut sint infallibilis veritatis, id quod
probatur, primum de omnibus generatim, deinde seor-
sim de singulis.

PRIMUM igitur hos libros vna cum cæteris in cano-
ne ponunt, Concilia Cartha. III. can. 47. Trid. sess. 4.
Pontifices, Innocentius I. in Epist. ad Exuperium, Gela-
sius I. in decreto de libris sacris, & Ecclesiasticis, cum
LXX. Episcopis. Denique patres, AVGVSTINVS lib.
2. doct. cap. 8. ISIDORVS lib. 6. etymol. cap. 1. CAS-
SIDORVS li. 1. diuinarum lectionum, & RABANVS
lib. 2. de institutione clericorum. Poni autem in his locis,

vt libros infallibilis veritatis inde colligitur, quod nu-
merantur & ponuntur in eodem ordine cum aliis, qui
sunt infallibilis veritatis.

PRÆTEREA quod Concilium Carthaginense, ex
quo cætera Concilia istum canonem desumpserunt, vo-
cat hos libros non solum canonicos, sed etiam diuinos:
Librum autem esse diuinum, quid aliud est, quàm diui-
nam auctoritatem habere: Item quod in locis prædictis
dicantur libri canonici, & ad canonem pertinere: porro
librum esse canonicum, est esse infallibilis veritatis.

ET certè vanissima est distinctio Kemnitij, qui libros
quosdam canonicos dicit esse infallibilis veritatis, &
quosdam non esse. nam ut ipsemet rectè deducit ex B.
Augustino lib. 11. contra Faustum cap. 5. & li. 2. contra
Cresconium c. 32. dicitur libri canonici, quia sunt quasi
norma, & regula, qua impetita nostræ regatur infirmi-
tas, & ex qua de omnibus aliis libris iudicetur. Quo-
modo ergo erunt norma, & regula libri illi, qui non sunt in-
fallibilis veritatis?

AT contra primo obiicit hoc modo Kemnitius. D.
Augustinus lib. 2. doct. Christ. c. 8. dicit in libris canonicis il-
lud obseruandum, ut qui recipiuntur ab omnibus Ecclesiis
præponantur illis, qui non recipiuntur ab omnibus: & maio-
ris auctoritatis habeantur. At si essent omnes infallibilis ve-
ritatis, non deberet vnus alteri præponi, sed essent omnes eius-
dem auctoritatis. Adde quod D. Hieron. in prologo Gale-
ato dicit, libros canonicos diuidi in legem, prophetas,
hagiographa: & ipse idem præfatione in Tobiam, & præ-
fatione in Iudith. dicit hos libros inter agiographa etiam
à Iudæis numerari, & tamen non esse idoneos ad fidei
dogmata confirmanda.

RESPONDEO B. Augustinum fuisse certissimum
omnes libros canonicos esse infallibilis veritatis: sed non
fuisse æquè certum de omnibus libris, quos enumerauerat,
an essent canonici. Nam etsi ipse ita sentiebat, tamen
sciebat rem non fuisse adhuc à generali Concilio defi-
nitam, & propterea potuisse sine labe hæreseos quosdam
libros ab aliis non recipi. Id igitur est quod dicit obser-
uandum esse in libris, qui dicuntur canonici, ut ij qui ab
omnibus recipiuntur, præponantur iis, qui non ab om-
nibus recipiuntur. Quia videlicet de prioribus maior tunc
erat certitudo, quàm de posterioribus, quod esset cano-
nicum: nunc autem quia generalia Concilia rem totam de-
finierunt, æquè certi sumus de auctoritate omnium li-
brorum, nec vnus alteri præponere debemus.

QVOD autem D. Augustinus reuera senserit omnes
eos libros, quos ibi vocat canonicos, esse infallibilis ve-
ritatis, patet tum ex Concilio Carthaginensi III. cui
ipse subscripsit: tum etiam quia non potest proferri vnus
locus ex Augustino, vbi librum aliquem vocet canoni-
cum, & tamen de eius veritate dubitari posse dicat: con-
tra verò possunt infinita loca proferri, vbi dicit omnes
libros, qui canonici vocantur, esse infallibilis veritatis.
Epist. 19. ad Hieron. Ego solis eis Scripturarum libris, qui
iam canonici appellantur, hunc timorem, & honorem didici
deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid erras-
se firmissimè credam. Eodè modo loquitur ep. 8. 9. 48. 112.
lib. 2. de baptis. c. 3. in Psal. 67. lib. 2. contra Cresconium
cap. 31. & 32. Lib. 11. contra Faustum c. 8. & alibi passim.

AD locum Hieronymi dico duo genera hagiogra-
phorum Iudæos habuisse, quædam intra arcam, & quædam
extra arcam, ut docet Epiph. li. de mensu. & ponde. Quæ
erant intra arcam, hagiographa dicebatur, ad distinctio-
nem historicorum, & prophetarum voluminū, & hæc
canonica habebantur: & de his loquitur Hieronymus in
prologo Galeato: quæ autem erant extra arcam, dice-
bantur hagiographa ad distinctionem canonicorum &
sacrorum, & de his loquitur Hieronymus in præfatione
Tobia & Iudith: ex quo patet, nunquam canonicos di-
ci à Hieronymo eos libros, de quibus dubitari possit.

SECUNDO obiiciunt idem Kemnitius, & cæteri
aduersarij hanc rationem; Ecclesia quæ fuit eo tempore
quo libri isti editi sunt, dubia fuit de eorum auctoritate:
necessariò igitur etiam Ecclesia posterior de eisdem li-
bris dubia esse debet. Nam duplex est via cognoscendi,
an aliquis liber sit verè diuinus, vna ex testimonio alicui-
us, quem constat Prophetam, vel Apostolum esse, cui
Deus mysteria reuelare soleat: altera, ut Augustinus do-
cet lib. 33. contra Faustum c. 6. per testimonia certa eo-
rum, qui viuēbant dum liber ederetur, qui testentur li-
bros illos à Prophetis, vel Apostolis editos, & quorum
testimonia per successionem hominum iis libris vtētium
ad nos vsque deuenerint. Sic enim non solum de sacris,
sed etiam de prophanis libris iudicamus.

NON habet locum hoc tempore vna via, nō enim
nunc Prophetæ, vel Apostoli in terris viuunt, ergo secun-
da via progrediendum est, & ex testimonijs primæ Ec-
clesiæ debemus nos de libris canonicis statuere: ergo si
prima Ecclesia dubia fuit, multò magis nos dubitandi
causam habemus. Dubitasse autem de his libris synago-
gam Iudæorum patet ex Iosepho lib. 1. contra Appio-
nem: in simili dubitatione versatam. Primam Ecclesiam
Christianorum patet ex Origene, Athanasio, Naziazeno,
Epiphanio, Hiero. & cæteris Patribus supra citatis, qui
hos libros in canone non ponūt, & apertè dicunt semper
de his libris quæstionem inter doctos homines fuisse.

RESPONDEO, Ecclesiam veterem dubitasse de
his libris, duobus modis intelligi posse: Vno modo, quod
ita fuerit dubia, ut nulli homines eius temporis essēt, qui
testari possent eos libros à Prophetis vel Apostolis edi-
tos, & hoc modo argumētum suas habet vires, idcō enim
librum Henoch non recepit Ecclesia, quia nulla habuit
testimonia eius temporis, quo liber scriptus erat, nec etiā
temporum proximorum, ut D. Augustinus docet lib. 18.
de ciuit. Dei, c. 38. Sed negamus hoc modo dubiam fuisse
priscam Ecclesiam: constat enim semper fuisse ali-
quos fide dignos, qui hos libros canonicos putarent.

ALTERO modo potest intelligi Ecclesiam dubitasse
quia aliqui dubitabant, nec tamen ipsa Ecclesia tunc rem
istam definire voluit, & hoc verissimū est, ut rectè probat
testimonia adducta, sed nō potest inde colligi postero-
rem Ecclesiam dubiam esse debere, idq; hoc modo pro-
bamus. De libro Iudith fuit initio dubitatum, & tamen
Nicæna Synodus eum librum in canonem recepit teste
Hieronymo præfatione in Iudith, quā Synodum vna cū
tribus aliis hæretici recipiunt, & magni faciunt; nō igitur
cogimur semper dubitare, etiā si aliquando dubitatu est.

PRÆTEREA si libri isti Testamenti veteris non
possunt nunc certò pro canonicis recipi, quia de eis du-
bitauit prima Ecclesia: eadem ratione non poterunt cer-
tò pro canonicis accipi Epistola Iacobi, & Iudæ, & Apo-
calypsis, secunda Petri, secunda & tertia Ioannis, & Epi-
stola ad Hebræos, quia de his etiam dubitatu est in pri-
ma Ecclesia. At Caluinistæ recipiunt pro verè canonicis
hos omnes libros, ut patet ex Caluini libris, in quibus
passim hi libri citantur, & ex confessione ministrorum
Caluinistarum artic. 3. quam Pisiaci obtulerunt anno
1561. Lutherani autem etiam variè sentiant de his li-
bris, tamen Magdeburgenses recipiunt Apocalypsim ut
verè canonicam, cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 76.

AD illud autem quod obiiciebant de duabus viis in-
dagandi librorum auctoritatem, admitto illas duas esse
vias, & nunc non esse Prophetas, vel Apostolos, & oport-
tere progredi secunda via, &c. sed assitmo ad hoc, ut se-
quens Ecclesia possit decernere librum aliquem esse ca-
nonicum, satis esse si habeat aliqua testimonia hominum
fide dignorum illius temporis, vel certè proximi.

ITAQVE non dicimus, ut Kemnitius impudentissi-
mè calumniatur, Ecclesiam, id est, Papam posse pro suo
arbitratu sine vllis veterum. testimonijs, facere librum

canonicum de non canonico, & de canonico non canonicum: & quod si Papa vellet, Scriptura diuina non plus haberet auctoritatis, quam fabulæ de Ioseph: ista enim non sunt nostra asserta, sed ipsorum mendacia. Fatemur enim Ecclesiam nullo modo posse facere librum canonicum de non canonico, nec contra, sed tantum declarare quis sit habendus canonicus, & hoc non temerè, nec pro arbitratu, sed ex veterum testimoniis, & similitudine librorum de quibus ambigitur, cum illis de quibus non ambigitur, ac demum ex communi sensu, & quasi gustu populi Christiani, quomodo D. Hieronymus lib. de viris illustribus in Iacobo, dicit Epistolam Iacobi paulatim tempore procedente meruisse auctoritatem.

Iam hæc tria in his libris declarandis canonicis Ecclesia obseruauit. Primum enim habuit de singulis veterum testimonia. Etiam enim non habeantur testimonia à synagoga Iudæorum, tamen habentur de Ecclesia Apostolica, & hoc sufficit. Apostoli enim poterant sine alijs testimonijs declarare libros illos esse canonicos, quod & fecerunt; alioquin nunquam Cyprianus & Clemens, & alij, quos citabimus, tam constanter dixissent eos esse diuinos. Deinde viderunt esse conformes alijs. Denique obseruauerunt istos libros paulatim ab omnibus Christianis pro canonicis receptos, quod argumentum habere non poterant, qui in prima Ecclesia fuerunt.

POSTREMA obiectio huiusmodi est; Ecclesia eos libros recipit, quos B. Hiero. recipit, eos reprobat quos ille reprobat, ut patet dist. 17. cano. Sancta Romana. B. autem Hieronymus in prologo Galeato, & in prologo Prouerbiorum allerit hos quinque libros non esse canonicos. ita Caietanus, Catholicus alioqui, & pius doctor argumentatur, ad finem commentariorum Hæster.

RESPONDENT aliqui, B. Hieronymum solum dicere non esse canonicos apud Iudæos, ac certè in prologo Galeato simul cum istis libris veteris Testamenti numerat etiam librum Pastoris, qui est noui Testamenti, & omnes simul dicit non esse in canone: non igitur de canone Iudæorum tantum loquitur. Præterea in prologo Prouerbiorum, *Sicut igitur, inquit, Tobiam, Iudith, & Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas Scripturas non recipit ita & hæc duo volumina Sapientiam, & Ecclesiasticum legat ad edificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.*

ADMITTO igitur Hieronymum in ea fuisse opinione, quia nondum generale Concilium de his libris aliquid statuerat, excepto libro Iudith, quem etiam Hieronymus postea recepit. Quod autem Gelasius dicit in illa dist. 17. can. Sancta Romana, intelligitur de libris doctorum, ut Origenis, Rufini, & similibus, non de libris sacris, ut ex ipso canone manifestè deducitur.

CAPVT VNDECIMVM.

De libro Tobie.

Nunc de singulis libris seorsum agemus, eoque & proprijs argumentis communiemus, & peculiare obiectio, quæ aduersus eos fuit, breuiter diluamus. Iam igitur liber Tobie præter communia testimonia Conciliorum & Patrum paulò antè adducta, testimonium insigne habet à S. CYPRIANO, qui in ser. de eleemosyna, *Loquitur, inquit, CYPRIANVS, in Scripturis Spiritus sanctus, & dicit, eleemosynis & fide purgantur delicta.* CALIXTVS Papa I. in Epist. 2. Tobiam allegans, *Bene, inquit, sacra ait Scriptura, & S. AMBROSIVS in lib. de Tobia, c. 1. librum hunc prophetiam Scripturam esse dicit.* Item S. BASILIVS in oratione de auaritia, sententiam ex Tobia descriptam diuinum præceptum appellat. Sanctus quoque AVGVSTINVS in speculo præfatur ex canonicis libris se sententias collecturum, nec tamen omittit Tobiam.

Contra verò obiici solet, quod hic liber secum ipse alicubi pugnare videatur. Nam in c. 3. dicitur Sara, quam

A in vxorem habiturus erat Tobias junior, habitasse in Rages ciuitate Medorum: vbi etiam fuisse Gabelum habemus. Tob. 4. postea tamè c. 9. cum Tobias peruenisset ad locum vbi erat Sara, inde misit Angelum ad Gabelum in Rages: falsum est igitur domum Saræ fuisse in Rages.

Michaël Medina lib. 6. de recta in Deum fide c. 14. vitio scriptorum cap. 3. legi arbitrat, in Rages, cum in Græco sit *in d'abaravos*. Sed vix credibile est talem errorem contingere potuisse, cum nulla sit inter Rages & Ecbatana similitudo. Alij, ut Lyranus, dicunt vel duas fuisse Rages in Media, vel certè in c. 3. vocari Rages non ipsam ciuitatem, sed locum aliquem vicinum: dicitur enim habitare Romæ, qui Tusculi, vel alibi in agro Romano habitat. Hæc sententia communior est, & verior.

CAPVT DODECIMVM.

De libro Iudith.

LIBRVM IVDITH egregium testimoniū habere à Synodo Nicæna prima, omnium Synodorum generalium prima & celeberrima, testatur S. Hieronymus præfatione in Iudith. Ac ne forte Kemnitius dicat librum Iudith sanctum esse, sed non plenè auctoritatis ad fidei dogmata confirmanda, notanda sunt verba S. Hieronymi, asserit enim sanctissimus doctor, apud Hebræos librum Iudith numerari in sanctis libris, qui tamen non sint idonei ad dogmata fidei comprobanda: deinde huic Hebræorum sententiæ opponit Nicæna Synodi auctoritatem; igitur teste Hieronymo, Nicæna Synodus librum Iudith ita retulit in numerum sacrorum librorum, ut cum idoneum esse censuerit ad fidei dogmata confirmanda. Ad hæc IUNILIVS AFRICANVS lib. 1. de partibus diuinæ legis, & ISIDORVS lib. 6. etymologiarum c. 1. Ecclesiam Christi hunc librum inter diuinos libros honorare, & prædicare testantur.

C EST AVTEM aduersus hunc librum difficillima quædam obiectio. Nam videtur historia ista omnino conficta, cum cap. 5. dicatur contigisse post reversionem populi à Babylonia captiuitate: & tamen dicatur cap. 1. eo tempore Nabuchodonozor Rex Assyriorum pugnasse contra Arphaxad regem Medorum, qui edificauerat Ecbatana, quæ nullo modo coherent, nam quo tempore populus rediit à captiuitate, euerfa erat Monarchia Assyriorum, & non Nabuchodonozor, sed Cyrus vel Darius Assyrijs, & Persis ac Medis imperabat.

D HÆC SVMMA difficultas mitto modo exercuit ingenia hominum eruditorum. Duæ sunt autem sententiæ principales. VNA eorum, qui volunt historiam Iudith contigisse post captiuitatem Babylonicam: quorum aliqui referunt eam ad tempora Cambyfis, quem esse volunt Nabuchodonozor, ut Euseb. in Chron. Augustinus lib. 1. 8. de ciui. Dei, c. 26. Beda in lib. de sex ætatibus, Lyranus in primum caput lib. Iudith. Ioannes Driedo de Ecclesiasticis Scripturis, & dogmatibus, lib. 1. c. 2. parte 2. & lib. 3. cap. 4. par. 3. aliqui referunt ad tempora Darij Hytaspis, ut Gerardus Mercator in sua Chronologia, & alij nonnulli. Seuerus Sulpitius lib. 2. Sacrae historiae ad regnum Artaxerxis Ochi eam pertinere existimauit.

ALTERA sententia est aliorum, qui docent historiam Iudith contigisse ante captiuitatem Babylonicam. Sed horum aliqui eam referunt ad tempora Regis Sedechie, ut Gilbertus Genebrardus in secundo li. Chronologiae, aliqui ad tempora Regis Iosie, ut Ioanes Benedictus in annotationibus marginalibus ad quartum c. lib. Iudith.

Sed nullam harum sententiarum videtur esse satis probabilis; & quidem tres priores manifestis argumentis refelluntur. PRIMO; Arphaxad, cum quo pugnauit Nabuchodonozor, edificauit Ecbatana, Iudith 1. At qui edificauit Ecbatana, teste Herodoto lib. 1. & Eusebio in Chronico, fuit Diocles quintus Rex Medorum, qui longissimo intervallo temporis distat à Cambyse, & Darij Hytaspis, & Ocho. Neque mouere debet, quod Pinius

lib. 6. c. 14. scribit, Ecbatana à Seleuco ædificata, diu post tempora Dioclis; vel quod scribit Diodorus lib. 2. cap. 7. tempora Arbacis, à quo quintus fuit Diocles iam Ecbatana extitisse. Nam potest facile fieri, ut ciuitas illa antiquissima, aliquoties euerfa, atque iterum condita, nunc à Diocle, nunc à Seleuco, nunc etiam fortasse ab aliquo alio fuerit.

SECUNDO, nusquam legimus Reges Persarum appellatos Nabuchodonozor, nec in sacra, nec in prophana historia, sed solum Reges Babylonios, non igitur Cambyfes, aut Darius est ille Nabuchodonozor, de quo agitur in historia Iudith.

TERTIO, Nabuchodonozor, de quo in libro Iudith, regnabat in Ninie, Iudith 1. At tempore Cambyfis, & Darij, & Ochi, Ninie non exstabat; euerterat enim eam vrbe Nabuchodonozor Rex Chaldaeorum primo anno regni sui, ut Genebrardus annotauit in Chronico suo, vel certè Ciaxares Rex Medorum, ut volunt Herodotus lib. 1. & Eusebio in Chronico. Certè Nahum, qui tempore Ezechia vaticinatus est, apertè prædicit euerfionem Ninie breui futuram fuisse. Vide commentarium S. Hieronymi. Accedit, quod Reges Persarum non in Ninie regnabant, sed in Susis, aut Babylone, ut ex libro Danielis & lib. Esther, nec non ex prophanis omnibus historicis cognosci potest.

QUARTO, Nabuchodonozor, de quo in libro Iudith occupare conatus est Ciliciam, Damascum, & Palestinam, Iudith 1. At Cambyfes, & Darius, non erat cur id conarentur, cum eas regiones pacificè possiderent, ut perspicuum est ex lib. 1. Esdræ, cap. 4. & 5.

QUINTO, Filij Israël parauerunt se ad pugnam contra Nabuchodonozor, Iudith 4. At tempore Cambyfis & Darij, nec poterant, nec valebant filij Israël resistere vllis Regibus, & maximè Regibus Persarum, quibus subiecti erant adeò, ut ad nutum eorum vel inciperent, vel desisterent templum ædificare, ut videre est in libro primo & secundo Esdræ.

SEXTO, temporibus Iudith summus sacerdos erat Eliachim, qui & Ioachim dicebatur, Iudith 4. & 12. At tempore Cambyfis & Darij Hytaspis erat Iesus Iosedech, ut patet ex lib. 1. Esdræ cap. 2. & ex Zachariæ 3. Tempore autem Ochi summus sacerdos erat Iaddus, qui occurrit Alexandro Magno, aut certè pater eius Ionathan, ut colligitur ex lib. 2. Esdræ cap. 12.

SEPTIMO, meruebat filij Israël, ne Nabuchodonozor euerteret Hierusalem, & templum Domini, Iudith 4. At tempore Cambyfis, nec Hierusalem, nec templum exstabat, quippe quæ iam euerfa, & incensa fuerat à Chaldæis: tempore autem Darij Hytaspis, templum quidem reedificatum est, sed non ciuitas Hierusalem. Præterea cum Darij isto iubente templum reedificatum sit, 1. Esdræ 6. quomodo credibile est timuisse Iudæos, ne ab eodem iterum euerteretur?

OCTAVO, Holofernes interrogauit, Iudith 5. quis esset populus, qui habitabat in Iudæa, quæ potentia eius, quis Rex, quæ multitudo. At certè Rex Persarum, & Principes eius nihil horum ignorare poterant: cum paulò antè Iudæos à se dimisissent.

NONO, filij Israël cum se pararent ad bellum contra Holofernem, muris circumdederunt vicos suos per omnem Samariam vsque Hiericho, Iudith 4. At tempore Cambyfis & Darij, non habitabant Iudæi in Samaria, sed gentiles, ut habetur 1. Esdræ 4. nec poterant Iudæi muris circumdare ipsam Hierusalem, quanto minus omnes vicos per circuitum.

DECIMO, scribitur in fine libri Iudith, pacem fuisse in Israël toto tempore quo superuixit Iudith, & multis annis postea: vixit autem Iudith annis C.V. ut ibidem habetur. At post annum decimum tertium Ochi, quo vult Sulpitius gestum esse bellum Holofernis, vsque ad

A Ptolemaum Lagi, qui iterum debellauit Iudæos, non sunt nisi triginta anni: debuisset ergo tunc Iudith esse annorum LXXX. vel XC.

VNDECIMO, Nabuchodonozor anno decimo tertio regni sui bellum gessit contra filios Israël, Iudith 2. At Cambyfes non regnauit nisi octo annos, teste Herodoto lib. 3. Non igitur ipse est ille Nabuchodonozor.

DVODECIMO, accedat probabilis coniectura ex numero Maiorum ipsius Iudith. Nam in lib. Iudith c. 8. numerantur Patres, & aui, alijque maiores Iudith vsque ad Simeonem filium Ruben, vel, ut correctius videntur habere Græci codices, filium Israël, & inueniuntur solum quindecim: in libro autem primo Esdræ cap. 7. numerantur maiores ipsius Esdræ, qui floruit tempore Cambyfis, & Darij vsque ad Aaron, & inueniuntur septemdecim, quibus si addas alios vsque ad Leni fratrem Simeonis erunt viginti. Cum igitur à Jacob Patriarcha vsq; ad Iudith sint multo pauciores generationes, quam ab eodem Iacob, vsque ad Esdræ, rectè conicimus, Iudith multò antiquiorem fuisse, quam Esdræ, qui tamè, ut diximus, temporibus Cambyfis, & Darij maximè floruit.

Iam verò posteriores illæ sententiæ, quæ historiam Iudith ad tempora Sedechie vel Iosie referunt, duabus rationibus refelluntur. Prima ratio talis est; In libro Iudith cap. vltimo legimus, nullum fuisse, qui vexaret Israël toto spatio vitæ Iudith, & multis annis postea. Vixit autem Iudith, ut ibidem legimus, vsque ad annum centesimum quintum, nec erat vetula, sed puella, quando interfecit Holofernem, ut colligitur ex eo, quod puella vocatur, Iudith 12. Igitur pax fuit in terra Israël annis octoginta vel nonaginta. At ab initio regni Iosie vsque ad bellum, quod intulit Rex Ægypti Ioachaz Regi Iudæa non fuerunt nisi anni triginta, 4. Reg. 23. ab initio autem regni Sedechie vsque ad bellum, quod intulit Nabuchodonozor, non sunt nisi anni nouem, 4. Reg. 24. Itaque nisi fuerit Iudith, quando Holofernem occidit, annorum circiter LXXX. aut centum, non potest esse verum, quod Scriptura dicit in omni spatio vitæ eius, & multis annis postea non fuisse qui perturbaret Israël.

Altera ratio est, quia tempore Iudith sacerdos magnus erat Eliachim, qui & Ioachim dicebatur, ut patet Iudith 4. & 15. At tempore Iosie sacerdos magnus erat Helcias, 4. Reg. 23. tempore autem Sedechie erat Saraia, 4. Reg. 25.

NOBIS igitur dicendum videtur historiam Iudith incidisse in tempora Manassæ Regis Iudæa. Siquidem eo tempore regnabat apud Medos Diocles, qui Ecbatana edificauit teste Eusebio in Chronico: atque hunc Scriptura nostra Arphaxad appellat. Item eo tempore regnabant Assyriorum Reges in Ninie, ut constat ex 4. Reg. 19. & ex Tobia capite primo. Credibile autem est eum, qui in libro Iudith dicitur Nabuchodonozor, alio nomine dictum esse Merodach Baladan, qui fuit etiam Rex Babylonis. Nam post Sennacherib regnauit sub finè regni Ezechie patris Manassæ, Assar Addo, 4. Reg. 19. post Assar Addon regnauit Merodach Baladan, cuius fit mentio 4. Reg. 20. & Hieremie 50. nec non Isaiæ 39. qui quidem Rex Babylonis erat, sed transtulit ad se etiam regnum Assyriorum, & propterea nulla deinceps in Scripturis mentio fit regum Assyriorum, sed solū Babylonis.

Cæpit autem regnare tertio anno Manassæ, ut probabiliter, & ex coniecturis colligimus (nam certum initium regni eius ex nullo auctore probato haberi potest) quocirca annus eius decimus tertius, in quo bellum mouit contra Iudæos duce Holoferne incidit in annum XVI. Manassæ, quem Manassæ paulò antè captiuum duxerat in Babylonem.

Exstabant etiam tunc Hierosolyma, & templum Domini, quorum fit mentio in historia Iudith cap. 4. Vixit quoque eo tempore sacerdos magnus Eliachim,

vt patet ex Chronologia Nicephori Patriarchae Constantinopolitani, qui enumerans Pontifices Iudaeorum, inter Sobnam, qui fuit Pontifex tempore Ezechiae, & Helciam, qui fuit tempore Iosiae ponit Eliachim. Cōstat autem inter Ezechiam & Iosiam intercessisse Manasse: conuenit etiā id cum lib. 4. Reg. c. 18. vbi Eliachim nominatur inter praeceptos sacerdotes; & magis etiam quadrat cum prophetia Iosiae c. 22. vbi praedicitur depositū Sobnae impuri Pontificis, & exaltatio Eliachim in locum eius.

Præterea facile est hac ratione inuenire tempus illud longissimæ pacis, quod fuit toto tempore vitæ Iudith & deinceps multis annis. Nam Manasses initio regni sceleratissimus fuit, ac propterea Deo permitte victus fuit à Rege Babylonis, qui terram Iuda deuastauit, & ipsum Regem victum in Babylonem abduxit: deinde tamen peccatum suum agnouit, & in patriam remissus tranquillissimè vixit, vt habetur lib. 2. Paralipom. cap. 33.

Ab hac Manassæ captiuitate vsque ad regnum Ioachaz filij Iosiae summa pax fuit in terra Iuda. Quantum hoc tempus fuerit Scriptura non indicat, sed facile colliguntur anni LXXII. Nam Manasses regnavit annos LV. è quibus accipio LXXIX. post captiuitatem eius. Constat enim initio regni Iudaeam captiuitatem accidisse, vt etiam Iosephus annotauit lib. 10. antiquit. cap. 5. & vt diximus paulò antè, annus decimus tertius Regis Assyriorum & Babyloniorum incidit in annum Manassæ decimum sextum. Annis triginta nouem addendi sunt duo anni, quibus post Manasse regnavit Ammō filius eius, 4. Reg. 21. ita erunt LXXI. his addantur anni LXXI. quibus post Ammon regnavit Iosias, 4. Reg. 22. & efficiuntur LXXXII.

Iam hoc idem tempus ostendimus fuisse post mortem Holofernis vsque ad finem vitæ Iudith. Iudith vixit vsque ad annum ceterimum quintum (sic enim intelligi debet quod habetur de numero annorū Iudith in fine libri, vt clarius colligitur ex Græco textu) ex quibus annis derraehendi sunt illi, quos vixit ante occisionem Holofernis, quos pono fuisse quadraginta. Nam etsi tempus certum definire non possim, cum nullus auctor hoc tradat, potuit tamen ita esse. Ea enim ætate adhuc potuit esse pulcherrima, & iudicari ab Assyriis puella propter incredibilem pulchritudinem, præsertim quia, vt habetur Iudith 10. Dominus ei contulerat, non sine nouo miraculo, quandam eximium splendorem, vt in comparabili pulchritudine omnium oculis appareret. Quāquam etiam naturaliter aliqua foemina ita conseruant formam corporis, vt quamuis grandæuæ sint tamen iuenculæ iudicentur. Certè Sara annorum LXV. vel etiam XC. tam iuuenis, & formosa videbatur, vt quocumque iret, à Regibus adamaretur & raperetur. Vide Gen. 12. & 20. Iam igitur si ex annis CV. derraehatur XL. supererunt LXXV. anni continuè pacis vsque ad mortem Iudith, quibus addo alios septem, vt illud etiam verum sit, quod additur in libro Iudith, post mortem eius multis annis non fuisse qui perturbaret Israël. Habemus igitur annos LXXXII. quos quærebamus.

Dices fortasse; Si tempore regis Manassæ contigit hæc historia, quare in præparatione illa ad bellum, quæ narratur in hoc libro, nulla fit mentio regis? cur negotium hoc totum tribuitur magno sacerdoti?

RESPONDEO, fortasse hoc bellum incidisse in ipsam captiuitatem Manassæ, & idcirco Rege absente per Pontificem negotia regni procurata fuisse. fortasse etiam Regis mentio facta non est, quia non accessit bellum ad ipsam urbem Hierusalem, vbi Rex erat.

QUOD autem habetur Iudith 4. sacerdotem Eliachim scripsisse ad omnes Hebræos, & deinde circumiisse omnem Israël, vt eos ad constantiam hortaretur, non est mirandum. Nam etiam tempore Ezechiae

idem Eliachim, quamuis nondum, esset summus sacerdos, nomine regis multa faciebat, vt patet ex lib. 4. Reg. cap. 18. & Iosias prædixerat cap. 22. fore vt Eliachim esset quasi pater omnium habitantium Hierusalem. Ac tum præcipuè, credibile est, summa negotia & periculosa tractata esse per summum sacerdotem, quando rex de captiuitate reuersus, & ad Deum serio conuersus erat. Nam etsi non est improbabile, adhuc Rege captiuo, bellum hoc gestum: probabilius tamen videtur, eo iam reuerso gestum esse.

SED rursum obiciens, colligi ex quinto capite libri Iudith, bellum hoc Holofernis contra Iudæos gestum esse paulò post reditum ex captiuitate Babylonia: sic enim legitur: *Nam & ante hos annos cum recessissent à via, quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt præiis à multis nationibus, & plurimi eorum captiuo abducti sunt in terram non suam: nunc autem reuersi ad Dominum Deum suum ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Hierusalem vbi sunt sancta Sanctorum.*

RESPONDEO, non esse intelligendum hunc locum de captiuitate Babylonica, sed de variis afflictionibus præcedentibus. Nam si sermo esset de Babylonica captiuitate, non dicerentur Iudæi exterminati à multis nationibus, sed ab vna, id est, Chaldæorum: nec dicerentur plurimi abducti captiuo, sed omnes, fuit enim generalis captiuitas Babylonica, paucissimi enim remanserunt relicti à Nabuchodonosor, & illi ipsi paulò post fugerunt in Ægyptum, 4. Reg. 25. Ita dispersio, ac desolatio plenissima fuit.

IGITUR loquitur Scriptura de variis afflictionibus populi Iudæorum, quas variis temporibus à variis nationibus passus est, sed præcipuè de illa vltima, quæ acciderat cum caperetur Manasses: tunc enim tota regio deuastata fuit, & Rex ipse cum aliis multis captus, & ductus in Babylonem: & multi etiam dispersi, fugati que in varia loca. Quod autem additur: *Nunc autem reuersi ex dispersione, &c.* vel intelligitur de reuersione Regis Manassæ cum suis ex Babylone, vel si absente rege gestum est hoc bellum, intelligi poterit de reuersione ex iis locis ad quæ fugiendo peruenerant, cum rex Assyriæ vastaret regionem ipsorum.

Nec verò mouere quenquam debet, quod in textu Græco additur, etiam templum fuisse solo æquatam, quando dispersi sunt Iudæi. Nam illa verba supposititia videntur, quando quidem sanctus Hieronymus, qui fidelissimè transtulit hunc librum ex Chaldæo sermone in Latinum, nihil de euerfione tēpli in sua editione posuit. Et fortasse ista additio Græci textus in causa fuit, cur tot grauissimi auctores, Eusebius, Augustinus, Sulpitius, Beda in hac historia suo tēpore collocanda decepti fuerint.

CAPVT XIII.

De libro Sapientie.

LIBER Sapientie testimonium habet ab antiquis Conciliis & Patribus. Concilium Sardicense in epist. ad omnes Episcopos, cuius meminit Theodoretus lib. 2. hist. c. 8. ex c. 7. huius libri probat, filium Dei esse rerum omnium effectorem, & verum Deum: Concilium item Toleranum 11. c. 1. librum Sapientie Scripturam sacram nominat.

DENIQUE Patres idem docent. Nam DIONYSIVS cap. 4. diuinorum nom. vt librum sacre Scripturæ citat. MELITO Asianus in epist. ad Onesimum in Catalogo sanctarum Scripturarum, sapientiam ponit. CYPRIANVS in lib. de habitu virginum: *Cum dicat inquit Scriptura diuina, quid vobis profuit superbia, &c.* Similiter CYRILLVS lib. 2. in Iulianum, vltra medium, vocat Scripturam diuinam. B. AVGVSTINVS ex professio docet & probat, ex hoc libro posse confirmari dogmata, & librum esse Canonicum. lib. 1. de prædest. cap. 14.

ET

ET quoniam Kemnitius incredibili impudentia hunc locum Augustini truncatè citat, & asserit apertè ex hoc loco colligi, hunc librum non fuisse Augustino diuinum & infallibilis veritatis: totum locum audiamus. *Quid, inquit, à me quoque posuim, nimirum testimonium de libro Sapientie, fratres istos ita respuisse dixisset, tanquā non de libro Canonico adhiberetur. Quasi & excepta huius libri attestatione res ipsa non clara sit, quam volumus hinc doceri.* Hæc citat Kemnitius.

SED audiamus quæ in eodem capite infra ponuntur. *Non debuit repudiari sententia libri Sapientie, qui meruit in Ecclesia Christi de gradu Lectorum Ecclesie Christi tam longa amonitate recitari, & ab omnibus Christianis Episcopis vsque ad extremos laicos, fideles, penitentes, catechumenos cum veneratione diuina auctoritatis audiri.* Et infra. *Opponet vt librum istum Sapientie omnibus tractatoribus anteponanant, quoniam sibi eum anteposuerunt etiam temporibus proximi Apostolorum egregij tractatores, qui eum testem adhibentes, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium crederunt.*

ADDE, quod omnes veteres hunc librum Salomonis esse asserunt, ex quo manifestè sequitur esse canonicum. EVSEBIVS lib. 4. hist. cap. 22. dicit Egesippum & Irenæum, & omnem antiquorum chorum hunc librum Salomonis esse existimasse. Pari ratione Tertullianus de præscr. Cyprianus serm. de mortalitate. Hilarius in Psal. 127. Ambrosius serm. 8. in Psal. 118. Basilius lib. 5. contra Eunomium, Epiphanius hæres. Anomæorum nomine Salomonis hunc librum citant.

QUOD verò D. Hieronymus præfatione in libro Salomonis, hunc librum dicit à multis putari Philonis Iudæi, & D. Augustinus lib. 2. doct. Christ. cap. 8. dicit esse Iesu filij Sirach, non est contrarium communi sententiæ doctorum. Nam sententiæ quidem sunt Salomonis, non Philonis, vt veteres dicunt, & clarissimum est ex c. 9. vbi auctor libri dicit: *Tu elegisti me regem populo tuo, & dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, &c.* tamen collectæ sunt hæc sententiæ ab auctore alio, qui à multis putatur Philo, non ille, qui fuit post Christum, sed alius antiquior, qui quidem verbis Græcis Salomonis sententiæ complexus est, Spiritu sancto dictante, sicut Prouer. 25. dicuntur parabolæ illæ Salomonis translatae in librum à viris Ezechiae regis Iuda, cum antè fortè in schedulis haberentur. D. Augustinus autem sententiam retractauit lib. 2. retract. cap. 4.

IOANNES Caluinus li. 1. instit. c. 11. §. 8. librum Sapientie mendacij coarguit. *De Idolorum, inquit, origine publico serè consensu receptum est, quod in libro Sapientie habetur, primos scilicet existisse eorum auctores, qui hunc honorem detulerunt mortuis, vt ipsorum memoriam superstiosè colerent; & sanè fateor peruersum hunc morem fuisse vetustissimum, nec faciem fuisse nego, quæ accensus hominum ad idololatriam furor magis exarsit: non tamen cōcedo hunc fuisse primum mali fontem. Idola enim iam fuisse prius in vsu, quam ista in consecrandis imaginibus mortuorum ambitio inualuisset, cuius apud prophanos scriptores crebra fit mentio, constat ex Moise, qui cum Rachelem narrat furatam esse patri suo idola, non secus ac de communi vitio loquitur. Hæc ille, qui satis apertè, falsum esse contendit, quod habetur Sap. 14. de origine idolorum.*

AT Caluinus assumit falsum, & inde colligit aliud falsum. Assumit enim ante Rachelis tempora non fuisse idola, quæ hominum figuram referrent: & cum conser tunc aliqua idola fuisse, deducit prima idola non fuisse imagines hominum, vt liber Sapientie docet. At falsum assumit: nam imprimis ista ipsa idola, quæ furata est Rachel, erant imagines hominum; vel potius imago hominis. Vna enim tantum erat imago, sed nomine multitudinis vitur Scriptura, quia illud nomē in Hebræo nō habet numerū singularem, vox Hebræa est תרפים *theraphim*,

quæ quidem idolum significat hominis figuram representans, & quod arte diaboli loquebatur, & responsa dabat.

QUOD hominis figura sit תרפים *theraphim*, patet ex 1. Reg. 19. vbi Michol cum veller eruere Dauidē de manibus Saul, emisit illum per fenestrā, & in lecto loco eius posuit simulacrum, quod hominem referret, in Hebræo est תרפים *theraphim*. pro eo, quod nos habemus statuā, vel simulacrum. Quod autem ista idola loquerentur, patet ex Ezech. 21. vbi enim nos legimus. *Interrogauit idola;* in Hebræo est תרפים *theraphim*, & similiter Zach. 10. vbi legimus, *Simulacra locuta sunt vana.*

DENIQUE certum est Belum primum Regem Assyriorum, qui fuit ante Rachelem, immò & ante Abraham fuisse pro Deo habitū post mortē, vt Eusebius testatur initio Chronici, & statuam illi à Nino filio positā, fuisse primum idolum publicè propositum ad adorandum, docet Ambrosius in primum cap. ad Rom. siue quicumque fuit eorum commentariorum auctor, & Beatus Cyrillus lib. 3. in Iulianum non procul à fine. Denique initium idolorum fuisse fabricationem imaginum humanarum in memoriam defunctorum, vt liber Sapientie docet, testatur Cyprianus initio libri de idolorum vanitate. Chrysostomus hom. 87. in Mart. Egesippus apud Hieronymum in libro de viris illustribus, & alij passim.

SED obiciens, Si statuā erecta Belo à Nino filio fuit primum idolum: quomodo verum est, quod liber Sapientie dicit, primum idolum factum esse à patre in memoriam filij? Respondeo, statuam Beli fuisse primum idolum publicè ad adorandum propositum: at primum idolum absolutè fuisse imaginem filij mortui à parente factam, & priuatim honoratam. Inde enim inualefcence praua consuetudine (vt in eodem cap. 14. Sap. dicitur) cœpta sunt tyrannorum imperio publicè coli figmenta.

CAPVT XIV.

De Ecclesiastico.

LIBRUM Ecclesiastici, quod ex eo multa dogmata fidei luculenter probantur, vehementer Caluinus odit. *Vnde, inquit in antidoto, melius faciem haurirent?* nec tamen habet aliquid, quod ei obiciat. Nos autem contra multos veterum testimonij auctoritatem eius libri confirmare possumus. CLEMENS ALEXANDRINVS li. 7. Stromatum propè extremo citans c. 4. Ecclesiastici, sic ait: *Sequentes autem Scripturas confirmemus quod dictum est.* CYPRIANVS lib. 3. epist. 9. citans cap. 7. *Sed Salomon, inquit, in Spiritu sancto constitutus testatur, & dicit. EPIPHANIUS in hæres. Anomæorum numerat inter sacros ac diuinos libros Sapientiam Salomonis, & filij Sirach id est, Ecclesiasticum.* Ex quo intelligimus eundem Epiphanium cum in lib. de mens. & ponder. dicit hos libros non esse receptos; de sententia Iudæorum esse loquutum. D. AMBROSIVS lib. 4. de fide cap. 4. verba Ecclesiastici, ex cap. 24. diuina oracula nominauit. B. AVGVSTINVS in lib. ad Orosium contra Priscillianistas, *Clamat, inquit, Scriptura diuina; Altiora te ne quæseris:* quæ sententia Ecclesiastici nostri est, cap. 3.

DENIQUE Clemens, & Cyprianus locis citatis Sixtus II. in epist. ad Gratum, Damasus in epist. ad Episcopos Italiae, Basilius li. 4. in Eunomium, Ambrosius in ca. 7. prioris ad Corinthios, Hieronymus in cap. 10. Ecclesiastice, & Gregorius lib. 10. Moralium c. 14. hunc librum non solum citant, sed etiam Salomoni attribuunt, nunquam autem dubium fuit, quin Salomonis libri canonici, ac diuini habendi essent.

AT Epiphanius in hæresi Anomæorum, & alij nonnulli auctorem libri huius Iesum Sirach esse volunt. Respondeo facile potuisse fieri, vt Iesus Sirach sententias Salomonis à se diligenter collectas in vnum volumen redegerit, ita vterque auctor dici poterit.

B 4

CAPVT XV. De libris Machabeorum.

LIBRI Machabeorum præter communia testimonia, testimonium habent, & honorificè producantur à S. Cypriano in li. de exhort. martyrij. c. 11. à S. Gregorio Nazianzeno in oratione de Machabris, à S. Ambrosio li. 2. de Iob. c. 10. 11. & ab aliis passim, eosdem libros Scripturam diuinam disertis verbis appellant, S. Cyprianus lib. 1. ep. 3. ad Cornelium; & Isidorus li. 6. etymologiarum c. 1. S. autem Augustinus (cui multum auctoritatis sæpe Caluinus tribuit) li. 18. de ciuit. Dei. c. 36. Libros, inquit, Machabeorum non Iudæi, sed Ecclésiæ pro canonicis habet. Et lib. 2. contra epistolas Gaudentij. c. 23. eorumdem librorum auctoritatem studiosè defendit, Scripturam sanctam eos appellans. Sed aduersariorum argumenta videamus.

PRIMUM obiicit Caluinus li. 3. instit. ca. 5. §. 8. quod auctor horum librorum laudat preposterum zelum, & superstitiosum factum Iudæ Machabæi, qui pro mortuis sacrificium offerri iussit. 2. Machab. 12. Nam præterquam quod superstitiosum est pro quibuscunque mortuis orare, accedit etiam quod isti, pro quibus Iudas orari iussit decesserant lethali crimine obligati, pro qualibus non esse orandum etiam Catholici docent: sic autem eos decessisse patet. Nam ibidem dicitur, inuenta sunt sub vestibus mortuorum omnium quedam de donariis idolorum contra prohibitionem Domini, qua habetur Deuter. 7.

RESPONDEO. Orare pro mortuis, quos non est certum esse in celo, vel in gehenna, pium & religiosum esse, vt ostendimus suo loco; nunc satis sit opponere Caluino Augustinum, qui ex hoc ipso loco probat pium esse orare pro mortuis, in epist. 61. ad Dulcitium, li. 1. de moribus Ecclesiæ. c. 23. & li. de cura pro mortuis, c. 1. itaque tantum interest inter spiritum Augustini & Caluini, vt Augustinus, quia libros Machabeorum credit esse canonicos, inde colligat bonum esse orare pro mortuis, inde Caluinus quod existimet malum esse orare pro mortuis deducat libros Machabeorum non esse canonicos.

AD illud autem quod obiicitur, respondeo, Iudam piè existimasse eos in articulo mortis dolorem de peccato suo coram Deo concepsisse, & misericordiam apud Dominum inuenisse, quod significant illa verba: Quia considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam.

SECUNDO obiicit Caluinus in antidoto Concilij, non posse huius libri auctorem haberi canonicum, cum lib. 2. c. vlt. veniam petat errorum. Adde quod c. 2. ait, Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breuiandi causa suscepimus non facile laborem immò verò negotij plenum vigilarum, & sudoris assumpsimus. Quibus verbis indicat se humano more hunc librum cõposuisse. Auctores enim verè sacri non ingenio, & labore suo, sed Spiritu sancto reuelante scripserunt, vt patet Hierem. 36. de Hieremia, qui tanta facilitate dictabat notario suo Baruch ea quæ Deus ei reuelabat, vt ex libro aliquo legere videretur.

RESPONDEO, Deum quidem esse auctorem omnium diuinarum Scripturarum, sed aliter tamen adesse solitum Prophetis, aliter aliis, præsertim historicis. Nam Prophetis reuelabat futura, & simul assistebar ne aliquid falsi admiserent in scribendo; & ideò Propheta non alium habuerunt laborem, quam scribendi, vel dictandi: aliis autem scriptoribus Deus non semper reuelabat ea, quæ scripturi erant, sed excitabat, vt scriberent ea quæ viderant, vel audierant, quorum recordabantur, & simul assistebar, ne falsi aliquid scriberent: quæ assistentia non faciebat ne laborarent in cogitando, & querendo quid & quomodo scripturi essent. Quare S. Lucas præfatione in Euangelium à se scriptum, testatur se assequutum omnia diligenter, quæ ad Euangelij scripturam pertinebant, idque ab iis, qui ipsi audierant, & viderant, &

ministri fuerant sermonis. Quod autem ad veniam attingit, non petit veniam iste auctor errorum, quippe qui nulla esse sciebat; sed orationis minus polita; quemadmodum etiam B. Paulus se imperitum sermone confiteatur 2. Corinth. 11.

OBIECTIO tertia aliorum 2. Machab. 1. dicitur. Cum in Persidem captiui ducerentur patres nostri: at certum est non in Persidem, sed in Babylonem abduetos fuisse Iudæos; non igitur veram historiam narrat auctor huius libri.

NONNULLI valde laborant, vt ostendant quando in Persidem ducti fuerint Iudæi, sed existimo rem esse facillimam. Nam auctor huius libri Persidem vocat non solum eam regionem, quæ propriè dicitur Persis, sed etiam alias finitimas; id patet ex lib. 1. Machab. cap. 6. vbi nuncius, qui venit in Babylonem ad Antiochum, dicitur venisse ad eum in Persidem neque iste loquendi modus ab aliis scriptoribus alienus est, cum Chryostomus ho. 6. in Matth. dicat Iudæos ex captiuitate Persica liberatos.

OBIECTIO quarta. 2. Machab. 2. dicitur Hieremias, cum spoliaretur & incenderetur Hierusalem, & templum à Chaldæis, abscondisse tabernaculum, & arcam fœderis in spelunca quadam montis Nebo; & dixisse, locum illum fore occultum, donec Deus iterum congregaret populum suum. At hic duo mendacia continentur. Vnum quod Hieremias illud fecerit; nam antequam vrbs à Chaldæis caperetur, Hieremias semper fuit in carcere & erat inuisus penè omnibus in Hierusalem, vt habetur Hierem. 37. & 38. quocirca nec per se nec per alios potuit id efficere: postquam autem capta est vrbs, Chaldæi omnia diriperunt, vt habetur 4. Reg. vlt. proinde non remansit aliquid, quod Hieremias posset abscondere. Alterum mendacium est, quod iterum reuertentes à captiuitate essent arcam & tabernaculum habituri; non enim vnquam eam postea habuerunt.

RESPONDEO, potuisse illud optime fieri, & ante spoliationem vrbs, & templi (vt Epiphanius sentit in vita Hieremiæ) & etiam postea, vt alij volunt. Antè quidem; nò tempore Sedechiæ, sed Ioachim. Ter enim Nabuchodonosor venit in Iudæam, & abduxit inde captiuum regem & populum. Primum tempore Ioachim, vt habetur 2. Paral. vlt. Secundo, tempore Ioachim, vt habetur 4. Reg. 24. & tertio, tempore Sedechiæ, 4. Reg. 25.

TAMETSÌ autem tempore Sedechiæ Hieremias fuerit ferè semper in carcere & omnibus inuisus: tamen tempore Ioachim liber erat, & magnæ auctoritatis, ita vt credibile sit ad eius persuasionem Ioachim se sponte tradidisse Regi Babylonis. Constat enim Hieremiam hoc suasisse, Hierem. 27. & simul constat Ioachim, id fecisse, Hierem. 29. potuit igitur Rege consentiente arcam, & tabernaculum asportare, potuit etiam posteaquam ciuitas capta est: nam Hieremias à Nabuchodonosor maximi fiebat, vt patet Hierem. 39. Non fuisse autem à militibus diripientibus urbem Hierosolymam, ablatam arcam, aut tabernaculum, satis patet ex Hierem. 52. vbi enumerantur omnia, quæ ex templo Domini Chaldæi abstulerunt, vsque ad phialas & mortariola, & arca, ac tabernaculi nulla mentio fit.

NEQUE verò alterum est mendacium, quod rursus arca inuenienda esset, quando iterum cõgregaretur populus. Nam non loquebatur Hieremias de illa congregatione, quæ fuit tempore Cyris, sed vel de tempore nouissimo, quod proximè diem iudicij præcedet, vt vult Epiphanius in vita Hieremiæ; vel mysticè intelligendum est, arcam apparituram, id est, Christum in carne venturum in noua populi congregatione, vt exponit Rupertus lib. 10. de victoria verbi cap. 21.

OBIECTIO QUINTA, Lib. 1. Machab. c. 1. Alexander Magnus primus regnasse dicitur in Græcia: at hoc falsum videtur, cum non fuerit Alexander primus,

sed ante illum multi fuerint Reges Lacedæmoniorum, Macedonum, Corinthiorum, Atheniensium, &c. vt ex Chronico Eusebij patet.

PRÆTEREA ibidem dicitur Antiochus illustris regnasse anno CXXXVII. regni Græcorum, cum tamen constet ex eodem Eusebio Antiochum regnasse anno CLVI. tot enim sunt anni à primo anno Monarchiæ Græcorum vsque ad Antiochum.

DENIQUE lib. 1. cap. 8. dicuntur Romani singulis annis committere vni homini magistratum suum, & omnes vni obedire: at hoc est falsum, nam duo consules eo tempore creabantur.

RESPONDEO, Scripturam cum dicit Alexandrum primum regnasse in Græcia, non de regno quocunque, sed de Monarchia Græcorum loqui, & cum dicit Antiochum illustris regnasse anno CXXXVII. regni Græcorum, non numerare annos ab Alexandro, sed à Seleuco, qui post Alexandrum primus regnauit in Syria, vt monet Eusebius in Chronico: quia enim Iudæa pars est Syriæ, à primo rege Syriæ annos numerabant Iudæi: à Seleuco autem ad Antiochum sunt anni CXXXVII. quibus si addas annos LXI. qui sunt ab Alexandro ad Seleucum, erunt anni CLVI.

AD illud autem de Romanis, respondeo, vnus tantum consulis mentionem fieri: quia in more apud Romanos positum erat, vt alternis diebus consules imperarent. Cuius rei testis esse potest infelix exitus pugna Cannensis, cuius causa temeritas fuit alterius consulis, penes quem eo die imperium erat. Itaque licet duo consules essent, vni tamen commissa esse Respublica videbatur. Idque institutum est ab ipso primo exortu consularis dignitatis, ne videlicet (vt ait Liuius lib. 2.) si duo simul consules imperarent, Regibus exactis non remotus, sed duplicatus terror videretur.

OBIECTIO sexta. lib. 1. Machab. c. 4. Iudas legitur purgasse templum anno CXLVIII. Id est, vno anno ante obitum Antiochi, qui obiit anno CXLIX. vt dicitur 1. Machab. 6. At id repugnat lib. 2. c. 10. vbi habetur Iudas purgasse templum biennio post mortem Antiochi.

PRÆTEREA lib. 1. c. 6. dicitur, Antiochus illustris mortuus in Babylonia in lecto suo præ dolore animi, quia non successerat ei negotia sicut optauerat: at li. 2. c. 1. dicitur membratim caesus cum multis ex suis in templo Nanneæ; & rursus lib. 2. c. 9. dicitur mortuus tū dolore interno viscerum, tum quia de curru in itinere ceciderat.

DENIQUE lib. 1. c. 9. dicitur Iudas mortuus anno CLII. at lib. 2. cap. 1. dicitur scripsisse epistolam anno CLXXVIII. quod si esset verum, anno XXXVI. post mortem suam eam scripsisset. Hæc omnia cum tam malè inter se cohereant, manifesta indicia falsitatis præbent.

AD primam argumenti huius partem Sixtus Senensis vt respondeat, scribit in li. 8. Bibliothecæ sanctæ, bis factam esse templi repurgationem: sed neque id verum esse videtur, neque ad argumèti solutionem necessariū. Et quidem verum non esse satis indicat Scriptura, cum omnia quæ de hac repurgatione vno in loco refert, referat etiam in alio. Nò esse autem necessarium inde probatur, quia posita vna tantum repurgatione, in vtroque loco adhuc nulla est in hoc libro repugnantia. Tamen enim repurgatio templi in lib. 1. c. 4. narratur ante mortem Antiochi, & lib. 2. c. 10. narratur post mortem Antiochi: tamen hoc posteriore loco narratur quidem post mortem Antiochi, sed non asseritur facta post mortem Antiochi. Voluit enim auctor absolueri, quæ de Antiocho dicturus erat, & tum demum redire ad Iudam & templi repurgationem; quod autem dicitur facta post biennium, non significatur, post biennium à morte Antiochi, sed post biennium à prophanatione. Nam prophanatum fuit templum anno CXLV. vt dicitur lib. 1. c. 1. & post biennium exactum anno CXLVIII. repur-

gatum fuit, vt habetur lib. 1. c. 4. Quare rectè Eusebius in Chronico, & Iosephus lib. 12. antiquit. cap. 10. scribunt templum repurgatum tertio anno à prophanatione, id est, post biennium iam exactum.

QUOD attingit ad alteram partem argumenti, cõueniunt ferè omnes, eundem esse Antiochum Epiphancem videlicet, cuius mors describitur li. 1. c. 6. & li. 2. c. 9. nam potuit in itinere corripit doloribus viscerum, & cadere ex curru, vt dicitur lib. 2. c. 9. & postea sic æger peruenire in Babylonem, & ibi addito dolore animi ex nunxio ad se allato rei malè gestæ in Iudæa à suis, tandem mori.

AT de Antiocho, cuius mors describitur lib. 2. c. 1. maxima quæstio est. Aliqui volunt esse Antiochum magnum, vt Lyranus in hunc locum, & quidam alij: sed nò potest. Nam Antiochus magnus obiit antequam Iudas, qui hanc epistolam scripsit, dux Iudæorum esset, nec fuit vllum bellum Iudæis cum Antiocho magno.

ALII volunt esse Antiochum Demetrii filium, qui etiam Tryphon, seu Gryphus dicitur ab Eusebio. Ita Rupertus li. 10. de victoria verbi c. 6. sed neque hoc potest esse verum. Nam tempore istius Antiochi nò Iudas, sed Ioannes Hircanus dux Iudæorum erat: & tamen Iudas epistolam scribit. Præterea epistola scribitur Aristobulo magistro Ptolemæi Philometoris, quem constat ex Eusebio in Chronico fuisse tempore Iudæ, id est, diu ante tempora Antiochi Gryphi.

DICENDVM igitur est, hunc Antiochum esse Antiochum Epiphancem illum ipsum, de quo agitur in lib. 1. c. 6. & li. 2. c. 9. nã imprimis tunc viuebat Iudas, qui epistolam scripsit: & etiam Aristobulus, ad quæ scripta est. Præterea iste fuit primus & summus ex Regibus Syriæ inimicus Iudæorum, vt meritò de eius morte tanta lætitia esset in Iudæa.

DENIQUE quod dicitur lib. 2. c. 9. de Antiocho illustri, quod templum in Perside spoliare voluit, & turpiter fugatus est; omnino conuenit cum eo, quod hic dicitur de isto Antiocho, quod in templo Nanneæ ceciderit, & percussus fuerit, & quod multi eius milites membratim cæsi fuerint. Neque verò necesse est affirmare illic eum interiisse vbi dicitur cecidisse; cecidisse enim dici potest, quoniã exercitus eius fusus, fugatusque est. Quemadmodum Gen. 14. Regem Sodomorum in prælio cecidisse narrat Scriptura diuina. Et tamè paulò post eum viuentem, & Abrahæ occurrentem introducit. Itaque Antiochus in eo sensu dicitur cecidisse, quoniam exercitus eius caesus, percussusque fuerat, & ipse turpi fuga elapsus, fortè etiam vulneratus, in ipso itinere de curru cecidit, & paulò post mortuus est.

AD tertiam probationem aliqui respondent, non esse Iudam Machabæum, sed aliquem alium, qui eam epistolam scripsit. Ita Rupertus li. 10. de victoria verbi, c. 15. sed non videtur id esse verum. Nã anno CLXXXVIII. non Iudas, sed Ioannes Hircanus dux Iudæorum erat: nec vllus fuit ex ducibus Iudæorum, qui vocaretur Iudas, præter vnum Machabæum: nec est verisimile, cum senatu, & populo in titulo literarum alium nominari, quam principem.

ALII volunt hunc Iudam esse quidem Machabæum, sed annos, qui initio literarum ponuntur, supputari, non more Græcorum à Seleuco, sed more Hebræorum ab anno duodecimo Assueri, quo liberati fuerūt omnes Iudæi à nece opera Esther reginæ. Ita Lyranus, & Hugo Cardinalis in huc locum, quos ferè recentiores omnes sequuntur.

SED primum non videtur credible, in his libris semper annos supputari more Græcorum, præterquam in hoc vno loco; deinde etiam numerandò ab anno duodecimo Assueri, non potest incidere annus 188. in tempora Iudæ Machabæi. Lyranus enim, quem ceteri sequuntur, ita computat; ab anno XII. Assueri vsque ad finem regni eius, sunt anni XXXIX. his addantur sex anni, quibus

regnavit Darius filius Assueri, & iunt XXXV. quibus si ruitum addantur CXLVIII. qui sunt ab initio regni Græcorum vsque ad Iudam, erunt CLXXXIII. anni.

Sed in ista supputatione tres sunt gravissimi errores. Primus, quod ex 29. & 148. non fiunt 188. sed 183. ut patet. Secundus, quod omittunt hi auctores annos novemdecim, qui sunt à principio Monarchiæ Alexandri vsque ad regnum Seleuci: illi enim CXLVIII. anni Græcorum qui numerantur li. Machabæorum c. 4. vsque ad victoriam Iudæ, numerantur à Seleuco, non ab Alexandro, ut supra diximus. Si ergo addas annos novemdecim, qui sunt ab Alexandro ad Seleucum, erunt omnes anni CCII. ab anno 12. Assueri, non CLXXVIII. ut ipsi volūt. Tertius error est, quod in ista supputatione faciūt Assuerum penultimum Regem Perlarum, sequenti somnia Iudæorum aduersus sententiam Latinorum & Græcorum omnium. Eusebius in Chronico post Assuerum adhuc tres Reges Perlarum ponit: Iosephus, quem ego supra sequutus sum, septem Reges post Assuerum numerat: ex quo sequitur ab anno duodecimo Assueri vsque ad Iudam non CLXXXVII. annos, sed longè amplius quàm ducentos effluxisse.

IGITUR cum Melchioro Cano, & aliis nonnullis existimo, sic esse quæstionem dissoluendam, ut dicamus illa verba, Anno CLXXXVIII. non esse: principium Epistolæ sequentis, quam Iudas scripsit, sed finem præcedentis, quæ scripta est à toto populo Iudæorum duce Ioanne Hircano. Id aperte indicant Græci codices, qui post illa verba, anno CLXXXVIII. distinctionem constituunt: & ratio certè id exigat, ut cum sint illa verba inter initium vnus epistolæ, & finem alterius, & numerus annorum in fine potius, quàm in principio poni solear, ea nos ad epistolam præcedentem, non ad sequentem, referamus.

OBIECTIO SEPTIMA sumitur ex eo, quod liber prior Machabæorum cum Euangelio pugnare videatur. Nam li. i. c. 1. affirmat auctor eius libri vaticinium Danielis de abominatione desolationis stante in loco sancto, impletum esse, quando Antiochus Epiphanes idoli in templo Dñi collocavit. At Christus Matth. 24. vaticinium illud asserit implendum in nouissimis diebus.

RESPONDEO, in libris Machabæorum nullam fieri mentionem vaticinij Danielis, sed solum idoli Antiochi vocari abominandū idolum desolationis, ut reuera erat.

OBIECTIONEM POSTREMAM, quam asserunt nonnulli, ex eo quod in his libris videntur ij commendari, qui semet occiderunt, qualis fuit Eleazarus li. i. c. 6. & Razias li. 2. c. 14. diluit iam dudum S. Augustinus in ep. 71. ad Dulcitium, & li. 2. contra ep. Gaucentij, c. 23. Et summa responsionis est, mores horum hominum narrari in Scriptura, non laudari: vel certè non ita laudari quasi piè & sanctè fecerint quod fecerunt, quâvis audacter, & viriliter, & hominum iudicio fortiter eos fecisse negari non possit.

CAPVT XVI. De quibusdam partibus librorum Marci, Lucae, Ioannis.

VLTIMVM caput Marci, tempore B. Hieronymi non fuisse ab omnibus receptum, ut canonicum, patet ex ep. ad Hecibiam q. 3. Causa dubitationis erat propter quædam verba apocrypha, quæ in isto vlt. c. inserta erant, ut patet ex Hieronymo lib. 2. contra Pelagianos ante medium. Hæc enim inserta erant verba, quæ satis aperte Manichæismum redolent, Et illi satisfaciebant, dicentes, seculum istud iniquitatis, & incredulitatis substantia est, quæ non finit per immundos spiritus veram Dei apprehendi virtutem: idcirco iam nunc reucla iustitiam tuam.

Nunc nobis dubitare non licet: nam in primis Concil. Trid. sess. 4. iubet libros integros recipi cum omni-

bus suis partibus, ut in Ecclesia Catholica legi consueverunt: legitur autem caput hoc in diebus celeberrimis Resurrectionis & Ascensionis: & idem exponitur à Beda, & à B. Gregorio ho. 21. & 29. in Euangelia. Athanasius etiam in Synopsi, in summa Euangelij secundum Marcum, hoc caput ut verè Marci agnoscit, & similiter Augustinus lib. 3. de consensu Euang. cap. 24.

DEIQVE incredibile est, Marci Euangelium ita mutilum, & truncum esse, ut nihil de resurrectione contineat. Adde, quod etiam Caluinus c. 17. §. 47. instit. hoc vltimum caput Marci admittit ut partem Euangelij: ut non sit opus in hac reprobanda diutius laborare.

EXCAPITE 22. Lucae quidam in dubium reuocant historiam illam de sudore Christi sanguineo, & angelica apparitione, & consolatione, ut Hilarius testatur lib. 10. de Trinit. & Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos. Causa, quæ hos permouit, ea fuit, ne Christo infirmitatem, & animi dolorem tribuere viderentur. Quæ etiam de causa quosdam Catholicos præpostero zelo è suis codicibus ex illis verbis Luc. 19. Videns ciuitatem fleuit super illam abrahsse verbum, fleuit, testatur Epiphanius in ancorato.

AT certè isti timuerunt vbi non erat timor. Si enim Christus ut homo potuit imminente passione pauere, & tædere, ut etiam Matth. c. 26. & Mar. c. 14. testantur: cur non potuit eadem ratione iudare, & angelicam consolationem admittere? & si corpus habuit passibile, & animam sentientem, cur non potuit dolere & flere? Itaque ATHANASIVS lib. 6. ad Theophilum, qui est de beatitudine filij Dei, anathema dicit iis, qui Christum sanguinem sudasse negant, Epiphanius quoque in ancorato, & Augustinus lib. 3. de consensu Euang. c. 4. hunc locum Lucae ut Euangelicum agnoscunt: neque Hilarius, & Hieronymus locis citatis contrarium docent, sed tantum monent, non in omnibus codicibus suo tempore fuisse, & propterea non ita certè fidei habitum.

INITIUM CAPITIS 8. Ioannis, quo adulteræ historia continetur, non fuisse olim certè fidei Erasmus docet in annotatione huius loci, ex Eusebio lib. 3. histo. cap. 39. vbi sic dicit de Papiâ loquens: Historiam quandam subiungit de muliere adultera, quæ accusata est à Iudæis apud Dominum, habetur autem in Euangelio, quod dicitur secundum Hebræos scripta ista parabola. Quibus verbis aperte indicat, se non vidisse eam historiam in Euangelio Ioannis: & sibi non tam historiam, quàm parabolam videri.

Nihilominus dubium esse non debet, quin ea & historia sit, & Euangelica, cum legatur in Ecclesia in sabbato post Dominicam III. Quadragesimæ, & eam agnoscant grauissimi Patres Græci, & Latini: Ammonius Alexandrinus in suo monoteslario Euangelico. Athanasius in Synopsi in compendio Euangelij Ioannis, Chrysostomus ho. 60. in Ioannem, Ambrosius in ep. 58. li. 7. ad Studium, Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos, & Augustinus tract. 33. in Ioannem. Idem quoque Aug. lib. 2. de adulterinis coniugijs, c. 7. eam historiam ab inimicis veræ fidei erasam fuisse de nonnullis codicibus dicit.

NEQVE causa nostræ officit, sed prodest potius quod Eusebius scribit, Papiam Ioannis discipulum huius historiæ meminisse: id enim signum est rem esse veram. Quod autem eam Eusebius in suo codice Euangelij non habuerit, parum refert, fortè enim ab aliquo erasa erat. Adde quod probabile est Eusebium non loqui de hac historia adulteræ, sed de alia verè apocrypha, nam in textu Græco Eusebij non habetur nomen adulteræ, sed τῆς γυναῖκος τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ἀμαρτίας ἀδελφῆς.

DE verbis illis, quæ habentur cap. vlt. ep. i. Ioannis, tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus & hi tres vnum sunt, dubium aliquando extitisse, & nunc etiam esse debere, longa oratione contendit Erasmus in annotatione huius loci. At certè in Ecclesia publicè leguntur hæc verba in Dominica in Albis.

Eundem locum agnoscit Cyprianus lib. de simplicitate prælatorum, Athanasius lib. 1. ad Theophilum, qui est de vnica Deitate, Ioannes II. Papa in epist. ad Valerium, Hieronymus in prologo epistolarum canonicarum, Idacius in li. aduersus Varimundum, & Eugenius Carthaginensis apud Victorem libro 2. de persecutione Vandalica.

CAPVT XVII.

De Epistola ad Hebræos.

VLTIOR dubitatio de hac epistola fuit, vna de auctore, altera de auctoritate eius, quæ tamen ita connexæ sunt, ut pauci sint, qui de vno dubitauerint, & non de altero. Primum igitur ex antiquis hæreticis Marcion, teste Hieronymo, præfat. in epist. ad Titum; & Arius, teste Theodoro præfatione in epist. ad Hebræos, epistola ad Hebræos neque Pauli esse, neque sacram docebant.

EX nouis hæreticis Lutherus in prologo ep. ad Hebræos hanc epistolam nec esse Pauli, nec vilius Apostoli contendit, quod quædam contineat contra Euangelicam & Apostolicam doctrinam. Lutherus subscribit Brentius in confess. VVittemberg. cap. de sacra Scriptura, & Kemnitius in exam. 4. sess. Concil. Trident. Magdeburgenses quoque cent. 1. lib. 2. c. 4. col. 55. & alij huius temporis hæretici exceptis Caluinistis. Caluinus enim in insti. impressa anno 1554. cap. 8. §. 216. contendit hanc epistolam esse verè Apostolicam, & errare in hac parte Lutheranos, tamen an Pauli sit, an alterius Apostoli, ut Barnabæ, aut Lucae, dubitat Caluinus, ut patet ex eadem institut. cap. 10. §. 83. & c. 16. §. 25. quocirca Ministri Caluinistæ in ea confessione quam obtulerunt Pissiaci art. 3. ponunt hanc epistolam in numerum diuinarum Scripturarum, sed tanquam auctoris incerti.

PRAETER hos manifestos hæreticos, Catholicos etiam quosdam, & præsertim Latinos de auctore huius epistolæ dubitasse, & propterea eam minoris fecisse testis est Eusebius lib. 3. histo. cap. 3. necnon D. Hieronymus in lib. de viris illustribus in Paulo, vbi dicit, hanc epistolam à quibusdam Latinorum negari esse Pauli, sed vel Barnabæ, vel Lucae, vel Clementis Rom. Pontificis. Addit Sixtus Senensis lib. 7. Bibliothecæ sanctæ à quibusdam etiam attribui Tertulliano.

NOTRIS temporibus Erasmus ad finem annotationum in hac epistola, & Caietanus ad initium commentariorum in eandem epistolam quæstionem iā olim sopitam, iterū reuocarūt in lucē. Verum hanc epistolam & canonicam esse, & Pauli Apostoli facile probari potest.

PRIMUM, quoniam nomine Apostoli Pauli legitur in Ecclesia in die natalis Domini, & aliàs frequenter.

SECVNDO, quia producta in testimonium, ac recepta est ut Pauli, à multis antiquissimis Pontificibus, ut Clemente I. in epist. ad Corinthios apud Eusebium lib. 3. cap. 38. Innocentio I. in epist. 3. ad Exuperium Gelasio I. Concilio Episcoporum LXX.

TERCIO, quia ponitur in canone sacrarum Scripturarum nomine Pauli, à Concilio Laodicensi canone 59. Carthag. III. can. 47. & Trid. sess. 4. & agnoscitur etiam ut Pauli à Nicæno I. teste beato Thoma in hac epistola, & ab Ephesino I. & Chalcedonensij approbantibus duodecim capitula Cyrilli, quorum decimum tale est, Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum diuina Scriptura commemorat, &c. etiam ab Arafiscano II. can. vltimo, vbi & Apostoli & diuina Scriptura esse dicitur.

QUARTO, quoniam recepta fuit semper ab omnibus Græcis Patribus, ut patet, tum quia omnes eam ut Apostoli citant, tum quia B. Hieronymus in ep. ad Dardanum id affirmat, tum etiam quia omnes, qui canonem exponunt, hanc epistolam cum cæteris Paulinis numerant, ut Origenes apud Eusebium lib. 6. ca. 18. histo. & ipse Eusebius lib. 3. c. 3. Gregorius Nazianzenus in carmine

de canone Scripturæ, Athanasius in Synopsi, Epiphanius hæref. 76. Damascenus lib. 4. cap. 18.

QUINTO, recepta fuit etiam ab omnibus Latinis post Lactantium. Solum enim Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Arnobius hanc epistolam non videntur agnoscere, nec enim eam vnquam citant, quod sciam, at Hilarius, lib. 12. de Trinitat. Ambrosius li. 2. de Cain. ca. 2. Hieronymus in ep. ad Dardanum de terra promissionis, Augustinus lib. 2. doct. Christian. ca. 8. & Rufinus in symbolo, & alij deinceps omnes, eam ut Paulinam agnoscunt, & frequentissimè citant. PHILASTRIVS verò in catalogo hærefum, inter hæreticos numerare non dubitauit, qui eam epistolam vel reiciunt, vel Pauli esse negant. Non autem debet duorum aut trium Latinorum, dubitatio anteponi certissimæ confessioni omnium aliorū.

SEXTO, videtur B. Petrus huius epistolæ mentionem facere, Petrus enim priorem epistolam scripsit ad Hebræos inter gentes dispersos, ut patet ex titulo, ut quæ Oecumenius docet, & ipse etiam Erasmus ad initium annotationum in hanc epistolam contendit: posteriorem ad eisdem scripsit, ut colligitur ex illis verbis cap. 3. Hanc vobis carissimè secundam scribo epistolam. In eodem enim capite postea subiungit; Sicut & carissimus frater noster Paulus scripsit vobis. Scripsit igitur Paulus, Petro teste, epistolam aliquam ad Hebræos.

POSTREMÒ, epistola hæc Catholicorum omnium consensu vel est Pauli, vel Lucae, vel Barnabæ, vel Clementis Romani, vel certè Tertulliani: sed Tertulliani esse non potest, cum Clemens Alexandrinus, qui aliquanto antiquior Tertulliano fuit, asserit, hanc epistolam esse Pauli, apud Eusebium lib. 6. histo. cap. 11. Quid, quod ipse Tertullianus hanc epistolam Barnabæ esse putauit, ut Hieronymus docet lib. de viris illust. in Paulo? Neque etiam esse potest Clementis Romani, cum ipse Clemens eam citauerit tanquam Apostoli Pauli in quadam sua epistola ad Corinthios, ut Eusebius refert lib. 3. histo. ca. 38. Et rursum idem Clemens Paulo eam tribuat in canonicis Apostolorum, can. vlt. ac demum cum in fine huius epistolæ auctor dicat: Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius resituar vobis. Ista enim verba nullo modo Clementi conuenire possunt, qui cum esset Episcopus Romanus non in Iudæa, sed Roma habitaturus erat. Ex quibus apparet quàm ineptè Erasmus ad finem annotationum in hanc epistolam, eius auctorem Clementem facere conetur.

DEIQVE nec Lucae, nec Barnabæ epistolam esse, nec alterius omnino quàm Pauli satis probant argumenta supra allata, sed quando etiam aut Lucae, aut Barnabæ esset, Apostolici viri esset, nec Apostolica auctoritate carere deberet.

AT contra hanc epistolam quinque argumenta proferunt Magdeburgenses, quibus argumenta Lutheri & Erasmi simul complectuntur. PRIMUM est, quia prudens vetustas de hac epistola dubitauit. Respondeo, ineptè dici vetustatē de hac epistola dubitasse, cum vnum solum Caium, ex Græcis, & duos vel tres ex Latinis proferre possint, & nos contra, tot Pontifices, tot Concilia, omnes Græcos, vno excepto, & omnes Latinos, tribus vel quatuor exceptis, pro nobis habeamus. Et si de antiquitate nō de multitudine agatur, antiquior est Clemens Romanus Caio, & Clemens Alexandrinus Tertulliano, & Dionysius Areopagita vtroque, qui tamen hanc epistolam Pauli nomine citat in Epistola ad Titum.

SECVNDVM argumentum est, quia non habet adiectum initio nomen Pauli, ut habent omnes aliæ epistolæ; quanquam hoc argumentum fatentur ipsi ibidem non esse vsque aded graue.

RESPONDEO cum Hieron. præfat. in epist. B. Pauli; Si idē non est Pauli, quia non habet præfixum nomen Pauli; nullius esset, quia nullius habet nomē. Quid? quod

epistola prima Ioannis non habet eius nomen præfixum, & tamen Ioannis esse minimè dubitatur. Et contra, Evangelia quædam Thomæ, Bartholomæi, Iacobi, Nicodemii nomen præferunt, & ab omnibus tamen nec immeritò reiciuntur.

ADDO præterea, iustis de causis nomen suum huic epistolæ Paulum non addidisse: vel enim id fecit, ut ibidem Hieronymus docet, quia sciebat nomen suum inuisum Hebræis esse, quamuis ad fidem iam conuersis, propterea quòd ipse præ ceteris legem veterem esse abrogatam acerrimè disputabat: cuius legis illi adhuc emulatores erant, Act. 21. Vel, ut idem Hieronymus docet in cap. 1. ad Galatas, quia in hac epistola ad Heb. cap. 3. dictum erat, Christum esse Apostolum confessionis nostræ, noluit initio se more solito Paulum Apostolum nominare, ne videretur se cum Christo aliqua ex parte conferre. Vel denique (ut Theodoretus præfat. comment. in hanc epistolam docet, quia Paulus non erat Apostolus Hebræorum, sed gentium; ut ipse sateret Gal. 2. noluit more solito incipere, Paulus Apostolus, sed nudam doctrinam exponere, non quasi Apostolus & magister, sed ut amicus & socius. Quocirca in fine epistolæ ponit: *Rogavi vos fratres, ut sufferatis verbum solari, etenim per paucos scripsi vobis, &c.* quasi dicere velit, non agra feratis, si ego, qui proprius Apostolus vester non sum, per literas vos monere, & cohortari volui. Id enim feci, ut vos consolaret, non ut imperarem. Has omnes rationes attingit Clemens Alexand. apud Euseb. lib. 6. hist. cap. 51.

TERTIUM argumentum sumunt à diuersitate styli, siquidem oratio huius epistolæ longè grauior, copiosior, ornatio est, quàm cæterarum. Neque satisfaceret, qui responderet, hanc epistolam esse scriptam Hebræicè, & Apostolum propria lingua melius loqui potuisse, quàm aliena, id est, Græca. Nam epistolam hanc non Hebræicè scriptam esse, sed Græcè, patet tum ex eo quòd citantur in hac epistola testimonia secundum versionem LXX. tum etiam quia auctor epistolæ cap. 7. interpretatur nomen Hebræicum Melchisedech, id est, Rex iustitiam, & Rex Salem, id est, Rex pacis, quod non faceret si Hebræicè loqueretur.

RESPONDENT aliqui, hanc epistolam non Hebræicè, sed Græcè primùm esse scriptam, & quidem sententias Pauli esse, verba autem Lucæ, aut Clementis, quo tanquam interprete & scriba Paulus vsus sit. Et ideo epistolam hanc esse magis ornata, quàm cætera sint, quia sermo huius epistolæ, non à Paulo, ut cæterarum, sed ab alio magis diserto compositus sit. Ita Origenes apud Eusebium libro 6. cap. 18.

ALIi existimant, epistolam hanc Hebræicè primùm esse scriptam, ac deinde translata in Græcum sermonem à Luca, vel à Clemente. Ita responderet Eusebius li. 3. histor. cap. 38. & Clemens Alexandrinus apud Eusebium lib. 6. cap. 11. Neque repugnat huic responsioni interpretatio. Non enim Apostolus interpretatur Melchisedech nomen Hebræum Græcè, sed Hebræicè, ut ex etymologia, & vi nominis aliquid prober. Quemadmodum si Latinè quis dicat homicidium, est hominis cædes, & Græcè δολοφονία est δολοφονία, ita Hebræicè מלכ-צדק Melchisedech, est מלכ-צדק Melchisedech, quamquam si interpretes addidisset interpretationem, non esset absurdum; ut Exod. 12. est enim phasè id est, transitus Domini, quæ interpretatio non habetur in Hebræo, & Matth. 27. Eli, eli, &c. id est, Deus meus, Deus meus, &c. Neque illud obstat de Scripturis citatis, secundum versionem LXX. Apostolus enim si Hebræicè scripsit, ex Hebræo fonte testimonia protulit: tamen interpretes Græci ea verba à Paulo citata, ita vertere voluit, ut antea viderentur illa eadem LXX. ne aliquid noui Græcorum auribus inferret. Neque id est nouum, quàm multa enim testimonia Hebræo sermone protulit idem Apostolus in concione, quam ha-

buit in synagoga Antiochena? & Lucas tamen ea omnia retulit, Act. 13. secundum versionem LXX.

Ex his duabus solutionibus, tametsi vtraque probabilis est, tamen prior cum simplicior, tum etiam expedidior esse videtur.

QUARTUM argumentum, quo maximè nituntur Magdeburgenses: cuiusmodi est, *Auctor huius epistolæ cap. 2. ponit se in numero eorum, qui ab Apostolis ad fidem conuersi sunt: dicit enim. Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem: que cum initio cepisset enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt, confirmata est in nos contestante Deo signis & virtutibus, &c.* At Paulus Gal. primo grauius affirmit, se non ab homine, nec per hominem, sed à Christo per reuelationem didicisse Evangelium; non igitur Paulus huius epistolæ auctor est.

RESPONDEO primum, D. Paulum hæc dicere, non de se, sed de hominibus sui temporis, quemadmodum Isaias cap. 64. in persona populi dicit: *Facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatus in stitu nostra non est qui innocet nomen tuum, qui conseruat, & teneat te, &c.* quo loco non loqui Isaiam de seipso, patet, quia ibidem longa oratione Deum inuocat.

ADDO præterea, non esse absurdum, si Paulus ponat se in numero eorum, qui ab Apostolis confirmati sunt. Non enim hæc agit de confirmatione per doctrinam, sed per miracula: ait enim salutem, id est, salutis prædicationem confirmatam esse per Apostolos, contestante Deo signis & prodigiis.

QUIS autem negare potest, Paulum quando conuersus est, etsi Evangelium plenissimè didicerit per reuelationem, tamen confirmatū esse in fide, auditis miraculis Petri & aliorum Apostolorum, & præcipuè eo miraculo, quo ipse per manus Ananiam lumen oculorum recepit.

QUINTUM argumentum, auctor huius epistolæ pugnat cum doctrina Domini. Dominus enim dicit Matth. 11. *Venite ad me omnes: hic autem excludit eos, qui semel peccauerunt, sic enim loquitur cap. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, iterum renouari ad penitentiam.* Et cap. 10. affirmat, *non relinqui hostiam pro peccato iis, qui voluntariè peccant post acceptam notitiam veritatis.* Et cap. 12. *Esau non inuenisse locum penitentiam.*

RESPONDEO, in primis non magis hæc loca pugnare cum illo: *Venite ad me omnes*, quàm pugnent verba Domini, Matth. 12. vbi dicit, *Blasphemiam in Spiritum sanctum non remitti, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Apostolus enim non de quocunque peccatore loquitur, sed de eo, qui peccat in Spiritum sanctum, id est, qui voluntariè oppugnat cognitam & exploratam veritatem.

PORRò dicuntur talia peccata irremissibilia tribus de causis. Primò, quia vt plurimum eiusmodi homines non conuertuntur, nec eiusmodi peccata remittuntur; etsi absolute contrarium potest accidere, & aliquando re ipsa accidit; sicut in morbis corporalibus eos vocamus incurabiles, qui, vt plurimum non curantur, etsi quandoque curentur, & eos vocamus curabiles, qui vt plurimum curantur, etsi quandoque non curentur.

SECUNDO, quoniam qui in Spiritum sanctum peccant, directè resistunt gratiæ, qua sola curari possent: quemadmodum qui non potest sanari, nisi sectione venæ, & nullo modo admittit hoc remediū, rectè medicus de eo pronuntiat, fieri non posse vt sanetur, nec tamen propterea negatur, quin possit aliquis sapientissimus medicus ægroto persuadere, vt admittat venæ sectionem.

TERTIO, qui ex malitia peccat, nihil habet in se vnde remissionem mereatur, & propterea dicitur eius peccatum irremissibile, quamuis absolute remitti possit. Qui autem peccat ex ignorantia vel infirmitate, aliquid habet vnde misericordiam Dei prouocet, iuxta illud Apostoli 1. Timoth. 1. *miserordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.*

ATQVE hæc quidem responsio satis esse videtur ad eam tollendam difficultatē, quæ ex prioribus locis oriebatur, potest etiam alia adhiberi. Nam priorem locum, qui habetur Heb. 6. exponunt multi ac fermè omnes, vt Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Anselmus, Sedulius, & alij in hunc locum, necnon Augustinus in fine exposit. inchoatæ, in epist. ad Romanos, de renouatione ad penitentiam, quæ fit in Baptismo, non ad eam, quæ fit in reconciliatione post Baptismum. Nam quod de Baptismo loquatur hic D. Paulus, satis indicant verba illa, *non rursus iacentes fundamentum penitentiam, fidei, Baptismatum, &c.* & illa; *Eos qui semel sint illuminati.* Nam apud Dionysium, capite secundo Ecclesiasticæ hierarchiæ, & alios veteres, Baptismus dicitur illuminatio, quia est Sacramentum fidei. Et illa; *Rursus renouari:* nam (vt Augustinus loco citato docet) per Baptismum propriè renouamur, per reconciliationem curamur. Denique illa: *Iterum crucifigentes Filium Dei:* nam in Baptismo repræsentamus Christi mortem & sepulchrum, vt dicitur Roman. 6. & sicut semel tantum Christus mortuus est, ita & nos semel tantum baptizari possumus Beatus Paulus igitur aduersus fidei desertores disputat, ac docet, neminem sperare debere, se post Baptismum in Ecclesia susceptum, alibi posse iacere aliud fundamentum, & inuenire aliud Baptisma: nam id impossibile est, cum vnum sit tantum verum Baptisma, & illud repeti non possit.

VNDEM sensum habet secundus locus. Verè enim voluntariè peccantibus, id est, recedentibus à iam cognita, & suscepta fidei veritate, non relinquuntur hostia pro peccato: non quia non est locus penitentiam, sed quia nulla est verè efficac hostia, nisi mors Christi, quam illi apostasia sua cõtemnunt. Nec enim alius Christus inueniri potest, nec alius Baptismus, in quo mors eius repræsentetur.

AD illud ex capite duodecimo dico, Esau duobus modis non inuenisse locum penitentiam: vno modo apud patrem suum, quia res perdita erat irrecuperabilis: altero modo apud Deum, quia non rectè penitentiam egit, vt Chrysostomus hunc locum exponit. Apostolus igitur deterrere volens homines à lapsu, proponit incertum exitum penitentiam. Vt enim Esau non potuit recuperare hæreditatem, quia erat irrecuperabilis: ita peccator non potest recuperare innocentiam, virgininitatem, & similia: & quemadmodum Esau non rectè penitentiam egit, quamuis fleuerit, & ideo Deum non placuit, ita sæpe peccatores penitentiam agere videntur, & tamen Deum non placat, quia nõ agunt penitentiam vt oportet.

ARGUMENTUM SEXTUM est Caietani in commentario huius epistolæ. Auctor huius epistolæ probat cap. 1. Christum esse Filium Dei: ex illis verbis li. 2. Reg. cap. 7. *Ego ero illi in patrem:* & hæc verba intelliguntur ad literam de Salomone, & solum ex literali sensu sumuntur argumenta firma: igitur vel iste auctor non est Paulus, vel Paulus non solidè argumentatur.

RESPONDEO, similiter argumentari Apostolum Roman. 10. & 1. Cor. 9. nec tamen posse dici, aut non esse Pauli eas Epistolas aut Paulum non solidè argumentari: argumentum igitur Apostoli ideo fortissimum est, quoniam illi ad quos scribit, admittabant, Salomonem typum Christi gessisse, nec poterant hoc negare, vt D. Augustinus probat lib. de vnit. Ecclesiæ, cap. 8. Nam & 2. Reg. 7. & Psal. 71. dicuntur multa de Salomone, quæ ei non conueniunt, nisi vt figura erat Christi. Vt illud: *Stabilitum regnum tuum vsque in æternum.* Et illud: *Dominabitur à mari vsque ad mare, & adorabunt eum omnes Reges terra, omnes gentes seruient ei, &c.*

ARGUMENTUM SEPTIMUM eiusdem Caietani est. Ad Heb. 9. dicit auctor, fuisse in arca vnam habentem manna, & virgam Aaron, quæ fronderat, & tabulas legis: sed lib. 3. Reg. cap. 8. solæ tabulæ referuntur fuisse

in arca, igitur aut mentitur Paulus, aut huius epistolæ auctor non est Paulus.

RESPONDEO, tempore Salomonis non fuisse in arca aliud, quàm tabulas legis, vt dicitur 3. Reg. 8. tamen postea à Iudæis positas intra arcam etiam vnam & virgam. Id quod Paulus ex traditione scire potuit. Ita soluit Theophylactus, qui etiam monet, Hebræos sui temporis id sensisse. Adde quod auctor libri Regum, cum dicit: *In arca autem nihil erat aliud, nisi duæ tabulæ,* videtur innuere suo tempore fuisse aliquid aliud, quod non erat tempore Salomonis: videtur enim dicere voluisse etiam nunc alia quædam sunt in arca præter tabulas legis, tamen quo tempore arca in templum à Salomone adducta est, nihil in ea erat, præter duas tabulas. Quid si etiam, vt quidam volunt, vna & virga in parte aliqua exterioris arçæ, non intra ipsam arcam fuerint?

ARGUMENTUM POSTREMUM Erasmi & Caietani est. Auctor huius epistolæ cap. 9. loquens de testamento propriè dicto, quod morte testatoris cõfirmatur, allegat verba Exod. 24. *Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus: atqui in Exodo secundum Hebræicam veritatē nulla fit mētio testamēti, sed pacti: illa enim verba Exod. 24. יהוה עומב על כל הבריות האלה חנה רם הברית אשר בהרת, ascher barath, אדומאי immechem al col haddencarim aelle, non habent alium sensum, quàm istum, *Ecc sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super omnibus verbis istis;* igitur aut Paulus non tenebat Hebræicam linguam, aut huius epistolæ auctor non est Paulus.*

RESPONDEO, vel est quæstio de re, vel de nomine: si de nomine inueste Erasmus hunc auctorem accusat, nam non solum iste auctor, sed etiam LXX. interpretes vocem ברית berith perpetuò venterunt אבותינו, id est, testamentum, vt patet ex Psalmis, quos ex versione LXX. habemus, & ex Hieronymo in caput secundum Malachiæ; vbi affirmat LXX. semper ferè vertisse testamentum. Et Apostolus Paulus Rom. 6. Gal. 3. & 4. & alibi loquens de lege veteri, semper testamentum vocat, id quod Hebræi dicunt ברית berith, immò adeo trita est in Ecclesia hæc vox testamentum, pro Hebræa ברית berith, vt nihil frequentius dicamus, vel audiamus, quàm testamentum vetus & testamentum nouum.

SI autem non de nomine, sed de re quæstio est, quasi auctor huius epistolæ ad testamentum propriè dictum detorsit hunc locum Exodi, in quo agitur de fœdere, respondendum est, promissionem vitæ æternæ, de qua per figuras in testamento veteri, & aperte in nouo agitur, esse simul testamentum & pactum: testamentum, quia continet dispositionem de hæreditate æterna danda filiis Dei, quæ non fuit rata ante mortem testatoris. Testamentum enim est dispositio de hæreditate, quæ non prius rata est, quàm testator moriatur: est autem simul pactum illa Dei promissio, quia habet annexam conditionem: non enim vult testator Deus dare hæreditatem æternam, nisi iis, qui leges suas obseruauerint, & hac ratione dicitur fœdus & pactum.

IAM ergo de eadem re loquitur Moyses Exod. 24. & Paulus Heb. 9. & Moyses quidem vocat pactum, sed intelligit non quocumque pactum, sed pactum de danda hæreditate post mortem testatoris, & propterea sanguinem aspersit in populum, qui figura est sanguinis Christi pro nobis effundendi; Paulus autem vocat testamentum, sed intelligit de testamento non qualicumque, sed conditionato, id est, quod simul sit pactum.

CAPVT XVIII.

De epistola Iacobi, Iudæ, secunda Petri, secunda

& tertia Ioannis.

DE HIS epistolis quosdam olim dubitasse, an reuera Apostolicæ essent, testis est Eusebius li. 3. histor. cap. 25. & D. Hieronymus lib. de viris

CAPVT XVIII.

De epistola Iacobi, Iudæ, secunda Petri, secunda

& tertia Ioannis.

DE HIS epistolis quosdam olim dubitasse, an reuera Apostolicæ essent, testis est Eusebius li. 3. histor. cap. 25. & D. Hieronymus lib. de viris

illustribus; in Iacobo, Iuda, Petro, & Ioanne. Ex recentioribus Lutherus in prologis harum epistolarum, Brennius, Kemnitius, & Centuriatores locis notatis capite superiore, epistolam Iacobi, & Iudae penitus contemnunt, de reliquis dubij haerent, quamquam Lutherus in prologo epistolae ad Hebraeos, posteriorem Petri epistolam inter canonicas ponit.

ERASMVVS in annotationibus ad has epistolas, epistolam Iacobi affirmat, non redolere Apostolicam gravitatem: de secunda Petri dubitat: de secunda & tertia Ioannis asserit eas non esse Ioannis Apostoli, sed cuiusdam alterius: de epistola Iudae nihil dicit.

CAIETANVS de auctoribus epistolae Iacobi, Iudae & secunda ac tertia Ioannis dubitat, & propterea etiam eas minoris auctoritatis vult esse, quam ceteras. Porro Caluinus omnes recipit: & Caluinita in illa confessione Pissiacensi, art. 3.

NOBIS iam non licet aliud sentire, quam esse has epistolas Apostolicas & diuinas. Probarur primo de omnibus simul, quoniam ponuntur in catalogo nomine Apostolorum Petri, Iacobi, Ioannis, & Iudae, a Concilio Laodicensi, Carthaginensi III. Florentino, & Tridentino supra citatis: item ab Innocentio I. ad Exuperium, epist. 3. & Gelasio in Concilio LXX. Episcoporum. Praterea ab Origene hom. 7. in Iosue, Epiphano haer. 76. Athanasio in Synopsi, Hieronymo, in epist. ad Paulinum, de studio Scripturarum, Augustino lib. 2. de doct. Christ. cap. 8. Ruffino in expof. Symboli, Isidoro li. 6. de etymol. cap. 1. Damasceno lib. 4. cap. 18. Deinde de singulis seorsim. Nam epistolam Iacobi adfert ad probandum dogma Ecclesiasticum Concilium Mileuitanum can. 7. eandem citat Dionysius de diuin. nom. cap. 4. Cyprianus in li. ad Nouatianum, Augustinus in epist. 29. ad Hierony. & alij passim. Legitur quoque frequenter in Ecclesia nomine Iacobi Apostoli.

EPISTOLA secunda Petri citatur nomine Petri ab Higino epist. 2. & a S. Gregorio hom. 18. in Ezechielem, & ab alijs passim. Legitur in Ecclesia in festo transfigurationis. Praterea vel oportet confiteri hanc epistolam esse Petri, vel continere intolerabilem errorem, quod nullus haecenus dicere ausus est. Nam cap. 2. auctor dicit, hanc vocem nos audiuimus, cum essemus cum illo in monte sancto; &c. At certe in monte sancto cum Dominus transfiguratus est, soli cum Domino fuerunt, Petrus, Iacobus, & Ioannes, vt Euangelium loquitur, Matth. 17. Igitur epistolae huius auctor, aut insignis aliquis impostor fuit, aut est vnus ex tribus Apostolis Christi primarijs.

ET quamuis parum referat, cuius sit ex tribus, quantum attinet ad auctoritatem, tamen satis constat, non esse Iacobi, aut Ioannis, tum quia nemo hoc vnquam dixit, tum etiam, quoniam auctor aperte initio epistolae vocat se Simonem Petrum Apostolum IESU CHRISTI. Quo argumento persuasus Beda in commentario ad hanc epistolam; miratur, qua ratione dubitari potuerit de auctore huius epistolae.

EPISTOLA Iudae citatur vt Iudae Apostoli a Dionysio de diuin. nom. cap. 4. a Tertulliano li. de habitu muliebri, a Cypriano in lib. ad Nouatianum, & a posterioribus frequentissimè. Eadem quoque testimonium habet ab Origene li. 5. in ca. 5. ad Rom. ab Epiphano haer. 76. & ab Hieronymo in ca. 1. ad Titum, & in catalogo script.

EPISTOLA secunda Ioannis citatur a Cypriano in lib. 2. sententiarum Concilij Carthaginensis, circa finem.

EPISTOLA tertia eiusdem citatur a Dionysio de Coelest. hierarch. cap. 3.

AT contra non desunt argumenta. A PRIMVM quidem Erasmi est contra epistolam Iacobi. Hae epistola si est vilius Iacobi, illius certe erit, qui fuit primus Episcopus Hierosolymorum, & de quo tam multa dicuntur in Actis Apostolorum; & in epistol. ad Gal. Sed hunc non

verè esse Apostolum ex duodecim, constat ex Hieronymo in comment. cap. 1. ad Gal. vbi dicit, grauitèr errare eos, qui dicunt Iacobum istum esse vnum ex duodecim.

RESPONDEO, argumentum hoc Erasmi manifestè mendacio inniti. Hieronymus enim non dicit errare eos, qui sentiunt, hunc Iacobum esse vnum ex duodecim, sed eos, qui dicunt, hunc Iacobum esse fratrem Ioannis, & quem Herodes capite plecti iussit.

ESSE autem hunc nostrum Iacobum vnum ex duodecim, idem Hieronymus docet, & probat in lib. aduer. Heluidium, his verbis: Nulli dubium est duos fuisse Apostolos Iacobi vocabulo nuncupatos, Iacobum Zebedaei, & Iacobum Alphaei, istum nescio, quem minor em Iacobum, quem Mariae filium, nec tamen matris Domini, Scriptura commemorat, Apostolum vis esse, an non? Si Apostolus est, Alphaei filius erit: si non Apostolus, sed tertius nescio quis Iacobus, quomodo est frater Domini putandus? & quomodo tertius ad distinctionem maioris, appellabitur minor? cum maior & minor non inter tres, sed inter duos soleant prebere distinctionem: & frater Domini Apostolus sit, Paulo dicente, alium Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.

PRATEREA hoc idem multis rationibus probari posset: sed quia non est necessariu hoc loco, & ego breuitati studeo, hoc solum dicit: Si non est Iacobus hic noster vnus ex numero 12. Apostolorum, vnus Apostoli ex duodecim nullam fieri memoriam in Ecclesia, constat enim ex Euang. Matt. 10. duos fuisse Iacobos inter duodecim, Iacobum Zebedaei & Iacobum Alphaei. In Ecclesia autè non fit memoria, nisi Iacobi fratris Ioannis, die XXV. Iulij, & huius Iacobi, qui scripsit hanc epistolam, & fuit Episcopus primus Hierosolyma, die 1. Maij: si ergo iste non est ille Iacobus Alphaei, sequitur illius nullam prorsus fieri memoriam, quod est certè absurdissimum.

ARGUMENTVM SECVNDVM. Auctor huius epistolae non vitur solita Apostolorum salutatione, sed prophano more tantum dicit, Iacobus Dei & Domini nojuri Iesu Christi seruus duodecim tribus. quae sunt in dispersione salutem. Ergo non est verisimile, eam esse Iacobi.

RESPONDEO ad hoc argumentum quod est Caietani in hunc locum: Si ista prophana saluatio censenda est, illam esse habendam magis prophanam, quae habetur Act. 15. Apostoli & seniores fratres his qui sunt Antiochie, Syriae, & Ciliciae fratribus ex gentibus salutem.

ARGUMENTVM TERTIVM contra eandem epistolam est Magdeburgensium cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 5. 4. quemadmodum & cetera quae sequuntur. Eusebius affirmat li. 2. hist. cap. 23. hanc epistolam, & illam Iudae esse adulterinas, igitur non sunt firma auctoritatis.

RESPONDEO, mendacium esse hoc, non argumentum, hae enim sunt Eusebij verba loco citato ab aduersarijs: Sciendum, inquit, est, quod a nemullis non recipiuntur, & addit: Nos tamen sumus etiam istas cum ceteris ab omnibus penè Ecclesijs recipi.

ARGUMENTVM QVARTVM. Hae epistola multum aberrat ab analogia doctrinae Apostolicae. Nam cap. 2. iustificationem non fidei soli, sed operibus adscribit, cum Paulus Rom. 3. dicat, hominem iustificari ex fide sine operibus.

RESPONDEO, hoc argumento confiteri Lutheranos, se esse filios veterum illorum haereticorum, contra quos Epistola ista scripta fuit. Audi enim, quid Augustinus scribat lib. de fide & operibus cap. 14. Quare, inquit, iam illud videamus, quod excutiendum est a cordibus religiosi, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solum fidem putauerint: bene autem viuere & bonis operibus viam Dei tenere neglexerunt. Nam etiam temporibus Apostolorum, non imelle: is quibusdam subobscuris sententijs Apostoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati sunt dicere, &c. Et infra: Quoniam ergo hae opinio tunc fuerat exorta, alia Apostolica Epistola Petri, Ioannis, Iacobi, Iudae,

contra

contra eam maximè dirigunt intentionem, vt vehementer astruant, fidem sine operibus nihil prodesse: sicut etiam ipse Paulus non qualemlibet fidem, qua in Deum creditur, sed eam salutem plant que Euangelium ad definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt.

AD argumentum autem respondemus cum Augustino praefatione in Psal. 31. Apostolos non pugnare inter se: nam Paulus loquitur de prima iustificatione, qua homo fit iustus ex iniusto, & nomine operum intelligit opera, quae fiunt sine fide, & gratia solis viribus liberi arbitrij: Iacobus autem loquitur de secunda iustificatione, qua quis ex iusto fit iustior: iuxta illud Apocalypsis ultimo: Qui iustus est, iustificetur adhuc: & nomine operum intelligit opera, quae fiunt cum fide, & auxilio gratiae Dei. Quemadmodum enim non potest homo seipsum procreare, vel à mortuis excitare, tamen postquam natus est, potest seipsum operum suo alere & augete: ita non potest peccator seipsum iustum facere: tamen potest cum iustus est, operibus suis augere iustitiam. Sed de hac quaestione suo loco plenius disputabitur.

ARGUMENTVM QVINTVM. Hae epistola muta est de opere Christi, & doctrina fidei, & solum de operibus concionatur: solent verò Apostoli semper aliquid interserere de fidei doctrina: non igitur Apostolica haec epistola est.

RESPONDEO, Apostolum Iacobum de industria totum esse in operibus commendandis, vt ex Augustino supra demonstrauius, propterea quod fidei doctrinam satis explicauerant Euangelista, & Paulus: & ij aduersus quos ipse scribit, doctrinam fidei nimis extollebant, & bona opera negligebant.

ADDO praterea, si ideo haec epistola adulterina iudicanda est, quia tota ferè consumitur in operibus bonis commendandis: Prouerbia quoque & Ecclesiasten Salomonis adulterinos libros existimari debere, cum nihil in iis, prater conciones de moribus legatur, vel si Prouerbia, & Ecclesiastes inter sacros libros habendi sunt, aduersarijs etiam consentientibus, nulla certè causa est, cur Iacobi epistolam libris illis persimilem reiciamus.

ARGUMENTVM SEXTVM. Iste auctor cap. 1. & 2. vocat legem libertatis legem testamenti veteris, at eam vocat legem seruitutis Apostolus Paulus Galat. 4. non igitur vtraque epistola Apostolica esse potest; constat autem epistolam ad Galatas Apostolicam esse, igitur quae fertur nomine Iacobi, non Apostolica, sed Apostolica contraria est.

RESPONDEO, Iacobum non loqui de lege vetere, sed de noua cum eam legem libertatis appellat. Sed ideo illis visus est Iacobus loqui de lege vetere, quia mentionem facit Decalogi praceptorum, & ipsi somniat, legem nouam non continere vlla pracepta, sed solas promissiones gratiae, fideique praedicationem.

AT sine vlla dubitatione falluntur, Siquidem pracepta Decalogi non minus ad Christianos, quam ad Hebraeos pertinent, vt ex 5. cap. Matthaei aliisque locis colligitur: sed hoc interest inter nouum ac vetus Testamentum, quod vetus leges adferebat, non autem vires ad eas leges implendas suppeditabat: proinde lex timoris ac seruitutis, & dicebatur, & erat. Testamentum verò nouum vna cum legibus gratiam praebet, qua homines adiuti, facile & liberè, ac libenter implent ipsa pracepta, & propterea dicuntur Christiani non esse sub lege, & iustus dicitur lex non esse posita, non quod eam seruare non debeant, sed quia lex eos non premit, aut grauat, cum eam libentissimè liberrimèque seruent.

SED Augustinum haec ipsa docentem audiamus, lib. de nat. & gratia, c. 57. Si spiritum ducimini, inquit, non estis sub lege, vtrique lege qua timorem incutit, non tribuit caritatem, que caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per legis litteram, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

Hae est lex libertatis non seruitutis, quia caritatis vtrique, non timoris, de qua & Iacobus Apostolus ait. Qui autem perspexit in lege per se. Le libertatis, &c. Et in c. 6. ad Galatas: Eadem, inquit, Scriptura & idem mandatum vni bonis terrenis inhiantes premit seruos, Testamentum vtriusque in bona aeterna flagrantem erigit liberos, Testamentum nouum vocatur. Et lib. de continentia, cap. 3. Non sumus sub lege bonum non damus: sed sumus sub gratia, quae id quod lex iubet, faciens nos amare, potest liberè implere.

ARGUMENTVM SEPTIMUM. Auctor huius epistolae testimonia proferit ex epistolis Petri & Pauli, non igitur ipse Apostolus, sed aliquis ex Apostolorum discipulis fuit.

RESPONDEO, non citari in hac epistola vlla loca Petri vel Pauli, sed inde aduersarijs esse deceptos, quod viderint ad marginem libri è regione verborum Iacobi, loca quadam Petri vel Pauli annotari. At etiam in marginibus epistolarum Pauli notari videmus loca quadam ex epistolis Petri, & aliorum Apostolorum, & ad marginem prioris epistolae Petri, & primae Ioannis annotantur plurima loca Pauli, nec tamen epistolae istae Petri, Pauli, Ioannis in dubium reuocantur. Nec enim eiusmodi annotationes significant vnum Apostolum ab alio citari, sed similes sententias in Apostolis inueniri, quod Spiritus sanctus ideo fecit, vt ostenderet se vnum, atque eundem eorum omnium auctorem esse. Quod idem videmus etiam in Prophetis: Isaias enim & Michaeus vno atque eodem vixerunt tempore, cum vterque initio sui libri se scripsisse commemoret in diebus Ioatham, & Achaz, & Ezechiae Regum Iudae, & tamen inuenimus Isaiam 2. & Michaeam 4. insignem Prophetiam de Christo, non modò sententias, sed etiam verbis isdem descriptam.

ARGUMENTVM OCTAVVM. Epistola huius auctor non se vocat Apostolum Christi, vt Paulus facit, non igitur credibile est, eum Apostolum esse, sed discipulum aliquem inferioris notae.

RESPONDEO, si eiusmodi ratiunculis fides habenda esset, non solum epistolam Iacobi, sed etiam aliquot alias Pauli & Ioannis reiciendas fore. Siquidem Paulus in epist. ad Philippenses, in vtraque ad Thessalonicenses, & ad Philemonem, non vocat se Christi Apostolum, sed aut seruum, vt facit Iacobus, aut nihil addit; Ioannes quoque nec in epistolis, nec in Apocalypsi Apostolum se nominat.

CONTRA epistolam Iudae proferunt iidem Magdeburgenses argumenta quatuor.

PRIMVM, quia non se vocat Apostolum, sed hoc iam est solutum.

SECVNDVM, quia Iudas asserit, se post Apostolos vixisse, cum ait: Memores estote verborum, quae praedicta sunt ab Apostolis Domini nostri IESU CHRISTI, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimis temporibus venient illuderes, &c. citàs aperte quadam ex secunda epistola Petri.

RESPONDEO, Iudam simul cum Apostolis vixisse, sed tamè posterius epistolam scripsisse, quam Petrum & Paulum, & ideo merito potuisse eorum epistolas citare: quemadmodum etiam Petrus in secunda epistola mentionem facit epistolarum Pauli, cum tamen & simul vixerint, & eadem die sint coronati.

ARGUMENTVM TERTIVM. Iudas non in Graecia, sed in Perside praedicauit, igitur si quid scripsisset, non Graecè, sed Persicè scripsisset.

RESPONDEO, Iudam, etsi in Perside praedicaerit, tamen non ad Persas, sed ad Iudaeos per orbem terrarum dispersos epistolam suam scripsisse, ad quos etiam Petrus & Iacobus scripserant. Merito proinde scribere voluisse lingua Graeca, quae tunc communissima erat. Praterea quis non videt quam ineptum argumentum sit, Iudas in Perside praedicauit, igitur lingua Persica scribere debuit: si quid enim valeret eiusmodi argumentum, pari ratione

colligeremus, Petrum, qui Romæ docuit, & ex eadem vrbe duas epist. scripsit. Latine, non Græcè scribere debuisse, & Marthæum, qui prædicauit in Æthiopia, oportuisse Æthiopica lingua scribere Euangelium: Paulum quoque, qui in Italia prædicabat, cum scriberet ad Timotheum, ad Philemonem & ad Hebræos, debuisse Latine scribere, non Græcè vel Hebraicè.

ARGUMENTVM QVARTVM. Iudas refert historiam altercationis inter Michaëlem Archangelum & diabolum de Moyfi corpore, & vaticinium quoddam Henoch. At nihil horum legitur in probatis Scripturis. Igitur epistola hæc inter apocryphas numeranda est.

RESPONDEO, quamuis Tertullianus lib. de habitu muliebri contendat librum Henoch esse canonicum, & Beda in hanc epistolam dicat, tempore Iudæ librum Henoch verum & canonicum in manibus hominum fuisse, etsi modò non exeret: tamen probabilius videri librum esse apocryphum. Cæterum, vt Hieronymus in c. 1. ad Titum, & Augustinus lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 23. & lib. 18. c. 38. dicunt, etiam in apocryphis esse aliquid veri & hoc Iudam protulisse, nec tamen propterea totum librum approbasse, sicut etiam Paulus Act. 17. 1. Corin. 15. & ad Titum 1. profert testimonia ex Ethnicis Poëtis; Arato, Menandro & Epimenide: nec tamen idcirco Poëtæ illos consecrauit.

AT IVDAS, inquit Caietanus, librum Henoch non vt apocryphum, sed vt propheticum citat.

RESPONDEO cum Augustino lib. 15. de ciuit. Dei, c. 23. sine dubio credendum esse, Henoch aliquid prophetici & diuini scripsisse, & eius vaticinium insertum fuisse in eo libro, quem Iudas citat: sed eum librum propterea apocryphum esse, quod multa incerta & fabulosa contineat, simul cum hoc vero vaticinio, quod Iudas citat.

CONTRA secundam Petri solùm obicitur diuersitas styli à prima, quam constat certò esse Petri: quæ obiectio Erasmi est, à quo non parum dissentit Magdeburgenses, quippe qui scribunt, sibi videri valde similem stylium huius epistolæ stylo epistolæ prioris.

RESPONDET B. Hieronymus q. 11. ad Hedibiam, styli diuersitatem, si quæ sit, natam ex interpretis diuersitate, Nec enim Petrum semper vno atque eodem interprete vsurum esse.

CONTRA secundam & tertiam Ioannis solùm obicitur auctoritatem Papiæ apud Eusebium, lib. 3. hist. c. 39. & Hieronymum de viris illustribus in Ioanne. Tradidit enim Papias duos fuisse Ioannes, vnum Apostolum, & alterum qui senior dicebatur: & quoniam auctor harum epistolarum non Apostolum, sed seniore se nominat: verisimile esse videtur duas has breuissimas epistolas à Ioanne seniore, non ab Apostolo Ioanne scriptas esse.

AT hæc leuior coniectura est, quam vt opponi debeat, ne dicam præponi, tot Conciliorum, Pontificum & Patrum auctoritati, qui has epistolas Ioanni Apostolo tribuunt, præsertim cum nec Papias dixerit, has epistolas non esse Ioannis Apostoli (solùm enim ille duos Ioannes nominat, vter autem epistolas scripsisset, taceret) & Ioannes Apostolus meritò senior dici potuerit, quod post omnes Apostolos vixerit, & ad extremam vsque peruenit senectutem.

PORRÒ S. Hieronymus de his epistolis adeò non dubitauit, vt eas citaturus in epist. 85. ad Euagriū ita cæperit: *Clangat tuba Euangelica filius tonitru, quem Iesus amauit plurimum, qui è pectore Saluatoris doctrinarum fluente portauit.*

CAPVT XIX.

De Apocalypsi.

POCALYPSIM Ioannis ex antiquis hæreticis Marcionistæ respuebant, teste Tertulliano lib. 4. contra Marcionem, nec non Alogiani & Theodotiani, teste Epiphaniò hæres. 51. & 54.

EX nonis, Lutherus in prologo dicit, se aliquid in ea desiderare cum Apocalypsi asserat fore beatos, qui seruant ea, quæ in ipsa scripta sunt, cum tamen nemo intelligat, quæ illa sint. In præfatione verò antiquiore Testamenti noui ait, se Apocalypsim neque pro Prophetico, neque pro Apostolico libro recipere, sed similem iudicare libro 4. Esdræ.

BRENTIVS & Kemnitius locis notatis Lutherò subscribunt: Magdeburgenses autem cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 56. à Lutherò deficiunt ad Caluini, & cum eo acriter pugnant pro Apocalypsi aduersus alios Lutheranos. Erasmus in fine annotationum in Apocalypsim varias coniecturas anxie quærit, vnde probet hunc librum non esse Ioannis Apostoli.

Nec desuerunt olim Catholici, qui de huius libri auctoritate, vel auctore dubitarent. Nam Caius quidam vetustus auctor librum hunc Cherinthi hæretici esse affirmabat, teste Eusebio lib. 5. hist. c. 28. Dionysius verò Alexandrinus apud Eusebium lib. 2. cap. 73. hanc opinionem Caij refellens, librum diuinum & canonicum esse asserit, tamen subdubitan, siue Ioannis Apostoli, an alterius Ioannis. Denique beatus Hieronymus in Epist. ad Dardanum testatur, ita Græcos de Apocalypsi dubitasse contra communem consensum Latinorum, quemadmodum Latini de epistola ad Hebræos, contra communem Græcorum sententiam dubitabant.

VERVM TAMEN Apocalypsim tum Ioannis Apostoli verum esse scetum, tum librum admirabilem ac diuinissimum esse facile probare possumus.

PRIMUM ex Conciliis: nam in Ancyrano Concilio ante MCC. annos, cano. vlt. citatur nomine Ioannis: in Carthaginensi tertio: can. 47. & in Concilio Romano sub Gelasio I. inter sacros & canonicos libros annumeratur item in Concilio Tolet. 4. can. 16. multorum Conciliorum & Pontificum sanctionibus confirmatur, Apocalypsim esse Ioannis Apostoli, & verè canonicam & diuinam.

DEINDE ex Patribus Græcis: & Latinis idipsum comprobari potest. Nam Dionysius cap. 3. Eccles. hierarch. vocat Apocalypsim arcanam, & mysticam visionem dilecti discipuli. IUSTINVS in dialogo cum Tryphone, vltra medium, Apocalypsim dicit esse Ioannis Apostoli, & eandem commentariis illustrauit, vt D. Hieronymus testatur libro de viris illustribus in Ioanne. IRENEVS lib. 5. circa finem asserit, Apocalypsim esse Ioannis Apostoli, & scriptam penè suo seculo, ad finem imperij Domitiani: in eandem quoque commentaria edidit, auctore Hieronymo de viris illust. Theophilus Antiochenus, Melito Sardenis, & Dionysius Alexandrinus Episcopi Græci antiquissimi & doctissimi, Apocalypsim vt diuinitus scriptam receperunt, teste Eusebio libro 4. capite 24. & 26. & libro septimo, capite 23. CLEMENS Alexandrinus libro 2. pædagog. cap. 12. Apocalypsim citat. Origenes homil. 7. in Iosue, & in Psalmum primum, Apocalypsim Ioanni Apostolo tribuit: quod etiam facit Eusebius in Chronico anni Domini XCVI. Athanasius in Synopsi. Epiphanius hæres. 51. & 76. Chrysostomus homilia 3. in Psalm. 91. & DAMASCENVS lib. 4. cap. 18. Apocalypsim vt sacram, & Ioannis agnoscunt. Quocirca Græcos, qui Hieronymo teste, Apocalypsim non recipiebant, & paucos & obscuros fuisse necesse est.

PROBATVR vltimo ex communi Latinorum consensu, nam TERTULLIANVS lib. 4. cōtra Marcionem, Apocalypsim Ioannis Apostoli esse affirmat. CYPRIANVS de exhortatione martyrij, capite tertio, octauo, decimo, vndecimo, & duodecimo. Apocalypsim vt reliquas diuinas Scripturas passim citat, quod etiam facit Hilarius præfatione in Psalm. Ambrosius in Psalm. 40. Apocalypsim Ioannis Euangelistæ esse dicit. Beatus

AVGVSTINVS tractat. 36. in Ioannem, dicit Apocalypsim eiusdem esse Ioannis cuius est Euangelium: & li. 2. doct. Christianæ, c. 8. inter sacros & diuinos libros eam refert: quod etiam facit INNOCENTIUS primus in epistola 3. ad Exuperium: RUFFINVS in expositione Symboli, & ISIDORVS lib. 6. Etymolog. c. 1. Sanctus HIERONYMVS non solum in epistola ad Paulinum, de studio Scripturarum, Apocalypsim Ioannis esse docet, sed eandem sententiam esse omnium Latinorum affirmat in epistola ad Dardanum, de terra promissionis. Denique SVLPITIUS libro 1. sacræ historiæ ait, Apocalypsim à nonnullis aut stultè, aut impiè non recipi.

AD ARGUMENTVM autem Lutheri, qui inde probat, Apocalypsim non esse parit auctoritatis cum cæteris libris sacris, quia capite primo & vltimo huius libri dicitur, *Beatus, qui seruat verba prophetiæ huius*: cum tamen nemo sciat, quod sibi velit hæc prophetia.

RESPONDEO, etsi permulta sint obscurissima vaticinia in hoc libro, tamen permulta etiam esse præcepta vitæ clarissima: vt de constantia in persecutionibus, de hæreticis odio habendis, de Pseudopropheticis fugiendis &c. & argumentum & scopus totius libri non aliud est, quam vt nos hortetur ad perseverantiam, & patientiam tempore persecutionum. Quæ quidem res clarissima & aperta est.

SED videamus, quid etiam adferat Erasmus. Is obiicit, PRIMO quosdam auctores, qui huius libri non meminerunt, vt Dorotheum & Anastasium, & quosdam, qui dubitarunt, an esset Ioannis Apostoli, vt Dionysium & Eusebium.

SECUNDO, quod passim nomen suum inculcat, dicens: *Ego Ioannes, ego Ioannes perinde*, inquit, *quasi syngrapham scriberet non librum*; cum alioqui Ioannes modestiora de se narrans nomen suum nusquam exprimat in Euangelio.

POSTREMO, quod in Græcis codicibus titulus nō sit Ioannis Apostoli, sed Ioannis Theologi.

SED hæc leuissima sunt. Nam pro duobus, qui huius libri non meminerunt, & duobus, qui de auctore subdubitarunt, nos citauimus quatuor Concilia & plurimos Patres, qui constanter hunc librum Ioanni Apostolo tribuunt. Quamquam Eusebius, quem Erasmus inter dubitates numerat, aperte in Chronico declarat, se nihil omnino de huius libri auctore, vel auctoritate dubitasse.

IN secunda obiectione modestiam Erasmi desideramus, qui arrogantia accusare audeat auctorem huius libri, quem tota Ecclesia vt sacrosanctum semper venerata est. Nec est verum illud: *Ego Ioannes*, in hoc libro tam sæpè repeti, cum ad summū ter in toto libro inueniatur. Neque verò est nouū in Prophetis, vt sæpè nomen suum repetant: certè Daniel vt minimum octies ait: *Ego Daniel*.

DENIQUE nihil officit nostræ sententiæ, quod auctor Apocalypsis Ioannes Theologus appelletur: Nullus enim est alius Ioannes, qui cognomen Theologi habuerit, præter Apostolum & Euangelistam Ioannem, & merito. Nam, vt Augustinus notat tractat. 36. in Ioan. ideo Ioannes volanti aquilæ comparatur, aliud verò Euangelistæ animalibus in terra gradientibus, quod cæteri de humanitate CHRISTI, ipse de diuinitate præcipuè scripserit. Quare Dionysius Areopagita in epistola ad Ioannem Apostolum, eum Theologum & Apostolum salutat: & Athanasius in Synopsi, alique veteres Theologum illum vocant.

CAPVT XX.

De libris Apocryphis.

ACRORVM librorum canone explicato, ac pro instituti operis breuitate ab aduersariorum argumentis defensor: restat, vt de libris istis pauca dicamus, qui tamen nonnullis canonici vultu sunt, tamè iure ac merito non canonici, sed apocryphi nominantur.

IGITVR vox, Apocryphus Græca est, & rem occultam ac reconditam significat, siquidem ἀποκρυφῶν celerare est, & ἀποκρυφῶν latibulum. Porro Ecclesiastici scriptores non semper eodem modo hanc vocem vsurpant. Interdum enim vocant Scripturas apocryphas eas, quas non est certum an sint canonicæ & diuinae, etiam si satis constet, nullos in eis errores inueniri. Sic Hieronymus in prologo Galeato vult eos omnes libros, qui non sunt in canone, esse inter apocryphos numerandos. Interdum autem vocant apocryphos libros eos, qui errores admixtos habent. Sic vtriusque voce Origenes homil. 1. in Cætica, Hieronymus in Epistola ad Latam, de institutione filiae, & Augustinus libro decimoquinto, de ciuitate Dei, capite vigesimo tertio. Quam significationem sequutus Gelasius in decreto de libris Ecclesiasticis, eos libros vocat Apocryphos, qui sunt editi ab auctoribus hæreticis, vel certè suspectis.

QVOD autem glossa in canone Sanctæ Romanæ, distinct. 15. dicit, Apocryphos vocari eos libros, quorum auctor ignoratur, non est probabile: nam tunc multi libri sacri essent Apocryphi, vt liber Iudicum, Ruth, Iob, primus Machabæorum, & permulti alij, quorum auctores ignorantur, quod tamen abhorret ab vsu loquendi Ecclesiæ. Quis enim vnquam audiuit librum canonicum esse Apocryphum.

ENVMERANTVR libri Apocryphi plurimi à Gelasio, vt habetur dist. 15. canone Sanctæ Romanæ; ab Innocentio primo epistola tertia, ab Athanasio in Synopsi, & ab Eusebio lib. 3. hist. c. 25. sed magna ex parte non existant. Qui existant, hi sunt, Oratio Regis Manassæ, quæ solet annexi libris Paralipomenon, quam ideo Apocrypham, aut non certò canonicam dicere posse videtur, quia non est pars alicuius libri sacri, nec ponitur nominatim in canone ab aliquo Concilio, vel pontifice, vel Patre suprâ citatis, nec habetur in Hebræa, aut Græca, sed solùm in Latina editione.

APOCRYPHVS quoque est Psalmus 151. Davidis, cuius meminit Athanasius in Synopsi, & inuenitur in Græcis Psalteriis. Quem Psalmum Apocryphum dico, quia Concilium Laodicenum can. 59. Concilium Romanum sub Gelasio, & Tridentinum sess. 4. nominatim ponunt in canone 150. Psalmos.

ITEM Apocrypha est appendix libri Iob, quæ tantum habetur in Græcis codicibus. Concilium enim Tridentinum sess. 4. eos tantum libros canonicos haberi voluit, qui in Latina vulgata editione habentur. Præterea beatus Hieron. in quæstionibus in Genesim ostendit, falsum esse, quod in illa appendice habetur, Iob fuisse de stirpe Esau, cum fuerit de stirpe Hus, qui fuit filius Nachor fratris Abraham, vt dicitur Genes. 22.

ADDE quòd illa appendix nititur potissimum auctoritate capitis 36. libri Genesios, vbi numeratur Iob inter posteros Esau: at longè aliud nomen est יאבב Iob quod est proprium ipsius Iob, quam יאבב Iobab quod habetur in Genese, cap. 39.

APOCRYPHA quoque esse videtur præfatiuncula, quæ præfigitur Threnis Hieremias, nam nec est in Hebræis codicibus, nec in omnibus Latinis, & ab expositioribus non attingitur.

Nec minus apocryphus censendus est liber Hermecis, qui inscribitur Pastor. Tametsi enim eum diuinitus inspiratum esse putauerit Origenes li. 10. in epist. ad Romanos, & ex eodem testimonia proferant Tertullianus libro de oratione, Irenæus libro quarto c. 38. Clemens Alexandrinus libro sexto Stromatum, Athanasius in lib. de decretis Nicænæ Synodi, Cassianus collat. 13. cap. 12. & eundem librum vtilem iudicauerit Eusebius libro tertio hist. cap. 3. Rufinus in symbolum, & Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis in Hermete: nihilominus tamen nec ab vlla Synodo relatus est in canone;

& disertis verbis eum à canone reicit Gelasius in decreto de libris Ecclesiasticis, & Athanasius in Synopsi, idem etiam Athanasius in libro de decretis Nicænae Synodi, & Theodoretus libro primo hist. c. decimo octavo, Arianos, qui ex hoc libro testimonia petebant, dicunt ex libro non canonico testimonia petiisse.

POSTREMO apocryphi sunt, liber tertius & quartus Machabæorum, nec non tertius & quartus Esdræ. Et quidem de quarto Machabæorum res perspicua est, cum solum nominetur ab Athanasio in Synopsi, & ab eodem extra canonem ponatur. Quartus autem Esdræ citatur quidem ab Ambrosio libro de bono mortis, & libro secundo in Lucam, ac in Epistola vigesima prima ad Horatianum: tamen sine dubio non est canonicus, cum à nullo Concilio referatur in canonem, & non inueniatur neque Hebraicè, neque Græcè ac demum contineat capite sexto quædam fabulosa de pisce Henoch, & Leuiathan, quos maria capere non poterat, quæ Rabbiorum Thalmudistarum somnia sunt. Itaq; mirandum est, quid Genebrardo venerit in mentem, ut huc etiam librum ad canonem pertinere vellet in Chronologia sua pagina 90.

AT de tertio Machabæorum maior difficultas est, quoniam Clemens in canonibus Apostolorum, canone 84, refert in canonem tres libros Machabæorum. Nec minor est difficultas de lib. tertio Esdræ; nam in Græcis codicibus ipse est, qui dicitur primus Esdræ, & qui apud nos dicitur primus & secundus, in Græco dicuntur secundus Esdræ. Quocirca verisimile est antiqua Concilia, & Patres, cum ponunt in canone duos libros Esdræ, intelligere nomine duorum librorum omnes tres. Sequuntur enim versionem septuaginta interpretum, apud quos tres nostri, duo libri Esdræ nominantur. Accedit etiam, quod citatur hic tertius Esdræ ab Athanasio, oratione tertia contra Arianos, ab Augustino libro decimo octavo de ciuitate Dei, cap. 36. à Clemente Alexandrino libro Stromatum primo, ab Auctore operis imperfecti, homilia prima in Matthæum, & à sancto Cypriano in Epistola ad Pompeium.

QUOD AD priorem difficultatem attinet, probabiliter videtur, canonem illum non esse Clementis. Nam in primis Zepherinus Papa decimus quintus à Petro, in Epistola prima tradidit, solum LXX. fuisse canones Apostolorum; at iste est LXXXIII. Et certè melius nouerat Zepherinus, quot esset Apostolorum canones, quam vlli posterorum. Quocirca non sine causa Gelasius distinctione 15. canone Sancta Romana, posuit inter apocrypha canones Apostolorum, quod propter aliquos vel corruptos, vel additos ab hæreticis, fecisse videtur. Nec obstat, quod in canonibus, qui dicuntur sexta Synodi, canone secundo, approbentur LXXXV. canones Apostolorum: nam illi canones non sunt verè sexta Synodi, sed cuiusdam alterius Concilij postea celebrati, quod Summus Pontifex Sergius, qui tunc sedebat, non solum non approbavit, sed etiam reprobat, ut patet ex Beda in libro de sex aratibus, in Iustiniano.

DEINDE in isto canone LXXXIII. numerantur libri canonici, & omittuntur quidam qui certissimè sunt canonici, ut libri Esdræ, Tobia, Iudith, Sapientia, Ecclesiasticus, Apocalypsis, quæ res non minimi momenti esse videtur. Nam Ecclesiastica, quæ post Apostolos fuit, non aliunde didicit, qui libri sunt canonici, & qui non sint, quam ex traditione Apostolorum.

PORRO Clementem exactissimè tenuisse Apostolicas traditiones, quippe qui cù Apostolis Petro & Paulo diu vixerat, testantur Irenæus lib. 3. cap. 3. & Euseb. lib. 5. hist. cap. 6. ergo qui libri à Clemente non ponuntur in canone, absolutè canonici non videntur. Proinde vel libri Esdræ, Tobia, Iudith, Apocalypsis, non sunt canonici, vel decretum illud non est Clementis.

QUOD autem quidam dicunt, Apocalypsim omif-

am à Clemente, quia nondum scripta erat eius tempore, probare non possunt. Nam Apocalypsim Ioannes scripsit ad finem imperij Domitiani, ut docet Irenæus lib. quinto extremo: Clemens autem obiit Anno III. Traiani, ut docet Hieronymus in lib. de viris illustribus. Potuit igitur Clemens Apocalypsim videre.

DEINDE, nonne in hoc ipso canone octuagesimo quarto ponitur Ioannis Euangelium? At Apocalypsim ante Euangelium scriptam fuisse, plurimi, grauissimi que auctores testantur. Eusebius lib. tertio historiarum, capite vigesimo quarto: Ioannem, inquit, tradunt vsque ad vltimum penè vitæ sue tempus, absque vllius Scripturæ indicio Euangelium prædicasse. Athanasius in Synopsi: Euangelium, inquit, secundum Ioannem, & prædicatum est ab Ioanne: Apostolo & discipulo, cum e. et exul in Pathmo insula, & postea ab eodem editum Ephesi Epiphanius hæresi 51. quæ est Alogorum, disertis verbis scribit, editum esse Euangelium à Ioanne post nonaginta annos vitæ eius, & post reuersionem ipsius à Pathmo.

THEOPHYLACTVS, EUTHYMIVS, BEDA, & RVPERTVS præfatione commentariorum in Ioannem communi consensu docent, aur in Pathmo, aut post reditum à Pathmo, Ioannis Euangelium scriptum editumque esse. Neque his repugnat quod scribit Dionysius Areopagita in Epistola ad Ioannem in exilio agentem, vocat enim Dionysius Ioannem Euangelij Solem, & cælestem eius Theologiam, non ob descriptionem aliquam, quæ tunc exstaret nomine Ioanis, sed ob diuinam & admirabilem eius prædicationem.

PRAETerea in isto eodem canone LXXXIII. numerantur inter sacros libros non solum tertius Machabæorum, sed etiam epistolæ duæ Clementis, & constitutiones Apostolicæ eiusdem Clementis, quos tamen libros Ecclesiastica nunquam pro sacris agnouit. At si ille canon verè esset Clementis, non posset Ecclesiastica sine magna temeritate hos libros non recipere: siquidem Clemens, summus Pontifex erat, & canones Apostolorum vel ipse condidit, vel quod verius est, ab Apostolis conditos, literis commendauit; non autem licet Ecclesiasticæ Apostolicæ leges, vel etiam Pontificias recufare, nisi tantum eas, quas, quod temporis potius, quam veritati dogmarum inferuissent, iam abrogatas certè constat, qualis est illa, de sanguine & suffocato non comedendo.

AD ALTERAM difficultatem RESPONDEO; Et si in Græcis codicibus duo libri Esdræ sint nostri tres, tamen non propterea Concilia antiqua & veteres Patres, qui in canone ponunt duos libros Esdræ, intelligere nomine duorum nostros tres. Nam in primis multis veterum, ut Melito, Epiphanius, Hilarius, Hieronymus, Rufinus in canone exponendo Testamenti veteris, aperte sequuti sunt Hebræos, non Græcos, Hebræi autem tertium Esdræ non habent. Deinde nihil ex hoc tertio libro in Ecclesiastico officio vnquam legitur; quod argumentum est à longo iam tempore non fuisse eum librum habitum in numero sacrorum.

PRAETerea Gelasius in cõcilio Romano septuaginta Episcoporum, vnum tantum Esdræ librum ponit in canone. Quo vno sine dubio nostros duos intelligit, qui, ut Hieronymus testatur præfatione in Esdræ, vno volumine continentur. Itaque disertis verbis Gelasius priorem illum, qui est apud Græcos, reicit.

DENIQUE B. Hieronymus præfat. in Esdræ aperte significat, tertium & quartum Esdræ non solum apud Hebræos non haberi, sed ne apud septuaginta quidem. Quare, licet quidam codices Græci habere tria volumina Esdræ in duobus libris, correctiores tamen non habebant. Porro veteres Patres vtuntur interdum testimoniis ex hoc libro petitis, quem & nos non inutilem esse fatemur, sed & raro id faciunt, & nusquam sacrum, & diuinum appellant.

DE VERBO DEI,

LIBER SECVNDVS,

CAPVT PRIMVM.

Ostenditur editionem Hebraicam Mosis & Prophetarum nunquam periisse.

DISSERVIMVS libro superiore de libris ipsis sacris, ut eorum numerum & auctoritatem ab hæreticorum calumniis vendicaremus. Sequitur, ut de librorum eorundem variis editionibus, id est, Hebraica, Chaldaica, Græca, Latina, Germanica, & similibus, quæ vulgares dicuntur, breuiter disseramus. Parum enim prodesset, librorum diuinitatem numerum non ignorare, si cui editioni ex tam variis, quæ nunc extant, auctoritas tribuenda sit ignorarem.

UT igitur ab editione Hebraica ordiamur, duo sunt quæ veniunt in questionem. Vnum, An Scriptura illa ipsa, quæ à Mose & Prophetis condita est, ad nos vsque peruenerit. Alterum, An ea Scriptura, quæ Hebraicis codicibus cõtinetur, peruerso studio Iudæorum ita corrupta, ac deprauata sit, ut auctoritatè nullâ in Ecclesiastica mereatur.

DE priore quæstione duplex sententia est. Vna eorum qui docent, Scripturam sacram vniuersam periisse tempore captiuitatis Babylonicæ, quando ciuitas euerfa, & templum incensum fuit, ac deinde ab Esdrâ fuisse rursum reparatam, Spiritu sancto ei suggerente, & dictante omnia, sicut antea fuerant. Ita sentire videtur Basilus in Epistola ad Chilonem; *Hic campus, inquit, in quo secessu facto Esdras panes diuinos libros ex mandato Dei erexit. Hæc ille.* Addunt quidam in eandem sententiâ Irenæum, Tertullianum, & Clementem Alexandrinum, sed illi non aperte hoc docent.

HÆ opinio improbabilis nobis videtur. Non enim alio fundamento nititur, quam testimonio libri apocryphi, id est, libri quarti Esdræ, capite decimo quarto, vbi disertis verbis scribitur, Esdræ totis quadraginta diebus diuino spiritu afflatum dictasse quinque viris, qui summa celeritate, quæ ab eo dicebantur, excipiebant, atque eo modo vniuersam Scripturam, quæ planè perierat, esse reparatam. Sed hic liber non modò apocryphus est, & ab Ecclesiastica Catholica nunquam receptus, sed etiam multis in locis redolet fabulas Iudaicas, & in hoc ipso capite decimo quarto non aliter loquitur de quibusdam libris occultis, & perfectioribus, quam omnes Thalmudistæ faciunt de sua Cabala. Quare potius testimonium libri huius detrahit huic sententiæ fidem quam afferat. ex libris autem canonicis nihil tale colligitur.

QUOD autem quidam dicunt, id colligi ex libro secundo Esdræ, capite octavo, tantum abest, ut sit verum, ut potius contrarium inde colligatur. Sic enim habemus; *Dixerunt Esdræ scribæ, ut adferret librum legis Mosis. Attulit ergo Esdras, &c.* non dixerunt, ut iterum componeret librum legis, sed ut adferret, quia sciebant adhuc inueniri. Præterea et si Scriptura, quæ publicè seruabatur, in templo fuerit incensa, & perierit, tamen incredibile est, non fuisse etiam aliqua exemplaria vel certè partes eorum apud priuatos homines, & præcipuè apud Ezechielem, Danielem, Hieremiam, Aggaum, Zachariam, Mardocheum, & ipsum Esdræ qui tunc viuebant, & quibus sine dubio curæ fuit lex Domini.

EST ergo altera sententia, fuisse quidem Esdræ librorum Sanctorum instauratorem, non omnia iterum dictando, sed colligendo, & ordinando Scripturas in vnum corpus, quarum partes variis in locis inuenerat, &

etiam emendando, si quæ deprauata erant negligentia scribarum, cum toto tempore captiuitatis negligenter lex seruata sit, cum non haberent Iudæi templum & tabernaculum.

ITA sensisse videntur grauissimi auctores. Nam CHRYSOSTOMVS homilia octaua in Epistolam ad Hebræos docet, Esdræ ex reliquiis Scripturæ iterum eam composuisse. HILARIVS præfatione in Psalmos ait, Esdræ omnes Psalmos collegisse, & ex eis vnum librum confecisse. THEODORETVS præfatione in Psalmos, ait, Scripturam veterem deprauatam tempore captiuitatis, ab Esdrâ fuisse restitutam. Quod idem mihi significasse videntur Irenæus libro tertio capite vigesimo quinto; Tertullianus libro de habitu mulierum, & Clemens libro primo Stromatum. Dicunt enim Esdræ recensuisse, & instaurasse libros omnes Testamenti veteris: sed non addunt, memoriter, nec meminere historie illius, quæ habetur in libro quarto Esdræ.

B. Hieronymus in prologo Galeato dicit, Esdræ inuenisse nouas literas Hebraicas, & antiquas quidem reliquisse Samaritanis, nouas autem tradidisse Iudæis, quibus etiam nunc vtimur. Nam, ut idem Hieronymus in c. 9. Ezechielis testatur, litera postrema alphabeti Hebraici antiqui similis erat T, Græcorum, & figuram crucis referebat, quoniam finis legis Christus crucifixus est, nunc postrema litera alphabeti nullam videretur habere crucis similitudinem. Proinde sine dubio nouas literas habemus. De noua autem librorum sanctorum editione per Esdræ facta, nihil Hieronymus dicit, cum tamen ibi maximè esset locus dicendi.

DENIQUE si Esdras libros sanctos iterum dictasset, verisimile est, eum id facturum fuisse non lingua Hebraica, sed Chaldaica, vel mixta ex Hebraica & Chaldaica, quæ tunc erat in vsu, & qua videmus scriptos esse libros Esdræ, & Danielis, ac certum est, sanctos libros præter istos Esdræ & Danielis, lingua Hebraica esse scriptos, & illa ipsa, qua Adâ & Eua, & Patriarchæ omnes loquuti sunt. Quod manifestè colligitur ex nominum propriorum etymologia, quæ sæpe non inuenitur in vlla alia lingua.

AC vt pauca exempla de multis proferamus. Dixit Adam de vxore sua recens creata, *Hæc vocabitur virago*, Hebraicè אִשָּׁה *Ishas*, quia sumpta est de viro, qui in Hebræo dicitur אִישׁ *Ish*, Genesis secundo. At in nulla alia lingua vir & mulier habent hanc nominis similitudinem. Nam Chaldaica lingua, quæ Hebraicæ est affinis, vir dicitur אִישׁ *Naal*, mulier אִתְּחָא *Itteba*, quæ ne vnâ quidem literam communem habent. Pari ratione Græca vocabula ἀνὴρ & γυνὴ, & Latina, vir & mulier, nullam inter se habent similitudinem literarum. Aut igitur non dixit Adam ea verba, quæ supra posuimus, & Prophetarum eximius mentietur: aut fateamur necesse est, ea lingua diuinos libros scriptos esse, qua primi homines vtiebantur.

SIMILIA sunt quæ in scripturis dicuntur de ratione nominis Eua, Cain, Abel, Seth, Noè, Phaleg, Abraham, Isaac, Jacob & omnium eius filiorum; nec non montium, fluminum, urbium aliarumque multarum rerum: siquidem in Hebraica lingua semper allusiones illæ similitum vocum reperiuntur, in cæteris linguis aut nunquam, aut raro.

DENIQUE linguam Hebraicam, qua sacros libros

scriptos esse videmus; antiquissimam, atque adeo primam omnium linguarum esse testatur, tum ipsius breuitas & simplicitas; tum auctoritas doctissimorum hominum. Vide Eusebium libro decimo preparationis Euangelicæ capite secundo. Ambrosium in caput tertium ad Philippenses; Hieronymum in Epistola ad Damasum de visione Isaia; Augustinum libro decimo sexto, de ciuitate Dei, capite vndecimo.

Neque his repugnat, quod Augustinus libro decimo sexto, de ciuitate Dei, capite ultimo, dicit, linguam Hebraicam inuentam post tempora Noë. Non enim Augustinus indicare voluit, eam linguam antea non fuisse, sed solum tum primum cepisse vocari linguam Hebraicam. Vt enim rectè explicat Eucherius in capite vndecimo Geneseos, ante diuisionem linguarum, lingua Hebraea communis erat omnibus hominibus, & ideo non habebat certum nomen: At tempore Heber, cum multa linguæ esse cepissent, illa communis ad distinctionem dicta est Hebraea, quia mansit in domo Heber, vnde Hebraei dicti sunt.

Cum igitur planum sit libros Ebraeos plenos esse vocibus Chaldaicis, libros autem legis & Prophetarum puro Hebraico idiomate scriptos esse: planum quoque videri debet, legis & Prophetarum libros non ab Ebraea, sed à Mose & antiquis Prophetis cõscriptos nos habere.

CAPVT SECVNDVM.

Num Hebraica editio sit corrupta.

Equitur nunc altera quæstio, integrane, an corrupta, & vitata sit Hebraica editio. Ac primum hæretici huius temporis odio editionis vulgaræ nimium tribuunt editioni Hebraicæ. Caluinus enim in antidoto Cõcilij Tridentini, nec non Kemnitius in examine eiusdem Concilij; & Georgius Maior præfatione in Psalmos, omnia examinari & emendari volunt ad Hebraicum textum, quem purissimum fontem non semel appellant.

Quæ sententia apertissimè falsa est. Nam in primis Caluinus institutionum cap. 6. §. 11. contendit esse legendum Isaia nono, & vocabitur admirabilis, &c. at Hebraeus textus modò non habet vocabitur, id est, יִחְבָּרֵה, sic habet, sed vocabit יִחְבָּרֵה, neque ignorauit Caluinus, meliorem hoc loco vulgatam editionem esse, quam Hebraicam. Sic enim ait: Neque est quod oblatrent Iudæi, & sic lectionem inuertant: hoc est nomen quod vocabit eum. De v's surtis, pater futuri seculi, ac denum hoc vnum filio reliquum faciant ut sit princeps pacis: quorum enim tot epistola in Deum, hoc loco congesti forent! Igitur confessione Caluini turbidus alicubi fuit ille fons, quem ipse idem vbiq; purum videri volebat.

Pari ratione Hierem. 23, vult ibidem Caluinus esse legendum, & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustitia nostra. At fons Hebraicus constanter habet יְהוָה יִצְחָק, Iacobus, vocabit eum, non יְהוָה יִצְחָק יִצְחָק, Iacobus, vocabit eum.

Præterea Psalm. 21. nemo Christianorum est, qui non legat, Foderunt manus meas, & pedes meos, textus verò Hebraici legunt, sicut leo בארי Caari, non foderunt, quod dicitur ברי Caru. Item Psalm. 18, Hebraici codices legunt, In omnem terram exiuit, קוֹם Chouam, id est, linea, siue perpendicularum eorum, etum tamen septuaginta verterunt קוֹם & אֲרָבָה: & eorum versionem approbauerit B. Paulus Rom. 10. vbi hunc Psalmum citat. Quid quod Hieronymus ad litteram reddidit ex Hebraeo, exiuit sonus eorum? ut omninò necesse sit aut Paulum & Hieronymum reprehendere, aut certè fateri fontem hoc loco non esse purum, verisimile autem est legi debere, קוֹם cholam, vna enim littera tantum addita ex קוֹם cholam, fit קוֹם cholam.

Adde quod interdum defunt integre sententiæ in Hebraeo, cum non defint nec in versione LXX. nec in

A Hieronymi translatione. Exemplum habemus Exod. 2. vbi deest totum illud; *Aluum quoque genuit, & vocauit nomen eius Elzezer dicens, Deus patris mei auxiliatus est mihi; & liberauit me de manu Pharaonis.*

Hic igitur omisiss, qui Hebraico fonti nimiam puritatem falso attribuunt, aliis quoque occurrendum videtur, qui zelo quidem bono, sed nescio an secundum scientiam, omninò contendunt Iudæos in odium Christianæ fidei studiosè deprauasse & corrupisse multa loca Scripturarum. Ita docet Iacobus Episcopus Christophoranus præfatione in Psalmos, & Canus lib. 2. cap. 13. de locis Theologicis.

Pugnant autem aduersus hanc sententiam grauissima argumta. Primum est Origenis in octauo libro in Esaiam, vt Hieronymus refert in cap. 6. Esaiæ, & Hieronymi ibidem, qui hunc in modum ratiocinatur. Si Scripturas Hebraei aliquando corruerunt, vel id fecerunt ante Christi aduentum, vel postea. Si antea, quare Christus & Apostoli nunquam eos de tam insigni crimine reprehenderunt, præsertim cum leuiora non tacerint? Quare Dominus ait Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas.* & Matthæi 23. *Super cathedram Moysi sederunt scribere & Pharisa; quacumque ergo dixerint vobis, seruate & facite.* Cui credibile erit, Christum ad corruptas Scripturas legendas sine vlla præmonitione homines inuitasse; vel ad corruptores audiendos, & sequendos amandasse? Sin autem post Christi aduentum id factum est; quo pacto testimonia, quæ à Christo, & Apostolis citantur, omnia ferè inueniuntur nunc in Mose & Prophetis, vt ab illis citata sunt? Numquid fortè sic ea protulerunt, vt per spiritum cognoscebant deprauanda postmodum à Iudæis fuisse? Igitur si nec ante, nec post Saluatoris aduentum factæ literæ ab Hebrais vitatæ sunt, illud certè sequitur, vt nunquam vitatæ sint. Atque hoc Hieronymi & Origenis argumentum est.

Alterum argumentum est S. Augustini in lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 13, qui inde probat, quod nõ videatur illo modo credibile Iudæos voluisse suis codicibus eripere veritatem, vt nostris detraherent auctoritatem; & etiam si voluissent, non sit verisimile potuisse. Sed verba ipsius audiamus. *Si quæram, inquit, quid sit creditum, Iudæorum gentem tam longè, latèque diffusam in hoc conscribendam mendacium vno consilio conspirare potuisse; & dum alio inuident auctoritatem sibi abstulisse veritatem, an septuaginta homines, quia etiam ipsi Iudæi erant, in vno loco posuissent ipsam veritatem in gentibus alienigenis inuidisse, & communicato istud tunc fecisse consilio quis non videat, quid prochiuis, faciliusque credatur? Sed absit, vt prudens aliquis vel Iudæos cuiuslibet peruersitatis, atque malitiæ tantum potuisse credat in codicibus iam multis, & tam longè, latèque dispersis, vel LXX. illos memorabiles viros hoc de inuidentia gentibus veritate vnum communicasse consilium.* Hæc Augustinus.

Dicet aliquis generalem istam deprauationem Hebraicorum codicum post Augustini & Hieronymi tempora accidisse, proinde eorum testimonia parum ad rem præsentem facere.

At Augustini rationes omni tempore locum habent. Deinde si post illorum Patrum tempora deprauatio illa contigisset; quæ causa reddi posset, cur Psalmorum interpretatio Hieronymiana ita cum textu Hebraico, qui nunc exstat, in omnibus conueniret? & rament de Psalmorum deprauatione præcipua querimonia est, num ita Hieronymus verit sicut Iudæi falsaturi erant; neque his repugnat locus Psalm. 22. vbi Hieronymus verit, foderunt. In Massoreth enim quem post Hieronymi tempora scriperunt, monent Rabbinii in Psalm. 22. scribi debere בארי haaru, non בארי Chaari, ex quo euidenter colligitur, errore scribarum nunc legi potest ab incredibili

religione

ARGVMENTVM tertium sumi potest ab incredibili religione Iudæorum erga sacros libros. Scribit Philo in lib. de egressu filiorum Israël ab Ægypto, & citatur etiam ab Eusebio lib. 8. cap. 2. præparat. Euang. vsque ad sua tempora per spatium amplius quam duorum millium annorum, ne verbum quidem fuisse vnquam in lege Hebræorum immutatam, & quemlibet Iudæum centies potius moriturum, quam vt pateretur legem in aliquo mutari. De superstitione autem recentiorum Iudæorum, qui legem ferè vt Numen adorant, etsi aliquando in terram ceciderit, ieiunium publicum indicunt. Vide Ioannem Isaac in responsione ad libros Lindani de optimo genere interpretandi Scripturas.

ARGVMENTVM quartum. Si Iudæi falsare voluissent diuinas Scripturas in odium Christianorum, sine dubio præcipua vaticinia sustulissent. Id autem minimè fecerunt; siquidem ea, in quibus discrepant Hebræa à Græcis & Latinis, sæpe nullius momenti sunt, quantum attinet ad fidem, & religionem, & sæpe codices Hebræi magis Iudæos vexant, quam Græci, aut Latini.

Certe in 2. Paral. Latini & Græci habent, *Apprehendite disciplinam, ne irascatur Dominus.* Ex quo nihil aperte cõtra Iudæos deduci potest: at in Hebræo est בַּרְשָׁרְבָר נַאֲשֶׁרְבָר. Osculamini filium, ne irascatur, id est, reuerentiam exhibete filio Dei, ne ipse irascatur, &c. qui locus est inuictissimè cõtra Iudæos. An ne credibile erit, Iudæos mutasse Scripturam, vt luculentius Dei filio testimonium perhiberet? Item Isaia 53, vbi nos habemus: *Et nos putauimus eum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.* In Hebræo legi potest, percussum Deum & humiliatum, quod certè magnum negotium Iudæis facillit, qui Christum futurum esse Deum non credunt.

Quintum & vltimum argumentum à prouidentia ducitur, qua Deus Ecclesiæ suæ semper prospicit. Nõ enim verisimile est, Deum id passurum fuisse, vt verba tot illustrium prophetarum generaliter falsarentur, præsertim cum ad hunc finem Iudæos disperlerit per totum orbem terrarum, & circumferre eos voluerit libros legis, & Prophetarum, vt inimici nostri Christianæ veritati testimonium præberent.

Obseruavit id S. Iustinus in oratione exhortatoria, & S. Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei, cap. 46. & ex Psalmo 58. manifestè deducitur; *Ne occidas eos, ne quando obuiantur populi tui, asperge illos in virtute tua,* &c. ideo enim dispersi sunt Iudæi locis circumferentes, vt cum pagani non credunt ea, quæ dicimus de Christo esse prædicta, sed à nobis eiusmodi vaticinia conficta, mittamus eos ad inimicos nostros Iudæos, qui vaticinia secum ferunt.

At contra obiciunt. Primo Patrum testimonia, vt Iustini in Dialogo cum Tryphone, Eusebio lib. 4. hist. c. 18. Origenis homil. 12. in Hieremiam, Chrysostomi hom. 5. in Matth. & Hieronymi in Epist. ad Augustinum in c. 5. Micheæ, & in cap. 3. ad Galatas, qui suspiciantur Iudæos quædam exarasse ex Hebraicis codicibus, quædam in odium Christianorum corrupisse.

Respondet, Iustinum & Eusebium nusquam scripisse ab Hebræis textum Hebraicū esse corruptū, sed textum Græcum LXX. interpretum. Verba Iustini hæc sunt in Dialogo cum Tryphone. *Ac, inquit, quod illi multos & integros locos illarum ex translatione eorum, qui cū Ptolemæo fuerunt seniorū, susulerint, in quibus clarè huc ipsum crucifixum, & hominè esse, eumque in cruce pedere & mori, pronunciatum esse ostenditur, scire vos volo.* Hæc Iustinus. Neque vsquam alibi scribit quidquam de corruptione textus Hebraici. Eusebio autem nihil dicit aliud, quam conuictum à Iustino Tryphonem fuisse, maiores suos à Scripturis quædam capitula abstulisse. Quod non aliter intelligendum est, quã vt ipse Iusti. verbis suis exposuit.

Origenes quoque apertè loquitur de corruptione

ne versionis LXX. dicit enim sublatam à Iudæis in versione septuaginta vocem Iuda, in illo Hieremia 17. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, & positum: peccatum eorum scriptum est stylo ferreo.* Sic enim Origenes loquitur. *Deinde alia sequitur propheta quam nescio quare apud 70. non inuenientes in ceteris editionibus, quæ cum Hebræo sermone consentiunt reperimus. Et infra: Iudæi, qui exemplaria nonnulla falsarunt, etiam in hoc loco pro peccato Iuda, peccatum eorum posuerunt.* Cuius etiam corruptionis meminit Hieronymus in hunc locum Hieremia.

Porro Chrysostomus loquitur de interpretibus Iudæis, id est, Aquila, Symmacho & Theodotione, qui in suis interpretationibus de Hebræo in Græcum, multa perperam posuerunt in odium Christianæ fidei, & in reprehensionem LXX. interpretum. De quibus etiam loquitur B. Hieronymus in Epist. ad Augustinum, quæ est inter epistolas Augustini, vbi dicit, se voluisse ex Hebræo vertere diuinos libros, vt restitueret, quæ Iudæi vel omiserant, vel corruerant. Idem autem Hieronymus in commentariis citatis dubitat, non asserit. At in commentariis Isaia, quæ posteriori scriptæ, vt patet ex præfatione comment. in Isaia, & ex libro de viris illustribus extremo, apertè ridet eos, qui putant Hebræos codices esse falsatos.

Secundo obiciunt confessionem Iudæorum, qui passim affirmant, multa à quibusdã suis sapientibus mutata esse in sacris libris, & eas mutationes vocant correctionem scribarum. תיקון סופרים Tikun Sophrim.

Respondet dupliciter. Primum fortè non esse verum vllam emendationem Bibliorum factam à scribis. Origo enim huius sententiæ est Talmud, qui liber est fabulosissimus. Quare nec Epiphanius, nec Hieronymus, qui sunt antiquiores libro Talmud, vnquam meminere huius Tikun Sophrim.

Adde deinde, si Tikun Sophrim non est fabula, non esse corruptionem, sed veram emendationem, non factam à quibuscunque scribis, sed ab Ebraea, & aliis sanctis Prophetis, qui post reditum à captiuitate libros sacros reparauerunt, qui, vt Iudæi perhibent, Concilium celebrauerunt, quod ipsi vocant magnam Synagogam, quia magni viri interfuerunt, & in eo libros sacros, qui tempore captiuitatis dispersi & deprauati fuerant, suæ integritati restituerunt. Certè in editione nostra vulgata ista loca ita habentur, vt scribæ dicuntur correxisse: & B. Hieronymus in commentariis suis in Prophetas eodem modo ista loca se legisse significat.

Adde Genes. 10. vbi nunc habemus, Abraham adhuc stabat coram Domino: olim fuisse, Dominus adhuc stabat coram Abraham, sed à Scribis locum fuisse mutatum. At vulgata editio priorem lectionem retinet.

Item Num. 11. vbi nunc habemus, *Inueniam gratiam in oculis tuis, & nõ videam iram tuam.* hoc est, *malum meum;* dicunt esse correctionem scribarum, & antea fuisse בִּרְעָתִי beraatho, malum tuum. Cæterum priore modo legit editio vulgata.

Arnt præterea Olee 9. olim fuisse בִּשְׂרִי beschari, *mehem*. id est, in carne mea ex eis: Scribas autem correxisse בִּשְׂרִי beschari, cum recessero ab eis. At vulgata editio habet, *Cum recessero ab eis & sic etiam legit Beatus Hieronymus.*

Item aiunt Abacuch 1. antea fuisse, *Nimquid non tu à principio Domine Deus meus sanctus meus,* לֹא לֹא תְּבִינָה lo thamuth, non morieris? Scribas autem correxisse לֹא לֹא תְּבִינָה lo thamuth, non moriemur. At hoc vltimo modo habet editio vulgata, & sic etiam legit B. Hieronymus.

Arnt quoque Malachia 1. fuisse, & exustulastis, אֲתִי othi, me: Scribas verò correxisse, & exustulastis אֲתִי otho, illud. At certè vulgata Latina editio cū Hier. & septuaginta senioribus nõ habet me, sed illud, aut illa. Idem dico de aliis correctionibus scribarū, quas collegit

Prophetus

Prochetus in l. li. de victoria contra Iudæos, & Figuero-la Valentinus c. 3. partis primæ libri sui contra Iudæos.

Ex quo apparet imprudenter quosdam, dum se Hebraeos oppugnare credunt, Ecclesiam ipsam oppugnare. Si enim illarum correctiones scribarum sunt Hebraici textus corruptiones, sequitur aperte vulgatam quoque editionem esse corruptissimam, quam tamen nobis Ecclesia pro versione authentica tradidit.

TERTIO obiciunt, in Psal. 13. deesse octo versiculos in omnibus impressis Hebraeis codicibus, nimirum illos.

Sepulchrum patens est guttur eorum.

Linguis suis dolose agebant.

Venenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.

Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Constitutio & infelicitas in vis eorum.

Et viam pacis non cognoverunt

Non est timor Dei ante oculos eorum.

QUI tamen citantur ab Apostolo Rom. 3. & habentur apud septuaginta. Hoc autem non videtur potuisse accidere ex negligentia scriptorum, sed ex pura malitia Iudæorum, qui hos versus detraxerunt ex Hebræo, vt ostenderent Apostolum nostrum non fideliter protulisse testimonium Psalms.

RESPONDIT B. Hieronymus ad hanc obiectionem, quæ ipsi etiam olim facta fuerat, in præfat. li. 16. in Esaiam, hos versus non pertinere proprie ad Psal. 13. sed ab Apostolo allegari ex variis Scripturæ locis, deinde ab aliquo alio ex Apostolo in Psalterium esse translatos. Inveniuntur enim primus & secundus eorum versusum Psal. 5. Tertius, Psal. 139. Quartus, Psal. 9. Quintus, sextus & septimus habentur Isaiæ 59. Vltimus, Psalmo 35. Atque ibidem addit Hieronymus hos versus non esse in interpretatione LXX, nec vllum Græcum auctorem in suis commentariis hos versus exponere voluisse.

ORIGENES quoque in commentariis cap. 2. epi. ad Rom. dicit Apostolum hos versus sumpsisse ex variis Scripturæ locis. Quibus verbis manifestè significat, eos versus nec in Hebræo textu, nec in 70. seniorum interpretatione reperiri.

SED INSTANT & probant aliquando hos versus fuisse in Hebræo, quia nunc reperiuntur in quodam codice vetustissimo Anglicano.

RESPONDEO, illos versus codicis Anglicani manifestè esse additios. Nam nec verba sunt omnia Hebraica, vt illud מַזַּי Mazai, fors, nec etiã phrasæ præsertim in illo versu אֲשֶׁר פִּיחָם אֵלָּהּ asher pichem alla, quorum os maledictione & amaritudine impleuit. Non enim Hebræi verbum ad finem collocare solent. Vide plura de hac re in libro notationum ad varias lectiones vulgatæ editionis Francisci Lucæ Brugensis.

DICES, si ita est, cur Ecclesia in editione vulgata hos versiculos esse patitur? Nimirum ea de causa, quoniam sunt etiam ipsi sacræ Scripturæ partes quedam, & quoniam sine turbatione & scandalo populi non possent auferri cum longo iam tempore ibi fuerint: quomodo etiam patitur nonnullos errores Typographorum.

VLTIMO obicit Canus, euidentem esse ab Hebræis corruptos esse diuinos codices, quia Gen. 8. in Hebræo legitur; *Coruus egrediebatur & reuertebatur*, cum vulgata editio, & LXX. & omnes Patres legant, nõ reuertebatur.

RESPONDEO in Hebræo non haberi, & reuertebatur, sed שׁוֹב וָאֵץ Vaisse, iatio vashub. hoc est, & exiit exeundo & redeundo donec siccarentur aque, q non significat eorum rediisse intra arcã, sed volitasse circa arcã eundo & redeundo, vt aues solent, & fortasse etiã redeundo ad tectum arcæ, & inde abeundo, idq; sæpius donec siccarentur aqua; cum quo bene cohæret, quod egrediebatur & non reuertebatur, nimirum intra arcã. Adde quod etiam non desunt Latini codices, qui ha-

beant egredi totum, & reuertebatur, vt ex variis lectionibus ad Biblia Louaniensia annotatis cognosci potest.

HIS ergo duabus sententiis refutatis, restat tertia quæ ego verissimam puto, quæ est Driedonis libro secundo de Ecclesiasticis dogmatibus & Scripturis. c. 1. & aliorum, qui docent Scripturas Hebraicas non esse in vniuersum deprauatas opera, vel malitia Iudæorum: nec tamen esse omninõ integras & puras, sed habere suos quosdam errores, qui partim irreperunt negligentia, vel ignorantia librariorum, præsertim cum in Hebræo facile sit errare ob literas quasdam simillimas, quales sunt ב & כ & נ & ח & ט & ק. Partim ignorantia Rabinorum, qui addiderunt puncta. Cum enim possint dictiones Hebraicæ variis modis legi, si punctis careant: non est mirum, si aliquando ipsi quoque in notatione punctorum à vero aberrauerint. Potest etiam fieri, vt ex prauo affectu, & odio in Christum ea lectio interdum ipsis magis probata sit, quæ minus Christianis fauebat.

CÆTERVM non tanti momenti sunt eiusmodi errores, vt in iis, quæ ad fidem, & bonos mores pertinent Scripturæ sacræ integritas desideretur. Plerumque enim tota discrepantia variarum lectionum in dictionibus quibusdam posita est, quæ sensum aut parum, aut nihil mutant. Errores autem, qui ex additione punctorum acciderunt, nihil omnino veritati officiant: puncta enim extrinsecus addita sunt, nec textum mutant. Itaque possumus si volumus puncta detrahere & aliter legere.

CAPVT III.

De editione Chaldaica.

HALDAICA lingua editi sunt libri Tobia & Iudith; & ex parte libri Esdræ, & Danielis: Præterea tota Scriptura vetus translata est paraphrastice ex Hebræo in Chaldaicum, quam paraphrasim ipsi Targum vocant. Et quidem pentateuchum translatisse fertur R. Aquila, q Chaldaicè Onkelus dicitur. Prophetas priores & posteriores, id est, Iosue, Iudices, & Regum libros; Item Isaiam, Hieremiam, & ceteros Prophetas, R. Ionatham Vzielis filius: Psalmos, Iob, Ruth, Esther, & Salomonis opera, R. Ioseph cæcus.

QUA paraphrastice translationes apud Hebræos magnæ sunt auctoritatis, & idcirco nobis etiam vtilis, vt ex iis conuincamus Hebræos. Alioqui ab Ecclesia nõ vsque adeo magni sunt, neque ex iis argumentum firum duci potest. Siquidem (vt rectè ait Franciscus Ximenius Cardinalis præfatione Complutensium Bibliorum) Chaldaicæ paraphrasæ illa excepta, quæ est in pentateuchum, Iudaicis fabulis, & Talmuditarum nugis conspersæ sunt. Idque verissimum esse experimento suo comprobabit quicumque paraphrasim in Threnos, in Cantica, in Iob, in Psalmos, & in Prophetas omnes legere voluerit.

CERTÈ caput 53. Isaiæ, vbi de Christi passione apertissimè Propheta concionatur, totum paraphrasim detorquet ad calamitates populi Iudæorum. In ea verò paraphrasim, quæ est in Cantica & Threnos passim leguntur, libri Talmudim, tertium templum; duo Messia; liberatio à Captiuitate Titi & Vespasiani, minæ aduersus Christianos, & Mahumetanos, quos per Esau, & Ismaël more suo significant.

DENIQUE fabulæ permultæ de lamentatione Dei, de ascensione Moysis in caelum, de tabulis legis, ex sapphyro throni diuini excisis; deque aliis rebus generis eiusdem.

SED neque paraphrasim Aquila in pentateuchum omnino integra & incorrupta censeri debet. Habet enim etiam illa suos errores tamesi pauciores, & leuiiores, quam cætera Ionathæ, & Ioseph paraphrasæ habeant.

Ac vt ex libris singulis aliquid exempli gratia proponamus. In Genesi c. 4. ver. 23. vbi textus Hebræus habet *כי אִישׁ חַוָּוִי* Chisich, haragthi, & concordat Græcus *ὅτι ἀνὴρ ἀνεβόησε*: & Latinus. Quoniã occidi virum: Chaldaea paraphrasim addit negationē *לֹא חַוָּוִי* loguebar,

חַוָּוִי *cathileth*, non occidi virum, & contrarium sensum reddit. Item ca. 22. n. 18. & cap. 26. n. 4. & ca. 28. n. 14. textus Hebræus habet Benedicentur *בְּזָרָא* bezaracha. in semine tuo omnes gentes terræ: & concordat Græcus *ἐν τῷ σπέρματι οὖν* & Latinus in semine tuo: & Apostolus Paulus ad Gal. 3. obseruari iubet promissiones Abrahæ factas, & semini eius, nec esse dictum, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Paraphrasim verò Chaldaica in his omnibus locis reddit numerum multitudinis, benedicentur. *בְּרִי* *bedil*, *בְּנֵי* *benac*, propter filios tuos omnes populi terræ.

IN Exodo cap. 12. n. 43. vbi legimus, in textu Hebræo *כָּל־בֶּן־נֶסֶךְ* *col-ben necar*, Omnis filius alienigena non comedet ex eo: & concordat Græcus *ὅσας ἀλλογενῶν*, & Latinus omnis alienigena: Chaldaea paraphrasim in odium neophytorum posuit, *כָּל־בֶּן־יִשְׂרָאֵל* *col-bar*, *Israel*, *כָּל־אֲשֶׁר־דִּשְׁבְּתָמְמָד* *deshchammad*, Omnis filius Israël destruetus. Sic enim passim Iudæi eos appellant, qui ad fidem Christianam, relicto Iudaismo, conuertuntur.

IN Leuitico c. 10. n. 6. & c. 21. n. 10. vbi textus Hebræus habet *הַתְּרַעֵי אֶל הַתְּשִׁיבִים אֶל תְּבִיפְרָא*, *Capita vestra nõ redetis seu nudabitis*, & concordat Græcus & Latinus: Chaldaea paraphrasim contrarium reddidit. *לֹא תִרְבֹּן פְּרִיעַ* *la thcrasum perua*. Non multiplicabitis comam.

IN Numerorum li. cap. 21. n. 19. ponitur fabula de puto, in quem singuntur Hebræi descendisse cū filiis Israël ad torrentes, & de torrentibus ascendisse cum eis ad colles; & de collibus rursum descendisse ad valles, & ca. 28. n. 9. vbi textus Hebræus habet, *Populus solus habitabit*, hoc est, cum aliis gentibus non miscbitur; paraphrasim Chaldaea, more Iudaico, reddidit; Ecce populus solus possidebit sacculum, id enim illi expectant, vt soli dominantur in orbe terrarum.

DENIQUE in Deuteron. cap. 4. n. 28. & ca. 28. n. 64. vbi Scriptura Hebraica, Græca & Latina prædicit fore vt Hebræi seruiant Diis alienis; quod etiam impletum nouimus non semel fuisse; Chaldaica paraphrasim deriuat hoc scelus idololatriæ ab Hebræis ad gentes. Vertit enim Seruicis populus seruicibus idolis. Nunc pauca quedam de Syriaca editione addenda sunt.

CAPVT III.

De editione Syriaca.

DE editione Syriaca dicenda sunt tria. PRIMVM, quid intersit inter linguam Syriacam & Chaldaicam. DEINDE, qui libri sacri Syriaca lingua scripti habeantur. POSTREMÒ quanta sit huius editionis auctoritas.

QUOD igitur ad primum attinet, Syriaca lingua quasi proles quedam est Hebraicæ & Chaldaicæ linguae. Hebræi quidem, qui vsque ad captiuitatem Babylonicam Hebraicè solum, id est, lingua sua loqui consueuerant: cum abducti essent in Babylonem cœperunt obliuisci linguam propriam, & addiscere alienã, id est, Chaldaicam, quia tamen non perfecte eam pronuciare poterant, & semper aliquid ex Hebraica retinebant; factum est, vt lingua quedam tertia nasceretur, mixta ex Hebraica, & Chaldaica; atque ea est, quam pro vulgari, ac materna diceps Hebræi habuerunt. Quæ quidem Syriaca dicta est à regione, vbi maximè eius vsus viget, siue Hierosolymitana, à ciuitate præcipua Hebræorum: quemadmodum lingua Chaldaica, quæ hoc nomen habet à regione Chaldaea, vocata est. etiam Babylonica, à ciuitate Chaldae nobilissima.

PORRO distinguuntur hæ duæ linguæ caracteribus, verborum coniugationibus, affixis, punctorum notatione, sono vocalium, idiotismis, ac tota ferè linguæ structura, & multis etiam propriis dictionibus.

QUOD autem pertinet ad secundum, Primo certum est, nullum librum veteris Testamenti scriptum esse à

primo auctore in hac lingua, nisi fortassis liber primus Machabæorum & Ecclesiasticus, quorum priorem Hebraicum se vidisse scribit Hieronymus in prologo Galeato; de posteriori idem scribit in prologo Prouerborum. Credibile enim est lingua vulgari Hebræorum, id est, Syriaca scriptos fuisse hos libros, qui tamen non extant hoc tempore, nisi Græcè. De cæteris libris constat, aut Hebraicè, aut Chaldaicè, aut Græcè à primis auctoribus scriptos esse.

DE Testamento nouo maior est dubitatio: & quidem valdè probabile est Euangelium S. Matthæi, & epistolam S. Pauli ad Hebræos, Syriaca lingua scriptam esse: id enim efficacissimis argumentis probat Albertus Vvidemastadius Ferdinandi Imperatoris Cancellarius, qui primus in Europa Testamentum nouum Syriacum imprimi curauit; & Guido Fabricius, cuius est Latina interpretatio noui Testamenti Syriaci in regis Bibliis.

NEQUE his repugnant veteres scriptores Irenæus, Origenes, Eusebius, Athanasius, Epiphanius, Hieronymus, qui hos libros, ac præsertim Euangelium S. Matthæi, Hebraicè scriptos fuisse dicunt: loquuntur enim de lingua Hebraica, quæ Apostolorum tempore vulgaris erat; quemadmodum in ipso Euangelio passim legimus dictum aliquid esse Hebraicè, quod tamen constat vulgari lingua, id est, Syriaca dictum esse: quale est illud Ioan. 19. *Exiit in eum, qui dicitur Caluarialocus. Hebraicè autem Golgotha*. De quibus vocibus vide S. Hieronymum in libro de nominibus Hebraicis, vbi diligenter notauit omnes voces, quæ Syriacæ sunt, cum tamen Hebraicæ esse dicantur ab Euangelistis. Præter hos duos libros, totum nouum Testamentum translatum est ex Græco idiomate in Syriacum, auctore (vt ipsi Syri arbitrantur) S. Marco Euangelista.

QUOD si verum esset, nulla esset causa, cur de huius editionis auctoritate (vt iam ad postremum caput venimus) dubitaretur. Sed non facile adduci possum, vt credam à S. Marco traditam Ecclesiis Syriæ, & Egypti editionem Syriacam Testamenti noui vniuersam, & eius editionis nullam profus mentionem extare apud Clementem Alexandrinum, Origenem, Eusebium, Athanasium; Theophilum, Epiphanium, Hieronymum, Cyrillum, Theodoretum, Ioannem Damascenum, aliõque Patres, qui vel in Syria, vel in Ægypto aut Episcopi, aut Presbyteri fuerunt, & vel de variis Scripturarum editionibus accuratè disputarunt, vel certè multa de Scripturis sanctis posteritati scripta reliquerunt.

QUOD si editio Syriacæ ætate horum Patrum posterior est, vt ego quidem mihi certò persuadeo, non potest eius auctoritas tanta esse, vt cum editione Græca, aut Latina meritò comparari possit, vt interim illud omitteram, quod non desunt etiam quedam in ea editione, quæ vitis doctis, & piis non admodum placeant.

VNUM tamen est præter alia, eius editionis commodum insigne, quod cū in titulis, ac sectionibus capitum, mentio fiat ieiuniorum, venerationis crucis, precum pro defunctis, vigiliarum, memorie sanctorum, aliarumque eiusmodi rerum, quas Lutherani tanquam Romani Pontificis traditiones detestantur, apertissimi mendacij hæc ipsa editio Lutheranos conuincit, sed de editione Chaldaica & Syriaca satis multa pro instituti operis breuitate dicta sunt: nunc ad Græcam veniamus.

CAPVT QVINTVM.

De variis Græcæ editionibus.

EDITIONES Græcæ Testamenti veteris nouum omnino numerantur, præter eam cuius meminit Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, quæ antequam rerum potiteretur Alexander Magnus, incertum quo auctore prodit, & ex qua Plato, cæterique Philosophi non pauca hauerunt: sed quoniam ea, succedente postea translatione illa celeberrima septua-

ginta seniorum, primum negligi: deinde etiam amitti cepit, ita ut longo iam tempore vix memoria eius conseruata sit.

PRIMA omnium à scriptoribus numerari solet illa, quam Ptolemæi Philadelphi iussu septuaginta seniores ediderunt, de qua in sequenti capite plura dicemus. Vide Eusebium lib. 6. hist. cap. 13. Athanasium in Synopsi, & Epiphanius in lib. de mensuris & ponderibus, qui translationes ordine recensent.

SECUNDA translatio Testamenti veteris ex Hebraica lingua in Græcam facta est ab Aquila Pontico, anno duodecimo Adriani Imperatoris, ut Epiphanius loco notato auctor est. Fuit autem Aquila, primum gentilis, deinde Christianus, tum ab Ecclesia pulsus, quod Astrologiæ iudiciariæ studiosus esset, ad Iudæos se contulit, & quoniam hoc extremo tempore Scripturas interpretatus est, non satis bona fide in eo opere versatus creditur.

TERTIA translatio Commodi Imperante à Theodotione facta est, qui auctor est ex heretico Marcionista profectus Iudæorum factus sit, maiori tamen fide Epiphano teste in interpretatione usus est, quam ceteri eius similes. Quocirca semper Ecclesia Danielem ex interpretatione Theodotionis legit, ut Hieronymus testatur præfatione in Danielem.

QUARTA est Symmachii editio, qui Seueri Augusti temporibus sacros libros ex Hebræo in Græcum sermonem transtulit. Nescio autem quo errore factum sit, ut cum Athanasius, & Epiphanius disertis verbis scribant Symmachum sub Seucro, Theodotionem sub Commodi Marci filio Scripturas interpretatos esse, neque dubium vllum esse possit, quin Commodus Seuerum præcesserit; tamen eisdem auctores Symmachum priorem, posteriorem Theodotionem faciunt.

QUOD verò ad Symmachum attinet, fuit is primum Ebionita, si Eusebio credimus; vel Samaritanus, si Athanasius & Epiphanius sequimur: & cum apud suos principatum obtinere non posset, se Iudæis adiunxit, ac secundo circumcisus est. Vbi obiter admonet Epiphanius non esse mirandum, quod Symmachus his potuerit circumcidere; siquidem arte medica, & certis instrumentis Iudæi solebant resectum præputium iterum superinducere, sive attrahere; & hoc esse quod Apostolus ait, 1. Corinth. 7. *Qui circumcisus vocatus est, non adducat præputium*; vel, ut clarius sonant verba Græca, *ἐπιτοκόστω*, hoc est, non attrahatur.

QUINTA editio Græca sine vllò nomine auctoris reperta est in doliis quibusdam apud urbem Hiericho anno V. I. Antonini Caracallæ, qui Seucro patri in Imperio successerat, ut Epiphanius loco notato auctor est.

SEXTA quoque sine nomine auctoris, eodem Epiphano teste in doliis inclusa apud Nicopolim inuenta est Alexandri Mammææ filio imperante.

Ex quibus omnibus editionibus composuit Origenes, ut Eusebius lib. 6. hist. c. 13. & Epiphanius hæresi 63. & lib. de mensuris & ponderibus narrat, illa, quæ dicebantur hexapla, sive tetrapla, sive etiam octapla. Nam diuisit primum Origenes singulas paginas in sex columnas, ac in prima quidem descripsit Hebraicum textum litteris Hebraicis; in secunda eundem textum Hebraicum Græcis litteris; in tertia interpretationem Aquilæ, in quarta interpretationem Symmachii; in quinta interpretationem LXX. seniorum; in sexta interpretationem Theodotionis. Atque hæc volumina propter quatuor interpretationes tetrapla, propter sex columnas hexapla dicebantur.

ADDIDIT deinde quintam & sextam versionem in duabus columnis aliis, & ea volumina octapla nominauit.

SEPTIMA Origenis editio est, qui Scripturas quidem ex Hebræo non transtulit, sed interpretationem septuaginta seniorum ita emendauit, multis ex Theodotione admixtis, & notatis signo stellæ radiantis, multis

etiam obelo, id est, veru iugularis, ut nouam editionem fecisse videtur. Ita verò probata est eo tempore hæc editio, ut breui Bibliothecas omnes repleuerit: ut scribit S. Hieronymus in epist. 89. ad Augustinum, quæ est vndecima inter epistolas Augustini. Eandem quoque editionem *αὐτῶν*, hoc est, communem appellari solitam scribit idem Hieronymus præfatione lib. 16. in Isaiam.

OCTAVA editio S. Luciani Presbyteri & Martyris est, qui cum in editionibus iam numeratis multa vitia obrepisse cognosceret, rursus magno labore nouam editionem molitus est. Quam editionem scribit Athanasius sub Constantino Imperatore repertam esse Nicomediæ ipsius Martyris manibus descriptam, & in pariete quodam asseruatam. Passus est autem S. Lucianus in persecutione Diocletiani, & Maximiani, & Maximino in Oriente tyrannidem exercente, ut idem Athanasius breuiter indicat in Synopsi, & fusius narrat Eusebius lib. 9. hist. cap. 6.

NONA ac postrema editio Helychij est, qui interpretationem LXX. seniorum iterum emendauit, atque Ægypti Ecclesiis tradidit. De quibus editionibus in hunc modum loquitur S. Hieronymus, præfatione in librum Paralipomenon: *Alexandria & Ægyptus in septuaginta suis Helychium laudant auctorem. Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Media inter has prouincias Palaestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgauerunt.*

CAPVT SEXTVM.

De interpretatione LXX. Seniorum.

DE interpretatione septuaginta seniorum, quæ inter omnes Græcas editiones merito primum locum semper obtinuit, quæstiones quinque existunt. Prima, quo tempore facta sit. Secunda, quorum librorum sit. Tertia, quomodo facta. Quarta, quantæ sit auctoritatis. Quinta, num hoc tempore germanam interpretationem 70. seniorum habeamus.

PRIMA quæstio facilis est. Nam etiam Irenæus lib. 3. ca. 25. & Clemens Alexandrinus li. 1. Stromat. scribant Ptolemæo Lagi filio regnante id factum esse; Aristæus autem in historia de hac ipsa re, Iosephus li. 12. antiquit. c. 2. Philo lib. 2. de vita Moïsis; Tertullianus in Apologetico ca. 18. Athanasius in Synopsi, Epiphanius de mensuris & ponderibus alique scriptores omnes Ptolemæum Philadelphum nominant: tamen interuallum non est vsque adeo magnum cum hic Ptolemæus superiori proxime successerit.

EST autem hæc sententia posterior multo probabilior priore, tum quod plures, tum quod antiquiores testes, habeat. Porro Epiphanius non solum tempus regis, sed etiam annum regni annotare curauit. Scribit enim anno decimo septimo Ptolemæi Philadelphi eam translationem esse factam, atque ab eo tempore, vsque ad Christi natalem diem fluxisse annos CCXCI. tot igitur annis ante Christi aduentum ea translatio facta est, nec sine diuino consilio. Nam ut Eusebius scribit lib. 8. de præparat. Euangelica cap. 1. si post Christi aduentum id fieri debuisset, aut scripturam Iudæi, ex inuidia occullassent, aut corruptiorem nobis dedissent, aut certe in suspicionem translatores facile vocarentur.

SECUNDA quæstio paulò difficilior est. Nam B. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, & in ca. 5. Ezechielis & in 2. caput Michææ, propendere videtur in eam sententiam, ut solum Ptolemæum verterint, quod probat ex Aristæo in lib. de septuaginta duobus interpretibus & ex Iosepho præfatione in libros antiquit. & lib. 12. antiquit. cap. 2. quibus adde Philonem lib. 2. de vita Moïsis, qui solius legis mentionem faciunt.

AT eos vertisse omnia scribit Iustinus in Dialogo cum Tryphone, Irenæus lib. 2. cap. 25. Clemens Alexandrinus li. 1. Stromatum, Epiphanius de mensuris & ponderibus,

Euse

Euseb. lib. 8. ca. 1. de præparat. id quod longè probabilius est. Nam Apostoli vsi sunt Græca versione in testimoniis Prophetarum citandis: tempore autem Apostolorum nulla erat alia versio Græca, quam septuaginta interpretum.

DEINDE non est verisimile regem illum, qui ex toto orbe terrarum libros adducebat in suam Bibliothecam, noluisse etiam Prophetarum oracula, & alios libros antiquissimos Iudæorum.

PRAETEREA quomodo mirabile fuisset spatio septuaginta duorum dierum potuisse absolui illam editionem, si Pentateuchus tantum vertendus erat, qui breuiore tempore sine vllò miraculo verti posset? Neque Hieronymus contrarium docet asserendo, sed dubitando: nam alioqui passim in commentariis Prophetarum mentionem facit versionis LXX. & eam explicat. Neque Aristæus nomine legis solum Pentateuchum intelligebat, ut Iudæi sensisse videntur; sed omnes libros sacros. Nam à lege quæ erat præcipuus liber, omnes libri denominabantur. Hinc Ioannis 10. & 15. Dominus dicit in lege Iudæorum scriptum esse id, quod in Psalmis scriptum est, & B. Paulus 1. Corinth. 14. in lege scriptum esse dicit, quod habetur in Isaiâ.

IAM IN TERTIA quæstione illud certum esse videtur, quod omnium consensu celebratur: septuaginta duos viros Hebræos senos videlicet ex qualibet tribu filiorum Israël vtriusque linguae peritissimos spatio dierum septuaginta duorum mirabili consensione diuinas literas apud Pharum Ægypti ex Hebræo sermone in Græcum idioma transtulisse.

VTVM autem singuli separatim, an bini & bini, aut potius omnes simul inter se conferentes interpretationem illam fecerint, in quæstionem vertitur, & adhuc sub iudice lis est. Ac EPIPHANIVS quidem in libro de mensuris & ponderibus, scribit hos interpretes binos in cellulis inclusos fuisse; & diuino miraculo singula paria ipsorum iisdem verbis totam Scripturam transtulisse; ita ut simul confecerint sex & triginta exempla eiusdem prorsus versionis.

IUSTINVS autem in oratione exhortatoria ad Gentes, dicit singulos in singulis cellulis inclusos, & maiori adhuc miraculo à singulis seorsum totam Scripturam iisdem verbis redditam: & se apud Alexandriam vestigia cellularum vidisse. Iustinum sequuti sunt multi ex posterioribus, ut Irenæus lib. 3. cap. 25. Cyrillus catechesi quarta, Clemens Alexandrinus, lib. 1. Stromat. & Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei, cap. 42. quamuis Augustinus, lib. 2. doct. Christ. cap. 15. non audeat rem affirmare.

HIS addunt recentiores quidem patroni harum cellularum Philonem lib. 2. de vita Moïsis, Tertullianum in Apologet. cap. 19. & Chrysostomum homil. 5. in Mattheum. Sed isti tres cellularum non meminerunt: tantum dicunt mirabiliter hos interpretes in eandem sententiam & in eadem verba conuenisse.

AT B. HIERONYMVS præfatione in Pentateuchum aperte ridet hanc historiam. Nescio, inquit, quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo exstruxerit, &c. Itaque existimat B. Hieronymus septuaginta duos interpretes in eadem basilica sedentes, & inter se conferentes Scripturam transtulisse. Id quod probat primum testimonio Aristæi, qui negotio interfuit, & aperte dicit eos simul conferendo singulis diebus vsque ad horam nonam hanc versionem tandem septuaginta duobus diebus absoluisse. Idem probat testimonio Iosephi qui cum esset cupidissimus gloria suæ gentis, tamen lib. 12. antiquit. cap. 2. narrans hanc historiam, cellularum ne meminit quidem.

ADDERE possumus nos etiam Eusebium, qui lib. 8. de præparat. Euangel. cap. 1. similiter rem totam narrat sine vlla mentione cellularum, referens ad verbum quæ habentur in libro Aristæi. Addamus etiam Philonem,

Tertullianum, & Chrysostomum supra citatos, qui cum miracula narrent, quæ in hac versione contrigerunt, nunquam de cellulis siluissent, quod erat omnium præcipuum, si eas verè fuisse credidissent.

QUOD autem ipsi dicunt de summa illa consensione in eandem sententiam, non necessariò conuincit eos loqui de cellulis. Nam reuera miraculum fuit, quod tot homines simul conferendo tam breui tempore potuerint conuenire in singulis sententiis transferendis. Vbi enim est multitudo, diuersitas iudiciorum euitari non potest, & vel nunquam conueniunt, vel non nisi post longas disceptationes. Quocirca B. Augustinus lib. 2. doct. Christ. cap. 15. illud ab omnibus decantatum de istis interpretibus, quod quasi vno ore Scripturas veterint, relictissimè intelligi posse significat, tam secundum eos, qui cellulas tuentur, quam secundum eos, qui illas oppugnant.

HÆC sententia mihi probabilior videtur. Ac etiam visa est probabilior Titelmanno in prologo Apologetico pro editione vulgata, & Andrea Masio præfatione suarum annotationum in Iosue. Nam quod Iustino Iudæi fabulam à se confictam persuaferint, & quædam ruinas ostendentes cellulas esse dixerint septuaginta interpretum, facile fieri potuit: nec minus facile ut Iustino viro sancto fidem haberent aliqui posteriores.

AT Aristæum, qui interfuit, falsum scripsisse credibile non est. Quod enim Ludouicus Viues in ca. 42. lib. 18. ciuit. Dei, & Leo à Castro præfat. in commentaria Isaiæ cap. 35. dicunt hunc librum non esse veri Aristæi, sed confictum ab Hebræis, nihil me mouet: nam omnia, quæ Iosephus, Tertullianus, Eusebius, & Hieronymus ex Aristæo proferunt, in hoc nostro, qui nunc extat, ad verbum inuenimus.

AT, inquit, Epiphanius Aristæum legit, & citat, & tamen meminit cellularum, quod non faceret si in ipso vero Aristæi libro excluderentur cellulae. Nescio quid Leo à Castro velit conficere ex hoc testimonio Epiphaniij: vel enim vult concludere, tempore Epiphaniij librum Aristæi integrum fuisse, & postea esse corruptum: & tunc manifestè refellitur ex Iosepho, & Eusebio, qui ante Epiphanius scripserunt, & tamen in Aristæo cellulas non inueniunt: vel vult ante Epiphanius tempora nondum fuisse inuentum librum verum Aristæi, sed tunc primum esse repertum: & hoc etiam dici non potest: nam Hieronymus, qui simul cum Epiphano, & etiam post Epiphanius vixit, disertè affirmat ex Aristæo non probari, sed refutari cellulas.

PRAETEREA EPIPHANIVS contra omnium sententiam ponit solum triginta sex cellulas, cum alij vel septuaginta duas, vel nullas ponant: nec sanè æquum est vnum Epiphanius omnibus aliis antepone. Itaque credibilius est Epiphanius, vel non legisse Aristæum, sed aliis referentibus credidisse, vel certe cum hæc scripsit, non habuisse eum in manibus, & memoria lapsum esse. Omnino enim verisimile est, historiam de cellulis Epiphanius à Iustino & Irenæo accepisse, & tamen videmus eum ex obliuione aliter se narrasse, quæ illi fecerunt.

SEQUITVR QUARTA quæstio de auctoritate horum interpretum: & quamuis B. Hieronymus præfat. in Pentateuchum, asserat septuaginta interpretes non vates, sed interpretes fuisse, & in quæst. Hebraicis in lib. de optimo genere interpretandi. in epist. ad Suniam & Frellam, & in commentariis Prophetarum passim reprehendat versionem Septuaginta, nihilominus tamen certissimum esse debet LXX. interpretes optimè transtulisse, & peculiari modo Spiritum sanctum assistentem habuisse, ne qua in re errarent, ut non tam interpretes, quam Propheta fuisse videantur.

ID in primis probatur ex communi sententia. Constante enim hoc asserunt omnes citati auctores, Aristæus, Philo, Iosephus, Iustinus, Irenæus, Eusebius, Cle-

mens Alexandrinus, Epiphanius, Chrysoftomus, Cyrillus, & ex Latinis, Tertullianus; & Augustinus, item Hilarius præfat. in Psalmos, & alij omnes. Neque ab hoc numero debet excludi B. Hieronymus, quippe qui præfatio. i. in Paral. scribit. Si versio LXX. integra haberetur, vt ab eis edita fuit, frustra se laboraturam in Bibliis transferendis. Et præfat. secunda dicit, Septuaginta interpretes Spiritu sancto plenos, quæ vera sunt transtulisse. In Apologia quoque contra Rufinum libr. 2. affirmat se nunquam LXX. interpretibus detrudere voluisse.

Ex quo intelligimus, cum cum reprehendit versionem LXX. non reprehendere ipsam versionem, sed vitia, quæ in eam postea irrepsit negligentia, vel malitia, aut etiam ignorantia aliorum.

Quod autem ait interpretes eos non vates, non pugnat cum eo, quod alij passim dicunt, Prophetas eos fuisse potius, quam interpretes: nam nec alij volunt dicere propriè eos fuisse Prophetas, sed tantum Spiritu sancto peculiariter illustratos: neque id Hieronymus negat, vt ex verbis ipsius ostendimus.

Accedit, quod Apostoli hac versione frequenter vtuntur, vt ex eorum citationibus patet, & aperte id asserit Irenæus libr. 3. cap. 25. immò etiam ipse Hieronymus præfatione Euangeliorum ad Damasum. Et postmodum Catholica Ecclesia multis seculis eandem interpretationem secuta est, vt idem Hieronymus præfatione prima in Paralipomenon scribit.

Accedit denique quod non sine miraculo fieri potuit, vt tanta celeritate, tantæque consensione tantum opus conficeretur, quo factum est, vt Philo scribit de vita Moïsis, vt singulis annis festus dies in loco, vbi facta est hæc interpretatio, in memoriam tantæ rei multis temporibus ageretur.

De postrema quaestione licet non ignorem nonnullos in ea sententia esse, vt existiment interpretationem LXX. seniorum penitus interuisse: multo probabilius cenfeo, illam adhuc superesse, sed adeo corruptam & vitiatam, vt omnino alia esse videatur. Quod enim adhuc superest, fidem faciunt plurima testimonia, quæ à veteribus citantur ex versione LXX. & eadem nunc in nostris Græcis codicibus inueniuntur.

Deinde cum hæc fuerit semper celeberrima, & communissima translatio; quis credere poterit, hæc abolita, vel neglecta, aliam aliquam esse conseruatam? Non esse autem incorruptam, sed valde vitiatam in pluribus locis, vt iam tutù non sit Hebraicos vel Latinos textus ex Græcis codicibus emendare, probari potest multis argum.

Primum, testimonio B. Hieronymi, qui præfatione in Paralipomenon, & in Eldram, & alibi frequenter, monet versionem LXX. esse vitiatam multis & variis modis.

Secundo, quoniam LXX. interpretes dicuntur omnia transtulisse ad verbum, ita propriè, vt quicunque sciret vtramque linguam, statim iudicaret fidelissimam esse translationem. Sic enim scribit Philo libr. 2. de vita Moïsis: *Reddita*, inquit, *sunt propria propriis nominibus Græcis ad Chaldaicam exactè respondentibus. Id experimentis quotidianis creditur, siue Chaldaeus Græcam linguam, siue Græcus Chaldaeam didicerit, in vtraque Scripturam Chaldaicam, tum eius interpretatione, miratur germanitatem, immo verum verborumque consonantiam adorat, &c.*

Nec vero moueat quemquam, quòd linguam Hebraicam vocat Chaldaicam; id enim idcirco facit, quòd linguæ sint affines, & notior tunc esset Chaldaea propter imperium Assyriorum, quam Hebræa. Alioqui Hebraicam & Chaldaicam non esse eandem demonstrat B. Hieronymus in caput primum Danielis, ex eo quòd Daniel Hebraus iussus est à Rege Nabuchodonosor discere linguam Chaldaeorum.

Næque solus Philo, sed etiam ante Philonem Aristæus, testatus est admirabilem fuisse rerum & verborum

consonantiam, in: et codices illos Græcos & Hebræos. Et ad finem libri (ui adiecit eam interpretationem à plurimis discussam, consideratam, examinatam, antequam in Regis Bibliotheca poneretur, & ab omnibus acclamatum sanctè & fideliter singula esse translata, vt nihil addi, nihil demij posset.

At ista Græca versio quam nunc habemus, in pluribus locis dissentit ab Hebræo, multa non habet quæ sunt in Hebræo; multa habet, quæ non sunt in Hebræo, vt omnes nouerunt, qui in ea versati sunt. Et qui de hac re ob linguarum imperitiam iudicare non possunt, legant Hieronymi præfationem in Pentateuchum, epistolam ad Sunitiam & Fretellam, quaestiones Hebraicas, comment. in Prophetas, & lib. de optimo genere interpretandi.

Næque videtur satis aptè hoc argumentum solui ab iis, qui respondent textum Hebræum esse corruptum vbi-que à Græco discrepat. Nam neque hæretici hoc admittunt, qui anteponunt Hebræum textum Græco, neque Catholici admittunt debent, ne fateri cogantur vulgatam editionem Latinam, qua Ecclesia Catholica tot iam seculis vtitur, & quam Tridentinum Concilium authenticam esse iudicat, totam quoque esse corruptam. Nam excepto Psalterio, Latina editio cum Hebræis codicibus magis conuenit, quam cum Græcis.

Scio quidem Epiphanius libro de mensuris & ponderibus, Hieronymum in præfat. in Pentateuchum, & libr. de opt. gen. interpret. & Augustinum libr. 8. de ciuit. Dei, ca. 43. & 44. scriptum reliquisse, septuaginta seniores de indultoria quædam omisisse, quædam addidisse, & quædam aliter veris, quia sic eis dictabar Spiritus sanctus. Sed isti Patres piè quærebant rationes excusandi, & defendendi eam versionem, qua tunc Ecclesia vtatur. Cæterum si ita esset, quomodo Philo diceret, summam fuisse consonantiam rerum & verborum? Quomodo etiam assereret Aristæus omnes, qui eam initio viderunt, acclamasse singula esse bene & fideliter versa? quomodo non admirati fuissent, tam multa detracta, tam multa addita, tam multa contrario sensu reddita?

Tertio probatur ex multis sententiis, quæ in hac versione inueniuntur, quæ nullo modo cum veritate coherant. Quale est illud de supputatione annorum Mathusalem Gen. 5. Nam secundum Græcam editionem inuenitur Mathusalem vixisse 14. annos post diluuium, cum tamen in arca non fuerit. Solum enim octo animæ per arcam saluæ factæ sunt, id est, Noè, Sem, Cam, & Iaphet, & uxores eorum, vt habemus Gen. 6. & 1. Petri 3.

Quem nodum non aliter soluere potuerunt B. Hieronymus in quaest. Hebraicis, B. Augustinus libr. 15. de ciuit. Dei, c. 13. Eucherius & alij in c. 5. Genesios, nisi admittendo esse errorem in codicibus Græcis, quem errorem licet non adscribant Patres illis senioribus septuaginta, sed iis, qui primi scripserunt libros ex Bibliotheca Regis Prolemæi: interim tamen codices, quos nunc habemus, vitiatos esse negare non potuerunt. Tale est etiam illud Gen. 26. vbi LXX. habent, dixisse seruos Isaac de puteo: *Non inuenimus aquam*; cum Hebræi & Latini codices habeant; *Inuenimus aquam*, quæ simul vera esse non possunt. Et certum est nostram lectionem esse vtiorem, cum proximè sequatur, propterea Isaac vocasse nomen loci illius abundantiam. Tale quoque est illud Ionæ 3. vbi LXX. habent, *Adhuc tres dies, & Ninive subuertetur*, cum Hebraici & nostri codices habeant, *Adhuc quadraginta dies*. Quem locum exponens B. Hieronymus ostendit, non posse villo modo defendi lectionem LXX. etiam B. Augustinus libr. 8. de ciuitat. Dei, ca. 44. fatetur Ionam scripsisse dies quadraginta, non dies tres. Multa sunt alia eiusdem generis, sed hæc tria loco exempli adferre placuit.

Probat vltimo, quia satis constat editionem LXX. interpretum à Iudæis multis in locis fuisse corruptam, vt Iustinus affirmat in Dialogo cum Tryphone.

Constat

Constat item eandem editionem saepe sepius emendatam ab Origene, Luciano, Hefychio, Hieronymo: nihil autem emendatur nisi quod ante vitium est. Neque credibile est, eam editionem, quæ primis trecentis annis tot maculas contraxerat, reliquis annis mille ducentis inuolantem atque integram seruaram.

Denique constat tempore B. Hieronymi, vt ipse scribit in Epist. ad Augustinum, quæ est inter epistolas Augustini, omnes ferè Græcos codices, ex versione septuaginta, habuisse admixta multa ex Theodotione, asserit præfixis, deinde paulatim asteriscos excidisse, interuisse etiam editionem Theodotionis. Inde autem necessario orta est confusio, vt iam nemo iudicare possit, quid in iis libris sit LXX. quid verò Theodotionis. Hæc de Septuaginta.

CAPVT SEPTIMUM.

De editione Græca Testamenti noui.

Væ quaestiones de Græca editione Testamenti noui disputari solent. Prior est de auctoribus eius editionis. Posterior de auctoritate, & integritate eiusdem editionis.

Ac prior quidem quaestio nec admodum necessaria, nec valde difficilis est. Nam in primis constat Testamentum nouum Græcè scriptum esse ab eis Apostolis vel Euangelistis, quorum nomina in titulis singulorum librorum, vel epistolarum præfigurantur, exceptis duntaxat Euangelio Matthæi & Marci, & epistola ad Hebræos: si quidem Matthæum Hebraico sermone scripsisse Euangelium suum testatur Irenæus libr. 3. c. 1. Athanasius in Synopsi, Hieronymus præfat. in Matthæum, & in c. 11. Osee, & in lib. de scriptoribus Ecclesiæ. in Matthæo, & alij omnes.

Porro Athanasius loco citato existimat, ab Apostolo Iacobo Matthæi Euangelium in Græcam linguam esse translatum, alij verò Ioanni Apostolo, & alij ipsi Matthæo eam translationem tribuunt. Sed cuiuscunque sit, ita recepta est ab Ecclesia illa translatio, ac si ea lingua primum scriptum fuisset Euangelium Matthæi.

Quocirca non multum egeamus Euangelio Hebraico, quòd Munsterus edidit: nec illo etiam quòd nuper edi curauit Ioan. Tilius, in quo multa desunt, multa superuacanea sunt, non pauca etiam immutata censentur; & Deus nouit, vtrum id factum non sit ad detrahendam fidem Græcorum & Latinè editioni, astutia videlicet Iudæorum, ex quorum promptuariis Euangelium illud prodierit.

Marci verò librum Latinè ab ipso Marco Romæ scriptum esse, ac deinde ab eodem Aquilæ in Græcâ linguam conuersum, docet Adrianus Finus libr. 6. flagelli Iudæorum c. 89. & libr. 8. c. 62. & qui Finum sequutus est, Petrus Antonius Beuter enim 8. & 9. ad sacram Scripturam. In vita quoque sancti Petri, quæ in Pontificali Damasi primum locum tenet, satis aperte indicatur, Marci Euangelium initio Latinè ab ipso scriptum fuisse.

De epistola ad Hebræos iam antea disseruimus, atq; ostendimus eam epistolam vel ab ipso Paulo Græcè scriptam esse, vel certè ab Apostolico aliquo viro ex Hebraico sermone in Græcum esse translata. Itaque Græca editio Testamenti noui vniuersa, Apostolos & Euangelistas auctores habet.

Iam verò quòd attinet ad auctoritatem, dubium esse non potest, quin editio Apostolica summæ sit auctoritatis, nisi forte sentiet eam esse corruptam. De qua re ita sentiendum cenfeo, vt supra de Hebraicis diximus, videlicet non esse Græcos codices corruptos generaliter: nec tamen fontes esse purissimos vt necessario quicquid ab eis dissentit corrigendum sit, vt falso existimant Caluinus, Maior, Kemnitius, cæteri; huius temporis hæretici.

Er verò non esse Græcos codices in vniuersum atq; omnino corruptos facile demonstrari potest: nam etiam multa deprauare conati sunt hæretici, tamen nunquam defuerunt Catholici, qui eorum corruptelas detexerint,

& non permiserint libros sacros corrumpi. Plurima ex toto nouo Testamento abstulit, mutauitque Marcion, vt testatur Tertullianus libr. 5. contra Marcionem: sed illa omnia ferè notauit Epiphanius hæres. 42. & in nostris codicibus Græcis habentur rectè. Ariani quoque abstulerunt ex Euangelio Ioan. 4. Spiritus est Deus, sed indicauit & notauit B. Ambrosius libr. 3. de Spiritu sancto c. 11. & nostri codices Græci omnes hoc testimonium habent.

Quod autem non sint vbiq; incorrupti, sed aliqui interdum errores irrepsit, saltem negligentia librariorum, & nò sit tutum semper Latina ad Græca corrigere, aliquot exemplis planum fiet. Certè 1. Corinth. 15. legendum est: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis*, vt non solum nostra Latina versio habet, sed etiam Caluinus probat c. 7. in fit. 5. 12. At Græci constanter legunt *secundus homo Dominus de cælo*, & de Hebræo & vniuersis & vniuersis & vniuersis. Quam deprauationem mansisse vitio scriptorum ex corruptionibus Marcionis, patet ex Tertulliano libr. 5. in Marcionem.

Præterea 1. Cor. 7. vbi nos habemus; *Qui cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est: mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, &c.* Græci codices longè aliter habent, nam illud diuisus est, coniungunt cum sequentibus, sic, *mei estis & in vniuersis & in vniuersis*, diuisa est vxor & virgo. Quam lectionem B. Hieronymus in libr. 1. contra Ioaninianum affirmat non esse Apostolicæ veritatis.

Rom. 12. vbi nos legimus; *Dominum seruietes*: Græci non habent *seruietes* sed *seruietes aduersus*, id est, temporari seruietes. Et tamen nostram lectionem esse verissimam patet tum ex Hieronymo in epist. ad Marcellam, quæ incipit, *Post priorem epistolam, vbi dicit, in emendatis Græcis codicibus haberi non *seruietes*, sed *seruietes* tum ex Origene, Chrysoftomo, Theophylacto, & aliis Græcis Patribus, qui sic legerunt, & explicauerunt in suis cômētariis.*

Denique constat in plurimis Græcis codicibus desesse multas veræ Scripturæ partes, vt historiam adulteræ, Ioan. 8. Vltimū caput Marci; Testimonium pulcherrimū Trinitatis, & Ioanis 7. & alia de quibus supra disseruimus.

Consstat etiam quædam in omnibus Græcis codicibus inueniri, quæ non sunt partes diuinæ Scripturæ, vt Matt. 6. orationi dominicæ additur: *Quia tuum est regnum & potentia, & gloria in secula*: quæ verba non esse de textu, sed addita à Græcis, ex duobus intelligi potest. Primo ex eo quòd Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus orationem Dominicam exponunt, & tamen nullam horum verborum mentionem faciunt, cum omnes isti Græcè bene nouerint. Secundo ex eo quòd Græci in sua Liturgia recitant quidem hæc verba, sed non continuant cum oratione Dominica.

CAPVT OCTAVVM.

De Latinis editionibus.

De Latinis editionibus tria nobis explicanda sumptissima. Primum, quòd & quæ fuerint olim Latinæ editiones. Secundo, quis sit auctor eius, quæ nunc vulgata dicitur. Tertio, quantæ sit auctoritatis hæc ipsa vulgata editio.

Ac vt incipiamus à primo, editiones Latinas Testamenti veteris ex Græca versione LXX. & Testamenti noui ex Græco fonte propè innumerabiles fuisse ante tempora Hieronymi testatur S. Augustinus libr. 2. de doct. Christ. cap. 11. his verbis. *Qui, inquit, ex Hebræa lingua Scripturas in Græcam verterunt linguam, numerari possunt, Latini autem nullo modo. At enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, & qui aliquantulum facultatis sibi met vtriusque lingue habere videbatur, ausus est interpretari. Idem docet B. Hieronymus præfat. in Iosue; *Apud Latinos, inquit, solum sunt exemplaria, quot codices, cum vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit, vel subtraxerit, quòd ei visum est.**

NIHIL OMNIVS tamen una erat communior, quæ vetus & vulgata editio dicebatur: ut patet ex D. Gregorio præfati in libro moral. c. 5. & ex B. Hieronymo in c. 14. & 46. Itaque, & alibi. Et hæc videtur esse Itala interpretatio, quam B. Augustinus lib. 2. de doct. Christ. c. 15. omnibus aliis anteponebat, cum ait, *In ipsis interpretationibus Italia cæteris præfertur: nam est verborum tenacior cum perspicacitate sententia.*

AT S. Hieronymus bis testamentum vetus in Latinum convertit. Primum ex Græco, id est, ex versione LXX. ut intelligi potest ex lib. 2. contra Rufinum, & ex epist. 10. Augustini & seq. quæ est Hieronymi ad Augustinum, nec non ex præfatione in Iob. Et rursum ex Hebræo, ut ipse idem testatur in lib. de viris illust. extremo, & in præfationibus singulorum librorum, quos Latinos fecit.

NOVVM autem Testamentum non convertit de Græco in Latinum, sed solum emendavit à multis erroribus, qui vitio librariorum irrepserant. De quo suo labore sic ipse loquitur libro de viris illust. in fine. *Novum Testamentum inquit, Orgeç fidei reddidit. Et præfat. Evangeliorum ad Damasum. Ita, inquit, calamo temperavimus, ut vis tantum, que sensum mutare videbantur, correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerant.*

QUOD si quis putet convertit esse ab illo novum Testamentum, quoniam B. Augustinus ep. 10. ad Hieronymum scribit. *Proinde non parvas Deo gratias agimus de opere tuo, quod Evangelium ex Græco interpretatus es, &c.* audiat Hieronymum dubium hoc solentem in epistol. ad Augustinum, quæ est II. inter epist. Augustini; si me, inquit, in novi Testamenti emendatione suscipis, &c.

PORRO D. Hieronymi versio ex Hebræo in Latinum mox cæpit à quibusdam Ecclesiis recipi, & publicè legi, ut patet ex ep. 10. Augustini ad Hieronymum, ita tamen ut etiam alia editio antiqua non contemneretur. Quod apertius intelligitur ex D. Gregorio præfati in lib. moral. c. 5. ubi dicit suo tempore Romanam Ecclesiam utraque editione uti consuevisse, id est, antiqua versâ ex Græco, & nova Hieronymi versâ ex Hebræo.

POST tempora autem B. Gregorij, viderentur omnes Latine editiones euanuissæ præter unam istam, quam nunc veterem, & vulgatam vocavimus; de cuius auctore mox dicemus. Hoc autem nostro seculo iterum ad illam ætatem rediisse videmus, in qua omnes, qui aliquid poterant, continuò sacros libros transferebant. Siquidem recentiorum, ac præsertim hæreticorum, Latine interpretationes numerari vix possunt. Sed de his hæcenus.

C A P V T IX.
De auctore vulgatæ editionis.

NON parva quæstio est de hac nostra vulgata Latina editione, si nē illa antiqua quæ erat ante Hieronymum, an verò ipsius Hieronymi, an mixta ex utraque.

NON esse B. Hieronymi arbitrantur, vel certè suspicantur, Sæctes Pagninus præfati. suæ interpretationis Bibliorum ad Clementē VI. Pontificē Max. Paulus Forosempronij Episcopus lib. 2. c. 1. de die Passionis Domini.

CONTRA esse B. Hieronymum, contendunt Augustinus Eugubinus, & Ioannes Picus Mirandulanus in libris de hac re editis, aliq; nonnulli. At mixtam esse ex veteri, & nova, docent Ioannes Driedo lib. 2. cap. 1. de Eccles. dogm. & Scripturis, & Sixtus Senensis lib. 8. Bibliothecæ sanctæ extremo.

NOS igitur gratia brevitatis & claritatis, sententiam nostram quatuor propositionibus complectemur.

PRI MA propositio. Testamentum novum Latinum editionis vulgatæ ex antiqua versione habemus, quam tamen B. Hieronymus emendavit. Id verò eo potissimum argumento probamus, quòd multa loca, quæ B. Hieronymus reprehendit in antiqua versione, nos in nostra invenimus ita correctâ, ut ipse affirmat esse corrigenda.

AC ut aliqua loca conferamus, in comment. cap. 2. Matth. dicit illud: *In bethlehem iudææ, debere esse: In Beth elem iudææ.* Lib. 1. in Iovinian. reprehendit illud 1. Corin. *Divisa est mulier, & virgo.* & vult legendum, *Mulier unius & virgo, &c.* In epist. ad Marcellam, ad finem secundi tomi, reprehendit illud Rom. 12. *Tempori fermentes,* & legi vult, *Domino fermentes.* Ibidem reprehendit illud 1. Timoth. 1. *Humanus sermo.* & docet legendum, *Fidelis sermo.* In comment. c. 2. ad Gal. reprehendit illud: *Quibus ad horam cessimus,* & restituit, *Quibus neque ad horam cessimus.* Et in comment. c. 5. reprehendit illud: *persuasio vestra ex Deo est.* & vult legi: *Non est ex eo, qui vocat vos.* In comment. c. 1. ad Ephes. reprehendit illud: *Qui est pignus hereditatis in redemptionem adoptionis,* & vult legi: *in redemptionem acquisitionis.*

HÆC autē omnia, & alia id genus permulta, ita nūc habem⁹ in editione vulgata, ut ipse monet legi debuissē. **P**RÆTEREA constat, Hieronymum emendasse novum testamentum iussu Pontificis Damasii: constat etiam eius emendationem fuisse receptam, & valde placuisse hominibus eius temporis, ut intelligi potest ex ep. 10. Augustini ad Hieronymum. Non est igitur verisimile postea fuisse reiectam, sed potius retentam & conservatam.

NEVVÈ mouere debet, quòd quedam loca non sunt emendata, ut Hieronymus monuit emendanda, quale est illud Rom. 12. *Sapere ad sobrietatem,* quod Hieronymus lib. 1. in Iovinianum vult legi: *Sapere ad pudicitiam.* Et illud 1. Cor. 13. *Si tradidero corpus meum ita ut ardeam,* quod Hieronymus in c. 5. ad Galat. vult legi, *Ita ut gloriari:* & quedam alia, quæ ipse corrigit in comment. epistolarum ad Galatas, ad Ephesios, & ad Titum. Nam ipse idem præfat. Evangeliorum ad Damasum faretur, se non omnia correxisse, quæ corrigenda esse putabat, ne nimis multa immutasse videretur.

PRÆTEREA potest fieri, ut dum ista commentaria scriberet existimaret illa esse mutanda, quæ tamen postea cum Testamentum novum suscepit emendandū, re melius considerata iudicavit non esse mutanda. Nam prius eum scripsisse ista commentaria, quam Testamentum novum emendauerit, colligitur ex lib. de viris illust. extremo: & sanè nostra versio in his duobus locis melior est quā illa quam B. Hieronymus substitui tunc volebat.

SE C V N D A propositio Pſalterium vulgatæ editionis Latine non est illud quod D. Hieronymus transtulit ex Hebræo; neque illud, quod transtulit ex versione Græca LXX. interpretum, sed illud quod ipse emendavit, translatum ab antiquo interprete ex editione S. Luciani Martyris: si quidem B. Hieronymus circa Pſalterium quater laboravit.

TRANSTVLTIT enim illud ex Hebræo in Latinum, ut patet ex epistola eiusdem ad Sophronium. Item convertit ex Græco in Latinum ex pura editione septuaginta, ut habebatur in exaplis Origenis, ut ipse testatur in epist. ad Suniam & Fretellam. Denique bis emendavit antiquam editionem, quæ translata erat ex Græca communi & vulgata, ut patet ex præfati. Pſalt. ad Paulam & Eustochium. Sed singula breuiter demonstramus.

DI C I M V S igitur Pſalterium nostrum non esse illud quod B. Hieronymus transtulit ex Hebræo, idque certum est: nam illud existat in operibus B. Hieronymi, & ferè vbiq; dissentit à nostro, saltem quoad verba.

AD D I M V S, neque esse illud, quod ipse vertit ex Origenis exaplis, sed illud commune, quod bis emendavit, idque probatur ex epist. ad Suniam & Fretellam: nam ibi dicit, quod habetur Pſal. 5. *Dirige in conspectu tuo viam meam,* aliter haberi apud LXX. & omnes alias interpretationes, excepta communi & vulgata. At nostra editio ita habet: igitur nostra editio est illa communis & vulgata, & à pura interpretatione LXX. seniorum distincta.

PRÆTEREA ibidē Hieronymus dicit quod habe-

tur

tur Pſal. 73. *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra,* haberi apud LXX. in exaplis, & apud omnes alios interpretes. *Incendamus vel comburamus omnes dies festos,* & solum in vulgata haberi, *Quiescere faciamus.* At nos habemus, *Quiescere faciamus.* Item quod habemus Pſal. 103. *Petra refugium herinacis,* dicit, LXX. vertisse, *refugium leporibus:* igitur nostra non est illa ipsa versio LXX.

DENIQVE in tota illa Epistola sapissimè ponit verba Latini Pſalterij, ut tunc erat in communi usu, & in Ecclesiis cantabatur: at illa omnia in nostro invenimus. Igitur nostrum est Pſalterium illud commune, & perulgatum. Porro commune à Hieronymo vocari illud quod Origenes, & postea Lucianus emendavit, perspicuum est ex illa ipsa epist. ad Suniam & Fretellam. Sic enim initio Epistolæ S. Hieronymus loquitur. *Sciatis etiam esse editionem, quam Origenes, & Cæsariensis Eusebius, omnesque Græci tractatores, &c. id est, communem appellant, atque vulgatam, & à plerisque nunc nonnullis dicitur, aliam septuaginta interpretum, quæ in veteribus codicibus reperitur.*

TERTIA propositio. Probabile nobis est lib. Sapientia, & Ecclesiastici, & Machabæorum nos non habere ex versione Hieronymi, sed ex antiqua translatione, cuius auctor ignoratur. Ad hoc mouemur. Primo, quia B. Hieronymus nusquam affirmat se transtulisse hos libros, neque vllæ existant præfationes eius in hos libros, cum tamen in Epist. ad Augustinum, quæ est II. inter Epist. Augustini, dicat se singulis libris præfatiunculas præfixisse. Secundo, quia B. Hieronymus hos libros arbitrabatur apocryphos, ut patet ex prologo Galeato, & ex præfatione Prouerbiorum; proinde verisimile est, eum neglexisse horum librorum interpretationem. Tertio, quia multa citantur ex his libris à B. Cypriano, præsertim in lib. de exhortatione martyrij, & aliis Patribus B. Hieronymo antiquioribus, eo modo profus, ut nos in nostra vulgata editione habemus.

QUARTA propositio. Reliqua omnia ex Hieronymi versione ex Hebræo habemus in editione vulgata. Id probatur.

PRIM O, quoniam constat B. Hieronymum primum & solum ex antiquis transtulisse ex Hebræo in Latinum Testamentum vetus: & rursum constat, nostram editionem translationem esse ex Hebræo in Latinum, exceptis Pſalmis, Sapientia, Ecclesiastico, & Machabæis.

QUOD Hieronymus transtulerit ex Hebræo, ipse testatur lib. de viris illustribus extremo. Quod ipse primum ex antiquis, patet ex Augustino in Epist. 8. & 10. lib. 18. de ciuitat. Dei. c. 43. & ex omnibus Hieronymi præfationibus, in quibus semper deprecatur calumniam, quod ausus sit ex Hebræo transferre. Quod post eum vsque ad nostra tempora, nemo idem tentauerit, certo certius est.

IAM verò quod vulgata editio, translatio sit ex Hebræo, ipsa quodammodo clamat, dum penè vbiq; concordat cum Hebræo, & à Græco dissentit. Sunt præterea certa indicia huius rei ferè in omnibus libris. Nā in Pentateucho, præsertim Genes. 5. omnes libri antiqui quia erant ex versione LXX. expressi, continebant errorem illum de numero annorum: at nostra editio Hebræicæ veritati consentit. In lib. Esther & Danielis sæpe in ipsis libris inuenimus annotatiunculas B. Hieronymi dicentis, se expressisse fideliter, quæ erant in Hebræo, reliqua autem de editione vulgata, vel ex Theodotione addidisse.

PRÆFATIONE in Iob dicit in antiqua editione Latina & Græca libri Iob deesse ad 800. versus quos ipse de Hebræo in sua editione posuerit: at nostra editio integerrima & plenissima est, non minus quàm Hebræica. Denique in commentariis Prophetarum, ferè vbiq; duas versiones ponit & explicat, id est, suam quæ est nostra vulgata, & aliam septuaginta interpretum.

SE C V N D O probatur, quia illa omnia, quæ B. Hier-

onymus præfatione in Pentateuchum, & lib. de opr. genere interpretandi, dicit non haberi in editione LXX. & se addidisse in sua translatione ex Hebræo, in nostra vulgata editione inuenimus; ut illud: *Ex A. egypto vocavi filium meum,* Osee II. & *Vid. bini in quem transierunt.* Zach. II. & *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparasti diligentibus te.* Isa. 64.

TERTIO probatur iis locis, quæ B. Hieronymus monet se aliter vertisse, quàm LXX. verterint, quæ in nostra editione omnia inuenimus, ut ipse se vertisse dicit. In epist. ad Augustinum, quæ est II. inter Epistolas Augustini, ait Ionæ 4. se vertisse, *Hederam,* vbi LXX. verterunt *curbitam.* Item in quæst. Hebræicis in Genesim dicit, Genes. 2. legendum: *Compleuit die septima opus suum,* cum apud LXX. legeretur: *Die sexta.* Ibidem dicit legendum: *Locata est virago,* cum apud LXX. dicatur, *Mulier.* Ibidē dicit legendū: *Immisit eslavim.* Similia multa inueniuntur tum in quæstionibus Hebræicis, tum in comment. Prophehtarum.

S. GREGORIUS quoque lib. 20. moral. c. 24. explicans illud: *Mutatus es mihi in crudellem;* dicit antiquam translationem longè aliter habuisse, sed hanc nouam ex Hebræo factam esse meliorem. At in nostra est, *Mutatus es mihi in crudellem.* Iob. 30.

QUARTO probatur ex præfationibus. Nam ipse testatur in Epist. ad Augustinum iam citata, se editioni suæ ex Hebræo singulis penè libris præfatiunculas præfixisse, quas etiam nunc videmus in Bibliis vulgatæ editionis, nec vllus unquam negavit eas esse Hieronymi. At certè non est credibile totum opus perisise, præter solas præfatiunculas. Qui enim abiecerunt vel neglexerūt editionē beati Hieronymi, cur, quæso, præfatiunculas conseruauerūt.

AT in contrariū tria argumēta potissimū fieri solent.

AR G V M E N T V M primum Pauli Forosempronien- sis & Sanctis Pagnini sumitur ex multis locis, in quibus nostra versio ab Hebræica veritate dissentit; nec enim credibile est, Hieronymum Hebræicæ linguæ peritissimum in ea re labi potuisse.

RE S P O N D E O, duplici de causa accidisse, ut nostra versio ab Hebræico textu aliquando dissentire videatur. Vna est, eaque longè latèque patens, incuria librariorū, de qua re passim ipse in præfationibus suis conqueritur. Altera causa est, quia sæpe B. Hieronymus non tam verba quàm sensum exprimere studuit, ut faciendum esse ipse idem docet in lib. de optimo genere interpretandi.

EX E M P L V M sit in illis verbis Eccle. 1. *Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.* Videntur enim hæc verba longè aliud sonare, quàm Hebræica, quæ ad verbum sic habent: *חסרון לא יוכל להמרות מעות לא יוכל להבין חסרון לו יוכל להמרות מעות לא יוכל להבין חסרון לו יוכל להמרות מעות.* hoc est, *Peruersum non poterit ad dirigere, & stultum non poterit ad numerari.* Sed certè Hieronymus elegantissimè sensum expressit. De hoc argumento plura dicemus in sequenti capite.

AR G V M E N T V M secundum. Hieron. præfati in Pſal. & in Iob & in Paralip. admonet se distinxisse suam editionem per asteriscos & obeliscos: at in nostra vulgata non videmus ista signa: non igitur est Hieronymi vulgata nostra editio.

RE S P O N D E O ex ipso Hieronymo in Epistola ad Augustinum supra citata, Hieronymum distinxisse per asteriscos & obeliscos eam editionem, quam fecerat ex Græco, nō autem eam quam fecerat ex Hebræo. In Pſalterio igitur nostro vulgato debuissent esse asterisci, & obelisci, quorum meminit Hieronymus in præfatione, sed exciderunt negligentia librariorum: neque hoc est mirum: nam etiam tempore ipsius cæperant excidere, ut patet ex illa ipsa præfatione, & ex Epistola ad Suniam & Fretellam. in lib. autē Iob & Paralipomenon nostræ editionis vulgatæ, nunquam fuerunt, nec esse debēt asterisci

vel obelisci. Hinc enim duas praefationes nos habemus tam in Iob, quam in Paralipomenon, quarum prior, in qua non fit mentio asterisci & obelisci, pertinet ad nostram versionem, quae est ex Hebraeo, posterior, in qua fit mentio eorum signorum, pertinet ad aliam versionem, quam fecit ex Graeco.

TERTIUM argumentum. Multa inveniuntur in nostra editione vulgata, quae B. Hieronymus in quaestionibus Hebraicis, in lib. de optimo genere interpretandi, in commentariis in Prophetas, & in Ecclesiasten docet, aliter fuisse vertenda: igitur fieri non potest, ut editio nostra vulgata sit illa ipsa translatio, quam Hieronymus fecerat ex Hebraeo.

RESPONDEO, quatuor de causis accidisse, ut quaedam in nostro textu sint, quae beatus Hieronymus reprehendit. PRIMA est, error & negligentia librarium.

SECUNDA causa est, varia significatio vocabulorum, interdum enim possunt duo significare, & D. Hieronymus modò vnam, modò alteram significationem sequutus est; exemplum habemus in Ecclesiaste: nam B. Hieronymus bis vertit Ecclesiasten, ut patet ex praefatione commentariorum in Ecclesiasten, & praefatione Proverb. Et quidem in prima translatione vertit cap. 2. Cogitavi trahere carnem meam in vinum, & sic etiam in commentario exponit: at in secunda translatione maluit vertere; Cogitavi abstrahere carnem meam à vino: quam lectionem nos habemus, & melior est nostra lectio. Nam verbum Hebraeum בַּיַּיִן bāyāy, potest significare in vino, seu in vinum, & etiam de vino siue à vino, nam litera בַּ deferuit & loco, in, & loco, de, contextus autem magis requirit, à vino, quam in vinum. Sequitur enim, Vt animum meum transferrem ad sapientiam.

QUOD autem litera בַּ accipiatur frequenter pro בַּיַּיִן, id est, ex, de, ab, perspicuum est ex his locis, Exod. 12. vers. 43. Exod. 35. vers. 32. Exod. 38. vers. 8. & Leuit. 8. vers. 32. & 2. Paralipom. cap. 16. vers. 6.

QUOD verò beatus Hieronymus soleat variis modis vertere, quando verba id ferant, testatur ipsemet libro primo apologiae contra Rufinum, ubi dicit Psalm. 2. se vertisse, Adorate purè: & tamen in commentariis exposuisse, Adorate filium, quoniam vox Hebraea ambigua est.

TERTIA causa est, quia ipsemet postea mutavit sententiam, & loca sua correxit.

Ac vt exemplum aliquod proferamus, libro de optimo genere interpretandi, & praefatione in Pentateuchum, dicit Isaia II. non debere legi: Flos de radice eius ascendet, sed, Nazareus de radice eius ascendet: & LXX. hoc nomen Nazaraei, malè praetermisit, & hunc locum citari à Mattho c. 2. ubi dicit: Vt impleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur, at ipse idem postea vertit, sicut vertent septuaginta, nimirum: Et flos de radice eius ascendet. Et in commentario c. II. Isaia, reddidit rationem huius rei; quoniam verbum Hebraeum ibi positum נָצַר nēser, scribitur per Tade, cum Nazareus dicatur à verbo נָצַר Nazar, per Zain, quocirca committit, c. 2. Matthi dicit illud: Quoniam Nazareus vocabitur, non esse desumptum ex aliquo vno Propheta, sed ex eo, quod omnes Prophetæ dominum sanctum futurum esse praedixerunt.

PARI ratione lib. 5. comment. in Isa. fatetur cap. 19. malè se vertisse: Erit terra Iuda Aegypto in festiuitatem, cum potius verti debuisset, in pauorem: & hoc posteriore modo nos iam habemus in vulgata editione.

QUARTA causa est, quia etiam B. Hieronymus interdum senserit, quaedam mutanda in sua versione, & ea notauerit in suis commentariis, tamen Ecclesia postea magis iudicauit veram primam versionem, & illam retinere maluit in editione vulgata. Nam lib. 5. comm. in Isaia, ubi B. Hieronymus dicit, se vertisse Festiuitatem pro Pauore, ibidem dicit, se malè vertisse; Refrenantem, pro, Laeuentem, & tamen videmus in nostra editione vulgata

priorem correctionem Hieronymi admissam, posteriorem non admissam, quod certè non videtur casu factum, sed iudicio posteritatis, vel potius ipsius Ecclesiae. Et hoc modo ad multa alia responderi potest.

HIS omnibus addi potest interdum Hieronymum videri reprehendere versionem nostram, cum tamen eam non reprehendat, sed solum explicet, quae sit vis Hebraeae vocis, ut cum in quaest. Hebr. dicit cap. 1. Genesis, pro eo quod nos habemus, Spiritus Domini ferebatur super aquas: in Hebraeo esse, Incubabat seu fovebat more auis.

CAPVT DECIMUM.

De auctoritate Latina editionis vulgatae.

ERTIA, eaq; potissima restat quaestio, Quantae videlicet auctoritatis sit Latina vulgata editio. Et quidem heretici nostri temporis, quamquam inter se non parum dissentiant in authentica editione Latina eligenda, tamen aduersus Ecclesiam misericè omnes consentiunt.

SICUTIDEM Lutherani volunt solà Lutheri versionem habendam esse authenticam, ut patet ex decreto quodam Lipsensi, cui Melachthon, Pomeranus, Maior, aliiq; permulti subscripserunt. De quo decreto vide Staphylum in tertio topico praedicamento Lutheranæ Theologiae.

At Zuuingliani, quibus Anabaptistæ & Caluinistæ consentiunt, nullam esse volūt authenticam versionem, ut ex praefatione Tigurinae editionis patet, ubi docent, non debere Ecclesiam alligari ad vnam aliquam versionem. Nihilominus tamè tam Lutherani, quàm Zuuingliani in eo cõueniunt, ut editio Latina vulgata nõ sit habenda p̄ authenticam, cū innumerabiles errores in ea deprehendantur.

HINC ex castris Lutheri prodiit in aciem Martinus Kemnitius; ex castris Zuuinglianorum Ioanes Caluinus, qui aduersus Concilium Tridentinum scribentes, quartam sessionem praeter ceteris vexant, in qua Concilium definit, vulgatam editionem Latinam habendam esse pro authentica. Scripsit etiam de eadem re Georgius Maior praefatione in Psalmos, & Tilemannus Heshufius in lib. de sexcentis erroribus Pontificiorum, tit. 1.

At non pauciores pro vulgata editione scripserunt, in quibus sunt Ioannes Driedò libro secundo c. primo, de Ecclesiast. dog. & Scrip. Franciscus Titelmannus in prologo apologetico pro editione vulgata noui Testamenti. Andreas Vega lib. 15. in Concilium Tridentinum, c. 9. Iodocus Tileranus in prima parte apologiae pro Concilio Tridentino contra Kemnitium, Lindanus lib. 1. de optimo genere interpretandi, Melchior Canus lib. 2. de locis, c. 13. Sixtus Senensis lib. 8. Bibliotheca sanctæ, in refutatione vltimæ hæresis. Quorum diligentiam imitari cupientes, his argumentis rem eadem comprobamus.

PRIMUM est argumentum ipsius Concilij. Ait. II. Synodus Tridentina, eam se probari sacrorum librorum Latinam editionem, quæ longo tot seculorum vsu in ipsa Ecclesia probata est. Nec enim temerè per annos ferè mille, hoc est, à tempore B. Gregorij omnis Ecclesia Latina hac vna editione vsa est, omnes concionatores hanc explanauerunt, & populis proposuerunt, omnia Concilia ex hac editione testimonia protulerunt ad confirmanda dogmata fidei.

PORRO Ecclesia totis octingentis vel nongentis annis germana Scripturae interpretatione caruisse; atque in iis quæ ad fidem & religionem pertinent, errores interpretis nescio cuius pro verbo Dei coluisse, mirum est, si cui mirum & absurdum non esse videatur; praesertim si ex Apostolo didicerit, 1. Timoth. 3. eam esse columnam, & firmamentum veritatis.

SECUNDUM argumentum sumo ex testimoniis veterum. Nam vel hæc nostra versio est Hieronymi, vel certè illa antiqua communis, quam Augustinus vocat Italam: si est illa antiqua, magnum testimonium habet ab Augustino lib. 2. de doct. Christ. cap. 15. ubi dicit, eam

omnibus esse praefædam: si autè est Hieronymi, ut nos supra probauimus, habet testimonia omnium veterum, qui eam videre potuerunt. Nam in primis D. Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei, c. 43. Non desuit, inquit, temporibus nostris presbyter Hieronymus homo doctissimus, & trium linguarum peritissimus, qui ex Hebraeo in Latinam diuinas Scripturas conuertit: cuius tantum literarum laborem Hebraei fatentur esse veracem. Et Epist. 10. ad Hieronymum dicit eius versionem, seu potius emendationem Testamenti noui omnibus probari. Item B. Gregorius lib. 20. moral. cap. 24. Quia, inquit, hæc noua translatio ex Hebraeo nobis eloquio cuncta verius transfudisse perhibetur, credendum est, quicquid in ea dicitur, & oportet, ut verba illius nostra expositio subtilius rimetur.

ISIDORVS lib. 6. etymol. cap. 5. Presbyter, inquit, Hieronymus trium linguarum peritissimus, ex Hebraeo in Latinum eloquium diuinas Scripturas conuertit, eloquenterque transfudit, cuius interpretatio merito ceteris anteponitur. Et lib. 1. de offic. diuin. c. 12. De Hebraeo, inquit, in Latinum eloquium tantummodò Hieronymus presbyter sacras Scripturas conuertit, cuius editione generaliter omnes Ecclesie vsquequaque vtuntur, eò quod veracior est in sententiis, & clarior in verbis. Hæc ille, cui subscribit Rabanus libro secundo de institutione clericorum, cap. 54.

PORRO qui deinceps secuti sunt diuus Anselmus, diuus Bernardus, Rupertus, Haymo, Hugo, Richardus, & alij omnes satis ostendunt, se hanc editionem praeter ceteris probasse, cum eam solum explanandam susceperunt.

ADDE etiam, quod non solum Latini versionem hæc probauerunt, sed etiam Graeci, qui quaedam diuina volumina à Hieronymo in Latinum ex Hebraeo conuersa, ipsi ex Latino in Graecum transfuderunt, ut diuus Hieronymus testatur libro de viris illustribus, in Sophronio, & libro secundo contra Rufinum.

TERTIUM argumentum. Habuerunt Hebraei sua lingua authenticam Scripturam; Graeci quoque habuerunt Graecè authenticam Scripturam, id est, Testamentum vetus ex versione LXX. & Testamentum noui ipsos primos fontes: igitur æquum fuit, ut Latina Ecclesia, in qua sedes Petri est, & in qua perpetuò fides Christiana mansura erat, haberet sua lingua authenticam Scripturam; non autem habuit aliam ferè à mille annis, quam istam; igitur ista authentica censenda est.

QUARTUM argumentum. In concilijs generalibus Ecclesiae aut paucissimi, aut interdum nulli inueniuntur linguae Hebraicae periti: malè igitur nouum esset Ecclesiae, si in rebus grauibus non posset fidere Latinae editioni, sed deberet recurrere ad Hebraicos codices, & medicare à Rabbini hostibus suis veritate. Idem dicere possumus de Graeca lingua: nam etsi nunc vtrique multi inueniuntur, qui Graecè nouerint, tamen nõ semper ita fuit.

NAM si Rufino credimus libro hist. 10. capite 21. ex sexcentis Episcopis, qui ad Concilium Arimense conuenerunt, nemo fuit qui sciret, quid sibi vellet ἁποστόλων. Et propterea cum callidi quidam haeretici Ariani proponerent Synodo, an vellet Christum colere, an ἁποστόλων, omnes clamauerunt, se nolle ἁποστόλων, sed Christum.

DENIQUE idem experimento comprobatur. Videmus enim nouos haeticos, qui contempta antiqua editione nouis interpretationibus student, adeo diuersas, & inter se dissentientes editiones cudere, ut nihil ferè certi ex eorum editionibus haberi possit.

QUARE Martinus Lutherus in li. cõtra Zuuinglium de veritate corporis Christi in Eucharistia: Si diuinus, inquit, steterit mundus, iterum erit necessarium, ut propter diuersas Scripturae interpretationes, quae nunc sunt, ad conseruandam fidei vnitatem, Conciliorum decreta recipiamus, atque ad ea confugiamus.

SUPEREST argumenta aduersariorum soluere, sed antea libet notare mendacia quaedam aperta, quæ Mar-

tinus Kemnitius & Ioannes Caluinus suis argumentis admiscuerunt.

PRIMUM Caluini mendacium est, nec iudicio, nec recto delectu factum esse, ut ex interpretationibus diuersis vna obtinerit inter indoctos.

At certè cum omnibus interpretationibus abolitis, hæc nostra supra mille annos in vsu torius Latinae Ecclesiae fuerit, aut nulli fuerunt totis mille annis in Ecclesia docti, aut impudenter mentitur Caluinus.

DEINDE Sophronium Augustinum, Gregorium, Isidorum, Bedam, Anselmum, Rupertum, Bernardum, aliosque tam multos insignes viros non existimo inter indoctos numerandos esse: & tamen isti omnes editionem nostram, ut supra demonstrauimus, aut inter ceteras, aut etiam praeter ceteras laudauerunt.

ALTERUM eiusdem mendacium est, decreuisse Tridentinos Patres, minimè esse audiendos eos, qui ex fonte ipso purum liquorem proferunt, & ex certa veritate falsum coarguunt.

Hoc ideo mendacium voco, quod nihil eiusmodi in decreto Concilij legatur. Nec enim Patres fontium vllam mentionem fecerunt, sed solum ex tot Latinis versionibus, quæ nunc circumferuntur, vnam delegerunt, quam ceteris anteponebant; & (quod Ecclesiae grauitatem, & constantiam decebat) antequam nouis, probatam longo vsu recentibus adhuc, ac, ut sic loquar, crudis, denique vnam multis inter se dissidentibus & pugnantibus prætulerunt.

TERTIUM mendacium est eiusdem Caluini, adeo nullam esse in vulgata editione integram paginam, ut vix tres sint continui versus, nõ insigni aliquo errore facti.

At si ita est, cur ibidem Caluinus, cum suscepisset notandos locos in Psalmis perperam versos, nihil omnino in primi Psalmi translatione notauit non habet fortasse primus Psalmus tres continuos versus: Sed non est opus, opinor, in tam apertis mendacijs refellendis immorari. Ad Kemnitium veniamus.

PRIMUM Kemnitij mendacium est, Concilium Tridentinum decreuisse, ut pro iis quæ Spiritus Sanctus in fontibus Hebraicis & Graecis scripsit, ea recipiamus quæ à librariis mutata, mutilata, vel addita sunt.

Hoc esse mendacium manifestum, nemo non intelligit. Quis enim, non dico Catholicus, sed sanæ mentis homo, vquam diceret, librarium vni suscipienda pro Spiritus sancti verbis? Deinde nõne Concilium eodem loco iubet, ut sacra Biblia, quam emendatissime fieri poterit, imprimantur?

SECUNDUM est eiusdem, in indice librorum prohibitorum à Paulo I V. edito, damnari omnes editiones Bibliorum, etiam veteris interpretis, in quibus vel manifestissima quaedam vulgatae editionis errata correctæ sunt.

Hoc etiam crassissimum mendacium est: non enim dånantur in eo indice nisi editiones quaedam ab haeticis, vel suspectis impressoribus factæ: & oes aliae permittuntur.

TERTIUM eiusdem Kemnitij mendacium est, Concilium Tridentinum sessione vigesima prima capite secundo, vt prober Ecclesiam habere auctoritatem dispensandi in Sacramentorum substantialibus contra institutionem Christi, abuti æquiocatione veteris versionis, ubi prima Corinth. quarto ministri Christi vocantur dispensatores mysteriorum Christi. Quo loco exclamatur Kemnitius: Bone Deus, quanta est Antichristi impudentia in tanta luce cognitionis linguarum, de tam graui materia tam pueriliter ludere? cum Paulus diuinos vocet ministros Christi. Hæc ille.

At nobis merito licet exclamare; Bone Deus, quanta est hominis haeretici impudentia, ut crassissima mendacia pro veritate obrudere non vereatur? Nam in primis Concilium ibidem disertè testatur, Ecclesiam non posse mutare substantialia Sacramentorum, sed tantum statuere

modū & ordinē, quō Sacramenta administrari debeant.

D E I N D E Conciliū non abutitur voce dispensatoris vt Kemnitius somniat: non enim dicit, Ecclesiā posse dispētare in Sacramētis, quomodo dispētat in votis & legibus, sed posse dispensare Sacramenta, id est, administrare, porrigere, tradere fidelibus: & instar fidelis ac prudentis œconomi in dispensandis bonis Domini sui, & familia alenda, certam rationem & modum posse præscribere, modō nihil fiat cōtra leges & mādata principis.

P O S T R E M U M Kemnitii mendacium est, Conciliū Tridentinū idēd voluisse vūlgatā editionē esse authenticam, quia tota trāsformata est ad dogmata Pontificia.

Q U O D mendacium non solum est hominis impudentis, sed etiam imprudentis, siquidem contra suum auctorem maximē pugnat. Si enim Pontificia dogmata habentur in editione vulgata, sequitur Pontificia dogmata esse antiquissima, & ipsorum dogmata contraria planē esse recentia: nam editionem vulgatam etiam ipsi fatentur esse vetustissimam.

P R Æ T E R E A, si editio vulgata facta esset post Lutheri tempora, esset aliqua ratio suspicandi, eam esse accommodatā de industria ad pōtificia dogmata: At facta est ante mille annos, & omnia, quæ illi reprehendunt in vulgata editione, nos ostendemus, sic esse citata ab antiquissimis Patribus, & sepe sic fuisse in vulgata editione.

S E D aduersarij, quod ipsi faciunt, idem etiam ab aliis fieri credunt: & quia Martinus Lutherus Biblia pessima fide cōuertit, vt patet ex Ioanne Cochleō in vita & actis Lutheri anno M. D. X. X. I. vbi legimus, in noua translatione Testamenti noui per Lutherum facta, fuisse notata ad mille loca immutata; id est, addita, vel detracta, vel deprauata: idcirco putant etiam Catholicos hoc facere, sed certē falluntur. Fides enim Catholica non eget præfidiis mendaciorum, vt illorum signenta.

C A P V T V N D E C I M V M.

Soluuntur obiectiones hereticorum contra vulgatam Latinam editionem.

R G V M E N T A hereticorum contra vulgatam editionem, ad tria reuocari possunt.

P R I M V M est, quia beatus Hieronymus multa aliter vertit, quam nos habeamus, & multa reprehendit in nostra editione vulgata: sed iam est responsum supra capite octauo.

S E C V N D V M argumentum. Magis credendum est esse verbum Dei, quod habetur in fontibus Hebraicorum & Græcorum codicum, quam quod habetur in ritualibus versionum: nā Hebræi & Græci codices, Prophetarum & Apostolorum sunt, qui errare non poterāt. Latini autem sunt variorum interpretum, qui errare poterant. Nam aliud esse interpretē, aliud Prophetam docet Hieronymus in Pentateuchū. Et idem Hieronymus passim reprehendit veterem interpretem in suis commentariis, & lib. I. contra Iovinianum; Beatus Augustinus autem non solum in genere dicit, interpretes posse errare lib. 2. de doctrina Christiana, capite 12. & Epist. 19. & 59. sed etiam epist. 8. ad Hieronymum asserit, Hieronymum in sua interpretatione errare potuisse.

A C C E D I T, quod Patres passim docent ad fontes Hebræos & Græcos esse recurrendum. Hieronymus in libro contra Heluidium, & in Epistola ad Marcellā, quæ incipit; Post priorem epistolam, docet Latinam editionem Euangeliorum ad Græcos fontes reuocandam, & idem dicit de Latina editione Testamenti veteris emendanda ex Hebræo, in comment. cap. 8. Zachariæ.

I D E M habet Augustinus lib. 2. doct. Christ. c. 11. 12. 15. & Epist. 19. & alibi. Et quod mirabilius est, in ipso iure Pontificio dist. 9. can. Vt veterum, ita dicitur. *Vt veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum veritas Græci sermonis normam desiderat.*

R E S P O N D E O, negari non posse, quin sint fontes

Scripturarum antepondi ritualibus versionum, quando constat fontes non esse turbatos: nunc autē fontes multis in locis turbidos fluere, iam antē ostendimus, & certē vix dubitari potest, quin sicut Latina Ecclesia constanter fuit in fide retinenda, quam Græca; ita etiam vigiliatior fuerit in suis codicibus à corruptione defendēdis.

Q U O D enim olim Hieronymus scripsit ad Damasū in epist. de nomine hypostasis, nunc maximē habet locū, videlicet profligato à Græcis patrimonio, apud Latinos tantum incorruptam Patrum hereditatem seruari.

A D illud autem quod obiicitur, interpretes interdum labi potuisse: non desunt, qui respondeant veterem interpretem noui Testamenti, & etiam beatorum Hieronymum interpretem Testamenti veteris, peculiari Spiritus sancti lumine illustratos, errare non potuisse: sed non est opus eō confugere. Admittimus enim, interpretem non esse Prophetam, & errare potuisse: tamen dicimus, cum non errasse in illa versione, quam Ecclesia probauit.

N A M vulgata editio non est vnius auctoris, sed quadam habet ex Hieronymo, quadam ex Luciano, quadam ex Theodotione, quadam ex alio quodā interprete innominato. stultum autem videtur dicere, Theodotionem hereticum non potuisse errare, & etiam Hieronymum nusquam errasse, cum ipse in c. 19. Isaiæ, dicat se errasse, & Ecclesia correctionem eius receperit.

N O N igitur auctores illos canonizauit Ecclesia, sed tantum hanc versionem approbavit: nec ita tamen apud probauit, vt asseruerit nullos in ea libroriorum errores reperiri: sed certos nos reddere voluit, in iis præsertim, quæ ad fidem & mores pertinent, nulla esse in hac versione interpretum errata.

A D aliud de emendatione Latinorum codicum ad Hebræos & Græcos respondeo, quatuor temporibus licere nobis recurrere ad fontes Hebræos & Græcos, vt illi Patres monent.

P R I M O, quando in nostris codicibus videtur esse error libroriorum, sic videmus nunc in Missalibus nouis emēdatum illud Ecclesi. 45. *Dedit illi coram præcepta* cum antea præuē legeretur: *or ad præcepta*. Nam in Græco est *ἡ ἀποστολὴ* vbi nulla est ratio dubitandi, facillē autem fuit ex *coram*, ficere, *cor ad*.

S I C Ecclesiastici 24. illud: *Ego quasi fluius Dorix*, deberet corrigi, *Ego quasi fluius Dioryx*, vt est in Græco. Nā Dorix fluius nusquam est. Quamquam enim Rabanus in commentario huius loci dicit, ex sententia quorundam, flumen Armeniæ esse, qui Dorix appellatur: tamen id nullo auctore probat. *Διορύξ* autem est fossā à flumine deducta ad irrigandam terram.

S I C Sapient. 12. *Ipsū qui non debet puniri condemnas, & exterum extimas à tua virtute*: non malē correctum videmus in Bibliis Louaniensibus hoc modo: *Ipsū qui non debet puniri condemnasse exterum putas à tua virtute*, vt clarē ex Græco colligitur: & manifestē libroriorū est error, licet Sanctus Gregorius lib. 3. moralium, capite vndecimo, priorem sententiam piē exposuerit.

S I C illud Psalmi 41. *Ad Deum fontem viuum* tutō mutari posset, *in fontem viuum*. Nam in Hebræo est aperte *מַיִם חַיִּים* *lelohim leelbat*, ad Deum, ad fontem, viuum, & in Græco est etiam *πηγὴ τοῦ θεοῦ ἰσχυρὸν*, vbi nulla est occasio erroris. In nostro facillē potuit mutari fontem in fontem, præsertim cum præcedat, *Sitit anima mea*. Sic etiam in Missali emēdatum videmus illud Ioan. 19. *Accepit eam in sua*, quod ante erat, *in suam*, cum Græcus codex aperte habeat *ἐν τῇ ἰδίᾳ*.

S E C V N D O, quando Latini codices variant, vt non possit certō statui, quā sit vera vulgata lectio, possumus ad fontes recurrere, & inde inuari ad veram lectiōnem inueniēdam. Sic Iosue 5. quidam Latini codices habent: *Quibus iurauit, vt ostenderet eis terram fluentē lacte*

& mel

& melle; quidā habent, *vt non ostenderet, &c.* Vera lectio videtur esse posterior. Nam in Hebræo constanter additur, *Non*. Sicut è contrario Iosue II. quidam codices habent. *Non fuit ciuitas, que non se traderet*: quidam habent; *Non fuit ciuitas, que se traderet*: & hoc est verius quia conformē est Hebræo, & verba sequentia id requirunt. Sic Lucae primo quidam codices habent: *Redemptionem plebis sue*: quidam, *plebi sue*. & hæc videtur verior, cum in Græco sit, *τῷ λαῷ αὐτοῦ*.

T E R T I O, quando verba, aut sententia in Latino est anceps, possumus recurrere ad fontes, si fortē ibi non sit ambiguitas. Sic quod legimus Genes. 3. *Maledicta terra in opere tuo*, potest intelligi de opere futuro, id est, dum coles eā: & de præterito, id est, de peccato Adæ, propter quod terra maledicta est. At in Hebræo non est ambiguum, siquidem *בְּעוֹרְכָא* *baaburecha*, non potest significare nisi propter te, id est, propter peccatum tuum. Vnde etiam monet Beatus Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, rectē vertisse eos, qui dixerunt: *Maledicta terra in transgressionē tua*. Quamquam nō inficior potuisse fieri, vt in Hebræo esset, *בְּעוֹרְכָא* *baaburecha*, & libroriorum vitio mutatum sit Daleth in Resch.

S I C etiam quod legimus Lucae secundo: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*, illud, *bonæ voluntatis*, ambiguum est, potest enim referri ad homines, & ad pacem, sed ex Græco colligitur, melius coniungi cum pace, vt hic sit sensus, in terra pax hominibus. Pax, inquam, bonæ voluntatis Dei erga homines. Nam *ἀδελφία* vt plurimum, vult esse bona voluntas hominis, sed bona voluntas Dei erga homines.

S I C Psalmi secundo: *Ne quando irascatur Dominus. Et cum exarserit in breui ira eius. Et Beati, qui cōfidunt in eo*: apud Latinos dubiū est, an hæc dicantur de Patre, an de Filio: nam de vtroque fit mentio in Psalmo isto: sed ex Hebræo manifestē colligitur, hoc dici de Filio.

D E N I Q U E Psalm. 138. *Non est occultatū os meum à te*, in Latino dubiū est, an sit os oris, an os ossis. Sed in Hebræo est: clarum est enim *אֶפְסַרְי אֶפְסַרְי*, non *אֶפְסַרְי פִּי*.

Q U A R T O & vltimo, licet recurrere ad fontes, ad energiam & proprietatem vocabulorum intelligendam. Sic illud Exodi primo: *Aedificauit illis domos*; intelligim⁹ ex Hebraica phrasi significare fecunditatē, & filiorum copiam. Vt etiam illud Psalm. 112. *Qui habitare facit sterilem in domo*. Illud quoque Psalm. 138. *Imperfectū meum. id erūt oculi tui*. Hebræa vox aperte declarat propriē embryonē significare. Et illud ibidem: *Mirabilis facta est scientia tua ex me*, ex Hebræo textu facile declaratur, significat enim mirabiliorem esse scientiā Dei, quam vt possit homo capere. Qualem etiam Hebræisum agnoscent, qui huius linguæ periti sunt, in illis Pauli verbis Ephes. 3. *Scire etiā supereminentem scientiā caritatē Christi*. Non enim sensus est, caritatem Christi donum esse scientia eminentius, vt verba sonare videntur, sed caritatem Christi maiorem esse, quam vt scientia comprehendi possit.

A R G V M E N T V M tertium sumunt ex variis locis, in quibus videtur omnino vulgata editio errorem continere. Et quamquam absque vllō ordine ista loca ipsi proponunt; nos tamen ordine referemus; primum loca, quæ adferunt ex variis libris Scripturarum Testamenti veteris, deinde quæ adferunt ex Psalmis; postremo quæ adferunt ex Testamento nouo.

C A P V T D V O D E C I M V M.

Defenduntur loca, quæ Kemnitius deprauata esse dicit in editione vulgata.

R I M V S locus est Genes. 3. vbi legimus: *Ipsa cōteret caput tuum*. Quem locum Kemnitius dicit esse corruptum, vt inde probetur intercessio, & patrocinium Mariæ, cum legendum sit. Ipsū conteret caput tuum: nam de femine, id est, Christo loquitur Scriptura, vt omnes veteres docent.

R E S P O N D E O in primis, editionē vulgatam variē habere; quidam enim codices habent Ipse, quidam Ipsa. Et propterea non esse contra vulgatam editionem, si conuincatur debere legi, Ipse, vel Ipsum.

D I C O secundo, non esse improbabile debere legi, Ipsa, neque esse hanc deprauationem Papistarum. Nam etiam si multi codices Hebraici habeant *אִשָּׁה לְוָא*, tamen legi vnum, in quo erat scriptum *אִשָּׁה* *bi*, id est Ipsa, ac præterea remotis punctis illam vocem Hebraicam *אִשָּׁה לְוָא*, posse interpretari, *Ipsam*, nimis rudis est qui nescit. Passim enim occurrit in sacris Bibliis *אִשָּׁה לְוָא*, pro *אִשָּׁה* *bi*. Sic Genes. 3. vers. 12. Exod. 3. vers. 8.

A D D E quod (Ipsa) legerat Claudius Marius Victor lib. I. in Genesim, Alcimus Auitus lib. 3. carminum, cap. 6. Chrysostomus hom. 17. in Genesim, Augustinus lib. 2. de Gen. contra Manichæos, cap. 18. & lib. 11. de Genesi ad litteram, cap. 36. Ambros. lib. de figura & uoluntate, cap. 7. Gregorius lib. I. moralium, cap. 38. Eucherius, Rupertus, Beda, Rabanus, & Strabus, ac Lyranus in hunc locum, & Bernardus serm. 2. super Missus est. Itaque mendacium est, quod Kemnitius dicit, omnes veteres legere Ipsum.

A T dices, verbum conteret, in Hebræo est masculini generis, igitur refertur ad semen, quod etiam est masculini generis, non ad mulierem, quæ est feminini.

R E S P O N D E O, id non esse nouū in Scriptura, vt cū nominib. femininis cōiungantur pronomina, aut verba generis masculini, Ruth. I. vers. 8. dicit Ruth ad nur⁹ suas. *יְהוָה עִמָּךְ כְּעִמּוֹתַי* *Iaafcheb אדוֹנַי Immechem cheffed caafcher aschtem im hammethim. Faciat Dominus misericordiam vobiscum, sicut fecistis cum mortuis.* & Esther I. vers. 20. *יְהוָה הַנְּשִׂימוֹת הַנְּשִׂימוֹת הַנְּשִׂימוֹת* *hameschim uthenu. Vxoies exhibebunt.* Et Eccles. 12. vers. 4. *וְיִשְׁחַךְ בְּלִבּוֹתָם* *Veijdschachu col benoth. Humiliabuntur omnes fura.* & alia huiusmodi plurima reperiuntur.

S E C V N D V S locus est Genes. 6. vbi legimus: *Cum cō cogitatio cordis intenta est ad malum*. quem locum Kemnitius vult esse corruptum, ad extenuandum peccatum originale, cū in Hebræo sit *רַע בְּלִבּוֹתַי* *ra col-tamim*, figmentum cogitationis cordis eius tantum malum omni die.

R E S P O N D E O, sensum esse eundē, nā illud figmentum cordis significat cogitationem cordis, quia à corde fingitur & formatur, vt etiā Hebræi in eum locū docēt. Idē autē est, cuncta cogitatio cordis intenta est ad malū, & figmentum, id est, cogitatio cordis non est, nisi malū.

N O N autem sequitur hinc, vt Lutherani putant, omnia opera hominum esse mala, nam illa est hyperbole Scripturæ, qua sape vtitur ad rem aliquam extollendam: sicut in eodem capite dicitur; *Omnis caro corruperat viam suam*. Et tamen ibidem dicitur. *Noē vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis.*

T E R T I V S locus est Genes. nono, vbi legimus: *Qui effuderit sanguinem hominis. fundetur sanguis illius*. Hunc locum dicit Kemnitius mutilatum esse, cum in Hebræo sit. *Qui effuderit sanguinem hominis per hominem, fundetur sanguis illius.*

R E S P O N D E O, illam omissionem non reddere sensum falsum, neque imperfectū, proinde non esse magni momenti. Sensus enim est, tam in Hebræo, quam in Latino, *Qui occiderit hominem, occidetur etiam ipse.*

Q U A R T V S locus est Genes. decimo quarto, vbi legimus: *At verō Melchisedech Rex Salem, profertens panem & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi*. Hunc locum dicit corruptum, vt inde probare possemus sacrificium Missæ: nam in Hebræo non habetur verbum offerendi, nec rationalis coniunctio, vt in vulgata editione.

R E S P O N D E O, in primis falso Kemnitium dicere,

haberi

haberi in vulgata editione verbum offerendi. Nec enim legimus, obrulit, sed protulit panem & vinum. Coniunctionem autem rationalem habet vulgata editio, sed habet etiam Hebraeus textus, etsi eam Kemnitus, vel propter imperitiam non viderit, vel propter malitiam videre noluerit. Nam licet in Hebraeo sit *כי*, non *כי* *chū*, tamē illud *כי* passim accipitur pro *כי* vt *Isaia 64. Tu iratus es, & peccauimus*, id est, quia peccauimus. Vbi similiter *כי* pro *כי*, Genesis vigesimo: En morieris propter mulierem, quam tulisti. habet enim virum *בעלה* *Beulah*, *vebi beulah baal*. Gen. 30. Experimēto didici, quia benedixerit mihi Dominus *יהוה יברכני ויהי נחשביחי נחשביחי נחשביחי*. A D O N A T, & cuiusmodi loca plurima in Hebraeorum codicibus reperiuntur.

IT A Q U E Melchisedech protulit panem & vinum, vt illud Deo in sacrificium offerret, quia erat sacerdos Dei altissimi, & hoc facto gessisse eum figuram sacrificij nostri, quo sub specie panis & vini corpus & sanguinem Christi offerimus Deo, omnes veteres Græci & Latini affirmant, vt Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum, Euseb. lib. 5. demonstrat. Euange. c. 3. Epiphanius hæres. 69. Chryostomus homi. 36. in Genes. Cypri. lib. 2. epist. 3. Ambrosius lib. 4. de Sacramentis, cap. 3. Hieronymus in comment. c. 26. Marthæi. Augustinus lib. 17. de ciuit. Dei, cap. 17. & Eucherius lib. 2. in Genes. c. 18.

D E N I Q U E Psal. 109. dicitur de Christo, *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, vt exponit Paulus Hebr. 5. & 7. At cur Christus sacerdos est secundum ordinem Melchisedech, nisi quia ille obrulit panem & vinum, hic se ipsum in specie panis & vini?

Q U I N T U S locus est Numerorum vltimo capite, vbi nos habemus. *Omnes viri ducent uxores de tribu, & cognatione suar: & cunctæ feminae de eadem tribu maritus accipient*: quem locum non Kemnitus, sed Osiander in annotationibus ad harmoniam Euangelicam notauit.

N A M hoc præceptum videtur aduersari plurimis exemplis Scripturarum. Iosabeth enim filia Regis Iorâ de tribu Iuda, fuit vxor Ioiadæ Pontificis de tribu Leui. 2. Paral. 22. Ruth Moabitrix fuit vxor Booz de tribu Iuda, Ruth 4. Michol de tribu Beniamin fuit vxor Dauidis de tribu Iuda, 1. Regum 18. Item omnes Hebræi iurarunt Iu dicitur vltimo, se non duros uxores de filiabus suis alicui ex tribu Beniamin: igitur si iuramentum non intercessisset, licebat dare filias de vna tribu viris de altera tribu. Et Beata Virgo Maria de tribu Iuda cognata erat Elizabeth de tribu Leui, Luca 1.

D E N I Q U E videtur etiam contra textum Hebraum, vbi solum habetur, vt mulieres, quæ sunt hæredes bonorum paternorum, non possint nubere aliis viris, quàm de sua tribu: de viris autem & de mulieribus quæ non sunt hæredes, nulla habetur lex.

A B V L E N S I S in hunc locum dicit, legem istam non inclusisse tribum Leui, nec mulieres alienigenas: & in casu necessitatis, & propter magnos Principes & Reges, potuisse in ea dispensari, sic responder ad omnia exēpla allata. At in lege diuina nemo poterat dispensare. Deinde Dauid cum accepit Michol in vxorem, non erat Rex, nec erat eius coniugium cum Michol tam necessarium, vt propterea debuisset in lege diuina dispensari.

M E L I V S responder Canus lib. 2. de locis, cap. 14. sed non plene rem explicat. Sensus igitur legis tam vulgata editionis, quam textus Hebraici hic est, vt cum aliqua mulier caret fratribus, & proinde est hæres, nō possit nubere alicui, qui non sit de tribu sua, & nullus vir possit eam accipere, etiam si ipsa vellet, nisi sit de eius tribu. Itaque datur lex & viris & mulieribus, sed tamen propter mulierum bona.

Q U O D hic sit verus sensus legis, patet ex fine legis. Finis enim est, vt ibi dicitur, ne commisceantur hæreditates, & transeant de vna tribu in aliam. Porro ad hunc

finem obtinendum, non oportuit iubere absolute, ne matrimonia fierent extra propriam tribum, sed tantum ne fierent extra tribum, cum mulier nuptura est hæres. Et hoc modo satisfit omnibus exemplis allatis.

A D id autem, quod dicebatur, aliter haberi in Hebraeo, Respondeo falsum esse. Nam in primis lex data mulieribus in textu Hebraeo clara est, vt etiam in Latino. Lex autem data viris, quam isti dicunt non haberi in Hebraeo, illis verbis cōprehenditur *איש יבנה ביתו ויבנה ביתו* *Isch banahalath* *Mattheb amorau* *idecku bene Israel*. Filij Israël adharebunt, vnusquisque in possessione tribus patrum suorum.

A D V E R S A R I I putant illud (*adharebunt*) referri ad possessionem, vt sit sensus; *adharebunt possessioni*, id est manebunt in possessione tribus suar; non ita est, sed refertur ad coniugem, vt sit sensus, Filij Israël adharebunt, nimirum vxori, id est, cōiungunt matrimonia vnusquisque in possessione tribus suar, id est, non transeundo per coniugium ad possessionem alterius tribus. Hunc esse sensum colligitur ex sequentibus: sequitur enim, *Et omnis filia hæreatis possessionem adharebit viro tribus sue, &c.* atque ita hunc locum intellexerunt Eusebiius lib. 1. hist. cap. 6. Epiphanius hæres septuagesima octaua. Ambrosius in cap. 3. Lucae, Beda in caput 1. Lucae, Damascenus libro quarto, capite decimoquinto.

S E X T U S est primo Efdra nono, vbi dicit, nos habere, pax illius, cum esse deberet paxillus.

R E S P O N D E O, hic etiam esse errorem librariorum: nam Hebræa vox est, *יאהר* *iaher*, paxillus, seu clauus, & multi Latini codices habent paxillus.

S E P T I M U S est Iob quinto: *Voca si quis est, qui tibi respondeat: & ad aliquem Sanctorum conuertere*. Hunc locum vult Kemnitus deprauatum, ad inuocationem Sanctorum comprobandum.

R E S P O N D E O, forte fuisse ebrum, cum hoc scriptis Kemnitus: nam apertissimè in Hebraeo est Iob 5. *קרא נא קרא נא ביהושע* *Qra na baiech ouenecl a*, vel *m. kkedofchim ihiphneb*. suam ad verbum habent; Voca nunc, si est respondens tibi, & ad aliquem de Sanctis respice. Et sanè si queritur verbum expressum, hic expressissimum est.

O C T A V U S locus est, Prouerborum decimosexto, vbi habemus: *Pondus & statera iudicia Domini sunt, & opera eius omnes lapides seculi, cum deberet esse lapides sacculi iuxta Hebræum בסיא* *esse*, quod marsupij significat, non sacculum, quod dicitur *עולם* *Ol. m.* vel *עיר* *ad*.

R E S P O N D E O, in nostra editione esse varias lectiones, & eam esse veram, quæ habet sacculi: in alia, errore scribarum, positum esse seculi.

N O N U S est, Ecclesiastæ nono: *Nescit homo, vtrū odio vel amore dignus sit* Quem locum vult Kemnitus esse deprauatum, vt inde proberur dubitatio fidei de remissione peccatorum: quod idem antea scripsit Caluinus capite quinto institut. §. 28.

R E S P O N D E O, interpretem nostrum optimè vertisse, non quidem numerando verba Hebraica, sed ea expendendo, & sensum eorum exprimendo. Sic habet textus Hebraeus: *אין יודע האם חבל לפניהם* *gam alaba gam schinab* *in iodea aadam hacol tipnehem*. Hoc est, & amorem & odiū non est sciens homo, sed omnia ante faciem ipsorum. Sēsum horum verborum hunc esse vult beatus Hieronymus in commentario huius loci. Porro, inquit, *hic sensus est: Inueni iustorum quidem opera in manu Dei esse, & tamen vtrum amentur à Deo, an non, nunc eos scire non posse. In futuro igitur scient, & in vulu eorum sunt omnia, id est, antecedū eos, cum de hac vita dece, seruit, notitia istius rei, quia tunc est iudicium, nunc certamen*. Hæc ille. Quam verissimam loci huius intelligentiam non potuit interpres melius reddere, quàm illis verbis: *Nescit homo vtrum odio vel amore*

dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta.

A T ne quis obiiciat, scire impios, se dignos odio: animaduertendū est, de solis iustis Ecclesiastem loqui, qui cum nullius peccati sibi conscij sint, tamen certo statuere non possunt, dum hic viuunt, iusti ne sint, an non: ex quo sequitur, vt ignorent, vtrū odio vel amore digni sint.

D E C I M U S est Ecclesiastici quinto: *De propitiato peccato nolite esse sine metu*. Hunc etiam locum vult Kemnitus deprauatum ad probandam incertitudinem remissionis peccatorum.

R E S P O N D E O, varias hîc esse lectiones, vt Cornelius Ianfenius in hunc locum ostendit. Quidam enim codices habent, de propitiato peccato; & quidam, de propitiato, siue de propitiato peccati, quæ posterior videtur melior, cum sit conformior Græco textui *περὶ ἐπιλάσεως τῆς ἁμαρτίας ὑμῶν*.

S E D etiam hinc conuincitur esse falsa hæreticorum sententia, quæ iubent, hominem certo credere se esse iustum, vel fore iustum, si ita credat: nam vel loquitur Sapiens de propitiato iam obtenta, vt sit idem, de propitiato peccati, & tunc falsum est, quod illi dicunt, hominem debere esse securum de obtenta venia: vel loquitur de propitiato obtinenda, & tunc falsum est, quod idem dicunt, hominem debere esse securū de venia obtinenda. Sed de his suo loco.

V N D E C I M U S est, Ecclesiastici decimosexto: *Miserordia faciet locum vincique secundum meritum operum suorum*. Conqueritur Kemnitus nos addidisse nomen Meriti, quod non est in Græco, & sic deprauasse hunc locum ad merita bonorum operum ostendēda, sicut antea conquestus erat Caluinus institutionum, ca. 10. §. 52.

R E S P O N D E O, in Græco textu non esse nomē Meriti, quia hoc nomen est Latinum, & ille textus est Græcus, tamen esse aliquid, quod idem significet, & rectissimè per meritū vocabulum ex primatur. est enim *μετ'* *ēp̄ra*, nemo autem, qui Græcæ linguæ vel tenuissimè sit peritus, negare potest, quin *μετ'* *ēp̄ra*, significet Latine pro meritis operum.

D V O D E C I M U S est, Ioel secundo: *Præstabilis super malitia*. Quæ verba Kemnitus dicit nihil significare, & in Ecclesia nostra sine vilo intellectu cani.

R E S P O N D E O, Hieronymum in textu suo hoc verbum posuisse, & in commentario hac voce vsui, cui pati debet Kemnitus, vt plus tribuamus, quàm sibi: significat autem *præstabilis super malitia*, excellens in misfendo, & in pœna condonanda, quod propriè Deo conuenit. Estque idem cum illo; Pœnitens super malitia, quod ad verbum est in Hebraeo. Nam *נחם* *Nicham*, est pœnitere, in niphali.

P O S S E T etiam non malè, si verba Latina consideremus, Præstabilis super malitia, idem esse, quod melior, quàm vt à malitia vinci queat. Quod quidem verissimum est, cum nulla immanitate, aut numerositate peccatorum infinita Dei benignitas vnquam superetur.

D E C I M V S T E R T I V S est, Michææ quinto, vbi legitur: *Et tu Belebem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël*. Hunc locum deprauatum vult esse Osiander in annotationibus ad harmoniam Euangelicam; & corrigendum, pro Paruulus es, parum est, vt sis in millibus Iuda, &c. Dicit enim, imperitum interpretem non animaduertisse, Hebræos carere neutro genere, & pro eo vsurpare masculinum vel fœmininum, proinde licet, *עירי* *isair*, sit masculini generis, tamen debere verti in neutro Parum, non Paruulus. Et probat, quia quod sequitur; *Ex te mihi egredietur*, &c. non rectè cohæret cum superioribus, nisi dicatur, Parum est, &c.

R E S P O N D E O, interpretem nostrum rectè vertisse: nam ei consentiunt Chaldæus, & Græcus codex, & Hieronymus sic legit in commentario huius loci, & quod

maius est, Matthæus cap. 2. sic citauit, dixit enim; *Minima es*, non parum est. & quamuis Hebræi vrantur interdum aliis generibus pro neutro, tamen non semper.

A D rationem eius, dico optinè cohærere sequentia cum præcedentibus, si præcedentia legantur cum interrogatione, vt legit Matthæus, qui propterea vertit negatiuè, *Nequaquam minima es*, quia legerat, *Paruula es*.

C A P V T X I I I.

Defendantur loca, quæ in Psalms malè reddita fuisse à Latino interprete, Caluinus contendit.

V N C ad ea loca veniemus, quæ Ioannes Caluinus in antidoto Concilij Tridentini, tanquam corrupta & deprauata in Psalms notauit, & quamuis ante nos diligenter hoc idem præstiterit Gulielmus Lindanus in libris de optimo genere interpretandi: tamen, non videtur inutile, si hæreticorum calumniæ à pluribus refellantur.

I G I T V R primus locus est in illis verbis Psalms secundi: *Apprehendite disciplinam*. Quem locum ostendit Caluinus vitio interpretis deprauatum, cum in Hebraeo sit *נשבעו* *Nassebeku-bar*, Osculamini filium; nec potuerit hoc vilo modo accedere culpa librariorum, cum nulla sit literarum similitudo.

R E S P O N D E O, ad verbum in Hebraeo esse, Osculamini, siue adorate filium: tamen sensum eius loci rectissimè versum, per Apprehendite disciplinam. Nam sic vertit Chaldæus, sic Græcus, sic omnes veteres Græci & Latini hæctenus legerunt. Est igitur obseruandum, cum dicitur, Osculamini filium, sensum esse, agnoscite filium Dei esse verum Regem, & Messiam vestrum osculando illi manum honoris gratia: vt & beatus Hieronymus exponit libro primo contra Rufinum: & propterea etiam verti posse, Adorate filium. Porro agnoscere filium esse Regem & Messiam, non aliter possumus, quàm fidem & doctrinam eius recipiendo. Et quid aliud est: Apprehendite disciplinam, nisi eruditionem & doctrinam Filij Dei recipite?

S E C V N D U S locus Psalms quarto: *Filij hominum usquequò graui corde*. Hunc locum reprehendit ibidem Caluinus, quod in Hebraeo nihil simile sit; nam pro illis verbis nostris *grauī corde*, vt quid; in Hebraeo est *לבבמה* *labbamah*, *Cenodi hclimamah*, gloria mea ad ignominiam.

R E S P O N D E O, valde verissimè esse, corruptum esse textum Hebræum vitio librariorum: nam si mutetur *ב* in *ב* & puncta mutantur, fiet, *graues corde* vt quid, nimirum sic *לבמה* *labbamah*, & sine dubio sic legerunt septuaginta, quorum versionem omnes Patres Græci & Latini sequuti sunt, præter Hieronymum, qui quoniam aliter legit, vertit, *inclyti mei*, sensus tamen semper est idem, quod sufficit ad veritatem interpretationis.

D E V S enim eo loco conqueritur de hominibus, quod neglectis æternis, diligant temporalia: & quidem secundum versionem Græcam & Latinam, vocat eos graues corde, quia tales sunt vitio suo: secundum Hebræum textum, vt modo se habet, vocat eos gloriam suam, seu inclytos suos, quia tales sunt beneficio diuini, si in eis imaginem cœlestem, non vitium proprium consideremus. Porro illud *בבירי* *Cebude*, esse potest vel participium passiuum verbi *בביר* *Cacud*, vel nomen verbale.

T E R T I V S est, Psalms trigesimo primo: *Conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina*. Hîc etiam locum reprehendit Caluinus, propterea quod in Hebraeo sunt alia verba, & alius sensus. Ad verbū enim est in Hebraeo; *Succus meus sine humore, & viror meus versus est in siccitates astinas*. Et quidem sensus nostræ editionis est; Conuersus sum ad pœnitentiam tēpore grūnæ, & afflictionis, dum spina calamitatis in me figi cœpit: sensus autē Hebraicæ veritatis est; Omnia mea bona perierūt, quomodo

humor & viror in aestate Solis ardore siccat, & perit.

RESPONDEO, nostrum interpretem non posse reprehendi in hoc loco, quia non vertit ex Hebræo, sed de Græco transtulit in Latinum; Græcus autem textus nostro textui optimè responderet. Videntur autem septuaginta interpretes paulò aliter legisse textum Hebræum, quàm modò se habeat. Proinde esse errorem scribarum in Hebræo. Nam minima mutatione vnus vel duarum literarum potest fieri, vt sit in Hebræo sensus nostræ editionis. Illud enim לשׂרִי נֶחֱבֵאֵי Nebepac, lesebaddi, versus est Viror meus, si legatur לשׂרִי נֶחֱבֵאֵי Nebepacii lesebbarai, erit; Conuersus sum in erumna mea, quemadmodum legit etiam beatus Hieronymus, qui vertit, Versatus sum in miseria mea. Et quod sequitur: כִּי־בִחְרֹבֹנִי Becharbone kaisi. In siccitates æstiuas, si legatur sic; קִי־בִחְרֹבֹנִי becharboni kost, erit; Dû cõfigitur mihi spina.

ET CERTE si cum videmus in Latino textu, facillè potuisse aliquid mutari à librariis propter literarum similitudinem, & non potuisse in Hebræo, dicimus errorem librariorum esse in Latino: cur hoc loco, vbi facillè potuit fieri error in Hebræo, & non in Græco, vel Latino, non etiam dicemus, in Hebræo errore librariorum textum esse immutatam?

QUARTVS est, in eodem Psalmo: vbi enim legitur: In chano & freno maxillas eorum constringe, qui non approximat ad te. Vult Caluinus, debere legi; In lupato & freno ora eorum ad coërcendum, ne accedant ad te.

RESPONDEO, miram esse eius in hac re impudentiam: nam & septuaginta, & Beatus Hieronymus in suo Psalterio ad Sophronium, & omnes Patres sic semper legunt, vt nunc legitur: & Hebræa verba, etiam vt nunc habentur, sic possunt commodissimè exponi.

QUINTVS est, in Psal. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Et quid intelligemus, inquit Caluinus, per lumbos impletos illusionibus?

RESPONDEO, verbum Hebræum נִלְשָׁה Nilsh, ignominiam & ardorem significare: quocirca Dauidem loqui de eo pruritu ac ardore libidinis, qui dum in corpore existit, illusiones in mente gignit: porrò Græcum interpretem, quem Latinus; & (quod magis est mirum) Chaldæus sequutus est, effectum pro causa posuisse, quod neque nouum, neque mirû cuiquam videri debet.

SEXTVS est, in Psal. 67. Qui habitare facit vnus moris in domo. Caluinus vult debere legi, qui habitare facit vnicos in domo, id est, qui orbos & solitarios ditat familia.

RESPONDEO, verba Hebræa optimè recipere plures sensus, & omnes veros. Vnus sensus est; Qui in domo sua, quæ est Ecclesia, habitare facit homines vnus moris, id est, vnus fidei, vnus spei, vnus voluntatis, iuxta illud Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Qui enim diuersæ fidei, aut voluntatis sunt, vt hæretici & schismatici, in Ecclesia permanere non possunt, sed vel ipsi exeunt, vel eiiciuntur. Hunc sensum expresserunt septuaginta, & inde Latinus interpres, & omnes ferè Græci & Latini Patres. Neque hic sensus ab Hebræa voce discedit, nam יִחְבְּדִים iachidim, venit à verbo יָחַד iachad, quod est vnire, inde fit יִחְבֵּד iachid, vnitus, siue vnus & multis compositus.

VIATA tamen etiam vnicum & solitarium significat, inde est alius sensus etiam verus; Qui facit vt homines derelicti & solitarij, qui non habent, à quibus defendantur, tamen securi habitent in domibus suis, diuino eos auxilio protegente. Huc videtur respexisse diuus Hieronymus, qui vertit solitarios. Tertius sensus est etiam verus, & alios non destruens; Qui facit homines vnicos, id est, orbos, vel steriles habitare in domo, id est, magnam familiam possidere.

NEQVE absurda est eorum expositio, qui sic interpretantur; Facit habitare solitarios in domo, id est, facit, vt quidam præ amore cœlestis contemplationis, relicta

A frequentia ad loca deserta se recipiant, & soli habitent, vt olim Helias, postea Ioannes Baptista, & noster Paulus, Antonius, Hilariion, & alij fecerunt.

SEPTIMVS est, in eodem Psalmo, vbi pro eo, quod habemus, Qui habitant in sepulchris. Caluinus contendit esse legendum; In sticulo loco. Et quidem negari non potest, quin vox Hebræa יְשֻׁבְחָה yschichah, locum arenam, & siccam designet. Sed neque credibile est, id ignorasse Græcum interpretem, cum vocabulum sit satis notum. Voluit igitur interpres horrorem deserti illius exprimere, vnde Deus populum suum eduxit; quod quidem instar sepulchri esse videbatur. Quia phrasi vsu videmus Ezechielem cap. trigesimo septimo, qui Babilonicam captiuitatem sepulchra Iudæorum nominauit.

OCTAVVS est, in eodem Psalmo, vbi dicitur: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, Rex virtutum dilecti, dilecti, & speciei domus columbæ deargentatæ, & posteriora dorsus eius in pallore auri. Hunc locum præ cæteris maximè vexat Caluinus, dicens interpretem, vbi sensus optimè fuit in verbis Dauidis, intulisse enigmata, vnde se nullus Oedipus expediat, vult autem ipse legi, Reges exercituum fugerunt, fugerunt, & habitatrices domus diuiserunt spolia. Si dormistis inter medias ollas, eritis sicut penna columbæ, quæ tectæ est argento, & cuius alæ tectæ sunt flauo auro.

RESPONDEO in primis, nõ posse accusari Latinum interpretem qui vertit fidelissimè, quod in Græco reperit. Et quamquam in Latina editione locus iste valdè obscurus est, tamen etiam est obscurus in Græco & Hebræo & in ipsa Caluini versione, vt patet.

DICO præterea, posse facillè Hebræum textum ad nostram lectiõem accommodari: nã illud מַלְעֵי־שִׁבְאוֹת Malceisebaorb, significat Reges virtutû, seu exercituum: tamen si puncta mutantur, & legamus מַלְעֵי־שִׁבְאוֹת Melcisubaorb erit Rex virtutum, sicut מַלְעֵי־שִׁבְאוֹת Melcisedeorb. Rex iustitiæ. & illud יְדוּדוּם ydudum, significat, Fugient, tamen LXX. videntur legisse יְדוּדוּם ydudum, vna tantum litera mutata, quod significat, Dilectum; quæ vox habetur in titulo Psalmi quadragesimi quarti, vbi dicitur canticum dilecti. Illud autem בַּיִתְּךָ בַּיִתְּךָ vmenath baith, significat habitatricem domus non habitatrices, vt malè vertit Caluinus: significat etiam mulierem speciosam & delicatam, quæ ferè semper domi manet; & inde translato vocabulo significat speciem & pulchritudinem. Nam beatus Hieronymus hoc loco vertit Pulchritudo, & alibi ferè semper.

DENIQVE illud שֶׁפְּהַרְבַּיִם shepharbaiim, non significat ollas, vt Caluinus putat. Nam est dualis numeri, & proinde significat aliquid natura sua duplicatum. Sic enim ferè vtuntur duali Hebræi. Ollæ autem sunt infinitæ: sed significat duo labia, siue duos terminos, aut ordines. Nam שֶׁפְּהַרְבַּיִם shepharbah, est ordinare. Vnde Hieronymus sic vertit, Inter terminos: & septuaginta, Inter clericos, id est, sortes, siue hæreditates, quasi dicerent, Inter terminos duarum sortium. Habemus igitur lectiõnem nostram, non esse alienam à textu Hebræo. Nunc sensum explicemus.

SENV'S igitur illorum verborum, vt ex Augustino & aliis Patribus colligitur, talis est; Dominus dabit euangelizantibus virtute multa, id est, Dominus dabit prædicatoribus Euangelios & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij eorum. Nam quæ dicent, signis etiam & prodigijs cõfirmabunt. Rex virtutum dilecti, dilecti, id est, ille Dominus, de quo dicebamus, est Rex virtutum, id est, Rex potentissimus, Dominus exercituum multorum millium Angelorum, & simul Pater dilecti, dilecti, id est, Messia filij sui dilectissimi, qui etiam dabit diuidere spolia speciei domus, id est, dabit iisdem prædicatoribus, vt diuidant spolia

gentium ad Christum conuersarum, ad speciem & decorem domus suæ, quæ est Ecclesia. Illud enim: speciei, est datiuus casus, & idem valet quod ad speciem. Si dormiat inter medios clericos, id est, si vos prædicatores, & pastores Ecclesiæ maneat inter duas sortes siue hæreditates, cœlestem & terrenam, ita vt dum hîc viuitis, non toti sitis in rebus temporalibus occupati, nec toti in spiritualibus, nec toti in actione, nec toti in contemplatione, sed in medio: tunc erit Ecclesia quasi columba formosissima, & pulcherrima, habens alas deargentatas, & dorsum deauratum, &c.

NONVS est ibidem, vbi legitur: Vt quid suspicamini montes coagiuatos. Vult enim Caluinus esse legendum, vt quid inuidetis montibus opimis.

SED cum verbum illud, רַצַּר ratzar, non nisi hoc loco inueniatur, & tot sint ferè expositiones huius verbi, quot sunt interpretes, cur, quæso, magis sequendus erit vnus Campensis, quàm interpretes septuaginta? Certè non poterit Caluinus ex vilo alio loco Campensis sui versionem confirmare.

CVM igitur necessariò interpretum iudicio acquiescendum sit, quis non videt septuaginta interpretes omnibus aliis anteposendos esse, præsertim cum eorû versionem Catholicam Ecclesia tam longo vsu approbauerit.

DECIMVS est ibidem, vbi legitur: Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum. Sic enim legendum Caluinus censet. Etiam defectores, vt inhabitet Dominus Deus.

AT profectò nimia est hæc libido contradicendi, cum & sensus sit idem, & verba vulgatæ editionis sint meliora, & ipse etiam sanctus Hieronymus ex Hebræo vertit. Non credentes inhabitare Dominum Deum.

VNDECIMVS est ibidem, vbi legitur: Conuertam in profundum maris. Nam in Hebræo contrarium haberi Caluinus dicit, hoc est, Reducam ex profundis maris.

AT primum, posse rectè ex Hebræo verti, in profundum, testatur R. Dauid, qui asserit interdum מֵי־מִן pro מֵי־בֵּה, vsurpari, vt Deuteronomij trigessimotertio, versus secundo מֵי־מִן מִיִּסְיָי Misinai, In Sinai. Deinde varia sunt lectiõnes tam in Græcis, quàm in Latinis codicibus cum alij legant, In profundum, alij, In profundis. Quæ lectiõ posterior, & verior esse videtur, & cum Hebraica voce satis coheret. Nam quid aliud est, Conuertam in profundis maris, quàm eos etiam, qui sunt in profundis maris, extraham, & conuertam? quemadmodum Augustinus, Beda, Euthymius, & alij non pauci exposuerunt.

DVODECIMVS locus est in eodem Psalmo: Ibi Bèiamin adolescentulus in mentis excessu. Miratur Caluinus, quid cogitarit interpres, qui sic vertit, cum in Hebræo sit רִדְדוֹם rhodom, id est, dominator eorum.

RESPONDEO, illud verbum posse significare dominator eorum à verbo רִדְדוֹם Rhadaach, & etiam altè dormiens à verbo רָדַם Rhodam, posteriorem lectiõnem sequuti sunt Græcus, & Latinus interpres, sed vtraque est vera interpretatio, nec vna alteram destruit: nam per Beniamin intelligunt Catholici scriptores cum Augustino Apostolum Paulum, qui & fuit in mentis excessu tam altè dormiens, vt nesciret, an esset in corpore, & simul fuit præcipuus Dominus siue Princeps spiritualis Ecclesiæ gentium.

DECIMVS tertius est in Psalmo centesimo trigesimo primo, vbi legitur: Viduam eius benedicens benedicam. Quem locum & Caluinus & Kemnitius dicunt esse corruptum, cum in Hebræo sit יִשְׂרָאֵל israh. Id est, victum eius. Addit Caluinus, aliquem sacrificulum lusciosum habuisse in suo codice, victum, & putasse e, & t, esse vnum, d, & propterea legisse Vidum, & quia hoc nihil significabat, addidisse vnum a, & fecisse Viduam, & neminem fuisse qui hunc errorem aduertere poterit.

RESPONDEO, bis mentiri Caluinum in hoc loco.

A Primo, cum dicit, neminem aduertisse hanc varietatem: nam notarunt eam Chrysostronus & Hilarius in hunc locum, necnon beatus Hieronymus in question. in Genesim. Item recentiores plurimi, Caietanus, Titelmannus, & alij in hunc locum. Secundo, cum dicit, sacrificulum lusciosum ita corrupisse hunc locum: nam non ex Latino, sed ex Græco nata est hæc varietas, in Græcis enim codicibus ferè omnibus est χῆρας id est, viduam, & sic legerunt Ambrosius, Hilarius, Augustinus, Chrysostronus, Prosper, Cassiodorus, & alij. Alerit quoque sanctus Hilarius, antequam Christus nasceretur, fuisse in hoc textu χῆρας, id est, viduam.

DICO præterea, si vllus error hîc est, esse in Græco: nam cum χῆρας & χῆρας tantum vna litera differant, facillè potuit fieri, vt aliqui pro χῆρας scripserint χῆρας. Nã etiam nunc aliqui Græci habent χῆρας, & Hieronymus in suo Psalterio vertit venationem, & sic exponunt Chrysostronus & Theodoretus in commentariis huius loci.

QUA tamen sensus ferè est idem, & semper in Ecclesia Græca & Latina lectum & cantatum est, Viduam, non putarem hunc locum debere mutari: nam Hieronymus in epistola ad Suniam & Fretellam sapienter monet, ea quæ in Psalms Latinis videntur dissentire ab Hebræo, esse quidem notanda & obseruanda à doctis, tamen non esse propterea mutandum textum qui tot facultis in Ecclesiastico vsu fuit, & tantam obtinuit auctoritatem. Quod Hieronymi consilium minimè seruauit Caluinus, qui ita omnia inuertit & mutauit, vt aliud planè Psalterium fecerit.

VTVM est, ad extremum adscribere verba quædam Cõradi Pellicani, hominis Zuuingiani, vt verè de nostra editione dicere possimus, quod de vero Motes ait, non est editio nostra, vt editiones eorum, & inimici nostri sunt iudices. Ille igitur cum bis Psalterium ad Hebraicam veritatem à se conuersum edidisset, hoc testimonium de nostro Psalterio dedit in præfatione anni millecimi quingentesimi trigesimali quarti. Tama dexterritate, eruditione, & fide, Hebraico, quo ad sensum, conuertere deprehendimus vulgatâ editionem. Psalterij, vt eruditissimum, pariterque piissimum, & verè prophetiâ spiritus præditum fuisse interpretem Græcum, & Latinum non dubitem; quamquam alicubi dissentiat à pũctis Hebræicis quibus nunc Iudæi vtuntur, quæ olim non fuisse similia ambigere cogor, & quarundam literarum mutationem factam suspicio sit consentibus singula diligenter. Hæc ille. Atque hæcenus de Testamento veteri.

CAPVT XIII.

Defenduntur loca quæ hæretici aiunt esse corrupta in editione Latina noui Testamenti.

DORRO in Testamento nouo non pauca etiam loca Kemnitius & Caluinus annotarunt, quæ ab interprete Latino corrupta esse dicunt.

PRIMVS locus est Matthæi nono: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Mutilata est, inquit Kemnitius, pulcherrima sententia: nam deest in Latino, Ad panem vniuersum.

RESPONDEO in primis in quibusdam Latinis inueniri illam particulam, deinde dico verissimilius esse, illam particulam in Græco esse superfluum, & in emendatis codicibus Græcis non fuisse. Nam beatus Hieronymus in Comment. eam non legit, & tamen Hieronymus diligenter contulit Græcum cum Latino, & ex Græco Latinum correxit. Quod autem non sit necessaria, perspicuum est. Nam vocare peccatores, non iustos, apertè significat hortari ad pœnitentiam eos, qui egent, non qui non egent, quod Dominus paulò antè exemplo medici illustrauerat.

SECUNDVS locus est Ioan. 14. Spiritus sanctus suggeret vobis omnia, quacunque dixerit vobis. Hunc locum vult Kemnitius esse deprauatum, ad probandum quacunque in conciliis definiuntur, accipienda esse pro

oraculis Spiritus Sancti: nam in Græco non est dixerō, sed, Dixi, & ἔειπεν.

RESPONDEO, S. Augustinum & alios veteres sic legere, vt nos legimus, & sensum esse eundem cum Græco. Non enim intelligimus Dominum dixisse, Spiritus sanctus suggeret vobis omnia, quæ tunc dixerō vobis; sed quæ nunc dixerō, id est, quæ nunc à me auditis, & non intelligitis, tunc Spiritus sanctus in memoriam vobis reuocabit, & explicabit. Neque in hoc verbo ponunt Catholicis fundamentum auctoritatis Conciliorum, sed alia præsidia habemus, de quibus postea.

TERTVS est Rom. i. Qui prædestinatus est filius Dei, Hunc locum reprehendit Calvinus tamquam malè redditum, tum quia in Græco est ἔδειξεν, id est, declarati siue manifestati, tum quia illa prædestinantur quæ non sunt, Christus autem semper fuit filius Dei: quo argumento vitur etiam Origenes hoc loco.

RESPONDEO, interpretem nostrum optimè reddidisse. Nam est verbum illud Græcum ἐξέωσεν significet finire, & apud prophanos auctores accipitur sæpè pro declarare: tamen in Scriptura aliter accipitur. Vt enim docet Beatus Dionysius libro diuini. nom. cap. 5. hoc verbum est proprium Theologiae, id est, habet in Scriptura peculiarem significationem, nam vbique significat statuere, decernere, definire, nunquam autem declarare, vt patet Actor. 24. 17. Romanorum 8. Ephes. 1. & alibi. Nam cum dicitur Act. 2. hunc definito Concilio, & præscientia Dei traditum interemisit, habetur hæc vox ἐπέστησεν, & tamen certum est non significare declarationem, sed diuinam ordinationem. Similiter Romano. 8. quos prædestinauit hos & vocauit, in Græco est ἐπέδειξεν, quam vocem ne ipsi quidem aduersarij significare volunt declarauit.

ET quoniam ordinatio, & definitio Dei non potest esse temporalis, sed æterna, ideo interpretes noster videns Apostolum loqui de æterna destinatione, maluit vertere prædestinatum, quàm destinatum. Et sic legerunt omnes: atini etiam antiquissimi, vt Irenæus lib. 3. contra Valent. cap. 32. Hilarius lib. 7. de Trinitate, Ambrosius, Sedulius, & alij in hunc locum, Augustinus, lib. de prædest. cap. 15. & in Ioan. tract. 105. Tertullianus lib. contra Praxeam legit definitus, quod est idem cum nostro.

ADDE Concilium Toleranum XI. cap. 1. quod & legit, & exponit prædestinatus. Neque ratiuncula illa Caluini aliquid efficit: non enim id prædestinatum esse dicimus, vt verbum Dei sempiternum filius Dei esse inciperet, sed vt verbum Dei fieret homo, & proinde vt ille, qui factus est Deo ex semine Dauid, vt Paulus loquitur, sit filius Dei, quod pulchrè explicant Augustinus & Concil. Tolet.

QUARTVS locus est Rom. 1. in fine capitis, vbi habemus. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Hunc locum non solum Kemnitijs sed etiam Valla, Erasmus, Iacobus Faber, & alij corruptum esse voluit. Primo quoniam Græcus textus ita habet ὅτι οὐκ ἔδειξαν τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγινώσκοντες, ὅτι οὐκ ἔδειξαν τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγινώσκοντες, ὅτι οὐκ ἔδειξαν τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγινώσκοντες.

ITAVT in nostro codice Latino sunt addita in primis illa, non intellexerunt, & deinde illud, qui, cum dicitur, qui ea faciunt, & qui consentiunt.

SECUNDO, quia Chrysostrabus, Oecumenius, Theophylactus exponunt, vt habetur in Græco.

TERCIO, quia quod habetur in nostro textu videtur falsum, aut certè parum verisimile. Dicitur enim, qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, &c. Nam si hoc non intellexerunt, quomodo iustitiam Dei cognouerunt? quæ est enim iustitia Dei, nisi vt qui malè agit, puniatur?

RESPONDEO, nostram lectionem omnino esse meliorem: nam secundum Græcum sensus est, peius esse consentire malè agenti, quàm malum agere: secundum Latinam sensus est contrarius, peius esse malè agere, quàm consentire malè agentibus. At certè absolute peius est malè agere, quàm consentire malè agenti. Quis enim neget peius esse occidere hominem, quàm tantum consentire vt occidatur, id est, permittere cum possis impedire? non enim hic loquitur Apostolus de imperio, vel incitatione ad malum, sed de simplici consensu.

IGITUR ad primum dico, nihil non posse certi colligere in hac parte ex Græco fonte, nam varia est lectio in Græcis. Aliter enim legit Origenes, quàm Chrysostrabus, vt patet ex eorum commentarijs, & Oecumenius annotat aliquos legisse, vt nos nunc legimus. Titelmanus quoque collat. 1. in Epist. ad Rom. asserit se legisse in vetusto codice Græco manuscripto, illa verba ὅτι οὐκ ἔδειξαν, id est, non intellexerunt.

AD secundum opponimus auctores auctoribus: nam legunt, vt nos habemus, & exponunt, Cyprianus lib. 1. Epist. 4. Ambrosius, Sedulius, Haymo, Anselmus, & alij Latini in hunc locum, Hefychius lib. 6. in Leuiticum, exponens ca. 20. & Symmachus Papa in Apologetico contra Anastasium Imperatorem.

AD tertium dico, id quod habetur in Græco potius videri falsum. Nam quod dicitur in Latino, cum cognouissent iustitiam Dei, non pugnat cum eo, quod sequitur, non intellexerunt. Nam cum dicit, cum cognouissent, loquitur de theorica cognitione: cum dicit, non intellexerunt, loquitur de practica. Itaque sensus est, cum cognouissent veritatem, tamen propter affectus prauos excæcati, non potuerunt serio sibi persuadere sic esse agendum.

POSTET etiam dici, illud non intellexerunt, non referri ad illud, quia qui talia agunt, &c. sed ad illud, sed etiam, qui consentiunt facientibus. Est enim sensus, isti Philosophi ethnici, cum cognouissent vnum esse Deum, & proinde malum esse colere Iouem & Martem, & cætera falsa numina, non intellexerunt, non solum hoc esse malum, quod turba faciebant, sed etiam esse malum consentire talibus, ac non eos admonere, & increpare: quod ipsi Philosophi faciebant.

QUINTVS locus est Ro. 4. vbi dicitur Abraham non esse iustificatus ex operibus. Conqueritur enim Kemnitijs nos addidisse, legis, vt possemus exponere locum illud de operibus legis illius, quæ ceremonias præscribat.

RESPONDEO, meram calumniam esse. Nam codices Latini, vel omnes, vel ferè omnes non habent illud, legis. Neque nos intelligimus locum illum de operibus legis veteris, sed de operibus factis viribus propriis. Adde, quod Ambrosius & in textu habet, legis, & in comment. exponit de lege veteri. Non igitur Papistæ locum istum, vt Kemnitijs mentitur, corruerunt. Sed de hoc postea.

SEXTVS est Rom. 11. vbi legimus. Si gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Calumniam Kemnitijs nos detraxisse in eam sententiam, nimirum, Si autem ex operibus, non amplius est gratia, alioqui opus iam non est opus.

RESPONDEO, esse quidem in Græcis codicibus illam sententiam, & à Theophylacto explicari, tamen à nullis alijs agnoscinam nec Origenes, nec Chrysostrabus, nec Ambrosius, nec vlli alij explanatores huius loci, eius meminerunt: sed nec Augustinus qui frequentissimè hunc locum tractat, & præcipuè li. 2. de bono perseuer. ca. 18. Immo & Erasmus in annotationibus ad hunc locum reicit hanc additionem, tanquam superflua. Quod certè satis esse deberet Kemnitijs, qui in eadè pagina remittit nos ad Eras. vt ab eo discamus errata vulgata editionis.

SEPTIMVS locus est Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est. Kemnitijs enim docet malè verbum esse Sacramentum, cum sit Græcè ἡγάθηον, atque ait id à nobis

factum

factum esse, vt possemus inde probare Matrimonium esse Sacramentum.

RESPONDEO, idem esse mysterium Græcis, & Latinis Sacramentum; Græci enim cum de Sacramentis agunt, semper ἡγάθηον vocant. Et hunc locum Apostoli explicantes sancti Patres, Ambrosius, Hieronymus, & alij Latini semper vtuntur hac voce.

OCERTAVVS locus est Ephes. 6. Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfectis stare. Kemnitijs vult hunc locum esse deprauatum, quia in Græco est, omnibus perfectis ἡπαντα κατὰ κράτος ἔμενον, & sic exponit Ambros. Hieronymus, Chrysostrabus, & alij.

RESPONDEO, sensum esse eundem, sed oportere illud, perfecti, coniungere cum voce, omnibus, non cum verbo, stare. Siquidem sensus Apostoli est, vt armemur ex omni parte spiritualibus armis, vt sic armati possimus in acie contra Diabolum, non cadere, sed stare. Dicit igitur, accipite armaturam Dei, Græcè πανοπλίαν, id est, omnia arma, galeam, scutum, gladium, loriam, &c. vt in omnibus perfecti, id est, ab omni parte muniti, & armati, id est, præditi, & perfecti omnibus virtutibus, possitis stare contra diabolum: siue, & est idem, vt omnibus perfectis, id est, cum omnia arma comparaueritis, & indueritis, tunc possitis stare, &c.

NONVS est Hebr. 9. Ad multorum exhaurienda peccata. Conqueritur Kemnitijs, malè esse reddita Græca verba, nam ἀνακατέργασεν non est exhaurire, sed auferre.

RESPONDEO, & hoc loco eundem sensum esse. Præterea videtur interpretes propriissimè verisimè, nam ἀνακατέργασεν est proprie sursum ferre, efferre, educere: sicut ergo cum aqua, vel sordes educuntur ex aliqua sentina, dicuntur sordes exhauriri, ita etiam peccata, quæ Christus extulit, & eduxit ex profundo pectoris nostri, rectè dicuntur ab illo esse exhausta.

DECIMVS est Hebr. 13. Talibus hostiis promeretur Deus. Hic vult Kemnitijs esse positum nomen meriti quod in Græco non habetur.

RESPONDEO, verbum Græcum ἀποδοτέον ὁ θεός significare proprie, delectatur Deus, siue vt Erasmus vertit, placet Deo. Latine autem rectè dici, bene mereri de aliquo eum, qui facit rem illi gratam, nemo est qui nesciat. Si ergo dixit noster interpretes, his hostiis promeretur Deus, id est, his hostiis res grata fit Deo, & bene meretur de Deo, qui illas offert. Accepit enim interpretes mereri in passiva significatione.

VNDECIMVS est Iacobi 5. Et alienabit eum Dominus. Kemnitijs dicit non bene redditum verbum Græcum ἐξέστη, & studiosè locum esse deprauatum, vt ex eo confirmarem effectus Sacramenti extremæ vnctionis, cum nihil tale sonet verbum Græcum.

RESPONDEO, necire Kemnitijs quid loquatur: nam verbum Græcum melius ostendit effectus extremæ vnctionis, quos Catholicis in eo Sacramento agnoscunt, quàm verbum Latinum.

CATHOLICI enim tres effectus attribuunt huic Sacramento. Vnum præcipuum quidem, sed communem alijs Sacramentis, videlicet, vt remittat peccata, si quæ remanserint. Alterum proprium huius Sacramenti, vt hominem in illo articulo temporis, mæstitia, & doloribus oppressum, & torpentem erigat, & exhilaret. Tertium vt interdum etiam corporaliter sanet.

HOS tres effectus, incipiendo à minus præcipuis diserte ponit Iacobus his verbis, Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alienabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Effectum igitur huius Sacramenti secundum, vt hominem in articulo mortis mæstitia doloribus, tentationibus depressum, ac torpentem exhilaret, erigat, excitet, propriissimè exprimit verbum ἐγείνηται

mirum excito, erigo, &c.

DYODECIMVS est I. Iohannis 5. Hæc scribo vobis, vt sciatis, quoniam vitam æternam qui creditis in nomine filij Dei. Kemnitijs dicit sententiam hanc esse mutilatam: nam in Græco sic habetur; Hæc scribo vobis, qui creditis in nomine filij Dei, vt sciatis, quoniam vitam æternam habetis, & vt credatis in nomine filij Dei.

RESPONDEO, non esse Latinum codicem mutilum, sed Græcum redundantem, vt etiam suspicatur Erasmus in hunc locum, cuius tamen iudicio plurimum tribuere solet Kemnitijs. Nam cum dictum sit; Hæc scribo vobis, qui creditis in nomine filij Dei: quorsum additur, vt credatis in nomine filij Dei? quid enim erat opus monere, vt facerent, quod iam fecerant: adde quod etiam S. Beda legit, vt nos habemus.

CAPVT XV. De editionibus vulgaribus.

ONTROVERSA est inter Catholicos & hereticos, an oporteat, vel certè expediat diuinarum Scripturarum vsum communem esse in lingua vulgari, & propria vniuscuiusque regionis.

ET quidem heretici huius temporis omnes in eo conueniunt, vt oporteat Scripturas omnibus permittere, immò & tradere in sua lingua, & cum publicè leguntur, vel canuntur, vt in sacris officijs, id quoque fieri lingua propria & materna. Ita Brentius docet in confess. VVittemberg. ca. de horis canonicis. Caluinus li. 3. instit. c. 20. §. 33. Kemnitijs in exam. 4. sess. Concil. Tridentin. quod idem alij omnes re ipsa docent, dum passim vertunt Scripturas in linguam Germanicam, Gallicam, Anglicam, & iisdem linguis publicè Scripturas legunt & canunt.

AT Catholica Christi Ecclesia non quidem prohibet omnino vulgares translationes, vt Kemnitijs impudenter mentitur, (nam in indice librorum prohibitionum à Pio III. edito, Reg. 4. videmus concedi lectionem eiusmodi librorum iis, qui vtiliter, & cum fructu ea vti possunt, id est, iis, qui facultatem ab ordinario obtinuerint.) prohibet tamen, ne passim omnibus sine discrimine concedatur eiusmodi lectio, & ne in publico, & communi vsu Ecclesie, Scripturæ legantur vel canantur vulgaribus linguis, vt in Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. & cap. 9. statuitur: sed contenti sumus illis tribus linguis, quas Dominus titulo crucis suæ honorauit Iohannis 19. & quæ omnium consensu, antiquitate, amplitudine, & grauitate omnibus alijs præstant; ac demum quibus ipsi libri diuini ab auctoribus suis initio scripti fuerunt, hoc est, Hebræa, Græca, & Latina.

DE quibus ita loquitur S. Hilarius præfatione in Psalmos: His maximè tribus linguis Sacramentum voluntatis Dei, & beati regni expectatio prædicatur, ex quo illud Pilati fuit, vt his tribus linguis Regem Iudeorum Dominum IESVM CHRISTVM esse præscriberet.

SCRIPSERVNT de hoc argumento, quod ego quidem sciam, auctores duo, Hosius Cardinalis Varmienfis in Dialogo de sacro venaculè legendo, & Iacobus Ledesma nostræ Societatis Presbyter, in libro quem scripsit de hoc eodem argumento.

EX quibus non aliqua decerpemus, & in hanc nostram disputationem, quo ea sit plenior, inseremus. PRINCIPALIO igitur Ecclesie Catholice consuetudinem comprobare possumus ex vsu Ecclesie veteris Testamenti, qui fuit à tempore Esdræ vsque ad Christum.

NAM à temporibus Esdræ desit in populo Dei lingua Hebraica esse vulgaris. Siquidem in illis LXX. annis, quibus Hebræi fuerunt inter Chaldaeos in Babylone, oblitum linguam propriam & Chaldaicam didicerunt, & deinceps Chaldaica, seu Syriaca fuit illis materna, quocirca lib. Esdræ secundo, cap. 8. habemus, quod cum legeretur liber legis Domini vniuerso populo, Nehemias, & Esdras, & Leuitæ interpretabantur, quia alio-

qui nihil potest
dem dici.

llegebat. Itaque propterea, ut ibi
læticia magna in populo, quia in-
tellexeram.
PRAET. I apertissime colligitur ex verbis
Christi, & E
est, Puella si
rum est. Nam puella Hebraicè, non
dicitur Talith. ied תליתא, aut תליתא, sic
Abba Marc.14.nam תליתא ab dicitur Hebraicè, & Mar.27.
Hacheldema Syrum est, Hebraicè dicitur תליתא
sebede dam. Ibidem Golgotha Syrum est, Hebraicè dice-
retur תליתא גולגותה & apud omnes Euangelistas
habemus Pascha, quod non est Græcum nec Hebraicum,
Hebraicè dicitur תליתא פסחא. Vide plura apud Hierony-
mum in libro de nominibus Hebraicis.

IT A Q U E dubium esse non potest, quin eo tempore
lingua vulgaris non esset Hebraica, & tamen Hebraicè
solum Scripturas in templo aut synagogis publicè lege-
bant, aut caneant. Nam in primis ex lib.2. Efdra, cap.8.
satis colligitur tunc lectam fuisse Scripturam Hebraicè
non Syriacè, nam non intelligebat populus sine inter-
prete. Huc etiam pertinet, quod Ioan.7. dicitur: Turba
haec, quae non nouit legem.

D E N I Q U E vsque ad hanc diem in synagogis Iudei
Scripturas Hebraicè legunt, cum tamen nulli nationi
hoc tempore lingua Hebraica sit vulgaris. Neque his
repugnat, quod extet paraphrasis Chaldaica Scriptura-
rum: nam illa vel tota, vel maiori ex parte facta est post
Christi aduentum, & praeterea eam nunquam Hebraei
ita receperunt, ut publicè eam pro Scriptura legerent:
de quo nos agimus.

P R O B A T V R secundo ex vsu Apostolorum: nam A-
postoli per totum orbem terrarum Euangelium prædi-
carunt, & Ecclesias constituerunt, ut patet ex Paulo ad
Rom. 10. & ad Colof. 1. & ex Marci Euangelio cap. vi.
Item ex Irenæo lib. 1. cap. 3. qui cum fuerit vicinissimus
Apostolicis temporibus, tamen dicit suo tempore fuisse
Ecclesias iam fundatas in Oriente, in Lybia, in Aegypto,
in Hispania, in Germania, & in medijs regionibus, id est,
Italia & Gallia. Et tamen non scripserunt Euangelia aut
epistolas linguis earum gentium, quibus prædicabant,
sed tantum Hebraicè, aut Græcè, & ut quidam volunt
Latinè. Sunt enim qui existiment Marci Euangelium, ut
etiam supra monuimus, Latinè scriptum Romæ ab ipso
Marco, & postea ab eodem in Græcam linguam transla-
tum, de quo vide Damasum in vita B. Petri, Adrianum
Finum, lib. 6. flagelli contra Iudæos, ca. 80. & li. 8. c. 62. &
Petrum Antonium Beuter annot. 9. ad sacra Scripturam.

Q U O D autem non scripserint vllis alijs linguis, etsi
eas non ignorarent, cum haberent donum linguarum,
potest multis modis ostendi.

P R I M O, quia nullum extat vestigium vllius scripti
Apostolici, nisi Græcè: nec vllus veterum tradit scrip-
se nisi Hebraicè, aut Græcè, aut Latinè.

P R A E T E R E A Paulus Romanis Græcè scripsit, cum
tamen Romanis non Græca, sed Latina esset vulgaris:
item Petrus & Iacobus scripserunt Græcè Iudæis per or-
bem terrarum dispersis, quibus tamen non Græca erat
materna, nec Hebraea, sed lingua eius regionis, in qua
habitant, ut patet ex illo Act. 2. Nonne isti qui loquun-
tur, Galilæi sunt: & ecce nos audiuimus eos loquentes nostris
linguis, &c. Ita enim dicuntur à Iudæis, qui ex varijs re-
gionibus conuenerant ad urbem Hierosolymæ. Sic enim
Lucas ait Act. 2. Erant autem in Hierusalem Iudæi, viri re-
ligiosi ex omni natione, quae sub caelo est. Item Ioannes Græ-
cè scripsit. 1. epistolam Parthis, ut B. Higinus testatur in
epist. 1. & B. Augusti, lib. 2. quaest. Euang. q. 39. & Ioannes
II. Papa in epist. ad Valerium, cum tamen Parthis Græca
non esset materna.

P R O B A T V R tertio ex vsu vniuersalis Ecclesiae:
nam ut Augustinus docet epist. 118. contra id quod vni-

uersa Ecclesia facit disputare, insolentissimè insaniam est.
Vniuersa porrò Ecclesia semper his tantum linguis He-
braea, Græca, & Latina vsa est in cōmuni & publico vsu
Scripturarum, cū tamè iam dudū defierint esse vulgares.

I D ita esse, demonstratur primum ex eo quod B. Au-
gustinus lib. 2. de doct. Christ. cap. 11. dicit ad intelligentiam
Scripturarum esse necessariam cognitionem tantum
trium linguarum, Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ, quia
in illis linguis Scriptura diuina legeretur, nec vllus anti-
quus auctor meminit alicuius alterius translationis; &
tamen tunc sine dubio multæ aliæ erant linguae vulgares.

I G I T V R saltem primis CCCC. annis, quo Ecclesia
maximè floruit, non legebantur Scripturae lingua vul-
gari. Deinde iuxta regulam Augustini lib. 4. contra Do-
natistas, cap. 24. & Leonis ser. 2. de ieiunio Pentecostes,
id quod in vniuersa Ecclesia seruatur, si non possit assi-
gnari eius initium, de Apostolica traditione descendere,
& sic semper fuisse meritò creditur.

A T nos videmus nunc in Italia, Germania, Gallia,
Hispania, Græcia, vbicunq; Catholici sunt, tantum
Græca & Latinae linguae esse vsum in publica Scrip-
turarum lectione, nec potest huius rei assignari princi-
pium, quis enim dicat quando cœperit iste vsus?

A D hæc in toto Oriente tempore B. Hieronymi in
publico vsu erat tantum editio Græca LXX. interpre-
tum per Origenem, Lucianum, aut Hefychium emenda-
ta. Nam vt ex ipso Hieronymo discimus præfa. in Paral.
à Constantinopoli vsque ad Antiochiam in publico vsu
erat editio Græca Luciani: ab Antiochia vsque ad Aegy-
ptum, id est, per totam Syriam erat in publico vsu editio
Origenis per totam Aegyptum vtebatur editione Hefy-
chij, & tamen lingua Græca non erat vulgaris, à Con-
stantinopoli vsque ad Antiochiam, & multo minus in
Syria & Aegypto. Nam Galatia est inter Constantino-
polim, & Syriam, tamen propria lingua Galatarum tem-
pore beati Hieronymi non erat Græca, sed alia quædam
simillima lingua Treuirensium, vt ipse Hieronymus tes-
tatur præfatione lib. 2. in epistolam ad Galat.

P R A E T E R E A Põtus, Cappadocia, Asia minor, Phry-
gia, Pamphilia sunt inter Constantinopolim, & Antio-
chiam sitæ, & tamen non habebant eandem vulgarem
linguam, sed diuersam, vt alij alios non intelligerent, vt
patet ex Act. 2. & tamen isti omnes vna, & eadem edi-
tione Scripturarum vtebantur, nimirum S. Luciani.

I N Syria autem eo tempore linguam vulgarem non
fuisse Græcam, sed aliam longè diuersam testatur B. Hier-
onymus in vita Hilarionis, vbi dicit Hilarionem inter-
rogasse quendam obsessum primo Syriacè, deinde Græ-
cè, vt intelligerent Græci qui aderant. Sanctus quoque
Efræm multa Syro sermone, id est, sibi vernaculo scri-
psit, vt S. Hieronymus in Catalogo scriptorum refert.

Q U O D autem Aegyptus etiam propriam linguam
haberet, testis est Athanasius in vita D. Antonij, vbi di-
cit eum per interpretem disputasse cum quibusdam Phi-
losophis Græcis. D. Hieronymus quoque lib. de viris il-
lust. in Antonio, dicit eum scripsisse Aegyptiacè episto-
las aliquot, quæ postea in Græcam linguam versæ sunt.

I N Africa certum est, quousque ibi Christiani fuerunt,
semper in vsu publico Scripturarum fuisse solam Lati-
nam linguam: nam nulla est mentio apud vllum aucto-
rem vllius translationis Punicæ. Et D. Augustinus lib. 2.
de doct. Christ. cap. 13. dicit tempore suo Psalmos in Ec-
clesia Latinè cantari consueuisse. Item B. Cyprianus
serm. de orat. Dominica, testatur suo tempore in Missa
dici solitum præfationem illam; *Sursum corda.* Augusti-
nus de bono perseuer. ca. 13. dicit in Missa post illud: *Ha-
bemus ad Dominum,* mox subdi à sacerdote, *Gratias aga-
mus Domino Deo nostro.* & responderi, *Dignū & iustū est.*

E x quibus manifestè colligitur, in Africa Missam
Latinè dici consueuisse, necnon Lectionem, vel Epistolā

& Euangelium, quæ ex præcipuis partibus sunt Missa.

A T eo tempore non fuisse Latinam linguam omni-
bus vulgarem in Africa, idem Augustinus testis est: nam
in expolatione inchoata epist. ad Rom. circa medium, di-
cit vocem hanc, Salus, esse etiam Punicam, sed Punicè
significare tria, & ibidem affirmat quosdam Latinè, &
Punicè, quosdam Punicè tantum sciuisse, & tales fuisse
penè omnes rusticos. Item serm. 35. de verbis Domini,
dicit Punicam linguam affinem esse Hebraicæ, & quod
Romani lucrum vocant, à Pœnis vocari mammon. B.
Hieronymus etiam præfat. lib. 2. in epist. ad Gal. dicit
linguam Afzorum esse linguam Phœniciae nonnihil im-
mutatam. Phœnicia verò pars est Syriæ.

I N Hispania fuisse semper in publico vsu Scriptura-
rum solam Latinam linguam, patet ex Isidoro in libris
duobus de diuinis officiis, item ex Concl. Toletano IIII.
cap. 2. ante annos DCCCC. celebrato, vbi statutum est,
vt in tota Hispania idem ordo seruaretur in canendis
Psalmis, in Missis, in Lectionibus, & alijs Ecclesiasticis
officiis: & deinde cap. 12. 13. 14. & 15. satis apertè ostendi-
tur, tunc Latinè consueuisse illa omnia legi, qui modus
vsque ad hoc tempus seruatus est.

N E c extat vllam memoria, aut vestigium mutationis,
& tamen à multis iam seculis defuit in Hispania lingua
Latina esse vulgaris. Nam ante M C. annos separata fuit
à Romano imperio, & subiecta partim Gothis, partim
Mauris, qui nouam linguam sine dubio inuexerunt. Go-
thos enim, quos Getas alij vocant, propriam linguam
habuisse, docet Hieron. initio epi. ad Suniā & Fratellam.

Q V I N etiam antequam Gothi linguam Hispano-
rum corrupissent, fuisse in Hispanijs propriam linguam,
insinuat B. Hieronymus præfat. lib. 2. in epist. ad Galat.
vbi dicit, in insulis Balearibus linguam Græcæ affinem
fuisse tunc vulgarem.

I N Anglia testatur Beda suo tempore lib. 1. hist. gen-
tis suæ cap. 1. quatuor fuisse linguas vulgares, pro diuer-
sitate regionum eiusdem Insulæ: tamen Latinam com-
munem fuisse omnibus propter Scripturas: quia scilicet
omnes vtebantur editione Latina Scripturarum, etsi ali-
qui linguas maternas proprias haberent. Idem postea
seruatum patet ex Thoma VValdensi tomo 3. de sacra-
mentalibus tit. 3. & 4.

I N Gallia fuisse etiam vsum linguæ Latinæ in publica
Scripturarum lectione, quando Gallis non erat vulgaris
lingua Latina, colligitur ex Albino Alcuino præceptore
Caroli Magni in lib. de diuinis officiis, necnon ex Ama-
lario Treuirensi, qui circa annum DCCCXL. floruit, &
accuratissime scripsit de officiis Ecclesiasticis, vbi etiam
ostendit non solum in tota Gallia, sed etiam in toto reli-
quo Occidete eodè modo celebrata fuisse diuina officia.

T V N c autem in Gallia maternam linguam non fuisse
Latinam, ex eo colligitur, quod CC. annis ante Ama-
larij ætatem occupauerant Galliam Franci, qui ex Fran-
conia Germanicæ regione venientes, in Gallijs cum in-
genti multitudine confederunt.

P O R R O Francos linguam propriam habuisse scribit
Hieronymus in vita Hilarionis, vbi de quodam obsesso
à demone loquès. *Videres, inquit, de ore barbaro, & qui
Francam tantum, & Latinam linguam nouerat. Syria ad pu-
rum verba ris. nare.* Immo etiam antequam Franci Gal-
lias occuparet, fuisse linguam Gallorum diuersam à Lati-
na, indicat B. Hieronymus præfat. lib. 2. in epist. ad Gal.

I A M in Germania eodem tempore solius Latinæ lin-
guæ vsus fuisse in publica Scripturarum lectione, aper-
tè colligitur ex Rabano Episcopo Moguntino, qui fuit
ante annos DCC. Is enim lib. 2. de institutione clero-
rum, explicans ordinem diuinorum officiorum, qui tunc
in Germania seruabatur, manifestè significat, solum Lati-
nè diuinis Scripturas publicè legi solitas: & non solum
in Germania, sed etiam in reliquo Occidente idem ser-

uatum fuisse, indicat eodem libro ca. 9. cum ita dicit. *Iste
est Catholicus ordo diuinarum celebrationum, qui ab vniuer-
sa Ecclesia Christi in omni. abilitè seruatur &c.*

I D E M intelligi potest ex Ruperto Tuitionsi, qui an-
te annos CCCC. in Germania floruit, & lib. 1. de diuinis
officijs apertissime ostendit, in Germania, sicut in reli-
qua Ecclesia, non nisi Latinè diuinis Scripturas in Ec-
clesia legi consueuisse. Germanis autem nunquam fuisse
linguam Latinam vulgarem, certissimum est, tum ex
Hieronymo in epist. ad Suniam & Fratellam, & in vita
Hilarionis, tum etiam quia lingua Germanica non habet
vllam cum Latina affinitatem, vt dici possit nata paula-
tim ex Latina linguæ corruptione; quomodo nata sunt
Italica, Hispanica, atque Gallica.

I N Boëmia, & finitimis regionibus, quibus etiam
nunquam fuit lingua Latina vulgaris ante annos D. Lati-
nè diuinæ Scripturæ in Ecclesijs legebantur. Nam extat
epistola Gregorij VII. lib. . epistolarum eius manu scri-
ptarum, ad Ducem Boëmorum, in qua dicit se iustus de
causis non voluisse eis pmittere, vt diuina officia lin-
gua Sclauonica celebrarent, vt ipsi postulauerant.

D E N I Q U E in Italia sine controuerfia vlla semper
Latinè Scripturæ diuinæ in Ecclesijs lectæ sunt. Nam
ordo Romanus diuinorum officiorum idem est nunc,
quoad substantiam, qui fuit ab initio Ecclesiae. Isidorus
enim li. 1. de officiis Ecclesiasticis cap. 15. affirmat, à B. Petro
cœpisse hunc ordinem diuinorum officiorum, quo
vritur Ecclesia Romana; quem tamen postea auxit, & in
meliozem formam redegit Gelasius I. vt patet ex decreto
dist. 15. can. Sancta Romana; & postea rursum Grego-
rius I. vt patet ex libro Sacramentorum, ab ipso edito.

D E I N D E etiam Gregorius VII. eum ordinem,
temporum negligentia nonnihil deprauatum, in pristi-
nam formam restituit, vt patet ex can. In die de consecr.
dist. 5. quod idem nostris diebus fecit Pius V. Pontifex.

I T A Q U E ex collatione horum locorum intelligimus,
hoc tempore Romanam Ecclesiam non solum eadem
lingua, sed etiam eodem ordine, & numero lectionum
& Psalmorum diuina officia celebrare, quo ante annos
mille tempore Gelasij celebrabat.

D E S I T S E autem iam dudum in Italia linguæ La-
tinæ vsus apud populum, dubium esse non debet, si qui-
dem Radeuicus, qui anno MCLXX. floruit, lib. 2. de
rebus gestis Frederici ca. 70. scribit, in electione Victo-
ris Papæ, his vocibus populum acclamasse: *Papa Vitore
santo Pù tre l'ellegge.*

B. etiam THOMAS, qui ante annos CCC. floruit, in
comment. cap. 14. primæ ad Corinth. testatur suo tem-
pore aliam fuisse in Italia linguam, quæ populus vteba-
tur, & aliam, qua Scripturæ in Ecclesia legebantur. Ha-
bemus igitur in vniuersa Christi Ecclesia id semper esse
seruatum, vt sacra Scripturæ Græca tantum, & Latina
lingua publicè legerentur, tamen si eae linguæ maternae,
ac vulgares non essent. Quo argumento certè non vi-
deo, quid efficacius desideremus ad r primendam auda-
ciam huius temporis nouatorum.

S E D accedat argumentum quartum ab ipsa ratione
petitum. Nam conuenit omnino ad Ecclesiam vnitatem
conseruandam, vt publicus vsus Scripturarum sit in ali-
qua lingua communissima, nisi enim sit Scripturarum
publicus vsus in lingua cōmuni, tollitur imprimis com-
municatio Ecclesiarum. Nemo enim neque doctus ne-
que indoctus frequentabit Ecclesias, nisi in sua patria: &
praeterea non poterunt fieri vlla generalia Concilia, nec
enim Patres omnes, qui ad Concilium veniunt, habent
donum linguarum, & hæc est ratio, cur Aposto-
li omnia ferè Græcè scripserint, quia tunc lingua Græca
erat omnium communissima, vt M. Tullius testatur in
oratione pro Archia poeta: *Græca, inquit, leguntur in omni-
bus ferè gentibus, Latina suo similibus exiguis sanè coniunctur.*

DEINDE autē conuersa sunt Scripturæ in linguam Latinam, quia paulò post crescente imperio Romano, desit Græca lingua esse communis in Occidente, & cœpit Latina esse communis saltem apud eruditos in tota Italia, Gallia, Hispania, Africa, aliisque regionibus. Cum igitur etiam nunc nulla sit communis toti Occidenti, nisi Latina, certè in ea Scripturæ diuinæ legendæ sunt.

QUINTO, si vlla ratio esset cur Scripturæ lingua vulgari in cœtu fidelium legi deberent, ea certè esset potissima, vt omnes intelligerent. At certè populus non intelligeret Prophetas & Psalmos, & alia quæ in Ecclesiis leguntur, etiam si lingua materna legerentur. Nos enim qui Latine scimus, non propterea continò intelligimus Scripturas nisi expositores legamus vel audiamus. Quomodo ergo intelligerent homines imperiti? præferim eum Scripturæ eo sint obscuriores, quo magis in peregrinas linguas transferuntur.

QUID, quod populus non solum non caperet fructum ex Scripturis, sed etiam caperet detrimentum? acciperet enim facillime occasionem errandi, tum in doctrina fidei, tum in præceptis vitæ ac morum: nam ex Scriptura non intellecta natæ sunt omnes hæreses, vt ostendit Hilarius in extremo libro de Synodis. Quod etiam Lutherus agnouit, qui Scripturam librum hæreticorum vocauit. Et experimento idem comprobatur.

REFERT enim Cassianus collat. 10. cap. 2, 3, 4. & 7. Anthropomorphytarum absurdissimos errores ex sola imperitia esse natos. Et Aneas Syluius in libro de origine Boëmorū refert errores crassissimos Thaboritarum, Orebitarum & aliorum, qui Scripturas materna lingua legebant, & non intelligebant. Quod idem accidit Dauid Georgio omnium hæreticorum pestilentissimo, qui nullam linguam nouerat, nisi suam maternam, id est, Barbariorum, & tamen ex Scripturis collegerat se esse Deum filium & Messiam, vt patet ex libro sue epist. quam de illius erroribus ediderunt Basileenses.

PRÆTEREA si populus rudis audiret lingua sua vulgari legi canticis canticorum: *Osculetur me osulo oris sui. Et: Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* & illud *Olex: Vade, & fac tibi filios fornicationum.* necnon adulterium Dauidis, incestum Thamar, mendacia Iudith, & quemadmodum Ioseph fratres suos inebriauit, Sara, Lia, & Rachel dederunt ancillas viris suis in concubinas, & multa alia eorum quæ in Scripturis magna cum laude commemorantur, vel prouocantur ad huiusmodi imitanda: vel contemneret sanctos Patriarchas, vt olim Manichæi; vel putaret mendacia esse in Scripturis. Et cum tam multas apparentes contradictiones in Scripturis esse videret, & solueri non posset, periculum esset, ne tandem nihil crederet.

AVDITV ab homine fide digno, cum in Angliâ a ministro Calvinista in templo legeretur lingua vulgari cap. 25. Ecclesiastici, vbi multa dicuntur de malitia mulierum, surrexisse fœminam quandã, atque dixisse, istud ne est verbum Dei? immò potius verbum diaboli est.

SEXTO, si oporteret linguam vulgari Scripturas sacras publicè legere, oporteret etiam singulis ætatibus mutare translationes. Nam linguæ vulgares singulis seculis magna ex parte mutantur, vt Horatius in arte poetica, & experientia ipsa docet. Tot verò translationum mutationes, non sine grauissimo periculo, & incommodo fierent. Nam non semper inueniuntur idonei interpretes; atque ita multi errores committerentur, qui non possent postea facillè tolli, cum neque Pontifices, neque Concilia de tot linguis iudicare possint.

SEPTIMO, videtur omnino inane maieestas diuinorum officiorum requirere linguam magis grauem, & venerandam, quam sint illæ, quibus vulgo vtimur, si id commodè fieri possit. Præferim eum in sacris mysteriis multa sint, quæ secreta esse debent; vt etiam veteres docent.

Dionysius cap. 1. & vlt. Ecclesia, hierarch. Origenes homil. 5. in Num. Basilius de Spiritu sancto, cap. 27. Chrysofomus homil. 24. in Matth. & Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 26.

NEQUE ad rem est responsio Kemnitij, qui conatur ostendere, non esse vilo modo Latinam linguam sanctiorem, & magis venerandam, quam cæteræ sint. Non enim dicimus esse sanctiorem, nec etiam grauiorem, si verba spectemus, sed dicimus hoc ipso esse grauiorem, & magis reuerendam, quòd non est vulgari.

HIS omnibus accedant duorum grauissimorum Patrum testimonia, Baslij Græci, & Hieronymi Latini, qui quidem non iudicabant expedire, vt omnes homines sine delectu Scripturas tractarent, etiam si id non posset eo tempore facillè impediri, cum Græca, & Latina lingua quibusdam populis adhuc essent vulgares.

REFERT Theodor. li. 4. hist. cap. 17. cum Præfectus culinæ imperatoris nescio quid de Scripturis protulisset, eum à magno Basilio reprehensum audiuisse. *Tuum est de pulmentis cogitare, non dogmata diuina decoquere.* Quid obsecro, nunc diceret S. Basilius, si pharmacopolas, sutores, cæterisque opifices, etiam de pulpitis sacra eloquia tractare, apud Lutheranos, Caluinistas, atque Anabaptistas videret? Hieronymus in epist. ad Paulinum de studio Scripturarum. *Quod medicorum est, inquit, promittunt medici, tractant fabrilis fabri, sola Scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim, hanc garrulam anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, laceant, docent antequam discant.*

QUA Hieronymi querimonia nunc maximè locum habet in tota Germania, & Gallia. Omnes enim opifices non solum viri, sed etiam fœminæ Scripturas habent in manibus, & ex earum lectione ad imperitiam suam adiungunt indocilitatem, & arrogantiam. Quia enim possunt verba Apostoli recitare, & allegare libros, & capita, putant se omnia scire, nec vilo modo doceri se patiuntur. Vide Ioannem Cochlaeum in libro de vita, & actis Lutheri, anni 1522.

CAPVT XVI.

Solumur obiectiones Hæreticorum.

ED videamus quid illi contra obiciant. Primo loco, proferunt verba S. Pauli ex priorè ad Cor. cap. 14. vbi Apostolus docet, publicas Ecclesiæ lectiones & preces debere fieri lingua vulgari. Sic enim ait: *Etenim si incertam vocem dei tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? eritis enim in aëra loquentes.* Et infra: *Si orem lingua, spiritus meus orat; mens autem mea sine fructu est. Quid ergo? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit. nam tu quidem bene gratias agis, sed aliter non edificatur.*

RESPONDEO, in primis certum esse in magna parte huius capituli non agi de lectione Scripturarum, nec officijs diuinis, sed de exhortatione spirituali, siue collatione. Vt enim olim Monachi inter se conueniebant, & conferebant de rebus spiritualibus, vnde existunt collationes Patrum apud Cassianum, ita etiam in prima Ecclesia, vt indicat B. Iustinus in fine Apolog. 2. conueniebant Christiani diebus Dominicis, & primum legebantur Scripturæ, deinde fiebat concio ab Antistite, tum celebrabantur mysteria, postremo inter se de rebus diuinis sermones miscbant.

NE igitur turbationem pareret multitudo, Apostolus instituerat, vt duo aut tres tantum in singulis collationibus loquerentur, & cæteri audirent ac diiudicarent, & si fortè dum vnus diceret, alteri inspiratū fuisset aliquid melius, vt primus taceret, & secundus loqueretur. Et

quia

quia apud Corinthios interdum aliqui erant, qui vt ostentarent donum linguarum, peregrina lingua utebantur, Apostolus eos corrigit: nam exhortationes ab omnibus debent intelligi.

HANC esse veram expositionem maioris partis huius capituli intelligi potest, cum ex eo quod hunc locum ita interpretati sunt veteres, Cyprianus in epist. ad Pompeium, & in epist. ad Quirinum de hæreticis rebaptizandis, cuius expositionem laudat B. Augustinus lib. 2. de bap. contra Donatistas cap. 8. item Basilius in quæbreuiter explicatis. q. 278. Ambrosius, Sedulius Haymo, Theodoretus & Oecumenius in hunc locum, cum etiam ex verbis Apostoli.

NAM illud: *Propheta duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent.* Et illud: *Si alij reuelatum fuerit, prior taceat.* Et illud: *Mulier in Ecclesia taceat.* Et similia multa non nisi ad exhortationem referri possunt: nam lectio Scripturarum, & diuina officia non debent à Prophetis diiudicari: nec tunc inspirantur, cum leguntur, sed iam olim inspirata recitantur; nec vnquam mulieres in Ecclesia diuina mysteria celebrauerunt. De exhortatione igitur intelliguntur illa verba nobis obiecta. *Si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? eritis enim in aëra loquentes.*

AT manet adhuc difficultas de illis verbis: *Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.* Quid ergo? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit. In his enim verbis non de exhortatione, sed precibus, & Psalmis agi videtur. Vbi obiter notandum est Ambrosium & Haymonem legisse hunc locum cum duplici interrogatione. *Quis supplet locum idiotæ, quomodo respondebit amen?* tamen Græci semper legerunt, vt nostra vulgata lectio habet, *qui supplet locum idiotæ, quomodo respondebit amen?* quam etiã Caluinus, Beza, & alij aduersarij nostri probant, vt veriorum.

AD hanc igitur tollendam difficultatem aliqui respondent, etiam in his verbis agi de exhortatione, non de precibus. Ita Basilius, Theodoretus & Sedulius, paulò antè nominati. Sed videtur difficile hoc defendere: nam *quomodo dicet Amen, & alia & alia*, quibus vocibus Apostolus vtitur non significant concionari, sed precari & canere, & gratias agere, quocirca Chrysofomus & Theophylactus, necnon Ambrosius, & Haymo hunc locum de precibus intelligunt.

ALII ergo dicunt, Apostolum quidem loqui de diuinis officijs, sed non requirere, vt totus populus intelligat, sed solum vt intelligat aliquis, qui vice populi respondeat: hoc enim significari illis verbis, *qui supplet locum idiotæ, quomodo respondebit amen?* Ita intellexerunt hunc locum Haymo, Primasius, Petrus Lombardus, D. Thomas, & alij quidam ex Latinis.

SED non videtur omnino solida solutio: nam illa verba Apostoli *ἀνεπισημαίνων τὸν τόπον τῆς ἰδιότητος*, non significant secundum vsum Græcæ linguæ, qui gerit vices idiotæ, sed qui adimplet locum idiotæ, id est, qui sedet in locis idiotarum, qui occupat locum idiotarum, qui est ex idiotis & idiotæ, vt exponunt Chrysofomus & Theophylactus hoc loco: nam non solum prophani auctores, sed etiam sacri non vtuntur nomine illo *ἰδιότητος* pro vice, sed aduerbio *ἰδιότητι*, vt patet lib. 1. Machab. c. 9. Surrexit loco Ionathæ fratris sui; & cap. 14. Summus sacerdos loco eius, semper enim est *ἰδιότητι*.

ALIA est aliorum sententia, Apostolum cum dicit, qui adimplet locum idiotæ, intelligere eum, qui est idiotæ: tamen idiotam vocare non eum, qui est reuera idiotæ, sed qui officio est idiotæ, id est, qui respondet pro idiotis:

sicut vocamus interdum hominem popularem eum, qui est patrius sit, tamen sequitur factione populis: ita hæc opinio erit eadē cum superiori, sed paulò aliter explicata.

ITA hunc nodum expedire voluit Sixtus lib. 6. Bibliothecæ sanctæ annotat. 263. vbi etiam monet verba Chrysofomi hom. 37. in priorè ad Cor. non esse fideliter reddita. Verba enim Chrysofomi sunt, *ἰδιότητι δὲ λαλοῦν λέγει*, vertit autem interpres, idiotam autem promiscuam plebem vocat, cum vertere debuerit, idiotam autem vocat laicum; id est, hominem pro laicis in Ecclesia constitutum.

SED neque hæc explicatio videtur huic loco omnino quadrare: siquidem obici potest, tempore Apostolorum totum populum respondere solitum in diuinis officijs, nec fuisse vllum pro laicis constitutum. Nam Iustinus sub fine secundæ Apologiae pro Christianis, disertis verbis dicit totum populum in Ecclesia respondere consueuisse, Amen, cum sacerdos terminabat orationem, vel gratiarum actionem.

ITEM etiam postea longo tempore seruatum esse tam in Oriente quàm in Occidente, patet ex liturgia Chrysofomi, quæ habetur in fine operum eius, vbi apertissimè distinguuntur, quæ sacerdos, quæ Diaconus, & quæ populus in diuinis officijs canebat. Item ex Cypriano serm. de oratione Dominica, vbi dicit plebem respondere: *Habemus ad Dominum.* & ex Hieronymi præfat. li. 2. in epist. ad Galat. qui scribit in Ecclesijs vrbis Romæ, quasi cœleste tonitru audiri populum reboantem, Amen.

VERA igitur sententia est, Apostolum hoc loco non agere de diuinis officijs, nec de publica Scripturarum lectione, sed de canticis spiritualibus, quæ Christiani componebant, ad laudandum Deum, & gratias ei agendas, & simul ad suam, & aliorum consolationem & edificationem.

NON loqui Apostolum de Scripturis, vel officijs diuinis, ex eo probatur, quod Scripturæ sine dubio legebantur Græcè, & diuina officia fiebant Græcè in Græcia, vt etiam hæretici admittunt. Apostolus autem hic loquitur de oratione, & gratiarum actione, quæ fit per donum linguarum, lingua aliqua maximè extranea, quam nemo intelligebat, vt Arabica, vel Persica, vt Chrysofomus & alij omnes exponunt, immò etiam, quam non intelligebat sæpe is, qui loquebatur, vt illa verba indicant. *Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem sine fructu est*, id est, si orem ex dono linguarum, lingua, quam non intelligam spiritus meus orat, id est, affectus meus orat, tamen mens sine fructu est, id est, intellectus non eruditur, quia non intelligo quid dicam. Item illa: *Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo, nemo enim audit*, id est, nemo attendit, quia nemo intelligit. Non ergo loquitur de diuinis officijs, quæ cum Græcè fierent, à multis intelligebantur, sed loquitur de oratione, seu laude Dei, & gratiarum actione, quas interdum lingua peregrina aliqui in collationibus illis canebant.

PORRO consueuisse Christianos cantica spiritualia componere, & canere in Ecclesia tempore collationum spiritualium, certissimum est. Nam hoc docet Eusebius lib. 2. hist. ca. 17. ex Philone, item Dionysius c. 3. de diuin. nom. & capite etiam sequenti, vbi adducit multa ex canticis Hierothei. Tertullianus quoque in Apologo. ca. 39. describens Agapen Christianorum, id est publicam cœnam, quæ in Ecclesia fiebat, dicit consueuisse eos qui poterant, ex proprio ingenio aliquid canere Deo. Denique Apostolus ipse Ephes. 5. Col. 3. hortatur; vt in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus cōmoneant seipsos, quæ locū Haymo intelligit de canticis, quæ ipsi cōponebant.

QUONIAM igitur ista cantica fiunt ad populi consolationem, vult Apostolus vt fiant lingua, quæ intelligatur; vt idiotæ, qui non sciunt similia componere, saltem possint ea confirmare dicendo, Amen.

AT obijcijs; Sicut Apostolus volebat ista cantica fieri

lingua vulgari, vt populus subiceret, Amen, ita etiam debent velle, vt diuina officia celebrarentur lingua vulgari, vt populus respondere posset, Amen.

RESPONDEO negando consequentiam, quia diuina officia fiebant lingua Græca, quam multi de populo intelligebant, etsi non omnes; & hoc satis erat, non enim volebat Apostolus, vt omnes possent respondere. Præterea tunc, quia Christiani erant pauci, omnes simul psallebant in Ecclesia, & respondebant in diuinis officiis: at postea crescente populo, diuisa sunt magis officia, & solis clericis relicta est, vt communes preces, & laudes in Ecclesia peragant.

DENT QVE finis præcipuus illorum canticorum, erat instructio, & consolatio populi, fiebant enim in collationibus loco exhortationis, & ideo æquum erat, vt à plurimis intelligerentur; & nisi lingua nota facta fuisset, vel mox sequuta fuisset interpretatio, perisset præcipuus fructus ipsorum: at diuinorum officiorum nec est finis præcipuus instructio, vel consolatio populi, sed cultus Dei; & quæ populum scire oportet, ex diuinis officiis à pastoribus explicantur.

SECVNDA obiectio. Ex oratione non intellecta nulla utilitas sequitur, Isaie 29. & Matth. 15. *Populus hic labiis me honorat, &c.* & 1. Cor. 14. *Si orem lingua spiritus meus orat, mens autem sine fructu est.* igitur preces omnes tam publicæ, quam priuata lingua vulgari fieri debent.

QVAE obiectio Caluini est, sed facilem habet solutionem: nam in primis falsum est, ex publica oratione Ecclesiæ nullum fructum à populo percipi, nisi ea oratio à populo intelligatur: nam oratio Ecclesiæ non fit populo, sed Deo pro populo, itaque non est opus, vt populus intelligat, vt ei prodeat, sed satis est, si intelligat Deus. Quomodo si quis apud Regem Latine oraret pro aliquo rustico, certe rusticus fructum inde percipere poterit, etiam si non intelligat orationem aduocati sui.

PRÆTEREA, Ecclesia orat pro fidelibus, & aliis peccatoribus, quia se non solum non intelligunt, sed nec audiunt, nec volunt pro se orari, & tamen non frustra Ecclesia orat; quanto igitur magis non frustra orat pro fidelibus presentibus, & cupientibus orari pro necessitatibus suis? Hinc Leuitici 16. Deus præcipit, vt dum sacerdos sanctuarium ingressus pro se, & pro populo oraret, populus foris maneret, ita vt non solum non intelligeret, sed nec audiret, nec videret sacerdotem: quod etiã factum esse tempore Zachariæ legimus Luc. 1. & tamen quis dubitare potest, quin illa oratio populo proderet? Hinc etiam Origenes hom. 20. in Iosue. *Si vides, inquit, aliquando legi Scripturam in auribus tuis, quã non intelligis, interim hanc primam scias te suscepisse utilitatem, quod solo auditu velut precatione quadam noxiarum virtutum, quæ te obsident, virus depellitur.* Et Chrysostr. hom. 3. de Lazaro. *Quid, inquit, si non intelligamus, quæ continentur in sacris libris: maxime quidem, etiam si non intelligas illic recondita, tamen ex ipsa lectione multa nascitur sanctimonia.*

NEQVE solum populus ex oratione alterius fructum percipere potest, quamuis eam non intelligat, sed etiam ex ea, quam ipsemet pro se ipso ad Deum fundit: nam vt S. Augustinus docet li. 3. de doct. Christ. ca. 9. Iudei non frustra colebant Deum figuris & cæremoniis variis, quarum significationes multi eorum minus intelligebant, quam verba Latina nostri rustici.

PRÆTEREA idem Augustinus li. 6. de bapt. cap. 25. *Multi irruunt, inquit, in preces, non solum ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hereticis compositas, & per ignorantiam simplicitatem non eas valentes discernere, vtuntur eis, arborantes quod bonæ sint, nec tamen quod in eis peruersum est, euacuat illa, quæ in eis bona sunt, sed ab eis potius euacuantur.* Quibus verbis docet S. Augustinus etiam preces, in quibus aliquid hereticum admixtum est, non carere fructu, quando simpliciter dicuntur ab eo, qui necit

quid dicat, & putat se benedicere. Nam vt idem Augustinus ibidem ait, plerumque precis vitium superat precantis affectus. Deus enim non tam respicit quid dicamus, quam quid dicere cupiamus, si ergo preces non intellectæ & malæ, non sunt infructuosæ, quando dicuntur bona fide: quanto magis preces optimæ ab Ecclesia institutæ, etiam si non intelligantur, proderunt?

HINC Origenes hom. 20. in Iosue. *Etsi nos, inquit, non intelligimus, quæ de ore profertur, illa tamen virtutes, quæ nobis adsunt, intelligunt, & velut carmine quodam inuitate adesse nobis, & ferre auxilium delectantur, &c.* Quam rem duabus similitudinibus illustrat. *Si enim credidit est, inquit, à gentibus, quod quadam carmina, quas præcantationes appellant, quibus istud artis est, insurrant, & nominibus quibusdam compellatis, quæ ne illi quidem qui invocant: norunt, ex solo vocis sono, vel sopiantur serpentes, vel etiam de caueriis protrahantur, quanto magis totius præcantationis, & carminis validiorem & potentiorum ducendam credimus quamcumque Scripturæ sanctæ, vel sermonum, vel nominum appellationem?* Et infra: *Solent medici præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, nec tamen in edendo ipso cibo, vel in potando sentimus, quia vtile est, &c.* hoc ergo modo, inquit, credendum est etiam de Scripturæ sanctæ, quia vtilis est, & animæ prodest, etiam si sensus noster ad præfens intelligentiam non capit. Hæc ille.

PRÆTEREA, si necessarium esset intelligere quicquid orantes, vel Deum laudantes dicimus, profectò rari, aut nulli possent Psalmos Davidis canere, & Prophetas, atque Apostolos in diuinis officiis legere. Quotus enim quisque est, qui intelligat omnium Psalmorum, Prophetarum & Apostolorum sententias? Quam multa occurrunt dum psallimus, quæ non intelligimus: nec tamen debemus currere ab Ecclesia ad commentaria, & non propterea frustra psallimus, modò cum deuotione, & reuerentia psallamus. scimus enim quicquid illud sit, ad Dei laudem pertinere.

QVOD quod S. Antonius dicere solebat, illam esse perfectam orationem, in qua animus ita absorbetur in Deum, vt non intelligat ipse verba sua.

NEQVE his repugnant Scripturæ illæ. *Populus hic labiis me honorat, &c.* *Si orem lingua spiritus meus orat, mens autem sine fructu est.* Nam in priore non agitur de oratione, aut lectione, sed de iis, qui ore profitentur pietatem, dicuntque se Deum diligere, & tamen factis contrarium agunt, vt exponit Hieron. in ca. 29. Isaie, & August. li. 22. contra Faustum, cap. 55. Si tamen quis velit ea verba ad orationem referre, is dicere debet, reprehendi eos, qui, quamlibet sibi nota lingua orantes, non attendunt, quid dicant, sed vagantur animo ad alia negotia.

IN posteriore Scriptura, non reprehenditur oratio, quæ non intelligitur, sed ei anteponitur oratio, quæ intelligitur. Non enim Apostolus dicit orationem esse sine fructu, sed mentem. Qui enim orat lingua, quam non nouit, vt cum rudes homines recitant Latine septem Psalmos, affectu quidem, & spiritu proficiunt, tamen mens eorum sine fructu est, quia non eruditur.

ET VMO vero orationem non reprehendi vt malam, & penitus infructuosam, declarat Apostolus illis verbis. *Nam tu quidem bene gratias agis, Et idem confirmat aperte Chrysostr. hoc loco.* Adde, quod, vt supra ostendimus, Apostolus loquitur de lingua, quam nemo in tota Ecclesia intelligere potest. Quocirca frustra hæc Apostolica verba aduersus consuetudinem Ecclesiæ Catholice adducuntur. Etsi enim in communibus Ecclesiæ precibus Latinis mens rusticorum sine fructu maneat, tamen non manet affectus rusticorum sine fructu, nec mens plurimorum aliorum, qui Latine sciunt, & fructus mentis; qui deest idiotis, compensatur utilitatibus multis; quæ inde proueniunt, quod Scripturæ in publico cõuentu communissimo idiomate, id est, Latino, assidue leguntur.

OBIECTIO

OBIECTIO tertia Brentij, in decretalibus ca. Quoniam in plerisque. tit. de off. iudicis ordinarij. Innoc. III. præcipit, vt cum in aliqua vrbe permixti sunt homines diuersarum linguarum, Episcopus prouideat viros idoneos, qui diuersis linguis diuina officia celebrent, & Sacramenta administrant diuersa lingua hominibus.

RESPONDEO, Innocentium tantum loqui in eo decreto de lingua Græca, & Latina. Quia enim tempore Innocentij capta est Constantinopolis à Latinis; & Imperatore ac Patriarcha Constantinopolitano Latinis existentibus, permulti erant in Græcia Latini Græcis admixti: postularum fuit à Pontifice in Concilio generali Lateranensi, ad quod Græci, & Latini conueniant, vt permitteret duos Episcopos ordinari in talibus locis.

PONTIFEX autem cum Concilio respondit, non conuenire, vt sint duo Episcopi in vna Ecclesia, sed tamen debere Episcopum prouidere, vt sint ministri idonei, qui Græcè Græcis, & qui Latine Latinis sacra celebrarent. Estque hoc decretum, cap. 9. Concilij, & inde sumptum est cap. Quoniam in plerisque.

QVOD igitur non loquatur decretum de linguis vulgaribus; patet tum ex historia iam recitata, tum etiã quia decretum fuisset maxime in Italia obseruatum, vbi Pont. Max. residet, & temporale dominium habet. At in Italia nunquam id obseruatum est: nam S. Thomas, qui floruit paulò post decretum factum, officium composuit Latine de festo corporis Domini, quod etiam hodie retinemus, cum tamen ipse in comment. 1. Cor. 14. fateatur linguam vulgarem Italorum suo tempore non fuisse Latinam.

OBIECTIO quarta eiusdem Brentij. Finis diuinorum officiorum publicarumque lectionum est populi instructio, consolatio, & edificatio: nam Rom. 15. dicitur: *Vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.* Et 1. Cor. 14. *Volo quinque verba in sensu meo loqui, vt alios instruam, quam decem millia verborum in lingua.* Et ibidem. *Cum conuenitis, vnusquisque vestrum Psalmum habet, doctrinam habet, Apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad edificationem fiant.* At ex lingua ignota, & peregrina quæ instructio, quæ edificatio, quæ consolatio percipi potest?

RESPONDEO, & propositionem, & assumptionem huius argumenti falsam esse. Nam finis præcipuus diuinorum officiorum non est populi instructio, vel consolatio, sed cultus Deo ab Ecclesia debitus.

CLERICORVM enim officium est, nomine totius populi Christiani perpetuo immolare Deo sacrificium laudis, vt ipse requirit Psal. 49. & more militum excubare, ac vigilare, & orationibus tota castra Ecclesiæ protegere. Isaie 62. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die, & nocte in perpetuum non tacebunt.*

DEINDE, qui nõ sunt imperitissimi, ij Latine sciunt, & instruuntur, dum audiunt diuina officia: ceteri autem non instruerentur, etiam si vulgari lingua officium celebraretur, non enim in verbis, sed in sensu instructio est. Quare plebis instructioni deseruiunt conciones frequentissimæ, quæ in singulis Ecclesiis fieri debent. Neque tria illa Scripturæ testimonia sententiæ nostræ vlla ratione officium. Fatemur enim Scripturas sacras magnam adferre fidelibus consolationem, vt Rom. 15. Apostolus monet, sed doctis quidem dum leguntur, indoctis autem dum à concionatoribus explicantur.

ET meritò S. Paulus maualt quinque verba in sensu suo ad instructionem loqui, quam decem millia verborum in lingua, quia melior est cohortatio, quæ ab omnibus intelligitur, licet breuissima sit, quam ea, quæ non intelligitur, etiam si sit longissima.

DENT QVE per illa quinque vocabula, Psalmum, doctrinam, Apocalypsim, linguam, & interpretationem, non intelliguntur Scripturæ diuinæ, sed quinque dona gratis data. Nam paulò antè in hoc eodem capite Apo-

stolus de iisdem donis ita loquitur: *Si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut inreuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?*

ITA QVE per linguam intelligit donum linguarum; per doctrinam intelligit donum docendi, quæ ad bonos mores, vel etiam fidem pertinent; per Apocalypsim donum reuelationis, sæpe enim Deus tunc sedentibus in Ecclesia reuelabat mysteria; per interpretationem intelligit donum exponendi Scripturas, & de vna lingua in aliam transferendi, quod donum etiam prophetiam sapientissimè Paulus vocat; per Psalmum intelligit donum gratis datum psallendi, vt rectè Chrysostr. exponit, id est, donum componendi spiritalia cantica, & ea in Ecclesia modestè canendi.

SENSVS igitur est, cum in vestris conuentibus, & collationibus possitis exercere hæc omnia dona linguarum, reuelationes, &c. videte, vt nihil fiat ad ostentationem, sed omnia ad vtilitatem, & ædificationem.

OBIECTIO quinta Kemnitij, Christus prædicauit lingua vernacula: Apostoli in die Pentecostes loquebantur variis linguis magnalia Dei, Act. 2. & postea dispersi per orbem terrarum, prædicauerunt vbique linguis eorum populorum, quibus prædicabant; igitur oportet variis linguis, iisque vernaculis Scripturas diuinas habere. Nam si non inquinatur verbum Dei, si proferatur lingua vulgari, cur inquinabitur si scribatur lingua vulgari?

RESPONDEO, hoc argumentum nihil concludi: nam si bona est consequentia à prædicatione ad Scripturam, cur Apostoli solum scriperunt Græcè, cum prædicauerint tam multis linguis; igitur verbum Dei rectè prædicatur lingua vulgari, quia prædicatio explicationem continet, quam omnes facile capiunt, at cum scribitur, nudum scribitur, nec ab omnibus capitur.

ITA QVE quemadmodum non licet sic argumentari; Matres dant infantibus panem dissectum in particulas, vel etiam præmansum, possent igitur dare etiam integrum, & solidum, nam est idem panis. Ita non licet argumentari, ministratur populis verbum Dei explicatum à concionatore, igitur ministrari etiam debet sine explicatione, & lingua vulgari scriptum.

SEXTA obiectio eiusdem Kemnitij B. Hieronymus testatur se vertisse Scripturas in linguam Sclauonicam. Item Scripturæ verba sunt olim in linguam Chaldaicam, quæ tunc erat vulgaris & postea in Græcam linguam, quæ etiã tunc erat vulgaris, & Apostoli illa translatione vsi sunt: postmodum etiam verba sunt in linguam Latinam quando illa erat vulgaris: & Christus in cruce Scripturam citauit sermone Syriaco, id est, vulgari, igitur nullum est piaculum eas vertere in linguas vulgares.

RESPONDEO, in primis nos non negare posse Scripturas verti in linguas vulgares; sed quod contendimus est, non debere publicè legi lingua vulgari, nec passim omnibus permitti legendas Scripturas lingua vulgari. Vtrum autem Hieronymus verterit in linguam Sclauonicam diuinas literas, non certo scio. Nusquam enim id legi apud Hieronymum, vel apud vllum veterem; tamen si id fecit, non ideo fecit, vt publicè legeretur Scriptura Sclauonicè, sed ad consolationem eorum hominum, qui ea sine periculo vti poterant, quemadmodum & apud nos hoc tempore certis quibusdam hominibus conceditur.

PORRO, editio Chaldaica, non tam verisimilis, quam paraphrasis est, nec vquam apud Catholicos magnam habuit auctoritatem.

QVOD verò de Græca translatione adfertur, pro nobis facit, non enim in linguam Græcam translatae sunt Scripturæ, quia ea lingua esset quibusdam vulgaris, sed quia communissima erat. Nam certè Ptolemæo Regi Aegypti, qui eas transferri curauit, non erat vulgaris lingua Græca.

IDEM dico de Latina, translatae videlicet Scripturas

in lin

in linguam Latinam, eo quod illa esset communis in toto Occidente, tametsi quibusdam paucis adhuc esset vulgaris.

Ad illud de Christo. Et si Epiphanius haeresi 69. quae est Arianorum, existimet, Christum in cruce partim Hebraicè, partim Syriacè protulisse illam sententiam. Deus meus, Deus meus, quid dereliquisti me: tamè probabilis est, rotam Hebraicè à Christo pronunciatam, ut est in ipso Platino 21. nulla enim erat causa, cur Dominus verba Davidis Hebraicè inciperet, ac deinde mutaret in Syriacum idioma. Quare D. Hieronymus in lib. de nominibus Hebraicis tractans hunc locum, non dicit esse verba Syriaca, quod tamen semper monere solet in iis, quae Syriaca sunt: sed ponit verba Hebraica אלהי אלהי עזבתי & Latinis literis ita reddit; Eli, eli, lamma azabthani, quae certum est esse Hebraica.

ERASMVVS quoque, cui multum Kemnitius tribuit in annotatione ad hunc locum docet; Christum purè Hebraicè illa verba protulisse. Adde, quod Syriacè sic dixisset, *bil lemama sebaftani*, quod autem in Graeco, & Latino habemus *sebaftani, non azabthani*, ut esse debuit, factum est, ut facilius pronunciaretur: quemadmodum dicere solemus, *Isaiam, Ezechiam, Hieremiam, Assuerum*, & alia huiusmodi pro *Isaiahu, Irmeiahu, Chizkiahu, Achascueros*, & aliis Hebraicis durissimis vocibus.

OBIECTIO septima Kemnitij, Chrysofostomus scèpissimè hortatur laicos ad lectionem Scripturarum, igitur par est Scripturas vulgari lingua omnibus permitti.

ET quamquam Kemnitius nulla Chrysofostomi loca adduxit, possumus tamen nos loca eius annotare. Hom. 9. in epist. ad Colof. *Audite, inquit, obsecro, seculares omnes, comparate vobis Biblia, anima pharmaca, si nihil aliud vultis, vel nouum Testamentum acquirite, Apostolorum acta, Euangelia, &c.* Similia habet hom. 2. in Matth. praefat. in epist. B. Pauli, hom. 3. in 2. ad Thes. hom. 10. in Ioan. & hom. 3. de Lazaro.

RESPONDEO, verba Chrysofostomi, quae in concionibus proferebat semper accipienda esse iuxta mentem ipsius, & occasiones: quibus ad ea dicenda adducebatur. Quonia igitur eo tempore dediti erant homines Theatris spectaculis, aliisque nugis, & Scripturas diuinas nunquam legebant, ne ij quidem qui capaces erant, propterea Chrysofostomus ad eam desideriam excurtiendam, perpetuè hortabatur omnes ad lectionem Scripturarum, non quòd vellet omnes omnino etiam eruditissimi id facere, sed ut ij saltem id facerent, qui cum fru-

ctu poterant. Sciebat enim se cum iis agere, qui talibus amplificationibus indigerent. Id autem ita esse ex multis eius locis demonstrari posset; sed tribus tantum in praesenti contentus ero.

IGITUR hom. 3. de Lazaro sic ait: *Non potest fieri, ut quisquam salutem assequatur, nisi perpetuè versetur in lectione spirituali.* At si hoc propriè accipiatur, quis non videat esse falsissimum? quid enim? qui literas non didicerunt, salui esse non poterunt? igitur hyperbolica ea locutio est, non propria. Homil. 17. in Genes. *Neque, inquit, in re iusta neque iniusta iurare licet.* & hom. 17. in Matthae. *Quid igitur, inquit, si aliquis iuramentum exigat, & necessitatem iurationis imponat: sit tibi timor Dei omni necessitate violentior.* Itaque videtur velle nullo modo esse iurandum, cum tamen certum sit esse actum religiosum & bonum, iurare in re iusta & necessaria, sed Chrysofostomus eiusmodi amplificationibus in concionibus utebatur, quoniam populus ipsius miro modo adductus erat iuramentis, ut colligitur ex homil. 9. in Acta Apostolorum, & aliis locis eiusdem auctoris.

OBIECIUNT vltimo. Morauis concessum fuisse ante annos DC. ab Apostolica sede, ut lingua Sclauonica diuina officia celebrarent, & praeterea nunc Ruthenos, Armenos, Aegyptios, Aethiopes, & nescio quos alios populos suis vulgaribus linguis sacra facere.

RESPONDEO, exemplis Ruthenorum, Armenorum, & similibus, non magis nos moueri, quam moueamur exemplis Lutheranorum, Anabaptistarum, & Calvinistarum, qui Germanicè, aut Gallicè, aut Anglicè, aut etiam Polonicè, aliisque linguis vulgaribus Scripturas publicè legunt. Sunt enim etiam illi vel haeretici, vel schismatici, & scimus maiores eorum Catholicos aliter fecisse, ut supra est demonstratum.

AD illud de Morauis respondeo, fuisse iustam causam, cur id eo tempore fieri deberet, quia nimirum (ut refert Aeneas Syluius lib. 6. de origine Boemorum ca. 13.) totum regnum simul conuertebatur, & non poterant inueniri ministri, qui Latine celebrarent, visum est summo Pontifici melius permittere, ut Sclauonicè id fieret, quam nullo modo. Amen postea vbi creuit eruditio, & ministri idonei inueniebantur, qui possent Latine idem praestare, melius fuit omittere vltimam linguam Sclauonicam, & communem totius Ecclesiae consuetudinem sequi, ut hoc tempore Morauis Catholici faciunt. Ac de editionibus Scripturarum haec tenus.

DE VERBI DEI INTERPRETATIONE.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Scripturam non esse tam apertam per se ut sine explicatione sufficiat ad controuersias fidei terminandas.



SCRIPTVRVS in hoc tertio lib. de interpretatione diuinarum literarum ab illa quaestione principium faciendum esse duxi, Sintne Scripturae sacrae per se facillimae, atque apertissimae, an verò interpretatione indigeant.

ET quidem Martinus Lutherus praefatione assertio-nis articulo-rum à Leonè Pontifice damnatorum, sic ait. *Oporet et Scriptura iudice hanc sententiam ferre, quod fieri non potest, nisi Scripturae dederimus principem locum in omnibus, quae tribuuntur Patribus, hoc est, ut si ipsa per se cer-*

uissima, facillima, apertissima, sui ipsius interpres, omnium omnia probans, iudicans, & illuminans, &c. Ibidem contendit, Scripturam esse clariorem omnium Patrum comment. Similia docet in lib. de seruo arbitrio & alibi.

QUIA tamen videbar Lutherum mox posse obieci, vnde sunt tot controuersiae, si Scriptura est tam clara, duo effugia excogitauit. Vnum, quod Scriptura, etiam si alicubi sit obscura, tamen illud idem alibi clarè proponat. Alterum, quod Scriptura, licet per se clarissima, tamen superbis & infidelibus sit obscura ob eorum caecitatem, & prauum affectum.

ADDIT

ADDEIT Brentius in proleg. contra Petrum à Soto tertium effugium, quod etiam interdum sit obscura, propter phrasas alienae linguae, id est, Hebraicae & Graecae, tamen sensus eius clarissimus sit.

QUAE sententia manifestè falsa est: nam in primis Scriptura ipsa de sua difficultate, atque obscuritate testimonium perhibet. Psal. 118. *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam.* Ibidem: *Renela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Ibidem: *Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas.* Et certè Dauid nouerat totam Scripturam, quae tunc erat, & nouerat phrasas linguae Hebraicae, nec erat superbus aut infidelis. Quocirca meritò sanctus Hieronymus in Epistola ad Paulinum, de institutione Monachi, tractans haec verba, sic ait: *Si tantus Prophetas tenebras ignorantiae confitetur, quos putas paruulos, & penè laetentes iustitiae nocte circumdari?*

PRÆTEREA, Lucae vltimo Dominus interpretabatur Scripturas discipulis suis, qui certè nouerat phrasas Hebraicas, cum essent Hebraei, nec erant superbi, vel infideles. Act. 8. Eunuchus Reginae Aethiopum versabatur in Scripturis, easque diligenter legebat, & sanctus, pius, & humilis erat, ut Hieronymus docet, in Epistola ad Paulinum de studio Scripturarum; & tamen interrogatus à Philippo; *Putas intelligi, quae legis?* respondit; *Et quomodo possum, nisi aliquis ostenderit mihi?*

DEINQUE, secunda Petri vlt. Beatus Petrus asserit in Epistolis Pauli esse quadam difficultia intellectu, quae indocti & instabiles deprauant. Vbi notandum est; Apostolum Petrum non dixisse, esse quaedam difficultia indoctis & instabilibus, ut haeretici exponunt, sed difficultia absoludè.

NAM B. Augustinus, qui certè indoctus & instabilis non erat, libro de fide & operibus, cap. 15. & 16. fatetur, sibi difficillimum esse intellectu locum illum 1. Corinth. 3. *Si quis autem super aedificat super fundamentum, &c.* & dicit, hunc esse vnum ex illis locis, quae Beatus Petrus monuit esse difficultia intellectu.

DEINDE, praeter Scripturae testimonium, idem ostendi potest ex communi consensu veterum Patrum. Irenaeus lib. 2. cap. 47. posteaquam in rebus creatis & naturalibus plurima nos latere docuit, adiungit. *Si ergo & in rebus creatis, quaedam quidem eorum adiacent Deo, quaedam autem, & in nostram venerunt scientiam, quid mali est, si & eorum, quae in Scripturis requiruntur, vniuersis Scripturis spiritalibus existentibus, quaedam quidem absoluamus secundum gratiam Dei, quaedam autem commendemus Deo, & non solum in hoc seculo, sed & in futuro, ut semper quidem Deus doceat, homo autem semper discat, quae sunt à Deo?*

ORIGENES lib. 7. contra Celsum. *Alij quoque cordati viri scrutando Scripturam intellectum eius inuenire potuerunt: licet re vera sit multis locis obscura.* Item hom. 5. in Leuit. similem sententiam habet, adducens similitudinem hostiarum, quarum pars comedebatur à Sacerdotibus, & pars incendebatur Deo. Item homil. 12. in Exod. *Diebus ac noctibus, inquit, obsecrandum est, ut veniat agnus de tribu Iuda, & ipse librum signatum dignetur aperire.*

DE Basilio & Gregorio Nazianzeno ita scribit Rufinus lib. II. histor. cap. 9. *Ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegae per annos tredecim, omnium Graecorum secularium libris remotis, solis diuinae Scripturae voluminibus operam dabant, earumque intelligentiam non ex propria praesumptione, sed ex maiori scriptis & auctoritate sequebantur, quos & ipsi ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat.*

IAM Chrysofostomus, quem solum haeretici nobis obiecere solent, hom. 14. in Ioan. in illud; *Scrutamini Scripturas, Christus, inquit, Iudaeos ad Scripturarum non simplicem, & nudam lectionem, sed ad investigationem per quam diligenter relegauit. Non dixit, Legite Scripturas, sed, Scruta-*

tamini. Diuina enim summa indigent diligentia. In umbra enim maioribus illis non abs re loquutus est, idcirco effodere profundius iubet ut quae altè deitè scripta, inuenire possimus. Non enim rem in superficie, & in promptu positam effodimus, sed quae tanquam thesaurus profunde reconditur. Qui enim huiusmodi querit, nisi summam adhibeat diligentiam & laborem, nunquam quae sita inueniet.

ITEM auctor operis imperfecti homil. 44. in Matth. duas adfert rationes, cur obscurae sunt Scripturae. Prima, quia Deus voluit alios esse magistros, alios discipulos. Secunda, ne si clara esset, non tam esset utilis, quam contemptibilis. Ambrosius in Epist. 44. ad Constantinum, *Mare, inquit, est Scriptura diuina, habens in se sensus profundos, altitudinem prophetiarum, & c.*

HERONYMVS in Epistola ad Paulinum, de studio Scripturae, ex instituto docet, non posse Scripturas disci sine magistro; percurrrens breuiter nomina singulorum librorum, ostendit in omnibus, magnas & multas esse difficultates. Idem praefatione commentar. in epist. ad Ephet. *Nunquam, inquit, a adolescentia, aut legere, aut docere viros, quae nescielam interrogare cessauit, aut me ipsum habui magistrum. Demique nuper ob hanc vel maxime causam Alexandriam perrexi, ut viderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus, quae habebam dubia, sciscitarem.* Et in Epistola ad Algasiam, quae st. 8. *Omnia, inquit, Epistola ad Romanos nimis obscuritatis inuoluta est.*

AVGVSTINVS lib. 2. doct. Christi, cap. 6. *Sed multis inquit, & multiplicibus obscuritas illius, & ambiguitatibus de capiuntur, qui temerè legunt aliud pro alio sentientes, quibus iam autem locis, quid vel falsò suspicantur non inueniunt; ita obscurè quaedam dicta densissimam caliginem obduunt: quod totum prouisum diuinitus esse non dubio ad edomandam laborem superbiam, & intellectum à fastidio renouandum, cui facile inest Stigata plerumque vilium. Item lib. 12. Confess. ca. 14. *Mira, inquit, profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis, sed mira profunditas, Deus meus, mira profunditas. Horror est intendere in eam, horror honoris, & iremor amoris.* Et Epist. 3. *Tanta est Christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas ab inenite pueritia usque ad decrepita senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere.* Et Epist. 119. cap. 21. *In ipsis sanctis Scripturis multò nescio plura, quam scio.**

GREGORIUS hom. 6. in Ezech. *Magna, inquit, utilitatis est ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum, ut fatigatione dilatetur, & exercitatus capiat quod capere non potest otiosus. Habet quoque adhuc maius aliud, quia si Scripturae sacrae intelligentia in cunctis esset aperta, vilesceret, quae in quibusdam locis obscurioribus tanto maiori dulcedine inuenta rescit, quanto maiori labore fatigat animum quae sita, &c.* Certè isti Patres norat phrasas alienae linguae, nec erant superbi, aut infideles, & tamen ingenuè confitentur, Scripturas esse difficiles: ex quo Lutheri & Brentij temeritas ac vanitas satis, opinor, apertè coarguitur.

NEQUE deest ad hoc idem confirmandum praeter auctoritates, etiam ratio. Nam in Scripturis duo considerari possunt, res, quae dicuntur, & modus, quo dicuntur. Si res consideres, necessariò fatendum est, Scripturas esse obscurissimas. Siquidem tradunt summa mysteria; de diuina Trinitate, de incarnatione Verbi, de Sacramentis caelestibus, de natura Angelorum, de operatione Dei in mentibus humanis, de aeterna praedestinatione, ac reprobatione, deque aliis rebus arcanis, & supernaturalibus, quae non sine magno studio & labore, nec sine grauissimi erroris periculo inuestigantur.

CERTÈ si scientia Metaphysicorum difficilior, atque obscurior est omnibus aliis naturalibus disciplinis, quia causas altissimas tractat, quomodo non obscurissima erit sacra Scriptura, quae de rebus longè altioribus agit? Quid? quod magna pars Scripturae vaticinia continet de

rebus

rebus futuris, & vaticinia carmine scripta, quibus certe nihil difficilius, nihil obscurius.

S I verò modum dicendi consideremus, inueniemus innumerabiles rationes difficultatis.

PRIMO, sunt in Scripturis plurima, quæ prima fronte videntur contraria, vt illud Exod. 20. Ego Deus zelotes, visitans peccata patrum in filiis in terram & quartam generationem. Et illud Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, sed anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.

SECUNDO, sunt verba & orationes ambiguae, vt Ioan. 8. perentibus Iudæis: Tu quis es respondit Christus; Principium, qui & loquor vobis. Mire enim torquent hic se omnes interpretes, nec adhuc scitur, quid illud sit; Principium, quæ in Græco adhuc est res obscurior, vbi, Principium, est accusatiui casus τὸ ἀρχή.

TERCIO, sunt orationes imperfectæ, vt Roman. 5. Sicut per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. & quæ sequuntur, vbi in tota periodo non est verbum principale.

QUARTO, sunt orationes præpostera, vt Genes. 10. Isti sunt filij Sem secundum cognationes, & linguas, & regiones in gentibus suis. Nam continuò sequitur initio cap. 11. Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem.

QUINTO, sunt phrasæ propriae Hebræorum, vt Psal. 88. Thronus eius sicut dies caeli. Item Psal. 118. Anima mea in manibus meis semper, & alia permultæ.

SEXTO, sunt orationes figuratæ plurimæ, Tropi, Metaphoræ, Allegoriæ, Hyperbata, Ironiæ, & alia id genus sine vilo numero.

Ac cedat postremo testimonium aduersariorum, quod velint nolint, huic veritati coguntur perhibere. Nam, si Scriptura esset tam clara, vt ipsi dicunt, cur tot commentarij Lutherus, & Lutherani scriberent? Cur tam diuersas ederent Scripturæ versiones? cur tam variè Scripturam explicarent?

CERTE ostender in confutatione scripti, quod aduersus eum Philippus ediderat, testatur 20. sententias diuersissimas de iustificatione secundum Scripturas versari inter solos Confessionistas. Et Lutherus ipse in libr. 1. contra Zuuinglium & Oecolampadium, nonne scriptum reliquit; Si diutius steterit mundus, iterum fore necessarium, propter diuersas Scripturæ interpretationes, quæ nunc sunt, vt ad conseruandam fidei unitatem, Conciliorum decreta recipiamus, atque ad ea confugiamus. Et vnde, quæso, tot Scripturæ interpretationes, si Scriptura est tam facilis & aperta? Quid, quod in hac sententia ipsi secum mirificè pugnant?

LVTHERVVS, qui in præfat. assertionis articulo suorum asseruit, Scripturam per se apertissimam & clarissimam esse, & lib. de seruo arbitrio, iactauit, nihil difficultatis esse in sacris literis, & nullum sibi locum adferri posse, quem ipse non facile interpretetur: idem tamen præfat. in Psal. Nolim, inquit, ab vilo id de me præsumi, quod nullus adiuu præstare potuit sanctissimorum & doctissimorum, id est, Psalterium in omnibus suo legi imo sensu intelligere, & docere, sat est, aliquos, & eosdem ex parte intellexisse. Multa sibi reseruant spiritus, quod nos semper discipulos habeamus, multa solum ostendit, vt alliciat, multa tradit, vt afficiat. Et infra; Scio esse impudentissimè temeritatis, eum qui audcat profiteri, vnum Scripturæ librum à se in omnibus partibus intellectum. Et in lib. de Concilijs, pag. 12. Ante viginti annos, inquit, coactus sum contemnere Patrum commentaria, cum Scriptura legenda esset in Scholis, & magno sudore peram ac germanam sententiam quaerere.

BRENTIVS in prolegomenis contra Petrum à Soto: Nugantur, inquit, Scripturam esse obscuram, idèque interpretatione indigere. Et infra dicit: Impius & incredulus tantum Scripturam esse obscuram, non autem pijs credentibus. At ipse in sua confessione VVittembergica, ca. de sacra Scriptura, sic ait: Non est obscurum, inquit, quod domum

interpretanda scripturæ, non sit humana prudentia, sed sancti Spiritus, Spiritus Sanctus autem est liberrimus nec est ad certum genus hominum obligatus, sed dist. ibit dona hominibus pro suo ipsius beneplacito. At cur, quæso, Brentius, donum interpretationis necessarium est, si vt tu ipse paulo ante dicebas, Scriptura interpretatione non eget?

I AM vero Martinus Kemnitius in examine 4. session. Concilij Tridentini: DEVS, inquit, voluit in Ecclesia exstare donum interpretationis, quod sicut domum sanationum, miraculorum, & linguarum, non est commune omnibus. Et infra: Grati, inquit, & reuerenter vtimur Patrum laboribus, qui multa Scripturæ loca commentarijs suis vtiliter illustrarunt. Valde gratus nimirum Patrum laboribus fuit parens vester Lutherus, cum in lib. de Concilijs pag. 52. Patrum commentarios scripsit esse carbones pro auro.

N EC minus Luthero suo repugnant, Centuriatores, qui tamen rigidi sunt Lutherani, centuria 1. lib. 2. cap. 4. colum. 52. dum ita scribunt: Scripsit Apostoli, Scripturas non posse intelligi sine Spiritu sancto & interprete. Sed argumenta Lutheri & Brentij videamus.

CAPVT SECVNDVM. Soluuntur obiectiones aduersariorum.

OBIECTIONEM primam desumunt ex illis verbis Deut. 13. Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in caelo situm, neque trans mare, &c. In quibus verbis summa quædam ostenditur Scripturarum facilitas; Vt non sit opus, inquit Brentius, montes superare, & ire Romam pro interpretatione Scripturarum.

RESPONDEO, bifariam hunc locum intelligi solere. Plurimi veterum hunc locum intelligunt non de facilitate intelligendi Scripturas, sed de facilitate implendi mandata Decalogi, cum adest gratia auxilium, quod est contra omnes Lutheranos, qui docent, impossibilia esse Dei mandata. Ita exponit Tertullianus libr. 4. contra Marcionem, Origenes, Ambrosius, Chrysostomus, & alij in cap. 10. ad Romanos, & Augustinus lib. de perfectione iustitiæ, resp. penultima.

ALII tamen, in quibus est Abulensis, in hunc locum, intelligunt hæc verba de facilitate cognitionis, non quidem Scripturarum sanctarum, quæ tunc adhuc nullæ erant fortasse, sed præceptorum tantum Decalogi, quæ cum sint naturalia, facillimè intelliguntur; & Iudæi illi præcipuè facillè poterant ea scire, qui Moysen explicantem audierant, & confessi fuerant, se percepisse omnia, & promiserant se ea obseruaturos. Idèò subditur: Prope est sermo in ore tuo, & in corde tuo, id est, in corde tuo, quia iam intellexisti, quid sit agendum; & in ore tuo; quia iam confessus es te intellexisse.

NEQUE pugnat cum hac explicatione, quod David supra citatus fateatur, sibi difficilem fuisse legem Domini ad intelligendum. David enim nomine legis non intelligit decem illa præcepta solum, sed omnes diuinas Scripturas. Qua significatione vtitur etiam Dominus in Euangelio, cum ait: Vt admplaceatur quod in lege eorum scriptum est, quia odio habuerunt me gratis. Ioan. 15.

SECUNDVM argumentum, ex Psal. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. & Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & declaratio sermonum tuorum, &c. Et Proverb. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux.

RESPONDEO primò, non agi hoc loco de vniuersis Scripturis, sed tantum de præceptis Dominicis, quæ dicuntur lucida, lucerna & lux. Non quod facillè intelligantur, quamquam & hoc est verum; quid enim facilius, quam, Diliges proximum tuum? sed quod intellecta & cognita dirigant hominem in operando.

SECUNDO dici potest, agi quidem de Scripturis omnibus, sed Scripturas dici lucidas, immò lucem & lucernam, non quòd facillè intelligantur, sed quòd intellectæ cum fuerint, mentem illustrant. Propheta enim in

Psal. 18. loquutus fuerat de cognitione Philosophorum, quam assequuti fuerant ex creaturis, cum ait: Cæli enarrant gloriam Dei, &c. Postea vt ostenderet, eos non peruenisse ad eam lucem, ad quam perueniunt ij, quos Deus erudire dignatur, & quibus legem scriptam dedit, subiungit: Lex Domini immaculata conuertens animas, &c. Similiter Psal. 118. demonstrare voluit maiorem esse cognitionem, quæ habetur ex verbo Dei reuelato, quam ex creaturis, ac propterea comparauit verbum Dei lucernæ, quæ ad noelès tenebras dissipandas multò nobis vtilior est, quam omnium stellarum lumen.

ARGUMENTVM tertium, Matth. 5. Vos estis lux mundi. At si Apostoli lux mundi sunt, quomodo prædicatio & Scripturæ Apostolorum non clarissimæ sunt?

RESPONDEO. Loquitur Dominus de luce exemplorum, probitatis, & morum: voluit enim Apostolos esse quædam exempla sanctitatis omnibus hominibus ad imitandum proposita. Quocirca subiicit continuò: Sic luceat lux vestra corâ hominibus, vt videat opera vestra bona.

AD hæc, si loqueretur Dominus de luce doctrinæ, non esset sensus, Apostolorum Scripturam esse facillimè ad intelligendum, sed intellectam illustrare mentem, & erudire de rebus altissimis, & tenebras errorum omnium effugare. Non tam enim illuminat, qui clarè loquitur, vel scribit, quam qui, siue clarè, siue obscurè loquatur, aut scribat, lumen veritatis in mente accendit, & tenebras errorum depellit.

ARGUMENTVM quartum, 2. Petri 1. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui beneficiis attendentes tanquam lucernæ lucem in caliginoso loco.

RESPONDEO, hoc etiam loco Prophetarum voces vocari lucernam, non quia facillè intelligantur, sed quia intellectæ illuminant, & iter ostendunt ad CHRISTVM, qui est verus Sol iustitiæ.

ARGUMENTVM quintum, 2. Cor. 4. Quod si operum est Euangelium nostrum, in iis, qui perierunt, est operum, in quibus Deus huius sæculi excœcauit oculos infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio gloriæ CHRISTI, Fidelibus igitur omnibus Scriptura est aperta & facilis.

RESPONDEO, Apostolus non loquitur de intelligentia Scripturarum, sed de cognitione & fide in Christum, quam Apostoli prædicabant. Dixerat enim capite superiore, hoc esse discrimen inter vetus Testamentum & nouum, quòd in veteri homines non videbant mysteria Christi, incarnationem, passionem, &c. nisi per velamen figurarum & vmbrearum. Id quod significabat velamen illud, quo Moses faciem suam tegebat, cum loqueretur ad populum, at in nouo Testamento figuris omnibus iam impletis reuelata facie gloriam Domini speculamur, & non est anus, nec puer Christianus, qui non sciat Deum incarnatum, passum, &c.

QUONIAM igitur poterat aliquis petere, si ita est, cur tam multi post Euangelium prædicatum adhuc non credunt, & nihil vident, præsertim Iudæi, nisi vmbas & figuras? Ideo subiungit Apostolus, quibusdam esse operum Euangelium, quia oculi interni eorum prauis affectibus excæcati sunt, de qualibus dixit Dominus Ioan. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicè accipitis?

PORRO Deus huius sæculi, non intelligitur Deus aliquis creator rerum corporalium, distinctus à Deo vero, vt Marcionistæ & Manichæi interpretabantur, vt hic refert Chrysostomus, sed vel illud, huius sæculi, coniungi debet, non cum Deo, sed cum infidelium, vt Ambrosius, Chrysostomus, & alij in hunc locum volunt, & Augustinus lib. 21. contra Faustum, c. 2. Vel certè Deus huius sæculi vocatur diabolus, non quia sit Deus absolutè, sed quia est Deus infidelium, sicut Psal. 95. dicitur, Dij gentium demonia. Ita Augustinus lib. 21. contra Faustum, c. 9. & Cyrillus apud Oecumenium.

ARGUMENTVM sextum, Augustinus li. 2. doctrinæ

Christianæ, cap. 6. sic ait: Magnificè & salubriter Spiritus sanctus in Scripturas modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia decergeret; nihil enim ferè de illis obscuritatibus eruit, quod non planissimè dictum abbi reperitur.

RESPONDEO, in primis non frustra beatum Augustinum addidisse illud (Fere) Nam quædam reperiuntur obscurissima, quæ nunquam in tota Scriptura explicantur, vt magna pars Apo. principii & finis Ezech. &c.

DEINDE hoc ipsum est valde difficile, inuenire nimirum id, quod vno loco obscurissimè dicitur, vbi nam apertè dicatur; alioqui quomodo diceret idem Augustinus in epistola centesima decimanona, cap. 21. se plura nescire, quam scire in sacris literis? Quid, quòd illa etiam loca quæ nobis videntur apertissima, alicui alteri obscura fortè videbuntur? Non igitur Scriptura sola sufficit dirimere contouersias.

CERTE illa verba Matth. 26. Hæc est corpus meum. videntur nobis tam clara, vt non poterit clarius loqui Euangelista; at Zuuinglianus videntur obscura & figurata. Et illa ibidem: Bibite ex hoc omnes, videntur clarissima, & nobis, & Lutheranis: tamen diuersissimè explicantur. Nos enim cum legamus Marci 14. Et biberunt ex eo omnes, quod de duodecim discipulis intelligitur, Scripturam per Scripturam interpretantes, dicimus Dominum duodecim discipulis dixisse: Bibite ex hoc omnes. Brentius verò in suis illis prolegom. dicit clarissimè, hic præcipi non solum Apostolis, sed etiam alijs omnibus, vt ex calice Domini bibant. Et cum petimus, an etiam Turcæ, & Iudæi, & infantes bibere debeant? tum verò adiciunt glossam, Omnes, id est, omnes fideles adulti.

ARGUMENTVM septimum. Summa totius Scripturæ, quæ in præceptis Decalogi, Symbolo, oratione Dominica, & Sacramētis consistit, habet in Scripturis apertissima testimonia, igitur tota Scriptura apertissima est.

RESPONDEO. Negatur consequentia, & antecedens. Consequentia quidem, quia est omnia aliquo modo ad illa reduci possunt; tamen ipsa in se obscurissima sunt, vt patet de vaticinijs Prophetarum, de Canticis canticorum, de Epist. ad Rom. de Apocal. &c. Antecedens autè esse falsum certo certius est. Si enim tam clara testimonia extarēt de omnibus articulis Symboli, omnibusque sacramentis omnes contouersias essent finitæ, cū tamè de singulis articulis Symboli, & singulis etiã Sacramētis contouersias sint grauissimæ, nec solū de his rebus Catholici cū hereticis, sed etiam heretici inter se dissideant.

ARGUMENTVM octauum. Ioannes Chrysostomus hom. 3. de Lazaro, vbi ostendit, Philosophos obscurè loquutos, ita subiungit: Apostoli verò & Propheta omnia contra fecerunt, manifesta, claraque prodiderunt, exposuerunt nobis, veluti communes orbis doctores, vt per se quisque discere possit ea que dicuntur, è sola lectione. Item hom. 3. in 2. ad Theffal. Quomobrem, inquit, opus est concionari; omnia clara sunt & plana ex Scripturis diuinis, sed quia delicatuli estis auditores, delectationem audiendo venantes, propterea concionatores queritis.

RESPONDEO, Chrysostomus ad excutiendum torporem multorum, qui possent si vellet, magno cum fructu Scripturas legere, illis amplificationibus vti solet. Nā alioqui in iisdem locis affirmat, Scripturas esse difficiles. In hom. 3. de Lazaro ante verba citata sic ait: Quid igitur, inquit, si non intelligamus ea que continentur in libris? Maximè quidem, etiamsi non intelligas illic recondita, tamen ex ipsa lectione multa nascuntur sanctorum. Et infra testatur, se, cum dicit Scripturas esse faciles, loqui solum de historia, & similibus rebus; ac ne ista quidem esse omnibus clara & facilia: Sume, inquit, librum in manus; lege historiam omnem, & que nota sunt memoria tene, & que obscura sunt, parimque manifesta, frequenter percurrere. Quod si non poteris assiduitate lectionis inuenire, & dicitur,

accede ad sapienterem, vade ad doctorem, Et in illa hom. 3. in 2. ad Theff. post verba citata subdit: *Quæ est ista obscuritas? dic, quæso, non historie sint: nosse que clara sunt, quid de obscuris. Rovers? mille historie sunt in Scripturis, dic mihi vnam ex illis sed non dices, prætextu sunt ista, & inania verba.* Item homil. 10. in Ioannem, monet auditores, vt antequam ad concionem veniant, prælegant lectionem, & quæ obscura sunt, notent, vt à cõcionatore explicationem accipiant. Denique homil. 44. in Ioannem clarissimè docet, Scripturas esse obscuras, vt supra dictum est.

ARGUMENTVM nonum. Hoc est discrimen inter Testamentum vetus & nouum, quod in veteri Scriptura erat liber signatus, vt dicitur Isaia 29. in nouo autem est liber apertus, vt dicitur Apocal. 5. Aperuit enim agnus occisus librum: in cuius rei argumentum in morte Domini velum templi scissum est, Matthæi 27. & confirmatur ex Hieronymo in caput 44. Ezechielis, vbi ista loca Scripturæ de ipsius Scripturæ difficultate & facilitate exponit.

RESPONDEO, discrimen veteris Testamenti, & noui in hoc consistere, quod tunc non solum sententia Scripturarum, sed etiam mysteria Christi non intelligebantur, quia omnia recta erant figuris, & propterea Isaia vigesimonono dicitur liber signatus tam scienti literas, quam nescienti. At in nouo Testamento, quia Christus impleuit figuras, & prophetias, etsi multi non intelligant sententias Scripturarum, intelligunt tamen ipsa mysteria redemptionis etiam rustici & mulieres.

QUOD autem neque Scripturæ, neque Hieronymus loquantur de sententia Scripturæ, patet tum ex Origene in homilia duodecima in Exodum vbi dicit, adhuc nunc esse opus, vt agnus de tribu Iuda aperiat nobis libros signatos, tum ex ipso Hieronymo, qui in Epistola ad Paulinum de institutione monachi, dicit adhuc hodie manere velamen non solum in facie Moysi, sed etiam in facie Euangelistarum & Apostolorum, si consideremus Scripturarum difficultatem, & propterea orandum cum Propheta; *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de rege tua.*

ARGUMENTVM decimum, proprium Lutheri, Patres probant sententias suas ex Scriptura, sed non debet probari, quod notius est ex minus noto, igitur Scripturæ sunt clariores, quam commentaria Patrum.

RESPONDEO, mirum est, cur Lutherus, qui tam sæpe sophistas reprehendit, nunc sophistam agere non vereatur. Cùm enim Philosophi dicunt minus notum ex magis noto probandum esse, non loquuntur de notitia verborum, quæ in perspicuitate sententiæ consistit, quæ admodum dicimus, notiorum esse, id est, faciliorem, & clariorem sententiam propriam, quam figuratam: sed de notitia veritatis rei, quæ in eo posita est, vt quis intelligat id quod dicitur, esse verum: exemplo sint motus & vita. Nam si verba respicias, æquè facile intelligitur hæc sententia, homo viuit, atque ista, homo mouetur. Et tamen quod ad notitiam attinet veritatis rei, notius est hominem moueri, quam viuere.

ITA igitur Patres sententias suas Scripturarum testimonio confirmant, quia notius est verum esse, quod in Scripturis habetur, quam quod habetur in Patribus; & tamen iidem Patres commentariis suis Scripturas illustrant, quia verba Scripturæ sunt obscuriora, quam verba Patrum.

ARGUMENTVM vndecimum. Patres primæ Ecclesiæ sine commentariis Scripturas legerunt: & idem fecerunt postea omnes alij veteres; quorum igitur nos nouam istam semitam commentariorum ingredimur?

RESPONDEO, contrarium est verum, nec vllum exemplum Lutherus attulit, cùm nos innumerabilia possumus adferre. Aio igitur primos Patres, qui cõtinuò post Apostolos fuerunt, non legisse commentaria, quia nulla

erant: sed tam in adiutæ commetaria viuia, id est, Apostolos & eorum discipulos, & non ex proprio ingenio Scripturas intelligere voluisse. Ita Papias de se ipso testatur apud Euseb. lib. 3. historie, c. vlt. & Clemens Alexand. li. 1. Stromatum, vbi enumerat præceptores suos Apostolorum discipulos, & in iis præcipuè Pauthenum.

DEINDE Iustinus & Irenæus, & alij cõperunt commentaria in diuinas literas scribere, vt Hieronymus testatur in lib. de viris illustribus in Ioanne, & similiter cõperunt posteriores antiquorum rescripta euoluere; quod de Basilio & Gregorio scribit Rufinus lib. 11. hist. c. 9. & Hieronymus de seipso præfatione comment. ad Ephes. Et idem de aliis omnibus ostendi posset, si opus esset.

CAPVT TERTIVM.

Proponitur quæstio de iudice controuersiarum, & simul dixerit de sensibus Scripturarum.

VM Scripturam obscuram esse, & interprete indigere iam constiterit, sequitur alia quæstio; Num Scripturæ interpretatio ab vno aliquo visibili, & communi iudice petenda sit, an vnicuique arbitrio relinquenda? Quæ sane grauissima quæstio est, & ex ea, quasi dependent omnes controuersiæ.

SCRIPSERVNT multi de hac quæstione, sed præcipuè Ioannes Driedo li. 2. c. 3. de Ecclesiasticis dogmatibus, Ioannes Cochleus in li. de Scripturæ & Ecclesiæ auctoritate, Cardinalis Vvarmiensis li. 2. & 3. contra prolegomena Brentij, & Petrus de Soto in defensione suæ cõfessionis, contra eadem prolegomena Brentij, parte 2. & 3. nec non Martinus Peresius in lib. de traditionibus assertionem 2. 3. 4. & 5. Michaël Medina lib. 7. de recta in Deum fide, & Melchior Canus lib. 2. cap. 6. 7. & 8.

VT igitur in primis intelligatur, quid sit quod quæritur, sunt aliqua prænotanda. Ac primum de sensibus Scripturæ. Est enim Scripturæ diuinæ proprium, quia Deum habet auctorem, vt sæpenumero contineat duos sensus, literalem, siue historicum, & spirituales, siue mysticum. Literalis est, quem verba immediatè præ se ferunt. Spirituales est, qui aliò referuntur, quam ad id quod verba immediatè significat; quæ partitio ex Apostolo colligitur 1. Cor. 10. vbi dicit, oia accidisse Iudæis in figura ad correctionem nostrã. Et quæ ad literam dicuntur de egressu Iudæorum ex Aegypto, de transitu maris, de manna quod pluit in deserto, de aqua quæ fluxit à petra, spiritualiter accommodat Christianis. Quos etiã duos sensus significatos esse per librum scriptum intus & foris, de quo agitur Apo. 5. & Ezech. 2. docet Hieronymus in c. 2. Ezechielis.

PHILO in libro de vita Theorica supplicum, & Nazianzenus ad Nemesium, literalem comparant corpori, spirituales animæ: & sicut Verbum Dei genitum habet naturam diuinam inuisibilem, & humanam visibilem: ita verbum Dei scriptum habet sensum externum & internum. Esse autem hoc proprium solius diuinæ Scripturæ, docet beatus Gregorius lib. 21. moralium, cap. 1.

PORRO literalis est duplex; alius simplex, qui consistit in proprietate verborum; alius figuratus quo verba transferuntur à naturali significatione ad alienam. Et huius tot sunt genera, quot sunt genera figurarum. Cùm Dominus Ioannis 10. dicit, *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hac ouili, &c.* sensus literalis est, sed figuratus, alios homines, præter Iudæos, congregandos in Ecclesiam, quod propriè dictum est Ioan. 11. vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.

VIDE de his figuratis locutionibus Augustinum libro 3. de doctrina Christiana.

SPIRITUALIS autem sensus à recentioribus Theologis distinguitur triplex, 'allegoricus', tropologicus, anagogicus.

ALLEGORICVM vocant, cùm verba Scripturæ, præter literalem sensum, significant aliquid in nouo Testamento, quod ad Christum, vel Ecclesiam pertinet;

quomodo Abraham, qui reuera ad literam habuit duas uxores, vnam liberam, & vnam ancillam, & duos filios, Isaac, & Ismaël, Deum auctorem duorum Testamentorum, & Patrem duorum populorum significauit, vt Apostolus explicat. Galat. 4.

TROPOLOGICVM appellant, cùm verba aut facta referuntur ad aliquid significandum, quod per in. at ad mores. Quomodo; *Non allegabis os boni tritura: ti,* Deuteronom. 25. Quod intelligitur ad literam de veris bobus, significat spiritualiter non debere prohiberi concionatores, quin victum accipiant à populo, vt Apostolus explicat 1. Corinth. 9.

ANAGOGICVM vocant, cùm verba aut facta referuntur ad significandam vitam æternam. Quomodo illud Psal. 94. *Quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam.* Quod ad literam intelligitur de terra promissionis, spiritualiter etiam refertur ad vitam æternam, vt Apostolus explicat Hebr. 4.

HÆC distinctio spiritualium sensuum à veteribus nõ semper obseruatur. Etsi enim agnoscunt, quantum ad rem attinet, hos omnes sensus, tamen interdum omnes vocant allegorias, vt Basilius initio hom. 9. exam. & Augustinus libro de vtilitate credendi cap. 3. Porro Hieronymus in Epistola ad Hedibiam, quæst. 12. nomine tropologici comprehendit etiam allegoricum: & è contrario in caput quartum Amos, nomine allegorici comprehendit tropologicum.

EX HIS sensibus, literalis inuenitur in omni sententia, tam veteris, quam noui Testamenti. Nec est improbabile, interdum plures literales in eadè sententia reperiri, vt beatus Augustinus docet multis in locis, & præsertim lib. 12. Confessionis, cap. 26. lib. 11. ciuit. Dei, cap. 19. & lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 27.

AT spiritualis inuenitur quidem omnis in vtroque Testamento. Nam de Testamento veteri nemo dubitat, quin habeat sensum allegoricum, tropologicum, & anagogicum: de Testamento nouo idem sentiunt permulti, & meritò. Nam Allegoricè exponit Augustinus Tract. 122. in Ioan. illam capturam piscium, quando scindebatur rete, Luc. 5. Anagogicè autem illam, quando rete nõ scindebatur, Ioan. 21. Et similiter Tract. 124. in Ioan. allegoricè exponit, quod dictum est Petro: *Sequere me:* & anagogicè quod dictum est de Ioanne; *Sic cum volo manere,* Ioan. 21. Tropologicè autem exponit ipse Dominus Ioan. 13. illam suam humilitatem, qua discipulorum pedes lauit.

SED quamquam hæc ita se habeant: tamen non inuenitur spiritualis sensus in omni sententia Scripturæ, nec in testamento veteri, nec in nouo. Illud enim: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,* Deuteronom. 5. & Matth. 22. & similia præcepta, non habent nisi vnum sensum, id est, literalem, vt rectè docet Cassianus collat. 8. cap. 3. His ita constitutis conuenit inter nos & aduersarios, ex solo literalis sensu peti debere argumenta efficacia: nam eum sensum, qui ex verbis immediatè colligitur, certum est, sensum esse Spiritus sancti. At sensus mystici & spirituales varij sunt, & licet ædificent, cùm non sunt contra fidem, aut bonos mores, tamen non semper constat, an sint à Spiritu sancto intenti.

QUOCIRCA beatus Augustinus in Epistola 48. ad Vincentium, meritò ridet Donatistas, qui ex illis verbis mysticè explicatis: *Indica mihi vbi cubes in meridie.* Cant. 1. colligebant Ecclesiam Christi in sola Africa remansisse. Hieronymus quoque in commentario, cap. 13. Matth. docet, fidei dogmata ex mysticis sensibus non posse efficaciter confirmari.

DE ipso autem sensu literalis duabus de causis interdum dubia oriuntur. Prior est verborum ambiguitas, qualis cernitur in illo Matt. 26. *Bibite ex hoc omnes.* Illud, omnes, est ambiguum: nescitur enim, an omnes homines absolutè significet, an omnes fideles tantum; an omnes

Apostolos. Posterior & grauior est verborum proprietates. CVM enim literalis sensus modò sit (vt diximus) simplex, modò figuratus, dubium est in multis locis, an sensus verus sit simplex, an figuratus. Illud enim Matth. 26. *Hoc est corpus meum:* Catholici volunt accipi simpliciter secundum verborum proprietatem, Zuuingliani autem per figuram Metonymiam. Et ex hac causa in grauissimos errores aliquando nonnulli inciderunt. Exemplo sit Origenes, qui propterea errauit, quod quæ accipienda erant simpliciter, accepit figuratè, vt Hieronymus docet in Epistola ad Pammachium de erroribus Ioannis Hierosolymitani, vbi dicit, Origenem sic Paradisum terrestrem allegorizare, vt historia auferat veritatem, dum pro arboribus, Angelos; pro fluminibus, virtutes celestes intelligit; & tunicas pelliceas Adæ & Eug. corpora humana interpretatur, quasi ante peccatù sine corpore vixerint.

ALII è contrario lapsi sunt, quod simpliciter & propriè acceperint, quæ erant accipienda figuratè, vt Papias, & qui eum sequuti sunt, Iustinus, Irenæus, Tertullianus, Lactantius, alique nonnulli, qui quæ dicuntur Apocalypsis 20. de noua Hierusalem, & mille annis quibus regnaturi sunt Sancti cum Christo, hic in terris implenda existimauerunt, quorum errorem reprehendit Hieronymus præfat. libri 18. in Isaia, & in cap. 36. Ezechielis, & Augustinus lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 7.

CONVENIT etiam inter nos & aduersarios, Scripturas intelligi debere eo spiritu, quo factæ sunt, id est, Spiritu sancto. Quod Apostolus Petrus Epistola secunda capite primo docet, cùm ait: *Hoc primum intelligentes, quod omnis propheta Scripturæ propria interpretatione nõ fit.* Non enim humana voluntate allata est aliquando propheta: sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Vbi beatus Petrus probat, non debere exponi Scripturas ex proprio ingenio, sed secundum dictamen Spiritus sancti, quia non sunt scriptæ humano ingenio, sed ex inspiratione Spiritus Sancti.

TOTA igitur quæstio in eo posita est, vbi sit iste Spiritus. Nos enim existimamus, hunc Spiritum, etsi multis priuatis hominibus sæpe conceditur, tamen certò inueniri in Ecclesia, id est, in Concilio Episcoporum confirmato à summo Ecclesiæ totius pastore, siue in summo pastore cum Concilio aliorum pastorum. Non enim disputare volumus hoc loco de summo Pontifice & Concilio, an solus Pontifex possit rem definire, & an solum Concilium, de hoc enim suo loco agemus. Sed de his in genere dicimus, iudicem veri sensus Scripturæ & omniũ controuersiarum, esse Ecclesiam, id est, Pontificem cum Concilio, in quo omnes Catholici conueniunt; & habeat expressè in Concilio Tridentino, sessione quarta.

AT hæretici omnes huius temporis docent, Spiritum sanctum Scripturæ interpretem non esse allegatum Episcopis, vel vlli hominum generi, & ideo vnumquemque iudicem esse debere, siue spiritum suum sequendo, si ipse donum interpretationis habeat, siue alicui alteri adhærendo, quem eodem dono præditum viderit.

LVTERVS præfatione assertionis suorum articuloꝝ apertè nos remittit ad spiritum, quem quisque habuit, dum Scripturas diligenter legit. Et in art. 15. ex illis 500. quos Cochleus collegit ex libris Lutheri, sic ait. *Capite hoc Euangelium, quia neque Papa, neque Concilio, neque vlli hominum commissum est, vt constituat, & concludat, quid sit fides. Ideo debeo dicere: Papa, tu conclusisti cum Concilio, nunc habeo ego iudicium, an acceptare queam, nec ne. Quare: quia non stabis pro me, & respondebis pro me, quãdo debeo mori. Et falsam doctrinam nemo iudicare potest, nisi spiritualis homo. Ideo res est insana, quod Concilia concludere & statuere volunt, quid credendum sit: cùm sæpè nullus vir sit ibi, qui diuinum spiritum vel modicum ofsecerit.* Idem confirmat in assertionibus art. 27. 28. & 29.

PHILIPVS in locis, c. de Ecclesia, videtur quidem

QVINTVM testimonium Lucæ 22. Rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, & tu atquando conuersus confirma fratres tuos. Ex hoc loco, Romanum Pontificem ex cathedra docentem, non posse errare, deducit B. Bernardus epist. 190. ad innoc. & ante eum Lucius I. in Epist. ad Episcopos Hispaniæ & Galliæ, Felix I. in epistola ad Benignum, Marcus in epistola ad Athanasium, Leo I. sermone tertio de assumptione sua ad Pontificatum, Leo IX. in epist. ad Petrum Antiochenum Patriarcham, Agatho in epistola ad Constantinum Imperatorem, quæ lecta est in 6. Synodo. Act. 4. & deinde Act. 8. à toto Concilio approbata. Paschalis II. in Concilio Romano, apud Abbatem Vrspergensium in Chronico, quibus addo, velint, nolint hæretici, Innocentium III. cap. Maiores, de Baptismo & eius effectu. Si ergo Romanus Pontifex errare non potest ex cathedra docens, certe iudicio eius acquiescendum est, & ipse esse debet summus iudex.

SEXTVM testimonium est Act. 15. ibi enim legimus, cum orta esset quæstio grauis de fide, an seruanda esset lex Moysi à gentibus conuersis, non fuisse remissos vnumquemque ad Spiritum suum, sed ad Concilium Hierosolymæ habitum, cui Petrus præerat, & Petri omnium primum in Concilio loquutum, deinde Iacobum sententiam Petri confirmasse, & sic quæstionem solutam, illis verbis: *Visum est Spiritui sancto & nobis, &c.* Quibus ostendunt, sententiam Concilij, cui præest Petrus, sententiam esse Spiritus sancti. Et ibidem in fine capitis legimus, Paulum quocunque ibat, præcipere solitum, vt seruari decerent illius Concilij, id est, vt acquiescerent, & non vellent ipsi de sententia Concilij iudicare.

SEPTIMVM est in epistola ad Gal. cap. 2. *Ascendi, inquit Paulus, Hierosolymam cum Barnaba, & concili cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem his, qui videbantur aliquid esse, ne forte in vanum currem, aut cucurrissem.* Quinam autem essent illi, quibus cum conuenerat, inferius explicat, dicens fuisse Petrum, Iacobum, & Ioannem. Quem locum explicantes Tertullianus lib. 4. in Marcionem, B. Hieron. in epist. ad Augustinum, quæ est vndecima inter Epistolas Augustini, & August. lib. 29. contra Faustum, c. 4. disertè affirmant, Ecclesiam non fuisse Paulo credituram, nisi eius Euangelium à Petro confirmatum fuisset. Ergo Petri erat tunc, & proinde successoris eius nunc, de doctrina fidei iudicare.

OCTAVVM testimonium 1. Cor. 12. *Alij datur per Spiritum sermo sapientie, alij sermo scientie, alij interpretatio sermonum, alij prophetia, &c.* Hic aperte dicitur, non dari omnibus fidelibus spiritum interpretandi Scripturas, Et præterea constat ex illo 2. Pet. 1. *Omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit, nō posse sine spiritu interpretandi bene Scripturam exponi.* Igitur euidentè colligitur, non esse iudicem veri sensus Scripturæ vllum hominem priuatum. Quid enim faciet, qui spiritum nō habet? immo quis erit certus, se habere hunc spiritum? cū sciamus, nō dari omnibus, & non sciamus quibus detur?

RESTAT igitur, vt iudicem agnoscamus solum Ecclesiam, de qua dubium esse non potest, quin habeat spiritum Dei, & filios suos sine errore doceat, cum sit columna & firmamentum veritatis. Id quod etiam Lutherus in libro de potestate Papæ, his verbis constituitur (quicquid alicui scripserit, vt miro modo varius & instabilis fuit.) *De nullo priuato homine certi sumus, habeat necne reuelationem Patris: Ecclesia autem ipsa est, de qua dubitare non licet, &c.* Porro Ecclesia non aliter loquitur, quam per os pastorum ac doctorum, ac præcipuè in generali Concilio congregatorum.

At, inquit, ille est certus, se habere, qui petit: scriptum est enim: *Quanto magis Pater vester dabit spiritum bonum petentibus s. Lucæ 11. & lac. 1. Si quis vester sum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus abundanter.*

RESPONDEO, in his & similibus locis Dominum

loqui non de spiritu interpretationis, qui est gratia quædam gratis data, sed de Spiritu Fidei, Spei, Charitatis, & Sapientiæ necessariæ ad Salutem. Vt enim B. August. docet tract. 73. 81. & 102. in Ioannem, non impetrat oratio infallibiliter nisi id quod est necessarium, vel vtile ad salutem ei, qui orat. Porro donum interpretandi, sicut donum linguarum & miraculorum, & alia ibidem enumerata, non semper sunt vtilia ei, qui illa habet.

SICVT igitur spiritum loquendi linguis, vel faciendi miracula, non possumus semper impetrare, etiam si scriptum sit: *Dabit spiritum bonum petentibus se, ita nec spiritum interpretationis.* Nam alioqui posse fieri, vt totum corpus Ecclesiæ esset vnum membrum, id est, omnes essent oculi, omnes manus, &c. contra Apostolum, Rom. 12. & 1. Corinth. 12.

PRÆTEREA etiam si Dominus in illis locis loqueretur de dono interpretandi, adhuc non esset certus quicunque petit, se illud habere, quia non est certus, an bene petat, scriptum est enim: *Petitis, & non accipitis, quia quod malè petatis.* Iac. 4. Alioqui cum spiritum istum petant Lutherani, petant Anabaptistæ, petant Zuuingiani, vnde est quod diuersissimos & inter se pugnantis spiritus accipiunt, si omnibus petentibus datur ille vnus & verus Spiritus sanctus?

NONVM testimonium est 1. Ioan. 4. *Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Multi enim Pseudoprophete exierunt in mundum.* Spiritus hominum priuatorum probandus est, an ex Deo sit, multi enim iactant Spiritum sanctum, qui agitur spiritu veritatis & mēdacijs, vt dicitur 3. Reg. vlt. 2. Paral. 18. Isa. 19. & 29. Igitur nō potest priuatus spiritus esse iudex. Quomodo enim erit iudex, cum de ipso adhuc iudicandum sit.

QVARE si quis illud: *Hoc est corpus meum*, exponat per, Hoc, significat corpus meum, quia sic ei spiritus reuelat, adhuc non est quæstio definita. Nam Ioannes monet, vt illum tū probemus, an sit ex Deo, ne porius forrè sit spiritus vertiginis. Non autem potest probari ex Scriptura, vt ipsi voluit, quia de scripturæ ipsius sententiâ hoc loco dubitamus, ergo debet probari ex conformitate ad spiritum eorum quos constat verum spiritum habere, tales autem sunt Prælati in concilio legitime congregati.

LEGIMVS enim Act. 15. consilium dixisse: *Visum est Spiritui sancto & nobis.* Talis etiam Pontifex ex cathedra docens, quem ostendimus semper à Spiritu sancto dirigi, vt errare non possit: tales etiam fuerunt Apostoli & antiqui fideles, quos certum est Spiritum sanctum habuisse.

NEQVE id Caluinus negare potest: quippe qui in hunc modum ratiocinatur in instit. lib. 1. c. 9. §. 1. contra Svvenckfeldium, qui solum spiritum volebat iudicem, repudiatis Scripturis. Si spiritus iste esset bonus, idem esset cum spiritu Apostolorum, & primorum fidelium, at spiritus illorum nō volebat esse iudex Scripturis contēptis.

SED ita etiam nos contra Caluinum & alios hæreticos argumentamur, Si spiritus ipsorum esset bonus, esset idem cum spiritu Apostolorum, & primorum fidelium sed spiritus illorum non volebat esse iudex, sed recurrebat ad Petrum, & ad Concilium, & eorum sententiæ acquiescebat, vt supra ostendimus ex Act. 15. igitur spiritus istorum, qui se iudicem constituit, non est spiritus bonus.

CAPVT SEXTVM.

Idem probatur ex consuetudine Ecclesiæ.

ROBATVR tertio ex praxi Ecclesiæ; Nam in omnibus seculis in Ecclesia exorta sunt noua dubia, & semper eodem modo terminata sunt, nimirum iudicio Pontificis Romani & Episcoporum qui tunc erant, non rectè autem fieri, quod vniuersa Ecclesia fecit semper, & facit, dicere ac scribere, insolentissimæ insanie est, vt Augustinus ait in epist. 118.

ET nota: nos non tantum dicere, fuisse omnes causas iudicatas per Pontificem Romanum & Episcopos,

sed per Pontificem Romanum & Episcopos, qui tunc erant. Nunquam enim propter vllam dubitationem iudicandam creati sunt nouus Papa & noui Episcopi, id quod dicimus propter confessionistas, qui in confessione Augustana art. 28. farentur, ad Episcopos pertinere, discernere veram doctrinam à falsa. Sed cum petimus, cur ergo non acquiescant Concilio Tridentino; Respondent istos, qui nunc sunt, non esse Episcopos, sed hostes Euangelij.

AT hoc idem dixerunt Ariani & alij omnes hæretici de Episcopis sui temporis: & tamen hoc non obstant, iam per M. D. annos semper dubia religionis explicata sunt ab Episcopis, qui secundum ordinariam successionem erant in Ecclesijs, quando dubia illa exorta sunt, & qui non acquiescerunt, hæretici sunt habiti.

PRIMO igitur Ecclesiæ seculo, quod extenditur vsque ad annum C. à Christo nato, orta est quæstio de carimonij legis veteris an essent seruandæ à gentibus ad Christum conuersis. Et sicut illa fuit prima quæstio in Ecclesia exorta, ita tunc celebratum est primum Concilium, præsidebat Petro: & eius Concilij decreto omnes acquiescerunt. Act. 15.

SECUNDO seculo, id est, vsque ad annum CC. orta est quæstio de celebratione Paschæ, quibusdam volentibus Pascha celebrare cum Iudeis, decimo quarto die primi mensis, siue esset dies Dominicus, siue non, alij autem tantum die Dominico. Constat autem propter hoc celebrata esse multa Concilia Episcoporum, & tandem à Victore Romano Pont. ita terminata: vt omnes Ecclesiæ Asiæ ab eodem excommunicatæ fuerint: quod adhuc in errore persisterent. Scribit historiam totam Eusebius lib. 5. hist. c. 23. & 24.

POSTEA verò, non solum excommunicati, sed etiã hæretici habiti sunt, qui decreto Pontificis non obediunt. Hinc enim apud Epiphanium hæres. 50. Augustinum hæres. 26. & Tertullianum de præscrip. in fine, inter hæreticos numerantur Quartodecimani.

TERCIO seculo, id est, post annum CC. orta est hæresis Nouatianorum, qui negabāt, Ecclesiam posse absolueri à peccatis eos, qui post Baptismum lapsi erant. Explicata autè fuit veritas per Concilium Romanum, cui Cornelius Papa præerat, vt refert Euseb. lib. 6. hist. c. 33. & deinceps Nouatiani semper inter hæreticos habiti sunt.

EODEM seculo, orta est quæstio de Anabaptismo, & quidè cū varijs varia sentirent; Cornelius Romæ Concilio habito, decreuit nō esse rebaptizandos, qui ab hæreticis baptizati essent, vt Euseb. refert lib. 7. hist. c. 2. & postea etiam Stephanus Papa scripsit, & præcepit, vt nō rebaptizarentur qui ab hæreticis secundum formam Ecclesiæ baptizati essent. Cuius decreti meminit Cyprianus in ep. ad Pompeium, & D. August. li. 5. de Baptismo, c. 23. & Vincentius Lirinensis in suo commonitorio.

QUARTO seculo, post annum CCC. orta est hæresis Arianorum, quæ quidem per Concilium Nicæanum generale sublata est. Porro in eo Concilio, CCCXVIII. Episcopi fuerunt, & ij soli iudices fuisse leguntur vna cū legatis Romanæ sedis, Vito & Vincentio presbyteris, qui cum Hostio Episcopo Cordubensi, Concilio præerant, nomine Syluestri Papæ, & postea adhuc totum Concilium per epistolam à Syluestro cōfirmationem petiit. Imperator autem aderat quidem, sed nulla in re iudicem egit. Hæc omnia patent, tum ex 1. tomo Conciliorum, tum ex historicis Eusebio lib. 3. de vita Constantini, Ruffino, Socrate, Sozomeno, Theodoro I. l. 1. hist. Ecclesiasticæ.

EODEM seculo, hæresis Macedonij contra Spiritum sanctum, iudicata, & condemnata est per Concilium Constantinopol. quod iussu Damasi Papæ celebratum fuisse testatur Concilium ipsum, in ep. ad Damasum, quæ est apud Theodoretum li. 5. hist. c. 8. neque in hoc Concilio quidquam egisse Imperatorem legimus, nisi quod mandatum Pontificis Damasi de Concilio celebrando

ad Episcopos misit, vt in illa eadem epistola habetur.

QVINTO seculo, hæresis Nestorij condemnata est in Concilio Ephesino I. præside Cyrillo, nomine Cælestini Papæ, vt Euagrius testatur li. 1. c. 4. & paulò post hæresis Eutychetis in Concilio Chalcedonensi, præsidentibus legatis Papæ Leonis, vt Euagrius testatur li. 2. c. 4. & huius etiam Synodi petita est à Pontifice Rom. confirmatio, & nec in ista, nec in illa vllam subscriptionem legimus Imperatoris, aut laicorum quorumlibet, sed tantum Ecclesiasticorum. Vide tomum primum & secundum Conciliorum, & Breviarium Liberati.

EODEM secundo, damnata est hæresis Pelagianorum, quam Lutherani præ cæteris videntur odisse, sed à Pontificibus Romanis damnata est. Sic enim August. ait lib. 2. retract. c. 50. *Pelagiana hæresis cum suis auditoribus ab Episcopis Ecclesiæ Romanæ, prius Innocentio, deinde Zozymo, cooperantibus Conciliorum Africanorum literis, conuicta, atque damnata est.* Et in Chronico Prospero anno CCCXX. Concilio, inquit, habito apud Carthaginem C. C. XVII. Episcoporum, ad Pontificem Zozymum Synodalia decreta perlata sunt, quibus probatis, Pelagiana hæresis in toto mundo damnata est.

SEXTO seculo, multæ hæreses damnatæ sunt, in V. Synodo, in qua etiam soli Episcopi fuerunt iudices.

SEPTIMO seculo, danati sunt Monothelitæ in VI. Synodo generali, cui præfuerunt Legati Rom. Pontificis, & Imperator quidè interfuit, & subscripsit, sed post omnes Episcopos, & non iudicando, vel definiendo, vt Episcopi subscribebant, sed tantum consentiendo.

OCTAVO seculo, damnati sunt Iconomachi in VII. Synodo, cui præfuerunt etiam Legati Romani Pontificis, & nulla in ea legitur subscriptio Laicorum. De his Synodis lege tomos Conciliorum, & librum Photij de septem Synodis.

NONO seculo, controuersia quædam Ecclesiasticæ definita sunt in VIII. Synodo, cui præfuerunt etiam Legati Romani Pontificis. Imperator aderat, & subscripsit quidem post legatos Pontificis & Patriarchas, sed ibidem disertè affirmavit, ad se non pertinere iudicium rerum diuinarum, sed tantum subscribere in signum consensuum, & c. cuius verba paulò post adferemus.

DECIMO seculo, quod omnium est obsecerratum nulla exorta est hæresis, & propterea etiam nullum legitimus celebratum Concilium: schisma tamen, & error Græcorum, quæ paulò antè cœperant, hoc seculo maxime vigeant, de quarum damnatione mox dicemus.

VNDECIMO seculo, hæresim Berengarij damnauit Leo IX. in Concilio Vercellensi, & Nicolaus II. postea in Concilio Romano, vt Lanfrancus, & Guimundus referunt lib. 1. contra Berengarium.

DVODECIMO seculo, damnata est hæresis Petri Abailardi ab Innocentio II. vt est in epistolis B. Bernardi epist. 194. Item damnatus est error Gilberti Porretani ab Eugenio III. in Concilio Remensi, teste B. Bernardo, serm. 80. in Cantica.

DECIMOTERTIO seculo, damnatus est error Ioa-chimi Abbatis ab Innocentio III. in Concilio generali Lateranensi. Et postea error Græcorum à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi generali. Vnde extat c. fidei. de summa Trinit. & fide Catholica. in sexto.

DECIMOQUARTO seculo, damnati sunt errores Begardorum in Concilio Viennensi à Clemente V. Vnde extat cap. ad nostrum. in Clementi. de hæreticis.

DECIMOQVINTO seculo, damnati sunt errores Ioannis VVicleff, & Ioannis Hus in Concilio Constantiensi, præside Martino V. Et rursum errores Græcorum in Concilio Florentino sub Eugenio IV.

DENIQVE hoc nostro seculo decimasexto, damnati sunt errores Lutheranorum in Concilio Tridentino confirmato à Pio IV. Inueniant iam ipsi vnum

exemplum antiquitatis, quo probent, aliquem nouum errorem verè habuimus pro errore in Ecclesia, & tamen non damnatum à Pontifice, sed ab Imperatore, vel alio principe seculari: aut dicant si possunt, quinam vnquam de sententia Conciliorum à Rom. præfule approbatorum iudicare ausi fuerint, & non continuò hæretici ab Ecclesia Catholica habiti sint.

CAPVT SEPTIMUM. Idem probatur testimonio Pontificum, & Imperatorum.

ACCEDANT quarto loco testimonia veterum Pontificum, & veterum Imperatorum, id est, auctorum vtriusque Iuris. Damasus in epist. 3. ad Stephanum, Innocentius I. in epistola ad Concilia Carthaginensè & Mileuitanum, quæ sunt apud August. 91. & 93. Leo I. in Ep. 84. ad Anastasium, & 89. ad Episcopos Viennensis prouinciæ, Gelasius in epist. ad Episcopos Dardania. Gregorius lib. 4. ep. 52. ad Episcopos Gallia (vt etiam posteriores) docent, causas grauiiores, & præsertim fidei, ad iudicium sedis Apostolicæ pertinere: & ad hoc citat Iulius in Epist. 2. decretum Nicæni Concilij.

IA M Imperatores idem scenserunt. Tempore Aureliani Imperatoris, cum esset quæstio inter Catholicos, & Paulum Samolatenum hæreticum de domo Ecclesiæ, Imperator licet gentilis respondit, & iussit illi dari Ecclesiam, cui scriberent Italiae sacerdotes, & Episcopus Romanus; nimirum edoctus à suis, Episcopum Romanum esse iudicem supremum Christianarum causarum. Ita scribit Euseb. lib. 7. hist. cap. 26.

CONSTANTINVS teste Euseb. lib. 3. de vita Constantini, in Concilio Nicæno non prius affedit, quam Episcopi, vt sederet, annuisset. Quo signo satis indicauit, se non esse præsentem Concilij. Deinde finito Concilio scripsit epistolam omnibus Ecclesiis, quam Eusebius ibidem totam ponit, in cuius fine sic ait: *Quæ cum ita se habeant iuentibus animis hoc decretum Concilij, tanquam donum Dei & mandatum reuera cælitus demissum amplectamini. Nam quod in sanctis Episcoporum Concilijs decretum, id vnuersum diuine voluntati debet attribui.*

DE eodem sic loquitur D. Ambros. epist. 32. *Constantinus, inquit, nullas leges ante præmisit, sed liberè dedit iudicium sacerdotibus. De quo etiam August. in epist. 162. testatur, quod cum Donatistæ vellent ab ipso iudicari causam suam, ipse eos remisit ad suū iudicem propriū, id est, Melchiam Papam, & cum illi appellassent à sententia Pontificis ad ipsam Imperatorem: Dedit ille, inquit Augustinus, aliud Arelatense iudicium. (aliorum scilicet Episcoporum) non quia iam necesse erat, sed eorū peruersitatibus cedens. Neq; enim ausus est Christianus imperator sic eorū tumultuosas & fallaces querelas suscipere, vt de iudicio Episcoporum, qui Romæ sederat, ipse iudicaret.*

GRATIANS Imperator sic loquitur in epist. ad Episcopum Aquileiensem quæ lecta est in Concilio Aquileiensi. *Necque controuersia dubie sententiæ rectius poterant experiri (expediri fortasse) quam si oborta altercationis iudicium, interpretes ipsos constituissemus antistes, vt videlicet à quibus proficiscuntur instituta doctrina, ab eisdem discordiæ eruditionis repugnancia solueretur. Quæ verba Ambros. in Concilio illo interpretatus est. Ecce, inquit, quod Christianus constituit Imperator. Noli inuiriā facere sacerdotibus, ipsos in interpretes constituit Episcopos.*

THEODOSIUS Iunior in epist. ad Synodum Ephesinam, quam etiam citat Nicolaus I. in epist. ad Michaëlem. *Deputatus, inquit, est Candidianus magnificus comes strenuorum dumesticorum, transire vsque ad sanctissimam vestram Synodum: ac in nullo quidem quæ faciendæ sunt de pijs dogmatibus quæstiones communicare. Illicium namque est, eum qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus.*

MARTIANVS Imperator. I. nemo. C. de summa Trinitate, & fide Catholica. *Inuiriā, inquit, facit iudicio venerandissimæ Synodi, qui semel iudicata reuoluere, & disputare contendat.*

VALENTINIANVS senior, vt scribit Sozomenus li. 6. hist. c. 7. rogatus vt permitteret Synodum congregari ad quædam fidei dogmata explicanda, sic respondit. *Mihi, inquit, qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosos persequari, sacerdotes, quibus ista cura sunt, intersuos, quocumque voluerint loco, conueniant.*

BASILIVS Imperator in VIII. Synodo sic loquitur. *De vobis autem, inquit, laicis, tam qui in dignitatibus quam qui absolutè versamini, quid amplius dicam non habeo, quam quod nullo modo vobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem mouere: neque penitus resistere integritati Ecclesiæ, & vnuerfali Synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & querere, Patriarcharum Pontificum & Sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi, & legandi potestatem habent: qui sanctificas adepti sunt clauas, non nostrum qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solui cogemur. Ibidem dicit idem Imperator, Imperatores alios prædecessores suos, Constantinum, Theodosium, Marrianum, & alios nunquam in Synodis subscripsisse, nisi post omnes Episcopos.*

DENIQUE de Theodorico Rege Gothorum, etfi Ariano in IV. Synodo Romana sub Symmacho Papa sic legimus. *Ad hoc serenissimus rex taliter Deo aspirante, respondit: In Synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam de Ecclesiasticis negotijs pertinere.*

CAPVT OCTAVVM. Idem probatur testimonio Patrum.

ROBATUS quinto testimonio Patrum Græcorum, & Latinorum. Irenæus lib. 3. c. 2. docet, controuersias non posse finiri ex solis Scripturis, quia variè ab hæreticis exponuntur: & deinde c. 3. docet, finiri debere controuersias ex doctrina Rom. Ecclesiæ. *Ad hanc, inquit, Ecclesiam propter potentiorē principalem auctorem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, omnes, qui sunt vndique fideles, in qua semper conseruata est ea, quæ est ab Apostolis tradita.*

ATHANASIVS in epist. ad solitariam vitam agentes, loquens de Imperatore Constantio Ariano, qui aliud iudicium sibi in Concilijs vsurpabat. *Quando, inquit, à condito aucto auditum est, quod iudicium Ecclesiæ auctoritatem suam ab Imperatore accepit? aut quando vnquam hoc pro iudicio agnium est? Plurima antea Synodi fuere: multa iudicia Ecclesiæ habita sunt. Sed neque Patres istiusmodi res principi persuadere conati sunt, nec princeps se in rebus Ecclesiasticis curiosum prebuit. Et infra: Quis, inquit, videns eum in decernendo principem se facere Episcoporum, & præsidere iudicijs Ecclesiasticis, non merito dicat, illam ipsam abominationem desolationis esse, quæ à Daniele prædicta est?*

BASILIVS in ep. 52. ad Athanasium, dicit, videri sibi bonum, vt quando Synodus tunc fieri non poterat, scriberent ad Rom. Episcopum, vt ipse auctoritate sua mitteret aliquos in Orientem, qui acta Concilij Ariminenfis dissoluerent.

GREGORIUS Nazianzenus in oratione, qua se excusat, quod diu ab Ecclesiastica functione se abstinerit. *Vos, inquit, oves nolite pascere pastores, neque super terminos eorum eleuamini: satis enim est vobis, si rectè pascimini. Nolite iudicare iudices, nec legem feratis legislatoribus, &c. Quomodo autem non iudicet iudices & pascit pastores, qui de sententia Concilij, vel summi Pontificis iudicare præsumit? Et ne putes, à Gregorio excipi Imperatores, idem in oratione ad suos ciues timore perculsos, & Imperatorem irascenem: Num vocem inquit, Imperatores alloquens, suscipitis liberam, & quod lex Christi*

vos mee potestati, meoque subiecit tribunali? Imperamus enim & ipsi, addo, & Imperio maiori & perfectiori, suscipite igitur vocem liberioris, scito te ouem esse gregis mei, &c.

CHRYSOSTOMVS hom. vi. in Ioannem, dicit Petrum toti orbi magistrum à Christo præpositum.

CYRILLVS in thesauro, vt D. Thomas citat in opusculo de erroribus Græcorum. *Debemus nos, inquit, capiti nostro Romano Pontifici adharere, ad omnes pertinet ab eo, quid credendum, ac tenendum sit accipere. Vide etiam Damascenum in 1. & 2. oratione pro imaginibus.*

EX Latinis, Tertull. lib. de præscr. hæret. pulchrè deducit id quod volumus. Primo enim docet, non debere cum hæreticis disputari ex Scripturis, quia cum possessio & intelligentia vera Scripturarum sit Ecclesiæ Catholicæ, prius debet constare, quæ sit vera doctrina Ecclesiæ, & tunc ex illa intelligendæ sunt Scripturæ; quæ sit autem vera doctrina Ecclesiæ, non potest tutius queri, quam in Ecclesijs Apostolicis, quarum præcipua est Romana. Nam Deus doctrinam veritatis Christo tradidit, Christus Apostolis, Apostoli successores suis. Hæc ille in summa.

CYPRIANVS lib. 1. epist. 3. *Nec enim aliunde hæreses oborta sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos & ad tempus iudex vice Christi cogitur, &c. Nam ante definitionem Pontificum licet de dubijs rebus, sine vitio hæresis, vtriusque partem teneret, post definitionem qui non obtemperant, fiunt hæretici.*

AMBROSIVS epist. 32. ad Imperatorem Valentinianum iuniorē, qui ab Arianis deprauatus volebat de rebus fidei iudicare. *At certè, inquit, si vel Scripturarum, seriem diuinarum, vel vetera tempora retraheremus, quis abnuat in causa fidei, in causa, inquam, fidei Episcopos solere de imperatoribus Christianis, id est, de fide eorum, non imperatores de Episcopis (id est, eorum fide) iudicare? Eris Deo fauente etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis, qualis Episcopus sit, qui laicis ius sacerdotale subternit. Pater tuus vir maturioris aui dicebat: Non est meum iudicare inter Episcopos: tua tunc dicit Clementia, Ego debeo iudicare. Et infra: Si conferendum de fide, sacerdotum debet esse ista collatio: sicut factum est sub Constantio augustæ memoria imperatore, paterna dignitate hæredes. Sed quod bene cepit, aliter consummatum est. Nam Episcopi sinceram primo scripserant fidem: sed dum volunt quidam de fide intra palatium iudicare, id egerunt, vt circumscriptioibus illa Episcoporum iudicia mutarentur. Nota Lector hæc vltima verba: Laici enim in domo principis, dum volunt de sententia Episcoporum iudicare, in errorem incidere meruerunt.*

HIERONYMVS in epist. ad Damasum; de nomine hypostasis. *Discerne, inquit, si placet, obsecro, non timebo tres hypostases dicere, si iubetis. Et infra: Obtestor beatitudinem tuam per crucifixum, mundi salutem, per sanctos Trinitatem vt mihi epistolis tuis siue tacendarum, siue dicendarum hypostaseon decur auctoritas. Idem petit epistola sequenti. Et nota, Hieronymum fuisse longè doctiorem Damaso, vt patet ex tot quæstionibus Scripturarum, quas Hieronymus Damaso explicauit, & tamen cum agitur de iudicio fidei, vt aliquid definiatur, Hieronymus totum iudicium tribuit Damaso Pontifici.*

SULPITIUS lib. 2. sacrae historię refert, S. Martinū Maximo imperatori aliquando dixisse: *Nouum esse & inauditum nefas, quod causam Ecclesiæ iudex seculi indicaret.*

AVGVSTINVS lib. 2. contra Cresconium cap. trigessimotertio, *Quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, Ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate Scriptura sancta demonstrat. Et epist. 106. ad Paulinum loquens de epistolis Innocentij, in quibus discretè posi-*

tum erat, ad sedem Apostolicam pertinere iudicium de rebus fidei, sic ait. *Ad omnia ille nobis respondit sicut fas erat, atque oportebat Apostolicæ sedis auctoritate respondere. Et lib. contra epistolam fundamenti c. 7. Ego verò, inquit, Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ Catholicæ commoueret auctoritas.*

RESPONDET Caluinus, loqui Augustinum de quadam persuasione priuata fidelium, qua nonnulli conuertuntur ad fidem, vt sensus sit; *Ego Euangelio non crederem, id est, ego nunc non essem Christianus, nisi me commouissent suis persuasionibus Christiani.*

AT frigida est ista solutio, nam in primis de præsentia loquitur Augustinus cum dicit. *Nisi me commoueret auctoritas Ecclesiæ. Deinde paulò infra: Quibus ergo, inquit, præcipientibus credidi, his iubentibus tibi non credam. Vbi non suasionem, sed imperium tribuit Ecclesiæ. Et infra loquens de libro Actorum Apostolicorum, Cui libro, inquit, necesse est, vt credam, si credo Euangelio; quoniam vtraque Scripturam similiter mihi Catholica commendat auctoritas. Idem in præmio librorum de doctrina Christiana quasi præuidens spiritum istum priuatum, qui designatur habere præceptorem, *Caucamus, inquit, tales tentationes superbissimas & periculossimas, magisque cogitamus cenurionem Cornelium: quamuis exaudias orationes eius elemosynasque receptas Angelus nuntiaret. Petro tamen traditum imbuendum. Et certè Spadonem illum, qui Isaiam Prophetam legens non intelligebat, neque Apostolus ad Angelum misit, nec per Angelum ei quod non intelligebat expositum, aut diuini in mente sine hominis ministerio reuelatum est, &c.**

PROSPER in libro contra collarorem, in fine, non aliter probat Pelagianos verè esse hæreticos, quam quia damnati fuerant à Rom. Episcopis, Innocentio, Zozy-mo, Bonifacio, Calectino.

VINCENTIVS Lyrinensis in suo commonitorio, *Hic, inquit, forsitan requirat aliquis, cum sit perfectus scripturarum canon, quid opus est vt et Ecclesiasticæ intelligentiæ iungatur auctoritas? Quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sui altitudine non vno eodemque sensu omnes accipiunt: sed eadem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur, vt penè quot homines sunt, tot illic sententiæ erui posse videantur. Atque idcirco multum necesse est, propter tantos tam varij erroris anfractus, vt prophetae & Apostolicæ interpretationis linea secundum Ecclesiasticæ, & Catholici sensus normam dirigatur, &c. Normam autem sensus Catholici, ibidem aperte ostendit esse Conciliorum decreta, consensionem Patrum, & similia.*

GREGORIUS lib. 5. Epist. 25. *Scimus, inquit, piissimos Dominos disciplinam diligere, ordinem seruare, canones reuerari, & se sacerdotibus negotijs non miscere.*

ANSELMVS in lib. de incarnatione Verbi, c. 1. sic Verbanum Romanum Pontificem alloquitur: *Quoniam, inquit, diuina prouidentia vestram elegit sanctitatem, cui vitæ, & fidem Christianam custodiendam, & Ecclesiam suam regendam committeret: ad nullum alium rectius refertur, si quid contra Catholicam fidem oritur in Ecclesia, vt eius auctoritate corrigatur, &c.*

BERNARDVS Epist. 190. ad Innocentium Papam II. *Oportet ad vestrum referri. Apostolorum pericula quæque, & scandala emergentia in regno Dei, ac præsertim quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Et infra: Tempus est, vt vestrum agnoscat, Pater amantissime, principatum, probetis zelum, ministerium honoris. In eo planè Petri impletis vicem, cuius tenetis & sedem, si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra auctoritate conteritis fidei corruptores. Et epist. 189. Dicebam sufficere scripta eius ad accusandum eum, nec mea referre, sed Episcoporum, quorum esset ministerij de dogmatibus iudicare.*

CAPVT NONVM.

Idem probatur ex ratione.

ROBATAVLTIMO ratione. Non ignorabat Deus multas in Ecclesia exorturas difficultates circa fidem, debuit igitur iudicem aliquem Ecclesiam providere. At iste iudex non potest esse Scriptura, neque spiritus reuelans priuatus, neque princeps secularis, igitur princeps Ecclesiasticus, vel solus, vel certe cum consilio, & consensu Coepiscoporum, nec enim fingitur, neque potest fingi aliquid aliud, ad quod hoc iudicium pertinere posse videatur.

Ac primum, non esse iudicem Scripturam, planum est, quia varios sensus recipit, nec potest ipsa dicere, quis sit verus. Præterea in omni Republica bene instituta & ordinata, lex & iudex distinctæ res sunt. Lex enim docet quid agendum, & iudex legem interpretatur, & secundum eam homines dirigit. Denique de Scripturæ interpretatione quæstio est: nõ autem se ipsa interpretari potest.

At, inquit, ex collatione variorum locorum facile potest à quouis linguarum perito erui verus sensus. Sed quid si multi sint linguarum periti, & eadem loca inter se conferant, & tamen adhuc conuenire non possunt, quis tum erit iudex? certe multi Lutheranos, multi item Zuuinglianorum linguarum periti fuerunt, & Scripturas inter se magno labore contulerunt, & tamen in explicatione illius sententia, *Hoc est corpus meum*: conuenire nunquam potuerunt.

At Zuuingliani, dicit Lutheranus, excæcati sunt, proinde nihil mirum, si clarissima Domini verba non intelligant. Sed quid si Zuuinglianus Lutheranos excæcatos dicat, quis erit iudex?

Quod autem spiritus reuelans vnique priuato homini, iudex esse non possit, facile demonstratur; si quidem ille qui est in te, à me neque videtur, neque auditur, iudex debet videri, & audiri ab vtraque parte litigante: nõ tales sunt qui cõterunt, nimirum homines corporales, si enim spiritus essemus, fortè sufficeret iudicium spiritus.

Præterea, in Republica temporali omnes homines habent verum lumen naturale, quo lex condita est, & quod sufficit ad eam exponendam, & tamen nunquam permittitur legis interpretatio priuato iudicio vniuscuiusque: & si permitteretur, diu Respub. durare non posset. quanto ergo minus permittenda est Scripturæ interpretatio iudicio vniuscuiusque, cum non habeant omnes verum illud supernaturale lumen, quo Scriptura condita est, & quod est necessarium ad eam rectè intelligendam.

Præterea, iudex debet habere auctoritatē coactiuam, alioqui nihil prodesset eius iudicium: at priuati homines nullam habent talem auctoritatem. Item plurimi sunt adeo rudes, & imperiti, vt ipsimet fæcantur, se nullo modo posse iudicare de quæstionibus fidei, & tamen etiam illi saluari possunt, non est igitur necesse, vt omnes iudicent.

Denique, si spiritus iste reuelans priuatus esset iudex, præcluderetur via conuersioni hæreticorum, nec vllæ controuersiæ vnquam terminari possent. Nam nemo est hæreticorum, qui spiritum non hæret, & qui spiritum suum non præponat spiritibus aliorum, & sicut 2. Paral. c. 18. cum diceret Michæas Propheta Domini, se loqui in nomine Domini, Pseudoprophetas autem agitari spiritu mendacis; respondit ei Sedecias Pseudopropheta; *Et per quam viam irasitui spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi?* ita si Catholicus diceret, spiritus ita mihi reuelat, responderet hæreticus, & per quam viam? &c.

Quod autem non sit princeps secularis iudex, probatur. Nam nihil potest vltra virtutem à causis suis acceptam; causæ autem principatus secularis, humanæ & naturales sunt; nam efficiens est electio populi, finis est pax, & tranquillitas temporalis Reipub. Igitur non ha-

bet virtutem, neque auctoritatem princeps, vt talis, nisi humanam, qualem populus dare potuit, & qualis requiritur ad conferendam temporalem pacem, cuius signum est, quod etiam sine Ecclesia sunt veri reges, & principes temporales: & sine illis esse potest vera Ecclesia, vt fuit in orb: Romano primis 300. annis.

Neque obstat, quod Rom. 13. dicitur; *Non est potestas nisi à Deo: qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Nam non vult Apostolus dicere, regiam potestatem esse immediatè à Deo, sed mediatè, quia Deus instinctum illum naturalem posuit in hominibus, vt crearent sibi regem: sicut etiam leges humanæ dici possunt à Deo, quia sunt lumine naturali, quod Deus in mente humana in creatione impressit.

At principatus Ecclesiasticus causas habet diuinas, & supernaturales: nam efficiens immediatè est Deus, neque enim Pontifex ab Ecclesia auctoritatem habet, sed à Christo, qui dixit ei; *Pasci oues meas.* Ioan. vltimo; *Tibi dabo clauis regni caelorum, &c.* Matth. 16. Finis autem est æterna beatitudo.

Quocirca extra Ecclesiam non inuenitur verus Pontifex, nec veri sacerdotes, nec sine his esse potest Ecclesia. Et hinc Nazianzenus in oratione ad ciues timore perculsos, Chrysostomus in hom. 4. in verba Isaia, & Ambrosius lib. de dignitate sacerdotali cap. 2. dicunt Episcopum tanto esse maiorem rege, quanto Spiritus Carini, cælum terræ, aurum plumbo præstat. Et propterea etiam pontificatus, & sacerdotium per se ad Ecclesiam pertinent: principatus autem temporalis per accidens. Igitur cum res fidei definire & Scripturas diuinas interpretari sit actus spiritualis & Ecclesiasticus, certè non ad principem temporalem, sed ad spiritualem, & Ecclesiasticum pertinet.

CAPVT DECIMVM.

Soluntur obiectiones.

At obiciunt primo illud Isaia 54. *Dabo omnes filios tuos doctos à Domino.*

Respondet, non loquitur Isaia de spiritu priuato reuelante, sed vel loquitur de doctrina Euangelij, quam Deus ipse, id est, Christus prædicauit, & docuit, vt exponit hoc loco Cyrillus: vt sensus sit; Populum Christianum non docebo per Prophetas, sed per me ipsum, iuxta illud Heb. 1. *Multifariam, multisque modis, &c.* Vel (quæ subtilior, & germanior expositio) loquitur de gratia Spiritus sancti, qua homo interius à Deo mouetur, & suauiter impellitur ad credendum, & amandum, vt exponit D. Augustinus lib. de gratia Christi, cap. 12. 13. & 14.

Itaque non est sensus, omnes Christianos intellecturos diuina reuelatione omnia arcana Scripturarum, sed tales futuros; vt non solum audiant magistrum exterius explicantem verbum Dei, sed etiam audiant intus magistrum Deum suadentem, vt faciant quod audiunt.

Deum fit concio, omnes audiunt, & intelligunt quod dicitur, sed vnus credit, alius non credit, vnus conuertitur à peccato ad penitentiam, alius non conuertitur, illi priores dicuntur docti à Deo, isti posteriores non item.

In hunc sensum protulit ex hoc loco testimonium Dominus Ioannis 6. *Est, inquit, scriptum in Prophetis & erunt omnes docibiles Dei: omnis qui audit à Patre & dicit, venit ad me.* Et Apostolus 1. Thess. 4. *De caritate fraternitatis non necesse habebimus scribere vobis, ipsenim à Deo didicistis, vt diligatis inuicem.*

Secundum argumentum Hierem. 31. *Dabo legem meam in cordibus eorum, & in corde eorum scribam eam, & non docebit vltra vir proximum suum, dicens; Cogneſce Dominum. Omnes enim scient me à minimo eorum vsque ad maximum eorum.*

Respondet cum Augustino lib. de spiritu & littera, c. 24. illis verbis; *Dabo legem meam, &c.* significari

gratiam testamenti noui, id est, fidem per caritatem operantem, quam Deus diffundit in cordibus nostris, vt non solum sciamus, sed etiam impleamus diuina mandata: illis autem; *Et non docebit vltra, &c.* significari præmium fidei, id est, beatitudinem, in qua omnes electi videbunt Deum facie ad faciem.

Si tamen quis contendat, etiam ista vltima verba de hoc tempore intelligenda esse; responderi potest, hic nõ loqui Prophetam de mysterijs absconditis Scripturarum, sed de cognitione vnus Dei. Cum enim tempore Testamenti veteris non solum gentiles adorarent Deos falsos, sed etiam frequentissimè populus Dei ad idola, & Deos alienos conuerteretur, prædixit Hieremias futurum, vt tempore noui Testamenti omnes homines cognoscant vnum Deum, quod certè nunc impletum cernimus. Nã gentiles conuersi sunt ad fidem, & ipsi etiam Iudæi & Turcæ, licet impij sint, tamen vnum Deum colunt.

Tertium argumentum Matth. 23. *Vos autem nolite vocari rabbi, vnus est enim magister vester Christus.* Igitur solo interno Doctore debemus esse contenti.

Respondet, non prohibet Dominus nomen & officium magistri, sed ambitionem, & affectationem illius honoris. Nam 2. Tim. 1. Apostolus vocat se doctorem & magistrum gentium. Præterea in illo c. 23. Dominus reprehenderit Scribas & Phariseos, quod amarent primas cathedras, & salutari ab hominibus rabbi. Et ibidem dicit: & nolite vocare patrem super terram, cum tamen certo certius sit, non prohiberi nomen, aut officium patris, sed nimium affectum erga parentes.

Quartum argumentum Ioan. 5. *Ego testimonium ab homine non accipio.* Nec verbum igitur Dei accipit testimonium à verbo hominis. Sed Pontifex, & Concilium homines sunt, igitur eorum testimonio Scripturæ non egent, sed per se sufficiunt ad omnes controuersias dirimendas.

Respondet, Christus non eguit testimonio hominum pro se, quia maiora testimonia habebat, sed tamen testimoniis hominum utebatur propter alios. Ioan. 1. *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.* Et Ioan. 15. *Vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Act. 1. *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa.* Denique martyres cur dicuntur martyres, nisi quia testes Christi fuerunt?

Cum ergo Dominus ait; *Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati, ego autem testimonium ab homine non accipio, sed hæc dico, vt salui sitis.* Sensus est, Ego profero vobis Ioannis testimonium, quod vos ipsi quaesistis; non quod ego indigeam pro me, sed quia vtile est vobis, vt facilius credatis.

Ad eundem modum, Scriptura pro se non eget hominum testimonio, siue enim intelligatur, siue nõ, in se verissima est, tamen propter res eget testimonio Ecclesie, quia alioqui non sumus certi, qui sunt libri verè sacri ac diuini, nec quæ sit eorum vera ac germana intelligentia.

Quintum argumentum Ioan. 7. *Si quis voluerit voluntatem eius facere qui misit me, cognoscat de doctrina mea, vtrum ex Deo sit.* Non ergo præter spiritum dilectionis Dei, requiritur aliud magisterium ad Scripturas intelligendas.

Respondet, non hoc dicit Dominus, vt ostendat, omnes viros bonos per se intelligere posse omnia loca Scripturarum, sed vt doceat viros probos carere impedimentis quibusdam, propter quæ alij quidam nec per se, nec per alios fidei veritatem intelligere possint: nam cupiditas gloriæ, & pecuniarum, & similibus rerum excæcat oculos. Vnde Ioan. 5. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis?* & Luc. 16. *Audiebant hæc omnia Pharisei, qui erant auari, & deridebant eum.*

Sextum argumentum Ioan. 10. *Oues mea vocem meam audiunt, & sequuntur me.* Igitur non egemus alio

præceptore. Respondet, loquitur Dominus de prædestinatis, vt hic exponit Augustinus, qui ante mortem omnino audiunt vocationem Dei, & eam sequuntur perseverantes vsque ad mortem: neque est hic sermo de difficultatibus Scripturarum. Quod si etiã ageretur de Scripturarum intelligentia, diceremus Christum loqui suis omnibus multis modis, per Scripturam, per internam inspirationem, & apertissimè per os vicariorum suorum, de quibus dixit Luc. 10. *Qui vos audiat, me audit.* Nec enim cum Dominus ait, *oues mea vocem meam audiunt*, exclusit vicarios, sed hostes suos. Sic enim ibidem ait, *Alienum autem non sequuntur.* Et, *Non audiunt vocem alienorum.*

Septimum argumentum, Act. 17. *Beroenses scrutantur Scripturas, an ita se haberent, quæ Paulus predicabat.* Si ergo licuit hominibus illis, haud dubiè laicis, examinare verba Pauli, cur non liceat nobis examinare verba Papæ, & Conciliorum?

Respondet, etsi Paulus erat Apostolus, & non poterat falsam doctrinam predicare, tamen non constabat hoc initio Beroensibus, nec tenebantur mox credere, nisi prius viderent miracula, aut alias probabiles rationes credendi. Itaque cum Paulus probaret illis Christum ex oraculis Prophetarum, merito illi scrutantur Scripturas, an hæc ita se haberent: at Christiani, quibus constat Ecclesiam non posse errare in explicanda doctrina fidei, tenentur eam recipere, & non dubitare, an hæc ita se habeant.

Ad id etiam, quod etsi hæreticus peccat dubitando de auctoritate Ecclesie, in quam per baptismum regeneratus est, neque est eadem conditio hæretici, qui semel fidem professus est, & Iudæi aut Ethnici, qui nunquam fuit Christianus: tamen posito hoc dubio, & hoc peccato, non malè facit scrutando, & examinando an loca Scripturæ & Patrum à Concilio Tridentino prolata ita se habeant, modò id faciat intentione inueniendi veritatem, non calumniandi. Debet quidem ille sine examine recipere doctrinam Ecclesie, tamen melius est, vt examinando præparetur ad veritatem, quàm negligendo remaneat in suis tenebris.

Octauum argumentum Rom. 12. *Habentes autem donationes, secundum gratiam quæ data est nobis differetes: siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministreriũ in ministrando, &c.* Hic Apostolus docet donum prophetiæ, id est, interpretationis Scripturarum, haberi secundum rationem, Græcè ἀνωφελος fidei, id est, secundum mensuram, & proportionem fidei; igitur non debet peti Scripturæ interpretatio à Papa, vel Concilio, sed ab eo, qui magis fide abundat, quicumque ille sit.

Respondet, posset primo negari consequentia: nam Papa, & Concilium magis abundant fide, quàm vllus homo priuatus, cum nec Papa, vt sic, nec Concilium in fide errare possit, omnis autem homo priuatus possit.

Secundo, posset dici, prophetiam hoc loco non accipi pro interpretatione Scripturæ, sed propriè pro dono predicandi futura, vt exponunt Ambrosius, Theodorius, Theophylactus, Thomas, & alij hoc loco, & Chrysostomus in 1. Cor. 12.

Sed tertio dico, quomodocumque sumatur prophetia, siue pro dono prædicandi futura, siue pro dono interpretandi, ex hoc loco nihil colligi contra nos: nam illud, secundum rationem fidei, non coniungitur eũ verbo, habentes, sed cum verbo subintellecto, *administrerimus.* Exponit enim Apostolus vsum gratiarum gratis daturarum, & docet, prophetiam debere administrari secundum rationem fidei, ita vt nemo vaticinetur aliquid contra fidem vt faciebant Pseudopropheta, neque interpretetur Scripturas in aliquem sensum Catholicæ fidei contrarium, vt hæretici perimque faciunt.

Nonum argumentum 1. Cor. 2. *Spiritualis autem iudici*

inducit omnia, & ipse à nemine indicatur. Igitur ad spirituales homines pertinet interpretatio Scripturarum, non ad Papam, aut ad Concilia.

RESPONDEO, non negamus, fuisse in Ecclesia, & esse homines spirituales & perfectos, qui rectè interpretentur Scripturas, immò etiam futura prospiciant, & eorum secreta scyptentur. Negamus tamen ad eos pertinere iudicium definitiuum controuerfarum fidei, duplici de causa.

PRIMO quia non sumus certi certitudine fidei, quoniam sint isti spirituales, sicut certi sumus, Papam & Concilium esse spirituale, regi videlicet à Spiritu sancto.

SECUNDO, quia scimus etiam maximè spirituales non semper illustrari, & quadam interdum ignorare, ut patet de Heliseo, qui habebat duplicem spiritum Helie, & tamen dicit 4. Reg. 4. Dominus celauit hoc à me & non indicauit mihi.

DICES, quid ergo significat illud, Inducit omnia? dico significare omnia tam spiritualia, quam temporalia; tam caelestia, quam terrena, dixerat enim homines animales non percipere quae Dei sunt, sed tantum iudicare posse de rebus terrenis, nunc dicit, spirituales iudicare omnia, id est, & terrena, & diuina, nò tamen sequitur, quòd possint omnia diuina: nà quis neget multos veterum Patrum habuisse excellenter donum interpretandi, & fuisse spirituales? & tamen còstat quosdam ex præcipuis eorum non leuiter in quibusdam lapsos.

DECIMUM argumentum, 1. Cor. 12. loquens Apostolus de dono interpretandi, & similibus gratis: Haec omnia inquit, operatur vnus, & idem spiritus diuidens singulis prout vult. Non est igitur alligatum hoc donum Concilio, vel Papae, sed datur liberè à Deo, cui ipse voluerit: & confirmant, quia saepe præteritis sacerdotibus, & Pontificibus, Deus excitauit Prophetas ex populo: nà Amos erat pastor ouium, & tamen factus est Propheta, & Delbora mulier prophetauit.

RESPONDEO, Apostolum loqui de particularibus hominibus, ac dicere velle, non dari omnibus hominibus passim donum interpretandi. Neque hinc sequitur, non esse in Concilio, vel Pontifice docente ex cathedra, donum interpretationis, alia enim ratio est Concilij, & Pontificis, alia priuatorum hominum.

AD illas confirmationes dico, priuilegia paucorum non facere legem generalem. Quod si contendant dari omnibus quia datum est Amos, & Delbora, etiam concludunt dari donum loquendi omnibus iumentis, quia datum est asinae Balaam.

PRÆTEREA, aliud est loqui de nouis reuelationibus, aliud de explicatione doctrinae iam acceptae, nam nouae reuelationes non sunt alligatae Pontificibus, nec nunc, nec in Testamento veteri. Nam in Testamento veteri prophetabant Isaias, Hieremias, & similes, nò autem Aaron, & eius successorès: & in Testamento nouo prophetauit Agabus, & filia Philippi, & tamen Pontifices Linus, & Clemens, & ceteri nò prophetabant. At explicatio doctrinae acceptae, & iudicium de dogmatibus, semper spectat ad Pontifices, ut supra ostendimus.

VNDENUM argumentum, 1. Thessal. 5. Omnia probate, quòd bonum est tenere. 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. Igitur etiam Concilij, & Papae sententia probanda, & examinanda est: nihil enim Paulus & Ioannes excipiunt. Colligunt etiam ex his locis, iniuste prohiberi libros haereticorum, cum Paulus dicat, omnia probate, &c.

RESPONDEO, & dico duo, primo, Paulum & Ioannem cum aiunt, omnia probate, vel probate spiritus, non velle dicere, ut omnes de Ecclesia id faciant, sed ut id faciant ij, ad quos pertinet. Sicut si scribatur ad aliquam Academicam, ut examinent aliquem librum, non significatur, ut detur examinandus liber omnibus hominibus

illius Academiae, sed tantum doctoribus eius facultatis, de qua liber ille tractat.

DICO secundo, in vitroque loco agi de doctrina dubia, nam illa sola probatione indiget. Non est autem doctrina dubia librorum prohibitorum, aperte enim est mala, cum sit examinata, & damnata: neque est doctrina dubia Conciliorum, sed aperte bona. Et ideo Paulus Apostolus Act. 15. cum deferret ad Ecclesias decretum Concilij Hierosolymitani, non dicebat, probate, sed præcipiebat custodire decretum illud.

VNDENUM argumentum 1. Ioan. 2. Non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed vnctio docet vos de omnibus.

RESPONDEO, Non loquitur Ioannes absolute de cognitione rerum diuinarum, quasi non egeant magistro vlla in re, qui Spiritum sanctum acceperunt. Nam si ita esset, cur Ioannes hanc epistolam scriberet, & merneret ac instrueret eos, quos vnctio docebat de omnibus? & quorsum Deus in Ecclesia posuisset pastores, & doctores? loquitur igitur de iis tantum dogmatibus, quae iam acceperant ab Apostolis, & cooperante vnctione Spiritus sancti didicerant, & crediderant: atque eos monet, ut in fide permanent, & non præbeant aures Pseudoapostolis contra docentes. Quomodo si Catholicus aliquis scriberet Catholicis, qui ab haereticis obsiderentur, & perturbarentur: Non necesse habetis, ut aliquis Lutheranus, vel Caluinista doceat vos doctrinam Christi, omnino enim quae vos scire oportet iam didicistis, & tenetis ex prædicatione Ecclesiae adiuuante vnctione Spiritus sancti.

NUNC esse sensum, docent verba praecedentia, & sequentia; in praecedentibus sic ait: Non scripsi vobis, quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam, & vos, quod audistis ab in. tio, in vobis permaneat. haec scripsi vobis de his, qui seducunt vos, &c. in sequentibus autem ait: Sicut docuit vos manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur in aduentu eius.

DECIMUMTERTIUM argumentum. Apostolus Ephes. cap. 2. scribit, Estis ciues Sanctorum & aedificati Dei superaedificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum. At si Scripturae intelligentia penderet à Papa, vel à Conciliis, fundamentum nostrum esset super Papa, & Conciliis magis, quam super Apostolorum & Prophetarum scriptis.

RESPONDEO, ad hoc argumentum, quod saepe repetit, & inculcat Caluinus, nos non negare, immò defendere contra negantes, verbum Dei ministratum per Apostolos: & Prophetas esse primum fundamentum nostrae fidei. Ideo enim credimus, quicquid credimus, quia Deus id per Apostolos, & Prophetas reuelauit: sed addimus, præter hoc fundamentum primum, requiri aliud fundamentum secundarium, id est, Ecclesiae testificationem. Neque enim scimus certò quid Deus reuelauerit, nisi ex testimonio Ecclesiae, & propterea sicut legimus, Christum esse lapidem fundamentalem, & fundamentum primum Ecclesiae, ita legimus Matth. 16. de Petro, super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam. Itaque fides nostra adhaeret Christo, primae veritati, reuelanti mysteria, ut fundamento primario: adhaeret etiam Petro, id est, Pontifici proponenti, & explicanti haec mysteria, ut fundamento secundario.

DECIMUMQUARTUM argumentum. Si Pontifex iudicat de Scripturis, sequitur Pontificem seu Conciliū esse supra Scripturam, & si Scripturae sensus sine Pontifice, vel Concilio non est authenticus, sequitur verbum Dei accipere robur & firmitatem à verbo hominū, &c.

RESPONDEO, hoc argumentum, quod ab haereticis plurimi fit, totum in æquiuocatione versari: nam duobus modis potest intelligi Ecclesiam iudicare de Scripturis. Vno modo, quod iudicet, verumne sit an falsum, quod Scripturae docent. Altero modo, quod posito ut

illius Academiae, sed tantum doctoribus eius facultatis, de qua liber ille tractat.

fundamento certissimo. Scripturae verba esse verissima, iudicet quae sit vera eorum interpretatio.

ET quidem si primo modo Ecclesia iudicaret, verè esset supra Scripturam, sed hoc non dicimus, quamuis haereticus calumniatur id nos dicere, qui passim vociferantur nos subicere Scripturam pedibus Papae.

AT secundo modo iudicare Ecclesiam, vel Pontificem de Scripturis, quod nos asserimus, non est Ecclesiam esse supra Scripturam, sed supra iudicia priuatorum hominum. Non enim iudicat Ecclesia de veritate Scripturae, sed de intelligentia tua, & mea, & aliorum, neque hinc sumit verbum Dei aliquod robur, sed intelligentia nostra. Non enim Scriptura est verior, aut certior, quia sic ab Ecclesia exponitur, sed mea sententia est verior, quando ab Ecclesia confirmatur.

DECIMUMQUINTUM argumentum. Si à iudicio Ecclesiae pender fides nostra, igitur à verbo hominum, ergo debilissimo nititur fundamento. Præterea Scriptura facta est spiritu Dei, ergo spiritu Dei, non Ecclesiae intelligentia est.

RESPONDEO, verbum Ecclesiae, id est, Concilij vel Pontificis docentis ex Cathedra, non esse omnino verbum hominis, id est, verbum erroris obnoxium; sed aliquo modo verbum Dei, id est, prolatum assistente & gubernante Spiritu sancto; immò dico, haereticis esse qui reuera nitantur baculo arundineo. Sciendum est enim, propositionem fidei còcludi tali syllogismo. Quicquid Deus reuelauit in Scripturis, est verum, hoc Deus reuelauit in Scripturis, ergo hoc est verum. Ex propositionibus huius syllogismi prima certa est apud omnes, secunda apud Catholicos est etiam firmissima; nititur enim testimonio Ecclesiae, Concilij, vel Pontificis, de quibus habemus in Scripturis apertas promissiones quod errare non possint. Act. 15. Visum est Spiritui sancto & nobis. Et Luc. 22. Rogauit pro te, ut non deficiat fides tua.

AT apud haereticos nititur solis coniecturis, vel iudicio proprii spiritus, qui plerumque videtur bonus, & est malus, & cum conclusio sequatur debiliorem partem, fit necessariò, ut tota fides haereticorum sit coniectura-

lis, & incerta.

DECIMUMSEXTUM argumentum. Augustinus & alij Patres cum Scripturas exponunt, non usurpant prætoriam iudicandi potestatem, sed permittunt explanationes suas ab aliis iudicari.

RESPONDEO, Aliud est interpretari legem more doctoris, aliud more iudicis: ad explanationem more doctoris requiritur eruditio; ad explanationem more iudicis requiritur auctoritas. Doctor enim nò proponit sententiam suam, ut necessariò sequèdam, sed solum quatenus ratio suadet: at iudex proponit ut sequendam necessariò.

ALITER accipimus glossas Bartoli & Baldi, aliter declarationem principis. Augustinus igitur, & ceteri Patres in commentariis fugebantur officio Doctorum; at Concilia, & Pontifices funguntur officio iudicis à Deo sibi commissio.

DECIMUMSEPTIMUM argumentum. Augustinus contendit Ecclesiam non debere se Christo præponere, quòd ille semper veraciter iudicet; Ecclesiastici autem iudices, sicut homines, plerumque falluntur. Haec sunt Caluini verba in præfat. instit. ex quibus deducit, non esse Prælatos iudices controuerfarum.

RESPONDEO, in primis falsò citari locum à Caluino: is enim in margine, ponit, ca. 2. contra Cresconium. At contra Cresconium sunt quatuor libri, & in nullo eorum librorum ca. 2. illa verba inueniuntur, sed habentur lib. 2. ca. 21. ubi loquitur Augustinus de questionibus facti, non iuris, in quibus iudices Ecclesiastici falli possunt. Docet enim in eo saepe Ecclesiasticos iudices falli, quod eos baptizent, qui fido animo accedunt ad Sacramentum, & tamen sincera voluntate accedere videntur.

ET quoniam Caluinus videbat nihil pro se facere locum illum, id eo fortè non notauit distinctè locum. Solet enim alias satis diligenter notare libros, & cap. præterquam quando loca solutione secum ferunt apertissima.

ALIA multa argumenta quae huc pertinere possent videbantur, tunc soluimus, cum tractabimus, An Ecclesia, vel Concilium, vel Papa errare possint, & cuius sit in Conciliis præsidere.

DE VERBO DEI NON SCRIPTO. LIBER QVARTVS. CAPVT PRIMVM.

Qui potissimum defenderint, vel oppugnaverint non scriptas traditiones.

DE VERBO DEI scripto haecenus disseruimus; nunc de verbo Dei non scripto breuiter disputare aggredimur, si prius tamen in gratiam studiosorum annotauerimus, qui potissimum hoc nostro tractulo de traditionibus scripserint, vel certè quos ipsi legerimus. Nec enim omnes videre nobis licuit.

IGITUR scriptis de hoc argumento præclare Cardinalis Hofius in 4. lib. aduersus prolegomena Brentij, item Petrus à Soto in sua defensione aduersus eundem Brentium parte 2. à ca. 50. vsque ad 66. Melchior Canus lib. 3. de locis Theologicis; Martinus Peresius initio operis sui de traditionibus; Iodocus Tiletanus in Apologia contra Kemnitium pro Concilio Triden. Alphonsus à Castro lib. 1. cap. 5. sui operis contra haereses; & Episcopus Roffensis initio etiam sui operis contra assertionem

articulorum Lutheri; Doctores Colonienfes in examine Catechismi Monhemiani, in reprehensione sexti Dialogi; Petrus Canisius in suo Catechismo de præceptis Ecclesiae, & Guilielmus Lindanus libris quinque suae Panopliae; Ioannes à Louanio in lib. de inuol. Sanctorum, cap. 23. 24. & 25. Felicianus Ninguarda in assertionione fidei Catholicae; Gaspar Cardillus Villalpandaeus in libello de Traditionibus.

EX haereticis præcipuè còtra traditiones scripserunt. IOANNES Caluinus lib. 4. instit. cap. 8. §. 6. 7. 8. & cap. 10. §. 18. 19. 20. & in antidoto ad sess. 4. Concilij Tridentini; Ioannes Brentius in suis prolegomenis contra Petrum à Soto; Martinus Kemnitius in lib. quom inscripsit, Theologia Iesuitarum præcipua capita; & prolixissimè in examine Concil. Trident. examinans de Traditionibus, quod habetur sess. 4. & quidam Hermannus Hamelmannus, qui nuper edidit ingens volumen contra

traditiones, quod diuisit in tres libros prolegomenorum, & deinde in tres partes operis præcipui, quarum quilibet multos libros habet.

CAPVT SECVNDVM.

Quid sit & quatuor traditio.

OMNEM traditionis generale est, & significat omnem doctrinam siue scriptam, siue non scriptam, quæ ab vno communicatur alteri. Exod. 17. Scribo hoc ob monumentum in libro, & trade in auribus Iosue. Act. 6. Lex Moysis scripta vocatur traditio. Audiuimus eum dicentem, quoniam Iesus destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. At 1. Corinth. 11. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis. traditio, vocatur doctrina viua voce exposita, & 2. Thes. 2. in te traditiones, quas accepistis, siue per sermonem, siue per Epistolam.

TAMETSÌ verò traditionis nomen generale sit, tamen hoc ipsum nomen accommodatum est à Theologis ad significandam tantum doctrinam non scriptam. Sic Irenæus lib. 3. cap. 2. Euenit, inquit, neque Scripturis, neque traditioni consentire eos. Tertullianus lib. de corona militis. Si legem, inquit, postules, Scripturam nullam inuenies, traditio tibi præstatur auctrix, &c. Cyprianus lib. 2. epist. 3. Admonitos autem nos scias, vt in calice Domini offerendo Dominica traditio seruetur, vt calix, qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Quem locum falso Kemnitius exponit de traditione scripta, nusquam enim in toto Euangelio, aut Epistolis Apostolorum scriptum est, vt calix mixtus vino, id est, vinum, & aqua offerantur.

AD eundem modum ferè omnes veteres nomen traditionis pro non scripta doctrina vsuipant, & hoc modo deinceps vtetur hoc nomine.

VOCATUR autem doctrina non scripta, non ea, quæ nusquam scripta est, sed quæ non est scripta à primo auctore, exemplo sit Baptismus paruulorum. Paruulos baptizandos, vocatur traditio Apostolica non scripta, quia non inuenitur hoc scriptum in vilo Apostolico libro, tamen scriptum est in libris ferè omnium veterum Patrum.

EST autem duplex partitio traditionum; prior sumitur penes auctores traditionum; posterior penes materiam. Prior est, in traditiones diuinas, Apostolicas, Ecclesiasticas.

DIVINÆ dicuntur, quæ acceptæ sunt ab ipso Christo Apostolos doceante, & nusquam in diuinis literis inueniuntur: talia sunt ea quæ ad materiam & formam Sacramentorum pertinent, pauca enim de his habemus in diuinis literis, & tamen certum est Sacramentorum essentiam non potuisse nisi à Christo institui. Propterea enim Apostolus 1. Corinth. 11. loquens de Sacramento Eucharistiæ dicebat: Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis.

APOSTOLICÆ traditiones propriè dicuntur illæ, quæ ab Apostolis institutæ sunt, non tamen sine assistentia Spiritus sancti, & nihilominus non extant scriptæ in eorum Epistolis: quale est ieiunium Quadragesimæ, & quatuor temporum, & alia multa, de quibus postea.

SOLENT tamen interdum etiam diuinæ traditiones dici Apostolicæ, & Apostolicæ dicuntur diuinæ: diuinæ traditiones dicuntur Apostolicæ, non quod ab illis sint institutæ, sed quod ab eis primum Ecclesiæ traditæ sint, cum ipsi seorsum eas à Christo accepissent: & Apostolicæ dicuntur diuinæ, non quod eas Deus immediatè instituerit, sed quod non sine spiritu Dei eas Apostoli instituerint. Quomodo omnes Epistolæ Apostolorum dicuntur diuina & Apostolica scripta, etiam si quædam in eis sint præcepta diuina, & quædam propriè Apostolica, vt patet ex illo 1. Cor. 7. Præcepto non ego sed Dominus, & postea. Dico ego non Dominus.

ECCLESIASTICÆ traditiones propriè dicuntur consuetudines quædam antiquæ vel à prælatis vel à po-

pulis inchoatæ, quæ paulatim tacito consensu populorum vim legis obtinuerunt. Et quidem traditiones diuinæ eandem vim habent, quam diuina præcepta, siue diuina doctrina scripta in Euangelis: & similiter Apostolicæ traditiones non scriptæ eandem vim habent, quam Apostolicæ traditiones scriptæ, vt in Concilio Trident. sess. 4. asseritur, & ratio est manifesta, nam verbum Dei non est tale, nec habet vllam auctoritatem, quia scriptum est in membranis, sed quia à Deo profectum est, vel immediatè, vt sunt sermones Domini, vel mediantibus Apostolis, vt est decretum Apostolorum, Act. 15.

NE QVE hoc negant, aut negare possunt hæretici: nam, vt postea dicemus, non est questio, quanta sit vis diuinæ aut Apostolicæ traditionis, sed an sit aliqua traditio verè diuina, aut Apostolica.

ECCLESIASTICÆ autem traditiones eandem vim habent, quam decreta, & constitutiones Ecclesiæ scriptæ: nam etiam in Republica ciuili eadem vis est consuetudinum adprobatarum, & legum scriptarum, vt patet dist. 1. can. consuetudo, & l. diurna. ff. de legibus.

ALTEA partitio traditionum est penes materiam, in traditiones de fide; & traditiones de moribus: quæ rursum aut sunt perpetuæ, aut temporales; & vel vniuersales, vel particulares; vel necessariae, vel liberae.

TRADITIO de fide est, quod B. Maria semper fuerit virgo, quod quatuor sint tantum Euangelia, &c. Traditio ad mores pertinens est, quod signum Crucis in fronte pingendum sit, quod certis diebus ieiunia, aut festa celebranda, &c.

TRADITIO perpetua est, quæ instituitur, vt semper seruetur, vsque ad mundi cõsummationem, vt in exemplis positus. Temporalis est, quæ instituitur ad certum tempus, vt obseruatio legalium quarundam caeremoniarum, quæ seruanda erant vsque ad plenam Euangelij promulgationem, vt facilius Ecclesia ex Iudæis & Gentibus coalesceret.

TRADITIO vniuersalis est, quæ toti Ecclesiæ seruanda traditur, qualis est Paschatis, Pentecostes, & similia magnorum festorum obseruatio, vt B. Augustinus docet epist. 118. Particularis est, quæ traditur vni tantum aut pluribus Ecclesiis, qualis erat tempore Augustini ieiunium Sabbati, quod Petrus Rom. Ecclesiæ tradiderat, & ab ea sola, & quibusdam aliis seruabatur, vt Augustinus docet epist. 86. ad Casulanum.

TRADITIO necessaria est, quæ traditur in forma præcepti, vt celebratio Paschæ die Dominico post decimam quartam Lunam Martij. Libera est, quæ traditur in forma Concilij, vt aspersio aquæ lustralis, & similia.

CAPVT TERTIVM.

Explicatur status questionis, & mendacia quadam aduersariorum deteguntur.

CONTROVERSA igitur inter nos, & hæreticos, in duobus consistit. Primum est, quod nos asserimus in Scripturis non contineri expressè totam doctrinam necessariam siue de fide, siue de moribus: & proinde præter verbum Dei scriptum, requiri etiam verbum Dei non scriptum, id est, diuinas & Apostolicas traditiones.

AT ipsi docent, in Scripturis omnia contineri ad fidem, & mores necessaria, & proinde non esse opus vilo verbo non scripto. Lutherus in comment. ca. 1. ad Galat. Neque alia, inquit, doctrina in Ecclesia tradit, & audiri debet, quam purum verbum Dei, hoc est sancta Scriptura, doctores, vel auditores alij cum sua doctrina, anathema sunt. Ioannes Brentius in prolegomenis cap. de traditionibus. Perspicue, inquit, significat Apostolus, quod nulla traditio contra, & præter testimonia Scripturæ agnoscenda sit pro dogmate necessario ad salutem. Ioannes Caluinus lib. 4. instit. cap. 8. §. 8. Esto igitur, inquit, hoc firmum axioma: non aliud habendum esse Dei verbum, cui datur in Ecclesia

locus, quam quod lege primùm, & Prophetis, deinde scriptis Apostolicis continetur. Martinus Kemnitius in exam. Concil. Trid. sess. 4. sapissimè repetit, hunc esse statum questionis, an Scripturæ contineant omnia dogmata ad salutem necessaria, & se affirmare, nos negare.

SECVNDO diffidemus, quod illi existimant Apostolos quidem quædam instituisse præter Scripturam, quæ ad ritus, & ordinem Ecclesiæ pertinent, quæ tamen non sint necessaria, nec præcepta; sed libera: nihil autem tradidisse præter Scripturam, ad fidem, aut mores necessariò pertinens. Id clarè docet Kemnitius cum agit de septimo genere traditionum, & Caluinus lib. 4. instit. cap. 10. §. 20. Nos autem agnoscimus traditiones Apostolicas omnium generum, vt supra exposuimus.

TERTIO diffidemus, quod illi putant, traditiones Apostolicas, si quæ fuerunt, nunc non existere, id est, non posse certò demonstrari aliquam Apostolicam traditionem. Ita Kemnitius ibidem. Nullis, inquit, certis & firmis documentis probari potest, qui sint ritus certò ab Apostolis traditi, qui ex Scriptura ostendi non possunt. Nos è contrario asserimus, non deesse certas vias, & rationes, quibus Apostolicæ traditiones ostendantur.

NUNC antequam ad probationem veniam, pauca dicam more solito de contradictionibus, & mendaciis ipsorum. In primis Brentius & Kemnitius locis notatis apertè dicunt, nihil posse æquari facris Scripturis. Brentius sic ait. Non contemni Scripturæ diuinitus commendata, & confirmata, iactant. Apostolos multa tradidisse posteris sermone, quæ non minorem habent auctoritatem, quam quæ scripto mandata sunt. Kemnitius autè ait. Insignis audacia est, maiestati, & auctoritati Scripturæ canonicæ aliquid æquare.

AT iidem fatentur Apostolos aliquid tradidisse præter Scripturas. Brentius ibidem sic ait. Negari non debet, nec potest, quin tam Christus multa dixerit, & fecerit, quam Apostoli multa tradiderint, & instituerint, quæ non sunt ab ipsis literis comprehensa. Kemnitius autem sic ait. Apostolos igitur ritus quosdam ordinasse & tradidisse Ecclesiis, ex scriptis ipsorum certò constat: & verisimile est quosdam etiam alios externos, qui in Scriptura annotati non sunt, ab Apostolis traditos esse, &c.

IAM verò si non minor est auctoritas Apostoli ore præipientis, quam literis mandatis, certè non est audacia æquare aliquid non scriptum, verbo scripto. Possimus enim vt minimum æquare ordinationem ritus externi ab Apostolis traditam, cum simili ordinatione literis mandata. Ipsi enim vtroque modo fatentur Apostolos aliquid ordinasse. Cur ergo clamant insignem audaciam esse aliquid æquare verbo scripto?

NUNC ad mendacia veniamus. In primis commune est Caluino, Brentio & Kemnitio sapius repetere, nos velle omnem ritum Ecclesiæ esse Apostolicam traditionem sine vilo delectu. Caluinus lib. 4. instit. ca. 10. §. 19. Romanenses magistri extorquere volunt, inquit, vt nulla sit apud eos caeremoniola, quæ non pro Apostolica censetur. At non hoc dicimus, sed eas tantum recipimus pro Apostolicis, quas firmis testimoniis antiquorum probare possumus esse Apostolicas.

DEINDE commune est iisdem sic agere, quasi ipsi Scripturas tantum, nos traditiones tantum defendamus, neque curemus an traditiones sint secundum Scripturam an contra Scripturam: at non ita est; nam Scripturam nos pluris facimus, quam illi, nec vllam traditionem admittimus contra Scripturam.

SED Kemnitij mendacia sigillatim enumeranda sunt. In examine igitur edito anno salutis M. D. LXXVI. ad 4. sess. pag. 68. & 69. dicit nos asserere Deum constituisse, vt doctrina Christi, & Apostolorum non scriberetur in libris, sed tantum viua voce traderetur, & ipse postea pag. 185. asserit, Apostolos habuisse mandatum, vt scriberent. Sed vtrumque est mendacium, & veritas est in medio.

NULLVS enim Catholicorum docuit vnquam, Deum constituisse, vt nouum Testamentum non scriberetur, vel proferat Kemnitius auctorem, qui hoc dixerit; sic enim Euangelista, & Apostoli nostra sententia peccassent grauissimè scribendo: sed tantum dicimus, nouum Testamentum præcipuè in corde scribi debere, nec necessariò exigere, vt scribatur in libris.

FALSVM quoque est, Deum mandasse Apostolis, vt scriberent. Legimus enim Matth. vlt. mandatum, vt prædicarent Euangelium, vt autem scriberent, nusquam legimus. Itaque Deus nec mandauit expressè vt scriberent, nec vt non scriberent. Nec tamen negamus, quin Deo volente, & inspirante Apostoli scriperint, quæ scriperunt. aliud enim est aliquid facere Deo suggerente, & inspirante, aliud eo apertè præcipiente.

NE QVE obstat, quod in Apocalypsi aliquoties legimus, Scribe quæ vides, iuberit enim Ioannes scribere quosdam arcanas visiones, non doctrinam Euangelij, & præcepta morum de quibus nos agimus.

DEINDE in fine disputationis de traditionibus, pag. 420. sic ait. Postremo multa monebit lectorem & hæc obseruatio, quod Pontificij non verentur multa ad Apostolorum traditiones referre: quæ ab aliis auctoribus multò posterioribus instituta, & profecta esse ex ipsis Pontificiorum scriptoribus ostendi potest, &c. Hoc autem probat vnde cum exemplis, quorum nullum caret mendacio.

PRIMUM est, vbi dicit scripsisse Innocentium III. ca. cum Marthe, extra de celebratione Missarum, plura quidem esse verba in consecratione calicis, quam Dominus in Euangelio dixerit; sed tamen illa haberi ex Apostolica traditione, At inquit Kemnitius, scriptores Pontificij annotarunt, à quibus Rom. Pontificibus illa verba adiecta sint. Mendacium est. Nam scriptores Catholici annotarunt quidem in reliquo canone, quis Pontifex quid addiderit: at in verbis consecrationis nemo inuenitur aliquid addidisse. nec est, qui in hac re contradixerit Innocentio.

SECVNDVM mendacium. Totum canonem Missæ, inquit, esse ex Apostolica traditione, si quis vel dubitare se ostenderit, anathemate percussur. Mendacium est. Nam cum in canone fiat commemoratio multorum Sanctorum, quorum aliqui CC. annis post Apostolos fuerunt, quis dubitare potest non totum canonem esse ex Apostolica traditione? vel dicat apertè Kemnitius, vbi legitur quod tam audacter affirmat. Non igitur totum canonem, sed summam, & præcipuam partem asserimus esse ex Apostolica traditione, cui postea summæ Pontifices aliquid addiderint.

TERTIVM mendacium. Alexander, inquit, aquam vino esse admiscendam in celebratione Eucharistiæ statuit, idem aquam, & salem benedictum instituit. igitur falsè isti ritus ad Apostolorum traditionem referuntur. Mendacium.

Audi enim Alexandri verba in epistola prima. Repulsis, inquit, opinionibus superstitionum, panis tantum, & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet enim (vt à Patribus accepimus & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri. Itaque verum est, quod dicit Cyprian. lib. 2. epist. 3. hanc esse diuinam traditionem. Alexander enim satis apertè significat, non à se incepisse hunc vsu, cum eum se à Patribus accepisse dicat. De aqua etiam benedicta non dicit, se primum eam iussisse benedici, sed indicat se facere, quod est antiqua consuetudinis. Sic enim ait: Aquam, inquit, sale conspersam populis benedicimus, &c. Itaque merito dicitur esse Apostolica traditio à Clemente li. 8. Apostolicarum constit. ca. 35. & à D. Basilio lib. de Spiritu sancto, cap. 27.

QUARTVM est. Telephorus ieiunium quadragesimale instituit. Mendacium. Telephorus enim in epistola sua non dicit se instituisse Quadragesimam, sed tantum vt clerici ad solitum ieiunium omnium Christianorum adderent tres dies, id est, inciperent à carnibus abstinere

a Dominica quinquagesima. Cognoscite, inquit, a nobis... ad Marcellam, de erroribus Montani, Quadragesimam ab Apostolis institutam traditione non scripta.

QVINTVM mendacium. Hyginus, inquit, christum instituit. Mendacium sine vilo fundamento. Nihil enim de christate in epistolis Hygini inuenitur: nec extat apud alios tale aliquod decretum, nisi quod Gratianus de consecrat. dist. 4. can. In catechismo, affert decretum quoddam Hygini, quod statuit, vnum & eundem esse posse eum, qui suscipit baptizatum, & qui confirmatum, id est, patrinum; et si melius sit, vt sint diuersi. Itaque recte à Fabiano Papa in epist. 2. dicitur christum singulis annis renouandum, quod sic Apostoli instituerint.

SEXTVM est. Calixtus ieiunia quatuor temporum instituit, ergo falsum est, quod sint ex Apostolica traditione. Mendacium est, quod Calixtus omnia instituerit quatuor temporum ieiunia. ipse enim in epistol. i. dicit, se tantum addidisse vnum ieiunium ad tria, quae antea erant. Quocirca quod sanctus Leo serm. 2. de ieiunio Petreos, & serm. 8. de ieiunio septimi mensis, dicit illa ieiunia esse ex Apostolica traditione, non pugnat cum decreto Calixti.

SEPTIMUM est. Syluester confirmationem puerorum inuenit. Mendacium impudentissimum. Nihil enim tale de Syluestro vsquam legitur, & inueniuntur decreta Pontificum longè Syluestro antiquiorum, de consecrat. dist. 4. canon. In catechismo, & can. Non plures, & dist. 5. can. 1. 2. & sequentibus, vbi non ipsum Sacramentum, sed aliqui ritus circa eius administrationem instituantur.

OCTAVVM est. Felix altarium consecrationem instituit. Et hoc mendacium est. Constat enim Syluestrum auctorem huius ritus fuisse. Videtur Kemnitius decessisse epistola prima Felicis III. vbi multa disputantur de consecratione altarium, sed nihil ibi instituitur noui, sed solum antiqui ritus explicantur.

NONVM est. Felix IIII instituit, vt infirmi ante obitum inungantur. Mendacium solemne. Nam Marci sexto Apostoli ungebant aegrotos oleo: Et Iacobi quinto praecipitur, vt Presbyteri ungant aegrotos oleo. Et Innocentius I. Felice IIII. centum annis antiquior, in epistola prima quae est ad Decentium, cap. 8. vinctiorem infirmorum Sacramentum Ecclesiae dicit.

DECIMUM est. Syriacus memoriam, & inuocationem sanctorum Missae addidit. Et hoc mendacium est. Nam Cyrillus Hierosolymitanus Syricio antiquior, in catechesi 5. mystagogica. Cum hoc sacrificium, inquit, offerimus, facimus memoriam eorum, qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum suscipiat preces nostras, &c. Et similiter in liturgia Basilij, qui antiquior fuit Syricio, videmus fieri memoriam, & inuocationem Sanctorum.

VNDECIMUM est. Pelagius memorias mortuorum anniuersarias Missae adiecit. Et hoc mendacium est. Nam Tertullianus longè antiquior Pelagio Papa, lib. de Monogamia, meminit anniuersariae oblationis pro defunctis, & libro de corona militis dicit, suffragia pro defunctis ex Apostolica traditione descendere.

His addamus mendacium duodecimum, ex libro, quem inscripsit, Theologia Iesuitarum praecipua capita. Notabis, inquit Kemnitius, hoc loco lector, quam faciant Iesuitae differentiam inter traditiones Apostolorum scriptas, & inter eas, quas ipsi sub nomine Apostolorum confingunt. Scriptas dicunt esse arbitrarias, confictas dicunt obligare sub periculo salutis. Hoc mendacium tam inigne inde collegit Kemnitius, quod Colonienfes in libro contra Catechismum Monhemij, scripserant, illud, ego enim

accepi à Domino quod & tradidi vobis, &c. 1. Corin. II. non significare, praecipere vobis, sed docui vos, atque inde dederunt, ex eo loco non colligi, obligari laicos ad vsum calicis in Sacramento altaris.

SECVNDVM si illud, Tradidi vobis, non significat, docui, sed, praecipere; quis, quales, sensus est? Quid sibi vult, Ego praecipere vobis, quod Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c. nonne hic historia narratur, & non lex constituitur.

ITAVT non dicunt Iesuitae, traditiones scriptas non obligare, sed dicunt obligare diuerso modo. Quando traditio est de doctrina fidei vel re gesta, obligat ad credendum, non ad operandum, sicut traditio de morte Christi. At quando est de morum praecipitis; obligat ad operandum; quod idè & de non scriptis intelligendū est.

CAPVT QVARTVM.

Ostenditur necessitas traditionum.

NECVNDVM vt ad probationem veniamus, tria demonstrare conabimur. Primum, Scripturas sine traditionibus nec fuisse simpliciter necessarias, nec sufficientes. Secundò, traditiones Apostolicas, non solum de ritibus, sed etiam de fide reperiri. Postremo, quia via certi esse possumus de veris traditionibus.

PRIMUM probo ex variis aetatibus Ecclesiae. Nam ab Adam vsque ad Mosem fuit Ecclesia Dei aliqua in mundo, & colebant homines Deum fide, spe, & Caritate, & externis ritibus, vt patet ex Genesi, vbi introducuntur Adam, Abel, Seth, Enoch, Noè, Abraham, Melchisedech, & alij homines iusti: & ex August. lib. II. ciuit. Dei, & sequentibus, vbi deducit ciuitatem Dei ab initio mundi vsque; ad finem: nulla fuit Scriptura diuina ante Mosem, vt patet, tū quia omnium consensu Moses est primus scriptor sacerdotum quia in Genesi non fit mentio doctrinae scriptae, sed solū traditae, Gen. 18. Scio, inquit Deus, quod Abraham praecipitur sit filius suis, & domui suae, post se, vt custodiant viam Domini. Igitur annis bis mille cōseruata est religio sola traditione: nō est igitur Scriptura simpliciter necessaria.

QVOMODO enim conseruari potuit antiqua illa religio sine Scriptura ad duo millia annorum, ita potuit doctrina Christi cōseruari sine Scriptura ad mille quingentos annos. Deinde à Mose vsque ad Christum per alia duo annorum millia, extiterunt quidem Scripturae, tamen ex sole erant Iudaeorum, reliquae autem gentes, in quibus etiam erat apud aliquos vera religio, & fides, sola traditione non scripta utebantur.

NAM quod praeter Iudaeos multi alij ad Ecclesiam pertinerent, patet ex Iob, & amicis eius. Item ex Augustino, qui hoc constanter asserit lib. 2. de peccato originali, cap. 24. & lib. I. de praedestinatione sanctorum, ca. 9. & lib. 18. ciuit. Dei, ca. 47. & in ipso populo Dei, et si Scripturae extarent, tamen magis utebantur Iudaei traditione, quam Scriptura, vt patet ex illo Exodi 14. Narrabis filio tuo in illo die dicens, hoc est quod fecit dominus, &c. Deut. 32. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Iob 8. Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Iudicum 6. Vbi sunt mirabilia quae narrauerunt nobis patres nostri? Psal. 43. Deus, auribus nostris audivimus, patres nostri annunciauerunt nobis, opus quod operatus es, &c. Psal. 77. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera, filij qui nascuntur, & exurgēt, & narrabunt ea filiis suis. Ecclesiast. 3. Non te praetereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis. Et tamen fuit Ecclesiasticus ex vltimis scriptoribus Testamenti veteris.

CAVSSA autem, cur vterentur Hebraei magis traditione quā Scriptura, videtur fuisse, quia vsque ad tempora Esdrae, Scripturae non erant redactae ad formam librorum, vt facile & commodè haberi possent, sed erant dispersae in variis annalibus, & chartis, & interdum ex

negligentia sacerdotum longo tempore non inueniebantur, vt patet ex 4. Reg. 22. vbi narratur tanquam nouum quid, quod in diebus Iosiae fuerit inuentum vnum volumen legis domini in templo.

negligentia sacerdotum longo tempore non inueniebantur, vt patet ex 4. Reg. 22. vbi narratur tanquam nouum quid, quod in diebus Iosiae fuerit inuentum vnum volumen legis domini in templo.

ESDRAS autem post captiuitatem omnia collegit, & simul in vnum corpus rededit, addens in Deuter. vlt. caput de vita Mosi, & quaedam alia hinc inde ad historiae continuationem. De quo vide Theodoretum praefatione in Psalms, Bedam in cap. 7. lib. 1. Esdrae, & Petrum Antonium Beuter annotatione 9. de sacra Scriptura.

PORRO è Christi aduentu per annos multos fuit Ecclesia sine Scripturis, ita vt adhuc suo tempore scribat Irenaeus lib. 3. cap. 4. fuisse Gentes aliquas Christianas, quae solis traditionibus sine Scriptura optimè viuerent. Igitur ex hac deductione satis apparet, Scripturas non esse simpliciter necessarias.

QVOD autem Chrysostronus dicit hom. 1. in Matth. Scripturas nō fuisse necessarias Patriarchis & Apostolis: tamen nobis propter hominum corruptionem esse necessarias: intelligitur de necessitate non simpliciter, sed ad bene esse, id est, de veritate, nā alioqui etiam tempore Patriarcharum & Apostolorum multi improbi fuerunt.

QVOD autem Scripturae non omnia ita contineant, vt sufficiant ipse sine alia traditione, probo primo, quia vel totus canon Scripturarum simul sumptus, est sufficiens, vel singuli libri per se sunt sufficientes. Non potest dici, quod singuli libri sint sufficientes, nam tunc falsum esset, quod dicit Kénitius, traditionis vsum fuisse in Ecclesia vsque ad complementum totius canonis Scripturarum. Praeterea videmus Euangelistas non singulos omnia continere. Nam Ioannes nihil scripsit de Annuntiatione, Natiuitate, Circumcisione, Epiphania Domini, & aliis multis rebus. idem de aliis dici potest. Item, si vnus liber continet sufficienter omnia, quid opus fuit tot libris? Denique ipsi aperre dicunt, totum canonem esse necessarium ad hoc, vt sufficiens doctrina habeatur.

AT neque id verè affirmari potest. Nam multi libri verè sacri & canonici perierunt, igitur non habemus, nec habuimus, à M. D. annis sufficientem doctrinam, si tota sita est in Scripturis. Nam ex Testamento veteri multos libros periisse docet Chrysostronus hom. 9. in Matth. in illud, Nazareus vocabitur. Multa, inquit, ex Prophetiis perire monumentis, quod de historia Paralipomenon probare possibile est. Desides enim cum essent Iudaei: nec desides modo, sed etiam impij, alia quidem perdidit negligenter, alia verò tum incenderunt, tum concenterunt. Idem docet hom. 7. in priorem ad Cor. neque responderi potest, illa omnia quae perierant fuisse reparata per Esdras: nam Chrysostronus vult probare, nunc nō omnia extare vaticinia Prophetarum, & probat, quia Iudaei multa amiserunt.

PRÆTEREA Esdras non reparauit libros perditos, sed emendauit, & collegit eos, qui extabant. 1. Paral. vlt. Gesta autem David, inquit, priora & nouissima scripta sunt in libro Samuel videntis, & in libro Nathan Prophetae, atque in volumine Gad videntis. Et 2. Paral. 9. Reliqua autem opera Salomonis scripta sunt in verbis Nathan Prophetae, & in libris Abia Silonitis, in visione quoque Ado videntis. Et lib. 3. Reg. 4. Loquutus est Salomon tria millia parabolarum: & fuerunt carmina eius quinque millia. Vbinā sunt haec omnia? Ex Testamento nouo certum est, periisse epistol. Pauli ad Laodicenses, cuius ipse meminit Colof. vlt. & facile potest fieri, adhuc aliqua alia perisse. Viderint ergo haeretici, vnde refarciunt tam insignem defectum.

SECVNDO, probatur hoc idem ex discrimine, quod est inter praedicationem, & Scripturam Apostolorum. Nam si Christo & Apostolis fuisset propositum verbum Dei coarctandi & restringendi ad Scripturam, in primis rem tanti momenti Christus aperte praecipisset, & Apostoli alicubi testarentur, se ex Domini mandato scribere: quemadmodum ex Domini mandato in toto orbe

docuerunt, at id nusquam legimus. DENDE, ad praedicandum viua voce non expectarunt Apostoli oblatam occasionem, vel necessitatem, sed sponte sua, & ex proprio instituto perreperunt ad scribendum non nisi necessitate quadam coacti animum applicuerunt.

MATTHAEVM, scribit Eusebius lib. 3. historia, cap. 24. ea occasione scripsisse, quia cum praedicalet Hebraeis, & ad Gentes ire pararet, vtile iudicauit, si iis quos corpore deserebat, aliquod memoriale doctrinae suae, & praedicationis relinqueret.

MARCVM, refert idem Eusebius lib. 2. hist. ca. 15. nec sponte sua, nec à Petro (cuius discipulus erat) iussu, sed compulsu precibus Romano, scripsisse Euangelium.

LYCAM, idem Euseb. tradit lib. 3. hist. ca. 24. ideo solum scripsisse, quia viderat multos alios temere praesumpsisse ea literis mandare, quae non perfecte nouerant; vt nimirum nos abstraheret ab incertis aliorum narrationibus.

IOANNEM, scribit idem Eusebius ibidem vsque ad extremam senectutem sine vlla Scriptura Euangelium praedicae; & addit Hieronymus in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, tandem eum compulsu fuisse ab Asia Episcopis, Euangelium scribere propter Ebionitarum haeresim tunc exorientem. Itaque nisi Ebionis haeresis exstiteret, Ioannis Euangelium fortasse nō haberemus; quemadmodum nec alia tria, nisi praedictae occasiones oblate fuissent. Rectè enim scribit Eusebius loco notato, solum duos, ex Apostolis duodecim, Euangelium scripsisse, & eos necessitate quadam ad hoc prouocatos.

EX quo manifestè colligitur, A postolos non de scribendo, sed de praedicando Euangelio primaria intentione cogitasse.

PRÆTEREA, si doctrinam suam literis consignare ex professo voluissent: certè Catechismum, aut similem librum consecissent. At ipsi vel historiam scripserunt, vt Euangelista; vel epistolas ex occasione aliqua, vt Petrus, Paulus, Iacobus, Iudas, Ioannes; & in iis non nisi obiter disputationes de dogmatibus tractauerunt.

DENIQUE, vel singuli Apostoli edidissent scriptam doctrinam Euangelicam, cum singuli haberent curam alicuius provinciae, vel certè omnes simul congregati, antequam discederent in suas provincias, communem alicum librum edidissent, sicut constat eos communiter Symbolum fidei composuisse, quod tamen non scripserunt, sed viua tantum voce tradiderunt, vt docent beatus Irenaeus lib. 3. cap. 4. D. Hieronymus in epistola ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani, & beatus Augustinus libro de fide & operibus, cap. 9. beatus Ambrosius epistola 81. ad Syricium, beatus Leo epistola 13. ad Pulcheriam, Rufinus & beatus Maximus in expositione Symboli.

PROBATVRO tertio, ex multis, quae ignorari non possunt, & tamen in Scripturis non continentur. Ac primum, tempore Testamenti veteris sine dubio nō minus foeminae, quam viri remedium aliquod habebant, quo à peccato originali purgaretur, & tamen pro masculis instituta erat circumcisio secundum multorum opinionem, quid autem esset pro foeminis, nusquam habet Scriptura.

DENDE, eodem tempore non est vilo modo credibile, non fuisse remedium vllum pro masculis morientibus ante octauum diem, quo solo poterant circumcidi; & tamen nihil extat de hac re in Scriptura.

TERTIO, gentiles multi saluari poterant, & saluabantur tempore Testamenti veteris, & verè ad Ecclesiam pertinebant, vt supra ostendimus, & tamen nihil profus de eorum iustificatione à peccato originali, alii que peccatis in Scriptura habetur.

QVARTO, necesse est nosse, extare libros aliquos verè diuinos, quod certè nullo modo ex Scripturis haberi potest. Nam etiam si Scriptura dicat, libros Prophe-

tarum, & Apostolorum esse diuinos, tamen non cer- tid credam nisi prius credidero, Scripturam, quæ hoc di- cit, esse diuinam. Nam etiam in Alcorano Mahometi passim legimus, ipsum Alcoranum de cælo à Deo mis- sum, & tamen ei non credimus. Itaque hoc dogma tam necessarium, quod scilicet aliqua sit Scriptura diuina, non potest sufficienter haberi ex sola Scriptura. Proinde cum fides nitatur verbo Dei, nisi habeamus verbum Dei non scriptum, nulla in nobis erit fides.

QVINTO, non satis est scire, esse Scripturam diui- nam, sed oportet scire, quæ sit illa, id quod nullo modo potest haberi ex scripturis. Quomodo enim colligemus ex Scriptura, Euangelia Marci & Lucæ esse vera, Euan- gelia Thomæ & Bartholomæi esse falsa? cum ratio po- tius dicat, magis credendum libro præferenti titulum Apostoli, quam non Apostoli.

Et vnde colligam, epistolam ad Romanos esse verè Pauli, epistolam ad Laodicenses, quæ nunc circumfer- tur non esse Pauli? cum vtraque præferat titulum Pauli, & cum Paulus in epistola ad Colossenses, cap. vlt. dicat se scripsisse ad Laodicenses, nusquam autem dicat, se scripsisse ad Romanos?

SEXTO, oportet etiam non solum scire, qui sint li- bri sacri, sed etiam in particulari istos, qui sunt in mani- bus esse illos. Non enim satis est, credere, Euangelium Marci esse verum, Euangelium Thomæ non esse verum, sed oportet etiam credere, hoc Euangelium, quod nunc legitur nomine Marci, esse illud verum, & incorruptum quod scripsit Marcus, quod cerè ex Scripturis haberi non potest. Quomodo enim ex Scriptura colligam, hoc Euangelium non esse supposititium, vt dicunt Mahometani, vel cerè totum deprauatum, vt dicebant olim Manichæi & nunc Anabaptistæ?

AD hæc tria respondet Caluinus lib. 1. institut. cap. 7. §. 1. & 2. Scripturas sacras discerni à non sacris per se, vt lucem à tenebris, dulce ab amaro.

At contra, nam si ita esset, cur Lutherus iudicaret epistolam Iacobi stramineam, & Caluinus Apostolicam?

IDEO addit Caluinus ibidem, §. 4. non omnibus ap- parere hanc differentiam Scripturarum, sed solum habentibus spiritum, nam etiam lucem à ten-bris non discernit cæcus.

At contra, nam Caluinus ibidem cap. 9. §. 1. contem- dit, Apostolos, & primæ Ecclesiæ fideles, habuisse ve- rum spiritum: sed illi iudicabant librum Sapientiæ esse sacrum, vt Augustinus testatur, de prædestinatione, cap. 14. quem tamen librum Caluinus, qui etiam spiritum ia- ciat, vult esse prophanum.

PRÆTEREA, veteres vno ore testantur, non aliunde nos habere Scripturam esse diuinam, & qui sint libri sacri, quam ex traditione nō scripta. Sic apud Eusebium lib. 6. hist. cap. 10. Serapion reicit quædam falsò inscri- pta Petro, quia per traditionem acceperat, nihil tale scri- psisse Petrum. Et cap. 11. Clemens Alexandrinus secun- dum traditionem sibi à senioribus commendatam, do- cet quæ sint vera Euangelia. Et cap. 18. Origenes; *Ex traditione* inquit, *didici de quatuor Euangeliis, quod hæc sola, &c.* Basilius quoque libro de Spiritu sancto, c. 27. di- cit, si traditiones non scriptæ negligantur, fore vt Euan- gelium etiam magnum detrimentum patiat. Deni- que Augustinus, libro contra epist. fundamenti, cap. 5. clare dicit, se Euangelio non crediturum, nisi Ecclesia id præcipiat.

SED instat Caluinus, fundamentum Ecclesiæ sunt Scripturæ Apostolorum & Prophetarum, Ephes. 2. igitur non credimus, Scripturas esse diuinas ex traditione Ec- clesiæ, quia tunc fundamentum Scripturæ esset Ecclesia.

RESPONDEO, Apostolum non dicere, scripta A- postolorum & Prophetarum esse fundamen tum, sed Apostolos & Prophetas. Isti autem non solum scripse-

runt, sed etiam ore tradiderunt, & docuerunt se scripsis- se. Atque ita ex verbo Apostolorum non scripto, & per Ecclesiam nobis tradito cognoscimus, quod sit verbum Apostolorum scriptum. Sed de his diximus lib. superiore.

BRENTIUS igitur in prolegomenis, non inueniens exitum, fatetur, hanc vnam & solam traditionem non scriptam esse recipendam. Et idem docet Kemnitius, tractans secundum genus traditionum, in examine Concilij Tridentini.

At si ita est, non igitur sola Scriptura sufficiens est, vt ipsi tam sæpe & tam serio docent. Si enim destituerat hac traditione non scripta, & Ecclesiæ testificatione, par- rum proderit. Præterea si hæc traditio ad nos peruenire potuit, cur non per eandem viam potuerunt etiam alia peruenire? Denique vel hæc traditio est verbum Dei, vel non; si non, igitur non habemus fidem, fides enim verbo Dei nititur; si sic, cur ergo clamant, nullum esse Dei verbum, nisi scriptum?

SEPTIMO necesse est non solum Scripturam posse legere, sed etiam intelligere. At sapissimè Scriptura am- bigua & perplexa est, vt nisi ab aliquo, qui errare non possit, explicetur, non possit intelligi, igitur sola non suf- ficit. Exempla sunt plurima; nam æqualitas diuinarum personarum, perceptio Spiritus sancti à Patre & Filio, vt ab vno principio, peccatum originis, descensus Christi ad inferos, & multa similia deducuntur quidem ex sacris literis, sed non adeo facile, vt si solis pugnandū sit Scri- pturæ testimoniis, nūquā lites cū proteruis finiri possint.

NOTANDUM est enim, duo esse in Scriptura, vo- ces scriptas, & sensum in eis inclusum; voces sunt quasi vagina, sensus est ipse gladius spiritus. Ex his duobus pri- mum habetur ab omnibus, quicumque enim nouit lite- ras, potest legere Scripturas: at secundum non habent omnes, nec possumus in plurimis locis certi esse de se- cundo, nisi accedat traditio. Et hoc forte dicere voluit Basilius de Spiritu sancto, cap. 27. cum ait, *sine traditio- nis non scriptis Euangelium esse purum nomen*, id est, esse tantum voces & verba sine sensu.

OCTAuo credendum est, beatam MARIAM sem- per fuisse Virginem, contra errorem Heluidij, vt semper tota Ecclesia credidit: & tamen nullum de hac re est in Scripturis testimonium.

NONO credendum est, in nouo Testamento Pascha esse celebrandum die Dominico, nam hæretici haberi sunt ab Ecclesia antiqua Quadragesimani; & tamen ni- hil profus de hac re exstat in Scripturis. Idem dici pos- set de multis aliis.

DECIMO credere oportet, & credunt nobiscum Lutherani & Caluinistæ, contra Anabaptistas, Bap- tismum paruulorum esse ratum. Id autem ex solis Scrip- turis nec Catholici probant, nec Lutherani probare vilo modo possunt. Nam illi existimant, Baptismum sine fide actuali propria nihil valere, & propterea credunt, infan- tes dum baptizantur, actu credere, id quod non solum Lutherus docet in caput tertium ad Galat. & Kemnitius in examine sessionis septimæ Concilij Tridentini, sed & Synodus generalis Lutheranorum VVittembergæ ha- bita definiuit.

At hoc nullo modo ex Scripturis probari potest. Vbi enim, quæso, Scriptura indicat, infantes vti ratione, ante vsum rationis, dū baptizantur? Hinc videlicet Anabap- tistæ Lutheranos redigunt ad miras angustias, & cogunt eos, velint, nolint, ad traditionem & vsum Ecclesiæ recurrere.

VNDECIMO credit Lutherus Purgatorium esse. Sic enim ait in assertionibus articuli trigesimali septimi: *Ego tamen & credo purgatorium esse, & consulo, suadeoque credendum.* Et tamen in articulo illo 37. asserit, purgato- rium non posse probari ex sacris literis.

DENIQUE credunt omnes hæretici huius tempo- ris nullum esse verbum Dei, nisi scriptum: at hoc cerè

in tota Scriptura nusquam inuenitur. Quod enim præ- cipue solent adferre ex Deut. 4. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo, nihil eos iuuat, non enim dicit Moyses, ex verbo scripto, sed, ex verbo quod loquor.*

CAPVT QVINTVM.

Est aliquas veras traditiones, demonstratur ex Scripturis.

DEMONSTRAVIMVS hæcenus Scripturas si- ne traditionibus nec omnino necessarias, nec sufficientes fuisse; nunc quod secundo loco propotimus ostendemus, esse videlicet aliquas veras traditiones.

AC primum colligi potest ex his, quæ diximus. Nam si Scriptura non continet omnia, & necessarium est ver- bum traditum, sequitur esse aliquod verbum traditum, alioqui Deus non bene prouidisset Ecclesiæ.

SECUNDO, probatur testimoniis Scripturarum. Primum est Ioan. 16. *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Et Ioan. vlt. Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.*

CONSTAT igitur, multa Dominum fecisse, & di- xisse, quæ non sunt scripta. Nam istos libros, qui extant, vna manus capere potest: Ioannes autem dicit, totum mundum non posse capere libros, qui scribendi essent. Et præterea illa, quæ pronuntiat Dominus se dicturum Ioan. 16. dixit haud dubiè post resurrectionem suam, vt Lucas testatur Actor. 1. *Per dies quadraginta apprensus eis & loquens de regno Dei.*

AT de gestis & verbis Domini post resurrectionem paucissima scripserunt Euangelistæ. Non autem est vilo modo credibile, Apostolos, qui illa viderant & audie- rant non tradidisse Ecclesiis, nec enim inuidi, aut obli- uiosi erant, vt nolent, aut non possent ea dicere.

RESPONDEO, etiam si non sint scripta omnia, quæ dixit, aut fecit Iesus, esse tamen scripta omnia nec- cessaria, sed hoc iam est refutatū. multa enim necessaria, non sunt scripta, & præsertim de Sacramentorū institu- tione, quæ sine dubio Dominus tradidit in illis diebus 40.

SECUNDO testimonium est, 1. Cor. 11. vbi Paulus duas quæstiones tractat, vnam de modo orandi in Ec- clesia, alteram de modo laudandæ Eucharistiæ. Primam exorditur à traditione: *Laudo*, inquit, *vos, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea te- netis.* Ista enim præcepta de modo orandi, & sumendæ Eucharistiæ, nusquam scripta inueniuntur. Et aperte Chrysostomus & Theophylactus notat hoc loco, Apo- stolum loqui de præceptis non scriptis; necnon Epipha- nius hæres. 61. quæ est Apostolicorum; & Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 29. & Damascenus lib. 4. cap. 17.

DEINDE, quia adhuc aliquid deerat præceptis tra- ditis, addit, vt etiam hoc seruent, vt viri in Ecclesia ori- ent capite aperto, mulieres capite velato. Et vt ostendat multum tribuendum esse traditioni & consuetudini Ec- clesiæ, etiam sine scripto, concludit: *Si quis autem vide- tur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei.* Itaque vult reprimi contentiosos ex Ec- clesiæ consuetudine.

ALTERAM quæstionem exorditur etiam à traditio- ne: *Ego enim*, inquit, *accepi à Domino, quod & tradidi vobis.* Et concludit: *Cetera cum venero, disponam.* Quid au- tem disposuerit nusquam scriptū inuenitur. Merito au- tem censent Catholici, eum non solum disposuisse quæ ad ritus & caremonias pertinebant, sed etiam tradidisse alia grauiora, vt de ordinatione ministrorū, de sacrificio altaris, de aliorum Sacramentorum forma & materia: nec hæretici possunt vilo modo contrarium ostendere.

TERTIVM testimonium est, 2. Thess. 2. *Itaque fra- tres, tenete traditiones quas accepistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* Ad hunc locum respondent

duobus modis Kemnitius & Hermannus. Primo dicunt, Apostolum eadem tradidisse prius sermone, deinde epi- stola, & idcirco non loqui de traditione non scripta.

At ridicula est expositio. Primo, quia illa particula disiunctiua, *sive*, aperte indicat, diuersa esse, quæ tradi- derat & quæ scripserat. Secundo, quia si ita esset, debe- ret epistola vna ad Thessalonicenses continere omnem doctrinam, quam Apostolus illis prædicauerat, vt etiam colligitur ex cap. 1. & 2. prioris epistolæ: deberet igitur il- la epistola complecti totum Euangelium, non autem continet centesimam partem, vt patet.

SECUNDO respondent, Apostolū hic loqui de ser- mone, quem ore pronunciauerat, & quem ipse nō scrip- serat, sed qui tum scriptus erat, vel fuit postea ab Euan- gelistis. Apostolus enim, vt ipsi dicunt, nihil profus do- cuit, quod non sit alicubi scriptū in Nouo Testamento. Cui solutioni subscribit etiā Brentius in prolegomenis.

At contra. Nam primo, in hoc ipso capite Apo- stolus dicit, se illis prædicasse de Antichristo, & præter alia docuisse, quando esset venturus. *Et nunc*, inquit, *quid de- tineat, scitis.* Et, *Nam retineatis, quia cum essetis vobiscum, hæc dicebam vobis?* Hoc autem nusquam scriptum est, quando scilicet sit Antichristus venturus. Quare B. Au- gustinus lib. 20. cap. 19. ciuit. Dei, dicit illos tenuisse, quod Apostolus docuerat hoc viua voce, nos autem non posse id scire, qui Apostolum non audiuimus; ergo non omnia scripta sunt quæ Apostolus dixit.

PRÆTEREA, siue scripta postea fuerint, siue non, quæ Apostolus docuerat, non multum refert, quantum ad argumentum, quod ex hoc loco colligimus. Nā Apo- stolus non promittit se, vel alium ea scripturum, quæ ore tradiderat, sed simpliciter præcipit, vt non minus obser- uent, quæ acceperant sine scripto, quam quæ per episto- lam. Et hoc modo hunc locum veteres intellexerunt.

BASILIUS lib. de Spiritu sancto, cap. 29. *Apostoli- cū*, inquit, *arbitror esse etiā in nō scriptis traditionibus per- seruari. Laudo*, inquit, *vos, quod omnia mea meministis, & quemadmodū tradidi vobis traditiones continetis.* Et, *Tenete traditiones, quas accepistis sive per sermonem, sive per epistolā.*

CHRYSOSTOMVS in hunc locum: *Hinc patet*, in- quit, *quod non omnia per epistolam tradiderint Apostoli, sed multa etiam sine literis. Eadem vero fide digna sunt tam illa, quam ista.* Iisdem ferè verbis vtitur, Oecumenius & Theophylactus hoc loco, quibus accedit Damascenus lib. 4. de fide, cap. 17. *Quod plurimū*, inquit, *Apostoli tra- diderint sine scripto, scribit Paulus: Ergo, fratres, state, & tenete traditiones quas edocui estis sive per sermonem, sive per epistolam.* Eodem modo exponit octaua Synodus generalis, act. vltima, canone primo.

HIS quinque Patribus, qui disertè exponunt hunc lo- cum pro nobis, obiicit Hermannus alios quinque, Hie- ronymum, Ambrosiū, Primasium, Theodoretū, & An- selmum in hunc locum, quos dicit cōtra nos exposuisse.

SED respondeo in primis, commentaria illa in epi- stolas nomine Hieronymi inscripta, non esse Hierony- mi, sed Pelagij hæretici, vt beatus Augustinus docet lib. 3. de peccatorum meritis & remiss. cap. 1. §. 8. & 12. & ipsa verba commentarij in caput 5. 7. 8. & 9. ad Romanos, clamant auctorem esse Pelagium.

DEINDE nec Pelagius in hac re est contra nos: so- lum enim hoc dicit: *Quando*, inquit, *sua vult teneri, nō vult extranea super addi: Apostolica autē traditio est, qua in toto modo prædicantur Baptismi Sacramenta.* Quid hic est con- tra nos? Admittimus enim, non esse addenda extranea, id est, aliena, & supposita Pseudoapostolorū commen- ta, ad vera Apostoli dogmata. Quod autem sequitur, pro nobis est. Nam ideò dixit Pelagius, Baptismi Sacramēta esse Apostolicā traditionē, non Baptismi Sacramentum: quia nouerat multa esse mysteria circa Baptismum: quæ seruantur in Ecclesia ex traditione Apostolorum: non

scripta, vt exorcismum, exsufflationem, vnctionem, &c. PRIMASIVS quomodo est, ro nobis, nam ponit in primis quasi ad verbum Pelagij expositionem, de qua iam diximus, & addit: loqui Apostolum non solum de Sacramentis Baptismi, sed etiam de iis traditionibus, quæ toto mundo obseruantur, & quæ propterea Apostolica esse dignoscuntur.

HERMANNVS putat, eum loqui de Euangelio scripto, qui à toto mundo seruatur: sed aduertere debuit, multa etiam non scripta in toto mundo seruari, vt festa Natalis, Pasche, Ascensionis, Pentecostes, vt Augustinus docet in epist. 118.

PRAETEREA cum dicit Primasius, loqui Apostolum de illis traditionibus, quæ dignoscuntur Apostolica, quia toto mundo seruantur, sine dubio loquitur de non scriptis. Ipse enim, quippe qui discipulus est Augustini, nouerat regulam Augustini esse in eadem epist. 118. quæ toto mundo seruantur, etiam si scripta non sint, ex Apostolica traditione seruari.

AMBROSIVS neque est contra nos, neque pro nobis: solum enim dicit, Apostolum hoc loco monere, vt perseueremus in doctrina Euangelij. Nihil autem dicit de scripto, vel non scripto.

ANSELMVS est potius pro nobis: sic enim exponit; Tenete in corde, & operibus traditiones, quas didicistis, siue per sermonem nostrum, cum essemus presentes, siue per epistolam, quam vobis misimus absentes. Quid hic est contra nos? Quid non potius pro nobis?

DENIQUE Theodoretum etiam existimo esse pro nobis, sic ille ait: Habetis, inquit, regulam fidei, sermones nostros, quos predicauimus vobis, & in epistola scripsimus. Hunc locum pro se facere dicit Hermannus, quia Theodoretus videtur indicare, Apostolum eosdem sermones scripsisse, quos antea predicauerat; sed falsò hoc dicit Hermannus. Verba enim Theodoretus possunt etiam intelligi de diuersis sermonibus, hoc modo, habetis regulam fidei sermones nostros, & quos, id est, & illos, quos predicauimus, & illos, quos in epistola scripsimus.

HVC autem sensum esse magis ad mentem Theodoretus, patet, tum quia est conformior expositioni Chrysostomi, quæ ubique sequi solet Theodoretus; tum etiam quia prior sensus est falsus, cum certum sit, non omnia in illa epistola scripta esse, quæ Apostolus ore predicauit. Manet igitur in suo robore argumentum nostrum ex isto loco Pauli.

QUARTVM testimonium est 1. Timoth. vlt. O Timothee, depositum custodi. Et 2. Tim. 1. Formam habes sanctorum verborum, quæ à me audisti: bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Et cap. 2. Tu ergo, Filium, confortare in gratia, quæ est in CHRISTO IESU, & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.

In his locis nomine depositi, non potest intelligi Scriptura, sed thesaurus doctrinæ intelligentia dogmatum diuinorum, id est, tam sensus Scripturarum, quam aliorum dogmatum, quam totam doctrinam propagari volebat per traditionem, vt explicant Chrysostomus & Theophylactus in hunc locum, quo alludit etiam Irenæus lib. 3. cap. 4. cum ait: Apostoli quasi in depositarium diues plenissime in Ecclesiam contulerunt omnia, quæ sunt veritatis. Et lib. 4. cap. 43. Obaudire, inquit, oportet Presbyteris Ecclesia, qui successione habent ab Apostolis, qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum, secundum placitum patris acceperunt. Et facillè ex ipsis verbis colligitur.

NAM si loqueretur de verbis scriptis, non tam anxie commendaret depositum. Scripturæ enim facillè conseruantur in thesibus, & à librariis: Apostolus autem vult seruari per Spiritum sanctum in pectore Timothei. Et deinde non adderet; Hæc commenda fidelibus, qui idonei

erunt & alios docere. sed diceret, commenda librariis, vt multa exempla transcribant. Nec diceret; Quæ audisti à me per multos testes, sed, quæ scripsi tibi.

ITAQVE non verba solum, sed etiam sensum, ac multo magis hunc, quam illa Timotheo Apostolus commendat, ac vt per manus tradat successoribus suis, iubet. Vide de hoc loco commonitorium Vincenzij Lirinensis, aduersus prophanas vocum nouitates.

VLTIMVM testimonium 2. & 3. epist. Ioannis: Multa habens scribere vobis, notui per charitatem, & atramentum, &c. Ex his enim intelligimus, multa ab Apostolo Ioanne dicta esse discipulis, & per discipulos Ecclesiæ vnuerse, quæ tamen scripserunt.

CAPVT SEXTVM.

Idem ostenditur testimonio Pontificum & Conciliorum.

AD loca Scripturarum addemus pauca quædam veterum sanctorum Pontificum & Conciliorum testimonia.

AC primum, S. Fabianus Papa & martyr in epist. 2. ad Episcopos Orientis, posteaquam docuerat singulis annis sacrum christiana renouandum esse, ita subiunxit: Ista à sanctis Apostolis, & eorum successoribus accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hæc ille. Et certè de christmate renouando nihil in sacris literis legitur.

S. Innocentius in epist. 1. quæ est ad Decentium: Si instituta, inquit, Ecclesiastica, vt sunt à Beatis Apostolis tradita, integra vellent seruari Dominis sacerdotibus, nulla varietas in ipsis ordinibus, & consecrationibus haberetur. Hæc ille. Vbi de traditionibus non scriptis agit, ac præferri cap. 3. cum docet, Confirmatione etiam paruulis conferendam & à solo Episcopo, & sub certa forma verborum.

ATQVE adeo non scriptas eiusmodi Apostolicas traditiones esse testatur, vt nec in ea epist. formam illam verborum adscribere voluerit: Verba, inquit, dicere non possum, ne magis prodere videar, quàm ad consiliacionem respondere.

S. Leo primus sermone sexto de Quadragesima: Apostolica, inquit, institutio, quadraginta dierum ieiunium implatur. Et sermone secundo de ieiunio Pentecostes: Dubitandum non est, dilectissimi, cum obseruantiam Christianam eruditionis esse diuine, & quidquid ab Ecclesia in consuetudinem est deuotionis receptum, de traditione Apostolica & de sancti Spiritus prodire doctrina. Vide etiam sermonem 8. & 9. de ieiunio septimi mensis.

IAM verò Conciliū antiquissimum & celeberrimum Nicænum primum ex doctrina non scripta damnauit hæresim Arii, vt disertè testatur Theodoretus lib. 1. hist. cap. 8. Est enim quædam Scripturæ poterant adferri contra Arium, tamen quia Arius etiam proferebat Scripturas; ex doctrina, non scripta, sed tradita per manus Patrum sibi in Ecclesia succedentium, eum damnauerunt.

NICÆNVM secundum act. 6. tomo 4. Quod autem, inquit, cum multis aliis, quæ in Ecclesia obseruantur sine Scriptura, nobis imaginum veneratio tradita sit ab Apostolorum temporibus, latè per historias traditū est. Et A. 7. in fine sic habet: Si quis traditionem Ecclesiæ, siue scripto, siue consuetudine valentem non curauerit, anathema sit. Idem reperitur in Concilio octauo generali A. 8. Et post A. 8. vlt. can. 1. profitentur Patres, se seruaturus omnes traditiones, non solum Apostolicas, sed etiã Ecclesiasticas. Ex quo mirū videri non deberet Lutheranis, si tale aliquid etiam docuit Concil. Trid. sess. 4. nihil enim noui statuit.

CAPVT SEPTIMVM.

Idem probatur ex Patribus.

ACCEDANT nunc Testimonia Patrum Græcorum & Latinorum, qui incredibili consensione hæc veritatem docent. Ac vt à Græcis incipiamus, Beatus Ignatius apud Eusebium lib. 3. hist. cap. 36. hortabatur omnes, Apostolorum traditionibus tenacius inhaerere: Quas traditiones, inquit Eusebius, caritela gratia etiã scriptas se asservit reliquisse. Hæc ille. Ex quo

sequi

sequitur, eas ab Apostolis scriptas non fuisse.

AD hoc testimonium nihil respondet Hermannus, nisi non extare ista scripta Ignatij. At falsum est, non extare ista scripta Ignatij. Scribit enim Hieronymus in libro de viris illustribus, Ignatium scripsisse epistolam ad Ephesios, ad Magnesianos, ad Trallianos, ad Romanos, ad Philadelphienes, ad Smyrnenes, ad Polycarpum, quæ omnes nunc extant, & in eis inuenimus ieiunium Quadragesimæ, ordines minores, diem Dominicum, & alia quæ non sunt in scripturis, & tamen ab Apostolis sine dubio Ignatius didicit.

DIONYSIVS Areopagita cap. 1. Ecclesiasticæ hierarchiæ: Primi illi, inquit, nostri sacerdotales muneris duces summa illa, & super substantialia, partim scriptis, partim non scriptis institutionibus suis nobis tradiderunt.

AD hæc similia responderet solent Lutherus, Caluinus, & ceteri, libros, qui nomine Dionysij circumferuntur, non esse Dionysij.

AT citantur opera hæc nomine Dionysij Areopagite in 6. 7. & 8. Synodo generali; item à Gregorio I. in hom. de centum ouibus; à Martino I. in Concilio Romano; & ab Agathone in epistola ad Sextam Synodum: ex quo coguntur fieri hæretici, hunc auctorem ante annos mille scripsisse: proinde non esse contemnendum.

GESIVS apud Eusebium lib. 4. hist. cap. 8. Apostolicas traditiones quinque libris comprehendit, qui est modò non extant, tamen satis indicat hoc testimonium, Apostolos non omnia scripsisse, quæ docuerant.

POLYCARPVS apud Eusebium lib. 5. cap. 20. referat verba quæ dicta à Domino ab Apostolis ipse audierat, & de virtutibus eius ac doctrina.

IRENÆVS autem, vt ibidem habetur, quæ Polycarpus tradebat, describere non in charta, sed in corde suo. Hic certum est agi de traditionibus non scriptis. Si enim de scriptis ageretur, nihil singulare diceretur de Polycarpo, vel Irenæo: nam etiam ego possum referre dicta à Domino, quæ in Apostolis legi, nec est opus, vt ea describam in charta.

AT nihilominus respondet Kemnitius, loqui Eusebium de traditionibus, quæ probari possunt ex Scripturis. Ait enim ibidem, illa omnia, quæ Polycarpus dicebat, fuisse consona Scripturis, sed errat Kemnitius; nam aliud est esse consonum Scripturæ, aliud posse probari ex Scriptura. Omnis enim vera traditio, immò omnis veritas est consona Scripturæ, cum verum à vero dissimulare non possit, nec tamen omnis veritas probari potest ex Scriptura.

IUSTINVS in fine secundæ apologiæ pro Christianis, posteaquam exposuit multa de Christianis, & inter alia quædam non scripta in diuinis literis, vt quod conueniant singulis Dominicis, & post lectionem Scripturarum, & concionem offeratur, & consecretur panis & vinum aqua temperatum, & quod non liceat villo modo participare de Eucharistia, nisi post Baptisimum, & alia subiungit statim. Postridie Saturni, qui dies Solis est, cum Apostolis, discipulisque suis apparuisset, hæc illis tradidit, quæ vobis quoque consideranda permitimus, &c.

ET quamuis etiam Iustinus non diceret, hæc esse tradita à Christo, tamen cum Iustinus vicinissimus fuerit temporibus Apostolorum, necessarium esset credere, quæ ipsius tempore in Ecclesia gerebantur, ab Apostolis tradita fuisse. Quis enim alius vili potest auctor?

AD hunc locum & similia Cypriani, Ambrosij, Hilarij, Hieronymi, & aliorum, quæ adferemus, nihil ferè respondent Hermannus & socij eius, nisi istos omnes alicubi errasse. Sed hoc nobis non officit. Est enim errauerunt aliqui Patrum in quibusdã dogmatibus, nunquam tamen omnes simul in eodem errore conueniunt: proinde cum ostendimus, omnes conuenire in traditionibus non scriptis adleredis, satis efficaciter probamus, in eos illos non errasse.

IRENÆVS lib. 3. c. 2. 3. & 4. multa præclara de traditionibus dicit, quæ tamen à Brentio & Kenitio trahuntur in alium sensum, de quo nunquam Irenæus cogitauit.

BRENTIVS dicit, loqui Irenæum de traditione Scripturæ, id est, de traditione illa, quæ per successionem Patrum intelligitur, quæ sint veræ Scripturæ. At non hoc velle Irenæum, verba eius nos docebunt, lib. 3. ca. 4. Quid autem, inquit, si neque Apostoli Scripturas quidem reliquissemus nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderant iis, quibus committebant Ecclesiæ? Cui ordinationi assentiunt multe gentes barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charactere vel atramento scripturam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes. Si loquitur Irenæus de traditione Scripturæ, quomodo isti barbari habebant, & custodiebant diligenter traditionem; qui Scripturas nullas habebant?

KEMNITIVS autem dicit, loqui Irenæum de traditione eorum dogmatum tantum, quæ in Scripturis inueniuntur, & quæ per Scripturas probari possunt.

AT hoc etiam esse falsum, docebunt eiusdem Irenæi verba; nam cap. 2. 3. & 4. docet, non esse aliam viam perueniendi ad veritatem, quam consulendo Ecclesiæ, in quibus est successio Episcoporum ab Apostolis, & considerando quid ibi doceatur, & quam dicant illæ Ecclesiæ esse Apostolicam traditionem.

VLT igitur Irenæus, traditionem latinis parere, quam Scripturas, & sensum Scripturarum difficilium non ex Scriptura, sed ex traditione haberi, ita vt traditio sola sufficiat, Scripturæ autem non sufficiant.

AT falsum esset hoc totum, si nihil aliud traditio contineret, quam id, quod euidenter colligitur ex Scripturis, vt Kemnitius somniat. Postquam igitur ca. 2. dixerat, hæreticos non posse conuinci ex Scripturis; & c. 3. enumerauerat Romanos Pontifices à Petro vsque ad Eleutherium, qui tunc sedebat, vt ostenderet, esse in Ecclesia continuatam successionem Episcoporum conseruantium traditionem Apostolicam: ita loquitur cap. 4.

TANTAE igitur ostensionis cum sint hæc, non oportet adhuc querere apud alios veritatem, quam facillè est ab Ecclesia sumere: cum Apostoli quasi in depositarium diues plenissime in eam contulerint omnia, quæ sunt veritatis: vt omnis quicumque velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc est enim veritas inuoluita, omnes autem reliqui fures sunt & latrones, propter quod oportet denotare quidem illos: quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim, etsi de aliquo modico questione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de presenti questione sumere quod certum est, & reliquidum est? Quid autem, si neque Apostoli Scripturas quidem tradidissent, nonne oportebat ordinem sequi traditionis? &c.

Quibus verbis addenda sunt, quæ idem habet lib. 4. cap. 43. Qui successione habent ab Apostolis, cum Episcopatus successione charisma veritatis certum secundum placitum Patris acceperunt. Vides, quomodo Apostoli tradiderunt successoribus non solum Scripturas, sed charisma veritatis certum, id est, veram Scripturarum intelligentiam, & vnuerfam doctrinam Euangelicam.

CLEMENS Alexand. in lib. de Paschare, vt est apud Euseb. lib. 6. hist. cap. 11. dicit extorqueri sibi à fratribus, vt ea quæ à Presbyteris Apostolorum successoribus voce sibi sola tradita essent, describeret in libris, ac posteris traderet, nescio quid clarius pro traditionibus dici possit.

ORIGENES in caput 6. epistolæ ad Roma. Ecclesia, inquit, ab Apostolis traditionem accepit, etiam paruulis Baptisimum dare. Et hom. 5. in librum Numer. In Ecclesiasticis obseruationibus, inquit, sunt nonnulla, quæ cum omnibus facere necesse sit, eorum tamen ratio non omnibus patet. Et enumerat statim multas traditiones non scriptas.

EUSEBIUS

EVSEBIUS lib. 1. de demonstratione Euangelica, cap. 8. Cateris inquit, Moses in tabulis inanimatis: Christus autem in membris vita prae dicitur perfecta noni Testamento documenta descripsi. Eius vero discipuli, ad magistri sui nuntium, auribus multorum doctrinam suam commendantes, quaeque quidem veluti ultra habitum progressis a perfecto ipsorum magistro praecepta fuerant, ea iis, qui capere poterant, tradiderunt; quaeque vero iis convenire arbitrabantur, qui animas adhuc assensibus obnoxias gererent, curationisque indigentes, ea ipsi ad imbecillitatem multorum se dimittentes, partim in iuris partim sine literis, quasi iure quodam non scripto servanda commendaverunt.

ATHANASIVS in lib. de decretis Nicenae Synodi, contra Euseb. Ecce, inquit, nos quidem ex Patribus ad Patres per manus traditam fuisse hanc sententiam, demonstravimus. Vos autem, O noni Iudaei, & Caipha filij quos tandem nominum vestrorum potestas ostendere progenitores?

BASILIVS libro de Spiritu sancto, cap. 27. Dogmata, inquit, quae in Ecclesia servantur, ac praedicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione in mysterio ad nos delata recepimus. Quae utraque eandem ad pietatem vim habent, & nemo his contradicit, qui vel mediocrem saltem Ecclesiasticorum iurium experientiam habet, &c. Et enumerat continuò plurimas traditiones non scriptas: & similia habet cap. 29.

RESPONDET Kemnitius; haec, quae Basilius refert non esse dogmata fidei, aut morum, sed tantum ritus quosdam liberos, ut signare se signo Crucis, adorare ad Orientem, benedicere aquam, &c.

At in primis meminisse debet Kemnitius, se dixisse, non posse ostendi vllum ritum certò ab Apostolis institutum: hic autem Basilius audacter enumerat plurimos ab Apostolis institutos.

DEINDE etsi non sit necessaria ad salutem observatio aliquorum ex his ritibus, tamen necessarium est ad salutem, credere esse bene institutos, & eos non contemnere: quemadmodum multa quae sunt in Scripturis, non sunt necessaria ad salutem, ut quod vir aperto capite oret, & mulier velato, i. Cor. 11. & tamen necesse est ad salutem ista credere, & non contemnere.

DEINQUE Basilius non solum ritus quosdam, sed etiam quaedam refert essentialia, ut Confessionem fidei, id est, Symbolum Apostolicum, quod ex traditione habemus & olei vntionem in Sacramento Confirmationis; quaedam etiam alia commemorat, quae etsi ex se non sint necessaria, tamen postquam praecepta sunt, ita sunt necessaria, ut si de industria omittantur, graviter peccetur, ut signum Crucis in consecratione aquae, Eucharistiae, chrismatis: nec non abrenuntiatio Satanae, & pompis eius in Baptismo, &c. Dicit enim Augustinus tractatu 118. in Ioannem, sine signo Crucis nulla Sacramenta rite peragi: & idem docet Chrysostr. homil. 55. in Matth.

BRENTIVS autem inuerecundior responderet, has Basilij sententias esse ex navis & erroribus Basilij, qui pro honore tanti viri deberent silentio tegi: & nos vocat porcos & imitatores Cham, qui Parrum nostrorum turpitudines denudamus. Non enim existimat esse ferendum, quod Basilius dicat eandem vim habere ad pietatem traditiones pedagogicas (ut ipse loquitur) de signo Crucis, & aqua benedicta, cum scripturae sanctae dogmatibus.

SED omittis conuictis, nec enim nostrum est, reddere mala pro malis; respondeo ad id quod Brentius obiicit, rectissime aequari traditiones Scripturis. Nam ut in Scripturis quaedam sunt magna praecepta, ut diligere Deum, quaedam minora, ut non dicere verbum otiosum, quae non aequè obligant ad observationem, & tamen aequè obligant ad fidem & venerationem.

NON enim minus est haereticus, qui non credit, aut non veneratur Scripturam illam, quae dicitur: De omni verbo otioso reddent rationem in die iudicij; quam qui non cre-

dit, aut non veneratur illam; Diliges Dominum Deum tuum, &c. Ita etiam in traditionibus quaedam sunt maiora, & quaedam minora, quo ad obligationem agendi, & tamen omnia aequè obligant ad fidem, & venerationem.

ET eodem modo quaedam sunt traditiones maiores, quo ad obligationem, quam quaedam Scripturae; quaedam minores, & quaedam aequales, cum tamen omnes traditiones, & omnes Scripturae sint aequales, quantum ad fidem & venerationem, quae illis debetur, cum proficiscantur ab eodem auctore Deo, & veniant ad nos per manus eiusdem Ecclesiae Catholicae, quae est mater nostra & Christi sponsa.

DENIQUE Hermannus non contentus iis, quae Brentius & Kemnitius dixerat, addit; *Ista omnia non esse Basilij, sed inserta in libro Basilij ab aliquo nebulone.* Quae sane expeditissima responsio est. Sic enim facile est solvere omnia argumenta, neque adfert aliam probationem Hermannus, quam Erasmi testimonium, qui visus est sibi necio quam diuercitatem styli olfecisse in his capitulis à superioribus.

AT B. Ioannes Damascenus longè antiquior & doctior, & qui in Basilij scriptis magis versatus est, nihil tale olfacere potuit. Is enim (ut omittam recentiores plurimos) in oratione prima pro sacris imaginibus, sic ait: *Sic ad verbum ait D. Basilius in vigesimo septimo capite illius libri, quem de Spiritu sancto triginta distinctum capitulis ad Amphilocho scribit. Quae in Ecclesia servantur, & praedicantur instituta, partim ex scripta constat doctrina, partim ex Apostolorum traditione, &c.*

GREGORIVS Nazianzenus oratione prima in Iulianum, ultra medium, postquam dixerat propter dogmata Testamenti veteris & noui doctrinam Ecclesiae visam fuisse Iuliano mirabilem: addit continuò: *Ceterum, inquit, maiorem atque insigniorem ob eas Ecclesiae figuras, quas traditione acceptas in hunc usque diem seruamus, &c.* Explicat autem postea, se figuras Ecclesiae, vocasse disciplinam, politiam, ordinem Ecclesiae, rationem pfallendi, modum poenitentiae imponendae, sacra in templis, monachatum, virginum coenobia, & alia permulta, quae ex sola traditione habentur. Quae nomina Iulianus voluit ethnicos imitari, ut eo modo Christianos facilius traheret ad paganisimum.

CHRYSOSTOMVS in 2. Thess. 2. Patet, inquit, quod non omnia per epistolam tradiderint Apostoli, sed multa sine literis. Eadem vero fide digna sunt tam ista, quam illa. Idem habent Theophylactus & Oecumenius.

HIC illud notandum, cum Basilius, Chrysostr. Theophylactus, Oecumenius aequè traditiones Scripturis, quid sit iudicandum de censura Kemnitij, qui ait: *Insignis omnino audacia est, auctoritati, & maiestati Scripturae canonicae aliquid equare.* Et passim ridet Concilium Tridentinum, quod pari pietatis affectu veneretur traditiones & Scripturam.

IDEM Chrysostr. hom. 69. ad populum, & hom. 3. in epistolam ad Philip. *Non frustra, inquit, ab Apostolis sancitum est, ut in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum, qui hinc discesserunt. Non erant illis multum hinc emolumenti fieri, multum utilitatis.*

THEOPHILVS lib. 1. & 3. Paschali, disertè docet, legem ieiuniorum Apostolicam esse traditionem.

CYRILLVS Hierosolymitanus in catecheticis mystagogicis, nihil ferè explicat aliud, quam traditiones non scriptas de Baptismo, & aliis Sacramentis.

EPIPHANIVS haeret. 55. quae est Melchisedecianorum: *Terminum, inquit, nobis positi sunt & fundamenta, & aedificatio fidei: & Apostolorum traditiones, & Scripturae sanctae, & successiones doctrinae, & inde quaeque veritas Dei munita est: & nemo decipiatur novis fabulis.* Item haeret. sexagesima prima, quae est Apostolicorum: *Oportet, inquit, & traditione vii, non enim omnia à diuina Scriptura*

accipi

accipi possunt. Quae propter aliqua in Scripturis, aliqua in traditione sancti Apostoli tradiderunt. Similia vide haeret. 75. Aerijs, & in compendiaris doctrina.

AD haec nihil respondent, nisi blasphemando Epiphanium delectatum esse nimium traditionibus & apocryphis fabulis, &c. Et inter alia putat Brentius non ferendum, quod Epiphanius dixerit, Apostolicam esse traditionem, quod non liceat nubere post votum emissum virginitatis: cum nimirum id fecerint primi parentes Lutheranorum Lutherus & Catharina, sed haec alibi suo loco refellentur.

DAMASCENVS lib. 4. cap. 17. *Plurima, inquit, Apostoli sine scripto tradiderunt, &c.* Multa etiam habet oratione prima pro imaginibus sacris.

EX Latinis Tertull. lib. de corona militis: *Etiamsi, inquit, in traditionis obitu exigenda est, inquit, auctoritas scripta. Ergo queramus; an & traditio non scripta non debeat recipi. Planè negabimus recipiendam, si nulla praevideant exempla aliarum observatum, quas sine vllius Scripturae instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vendicamus.* Deinde enumeratis ceremoniis Baptismi, signi Crucis, Sacrificij annuarij pro defunctis, & aliis quibusdam, subdit: *Harum, inquit, & similiarum discipularum si legem exposules Scripturarum, nullam inuenies, traditio tibi praevideatur auctoritas, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix.* Idem passim traditione vendum docet, lib. 1. contra Marcionem, lib. 2. ad vxorem, lib. de velandis virginibus, & lib. de praescr. haeret. ubi ex instituto docet, haereticos non ex Scripturis, sed ex traditione cõsultandos. Quae ad haec loca respondent, iam confutata sunt, cum ageremus de Irenaeo & Basilio.

BEATVS Cyprianus lib. 1. epist. 12. *Vngi quoque necesse est, inquit, eum, qui baptizatus sit, &c.* At constat, nihil de christate in Scripturis haberi, sed tantum in traditione. Idem lib. 2. epist. 3. *Admonitos nos scio, ut in calice offerendo Dominica traditio servetur, neque aliud fiat à nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecit, ut calix, qui in commemorationem eius offertur mistus vino offeratur.*

RESPONDET Kemnitius, loqui Cyprianum de traditione scripta. At fallum est, non enim aqua meminerunt Evangelista. Hermannus dicit, quia non est scriptum, Dominum posuisse aquam in calice, melius esse, non ponere: sic enim Dominus fecisse. At cum neutrum scriptum sit, mirum est, vnde tantum sibi asumat Hermannus, ut velit sibi potius, quam Cypriano credi.

BRENTIVS vertit se ad contrumelias, dicit enim, Cyprianum semper esse nimium in suis opinionibus asserendis: & haec illi incogitanter excidisse. Et ratio Brentij est, quia videtur Cyprianus inepta ratione probare hunc ritum, dicit enim: *Debere misceri aquam vino, quia vinum significat Christum, aqua populus Ecclesiae: & dum miscetur aqua vino, Ecclesia iungitur Christo, si autem vinum solum consecraretur, iam inciperet Christus esse sine Ecclesia. Quod certè ridiculum videtur. Quis enim credat, si vinus sacerdos non miscuerit aquam cum vino in calice, mox Christum amissurum Ecclesiam.*

AT non animaduertit Brentius, vel animaduertere fortasse noluit, Cyprianum non de reali coniunctione, vel separatione Christi & Ecclesiae agere, sed tantum de significatiua. Rectissime enim in materia Sacramentorum argumentatum ab imperfecta significatione.

PRÆTEREA Cyprianus non vult seruari hunc ritum propter illam rationem praecipuè: sed quia Dominus sic docuit. Ratio autem illa addita est, ut ostendatur traditio rationi conformis esse. Quocirca, etiam si Cyprianus non attulisset conuenientem rationem, non propterea negandum esset, ritum hunc esse seruandum, vel à domino traditum.

SANCTVS Hilarius libro contra Constantium Imperatorem, circa medium, obiicienti Ariano principi:

Nolo verba quae non scripta sunt, legi Respondet: Hoc tandem, inquit, rogo, quis Episcopis in beatissimis Apostolicis praedicationibus veteri formam? Dic prius, si rectè dici putas; nolo aduersus noua venena nouas medicamentorum compositiones, &c. Quibus verbis duo indicat Hilarius: vnum, praedicationem consubstantialitatis Patris & Filij esse Apostolicam praedicationem, licet expressè non sit scriptum, Filium esse Patri consubstantialem: alterum, nomen ipsum esse quidem nouum, sed tamen retinendum, licet non sit scriptum, quia conforme est praedicationi Apostolicae.

HERMANNVS hunc locum sua glossa deprauat, sic enim exponit: *Hoc, inquit, rogo, quis Episcopis iubet, id est, ut aliquid extra scripturam profertant. Et si ista est bona glossa, Hilarius consentit cum Constantio: igitur male subiicit: Dic prius, si rectè dici putas, nolo aduersus noua venena, &c.* Quid, quod toto libro ferè hoc agit, ut nomen *substantialem* retineaturat secundum glossam Hermannianam aboleri potius voluisset.

SANCTVS Ambrosius lib. de iis, qui inuolantur mysteriis, cap. 2. & 6. & lib. 1. de Sacramentis, cap. 1. & 2. explicat ritus, qui ab vniuersa Ecclesia seruantur in Baptismo, qui nusquam scripti inueniuntur in diuinis literis, & quos ceteri cõstanter referunt in Apostolicis auctoritatibus, Sermon. 25. 34. & 36. docet, Quadragesimam à Christo praecipiam. Et epist. 81. & sermon. 38. docet, Symbolum Apostolorum Apostolicam esse traditionem non scriptam. Contra Ambrosium multa blasphemata Hermannus, sed nihil officium nostro profecto.

SHERONYMVS in epistola ad Marcellam de erroribus Montani: *Nos, inquit, vnam Quadragesimam ex Apostolica traditione tempore nobis congruo seruamus.* Item in dialogo aduersus Luciferianos, ante medium, cum haereticus dixisset; *Multa quae per traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptae legis usurpauerunt.* Respondit Orthodoxus: *Non quidem abnuo, hanc esse Ecclesiarum consuetudinem. Sed quale est, ut leges Ecclesiae ad haeresim transferas?*

SAGVSTINVS epist. 118. *illa autem, quae non scripta, sed tradita, custodimus, quae quidem toto terrarum orbe seruantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas commendata, atque salua retineri: sicut quod Domini Passio, & resurrectio, & Ascensio in caelum, & Aduentus de caelo Spiritus sancti annuaria silemnitate celebratur.*

AD hoc responderet Hermannus, multa garriens, & tandem concludens: *Circa, inquit, Augustinus, extra Scripturam traditiones cum alijs Patribus Ecclesiae obrudis: Itaque fatetur Hermannus, Augustinum cum alijs Patribus agnoscere traditiones non scriptas. Quae sanè confessio sufficere deberet, si quid haberet sanitatis, ad ipsius petulantiam coercendam.*

AT Brentius dupliciter responderet. Primo dicit, si verum sit, hanc esse Apostolicam traditionem, non esse accipiendam ut legem necessariam, sed ut liberam observationem. At contra, nam Augustinus ibidem subdit: *Alia vero quae per loca terrarum regionumque variantur, &c. liberas habent obseruationes, &c.* Vbi Augustinus distinguit inter has Apostolicas traditiones necessarias, & obseruationes liberas.

SECUNDO dicit Brentius, Augustinum falsò docere, ista festa esse ex Apostolica traditione, cum Apostolus arguat Galatas, cap. 4. quod dies obseruarent & tempora. Sed responderet Augustinus epistola 119. cap. 7. Apostolus reprehendere eos, qui secundum Astrologorum regulas obseruant tempora. Et libro contra Adimantum, cap. 16. dicit, Apostolus loqui de festis Iudaeorum, non Christianorum. Quomodo exponunt etiam Hieronymus & Chrysostr. Ambrosius autem vtramque simul expositionem amplectitur.

IDEM

Idem verò August. lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 7. *Quam consuetudinem, inquit, credo ex Apostolica traditione venientem, sicut multa non inveniuntur in litteris eorum, neque in Conciliis posteriorum, & tamen quia custodiuntur per universam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur.* Et lib. 4. cap. 6. *Ille consuetudo, quam & tunc homines sursum versus afficientes, non videbant à posterioribus institutam, rectè ab Apostolis tradita creditur.* Et lib. 4. cap. 24. *Quod uniuersa, inquit, tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper reuerentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectè creditur.* Et lib. 5. cap. 23. *Apostoli, inquit, nihil quidem exinde præcipuerunt, sed consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse, credenda est, sicut sunt multa, quæ uniuersa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiantur.* Item lib. de vnitatem Ecclesie, cap. 19. *Hic forte dicitis, inquit, lege nihil, quemadmodum Christus suscipi iusserit eos, qui ab hæreticis transire ad Ecclesiam volunt. Hoc aperte atque euidenter, neque ego lego, nec tu, &c.* Et postea subdit: *Cum hoc nusquam legatur, credendum esse testimonio Ecclesie, quam veracem esse Christus testatus est.* Similia habet lib. 1. contra Cresconium, cap. 31. 32. & 33.

Ad hæc Kemnitius respondet duo. Primo, Augustini quæstionem in istis locis esse, an posset proferri exemplum ex Scriptura, quo hæreticus aliquis rebaptizatus, vel sine nouo Baptismo susceptus fuisse doceretur, non autem, an essent rebaptizandi, vel non rebaptizandi hæretici, & quidem Augustinum putasse, non posse proferri tale exemplum, & hoc docere in locis allegatis.

Secundo autem, Augustinum sine dubio credidisse, existere certa & aperta testimonia in Scripturis, quibus probeatur, non esse hæreticos rebaptizandos, proinde hanc traditionem esse scriptam.

Primum probat ex lib. 1. contra Cresconium, cap. 33. ubi Augustinus ait: *Proinde quamuis huius rei certum de Scripturis canonicis non proferatur exemplum, &c.* & similia habet libro de vnitatem Ecclesie, cap. 19.

Secundum probat. Primo, ex lib. 1. contra Donatistas, cap. 7. *Ne videar humanis argumentis agere, ex Evangelio profero certa documenta.*

Secundo, ex lib. 2. ca. 14. *Quid sit perniciosus, vtrum non baptizari an rebaptizari, iudicare difficile est, verum tamen recurrens ad illam statim Dominicam, ubi non ex humano sensu, sed ex auctoritate diuina verum momenta pensatur, inuenio de vtraque re Domini sententiam.*

Tertio, ex lib. 4. cap. 7. *Huc accedit, quia bene perspectis ex vtroque latere disputationis rationibus, & Scripturarum testimoniis, potest etiam dici, quod veritas declarauit, hoc sequimur.*

Quarto, ex lib. 4. cap. 24. *Veraciter conitici potest, quid valeat parvulis Baptismi Sacramentum ex circumcisione carnis, &c.*

Quinto, ex lib. 5. cap. 4. *Quisquis & Ecclesie consuetudine & posteriori robore plenarij Concilij, & tot tantisque sanctarum Scripturarum testimoniis, & perspicuis rationibus veritatis intelligi, Christi Baptismum verbis Evangelicis consecratum, non fieri cuiuslibet hominis peruersitate peruersum.*

Sexto, ex lib. 6. cap. 1. *Poterat iam sufficere, quod toties repetitis rationibus, adiunctis etiam Scripturarum documentis, ostendimus.*

Septimo, ex lib. 5. cap. 23. *Contra mandatum Dei esse, quod venientes ab hæreticis, si iam illi Baptismum Christi acceperunt, baptizantur, Scripturarum sanctarum testimoniis non solum ostenduntur, sed plane ostenduntur.*

Octavo, ex lib. 5. cap. 26. *Quod nos admonet, ut ad fontem recurramus, id est, Apostolicam traditionem, & inde canalem in nostra tempora dirigamus, optimum est, & sine dubitatione faciendum. Traditum est ergo nobis, sicut ip-*

se commemorat ab Apostolis, quod sit vnus Deus, vnus Baptisma.

Respondet ad primum, falli Kemnitium; Nam et si Augustinus in illo vno loco libri primi contra Cresconium, cap. 33. de exemplis agit, tamen in aliis locis citatis non agit de exemplis, sed de præceptis; siue de documentis Scripturæ, præsertim lib. 5. contra Donatistas, cap. 23. cum ait. *Quæ uniuersa tenet Ecclesia, ab Apostolis præcepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiantur.* Præterea in illo etiam vno loco quæstio præcipua non erat de exemplo, siue de facto, sed de iure. Constat enim, eum tractare quæstionem de Anabaptismo, quæ erat inter Catholicos, & Donatistas: certum autem est, Donatistas non certasse de exemplis: sed de iure.

Quia verò inter disputandum hæretici petierant, ut ostenderent Catholicis aliquod exemplum in Scripturis alicuius recepti ab Ecclesia sine baptizazione, Augustinus respondit, exempla in Scripturis nulla esse, nec pro vna parte, nec pro alia; & inde concludit, cum non sint vlla in Scripturis non solum præcepta, sed nec exempla, standum esse consuetudini Ecclesie, quæ rectè siue creditur ab Apostolis introducta.

Quod autem hæc ita se habeant, patet tum ex ipsis locis, tum ex eo, quod, si quæstio præcipua fuisset de exemplis, Donatistæ non fuissent hæretici, nec vilo modo errassent; nam verissimum est quod illi dicebant, consentiente eis etiam Augustino, nullum exemplum existere in Scripturis de hac re.

Ad secundum dico duo; Primo, nos non adferre illa loca Augustini præcipue propter id quod ipse ait consuetudinem non rebaptizandi esse ex Apostolica traditione, sed propter id, quod ipse illis locis subiungit plurima seruari ex traditione Apostolica, quæ scripta non sunt. Hoc enim principium tam certum erat apud Augustinum, ut inde probare vellet, etiam consuetudinem non rebaptizandi esse ab Apostolis traditam. Itaque non magis nitimur hoc principio Augustini, quam conclusione eius. Kemnitius verò ita nos oppugnat, quasi sola conclusione niteremur.

Dico secundò, illam ipsam consuetudinem nunquam putasse Augustinum posse sufficienter probari ex Scripturis, & ideo attulisse quidem eum vndeque rationes & Scripturas, tamen præcipuum fundamentum constituisse in traditione, quam declarabat Ecclesie consuetudo; & quam etiam postea declarauit Concilium generale, ut patet tum ex locis citatis, tum ex libro secundo contra Donatistas, cap. 4. ubi adeo non putabat esse clara testimonia Scripturæ de hac re, ut diceret: *Nec nos ipse tale aliquid auderemus asserere, nisi uniuersæ Ecclesie concordissima auctoritate firmati.* Et magis adhuc patebit respondendo ad singula loca à Kemnitio notata.

Ad primum ex lib. 1. ca. 7. contra Donatistas, respondeo mala fide à Kemnitio omiſsa fuisse verba, quæ erant in medio, & coniuncta prima cum postremis. Nam posteaquam dixerat Augustinus: *Iam ne videar humanis argumentis agere, subiunxit, quod omisit Kemnitius, quoniam quæstionis huius obscuritas compulſit magnos viros diu fluctuare, donec plenario totius orbis Concilio quod saluberrimè sentiendum erat, remotis dubitationibus firmaretur, & tunc demum addit: Ex Evangelio profero certa documenta.*

Dixit ergo Augustinus, non potuisse ex Scripturis finiri quæstionem illam ante Concilium Ecclesie plenarium, sed posteaquam Concilium explicauit dubitationem, & quæstionem totam, iam adferri posse certa documenta Scripturæ, Scripturæ enim explicata à Concilio firmiter & certo probant, id quod antea non firmiter probabant, quod etiam verum esse ostendit locus ex Evangelio, quem refert B. Augustinus. Adfert enim

illud

illud Lucæ 9. *Nolite prohibere, qui enim non est contra vos, pro vobis est.* Quo loco ostenditur extra Ecclesiam posse esse aliqua dona Dei, ut erat illud donum eiciendorum dæmonum, an autem inter illa etiam Baptismus numerandus esset, non potest colligi ex isto loco solo.

Ad secundum respondeo, locum illum non esse ad propositum; ibi enim Augustinus probat ex Scripturis, non licere rebaptizare, quando quis verum Baptismum semel in Ecclesia Catholica suscepit, non autem probat Baptismum hæreticorum esse verum Baptismum, de quo est nostra quæstio.

Docere enim eo loco volebat, posse admitti in Ecclesiam per penitentiam eos, qui agnoscebant se malè fecisse rebaptizando Catholicos. Neque aliud Scripturæ testimonium proferit nisi illud Ioan. 13. *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet.* Ex quo loco non colligere, Baptismum hæreticorum esse ratum, sed solum (quod Augustinus colligit) post verum Baptismum, non esse addidit alium Baptismum, quæ nec Donatistæ negassent.

Ad III. IV. V. & VI. dico, Augustinum ibi adferre coniecturas ex Scripturis, quæ post definitionem Concilij, & exploratam traditionem non scriptam aliquid valent ad veritatem confirmandam: per se autem non suffiunt. Id patet ex verbis Augustini, ubi semper ponit Scripturas post consuetudinem, & Concilium, & vtitur illis verbis: *Accedit huic; Coniicere possumus, Ad dicit etiam Scripturis, &c.*

Ad septimum dico Kemnitium mala fide citasse. Illa enim verba (*Scripturarum sanctarum testimonij plane ostenditur*) non referuntur ad superiora, quæ posuit Kemnitius, sed ad sequentia, quæ ille tacuit. Sic enim ait Augustinus. *Plane ostenditur multos Pseudochristianos, quamuis non habeant eandem charitatem cum sanctis, sine qua nihil profuit quacumque sancti habere potuerint, Baptismum tamen comunem habere cum sanctis.* Vbi diuus Augustinus dicit, certum esse ex Scripturis multos Christianos baptizatos in Ecclesia perdere charitatem, & tamen non perdere Baptismum, id quod etiam Donatistæ concedebant: non autem dicit, certum esse ex Scripturis Baptismum datum ab hæreticis esse ratum.

Præterea, etiam si illa verba referrentur ad superiora, adhuc nihil haberet Kemnitius, nam ibi etiam non dicit Augustinus, certum esse, Baptismum hæreticorum esse ratum, sed dicit certum esse, eum qui verum Christi Baptismum accepit, non debere rebaptizari, quod etiam Donatistæ concedebant: sed post supererat quæstio an Baptismus hæreticorum esset verus Christi Baptismus, nec ne.

Ad octauum dico, ibi Augustinum non probare ex Scripturis sententiam suam, sed referre quæ Scriptura conabantur aduersarij probare contrariam sententiam.

CAPVT OCTAVVM.

Idem probatur quatuor alijs Argumentis. Præter communem hunc Patrum consensusum id ipsum suadet consensus hæreticorum in traditionibus contemnendis. Ut enim ex communi consensu sanctorum Patrum omnium ætatum recipientium traditiones, colligimus eas esse recipiendas: ita ex communi consensu hæreticorum omnium ætatum reiicientium traditiones, colligimus eas non esse reiiciendas.

De Valentianis, Marcionistis, & similibus testatur Irenæus lib. 3. c. 2. & Tertullianus de præscript. quod traditiones Ecclesie non scriptas reiicerent.

Cyprianus quoque cum errore illum de Anabaptismo defendere vellet, non aliter id facere potuit, quam à traditione ad Scripturam prouocando, ut appareret ex epistola eiusdem Cypriani ad Pompeium, & ex altera ad Iubaianum. Quamquam antea Cyprianus traditiones agnouerat, ut supra ostendimus, & errorem

etiam posteriorem eum correxisse ante mortem existimat beatus Augustinus in epist. 48. ad Vincentium.

Donatistæ quoque semper Scripturas vgebant, & B. Augustinus eis traditiones, & Ecclesie consuetudinem obiciebat, lib. de vnitatem Ecclesie, c. 19. & alibi.

Arianos nullo modo quidquam præter Scripturas admisisse testatur Hilarius, qui in libro contra Constantium introducit Arianum dicentem. *Nolo verba, que non scripta sunt legi.* Maximinus Arianus apud Augustinum lib. 1. contra Maximinum, in principio sic ait: *Si quid de diuinis Scripturis promittitur, quod commune est cum omnibus necesse est ut audiamus; hæc verò voces quæ extra Scripturam sunt, nullo casu à vobis suscipiuntur. Præterea cum ipse Dominus moneat nos & dicat: Sine causa colunt me docentes mandata & præcepta hominum.* Idem testatur Epiphanius hæres. 69. & 73.

Arianos quoque traditiones reiicisse scribit Epiphanius hæres. 75. Idem de Eunomianis patet ex Basilij libro de spiritu sancto, cap. 27. & 29.

Idem de Nestorio Eutyche Diofuro refert Basilij Ancyranus Episcopus in confessione Catholica quam recitauit in VII. Synodo A. G. r. idem de Apostolicis sui temporis Bernardus hom. 66. in cantica. Idem de Ioanne V. Vicleſo Thomas V. Valdenſis, lib. 2. doct. fidei antiquæ, cap. 19. Ab his ergo quasi per manus acceperunt Lutherani dogma suum de traditionibus contemnendis: ut nos à sanctis Patribus nostrum didicimus, de iisdem cum omni honore recipiendis.

His adde morem omnium gentium. Nam Iudæos habuisse aliquas traditiones extra Scripturam, docent Origenes hom. 5. in Num. & comment. c. 3. ad Rom. & Hilarius in Plal. 2. nec non Anatolius antiquissimus auctor Christianus apud Eusebium lib. 7. hist. c. 28. Et quamquam non desunt aliqui Catholicorum, qui negant vllam fuisse traditionem non scriptam apud Iudæos, tamen non possum illis assentiri, cum ut supra docuimus, non omnia sufficienter continuerit lex verus scripta, & multo tempore populus ille, etiam post Moſem natum, sine lege scripta vixerit.

Deinde omnes profanæ Respub. magna ex parte legibus non scriptis reguntur. Pericles apud Thucydide partitur ius Athenarum in scriptum, & non scriptum. Aristoteles lib. 3. politicorū c. 1. partim optimis legibus, partim arbitrio optimi viri ciuitatem regendam esse statuit; & lib. 5. de moribus c. 4. iudicium siue arbitrium ius animatum vocat, quod videlicet aliud quoddam præterea exſtet ius scriptum, veluti mortuū. Porro, Lacedæmonis Lycurgus nullam legem scriptam dare voluit, ut ait Plutarchus, sed solis traditionibus viuere, quo essent in agendo, quam in legendo diligentiores. Idem placuisse Ciceroni satis apparet ex libro primo de legibus. Et idem de sapientibus Gallorū scribit Cæſar lib. 6. de bello Gallico.

Nobilissimi Philosophorum Pythagoras & Socrates, cum plurima docuerint, nihil tamen scripserunt, ut beatus Augustinus docet lib. 1. de consensu Euang. c. 7. nisi quod Socrates fabulas ab Æſopo scriptas verbis prosequutus est.

Denique in iure civili leg. diurna, ff. de legibus, & in iure canonico dist. 1. can. consuetudo, eadē tribuitur auctoritas legi scriptæ, & consuetudini non scriptæ. Itaque natura ipsa quodammodo clamare videtur traditiones non scriptas vel necessarias, vel certè vtilissimas esse.

Accedat Ecclesie Catholice dignitas. Nam ut olim Iudæi exercebant omnibus nationibus, quia credita erant illis eloquia Dei, ut dicitur Rom. 3. ita nunc præstat Ecclesia Christi omnibus scētis, quod ipsa sola, quippe quæ sponsa Christi est, nouerit omnia mysteria veræ religionis, & conscia sit secretorum sponsi, & propterea appelleret colūna, & firmamētū veritatis. Tim. 3.

At si omnia essent scripta, & apertissima, ut hæretici

dicunt, nullum esset privilegium Ecclesie. Nam nihil minus scirent heretici & pagani, & Iudaei de mysteriis fidei nostre, quam nos ipsi, atque antistes nostri sciunt: neque esset verum, quod ait Irenaeus lib. 3. cap. 4. in sola Ecclesia tanquam in depositoryum diues repositam ab Apostolis scientiam rerum diuinarum.

ACCEDAT postremo dignitas mysteriorum multorum, qui silentium requirunt, nec decet, vt in Scripturis, quae toti mundo leguntur, explicentur. Si enim ad videnda tremenda mysteria Missae non licet admittere viles non baptizatos, quomodo licebit eis eadem scripta tradere? Hinc Dominus seorsum discipulis interpretabatur parabolas, quas populo loquutus erat. Luc. 8. & Apostolus ait 1. Cor. 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Et passim veteres, cum de Sacramento Eucharistiae loquuntur, dicere solent; *Norunt fideles, norunt initiati.* Hanc rationem attingunt Dionysius c. 1. Ecclesiast. hierar. Origenes hom. 5. in Nume. Basilius cap. 27. lib. de spiritu sancto, & Innocentius I. in epist. 1.

CAPVT NONVM.

Explicatur regula quinque, quibus in cognitionem verarum traditionum deuenimus.

QUO Igitur nunc vt ostendamus, quibus viis ac rationibus indagandum sit, quae sint verae ac germanae Apostolorum traditiones.

PRIMA igitur regula est. Quando vniuersa Ecclesia aliquid tanquam fidei dogma amplectitur, quod non inuenitur in diuinis literis, necesse est dicere ex Apostolorum traditione id haberi. Ratio huius est, quia cum Ecclesia vniuersa errare non possit, cum sit columna & firmamentum veritatis, 1. Tim. 3. & cum de ea dictum sit à Domino, Matth. 16. *Porte inferi non praevalent aduersus eam:* certe quod Ecclesia de fide esse credit, sine dubio est de fide: at nihil est de fide, nisi quod Deus per Apostolos, aut Prophetas reuelauit, quod euidenter inde deducitur. Non enim nouis reuelationibus nunc regitur Ecclesia, sed in iis permanet, quae tradiderunt illi, qui ministri fuerunt sermonis, & propterea dicitur Ephes. 2. *Aedificata supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum.* Igitur illa omnia, quae Ecclesia fide tenet, tradita sunt ab Apostolis, aut Prophetis, aut scripto, aut verbo. Talis est perpetua virginitas beatae MARIAE, numerus librorum Canonico-rum, & similia.

SECUNDA regula est. Quando vniuersa Ecclesia aliquid seruat, quod nemo constituere potuit, nisi Deus quod tamen nusquam inuenitur scriptum, necesse est dicere ab ipso Christo & Apostolis eius traditum. Ratio est similis superiori.

NAM Ecclesia vniuersa non solum non potest errare in credendo, sed nec in operando, ac praesertim in ritu: & cultu diuino: recteque Augustinus epist. 118. docet, insolentissimae infamiae esse existimare, non recte fieri, quod ab vniuersa Ecclesia fit.

ERG O illa, quae Ecclesia non potest recte seruare, nisi à Deo sint instituta, & tamen seruat, necesse est dicere à Deo instituta, etiam si nusquam id legatur. Tale est Baptisma paruulorum. Erraret enim grauissime Ecclesia, si sine Dei mandato paruulo: qui actu non credunt baptizaret. Quocirca Augustinus lib. 10. de Gen. cap. 23. *Consuetudo, inquit, matris Ecclesiae in baptizandis paruulis nequaquam spuranda est, neque villo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi Apostolica esset traditio.* Tale etiam, Baptismum haereticorum esse ratum, & propterea Augustinus semper mandatum non rebaptizandi ab haereticis baptizatos, ad Apostolorum traditionem reuocat: nec enim potest Ecclesia dare Baptismo auctoritatem, si eam à Christo non habet.

TERTIA regula est. Id quod in Ecclesia vniuersa, & omnibus retrò temporibus seruatum est, merito ab Apostolis creditur institutum, etiam si illud tale sit, vt

Potuerit ab Ecclesia institui. Haec regula est Augustini, lib. 4. contra Donatistas, cap. 24. Exemplo sit ieiunium Quadragesimae: id enim poterat ab Ecclesia institui, si Christus, vel Apostoli non instituisset: tamen dicimus, & probamus, à Christo, vel Apostolis institutum, quia sursum versus ascendentes, & quærentes originem huius instituti, non inuenimus, nisi tempore Apostolorum, etiam si Caluinus lib. 4. cap. 12. instituit. §. 20. doceat esse Quadragesimam meram superstitionem, & nec à Christo, nec ab Apostolis traditam, sed à posterioribus ex *uoluntate* excogitatum.

BEATVS Bernardus serm. 3. de Quadragesima. *Haec enim, inquit, usque ad nonam ieiunium solum, nunc (in Quadragesima) usque ad vesperam nobiscum ieiunabunt pariter vniuersi, reges & principes, nobiles, & ignobiles, clerus, & populus simul in vnum diues & pauper.* Ante Bernardum Gregorius hom. 16. in Euangelia, Quadragesimae meminit, rationem reddens, cur quadraginta dies ieiunemus. Ante Gregorium, Leo in sermonibus 12. de Quadragesima. Ante eum Augustinus in epist. 118. & 119. & sermonibus 44. de Quadragesima. Ante eum Hieronymus in cap. 9. Matth. & in 3. cap. Iona, & alibi. Et Paulinus in epist. ad Amandum 6. Et Chrysostomus hom. 1. in Genes. & alibi. Ante hos Ambrosius sermonibus octo de Quadragesima. Epiphanius in compendiaria doctrina. Basilius oratione 2. de ieiunio. Nazianzenus oratione in sanctum Lauacrum, & Cyrillus catechesi 18. Ante hos Origenes hom. 10. in Leuiticum. Ante eum Irenaeus apud Eusebium lib. 5. cap. 24. hist. Ante eum Telesphorus Papa in epist. decretali. Ante eum Ignatius in epist. ad Philippenfes, & Clemens lib. 5. constit. cap. 3. & can. 68. Apostolorum.

PARI ratione Caluinus lib. 4. c. 19. instit. §. 24. dicit ordines minores esse inuentum nouitium, de quo nusquam legitur, nisi apud ineptos rabulas, Sorbonistas, & canonistas.

AT nos ostendimus ex regula posita, esse Apostolicæ traditionis. Nam ante omnes Sorbonistas, & canonistas fuit Isidorus qui lib. 7. etymol. cap. 12. enumerat singulos ordines, & rationes nominum exponit. Ante Isidorum fuit Concil. Carthag. IV. in quo à cap. 1. vsque ad decimum traditur, quo ritu ordinentur Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Lectores, Exorcistae, Ostiarii. Et ante hoc Concilium fuit Hieronymus, qui in cap. 2. ad Titum enumerat ordines omnes, praeter Acolythos, quorum meminit in epistola ad Nepotianum de vita clericorum.

ANTE Hieronymum fuit Concilium Laodicenum, cuius cap. 24. nominantur omnes minores ordines, ante quod Concilium Cornelius Papa in epist. ad Flavianum Antiochenum, vt est apud Eusebium lib. 6. hist. c. 33. asserit, in Ecclesia Romana suo tempore fuisse praeter Episcopum Presbyteros XLVI. Diaconos septem, Subdiaconos septem, Acolythos XII. Exorcistas cum Lectoribus & Ostiariis LII. Sed & ante Cornelium Ignatius salutat nominatim omnes ordines in epist. ad Antiochenes.

QUARTA regula est. Cum omnes doctores Ecclesiae communi consensu docent, aliquid ex Apostolica traditione descendere, siue in Concilio generali congregati, siue scribentes seorsum in libris, illud credendum est, Apostolicam esse traditionem. Ratio est huius regulae, quia si omnes doctores Ecclesiae, cum in aliqua sententia conueniunt, errare possent, tota Ecclesia erraret, quippe quae Doctores suos sequi tenetur, & sequitur.

EXEMPLVM primi est, imaginum veneratio, quae esse ex Apostolica traditione asseruerunt Doctores Ecclesiae congregati in Concilio Nicæno II. generali, act. vltima. Exemplum secundi vix inuenitur, si debeant omnes penitus Patres, qui scripserunt, expressè aliquid dicere;

tamen

tamen videtur sufficere, si aliquot Patres magni nominis expressè id asserant, & ceteri non contradicant, cum tamen eius rei meminerint: tunc enim illa esse omnium sententia non temerè dici poterit, quando enim in re graui aliquis veterum errauit, semper multi inueniuntur qui contradicunt.

HAC regula probamus, Apostolicam traditionem esse ritum, qui seruatur in Baptismo: quod nimirum qui baptizatur, baptizetur aqua prius à sacerdote benedicta: quod iubeatur abrenunciare Satanae, & pompis eius, quod signetur signo Crucis, quod vngatur oleo benedicto, &c. Id enim disertè asserunt Basilius de Spiritu sancto, cap. 27. Tertullianus de corona militis, & alij quidam, nemo autem vnquam contradixit, cum nullus ferè sit veterum, qui non meminerit harum caeremoniarum tanquam in Ecclesia ab omnibus receptarum.

PARI ratione Quadragesimam esse diuinam, vel Apostolicam traditionem, possent etiam hac regula firmiter probare, quia disertè id asserunt Irenaeus, Epiphanius, Hieronymus, Ambrosius, Leo, & nullus contradicit, cum tamen omnes huius obseruationis meminerint.

QUINTA regula est. Id sine dubio credendum esse ex Apostolica traditione descendere, quod vllus habebit in illis Ecclesiis, vbi est integra, & continua successio ab Apostolis. Hanc regulam tradit Irenaeus lib. 3. c. 3. & Tertullianus lib. de praeser. Ratio regulae est, quia Apostoli tradiderunt successoribus suis cum officio Episcopatus, etiam doctrinam religionis.

SI ergo in aliqua Ecclesia ascendendo per Episcopos sibi inuicem succedentes perueniamus ad Apostolum aliquem, & non possit ostendi, quod vllus eorum Episcoporum introduxerit nouam doctrinam, certi sumus, ibi conseruari Apostolicas traditiones. Et quidem olim inueniebatur successio non interrupta, non solum Romae sed etiam Ephesi, Corinthi, Antiochia, Alexandria, Hierosolymae, & alibi: ac propterea Tertullianus remittit homines ad quamlibet ex Apostolicis Ecclesiis, vt ibi inueniant Apostolicas traditiones: & Theodosius I. cunctos populos. C. de summa Trinit. & fide Catholica, iubet omnes seruare eam fidem, quam praedicabat eo tempore Damasus Romae, & Petrus Alexandriae, duo Pontifices praecipuum Apostolicarum Ecclesiarum.

AT nunc defecit certa successio in omnibus Ecclesiis Apostolicis, praeterquam in Romana, & ideo ex testimonio huius solius Ecclesiae sumi potest certum argumentum ad probandas Apostolicas traditiones: ac tum potissimum, cum doctrina, vel ritus earum Ecclesiarum à doctrina, & ritibus Ecclesiae Romanae dissentiant.

CAPVT DECIMUM.

Soluntur obiectiones aduersariorum, quae ex Scripturis petuntur.

RESTAT vltima pars quaestionis, in qua argumenta aduersariorum exponenda, & soluenda sunt. Tria sunt genera argumentorum quorum primum à Scripturis: secundum à Patribus: tertium à rationibus sumunt. E Scripturis primo proponunt eas, quae iubent nihil debere addi verbo Dei. Secundo illas, quae expressè docent Scripturas esse sufficientes, & continere omnia necessaria. Tertio illas, quae aperte damnant traditiones.

PRIMUM igitur argumentum ex tribus locis constat. Deut. 4. & 12. *Non addetis ad verbum, quod ego praecipio vobis, nec auferetis ex eo.* Apocalypsis vltimo. *Si quis apposerit ad haec, &c. Gal. 1. Sed iacet nos, aut Angelus de caelo euangelizet vobis, praeterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.* Vbi notat Kemnitius non esse dictum contra sed praeter; & ne dicamus loqui Paulum de verbo tam scripto, quam non scripto, adducit Augustinum sic exponentem libro 3. contra literas Petilianae, capite 6. *Si quis sine de Christo, siue de eius Ecclesia, siue de quacun-*

A *que alia re, quae pertinet ad fidem, vitamque nostram, non dicam, si nos, sed, quod Paulus adiecit, si Angelus de caelo vobis annuntiauerit praeterquam quod in Scripturis legalibus, & Euangelicis accepistis, anathema sit.* Similia habet Basilius in summa moralium, summa 72. cap. 1.

AD primum respondeo, primo ibi non agi de verbo scripto, sed tradito viua voce: nam non ait, ad verbum, quod scripsi, sed quod ego praecipio. Secundo dico, veram expositionem eius loci esse, quod Deus velit integrè, & perfectè seruari mandata, vt ipse praecipit & nullo modo ea deprauari falsa interpretatione.

TERTIUM non vult dicere, non seruabitur aliud, quam id quod nunc praecipio, sed in hoc quod praecipio, nihil mutabitur addendo; vel minuendo, sed integrè facietis, vt iubeo, & non aliter. Quod idem solet Scriptura significare illis verbis. *Non declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.* Et hoc sit verum, patet, quia aliqui peccassent Prophetae & Apostoli, qui tam multa postea addiderunt.

RESPONDENT Brentius, Kemnitius, Caluinus, Prophetas non addidisse quidquam ad legem, quantum ad doctrinam attinet, sed tantum vaticinia quaedam de futuris scripsisse, & legis doctrinam explicauisse. Testamentum quoque nouum non esse additionem ad vetus, sed explicationem, cum Apostolus ad Rom. 1. dicat Euangelium promissum à Deo per Prophetas in scripturis sanctis. Et Act. 15. non sint ausi Apostoli in Concilio aliquid decernere sine testimonio Scripturae.

AT contra, nam hoc modo etiam traditiones non sunt additiones, sed explicationes. Nam in lege Moysi non continentur Prophetarum scripta, neque in lege & Prophetis continetur Testamentum nouum, nisi in vniuersali, & quodammodo in virtute, sicut tota arbor continetur in semine. Habemus enim in lege Deut. 18. *Prophetam suscitabit tibi Deus, &c. illum audies.* Ibi autem continetur in genere quidquid Christus fecit & dixit. at in particulari tamen, quod Christus deberet praedicare Trinitatem personarum in Deo, institueret Sacramenta, facere talia miracula, &c. ibi non habetur.

QUOD verò allegant ex Act. 15. contra ipsos est. Nam etsi Iacobus in eo Concilio probauit ex Scripturis, Ecclesiam aedificandam ex gentibus: tamen decretum Concilij nusquam inuenitur in Scripturis Testamenti veteris, decreuerunt enim vt gentes non seruent legalia, excepta tamè abstinentia à sanguine, & suffocato. Cuius decreti secunda pars nusquam in testamento veteri legitur. Vbi enim, quæso, vllus Propheta praedixit, Messiae temporibus prohibenda esse suffocata, & sanguinem?

SI C etiam quia scriptum est 2. Thess. 2. *Tenetis traditiones, quas accepistis, siue per sermonem, siue per epistolam.* Et Luc. 10. *Qui vos audit me audit.* Et Matth. 18. *Si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Idecirco nos affirmamus, traditiones esse quodammodo explicationes verbi scripti, non quod nudam contineant eius expositionem, sed quia omnes traditiones, & Ecclesiae decreta continentur in scripturis in vniuersali; sed in particulari non continentur, nec debent contineri. Quare Augustinus lib. 1. contra Cresconium cap. 33. sic ait: *Quamuis certum de Scripturis non proferatur exemplum, tamen earundem Scripturarum à nobis tenetur veritas, cum id facimus, quod vniuersa placet Ecclesiae, quam ipsarum Scripturarum commendat auctoritas.*

AD secundum, certum est Ioannem ibi prohibere corruptionem libri illius, non autem ne alij libri scribantur, aut alia dogmata tradantur, alioqui ipse secum pugnasset, qui iuxta Kemnitium in examine, pag. 102. scripsit Euangelium post Apocalypsim.

AD tertium, quo maxime Brentius, & Kemnitius nituntur, duplex solutio est, vtraque solida. Prior, quod Apostolus non loquatur de solo verbo scripto, sed de omni verbo, siue scripto, siue tradito. Non enim di-

cit, si quis euangelizauerit præter id quod scriptum, sed præter id quod euangelizauimus.

NEQUE obstant illa verba Augustini vel Basilij: illi enim non exponunt ex professione hunc locum, sed probant ex hoc loco, non licere quidquam asserere contrarium Scripturis: quod verissimum est. Cum enim Paulus loquatur in genere de prædicatione Apostolica, & illa partim sit scripta, partim non scripta, possumus inde rectè probare, non licere aliquid asserere contra scriptam prædicationem Apostolorum. Ex vniuersali enim negatione rectè ducitur argumentum ad negationem particularis: non tamen è contrario. Et similiter possumus ex hoc verbo Pauli argumentari contra eos, qui euangelizant contra traditiones Ecclesiæ iam receptas, etiam si ex Scripturis videantur euangelizare vt pulchrè docet Athanasius in lib. de incarnatione Verbi, & Cyrillus Athanasium citans lib. de recta fide ad Reginas, non procul ab initio.

ALTERA solutio est, quod per illud (præter) Apostolus intelligat contra: & proinde non prohibeat noua dogmata, & præcepta, modo non sint cõtraria iam traditis, sed prohibeat dogmata, & præcepta contraria, & aliena.

Id patet primo, quia Apostolus ipse multa alia postea docuit, & post hanc epistolam scriptis Ioannes Apocalypsim, & Euangelium suum.

SECUNDO, ex proposito Apostoli, agit enim contra eos, qui docebant seruanda esse legalia, cum ipse docuisset non esse seruanda, Igitur cum dicit, præter, intelligit contra.

TERTIO, ex alio loco, vbi Apostolus sic ytitur voce, præter. Nam Rom. vltimo: *Obseruate, inquit, eos qui dissensiones & offusculationes præter doctrinam quam accepistis, faciunt.* Quo loco adeo clarum est illud, præter, significare contra, vt Erasmus vterit contra. In vtroque autem loco eadem est vox Græca *παρά*.

QUARTO, ex Patrum expositione. S. Ambrosius exponit, *Si contra, S. Hieronymus, Si aliter, Chrysostomus, Oecumenius, & Theophylactus dicunt, Apostolum non dixisse, si contraria, sed si præterquam quod, &c.* vt indicaret, non solum eos anathematizari, qui aperte contraria toti doctrinæ docent, sed etiam eos, qui quomodo docunt siue aperte, siue oblique quilibet labefactant ex doctrina tradita.

SANCTVS Basilius summa morali 72. cap. 1. (quem locum pro se citauerat Kemnitius) docet ex hoc loco haberi, eos recipiendos, qui consona Scripturis tradunt, eos reiiciendos, qui aliena.

DENIQUE S. Augustinus lib. 17. contra Faustum cap. 3. exponit, contra, & tract. 89. in Ioanem sic loquitur: *Non ait plus quam accepistis, sed præterquam quod accepistis. Nam si illud diceret, sibi ipsi præiudicaret, qui cupiebat venire ad Thesalonicenses, vt suppleret, quæ illorum fidei defuerunt. Sed qui supplet, quod minus erat addit, nõ quod inerat tollit. Qui autem prætergreditur regulam fidei, non accedit in viam, sed recedit de via, &c.*

ARGUMENTVM secundum sumunt ab iis locis, quæ videntur indicare Scripturam sufficienter omnia continere, quæ duo sunt. Primus Ioan. 20. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus, quæ nõ sunt scripta in libro hoc, hæc autem scripta sunt, vt credatis, quod Iesus est Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* Vbi Ioannes indicat scripsisse non quidem omnia, sed ea, quæ sufficiebant. Si enim possumus vitam habere per ea, quæ scripta sunt, quid amplius quærimus?

CONFIRMAT Kemnitius ex tribus testimoniis veterum. Augustinus tract. 49. in Ioan. *Sanctus Euangelista testatur, inquit, multa Dominum Christum & dixisse, & fecisse, quæ scripta non sunt. Electa sunt autem, quæ scriberentur, quæ salutem credentium sufficere videbantur.* Idem August. lib. 1. de consensu Euangel. cap. vlt. *Quidquid, inquit,*

A *Christus de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum Apostolis tanquam suis manibus imperauit.*

CYRILLVS lib. 12. in Ioan. cap. vlt. *Non omnia, inquit, quæ Dominus fecit, conscripta sunt, sed quæ scribentes tam ad mores, quam ad dogmata putarunt sufficere, vt recta fide, & operibus, ac virtute ruilantes ad regnum colorum perueniamus.*

SECUNDO locus est, 2. Timoth. 3. *Omnis Scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Qui locus est Achillis Brenrij, & Kemnitij. Sic autem explicatur à Kemnitio. *Illud, omnis Scriptura, non significat quemlibet librum sacrum, sed totum corpus simul librorum canonicorum. Nam quod si quis in vtilis est ad docendum, arguendum, &c. Non potest conuenire vni alicui libro, si d. Iohannis Scripturæ simul.*

B ILLVD autem, vtilis est, non significat esse vtilem Scripturam eo modo, quo vtile distinguitur à necessario, & sufficienti, sed significat Scripturam esse factam tanquam medium ad perficiendum hominem Dei: quasi diceret Paulus, *Scriptura hunc habet vsum, ad hoc facta est, ad hoc dirigitur: quomodo dicimus, cibum esse vtilem ad alendum hominem: sine quo tamen vivere non potest.*

ILLVD verò, Ad docendum, arguendum, &c. explicat sufficientiam Scripturæ. Quatuor enim solum sunt necessaria homini Dei, id est, doctõri Christiano. Primo, vt possit docere doctrinam fidei. Secundo, vt possit refellere errores contra fidem. Tertio, vt possit docere doctrinam morum. Quarto, vt possit corrigere errantes circa mores: hæc autem omnia præstat Scriptura. Seruit enim ad docendum, id est, ad dogmata fidei: ad arguendum, id est, ad refutandos errantes de fide: ad erudiendum in iustitia, id est, ad docenda præcepta morum, ad corripiendum, id est, ad corrigendos errantes in moribus: ex quo concludit Paulus hominem Scripturis instructum esse perfectum, & aptum ad omne opus bonum.

C RESPONDEO ad primum, Ioannem in eo loco tantum loqui de miraculis Christi, ac dicere se scripsisse tantum aliqua miracula, nõ omnia, quia illa sufficiebant ad persuadendum mundo, Christum esse filium Dei: sic enim ait: *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, &c.* Ineptè autem Kemnitius, quæ de solis miraculis dicuntur, transfert ad omnia dogmata fidei, & morum præcepta.

PRAETEREA, Ioannes non loquitur, nisi de rebus à se scriptis, ergo si illæ sufficiunt, superflue erunt omnes aliæ Scripturæ.

D RESPONDET Kemnitius, Ioannem loqui de tota Scriptura. At refellit hoc mendacium Ioannes, qui ait: *Multa quidem & alia signa fecit Iesus, quæ nõ sunt scripta in libro hoc.* Quod verò additur, *hæc autem scripta sunt, &c.* non significat signa sola sufficere nobis ad salutem, sed illa ad hoc referri, & ordinari, & esse vnum ex medijs requisitis ad nostram salutem, etiam si solum non sufficiat.

AD illa loca Augustini & Cyrilli dico, eos Patres de solis dictis, & factis Christi loqui: ac propterea dicere eos voluisse scripta esse sufficienter, non omnia absolute, sed omnia dicta & facta Christi. Præter quæ dicta & facta, multa sunt alia necessaria, alioqui omnes historiae, & documenta Testamenti veteris, & ipsa Acta Apostolorum, & Epistolæ Petri, Pauli, Ioannis, Iacobi, & Iudæe superuacanea essent.

NEQUE hoc pugnat cum eo quod supra diximus, Scripturas non fuisse absolute necessarias, etsi enim necessaria est cognitio multarum rerum, quas Christus & Apostoli dixerunt, aut fecerunt, ea tamen cognitio, etiam sine Scripturis, sola traditione haberi potuisset, quamquam vtilissimum fuisse, vt præcipua capita scriberentur, nullo modo negandum sit.

ADDE, quod sine dubio Patres illi, ex dictis & factis

Christi non intelligunt esse scripta sufficienter omnia necessaria absolute, sed esse scripta sufficienter ea, quæ Apostoli scribenda esse putauerunt. Cum enim quædam scribenda essent, quædam sine scripto tradenda, ac præcipuè interpretatio, atque intelligentia Scripturarum: in libris sacris continentur sufficienter omnia, quæ scriptis mandanda erant, siue (vt Augustinus loquitur) quæ Christus legi voluit. Alia enim non legi in diuinis literis, sed ab Ecclesia accipi voluit, quæ tamen sicut etiam modo in Euangelio continentur, non quidem in particulari, sed in vniuersali, quia Euangelium monet, vt de rebus dubiis Ecclesiam consulamus.

AD alterum locum ex Paulo, potest in primis responderi eodem modo, quod nimirum Scriptura sufficienter instruat, & perficiat hominem Dei, quia multa expressè continet, & quæ non continet ostendit, vnde sint petenda.

DENDE dico, Paulum eo loco ne hæc quidem sufficientiam Scripturæ tribuere: quod ex duobus colligitur. Primo ex illo, *Omnis Scriptura.* Secundo ex illo, *vtius est.* Nam cum dicit omnis Scriptura, non solum toti corpori Scripturarum, sed etiam singulis libris tribuit eam laudè, quod vtilis sint ad docendum, arguendum, &c. & tamen fatetur Kemnitius non sufficere quemlibet librum sacrum.

QUOD autem ita sit, patet primo ex ipso modo loquendi. Nam iudicio omnium Latine scientium, quod dicitur de omni Scriptura diuinitus inspirata, dicitur de singulis libris qui sunt diuinitus inspirati.

SECUNDO ex eo quod cum hæc Epistola scriberetur nondum exstabat Apocalypsis, nec Euangelium Ioannis; & fortè aliquid aliud deerat ex corpore Scripturarum, nõ loquitur igitur de toto & solo corpore Scripturarum.

TERTIO ex Apostoli ratiocinatione: nam ex hoc principio vniuersali volebat concludere in particulari, Scripturam Testamenti veteris, quia diuinitus inspirata erat, vtilem fuisse ad docendum, arguendum, &c. Sic enim ait, *Ab infanzia sacras literas nosti* (id est, Testamentum vetus. Nam cum esset infans Timotheus, nondum exstabat Testamentum nouum, vt patet, & aduersarij admittunt) *quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu.* Vbi Apostolus paucis verbis tribuit Scripturæ Testamenti veteris id totum, quod paulò post multis verbis tribuit omni Scripturæ. Et ne Timotheus de eo dubitaret, probat Apostolus, subiungens, *Omnes Scripturæ diuinitus inspiratæ, &c.*

C NEQUE obstat quod Kemnitius obicit, non inueniri in quolibet libro has omnes utilitates: nam falsum est non inueniri. Nulla est enim pars Scripturæ breuior epistola secunda Ioannis, & tamen in ea videmus prædicari Christum esse verum Dei filium, quod est dogma fidei. Item videmus prædicari, vt diligamus alterutrum, quæ est doctrina morum. Præterea videmus aperte in ea scribi, esse Antichristos eos, qui dicunt Christum non venisse in carne, quod pertinet ad hæreticos refellendos. Postremo videmus reprehendi eos, qui dicunt hæreticis *Aur.* quod ad correctionem morum pertinet.

IAM verò illud (vtilis est) quantumuis à Kemnitio torqueatur, nunquam tamen significabit, sufficiens est. Ipse enim vt quomque probat, nõ deduci ex ea voce, quod Scriptura non sit sufficiens: sed nec deducitur, quod sit sufficiens, quod ei probandum erat. Sine enim dicas, Scriptura vtilis est ad hoc, siue hunc habet vsum, siue ad hoc refertur, & ordinatur, siue quilibet aliud simile, nunquam tamen significabis eam solum sufficere. Sicut etiam qui dicit, cibum vtilis est ad nutriendum hominem dicit quidem cibum ad hoc esse institutum, vt nutriat, sed non dicit sufficere solum cibum: nam si calor naturalis deficiat, aut aliquod instrumentum corporis ad nutritionem necessarium, cibum non nutrit.

ITAQUE Apostolus non dicit, solum Scripturam

A sufficere ad docendum, arguendum, &c. & proinde ad hominem perficiendum & absolouendum, sed tamen ad hæc omnia proficere, & iuuare.

ET quamuis ipse idem Apostolus non dicat non sufficere, tamen id colligimus ex aliis eius locis: vt ex illo 1. Cor. 11. *Cætera cum venero, disponam.* Et 2. Theff. 2. *Teneite traditiones siue per sermonem, siue per Epistolam, &c.* Et hoc etiam loco, licet non colligatur Paulum dixisse Scripturam non sufficere; colligitur tamen euidenter eum non dixisse, Scripturam solum sufficere, quia ipse tribuit has laudes cuiuslibet operi canonico, & scimus ex confessione etiam aduersariorum, non sufficere quodlibet opus canonicum, quia tunc alia essent superflua.

B ARGUMENTVM 3. ex locis, in quibus damnantur traditiones: Isa. 29. *In vanum colunt me docentes mandata & doctrinas hominum.* Math. 15. *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* Gal. 1. *Aemulatores existens patrum mearum traditionum.* Colof. 2. *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam secundam traditionem hominum.* 1. Tim. 1. *Ne intendas fabulis Iudaicis &c.* 1. Pet. 1. *Redempti estis de vana vestra conversatione patrum traditionis.* Hic damnantur traditiones, quas Iudæi iactabant se per manus accepisse à Mose, & Prophetis: ergo similiter damnatæ esse intelliguntur traditiones, quas nos dicimus à Christo & Apostolis ad nos deuenisse per manus Patrum.

RESPONDEO, Christum & Apostolos non reprehendere traditiones, quas acceperant Iudæi à Mose & Prophetis, quarum vna erat de ipsis libris canonicis, qui essent veri, & qui nõ essent, sed traditiones quas acceperant à quibusdam recentioribus, quarum aliqua inanes, aliquæ perniciose erant, & contra Scripturas.

NAM nec Christus aut Apostoli vnquam vocant eas traditiones Mosis, & Prophetarum: & aperte dicunt se loqui de illis, quæ cum Scripturis pugnant. Et præterea Patres veteres explicauerunt discretè quis fuerit auctor traditionum, quas Christus, & Apostoli reprehendunt.

IRENÆVS lib. 4. c. 25. & 26. disputat contra veteres hæreticos, qui putabant nomine traditionis à Christo & Apostolis reprehensarum intelligi legem Mosis, & docet, non Mosis legem, sed recentiorum seniorum traditiones legem corrumptas, à Christo & Apostolis reprehendi.

EPIPHANIUS in hæresi Ptolemæi, docet traditiones Iudæorum fuisse quatuor expositiones librorum sacerorum. Primam Mosis, & eam non reprehendi. Secundam R. Akibam. Tertiã R. Iudã. Et quartam filiorum Asamoni, atque has esse, quæ reprehenduntur à Domino.

HERONIMVS in caput 8. Isaia, & in c. 3. epist. ad Titum, & in epist. ad Algasiam, quæst. 10. docet traditiones Iudaicas, quas Dominus reprehendit, initium habuisse à Sammai, Killel, Achiba, & quibusdam aliis, qui paulò ante ortum Saluatoris existerant, & legem non tam exposuerant, quam corruerant; quas traditiones ipsi *Neotopos* vocant.

DE quibus exstat in iure ciuili constitutio quædam Iustiniani, quæ est 146. Nouel. in hæc verba, *Quæ demeritis quasi secundaria traditio ab ipsis dicitur, in vniuersum inuercimus, vt quæ sacris libris comprehensa non sit, neque desuper tradita per Prophetas, sed excerpta quædam virorum contineat, qui terrena dumtaxat loquuntur, nec quidquam diuini in se habeant numinis.* Porro ex his fontibus descenderunt fabulæ, quæ nunc sunt in Talmud, & in omnibus libris ferè Rabbiorum. Sed nihil hæc ad traditiones nostras, quæ Christum & Apostolos auctores habent, & Scripturis diuinis consonæ sunt.

CAPVT VNDECIMVM.

Soluntur obiectiones ex Patribus.

VNC ad ea testimonia, quæ ex Patribus adferunt, respondendum est. Kemnitius igitur primo producit Irenæum libro 3. cap. 1. vbi



si loquitur. Non enim per alios, inquit, dispositionem salutis cognouimus, quam per eos, per quos Euangelium peruenit ad nos. Quod quidem tunc preconauerunt, postea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ futurum. Eadem igitur, inquit Kemnitius, scripserunt omnia Apostoli, quæ prædicauerunt uia uoce.

RESPONDEO, Irenæum non dicere nihil aliud Apostolos prædicauisse, quam quod scripserunt: sed solum scripsisse Euangelium, quod antea prædicauerant, quod est verum, & non contra nos. Sed etiam si diceret Irenæus Apostolos omnia scripsisse, quæ prædicauerunt nihil diceret aduersus sententiam nostram. Sunt enim duo diligenter notanda, tum ad hunc locum Irenæi, tum ad alia multa aliorum veterum intelligenda.

PRIMUM est, quædam in doctrina Christiana tam fidei, quam morum, esse simpliciter omnibus necessaria ad salutem, qualis est notitia articulum Symboli Apostolici: item cognitio decem præceptorum, & nonnullorum Sacramentorum. Cætera non ita necessaria sunt, ut sine eorum explicita notitia, & fide, & professione homo saluari non possit, modo promptam habeat voluntatem ea suscipiendi; & credendi, quando sibi fuerint legitime per Ecclesiam propolita.

Hæc distinctio ex eo colligitur, quod sine notitia, & fide mysteriorum primi generis, nemo adultus admittitur ad Baptismum: sine notitia autem, & fide saltem explicita posteriorum, ordinatè admittuntur. Act. 2. post vnum Petri sermonem, quo docuerat præcipua capita fidei de Christo, baptizati sunt vno die homines ad tria millia, qui sine dubio nihil aliud nouerant, nisi illa necessaria, & ideo subditur, quod post Baptismum erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, id est, discabant, quæ nondum audierant de mysteriis Christianis.

SIC Paulus cum Thessal. in numero Sanctorum haberet, & fidem, atque charitatem eorum miris laudibus extolleret, tamen 1. Thess. 3. dicit. *Orantes, ut videamus faciem vestram, & compleamus, quæ desunt fidei vestre.*

NOTA secundo, ea quæ sunt simpliciter necessaria, Apostolos consueuisse omnibus prædicare; aliorum autè non omnia omnibus, sed quædam omnibus, quæ nimirum omnibus vtilia erant, quædam solis Prælati, Episcopis, & Presbyteris, ut de ratione gubernandæ Ecclesiæ, de Sacramentis administrandis, de refellendis hæreticis, &c. sicut etiam modo alia disputatur in scholis inter doctos, alia explicantur in concione populari. Sic Act. 10. Apostolus seorsim instruit Episcopos Asiæ. Sic 1. Cor. 2. sapiëntia loquitur inter perfectos. Sic 2. Tim. 2. *Hæc, inquit, commenda fidei vobis hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Sic Irenæus lib. 4. cap. 43. dicit Apostolos cum Episcopatu tradidisse successoribus charissimam scientiæ.

HIS notatis, dico illa omnia scripta esse ab Apostolis, quæ sunt omnibus necessaria, & quæ ipsi palam omnibus vulgo prædicauerant: alia autem non omnia scripta esse. Cum igitur Irenæus ait Apostolos scripsisse, quæ prædicauerant in mundo, verum est, & non contra traditiones, quia non prædicauerunt populis omnia, sed solum ea, quæ illis necessaria, vel vtilia erant, cætera seorsim perfectioribus tradiderunt.

SECUNDO profert Origenem, in cap. 3. ad Rom. in Matth. hom. 25. in Ezechiel. hom. 7. in Hierem. hom. 1. ubi dicit, oportere nos de rebus diuinis non loqui ex proprio sensu, sed omnia confirmare Scripturæ testimoniis. *Necesse nobis est, inquit, Scripturas sanctas in testimonium vocare. Sensus quippe nostri, & enarrationes sine his testibus non habent fidem.*

RESPONDEO. Loquitur Origenes de obscurissimis quæstionibus, quales ut plurimum non sunt illæ, quæ testimonium habent traditionis in tota Ecclesia receptæ. Alioqui enim disertè asserit Origenes hom. 5. in Nume-

ros, plurima in Ecclesia seruari, & ab omnibus necessariò seruanda esse, cum nulla exsent de illis testimonia.

TERCIO producit in testem Constantinum Imperatorem, qui in Concilio Nicæno, teste Theodoro lib. 1. cap. 7. sic ait; *Euangelii, & Apostolici libri, & antiquorum Prophetarum oracula planè instruant nos, quid de rebus diuinis sentiendum sit. Proinde hostili posita discordia, ex verbis diuinitus inspiratis sumamus quæstionum explanationes.*

RESPONDEO, non esse hoc testimonium tanti faciendum, quanti Caluinus & Kemnitius illud faciunt. Erat enim Constantinus Magnus Imperator, sed non magnus Ecclesiæ doctor, præsertim cum secundum opinionem nouorum hæreticorum, & antiquorum Arianorum, Constantinus eo tempore nondum fuerit baptizatus, & proinde non nouerit arcana religionis.

SED admissa auctoritate Constantini, dico eorum omnium dogmatum, quæ ad naturam Dei pertinent, exstante in Scripturis testimonia, & posse nos circa ea dogmata plenè, & planè instrui ex Scripturis, si eas rectè intelligamus: verum tamen sensum Scripturarum pendere ex traditione Ecclesiæ non scripta.

QUOcirca Theodoretus, qui lib. 1. c. 7. narrauerat hanc orationem Constantini, idem c. 8. refert prolata fuisse vtrinque Scripturas; & cum ex iis non conuincerentur Ariani, eo quod easdè Scripturas aliter exponerent, quam Catholici, damnatos eos fuisse ex sermonibus non scriptis, piè tamen intellectis: cui damnationi Constantinum assensum esse nemo vnquam dubitauit.

PROFERT quarto Athanasium, qui in lib. contra gentes, siue contra idola, in ipso initio. *Sufficiunt, inquit, sanctæ ac diuinitus inspiratæ Scripturæ ad omnem instructionem veritatis.*

RESPONDEO, illud (omnem) de suo adiecit Kemnitium: nam Athanasius non habet, nisi ad veritatis indicationem. Loquitur enim ibi non de omnibus dogmatibus, sed solum de duobus, quæ sunt argumenta duorum librorum, quos ad Macharium scribit; videlicet, quod idola non sint Dij, & quod Christus sit verus Deus, & similiter homo, quæ duo habent in Scripturis expressa testimonia. Præterea Athanasius ibidem addit, Scripturas quidem sufficere ad indicationem veritatis horum duorum dogmatum: tamen non sine explanatione sanctorum Patrum: quorum libri cum non faciliè ab omnibus haberi possint, dicit se velle scribere de his rebus, quas à maioribus ipse didicerit.

PROFERT quinto Basilium in serm. de fidei confessione: ubi sic loquitur. *Infidelitatis argumentum fuerit, & signum superbiæ certissimum, si quis eorum quæ scripta sunt, aliquid velit reicere, aut eorum quæ non scripta sunt, introducere. Et similia habet in summa morali 72. cap. 1. & summa 80. capite 22.*

RESPONDEO. Loquitur Basilium de iis, qui addunt ad Scripturæ dogmata aliqua alia contraria, & aliena, Scripturisque repugnantia. Nam in eodem sermone de confessione fidei dicit, se contra hæreticos disputantem sæpe vsum esse sermonibus non scriptis, tamen cum Scripturis consentientibus; & Apostolum quoque non solum scripturis, sed etiam ex Philosophis testimonia accepisse, quando illa non erant contraria Scripturis.

ADDO etiam de iis quoque Basilium loqui, qui non contenti vocibus scriptis, ex proprio capite alias inueniunt: id enim superbiæ signum est certissimum. Itaque agit de traditionibus, quæ excogitantur à priuatis hominibus, non de iis, quas ab Apostolis Ecclesia per successiones Episcoporum accepit.

ALIVM locum asserit ex epist. 80. ubi Basilium ait. *Non putamus æquum esse, ut quæ apud illos obtinuit consuetudo, pro lege, & canone habeatur restæ doctrine. Stemus itaque arbitratui à Deo inspiratæ Scripturæ.*

RESPON

RESPONDEO. Omisit Remnitius verba, quæ erant in medio, & contra illum faciebant. Erat enim tunc quæstio, an dicendum esset, esse in Deo tres hypostascs, & vnã naturam. Aliqui dicebant, non esse sic dicendum, & proferebant pro argumento consuetudinem suæ regionis, ubi talibus verbis nemo vteretur. Quibus respondit Basilium, qui contrarium sentiebat, in aliis regionibus esse consuetudinem, ut dicerent in Deo tres hypostascs, & vnã naturam, & ideo si nolent ipsi acquiescere huic consuetudini, non esse etiam æquum, ut ipsi suam aliam consuetudinem vellent esse regulam, sed starent vtrique iudicio Scripturæ, quam nemo reicere potest.

Hic igitur vides, in primis non agi de traditione in tota Ecclesia recepta, sed de particularibus consuetudinibus. Deinde Basilium ideo prouocasse à consuetudine ad Scripturas, quia ex consuetudinibus contrariis nihil certi statui poterat.

SEXTO profert Chrysostomum hom. 1. in Matth. hom. 3. in 2. ad Thessal. & hom. 13. in Genes. ubi Chrysostomus dicit, Scripturam esse vtilem, & clarã in rebus necessariis. Sed quorum hæc?

DEINDE profert eiusdem testimonium ex homil. 49. in Matth. ubi exponens illud ca. 24. *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes.* Dicit tempore hæresum non esse vllam rationem inueniendæ veritatis, nisi lectione Scripturarum. Sed hoc testimonium non est Chrysostomi, sed auctoris operis imperfecti, qui vel fuit Arius, vel certè opus eius ab Arianis multis in locis deprauatum est. Nam hom. 48. hæreticos vocat homouianos, & hom. 49. contra eosdem ferè semper loquitur, & propterea totus hic locus tanquam ab Arianis insertus, & quibusdam codicibus nuper emendatis sublatus est.

ALIVD profert testimonium Chrysost. ex hom. in Psal. 95. circa finem. *Si quid dicatur absque Scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc ammens, nunc hæsitant: verum ubi ex Scriptura diuina vocis produit testimonium, & loquentis sermonem, & audientis animum confirmat.*

RESPONDEO, cum in verbis immediatè præcedentibus Chrysostomus dixerit (*Neque enim oportet quidquam dicere sine testibus, solaque animi cogitatione*) intelligere debemus, eundem, cum continuò subiungit (*si quid dicatur absque Scriptura*) subintelligi voluisse, sed sola animi cogitatione. Itaque sensus verborum eius is est, ut si quid dicatur ex propria inuentione, non ita faciliè persuadetur, atque fieret, si quod dicitur, Scripturæ testimonio confirmari posset.

ALIVD profert eiusdem ex homil. 13. in secundam epist. ad Cor. *Cum habeamus omnium exactissimam vritinam, gnomonem, & regulam, diuinarum legum asseritionem, oro vos omnes, ut relinquatis, quid huic, vel illi videatur, & de his à Scripturis hæc omnia inquirite.*

RESPONDEO. Non loquitur de dogmatibus fidei, aut morum obscuris, sed de opinione carnalium, qui anteponunt opes paupertatis; cū Scripturæ apertissimè doceant paupertatem esse longè vtiliorem ad salutem. Itaque Chrysostomus nihil hic aliud dicit, quam magis credendum esse Scripturis in hac parte, quam hominū opinionem.

VLTIMO profert eiusdem Chrysostomi testimonium ex comment. in cap. 22. Matth. *Quidquid queritur ad salutem, totum iam impletum est in Scripturis.*

RESPONDEO. Loquitur Chrysostomus, de remediis vitiorum, ac docet nullum esse vitium, ad quod sanandum non inueniatur in Scriptura aliquod remedium. Quod etiam docet Basilium oratione in primum Psalmum. Sed quid hæc valent contra traditiones?

SEPTIMO profert Epiphanium, qui hæret. 61. ait *Nos vniuersis quæ quæstionibus inuentionem non ex propriis ratiocinationibus dicere possumus, sed ex Scripturarum consequentia.*

RESPONDEO. Non dicit Epiphanius, ex Scriptu-

rarum consequentia solum, alibi autem clarissimè dicit, ut supra ostendimus, non omnia à Scriptura accipi posse, & ideo necessariam esse traditionem.

OCTAVO profert Cyrillum, qui libro de recta fide ad reginas sic ait. *Necessarium nobis est diuinas sequi literas, & in nullo ab earum præscripto discedere.*

RESPONDEO. Non dicit non licere aliquid dicere, quod in Scripturis non habeatur; sed non licere contra Scripturas dicere. Hoc enim est non discedere à præscripto Scripturarum, quod quidem & nos libenter amplectimur, nec enim traditiones cum Scriptura pugnantibus vnquam defendimus.

ITEM profert illud eiusdem ex hom. 5. in Leuit. *Ego puto in hoc biduo duo Testamenta posse intelligi, in quibus liceat omne verbum, quod ad Deum pertinet, requiri & discuti, atque ex ipsis omnem verum sententiam capi. Si quid autem superfluerit, quod non Scriptura diuina decernat: nullam aliam debere tertiam Scripturam ad auctoritatem seueritæ suscipi.*

RESPONDEO. Primo, homilias illas in Leuiticum non esse B. Cyrilli, sed Origenis, vel nescio cuius alterius, qui passim literam destruit, ut mysticos sensus ex capite suo statuat. Proinde homilias illas non esse magnæ auctoritatis. Adde, quod in eo ipso loco auctore homilias non excludit verbum Dei non scriptum: sed solum tertiam Scripturam, id est, humanam Scripturam, quæ se pro diuina venditare velit.

PROFERT nono Theophilum lib. 2. Paschali; qui sic ait, *Diabolici spiritus est aliquid extra Scripturarum sacrarum auctoritatem putare diuinum.*

RESPONDEO. Loquitur de libris apocryphis, qui pro diuinis à quibusdam supponebantur. Ineptum autem est, ne quid grauius dicam, quæ de vna re dicuntur, torquere ad aliam.

PROFERT decimo Apollinarem, qui apud Euseb. lib. 5. hist. c. 15. dicit, se longo tempore distulisse scribere contra Montani hæresim, ne videretur quibusdam aliquid addere Euangelico Dei verbo.

RESPONDEO. Primo, ista verba non in omnibus codicibus inueniri. Secundo, non dicere eum auctorem, Euangelico verbo scripto. Tertio, intelligere additionem noui dogmatis contrarij: nam ibidem accusat Montanum, quod non seruauerit doctrinam, quam Ecclesia ex traditione, & successione Episcoporum ab Apostolis acceperat.

PROFERT II. Tertull. qui lib. contra Hermogenem, Adoro, inquit, *Scripturæ plenitudinem. Scriptum est, docet Hermogenis officina. Si non est scriptum, timeat: vā illud, adiciētibz, vel detrabētibz deliniam.*

RESPONDEO. Loquitur Tertullianus de vno dogmate tantum, quod scilicet Deus creauerit omnia ex nihilo, non ex præiacente materia, ut Hermogenes somniabat. Et quoniam hoc dogma apertissimè continetur in Scripturis, dicit Tertullianus, se adorare Scripturæ plenitudinem, quātum ad hoc dogma; & addit, Hermogenem, qui addebat ad Scripturam dogma contrarium, & repugnans ipsi Scripturæ, incidere in illam maledictionem qua prohibemur nihil addere, aut detrachere Scripturæ, ita ut veritas eius immutetur.

PROFERT duodecimo Cyprianum, qui sic loquitur in Epist. ad Pompeium. *Vnde est, inquit, ista traditio? vtrum de Dominica, & Evangelica auctoritate descendens, an de Apostolorum mandatis, atque epistolis veniens? Ea enim faciēda esse, quæ scripta sunt, testatur Deus, & proponit ad Iosue dicens; Non recedet liber legis huius ex ore tuo. Si igitur aut in Euangelio præcipitur, aut in Apostolorum epistolis, & actibus continetur, obseruetur etiam hæc sancta traditio, &c.*

RESPONDEO, Cyprianum hæc scripsisse, cum errorem suum tueri veller, & ideo non mirum: si more

H 4

errantium tunc ratiocinaretur. Quare S. Augustinus lib. 5. contra Donatistas cap. 23. & sequentibus, hanc Epistolam merito refellit. Præterea et si Cyprianus illam vnam traditionem de Baptismo reiecit, quia contra Scripturas esse putabat, tamen non propterea reieci volebat alias, quæ et si in Scripturis non sint, tamen cum Scriptura non pugnant.

DECIMOTERTIO profert illud celebre dictum Hieronymi in caput primum Epistolæ ad Titum. *Sine auctoritate Scripturarum garrulitas non habet fidem.* Et illud in cap. 23. Matth. *Quod de Scripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Et illud in c. 1. Aggei. *Quæ absque auctoritate, & testimoniis Scripturarum, quasi traditione Apostolica sponte reperiunt, atque confingunt, percutit gladius Dei.* Denique illud ex commentario in Psalm. 86. in illud: *Dominus narrabit in Scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.* Vide, inquit, quid dicat, qui fuerunt, non qui sunt, ut exceptis Apostolis, quidquid postea aliud dicitur, abscondatur, non habeat auctoritatem.

RESPONDEO ad primum, deprauatum esse locum à Kemnitio, sic enim Hieronymus habet: *Sine auctoritate Scripturarum garrulitas non habet fidem, nisi viderentur peruersam doctrinam, etiam diuinis testimoniis roborare.* Non ergo vocat garrulitatē quod profertur extra Scripturam, sed dicit, homines garrulos non inuenire fidem apud illos, nisi suos errores ex Scripturis confirmare nitantur: quod maximè quadrat in hæreticos.

AD secundum dico, illud etiam non fideliter citatum, nam Hieronymus non dixit vniuersaliter, quod de Scripturis auctoritatem non habet, &c. Sed loquens de particulari quadam sententia, qua quidam nitentur ex libro apocrypho probare Zachariam, quem Iudæi occiderunt inter templum & altare, fuisse Zachariam patrem Ioannis Baptistæ, ait: *Hoc quia de Scripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Et sensus est, quia hæc sententia probatur ex libro apocrypho, non ex canonico, facillè contemnitur.

AD tertium patet solutio: solum enim agit contra illos, qui confingunt aliquid, & tamen videri volunt suum figmentum Apostolicam traditionem esse.

AD vltimum dico, reicere eo loco Hieronymum ea, quæ sunt aliena à doctrina Apostolica, id est, contraria & repugnantia Scripturis.

VLTIMO profertur Augustini testimonia. Ac primum illud ex lib. 2. de doctrina Christiana, c. 9. *In his inquit, quæ aperte posita sunt in Scriptura, inueniuntur illa omnia quæ continent fidem, morisque viuendi.*

RESPONDEO. Loquitur de illis dogmatibus, quæ necessaria sunt omnibus simpliciter, qualia sunt, quæ habentur in Symbolo Apostolico, & in Decalogo. Idem Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis & remiss. cap. vltimo: *Credo, inquit, quod etiam hinc diuinorum etoquiorum clarissima auctori, as esset, si homo illud sine dispensatio promissis saluis ignorare non posset.* At præter ea multa sunt alia, quæ sola traditione habentur, ut supra ostendimus ex multis locis Augustini.

ITEM secundo illud ex lib. 3. contra literas Periliani, cap. 6. *Si quis sine de Christo, sine de eius Ecclesia, sine de quacunque alia re, quæ perinet ad fidem, vitamque nostram, non dicam, si nos, sed quod Paulus adiecit, si Angelus de celo vobis annuntiauerit præterquam quod in Scripturis legalibus & Evangelicis accepistis, anathema sit.*

RESPONDEO. Iam supra ostendimus ex Augustino Tract. 98. in Ioannem, illud Præterquam, significare, contra quam.

TERTIO, profert loca quædam ex libro 19. ciuitatis Dei, cap. 18. Tract. 2. in epist. Ioan. epist. 163. ex lib. de pastoribus, cap. 14. & lib. 6. confess. cap. 5. sed in his locis nihil est prorsus contra traditiones. solum enim dicit B.

AUGUSTINUS, ex Scripturis probanda esse dogmata, quando testimonia Scripturæ habentur: & credendum esse Scripturæ nihil esse dicendum contra Scripturas, & similia quæ sunt verissima, sed frustra adferuntur contra traditiones, vel pro Scripturæ sufficientia, cum nullo verbo tale aliquid Augustinus in illis locis indicauerit.

QUARTO, illud profert ex lib. de bono viduitatis, c. 1. *Quid amplius te doceam, quam id, quod apud Apostolum legimus: Sancta enim Scriptura nostræ doctrinæ regulam figit, ne audeamus sapere plusquam oportet, non sit ergo tibi aliud te docere, nisi verba tibi doctoris exponere.*

RESPONDEO. Loquitur Augustinus non de omni dogmate, sed solum de professione viduitatis, quod quale bonum esset, satis exposuerat Apostolus 1. Cor. 7. & idem dicit Augustinus, satis sibi esse, si exponat verba Apostoli. Quod autem generaliter Augustinus ponit, Scriptura nostræ doctrinæ regulam fugit, ne audeamus sapere plusquam oportet; contra illos dictum est, qui ex proprio iudicio fingunt nouas doctrinas, quæ Scripturis consonæ non sunt.

QUINTO, illud ex lib. 3. contra Maximinum, cap. 14. *Sed nunc nec ego Nicenum, nec tu debes Ariminense, tanquam præiudicatus proferre Concilium. Nec ego huius auctoritate, nec tu illius detineris: Scripturarum auctoritatibus non quorumcumque propriis, sed vrisque communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertes. Item in Pal. 57. *Afferantur de medio chartæ nostræ, procedat in medium codex Dei: audi Christum dicentem, audi veritatem loquentem.* Similia habentur lib. de vnitæ Ecclesiæ, cap. 3. 6. 10. & 16.*

RESPONDEO. In primis videri quidem in his locis dici aliquid contra Concilia, sed non contra traditiones at nec contra Concilia aliquid ab Augustino doceri, facillè possumus ostendere. Nam certum est, Augustinum non voluisse remoueri Concilia ab his disputationibus, & solas Scripturas recipi, quod non crederet, maximam esse legitimorum Conciliorum auctoritatem; sed duplici de causa. Primo, ut expeditius ageret. Si enim voluisset ex Concilio argumentum sumere, debuisset prius probare Concilia esse recipienda, quod nimis longū erat. Et hæc ratio præcipuè locum habebat contra Arianos, qui nullo modo admittebant Concilium Nicenum.

ALTEIRA ratio est, quia in illis questionibus, quæ tunc erant extabant in Scriptura clarissima testimonia, quæ sine dubio anteposenda sunt omnibus Conciliorum testimoniis. Et hæc ratio præcipuè locum habet contra Donatistas in questione de Ecclesia, alioqui idem Augustinus in epistola 118. 162. 165. 166. & in libro de Baptismo, sæpe vrget Concilia & traditiones; immò etiam responso Pontificum & Imperatorum.

SEXTO, profertur illud ex lib. 2. de peccatorum mer. & remiss. c. 36. *Vbi de re obscurissima disputatur: non adiuuantibus diuinorum Scripturarum certis clarisque documentis, cohibere se debet humana præsumptio nihil faciem in alteram partem declinando.*

RESPONDEO. Loquitur de questionibus obscurissimis, qualem esse putabat ipse de origine animarum, ad quas diffiniendas non supererunt vlla firma testimonia, sed solum coniecturæ aliquæ ex diuinis literis.

AT nihil hoc ad traditiones, quæ totius Ecclesiæ & omni veterum consensu firmantur: quod argumentum grauissimum esse passim docet Augustinus, & præsertim lib. 1. contra Cresconium, c. 33. vbi dicit, *Scripturæ veritatem à nobis teneri, quando facimus quod vniuersæ Ecclesiæ placet, etiam si nihil de ea re scriptum legamus.*

SEPTIMO, illud ex libro de catechizandis rudibus, cap. 3. 6. vbi docet Augustinus, proponendam Catechumenis summam breuem doctrinam ex Scripturis, quam cum illi crederet se dicent, & velle obseruare promittet, baptizandi sunt. Hinc enim efficere vult Kemnitius,

fuffi

sufficere Christiano, quæ habentur in Scripturis.

RESPONDEO, id quidem sufficere, vt quis possit baptizari, non autem sufficere Ecclesiæ Dei absolute: Alioqui possumus etiam concludere sufficere Ecclesiæ Symboli Apostolorum, & reliqua omnia esse superflua.

Hæc sunt ergo testimonia veterum ab hæreticis citata, in quibus tria notanda sunt; vnum, duplo esse pluræ ea, quæ nos citauimus in contrarium; alterum nostra testimonia expressè docere de traditionibus non scriptis recipiendis, adeo vt hæretici cum id negare non possent passim verterentur ad blasphemias: Tercium autem ab eis adducta, non propriè ad traditiones pertinere, sed per malas consequentias eò tandem ab aduersariis detorqueri.

POSTREMUM est, aduersarios euidetia testimoniorum conuictos, aliquando fateri, à quibusdam Patribus traditiones esse defensas: nos autem adigi non posse, vt admittamus, ab vilo Patrū oppugnatas traditiones fuisse.

CAPVT DVODECIMVM.

Soluntur rationes aduersariorum.

SUPEREST tertium genus argumentorum, quod dicitur à ratione. Igitur prima ratio est, quia videtur impossibile, potuisse conseruari traditiones non scriptas: cum plurima semper fuerint impedimenta, obliuio, imperitia, negligentia, peruersitas, quæ nunquam desunt in genere humano. Ex quo etiam factum esse videmus, vt dogmata Lycurgi, Pythagoræ, & similibus, qui docebant, & non scribebant, penitus interierint.

RESPONDEO, non solum non esse impossibile, traditiones conseruari, sed etiam esse impossibile non conseruari, nam cura ista non incumbit præcipuè hominibus, sed Deo qui Ecclesiam regit. Sicut ergo Deus conseruauit veram Ecclesiam vsque ad hanc diem, contra tor persequutiones Imperatorum, Philosophorum, Iudæorum, Hebræorum: & sicut potuit conseruare traditiones ab Adam vsque ad Moysen per duo annorum millia; & deinde Scripturas à Moysè vsque ad hoc tempus per tria millia annorum, & amplius, ita potuit sine dubio conseruare traditiones à Christo vsque ad nos per M. D. annos, præsertim cū præter Dei prouidentiam quæ est præcipua causa, sint alie quatuor causæ adiuuantes.

PRIMA est Scriptura. Est enim non sint scriptæ traditiones in diuinis literis, sunt tamen scriptæ in monumentis veterum, & in libris Ecclesiasticis.

SECUNDA est vltus continuus: pleraque enim traditiones sunt in continua obseruatione, vt ritus Sacramentorum administrandorum, dies festi, ieiuniorum tempora, celebratio Missæ, & officiorum diuinorum, & alia generis eiusdem. Vt ergo conseruantur lingue vulgares etiam si nullæ quandoque extant Grammaticæ propter continuum vsum, vt lingua Hebræica, quæ cōseruata est vulgaris in populo Dei ab Adam vsque ad captiuitatem Babylonis, per tot millia annorum, ita etiam sine vlla Scriptura, vlt conseruari possent eiusmodi traditiones.

TERTIA causa, sunt monumenta quædam externa, quæ ad longissimum tempus durant, vt templa antiquissima, & in iis altaria, sacri fontes, memoriæ Sanctorum, cruces, imagines, libri Ecclesiastici, & similia.

BALEOLI in Flandria anno M. D. LXXI. narrauit mihi, cū fortè ad ea loca uisisset, pastor eius loci, quod cum minister hæreticus persuasisset populo altari lapideorum erectionem esse nouum inuentum, & vix centum annorum: cæperunt ciues altaria demoliri: sed cum essent in opere, aduerterunt literas quasdam antiquissimas incisas esse in vno eorum altarium, quibus notabatur annus, quo altare illud dedicatum fuerat: ex illa autem notatione intellexerunt, altare illud fuisse erectum multo tempore, & ni fallor, aliquot centuriis annorum ante illud tempus, quod dixerat hæreticus altaria incæpisse. Ita

lapideum monumentum hæreticum confudit, & traditionem Ecclesiasticam conseruauit.

QUARTA causa, est hæresis. Deus enim mirabiliter vitur hostibus Ecclesiæ ad Ecclesiam conseruandam, quia enim singulis ætatibus orti sunt noui hæretici, qui diuersa dogmata Ecclesiæ oppugnant, ideo etiam singulis ætatibus exstiterunt homines docti, qui vt hæreticis resisterent, diligenter inuestigarunt doctrinam Ecclesiæ, & traditiones antiquas, & magna diligentia eas posteris commendarunt. Quemadmodum qui diu pacificè possidet bona sua, facillè amittit instrumenta & literas, quibus continetur, vnde illa bona ad eum peruenirent & quo iure bona illa possideat. At qui semper litigat, diligentissimè illa custodit, nec excidere vlla ratione patitur.

ARGUMENTVM secundum. Literæ diuinæ scriptæ sunt, vt habeamus regulam & normam fidei & morum, vt Augustinus docet lib. 19. ciuit. Dei, cap. 18. & lib. 11. contra Faustum, cap. 5. At Dei perfecta sunt opera, igitur Scriptura est regula perfecta, & adæquata fidei nostræ. Igitur quicquid est in Scriptura, est de fide, & quicquid non est in Scriptura, non est de fide: igitur sola Scriptura est necessaria, & sufficiens ad fidem conseruandam.

RESPONDEO ad maiorem propositionem dupliciter. Primo, Scripturæ finem proprium, & præcipuum non fuisse, vt esset regula fidei, sed vt esset communitorium quoddam vtile, ad conseruandam, & fouendam doctrinam ex prædicatione acceptam.

QUOD non sit finis præcipuus Scripturæ, vt sit regula fidei, probatur: Nam tunc continere deberet omnia, & sola illa, quæ ex se ad fidem pertinent, sicut videmus factum esse in Symbolo, quod verè dicitur, & est compositum, vt sit breuis quædam regula fidei. At in Scripturis plurima sunt quæ ex se non pertinent ad fidem, id est, quæ non ideo scripta sunt, quia necessariò credenda erant, sed necessariò creduntur, quia scripta sunt, vt patet de omnibus historiis Testamenti veteris, de multis etiam historiis Euangelij, & Actuum Apostolorum, & de salutationibus Pauli in epistolis, aliisque id genus rebus.

QUOD autem multa sint credenda, quæ non sunt in Scripturis, supra copiosè ostensum est; igitur finis Scripturæ præcipuus non est, vt sit regula fidei, sed vt variis documentis, exemplis, adhortationibus, nunc terrendo, nunc instruendo, nunc mirando, nunc consolando adiuuet nos in hac peregrinatione. Hinc enim est, quod Scriptura non est vnū opus continuum, quale esse deberet regula fidei, sed continet varia opera, historias, conciones, vaticinia, carmina, epistolas, &c. Quæ finè expressit Paulus Rom. 15. *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.* Et 2. Petr. 1. *Iustum arbitror, quam diu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in communiōne.* Et cap. 3. *Hanc ecce secundam vobis scribo epistolam, in quibus excitō in communiōne vestram sinceram mentem, &c.*

DICO secundo, Scripturam, et si non est facta præcipuè vt sit regula fidei, esse tamen regulam fidei, non totalem, sed partialem.

TOTALIS enim regula fidei, est verbum Dei, siue reuelatio Dei Ecclesiæ facta, quæ diuiditur in duas regulas partiales, Scripturam & traditionem. Et quidē Scriptura, quia est regula, inde habet, vt quidquid continet, sit necessariò verum & credendum, & quidquid ei repugnat, sit necessariò falsum & repudiandum: quia verò non est regula totalis, sed partialis, inde illi accidit, vt non omnia mensuret, & propterea aliquid sit de fide, quod in ipsa non continetur. Et hoc modo intelligi debent beati Augustini verba: nusquam enim dicit, Scripturam solum esse regulam, sed dicit Scripturam esse regulam, ad quam examinari debent scripta veterum Patrum, vt ea recipiamus quæ Scripturæ consona sunt; illa reiciamus quæ Scripturæ aduersantur.

ARGV

ARGUMENTVM tertium sumunt ex incommodo quod secum ferunt traditiones. Si enim aperitur hæc porta, vt dicamus esse recipienda dogmata aliqua, quæ nullo Scripturæ testimonio probari possunt, dabitur occasio multis fingendi & introducendi in Ecclesiã multa falsa sub nomine traditionis. Nam videmus, olim etiam sanctissimos viros hoc modo fuisse deceptos. Papias enim ex traditione fertur docuisse regnum Christi futurum mille annorum post resurrectionem hic in terris, cui fidem habuerunt Irenæus, Tertullianus, Lactantius aliique permulti. Vide Eusebium lib. 3. hist. cap. 39.

PRÆTEREA Irenæus lib. 2. c. 39. & 40. ex traditione docet, Christum anno ætatis suæ quinquagesimo aut circiter, passum esse: è contrario verò Tertullianus lib. contra Iudæos, c. 4. & Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum docent Christum annò XXX. ætatis suæ esse passum, quæ omnes traditiones falsæ sunt.

RESPONDEO. Primò, si quid valeret hoc argumentum, non solù traditiones, sed etiam Scripturæ reiiciendæ essent. Nam multi etiam libri falsi & perniciosi ornati fuerunt olim titulo librorum canonicorum, Petri, Pauli, Bartholomæi, atque aliorum Apostolorum, vt patet ex Gelasio in Concilio septuaginta Episcoporum, ex Hieronymo in lib. de viris illustribus, in Luca. Quocirca etiã 2. Thess. 2. Paulus ait: *Ne terramini, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquam per nos missam.* Quia nimirum & sermones viua voce, & epistolas scriptas nomine verorum Apostolorum promulgabant falsi Apostoli.

PRÆTEREA Papias errorem illum suum de mille annis non tam ex traditione non scripta, quam ex Scriptura malè intellecta Euangeliorum, & Apocalypsis desumpsit, vt Hieronymus docet in c. 49. Iaiæ & in c. 19. Matth. Irenæus quoque ex traditione & ex Scriptura conatur probare Dominum ad annum ferè quinquagesimum peruenisse. Id enim probat ex illo Ioan. 8. *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Deniq; Tertullianus & Clemens Alexandrinus, ex sola Scriptura malè intellecta nituntur probare errorem suum, Frustra igitur & temerè ista contra traditiones Kemnitius attulit.

DICO secundo, istud incommodum, quod est commune traditionibus & Scripturis, non multum obesse neque veris traditionibus, neque veris Scripturis. Est enim in Ecclesia auctoritas, & certa etiã via ac ratio discernendi

A veras traditiones & Scripturas à falsis: neque vnquam publico iudicio Ecclesiæ receptus fuit liber aliquis apocryphus pro canonico, nec falsa traditio pro vera.

ARGUMENTVM quartum. Proprium est hæreticorum, abscondere sua dogmata, ac dicere, Christum & Apostolos quædam palam omnibus prædicasse, quædam occultè quibusdam tantum tradidisse. Siquidem Irenæus lib. 1. cap. 23. scribit de Basilidianis, quod asserant, non oportere ipsorum mysteria effari, sed in abscondito continere per silentium. Et cap. 24. de Carpocratianis: *IESVM, inquit, dicunt in mysterio discipulis suis & Apostolis seorsum loquutum, & illos expulisse, vt dignis & assentientibus seorsum hæc traderent.* Tertullianus quoque libro de præscript. Solent, inquit, dicere, non omnia Apostolos scisse; vel omnia quidem scisse, sed non omnia omnibus tradidisse.

RESPONDEO, hæreticos esse simias Catholicorum, vt Cyprianus docet in Epistola ad Iubaianum, & propterea velle etiam ipsos habere mysteria. Interest tamen inter mysteria illorum & nostra, quod eorum mysteria idè secretum petunt, quia turpissima sunt, vt patet de illis ipsis gnosticis, qui ex semine viri, & menstruis mulierum conficiebant Eucharistiam, vt Epiphanius refert: quod etiã refert Augustinus de Manichæis, libro de hæres. cap. 46. & similia constat esse mysteria Anabaptistarum.

ET idem est, quod ipsi volunt, ea secreta esse hominibus doctis, & solùm imperitis manifesta. De hoc enim arguunt Irenæus & Tertullianus veteres hæreticos, quod dicerent, Christum non tradidisse ea mysteria Apostolis, nec Apostolos suis successoribus Episcopis, sed nescio quibus aliis.

AT mysteria nostra non traduntur solùm quibusdam, quia timeant lucem, sed vel quia non est opus, vt illa sciatur ab omnibus, vel quia non sunt omnes capaces.

C Alioqui talia sunt, vt possint publicè prædicari; nihil enim, nisi purum & castum agitur ab Ecclesia. Et hoc puo voluisse Dominum, cum ait Matth. 10. *Quod in aure audistis, prædicate super tecta,* nimirum si opus fuerit. Et Ioan. 18. *Ego palam loquutus sum mundo, & in templo, quod omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil, id est, nihil dixi, quod non possit vbique dici, quod attinet ad veritatem & puritatem dictorum, cum quo tamen non pugnat, vt aliqua seorsim discipulis exposuerit.*

Finis prima Controuersie generalis.

LAVS DEO, VIRGINIQUE MATRI MARIAE.

SECUNDA
CONTROVERSIAM
GENERALIS.

DE CHRISTO CAPITE
TOTIVS ECCLESIAE,

QUINQUE LIBRIS
EXPLICATA.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

Liber primus de Christo.

Prefatio, De duplici genere hostium Diuinitatis Christi.

- Cap. I. Explicatur sententia nouorum Samofatenorum.
 II. Explicatur sententia nouorum Arianorum.
 III. Deum vnum numero esse, ex Scripturis & Patribus demonstratur.
 IIII. Diuinitas Filij Dei asseritur: Et prima Clasis argumentorum ex vtroque Testamento.
 V. Secunda Clasis ex veteri testamento.
 VI. Tertia Clasis ex Testamento nouo.
 VII. Quarta Clasis ex nominibus veri Dei.
 VIII. Quinta Clasis ex attributis.
 IX. Sexta Clasis ex operibus.
 X. Septima Clasis ex Patribus.
 XI. Octaua Clasis ex Sibyllis.
 XII. Nona Clasis ex diuinis testimoniis visionum & miraculorum.
 XIII. Demonstratur diuinitas Spiritus sancti.
 XIII. XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX. Soluuntur argumenta hæreticorum.
 XX. Soluuntur obiectiones contra Diuinitatem Spiritus sancti.

Liber secundus de Christo.

- Cap. I. De distinctione Personarum in eadem essentia.
 II. De vocibus, quibus vrimur in hoc mysterio explicando.
 III. De vocibus, Essentia & Homoeousios.
 IV. De vocibus, Hypostasis & Substantia.
 V. De cæteris vocibus.
 VI. Ostenditur distinctio Personarum. (essentia.
 VII. VIII. & decem sequentibus, diluuntur argumenta contra distinctionem Personarum in eadem
 XIX. An Filius Dei sit Autheos.
 XX. De processione Spiritus sancti à Filio.
 XXI. De origine huius hæresis, quod Spiritus sanctus non procedat à Filio.
 XXII. Ex Scripturis ostenditur, Spiritum à Filio procedere.
 XXIII. Idem probatur testimoniis Conciliorum.
 XXIV. Idem probatur ex Patribus Latinis.
 XXV. Idem probatur ex Patribus Græcis.
 XXVI. Ex ratione idem confirmatur.
 XXVII. Soluuntur argumenta Græcorum.
 XXVIII. Demonstratur rectè factam additionem illam, Filioque.
 XXIX. Soluuntur obiectiones Græcorum.
 XXX. Concluditur disputatio diuino testimonio.

Liber tertius de Christo.

In quo tractatur Pars tertia, que est de carne eiusdem, sue de incarnatione.

- Cap. I. De erroribus huius temporis circa Incarnationem.
 II. Explicatur hæresis Eutychetis.
 III. Refellitur hæresis Eutychetis.
 IIII. Soluuntur argumenta, quæ fiebant olim aduersus ea, quæ superiore capite demonstrata sunt.
 V. Explicatur hæresis Nestorij.
 VI. Refellitur hæresis Nestorij.
 VII. & VIII. Soluuntur argumenta aduersariorum.
 IX. Proponitur quæstio, an ex vnione hypostatica sequatur communicatio realis attributorum diuinorum, ac præcipuè Immensitatis siue Vbiquitatis.
 X. Ex vnione hypostatica nõ fluxisse communicationem Idiomatû realem respectu naturarum.
 XI. Refellitur Vbiquitas humanitatis Christi, quia pugnat cum Scripturis.

XII. Refel

- XII. Refellitur Vbiquitas corporis Christi, quia repugnat Symbolo Apostolico.
 XIII. Refellitur Vbiquitas, quia repugnat præsentia corporis Domini in Eucharistia.
 XIII. Refellitur Vbiquitas testimonij Patrum.
 XV. Soluitur argumentum hæreticorum.
 XVI. Soluuntur aliæ obiectiones ex verbo Dei petita.
 XVII. Soluitur argumentum ex ipsa Incarnatione ductum.
 XVIII. Soluitur argumentum ex Patrum testimoniis petitum.
 XIX. Soluitur argumentum depromptum ex doctrina Scholasticorum.
 XX. Soluitur postremò obiectio ex naturali ratione deducta.

Liber quartus de Christi Anima.

- Cap. I. Proponitur controuersia prima de scientia Animæ Christi.
 II. Probatum veritas ex Scripturis.
 III. Idem probatur ex doctrina Patrum.
 IIII. Idem probatur rationibus.
 V. Soluuntur argumenta aduersariorum.
 VI. Proponitur quæstio secunda, quæ est de descensu ad inferos.
 VII. Quod descendere ad inferos non sit omnino extinguere.
 VIII. Christum non pertulisse pœnas damnatorum.
 IX. Proponitur tertius error refellendus de descensu Christi ad inferos.
 X. Inferos esse loca subterranea distincta à sepulchris.
 XI. Animas piorum non fuisse in cælo ante Christi ascensionem.
 XII. Christum verè ad inferos descendisse ostenditur ex Scripturis.
 XIII. Explicatur locus obscurissimus ex epistola prima S. Petri, capite tertio & quarto.
 XIV. Adfertur traditio Patrum de descensu Christi ad inferos.
 XV. Christum propriè ac re ipsa descendisse ad inferos.
 XVI. Soluuntur quædam dubia.

Liber quintus de Christo.

Qui est de Mediatore & eius merito.

- Cap. I. Explicatur breuiter secundum quam naturam Christus sit Mediator.
 II. Refutatur error Stancari de Mediatore.
 III. Refutatur ex Scripturis errores Caluinistarum & Lutheranorum de Mediatore.
 IV. Refellitur idem error ex Patribus.
 V. Refellitur idem error rationibus.
 VI. Soluuntur argumenta aduersariorum deprompta ex Scripturis.
 VII. Explicantur testimonia Patrum quæ aduersarij proferunt.
 VIII. Soluuntur argumenta ex ratione petita.
 IX. Ostenditur Christum sibi etiam aliquid meruisse.
 X. Soluuntur argumenta Caluini.



LIBER PRIMVS DE CHRISTO.

P R A E F A T I O.

De duplici genere hostium diuinitatis Christi.

DE Ecclesia vniuersa, quae in terris, in purgatorio, & in caelis est, disputaturus, à Christo summo capite, ac principe Ecclesiae totius, initium faciendum esse duxi. Id enim ordo rerum tractandarum postulare videtur: tametsi non ignorem, à re omnium grauissima & difficillima principium me ducere. Nam, ut omitam rei ipsius, de qua nunc agendum est, praestantiam & magnitudinem, quae tantum rebus omnibus, quas deinde tractaturi sumus, antecellit, quantum Ecclesia Catholica splendor & amplitudo ab immensa diuini numinis luce & maiestate superatur. Genus certe hostium tam varium ac multiplex in hac concertatione nobis occurrit, ut cum eo reliqui aduersarij nulla ex parte conferri posse videantur. Siquidem in alijs controuersis, quasi praelijs utrimque indictis & proclamatis, hostes semper habebimus certos, notos, à fronte pugnantes proprii ducis insignia preferentes.

IAM vero in hac summa qua de Christo ipso instituitur, disceptatione, res nobis futura est cum exercitijs duobus, quorum alter ex iis constat, qui se, id quod sunt, hostes atque aduersarios esse, & signa conferre, atque aperto Marte pugnare profitentur: Alter etsi longe maior, ex proditoribus & insidiatoribus comparatus, qui partim symbolis, ac nominibus ementitis in castris nostris contra nos armantur: partim in insidijs absconditi delitescunt, ut in medio ardore praelij nos circumueniant, atque à tergo & lateribus adoriantur.

ET quoniam non parum ad victoriam referunt insidias detegere, latebras aperire, ab amicis inimicos secerare, omnium denique hostium copias in conspectu habere: operis, pretium esse duxi, antequam ad ipsam dimicationem veniamus, castra hostium lustrare, precipuorum ducum nomina recognoscere, atque ad eos, si fieri poterit, eos omnes reuicere, qui castris nobiscum, animo cum aduersarijs iuncti, sic in hostes tela conicere videntur, ut nos interrim feriant, & mira arte quae pro nobis sumptant, eadem in nos arma conuertant.

ORDIAMVR igitur, si placet, ab iis, qui Imperatoris nostri Christi Diuinitatem & Maiestatem oppugnant & infelicissimo errore non se putant ad vnicuique Patris gloriam, ut eleganter Augustinus ait, nisi per vnicuique filij contumeliam peruenire. In castris duo sunt agmina, & quasi cornua praecipua.

PRIMI agminis Dux atque Imperator est Michaël Seruetus Hispanus. Is cum esset iuuenis ferox, atque audax, & in scholis Lutherianorum, quibus operam dabat identidem repeti audiret, verbum Dei non esse Patrum aut Ecclesiae explicationem, sed spiritus solius testimonio, atque iudicio aligatum cepit & ipse spiritum tactare, & eo spiritu admonente mirari, cur Lutherani cum Papis de Ecclesia & Sacramentis tantopere contenderent, de Christo ipso litem nullam haberent, atque ita cum dissentirent de corpore de capite conuenirent. Maiora igitur moliri meditans, ac metuens, ne etis sibi ad faciendam fidem non parum obesset, annorum quippe erat solium quinque & viginti, quod aetate videbatur deesse, prophetici nominis auctoritate, & maiestate compensauit.

ITAEQUE maxima terrae spiritus vbertate perfusus, summum se orbis terrae Prophetam nominauit, cuius appellationis testem habemus Caluinum in lib. 4. instit. cap. 16. Hinc vero prophetica libertate assumpta, libros illos eodem spiritu aspirante effudit quos inscripsit. De erroribus Trinitatis, quorum librorum summa haec est, nullam esse in Deo distinctionem personalem, & Christum Dei Filium appellari, quod ex ipsa Dei substantia caro eius in utero Virginis concepta & conformata sit: ita paucissimis verbis, & personarum Trinitatem destruxit cum Sabellio, & Christi naturas confudit atque incarnationem substulit cum Eutyche.

EXITVM vero si quis requirat, tal. in Seruetus inuenit, qualem eius impietas & scelera postulabant. Nam in media Geneuensi urbe igni traditus, non constanter, atque alacriter, ut sancti olim Martyres solebant, sed tam iniquo atque impatienti animo supplicium pertulit, ut, Caluino ipso teste, qui historiam mortis eius conscripsit magnis clamoribus, siue, ut ipse ait, magno boni gladium flagitaret. Sed cum in iudicij plane inexorabiles incidisset, tandem aliquando est longissimo illo acertissimoque dolore consumptus anno M. D. L. V.

HVNC ducem & principem sequuti sunt Georgius Blandrata, Paulus Alciatus, Lalius Solinus, Franciscus David, & omnis illa ministrorum colluies, quae nunc in Transluania erroris sui sedem constituit, & Ecclesiarum consentientium titulum sibi assumit: quae quidem & publicis disputationibus, & libris etiam editis omnes veteres patres, omniaque antiqua Concilia, & ipsum orbem terrarum, qui per annos M. D. LXXX. tres in Deo personas,

duas in Christo naturas credidit Tritheismi damnare, Sophisticas accusare, atque ad Antichristum reuicere impudentissimè audet.

ALTERIVS agminis Princeps est Valentinus Gentilis Italus. Hic primum studio rerum nouarum ex patria sua Consuetudine Geneuam, ad Caluinum venit, fama Caluiniana eius uisionis, ut ipse dicebat, in primis permotus, sed non diu inter discipulos, atque auditores se numerare passus est: cum enim & ipse spiritu abundaret, & aequè ac Seruetus moleste ferret, quod Ecclesia reformata adhuc in fide Trinitatis cum Papis conuenirent, nec tamen Serueti discipulus dici, aut spiritum suum spiritui eius subicere dignaretur, nouam excogitauit sententiam, quae, & cum Seruetiana non consentiret, & tamen penitus à Catholica discreparet.

ITAEQUE asseruit, veram esse in Deo non modò personarum, sed etiam naturarum Trinitatem, sic ut tres sint diuini, ac sempiterni spiritus, essentiali numero differentes. Quae sententia Philoponi quondam fuisse dicitur, si uera sunt, quae de eius erroribus Suidas & Nicephorus scripta reliquunt. Hunc igitur lapidem primum Valentinus offendit, sed cum animaduertet hanc Deorum Trinitatem non posse ex diuinis literis ulla ratione defendi, cum nihil in scripturis frequentius inculcetur, ac repetatur, quàm unum, & solum esse Deum, extra quem, prae, & post quem, ante quem, post quem, cum quo nullus omnino sit alius Deus, mutata sententia paulatim ad Arianismum delapsus est.

NAM, ut ex variis confessionibus, & protestationibus eius, quae in xxviii. sunt, cognosci potest, Dei patris proprium esse statuit, ut unus, & solus appelletur Deus, eumque solum esse illum summum, atque altissimum Deum, quem nobis passim sacra litera praedicant. Atque hunc eundem solum, Patrem esse ipsam veram essentiam, & naturam Diuinitatis. Porro Filium, & Spiritum sanctum non esse essentiam diuinam, sed essentia proles, & proles ipsa essentia longè inferiores, atque, ut ipse loquitur, pro modulo generationis, vel propagationis definitas, atque circumscriptas.

CVM igitur ille Geneuae ab insano illo spiritu impulsus, in renouanda Arianismo occupatus esset interim ab alio spiritu Caluinus agitur, ut se Valentino opponat, sic inter se demouibus colludentibus. Valentinus fit reus haereseos apud tribunal heretici magistratus, ubi metuens Valentinus Caluini seueritatem, & ad memoriam reuocans incendium illud formidolosum, quo in eadem urbe, eodem auctore Caluino, Seruetus paulò ante perierat, ut temporarij seruiret, errorem se suum agnoscere simulauit. Itaque ex sententia Iudicum ad penitentiam publicam damnatus, depositis uestibus, solo excepto indusio, nudis pedibus, detecto capite, facem accensam manu gestans, praecunte praecone, totam urbem sic obiuit, deinde à magistratu supplex veniam petit, librum ipse suum in ignem abiicit, ac iureiurando promisit, non abiturum se Geneuam, nisi prius à magistratu veniam impetraret.

SED praclarus iste Apostolus Arianus postquam tam insigni palynolia & inconstantia renascentem Arianismum decorauerat, uoluit etiam eundem ornare periurio. Quare Geneuam clanculum se proripuit, & cum apud Gallos, Heluctios, Polonos, aliisque gentes Arianismum suum propagare conatus esset, & ad primum periurium, alterum, ac tertium addidisset, tandem anno undecimo à morte Serueti apud Bernam Heluctiorum à Zuuinglianis comprehensus, & capitis damnatus meritis sua temeritatis poenas dedit, qui tamen, dum in uinculis & carcere seruabatur, se Martyrem primum sua secta esse iactaret, ac diceret, Martyres ceteros pro Christi gloria mortuos, se autem primum omnium pro eminentia Dei patris mortem oppetere, tamen, ubi nuncium mortis accepit, ita expaui, atque expalluit, ut omnes omnino aditus supplicij euadendi quaesierit, paratus etiam doctrinam suam contemnere, si iudicum animos inflectere potuisset. Extant acta publica Geneuensium in causa Valentini, ne non integra historia supplicio eiusdem à Bernensi Pastore conscripta. Ex quibus haec pauca, quae sunt commemorata collegimus.

NEQUE uero felicitorem exitum sortiti sunt Gentilis Symmista, atque Collega, Matthaeus Gribaldus, Franciscus Lismaninus, atque alij, de quibus multa Theodorus Beza, praefatione ad librum Caluini aduersus Gentilem. Siquidem Gribaldus, peste correptus, atque ab omnibus desertus, ut canis interiit. Lismaninus Apostata Franciscanus in puteum semet praecipitem dedit. Franciscus David in uinculis agens, & in amentiam ac furorem uersus ex hac uita migravit.

VNVS est Iacobus Paleologus, qui singulari Dei benignitate, anno M. D. LXXXIII. in urbe Roma post multas disputationes, & colloquia, tandem ad sanitatem rediit, & omnibus erroribus publicè reuocatis Ecclesiae Dei reconciliatus est. Reliqui parentes sui Arij probrosam mortem imitati infelicissimè perierunt.

PORRO genus hoc hominum tam aperte, tam liberè, tam audaciter, tam impudenter Arianismum uel copiosum Paulianismum renouat, ut ipse Gentilis trium personarum eiusdem essentiae Trinitatem nouum idolum, turrim Babel, Deum fictitium, ac Sophisticum appellare non dubitauerit. Gregorius Paulus unam Dei essentiam, siue unum Deum in tribus personis, Satana stratagemata esse dixerit. Michaël Seruetus (quod certe horret animus cogitare) Cerberum tricorporem, & tricorporem Geryonem sacrosanctam Trinitatem appellauerit. Georgius Niger Symbolum Athanasij, Satanasij Symbolum appellandum censuerit. In publico colloquio Petricoua habito, Poloni ministri Nicenum Concilium improbauerunt, Athanasium, Augustinum, aliosque Patres Catholicos repudiauerunt, Constantinum, Gratianum, Theodosium, pios Imperatores, uituperauerunt, & contra dolere se dixerunt propter casum Arij discipulorum in eodem Concilio damnatorum, ac demum amplissimè laudauerunt tam ipsum Arium, discipulosque eius, quàm Constantium Casarem factorem Arianorum. Denique Franciscus David (ut ex epistola Blandrata refertur in confutatione iudicij Polonicarum Ecclesiarum) eo usque progressus fuerit, ut diceret se peliendum esse Euangelium, & reuertendum ad Moysen, ad legem, & ad circumcisionem, Moysen, & Moysi doctrinam esse lineam rectam, Christum autem Iesum, & eius doctrinam indirectam. Neque uoce solum & scriptis, sed etiam depictis tabellis fidem suam toti orbi terrarum testatam esse uoluerunt.

PRODIIT enim nuper tabula ex ipsorum officina, in qua Ecclesia Catholica instar magni adificij depicta cernitur, in cuius tecto Lutherus sedet cum suis, tegulaeque & lateres longè proiicit. Inde nudato iam tecto Zuuinglius cum cohorte Sacramentariorum parietes magna vi demolari pergit: sed ad fundamentum erucendum, atque ad eò domum totam funditus euertendam ipsi Tritheista, nouique Ariani armati malleis, & ligonibus, omnique genere serrarum diligenter incubunt, obliui videlicet Euangelicam illam, atque fidelissimam Christi vocem, Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Sed de prioribus hostium copijs satis multa, ni fallor, dicta sunt.

VENIAMVS ad posteriores. Rem magnam, ac penè incredibilem dicturus sum, sed nolo mihi prius fidem haberi, quàm rem totam solis luce clariorem effecero. Consurunt hoc tempore undique Lutherani, Brentiani, Melanctonici, Zuuingiani, Caluiniste aduersus Tritheistas: per omnem Germaniam, Galliam, Poloniam, libri volitant contra Seruetum, contra Gentilem, contra Blandratam, contra Gregorium Paulum, contra ministros in Polonia, atque Hungaria, vel Arianos, vel Samosatenos, nouam hanc doctrinam, quasi signum quoddam in medio propositum confodiunt telis librorum suorum. Ex Geneva Caluinus, & Beza, ex VVitemberga Philippus Melancthon, ex Tiguro Simlerus, ac Bullingerus, ex Berna Benedictus Aretius, ex Lipsia Alexander Alesius, ex Marpurgo Andreas Hyperius, ex Polonia Stanislaus Sarnicius: ex Hungaria Petrus Melius. Alii ex locis Ioannes Vigandus, Iacobus Scheckius, Franciscus Stanicarus, & quis non? Atque hi omnes cum Papis de Trinitate sentire, sed prima Concilia venerari, veteres Patres cum honore recipere, Sabelium, Samosatenum, Arium, Nestorium, Eutychem, omnesque hereticos detestari se dicunt. Quis igitur non mirabitur, si tam istos, quàm eos, quos ipsi pro magistris, & quasi Prophetis colunt, Erasmus, ac Lutherum, vel Arianos, vel Sabellianos, vel Nestorianos, vel Eutychem fuisse, demonstrare potuerit?

INCIPIAMVS ab Erasmo, quem Hungarici ministri, in eo libro, quem anno M. D. LXVII. Ioanni Regi obtulerunt, praecursorem Prophetam sui Serueti non sine causa nominauerunt. Erasmus igitur in scholijs tom. III. epistolarum S. Hieronymi, Arianos dicit non tam haeresim docuisse, quàm schisma fecisse, cum essent illi nostris numero ferè pares, eloquentia doctrinaque superiores. En patronum egregium Arianorum, qui ab heresi illos vindicat, & doctiores Catholicis facit. quid restabat aliud, nisi vt Arianos Catholicos, & Catholicos hereticos diceret? Sed pergamus ad alia.

PRAEFATIONE in libros Hilarij. Audemus, inquit Erasmus, Spiritum Sanctum appellare Deum, quod veteres aui non sunt. O mendacium incredibile! Nonne Hilarius ipse, in quem praefaris, ad finem librorum de Trinitate Spiritum sanctum rem creatam esse negat? & si res creata non est, quid aliud, quæso, quàm Deus est? Nonne Athanasius in disputatione cum Ario, Basilus lib. de Spiritu sancto, cap. 16. Nazianzenus oratione in Neronem, Didymus in primo de Spiritu sancto, Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto, cap. 2. Augustinus lib. 1. contra Maximinum, Nyssenus in lib. quod Spiritus sanctus sit Deus, & cæteri Patres omnes, & clarissime, & frequentissime Spiritum sanctum Deum nominant? Sed cætera videamus.

ANNOTATIONE in illud Roman. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Mirum est quid non agat Erasmus, quò se non veriat, quò se non moliat, vt hoc reum de manibus nobis extorqueat. Primum vocem, Deus, supposititiã vult videri. Deinde ait, hunc locum non esse efficacem ad reuincendos Arianos. Denique sic optime exponi posse docet, vt post illa verba: Ex quibus est Christus secundum carnem, interposito puncto, sequatur actio gratiarum, super omnia Deus, videlicet Pater, sit benedictus in secula. An poterat manifestius Arianam causam suscipere defendendam?

ANNOTATIONE ad illud Ephes. 5. In regno Christi & Dei, verum, inquit, id alias admonuimus, Patrem ex consuetudine sermonis Apostolici significari, quoties Deus absolute nominatur. At hoc cum facit Arianus plurimum, tum est falsum aperissime. Certè enim, vt alia interim loca prætcream, Act. 20. cum Paulus ait, Regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, non Patrem, sed filium Deum absolute vocat.

ANNOTATIONE item ad illud Philipp. 2. Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Primum cum Maximino Ariano exponit: Non viurpauit sibi cum Deo æqualitatem: Deinde addit, Scio magnos auctores, Hilarium, Augustinum, vt cæteros taceam, sic interpretari, Non rapinam arbitratus est, quòd esset æqualis Deo. Nam quòd erat naturæ, non potuit esse rapinæ: cum esset in forma Dei, hoc est, cum verè esset Deus, atque hanc præcipuam habent clauam, qua conficiantur Ariani, qui solum Patrem verè volunt esse Deum, atque si veris agere fas est, quid magni tribuit Paulus Christo, si cum Deus esset natura, intellexit id non esse rapinæ, hoc est, nouit seipsum? Illud autem compertum est, nusquam maiorem vim fieri Scripturis sacris, quàm vbi cum hæreticis agentes nihil non detorqueamus ad victoriam, tamen non video, quid hic locus propriè faciat aduersus Arianos. Quæso te, Erasme, si mercedem ab Arianis accepisses, poterisne diligentius causam illorum agere? Augustini Catholicam explanationem refellit, Maximini Arianam amplectitur. Hunc locum præcipuam esse clauam Catholicorum contra Arium non negas, & tamen hanc ipsam clauam nihil valere dicis, quid ergo restat, vt dicas, nisi meliorem esse causam Arianorum, quàm Catholicorum? Quid si tuam illam Annotationem his addamus, quam fecisti ad postremum caput epistola prima sancti Ioannis, nonne eo loco totis viribus contendis verba Domini, Ego & Pater vnum sumus, & illa discipuli, & hi tres vnus sunt, non de vnitæte natura, cum omnibus patribus, sed de vinculo caritatis, cum Arianis intelligi debere? & in operibus sancti Augustini ad marginem libri primi contra Maximinum, vbi vna atque eadem asseritur Dei natura, quis notationem illam adiecit, non vna numero, nisi

Erasmus? & quid manifestius dixerunt vnquam Tritheiste?

SED mittamus Erasmus, atque ad Lutherum veniamus. Martinus igitur Lutherus contra Iacobum Latomum scribens, Anima mea, inquit, odit hoc verbum $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$. Quid quæso, vel sentiret, vel diceret aliud Arius, si ab inferis nunc existeret? Nam tota illa tragedia, qua Ecclesiam tot annis miserè vexauit, ac vastauit, propter hanc vnã vocem excitata est, cum Patres Catholici nihil aliud, suis libris, & Concilijs conarentur, quàm hanc sententiam stabilire, quæ Christum $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$ Patri esse docet. Hæretici contra nihil aliud decem conciliabulis suis, igni quoque, & ferro, armis, & exercitibus molirentur, quàm vocem hanc eandem abolere.

SED audiamus, inauditam calumniam, & mendacium eiusdem Lutheri. In eodem contra Latomum libro affirmat, hanc ipsam vocem sancto Hieronymo displicuisse, quod nescio quid veneni latere in syllabis arbitretur. Neque hoc Luthero per incogitantiam, aut lapsum calami excidisse putemus, id enim rursus repetit in libro de Concilijs, in hac verba. Sanctus Hieronymus vehementer perturbatus lamentabilis literas scribebat ad Episcopum Romanum Damasum & cupiebat expungi vocabulum $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$. Quid faciemus hominibus istis, qui causam non quarunt tueri suam, nisi fraudibus, & mendacijs? Nam S. Hieronymus eo loco, quem Lutherus adducit, qui est in epistola priore ad Damasum de hypostasis, in voce hypostasis, non in voce $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$, venenum latere dicit, quòd ea vox ambigua sit, & tam personam, quàm substantiam significare possit. Tantumque adest, vt S. Hieronymo vox $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$ displicuerit, vt potius solo metu, ne ea vox nobis eriperetur ab Arianis, res hypostases dicere formidauerit. Itaque epistolam totam in hac verba concludit. Obtestor beatitudinem tuam per crucifixum mundi salutem, per $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$ Trinitatem, vt mihi epistolis tuis siue tacendarum, siue dicendarum hypostaseon detur auctoritas.

QVID, quod non solum nomen $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$, sed etiam nomen Trinitatis Luthero displicuit, & ex Germanorum precibus illam precandi formulam submouit. Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.

QVID, quod non solum Ario, sed etiam Nestorio, & Eutychem plurimum Lutherus fauit? Nam in magnis postillis, in concione de natali Domini, imperitos quosdam ait, Christum facere hominem omnipotentem. Quid autem est aliud non esse Christum hominem omnipotentem, quàm non esse Christum hominem Deum, sed duas esse in Christo personas, vt quondam impius haeresarcha Nestorius predicauit? In libro verò de Concilijs parte secunda. Mihi, inquit, paulò antè negotium fuit cum Nestorianis, qui pertinacissime contra me disputabant, quòd diuinitas Christi non posset pati. Et infra: Oportet, inquit, dici, hic homo Christus, hæc caro & sanguis condidit celum & terram. Certè nomina diuinitatis & carnis, nomina sunt naturarum non personarum: ergo si Luthero diuinitas patitur, si caro calum, & terram condidit, quis non videat à Luthero Christi naturas cum Eutychem confundi?

Ac, vt propensionem animi Lutheri in hos duos summos haeresarchas planius perspiciamus, in illo eodem de Concilijs libro Nestorium, & Eutychem ex inscitia solum aliqua, & in modo loquendi lapsos dicit: nam alioqui vtrique zelum bonum, animum syncerum, & fidem rectam tribuit. Totam verò causam tumultus, & tragediarum illo tempore excitatarum in Episcopos Catholicos Leonem videlicet, & Cyrillum refert, & eò vsque tandem progreditur, vt dicat vereri se, ne in extremo iudicio aliqui hæretici sedeant iudices; & Episcopi qui eos in Concilijs damnauerunt, in æternum pereant, tantum non aperte dicens, Nestorium, & Eutychem cum Christo iudices futuros, sanctos verò Cyrillum, & Leonem, in æternum perituros. Non vacat mihi hæc portenta exagitare, nec est opus, cum ipsa per se satis aperte clament. Vnum tantum addam? Si Nestorius zelum tam bonum, & animum tam syncerum habuit, cur, vt Euagrius refert lib. 1. cap. 7. historiae suae, viuenti Nestorio linguam totam vermes diuinitus immisit tam horribiliter corroserunt?

TRANSAMVS ad Melancthonem. Philippus Melancthon in locis communibus anno XXXIX. in lucem editis fol. 8. Necessè est, inquit, in Filio aliquid esse diuinæ naturæ. Et rursus fol. 10. Necessè est in Christo aliquam esse diuinam naturam: Et in locis anni XLV. folio 35. de Spiritu sancto verba faciens. Testatur, inquit, per Ioëlem Deus non mitti creatam agitationem, sed aliquid essentiae Dei. Necessè est autem personam esse distinctam, quæ est aliquid Dei, & tamen non est Pater. Philippo igitur aut multa sunt naturæ diuinæ, & habent quod volunt noui Tritheista, aut certè multa sunt partes diuinæ naturæ, quæ est antiqua illa hæresis, aliquanto Ariana absurdior: de qua sic olim Augustinus in libro de hæresibus, cap. 74. Est, inquit, alia hæresis, quæ triforcem sic asserit Deum, vt quædam pars eius sit Pater, quædam Filius, quædam Spiritus sanctus. Porro in locis eiusdem anni XLV. idem Philippus. Non est quidem, inquit, lacerata, aut mortua diuina natura, sed fuit obediens Patri: quieuit, celsit iræ æterni Patris. Quid clarius pro Ariana hæresi dici poterat? Nam si natura diuina filij Patri fuit obediens, certè non est vna Patris, & filij natura, nec est Deus filius, Deo patri æqualis: qua sententia nihil incundius noui Ariani audire potuerunt.

SED iam si placet Caluinum inspicimus. Is igitur in libro aduersus Gentilem, in refutatione decima protheseos, non veretur Valentino concedere nomen Dei $\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$ $\epsilon\pi\sigma\tau\omicron\lambda\omega$, id est, per excellentiam quandam soli Patri attribui. At si Pater est per excellentiam Deus, quomodo non maior est filio? Rursus ibidem affirmat, non esse veritati contrariam sententiam illam Gentilis, Deum habuisse vim generandi filium, ac propagandi Spiritum sanctum, quia voluit, at Deum quidem volentem, genuisse Filium, non absurdè dicitur: sed genuisse, quia voluit, & quod absurdum est, vim habuisse gignendi, quia voluit, quis, quæso, sanus diceret? At si filium suum Deus propterea genuit, quia voluit, non igitur necessario genuit, non est igitur filius Patri æqualis. Nam qua ratione fieri potest, vt qui potuit non esse, æqualis sit ei, qui necessario semper est?

QVID, quod in libro eodem idem Calvinus ait, Filium persona respectu non nisi improprie creatorem caeli & terrae nominari. Patrem autem proprie, quod quid est aliud, quam Filium redigere in ordinem rerum creaturarum? Et sic hoc defendere, an prode re causam fidei? patrocinari, an prauaricari? hereticum refellere, an cum eo iocari, & ludere? Quid quod ibidem ait, improprie, ac duram esse locutionem Symboli Niceni, Deum de Leo, lumen de lumine? quod iam olim in Ario apud S. Vigilium his verbis Athanasius reprehendit. Proprie Filius, inquit, proprie est Deus de Deo, lumen de lumine. Iam vero in lib. Institutionum 2. cap. 14. verba illa Apostoli Pauli. Tunc & ipse Filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia: Ad utramque filij naturam videlicet diuinam & humanam, referenda esse contendit, nec animaduertere potuit, aut voluit, non posse naturam diuinam filij Deo Patri subiectam intelligi, quin à Patris natura distincta, & ea longè inferior, atque adco res creata esse intelligatur.

HIS accedit, quod permulta Scriptura loca, ac praesertim illum. Ego, & Pater vnium sumus, ita Calvinus haeretico more exponit, ut noui Samosatensium in publica disputatione de sententia huius loci Calvinum inuicem appellauerint. Multa restant dicenda, & ego tamen breuitati studere cupio. Itaque ceterorum errores indicabo potius, quam explicabo.

HENRICVM Bullingerum Zuuinglij successorem non puduit scribere in libro de Scriptura & Ecclesia auctoritate, tres esse in diuinitate personas, non statu, sed gradu: non subsistentia, sed forma: non potestate, sed specie differentes. Certe personas diuinas, gradu, forma & specie esse differentes, vix Ariani ipsi dicere ausi essent.

IAM vero Petrus Melius, is qui in Transilvania pro Lutheranis aduersus Blandratam, & Franciscum Dauidem totos decem dies publice disputauit in actione octaua sic ait, Scriptura distinguit Filium Dei à Filio hominis, & rursum distinguitur, inquit, Filius ille aequalis Patri ab eo qui non est aequalis.

QVOD idem Theodorus Beza confirmasse videtur, tum in libro contra Brentium de omnipotentia carnis Christi, tum in altero contra Andream Iacobi, de hypostatica unione duarum in Christo naturarum, ubi apertissime docet duas esse in Christo hypostaticas uniones, vnā carnis cum anima, alteram Dei cum homine. Quod quid est aliud quam Nestorium iam dudum sepultum ab inferis reuocare?

STANISLAVS Sarnicius quem Calvinus in epistolis ad Polonos mirifice laudat cum in colloquio publice resideret, palam asseruit, & scribi etiam imperauit, solam diuinam Christi naturam, Pontificem esse & sacerdotem, humanam vero, victimam & sacrificium: ac propterea ratione officij, minorem esse Patre filium etiam in natura diuina. Atqui hac ipsa verba legi possunt apud sanctum Augustinum in sermone Arianorum, propositione 33. Ita pulchre nimirum Calvinista, dum Arianos nouos oppugnare se dicunt, Arianorum veterum & verba & sententias imitantur.

IACOBVS Scheckius Brentianus in lib. contra Tritheistas tam egregie fidem propugnat ut tamen dici nolit tres esse in Deo hypostases: sed vnā tantum cum tribus potentiis. At hoc non est vincere Arianos, sed vinci ac debellari à Sabellianis.

IOANNES Vigandus in libro contra nouos Arianos, Lutheri sententiam approbat, ac defendit essentiam in diuinis generare, ac generari. Ex qua tamen sententia velit nolit Vigandus, efficitur aliam Patris, aliam filij esse naturam, cum nihil possit seipsum gignere, nihil à seipso generari possit.

QVID iam de Brentio Smidelino, Kemnitio, ac ceteris dicam, qui dum Christi carnem, omnipotentiam, omnipresenciam, omniaque diuina attributa conferunt, eam sine dubio cum diuinitate confundunt? Quid item de Stancararo, eiusque sectatoribus, qui sic ad solum hominem Christum officium mediatoris referunt, ut duas in Christo personas distinguere, ac ad castra Nestorij transire velle videantur?

QVID denique de Tigurinis, Geneuensibusque ministris, qui tanto ardore in Stancararum inuehuntur, ut interim ad scopulum ipsi longè duriorē nauiculam suam allidant? Dum enim vtrique naturae Christi mediatoris officia tribuunt, diuinam Christi naturam, & à Patris natura distinguunt, & rem creatam cum Arianis faciunt.

QVAE cum ita sint, vides, credo, lector, non minus hoc tempore cum Sabellio, Ario, Nestorio, Eutychete sentire Seruetum, Gentilem, Blandratam, & ceteros qui palam se eos sectari ac defendere profitentur, quam Erasmus, Lutherum, Philippum, Calvinum, Bullingerum, Martyrem, Brentium, Bezam, Sarnicium, Scheckium, Vigandum, aliosque omnes qui eosdem se odisse ac detestari vociferantur. Sed si verè, & ex animo eos execrarentur, non possent etiam seipso, doctrinamque suam non execrari, cum id sanè negare non possint, se illis ad progrediendum in castra Arianorum non modo occasionem aliquam dedisse, sed etiam portam latissimam patefecisse.

QVID enim, quaeso, Lutherani & Calvinista respondeant, si cum eis ita agant Tritheista. Cur nos filios vestros tanto furore, parentis, vexatis? Cur ferro & igni persequimini, quos genuistis? Cur tam iniquo animo Evangelij vestri fructus colligitis? Nulli certè ex Papistis Ariani sunt, sed quotquot Ariani sumus, ex vobis, Lutherani & Calvinista, omnes produimus. A vobis sane, non à Papistis didicimus nihil omnino credendum esse quod expresse in sanctis literis non habeatur. Quia verò quocumque, Trinitatem, essentiam, personam, relationem, proprietatem, in Scripturis expresse non legimus, haec omnia damnare coacti sumus. A vobis didicimus, neque patrum, neque Conciliorum, neque totius Ecclesiae, sed solius spiritus acquiescendum esse iudicio. Nobis autem hoc spiritus dicitur, nec possumus salua conscientia aliud credere, vel dicere. A vobis didicimus, Papam, Antichristum, Episcopos, Monachos, Papistas, denique omnes ad Antichristi membra pertinere. Quis autem credat Antichristum de Christo

rectè credere? ab Antichristo verè Christum predicari? ergo si nobis constare vellemus, alium Christum quaerere debuimus. A vobis denique, non à Papistis, didicimus, diuinitatem filij patri obedire, illi sacrificare, & pati, & mori posse, aliudque sexcenta generis eiusdem: ex quibus profectò, nisi stipites essemus, omnia, qua nunc docemus, colligere debuimus. Quid ad haec respondere debeant Lutherani, ipsis cogitandum relinquemus. Nos verò quae nostrae partes sunt, Deo bene iuuante, operam dabimus, ut haec tam blasphema, & horribilia dogmata, quae fidem Christianam funditus euertunt, quaeque ad Mahumetis viam sterunt, ac muniunt quàm accuratissime ac luculentissime fieri potest refellamus.


Ordo disputationis de Christo.

QVINQUE erunt partes huius disputationis. Prima, de Diuinitate Christi. Secunda, de Distinctione personali à Patre & Spiritu sancto. Tertia, de Carne, siue Incarnatione Domini. Quarta, de Anima eiusdem. Quinta, de Officio Mediatoris.

Ordo primae quaestionis, quae est, An Christus sit vnus numero Deus cum Patre & Spiritu sancto.

QVAESTIO haec prima & maxima est inter omnes quaestiones de Christo. Habebit autem partes sex. Primo explicanda erit sententia nouorum Samosatensium, qui Seruetum sequuntur. Secundo, explicanda est sententia nouorum Arianorum, qui sequuntur Valentinum Gentilem. Tertio, probandum est vnari esse numero veram Diuinitatem, siue vnum tantum esse verum Deum. Quarto, Christum esse illum ipsum verum Deum. Quinto Spiritum sanctum esse illum eundem verum Deum.

Hinc enim sequitur, Christum esse vnum numero Deum cum Patre & Spiritu sancto. Nam quod Pater sit verus Deus, omnes fatentur. Sexto soluenda sunt omnes obiectiones aduersariorum.



CAPVT PRIMVM.

Explicatur sententia nouorum Samosatensium.



Vob ad primum attinet, Auctor nouorum Samosatensium fuit Michael Seruetus, qui innotescere cepit anno M. D. XXXII. teste Surio: Anno verò M. D. LV. Geneuæ combustus est. Sequitur eum, qui nunc in Transyluania præcipue sedem habent, quorum Princeps erant Georgius Blandrata, qui adhuc uiuit, & Franciscus Dauid, qui anno M. D. LXXX. eum Christum negaret esse inuocandum, aut Ecclesiæ curam habere, à Principe Transyluaniae ad perpetuos carceres damnatus fuerat, sed paulò post in phrenesim incidit, & post biduum extinctus est.

SENTENTIA Seruetianorum tria docet, & composita est ex tribus antiquis hæresibus.

Primo, asserit nullam esse in Deo distinctionem personalem. Ita Seruetus lib. 5. Trinit. pag. 189. & in responsione ad ar. 1. & ministri Transyluaniae li. 2. c. 4. Quod idem olim docuerunt Hermogenes, Praxeas, Noëtus, Sabellius. Quorum omnium meminit Augustinus lib. 1. de hæres. cap. 41. Ac deinde etiam Paulus Samosatensis, & Photinus, teste Hilario, lib. de Synodis.

Secundo, asserit Christum ante incarnationem nihil fuisse, nisi in mente Dei per Ideam. Ita Seruetus lib. 3. Trinit. pag. 92. & ministri Hungarici lib. 2. c. 3. Quod idem olim docuerunt Ebion, & Cherinthus apud Irenæum lib. 1. cap. 25. & 26. & deinde Paulus Samosatensis, ac Photinus apud Augustinum hæresi 44. & 45.

Tertio, asserit Christo homini communicatam à Deo diuinitatem, non per generationem æternam, sed per vnctionem gratiæ, & inhabitationem, ac proinde posse Christum dici Deum, sed Deum factum & temporalem, non æternum. Ita Blandrata disputatione sexta Albanana, & Ministri lib. 2. c. 7. Quod idem olim docuit Nestorius apud Theodoretum lib. 4. hæreticarum fabularum.

Ac in his quidem omnes noui Samosatensi conueniunt. Dissident autem inter se de inuocatione IESV CHRISTI, & in tres quasi sectas diuisi sunt. Nam Franciscus Dauid, & multi ex Hungaricis ministris docent IESVM CHRISTVM non esse inuocandum, sed solum Patrem, qui solus est verus Deus, & solus hoc tempore curam Ecclesiæ gerit. Extant theses de hac re Francisci Dauidis, & responsio eiusdem ad rationes Fausti Specini qui theses illas confutauerat. Ipse autem Faustus asserit in confutatione iam allegata, Christum in precibus inuocari posse, sed tamen addit maioris esse perfectionis ad Deum Patrem recta accedere.

DENIQUE Georgius Blandrata in thesibus, & ministri Poloni in iudicio, quod ediderunt de causâ Francisci Dauidis, docent IESVM CHRISTVM non modo inuocandum esse, sed etiam debere inuocari, nec esse imperfectionem ad eum confugere. Accidit autem peropportune hæc eorum dissensio, non solum quia, ut ait S. Hilarius, bellum hereticorum pax est Ecclesiæ, sed etiam quia vtraque pars ad miras angustias redigi cepit. Nam qui Christum inuocandum esse docent, proferunt plura quinquaginta testimonia Scripturæ, quibus aduersarios repugnare ostendunt: qui verò non inuocandum asserunt, certissima ratione demonstrant, aduersarios se cum ipsos pugnare, quippe qui nolint inuocari Sanctos, quia non sunt Dij veri, & tamen Christum inuocari velint, quem idem palam affirmant non esse Deum verum.

CAPVT SECVNDVM.

Explicatur sententia nouorum Arianorum.



VANTVM ad secundum, Sententia Valentini Gentilis, & aliorum, qui eius comites, vel discipuli fuerunt, tria docet.

Primo, tres esse Spiritus æternos, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, essentialis numero differentes. Ita docet ipse Gentilis prothesi 20. & 23. & refert hoc idem Benedictus Aretius initio historiæ de supplicio Valentini Gentilis, quæ sententia fuit olim Peratarum apud Theodoret. lib. 1. cap. 18. hæret. fab. Isti enim dicebant Trinitatem esse tres Deos, tres mentes, &c. Fuit etiam Ioannis Philoponi, ut referunt Suidas verbo Ioannes Grammaticus, & Nicephorus lib. 18. hist. c. 48. qui etiam c. 46. dicit, Philoponum tempore Phocæ Imperatoris vixisse circa annum Domini DCIV.

Idem docuit quidam Gallus tempore sancti Anselmi circa annum Domini MXX. aduersus quem scripsit ipse B. Anselmus librari de incarnatione Verbi.

Idem etiam circa annum MCCXC. docuisse videtur Abbas Ioachinus: asseruit enim tres personas non esse vnâ rem, siue vnâ essentiam numero, sed solum per collectionem, sicut multi fideles dicuntur vna Ecclesia. Id patet ex Concil. Lateranensi sub Innocentio III. c. 2. Denique eodem accessit, teste Bernardo Lucemburgen. si. Raimundus Lullus circa annum Domini M CCLX. qui docuit tres personas tres essentias esse.

Secundo, docuerunt Gentilis, & socij eius has tres personas non esse æquales, sed Patrem longè esse eminentiorem cæteris, ita ut ipse essentior, cæteri duo essentiat dici debeant. Ita Gentilis lib. Antidororum, antidoto 3. fol. 26. vbi ait proprium esse Patris, ut appelletur vnus, & solus Deus. Similia vide prothesi 8. 10. 22. 24. 38. & 40. Itaque noui Tritheistæ iam à Philopono ad Arium declinauerunt. Arius enim primus fuit, qui filium minorem Patre esse docuit, teste Epiphani. hæret. 69. Exortus est autem Arius circa annum Domini CCCXXIV. teste Theodoret. lib. 3. de hæret. fab.

Tertio, docuerunt Filium Dei non esse ex nihilo, neque in tempore genitum, sed ab æterno, & ex Patris substantia. Id habet Gentilis prothesi 11. & 21. quæ sententia fuit recentiorum Arianorum, nam vt B. Augustinus docet lib. 6. Trinit. c. 1. posteriores Ariani filium æternum esse concesserunt, tamen contrarium senserat Arius. Vnde etiam Maximinus apud Augustinum lib. 1. confiteretur filium non ex nihilo, sed ex Patris substantia genitum, iuxta sententiam Concilij Ariminensis. Non erit fortasse abs re, si aliquas ex prothesibus Valentini hic subiiciamus, vt lector nouorum Arianorum sententiam ex ipsis eorum verbis certius cognoscat.

Prothesi sexta. Pater non est hypostasis, siue persona in vno Deo sed, teste Apostolo, est vnus ille Deus, à quo omnia. septima. solus Pater est vnus Deus, id est, sine vno principio, aut origine inuetus. Octaua. Solus Pater verus deus, id est, à nullo superiore nomine essentiat, sed à seipso Deus. Nona. Qui vnus Deum in tres proprietates seu personas distinguit, vel sibi prestigias facit, vel necessario vnus Dei substantiam diuidit, atque dispergit. Decima. Deus habuit vim generandi, ac propagandi, quia voluit: ideoque, & λόγος ante secula genuit, & spiritum propagauit. Vndecima. A ternâ substantia principium & originem habet à Deo, quatenus genita ac distincta sit, non quatenus sit, non enim est ex

nil-0

nihilo creata, aut de aliqua non existente materia facta sed de immensa substantia illius summi Dei genita. Vigesima. Genitus à genitore substantiali numero differt, non potestate, sententia, aut diuersitate nature. XXI. Vnus Deus, & λόγος eius, due sunt eiusdem nature substantia intelligentes, id est, duo æterni spiritus consubstantiales, congruo gradu, ordine, & proprietate distincti. XXII. Plures spiritus immensa substantia esse non possunt. XXI. Solus Pater est spiritus æternus vniversitatis auctor, immensæque substantia: Filius verò spiritus est ex Deo ineffabiliter genitus, paternæ voluntatis exequutor, ac pro generationis modulo circumscriptibilis genitus, XXXIII. Confusio trium in vnum, & eundem numero spirituum, fundamentum, & origo omnium errorum fuit.

CAPVT TERTIVM.

Deum vnum numero esse, ex Scripturis & Patribus demonstratur.



VANTVM ad tertium, probanda est vnitas numerica Dei contra Peratas, Philoponum, Ioachimum, & huius temporis Tritheitas.

PROBATVR primo Scripturis, in lege, Deut. 4. Dominus, inquit Moyses, ipse est Deus, & non est alius præter vnum. Et paulò post: Scito ergo hodie, & cogitatio in corde tuo, quod Dominus est Deus vnus, & in terra deorsum & non sit alius. Cap. 6. Audi Israël, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. Et c. 32. Videt quod ego sum solus, & non est alius præter me. Nec possunt hæc referri ad vnitatem specificam: nam qui loquitur in Scripturis non est Deus vniuersalis, neque ipsa species Deitatis est Deus quidam singularis, vt patet, cū sola singularia sint in re, & loquantur, atque agant. At singularis Deus falsò dicit se esse vnū & solum Deum, & præter se non esse alium, si inueniuntur alia indiuidua eiusdem speciei. Nec enim verè dicere potuisset Adam, postquam filios generat, Ego sum solus homo, præter me nullus est homo, &c.

Idem probatur ex libris historialibus 1. Reg. 2. Non est sanctus, vt est Dominus, neque enim est alius extra te. 3. Reg. 8. Deus Israël non est similis tui, Deus in celo desuper, neq; in terra deorsum. At quare Deus Israël non habet similem, si sunt duæ aliæ indiuiduæ nature sub eadem specie?

Idem probatur ex Psalmis, Psal. 17. Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum? Psal. 82. Tu solus altissimus in omni terra. Psal. 85. Tu es Deus solus.

Idem ex Prophetis. Isa. 33. Ait me non est formatus Deus, & post me non erit. Ego sum, Ego sum Dominus, & absque me non est Deus. Et cap. 45. Ego Dominus, & non est amplius, extra me non est Deus. Et infra: Numquid non ego Dominus, & non est vltra Deus absque me. Deus iustus & saluator non est præter me. Similia passim docent omnes Prophetæ.

Idem ex Sapientialibus. Sap. 12. Non enim est alius Deus quam tu. Eccl. 1. Vnus est altissimus.

Idem patet ex Euangelio Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Mar. 12. Vnus est Deus & non est alius præter eum. Ioan. 17. Vt cognoscant te solum verum Deum. Est enim sensus, Tu habes Deitatem, quæ sola est vera Deitas, non ergo inuenitur alia Deitas.

DENIQUE ex Apost. 1. Cor. 8. Scimus quod nullus est Deus nisi vnus. Item ibidem, Nobis vnus est Deus. Gal. 3. Mediator vnus non est, Deus autem vnus est. Eph. 4. vnus Deus & Pater omnium. 1. Tim. 2. Vnus Deus, vnus & Mediator Dei & hominum. 1. Tim. 6. Qui solus est potens Rex Regum & Dominus dominantium.

PORRO ex his omnibus, & singulis locis aperte colligi, vnum numero esse verum Deum, non vnum specie, ex similibus loquutionibus potest intelligi. Non enim de vno aliquo homine rectè dicremus, ipse est solus homo: aut iste solus est verus homo, aut præter istum nullus est homo: aut iste est homo, & nemo alius, cuius rei non potest reddi alia causa, nisi quia natura humana non est in vno solum indiuiduo, sed in multis. Rectissimi

Antem de Sole, cui vna tantum natura indiuidua est dicimus, iste solus est verus Sol, vnus est in mundo Sol, præter eum non est alius Sol, &c.

Secundo, probatur ex patribus. Ac primum omnes Patres passim dicunt, esse vnum Deum, vt Iustinus libro de recta fide, Augustinus lib. 1. cōtra Maximinum, & alij. Et de hoc non est dubium; sed quia possent respondere, Patres, dum dicunt, vnum esse Deum, loqui de vnitate specifica, non numerica, propterea multis modis ex doctrina Patrum demonstrabimus, vnum numero esse Deum.

Primo, si multa essent indiuidua diuina, vt illi volunt, possent quidem illa dici vnus Deus, id est, vna species diuina, sicut Porphyrius dicit c. 2. plures homines sunt vnus homo, id est, vna species humana, at non possent tamen negari, quin etiam rectè dicerentur plures Dij, sicut rectè dicimus, Adam, Abel, & Cain, sunt tres homines. At Patres perpetuò negant, tres personas esse tres Deos: vnum igitur numero Deum esse volunt.

Quod negent patet ex Athanasio in Symbolo: Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus: & tamen non tres Dij, sed vnus est Deus. Cyrillus lib. 9. Ioan. cap. 30. Eadem, inquit, substantia Deitatis est, quare non tres, sed vnum Deum prædicamus. Basilius scripsit orationem in eos, qui calumniantur nos, quod tres Deos dicamus. Nyssenus librum scripsit ad Ablabium, non oportere dicere tres Deos. Augustinus lib. 2. cōtra Maximinum. c. 1. Tene, inquit, cum Catholica fide, Patrem quidem non esse qui Filius est, & Filium non esse, qui Pater est. At Deum esse Patrem, & Deum esse Filium: verum tamen ambos simul, non duos Deos esse, sed vnum. Et ibidem dicit, Arianos non ausos esse dicere duos Deos, licet hoc sentirent, sed, inquit, duos Deos à vobis colit, quamuis non negaueris, tamen non es ausus confiteri. Sensisti enim duos Deos esse colendos, Christianas aures ferre non possent, &c. At cur non possunt id ferre Christianas aures, si verè sunt duo Dij numero? Ambrosius lib. 1. de fide, c. 2. Deus in Deo est, sed non duo Dij. Et ibidem sæpius reperit, idem omnino esse Patris & Filij Diuinitatem, & addit, naturam ipsam clamare vnum esse Deum sicut vnus est mundus. Similia in omnibus Patribus inueniuntur.

Secundo, Patres negant numerum inueniri in Diuinitate, & solum in proprietatibus personalibus eum admittunt. At certè non posse Diuinitatem numerari, falsum esset, si Diuinitas non esset vna numero. Nazianzenus oratione 3. de Theologia: Tria hæc, inquit, vnum, si Diuinitatem spectes, & vnum vna, si proprietatum rationem habeas. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 1. Trinitas, inquit, ad personas refertur, vnitas ad naturam. certè Trinitas ista numerica est, non specifica, etiam secundum aduersarios, ergo opponitur Vnitati numericæ. Athanasius in Symbolo: Fides autem Catholica hæc est, vt Vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in Vnitatem veneremur. Et statim explicat, Trinitatem esse personatum, Vnitatem diuinitatis. Basilius epist. 141. ad Cæsarium dicit, ab essentia Dei omnem numerum reiiciendum. Vbi tamen nota, quod cum dicit, Deum non esse vnum numero, vult dicere, Deum non esse compositum, ita vt contineat in se numerum verum ex multis vnitatibus constantem. Nyssenus in lib. de Trinit. ad Eustachium: In multitudinem, inquit, extendere numerum Deitatum, eorum duntaxat est, qui laborant errore multitudinis Deorum. Ambrosius lib. 1. de fide c. 2. Vnitas potestatis excludit numeri quantitatem, quia vnitas numerus non est. Hormisdæ in epist. ad Iustinum, c. 2. Est, inquit, admittit numerum ratio personarum, vnitas tamen non admittit essentia separationem. Concilium Toletanum II. c. 1. In relationibus personarum numerus cernitur, in diuinitatis verò substantia, quid enumeratum sit non comprehenditur. Anastasius Antiochenus lib. 1. de rectis dogmatib. Trinitatem, inquit, dicimus non essentiarum, sed personarum, vnum enim Deum glorificamus, non numero

perso

personarum, sed natura: quod enim est Dei, hoc prorsus unum numero est. Et infra: Ita que sancta Trinitas essentia quidem unus Deus est, numero autem Trinitas. Vide libros huius auctoris in Bibliotheca sanctorum Patrum tomo 8.

TERTIO, Patres sæpe vocant Deum singularem, aut naturam eius indiuiduam. Iustinus lib. de Monar. Dei probaturus vnum esse Deum: Ex poetis gentiliū, inquit, ac primus Æschylus de Deo singulari vocem protulit. Et ipso titulo libri de Monar. Dei satis ostendit Iustinus se vnum Deum singularem agnoscere. Monarchia enim non potest dici regimen multorum eiusdem speciei, sed vnus singularis tantum. Item Athenagoras in apol. pro Christi. Sed cum ratio, inquit, & professio nostra Deum singularem & vnum celebret, &c. Nazian. orat. ad Euagr. de Diuin. Indiuidua, inquit, summi numinis natura est. August. lib. 1. cont. Maximī circa medium: Pater, Filius, & Spiritus sanctus vnum sunt propter indiuiduam eandemque naturam. Ambros. lib. 1. de fide, c. 2. Cūm igitur, inquit, plus Dominus à Domino, vnitatem diuinitatis agnosce: operationis enim vnitatis non facit pluralem diuinitatem.

QUARTO, Patres non semel negant, Deum esse vnum specie. Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 29. in fine, postquam dixerat, Apostolos inter se consubstantiales esse & similiter Patrem & Filium inter se, addit: Licet consubstantialitatis non equali ratione de nobis, ac de Patre, & de Filio dicatur. At de nobis verè & propriè specificè dicitur consubstantialitas. Igitur de diuinis personis non specificè, sed numericè dicitur. Aug. li. 7. Trinit. cap. vlt. quærit; An essentia diuina sit genus, an species, & vtrumque negat: idque propter duas rationes.

PRIMO, quia tamen genus, vt animal, diuidatur in species, hominem, equum, leonem; & species, vt homo, diuidatur in indiuidua, Abraham, Isaac, & ceteros homines singulares: tamen vnum animal, & vnus homo singularia sunt, nec possunt diuidi in inferiora; at essentia Dei dicitur vna essentia, & Deus dicitur vnus Deus, igitur Deus in plura indiuidua non diuiditur.

SECUNDO, quia tres homines plus valent, quam duo, & duo quam vnus, at non plus sunt in Deo tres personæ quam duæ, vel vna, non igitur tres personæ sunt tres Dij eiusdem speciei.

QUINTO, Patres dicunt esse mysterium ineffabile, quomodo tres personæ sint vnus Deus: at si essent vnus Deus specie, nullum esset mysterium. Nazianzenus in oratione ad Euagriū, conatur ostendere multis similitudinibus, quomodo vna & simplex natura Dei sit cōmunis tribus. An nulla quæstio esset, si natura diuina esset, vna speciei? Idem oratione in Neronem seu Maximū, secundū alios, Nunc verò, inquit, satis habet docere Trinitatem in vnitatem & vnitatem in Trinitate, cuius & diuisio & coniunctio planè admirabilis sit. August. lib. 1. in Maximinum ante medium. Ipsa, inquit, Trinitatis ineffabilis & excelsa coniunctio, vnum Deum ostendit, vnum Dominum. Idem lib. 7. Trin. c. vlt. postquam diu disputauit, quomodo tres personæ sint vna essentia, & remouit omnes similitudines, cōcludit: Si intellectu capi nō potest, fide veniatur.

Sexto, Patres, vt Basilii oratione contra Sabellium & Ariūm, Nazianzenus oratione de natali Domini. Ambrosius lib. 1. de fide, c. 1. & 2. dicunt Sabellium ad Iudæos, Ariūm ad Paganos pertinere, Ecclesiam verò mediā viam tenere, quæ nimirum nec vnam personam credat cum Iudæis, nec plures naturas cum Gentilibus. At Ecclesia non verè medium tenebit, si naturam diuinam multiplicet, sic enim nihil commune habebit cum Iudæis, & planè conueniet cum Gentilibus quorum plerique Deos eiusdem speciei colebant, vt Iouem, Martem, Mercurium, &c.

ADDE, quod Patres docent, Gentiles, etsi vulgo plures Deos colerent, tamen vnum Deum naturaliter cognoscere potuisse, sicut re ipsa Philosophi vnum Deum

cognouerunt, & ea ex parte quasi naturaliter Christiani fuerunt. At si Patres de vno Deo, non numero, sed specie loquerentur, nihil dicerent. Nā vulgus Deos caelestes non solum eiusdem speciei, sed etiam consanguineos faciebat. Vnde est illud Virgilij tam crebro repetitum, & ex Homero desumptum; Dulcem pater, atque hominū Rex.

PATER hoc imprimis ex testimoniis plurimis & clarissimis veterum Poëtarum, ex quibus Iustinus librum de Monarchia Dei composuit, & in apologia ad Antoninum dicit, Socratem & Platonem fuisse in hac parte Christianos. Athenagoras idem ostendit, adducens etiam testimonia multa veterum Ethnorum in apologia pro Christianis. Irenæus lib. 2. c. 5. dicit, ab omnibus posse naturaliter cognosci vnum esse Deum. Tertullianus in apologetico, c. 17. dicit, etiam cultores idolorum, cūm in angustiis sunt, attollere oculos ad cælum, & oblitos Deorum vnum Deum naturaliter inuocare. Idipsum docet Cyprianus Tract. 4. de vnitare idolorum. Arnobius lib. 2. contra Gentes. Da, inquit, verum iudicium & hæc omnia circumspectans, quæ videmus magis an sint Dij ceteri dubitabit quam in Deo cunctabitur, quem esse omnes naturaliter scimus siue cum exclamamus, O Deus, siue cum illum testem Deum constituimus improborum, & quasi nos cernat, faciem subleuamus ad cælum. Et lib. 3. contra Gentes dicit, multos Græcos & Latinos Gentiliū confutasse Deorum multitudinem, & in iis Ciceronem, in libro de natura Deorum tam efficaciter demonstrasse, non posse esse plures Deos, vt non defuerint, qui putarent ex Senatusconsulto eos libros aboleri debere. Lactantius lib. 1. c. 3. neminem esse dicit, qui si rationem cōsulat, non vnum Deum esse intelligat; & probat toto libro ex Platone, aliisque Philosophis. Similia vide apud Clementem in exhortatione ad Gentes, Eusebium lib. 11. præparat. c. 9. & Theodoretum li. 2. de curan. Græcorum affect. Denique Paulus Orosius lib. 6. hist. cap. 1. dicit, communem sententiam sapientium esse, vnum esse solum & verum Deum: ceteros autem, qui dicuntur Dij nihil esse, nisi vnus illius seruus & ministros. Quod idem ferè scripsit Prudentius in de uolub. 4.

Consule barbati deliramenta Platonis, Consule & hircosos cynicos, quos somniat, & quos Texit Aristoteles torta vertigine neruos. Hos omnes, quamuis anceps labyrinthus, & error Circumflexus agat, quamuis promittere & ipsi Gallinam soleant aut gallum, clinicus vt se Dignetur præstare Deus morientibus aquum. Cūm ventum tamen ad normam rationis & artis, Turbidulos sensus, & lūgiosa fragosis Argumenta modis concludunt numen in vnum.

TERTIO probatur rationibus. Prima ratio, Deus est summum ens, vt patet Exodi 3. Ego sum qui sum. Igitur Deus est summè vnus. Nam vnum est passio entis, & proinde quo aliquid est magis ens, est etiā magis vnum. Item, quo aliquid perfectius habet esse, eò longius abest à non esse, & proinde à diuisione, quæ est via ad nō esse, ergo Deus est vnus non specie, sed numero. Nam hæc est maxima vnitatis, quæ non est alterius diuisibilis.

SECUNDA, Deus est suum esse, vt patet tum ex eodem textu Exod. 3. Ego sum qui sum; tum etiam quia Deus omnium consensu caret omni compositione. ergo in Deo idem est esse & essentia. ergo Dei natura non est multiplicabilis, & diuisibilis in plura indiuidua: nam esse propriū vnus, non potest vllō modo diuidi, vt cōueniat pluribus, sed esse huius Dei, est ipsa essentia Dei, ergo nec essentia Dei est vllō modo diuisibilis in plures.

DIOS, argumento hoc tantum probari non posse essentiam huius Dei multiplicari, non autem essentiam Dei in communi. RESPONDEO, probari etiam de essentia Dei in communi. Pro quo nota, esse, siue existentiam non esse

aliquid

aliquid

aliquid abstrahibile ab inferioribus, vt est natura, nec esse aliquid contrahibile per differentias, aut contrahens instar differentia: sed esse ipsam actualitatem omnium quæ sunt in re. Ex quo fit, vt in creaturis, in quibus non est idem omnino esse & essentia, possit multiplicari vnū sine altero: potest enim abstrahi à singularibus natura communis, remanente vniciue singulari sua existentia. At in Deo, vbi est omnino idem esse & essentia, sicut est proprium huius Dei esse hunc Deum, ita est propriū, esse Deum, nec potest abstrahi natura communis.

TERTIA, Deus est altissimus, vt Scripturæ passim docent, Psalmo 82. Tu solus altissimus Ecclesiast. 1. v. vnus est altissimus. Ergo vnus tantum: nam si plures essent vel essent æquè alti, & sic nullus, qui supra omnes; vel vnus altior cæteris, & sic ille solus esset vnus Deus verus.

QUARTA, Deus est vltimus finis omnium rerum, Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsum fecit altissimus. Et Apocalypsis 1. Ego sum a & ω, principiu & finis. Vnus igitur tantū est Deus. Nam si plures essent Dij, vel referrentur omnes ad vnum, & ille tantum esset verus Deus: vel non, & cum nullus esset vltimus finis omnium.

QUINTA, Deus est infinitus in essentia, potentia, sapientia, &c. Ergo vnus numero; nam infinitum omnia cōprehendit. Psal. 14. 4. Et n. agnitudinis eius nō est numerus.

SEXTA, Si plures Dij essent vel sine principio sunt omnes, vel vnus ab alio. Primum est impossibile, quia tunc essent multa principia prima disparata, & in varias partes mundum distraherent, saltem quia non necessariò conuenirent in vna eadēque voluntate; sed posset vnus vnus, alius aliud velle. Vnde etiam Ethnici vocabant Iouem Deorum parentem. Si est vnus ab alio, vel creatione, vel generatione.

SI primum, ergo secundus est creatura. Ergo non est Deus: Atqui hinc videlicet Ariani recentiores, & Trinitaristæ non audent dicere, Filium esse creatum, cum Deum esse velint. Quamquam secum ipsi pugnant, cum increatum Deum faciunt, & tamen alium Deum à Deo vero esse volunt.

SI secundum vel dedit totam substantiam, vel partem: si partem ergo partibilis Deus, si totum, ergo habent eandem Deitatem numero.

SEPTIMA, Deus est Rector mundi; Tu autè, Pater, prouidentia cuncta gubernat. Sapient. 14. At simplex Monarchia est optimum regimen, quando inueniri potest Princeps bonus, & sapiens, vt patet consensu omnium: id enim docent ex Christianis, Iustinus oratione parænet. ad Gentes. Cyprianus tractatu quarto, vbi etiam probat, Deum esse vnum, hoc argumento, quia Monarchia est optimum regimen. Athanasius oratione contra Idola. Chryostomus hom. vlt. in epistolam ad Hebræos. Gregorius lib. 4. epist. 52.

EX Iudæis, Philo lib. de confusione linguarum. Ex Gentilibus, Plato in politic. Aristoteles lib. 8. de moribus, cap. 10. & in 12. Metaph. Plutarchus in opusculo de formis Reipublicæ. Homerus in 2. Iliados. Iocrates in Nicocle. Herodorus libro qui dicitur Thalia, Ioannes Stobæus sermone 45. vbi & alios permultos adducit. Deus igitur Monarcha est, id est, vnus & solus summus Princeps omnium rerum creaturarum; ac proinde vnus & solus verus Deus.

ATQUE ex his intelligi debent loca quædam Patrum, quæ alioquin paulò duriora esse videntur. Nam Basilii, Nyssenus, & alij interdum comparant tres diuinas personas tribus hominibus, aut tribus Angelis. Sed nihil aliud docere volunt, quàm esse tria vera supposita, siue personas eiusdem nature. Porro nature indentitatem longè esse maiorem in tribus diuinis personis, quàm in tribus hominibus, aut in tribus Angelis, etsi Patres illi non vbique dicant, tamen nunquam negant, alicubi etiam dicunt, vt supra ostendimus.

CAPVT QVARTVM.

Diuinitas filij Dei asseritur.

VANTVM ad Quartum, probandum est, Filium Dei esse verum Deum, & proinde vnum numero Deum cum Patre. Nam Patrem esse verum Deum, nemo negat, & patet ex illo Ioannis 17. vt cognoscat te solum Deum verum.

EST autem hoc diligentissimè probandum; nam id negant hoc tempore tam noui Ariani, quàm noui Samoſateni, & præterea omnes Iudæi, & Mahumetani. Profertur nouem Classes argumentorum. Primam, ex Testamento veteri & nouo. Secundam, ex veteri. Tertiam, ex nouo. Quartam, ex nominibus Dei. Quintam, ex operibus. Sextam, ex attributis. Septimam, ex Parribus. Octauam, ex Sybillis. Nonam, ex miraculis.

Prima Classis ex vtroque Testamento.

PRIMO afferemus testimonia, quæ habentur in Testamento veteri, de vnico & vero Deo Israël, & in Testamento nouo exponuntur de Christo: ad quod argumentum nulla fingi potest solutio, Nu. 21. Loquutus, inquit, Moyses, populus contra Dominum, & Moſem ait: Cur eduxisti nos de Ægypto? &c. Quamobrem Dominus irascenti in populum igneus serpens. &c. Hic omnium consensu agitur de vero & summo Deo quem soli Iudæi nouerant: At Seruetiani & Gentilistæ habent hoc pro axiomate, Deum Israël esse verum Deum & eum esse solum Patrem. At 1. Cor. 10. Paulus ait illum ipsum Deum esse Christum; Neque timentis, inquit, Christum, sicut quidam eorum tenuerunt. & à serpentibus perierunt. Igitur oportet, Christum esse Deum verum & vnum omnino Deum cum Patre.

SECUNDVS locus est Exod. 20. & Iudæ epist. Nam Exod. 20. dicitur. Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi de terra Ægypti. & Deut. 32. Dominus solus Deus eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. At Iudas ait: Iesus vult populum de Ægypto saluans secundo eos, qui non crediderunt, perdidit, Angelos autem, &c. Notauit hoc argumentum etiam Beda in hunc locum.

TERTIVS locus Psal. 67. dicitur de Deo Israël: Mirus Dei decem millibus multiplici, militia quantium, Dominus in eis, in Sinu in sancto, ascendit in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Et hoc idem Paulus tribuit Christo ad Ephes. 4. Vnicuique nostrum inquit, data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dixit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

QUARTVS & quintus locus Psal. 96. Adorate Deum omnes Angeli eius. Psal. 101. Tu Domine inuio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem permanes, &c. Vtrumque locum Paulus applicat Christo, Hebr. 1. vbi illum probat maiorem esse Angelis, quia iuxta Psal. 96. Angeli iubentur adorare Christum, & iuxta Psal. 101. Christus dicitur creator cæli & terra quod Angelis nullo modo conuenit.

SEXTVS locus Isaia 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea que sub ipso erant replebant templum. Seraphim stabant super illud: sex ale vni, & sex ale alteri, duabus velabant faciem, & duabus velabant pedes, & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; plena est omnis terra gloria eius. Et infra: Et dixit Dominus ad me, dic populo huic excæca oculos ipsorum, & cor eorum aggraua, &c. Non potuit clarius describi maiestas summi Dei. Et quamuis aduersarij soli Patri hoc tribuant, tamen Ioannes c. 1. exponit de Christo. Nam postea quam posuit verba illa c. 6. Isaia. Exi acceui oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non viderent oculis, &c. Subiungit: Hæc dixit Isaia quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Quare idem Ioannes Apocalypsis quarto dicit, se audiuisset clamantes; Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus

Deus

Deus omnipotens, qui est, qui erat, & qui venturus est. At quis venturus est, nisi Christus?

SEPTIMVS locus Isaia 8. Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse pavor vester, & ipse terror vester: & erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum, & in rumam habitantibus Hierusalem, & offendent plurimi, & cadent & contrentur. Hic apertissime, etiam Iudeis omnibus consentientibus, vocatur summus Deus, & Dominus exercituum, quibusdam sanctificatio, quibusdam lapis offensionis, petra scandali, laqueus & ruina.

AT hoc ipsum tribuunt Christo Lucas, Petrus, Paulus. nam Luc. 2. Simeon de Christo dicit: Positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum. Et Rom. 9. Quid ergo dicemus? quod Gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quae ex fide est. Israel vero sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non pervenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali. 1. Pet. 2. Vobis honor credentibus, non credentibus autem lapis offensionis, & petra scandali.

OCTAVVS locus Isaia 40. Vox clamantis in deserto, parate viam Domino, & facite in solitudine semitas Dei vestri. Haec de Deo Israel dicuntur ab Isaia. Nec enim Iudaei alium Deum & Deum suum absolute vocabant, quam unum verum Deum, ac praesertim Prophetarum, alique sancti viri: & tamen hanc vocem esse Ioannem, qui paravit viam Christo, testantur omnes Euangelistae, Matth. 3. Marc. 1. Luc. 1. Ioan. 1. Est igitur Christus ille Dominus & Deus Israel, quem solum Patrem aduersarii faciunt.

NONVS locus Isaia 45. Ego Deus, & non est alius, in memetipso iuravi, quia mihi curabitur omne genu. Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu. Vides, quemadmodum, Apostolo teste, Christus est ille Deus, praeter quem non est alius Deus.

DECIMVS locus Isaia 41. 44. 48. Ego sum primus: ego nouissimus. Haec dicuntur passim de Deo Israel. Apocalypsis 1. Ego sum a & o. Et infra, Ego sum primus, & nouissimus & vnus, & sui mortuus, &c.

VNDECIMVS locus Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Hic etiam loquitur Deus Israel. Nam omnes codices, Hebraeus, Graecus, Chaldaeus, Latinus, habent, Ante faciem meam. Et tamen Christus ipse Matth. 11. ait, Angelum hunc esse Ioannem Baptistam, qui praeparavit viam ante faciem Christi. Et Luc. 1. Zacharias ait: Praebis ante faciem domini parare vias eius. Quid clarius? Cui enim Ioannis viam paravit, nisi Christo?

SED operaepretium erit videre, quid aduersarii respondant. Nam etsi non respondent ad omnia, tamen ad aliqua respondere conati sunt. Igitur Transyluani lib. 2. cap. 20. generatim respondent, posse de Christo exponi, quae de Deo dicuntur, quia Deus Christo suam Deitatem communicavit. Deinde in particulari.

AD primum respondent, sensum esse, Non tentemus nos nostrum Christum, sicut illi tentauerunt Deum suum. Vel ne tentemus re ipsa Christum, sicut illi tentauerunt in figura eundem Christum. Nam in eodem loco dicitur: Omnia contingebant illis in figuram.

AD secundum non vidi responsum.

AD tertium respondent Franciscus Dauid, & Blandrata in disputatione V. Albana, illa verba (Ascendens in altum) esse prophetiam de Christo futuro, non autem hoc dici de Deo Israelis.

AD quartum respondet Franciscus Dauid disputatione tertia, & Blandrata disputatione 6. Albana, Christum esse adorandum, quia Deus id iussit, non tamen vt altissimum, sed vt altissimi Filium.

AD quintum respondent Ministri Transyluani lib. 2. cap. vlt. & Franciscus Dauid disputatione Albana tertia diei, verba illa (Et tu domine initio terram fundasti) de solo Patre debere intelligi, etiam ad Hebraeos primo: voluisse enim Paulum ostendere, Christum esse Filium veri Dei, & ideo apostrophem fecisse ad Patrem dicendo: Et tu domine, &c. Et probant hoc, quia alioqui pugnaret Paulus primo cum Symbolo Apostolorum, vbi Pater solus dicitur creator caeli & terrae. Secundo, pugnaret cum Christo, qui sepius Patrem suum vocat creatorem caeli & terrae, Matt. 2. Confiteor tibi pater caeli & terrae, &c. Tertio, quia pugnaret secum, quia iam dixit secula esse facta per Filium, non ergo Filius condidit caelum, sed per Filium Pater. Quarto, quia inepte conferret Filium cum angelis, si Filius esset creator, cum inter creatorem & creaturam nulla sit comparatio.

AD sextum, ex Isa. 6. & Ioan. 12. respondet quidam Basilii in disputatione II. Albana, fuisse illam visionem in figura. Nam Deum vt est in se nemo vidit vnquam, & ideo nihil inde probari.

AD nonum insinuat solutionem Franciscus Dauid disputatione Albana VIII. vbi dicit, Christo curuari omne genu, non quia sit ille Deus altissimus, qui loquitur Isaia 45. sed quia Deus Christum hominem exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen Philip. 2. id est nomen Iehoua, & vt in nomine Iesu omne genu flectatur.

AD decimum ex illis verbis: Ego sum primus & nouissimus, responder Franciscus Dauid disputatione III. Albana, & VIII. illa verba non eodem modo accipi debentur de Deo, Isa. 48. & cu dicuntur de Christo: Apoc. 1. Nam in Apocalypsi intelliguntur de Christo homine, quia sequitur, & sui mortuus, &c. Dicitur ergo Christus primus, quia est exaltatus super omnia. Nouissimus, quia est complementum operum Dei.

SED haec omnia facile refelluntur. Ac primum, non ideo possunt exponi de Christo, quae dicuntur in Testamento veteri de Deo Israel, quia Deus Israel cum Christo communicauit suam Diuinitatem. Nam si, vt ipsi dicunt, Christus antequam nasceretur ex Maria, non erat; & proinde Deus in tempore fecit Christum Deum, ergo quae dicuntur de Deo, non poterant Christo ante illud tempus accommodari. At Paulus dicit 1. Corinth. 10. a Iudaeis in deserto, cum redirent illi ab Aegypto, tentatum esse Christum.

PRATEREA quae, quomodo donauerit Deus Christo suam diuinitatem? Nam non donauit gignendo illum ab aeterno. Id enim ipsi negant, sed donauit, vt ipsi dicunt, per inhabitationem & visionem; at hoc modo etiam Angelis & hominibus sanctis donat Deus suam Diuinitatem, & tamen non possunt exponi de illis, quae dicuntur de Deo in Scripturis.

PRATEREA inhabitatio Dei in Christo, non potest facere Christum Deum, alioqui etiam palatium regium esset Rex. Vnctio autem non tribuit ipsam veram Diuinitatem, sed quandam participationem creatam, vt notum est; non igitur quae dicuntur de vno & solo vero Deo Israel, tribui possunt ei, qui solum vnctione est DEVS.

Nec primi loci solutio aliquid valet, nam Paulus & illorum tetationem, & nostram refert ad eundem Christum, non ergo possumus distinguere, ac dicere, illos tetasse Deum, nos Christum. Quod autem addunt de figura, nihil est: Nam figurae Testamenti veteris sunt historiae verae ad litteram, & secundum verborum proprietatem exponendae, quamuis aliquid aliud praeterea significant, vt patet ex toto isto capite 10. epistolae ad Corinthios. Nam dicuntur filij Israel fornicari, & idola coluisse, ac propterea a Deo variis modis puniti, & in his omnibus figuram gessisse populi Christiani, qui similiter

puniatur, si similia peccata faciat, ac certe proprie & ad litteram illi fornicati sunt, idola coluere, puniti sunt; ergo etiam proprie, & ad litteram intelligendum est, quod Christum tentauerint. Adde, quod ideo solum Transyluani confugiunt ad figuras, ne cogantur admittere Christum fuisse, antequam nasceretur ex Virgine.

AT Paulus ibidem clarissime dicit, in deserto cum Mose Christum (vt Deum videlicet, non vt hominem) Iudeis adfuisse. Bibebant, inquit, de spiritali conuolante eos Petra: Petra autem erat Christus. id est, Iudaei in deserto piberunt aquam de Petra, sed non erat ea Petra materialis quae sua virtute potum praebat, sed erat alia quadam Petra inuisibilis & spiritalis, quae illis perpetuo aderat, eosque comitabatur, & omnia illis procurabat, ea vero Petra erat Christus; & sic exponunt omnes, nec facile potest excogitari alius sensus.

TERTII loci solutio nihil valet. Nam etiam Dauid Psal. 67. de futura Christi Ascensione vaticinatur: & tamen de eodem Christo ibidem dicit, quod descenderit olim ad montem Syna, & pertransierit cum populo per desertum & alia, quae non possunt conuenire ei, qui non fuerit ante incarnationem. Vnde recte Hieronymus & Theodoretus exponentes hunc locum, dicunt, Dauidem, significare voluisse, vnum atque eundem esse eum, qui descendit in montem Syna coram Iudaeis olim, & qui postea in caelum coram Apostolis ascendit.

QUARTI loci solutio non est solida, quia nos non argumentamur ex adoratione, sed ex eo, quod Paulus dixit, scriptum esse de Christo, Psalmo 96. quod constat, scriptum esse de Deo Israel. Hinc enim sequitur Christum esse Deum Israel. Non enim ita ratiocinamur, Christus iubetur adorari ab Angelis, igitur est Deus verus (quamquam & hoc est bonum argumentum, & eo vtitur sanctus Paulus) sed hoc est argumentum nostrum. Dauid in Psal. 96. dicit, Deum Israel adorari debere ab Angelis; sed Paulus affirmat Christum esse illum, qui ex sententia Dauidis adorari debet ab Angelis; ergo Dauid, Paulo teste, Christum asserit esse Deum Israel.

QUINTI loci solutio est mera corruptio Scripturae; nam Paulus non facit Apostrophem ad Patrem, sed citat varia loca de Christo, & inter alia istum locum, vt patet ex illa particula coniunctiua (Et) Ad Angelos, inquit, dicit, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, ad Filium autem, Thronus tuus Deus in seculum seculi, & tu Domine initio terram fundasti, &c.

RATIVNOLAE autem Transyluanorum leuissimae sunt, & mirum est, non fuisse a Petro Melio refutatas. Ad primam & secundam dico, Patrem Christi esse creatorem, sed non sine Verbo suo, cum quo sicut est Deus vnus, ita & vnus creator.

AD tertiam dico, non pugnare, esse creatorem, & esse eum, per quem Deus Pater creat. Nam idem Christus dicit Ioannis 5. Pater meus operatur, & ego operor: & tamen etiam dicit Ioannis decimo quarto: Pater in me manet, ipse facit opera. Itaque vterque creat, quia vterque habet in se omnipotentiam, & eandem omnipotentiam: dicitur autem Pater creare per Filium, non Filius per Patrem, quia Deus potentia & sapientia sua mundum creauit, Filius autem, Virtus & S. p. n. tia Dei, a Paulo nominatur, 1. Corin. 1. & Brachium Domini, ab Isaia, cap. 53.

AD quartam dico, Paulum conferre Christum cum Angelis, quia dicitur erat, cum paulo minus ab Angelis fuisse minoratum per passionem. Itaque ne putaremus, Christum esse omnino Angelis minore, confert eum cum Angelis, & ostendit, nullam esse inter eos comparationem, cum Christus sit Filius: Angeli autem serui. Vide Athanasium oratione 2. in Arianos.

SEXTI loci solutio nihil valet, quia etsi Isaia non vidit essentiam Dei, Paulum conferre Christum cum Deum Israelis representabat: & cum Ioannes dicat, ea

specie demonstratum esse Christum, sequitur Christum esse Deum Israelis.

NONI loci solutio nulla est, quia Paulus Rom. 14. non solum Christo flectenda esse dicit omnia genua; vt dicit Philippens. 2. sed addit, id scriptum esse, & citat locum Isaiae vbi Deus Israel loquitur de se. Ex quo clarissime patet, Christum esse ipsum Deum Israel. Neque obstat quod dicitur Philippens. 2. Dedit illi nomen, quod est super omne nomen; nam iuxta commentarium Ambrosij, Pater dedit Filio nomen super omne nomen per aeternam generationem: iuxta alios omnes, dedit homini Christo post resurrectionem, nomen super omne nomen, id est, nomen veri Dei, non quod antea id non haberet sed quia non cognoscebatur; Deus autem ita clarificauit eum, vt totus mundus nouerit, hominem illum crucifixum esse verum Deum.

ET quod hic locus de manifestatione nominis intelligi debeat, patet, quia Christus id petiit, Ioan. 17. Pater clarifica me claritate, quam habui apud te, prorsus, vnus mundus fieret. Praeterea Philip. 2. id explicatur, cum dicitur; Et omnis lingua confiteatur, &c. Denique etiam ante mortem Christus dicebatur Filius Dei vni, Matth. 16. & Ioan. 11. & passim dicebatur Dominus Ioan. 13. Vos vocatis me Magister & Domine, & benedicitis, s. m. e. v. Non igitur propter mortem acquisiuit nomen Filij Dei, aut nomen Domini, sed manifestationem eius. Vide Cyrillum lib. 4. thesauri, cap. 2. egregie hunc locum tractantem.

DECIMI loci solutio similis est prioribus. Nam non ideo sumi debent haec verba, Ego sum primus & nouissimus, aliter in Apocalypsi quam apud Isaia, quia dicitur in Apocalypsi, Et sui mortuus, id enim contendimus, eum, qui est mortuus secundum formam hominis, esse etiam verum Deum, aeternum, primum & nouissimum secundum formam Dei, vt Isaia dixit: nam ad verba Isaia Ioannes respexit.

PRATEREA absolute vocatur Christus primus & nouissimus, vt sunt absolute prima & vltima litterae, a & o. At si Christus solum sit primus inter creaturas, & complementum operum Dei, non erit simpliciter primus & vltimus, sed secundum quid tantum. Deus enim solus est simpliciter primus principium, & vltimus finis omnium rerum.

CAPVT QVINTVM. Secunda Classis re veteri testimonio.

PRIMVS locus Psal. 2. qui Psalms de Christo intelligitur, tum quia Rabbi Salomon, & ceteri Rabini de Messia exponunt, teste Galat. lib. 3. cap. 7. tum etiam quia de Christo intelligitur Act. 4. & 13. & Hebr. 1. & certe Paulus ad Hebraeos 1. non adduceret ex hoc Psalmo argumentum contra Hebraeos, nisi sciuisset Hebraeos hunc Psalms de Christo intelligere solitos. In hoc igitur Psalmo dicitur; Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ac ne putemus, Messiam esse Filium Dei per adoptionem, quomodo etiam Israel dictus est primogenitus Dei, subiungit, Et nunc Reges intelligite, erudiamur, qui indicatis terram, apprehendite disciplinam, &c. Vbi nota, in Hebraeo fonte, quem aduersarij semper requirunt, esse נַאֲשִׁיחַ קִבְּרֵי נַאֲשִׁיחַ קִבְּרֵי נַאֲשִׁיחַ קִבְּרֵי, Osculamini Filium, id est, in signum subiectionis osculamini manum Filij, aut pedem. Neque obstat, quod septuaginta verterit, Apprehendite disciplinam: illi enim ad sensum, non ad verba respexerunt: tunc enim adoramus verum Christum, cum eius doctrinam recipimus.

NOTA praeterea in sequentibus verbis; Ne quando irascatur Dominus, in Hebraeo non esse Dominum, sed referri ad Filium illa verba Ne quando irascatur nimirum Filius. Ex quo intelligimus vocem, Domini, a septuaginta additam, ad Filium esse referendam: de quo etiam intelligitur necessarium id quod sequitur; Cum exarsit in breui ira eius, beati omnes, si confidant in eo.

HINC est iam argumentum; Messias est Filius Dei, adorandus ab omnibus Regibus; & quibus ille irascitur, ij omnino peribunt, & qui in illo confidunt, ij beati erunt: ergo Messias est verus Deus. Nam solus verus Deus habet imperium vita & mortis, i. Reg. 2. Item in Scripturis passim in solo vero Deo confidendum esse dicitur, vt Hieremie 17. *Maledictus homo qui confidit in homine*. Et infra: *Benedictus vir qui confidit in Domino*.

SECUNDVS locus, Isaia 48. *Audi me Jacob & Israel, quem ego voco. Ego ipse, & ego primus & ego nouissimus: manus quoque mea fundant terram, dextera mea mensa est caelos*. Et infra: *Accedite ad me, & audite vocem meam: non in principio in abscondito locutus sum, ex tempore autem fuerit, ibi eram, & nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius*. Certum est, hunc missum, non esse Patrem, tum quia Pater non habet, à quo mitti possit, tum etiam quia Filius restatur, se missum esse à Patre Ioan. 8. & à Spiritu sancto, Luca 4. & tamen videmus hunc ipsum missum, esse illum Dominum Deum, qui fecit caelum & terram, & qui est primus & nouissimus.

RESPONDIT ad hunc locum, quem obiecerat ei quidam Paulus Thurius, Franciscus Dauid, disputat. Albana V. diei, illa verba; *Et nunc Dominus Deus misit me*: dicta esse ab ipso Propheta de se ipso; quam explicationem à Vatablo accepit, Vatablus autem à Rabbiniis.

PROBAT Franciscus Dauid suam sententiam. Primo, quia si iste locus intelligeretur de Christo, Christus fuisse ante incarnationem, At i. Ioan. 4. dicitur, spiritus Antichristi esse, qui asserit Christum fuisse extra & ante carnem. Secundo, quia Paulus dicit Hebr. 1. Deum nouissimè locutum esse in Filio. Isto igitur loco Isaia non est Christus, qui loquitur; nam dicit, se à principio locutum esse. Tertio, quia illud, *ibi eram*, solet exponi à Catholicis, ibi, id est, in monte Syna. At Galat. 3. dicitur, Lex data in monte Syna per Angelos, non per Christum. At istae rationes nihil probant, & mirum est, illum Paulum Thurium non potuisse eas refellere.

AD primum, Ioannes non ait, Christum non fuisse ante carnem, sed ait, Antichristum esse, qui negat Christi incarnationem, vt negabant eo tempore Ebion & Cherinthus, & nunc ipsi Transyluani. Hæc enim sunt verba Ioannis: *Omnis spiritus, qui conficitur IESVM CHRISTVM in carne venisse, ex Deo est, & omnis spiritus, qui soluit IESVM, ex Deo non est, & hic est Antichristus*. Quid est autem soluere IESVM, nisi diuidere Verbum à carne, ac dicere, Filium Dei non esse factum verè Filiū hominis, sed solum in eo tanquam in templo inhabitasse? Quid verò est, IESVM in carne venisse, nisi Verbum Dei veram carnem in vnitatem hypostasis suæ assumptisse, atque ita verum hominè factum ad homines venisse?

AD secundum, Paulus non negat, Dei verbum loquutum ante incarnationem, sed tantum ait, Deum vltimo tempore loquutum esse corporali ore & voce per Filiū incarnatū, qui olim loquebatur per ora Prophetarū.

AD tertium dico, legem datam in Syna à Deo Patre, & Filio, & Spiritu sancto, sed ministerio Angelorum. Quod autem Isaia ad literam loquatur de Christo, patet primo ex patribus: nos enim habemus in primis consensum Patrum. Nam Origenes lib. 1. contra Celsum, vltra medium. Eusebius lib. 5. demonstrat, cap. 6. Athanasius in sermone de sanctissima Deipara, vltra medium. Chrysostrum de sancto & adorando Spiritu, circa finem, tomo 3. Ambrosius lib. 2. de fide, cap. 4. Hieronymus & Cyrillus in hunc locum Isaia, & Augustinus lib. 20. ciuitatis Dei cap. vltimo, ita exposuerunt.

PRÆTEREA textus ipse id clamat: *Ex tempore autem fuerit, ibi eram, & nunc Dominus Deus misit me*, in Hebræo habetur, &c. *ועתה יהוה אלויים שליחא מי, ועתה יהוה שליחא מי, ועתה יהוה שליחא מי*. *Meeth heiorba sham ani, veatiba* ADONAI *elobim schalachtiani*, à tempore effendi

hoc, ibi ego, & nunc Dominus Deus misit me, hoc est, cum fierent, ibi eram; & sic verterunt septuaginta *ἐγώ εἰμι, ὁ θεὸς ἰσραὴλ*, vel ante tempus effendi hoc, id est, vt vertit Hieronymus, Antequam fieret, ibi eram. Quid est autem illud, Effendi hoc? aliqui exponunt caelum & terram, vt Hieronymus, & tunc sensus est, antequam fieret, vel, Cum fieret caelum & terra, ego ibi eram. Et hoc certè non potest conuenire Propheta.

ALII intelligunt per illud (Hoc) legem datam in Syna: & hoc etiam non conuenit Propheta in persona sua; quippe qui natus est multis sæculis post legem datā, ne dicam post creationem cœli & terræ. Itaque duæ istæ explicationes nobis maximè fauent.

ALII exponunt de hac propheta, vt sit sensus, Cum fieret hæc propheta, ego aderam. At ridiculum est: quis enim non est, vbi loquitur?

ALII exponere possent de euerfione Babylonis per Cyrum, nam de hac re paulò antè loquebatur Isaia, sed, ibi, id est, in Babylonia non erat Isaia, cum id fieret, immò euerfa est Babylonia à Cyro ducentis annis post mortem Isaia: & tamen hic loquitur de re iam facta, cum ait, Cum hoc fieret, vel antequam fieret.

RESTAT solum, vt dicant, Prophetam de improposito mutare personam: & cum dixisset in persona Dei, Antequam fieret, ibi eram, iam in persona sua dicere, Nunc Dominus Deus misit me, sed obstat copulatiua, ET, quæ habetur in textu Græco, Hebræo, & Latino. Cogit enim ea copula, vt de eodem omnia intelligamus. Qui enim dixit, Antequam fieret, ibi eram subiungit. Et nunc misit me Dominus. Alioquin si licet sine causa fingere mutationes personarum, nihil vnquam certi ex diuinis literis colligi poterit.

TERTIUS locus est Isaia 35. *Deus ipse veniet, & saluabit nos, tunc aperietur oculis cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus, & soluta erit lingua mutorum*. Hunc locum de Christo intelligi patet. Primo, quia Dominus Matthæi vndecimo respondit discipulis Ioannis, *Emtes nunciate iohanni, &c. cæci vident, surdi audiunt, claudi ambulanti, &c.*

SECUNDO, quia nunquam Deus per vllum Prophetam hæc signa fecit. Qui enim tempore Testamenti veteris miracula fecerunt, sunt Moyses, Iosue, Helias, Heliseus, & ipse Isaia. At nulli eorum curarunt cæcos, surdos, mutos, claudos, quæ signa Isaia nominauit, & Christus passim fecit. Præterea loquitur Isaia de tempore futuro; *Deus, inquit, ipse veniet, &c.* at omnes illi Prophetæ, qui signa aliqua fecerunt, ante tempora Isaia fuerunt. Vnde Dominus Ioannis 15. *Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, &c.*

TERCIO, quia Patres sic exponunt. Irenæus lib. 3. c. 22. Cyprianus lib. 2. contra Iudæos, cap. 7. Eusebius lib. 6. demonstrat, cap. 21. Hieronymus & Cyrillus in hunc locum Isaia. Item Cyrillus lib. 4. in Ioannem, cap. 28. Augustinus lib. de quinque hæresibus, cap. 6. Athanasius libro de humanitate Verbi, vltra medium. Quod autem Dominus Deus, de quo hic est sermo, sit Deus Israël, patet, quia absolute Propheta dicit, Deus ipse veniet, nam Deos falsos & metaphoricos nunquam absolute appellant Deos Prophetæ, & præsertim illud pronomen. Ipse: indicat verum Deum, non autem ministrum aliquem loco eius venturum.

QUARTVS locus est Isaia 52. *Dicit Dominus, Iugiter tota die nomen meum blasphemat, propter hoc sicut populus nomen meum in illa die, quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum*. Quod is, qui initio loquitur, sit Dominus Deus, certum est, nam vitur nomine ineffabili, & conuenerit, quod blasphemetur nomen suum, & nominat se Deum Israël, & vocat Iudæos, populum suum; ac denique dicit, se esse, qui per Prophetas loquebatur: quæ omnia soli Deo vero conueniunt.

Q V O D

QVOD autem idem ipse sit Christus, probatur: Nā dicit, *Ego, qui loquebar, ecce adsum*. Quando enim, quæso, qui loquebatur olim per Prophetas, adfuit præsens, vt per se loqueretur, nisi cum natus est Christus? Vnde rectè legitur hæc propheta in nocte Natalis Domini: & omnia sequentia mirabiliter coharēt. Nam statim Propheta quasi videret Christum iam perambulantem montes Iudææ & euangelizantem; subiungit; *Quam pulchri super montes pedes euangelizantis pacem, prædicantis bonum: Item, Oculo ad oculum videbunt*. Et infra, explicans fructus huius aduentus: *Consolatus est Dominus populum suum, redemit Hierusalem, parauit brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*. Et infra; *Præcedet vos Dominus, & congregabit vos Deus Israël*. Denique sic exponunt Patres Tertullianus lib. 4. in Marcionem, ante medium. Eusebius lib. 6. demonstrat, cap. 24. Ambrosius lib. 2. de fide, cap. 3. Hieronymus & Cyrillus in hunc locum.

QVINTVS locus est Isaia 45. *Hæc dicit Dominus, Labor Egypti, & negotiatio Ethiopie & Sabæ, viri sublimis ad te transibunt, & tui erunt; post te ambulabunt, vincti manibus pergunt, & te adorabunt, & teque deprecabuntur, tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Ferè tu es Deus absconditus, Deus Israël Saluator*. Hæc tam manifestè dicuntur à Domino Deo de Filio suo incarnando, vt Hieronymus in hunc locum scribat, nullum esse effugium à laqueis huius testimonij. Nam etsi in superioribus loquitur de Cyro, tamen quia Cyro non conuenit illud, Non est absque te Deus, oportet vel hæc dici de Cyro, vt Christum referere, vel simpliciter de Christo: nec de Patre possunt intelligi, cum ipse Pater sit, qui dicit de alia persona, *te adorabunt, & teque deprecabuntur*. Et subiungit verba deprecantium. *Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus*. Adde quod Patri non rectè diceretur, in te est Deus. Christo autè rectissimè omnia conueniunt; nam & in ipso est Deus, cum sit eius humanitas quasi templum Diuinitatis: & absque ipso non est Deus, quia ipse solus cum Patre & Spiritu sancto est verus Deus.

SEXTVS locus est Baruch 3. *Hic est Deus noster, & non estimabitur alius ad eum, hic adiuuauit omnem viam discipline, & tradidit eam Iacob dilecto suo, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*. Hic de Deo Israël clarissimè agitur, qui solus similem non habet, & qui postquam tradidit disciplinam Israël, id est, legem, in monte Syna, tandem homo factus in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Atque ita exponit Patres, Cyprianus lib. 2. contra Iudæos, c. 5. Eusebius lib. 6. demonstrat, c. 19. Ambrosius lib. 1. de fide, c. 2. Hilarius lib. 5. Trinit. in fine. Nazianzenus orat. quarta de Theologia. Basiliius lib. 4. in Eunomium non procul à fine. Chrysostrum in oratione, quod Christus sit Deus. Augustinus lib. 18. ciuitatis Dei, cap. 33. Cyrillus lib. 10. in Iulianum. Theodoretus in hunc locum.

AD hunc locum nihil respondent, nisi librum esse apocryphum, quia non habetur in Hebræo. At certè longè maior est tot Patrum auctoritas, qui hunc librum vt sacrum & canonicum citant, quam paucorum hæreticorum, qui eundem librum reiiciunt.

SEPTIMVS locus est Zacharia 2. *Hæc dicit Dominus exercituum; Post gloriam misit me ad Gentes, quæ spoliauerunt vos, qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei, quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt præda his, qui seruiebant sibi, & cogrosceitis, quia Dominus exercituum misit me. Lauda & letare filia Sion, quia ego ecce venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus, & applicabuntur Gentes multa ad Dominum in illa die, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui; & scies quia Dominus exercituum misit me ad te*. Hic locus efficacissimus est, vt notauit Euseb. lib. 5. demonstrat, cap. 25. & 26. Augustinus lib. 20. ciuitat. Dei, cap. vlt. Item Ambrosius lib. 2. de

fide, c. 3. Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, in commentario huius Propheta. Nam verè Dominus exercituum dicitur missus à Domino exercituum, idque frequenter repetitur.

RESPONDET tamen Franciscus Dauid disputatione octaua, hunc locum non esse ad propositum, quia est vaticinium de futuro, licet Propheta loquatur in præterito: nam loquitur de conuersione gentium, quæ facta est post Christi ascensionem; ex quo non potest probari, Christum ante incarnationem fuisse.

PRÆTEREA negat Franciscus Dauid scriptum esse, Iehoua misit me Iehoua.

AT contra, nam nos non vim facimus in præterito aut futuro, sed in eo, quod iste, qui se missum dicit à Domino exercituum, vocat etiam se ipsum Dominum exercituum. Et cum constet, vnum tantum esse Dominum exercituum, sequitur Christum esse vnum & eundem Deum & Dominum exercituum cum Patre suo, licet distinguantur personaliter.

IMPDENTER autem negat Franciscus Dauid scriptum esse, Iehoua misit me Iehoua, nam etiam si non sit his verbis simul positus scriptum; tamè est his verbis licet quibusdam interpositis, quæ nõ mutant sensum, vt patet.

OCTAVVS locus Zach. 3. *Oscedit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & diabolus stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei, & dixit Dominus ad diabolum; Inrepet te Dominus, Satan. Dominus qui elegit Hierusalem*. Hic apertissimè videmus dominum

ADONAI dicere diabolo; Inrepet te Dominus. Ex quo sequitur Dominum IESUM non esse vnā personam, sed plures. Quod autè altera harum sit Christus, docent Euseb. lib. 5. demonstrat, c. 27. Hieronymus, Theodoretus, & Rupertus in hunc locum. Et rationem reddit Theodoretus, cur Filius potius sit, quam Spiritus sanctus, qui ait; *Inrepet te Dominus*: quia nimirum Satan aduersabatur Iesu filio Iosedech, qui gerebat figuram Christi. Vnde cum non posset ille Iesus per se Satanæ resistere, Filius Dei, qui etiam IESVS dicendus erat, increpauit pro illo Satanam, & simul hac increpatione significauit, se, cum carnem acciperet, diabolum increpaturum, quod fecit Matth. 4. cum ait; *Vade Satana*.

POSSET aliquis respondere, hoc loco Angelum, coram quo stabat Iesus Dominum vocari, & cum dixisset; *Inrepet te Dominus*, ita enim exponit Benedictus Arias Montanus in commentario huius loci; & potest confirmari eius explicatio, tum quia in epistola Iudæ Angelo Michaëli tribuitur hæc vox ad Satanam; *Inrepet te Dominus*, tum etiam quia frequenter in Scripturis Angeli appellantur nomine Domini, quia legati eius erāt, & eius personā gerebant: vt patet Gen. 18. Exod. 3. Iud. 6. & alibi.

AT contra, nam Iudas non loquitur de hac increpatione, sed de alia, quæ facta est ab Angelo contendente cum diabolo de Moysis corpore.

PORRO, Angeli nunquam appellantur nomine ADONAI, sed is, qui per Angelos loquebatur, qui erat vera Deus: aut certè Angelus dicitur ADONAI, non vt Angelus, sed vt Dominum representans. Sed siue loco Dominus ipse loquatur, siue Angelus Domini personam gerēs; semper tamen colligitur esse duas personas, quæ sint vnus numero Dominus. Nam si esset tantum vna persona Dominus, non diceret Angelus illam personam representans; *Inrepet te Dominus*, sed ipse increparet, vt personam Domini referens.

NONVS locus Zacharia 12. *Effundam super domum David, & super habitatores Hierusalem spiritum gratia & precum, & aspicient ad me, quem confixerunt*. Hic locus intelligitur de Christo confixo in cruce, & tamen loquitur Deus Israël qui solus potest effundere in homines spiritum gratia & precum. Nec est opus, asserre testimonium Patrum. Nam Ioannis 19. dicitur; Impletum

hoc, quando Christus crucifixus, & lancea perforatus fuit, & praterea res ipsa clamat. Nam quando, quæso Deus auctor gratiæ, confixus fuit, nisi quando Christus verus Deus, & Dominus gloriæ (vt Paulus loquitur) crucifixus fuit? Vel si hoc non placet, ostendant aduersarij, vbi & quando Deus Pater confixus fuerit, vt possit verè dicere, *Aspicunt ad me, quem confixerunt.*

CAPVT SEXTVM. Tertia Classis ex Testamento nouo.

RIMVM testimonium sit illa confessio Petri ex reuelatione Dei Patris, Matthæi 16. *Tu es Christus Filius Dei viui.* Vbi nota, hic Petrum asserere, Christum esse Filium verum, & naturalem Dei, idè enim addidit, *viui*, quia proprium est viuientium, gignere sibi simile in natura. Et confirmatur ex alijs locis, nam Ioan. 3, dicitur Christus, *Filius vnigenitus.* Rom. 8, dicitur *Filius proprius.* 1. Ioan. 5, dicitur *Filius verus.* Colos. 1, & Heb. 1, dicitur *Naturalis*, nam dicitur imago seu character hypostasis paternæ, quod non conuenit adoptiuus. Item ibidem dicitur talis Filius, vt respectu eius Angeli serui dicantur, qui tamen alioqui Filij Dei sunt adoptiuus, & quidem præcipui.

DENIQUE Christus accusatus fuit, quod se prædicasset Filium Dei, Ioan. 19. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit.* Et certum est, nõ fuisse accusatum, quod se fecisset Filium Dei adoptiuum, aut metaphoricum: nam etiam Iudæi dicebant: *Vnum Patrem habemus Deum.* Ioan. 8, Et tamen Christus non diluit hanc accusationem, sed tanquam veram admisit, & in ea confessione mori voluit.

AT si verus, proprius, vnigenitus, naturalis Filius est, ergo ex substantia Patris genitus: non autem partem substantiæ accepit, quia Deus impartibilis est, ergo accepit totam, igitur est vnus numero Deus cum Patre.

RESPONDENT ministri Transyluani lib. 2, cap. 7, & Blandrata disputatione V. I. Albana, Christum esse Filium verum & proprium Dei, quia de Spiritu sancto conceptus fuit & probant. Nam Lucæ 1, dicitur: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*

AT contra: nam etiam Adam, Eua, Angeli omnes, nõ geniti sunt ex femine viri, sed immediatè opera Dei. Quomodo ergo dicitur Filius vnigenitus? Secundo, si ideo est Filius Dei Christus, quia conceptus est in vtero virginis opera Spiritus sancti, ergo Filius Spiritus sancti dici poterit: at hoc nusquam habet Scriptura, imò contrà, Spiritum à Filio procedere dicit. Ioan. 15, & alibi. Tertio, hoc non est, esse naturalem & verum Filium, non enim Deus ex substantia sua genuit Christum in vtero virginis, sed ex sola substantia Virginis, vnde Heb. 7, dicitur Christus, sine patre, & sine matre. i. sine patre in terris, sine matre in cælis, vt ocs Græci & Latini exposuerunt.

AD locum illum Lucæ 1, dico cum Ambrosio sermone 5, in Psalmum 118. Gregorio lib. 18, moral. cap. 12. Beda & Bernardo in hunc locum, virtutem altissimi esse verbum Dei, quod in vtero Virginis descendit: ibique carnem induit, ac idèd Filius Mariæ Filius altissimi dicitur. Posset etiam dici, conceptionem de Spiritu sancto, signum, non causam esse cur Christus dicatur Filius Dei. Decuit enim, vt si Dei filius, hominis Filius fieri vellet, non nisi ex Virgine nasceretur, & si Virgo paritura esset, non nisi Deum pareret, vt rectè ait S. Bernardus serm. 2, super Misus est.

PORRO Iacobus Pæologus, qui vnus cum esset ex præcipuis doctoribus nouorum Samofatenorum, Romæ tandem, vt supra diximus, ad veram fidem conuersus est: argumentum nostrum non solum nihili faciebat, sed etiam aduersus nos hac ratione retorquebat. Non potest yllus verus Dei Filius esse Deus verus: Christus

autem est verus Dei Filius, non igitur est Deus verus.

ATQUE hunc syllogismum (vt ego sæpe ex illo audiui) iactabat vt firmissimam demonstrationem, & cum ei dicerem, maiorem propositionem syllogismi illius adeo esse falsam, vt contraria sit verissima. Vt enim verus filius hominis est verus homo, verus filius leonis est verus leo, & in cæteris omnibus ad eundem modum: ita quoque verum Dei filium, verum Deum esse necesse est.

RESPONDEBAT, secundum Philosophiam quidè, verum filium eiusdem esse naturæ cum patre suo: non autem secundum Scripturam. Siquidem Scriptura eos veros Dei filios facit, qui à Deo constituuntur hæredes, vt de Christo dicitur Hebræorum primo: non autem potest esse Deus verus, qui à Deo hæres constituitur.

NON expectas, credo, prudès lector, harum ineptiarum refutationem. Quid enim? non erat secundum Scripturas verus filius Adami Seth, & Abrahami Isaac, & Iacobi Ruben? & nõne erant eiusdem naturæ cum patribus suis? Deinde Scriptura nõne apertè dicit, hominem esse hæredem, quia filium; non filium, quia hæredem? Rom. 8. *Quod si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei; cohæredes autem Christi.* Et de Christo Heb. 1, prius dicit: *Loquutus est nobis in Filio.* Deinde addit, *quem constituit hæredem vniuersorum.* Nec intelligas eum constitutum hæredem temporali donatione, sed æterna generatione.

SECUNDVM Testimonium Lucæ 1. *Multos filiorum Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum, & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.* Dominus Deus Israël omnium iudicio, & maxime hæreticorum huius temporis est solus verus Deus. At Angelus hoc loco vocat Christum Dominum Deum Israël. Sic enim interpretantur Irenæus lib. 3, cap. 11. Ambrosius, Beda, Euthymius & alij in hunc locum. Nec potest aliter intelligi: nam illud, *Et ipse præcedet ante illum*, non potest referri, nisi ad Dominum Deum Israël, immediatè antea nominatum. Constat autè Ioanem præcessisse ante Christum, non ante Deum Patrem. *Eduxit*, inquit Paulus Act. 13, *Deus Israël Saluatorem IESVM, prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius Baptisum penitentis.* Idem confirmatur ex illis verbis; *Multos filiorum Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum.* Ioannes enim non conabatur conuercere homines, nisi ad Christum, illum enim assidue prædicabat. Vnde Ioan. 1, *Cum vidisset Ioannes IESVM, ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et continuò ad illa verba, Andreas, qui Ioannis discipulus erat, conuersus est ad Christum, & sequutus est eum.

TERTIVM testimonium Ioannis 5. *Magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat Sabbathum, sed etiam Patrem suum dicebat Deum æqualem se faciens Deo.* Si Christus æqualem se Deo Patri prædicabat, ergo erat verus Deus sempiternus & altissimus, &c.

AD hoc posset aliquis dicere, Christum non se prædicasse æqualem Deo Patri, sed id credidisse Iudæos; vt sensus sit, quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat Sabbathum opinione ipsorum, sed etiã Filium Dei se faciebat, æquale se faciens Deo ipsorum opinione.

AT parum refert, vtrum Euangelista referat sententiam Iudæorum, an exponat id quod erat. Nam, vt Chrysofomus, Cyrillus, Augustinus, & alij omnes in hunc locum dicunt, vera erat opinio Iudæorum, & hoc Euangelista narrat, nimirum illos bene intellexisse, Christum prædicare se æqualem Deo. Nam si falsa fuisset opinio Iudæorum, vt rectè notauit Chrysofomus, certè Christus, aut Euangelistæ admonuissent, ne in tanta re errarem: sicut quando dixerat Dominus Ioan. 2, *Templum triduo se reedificaturum*, exposuit Euangelista, hoc dixisse de templo corporis sui. Et Ioan. vltimo, cum ex verbis Domini discipuli collegissent, Ioannem non moriturum; addit ipse Ioanès; *Non dixit IESVS non moriturum, &c.* Christus autem non solum non correxerat opinionè Iudæorum,

sed

sed etiam confirmavit, dicens se operari eadem, quæ Pater operatur; & sicut Pater exciatur quos vult, ita & Filius. Vide Cyrillum in totum hoc caput quintum, vbi ostendit, Christum multis modis se æqualem Patri ostendisse.

QUARTVM testimonium Ioan. 10. *Ego & Pater vnus sumus.* Hoc testimonio vtuntur omnes Patres cõtra Arianos, vt probent, vnã esse essentiam Patris & Filij.

RESPONDENT Transyluani lib. 2, c. 9, & Franciscus Dauid disputat. II. Albana, hunc locum intelligi de concordia charitatis, qua erant vnus Pater & Filius. Et probant. Primo auctoritate Erasmi & Caluini; poterant etiam addere Arium & Eunomium. Secundo probant ex Ioan. 17, vbi dicitur de Apostolis. *Vt sint vnus sicut & nos vnus sumus.*

AT quod de vnitæ essentiæ hic locus intelligatur, probo primo cum Basilio lib. 1, in Eunom. circa finem, & Chrysofomo in hunc locum ex præcedentibus verbis. Christus enim, vt probet non perituras suas oues, facit hoc argumentum: *Nemo potest rapere oues de manibus Patris mei, quia ipse maior omnibus est.* Ergo nec de manibus meis potest vllus oues meas rapere. Ego enim & Pater vnus sumus. Quod argumentum nihil concludit, nisi illud, *Vnus sumus*, significet vnã & eandem esse manum, id est, potentiam Patris & Filij, quod si eadem potentia, certè etiam eadem essentia. Nam in Deo non distinguuntur potentia & essentia.

SECVNDVM probo cum Augustino & Chrysofomo in hunc locum: *Quia audio hoc verbo Iudæi susulerunt lapides, vt iacerent in eum.* Ergo intellexerunt per illud, *Vnus sumus*, Christum se verè Deum cum Patre prædicare: non enim lapidare voluissent, si tantum credidissent, Christum se dicere vnũ esse cum Patre concordia voluntatis. Cum autem Iudæi sic intellexerint, nec tamen Christus correxerat eorum sententiam, constat eos rectè intellexisse.

TERTIO, quia Christus exposuit, quid sit *Ego & Pater vnus sumus*. Nam cum Iudæi propter hoc eum vellent lapidare, dixit: *Vos dicitis quia blasphemus, quia dixi, Filius Dei sum ergo idem est*, Ego & Pater vnus sumus, & Filius Dei sum. Non ergo sunt vnus concordia sola voluntatis, quæ potest esse inter eos, qui non sunt consanguinei, sed vnus sunt quomodo Pater & Filius sunt vnus qui eandem habent naturam.

AT obiciunt hæretici ac in primis Franciscus Dauid disput. VIII. Albana & ministri Transyluani lib. 2, c. 7. Nam Christus in sequentibus verbis videtur corrigere sententiam Iudæorum, ac declarare, se esse Deum per solam gratiam. sic, n. ait: *In lege vestra scriptum est, Ego dixi, Dii estis: Si ergo eos dixi Deos ad quos sermo Dei factus est: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemus, quia dixi, Filius Dei sum?*

RESPONDEO cum Hilario lib. 7. Trin. Christum voluisse dicere, si illi possunt appellari Dii, qui dono gratiæ participant Deitatem, quia sermo Dei ad eos factus est, & sunt à Deo principibus aliorum constituti, auctoritate ab ipso accepta, quanto magis ego possum dici verè Deus, licet homo sim, cum Pater me singulari dono sanctificauerit, id est, sanctum sanctorum fecerit, in ipsa conceptione vniendo naturæ meæ humane hypostasim verbi sui: Quia em Iudæi dixerunt: *De blasphemia lapidamus te, quia tu cum hominis, facis te ipsum Deum.* Dominus ostendere voluit non solum se esse Deum, sed etiam se hominem verum excieterem, esse etiam verum Deum: Id autem fecit explicando suam eximiam & singularem sanctificationem non per creatam gratiam, sed per gratiam vnionis hypostatiæ. Quod autem talis fuerit ipsius sanctificatio, per quam esset verus Deus, probat ex operibus soli Deo vero propriis, ait enim: *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere.* Et infra: *Vt cognoscatis, inquit, quia ego in Patre, & Pater in me est.* Ita, n. mu-

tua inhabitatio non potest intelligi sine identitate naturæ. Posset etiam dici, vt innuit Chrysofomus, Christum dupliciter respondisse Iudæis. Primo sic, etiam si essem purus homo, non propterea blasphemauit, dicens, me esse Filium Dei, cum multo minores me dicantur in Scripturis Dii. Secundo, repulsa iam calumnia ostendisse ex operibus se esse verum Deum. Valentinus Gentilis ex hoc ipso loco argumentabatur pro suo errore, vt testatur Caluinus in libro suo contra Gentilem. Nam Dominus non ait; Ego & Pater vnus sumus, sed, Vnus sumus: ergo sunt eiusdem naturæ, & diuinitatis, sed non vnus numero Deus, & confirmat ex illo Ioan. 17, vbi dicitur Apostoli esse vnus sicut Pater & Filius vnus sunt. Vbi Apostoli dicuntur vnus, & tamen differrebant numero.

RESPONDEO. Non potuisse Christum dicere; Ego & Pater vnus sumus, quia tunc confudisset personas. Aliud enim est; Ego & Pater vnus sumus, vel vnus Deus, aut vnus Spiritus sumus; aliud autem; Ego & Pater vnus sumus. Nam Ego & Pater vnus sumus, significat eos, esse vnũ ens, siue vnã naturã, quod non repugnat personarum pluralitati. Similiter, Vnus Deus sumus, significat eos esse vnũ in Deitate, & hoc etiam est verum, nec repugnat personarum distinctioni; at, Vnus sumus, significat eos esse vnã hypostasim, & implicat cõtradictionè.

QUOD autem hic locus non sit pro Gentili, sed contra ipsum, patet. Primo, quia licet absolute & vniuersaliter (vnus sumus) non significet vnũ numero, sed vnũ in essentia: siue specie, siue numero illa sint vnũ: tamè in Deo necessario significat vnũ numero, quia, vt pbatũ est supra, vnã tantũ est Diuinitas numero. **S**ECVNDVM idem patet, quia licet Gentilis videatur dicere Patrem & Filium esse vnũ in essentia siue specie; tamen cogitur fateri, se ponere differentiam essentialẽ inter Patrem & Filium, quandoquidem dicit protesti 22, & 24, solum Patrem esse immensum, Filium autem pro modulo generationis circumscriptum, &c.

AD locum Ioan. 17. Respondet Augustinus lib. 2, contra Maximinum, c. 22, & lib. 3, c. 12, in Scripturis nunquam esse dictum de rebus diuersarum naturarum, Vnus sunt. Nam non dictum est, vt Apostoli & Deus vnus sint, sed vt ipsi vnus sint, sicut Pater & Filius vnũ sunt. Et rursum, vt in Deo sint vnũ, &c. tamè hæc obseruatio, licet aliquo modo vera sit, non videtur necessaria.

NAM licet Apostoli essent eiusdem naturæ inter se, tamen cum dictum est à Christo vt ipsi vnus sint, illud vnũ non significat vnitatem naturæ, sed vnitatem concordiæ. Præterea, cur non posset orari eodem modo, vt Angeli & homines vnus sint? Et tamen Angeli differunt specie ab hominibus. Denique sicut dictum est; *Qui adhæret Deo, vnus spiritus sit cum illo.* 1. Corin. 6, cur non posset dici; *Qui adhæret Deo, vnus sit cum eo?* Nam vnus spiritus est vnã res: vnã res & vnus idem sunt.

FACILIVS cum Chrysofomo hom. 1, in Ioan. & Cyrillo lib. 11, in Ioan. cap. 20, dicere possumus Christum non velle, vt Apostoli sint ita vnus omnino, vt sunt vnũ diuinæ personæ, sed velle, vt Apostoli per gratiam Dei efficiantur vnus ex concordia voluntatis, & eo modo imitentur diuinas personas, quæ sunt, naturaliter vnus voluntatè & consensu, & proinde etiam essentia. Non enim possunt naturaliter agentia libera idem velle, nisi habeant eandem numero naturam.

PRÆTEREA etiam si absolute ex eo, quod Pater & Filius dicuntur vnus, nõ sequeretur esse vnũ in essentia, tamen Ioan. 10, id necessariò sequeretur, propter rationem, qua illa verba ibi dicuntur, vt iam ostendimus. Quintum testimonium Ioan. 14. *Creditis in Deum & in me credite.* Hinc deducit Augustinus lib. 1, de Trinit. cap. 12, & interpretes eius loci, Christum esse illum verum Deum, quem Iudæi colebant. Nam si nõ est ipse ille

verus Deus, non potest sibi arrogare fidem, quæ illi soli debetur, nec mouere debet particula (ET) quasi Christus distinguar se à Deo & faciat se quasi alterum Deum: nam addita est particula (ET) propter naturam humanam, qua distinguitur Christus à Deo. Sensus igitur est, Si in Deum creditis, debetis etiam in me quem hic videris hominem, credere. Nam ego non solum sum homo, sed etiam ille Deus in quem creditis. Ibidem; Si cognouissetis, me & Patrem vique cognouissetis. Item; Philippe, qui videt me, videt Patrem.

CYRILLVS lib. 9. cap. 37. in Ioan. conuincit ex hoc loco Christum esse vnum Deum cum Patre. Non enim potest esse verum non posse cognosci Christum; quin cognoscat Patrem, nisi sit vna vtriusque natura. Accedit quod Apostoli bene nouerant, IESVM esse hominem bonum, sapientem Prophetam, Christum: & tamen audiunt, Si cognouissetis me. Et rursum; Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Restabat ergo, vt cognoscerent illum esse Deum verum & vnũ cum Patre. Nam cætera iam cognouerant. Denique Philippus dixerat; Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Sciebant enim Apostoli nihil homini posse sufficere ad beatitudinem sine cognitione veri Dei, quem verum Deum, Patrem esse non dubitabant. Christus ergo respondens Philippo; Philippe, qui videt me, videt & Patrem, non satisfacit quæstioni illius, nisi significare voluisset, se esse verum Deum, & vnum cum Patre, atque in cognitione sui beatitudinem consistere, sicut & in cognitione Patris.

RESPONDET FRANCISCUS DAVID disputatione II. Albana, Christum hominem fuisse imaginem Dei, & ideo qui Christum videbat, in sua imagine Deũ videbat.

CONTRA. Nam si admitteret Franciscus, Christum esse imaginem naturalem patris, & eiusdem essentia: recte diceret: at ipse putat Christi formam visibilem & creatam, esse imaginem Dei: Talis autem imago distat longissime ab exemplari: Nihil enim creatum potest esse perfectè & expressè Deo simile, vt dicitur 3. Reg. 8. Nō est similis tibi Deus. Et Isa. 40. Quam imaginem ponetis ei. Qui autem videt talem imaginem, non potest dicere se vidisse ipsum exemplar: immo cum videmus imagines simillimas rebus, non propterea contenti sumus, sed accendimur ad videndam rem ipsam. Christus autem reprehendit Philippum, qui putabat non satis videri Patrẽ ab eo, qui videt Filiũ. Ex quo patet Christum, vt Deũ esse omnino eandẽ formã, & pulchritudinem quæ est Patris.

SERVVM testimonium Ioan. 16. Omnia quæ habet Pater, mea sunt, ergo essentiam Patris habet Filius. Ac ne quis dicat hoc intelligi de rebus, quæ sunt extra Deum, quomodo dicimus omnia quæ habet vir, sunt vxoris, & tamen saepe vir habet sapientiam, quam non habet vxor; verba superiora excludunt hunc sensum: præcedit enim, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Illud ergo est commune Patri, & Filio, quod accipit Spiritus sanctus ab vtroque. Quid accipit Spiritus à Filio? scientiam sine dubio: nam dicit; De meo accipiet, & annuntiabit vobis. Et supra; Non loquetur à se, sed quæcumque audierit loquetur. Scientia ergo eadem est Patris & Filij, sed scientia in Deo, & essentia sunt idem, vt etiam Aristoteles cognouit, ergo vna est essentia vtriusque. Et sic exponunt omnes Catholici; Chryso. Cyril. Aug. & alij in hunc locum.

SERVVM testimonium est illud Ioan. 20. Dominus meus, & Deus meus. Quo testimonio, vt efficacissimo videtur Augustinus in epist. 174. ad Pascenũ. Et quidem certum est, hoc loco Dominũ Deum, significare verum Deum Israël, tũ quia in Græco habetur articulus, tum etiam quia Thomas homo Israëlita non nouerat alium dominum Deum, quam illi, de quo scriptum erat Deut. 6. Audi Israël, Dominus Deus vnus, Deus vnus est. Addit Chryso. in hom. de Trin. 3. Thomani, cum hæc dixit, impleuisse illud Psal. 76. Manibus meis Deũ quasi

non sum deceptus. Dubium autem esse non potest, quin in eo Psalmo de vero Deo sit sermo.

NESTORIANI (vt cognosci potest ex V. Synodo c. 12.) dicebant, illa verba, Dominus meus, & Deus meus, referri ad Patrem per exclamationem Thomæ admirantis Christi resurrectionem. At hæc mera corruptio Scripturæ est, nam in Græco non est, à signum exclamantis, sed articulus à præterea præcedit in Euangelio, Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus &c. Quid significat illud, dixit ei? nõne dixit Christo? nam cum Christo loquebatur Thomas, non cum Patre. Ad hæc, certum est Thomam illis verbis voluisse confiteri, quod nõ satis crederat: at Patrem esse Deum, semper crederat; de Filij autem diuinitate nõ nihil dubitauerat. Deniq; omnes commentarij hæc ad Christi diuinitatẽ referunt etiam Erasmi ipsius, quem Transyluani maxime faciunt.

OCTAVVM testimonium ad Rom. 9. Ex quibus Christus est secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Hunc locum Ambrosius, Chryso. Theodoretus, Theophylactus, Origenes, Oecumenius, & omnes alij sic intelligunt, vt Christus dicatur verus Deus, quãdoquidem super omnia nihil est, nisi summus Deus.

ERASMVVS tamen conatur in annotationibus in hunc locum argumentum infringere, sed leuissimis coniecturis. Primo dicit voculam, Deus, fortè non esse de textu quia Cyprianus lib. 2. contra Iudæos, cap. 6. & Hilarius in Psal. 122. hunc locum citant sine illa voce, Deus. At Cyprianus, Aldi, & Morelij habent vocem, & Deus, nec potest deesse: nam in eo capite probare vult Christum vocari Deum, & assert loca Scripturæ vbi vocatur Deus.

HILARIVS non citat locum integrum: nam omittit etiam secundum carnem, qui tamen libro 4. & 8. de Trin. citat hunc locum cum voce, Deus. Denique etiam ablato, Deus, adhuc remanet argumentum, quia si Christus super omnia, certè est Deus. Secundo dicit Erasmus, posset illud (qui est super omnia Deus) referri ad Patrem; si nimirum post voces (ex quibus Christus secundum carnem) ponatur punctum, quomodo dicit se legisse apud Chryso. locum.

AT imprimis in Chryso. Græco, ego nõ inueni punctum, sed virgulam, qualis est in omnibus codicibus Paulinis Græcis, & Latinis. Deinde num propter vnum punctum in commentario Chryso. inuenitum, quod potuit relinqui ab insidete mulca, aut irrepere vitio Scriptoris, debent corrigi omnes codices Græci, & Latini?

DENIQUE, si non obstante illo puncto, Chryso. ipse refert hæc verba, Qui est super omnia Deus, ad Filium, & idem faciunt omnes auctores nullo excepto, quæ temeritas est velle iam nouum sensum inuenire? Nam nullum omnino pro se Erasmus citauit, & nos propter omnes commentarios, habemus etiam Irenæum lib. 3. cap. 18. Tertullianum lib. contra Praxeam, Cyprianum vbi supra, Hilarium lib. 4. & 8. Trin. Ambrosium lib. 1. de Spiritu sancto, c. 3. & lib. 1. de fide, c. 5. & Augustinum lib. 3. contra Faustum c. 3. & 6. & lib. 2. Trin. cap. 13. Cyrillum lib. 1. thesauri c. 5. Gregorium hom. 8. in Ezech. Athanasium orat. II. contra Arianos. Victorinum lib. 1. contra Arianos. Idacium lib. 1. contra Varimandum. Cassianum lib. 3. de incarnatione, & alios omnes.

QVOD ibidem notat Erasmus, non esse Scriptum à Paulo & c. sed & c. nimis frigidum est, quis enim ignorat, articulum prepositiuum saepe poni pro postpositiuo & adiunctum participio vim relatiui habere? certè Matr. 6. (vt alia loca præteream) legimus Pater noster & c. & c. & c. non autem, & c. & c. & c.

NONVM testimonium habetur in epist. ad Galat. c. 1. Notum vobis facio Euangelium, quod prædicatum est à me, quia nõ est secundũ hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationẽ IESV CHRISTI. Et initio epist. Paulus Apostolus, non ab hominibus,

neque per hominem, sed per IESVM CHRISTVM, ac Deum Patrem, &c. Vbi B. Paulus opponit Christum hominibus, ac proinde docet, Christum non esse purum hominem, vt Transyluani volunt; sed esse etiam Deum, vt est Deus Pater nec solum opponit hominibus, sed etiã Angelis, ac proinde omnibus creaturis. Addit enim: Si nos, aut Angelus de celo euangelizauerit vobis præterquam quod euangelizamus vobis, anathema sit. Clarissimè igitur Paulus hoc loco separat Christum ab omnibus creaturis, & cum Deo Patre quasi ex altera parte coniungit, & Deum creatorem esse docet.

DECVM testimonium Philip. 2. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Hic videtur clarissimè explicari Christum esse verum Deum, cum habeat formam, id est, naturam Dei, & secundum illam non sit rapina, sed natura æqualis Deo Patri.

SED occurrunt Ariani, Transyluani, & Erasmus. Ac vt distinctè procedamus. Primo explicandum est, quid sit: Cum in forma Dei esset. Secundo quid sit: Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo.

DE primo Erasmus in hunc locum, & Franciscus David disputatione II. Albana, contendunt, formam hoc loco significare opera exteriora, in quibus fulgebat diuinitas; tamen non eodem modo exponunt. Nam Franciscus David vult Christum dici in forma Dei, quia erat imago quædam visibilis, in qua Deus inuisibilis cernebatur. Et quod forma significet speciem exteriorem probat ex Deut. 4. Vocem verborum audistis, formam autem penitus nullam vidistis.

ERASMVVS autem vult Christum fuisse in forma Dei, quia exteriora talia opera faciebat, vt planè se Deum esse ostenderet. Quod autem forma hoc loco significet opera exteriora; probat primo, quia opponitur forma Dei formæ serui, quã dicitur Christus suscepisse. Christus autem non suscepit substantialitèr formam serui: semper enim Filius fuit, non seruus, sed suscepit exteriori specie formam serui, quia humiliavit se, & ligari, ac flagellari permisit. Secundo probat ex commentario Ambrosij.

AT expositio communis omnium aliorum veterum & recentiorum est, formam Dei significare essentiam Dei. Et primo sententia Francisci Davidis est mera corruptio textus: nam in primis neminem pro se habet, ac ne Erasmus quidem: nam Erasmus ex hoc loco probat Christi diuinitatem. Præterea Paulus non dicit Christum esse formam Dei, sed esse in forma Dei.

DEINDE sententia Erasmi est aperte falsa: nam primo vox Græca μορφή quæ hic habetur, nusquã in Scriptura accipitur pro forma exteriori, seu pro opere, vt patet percurrenti omnia loca. Immo Chryso. in hunc locum, dicit etiam apud alios scriptores Græcos nunquã ita accipi. Accipitur quidem apud Aristotelem μορφή pro forma accidentali aliquando; licet sæpius pro substantiali, semper tamen pro forma inhærente & intrinseca, nunquam pro actione exteriori.

QVOD allegat ex Deut. 4. Franciscus, nõ est ad propositum: nam in Græco non est μορφή sed εἰκονομα, id est similitudinem, vt in Hebræo תמונה themunah, & alibi, vbicumque in Latino est forma. in Græco non est μορφή, sed εἰκονομα, aut aliquid aliud.

SECUNDO, si esse in forma Dei, est facere opera diuina, nimirum miracula, ergo Apostoli quoq; dici possent fuisse in forma Dei, cum miracula fecerint maxima.

TERCIO, forma Dei opponitur formæ serui hoc loco: at forma serui, est natura humana, nõ opus aliquod; nam explicans Paulus quid sit, formam serui accipiens, sublungit, in similitudinem hominũ factus & habitũ inueniẽtũ vt homo. Ideo igitur formam serui accepit, quia inter homines vt homo apparuit, similis cæteris etiam exteriori figura. Nec enim habitus hoc loco vstem signifi-

ficat, sed figuram; nam est in Græco ομοία non ἰσότης.

Nunc argumentum Erasmi quicquam valet. Nam Christus licet sit Filius, non seruus, si hypostasim respiciamus, tamen ratione naturæ humanæ rectè dicitur seruus, vt enim quia est Deus, & homo, dicitur æqualis Patri, & minor Patri; immortalis & mortalis; creator & creatura: ita etiam dici potest Dominus & seruus, & sic appellatur ab Isa. c. 49. Ex quo loco Hieronymus in 1. c. ad Titum docet, Christum rectè dici seruum ratione humanæ naturæ. Et illud Isaia 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum. Mathæus exponit de Christo Matth. 12. & est in Hebræo עבדו Ebdõ, quod propriè seruum significat, Immo Christus Ioan. 20. nõne ait; Ascendo ad Patrẽ meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum?

VLTIMO accedat, quod omnes interpretes huius loci, excepto Ambrosio, de cuius commentariis non parum dubitatur, an sint eius, per formam Dei intelligunt essentiam Dei: & præter interpretes, ita etiam intelligunt Athanasius serm. 4. contra Arianos. Nazianzenus orat. V. de Theologia. Nyssenus lib. de serm. in monte, explicans 1. beatitudinem. Hilarius in Psal. 138. & li. 8. de Trin. vltra medium. Cyrillus li. 3. Thesauri, c. 1. & 2. Hieronymus in 1. caput ad Titum. Augustinus lib. 2. contra Maximinum, c. 5. Deniq; Ambrosius epist. 47. Quid est, inquit, in forma Dei? in natura Dei. Et similiter exponit lib. 2. de fide, cap. 4. Vnde magis probabile efficitur, commentarios in epistolas non esse Ambrosij, quam quicunque fuerit auctor, etiam si minus probabiliter exponit, nihil tamen fauet hereticis, cum clarissimè dicat, Christum esse verum Deum, & Patri æqualem.

QVINTVM ad alteram partem huius sententia: Non rapinam, &c. Franciscus David disputatione secunda Alb. dicit Christum esse æqualem Patri, quia Deus euexit illum ad suam æqualitatem.

SED hoc est in primis contra Scripturam Isaia. c. 42. Ego Dominus, gloria meã alteri nõ dabo. Et deinde est impossibile creaturam fieri æqualem creatori, cum necessariò sit finita, temporalis, &c. Vnde in disputat. I V. idem Franciscus videns non posse consistere, quod antea dixerat, docet Christum non esse æqualem Patri dignitate, cum ipse adoret Patrem, non contra; sed esse æqualem, quia habet omnipotentiam communiteram à Deo.

SED quæro ab illo, quomodo habeat omnipotentiam, an intrinsecè, ita vt ipse homo Christus, sit omnipotens, an extrinsecè per inhabitationem, quia habet in se habitantem Deum omnipotentem? Si primo modo redit prior difficultas, quia si ille homo habet intrinsecè infinitam potentiam, ergo & infinitam essentiam, ergo est ille vnus Deus, qui etiam est Pater. Si secundo modo, nihil Paulus diceret, nam hoc modo omnes iusti essent æquales Deo, quia habent in se Deum habitantem.

QVIA igitur ista expositio non quadrat, Transyluani Ministri lib. 2. c. 6. dicunt, Paulum non dicere Christum esse æqualem Deo Patri, sed contrarium potius: hunc enim esse volunt sensum, non rapinam arbitratus est, nimirum faciendam, vt esset æqualis Deo, quomodo exponit Erasmus hoc loco, & ante eum Maximinus Arianus apud Augustinum lib. 2. cap. 5.

ET probant primo, quia particula aduersatiua (Sed) id videret ostendere. Si enim sic legamus, Christus merito se censuit Patri æqualem, sed semetipsum exinaniuit, quis erit sensus? At si dicas, Christum non putauit rapiendam æqualitatem, sed è contrario semetipsum exinaniuit, optimus erit sensus.

SECUNDO probant ex Tertulliano, qui lib. de Trin. sic ait. Quamuis se ex Deo Patre Deum esse meminisset, nunquam se Deo Patri aut comparauit, aut contulit, &c.

AT contra. Nam primo Patres omnes antea citari dicunt Christum fuisse æqualem Patri, non ex rapina, quia ex natura. Secundo, locus ipse ita sonat, nisi violèter

trahatur aliò. Tertio, quia si in forma Dei esse, est esse in essentia Dei, ut supra diximus, non poterat Paulus dicere Filium non esse equalè, què iam dixerat esse in forma Dei.

Ad illud de aduersariis, Respondeo vocem, Sed, & Græcè, καὶ, habere multiplicem vim. aliquando enim habet vim correctionis, & hoc modo accepit Chryostomus cū Theodoro, Theophylacto, & Occumenio. hi enim qui rectè intelligebant Græcam linguam, volunt, καὶ esse notam correctionis, & hunc esse sensum, cū Christus esset in forma Dei, adeò non putauit rapinam æquare se Deo, ut potius non dubitauerit dissimulare suam diuinitatem, & deponere quodammodo insignia huius æqualitatis, quia certus erat non posse se eam amittere, cū naturalis sibi esset.

PONUNT exemplum de rege & tyranno. Qui enim scit se verum & legitimum regem, nec vllò modo timeret sibi, ille facillè deponit purpuram & accipit vestem plebeiam, siue ut oblectet se, siue ut tutior sit in prælio, siue alia de causa. non enim timet, ne propter mutationem habitus pereat sibi regnū. At tyrannus, qui rapuit regiā potestatem, non audet vel ad modicū tempus comparere sine purpura, & sceptro, ne si cōspiciatur in veste plebeia, nō agnoscat pro rege, & paulatim amittat regnū, &c.

LATINI accipiunt ut sit aduersariū, & æqualeat particula, tamen, siue, sed tamē. Ita Augustinus li. 2. contra Maxim. c. 5. vbi hunc vult esse sensum, cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed tamen exinaniuit se, &c. id est, licet esset equalis Deo, non tamen horruit formam serui.

ITA etiam Ambrosij commentarius; etiam si erat æqualis Deo, non tamen sibi defendit æqualitatem, sed exinaniuit se, id est, non voluit prætextu æqualitatis cum Deo quam naturaliter habebat, recusare humilitatem passionis, & mortis.

Ad locum Tertulliani dico duo. Primo, librum de Trinitate, qui Tertulliano tribuitur, non esse ipsius, sed potius Nouatiani, ut Hieronymus asserit lib. 2. in Rufi. & de scriptoribus Ecclesiast. in Nouatiano. Secundò dico, sententiam huius auctoris non esse contra nos. ille enim dicit, Filium non se comparasse Patri, solum propter originis auctoritatem, non propter aliquam differentiam naturæ. Nam ibidem clarè asserit, Filium fuisse in forma Dei, quia in natura Dei, & super omnia, sicut est Pater: & tamen, quia ipse est à Patre, non è contrario, detulisse eum semper aliquid Patri.

NEQUE est hoc solius Tertulliani, sed Hilarij lib. 9. Trin. Basilij li. 1. in Eunom. Nazianzeni orat. 4. Theologia, & Cyrilli lib. 2. thesauri, cap. 3. qui exponunt de Filio Dei, non solum ut est Filius hominis, sed etiam ut est Filius Dei, Pater maior me est. dicunt enim Patrem esse maiorem ratione principij, & tamen Filium non esse minorem propter naturæ identitatem.

VNDERIMVS locus est i. Ioan. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt, & tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quo loco S. Ioannes vult ostendere, Christum verum Deum, & verum hominem; & propterea asserit testimonia diuina, & humana; nec enim cū ait, Tres sunt qui testimonium dant in celo. Per illam vocem (in celo) intelligit locū cælestē, sed testimonij qualitatem; alioqui etiā Angeli sunt in celo, & testimonium Christo non semel dederunt, & tamen tres tantum testes in celo Ioannes ponit, Patrem, Verbum, & Spiritum sanctum.

ITAEQUE per testes, qui sunt in celo, intelliguntur testes diuini, ut distinguantur à testibus humanis, & creatis: & propterea etiam paulò post ait, si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Sicut igitur spiritus, aqua, & sanguis sunt testimonia terrena, & comprobant veram Christi humanitatem, quando videlicet in morte Christi ex ore ipsius spiritus, ex latere

aqua & sanguinis fluxerunt: ita quoque Pater verbum, & Spiritus sanctus sunt personæ diuinæ, & testimonium diuinum perhibuerunt de vera Christi diuinitate, tum alibi sæpe, tum etiam in Baptismo, & transfiguratione.

SED obiicit Gregorius Blandrata in disputat. 2. Albana. Primo, illa verba (tres sunt qui testimonium dant in celo) à nullo auctore legi, excepto Hieronymo, qui parum pudens fuit. Secundo, non fecus dici de spiritu, aqua, & sanguine, vnum sunt, quàm de Patre, Verbo, & Spiritu sancto: ac proinde sicut spiritus, aqua, & sanguis non sunt vnum numero, immò nec specie, ita nec Patrem, Verbum, & Spiritum sanctum esse vnum numero, aut specie, sed sola consensione voluntatis.

RESPONDEO, Blandratam non esse parum pudentem, sed multum impudentem, cū S. Hieronymum parum pudentem, Erasmmum videlicet imitatus, appellat, nec solum aio, multum impudentem esse Blandratam, sed etiam imperitum, aut mendacem, cū ait solum Hieronymum ita legisse. Nam ita etiam legerunt Hyginus in epist. 1. Cyprian. lib. de vnitate Ecclesiæ; Idacius in lib. aduersus Varimandum; Athanas. in lib. 1. ad Theophilum, de vnitate Trinitatis; Auctor disputationis eiusdem Athanasij cum Ario, habitæ in Concil. Nicæno; Fulgentius in lib. contra obiectiones Arianorum, propè extremo; & Eugenius Carthaginensis in explicatione fidei Catholice.

QUOD autem attinet ad illud (& hi tres vnum sunt) sciendum est, illa verba in multis Latinis Codicibus non haberi, vbi sermo est de spiritu, aqua, & sanguine. Nam in Bibliis Louanienfisibus notantur ad marginem XV. Codices manuscripti, qui ea verba non habent. Græci autem Codices habent quidem, sed differenter. nam de Patre, Verbo, & Spiritu sancto dicunt, καὶ οἱ τρεῖς ἐν ἑσθι, & hi tres vnum sunt, de spiritu, aqua, & sanguine, καὶ οἱ τρεῖς ἐν τῷ ἑσθι, & hi tres in vnum sunt, vbi apertè vides, non esse vnum, spiritum, aquam, & sanguinem; sed solum conspirare in vnum testimonium.

VDERIMVS locus est i. Ioan. 5. in vltimis verbis; Vt simus in vero Filio eius, hic est verus Deus, & vita æterna: At vnus solus est verus Deus Ioan. 17. Te solum verum Deum. Vnde Transyluani lib. 2. c. 5. dicunt esse nomen proprium Patris, verus Deus, ergo Christus est ille idem Deus, qui est Pater.

AD hunc locum respondent Transyluani, noui Samofareni, lib. 2. cap. 4. & 7. & Seruetus lib. 1. de Trinit. Christum esse verum Deum, sed temporale, quia accipit à Deo veram diuinitatem; sed hoc iam alias refutauimus, non enim diuinitas potest vniri creaturæ, nisi hypostaticè, si ea dici debeat verus Deus: nam accidentaliter non potest vniri, ita ut intrinsecè inhæreat, ut notum est, quia tunc à subiecto penderet: nec potest vniri essentialiter, ut anima corpori, & forma quæuis substantialis suæ materiæ: quia tunc esset pars: intrinseca autem vnio non sufficit ad denominandum Deum.

SED obiicit Seruetus illud Apoc. 5. Dignus est agnus accipere virtutem & diuinitatem.

RESPONDEO. Aliqui legunt non diuinitatem, sed diuitias, ut legit Primasius, nam Græcè est τὸν πλοῦτον. Sed vulgata editio habet etiam optimū sensum. nam per diuinitatem possumus intelligere manifestationem diuinitatis, non ipsam diuinitatem. Erasmus adnotatione in hunc locum vult referri illud, hic est verus Deus, ad Patrem, hoc modo, ut simus in vero Filio eius, hic nimirum Pater huius Filij, est verus Deus. At deuiisset saltem vnum auctorem proferre, qui ita distinctè explicaret. Cur enim illud demonstratiuum, HIC EST, non demonstrat potius proximam personam, quàm remotam? Præsertim cū in Græco textu ante illud, hic, immediatè præcedat nomen IESV CHRISTI. καὶ ἔσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ ἕσθι ἀπὸς Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ ἀληθινὸς θεός.

DEINDE Patres de Filio exponunt. Hilarius lib. 6. Trin. vltra medium, postquam citauerat hunc locū, addit post 17. lineas: & cū hic verus Dei Filius nobis sit & vita æterna, &c. vbi q. citauerat, hic est verus Deus, & vita æterna, exponit de Filio, cū dicit ipsum esse vitam æternam. Hieronymus in c. 95. Isai. Iurabit in Deo Amen. Dicit non solum Patrem esse Deum Amen, id est, Deum verum, sed etiam filium, & probat ex hoc loco, hic est Deus verus, & vita æterna. Augustinus lib. 1. Trin. c. 6. Et, inquit, Filius non tantum Deus, sed & verus Deus, quod Ioannes apertissimè in Epistola sua dicit, Scimus quia Filius Dei venit, & dedit nobis intellectum, &c. Hic est verus Deus, &c. Cyrillus lib. 12. Thesauri cap. 13. posteaquam hunc locum adduxerat, sic ait. Quid dicent hæretici ad hæc B. Ioannis verba, quibus apertissimè Deus verus Filius appellatur? Nam si Deus verus est substantialiter, non participatione hoc ipsum est, sicut creaturæ: qui autem Deus verus est, natura Deus est. Similiter exponunt Beda & Occumenius in commentario huius loci.

EVNOMIANI olim conuicti euidentia huius testimonij, admittebant, ut refert Gregorius Nazianzenus orat. 3. de Theologia, Patrem esse verum Deum, & similiter Filium esse verum Deum, sed æquiuocè, sicut canis cælestis & terrestris dicuntur æquiuocè canes, uterque tamen propriè & verè.

AT facile est, hanc solutionem refutare. Nam vel loquitur Eunomius de æquiuocatione perfecta, vel de analogia quadam. Si de perfecta æquiuocatione, qualis est inter nomina rerum eiusdem speciei, tunc non erit Pater magis Deus, nec prior Deus, quàm Filius, sicut Iudas Iscariotes non est magis homo, aut maior homo, aut prius homo, quàm Iudas Thaddæus. Præterea tunc plures essent veri Dij, sicut Iudas Iscariotes, & Iudas Thaddæus sunt plures veri homines. At Scriptura vnum solum Deum esse docet. Si de analogia quadam, vel Patre, vel Filio non erit verè & propriè, vel simpliciter Deus, sicut homo pictus non est simpliciter & verè ac propriè homo, neque canis cælestis est propriè ac verè canis, sed ita dicitur, quia terrestrem canem representat. At Christus est verus DEVS, & similiter Pater, ergo non sola analogia Filius est Deus.

DECIMVSTERTIVS locus Ioan. 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Item, Omnia per ipsum facta sunt. Ex quo loca tria funt argumenta.

PRIMUM sumitur ex nomine Verbi; Verbum enim seu λόγος est mentis proles seu notitia, & conceptus. Et quamuis conceptus mentis in nobis non dicatur Filius, quia est accidens, tamen est valde similis generationi eius productio: nā mens intelligēs, vices patris gerit: obiectū verò, matris; species est quasi materia generationis quam mater suppeditat, inde ex complexu mentis & obiecti, mediante specie, prodit notitia seu verbum.

EST autem notandum in Deo, ut etiam Aristoteles docet, idem esse intelligentem, intellectum, intellectio-nem & speciem intelligibilem, exceptis tamen relationibus mutuis producentis & producti. Ex quo sequitur, Verbum Dei necessariò esse idem cum Deo, id est, eiusdem numero substantiæ & naturæ. Sed Christus est Verbum Dei, nam Verbum caro factum est, ergo Christus habet eandem numero naturam cum Patre.

SECUNDVM argumentum sumitur ex eo, quod Verbum dicitur Deus. Nam hoc loco verbum Dei, quod est Christus expressè nominatur Deus, & sine dubio idem Deus, qui est etiam Pater. Nam Ioannes in toto illo ferè capite semper repetit initio sequentis sententiæ, id quod posuerat in fine præcedentis. In principio, inquit, erat verbum: deinde subiungit, & verbum erat apud Deum. Vbi vides idem nomen poni in fine primæ sententiæ, & initio secundæ, sic etiam quia in secunda dixit,

rat, & verbum erat apud Deum: in tertia dicit, & Deus erat verbum. Vbi idem Deus esse dicitur, & is apud quem erat verbum; & is, qui erat ipsum verbum. Id ipsum obseruare licet in sequentibus. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt, &c.

TERTIVM argumentum est in illis verbis, Omnia per ipsum facta sunt. Hinc enim sequitur, ut colligit Augustinus lib. 1. Trin. cap. 6. Verbum non esse factum, & proinde non esse creaturam, & proinde esse vnum Deū cum Patre, nihil enim est nisi Deus, & creaturæ eius.

SED respondent ad primum Ministri Transyluani lib. 3. cap. 2. & 11. Verbum hoc loco significare Christum hominem, diciq. Verbum, quia verba Dei nobis annunciauit; & probant: nam cū dicitur, Verbum caro factum est, in Græco est ἐγένετο, quod significat erat, seu fuit, ut patet ex similibus locis, nam in hoc cap. dicitur, Fuit homo missus à Deo, Græcè ἐπέμπετο. similiter Luc. 1. Fuit in diebus Herodis sacerdos, & Luc. vlt. Qui fuit vir propheta, &c. semper est ἐγένετο. Itaque non est sensus Verbum esse factum hominem per incarnationem, sed Verbum illud, de quo tā multa dicuntur præclara, nihil esse aliud, quàm carnem, id est, hominem quendam; sicut Ioannes dicitur esse vox, non quòd esset vox incarnata, sed quòd esset homo clamans in deserto.

AD secundum respondent Franciscus David disputatione IX. Albana, & Ministri Transyluani lib. 2. cap. 11. Christum meritò vocari Deum, sed non eundem cum Patre; nam in hoc ipso loco dicitur, Verbum apud Deum, nimirum Patrem; cū autem subiungitur, & Deus erat verbum, si vox Deus acciperetur eodem modo significaretur Filium esse Patrem.

AD illud autem, Omnia per ipsum facta sunt, respondent, intelligi de reparatione facta per Christum, quæ etiam solet dici noua creatio. 2. Corint. 5. Si qua ergo in Christo noua creatura: vetera transferunt, & ecce facta sunt omnia noua. Ephes. 1. Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terris sunt. Et cap. 2. Ipsius enim factura sumus creati in CHRISTO IESV, in operibus bonis. Et Palm. 50. Cor mundum crea in me Deus.

SED errant, ac primum sententia istorum de Verbo similis est errori Eunomij, quem refellit Cyrillus lib. 1. in Ioan. cap. 4. & cap. 7. dicebat enim ille, Verbum, quod est Christus, non esse aliquid æternum in Deo, seu subsistens, sed esse quid creatum, sed dici verbum, quia esset simile, & quasi imago verbi intimi, & quia verba Dei audiens nobis enunciauit.

REPELLITVR vtrorumque error. Primo ex sequentibus, quia hoc Verbum, quod factum est caro, erat Deus, & Deus creator omnium rerum, non ergo creatus. Secundò, quia hoc Verbum erat in principio apud Deum, antequam mundus fieret, nec vnquam in tota Scriptura dicitur factum. Tertio, quia si Christus esset imago verbi illius æterni, & interni, quod est in Deo; nō debuit dicere Ioan. 10. Ego & Pater vnum sumus; sed, ego & verbum vnus sumus, nec Ioan. 14. Qui videt me, videt & Patrem, sed, videt & Verbum. Vide plura apud Cyrillum loco citato.

AD argumentum autem ex voce ἐγένετο. Respondeo vocem esse ambiguam, & tam esse, quàm fieri significare: vnde Ioan. 3. Nuptiæ factæ sunt. γάμος ἐγένετο. Et cap. 1. mundus per ipsum factus est, ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. & infra, Aquam vnum factam. ἡ ὕδατος ἑνὸν γέγονεν. hoc autem loco significat, fieri, non esse. & patet primo ex dictis: nam si verbum erat ante mundi creationem, certè ante carnem erat: nam & caro vna est ex creaturis, non igitur verbum caro erat, sed factum est postea caro, cū carnem assumpsit.

SECUNDO, quia si esse, non fieri, significare voluisset Ioannes, non dixisset ἐγένετο, sed ἐγένετο, vel γένετο, id est, non dixisset, fuit, sed, est, vel erat, fuit, enim dicitur solum

de eo, quod nunc non est, at Christus est etiam nunc caro. TERTIO, quia Patres Graeci Chrysostratus, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, bene norant potestatem Graeci vocabuli, & tamen omnes exponunt, factus est, quomodo etiam habet versio Erasmi, & quae in Bibliis Variabilibus existat, quibus aduersarij plurimum tribuere solent.

QUANTUM ad secundum argumentum, iam diximus, Ioannem in isto capite solere frequentissime idem bis repetere in fine vnius sententiae, & principio alterius. Ita igitur hic nomen, DEVS, bis ponitur in eadem significatione: & sensus est, Verbum erat apud Deum, id est, apud Patrem, qui est Deus; & Deus erat Verbum, id est, & idem Deus erat etiam Verbum. Siue, ut alij volunt, qui faciunt Deum praedicatum, & Verbum subiectum; & Verbum erat ille idem Deus.

NEQUE obstat quod ibi, apud Deum, est articulus τὸν θεόν, hic autem, & Deus erat Verbum, non est articulus ante vocem, Deus. Vnde Origenes argumentabatur, Patrem esse maiorem filio. Nam, ut notat Chrysostratus hom. 3. & 5. in Ioan. saepe Deus pro Patre sumptus non habet articulum, ut in hoc cap. fuit homo missus a Deo, & infra, Deum nemo vidit unquam, & aliquando Deus, pro filio, habet articulum, ut 1. Ioan. 5. Hic est verus Deus. & ad Titum 2. Aduentum gloriae magni Dei.

AD illud autem: Omnia per ipsum facta sunt. Dico primo, explicationem aduersariorum esse adeo nouam, ut nulli veterum in mentem venerit, ut patet legenti Origenem, Chrysostratum, Cyrillum, Augustinum, Theophylactum, Bedam, Rupertum, Euthymium in Ioanem. Dico secundo, non debere Scripturam exponi metaphorice ad libitum, sed tunc solum cum ipsa Scriptura praebet occasionem, alioqui poterimus peruertere omnes Scripturas: & eadem ratione possemus dicere, in 1. c. Geneleos non describi creationem, sed renouationem rerum. Neque obstat loca in contrarium allata: nam in illis semper est aperta mentio renouationis, ut patet legenti illa loca. Hic autem simpliciter dicitur, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Dico tertio, etiamsi hic locus pateretur vtrumque sensum, tamen aduersarios probare non posse debere eum exponi de renouatione potius, quam de prima creatione. Rationes enim quas ipsi afferunt, nihil valent.

PRIMO probant, non agi de creatione, quia Christus non erat natus tunc, cum mundus creabatur. At negamus non fuisse tunc Christum natum ex patre Deo, licet nondum esset natus ex matre. dum autem aduersarij assumunt, quod probare deberent, nonne principium petunt?

SECUNDO probant, quia Scripturae passim tribuunt Patri opus creationis. At non soli Patri tribuunt, tribuunt etiam Filio. Prou. 8. Cum eo eram cuncta componens. & in hoc 1. cap. Ioan. Et mundus per ipsum factus est.

PROBANT tertio, quia Ioannes hoc loco postquam dixerat, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, mox restringit, dicens, quod factum est, quasi diceret non omnia absolute per Christum facta esse, sed illa duntaxat omnia, quae ad ipsius officium pertinebant, & quae per ipsum facta sunt.

AD haec esset ridicula restrictio, esset enim ac si diceretur, Omnia per ipsum facta sunt, quae per ipsum facta sunt. non autem hoc ait Ioannes, sed sine ipso factum est nihil quod factum est, id est, nulla est res quae sit facta, & non sit facta per ipsum, quod addidit Ioannes propter Spiritum sanctum, ne putaretur inclusus inter omnia illa, quae facta sunt per Verbum. Adde, quod lectio illa probabilior est, quam sequitur Augustinus, ut illa verba (quod factum est) non pertineant ad praecedentem periodum, sed ad sequentem, hoc modo, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hominum. Ex qua lectione plane ruit aduersarij argumentum. An igitur propter tam leues & falsas ra-

tiunculas relinquenda est Patrum communis explicatio. Dico quarto, hunc locum explicari paulo infra, cum dicitur, in mundo erat, & mundus per ipsum factus est; & mundus cum non cognouit. Hic enim habemus eum mundum factum esse per Christum qui. Christum non cognouit. At si effectio mundi non esset creatio, sed renouatio, falsum esset illud, Mundus cum non cognouit, cum renouatio fiat per fidem, & cognitionem Christi.

RESPONDENT pertinacissime, hunc esse sensum; In mundo erat, id est, Christus homo inter homines verfabatur, Et mundus cum non cognouit, id est, & homines illi initio eum non cognoscebant: Et mundus per ipsum factus est, id est, & tamen ipse homines illustrauit, & fecit nouas creaturas.

AT contra. Nam in primis aduersarij mutant ordinem verborum, volunt enim prius mundum non cognouisse, & deinde factum fuisse. At Euangelista dicit primo, Mundus per ipsum factus est. Deinde notat eius ingratitude, dicens. Et mundus eum non cognouit.

PRÆTEREA mundus in Scripturis, aut significat substantiam caeli & terrae, ut Eccl. 3. Mundum tradidit dispersioni eorum. Aut homines impios dilectores mundi Ioan. 12. Princeps huius mundi eicitur foras. Ioan. 17. Pro his rogo non pro mundo. Ergo cum dicitur, Mundus per ipsum factus est, vel significatur substantia caeli & terrae, ut exponunt omnes Patres. Vel sensus erit, per Christum factos esse homines impios, quae est ingens blasphemia, accipiendum enim mundum pro impijs, Christum non facit, sed destruit mundum, ut faciat nouam creaturam.

DECIMVS QVARTVS locus habetur Coloss. 1. In ipso condita sunt vniuersa in caelis, & in terra, visibilia & invisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant. Hic locus est clarior superiore; nam explicatur quae sunt illa omnia quae Christus creauit & conseruat, & dicuntur esse omnia omnino terrestria, & caelestia vsque ad summos Angelos. Ex quo sequitur, Christum non esse creaturam, sed verum DEVM.

RESPONDENT tamen Transyluani lib. 2. cap. 12. & Franciscus Dauid disputatione VII. Albana, in toto isto cap. vocari creationem reparationem spiritualem, quae facta est per Christum. Probat primo, quia ita exposuit Procopius in cap. 1. Genes. pag. 39. Secundo, quia non ait Paulus, caelum & terram creata per Christum, sed ea, quae sunt in caelo, & in terra, id est, Angelos, & homines quos creasse dicitur Christus, quia eos pacificauit, & reconciliauit inter se.

AT contra. Primo omnes interpretes hunc locum intelligunt de prima creatione. vnde aduersarij, cum omnes bibliothecas lustrassent, non potuerunt inuenire nisi vnum auctorem Procopium, meliorem Rhetorem, quam Theologum, & qui non interpretatur hanc Epistolam, sed obiter cum scriberet in Genesim, allegauit ad sumum propositum vnam sententiam ex hac Epistola, non respiciens quid praecederet, & quid sequeretur. Et ne gloriarentur tamen se inuenisse vnum socium sui erroris, notandum est, Procopium eundem folio praecedenti, dum exponeret illud, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, acerrime inuechi in eos, qui negant tres esse personas eiusdem essentiae, qui etiam paulo post sic ait; Christus humanam carnem induit, ut hominem, quem creauerat, restitueret, & sanaret. Cum igitur paulo post dicit, per Christum omnia creata secundum Apost. ad Coloss. & exponit, instaurata, vult dicere, Christum instaurasse, quod antea creauerat.

SECUNDO probo ex praecedentibus, nam dixerat Christum esse primogenitum omnis creaturae, id est, prius a Patre genitum, quam vlla creatura fieret, ut recte exponit Chrysostratus. Deinde hoc probaturus subiunxit.

In ipso enim condita sunt vniuersa, &c. At si condere significet instaurare, Paulus nihil probat: non enim sequitur, Instaurauit omnes creaturas, ergo fuit ipse ante omnes creaturas: quam saepe enim architecti instaurant aedificia, quae multis annis antea exstructa fuerant, quam ipsi nascerentur: ut igitur Paulus recte probet Christum esse primogenitum ante omnem creaturam, non oportet interpretari, ipse omnia condidit, id est, instaurauit, sed simpliciter creauit.

TERTIO ex sequentibus, nam postquam Paulus dixerat, per Christum omnia creata, subiungit alia encomia Christi, dicens ipsum etiam esse caput Ecclesiae, & primogenitum mortuorum, & per ipsum instaurata omnia, & pacificatos per cruce[m] eius Angelos cum hominibus. Nisi ergo faciamus Paulum ineptè loquacem, qui semper eadem repetat, oportet fateri, in prima parte capituli agi de creatione, in secunda de reparatione.

QUARTO probo ex ipso contextu, nam dicit omnia creata per Christum, etiam thronos, & dominationes: at Angeli non fuerunt renouati per Christum, quippe qui non facti sunt veteres per peccatum, dicuntur quidem pacificati cum hominibus, sed pacificare non est condere, & creare, neque vllum exemplum in Scriptura profertur poterit.

NEC obstat locus ad Ephes. 1. vbi dicuntur Instaurari omnia per Christum, quae in caelis, & quae in terris sunt. Nam vox Graeca ἀνωκαταστήσει est recapitulare, & in summam redigere, & sensus est, Deum voluisse Angelos & homines vnire sub vno capite Christo.

QUOD si etiam accipiamus Latinum verbu[m] instaurare in sua propria significatione, tunc sensus erit, Deum voluisse instaurare in caelestibus per Christum, non ipsos Angelos, qui non egebant instauracione, sed numerum Angelorum imminutum per casum daemonum, ut exponit Augustinus Enchir. cap. 61. & etiam cap. 62. vbi dicit Christum non esse mortuum pro Angelis, & c. 108. dicit non habituros fuisse homines opus mediatore, & sanguine eius, si Adam non peccasset. At hic ipsi Angeli dicuntur conditi, & creati per Christum, ergo de vera creatione agitur, non de reparatione.

DECIMVS QVINTVS locus est Hebr. 1. vbi dicitur de Filio, Per quem fecit & secula. Et infra, Et tu Domine initio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Hic habemus clarissime quod requirebant aduersarij in duobus locis superioribus, nimirum Christum fecisse caelum & terram, & proinde ipsum non esse creaturam, sed creatorem vnum cum Patre.

RESPONDENT Ministri Transyluani lib. 2. cap. vlt. & Franciscus Dauid disput. III. Albana per secula intelligi noua secula, id est, reparationem humani generis.

CONTRA. Nam Paulus explicans c. 11. quid sit facere secula, ait; Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Quod certe non potest intelligi, nisi de creatione prima caelorum. Vide sup. c. 4.

CAPVT SEPTIMUM.

Quarta Classis ex nominibus veri Dei.

PRIMUM nomen diuinum est, DEVS, ex quo non leue argumentum sumi potest: nam Scriptura non solet absolute vocare Deum, nisi Deum verum, ut Irenaeus notat lib. 3. cap. 6. Neque Dominus, inquit, neque Spiritus sanctus, neque Apostoli eum qui non esset Deus, desinitiuè & absolute Deum nominassent aliquando, nisi esset verus Deus. Et cap. 8. Soluta igitur, inquit, & hac illorum calumnia, manifestè ostensum est, quoniam nunquam Prophetæ, neque Apostoli alium Deum nominauerunt, vel Dominum appellauerunt, praeter verum & solum Deum.

AT QVAE hinc Erasmus in c. 5. ad Ephes. notat Patrem intelligi, quoties absolute Deus nominatur. Quod Erasmi dictum falsum est, ut modò patebit: sed testimonium

eius annotare placuit, ut constaret, etiam aduersarij testimonio vocem (DEVS) absolute positam soli vero Deo conuenire. Et sine Irenaei, vel Erasmi testimonio res ipsa per se clamat. Nam cum Scriptura nihil saepius repetat, quam vnum esse Deum, quomodo non pugnetur secum, si non solum Deum verum, sed etiam aliquid aliud, Deum absolute vocaret? Iam hoc nomen tribuitur absolute Christo, Isa. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis, &c. Ioan. 20. vbi Thomas Christo dicit; Dominus meus & Deus meus. Act. 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Rom. 9. Qui est super omnia Deus. Apoc. 4. Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. 1. Ioan. 3. In hoc cognouimus caritatem Dei, quia ille pro nobis animam suam posuit. Quomodo ergo non est Deus verus, qui tam saepe in Scripturis absolute pronuntiatur Deus? & quomodo, quae so, cohaeret hoc, quod tam absolute Christus dicatur Deus, cum illo Exod. 20. Non habebis Deos alienos coram me, & 1. Cor. 8. nobis vnus est Deus: Si Christus non est vnus Deus cum Patre?

ALTERVM nomen, & quidem maxime proprium veri Dei est, יהוה ADONAI, quod Graeci τερταρὰ θεῶν vocant: sic enim legitur Exod. 15. יהוה יהוה אדונאי schemo, pro quo noster interpres veritè, omnipotens nomen eius. Sed in Hebraeo non est proprie omnipotens, sed nomen illud ineffabile.

TRANSYLVANI quoque ita persuasi sunt, hoc nomen esse proprium Deo conuenire, ut lib. 2. c. 7. dicant hoc nomen esse proprium Dei Patris; alia verò nomina, ut Elohim, Sadai, Adonai, &c. communicari interdum etiam Christo, Angelis aliisque rebus creatis.

PROBEMVS igitur hoc nomen soli vero Deo proprium, Christo conuenire. Hieremias c. 23. sic loquitur. Et suscitabo Dauid germè iustū, & regnabit rex, & sapienter erit. Et infra, Et hoc est nomen quod vocabatur eum Dominus iustus noster, seu iustitia nostra. יהוה צדקנו אדונאי tsdakeni, hoc de Christo intelligi nemo negat.

SED Rabbini respondent, non significari hoc loco nomen Christi fore יהוה אדונאי, sed tēpore Christi, & propter ipsum Christum cognoscituros homines Dominum Deum esse iustitiam nostram, sicut Exod. 13. Edificauit Moses altare, & vocauit nomen eius Dominus exaltatio mea. In Hebraeo illud Dominus est, soli vero יהוה אדונאי, Ezech. vlt. Et vocabitur nomen Hierusalem. יהוה אדונאי schammach, Dominus ibi.

SED hoc facile refellitur. Nam verum quidem est Christum non fuisse vocandum quasi proprio nomine, Dominus iustitia nostra, sed tamen ex hoc loco deducitur ipsum esse verè יהוה אדונאי, nam de ipso dicitur, Dominus iustitia nostra, non de Patre: ipse est enim, qui pro nobis diuinam iustitiam satisfecit. Vnde Isa. 53. dicitur; In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos. Et 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & redēptio.

PRÆTEREA nec ara, nec Hierusalem dicuntur simpliciter יהוה אדונאי, at Christus nuncupatur יהוה אדונאי, Isa. 40. Vox clamantis in deserto, parate viam Domino. Siquidem illud, Domino, in Hebraeo est יהוה אדונאי, & intelligi haec verba de Ioanne Baptista, qui parauit viam Christo, testatur omnes Euangelistae, Matt. 3. Mar. 1. Luc. 1. & Ioan. 1. & similiter appellatur Christus in tot locis Isa. Zacha. & Psalmorum, explicatis in 1. & 2. classe argumentorum.

PRÆTEREA nomen hoc יהוה אדונאי, deductum est ex illo Exod. יהוה אשר אהיה אביהו אביהו ero qui ero, siue, ut noster interpres veritè, sum qui sum. Inde enim addita litera nominis proprii formatrice, id est, Iod, factum est nomen יהוה אדונאי, & significat proprie eum, qui est fons essendi, & cum non habeat esse ab alio, dat rebus, omnibus, ut sint. Quocirca

nonnulli recte docent, hoc nomen, si vilo modo efferr...

VIDEMVS autem de Christo dici id quod hoc nomen...

DENIQUE huic nomini semper in versione LXX...

AT TISSIMVS. Nomen est solius veri Dei. Psal. 82...

AT hoc ipsum nomen tribuitur Christo à Dauide in...

PRÆTEREA, quomodo datum est Christo nomen...

INVISIBILIS. Nomen est ferè proprium veri Dei...

ANGELI enim, licet nobis sint inuisibiles, tamen aliis...

ALIVD nomen Deo vero proprium est, Deus Gloria...

REX Regum, & Dominus Dominantium tribuitur...

Dominus dominantium. At de Filio dicitur Apoc. 17...

AD hæc omnia etiam dicuntur de Filio. 1. Cor. 8...

AT repugnat ratio linguæ Græcæ. Vnus enim articulus...

TRANSYLVANI Erasmi sequuntur, illud, magni Dei...

PRÆTEREA, non expectamus Patrem venturum...

CAPVT OCTAVVM.

Quinta Classis est attributis.

ATTRIBVTA Dei præcipua sunt, primo Æternitas...

SECUNDO Immenitas. Magnus Dominus, & laudabilis...

TERTIO Potentia. Qui solus est potens, &c. 1. Tim. 6...

QUARTO Sapientia. Soli Sapienti Deo. Rom. 16...

QUINTO Bonitas. Nemo bonus nisi solus Deus Luc. 18...

DENIQUE sexto Maiestas, digna summo cultu...

IGITUR Æternitas Filio tribuitur Prou. 8. Ab æterno...

AD hunc locum respondet Franciscus David disputatione...

Christianis, vt patet ex prologo Galeato Hieronymi; sed...

PRÆTER hunc locum habemus alium Micheæ 5...

RESPONDET Franciscus David disputatione III...

AT in primis Hieronymus, Theodoretus, Rupertus...

PRÆTEREA sine causa dicunt, dies æternitatis...

ALIVS locus est Ioan. 1. In principio erat Verbum...

RESPONDET Transyluani lib. 2. cap. n. illud. In...

ALIVS locus est Ioan. 8. vbi Dominus ait. Antequam...

AT repugnant huic explicationi verba sequentia...

ALIVS locus est Ioan. 8. vbi Dominus ait. Antequam...

VNDERESPONDET Franciscus David disputatione...

PRÆTER hæc loca, sunt alia quædam, ad quæ nihil...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

IMMENSITAS tribuitur Filio Dei Baruch 3. Ma...

gnus est, & non habens finem, excelsus, & immensus...

NON obstat quod videatur Propheta loqui de loco...

ALIVS locus est Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum...

ALIVS locus est Matth. 18. Vbi fuerint duo vel tres...

POTENTIA, seu potius omnipotentia tribuitur Filio...

SED obiciunt Ariani illud Ioan. 5. Non potest Filius...

RESPONDEO cum Nazianzeno oratione 4. de Theologia...

TRANSYLVANI obiciunt illud Matth. vlt. Data est...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

RESPONDEO eadeci de Christo, qua homo erat, non...

th. Sapiencia & scientia Dei. Ioan. vlt. Dominus omnia nosti.

SED occurrunt Ariani cum eo loco Matth. 24. De die illo nemo scit neque Angeli, neque Filius nisi solus Pater.

RESPONDEO hæc dici de Christo, qua homo erat vt docent Patres. Ambros. in cap. 17. Luc. Cyrillus lib. 9. thesauri. c. 4. & alij. Quare hic locus nihil Ariani fauet. Quomodo autem Christus homo dicatur non sciuisse diem illum, exponemus in quaestione de scientia animæ Christi.

DICES, hoc loco solus Pater dicitur scire, ergo excluditur Filius etiam, vt Deus.

RESPONDEO cum Augustino lib. 3. in Maxim. ca. 13. particulam, solus, non excludere eas personas, quæ sunt eiusdem naturæ cum Patre, sed res creatas: nisi sermo sit de actione, quæ conueniat Patri ratione persona, non ratione essentia, quoniam igitur scientia conuenit Patri, qua Deus est, non qua Pater est: propterea non excluditur Filius, aut Spiritus sanctus, cum solus Pater dicitur aliquid scire.

INSTANT Transyluani; nam Rom. 16. cum dicitur, Seli sapienti Deo honor & gloria per Iesum Christum, illud; soli sapienti. de Patre tantum dici videtur. nam distinguitur eo loco Pater apertissime à Filio, cum addatur, per Iesum Christum.

RESPONDET Augustinus lib. 3. contra Maxim. c. 13. Seli sapienti. de rota Trinitate dici, cui per Christum defertur honor. Nam Christus Deus & homo cum sit, vt Deus honorem recipit cum Patre & Spiritu sancto, vt homo, illum defert. Detulit autem, cum prædicauit in mundo Trinitatem, & iussit baptizari in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti omnes gentes.

BONITAS tribuitur Filio, Sap. 7. Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. attingit autem ubique propter suam mundi iam, vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis syncera, & nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula maiestatis Dei, & imago bonitatis illius, & cum sit vna omnia potest, & c. Item Matth. 20. dicit Christus; An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

QUOMODO ergo (inquiunt Ariani & Transyluani) Dominus Luc. 18. ait, Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus Deus.

RESPONDEO cum Basilio lib. 4. in Eunom. Ambrosio lib. 2. de fide, cap. 1. Hieronymo & Chryso. in c. 19. Matth. Christum respondiisse ad mentem illius, qui dixerat, Magister bone, quid faciendo, & c. Ille enim nõ putabat Christum esse Deum, & c. sed vnum ex Rabbiniis.

MAIESTAS adoranda tribuitur Christo Hebr. i. Adorati cum omnes Angeli eius. Vbi notandum, hæc verba allegati à Paulo ex Psal. 95. vbi agitur de adoratione latræ soli Deo propria, nam præcessit, Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Et statim; Adorate cum omnes Angeli eius. Vbi opponitur idololatria cultui Dei.

PRÆTEREA Christus habet templum, quod est proprium latræ signum. Malach. 3. Tunc veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quaritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.

ITEM inuocatio absentis apud aduersarios est adoratio latræ. At Christus inuocatur: nam Ioan. 14. ait ipse, Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam. In quem locum Augustinus tract. 73. in Ioannem, Sic ergo, inquit, perrexit ad Patrem, vt non desereret indigentes, sed exaudiret petentes. Et Cyrillus lib. 9. in Ioan. ca. 42. Liquido, inquit, hic se Deum verum esse ostendit. Susceptorum enim orationes suorum se dicit, omniaque eis concessurum; que petant. Item Stephanus Act. 7. Domine Iesv, inquit, accipe Spiritum meum. Et Act. 9. dicit Ananias Christo, Hic habet potestatem alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum.

A Et Paulus 2. Cor. 12. Ter Dominum rogavi, & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea. Quo loco Dominum appellari Christum, patet ex sequentibus. Libenter igitur, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, vt in habitet in me virtus Christi, & 1. Cor. 1. ac in omnibus ferè epistolis ita Paulus salutatur Christianos, Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesv Christo. Vbi precatur fidelibus à Deo Patre, & à Deo Filio simul, gratiam & pacem.

SED quia aduersarij elidunt hæc loca propter ambiguitatem textus Græci, vbi illud, & Domino Iesu Christo, posset legi, & Domini Iesu Christi, hoc modo, Gratia vobis, & pax à Deo, qui est Pater noster, & qui etiam est Pater Domini Iesu Christi: ideo notandus est locus in ep. 2. Ioannis, vbi habetur clarissime, & c. & c. & c. Pax à Deo, & à Domino Iesu Christo. ex quo loco exponenda sunt loca Pauli obscuriora.

DENIQUE omnes ferè Prophetæ prædixerunt post aduentum Messia, exterminandam idololatriam; Ecclesia autem semper in toto orbe terrarum Christum coluit tēplis, aris, inuocationibus, festis diebus, ergo vel Christus est verus Deus dignus latræ cultu, vel omnes Prophetæ decepti sunt. Nā si Christus non est verus Deus, nunquam fuit tam insigne idolum in mundo, nec tam floruit idololatria, quam post Christi aduentum; & tamen clamat Spiritus sanctus Isa. 2. Eleuabitur Dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur. Zachar. 13. In die illa erit fons parens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruata, & erit in die illa, dicit Dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra. Vide etiam Isa. 31. Ezech. 6. & 30. Osee 10. & Mich. 1.

RESPONDET ad hoc de adoratione Transyluani lib. 2. ca. 4. & Franciscus Dauid disput. 3. & Blandrata disputatione III. & VI. Christum esse adorandum, tum quia Deus Pater id iussit, tum quia in se habet adorandam diuinitatem.

AT contra. Nam si Christus non est verus Deus, non potuit Deus Pater id iubere, quin ipse sibi contradiceret. nam Deut. 6. iussit scribi; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et Isaie 42. Gloriam meam alteri non dabo. quomodo ergo iuberet, vt creatura seruiremus, & gloriam eius cum creatura communicarem?

ITEM, si Christus est Deus, sed non summus, & altissimus, ergo non debetur ei cultus Latræ, qui soli altissimo conuenit. Quod autem in Christo Deus habet, non sufficit, vt ille possit adorari, alioqui totus mundus posset adorari, & præcipue sancti Angeli, & homines, in quibus singulariter Deus habitat.

PORTE hæc argumēta Franciscus Dauid, et si antea sæpe docuerat Christum esse Deum, & adorandum non quidem vt altissimum, sed vt Filium altissimi, tamen postea mutauit sententiam, at docuit Christum non esse vocandum Deum, nec esse adorandū, nec inuocandum, & respōdit ad omnia loca, quæ nos supra citauimus pro inuocatione Christi, vt patet ex lib. eius contra Faustum.

SED non est opus, vt tempus conteramus in eius refutatione, nam argumenta eius, aut sunt meræ nugæ, aut si vim habent, efficiunt aliquid contra Blandratam, qui vult Christum non esse verum Deum, & tamē esse adorandum & inuocandum; contra nos autem nihil efficiunt, nam ea sunt præcipua argumenta. Si Christus est adorandus cultu diuino, & inuocandus, vt Deus: ergo cum Papistis dicendum erit, Christum esse vnum Deum cum Patre, & oportebit restituere Trinitatem; quam hæcenus impugnauimus. Item si Christus non est verus Deus, & tamen inuocari potest, ergo etiam Spiritus sanctus, immò & Maria, & Angeli, & Sancti ceteri inuocari poterunt. quorum igitur hæcenus Papistas accusauimus idololatriæ, quia Sanctos inuocabant?

HÆC argumenta demonstrationes sunt certissimæ

contra

contra Blandratam, & Faustum, & ceteros Antitrinitarios; qui tamen, vt manifestè conuincantur à Francisco Dauide, & eius sectatoribus, quod secum ipsi, & cum ratione clarissima pugnent: Ita contra conuincunt ipsi Franciscum Dauidem, & eius socios, quod incredibili temeritate Scripturarum testimonia peruertant.

LIBET autem loco exempli proponere responsiones Francisci Dauidis ad illud testimonium Act. 7. Lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem, Domine Iesu accipe spiritum meum. Primum respondit Franciscus Dauid illud esse exemplum, seu factum Stephani, non testimonium Scripturæ. At exemplum est hominis, qui teste Scriptura, erat plenus fide & Spiritu sancto. Act. 6. & 7.

SECUNDO respondit, illud, Domine Iesu, esse inuocationem Patris; vult enim, vocem, Iesu, esse genitiui casus, vt sit sensus, Tu Pater, qui es Dominus Filij tui Iesu, accipe Spiritum meum.

AT nunquam legitimus alibi, Domine Iesu, in eo sensu, ita vt Iesv, sit genitiui casus; legitimus autem Apocalypsis vltimo in casu vocandi, & c. & c. & c. etiam veni Domine Iesv. Præterea Act. 7. Stephanus viderat Iesum stantem à dextris Dei, quando ait, Domine Iesu accipe Spiritum meum: igitur ipsum Iesum inuocauit.

RESPONDET Franciscus Dauid, illa verba Stephani: Ecce certò credes Iesum resurrexisse, & esse nunc in cælo, ac si nunc aperto cælo ipsum Iesum viderem.

AT Lucas dicit, Intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, igitur verè vidit, & non solum ita credidit, ac si vidisset.

RESPONDET tertio, illa verba; Domine Iesv, dirigi ad Patrem, quia etiam Pater vocari potest Dominus Iesvs, cum sit propriam Patris dominari, & saluare. At quæ est hæc temeritas nomen proprium Filij tribuere Patri? nõne hoc est confundere Patrem cum Filio more Sabelij?

CAPVT NONVM.

Sexta Classis ex operibus.

VIQUE sunt opera Dei solius, Creatio, Conservatio, Saluatio, Præcognitio occultorum, Patratio miraculorum.

PRIMUM opus Dei proprium est Creationis, Isaie 44. Ego sum dominus excedens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. Iob 9. Qui extendit cælos versus. Vnde per hoc opus Deus vult distingui à non veris diis. Psal. 95. Dijs gentium demonia, dominus autem cælos fecit. Hiere. 10. Dijs qui cælum & terram non fecerunt, pereant de terra, & de sub cælo.

SI ergo probemus, Christum fecisse cælum & terram, probatum erit, ipsum esse vnum verum Deum cum Patre. Habemus autem loca multa supra explicata, nimirum Ioannis 1. Omnia per ipsum facta sunt. Ibidem. Et mundus per ipsum factus est. Coloss. 1. Omnia per ipsum creata sunt. Hebr. 1. Et tu domine initio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli.

HIS addamus illud Proverb. 8. Quando appendebat fundamenta terræ, quando certa lege & gyro vallabat abyssos, quando et ihera firmabat firmum, & c. Cum eo eram cuncta cõponens. Qui locus non potest intelligi de Sapientia essentiali, vt supra docuimus, quia illa non existit: hæc autem dicit, Ante omnes colles ego parturiebar: nec de Sapientia creata, quia illa non fuit ante mundum. Nec potest dici, librum non esse canonicum, vt Transyluani dicunt, quia de hoc libro nec Iudæi, nec Christiani vquam dubitauerunt.

ITEM Ioannis 1. Quæcumque pater facit, hæc & Filius similiter facit. Sed Pater creat quotidie animas hominū, qui nascuntur, & creauit quondam cælum & terram: Igitur etiam Filius creat nunc animas, & creauit olim vniuersum mundum.

A AD hoc argumentum diuersimodè respondent Samosatreni & Ariani. Samosatreni noui negant Christum esse Creatorem, cum non fuerit ante Virginem matrem, & quid respondeant ad loca allegata, supra reuolimus, & refutauimus. Vnum addo contra illos. Si Christus non creauit cælum & terram, aut non esse Deum, aut debere exterminari de mundo: nam Hieremiæ 10. dicitur: Dijs qui cælum & terram non fecerunt, pereant de terra & de cælo. At Samosatreni non negant Christum esse Deum, nec volunt eum exterminandum esse, ergo admittere debent eum esse Creatorem.

ARIANI veteres apud Augustinum lib. 1. contra Maximinum, & in sermone Arianorum, & Valentinus Gentilis Arianismi renouator protheci 24. respondent solum Patrem esse principalem auctorem cæli & terræ, filium autem ministrum fuisse patris in creatione. Transyluani quoque lib. 2. cap. 6. dicunt, Christum non esse Deum æternum, nec quicquam egisse in mundi creatione, tamen, si deberet ei concedi aliquid, non posse plus concedi, quam vt instrumentum fuerit patris.

ARGUMENTVM præcipuum ipsorum, quo etiam vultur Transyluani esse, quia in Scriptura semper dicitur pater per filium fecisse, & patri tribuitur præpositio, Ex, Filio præpositio, per, 1. Cor. 8. Vnus Deus Pater, ex quo omnia, vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Hebr. 1. Per quem fecit & secula. Coloss. 1. Omnia per ipsum creata sunt.

ADVDNT etiam Transyluani loco notato Concilium Syrmianse, quod tanquam orthodoxum ab Hilario recipitur, & explicatur in lib. de Synodis. nam canone 3. & rursum canone postremo Concilium illud asserit, Filium Dei Patri ministrasse in creatione mudi. Item addunt testimonia Irenæi lib. 3. cap. 8. & lib. 4. ca. 13. Tertulliani libro de Trinit. Eusebij lib. 1. histor. cap. 1. & 2. & Lutheri, quem Deit nuncium vocant: in primum caput Genes. vbi Christum instrumentum Dei vocat.

DEMONSTRANDVM igitur nobis est, Filium Deum non vt instrumentum, sed vt principalem causam creasse mundum. Ac primum id patet ex illo Hebr. 1. Et tu Domine initio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Nam quod hoc non intelligatur ministerialiter, probo ex eo, quod hoc idem dicit Dauid de Deo Israël, quem aduersarij volunt esse Patrem, & quem certum est non fuisse instrumentum creationis.

PRÆTEREA Paulus in isto capite confert Christum cum Angelis, & dicit hoc interesse, quod Angeli sint ministri, Christus non sit minister; sic enim ait: Cui dixit aliquando Angelorum, Sede à dextris meis, nõne sunt omnes administratorij spiritus in ministerium missi?

SECUNDO, probo ex Isaia cap. 48. nam is qui dicit, Et nunc Dominus misit me, & Spiritus eius, quem esse Filium ostendimus supra in prima Classe argumentorum; iste idem dicit, Propter me faciam, vt non blasphemem, & gloriam meam alteri non dabo. At qui operatur propter se, certè non est instrumentum.

TERTIO, ex Apoc. 1. vbi Filius vocatur & & principium & finis, & Dominus omnipotens. Nam si est principium & finis, vt sunt in alphabeto & & c. certè est principium primum, & vltimus finis omnium rerū; proinde non est instrumentum, neutrum enim horū instrumentum conuenit. Itē, si est omnipotēs, potest, vt auctor principalis, mundū creare, nõ ergo debuit alteri ministrare.

QUARTO, ratione demonstratiua per resolutionem: si Pater creat per Filium, vel Pater solum iubet, & Filius solum facit; vel vterque facit, sed Pater vt causa prima, Filius verò secundus; vel vterque totum, vt causa primaria, sed Pater sua volūate, Filius à Patre iussus: non enim facile est assignare alium modum, quo potuerit Filius concurrere cū Patre ad creationem, & tamen non a què principaliter ac Pater: sed nullus eorum modorum cum

veritate consentit, vt ex his, quæ mox dicemus, planè fiet. Igitur Filius creator est remi æquè principalis, ac Pater. ARIANI quidem aiebant, Patrem per se nihil fecisse, sed Filium omnia fecisse iussu Patris, eo quod creatura non sint capaces immediatè actionis diuinæ; & quia indignum est, summam illam Virtutem ad ista minima descendere, vt Cyrillus refert lib. 5. thesauri, cap. 3.

AT contra, Nam Prou. 8. legimus etiam Patrem fecisse; *Quando preparabat celos aderam.* Et Ioan. 5. *Quæcumque Pater facit, hæc & Filius similiter facit.* Item; *Pater meus operatur, & ego operor.* Et de minimis, Matth. 10. *Vnus passer non cadit in terram sine Patre vestro.*

PRAETEREA nusquam legimus, Patrem imperasse Filio: item legimus, Filium imperando fecisse. Baruch 3. de illo, qui in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, dicitur; *Qui emittit lumen, & vadit, vocat illud, & obedit ei cum tremore, stella autem dederunt lumen in custodiis suis, vocate sunt, & dixerunt, adsumus, & luxerunt ei in iucunditate, qui fecit illas.* Et Luc. 8. *Quis putas est hic, quia imperat ventis, & mari, & obediunt ei?*

NEC ratio Arianorum valet, nam vt bene eam refellunt Athanasius sermone 3. contra Arianos, & Cyrillus lib. 5. thesauri cap. 2. & 3. aut Filius est Deus, aut creatura. Si Deus, non ergo poruit, ipsorum opinioe, creare immediatè: si creatura, ergo non potuit creari à Patre immediatè, nisi fortè velint filium esse quid medium inter Deum & creaturam; quod sanè esse non potest. Nam vel est productus ex nihilo, vel ex re creata, vel ex ipsa Dei substantia. Si primum aut secundum, ergo est creatura. Si tertium, ergo est Deus, non ergo datur medium. habemus igitur, tam Patrem, quàm Filium re ipsa operatum esse in creatione mundi. Ac per hoc refutauimus primum illum modum, què in argumento posteramus.

VERSVM, non potest illud dici, quod vterque fecerit, sed Pater maiorem, Filius minorem partem; nam id pugnat cum Scriptura Prouerbiorum 8. *Cum eo eram cuncta componens.* Et Ioannis 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* Et Ioannis 5. *Quæcumque Pater facit, hæc similiter & Filius facit,* ergo vterque facit totum.

VERSVM, non potest illud dici, quod vterque totum fecerit, sed Pater sit agens principale, & Filius sit instrumentum. Nā vel habet Filius vim creandi in se, quo modo Sol habet vim illuminandi, licet sit Dei instrumentum; vel non habet, sed est similis vmbrae Petri, aut cingulo Pauli, respectu miraculorum, quæ per ea fiebant. Si secundum ergo Filius Dei nihil habet præ aliis creaturis.

ET præterea quid est, quod ait Paulus 1. Cor. 1. *Christum esse Dei virtutem?* Et Hebr. 1. *Qui portat omnia verbo virtutis sue?* Habet ergo in se virtutem faciendi, quæ facit. At virtus creandi est virtus infinita; nec potest esse in instrumento, sed solum in summo infinito artifice. Quare omnes Patres numerat Basilidem, & alios quosdam inter hæreticos, quia dicebant, mundum creatum per Angelos. Vide Irenæum lib. 1. cap. 22. Athanasium in serm. 3. contra Arianos. Augustinum lib. 12. ciuit. Dei, cap. 24. & 25. Cyrillum 2. in Iulianum, & Damascenum lib. 2. cap. 3. Est ergo Filius principalis Creator.

DICES, habet virtutem creandi, non tamen est principalis, quia Pater suo arbitratu agit, Filius alieno. Contra, nā Ioan. 5. *Sicut Pater quos vult viuificat, ita & Filius quos vult viuificat.* Item Spiritus sanctus liberè & sua voluntate agit, 1. Cor. 12. *Diuidit omnibus prout vult.* At Spiritus sanctus nō est maior Filio, immò secundū aduersarios est minor: igitur & Filius liberè agit, & prout vult.

DENIQUE si Filius habet virtutem creandi, vel eandem numero quam Pater habet, vel diuersam. Si eandem, ergo sunt vnus Creator, & vnus est opus, vna voluntas, vna essentia vtriusque. Si diuersam, ergo falsum est illud 1. Reg. 2. *Non est fortis sicut Deus noster.* Et illud Exod. 15. *Quis similis tui in fortibus Domine?* Nam in-

uenitur alius æquè fortis, nimirum Christus.

AD argumentum de præpositione, Ex, & Per, Respondeo, præpositionem, Ex, sæpius tribui Patri, Per, Filio; In, Spiritui sancto: non quia vna persona sit instrumentum alterius, sed ad denotandas eorum proprietates. Nam, vt docet Basilius libro de Spiritu sancto, ca. 4. Patri tribuitur, Ex, ad denotandum, quod ipse sit principium sine principio. Ex, enim est nota causæ efficientis. Per, tribuitur Filio, quia Per, est signum causæ mediæ, & Filius est principium de principio: habet enim à Patre, vt sit principium. Vnde dicitur Filius à Patre facere; *Cum venerit, inquit, Spiritus quem mittam vobis à Patre.* Quamquam postea etiam dici, particulam Per, tribui Filio, quia sapientia est appropriatum Filij, & Deus per sapientiam & artem suam omnia creauit, vt Damascenus libro 1. cap. 9. docet.

DENIQUE In, significat continentiam, & tribuitur Spiritui sancto, qui est nexus Patris & Filij. Tamen ne hæc diuersitas præpositionum fidei obesset, prouidit Deus dupliciter.

PRIMO, indicando hæc omnia conuenire eidè Deo. Nam dicitur Rom. 11. *O altitudo diuinitatum, scientiæ & sapientiæ Dei, &c. Quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Nam hæc omnia dicuntur de vno atque eodem Deo, vt patet ex eo, quod præcedit: *Scientiæ Dei, iudicia eius, sensus eius, &c.* Et ex eo quod sequitur: *Ipsi gloria in seculum.* Vel ergo dicuntur de solo Patre, & tunc patet, Per, non significare ministerium, quia tribuitur Patri, quem constat nullius esse ministrum. Vel de solo Filio, aut solo Spiritu sancto; & tunc Filius & Spiritus sanctus non sunt ministri, quia tribuitur eis, Ex, quæ conuenit principali auctori, vt ipsi quoque fatentur: vel dicuntur de omnibus simul, & tunc omnes simul sunt vnus Deus. Ita monet Ambrosius lib. 4. de fide, cap. 6. Basilius de Spiritu sancto, ca. 7. & Augustinus lib. 1. de Trinit. cap. 6.

SECUNDO, prouidit miscendo has præpositiones, nam interdum, Per, tribuitur Patri, 1. Corinth. 1. *Fidelis Deus per quem vocari cælis in societatem Filij eius.* Gal. 4. *Quod si Filius, & hæres per Deum.* Interdum Ex, & De, tribuuntur Filio, vt Ioan. 1. *De plenitudine eius omnes accepimus.* Coloss. 2. *Ex quo totum corpus per iuncturas, &c.* Ioan. 16. *Ille de meo accipiet.* Monet etiam hoc Ambrosius & Basilius locis notatis.

AD canonem concilij Syrmienensis Respondeo cum Hilario ibidem, Filium dictum esse ministrum, nō quod propriè sit inferior, aut subiectus, sed quia est à Patre. Ministravit enim non vt famulus domino, sed vt filius patri, inter quos licet non sit inæqualitas naturæ, aut dignitatis, est tamen in Patre auctoritas principij, quæ non est in Filio respectu Patris. Est enim filius à Patre, non contra. Quod autem hoc non faciat propriam seruitutem, patet; quia alioqui omnes filij essent serui.

ADDE, quod nescio quantam auctoritatem habeat Concilium hoc Syrmienicè, videret enim mihi magis tolleratum, quàm approbatum. Certè apud Tratianum dist. 16. & 20. vbi Concilia Catholica enumerantur, nulla fit mentio Syrmienensis.

AD Irenæum, Tertullianum, Eusebium, & Lutherum idem respondeo, quamquam Tertulliani, & Eusebij in dogmatibus parua sit auctoritas, Lutheri autem nulla, omnes enim manifesti hæretici sunt, sed Tertullianus & Eusebius doctissimi fuerunt, Lutherus plus habet loquacitatis, quàm solidæ doctrinæ.

ALTERVM opus Deo proprium, est conseruatio totius mundi, quæ est quasi quædam creatio, de quo Act. 17. *In ipso viuimus, mouemur & sumus.* At hoc idem conuenit Filio. Hebr. 1. *Qui portat omnia verbo virtutis sue.* Et Coloss. 1. *Omnia in ipso constant,* hoc est (vt exponit rectè Chrysofost.) omnium subsistentia pender à Filio Dei, ita vt si ab ipso conseruetur, consistat, sin minus,

continuo

continuo intereat, igitur verus Deus est Filius.

TERTVM opus est saluatio, Isaia 43. *Ego sum Dominus, & non est absque me Saluator.* Et cap. 45. *Deus iustus & saluans non est prater me.* & Osee 13. *Ego sum dominus Deus, & saluator non est prater me.* At quid magis conuenit Christo, quàm saluare? Matth. 1. *Vocabis nomen eius IESVS, ipse enim saluum fecit populum suum.* Nam nomen IESVS, à *ישוע* Iescha quod salutem significat, sumptum est.

AC ne dicas, eum saluare ministrando, audi Paulum Hebr. 1. *Qui portat omnia verbo virtutis sue, per semetipsum purgationem peccatorum faciens.* Et si enim desit apud Latinos illud, per semetipsum, est tamen in Græco *δι' αυτου*, & ibidem confert Christum Paulus cum Angelis, & illos seruos, Christum Dominum dicit. Item Isaia 35. *Deus ipse, id est, per se, non per legatos, veniet, & saluabit nos.* Item Apostoli se Christi ministros, non comministros, dicebant, 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi:* & in nomine eius baptizabant, reconciliabant, miracula faciebant, &c. vt se ministros Christi demonstrarent.

QUARTVM opus. Prædictio est futurorum & scrutatio cordium, Isaia 45. *Annunciate que futura sunt, & sciscimus, quia dixit istis.* 3. Reg. 8. *Tu solus nosti omnia corda filiorum hominum.* Hieremia 17. *Traum est cor hominis & inscrutabile, quis cognosceret illud?* Ego Dominus scrutans corda & probans renes.

AT hæc omnia Christo conueniunt, Ioan. 13. *Hoc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum.* Et 1. Pet. 1. *Scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, prænunciens eas, que in Christo sunt passionis & posteriores glorias.* Ioan. 2. *Ipse sciebat, quid esset in homine.* Et Apoc. 2. *Et scient omnes Ecclesie, quia ego sum scrutans corda, & probans renes.*

DICES, etiam Prophetas prædixisse futura, & præuidisse cordium cogitationes, vt de Eliseo patet. At contra, nam Paulus ad Hebr. 3. confert Christum cum Mose summo Prophetarum, & dicit Mosem famulum, Christum Dominum esse, Item Christus loquitur eodem modo, quo summus Deus, quo modo nullus Prophetarum loqui auderet. Quis enim vnquam ait: Ego sum scrutans renes & corda, nisi Deus verus & summus? Denique si Spiritus Christi illustrauit omnes Prophetas, 1. et. 1. Quomodo ipse Christus non altiori modo, quàm Prophetæ, occulta nouit.

QUINTVM opus est. Parratio miraculorum, Psal. 71. *Qui facit mirabilia solus.* Et Psal. 75. *Faciens mirabilia tu es Deus solus.* Et Psal. 135. *Qui facit mirabilia magna solus.* Quod tamen intelligitur, propria auctoritate, alioquin etiam sancti Apostoli & Prophetæ miracula fecerunt, sed per inuocationè Dei, vt hoc loco notat Hilarius.

AT Christus miracula propria auctoritate faciebat, vt patet, tum quia imperabat, Marci 4. *Dixit mari, tace, obmutescet.* Et cap. 4. *Urde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo.* Tum quia sola voluntate etiam absens curabat, vt patet de puero Centurionis, Matth. 8. & de filio Reguli, Ioan. 4. Tum denique, quia vt verus Dominus totius naturæ, concessit etiam aliis potestatem faciendi miracula, Matth. 10. & ad eius inuocationem Apostoli miracula faciebant, vt patet ex illo Actor. 3. *In nomine IESU CHRISTI Nazarenici surge, & ambula.*

CAPVT DECIMVM.

Septima Classis ex Patribus.

EX Patrum doctrina probanda est veritas Catholica, nam etsi aduersarij parum aut nihil tribuant Patribus, tamen Patres, qui ante Concilium Nicænum fuerunt, suos putant, vt Ignatium, Iustinum, Irenæum, Tertullianum, Cyprianum. Alios etsi contrarios sibi esse fateantur, tamen testimonia Hilarij, Chrysofostomi, Ambrosij, Cyrilli, Hieronymi, & Augusti

ni citant contra nos, vt ostendant Patres varios fuisse, & sibi ipsis contradixisse coactos euidentia veritatis, ac breuiter conantur enertare nostrum argumentum ex consensu Patrum omnium atatum. Nos ergo producemus testes consentientes omnium atatum, & maximè ante Nicænum Concilium.

PRIMÆ ætatis, quæ extenditur vsque ad annum 100. Domini, habemus Clemencem, Ignatium, Dionysium, Martialem. Primus prodeat Clemens, qui lib. 8. constit. cap. 16. dicit Patrem sine medio genuisse Filium ante omnia, quod est dicere, Filium non esse factum, sed naturaliter & necessariò prodixisse ex Patre. Nam vt docet Basilius lib. 4. in Eunom. Nihil factum, est immediatum opus artificis, quia mediat operatio, & inter Deum & creaturas mediat voluntas creandi: nec enim posito Deo, immediatè ponitur creatura: at posito Deo immediatè ponitur, Verbum eius. Item cap. 17. postquam recitauerat illud, Sanctus, Sanctus, Sanctus, subiungit explicans, *Sanctus Deus Pater, Sanctus Filius, &c.* Et cap. 18. in fine, dicit Deo: *Tibi omnis gloria, & honor, & adoratio Patri, Filio, & Spiritui sancto, & nunc & semper, & in omnia secula seculorum.* Similem locum huic profert ex isto Clemente Basilius libro de Spiritu sancto, cap. 29.

IOAN. B. Dionysius Areopagita B. Pauli discipulus in lib. de diuin. nom. cap. 1. *Itaque, inquit, in omni sermone Theologica tractatione summam diuinitatem sancte celebrari vidimus, vt singularem quidem atque vniciam, propter simplicitatem, & vniatatem illam imparabilem: vt Trinitatem verò, propter superessentialis fecunditatis in suppositis tribus expressionem.* Et infra dicit, hanc summam essentiam in vna suatum hypostaseon carnem humanam assumpsisse. Similia habet cap. 3. de mystica Theologia.

S. MARTIALIS in epist. 1. ad Burdegalenses, cap. 20. *Nihil, inquit, discretum in diuinitate Trinitatis seruatis.* Et infra: *Et hæc Pater, Filius, & Spiritus sanctus in personis, tria diuisa, in diuinitate vnus Deus indiuisus est.* Hanc epistolam multis de causis suspicor non esse illius Martialis, qui dicitur fuisse discipulus Christi; tamè cuiuscunque sit; nihil habet pro aduersariis, sed omnia pro nobis.

S. IGNATIVS Ioannis Apostoli discipulus, & martyr, in epistola ad Philippenses: *Non in vnum inuocacionem, neque in tres incarnatos, sed in tres eiusdem honoris credendum esse dicit.* Et infra: *Si verò, inquit, Deus & homo est, cur iniquum vocas Dominum glorie, qui natura inuariabilis est?* Et infra: *illud inquit, Si Filius Dei es, igni vantiæ argumentum est. Si enim reuera agnouisses, si vises, quod ex æquo potest rerum conditor vnicuique, & facere quod non est, & mutare quod est.* In epistola ad Philadelphenses: *Si quis dicat vnus esse Deum, & confiteatur Christum Iesum, sed eundem nudum esse hominem putet, huiusmodi serpens est: fraudem & errorem prædicans, in exitum hominum, & est eiusmodi inops sensu cognomento Ebion.*

NOTA, hunc locum propriè pugnare aduersus nouos Ebionitas, qui Christum purum hominem faciunt. Quia enim lingua Hebraica עביון Ebion inopè significat, elegatè Ignatius Ebionitas inopes sensu appellauit.

VERSVM idem in epist. ad Antiochenos: *Abiciite, inquit, omnem Gentilem, & Iudaicum errorem, vt nec multitudinem introducatis Deorum, nec per textum vnus Dei negatis Christum. Moses enim Dei famulus fidelis dicens, Dominus Deus tuus vnus est, & vnus & solus prædicans Deum, continuo confessus est & Dominum nostrum, dicens: Dominus pluit super Sodomam & Gomorram à Domino ignem & sulfur.* Et infra: *Omnis, inquit, qui annunciat vnum solum Deum, & tollit Christi diuinitatem, is est diabolus, & hostis omnis iustitiæ.* In epist. ad Polycarpum: *Expsecta, inquit, Christum Filium Dei in tempore, qui omni tempore caret, palpabilem, omnemque contactum resurgentem, & in corporeum.* Hæc omnia sunt expressè contra Trasyuanos, qui Christum temporalem, & nudum

hominem faciunt. Sunt etiam contra novos. Tritheitas, & Arianos, qui Christum esse aeternum esse fateantur, tamen verum Deum esse negant. Ex quibus etiam facile colligi potest, quemadmodum sint intelligenda loca, quae citantur ex Ignatio Valentino Gentilis & Transylvani lib. 2. cap. 6.

P R I M O, proferunt epistolam ad Magnesianos, ubi dicitur, *Vnum & solum verum Deum Patrem suum annunciant.* Ergo, inquit haereticus, solus Pater est verus Deus.

R E S P O N D E O, illud *solum*, separare Patrem Christi ab aliis, qui non sunt eiusdem substantiae cum ipso. Est enim sensus, Patrem Christi esse illum Deum, qui est vnus & solus verus Deus, quod idem de Filio dici potest, & de Spiritu sancto. Nam cum vna sit tantum veritas diuinitas; & Pater est ille Deus, qui est vnus, & solus Deus; & Filius est ille Deus, qui est vnus, & solus Deus; & Spiritus sanctus est ille Deus, qui est vnus, & solus Deus. Denique nihil aliud Ignatius dixit, quam quod antea Christus ipse Patri suo dixerat: Ioan. 17. *Vt cognoscant te solum verum Deum.*

S E C V N D O, proferunt epistolam ad Tharsenses, ubi Ignatius dicit, Christum esse Filium Creatoris, nec esse illum, qui est super omnia Deus, sed Filium eius.

R E S P O N D E O, Christum sic esse Filium Creatoris, vt sit etiam ipse ille idem Creator, vt idem Ignatius dicit epistola ad Philippenses. Ratio huius est, quia Pater gignendo, suam totam essentiam Filio communicauit, ac propterea etiam totam potentiam & sapientiam, quam mundus creatus est.

P O R R O Pater solus dicitur esse super omnia Deus ab Ignatio, propter principij auctoritatem, non propter naturae diuersitatem. Alioqui pugnaret cum Paulo Romano. 9. & etiam ipse secum, qui asseruit in epistola ad Philippenses, esse eiusdem honoris Patrem & Filium.

T E R T I O, proferunt epistolam ad Philip. ubi de Patre exponit illud Deut. 6. *Dominus Deus vnus vnus est.* Et infra, inducit Christum loquentem ad Satanam: *Non vnus scio solum, non sum Deo aduersus, confiteor excellentiam.*

R E S P O N D E O, Ignatium ex loco Deut. 6. probare velle, vnum esse Patrem, & non plures Patres: vt etiam infra docet vnum esse Filium, & non plures. Probat igitur optime hoc modo: *Dominus Deus vnus est.* Deut. 6. Ergo vnus est tantum Deus Pater. nam si essent plures Patres, illi non possent esse vnus Dominus Deus. Nunc enim Pater & Filius sunt vnus Deus, quia vnus est ab alio.

P O R R O excellentiam Patris Filium constituit ratione principij tantum; vnde statim subiungit: *Non generationis mea auctorem Patrem.* Posset tamen locus hic intelligi de Christo homine: alloquitur enim Christus homo diabolum, & tum omnia aptissime quadrant: est enim Christus vt homo verè minor Patre, & Patrem Deum ac Dominum suum appellare potest, sicut ipse dicit Ioan. 10. *Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum. Deum meum & Deum vestrum.*

Q U A R T O, proferuntur vltima verba epistolae ad Antiochenos: *Paete Deo & Christo.*

R E S P O N D E O, hic distingui Christum à Deo ratione humanitatis; nam alioqui in hac epistola Ignatius diabolum vocat eum, qui praetextu vnus Dei negat Christi diuinitatem.

V L T I M O, proferitur illud ex epistola ad Ephesios. *Medicus autem noster est solus verus Deus ingenuus, & inuisibilis, &c.*

R E S P O N D E O, hunc locum variè legi; nam quaedam antiquiora exemplaria sic habent: *Medicus autem noster vnus est solus verus Deus, ingenuus, & inuisibilis omnium vniuersi Pater & Genitor.*

A L I A est lectio apud Theodoretum in 1. dialogo, ubi sic citatur; *Medicus noster est genitus ex ingenito, &c.*

A Athanasius in lib. de Synodis A rimini, & Seleuciae celebratis, citat hunc locum hoc modo: *Vnus est medicus noster corporalis & spiritalis, genitus ex ingenito, in homine Deus, &c.* Et exponit ingenitum, id est, increatum. Tamen etiam prima lectio non pugnat contra sententiam nostram. Nam posteaquam dixerat Ignatius: *Medicus autem noster est solus verus Deus ingenuus;* subiunxit, *Habemus autem etiam medicum Iesum: Christum ante secula vniuersum Verbum.* Ex quo intelligimus, illam exclusiuam, (*Solus*) cum dixit Ignatius (*Medicus est solus verus Deus ingenuus*) non exclusisse Filium Dei, sed res creatas, quae non sunt eiusdem essentiae cum vero Deo ingenito.

S E C V N D O aetatis usque ad annum CC, habemus quatuor alios Patres, Iustinum, Athenagoram, Irenaeum, & Clementem Alexandrinum. Iustinus in libro de re-cta fidei explicatione, initio: *Vnus, inquit, reuera est vniuersitatis huius Deus, qui in Patre, Filio, & Spiritu sancto agnoscitur, cum namque ex substantia sua Pater Filium genuerit, atque ex eadem Spiritum produxerit, iure optimo, quae vnā habent eandemque essentiam, vna atque eadem dignantur diuinitate.* Et infra probat, non esse creaturam Filium & Spiritum, sed vnum Deum creatorem cum Patre. In apologia ad Senatum: *Porro Filius eius, inquit, qui solus proprie dicitur Filius, verbum simul cum illo ante creaturas, & existens, & nascens, quoniam per eum primitus cuncta condidit, & orauit.* In apologia ad Antoninum, initio: *Profitemur, inquit, nos talium, qui habentur, Deorum esse expertes, & Atheos: sed non verissimilium Dei Patris instituta, & castitatis, & virtutum aliarum. Verum hunc ipsum, & qui ab eo venit Filium, & Spiritum propheticum colimus, & adoramus cum ratione & veritate venerantes.* Vbi opponit cultum Trinitatis cultui idololorum & falorum Deorum, ac proinde docet, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum esse verum Deum. Ibi-
B dem vltra medium vult illa verba Exod. 3. *Ego sum qui sum,* à Christo dicta esse. *Eò autem, inquit, quòd Moysi è rubo est dictum, Ego sum existens ille Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum tuorum, significatum est, mortuos quoque illos extare, & ipsius Christi homines esse.*

I D E M repetit prolixè in dialogo cum Tryphone, ubi etiam non procul à fine docet, Patrem & Filium verè esse duos, & tamen vnus essentiae. *Virtutem, inquit, eam à Patre nullo pacto distinguere, & scerni posse. Et infra: Virtutem istam, quam Deum sermo propheticus vocat, non ita vt solis luminis nomine tantum numerari, verum numero quoque aliud quoddam esse, supra explicui, virtutem hanc dicens de Patre gemitam, non per recessionem veluti ab essentia Patris dispartitam, prout omnia alia diuisa, & secta non eadem sunt, quae antea fuerunt, quam scinderentur.*

E X quibus soluitur obiectio Gentilis ex Iustino. Obicit enim, quod in dialogo cum Tryphone dicat, Christum esse alium Deum, praeter mundi conditorem. At Iustinus non hoc ait, sed tantum docet, esse alium, id est, aliam personam, quae sit, & dicatur Deus & Dominus praeter Patrem, cui attribuitur mundi creatio, hac enim sunt verba eius: *ἐστὶ καὶ λέγουται θεὸς ἢ κύριος ἕτερος ὑπὲρ τὸν ποιητὴν τῶν ὀλῶν, ὅτι ἕτερος, non coniungitur cum Deo, sed cum verbo ἐστὶ, vt sensus sit, alius praeter mundi conditorem est, & dicitur Deus. Item, ἐστὶ δὲ τῶ ἀρχαίου, καὶ τῶ λαοῦ, καὶ τῶ Μωσῆ ἀφ' οὗ λέγουσιν ὅτι γοργαμίμης θεός, ἕτερος ἐστὶ τῶ τὰ ἀνάστασις αὐτοῦ θεός, hoc est, hic qui apparuit Abraham, Isaac, Iacob, quique dicitur & scriptus est Deus, alius est ab eo, qui omnia fecit. Et mox explicans, quemadmodum sit alius subiungit, ἀλλ' οὐ μὴ λέγω, ὅτι γὰρ vnus numero, inquit, non sententia, id est, persona, non essentia.*

D I C E S, Si distinguitur Christus à conditore mundi, ergo non est ipse conditor mundi.

R E S P O N D E O, per conditorem mundi describi Patrem, quia Patri attribuitur potentia & creatio. Nam

alioqui

alioqui etiam Filium esse creatorem mundi, idem Iustinus apertissime docuit in Apologia ad Senatum.

A T H E N A G O R A S in apologia ad Antoninum, *Filius, inquit, Dei ratio, & verbum est Patris in forma, & effigie. Ab ipso namque, & per ipsum, facta sunt omnia, quòd vnus sint Pater & Filius, & quòd Filius sit in Patre, & Pater in Filio.* Et infra: *Primum germen Patris est Filius, non tanquam factum. A primordio enim Deus vnus aeternus existens habuit in se ipso rationem & verbum. Et infra: Quis igitur non obstupescat, si Atheos vocari nos audeat, qui dicimus, Deum Patrem & Filium Deum, & Spiritum sanctum; illorum & in vnione virtutem, & in ordine distinctionem demonstrantes? Et multò infra: Vt aequali honore & potestate cognoscamus Deum & verbum eius & Spiritum sanctum.*

S A N C T V S Irenaeus lib. 3. cap. 6. *Neque igitur, inquit, Dominus neque Spiritus sanctus, neque Apostoli eum qui non esset Deus definitiue & absolute Deum nominassent aliquando, nisi esset verus Deus; neque Dominum appellassent aliquem ex persona sua, nisi qui dominatur omnium Deum Patrem & Filium eius.* Et infra: *Verè igitur cum Pater sit Dominus, & Filius verè sit Dominus merito Spiritus sanctus Domini appellatione signauit eos.* Lib. 3. cap. 8. *Is quidem, qui omnia fecit cum Verbo suo, iuste dicitur Deus, & Dominus solus: quae autem facta sunt non iam eiusdem, vocabula percipiunt esse, neque iuste id vocabulum sumere debere, quòd est creatoris.* Lib. 3. cap. 12. *Annunciauerunt Apostoli, hunc esse Christum Filium Dei, vnus vnus vnus Regem. Et cap. 16. Cum, inquit, declaratum sit manifestè, quoniam neminem alium Deum vocauerunt, vel Dominum nominauerunt, qui veritatis fuerunt predicatorum, & Apostoli libertatis, nisi solum verum Deum Patrem, & Verbum eius, qui in omnibus principatum habet manifestè erit ostensum, quòd factorem caeli & terrae, & qui loquutus sit cum Moysi, & legis dispositionem ei dederit, qui conuocauerit Patres, Dominum Deum constiteri eos, & alterum neminem nosse, &c.* Cap. 20. *Exclusa est, inquit, omnis contradiçtio dicentium, si ergo tunc natus est, non erat ante Christum. Ostendimus enim, quia tunc non cepit Filius Dei, existens semper apud Patrem.* Lib. 4. cap. 11. *Ipse igitur Christus, inquit, cum Patre vnorum est Deus, qui & loquutus est Moysi, & qui Patribus manifestatus est.*

S E C V N D O obicitur Gentilis & Transylvani multa ex Irenaeo. Primo illud ex lib. 1. cap. 2. *Ecclesia accepit eam fidem, quae est in vnum Deum Patrem omnipotentem, qui fecit caelum & terram, & omnia, quae in eis sunt. Et in vnum I E S V M Christum Filium Dei, incarnatum pro nostra salute. Et Spiritum sanctum, &c.* Vbi vnus Deus omnipotens & creator dicitur Pater, & huius vnus Dei creatoris Filius dicitur I E S V S Christus. Ex quo sequi videtur, Christum non esse vnum Deum creatorem cum Patre.

R E S P O N D E O, hic vocem, *Vnum*, tenere se ex parte Dei, non ex parte Patris. Non est enim sensus, quod vnus Pater, id est, solus Pater sit Deus creator, sed quod Pater sit ille Deus, qui est vnus & solus creator caeli & terrae. Quod autem non dicatur etiam de Filio, quod sit ille vnus Deus creator, id factum est, quia Irenaeus ibi recitat Symbolum fidei, & Symbolum debet esse breuissimum, & ideo non debent repeti, quae possunt colligi ex dictis.

P O T E R A tamen intelligi, Filium esse etiam illum vnum Deum creatorem, tum vt docet Cyrillus in explicatione Symboli Nicæni, quia in Patre Filius intelligitur: tum etiam, quia dictum erat, vnum tantum esse Deum & tamen fides in Deum dicebatur, & esse fides in Patrem, in Filium, & in Spiritum sanctum. Vnde idem Irenaeus in locis citatis à nobis dicit, Christum esse Deum, & Dominum creatorem, & sempiternum, & tamen semper repetit, vnum tantum esse Deum.

S E C V N D O, proferunt multa loca ex lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 6. 9. 11. 12. 16. 18. & lib. 4. cap. 1. 2. & 37. & lib. 5. ubi repetit sapientissime Irenaeus, Deum Israël creatorem caeli & terrae esse Patrem Christi, & quod Christus ductor fuisset, si alium Deum praedicasset praeter Patrem suum, &c. Hinc enim deducunt, Christum non esse vnum Deum cum Patre, cum Pater & Filius distinguantur, & sint duo, non vnus; & alter eorum dicatur Deus Israël creator.

R E S P O N D E O, Irenaeum tam sepe illa repetere propter Valentinum & Marcionem haereticos, qui introducebant alium creatorem & Deum Israël, praeter Patrem Christi. Ceterum ex eo quod Pater Christi dicitur Creator & Deus Israël, non modo non sequitur Filium non esse illum ipsum Creatorem & Deum Israël, sed potius sequitur esse. Nam sicut homo hominem generat, & Rex Regem: ita Creator Creatorem, & Deus Deum, cum hoc tamen discrimine, quod quia natura diuina est impartibilis, Deus gignit eundem numero Deum, sed distinctum tamen in persona; homo verò gignit hominem eundem tantum in specie.

T E R T I O obicitur, quod Irenaeus exponat de solo Patre, non de Trinitate, illa verba Deut. 6. *Audi Israël Dominus Deus vnus est.* Sic enim ait lib. 4. ca. 2. *Christus suum Patrem confitetur, quem & lex annunciat dicens, Audi Israël Dominus Deus vnus est.*

R E S P O N D E O, Non dicere Irenaeum de solo Patre eum locum debere intelligi, nec nos ita de Trinitate cum intelligere, vt non intelligatur etiam de qualibet persona seorsim. Nec enim Trinitas est vt somniant aduersarij, à Patre, Filio, & Spiritu sancto distincta. Sed quod de qualibet persona dicitur seorsim, dicitur etiam de omnibus simul, & contra exceptis tantum proprietatibus personalibus.

C L E M E N S Alexandrinus lib. 1. paedagogi, cap. 6. *Sed, inquit, cum Filium, cum Deus esset, nihil didicisse, sicut constantem. Neque enim quis Verbo maior fuerit, sed neque magister, aut doctor est eius, qui solus est magister. An non ergo vel multi fatebuntur, Verbum perfectum ex perfecto Patre natum?* Lib. 3. cap. vltimo in fine sic ait: *Laudamus vnum Patrem, & Filium vna cum sancto Spiritu, qui vnus est omnia, in quo omnia, per quem omnia, qui est vndequaque bonus, vndequaque pulcher, vndequaque sapiens, vndequaque iustus, cui gloria nunc, & in secula seculorum. Amen.*

D E N I Q U E testatur Rufinus in apologia pro Origene Clementem hunc in omnibus suis scriptis celebrare vnam gloriam & maiestatem trium personarum.

T E R T I A aetatis habemus alios sex, ac primum Originem. Origenes Clementis discipulus, habet quidem in suis scriptis apertissimas blasphemias contra Filium Dei, & Spiritum sanctum, vt patet ex Epiphania in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum, & ex Hieronymo in epistola ad Auutum de erroribus Originis. tamen valde credibile est eos insertos ab Arianis postea, vt Rufinus docet in apologia pro Origene. Nam inueniuntur etiam in scriptis eius sententiae omnino Catholicae, & Athanasius in epistola de decretis Nicænae Synodi, citat Originem contra Arianos, & addit; Arianos nullum ex veteribus pro suo errore afferre potuisse.

P R A E T E R E A, magister Originis Clemens & discipulus Originis Gregorius Thaumaturgus rectissime de Trinitate sentiunt, quomodo igitur probabile est, ipsum tam male sensisse? Origenes igitur lib. 7. in epistola ad Romanos, exponens cap. 9. sic ait. *Miror quomodo quidam legentes quod Apostolus dicit, vnus Deus Pater ex quo omnia, & vnus Dominus I E S V S Christus, per quem omnia, negent Filium Dei Deum debere profiteri, ne duos Deos dicere videantur. Et quid de hoc loco Apostoli facient, in quo aperte Christus super omnia Deus esse perhibitur?*

Sed non aduertunt, qui haec ita sentiunt quod sicut Dominum IESVM Christum non ita unum esse Dominum dixit, ut ex hoc Deus Pater non esse Dominus dicatur, ita etiam Deum Patrem non ita unum Deum esse dixit, ut Dei Filius non credatur. Vnus autem uterque est Deus. Item: Qui autem est super omnes, supra se neminem habet, non enim post Patrem Filius, sed de Patre. Item infra: Manifeste ostenditur naturam Trinitatis, & substantiam unam quae est super omnia. Haec Origenes, quae certe clarissima sunt.

SANCTVS Gregorius Thaumaturgus Neocaesariensis Episcopus in confessione fidei, quae existat apud Eusebium ex versione Rufini lib. 7. hist. cap. 27. & apud Gregorium Nyssenum oratione in Gregorium Thaumaturgum, & in tomis Conciliorum ante V. Synodum, dicit. Verbum Dei esse verum Filium veri Patris, Deum ex Deo, inuisibilem ex inuisibili, aeternum ex aeterno. Et addit. Trinitas perfecta, maiestate, aeternitate, & regno minime diuiditur. Item: Neque seruientis quid, neque factum, neque additum in Trinitate reperitur.

SANCTVS Dionysius Romanus Episcopus volumina edidit praecleara: de quibus ita Athanasius in epistola de sententia Dionysij Alexandrini. Porro, inquit, ex Dionysij Episcopi Romani voluminibus contra eos, qui Filium Dei opus, aut creaturam asseuerant, scriptis clare ostenditur haereticum Christo rebellium Arianorum non iam primum, sed olim ab omnibus damnatum fuisse. Item in epistola de decretis Nicenae Synodi, ultra medium, idem Athanasius recitat haec verba Dionysij Episcopi Romani: Audio quosdam apud vos diuini verbi magistros, huius sententiae professores qui ex diametro, ut sic dicam, pugnant cum placitis Sabellij: ille enim cum blasphemiam dicit Filium esse Patrem, Patremque Filium. Isti autem quodammodo tres Deos constituent dum in tres substantias alienigenas sanctam Trinitatem dispartuntur. Vniri enim necesse est omnium Deo Dei verbum, & in eodem habere, versarique Spiritum sanctum, & sanctam Trinitatem in unum omnium rerum Deum omnipotentem, veluti in verticem & principem consummari & coalescere. Marcionis enim vaniloqui doctrinae scissionem diuisionemque Monarchiae in tres principatus instituit, sed diabolica institutio est non autem verorum Christi discipulorum: illi enim ut Trinitatem predicari a sacris literis plane sciunt, ita tres esse Deos a veteri, aut a nouo Testamento induci nequaquam agnoscunt.

CETERVM non minus culpaueris eos qui Filium Dei opus credunt, & factum Dominum opinantur: cum sacra eloquia generationem ei congruentem, non formationem, aut creationem tribuant. Et infra: Non igitur diuidenda est in tres Deitates admirabilis & diuina Vnitatis, neque sub nomine creationis minuenda est dignitas, & immensa maiestas. Et infra: Ita & diuina Trinitas professioque Monarchiae conseruari poterit. Haec ille qui ante M. CCC. annos non solum Arianos nondum natos, sed etiam nostri temporis Tricheitas, & Samosatenos condemnauit.

SANCTVS Dionysius Alexandrinus Episcopus, cum accusatus fuisset apud Romanum Episcopum Dionysium, quod Filium Dei creaturam dixisset, scripsit apologiam, ex qua quaedam citat Basilius libro de Spiritu sancto, cap. 29. Multa vero Athanasius in epistola de sententia Dionysij Alexandrini, inter alia haec ponit. Iam, inquit, quia splendor est aeternae lucis, omnibus modis ipse quoque aeternus est. Et infra: Hoc pacto Vnitatem, quae in diuisibilis est, in Trinitatem dilatamus, & Trinitatem, quae diuina non potest, in Vnitatem consummamus: & tamen scilicet accusamur quasi qui dicamus, Filium unum esse ex numero rerum factarum & nequaquam Patri suo consubstantialem. Et infra: Ostendo, inquit, falsum esse crimen, quod mihi obiiciunt, quod Christum Deo consubstantialem esse negassem. Haec ille.

TERTULLIANVS lib. 4. in Marcionem, ultra medium: Omnia sibi tradita, inquit, a Patre credas, si creatoris

est Christus, cuius omnia, & quia non minoris se tradidit omnia Filio Creator, quae per eum condidit. Libro contra Praxeam: Quoniam, inquit, ipsa regula fidei a pluribus Diis seculi ad unicum & verum Deum transfert, non intelligentes unicum quidem, sed cum aeternitate esse credendum, expauescunt ad aeternitatem, numerum, dispositionem Trinitatis diuisionem praesumunt Vnitatis, quando Vnitatis ex semetipsa deriuans Trinitatem, non destruitur ab illa, sed administratur, &c.

NOTA, vocari a Tertulliano aeternitatem Dei, ordinem & dispositionem trium personarum. Infra: Ecce, inquit, dico alium esse Patrem, alium Filium, alium Spiritum, male accepit idiotae quisque aut peruersus hoc dictum, quasi diuersitatem sonet, & ex diuersitate separationem protendat Patris, & Filij, & Spiritus. Necessitate autem hoc dico, cum eundem Patrem, & Filium, & Spiritum contendant aduersus aeternitatem Monarchiae aduantes, non tamen diuersitate alium Filium a Patre, sed distributione, nec diuisione alium, sed distinctione, quia non sit idem Pater, & Filius vel modulo alius ab alio. Et infra: Alium autem quomodo accipere debeas, iam professus sum persona Dei non substantia nomine, ad distinctionem non ad diuisionem. Ceterum ubique teneo unam substantiam in tribus coherentibus. Et infra: Si una persona & Dei & Domini in Scripturis inueniretur, meritis Christus non esset admissus ad nomen Dei ac Domini. Nemo enim alius praeterquam vnus Deus predicabatur. Et paulo infra: Itaque, inquit, Deos omnino non dicam, nec Dominos, sed Apostolum sequar, ut si pariter nominandi fuerint Pater & Filius, Deum Patrem appellem, & IESVM CHRISTVM Dominum nominem. Solum autem Christum potero Deum, dicere, sicut idem Apostolus, ex quibus Christus, qui est, inquit, Deus super omnia benedictus in aeternum omne. Et infra: Et nomen Patris, inquit, Deus omnipotens, altissimus, Dominus virtutum, Rex Israelis, qui est, haec dicimus & in Filium competisse, & in his Filium venisse, & in his semper egisse, & sic ea in se hominibus manifestasse, omnia, inquit, Patris mea sunt, cur non & nomina? Et infra: Qui tres unum sunt, non vnus, quo modo dicitur est: Ego & Pater vnus sumus, ad substantiam vnitatem, non ad numeri singularitatem.

Ex his explicari possunt loca in contrarium adducta a Gentili & Transyluani. Primo obiiciunt, ex libro contra Hermogenem, non procul ab initio: Nam, inquit, nec Pater esse potuit ante Filium, nec index ante delictum. Fuit autem tempus cum & delictum & Filius non fuit quod iudicem, & qui Patrem Dominum faceret.

RESPONDEO, verba ista male sonare, nec vsurpanda esse: non tamen apud Tertullianum significare Filium Dei, ut Deum non semper fuisse. Nam in libro contra Praxeam sic ait: Sermo ergo & in Patre semper sicut dicit, Ego in Patre, & apud Deum semper, sicut scriptum est, Et sermo erat apud Deum & nunquam separatus a Patre quia ego & Pater vnus sumus. Est folio praecedente dixerat: Ante omnia Deus solus erat. Solus autem, quia nihil extrinsecus praeter illum. Ceterum ne tunc quidem solus, habebat enim secum rationem suam.

ILLI ergo Filius, de quo dicit Tertullianus in libro contra Hermogenem, quod non semper fuit, non est Verbum Dei, sed Filius per adoptionem, id est, quiuis alius sanctus homo, vel Angelus: non enim hic de Christo agitur, sed de creatura rationis particeps, quae extrinsecus accessit, & Deum ex tempore Patrem denominauit. Vel si sit Filius ille Verbum Dei, per tempus, quo non erat, non intelligitur verum tempus, sed prioritas quaedam originis. Solum enim Tertullianus ibi dicere intendit Deum non potuisse vocari Patrem, nisi postquam Filium habuit, sed prior explicatio solidior est & facilior.

SECUNDO, obiiciunt ex libro contra Praxeam: Deum Filium agnosco, secundum a Patre defendo.

RESPONDEO, secundum vocat Filium, & Spiritum tertium propter ordinem originis, non propter gradus diuersos in essentia. Nam lib. contra Hermogenem longe ante medium sic ait: Diuinae gradus non habet, utpote vnica. Et in libro contra Praxeam sapientissime repetit, vniam esse substantiam Patris & Filij. Vnde in eodem libro circa principium, cum dicit, Filium distingui a Patre, non statim, sed gradu: Per gradum intelligit ordinem personarum.

TERTIO obiiciunt illud ex eodem loco: Pater tota substantia est, Filius vero deriuatio totius, & portio.

RESPONDEO, cum Tertullianus dixerit, Diuinitatem non habere gradus, & euidens sit, cum esse omnino impartibilem, necessarium haec verba intelligi debent de sola distinctione personali, quam in toto libro intendit. Vocat autem Filium portionem, & Patrem totam substantiam, quia Pater est fons & principium aliarum personarum, & ea ratione quandam maioritatem habet, & hoc modo se ipsum explicat. Filius, inquit, deriuatio totius & portio, sicut ipse profertur, quia Pater maior me est. Sic & Pater alius a Filio, dum Filio maior; dum alius qui generat, alius qui generatur; dum alius qui mittit, alius qui mittitur, &c. & tamen antea, dum loqueretur de substantia, dixerat Filium non esse alium a Patre.

QUARTO, obiiciunt illud ex eodem libro. Consequens erit, inquit, ut inuisibilem Patrem intelligamus pro plenitudine maiestatis, visibilem vero Filium agnoscamus pro modulo deriuationis. Vnde ibidem docet, in omnibus apparitionibus Dei in Testamento veteri semper visum fuisse Filium, Patrem autem mansisse inuisibilem.

RESPONDEO, apud Tertullianum Patrem dici inuisibilem, & Filium visibilem, non quod natura Filij visibilis sit, Patris autem inuisibilis, sed quia Pater, ut Tertullianus & multi alij putant, nunquam apparuit in forma corpora, Filius autem multoties tam in Testamento veteri assumens ad tempus formas visibiles, quam in nouo assumens carnem. Cum autem dicit, Filium visibilem pro modulo deriuationis, non loquitur de deriuatione Filij a Patre per aeternam generationem, sed de deriuatione ad nos per assumptionem formae visibilis: id vero ita esse patet.

PRIMO, quia paulo post sic ait Tertullianus: Dicimus & Filium suo nomine eatenus inuisibilem, quae Sermo & Spiritus Dei est substantiae conditione iam nunc, & quia Deus & Sermo, & Spiritus Dei: Visibilem autem fuisse ante carnem eo modo quo dicit ad Aaron & Mariam. Et si fuerit Prophetes apud vos, in visione cognoscat illi.

SECUNDO, quia paulo infra, de Patre dicit dictum esse illud prima Timothei primo. Regi seculorum immortalis, inuisibilis, soli Deo. De Filio autem contraria dici posse, cum constat eum mortuum & visum, vbi manifeste loquitur de Filio secundum formam humanam.

EST autem hic obseruandum, Tertullianum vndeunque accipere occasionem probandi, Patrem non esse Filium, quae erat haeresis Praxeae. Et quoniam Scripturae dicunt, Deum esse visum Abraham, Jacob, Moysi, Isaiae: & Christum Deum visum Apostolis: Tertullianus inde facit argumentum, duas esse in Deo personas, vniam inuisam, alteram visam. Et ut argumentum melius consistat, omnia loca, vbi dicitur Deus apparuisse, exponit de Filio, & omnia, vbi dicitur Deus non posse videri, exponit de Patre.

ET quamquam hoc argumentum eius non est adeo solidum: nam potest dici eadem persona diuina visibilis, & inuisibilis: visibilis in specie creata, inuisibilis in essentia & personalitate sua: Tamen ex hoc eius argumento colligimus mentem eius non fuisse, negare Christi diuinitatem, sed asserere eius propriam personalitatem.

QUINTO, obiiciunt ex libro de Trinitate, vnium Deum Iudaeorum esse Patrem Christi, & Deo Patri nihil comparari posse, & Filium non eripere Patri il-

lud quod vnus est Deus.

RESPONDEO, primo librum non esse Tertulliani, ut patet, tum quia nominatim refelluntur in hoc libro Sabelliani, qui nondum orti erant tempore Tertulliani, tum etiam quia beatus Hieronymus lib. 2. contra Rufinum, hunc librum tribuit Nouatiano. Secundo dico, ea loca non esse contra nos: nam verè vnus Deus Iudaeorum est Pater Christi, neque Christus eripuit Patri, ut sit vnus Deus, quia Christus non est aliquis secundus Deus, sed idem Deus cum Patre. Nec tamen Patri quicquam comparari potest, si spectes originem, cum ille sit principium aliarum personarum, non contra: cum quo tamen consistit aequalitas in substantia trium personarum.

SANCTVS Cyprianus tractatu de idololorum vanitate ultra medium: Vnus, inquit, omnium Dominus est Deus, neque enim illa sublimitas potest habere consortem, cum sola omnem teneat potestatem. Et infra: Hic Deus noster, hic Christus est. Et lib. 2. ad Quirinum, cap. 6. quod Deus sit Christus probat ex illis Scripturae locis, quae omnium consensu loquuntur de vno vero Deo Isaie, ut ex illo Gen. 35. Fac illic altare illi Deo, qui tibi apparuit cum fugeres a facie Esau. Item ex illo Isaie 45. In te Deus est & non est Deus alius praeter te, tu enim es Deus, & non sciebamus, Deus Israel Saluator. Item ex illo Romanorum nono. Ex quibus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Ex quibus apparet Christum esse Cypria, verum Deum Israel.

EX Cypriano allegant pro se Transyluani libro secundo, cap. 6. locum vnium in explicatione Symboli; vbi dicitur Creator Deus Pater Christi, & vnium esse Deum Patrem, vnium Dominum Iesum Christum, vnium Spiritum sanctum.

RESPONDEO primo, Symboli explicationem non esse Cypriani, sed Rufini; nam ibi refelluntur nominatim Arius, Eunomius, & Photinus, qui tempore Cypriani nondum nati erant. Ex quo habes, quanta sit eruditio historica Transyluanorum, qui nondum didicerunt quo tempore existerint ipsorum praedecessores & parentes.

SECUNDO, dico paulo infra ea verba, quae Transyluani citant, habere expressam ipsorum refutationem. Sic enim ait auctor, Concilium vanitatis est, quod ait Paulus Samosatenus, & post eum successor eius Photinus docuit, qui asseruit Christum non fuisse ante secula natum, sed ex homine Deum existimat factum. Concilium vanitatis est, & quod Arius, atque Eunomius docuit, qui Filium non ex ipsa Patris substantia natum, sed ex nihilo creatum voluit, & Filium Dei habere initium, & minorem esse Patre, &c. Sed certe maiore ratione dici potest, concilium vanitatis synagoga Transyluanorum, qui non solum idem docent, quod olim Paulus Samosatenus, sed etiam pro se allegant eos libros, quibus ipsi apertissime refelluntur.

DICO tertio Christum esse Filium Creatoris, & ideo ipsum etiam esse Creatorem, & eundem cum Patre quia totam Patris essentiam nascendo accepit, &c. Nec officit sententiae nostrae quod Pater vocetur vnus Deus: nam etiam Filius dicitur vnus Dominus, & tamen constat etiam Patrem esse Dominum.

QUARTAE aetatis habemus imprimis generalè Synodum Nicenam Patrum CCCXVIII. quae Symbolum edidit, quod recitatur à Rufino lib. 10. hist. cap. 6. & rursus reperitur in Symbolo Constantinopolitano, cap. 1. & explicatur ab Athanasio, & Cyrillo; & cuius omnes ferè Patres cum honore meminerunt. In eo Symbolo haec de Filio dicuntur primo, quod sit verus Deus. Secundo, quod sit & Patri, id est, eiusdem essentiae cum illo.

TERTIO, quod sit aeternus. Quarto, quod sit immutabilis, & inuertibilis sicut Pater. Quinto, quod sit genitus, non factus. Itaque non potuerunt Patres clarius refellere eos, qui Filium creaturam esse voluit.

DE hoc Symbolo Transyluani mirum iudicium

protulerunt: nam lib. i. ca. i. dicunt esse Symbolum Antichristi, & illa verba, *Genitum non factum*, esse Antichristi deliria, cum tam aperte pugnent cum Paulo qui dicit, *Factum esse ex semine David*. Rom. i. Et, *Factum esse ex muliere*. Gal. 4.

At lib. 2. ca. 6. dicunt in hoc Symbolo suam sententiam contineri, cum dicatur solus Pater vnus Deus Creator. Sic enim incipit. *Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem celi & terrae, & in vnum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM Filium Dei*.

At in vtroque verè ipsi delirant. Symbolum enim cum ait, Filium genitum, non factum, loquitur de Christo, vt Deus est: nam paulò infra dicitur. Et incarnatus & homo factus est. Itaque idem Symbolum asserit. Filium factum & non factum: factum, quia homo est; non factum, quia Deus est. Quemadmodum etiam B. Paulus factum dicit ex muliere, & ex semine David quod attinet ad naturam humanam quam assumpsit in tempore; & alio loco dicit, non factum ex materia creata, sed genitum à Patre ante omnem creaturam.

Porro Pater sic dicitur vnus Deus, vt saepe iam diximus, sicut Filius vnus Dominus vt enim hinc non excluditur Pater à nomine Domini, ita nec Filius à nomine Dei, sed vtroque vnus tenet se ex parte predicati, non subiecti, id est, non est vnus quod vnus Pater sit Deus, sed quod Pater sit ille Deus, qui est Deus vnus.

Præter Concilium Nicænum habemus hoc eodem seculo Synodum Constantinopolitanam C. L. Patrum quæ iterum asseruit, Filium Patri homooiisio. Præterea habemus in hac ætate multos Patres Græcos & Latinos: Athanasius enim scripsit quinque sermones longissimos contra Arianos, & omnia præterea sua opera eodem direxit. Basiliius lib. 5. contra Eunomium. Gregorius Nazianzenus orationes quinque de Theologia. Gregorius Nyssenus libros etiã quinque, id est, librum vnum de Trinitate, & quatuor sequentes ferè eiuſdem argumenti. Cyrillus Hierosolymitanus quinque catecheses de hac re scripsit, id est, à septima ad vndecimã. Epiphanius accuratè scripsit, tum contra Paulum Samosatenum, hæc. 65. tum contra Arianos hæc. 69.

Ex Latinis scripsit Hilarius libros duodecim de Trinitate. Lucifer Caralitanus lib. ad Constantium pro Athanasio, & alterum quod sit moriendum pro Dei Filio. Marius Victorinus libros quatuor cõtra Arium. Gregorius Beticus librum de fide contra Arianos. Sabadius librum aduersus Arianos. Ambrosius libros quinque de fide. Philariſtus in libro de hæresibus, Samosatenum & Arium breuiter confutauit.

Ex Patribus quartæ huius ætatis aduersarij solum obiciunt Hilarium & Ambrosium: nam Hilarius lib. 9. de Trinit. dicit, solum Patrem esse vnum Deum, licet etiam Christus sit Deus. Ambrosius in cap. 11. ad Timoth. explicat de solo Patre illa verba: *Regi seculorum immortalis, inuisibilis, soli Deo*. Et ibidem de solo Patre dicit esse dictum à Domino; *Nemo bonus, nisi solus Deus*. Et in caput sextum exponit de solo Patre, illud: *Qui solus est potens Rex Regum, &c.*

Respondet Hilarium dicere, solum Patrem esse verum Deum, sic tamen, vt non negetur etiam Filius esse verus Deus: quia in Patre intelligitur Filius, qui eiusdem essentia est cum Patre. Verba ipsa quæ Transyluani citant lib. 2. cap. 6. ex Hilarij lib. 9. hoc docent. *Sed solus fortè, inquit, Deus verus, Christo non relinquit, vt Deus sit. Non relinquit sanè, si vnus Deus Pater Christo, vt vnus sit Dominus non relinquit, quòd si vnus Deus Pater Christo non adimit, vt vnus sit Dominus, ita solus Deus Pater vnus Christo IESV non auferat, vt Deus verus sit. Vbi aperitissimè sanctus Hilarius cõfiteatur, Christum esse verum Deum, & vnum cum Patre, sicut est vnus & verus Dominus cum eodem Patre.*

Ad locum Ambrosij, primo obicio istis commentariis, quæ non certò sunt Ambrosij, librum 2. de fide, ca. 1. & lib. 3. cap. 2. vbi contendit illa nomina: *Rex Regum, immortalis, inuisibilis, bonus potens*, etiam Filio conuenire, & non soli Patri.

Sermo dico, in his commentariis auctorem eorum tribuere soli Patri illa epitheta, non quia solus habeat, sed quia solus habet à se. Nam in cap. 6. ita se explicat. *Hæc omnia, inquit, habet Pater similiter & Filius à Patre*. Solam inuisibilitatem tribuit simpliciter soli Patri, quia solus Pater non apparuit in forma visibili: Filius autem apparuit, vt dictum est in locis Tertulliani. Tertullianum enim hic auctor sequitur est.

Et quia Transyluani lib. 2. cap. 6. audent dicere, Ambrosium vbiq; defendere Patris æterni eminentiam, notemus vnum, aut alterum locum eius, lib. 5. de fide, cap. vltimo, *Ad te, inquit, nunc omnipotens Pater cum lacrymis verba conuerto. Ego te quidem inaccessibilem, incomprehensibilem, inestimabilem promptè dixerim, sed Filium tuum minorem non ausim dicere*. Et infra: *Si maiorem Filio dixerò, vt Arius asserit, impie iudicauit*. Item in ca. 2. ad Philipenses: *Iure, inquit, exequauit se Deo. Item Christus sciens in forma Dei se esse, æqualem se ostendit Deo*. Quanta igitur est impudentia dicere, ab Ambrosio vbiq; prædicari eminentiam Patris, cum ipse disertis verbis nec Patrem maiorem, nec Filium minorem pronuntiare audeat, & contra æqualem vbiq; asserat? Sed non est hoc primum, nec erit postremum hæreticorum mendacium.

Quintæ ætatis ab anno CCCC. vsque ad D. habemus duas Synodos generales, quæ iterum approbauerunt Symbolum Nicænum, nimirum Synodum primam Ephesinam, in epist. ad Nestorium, & Chalcedonenſem, Act. 2. Præterea multos Patres, qui ex professio scripserunt pro vera Christi diuinitate, nimirum ex Græcis Chrysoſtomus multa eloquentissimè ac doctissimè scripta reliquit in oratione, quòd Christus sit Deus. Et in præcedente in dictum Apostoli, tunc & ipse Filius subiicitur ei, &c. Et in commentariis suis in 1. cap. Ioannis, & 1. ad Col. & 2. ad Philip. & alibi. Item Theophilus Alexandrinus in prima Paschali epistola. Cyrillus edidit libros septem de Trinitate contra Arianos, & quatuordecim lib. thesauri. Præterea in comment. in Ioan. nunquam omittit occasionem refellendi Arianos. Theodoretus lib. 4. de hæc. fab. lib. 2. ad Græcos, in epitome diuinorum decretorum; & in epistolas B. Pauli, passim disputat contra eos qui negant, Christum esse Deum verum.

Ex Latinis Gaudentius tract. 7. in Exodum, & in epistol. ad Paulum de dicto Euangelij. *Pater maior me est*, eleganter Arianos refellit. Hieronymus sepe Arianos reprehendit, atque etiam conuincit, ac præsertim in libr. cõtra Luciferianos, in epist. ad Marcellam de erroribus Montani; item in alia ad Auitum de erroribus Originis, & in duabus ad Damasum de nomine hypostasis.

Augustinus scripsit libros quindecim de Trinitate, tres contra Maximinum Arianum, item librũ contra sermonem Arianorum, epistolas aliquot, vt 174. & sequentes, in quibus acutissimè Arianos confutat. Denique in comment. Euangelij Ioannis passim disputat contra Arianos. Rufinus in explicacione Symboli, breuiter quidem, sed aperitissimè Samosatenum & Arium reprehendit. Idacius Clarus librum scripsit ad Varimandum contra Arianos. Cassianus in septem libris de incarnatione multa inferit aduersus eandem hæresim, quod etiam facit Prosper lib. 3. de promissionibus & predictionibus Dei, cap. 2. 3. & 4. Sanctus Leo Pontifex in epistola ad Flavianum celeberrima, & passim in suis epistolis, & sermonibus, sed præcipuè sermone primo de Pentecoste, Arianorum hæresim destruit.

Idem

Idem facit denique Cerealis Episcopus in libro contra Maximinum Arianum.

Ex his Patribus Transyluani lib. 2. cap. 6. obiciunt primo Chrysoſtomum, qui in primum caput primæ Timoth. dicit, illa epitheta, *Regi seculorum immortalis, inuisibilis, &c.* habere Patrem per se, Filium autem à Patre. Ex quo ipsi colligunt, Filium dono gratiæ factum esse Deum, Regem immortalem, &c.

At Chrysoſtomus repugnat: sic enim ait; *Ipse Pater hanc per naturam habet, nos autem per gratiam nunquid ita & Filius minimè verò. Verum & ipse hanc per naturam habet*. Et infra: *Cum audio Patrem Regem seculorum, non à Filio dominatum tollo. Communia enim ista sunt, & Patris & Filij*.

Secundo, obiciunt Cyrillum, qui lib. 10. thesauri cap. 4. exponit de Patre non de Trinitate, illud Isaia 44. *Ego primus & ego nouissimus*.

Respondet, dicit eo loco Cyrillus, illa verba conuenire Patri, sed non negat conuenire Filio. Immo cap. 6. sic ait hunc locum explicans; *Non ad deificationem Filij hæc à Patre dicuntur, nisi forte, vt apud fabulas Gentium fertur, inter Filium & Patrem bellum esse credatis: sed ad deificationem saluorum Patrum primum postremumque, hoc est sempiternum se Pater Deum appellat, secundaque Filium necessario intelligit*. Et capite quarto citato. *Nam, inquit, cum ipse Filius natura increatus sit, & omnium Dominus atque creator, &c.*

Tertio, obiciunt Hieronymum, quem dicunt diu reluctantem veritati tamen claritate Scripturæ victum confessum esse vnum Deum esse Patrem: nam in cap. 4. ad Ephes. illud, *Vnus Deus, & Pater omnium, dicit de Deo Patre esse intelligendum*.

At Hieronymus ibidem istam calumniam refellit: dicit enim non excludi Filium, cum dicitur Pater vnus Deus, sicut non excluditur Pater cū dicitur Filius vnus Dominus, sicut, *vt existimant Ariani, Deus Pater est Deus solus, eadem consequentia solus erit Dominus IESVS CHRISTVS, & nec Pater erit Dominus, nec Filius Deus, sed absit, vt non sit vel in dominatione Deitas, vel in Deitate dominatio. Vnus est Deus, & vnus est Dominus, quia Patris & Filij dominatio, vna diuinitas est. Præterea & Fides vna dicitur, quia similiter in Patrem & Filium & Spiritum sanctum credimus*.

Vltimo, obiciunt August. libr. 6. Trin. cap. 9. vbi sic ait. *Quid agimus de illo testimonio Domini? Patri enim dicebat & Patrem nominauerat, ad quem loquebatur, cum dixit: Hæc autem est vita æterna, vt cognoscant te vnum verum Deum: Videndum est, an intelligere cogamur, tanquam hoc insinuare voluerit, quia solus Pater Deus verus est: ne non intelligeremus Deum, nisi ipsa tria simul*.

Hic videtur Augustinus dicere nos cogi ad assentiendum solum Patrem esse Deum verum. Vnde Transyluani lib. 2. cap. 6. exultantes aiunt, Augustinus contradicendo huic veritati corroborat eam. Item clarissimam lucem non ferens, ipse quoque veritatem vel inuitus confessus est.

At miseri Transyluani æquiocatione decepti sunt; Nam ista propositio (Solutus Pater est verus Deus) potest habere duplicem sensum; Vnum eiusmodi, Solutus Pater est verus Deus, id est, nulla persona est verus Deus præter Patrem. Alterum: Solutus Pater est verus Deus, id est Pater etiam seorsum, & solus consideratus, adhuc est verus Deus.

Præter sensum est Arianus, & eum arripuerunt Transyluani; posterior est Catholicus, & ab Augustino inretus, vt pater ex verbis citatis. Dicit enim, ideo fortè vocari solum Patrem verum Deum, ne putaremus nomen Dei non conuenire nisi tribus simul, id est, non posse tribui singulis personis seorsim.

Præterea ibidem Augustinus nominatim ex-

cludit Arianos, qui Filium verum Deum esse negabant, & concludens disputationem, ait: *Nunc equalitas Trinitatis, & vna eademque substantia, quantum breuiter potuimus demonstrata est*.

Sextæ ætatis habemus quintam Synodum, quæ cap. 1. asserit tres personas vnius essentia, & cap. 11. anathema dicit Ario, Eunomio, &c. Item habemus Fulgentium lib. de fide ad Pet. ca. 1. in 3. lib. ad Monimum, in libro alio ad obiectiones Arianorum, item in libris ad Trasimundum, Vigilium Tridentinum lib. 4. & 5. contra Eurychen, & in disputatione Athanasij, Sabellij, Arij & Photini, Ioannem Maxentium in professione fidei.

Habemus denique Boëtium Seuerinum, qui librum acutissimum de Trinitate scripsit. Hunc Transyluani lib. 2. ca. 5. aperitissimè delirare, & Sabellianum docere asserunt, quia dicit, repetitionem eiusdem esse, non enumerationem diuersam, cum dicitur Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus.

At ipsi verè delirant à diabolo fascinari, Boëtius enim non ait, esse repetitionem eiusdem personæ, sed eiusdem diuinitatis, quod necessario dicere cogimur, nisi multos Deos cum Paganis introducere velimus.

Septimæ ætatis habemus V. I. Synodum generalem, act. 17. Item Gregorium Magnum lib. 3. dialog. cap. 29. & sequent. Gregorium Turonicum lib. 5. ca. 43. & lib. 6. cap. 4. historia. Isidorum libro de Trinitate.

Octauæ ætatis habemus V. I. Synodum, act. 7. & Bedam, qui præter alia scripsit commentaria in Boëtiana de Trinitate. Item Ioannem Damascenum lib. 1. de fide Orthodoxa, cap. 2. 6. & 8. & roto ferè libro.

Nonæ ætatis habemus VIII. Synodum act. vltima. Item Photium, & Theophylactum, Haymonem, & Rabanum in cap. 9. ad Romanos, & 2. ad Philip. & alibi.

Decimæ ætatis, quæ obscurissima omnium fuit, habemus Ambrosium Ansbertum in commentariis in Apocalypsin, præsertim in initio & in fine; item Radulphum Flauiacensem in Leuit. cap. 2.

Vndecimæ ætatis habemus S. Anselmum in lib. de S. Trin. Item Gisbertum in lib. de alteracione Ecclesiar. & Synagoga: ad Anselmum.

Dodecimæ ætatis habemus Richardum de S. Victore, in libris sex de Trinitate, & S. Bernardum in epistola 190. ad Innocentiũ contra Petrum Abailardum.

Decimæ tertie ætatis habemus Concilium Lateranenſe cap. 1. ac simul multos insignes Theologos, vt etiam omnibus sequentibus ætatibus, qui vel ad sententias Petri Lombardi commentaria addiderunt, vel ipsi proprias summas Theologicas ediderunt, vt Alexander Alensis, Albertus Magnus, S. Thomas, S. Bonauentura, & alij.

Decimæ quartæ ætatis, Concilium Viennenſe. Vnde exstat clementina vnica de summa Trinitate & fide Catholica.

Decimæ quintæ ætatis, Concilium Florentinum fess. vlt. in decreto de processione Spiritus sancti.

Decimæ sextæ, Concilium Tridentinum fess. 3. Continua est igitur fides S. Trinitatis consubstantialis, quæ vnus Deus verus est, ab Apostolicis temporibus vsque ad nos, quod est argumentum insignis veritatis, nec enim hæreses tamdiu durauerunt vnquam.

CAPVT VNDECIMVM.
Ostana Classis ex Sibyllis.

Sibyllæ multa clarius prædixerunt, quam vlli Prophetarum. Citant verò Sibyllarum testimonia Iustinus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Lactantius, Augustinus & alij veteres frequentissimè. Quin etiam Clemens libro 6. Stromatum, ante medium, dicit Apostolum Paulum hortatum gentiles ad lectionem Sibyllarum. Exstat carmen Sibyllæ Erithrææ celeberrimum, cuius capitales literæ

faciunt

faciunt hanc sententiam, Iesus Christus Dei Filius Saluator, crux, & concluditur hoc disticho:

Vnus & æternus Deus, hic servator, & idem Christus pro nobis passus, quem carmina stentant.

Et supra dixerat de Christo venturo ad iudicium.

Vnde Deus venient incredulus atque stultus.

LEGI possunt hæc carmina in oratione Constantini Magni ad Sanctorum cœtum, quæ habetur apud Eusebium post vitam Constantini. in qua etiam oratione Constantinus dicit, Ciceronem incidisse in ista carmina, & ea Latina fecisse. Et licet non inveniatur inter opera Ciceronis: tamen libr. 2. de diuinatione affirmat Cicero se vidisse carmina Sibyllæ, quæ initialibus literis certam sententiam redderent, quod genus carminis Græcè dicitur *ἀγογῆς*, vbi satis indicat, se hæc ipsa carmina legisse, nec enim alia exstant; quæ capitalibus literis aliquid significent.

PRÆTEREA Lactantius lib. 4. cap. 18. & Augustinus lib. 18. ciuit. Dei, cap. 23. referunt hæc carmina Sibyllarum de Christi diuinitate.

Ipsa tuum stulta Deum non agnouisti, sed spinea coronasti corona, horridumque fel miscuisti. Item illa: Et dabunt Deo alapas manibus incestis.

Præterea lib. 6. Sibyllinorum circa finem hæc legimus: *Cum domus effundet stirpem Dauidicam, cuius in manibus totus mundus, tellus, mare, celum.*

Et infra:

Namque Dei malè sana cui te notio fugit, &c.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit, &c. Et lib. 7.

Non nosti miseranda tuum quem proliuit olim In Jordane Deum, &c.

Lib. 8. ponunt verba Angeli ad Mariam.

Accipe Virgo Deum gremio intemerata pudico, &c.

CAPVT XII.

Nona Classis ex diuinis testimoniis visionum & miraculorum.

RÆVIDENS Spiritus sanctus Arianam hæresim sæpius renouandam, & plurimum Ecclesiæ nocituram, testatissimum esse voluit, eam verissimam esse hæresim.

PRIMO igitur annis circiter quinquaginta ante exortam Arii hæresim, apparuit S. Gregorio Thaumaturgo Virgo Maria, & cum ea S. Ioannes Euangelista: & Virgine imperante Ioannes tradidit Gregorio eam fidei confessionem, in qua prædicatur Verbum Deus verus, æternus, inuisibilis, increatus, & Trinitas consubstantialis. Refert hanc visionem Gregorius Nyssenus in orat. de laudibus eiusdem Thaumaturgi.

SECUNDO, paulò ante Arianam hæresim reuelauit Deus S. Antonio vt Athanasius scribit in eius vita, horribilia illa mala, quæ Arius in Ecclesia inuecturus erat. Ex quo factum est vt Antonius nullum Arianum ad montem suum ascendere pateretur, sed vt pestem quandam ex toto illo monte fugaret.

TERTIO, circa idem tempus S. Petro Martyri Episcopo Alexandrino, cum iam prima femina Ariana hæresis apparere cœpissent apparuit in carcere Christus veste cæssa à summo vsq; deorsum, & cum S. Petrus rogaret, quid hoc sibi vellet, responsum accepit, Arius hoc fecit, quia populum meum à me separauit. Scribunt Beda & Ado in martyrologiis 27. Nouembris.

QUARTO, Arius ipse Constantinopoli in publicis latrinis subita vètris solutione occupatus intestina omnia cum vita profudit. Scribit hæc Athanasius in orat. 1. contra Arianos. Ruffinus lib. 10. histor. cap. 13. Gaudentius in Epistola ad Paulum. Epiphanius hæresi 68. & 69. & alij.

ADDIAT Athanasius in Epistola ad Serapionem fratrem, antequam hoc fieret, Arium Constantino iureiurando affirmasse se Catholicam fidem colere: à Con-

stantino autem audiuisse. *Si recta est filius tua, bene iurasti, si autem impia est, & tamen in astra, Deus te pro iuramento condemnet.* Deinde cum vellet Arius vi in Ecclesiam intrare, scribit ibidem Athanasius, S. Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum orasse Deum, vt si permitteret Arium ingredi Ecclesiam, tolleretur se de hoc mundo, sin autem Ecclesiæ parceret tolleretur Arium.

EX quo intelligimus, non casu factum fuisse, vt tam fœda morte Arius extingueretur, sed planè Dei prouidentia singulari, qui ea ratione implere voluit & pij Principis comminationem, & sancti Pontificis orationem. *Ipsè Dominus, inquit Athanasius, iudicem se præbens Arianam hæresim condemnauit.*

QUINTO, cum Lucius Episcopus Arianus Catholicos vbique persequeretur: Monachi his verbis miracula faciebant. In nomine IESU, quem Lucius persequitur, surge & ambula. Scribit Ruffinus lib. 11. hist. cap. 4.

SEXTO, S. Hilarius ab Arianis in exilium relegatus, insulam quandam solo imperio & præsentia sua à serpentibus liberauit, postmodum etiam mortuum ad vitam reuocauit, vt scribit Fortunatus in eius vita.

SEPTIMO, S. Martinus, vt Sulpitius scribit, adeo vehementer Arianis resistebat, vt publice virgis cæsus, & à patria expulsus fuerit, cum interim innumerabilibus quotidie miraculis coruscaret.

OCTAuo, S. Basilius cum quæstio esset de quadam Ecclesia, vt eam Catholici, an Ariani possidere deberent, conditionem illis obtulit, vt Ecclesia firmissimis repagulis clauderetur & eorum esset, qui iuxta suam fidem orantes, solo verbo nulla vi alia externa adhibita eam aperirent. Accepta conditione priores Ariani diu orantes iuxta fidem suam nihil efficere potuerunt: Deinde Basilio cum Catholicis orante, tanta vi continuo fores Ecclesiæ apertæ sunt, ac si verba illa tonitrua quadam fuissent. Scribit hoc Amphilocheus in vita Basilij.

NONO, cum Iustina Imperatrix Ariana, cum suis Ambrosium, & Catholicos persequeretur, reuelauit Deus eidem Ambrosio corpora incorrupta sancti Geruasij & Prothasij, & per ea cæcuni illuminauit, multaq; alia edidit miracula. Fuisset autem hæc ad Arianorum confusionem, docet Augustinus lib. 9. confess. cap. 7. & idem etiam patet ex eo quod Arianis, quantum poterant, ista miracula calumniabantur, vt ipse Ambrosius testis est in sermone de S. Geruasio, & Prothasio.

DECIMO, scribit Victor Vricensis li. 1. de persecutione Vandalica, cum sancti Martyres pro fide Catholica ab Arianis flagellarentur vsque ad ossium denudationem, sæpe accidisse, vt sequenti die diuino miraculo incolumes conspicerentur. Lib. 2. idem auctor scribit à S. Eugenio cæcum illuminatum eo ipso tempore, quo Arianis Catholicos maxime vexabant. Lib. 3. scribit, aliquot Catholicis hominibus iussu regis Ariani linguas radicibus euulsas fuisse, & eos tamen semper loquutos optime quousque vixerunt. Cuius miraculi meminit etiam S. Gregorius lib. 3. dial. cap. 32. ac dicit se loquutum cum quodam Episcopo sene, qui vnum ex illis viderat sine lingua loquentem.

VNDECIMO, idem Gregorius eodem lib. 3. cap. 29. 30. & 31. tria mirabilia narrat, quæ suo tempore acciderunt: primum accidit in vrbe Spoletana. Cum enim Arianus Episcopus in Ecclesiam sancti Pauli intrare & suo errori eam Ecclesiam dedicare vellet, Catholici metuentes Ecclesiam lampadibus omnibus extinctis diligentissimè clauserunt, sed cum accederet Arianus cum suorum grege impetum facturus, continuo omnes portæ simul magno fragore edito per se patuerunt, & effuso cœlitus lumine lampades omnes accensæ sunt, sed simul cæcitate Episcopus percussus est, tantòque terrore omnes affecti, vt intrare ausi non fuerint, sed Episcopum suum cæci effectum in domum suam confusi retulerunt.

SECUNDO Roma accidit. nam cum Ecclesiam quandam, quæ Arianorum fuerat, ipse B. Gregorius introductis sanctorum reliquiis recedisset, Diabolus in specie horrenda suis exiuit. Item nubes lucidissima super altare descendit, & simul ingens suauitas odoris in eum omnem locum effusa est, lampadisque omnes accensæ diuinitus.

TERTIUM, in Hispania; vbi cum Hermingildus regis filius à Patre Ariano propter fidem necatus esset, visæ sunt noctu circa eum lampades accensæ, & Angelorum cantus à multis est auditus.

DUODECIMO, vt scribit Gregorius Turonicus lib. 2. hist. Franc. cap. 3. cum in Africa Cirola quidam Patriarcha Arianorum Catholicos persequeretur, & eodem tempore tres sancti Episcopi, Eugenius, Vindemialis, & Longinus qui præter ceteros ei resistebant omnes miraculis coruscarent, voluit etiam hæreticus miraculum facere, itaque quidam quinquaginta aureos numerauit, vt se cæcum fingeret: sed dum transeunte per viam Cirola ille cæcum se simulans Cirolæ auxilium postularet, accessit Cirola, & oculos eius tetigit, imperans vt videret in signum veritatis, quam prædicabat: repente verò tantus ardor oculos illius miser occupauit, vt coactus fuerit manibus eos comprimere, ne è fronte exilirent: tum verò dextere dolum, & fidem Catholicam alta voce confessus, à sancto Eugenio signo crucis repente curatus est.

HIS igitur, aliisque diuinis testimoniis satis aperte probatur eorum sententiam Deo inimicam esse, qui Dei Filium Deum verum esse negant. Sed iam tempus est, vt ad confirmandam Spiritus sancti diuinitatem accedamus: quæ erat quinta pars disputationis instituta.

CAPVT XIII.

Demonstratur Diuinitas Spiritus sancti.

VOD igitur ad quintum attinet probandum est, Spiritum sanctum esse verum Deum: id quod aduersarij tamen negant, tamen non magno opere de eo laborant. Ipsi enim contendunt pro excellentia Patris: sed si ea excellentia tolli debeat propter confessionem alicuius personæ æqualis Patri, parum referre credunt, vtrum ea persona sit vna, vel due. Itaque Valentinus Gentilis semper ferè dicebat, de Spiritu sancto non esse quæstionem. Transyluani autem lib. 2. cap. 5. negant quidem Spiritum sanctum esse adorandum, aut vocandum Deum, tamen non accuratè id probant nec resellunt contraria. quare contenti erimus id probare ex Classibus argumentorum quibus probauimus Filij diuinitatem, sed breuissimè.

PRIMA Classis ex Testamento veteri, quæ multa loca suppeditare possit, sed quia breuitati studemus, sufficit vnus locus. Sic igitur loquitur Scriptura diuina 2. Reg. 23. Hæc verba nouissima quæ dixit Dauid: *Spiritus Domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam dixit Deus Israël mihi loquutus est fortis Israël dominator hominum.* Vbi aperte vides illum ipsum, qui dicitur Spiritus Domini, eundem dici Deum Israël. ex quo sequitur, vt sit Deus verus.

SECUNDA Classis ex nouo Testamento, quod multa quoque loca subministraret, si opus esset; sed ille vnus erit satis, vbi Dominus Apostolus dicit Marthæ vltimo *Euentes baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Non enim Dominus copularet cum Patre & Filio Spiritum sanctum, si creatura esset. Deinde, vt sanctus Gregorius Nazianzenus ratiocinatur oratione V. de Theologia. Quomodo posset Spiritus sanctus per Baptismum nos regenerare, & Deos quosdam facere, nisi esset ipse verus Deus? nam, *gratiam, & gloriam dabit Dominus,* ait Dauid in Psal. 83.

TERTIA Classis ex vtroque simul Testamento clarissimum nobis testimonium præbet ad probandam Spi-

ritus sancti diuinitatem. Nam illum ipsum, quem Isaias vocat Dominum exercituum quemque omnes fatentur esse Deum verum, illum, inquam, ipsum Apostolus dicit esse Spiritum sanctum. Sed ipsa verba Scripturæ audiamus. Isaiæ 6. *Dicit Dominus exercituum Isaiæ; Vade, dic populo huic audite audientes, & nolite intelligere, &c. Act. vlt. Bene Spiritus sanctus loquutus est per Isaiam dicens; Vade ad populum istum & dic eis, aure audietis, & non intelligetis, &c.*

PRÆTEREA, omnes Prophetæ, cum sermones suos ad populum explicarent, nonne identidem repetebant: *Hæc dicit Dominus Deus?* At 2. Pet. 1. dicitur, *Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.* Igitur ille Dominus Deus erat Spiritus sanctus, quare Zacharias ait Lucæ 1. *Benedictus Dominus Deus Israël, &c.* Et mox: *Sicut loquutus est per os Sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum eius.* Quibus verbis non potuit clarius Zacharias exprimere Spiritum sanctum esse ipsum Dominum Deum Israël: quibus vocibus verum Deum significari aduersarij passim testantur.

QUARTA Classis ex nominibus est, & quidem ex hac Classe tria sumuntur argumenta, primum negatiuè, quia nusquam in Scripturis Spiritus sanctus dicitur creatura, aut factus; cum tamen multis in locis enumerentur omnes præcipuæ creaturæ, vt Dan. 3. in cantico puerorū. Psal. 102. & 148. vbi excitantur omnes creaturæ ad laudem Dei, & nominati Angeli, cœli, aquæ, homines, bestia, &c. Spiritus verò sancti nulla mentio fit, sic etiam Coloss. 1. enumerantur nobilissimæ creaturæ, throni, dominationes, principatus, potestates. Et 1. Pet. 3. Angeli, potestates, & virtutes, vt illis omnibus Christus maior esse demonstratur. Quibus locis debuisset omnino etiam Spiritus sanctus nominari, si creatura esset, & ipso Filio Dei minor vt aduersarij docent. At nusquam cum creaturis, semper cum Patre & Filio Spiritum sanctum nominari videmus.

HOC argumentum faciunt multi Patres. Iustinus lib. de recta fidei confess. initio. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 18. Epiphanius in ancorato, non procul ab initio, & Chrylostomus tom. 5. hom. in illud, *Tunc & ipse Filius subiicitur.*

SECUNDO argumentum sumitur ab ipso nomine Dei; nam solus Deus verus in Scriptura dicitur absolute Deus, vt supra ostensum est ex Irenæo lib. 3. cap. 6. At Spiritus sanctus vocatur absolute Deus. Act. 5. *Anania cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritum sanctum non es mentitus hominibus, sed Deo.* Ecce expressum nomē Dei tributum Spiritui sancto, contra mendacium Transyluanorum lib. 2. cap. 5. vbi dicunt nusquam expressè vocari Deum Spiritum sanctum.

TERTIUM ex confessione aduersariorum; nam Ariani erant ex suis codicibus illa verba Ioan. 4. *Spiritus est Deus,* vt testatur Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto, c. 11. Ergo putauerunt Spiritum sanctum in Scripturis Deum esse appellatum.

SI enim putabant sensum esse, *Spiritus est Deus,* id est, Deus est spiritualis naturæ, quare deleuerunt illa verba? Sed magis eis nocuit litura sua, quam litera Dei, si quidem verba illa Dei non necessariò de Spiritu sancti persona intelligenda sunt: at litura illa clamaret hæreticos Arianos in reprobam sensum datos esse, & in Spiritum sanctum peccare, cum malint Scripturas sanctas delere, quàm errores suos deponere.

QUINTA Classis constat ex attributis solus Deus est immensus & vbique. At de Spiritu sancto legimus Psal. 138. *Quò ibo à spiritu tuo?* Et Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Item solus Deus est omnipotens; at de Spiritu sancto legimus Sap. 7. *Omnem habens virtutem.* Item solus Deus cognoscit seipsum perfecte: at de Spiritu sancto legimus 1. Cor. 2. *Nemo scit quid*

si in Deo, nisi Spiritus Dei Et rursum. Spiritus omnia servatur et in profunda Dei. Item solus Deus est bonus: at de Spiritu sancto legimus Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Denique solus Deus habet templum: at de Spiritu sancto legimus 1. Cor. 6. Membra vestra templum sunt Spiritus sancti. Et ita; Portate et glorificate Deum in corpore vestro. Quem locum tractans Augustinus lib. 1. de Trinitat. cap. 6. Non est, inquit, creatura Spiritus sanctus, quia cui corpus nostrum templum exhibemus, necesse est huic eam servitute debeamus: qua non nisi Deo servandum est, quae Graece appellatur *ναρπηλα*. & lib. 1. contra Maximinum cap. vlt. *Cum audis, inquit, nescitis quia corpora vestra templum in vobis est Spiritus sancti? Et in eodem loco: Nescitis, quia corpora vestra membra sunt Christi? Noli negare, Deum esse Spiritum sanctum, ne templum creaturae facias membra creatoria.*

Sexta Classis ex operibus. Primo, solius Dei opus est creatio, & tamen legis. Job 33. Spiritus Dei fecit me. Et Psal. 32. Verbo Domini caeli firmati sunt & Spiritus oris eius omnis virtus eorum. Et Psal. 103. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

Secundo, solius Dei est conferuare, & tamen legis Sap. 1. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc caveat, quod continet omnia, &c.

Tertio, solius Dei est saluare, & iustificare, & tamen legis 1. Corinth. 6. Iustificati estis in nomine Domini IESU CHRISTI, & in Spiritu Dei nostri.

Quarto, solius Dei est futura praedicere, & scrutari corda, & tamen legis 2. Petr. 1. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Et Sap. 1. Renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, quoniam Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis: id est, ideo Deus scrutatur corda, quia Spiritus eius est ubique: omnia penetrat, omnia novit generalium linguarum, etiam quae in intimo corde sunt.

Quinto, solius Dei est miracula facere, at Christus ipse, in Spiritu Dei eiecit daemonia. Matt. 12. & Paulus 1. Cor. 12. auctorem facit doni linguarum, sanitatum, &c. Spiritum sanctum. Et Hebr. 2. omnia miracula, quae per Apostolos fiebant, vocat, Spiritus sancti distributiones.

Sexto, solius Dei est Ecclesiam regere absoluta potestate. At Spiritus sanctus gubernat Ecclesiam, quae est regnum Christi, planè, vt Dominus absolutus, & non minus, quam Pater, & Filius. Act. 10. Dixit Spiritus Petro, vade ad eos nihil haesitans, quia ego misi eos. Act. 13. Ait Spiritus sanctus, segregate mibi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Ibidem, Et ipsi missi à Spiritu sancto. Act. 15. Visum est Spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere vobis oneris. Act. 16. Vetati sunt à Spiritu sancto, loqui verbum in Asia. Act. 20. Attendite vobis & universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. 1. Corin. 12. Omnia operatur vnus atque idem Spiritus diuidens singulis prout vult.

Septima Classis constabit ex comparatione Spiritus sancti ad Christum: nam si probemus Spiritum sanctum maiorem Christo esse, quatenus Christus homo est, probatum erit quoque Spiritum sanctum vnum esse Deum cum Patre. Si quidem aduersarij nihil omnino esse volunt Christo, quem nudum hominem faciunt, maius praeter Deum Patrem.

Esse igitur Spiritum sanctum homine Christo maiorem, demonstratur illis omnibus argumentis, quibus aduersarij probant, Deum Patrem esse Christo maiorem. Maior est Pater homine Christo; quia eum misit. Ioan. 8. At eundem misit Spiritus sanctus, sic enim legimus Isaia 48. Et nunc Dominus meus misit me, & Spiritus eius. Pater sanctificauit Filium Ioan. 10. Quem Pater sanctifi-

cavit, & misit in mundum. Sanctificauit etiam Spiritus sanctus Isaia 51. & Luc. 4. Spiritus Domini super me, eo quod vixerit me, euangelizare pauperibus misit me.

Item Pater Filij incarnationem operatus est Rom. 8. Misit Filium suum in similitudinem carnis peccati. Idem operatus est Spiritus sanctus Matth. 1. Quod in ea natum est de Spiritu sancto est. Item in virtute Patris Filius faciebat miracula. Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera. Et de Spiritu dicit Matth. 12. Si ergo in Spiritu Dei eiecit daemonia.

Item Pater Filium obtulit ad mortem Rom. 8. Proprio Filio non pepercit, &c. Idem fecit Spiritus sanctus Heb. 9. Per Spiritum sanctum obtulit semetipsum.

Denique Pater Filium suscitauit. Act. 2. Idem Paulus dicit de Spiritu Rom. 8. Spiritus eius, qui suscitauit IESUM à mortuis habitat in nobis.

Accedit, quod grauius est, peccare in Spiritum sanctum quam in Christum hominem Matth. 12. Ex quo planè sequitur maiorem esse Spiritum sanctum Christi humanitate: ac proinde esse Deum verum.

Octava Classis ex Patribus: Patres citati pro Christi diuinitate loquuntur, & ibidem fere omnes etiam de Spiritu sancto, idcirco satis erit hic notare eorum nomina qui ex professo scribunt de solius Spiritus sancti diuinitate. Athanasius in epistola ad Serapionem, Basiliius lib. 3. & 5. in Eunom. & lib. ad Amphilochoium de Spiritu sancto. Nazianzenus lib. 5. de Theologia. Nyssenius libro ad Eustathium, quod Spiritus sanctus sit Deus. Epiphanius haeref. 74. Didymus libris duobus de Spiritu sancto. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 16. & 17. Chrysostomus in homiliis aliquot de Spiritu sancto. Cyrillus Alexandrinus lib. 7. de Trinitate toto. & lib. 13. & 14. thesauci, & in libro speciali de Spiritu sancto. Hilarius lib. 12. Trinit. Ambrosius libris tribus de Spiritu sancto. Augustinus lib. 1. Tripitatis, cap. 6. & lib. 1. contra Maximinum in fine. Thomas lib. 4. contra gentes à cap. 16. ad 27.

Nonna Classis ex miraculis constat, sed quia miracula quae facta sunt ad confirmandam Christi diuinitatem, eadem confirmant etiam diuinitatem Spiritus sancti: solum repetemus vltimum miraculum supra commemoratum. Sic igitur scribit Gregorius Turonicus lib. 2. hist. Francorum cap. 3. Erant tunc temporis cum sancto Eugenio viri prudentissimi, atque sanctissimi Vindemialis & Longinus Episcopi, pares gradu, & virtute non inferiores. Nam sanctus Vindemialis eo tempore ferebatur mortuum suscitasse: Longinus autem multis infirmis salutem tribuit: Eugenius quoque non solum visibilibus oculorum caecitatem, sed etiam mentium depellebat. Quod cernens ille nequam Arianorum Episcopus vocatum ad secundum hominem ab illo, quo ipse vivebat, errore deceptum, ait: non patior quod hi Episcopi multa in populo signa deponunt, illosque cuncti me neglecto sequuntur. Acquiscet nunc his, qui praecipio, & acceptis quinquaginta aureis sede in platea per quam nobis est transitus, & manus super clausos oculos ponens me praetereunte cum reliquis exclama magna virtute dicens, te beatissime Cyrola nostra religionis antistes, deprecor vt respiciens manifestes gloriam, ac virtutem tuam, vt oculos meos aperiens merear lucem videre, quam perdidisti. Qui iussa complens, residensque in platea, transeunte heretico cum sanctis Dei iste, qui Deum irridere cogitabat, exclamat magna virtute dicens: Audi me beatissime Cyrola: audi me sancte sacerdos Dei: respice caecitatem meam: experiar ego medicamenta quae saepe cæci reliqui à te meruerunt, quae leprosi experti sunt, quae ipsi etiam mortui praesenserunt. Adiuuro te per ipsam virtutem quam habes, vt mibi desideratam restituas lucem, quia graui sum caecitate percussus. Veritatem enim nesciens verum dicebat; quia cacaerant eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam aestimabat.

Tunc

Tunc hereticorum Episcopus paululum se diuertit, & quasi in virtute triumphaturus clatus vanitate, atque superbia posuit manum suam super oculos eius dicens: Secundum fidem nostram, qua rectè credimus aperiantur oculi tui, & mox vt hoc nefas erupit, risus mutatus in plañtum, & dolus Episcopi est patefactus in publico: nam tantus dolor oculis illius inuasi, vt eos digitis vix comprimeret, ne creparent.

Denique clamare cepit miser, ac dicere: *Vae mihi misero, quia seductus sum ab inimico legis diuinae. Vae mihi, quia Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accipi, vt hoc facinus perpetrare. Ad Episcopum autem aiebat, Ecce aurum tuum, redde lucem meam, quam dolo tuo perdidisti, vobis quoque rogo gloriosissimi Christiani, ne despiciatis miserum, sed velociter succurrite pereunti: verè enim cognoui, quia Deus non irridetur.*

Tunc sancti Dei misericordia moti, si inquit, credis omnia possibilia sunt credenti. At ille clamabat voce magna; Qui non crediderit Christum Filium Dei, & Spiritum sanctum aequalem habere substantiam, atque Deitatem cum Deo Patre, hodie quae ego perfero, patiarur. Et adiecit; Credo Deum Patrem omnipotentem; Credo Filium Dei Christum IESUM aequalem Patri; Credo Spiritum sanctum, Patri, & Filio consubstantialem, atque coaeternum.

Hæc illi audientes, & se inimicem honore mutuo praenientes: oritur inter eos sancta contentio, quis oculis eius signum beatae crucis imponeret, Vindemialis, ac Longinus Eugenium, ille è contra eos exorat, vt manus imponerent caeco. Quod cum fecissent, & manus suas super caput eius tenerent, S. Eugenius crucem super oculos caeci faciens ait: In nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti veri Dei, quem trinum in vna equalitate atque omnipotentia confitemur aperiantur oculi tui. Et statim ablato dolore ad pristinam rediit sanitatem: hæc ille. Atque hæc de Spiritu sancto sufficient.

Nunc ad postremam disputationis partem veniamus: atque aduersariorum argumenta breuiter confutemus.

CAPVT XIII.

Solutur primum argumentum hereticorum.

Igitur prima obiectio Transyluanorum lib. 1. c. 1. talis est. Christus & Apostoli praedixerunt statim venturum Antichristum fuisse post Christi obitum, & aboliturum fidem veram Christi: sed videmus post Christi mortem toto orbe terrarum adoratum Deum trinum in personis & vnum in essentia: igitur aut fides Trinitatis, est fides Antichristi, aut certè mentiti sunt Christus & Apostoli.

Propositionem his testimoniis probat. Ioan. 5. Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis messi alius venerit in nomine suo, illum recipietis. Item Ioan. 9. Me oportet operari, donec dies est: venit autem nox, in qua nemo potest operari: quam diu in mundo sum, lux sum mundi. Luc. 21. Videte ne seducamini, multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum, & tempus appropinquauit, nolite ergo ire post eos.

Vide, inquit, quomodo Christus dicat tempus suae abolitionis in proximo fuisse. Act. 20. Scio quia post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces non parcenes gregi. Col. 2. Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, &c. Quae maior Philosophia, quam disputationes de essentia, hypostasi, relationibus: 2. Thess. 2. Misterium iam operatur iniquitatis, &c. Ioan. 4. Antichristus iam nunc est in mundo: omnis qui negat Christum in carne venisse, hic seductor est, & Antichristus. Vbi notant non esse dictum in carne venisse, ne fortè putarem aliquam personam diuinam descendisse, & carnem assumpsisse; sed in carne, vt intelligeremus Christum nihil esse aliud, quam carnem, id est hominem. Denique in epistola Iudæ dicuntur iam ipso tempore eius introgressi impij,

qui negarent Deum & Christum.

Respondeo, Miram esse Diaboli astutiam, qui argumentum Catholicorum ab antiquitate, & consensu totius orbis terrarum peticum, in nos retorquere conatur. Sed facile erit obiectionem hanc primam diluere. Constat enim propositione, qua totum argumentum nititur, esse falsissimam. Nam si statim à morte Christi vera fides eius penitus abolenda erat, cur venit Christus, cur laborauit? cur mori voluit? vt nihil faceret? at hæc stultitia fuisset, quæ in summa sapientiam cadere nõ poterat.

Deinde, si omnino ita futurum erat, quid opus fuit praemonere, vt caueremus à seductoribus, qui nullo modo impediri poterant, ne totum mundum periret? Denique vbi essent illæ promissiones Danielis 2. & Luc. 1. Et regni eius non erit finis? Et illa Christi Matth. 16. Portæ inferi non preualebunt aduersus eam: Et Matth. vlt. Ego vobiscum sum vsque ad mundi consummationem? Vbi etiam illæ promissiones manerent, quæ omnes gentes in Christum credituras testantur. Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Psal. 2. Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Psal. 71. Adorabunt eum omnes Reges, omnes Gentes seruient ei. Hæc enim omnia necesse est falsa esse, si Christi regnum vixdum exortum destruendum erat: nec testimonia ab aduersariis allata quidquam probant.

Ad primum locum dico, ibi non haberi statim venturum Antichristum, nec abolendam esse omnino fidem Christi, sed venturum suo tempore Antichristum videri licet prope finem mundi; & venturum in nomine suo, non in nomine Patris. At noster Christus, quem totus mundus colit, Patrem habet, Patrem agnoscit, & in nomine venit Patris.

Denique ibi Christus alloquitur solos Iudæos: nam cum dixisset Euangelista; Propeterea quarebant eum Iudæi interficere, subiungit: dixit ergo eis IESVS, &c. At Iudæi Christum nostrum non receperunt, sed totis viribus oppugnant: nec Deum, & hominem suum Messiam futurum credunt, sed purum hominem. Ille igitur, de quo Christus loquitur, non est noster Christus verus Deus quem gentes receperunt, sed est Antichristus, quæ Iudæi pro Messia aliquando recipient; & sic exponunt hunc locum omnes interpretes, vt Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus & cæteri.

Ad secundum locum dico, ibi per noctem, non intelligi tempus, quod fuit, & est ab ascensione Christi, quasi dies tantum fuerit tempus illud, quo Christus corporaliter in mudo vivebat; deinceps autem semper fuerit nox. Nam si ita esset post eius ascensionem nemo potuisset operari, & proinde nemo posset conuerti, & credere. Hoc enim est opus Dei. Ioan. 6. vt credatis in eum, quem misit ille. At si nemo potest credere, quare tantum laborat Ministri Transyluani, vt fidem suam nobis persuadeat.

Item ergo ibi Christus vocauit totum tempus huius vitæ, & cursum omnium seculorum vsque ad mundi cõsummationem, in quo licet salubriter operari; noctem verò, tempus vitæ futuræ. Quia nec opus, nec ratio erunt apud inferos, vt Sapiens ait Eccl. 9. Nec obstat illud, Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. Nam Christus etiam modo est in mundo, quia Matth. vlt. ait. Ecce ego vobiscum sum vsque ad mundi consummationem. Et verè nunc est in mundo; quia adest nunc per gratiam omnibus, & lucet iustis & impiis: at post iudicium non erit amplius in mundo, quia non lucebit impiis. Vnde Isaia cap. 55. Quarite Dominum dum inueniri potestis: vocate enim dum prope est. Et David in Psal. 90. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Atque hæc qualem explicatio est Augustini, & Chrysostomi in commentario huius loci.

Ad tertium posset dici cum Caetano, illud, Tempus appropinquauit, non asseri à Christo, sed referri

vt verbum seductorum, qui dicitur essent iam instare diem iudicij. Vnde Paulus monet 2. Thess. 2. Ne terreamini, quasi immet dies Domini. &c.

DICO præterea, Christum asserere quidem tempus appropinquasse, non quidem iudicij, aut Antichristi, aut abolitionis fidei suæ, sed multorum seductorum, qui sibi nomen Christi usurparent, talis enim fuit Simon Magus tempore Apostolorum, & post eum Menander, uterque enim se Christum dixit teste Irenæo, lib. 1. c. 20. & 21. & Iosephus lib. 20. antiquit. c. 4. n. 12. & 14. meminit multorum, qui suo tempore Iudæos seduxerunt, seque ipsos prædicarunt, ac si essent saluatores Israël.

Ad quartum dico, Paulum loqui de hæreticis, qui non diu postea ex ipsa Asia prodituri erant, sic enim ait. Ex vobis ipsis (alloquebatur autem Asianos) exsurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Id verò impletum esse in Montano, & Montani discipulis, aliisque hæreticis Asiaticis non dubium est. Vide Eusebium ex versione Ruffini lib. 5. hist. c. 14. & sequentibus.

Ad quartum dico, Paulum alloqui homines illius temporis, quia nondum nati erant Scholastici, qui disputant de Trinitate. Præterea Philosophia non docet vnum Deum in tribus personis: nec enim solo lumine naturali tam sublimia mysteria vnquam inuestigare aut persuaderi potuissent, & nostri Doctores non disputant philosophicè vt ostendant Trinitatem, sed vt soluant philosophicè Ethnicorum, qui tunc vigeant, qui negabant resurrectionem, & pollicebantur vitam beatam sine Christo.

Ad reliqua dico Apostolos prædixisse hæreticos, qui fuerunt paulo post illa tempora, vt Ebionitas, Marcionistas, & ceteros, quos etiam vocant Antichristos, nõ quod essent eximius ille Antichristus, qui in fine mundi veniet, sed quia erant præcursores illius, & illi similes in oppugnando Christo: sicut vnus est Christus summus & eximius, & tamen omnes Prophetæ, & Reges, dicti sunt Christi in testamento veteri, iuxta illud; Nolite tangere Christos meos. Plalm. 104. Et hoc est mysterium iniquitatis, quod cæpit tempore Pauli, quia tunc cæpit hæresis Simonis Magi, & similitum.

CAPVT XV.

Soluitur argumentum Secundum.

SECUNDA obiectio Translyuanorum lib. 1. c. 1. & 3. & lib. 2. in explicatione primi capitis Evangelij secundum Ioannem. Tempore Apostolorum Ebion, & Cherinthus docuerunt Christum æternum descendisse in hominem IESVM, vt Irenæus docet lib. 3. c. 19. nec est verum quod vulgo fertur, Ebionitas docuisse Christum nudum hominem esse. Igitur illi sunt veri Ebionitæ, qui Christum faciunt compositum ex duabus naturis.

RESPONDEO, & hanc etiam miram Diaboli artem fuisse; qua hæresis Ebionis, quam Translyuani verè sequuntur, nobis attribuitur. Dico igitur veram hæresim Ebionis fuisse Filium MARIÆ nudum esse hominem, sed anno XXX. in eum descendisse, & in eo habitasse aliam personam, quam dicebat Ebion esse Christum: & hoc modo fuisse IESVM vnitum cum Christo per coniunctionem & inhabitationem, quod idem Translyuani docent.

Ac vt mendacium eorum arguatur, proferamus testimonia veterum, dicentium, Ebionem asseruisse, Filium MARIÆ purum hominem. Ignatius in epist. ad Philadelphienfes; Qui dicit, inquit, IESVM purum esse hominem suspens est, mentis inops, cognomine Ebion. Irenæus lib. 2. cap. 11. Secundum nullam sententiam hæreticorum. Verbum caro factum est. Et lib. 1. cap. 25. & 26. dicit secundum Ebionem & Cherinthum, IESVM nudum hominem natum, deinde autem descendisse in eum Christum in forma columbæ, vt in eo habitaret. Et lib. 3. c. 20. Ex eo, inquit, quod Verbum, quod semper fuit caro factum est

excluditur contradictio hæreticorum dicentium, si tunc natus est, non erat antea.

TERTULLIANVS lib. de carne Christi; Poterit, inquit, hæc opinio Ebioni conuenire: qui nudum hominem confituit IESVM. Et lib. de præscr. hæret. Cherinthus, inquit, Christum hominem tantummodo sine diuinitate contendit. Eusebius lib. 3. hist. c. 27. dicit Ebionitarum quosdam facere Christum Filium Iosephi: quosdam solius Virginis, omnes tamen in eo conuenire, vt ante Mariam nõ fuerit.

HERONYMVS de viris illustribus, in Ioanne, dicit, sanctum Ioannem compulsus ab Episcopis Asiae Euangelium scribere, & æternam Christi generationem edicere propter Ebionitas, qui tunc docebant Christum purum esse hominem. Augustinus hæret. 10. Ebionet, inquit, Christum tantummodo esse hominem docent. Idem habet Ioannes Cassianus libro primo de Incarnatione: & alij nonnulli.

CAPVT XVI.

Soluitur argumentum Tertium.

TERCIA obiectio ex lib. 2. cap. 5. Nomen Dei non est nomen essentiae, sed dignitatis & imperij, vt patet, quia in Scripturis Principes & Iudices dicuntur Dii: sed Pater Christi habet imperium summum in omnes absolute, etiam in ipsum Christum: Christus habet imperium in omnes, excepto Patre: ergo Pater est summus Deus simpliciter: Christus autem est Deus summus post Patrem. Nam Ioan. 14. Christus ait; Pater maior me est. Et Ioan. 6. Descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et 1. Cor. 15. Paulus dicit Christum subiectum esse Patri, Christo autem omnia solo Patre excepto, qui subiecit illi omnia.

RESPONDEO nomen Dei, si respiciamus etymologiam, nõ significare imperium, sed prouidentiam. Dicitur enim deus à θεός, id est, videre, vel à δειν id est, currere, quia omnibus succurrit, vt dicit Damascenus lib. 1. cap. 12. nisi magis placeat ratio Theodoretii lib. 3. ad Græcos, qui dicit hoc nomen inuentum ab illis qui putabant sydera esse Deos, & quia sydera perpetuò currunt, Deū, quasi currentem nominauerunt. Hebraicè autem nomē primarium Dei יהוה ADONAI ab יהיה haiah, id est, esse, desumptum est, & illud אלהים Elohim, quod vertitur Deus ab אלהי halah quod est iurare, quia per Deum iuratur execratoriè: sed vnde cumque sit sumpta etymologia, certum est hoc nomen non esse impositum ad significandum solum imperium, sed rem summam & præstantissimam, alioqui Deus non esset æternus, cum ab æterno nihil fuerit, cui Deus imperare posset.

PRÆTEREA falsum est quoque, Filium Dei, quia Deus est, subiectum esse Patri, aut Principem esse Patre minorem. Siquidem, vt Deus nulli subiectus est, sed omnium omnino extra se dominatur, sicut Pater, cum sit Patri aequalis, Ioan. 10. & Philip. 2.

Ad primum ergo locum ex Ioan. 14. multi veteres responderunt, Patrem dici maiorem Filio, ratione principij, non ratione naturæ: notatur enim quædam auctoritas in eo quod Pater est principium Filij, non contra. Ita Basiliius lib. in Eunomium. Nazianz. orat. 4. de Theologia. Hilarius lib. 9. de Trin. & lib. de Synodis.

Quæ solutio non est omnino improbanda: tamen non cogimur eam sequi, cum possimus facilius & probabilius exponere de Filio ratione naturæ humanæ: sic enim Chrysostramus, Cyrillus, Augustinus in hunc locum Ioannis, & Gaudentius in epistola ad Paulum exponunt.

Ad de, quod Chrysostramus in hunc locum & Cyrillus libro 2. thesauri, cap. 3. & Augustinus libro 2. Trinit. capite 7. meminerunt etiam prioris expositionis, & hanc tamen posteriorem prætulerunt, idque duplici de causa. Primum, quia si ideo Pater diceretur

maior

CAPVT XVII.

Soluitur argumentum Quartum.

QUARTA obiectio ex eodem lib. 2. c. 6. Solus Pater est vnus verus Deus, vt ipse Dominus ait Ioan. 17. Agnoscat se solum verum Deum. Et Paulus 1. Cor. 8. Nobis autem vnus est Deus Pater. Et 1. Tim. 2. Vnus Deus, vnus & mediator Dei, & hominum. Si igitur solus Pater est vnus solus verus Deus, certè sequitur, Filium non esse verum Deum.

CONFIRMANT hoc argumentum his sophismatibus, Christus est Filius vnus veri Dei, ergo qui non habet Christum Filium, non est vnus verus Deus, sed Trinitas non habet Christum Filium, ergo Trinitas non est vnus verus Deus.

PRÆTEREA, Christus est mediator vnus veri Dei: ergo qui non habet mediatorem, non est ille vnus verus Deus; sed Trinitas non habet mediatorem, sed solus Pater, alioqui idem esset mediator sui ipsius; ergo Trinitas non est verus Deus, sed solus Pater. Et confirmatur; Quia Christus non docuit inuocare Trinitatem, sed Patrem suum, & orationes Ecclesiæ olim omnes dirigebantur ad Patrem, de quo exstat decretum Concilij Carthaginensis II. cap. 23. cuius non est alia causa, nisi quia solus Pater habet mediatorem.

RESPONDEO ad primum locum dupliciter. Primo cum Chrysostramo, Cyrillo, Augustino in hunc locum, & Ambrosio lib. 5. de fide c. 2. particulam, solum, non restringi ad Patrem, sed extendi etiam ad Filium. Nam dictum est; Et quem misisti IESVM Christum; ita vt hic sit ordo verborum, vt agnoscat te, & quem misisti IESVM Christum solum verum Deum. Et assert Chrysostramus locum similem ex 1. Corinth. 9. An ego solus, & Barnabas non habemus hanc potestatem? vbi, solus, non excludit Barnabam, sed includit.

SECUNDO & facilius dico cum Hilario lib. 9. Trinitatem hic dici verum Deum, sed tamen in Patre intelligi etiam Filium, & Spiritum sanctum, quæ sunt personæ eiusdem essentiae cum Patre, ita vt illud, solum, excludat tantum creaturas: quod autem additur, Et quem misisti IESVM Christum, dicatur de Christo vt homo est. Hic igitur erit sensus; Hæc est vita æterna, id est, hæc est in hoc mundo via & ratio perueniendi ad vitam æternam: vt cognoscat homines per fidem de solum verum Deum, id est, te Patrem qui es ille Deus, qui solus habet veram diuinitatem: & præterea cognoscat vnum mediatorem Dei & hominum, quem misisti IESVM Christum.

Ad secundum idem dico. Illud autem, Vnus Deus, excludit falsos Deos, non filium, sicut quod sequitur Vnus Dominus IESVS, excludit falsos Dominos nõ Patrem.

Ad tertium dico, Vnum Deum eo loco significare totam Trinitatem, à qua distinguitur Christus, vt mediator, id est, vt homo; ideo enim Paulus addidit, homo Christus IESVS.

Ad primum sophisma, negatur prima consequentia. Est enim similis huic, Petrus est Filius vnus veri hominis; ergo qui non habet Filium Petrum, non est verus homo: tamen enim Deitas non est quid vniuersale, vt humanitas, tamen est in pluribus suppositis, & ideo vni habet vniuersale.

Ad secundum, nego assumptionem illam. Trinitas nõ habet mediatorem: nam Christus mediator est, vt homo, non vt Deus, & ideo mediator est nõ solus Patris, & Spiritus sancti, sed etiam sui ipsius, quatenus ipse Deus est. Sed de hac re in vlt. lib. erit peculiaris disputatio.

Ad tertium, de vsu precandi, fateor, vt plurimè orationes Ecclesiæ dirigi ad Patrem, quia hoc modo commodius terminantur, per IESVM Christum Filium tuum: Tamen in Patre inuocamus omnes tres personas vt Tertullianus docet in lib. de orat. & patet ex conclusione, qui tecum vniuit & regnat in vnitatem Spiritus sancti Deus.

FALSVM autem est, Christum solum Patrem inuocari voluisse: nam Ioan. 14. dicit Christus; *Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam*. Et Matth. vlt. baptizari iubens omnes gentes, *in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti*, quid aliud iubet, quam inuocari Trinitatem? Et in Liturgiis Basilij & Chryostomi Græcis, & in nostra etiam Latina non semel inuocatur Trinitas; in Litanis quoque iam olim recepta est in Ecclesia, illa formula precandi (etiam si nolint cum nouis Arianis Lutherus & Calvinus) *Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis*.

PRÆTEREA Dionys. lib. de mystica Theologia, inquit; *Trinitas superessentialis dirige nos*. Et Nazianz. orat. 2. de pace circa finem; *O Trinitas sancta, & longanimis (es enim longanimis, quæ tandem scindentes te toleras) suscipe etiam istos, &c.* Et in orat. ad CL. Episcopos; *Vale ô Trinitas meditatio mea & decus meum, his velim serueris, & hos serua, &c.* Marius Victorinus in 3. hymno de Trinitate. *Da, inquit, peccatis veniam, præsta æternam vitam, dona pacem & gloriam, ô beata Trinitas, Libera nos, salua nos, iustificata nos; ô beata Trinitas. August. in fine librorum de Trinit. Domine Deus meus, Deus Trinitas, quæcumque dixi in his libris de tuo, cognosce & tui: si qua de meo, & tu ignosce & tui, Amen.*

CAPVT XVIII.

Soluuntur argumentum Quintum.

VINTA obiectio, Euangelistæ & Apostoli perpetuò inculcant verum Christum natum esse ex Virgine, passum, mortuum: nec alium nouerunt ante istum; alioqui Matheus, Marcus, & Lucas non inceperunt Euangelium à natiuitate, sed narrauerunt aliquas res gestas Christi ante carnem, & Ioannes non dixisset; *Hoc fuit initium signorum IESV*. Ioan. 2. si ab æterno Christus fuisset. Præterea Actor. 2. *Certissime sciat, ait Petrus, omnis domus Israël, quia & Dominum & Christum fecit Deus hunc IESVM, quem vos crucifixistis*. At Christus æternus Deus, non potuit fieri Dominus & Christus, non fuit ab æterno, ac propterea nec verus Deus esse, quia id semper naturaliter fuisset, igitur verus Christus potest. Hoc argumentum non semel reperit Transyluani in illo suo opere, quod iam sæpe citauimus.

POSSVMVS addere ad confirmationem huius erroris (vt ex solutione magis elucescat veritas) quæ proferebant testimonia veteres Ariani. Igitur illi quidem Christum fuisse ante incarnationem agnoscebant, sed creatum probabant ex illo Prouerb. 8. iuxta septuaginta. *Dominus creauit me initio viarum suarum*. Eccles. 24. *tum dixit mihi creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*. Ioan. 1. *Qui post me venturus est, ante me factus est*. Colof. 1. *Primogenitus omnis creature*: At primogenitus est similis fratribus in natura. Hebr. 1. *Tanto melior Angelis effectus, quanto excellentius præ illis nomen hereditauit, &c.* Et agitur hic de natiuitate ex Patre, vt omnes docent. Hebr. 3. *Considerate pontificem confessionis nostræ IESVM CHRISTVM, qui fidelis est ei qui fecit illum*.

RESPONDEO ad argumentum Transyluanorum, nos quoque non agnoscere alium Christum, quam cum qui natus, passus, mortuus est. Vnus enim est Christus, non plures: tamen illum vnum credimus bis natum secundum duas naturas.

Ad illud quod Euangelistæ non meminerunt vilius Christi ante carnem: dico Euangelistas propositum sibi habuisse describere aduentum Messie, & res gestas eius, id est, Dei incarnati aduentum, vitam, doctrinam, mortem, resurrectionem, &c. propterea non fuisse necessarium, vt alius inciperent. Et tamen ne putarem Verbum ante carnem non fuisse, Ioannes Euangelista ita incepit, *In principio erat Verbum, &c.* Et in 1. epistola incepit, *Quod fuit ab initio quod vidimus, &c.* Et in 1. c. Apocal. *Qui est, qui erat, & qui venturus est*.

AD locum Actor. 2. Respondeo cum Cyrillo lib. 9. thesauri, cap. 3. Christum factum Dominum à patre ratione humanitaris, quomodo etiam posset dici factus Deus: id enim factum est per incarnationem, vt ille homo IESVS sit Deus, & Dominus, non per participationem, & gratiam, sed per vnionem verbi & carnis.

POSSIT etiam dici, vt idem Cyrillus ibidem notat, illud, *fecit*, positum esse pro declarauit, sicut Philip. 2. *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen*.

AD illud Prouerb. 8. *Dominus creauit me*, Patres multis modis responderunt. Prima responsio refertur ab Athanasio in lib. de decretis Nicænæ Synodi ex Dionysio Romano, quod verbum Græcum *ἐποίησεν* hoc loco non significet facere, sed præficere, vt sensus sit, Dominus in initio præfecit me omnibus operibus suis creandis.

SECUNDA est Athanasij serm. 3. contra Arianos, & Cyrilli lib. 5. thesauri, cap. 6. qui dicunt Scripturam promiscuè vsurpare vocabula faciendi, creandi, gignendi. Nam Deut. 32. dicitur; *Deum qui te genui dereliquisti*. Et tamen legimus Gen. 1. & 2. *Fecit Deus hominem*; itaque non ex solo verbo creauit, aut genuit, sed ex adiunctis sensum Scripturæ elicere oportet. Et quia hic dicitur Filius creatus, antequam Deus quicquam faceret, apparet, creatum, dictum esse pro genitum.

TERTIA est eiusdem Athanasij ibidem, & Nazianzeni orat. 4. de Theologia, Cyrilli lib. 5. thesauri, c. 4. 5. 6. 7. & Augustini lib. 1. Trinit. c. 12. qui moment in hoc eodem capite scriptum esse, *ante omnes colles ego parturiebar*: & proinde hic explicari veramque naturam Christi, naturam diuinam cum dicitur, *parturiebar*, humanam cum dicitur, *creauit me*.

QUARTA est Basilij lib. 2. in Eunomium, Epiphaniij hæresi 69. quæ est Arianorum, & Hieronymi in epist. ad Cyprianum, qui moment recurrendum ad fontem Hebraicum; siquidem in Hebræo non est, creauit, quod ipsi dicunt *ברא* *Barab*, sed possedit *קנה* *Kanach*, quo verbo solet explicari vera generatio, vt Genes. 4. *Possedit hominem per Deum*, dixit Eua, quando genuit Cain, *קניתי את איש אישי קנתי* *Kanithi ish eth Adonai*. & hoc modo hic habetur *קנתי* *Konani*, hoc est, possedit per generationem: & fortè ita etiam verterunt LXX. sed deprauatus est codex mutatione vnus litterula, nam *ἐποίησεν* est creauit, *ἐποίησεν* est possedit.

QUINTA est pulcherrima, & seruit etiam sequenti testimonio Eccles. 24. vbi non potest negari quin scriptum sit, creauit, est autem hæc explicatio Concilij cuiusdam Catholici Orientalis can. 5. apud Hilarium lib. de Synodis paulò post principium, & eandem sequitur B. Thomas lib. 4. contra gentes, cap. 8.

DICIMVS igitur productionem Filij Dei nunc vocari generationem, nunc creationem, quia nullo vocabulo perfectè explicari potest: nam generatio significat productionem in eadem substantia, sed cum mutatione quadam generantis: creatio significat productionem alterius substantiæ, sed sine mutatione creantis.

PORRÒ Filius Dei ita producit, vt recipiat substantiam gignentis, & ea ratione dici potest generari, sed recipit sine mutatione, aut alteratione producentis, & ea ratione dici potest creari. Vtrumque igitur dicitur, vt ex vtroque sumatur, quod est perfectionis, & quod est imperfectionis omittatur.

Ad illud Ioan. 1. *Ante me factus est*, dico significari illis verbis, non Christum productum ante Ioannem, sed Ioanni prælatum, & antepositum fuisse, ac si Ioannes dixisset, qui post me venit, maior me est. Ita explicat Ambrosius lib. 4. de fide cap. 5. & omnes interpretes, vt Augustinus, Chryostomus, Cyrillus, Theophylactus, & colligitur ex textu: nam sic ait, *Ante me factus est, quia prior me erat*, id est, præcessit me dignitate, quia æternus erat, & ego temporalis.

AD illud; *Primogenitus omnis creature*. Cyrillus lib. 10. thesauri, c. 4. respondet, Christum dici primogenitum, vt homo est, sicut dicitur vnigenitus, vt Deus est. Addit etiam, Christum posse dici primogenitum etiã vt Deus est, quia ipse est causa vt alij efficiantur Filij Dei. Dicitur enim primum, quod est causa aliorum.

VERVM simplicior & magis ad literã videtur Ambrosij & Chryostomi commentarius, qui docent, primogenitum omnis creature dici Filium, qui est genitus antequam vlla creatura fieret, quod clarius dicitur Ecclesiastici 24. *Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam*. Si enim ante omnem creaturam prodit, non est ipse creatura.

ILVD Hebr. 1. *Tanto melior Angelis effectus, &c.* Chryostomus & Theophylactus exponunt, id est, declaratus, & rectè, nam hic agitur de statu adepto post resurrectionem, sic enim ait Paulus, *Purgatione peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, &c.* id est, post passionem exaltatus est, & declaratus tanto excellentior omnibus Angelis, quantum distat Filij gloria à conditione serui.

POTES T etiam dici cum Cyrillo lib. 8. thesauri, c. 2. illud, *Effectus melior*, significare, magis honoratus, seu pluris æstimatus, quomodo dicimus pluris facio, vel maioris facio probu quã diuitè, Angelu quã hominem, &c.

AD vltimũ pater responsio. Non enim dicitur Christus simpliciter factus ad Hebr. 3. sed factus Pontifex: quod quidem verissimum est, si intelligatur, vt debet intelligi, de Christo, qua homo erat, non qua Deus erat.

CAPVT XIX.

Soluuntur argumentum sextum.

VLTIMA obiectio. *Beatius est dare quam accipere*, vt Dominus ait, Apostolo teste Act. 20. & potest id ipsum ratione demonstrari: nam dare est diuitis & perfecti, accipere est indigentis & imperfecti: sed Pater dat, & Filius recipit. Dedit enim Pater Filio potentiam, Matth. vlt. *Data est mihi omnis potestas, &c.* Dedit vitam, Ioan. 5. *Dedit ei vitam habere in semetipso*. Dedit sapientiam, ibidem. *Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei*. Et Ioan. 15. *Quæcumque audiu à Patre meo, nota feci vobis*. Denique quicquid habet Filius, habet à Patre. Matth. 11. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*; non igitur sunt æquales Pater & Filius, & multò minus sunt vnus Deus.

NE QV B satisfaciat qui respondeat, Patrè dare quidem Filio omnia, sed naturaliter & necessariò, non liberè & gratuitò; tunc autem solum beatius esse dare, quàm accipere, quando quis liberè dat. Nam etiam qui naturaliter dat, est perfectior eo qui recipit, vt patet de forma & materia, de celo & terra, & similibus.

AD EBANT Ariani, omnia quidem quæ habet Filius, habere à Patre, sed non omnia absolutè habere, quæ habet Pater. Nam Matth. 20. dicit Filius; *Sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo*.

RESPONDEO, tunc solum esse beatius dare quàm accipere, quando qui recipit est in potentia ad recipiendum: & proinde est indigens & imperfectus. Porro Filius Dei sic accepit vitam, vt tamen nunquam fuerit non viuens; sic accepit potentiam & sapientiam, vt nunquam fuerit infirmus & ignorans, nam hæc omnia accepit nascendo; ab æterno autem natus est, & perfectus natus est. Augustinus lib. 3. contra Maximi. c. 24. *Beatius est, inquit, dare quam accipere, sed in hac vita, vbi est inopia, qua vti que melior est copia*. Vide Augustinum & Chryostomum in c. 5. Ioan. vbi explicant Patrem demonstrare Filio non docendo, sed gignendo, & Filium audire à Patre nõ discendo, sed nascendo. Dicitur autem Pater demonstrare & Filius audire, quia Pater communicando essentiam, communicat scientiam.

AD illam confirmationem ex Matth. 20. dico cum Hieronymo, Chryostomo, & Cyrillo lib. 10. thesauri, c. 5. Christum voluisse dicere, non est meum, qui iustus sum & sapiens, dare vobis primas sedes, quia amici vel affines mei estis, sed iis, qui eas merebuntur. talibus enim Pater ab æterno destinauit; nec sine verbo, & Spiritu sancto destinauit.

AT, inquit, illi merebantur. nam ait Dominus; *Potestis bibere calicem, &c.* respondentibusque *Possumus, ait, Calicem quidem meum bibetis, sedere autem, &c.*

RESPONDEO, per calicis epotationem illos meruisse regnum, sed non propterea primas sedes. Nam quod omnia absolutè sint communia Patri & Filio, patet ex illo Ioan. 16. *Omnia quæ habet Pater mea sunt*. Et cap. 17. *Omnia tua mea sunt*.

CAPVT XX.

Soluuntur obiectiones contra diuinitatem Spiritus sancti.

TRANSYLVA NI lib. 2. cap. 5. nihil ferè aliud adferunt aduersus diuinitatè Spiritus sancti, quàm quod nusquam in Scripturis appellatur Deus, aut Dominus, quod argumentum fuit etiam veterum Arianorum, teste Gregorio Nazianzeno lib. 5. de Theologia. Sed facile est respondere. nam & falsum est, non vocari Deum, cum Act. 5. legamus. *Anania cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritus sancto? non es mentitus hominibus, sed Deo*. Et 1. Cor. 6. *Membra vestra templum sunt Spiritus sancti*. Et paulò infra: *Glorificate ergo, & portate Deum in corpore vestro*. Et præterea, licet nomen, Deus, in Scripturis non haberetur, nõne satis esse debet, si euidenter ostendatur in Scripturis ex operibus Deo soli propriis, Spiritum sanctum esse Deum? quid, quod Scriptura nusquam dicit, Spiritum sanctum esse creaturam: & tamen aduersarij audacter Spiritum sanctum creaturam appellant?

VETEBES Ariani obiecebant quædam loca Scripturæ, quæ tamen faciliè à SS. Patribus explicabantur. Primo obiecebant illud Amos 4. *Ego firmans ianitu, & creans spiritum*. Sed respondit Basilus lib. 3. in Eunomium, ventu eo loco spiritum esse vocatũ, nõ Spiritum sanctum, quemadmodum & in 1. sal. 14. dicitur spiritus procellarum. Eodè modo exponunt omnes interpretes eius Prophetæ, vt Hieron. Theodoretus, & Rupertus.

SECUNDO obiecebant illud Rom. 8. *Ipsi spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Respondit Augustinus lib. 1. contra Maximinum, non longè à principio, his verbis. *Intellige, inquit, loquutionem; blasphemiam deuitabis, sic enim dictum est, gemitibus interpellat, vt intelligeremus gemitibus interpellare nos facit*. Denique alio loco Apostolus, cum dicit, *clamantem Abba pater*, alio loco dicit, in quo clamamus *Abba pater*, exposuit quid sit, *clamantem Abba pater*, dicendo, in quo clamamus *Abba pater*: ac per hoc, quid est, clamantem, nisi clamare facientem? Hæc ille. Chryostomus quoque hom. 14. in epistolam ad Rom. per Spiritum sanctum clamantem intelligendum esse docet donum orationis, quo anima clamat, ac gemit.

TERTIO obiecebant illud Ioëlis 2. *Effundam de spiritu meo Ioan. 15. Cum venerit spiritus veritatis, quem ego mittam vobis à Patre, &c.* Nam, vt refert Augustinus lib. 2. Trinit. c. 5. Ariani docebant, eum qui mittitur, minorem esse eo, à quo mittitur, & quoniam legebant, Filium missum esse à Patre, Spiritum verò sanctum à Patre & Filio, inde colligebant, Filium minorem esse Patre, & Spiritum sanctum vtroque.

SED respondit Augustinus, missionem per modum imperij, significare excellentiam mittentis, non autem quamlibet missionem.

PORRÒ Filium & Spiritum sanctum non mitti secundum imperium, sed solum dici mitti, quia à Patre Filius procedit, & Spiritus sanctus à Patre, & Filio, &

tam Filius quam Spiritus sanctus cepit ex tempore, no- uo modo, & quidem manifesto, ac visibili esse in creatu- ra. Nam Filius apparuit in carne, Spiritus sanctus in co- lumbæ specie, & rursus aliis in linguis igneis.

IT A Q U E illa manifestatio visibilis personæ inuisibili- lis, ab alio procedētis, in Scripturis missio dicta est, nihil autem officere hanc missionem veræ diuinitati Filij, aut Spiritus sancti, ex eo colligit Augustinus, quod vterque missus est ad eum locum, vbi antea erat inuisibili maiestate. nam de Filio dictum est Ioan. 1. In mundo erat, & mundus eum non cognouit; & postea, in propria venit, & de Spiritu sancto in Psalmo 138. Quò ibo à Spiritu tuo?

Q U A R T O obiciebant illud Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Responder Chrysostomus hom. 4. in Ioan- nem, Euangelistam idcirco statim addidisse; Et sine ipso factum est nihil, quod factum est. Ut excluderetur obiectio Arianorum, & intelligeremus, non omnia omnino, quæ sunt, facta esse per Verbum, sed solum omnia quæ facta sunt. Cyrillus autem, & Augustinus legunt, Et sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, &c. Et Arianis respondent, Ioannem sine dubio loqui solum de

A creaturis, cū ait, Omnia per ipsum facta sunt. Alioqui enim etiam Patrem, oporteret esse factum per Verbum, si omnia quæ sunt, per Verbum facta sunt.

O B I C I E B A N T postremo eiusmodi ratiunculam. Sunt modi duo agendi, per naturam & per artem: nam per naturam gignuntur Filij, per artem efficiuntur opifi- cia: at solum Verbum productum est à Deo per modum naturæ, si quidem est Filius vnigenitus: igitur Spiritus sanctus ex arte processit, proinde opificium est.

R E S P O N D E M V S, modum agendi per naturam du- plicem esse in iis rebus, quæ mente, atque intelligentia præditæ sunt, vnum per intellectum, alterum per volun- tatem, nam & intellectus naturaliter producit notionē, & voluntas naturaliter producit amorem. Hoc tamen interest inter Deum, & creaturas, quod ille intelligen- do, atque amando, substantiam producit; creaturæ verè accidentia, ex quo fit vt Verbum, & Spiritus sanctus veræ sint hypostases: nostræ verò mentis conceptus, no- stræque voluntatis amor hypostases dici non possint. Sed de his plura dicemus in libro sequenti, si Dominus adiuuare dignabitur.

LIBER SECVNDVS DE CHRISTO.

CAPVT PRIMVM.

De distinctione personarum in eadem essentia.

A C T E N V S ostendimus, vnum verum Deum esse non solum Patrem, sed etiā Filium, & Spiritum sanctum. Nunc ostendere oportet hæc tria, Patrem, Fi- lium, & Spiritum sanctum, esse verè tria quædam supposita ac distincta, non autem tria nomina, aut tria entia rationis. Quæ quidem quæstio disputanda est propter eosdem aduersarios, no- uos videlicet Arianos, & novos Samosatenos.

N A M Valentinus Gentilis & eius Sectatores, et si fa- tentur cum Ario, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse tria distincta re, tamen non agnoscunt in ipso vero Deo intrinsecam distinctionem, ita vt eadem essentia sit in tribus: & idcirco nolunt Patrem dici personam primā, immò dicunt personam primam esse personam sophisti- cam, & quod horribiliter est, diabolicam, vt patet ex hi- storia Benedicti Aretij de supplicio Valentini Gentilis: & idcirco etiam rident ista nomina, Essentia, Persona, Relatio, Proprietas, &c.

P O R R O Transyluani agnoscunt etiam Patrem à Christo distinctum, quippe qui Christū purum hominē faciunt, tamen ante incarnationem nullam agnoscunt in Deo distinctionē, vt patet ex lib. 2. c. 4. vbi dicunt, Verbum & Spiritum sanctum, quæ leguntur in Scripturis Testa- menti veteris esse potentias seu virtutes Patris, non di- stinctas ab eo persona, relatione, aut proprietate. Vnde etiam ipsi in toto opere rident ista omnia nomina.

N O S ergo primo differemus de istis nominibus, ac ostendemus deduci ex Scriptura & antiquissimis Patri- bus. Secundo, probabimus, verè tres esse re distinctos, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, licet vnus Deus sint, vt libro superiore ostendimus. Tertiò, soluemus præcipuas difficultates: circa hoc ineffabile mysterium, quo vnum numero Deum, tres personas re ipsa distinctas esse credim⁹, & docemus. Quarto, disputabimus in par- ticulari de distinctione Filij à Patre, propter eos, qui Fi- lium esse dicunt. Quinto, de distinctione eius- dem Filij à Spiritu sancto, siue quod idem est, de pro-

cessione Spiritus sancti à Filio.

CAPVT SECVNDVM.

C O N T I N E N T I A. De vocibus, quibus vtimur in hoc mysterio explicando. V A N T V M ad primum, nomina sunt hæc, Essen- tia, Homoousios, Hypostasis, Substantia, Persona, Proprietas, Relatio, Notio, Circumcinctio, Trin- itas. De quibus vocabulis duo dicenda sunt Primò re- fellenda, quæ in vniuersum reprehendunt Transyluani lib. 2. c. 9. Deinde explicandum ordine de singulis.

I L L I igitur dicunt, hæc nomina, quamuis prophana sint, tamen à nobis retineri quinque de causis. Primo, quia vtilia sunt ad oppugnandos hæreticos. Secundo, quia Patres illis vsi sunt. Tertio, non vt aliquid dicamus, sed vt non taceamus. Quarto, quia vtilia sunt, ad expli- canda mysteria Scripturæ. Quinto, quia etiam in Scri- pturis non habeantur, tamen habentur eorum semina, & æquiualentia. Deinde has omnes rationes, quas ipsi sibi proposuerunt, refellunt.

A D primum respondent, non esse faciendā mala vt cueniant bona, & præterea hæreticos, qui non vincun- tur Scripturis, multò minus his vinci posse. Sed nõ rectè exponunt Catholicorum sententiā, nec enim Catholici dicunt, istis nominibus oppugnari hæreticos, sed damna- ri, & excludi ab Ecclesia; nam propter nouas hæreses cogimur noua nomina inuenire, vt perspicuè distinguamur ab illis, & Catholici sciant, quid credere debeant. Vide Augustinum tract. 97. in Ioannem, vbi ostendit fugien- das profanas vocum nouitates, sed non ipsa nomina no- ua, quæ contra nouas hæreses instituantur.

A D secundum respondent, ergo recipiendi erunt omnes errores Patrum. Sed negamus consequentiam. Patres enim nunquam omnes simul errant, etiam si ali- quis eorum interdum erret: nos verò sequimur eos, quando simul aliquid docent, non quando proprias ac singulares sententias aliis contradicentibus defendunt. Exemplo sit B. Cyprianus, quem non sequimur docen- tem, Baptismum esse irritum, si ab hæretico tribuatur. Scimus enim hac in re doctores cæteros Cypriano non

consensisse: & tamen sequimur Cyprianum docentem Christum esse Deum verum, quia idipsum omnes Pa- tres summa consensione docent.

A D tertiam respondent, stultum esse loqui, vt nihil dicas. Sed nõ intellexerunt isti verba August. lib. 5. Trin. c. 9. cū ait, dici tres personas in Deo, non vt dicatur, sed vt non taceatur. Voluit enim Augustinus dicere, nul- lum nomen satis explicare, quid sint illa tria, tamen dici personas, non vt perfectè declaremus vim, & naturam diuinarum personarum, sed vt non omnino muti videamur, cū interrogamur, quid tria?

A D quartam respondent, nomina ista exotica & obscurissima esse, proinde inutilia ad explicanda myste- ria fidei. Sed falsum id esse, paulò post demonstrabimus, cum de singulis differemus. Certè exotica dici non pos- sunt, quæ iam tot seculis fuerunt in communi vsu totius Ecclesiæ Catholicæ.

A D quintam, negant, inueniri synonyma, & æqui- ualentia in scripturis. Sed hoc esse mendacium, mox planum faciemus.

CAPVT TERTIVM.

De vocibus, Essentia & Homoousios.

I T E M prima vox est Essentia, Græcè *ουσια*, quæ in Scripturis inuenitur, Luc. 15. vbi enim adolescentior filius petit à patre portionem substantiæ, in Græco est, *μερίδιον* *ουσίας*. vbi *ουσία*, opes paternas significat. Quæ sunt autem Dei opes, nisi iphus Diuinitas, quæ est summum & infinitum bonum? quia tamen non expresse hoc loco Dei natura vocatur *ουσία*, meritò Epiphanius dicere potuit hæc. 73. *Essentia nomen nudo modo in veteri ac nouo Testamento non habetur: sensus autem & significatio ubique habetur.* Hæc ille.

I T A Q U E et si hæc vox non habetur in Scriptura, ta- men habentur eius synonyma. Nam Rom. 1. dicitur de Deo; *Sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas.* Græcè *θεοτης*, quid est autem *θεοτης*, nisi *ουσία* *θεου*? Item Phil. 2. habetur *μορφη* *θεου*, forma Dei. Certè non minus Phi- losophicum est forma, quam essentia. Et 2. Pet. 1. habe- tur, *diuina consortes nature*, Græcè *θεους* *φύσεις*. At idem omnino sunt essentia & natura.

D E N I Q U E habetur ipsum nomen Essentiæ in sua radice: nam Essentia dicitur ab esse, & est abstractum eius nominis, quod in concreto dicitur ens. Porro ens & esse in Scripturis de Deo dicitur. Exod. 3. *Ego sum qui sum, qui est, misit me ad vos.* Græcè *ειμι*. Si igitur Deus dicitur ens secundum Scripturas, cur eius natura non poterit dici essentia?

A D hunc locum ridiculè Transyluani respondent. Dicunt enim Deum posse vocari ens, sed non essentiam, quia si quis hominem aliquem vocaret humanitatē, ab omnibus rideretur: At non aduertunt Deum esse simpli- cissimum, & proinde dici de illo nomina tam abstracta quam concreta. vocatur enim in Scripturis Deus verus, & veritas; sapiens, & sapientia, iustus, & iustitia: cur non eodem modo igitur dici potest ens & essentia? Sed ne- que id hoc loco contendimus, Deum posse vocari essen- tiam? sed illud solum essentia nomen, quo Dei natura explicatur, non esse alienum à Scriptura, nec esse vt ab- surdum repudiandum.

E x hoc nomine sit *homoousios*, id est, eiusdem essentiæ, quod nomen Ariani & veteres, & noui maxime ode- rant, tum quia extra Scripturas, tum quia nouum illis esse videbatur. Et tamen utebantur ipsi nominibus multò magis nouis, & qui in nulla Scriptura reperiuntur, qualia sunt *ερεγγιστος*, id est, alterius essentiæ, & *εμομοσιος*, id est, similis essentiæ.

S E D primam calumniam duobus modis Patres refu- tarunt. Primo demonstrarunt, nomen hoc non ideo esse reiciendum, quod in Scripturis non sit, cū constet in Scripturis sensum huius nominis repetiri, dicente Dño

A Ioan. 10. *Ego & Pater vnā sumus.* ita respondit Aug. tract. 97. in Ioan. & disp. cū Pascētio. Secūdo Patres ostēdere conati sunt, non esse hoc nomen alienum à Scripturis.

A C primum Ambrosius lib. 3. de fide c. 7. probat hoc nomen non esse alienum à Scriptura, quia similibus vo- cibus Scriptura vitur. Dominus enim Luc. 6. *εγω* *ειμι* *ουσια* *ουσιας*, dixit. & Moses Deut. 7. 14. & 26. vocat fi- lios Israël *λαον* *ουρεβουον*. Sunt autē planè similia *ουσιας*, *ουρεβουον*, & *εμομοσιος*; vt etiam Latina, super substantialis, & consubstantialis. Cyrillus lib. 1. de Trin. probat, Homoousion non esse omnino extra Scripturam, cū deducatur ab *ουσιας*, & *ουσιας* deducatur ab *ουσια*, & allegat hunc locum Exod. 3. *Ego sum* *δ* *ουσιας*.

A L T E R A M calumniam de nouitate huius nominis multi Patres apertissimè confutarunt; atque ostende- runt, non fuisse inuentum hoc nomen in Nicæno Con- cilio, vt ipsi Ariani olim iactabant; fuisse etiam antea in vsu Patrum. Nam Dionysius Alexand. in apol. ad Dionys. Rom. vt Athanasius refert in epist. de sententia Dionysij Alexand. dicit se vsum hoc nomine, quia et si non inuenitur in Scripturis, tamen est conforme his quæ in Scripturis de Patre & Filio dicuntur. & rursus idem Athanasius in lib. de decr. Nicænae Synod. dicit, Arianos immeritò conqueri de hoc nomine, quasi sit nouum, & probat non esse nouum ex duobus Dionysius Rom. & Alexand. Item ex Theognosto, & Origene. Et rursus in libris de Synod. Arimini & Seleuciæ, dicit, Concil. Nicæn. nihil noui statuisse, sed vsum esse iis vocibus, qui- bus maiores vsi fuerant.

T H E O D O R E T V S etiam in 1. lib. hist. c. 12. & 13. pro- bat, hoc vocabulum non esse nouum, etiam testimonio Eusebij Casariensis, qui licet faueret Arianis, tamen confessus est in quadam epist. antiquos & illustres Pa- tres hoc nomine vsos.

A M B R O S. lib. 3. de fide, c. 7. scribit, Patres in Conc. Nicæno occasionem accepisse huius nominis vsurpandi ex verbis Eusebij Nicomedienfis hæretici Ariani, qui scripserat in epistola quadam; *Si verum Dei Filium & in- creatum dicimus, homoousion cum Patre incipimus cōstruere.* Hæc, inquit Ambr. *cum lecta esset epistola in Concilio Ni- cæno: hoc verbum in tractatu fidei potuerunt patres, quod viderunt aduersarius esse formidini.* Vide igitur quàm impudenter Ariani querebantur, nouum esse nomen, quod ipsi antea vsurpabant. Ex quo refellitur etiā men- dacium Transyluanorum, qui lib. 1. c. 3. dicunt in Concil. Nicæno introductū secundum Deum Patri cōessentialē: & proinde esse Deum recentem, & Patribus incognitū. S V N T autem hoc loco duo notanda de hoc nomi- ne. Primum est, non solum Arianis displicuisse hoc no- men; sed etiam quibusdam Catholicis, propterea quod Patres Concilij Antiocheni contra Paulum Samosate- num disertè negauerūt, Filium esse Patri Homoousion, idque acciderat ante natam hæresim Arij.

Q U I B V S Athanasius in primis obiecit auctoritatem Dionysij Rom. & Alex. qui antiquiores fuerunt Conci- lio illo Antioch. & Filium Patri Homoousion dixerunt. Deinde conciliat omnes, ac dicit Antiochenos Patres negasse Homoousiō Patri esse Filium ad mentem Samo- sateni, nõ simpliciter. Samosatenus enim acceperat cor- poraliter hoc vocabulum, quasi significaret Filium esse Patri consubstantialem, quomodo est homo homini cō- substantialis; ita vt duæ substantiæ sint, sed eiusdē speciei.

D E qua re ita loquitur etiam S. Hilar. in lib. de Sy- nod. extremo. *Malè Homoousion Samosatenus cōfessus est, sed nunquid melius Ariani negauerunt? oßoginta Episco- pi olim respuerunt, sed trecenti decem & octo nuper rece- perunt. illi contra hæreticum improbauerunt: nunquid & isti non aduersum hæreticum improbauerunt, si & proban- do & improbando vniue vsique statuerunt, quid bene con- stituta conuellimus?*

NOTA

NOTANDUM est secundo, hoc nomen diuinitus inuentum videri, siquidem destruit simul contrarias hereses Arii & Sabellij. Nam, vt docet Athanasius in lib. de Synod. Arimini & Seleucia, & etiam Basil. in quadam epist. ad ancillas Dei, no dicitur Homoouosius de iis, quæ quomodocumque habent similem essentia, sed de iis tantum quorum vnum est ab altero, & ab illo recipit eandem essentiam. Sabellius ferebatur Patrem & Filium habere eandem essentiam, sed negabat vnum esse ab alio. Ariani ferebantur Filium esse à Patre, sed negabant accepisse eandem essentiam.

Vnde Athanas. in lib. de decr. Nicæn. Synod. dicit Arianos omnes alias voces tolerasse præter istam, quia omnes alias poterant trahere ad suum sensum, & ideo Nicænum Concil. in Symbolo, postquam dixerat Filium Deum de Deo, Deum verum de Deo vero, genitum nõ factum, & ex substantia Patris natum, animaduertisse, ista omnia eludi posse ab astucia Ariatorum; & propterea addidisse, Homoouosium Patri.

ΕΡΡΗΑΝ, quoque in Ancrato monet, aliud esse οὐνοσσιον, aliud ὑποσσιον. Illud enim primum posse recipi etiã à Sabellio, hoc secundũ non posse. Nã synouosion significat vnitatem sine distinctione, Homoouosio significat vnitatem cũ distinctione, & processione vnus ab altero.

DENIQUE Ambros. lib. 3. de fide c. 7. Refert, inquit, Homoouosion Patri Filium dicimus, quia verbo eo est personarum distinctio, & nature vnitas significatur. Hæc ille.

ΠΟΤΕΣΤ hoc illustrari ex antepredicamentis Aristotelis, vbi vocat οὐνοσσιον, quæ nos dicimus vniuoca: ὑποσσιον, quæ nos dicimus æquiuoca. Vt enim vniuocum nomen est omnino vnum & voce & significatione, ita synouosion significat aliquid omnino vnum sine distinctione, & quomodo æquiuocum est vnum voce, sed multiplex significatione: ita Homoouosion est vnum in essentia, distinctum in personis.

CAPVT QVARTVM.

De vocibus Hypostasis & Substantia.

HYPOSTASIS significat primam substantiam quam vniuersè dicimus suppositum, & in natura intelligente personam. Distinguitur autem ab essentia, quod hæc significatur per modum formæ totalis in alio existentis: hypostasis autem significatur per modum totius, quod non in alio, sed in se & per se existit.

Ex quo sequitur, hypostasim non addere ad essentiam aliquem gradum naturæ aut actum, sed solum modum essendi. Ipsa enim essentia si re ipsa existat, & non sit in alio, vt pars in toto, vel vt forma in subiecto, dicitur hypostasis. Ex quo iterum sequitur, essentiam esse communicabilem, hypostasim incommunicabilem: repugnat enim vt quod est in se, sit in alio. Nam esse in alio, est non esse in se, ex quo vltimo sequitur, hypostasim superaddere essentiæ proprietatem aliquam, id est, aliquid, seu aliquem modum, ratione cuius fiat incommunicabilis.

Quæ omnia deducuntur ex Basil. epist. 43. ex Nysseno in lib. de diff. essentia & hypostasis, & Damas. lib. 3. c. 3. ex Cyril. lib. 1. de Trin. ex Iust. in lib. de rect. fidei conf. & ex Theod. in libell. conf. Sabell. qui habetur to. II. Conciliorum in additioni. ad Breviarium S. Liberati.

TAMEN si enim hi Patres non videantur aliam differentiam ponere inter essentiam & suppositum, quàm eam, quæ est inter speciem & indiuiduum, vt inter hominem & Petrum, tamen iidem Patres apertissime profitentur (vt supra ostendimus lib. 1. c. 3.) ita esse eum vnum numero, non specie, vt tres diuina hypostases non possint dici tria indiuidua diuina, ratione naturæ, quasi tres sint indiuiduæ decitates, sed solum tria, ratione hypostaticæ proprietatis.

Hæc igitur vox, licet quibusdam suspecta videretur, vt quæ ad significationem substantiæ, id est, essentia

A trahi posset, vt patet ex Hier. in epist. duabus ad Damas. de hypostasis, ex Greg. Nazian. orat. de laudib. Athan. & ex Mario Victor. in lib. de homoouosio: tamen omnino recipienda est, & tutò dici posuit in Deo tres hypostases.

Et probatur primo ex Apost. Heb. 1. vbi dicit de Filio: *Quis cum sit splendore gloriæ, & figura substantiæ eius, Græcè χαριτης & ὁμοουσιος πατρός*: vbi nomine hypostases licet aliqui intellexerint essentiam, vt videtur exponere Epiph. hæ. 69. tamen rectius alij accipiunt personam paternam, vt Chrysothomus, Theodoretus, Theophylactus, & Oecumenius in comment. huius loci: nec non Basilus epist. 43. & Greg. Nyssenus in lib. de differentia essentia & suppositi: non enim Filius est imago essentia, sed personæ: illius enim est imago, cuius est filius, imago enim distinguitur ab exemplari, vt res producta à producente.

Sed occurrit Francif. David in II. disp. Alb. vbi volens ostendere, Paulum non posuisse in Deo personam, adfert alia loca eiusdem epistola, vbi nomen hypostasis non accipitur pro persona, seu supposito Heb. 8. *Participes Christi effecti sumus: si tamen iniriium substantiæ eius usque in finem retinuerimus.* Græcè pro substantia legitur: *ἁποσσιος*. Et Hebr. II. *Est autem fides sperandarum substantia rerum.* ὑποσσιος.

RESPONDEO, hæc loca pro nobis facere. His enim locis explicatur nomen hypostasis in genere significare fundamentum seu basim, quæ alia sustentat, & ipsa, per se subsistit. Quomodo etiam 2. Cor. 9. & II. idem Apostolus fundamentum gloriæ vocat ὑποσσιον & κωνχιος. Hinc autem postea hoc nomen traducitur & accommodatur ad fidem, quia fides est fundamentum iustitiæ & non solum ipsa per se existit, sed etiam dat substantiam rebus speratis: quæ enim speramus, in se non sunt, sed per fidem quodammodo iam existere videtur.

Hinc etiam accommodatur ad suppositum, seu personam, quæ est fundamentum naturæ, & omnium quæ ad naturam consequuntur, omnia enim in persona existit, & ipsa per se existit. Quando ergo dicitur, Filius imago hypostasis paternæ, non potest aliud eo loco hypostasis significare, quàm personam Patris, quæ quia per se existit, & in ea essentia: & omnia attributa, & ipsæ etiã relationes subsistunt, ideo fundamentum & basis dici potest.

Secundo, probatur ex vsu Ecclesiæ & Patrum. nã Dionys. lib. de diu. nom. c. 1. & alibi, vocat tres personas tres hypostases. Idem facit Iustin. in lib. de recta fidei confel. Idem Athanas. in Symbol. Idem omnes Græci Patres, & Concilium V. c. 1. Idem Hilarius lib. de Synod. & Aug. lib. 5. Trin. c. 8. & 9. & lib. 7. c. 4.

DENIQUE Greg. Nazian. orat. de laudibus Athanasij, serè extrema, refert Athanasium demonstrasse idem omnino sentire Græcos, cum asserunt in Deo tres esse hypostases, cum eo quod Latini sentiunt, cum dicunt tres esse diuinas personas; & sine causa Latinos aliquando offensos fuisse ea Græcorum phrasi, cum de re nulla dissensio esset.

Nec his repugnat Concilium Sardicense apud Theodor. lib. 2. hist. c. 8. vbi legimus, hereticorum esse, tres hypostases asserere: Catholicorum autem vnam tantum. Nam Concilium idem ibidem explicat sententiam suam, affirmas, vnam tantum esse in Deo hypostasim, si hypostasis accipitur pro essentia, vt heretici accipere solent.

Sed operapretium erit ipsa verba Græca Concilij adscribere, ne hic vllus scrupul⁹ remaneat. Sic igitur ait: *ἡμῶς τὸν αὐτὸν παρακλητικὸν καὶ θεοῦ ὁμοουσίον, καὶ τὸ αὐτὸν ἔχον τὴν καθολικὴν παράδοσιν, καὶ ὁμολογίαν, ἵνα εἶναι ὁμοουσίον, καὶ ἀπόστολὸν ἐκείνου ἐκείνου πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ τὸ ἓξ, καὶ τὸ ἑνὶ ὑποστάσει.*

OBVICIUNT Transyluani lib. 1. c. 8. auctoritatem Nicephori, qui lib. 10. hist. c. 15. hæc dicit de nomine hypostasis & ouosia. Primo primum qui mentionem fecit

horum

horum nominum in disput. de Deo, fuisse Hosium Cordubensem, quem miserat Constantinus Alexandriam ad sedandos tumultus ab Ario excitatos. Secundo, Concilium Nicænum noluisse attingere istam quæstionem, de differentia essentia, & subsistentia, tanquam indignam quæ tractaretur. Terio, Concilium Alexand. paulo post Nicænum celebratum, statuisse, vt non dicerentur ista nomina de Deo, quãdoquidem substantia & subsistentia nomen non est in Scriptura. Quarto, apud veteres Philosophos nomen hypostasis non reperiri, esseque barbarum. Quinto, ex huius distinctionis inuentione multa nugamenta in Ecclesiâ inuocata, & breuiter, apertè reprehendit vsum horum vocabulorum.

RESPONDEO, Nicephorum ea quæ dicit accepisse à Socrate lib. 3. cap. 5. & Sozomeno lib. 5. cap. 11. qui auctores non tam ipsa nomina reprehendit, quàm nouam quæstionem de distinctione earum vocum. Itaque est fortè Hosius primus fuit, qui de hac distinctione differuit: non tamen ipse primus hæc nomina excogitauit, siquidem inueniuntur apud Dionysium & Iustinum locis citatis, & apud ipsum Paulum nomen hypostasis; & de nomine Homoouosios, quod ab ouosia descendit iam offendimus antiquissimum esse.

Porro Concilium Nicænum, licet quæstionem non explicauerit de differentia essentia & subsistentia, tamen ab his vocibus nõ abhorruit, vt patet ex Symbolo, quod est apud Cyril. lib. 1. de Trin. & habetur Græcè etiam in Latinis codicibus: in eo enim Symbolo vtrumque nomen est *ἁποσσιος* & *ἁποσσιος*.

Iam verò Concilium Alexand. non prohibuisse vsum harum vocum absolute, sed solum sustulisse contentiones non necessarias, ex eo apertè colligitur, quod iidem auctores referunt, in eodem Concilio statutum fuisse, vt his vocibus Catholici vterentur in disputatione aduersus Sabellianos, ne vocabulorum penuria cum Sabellianis sentire viderentur.

Quod autem Socrates & Nicephorus addunt, vocem ἁποσσιος barbaram esse, & Philosophis penè incognitam, & quod Nicephorus nugamenta appellat disputationes de distinctione horum vocabulorum, non multum refert: nam hanc ipsam vocem nõ fuisse incognitam Philosophis veteribus, patet ex commen. Budgij, qui citat Aristoteles & Themistium, nobilissimos videlicet Philosophos, qui voce ἁποσσιος non rarò vsi sunt. Et licet nulli Philosophi vnquam ea voce vsi essent, nõne satis nobis deberet esse, quod ea voce vtitur Paulus, Concilium Nicænum, & omnes Græci Patres?

NON esse autem nugamenta, disputationes de *ἁποσσιος* & *ἁποσσιος*, patet ex Basilio epist. 43. qui dicit ex ignorantia huius distinctionis natum esse plurimorum errorem circa Dei cognitionem, & præterea si hæc nugamenta essent, Cyrillus, Cyrillus, Basilus, Nyssenus, Theodoretus, Damascenus, & alij tam multa de hac re & tam serio disputassent.

Iam vero nomen Substantia ambiguum est: nunc enim hypostasim, nunc essentiam significat, quocirca in rigore possent dici, in Deo tres substantia, vt Hilarius concedit in lib. de Synod. vbi explicas fidem Antiocheni Concilij, dicit, non malè dici tres substantias, accipiendo substantiam nõ pro *ἁποσσιος*, sed pro *ἁποσσιος*, præsertim cum hoc vocabulo vltus sit vulgatus interpres epist. ad Habræos 1. 3. & II. tamen absolute neganda sunt in Deo tres substantia, & vna asserenda, quia vltus communis Latinorum accipit substantiam pro essentia, nam semper Aristoteles in prædicamento substantia *ἁποσσιος* vocat, quam nos dicimus substantiam.

PRÆTEREA Tertul. lib. contra Prax. semper in Deo vnam substantiam dicit. Item Hier. in epist. ad Damas. & August. lib. 5. Trin. c. 9. & lib. 7. c. 4. & Rufinus lib. 10. hist. c. 29. vnam substantiam dicunt, tres negant. Deni-

que etiam Concil. Lateran. sub Inno. III. c. 2. & Tole. 2. c. 1. vnam substantiam in Deo esse definiunt.

CAPVT QVINTVM.

De cæteris vocibus.

DE nomine personæ, nota est Valla sententia lib. 6. c. 34. qui personam asserit qualitatem significare. Dicimus enim, agere aliquem personam regis, &c. & addit, si persona pro substantia accipiatur, non esse in Deo personam magis quam in bruto: ac denique dicit, quas in Deo Theologi personas ponunt, eas esse tres qualitates.

Sed malè agit Valla personam Theologi: nam in Deo persona est, in quo tamen nulla est qualitas, vel si placeat in Deo ea nomine qualitatis appellare, quæ per modum qualitatis significantur, non in tres, sed infinitas personæ diuinae numerandæ erunt, aut vna tantum constituenda. Siquidem ea quæ aliquo modo in Deo qualitates dici possunt, nõ res, sed ratione solum distinguuntur, quare si personales proprietates in Deo, qualitates sunt, vna erit persona diuina re ipsa, plures autem ratione. Id si Valla placeat, præclare ager idem Valla personam Sabelliani.

Quamvis igitur sciamus personam nomē sæpe accipi pro qualitate, & pro larua histriionum: tamen etiam pro substantia prima à Scripturis & Patribus accipi non ignoramus. Nam in Scripturis passim legimus, Deum non esse acceptatorem personarum, vt Aët. 10. Rom. 2. & alibi, in quibus locis persona significat ipsam hypostasim humanam. Nam vt explicat August. lib. 2. ad Bonif. c. 7. tunc est acceptio personarum in distributione præmiorum, quando qui distribuit non respicit merita hominum, sed ipsos homines, id est, tribuit plus vni quàm alteri, non quia ille plus meretur, sed quia illam personam plus diligit.

PRÆTEREA Patrem, Filium & Spiritum sanctum tres personas vocat Tertul. lib. cont. Prax. Hila. lib. de Synod. Hieron. in epistola ad Damas. August. lib. 5. & 7. de Trin. & ex Græcis Nazian. in orat. in Athanas. & alibi sæpe vocat *τρεῖς ὁμοουσίους*.

Ac ne gloriatur Valla, se saltem personam Grammatici probè egisse, prodeat etiam M. Tullius qui lib. de Inuent. in Topicis & Partitionibus sæpè vtitur nomine personæ in hac nostra significatione, cum dicit, alia esse rerum, alia personarum attributa, & rursum personam in Deo, & in homine considerari. Item Valer. Maximus lib. 2. c. 21. quoslibet homines personas vocat. Et in Institutione Iustiniani, quæ latinissima est, lib. 2. tit. 9. in hac significatione ponitur persona.

Quid, quod ipsi etiam Grammatici cum in verborum inflexionibus distinguunt tres personas, primam, secundam, & tertiam, non qualitatem intelligunt nomine personæ, sed res quascunque inter se distinctas?

PROPRIETAS, Relatio, Notio, non sunt nomina Scripturarum, tamen ex Scripturis colliguntur, per euidentem cõsequentiã. Nam si Filius est *υἱογενῆς*, Ioan. 1. ergo proprium est illi esse Filium, & proinde filiatio est proprietas. Et si *vnus est Deus Pater*, 1. Corin. 8. ergo proprium est Patri esse Patrem, & paternitas erit proprietas. Et si *solus Spiritus à Patre, & Filio procedit*, Ioan. 14. talis processio erit proprietas eius.

VT VNTVR autem nomine proprietatum Hilarius lib. 2. Trin. Basilus epist. 43. Nazianzenus orat. 3. de Theologia. Augustinus lib. 5. Trin. c. 11. 2. & sequentibus, Cyrillus lib. 1. Trin. & omnes alij.

PARI ratione, si Christus est verus Filius veri Patris 1. Ioan. 5. certè erit relatio vera inter Patrem & Filium; nec enim fingi potest, quemadmodum sit verus Filius, qui nullam habet veram relationem ad Patrem. Vtuntur autem hoc nomine iidem Patres, maximè Nazianzenus & Augustinus.

DENIQUE, si Pater à Filio distinguitur secundum

Scriptu

Scripturas, cur non potest paternitas dici notio Patris, id est, nome quo Pater distinctus cognoscitur a ceteris personis? Vtuntur autem hoc nomine Basil. epist. 43. & August. lib. 7. Trin. c. 6. & inde acceperunt Scholastici, qui quinque numerant notiones, inaccessibilitatem, paternitatem, filiationem, spirationem actiuam, & spirationem passiuam; ex quibus quatuor tantum dicuntur proprietates, nimirum inaccessibilitas, paternitas, filiatio, spiratio passiuam, quatuor item relationes, paternitas, filiatio, spiratio actiuam & passiuam. De quibus susus disputare non est huius loci.

CIRCUMINCESSIO, Græcè περιεργασια, dicitur illa intima & perfecta inhabitatio vnus personæ in alia, & e conuerso, de qua dicitur Ioan. 14. Ego sum in Patre, & Pater in me est. De quo mysterio singulari disputant Hilarius lib. 4. de Trinit. Ambros. in caput 13. 2. ad Cor. & Augustinus lib. 6. de Trinit. cap. vlt. qui tandem ita concludit. Singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia. Qui videt hoc vel ex parte, vel per speculum & in enigmate, gaudeat cognoscens Deum, & sicut Deum, & honoret, & gratias agat. Qui autem non videt, tendat per pietatem ad videndum, non per cecitatem (vt nunc Translyuani faciunt) ad calumniandum. Quoniam vnus est Deus, sed tamen Trinitas, nec confusè accipiendum est, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia; nec Deus multis, sed ipsi gloria in secula seculorum. Vtitur autem voce περιεργασια Damascen. lib. 1. c. 11. ex illo Scholastici Circumincessionem appellare consueuerunt.

TRINITAS, Græcè τρις, non habetur etiam expressè in Scripturis, tamen deducitur euidenter ex illo Matth. vltimo: Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et Ioan. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, verbum, & Spiritus sanctus. Et vtitur hoc nomine omnes Patres, etiam antiquissimi, vt Dionysius 1. cap. de diuinis nominibus, & alibi sepe. Item Iustinus de recta confessione fidei. Gregorius Thaumaturgus in sua fidei confessione. Tertullianus libro contra Praxeam. Cyprianus sermone de oratione Dominica, & omnes postiores.

EST autem obseruandum, Trinitatem non significare trium vnitatem, vt putauit Valentinus Gentilis, sed simpliciter ternarium personarum, vt patet tum ex Græca voce τρις, tum ex illa Symboli Athanasij sententia, Trinitatem in vnitatem veneremur. Quam absurdè enim diceremus, Trium vnitatem in vnitatem veneremur.

DE INDE, si vox, Trinitatis, vnitatem expressè significaret, quomodo non reprehendendi essent Patres, qui opponunt vnitatem Trinitati, ac dicunt in essentia vnitatem in personis Trinitatem considerari; item in Trinitate numerum cerni, in essentia quid numeratum sit non inueniri? Fulgentius de fide ad Petrum, cap. 1. Trinitas, inquit, ad personam refertur, vnitatem ad naturam. Concilium Toletanum XI. cap. 1. In relationibus personarum numerus cernitur; in diuinitatis vero substantia quid numeratum sit non comprehenditur. Quod idem fusè explicat Isidorus lib. 7. Etymologiarum, capite quarto, & lib. de differentiis, capite primo.

SANCTVS autem Thomas 1. p. q. 31. art. 1. etfi dicat Trinitatem videri dictam quasi trium vnitatem, si quis sonum vocis consideret; tamen ibidem affirmat, non hoc propriè ea voce significari, sed solùm numerum trium personarum.

EST etiam obseruandum, non rectè Genebrardum libro secundo de Trinitate tribuere Caluino, quod dixerit, in personis non comprehendendi essentiam. Nam vt perspicuum est ex lib. de perfidia Valentini Gentilis Geneuæ excuso, & ex ipso etiam loco, quem Genebrardus adducit, id est, lib. 1. in lib. 13. §. 25. Valentinus dixerat, Trinitatem esse trium vnitatem: & illa tria esse declara-

uerat Essentiam, Filium & Spiritum sanctum: quibus verbis essentiam posuerat loco primæ personæ, & eam numerauerat cum aliis duabus. Hæc enim sunt verba Gentilis. Tria, inquit, corrumpunt in Trinitate, Essentia, quæ dicitur Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Atque hæc est vera Trinitas, quæ est trium vnitatem, non quatuor: quicquid dicit Dominus Caluinus de etymo.

Hoc verò delirium refellens Caluinus, ait, in Trinitate non comprehendendi essentiam, quasi vna sit ex numero trium, sed includi in omnibus tribus, quod quidem verissimum est. atque vtiq; semper sic erraret Caluinus.

CAPVT SEXTVM.

Ostenditur distinctio personarum.

VANTVM ad secundum, probandum est in Deo vno & simplici verè inueniri tria re ipsa distincta, quæ nos personas, seu hypostasas dicimus: in qua reali distinctione trium, fundantur illa omnia, de quibus iam egimus, id est, personæ, proprietates, relationes, &c. Magister lib. 1. dist. 2. & multi alij afferunt pro argumento, quod Scriptura coniungat nomen Dei plurale cum verbo singulari, vt Gen. 1. In principio creauit Deus. ברא אלהים ברא Elohim, Plal. 36. Dominus iridebit eum. אדוני יצחק Adonai iisrahak Domini ridebit. Sed non puto argumentum esse admodum solidum. Siquidem Scripturæ consueto id habere videtur, vt nomina illustrium personarum ponantur in numero multitudinis, licet verba retineant numerum singularem. Quam consuetudinem nos Itali ex parte imitatur, dum viris grauibus non dicimus, Tu, sed Vos: licet vnum, non multos alloquamur.

Ac ne id, quod dico, Rabinsmum redolere videatur, à quo ego longè abesse cupio, proferam rationes sententiæ meæ. Moueor igitur his rationibus. Primo, quia video in Scriptura hoc idem fieri, quando est sermo de hominibus, aut falsis Diis, vt Exod. 20. Non habebis Deos alienos: in Hebræ. Non erit tibi Dii alij. לא יהיה לכה אלהים אחרים Lo illich lebach elohim acherim, Gen. 24. Posuit manum super femur Abraham Domini sui. In Heb. est אדוני Adonai, Dominorum suorum. Exod. 21. Si dederit Dominus eius vxorē illi. Hebraicè, Si dederit Dominus eius אדוני ירתן Adonai iרתן. At certè si quid mysterij hic lateret: non ita passim nomina pluralia cum verbis numeri singularis coniungerentur.

SECUNDO, quia si ista vocabula haberent significationem pluralem, liceret dicere, esse plures Deos veros. Quis enim reprehenderet, si in hoc Scripturam sequeremur? Cur enim, quæ so, licet Hebraicè diuinas personas appellare Deos, & hoc idem non liceat Latinè?

DICTVS, Scriptura non ponit nomen Dei in plurali, nisi coniungendo cum verbo singulari.

RESPONDEO, hoc non esse verum: nam 2. Reg. 7. vbi legimus. Quæ est autem gens sicut populus Israël, propter quem iuit Deus vt redimeret, &c. Hebraicè legimus אלהים הלבן haleu Elohim, iuerum Dii. Et alibi similia multa reperies.

Hoc igitur est quod quæro, quare liceat Hebraicè de diuinis personis dicere, Iuerit Dii, & Latinè nõ liceat: Certè nulla alia ratio est, nisi quia Hebræorum consuetudo est, vt nomen plurale rem singularem significet, Latini autem eiusmodi consuetudinem non habent.

TERCIO, quia nunquam septuaginta, nec Hieronymus vertit Dii, nec vllus ita vertere auderet. Quod est argumentum, pluralem significationem in iis locis ea nomina non habere, sed singularem.

QUARTO, quia si nomen Dei in textu Hebraico haberet pluralem significationem, vbicunq; inuenitur in numero multitudinis, esset apertissima & frequentissima contradictio in verbis diuinae Scripturæ. Siquidem frequentissimè legimus, vnum tantum esse Deum, & tamen frequentissimè etiam legimus Deos. Non est autem

credibile, voluisse Deum his apparentibus contradictionibus perturbare populum suum, & occasionem blasphemandi præbere aduersariis.

IGITUR his omiſſis, primum argumentum, & quidem demonstratiuum est hoc: Qui accipit esse ab alio, necessariò ab eo distinguitur re ipsa: nec enim fieri potest, vt aliquis producatur à seipso; sed Filius accipit esse à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque, ergo distinguuntur re ipsa inter se Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

RVRSVM, in Deo nihil potest fingi inhærens, seu non subsistens, quia in Deo nullum est accidens, & nulla compositio. Ergo hæc tria cum sint re distincta, sunt tria subsistens, & proinde tres hypostasas, seu persone.

PROBANDA est assumptio primi argumeti ex Scripturis; nam per se cætera sunt euidentia; ac Filium quidè habere ipsum suum esse à Patre, probatur primò ex illo Prouerb. 8. Dominus possedit me, id est, acquisiuit per generationem: id enim significat vox Hebræa קנני Konei. Et ne dicant intelligi hoc de Christo homine in prædestinatione, seu p̄quisitione generato ante colles; ibidem dicitur: Cum eo eram cuncta componens. Nec enim is, qui solum habebat esse, in prædestinatione, poterat cum Patre mundum creare, quod enim habet esse solum in prædestinatione, non est, sed futurum est; quod autem non est, operari non potest. Igitur Filius Dei, qui cum Patre cuncta composuit, in principio mundi iam erat, & tamen per generationem à Patre acceperat esse.

PRAETEREA Eccl. 24. dicitur, Sapientia primogenita ante omnem creaturam. Item Ioan. 5. Dedit Filio vitam habere in semetipso. Nec dici potest, hoc esse intelligendum de Christo homine: repugnat enim illud, Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. Vbi docemur, vitã datam esse Filio à Patre, non quomodo vitam habent creature, sed quomodo ipse Pater habet. Item Col. 1. dicitur, Filius primogenitus Dei, & imago eius. Vtrumque autem nomen includit necessariò distinctionem, & processionem; nec potest intelligi de Christo homine, quia ibidem dicitur de hoc primogenito, In ipso, & per ipsum condita sunt vniuersa. Item Heb. 1. vocatur Filius splendor & figura paternæ hypostasas, quæ omnia dicunt processionem. Et ne hæc trahantur ad humanitatem, additur ibid. Per quem fecit & secula.

DENIQUE Ioan. 5. legimus, Vt sumus in vero Filio eius. Certè verus Filius à Patre est natus verè, & ne dicat hoc pertinere ad solum hominem Christum, subditur; Hic est verus Deus, & vita æterna. Itaque de Filio res est certissima, habere illum esse à Patre, ac propterea distinguere re ipsa à Patre.

DE spiritu sancto probabitur postea in questione propria. Interim sufficiat illud Ioannis 15. Cum venerit Paraclætus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. Hic enim expressè dicitur Spiritus sanctus procedere à Patre, & proinde ab illo distinguari: dicitur etiam mitti à Filio, & proinde etiam ab illo distinguari: Missio enim in diuinis non potest intelligi, nisi secundum processionem vt supra dictum est, & infra etiam dicitur.

SECUNDO argumentum sumitur ex voce, Alius, Scriptura siquidem vocat Patrem alium à Filio, & Spiritum sanctum alium ab vtroque. Quod quidem aperta distinctionem, & quidem realem indicat. Ioan. 5. Filius de Patre loquens, Alius, inquit, est, qui testimonium perhibet de me. Et Ioan. 14. de Spiritu sancto; Alium, inquit, Paraclætum dabit vobis. Non autem diceremus de vna persona, alius est Marcus, alius Tullius, alius Cicero: nec de eodem, alius est orator, alius consul, alius imperator.

EST tamen obseruandum cum S. Fulgentio in lib. de obiectionibus Arianorum, Patrem, Filium, & Spiritum dici alium, & alium, & alium; non aliud, & aliud, & aliud. Siquidem, aliud, distinctionem in essentia, alius, di-

stinctionem in persona significat. Quare Ioan. 10. Christus ait: Ego & Pater vnus sumus, non alius sumus.

TERTIUM argumentum sumitur ex particulis quibusdam denotantibus distinctionem, vt apud, cum, in. Et Prouerb. 8. Cum illo eram cuncta componens. Ioan. 1. Et verbum erat apud Deum. Ibidem. Vnguentus qui est in sinu Patris. Ioan. 14. Ego sum in Patre, & Pater in me est. Matth. vlt. Baptizate omnes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. It. 48. Dominus Deus misit me, & Spiritus eius. Et Ephes. 2. Per ipsum (Filium) habemus accessum ad Patrem in vno Spiritu. Nam si Pater, Filius, & Spiritus sanctus essent sola nomina, & non res, essent omniño Synonyma, quomodo M. T. Cicero. At quis diceret, Marcus erat cum Tullio, vel apud Tullium, vel in Tullio? vel Marcus & Tullius hoc fecerunt? vel per Marcum habemus accessum ad Tullium in Cicerone?

DICENT Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum non esse sola nomina, sed Patrem esse verum Deum, Verbum autem, & Spiritum sanctum esse virtutes, siue attributa Dei Patris, ratione tamen, non re distincta ab ipso.

AT nec de virtutibus, seu attributis eiusiufmodi sententiæ verè dici possunt. Quis enim diceret, Sapientia est apud intellectum? vel sapientiã cū intellectu hoc fecit? vel homo & manus eius hoc fecerunt? Confutandum est igitur, aut Scripturam ineptissimè loqui, aut veram esse distinctionem inter Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

QUARTVM argumentum ex eo sumitur, quod Scriptura inducit Deum loquentem in numero multitudinis, vel loquentem de Deo tanquam de alia persona. Gen. 1. Dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem nostram. Gen. 3. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. Gen. 11. Venite descendamus, & confundamus linguam eorum. Gen. 19. Pluit Dominus à Domino. Osæ 1. Dixit Dominus, saluabo eos in Domino Deo suo. Zachar. 3. Dixit Dominus ad Satan, increpet te Dominus, à Satan.

ET licet Rabini hæc omnia eludant, dicentes, esse phrasas linguæ, &c. & difficile sit eos conuincere, tamen apud Catholicos habent suam auctoritatem, quia Patres passim his argumentis vtuntur. Et Concilium Syrmien- se apud Hilarium lib. de Synodis, dicit anathema iis, qui aliter explicant loca citata ex Genesi.

PRAETEREA habemus alia loca in Testamento nouo, quæ nullâ ratione possunt eludi. Ioan. 10. Ego & Pater vnus sumus. Et Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansorem apud eum faciemus. Nec enim vna & eadem persona, quæ plura nomina vel officia habeat, verè dicere potest, ratione eorum nominum vel officiorum, nos faciemus, aut nos veniemus. Siquidem facere & venire personarum est, non hominum, aut officiorum: & quis non rideret, si legeret dixisse Ciceronem, Ego & Tullius veniemus?

QUINTVM argumentum sumitur ex eo, quod Scriptura sepe de Deo loquens, ternario numero vtitur. Exod. 3. Ego sum, qui sum, qui est misit me ad vos. Ibidem. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Num. 6. Sic benedicetis filiis Israël; Benedicat tibi Dominus, & custodiat te; ostendat Dominus faciem suam tibi, & miseretur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Deut. 6. Dominus Deus Dominus vnus est. Plal. 66. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Plal. 135. Confitemini Domino, quoniam bonus, confitemini Deo Deorum, confitemini Domino Dominorum. It. 6. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus.

VBI notandum est cum Theodoro lib. 2. ad Græcos, Deum in testamento veteri noluisse proponere mysterium Trinitatis expressè, quia Iudæi incapaces erant, & quia recens exierant de Ægypto, vbi colebantur multi Dii, & intraturi erant in terram Chanaan, vbi etiam multi habebantur Dii, ne videlicet pararent, sibi etiam tres Deos proponi colendos: voluisse tamen

Deum adumbrare hoc mysterium, idque multis modis, ut cum in testamento nouo predicaretur, non videretur omnino nouum, vel repugnans Testamento veteri.

SEXTUM argumentum ex numeris binario & ternario in Scriptura expressis. Ioan. 8. In lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater: ubi aperte se, & Patrem duos testes facit. Et Ioan. 15. de Spiritu sancto addit: Ille testimonium perhibebit de me. Atque ita sunt tres. Et 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus.

VLTIMO, addi possunt congruentiae naturales, quae non demonstrent fidem, sed ea supposita ostendant id, quod asserimus, non esse contra rationem, quas congruentias non prosequar fufius, sed solum indicasse contentus ero, ne videamur in eiusmodi rationibus fidei nostrae fundamentum collocare.

IGITUR prima est, summi & infiniti boni est, se summè & infinite communicare: non autem Deus infinito ac summo modo se communicauit in productione creaturarum.

SECUNDA, perfecta beatitudo comprehendit omnia bona: & vnum, & quidem insignie bonum est consortium aequalium personarum.

TERCIA, generare sibi simile est perfectio, quae non debet abesse à Deo, qui est vndeque perfectus.

QUARTA, melius est ab aeterno Deum aliquid produxisse, quam otiosum fuisse.

QUINTA, quia inuenitur vna natura in hypostasi, ut in quolibet Angelo; plures in pluribus, ut in multis Angelis; plures in vna, ut in homine, ubi duae naturae, anima & caro, vna spiritualis, altera corporalis, in vnam hypostasim humanam conueniunt: igitur credibile est, esse quoque vnam naturam, id est, diuinam in pluribus hypostasibus, hoc est, in Patre, in Filio, & in Spiritu sancto.

SEXTA ratio sumitur ex vestigiis, quae Deus impressit quodammodo in creaturis; de quibus vestigiis differit S. August. à lib. 9. de Trin. vsque ad 15.

ITAEQUE res omnes ita affectant numerum ternarium, ut planè omnia clamare videantur auctorem suum esse Trinitatem, quae omnia fecit in pondere, numero, & mensura. Primum igitur tres solae sunt passiones omnibus rebus communes, vnum, verum, bonum. Deinde tota rerum vniuersitas distribuitur in partes tres: quicquid enim est, aut spiritale est, aut corporale, aut mixtum ex utroque.

RES spirituales in tres hierarchias diuiduntur: singulae hierarchiae in tres ordines; singuli vero spiritus Angelici non tam vestigium, quam imaginem Trinitatis referunt, cum tribus sint praediti facultatibus, memoria, intelligentia, voluntate; atque in eis ex mente nascatur notitia, ex notitia amor procedat.

PORRO in rebus corporalibus penè innumerabilia reperitur vestigia Trinitatis; sed ea persequi nimis longum, minimèque necessarium hoc loco esse videretur. Nunc ad argumenta aduersariorum diluenda veniamus.

CAPVT SEPTIMUM.

Diluatur argumentum primum contra distinctionem personarum in eadem essentia.

PRIMUM argumentum est Valentini Gentilis: Qui non gignit, nec gignitur, nec procedit, non est verus Deus; sed vnus Deus in essentia non gignit, nec gignitur, nec procedit, ergo vnus Deus in essentia non est verus Deus: sed Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt per vos verus Deus, ergo non sunt vnus Deus in essentia. Propositio primi syllogismi ita probatur. Nullus est Deus praeter Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, sed Pater gignit, Filius gignitur, Spiritus sanctus procedit: ergo qui non gignit, nec gignitur, nec procedit, non est verus Deus. Assumptio eiusdem primi

A syllogismi probatur hoc modo, Deus in essentia nihil est aliud, quam ipsa essentia communis tribus; essentiam autem non generare, nec generari, nec procedere, Sententiarum docent.

AD hoc argumentum Ioannes VVigandus lib. contra nouos Arianos, non potuit respondere, nisi negando essentiam non generare, nec generari, quicquid dixerint Sententiarum; & asserit hanc, ut ipse quidem putat, demonstrationem. Filius Dei est genitus secundum Scripturas, & Filius Dei est essentia quaedam viua, non figmentum, secundum Scripturas: ergo essentia secundum Scripturas gignitur, & proinde etiam gignit. Quo argumento proposito, quasi vno ictu omnes Sententiarum prostrauisset, subiungit. Mulier, id est, ratio in Ecclesia taceat.

AT profecto VVigandus non soluit argumentum, sed incidit in grauissimum errorem; nam si essentia gignit & gignitur, ergo duae sunt essentiae: nec enim intelligi potest vnum & idem à seipso produci: & ne dicat, hoc non esse secundum Scripturas, cogitet nos non aliter probare ex Scripturis Patrem & Filium esse distinctos ipsa re, quam quia vnus ab alio producitur.

RECTE igitur Concilium Lateranense c. 2. definit essentiam non gignere nec gigni. Nec argumentum VVigandi aliquid concludit, sed laborat fallacia accidentis: nam Filius licet includat essentiam, tamen distinguitur ratione ab ea propter relationem, quam dicit praeter essentiam: & quatenus ab ea distinguitur, conuenit ei generari, quod non conuenit essentiae: quemadmodum Pater includit eadem essentiam, sed distinguitur ab ea ratione, propter relationem paternitatis, quam habet praeter essentiam, & idcirco Pater generare dicitur, essentia non dicitur. Similis fallacia esset si diceret: Homo est species, Petrus est homo, igitur Petrus est species: vel Petrus est indiuiduum, & Petrus est homo, ergo homo est indiuiduum.

AD argumentum principale, potest distingui propositio: nam cum dicitur, qui non gignit, nec gignitur, nec procedit, non est verus Deus, si vox (DEVS) accipitur pro persona diuina in communi, propositio est vera, nam qui non gignit, nec gignitur, nec procedit, non est persona diuina: tum vero si in assumptione per vnum Deum in essentia intelligatur ipsa essentia, vera est etiam assumptio. Sed inde tantum concluditur, essentiam non esse personam diuinam formaliter, non autem concluditur, essentiam non esse verum Deum.

SI tamen vnus Deus accipitur in assumptione, ut verba sonant, hoc est, pro personis in communi, tum assumptio est falsa. Nam verum est dicere, vnus Deus in essentia gignit, gignitur, & procedit. Nam ille vnus Deus est Pater, qui gignit, est Filius, qui gignitur, & est Spiritus sanctus, qui procedit. Si vero vox (DEVS) in propositione accipitur pro Deitate, sicut potest accipi, quia in Deo non distinguitur persona à natura, propositio est falsa, ut patet, nec probatio concludit. Nam essentia non est Deus, praeter tres personas, & tamen non gignit, nec gignitur, nec procedit, quia distinguitur ratione à personis, quibus proprie conuenit gignere, gigni, & procedere.

CAPVT OCTAVVM.

Diluatur argumentum secundum.

SECUNDVM argumentum est Transyluanorum lib. 1. cap. 5. Si tres personae sint vnum in essentia, erit in Deo quaternitas, non Trinitas: nam in primis essentia, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt quatuor nomina, & non synonyma: ergo quatuor res significant. Item Pater, Filius, Spiritus sanctus sunt tres, sed essentia nihil est horum. Nam essentia non est Pater, quia non genuit, nec Filius, quia non est res genita, nec Spiritus, quia non processit: est igitur quartum aliquid.

PRAEETEREA essentia est fons personarum; ab illa enim emanant relationes, & proinde personae, quae relationi

tionis

tionibus constituuntur, at fons, & riuuli distinguuntur realiter: ergo essentia distinguitur realiter à tribus personis; ergo cum illis facit numerum quaternarium.

PRAEETEREA Papistae in Symbolo post illa verba, Credo in vnum Deum, ponunt virgulam, ne cogantur dicere, Credo in vnum Deum Patrem, ergo distinguunt Deum à Patre: sed infra etiam distinguunt Patrem à Filio, & Filium à Spiritu sancto; ergo sunt quatuor.

PRAEETEREA Papistae dicunt, tres personas in vno Deo residere, & vnum Deum se in tribus personis manifestasse: at quis ille Deus: certe non Pater, non Filius, nec Spiritus. Nullus enim horum se in tribus personis manifestauit, nec in vno horum tres personae resident; igitur est quartus quidam Deus.

RESPONDEO, nullam nos quaternitatem in Deo constituturè, quin potius anathema dicere iis, qui quaternitatem pro Trinitate colunt. Nec argumenta proposita nos quidquam inouent. Respondemus enim ad primam rationem, illa nomina non esse synonyma, nec tamen significare quatuor res, sed vnam tantum, si de absoluta dicatur: vel tres tantum, si de relatiuis: id quod indicare videtur Augustinus lib. 1. de doct. Christ. cap. 5. cum ait; Res, quibus fruendum est, Pater, & Filius, & Spiritus est; eademque Trinitas vna quaedam summa res. Sed apertius Anselmus lib. de incarnatione verbi, c. 3. docet, tres personas esse tres res, & vnam rem: tres res relatiuas, & vnam absolutam. Nec est insolitum plura nomina non synonyma significare vnum, sed diuerso modo.

DICES, si ista nomina significant vnam rem absolutam, & tres relatiuas, ergo significant quatuor res.

RESPONDEO, nullam esse consequentiam: nam res illa absoluta non distinguitur re, sed ratione tantum ab illis tribus relatiuis. Proinde in Deo est vnitatis essentiae, est Trinitas personarum, nulla verò quaternitas est.

AD secundam dico, Essentiam esse illa tria, & illa tria essentiam. Quod autem Essentia non generet, & Pater generet, non arguit distinctionem realem, sed rationis tantum. Nam etiam homo & humanitas sunt vna res, & tamen homo generat, humanitas non generat.

AD tertiam nego, Essentiam esse fontem personarum, aut relationum: nam personae à personis producuntur, relationes autem non producuntur, sed per se consequuntur ad productionem suppositorum. Immo Augustinus lib. 4. de Trinit. cap. 20. contrario modo loquitur, cum dicit Patrem esse principium totius Diuinitatis: ubi tamen non vult dicere, Diuinitatem produci, sed Patrem esse principium omnium diuinarum personarum; quandoquidem Filium producit per generationem: & Spiritum sanctum per inspirationem: ipse autem à nulla persona aut gignitur, aut spiratur.

DICES, Filiatio simul cum Filio producitur, sed non potest produci à Patre, quia paternitati opponitur, ergo producitur, & pullulat ab Essentia, quae est in Filio.

RESPONDEO, relationes posse dici pullulare ab Essentia, non quod ab illa producatur, sed quòd propter essentiam sint, non è contrario: nam ea, quae consequuntur ad aliquam essentiam in creaturis, producuntur effectiue ab eo, qui producit illam essentiam, dicuntur tamen pullulare ab illa essentia, quia propter eam dantur ab agente. Vnde si qua essentia non producatur, ut est diuina, nec proprietates producitur, sed dicentur tamen ab illa pullulare, quia propter illam sunt.

NOTA tamen, relationes non ut sunt relationes formaliter, dici pullulare, siue manare ab Essentia, sed ut sunt proprietates constitutivae personarum, nam ut sunt relationes, pullulant à personis, si vilo modo pullulationis vocabulum in Deo admittendum est.

AD quartam de Symbolo, dico, illud argumentum militare contra Benedictum Aretium Zuuinglianum. Ille enim in historia de supplicio Valentini Gentilis,

cap. 6. & 11. cum nesciret respondere ad argumentum Gentilis, qui probabat solum Patrem esse vnum Deum, quia in Symbolo dicitur, Credo in vnum Deum Patrem: opem implorauit virgulae vnus, quam inferendam esse dixit inter Deum & Patrem.

CAETERVM Catechismi Catholici non habent istam virgulam, & Patres veteres, exponetes Symbolum, semper legerunt vnum Deum Patrem, ut Irenaeus lib. 1. c. 2. Cyrillus catech. 7. Rufinus explicat. Symboli, & alij. Quanquam etiam si distingueremus Deum à Patre, per interiectam virgulam, non propterea introduceretur quaternitas: nam ibi Deus distingueretur à Patre; ut significaretur, nomine Dei non comprehendi solum Patrem, sed etiam Filium & Spiritum sanctum. Quemadmodum autem vocari Patrem in Symbolo vnum Deum, non repugnat Filij Diuinitati, supra non semel est explicatum; praesertim eum in eodem Symbolo dicatur Filius vnicus Dominus noster, nec tamen vllus neget Patrem quoque esse vnicum Dominum nostrum.

AD quintam respondeo, cum Deum dicimus se manifestasse in tribus personis, velle nos dicere, Deum esse tres personas, & hoc nobis reuelatum esse diuinitus. Quando petunt, quis est ille Deus: an Pater? an Filius?

RESPONDEO, est Diuinitas, siue est Trinitas, siue est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: quicquid enim horum respondeatur, rectissime respondebitur; pari ratione qui dicunt, si qui tamen Catholicorum ira dicunt, tres personas in vno Deo residere, nihil aliud significare volunt, quam tres personas vnus esse Deitatis, vnus Essentiae, vnus naturae, nec de verbis, cum res constat, controuersia facienda est, ut Augustinus bene monuit lib. 1. retract. cap. 15.

CAPVT NONVM.

Diluatur argumentum tertium.

TERTIVM argumentum Pater est ingenuus, & Filius genitus: ergo non sunt vnus Deus, alioqui vnus Deus erit genitus, & non genitus, quae implicat contradictionem.

ITEM generabile & ingenerabile differunt plusquam genere, sicut corruptibile & incorruptibile: ergo Pater & Filius differunt plusquam genere.

ITEM vel genitum & ingenitum sunt accidentia, vel substantiae. Si primum, ergo in Deo sunt accidentia: si secundum, ergo Pater & Filius differunt substantialiter.

RESPONDEO ad primam rationem, si vtraque propositio sit affirmatiua, vtraque est vera, & nulla est contradictio. Nam Deus est genitus, & Deus est ingenitus, non sunt contradictoria, quia in prima propositione Deus accipitur pro filio, in secunda pro Patre. At si fiat altera negatiua hoc modo, Deus est genitus, & Deus non est genitus: vel sic, Deus genuit, Deus non genuit, sunt contradictoria, sed prima est vera, secunda est falsa. Ratio est, quia nomen, Deus, absolute accipitur pro personis indistinctis; sed quando dicitur, Deus genuit, vel Deus est genitus, ratione praedicati notionalis, restringitur subiectum, Deus, ad vnam certam personam. Et sic est verum, Deus genuit, quia restringitur nomen, Deus, ad Patrem. At quando est negatiua, subiectum non restringitur per praedicatum, quia tunc nihil asseritur, sed negatur. Itaque cum dicitur, Deus non generat, vel Deus non est genitus, est sensus, nulla persona diuina generat, nulla est genita: quae sunt falsa.

AD secundam respondeo, generabile per motum differre genere ab ingenerabili, tale enim generabile natura sua est corruptibile. At generabile sine motu, & mutatione non necessarid differet ab ingenerabili. Sed facilius potest responderi, generabile & ingenerabile tum solum differre genere, cum natura eius, quod generatur, per generationem producitur: non autem cum solum communicatur vni ab alio: porro Filium dici genitum,

non quod natura ipsa eius genita sit, seu producta, sed quod eam Filius à Patre per generationem acceperit.

IT A Q U E non distinguitur Filius à Patre natura, sed solum quoad modum naturam illam habendi. Sicut Adà ex nullo homine est productus. Eua ex solo Adamo, Cain ex Adamo & Eua, & tamen erant omnes tres eiusdem naturæ specificæ: quod exemplum affert Iustin. de recta fid. confess. Nazianz. lib. 5. de Theol. Damasc. lib. 1. cap. 9. & August. lib. 1. & 2. con. Max.

A D tertiam dico genitum & ingenitum nec esse substantias, nec accidentia: nam ingenitum est negatio quædam processionis, genitum autem dicit relationem; ut etiam paternitas, ac spiratio tam actiua quam passiuæ relationes sunt. Ita respondit August. lib. 5. Trin. c. 3. 4. & 5. ubi eleganter argumentum retorquet in Arianos: nam cum dicitur, Ego & Pater vnum sumus, *Vnumme*, inquit, dicuntur Pater & Filius secundum substantiam aut secundum accidens? Si primum, ergo sunt eiusdem substantiæ Pater & Filius; si secundum, ergo in Deo sunt accidentia.

S E D dices, si ad essentiam & substantiam Dei non pertinet esse genitum vel ingenitum, quomodo non accidit hoc illi?

R E S P O N D E O cum Augustino ibidem, Deo nihil accidere posse; nam omne accidens compositionem dicit & mutationem. Vnde concedendum est, Deo esse proprium, naturale, & necessarium simpliciter, ut sit Pater, Filius, & Spiritus sanctus: & proinde vna persona sit ingenita, alia genita, alia procedens; sic tamen hæc sunt naturalia & necessaria Deo, ut non sint proprie & formaliter de essentia eius, quomodo in rebus creatis naturale est animal, & necessarium, esse rationale vel irrationale, & tamen neutrum est de essentia eius, cum tamen è contrario animal sit de essentia vtriusque, id est, tam hominis, quam bruti.

IT A igitur Essentia diuina essentialiter includitur in relationibus; nihil enim est in Deo, quod non sit essentialiter Deus, alioqui esset essentialiter creatura: at contra ipsa relatio non includitur essentialiter in essentia; nec tamen accidit ei, ut dictum est. Quin potius clarius hoc cernitur in nostro proposito, nam paternitas, filiatio, & spiratio relationes sunt; relatio autem secundum suam formalem rationem abstrahit à substantia & accidente.

CAPVT DECIMVM.

Diluitur argumentum quartum.

Q U A R T V M argumentum. Generale est summa perfectio in viuente: hanc autem perfectionem Pater habet, Filius non habet; non igitur est Filius æqualis Patri. Proinde non sunt eiusdem naturæ Pater & Filius. Et quod inde sequitur, non sunt plures personæ eiusdem essentia in Deo: & confirmatur, quia productum dicit intrinsecè dependentiā ab alio, & posterius est eo, à quo producitur, si non tempore, certè natura: at verus Deus est ens ex se independens, & necessarium, & nulla re posterius, igitur Filius non est verus Deus, &c.

R E S P O N D E O, generale dicere perfectionem, sed minimè eam deesse Filio. Est enim in Filio omnis perfectio actiue generationis, licet ipsa actiua generatio in Filio non sit, quia non est opus: nam omnè perfectionem quam habet generatio, ab essentia habet, essentiam autè totam etiam Filius habet: id quod facilius intelliget, qui obseruauerit, quod sicut principium quo generationis actiue, est essentia diuina, & ideo generatio actiua est infinita perfectionis: ita terminus quo generationis passiuæ, est essentia diuina, & ideo illa etiam infinita perfectionis, immò eiusdem protus infinitæ perfectionis est.

D I C E S, si terminus quo generationis diuinæ, est essentia, ergo essentia generatur saltem per accidens.

R E S P O N D E O, nullam esse consequentiam: nam in creaturis natura, quæ est terminus, quo per accidens ge-

neratur, quia nõ comunicatur natura Filio eadem numero cū ea, quæ in Patre, sed alia qua dā noua, quæ quia, nisi produceretur, non est, ideo produceretur, vt comunicari possit: At essentia diuina vna numero est in Patre, & comunicatur Filio: ideo per generationem minimè producitur.

A D confirmationem respondeo, in creaturis dependere Filium à Patre, quia accipit aliam numero naturam ab illa, quam habet Pater: in diuinis autem non esse eiusmodi dependentiam, quia eadē natura, quæ ex se est simpliciter independens, comunicatur à Patre Filio, id quæ naturaliter & necessario. Vnde solum est relatio mutua Patris ad Filium, & contrā, sed sine vlla dependentia in esse.

P A R I ratione negandum est, omne productum necessariò esse posterius. Solum enim productum per se requirit ordinem inter producentem, & productum, sed non prioritatem, nisi per accidens in creaturis, vbi noua natura ex non esse deducitur ad esse. At inter personas diuinas nõ potest vlla esse prioritas, & posterioritas, cum nihil habeant istæ personæ, nisi essentiam & relationem, & essentia sit vna, & eadem in omnibus, relationes autem id requirant, vt sint simul natura.

CAPVT VNDECIMVM.

Diluitur argumentum quintum.

Q U I N T V M argumentum. Quando filius genitus est, vel erat, vel non erat. Si erat, quare genitus est? Si non erat, ergo aliquando Filius non fuit, ergo non est verus Deus, ergo non sunt plures personæ eiusdem essentia.

IT E M, vel Filius semper gignitur, vel semper est genitus, vel aliquando gignebatur, & aliquando fuit genitus: si semper gignitur, nõquam terminum & perfectionem vltimam assequetur; si semper fuit genitus, quo pacto ad terminum sine via peruenit? si aliquando gignebatur, & aliquando fuit genitus: non semper eodem modo se habuit, sed mutatus est. Quæ omnia absurda sunt in Deo: non igitur in Deo plures personæ afferendæ sunt.

IT E M, vel Filius præfuit in Patre actu, vel potentia, vel nullo modo: si actu, ergo non antequam gigneretur; si potentia, ergo in Deo est potentia passiuæ; si nullo modo, ergo ex nihilo factus est.

R E S P O N D E O ad rationem primam cum Basilio lib. 2. in Eunomium, Filium non fuisse antequam gigneretur, tamen fuisse cum gigneretur: nec sequitur, frustra genitum esse. Id enim frustra fieret, immò nec posset fieri, quod esset antequam fieret. Quod autem est, dum fit, non frustra fit: certè in rebus creatis momenta temporis & sunt cum fiunt, & fiunt cum sunt. Nec etiam sequitur, Filium non semper fuisse, si non erat antequam gigneretur: nam semper genitus est, atque ita semper etiam fuit.

A D secundam Caluinus lib. 1. instit. c. 13. §. vlt. respondet, Filium semel genitum fuisse, nec iam generari: dicit enim, stultè fingi in Deo continuum actum generandi, sed profectò Caluinus repugnat Augustino in epist. 174. ad Pascentium, qui sic ait: *Semper gignit Pater, & semper nascitur Filius.* Et rationem affert optimam, quia si Pater aliquando genuit, & postea desinit, ergo aliquando etiam cæpit gignere, & antea non gignebat, ergo Filius non est æternus. Idem tamen Augustinus lib. 83. quæst. 37. & Gregorius lib. 29. moral. cap. 1. dicunt melius dici Filium Dei semper natum, quàm semper nasci; nam etiam si semper durat actus generandi, & nascendi, tamen semper etiam est perfectus & consummatus.

A D argumentum ergo dico, in generatione diuina esse, quidquid perfectionis est in via & in termino generationis, remota imperfectione. In via, quæ exprimitur per vocem (*Nascitur*) inuenitur perfectio ipsius actus nascendi, & imperfectio carentiæ termini; in termino, qui exprimitur per vocem (*Natus est*) inuenitur perfectio ipsius rei productæ, sed deest perfectio actus nascendi. In Deo ergo semper est natiuitas, sed perfecta: semper enim Filius

Dei nascitur, sed perfectus. Et hoc est semper natū esse.

A D tertiam respondeo, rem aliquam dici esse in potentia dupliciter. Vno modo in potentia actiua agentis, & hoc proprie conuenit suppositis, quæ producuntur; altero modo in potentia passiuæ materia, & hoc conuenit formæ: non enim suppositum educitur de potentia materia, sed forma.

I A M ergo si consideres ipsum suppositum Filij, præfuit in potentia actiua Patris, & hoc nullam ponit in Deo imperfectionem: nam potentia passiuæ imperfectionem dicit, actiua perfectionem. Si respicias formam Filij, id est, essentiam eius, quam Paulus Philip. 2. vocat formam Dei: illa præfuit actu in Patre, non in potentia, quia est communis vtrique.

A D argumentum, cum dicitur, Si præfuit actu, ergo fuit antequam fieret, respondeo, non esse factam ipsam formam, sed communicatam: nec est absurdum, immò necessarium, vt præexisteret quæ communicanda erat. Intelligenda autem sunt hæc omnia, quæ soant prioritatem, secundum modum nostrum intelligendi: nam quod ad rem attinet, nulla est prioritas, sed Pater semper actu genuit, ac gignit Filium.

CAPVT DVODECIMVM.

Diluitur argumentum sextum.

S E X T V M argumentum. Aut persona in Deo est finita, aut infinita: si infinita, ergo vna tantum, si finita, ergo infinita personæ deberent esse, vt respondeant infinitati essentia.

P R A E T E R E A, multiplicatio suppositorum vel est necessaria ad cõseruationem speciei, vel vt vnū suppositū perficiatur ex altero. At Deus, cum sit æternus, non eget cõseruatione; nec perfectione, cum sit perfectissimus.

D E N I Q U E, vel persona, vt persona, dicit perfectionem, vel non. Si dicit perfectionem, ergo vna perfectio est in vna persona, quæ non est in alia; & cum illa non sit accidens, erit substantialis perfectio in vna, & non in alia. Si verò persona, vt persona, non dicit perfectionem, ergo perfectior erit persona humana, quàm diuina; nam humanam certum est dicere perfectionem.

R E S P O N D E O, personam diuinam vt talem, esse infinitam, & proinde dicere summam perfectionem.

A D argumentum autem respondeo, non posse inde colligi, ergo vna tantum est persona, sed hoc solum, ergo vna est perfectio omnium personarum; est enim vna & eadem infinita perfectio in omnibus personis, sed non eodem modo. In Patre enim illa perfectio est paternitas, in Filio filiatio, &c.

A D secundum dico, multiplicari supposita in diuinis, non ad cõseruationem speciei, nec ad perficiendum vnum ex alio, sed quia id postulat natura rei intelligentis, quæ duos habet modos producendi aliquid intra se ipsam, videlicet cognitionem, & amorem. Quæ etiam est ratio cur sint tres personæ tantum, & non plures, nec pauciores: vna enim esse debet producat, nõ producta; alia producta per cognitionem, alia producta per amorem.

A D tertium dico, eandem perfectionem dicere omnes personas, sed alio modo.

Q U A E R E S fortasse, an ille modus, id est, an illa relatio dicat perfectionem. Respondeo, relationem in genere sumptam non dicere perfectionem, cum abstrahat ab ente reali, & rationis; tamè relationem realem perfectionem dicere, & relationem diuinam, infinitam perfectionem, non tamè aliam perfectionem dicere hæc diuinam relationem, aliam illa: sed omnes eandē, quæ est diuina essentia.

CAPVT XIII.

S E P T I M V M argumentum. Intellectus diuinus & voluntas idem sunt, & similiter intellectio & volitio: ergo etiam verbum & amor, id est, Filius, & spiritus sanctus, ab vno enim non procedit, nisi vnum.

P R A E T E R E A intelligēs in Deo, & intellectio idem sunt, & similiter amans & amor; ergo Pater & Filius non distinguuntur inter se, nec à Spiritu sancto.

D E N I Q U E aut Filius intelligit, aut non: si intelligit, ergo producit notitiam seu verbum, &c. si non intelligit, ergo verbum non est Deus, nec enim Deus esse potest, qui nihil intelligit.

I D E M de Spiritu sancto dici potest. Nam si amat, producit amorem, ergo aut se, aut alium: si non amat, nõ est Deus, nec enim Deus actu voluntatis carere potest.

R E S P O N D E O ad primam rationem, minorem distinctionem requiri in principiis, aut in terminis, vt planum est ex eo, quod vnus Deus tot genera rerum creauit, animus noster tot conceptus parit; vnus truncus tot ramos producit: ex quo fit, vt satis sit distinctio rationis inter intellectum & voluntatem, ad hoc vt habeant terminos re distinctos.

A D secundam dico, inde solum probari, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse vnum in essentia. Nam in Deo, intelligens, seu potius dicēs, & verbum, idem sunt, excepta relatione producentis & producti; & amans & amor idem sunt, excepta relatione producentis amorem, & amoris producti.

A D tertiam dico, Filium intelligere, & tamen non producere notitiam; & Spiritum sanctum amare, & tamen non producere amorem, est enim obseruandum, intelligere, & producere notitiam, vt etiam amare, & producere amorem, esse idem re, sed distingi ratione. Nam intelligere & amare, dicit ordinem ad obiectū, id est, ad rem, quæ intelligitur, & amatur: at producere notitiam, & amorem, dicit ordinem ad rem, quæ producitur, hoc est, ad ipsam notitiam, & amorem: sic etiam notitia & verbum sunt idē, sed distinguuntur ratione. Nā notitia dicit ordinem ad obiectum, verbum autem ad dicentem: iam ergo Pater est intelligens cum vtroque ordine, & ideo est etiam producat: Filius est intelligens, sed cum primo ordine, & non cum secundo, quia habet oppositum ordinem. Vnde ipse non est dicens, seu producat verbum.

P A R I ratione, Pater est notitia, sed non verbum; Filius est notitia, & verbum, quia habet ordinem producti, quem non habet Pater. Hinc S. Augustinus lib. 15. de Trin. c. 14. *Sicut*, inquit, *se inuicem Pater, & Filius, sed ille gignendo, iste nascendo.* Similiter Spiritus sanctus intelligit, & est ipsa notitia, sed sine relationibus producentis, aut producti. Vnde neque est dicens, neque verbum. Idem dico de amore, nam Pater & Filius amat cum relatione producentis amorem: Spiritus sanctus amat, sed cum relatione amoris producti.

CAPVT XIII.

S T A V V M argumentum. In Deo nihil est nisi essentia, & relatio: sed neutrum generat, aut generatur: ergo nihil in Deo generat, & nihil generatur: non igitur sunt in Deo plures personæ.

IT E M, verus Filius debet produci similis gignenti: sed verbum non est simile gignenti, sed obiecto, vt notum est: igitur non est verbum Dei verus Filius Dei, proinde nec eiusdem essentia cum Deo.

IT E M, Spiritus sanctus aut producitur similis Deo Patri in essentia, aut dissimilis: non similis, quia esset Filius, & tunc non esset verbum vnigēitus Filius, ergo dissimilis, ergo non est verus Deus, ergo non sunt tres personæ vnus verus Deus.

R E S P O N D E O ad primam rationem, nec essentiam, nec relationem seorsim sumptam gignere, aut gigni: sed constitutum ex vtroque. Itaque constitutum ex essentia & paternitate gignit, & constitutum ex essentia & filiatione gignitur, quemadmodum etiam in creaturis non gignit essentia, nec substantia: sed persona ipsa principium est, quod gignit, essentia est principium quo gignit, substantia est conditio, sine qua non gigneret.

AD primam confirmationem, quae erat eiusmodi, Verbum non est simile intelligenti, sed rei intellectae, ergo non est Filius intelligentis. Respondeo, Deum intelligendo seipsum, producere verbum, & proinde rem intellectam, cui verbum est simile, esse ipsum Deum, qui producit verbum.

AT, inquires, Verbum non est simile Deo, ut intelligenti, sed ut intellecto, at Deus non gignit ut intellectus, sed ut intelligens, ergo verbum non est simile gignenti, proinde nec est Filius. Præterea Filius vel est similis Patri in essentia, vel in proprietate, non in essentia: quia in essentia est idem, non in proprietate, quia in illis est dissimilis, ergo, &c.

RESPONDEO. Patrem debere producere Filium sibi similem in essentia, non similem in relatione producentis, quia non producit Patrem suum, sed Filium suum, & ideo verbum non debet esse simile Patri, ut Pater est dicens, sed ut Pater habet talem naturam, quae dicendo exprimitur.

AD illud autem, quod addebatur, Filius Patri in essentia est idem, ergo non similis. Respondeo esse eundem & esse similem: nam quatenus uterque habet illam essentiam, sunt idem in essentia; tamen quatenus ipsi sunt duo distincti, & conueniunt in illa essentia, sunt similes in essentia. Vnde cum Ariani vellent Filium dicere *ὁμοῦσιν* Patri, non *ὁμοούσιον*. Patres responderunt, posse quidem dici *ὁμοούσιον*, sed non debere negari *ὁμοούσιον*. Vide Hilarium lib. de Synodis prope finem.

AD postremam rationem, quae erat de Spiritu sancto. Respondeo, Spiritum sanctum similem produci in essentia Patri, & Filio, nec tamen esse Filium, cuius rei causa non est vique adeo certa. Scriptura siquidem rem docuit, causam tacuit, non in hac re solum, sed in multis etiam aliis, ut semper nos exerceat, & humiles discipulos habeat. Vide Athanasium in Epist. ad Serapionem: Gregorium Nazianzenum lib. 5. de Theologia: Basilium lib. 3. in Eunomium: Damascenum lib. 1. c. 10. Augustinum lib. 15. de Trinit. c. 27. lib. 3. contra Maximinum c. 14. & tract. 99. in Ioannem, qui docent rem esse altiore, quam ut à nobis perfecte intelligi possit. Quamuis Augustinus duas rationes excogitauerit, quae utcumque animo quaerentis satisfacere possunt. Ait enim lib. 5. de Trinit. cap. 14. ideo Spiritum sanctum non esse filium, quia non procedit quomodo natus, sed quomodo datus. Addit verò lib. 15. cap. 26. propterea quoque non posse vocari Filium, quia procedit ex duobus, qui nec duo Patres dici possunt, nec alter pater, alter mater.

CLARIUS B. Thomas 1. par. q. 27. art. 4. & in quaestionibus de potentia q. 10. art. 2. ad argumentum 22. rem istam explicuisse videtur. Ait enim, Verbum Dei, Filium esse Dei, quia cum procedat per actum intellectus, procedit, ut similitudo quaedam & imago producentis, idque ex vi ipsius productionis. Nec enim res verè intelligitur, nisi producatur noticia, seu verbum, quod sit ipsius rei, quae intelligitur, similitudo.

AT Spiritum sanctum idem B. Thomas docet non esse Filium Dei, quia licet similis sit Patri & Filio, non procedit similis ex vi productionis, cum per actum amoris procedat; amor autem non sit ex natura similitudo rei amatae, sed impulsus quidam in rem amaram.

CAPVT XV.

NONVM argumentum. Vel substantia est de intrinseca ratione essentiae: vel non est. Si est, ergo essentia est incommunicabilis, vel si communicatur, communicabitur etiam substantia, & tunc vel habent personam præter istam substantiam, quam accipiunt cum essentia, aliam propriam, vel non. si habent, ergo quatuor erunt substantiae, & proinde quatuor personae: si non habent, ergo vna tantum erit substantia, ac proinde vna tantum persona; si verò substantia non est de ratione essentiae, ergo essentia non est infinita

impliciter, cum non contineat omnem perfectionem, & præterea erunt diuinæ personae compositae ex essentia, & substantia, quod est absurdissimum.

RESPONDEO, hic tãgi quaestionem difficillimam, & in qua Patres discordes videntur. Nam B. Augustinus li. 7. de Trinit. c. 4. dicit, aliud esse in Deo esse Patrem, aliud esse Deum: sed ibidem docet subsistere, dici ad se, non ad aliud, proinde esse absolutum, & commune tribus.

DENIQUE addit, sic esse in Deo vnum subsistere, quomodo est vnum sapere: & sicut non sunt in Deo tres sapientiae, ita nec tres esse substantias, & cap. 6. dicit personam esse quid absolutum, & non esse aliud personam esse, aliud verò Deum esse: quamuis sit aliud, Deum esse, & Patrem esse. Vbi videtur S. Augustinus distinguere substantiam à relatione, & substantiam vnam afferere, relationes autem multas.

ITEM Anselmus in monologio c. 43. dicit personas diuinas per suam sapientiam, essentiam, & vitam subsistere, sapere & vivere: & Boëtius lib. de duabus naturis: *Subsistit, inquit, quo alio non indiget ut sit: quare quod Graeci dicunt *ὁμοῦσιν*, nos substantiam vocamus.* Similia habet Richardus lib. 4. de Trinit. c. 8. & 29. Et ipse etiam Beatus Thomas quaest. 9. de potentia, art. 5. ad 13. vbi dicit relationes habere ab essentia quod subsistunt, non è contrario essentiam à relationibus, quod alibi etiam saepe reperit. & in 1. Sententiarum dist. 26. quaest. 1. art. 2. ad 4. clarè dicit substantiam esse vnam sicut essentiam.

ITEM quoque ratione demonstrari potest: subsistere enim est proprium substantiae, non relationis; ergo non habet hoc essentia à relatione, sed à se. Et præterea si haberet à relatione, non posset explicari, quomodo sit in Deo vera generatio: nam relatio sequitur generationem, cum in ipsa fundetur: suppositum autè subsistens præcedit generationem, cum nihil agere possit, nisi sit suppositum: quomodo ergo Pater gignere potuit, si non habuit esse subsistens, nisi per relationem, & eam non habuit, nisi post generationem?

AT ex altera parte Ioannes Damascenus lib. 1. c. 6. de fide Orthodoxa sic ad verbum ait, *ὁ θεὸς λόγος τῶ μὲν ὑπερθεῶν καὶ ἐκείνων, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων, καὶ ὁ ἐκείνων ἐστὶν ὁ θεός, hoc est, Verbum Dei hoc ipso, quod per se subsistit, distinguitur ab eo, à quo habet substantiam:* vbi satis aperte plures ponit substantias. Item Sexta Synodus generalis Actio. 11. legi iussit epistolam Sophronij, & recepit eandem postea Actio. 13. in qua epistola bis reperitur Trinitatem esse numerabilem personalibus subsistentiis.

PRÆTEREA in Symbolo Athanasij, & apud omnes Græcos, dicitur alia hypostasis Patris, alia Filij: at certè non possent dici plures hypostases, nisi essent plures substantiae, sicut ideo non possumus dicere plures Deos, quia non sunt plures Deitates: non enim multiplicantur concreta substantia, nisi multiplicentur formae.

ITEM, si non sunt tres substantiae, quomodo distinguuntur realiter tres personae: nec enim realis distinctio habere potest locum, vbi non sunt distinctae existentiae, aut substantiae: certum autem est, diuinas personas non distingui existentis.

ITEM, si non sunt plures substantiae, quo pacto constabit, incarnationem esse factam in hypostasi solius Filij.

DENIQUE, si in Deo, cum vna sola substantia sunt plures personae, propter solam multiplicationem relationum oppositarum; cur etiam in Christo non sunt multae personae propter multiplicationem naturarum oppositarum, id est, naturae creatantis & creatae?

ADDE quod beatus Thomas 1. p. q. 40. art. 3. dicit relationes afferre secum, hypostases non præsupponere, & abstractis relationibus ab essentia non remanere hypostases.

UT igitur tanta hæc lis componatur, dicendum nobis esse videtur, substantiam diuinam partim esse vnam, partim multas; partim absolutam, partim relatiuam; partim communem tribus; partim propriam singulorū; denique

partim

partim de ratione essentiae, partim non de ratione essentiae. Quod ut facilius intelligatur, aliqua prænotanda erūt.

AC primum quidem, ex S. Thoma q. 8. de potentia art. 3. ad 7. substantiam duo habere officia, vnum, ut constituat suppositum, & faciat illud esse in se, id est, non pendere ab alio. Alterum, ut distinguat illud ab aliis suppositis: quae duo officia valde inter se distinguuntur. Nam vnum potest esse ante aliud, ut patet in Adamo, qui quādo erat solus, habebat esse in se; sed non distinguebatur ab aliis. Item aliquid distinguit, quod non constituit, ut patet de spiratione actiua in Deo.

NOTA secundo, aliud esse loqui de substantia respectu essentiae, aliud respectu personarū, nam si de essentia loquamur, illa non constituitur per relationem, nec accipit ab illa substantiam, sed habet in se intrinsecè substantiam, ita vt si mēte separemus ab essentia relationes, illa erit in se existens, & distincta ab omnibus aliis essentis, quamuis non habeat in se distinctas personas.

NOTA tertio, certum esse, personas habere distinctionem à relatione, & proinde substantiam quoad secundum officium: personae enim diuinae distingui debent minima distinctione, vt B. Cyrillus lib. 1. Trinit. & B. Thomas p. 1. q. 40. art. 2. ad 3. docet: minima autem distinctio est per relationem, & hoc ipsum docent passim Patres & Concilia, qui dicunt solum relationem distinctionem & numerum in Deo efficere.

AT verò vnde habeant personae diuinæ substantiam quoad primum officium, Patres non ita perspicue expresserunt, tamen nos cum S. Thoma dicimus, totam substantiam habere personas à relatione, sed non eodem modo, nam relatio includit essentiam & superaddit respectum, cum sit aliquid ad aliud; & quidem quatenus includit essentiam, constituit, & dat personam esse in se; quatenus dicit respectum, distinguit, & proinde ipsa relatio seu substantia partim est de ratione essentiae, & sonat quid absolutum, partim non est, esse autem hanc sententiam S. Thoma non negabit, qui eius opera diligenter euoluerit, siquidem ipse vbique docet, relationem constituit & distinguere personas: sed constituit, vt identificatur cum essentia: distinguere autem, vt relatio est. Vide de potentia q. 8. art. 3. ad 7. q. 9. art. 5. ad 13. & q. 10. art. 5. ad 12. contra gent. lib. 1. cap. 21. & 22. lib. 4. c. 10. 14. & 49. & p. 1. q. 3. art. 9. & q. 29. art. 4. & q. 40. art. 2. & 4. & 1. d. 26. q. 1. art. 1. ad quartum.

DICES, si relatio non constituit hypostasim vt relatio est, sed vt essentia, ergo ipsa essentia constituit, non relatio.

RESPONDEO, idem videri, essentiam constituit, & relationem, vt est essentia, constituit: tamen melius dici, relationem, vt est essentia, constituit, quā essentiam simpliciter, quia idem debet esse principium constitutis, & distinguens, quamuis non eadem ratione vtrumque faciat. Constat autem distinctiuum principium esse relationem, relatio igitur etiam debet constituit: sed tamen hoc facit, vt includit essentiam, siue, quod est idem, vt identificatur cum essentia; & per hæc cessant omnia argumenta pro vtraque parte.

AD illud primum, ergo essentia est incommunicabilis. Respondeo, negando consequentiam: nam essentia non sic communicatur, vt quæ erat in se, incipiat esse in alio, semper enim illa est in se, & nunquam in alio, cum sit simplicissima, & de eius ratione sit subsistere, sed vt quæ est in se vno modo, sit in se etiam alio modo. Itaque essentia Patris est in se ipsa, sed cum relatione producentis, & essentia Filij est in se ipsa, sed cum relatione producti, &c.

AD illud, vel habent personam pro prima substantia, præter istam essentiam, vel non. Respondeo, personas singulas non habere nisi substantias singulas, sed eas partim esse de ratione essentiae, partim non esse, vt dictū est.

AD illud pro altera parte, ergo essentia non erit infinita simpliciter. Respondeo, negando consequentiam: essentia enim continet intrinsecè quicquid perfectionis habet substantia, nam, vt supra diximus, relationes non dicunt aliam perfectionem, quā eam quæ est ipsa essentia.

AD illud, ergo persona erit composita. Respondeo, negando consequentiam, nam substantia Patris, quatenus distinguitur ab essentia, est purus respectus ad aliud, & proinde non habet ordinem ad ipsam essentiam, sed solum ad terminum.

AD illud argumentum, quod solet videri insolubile: suppositi constitutio præcedit generationem, generatio relationem, ergo suppositum non constituitur per relationem. Respondeo suppositi constitutionem præcedere generationem, sed suppositi distinctionem sequi post generationem, & propterea dicimus relationem vt sic, quæ sequitur generationem, distinguere suppositum, non constituit: at relationem vt identificatur cum essentia, & præcedit generationem, secundum modum nostrum intelligendi, constituit suppositum.

DICES, relatio etiam vt identificatur cum essentia, si relatio est, fundamentum aliquid requirit; alioqui nulla erit ratio, cur sit potius paternitas, quā alia species relationis, fundamentū autè paternitatis nullū potest fingi, præter generationem, igitur nullo modo paternitas præcedere potest generationem, & suppositum constituit.

RESPONDEO, relationes quæ accidentia sunt semper requirere fundamentum, nimirum vt habeatur ratio, cur talis relatio in tali subiecto inhaereat: at relationes, quæ sunt ipsa essentia subiecti, nullum fundamentum requirere, vt enim nemo querit, cur homo sit animal rationale, quia illa est eius essentia: ita non debet queri, cur prima persona diuina sit paternitas subsistens, quia hæc est eius essentia: & tamè fundamentum assignamus, videlicet generationem, cur hæc prima persona sit formaliter Pater, & distingatur à Filio.

AT, inquires, S. Thomas 1. p. q. 40. art. 3. dicit abstractis relationibus, non remanere in Deo hypostases, ergo substantia nullo modo est de ratione essentiae.

RESPONDEO, beatum Thomam velle dicere non remanere hypostases distinctas: nam subdit statim, hypostasis enim significat aliquid distinctum.

CAPVT XVI.

DECIMVM argumentum. Relatio, vt distinguitur ab essentia, distinguit personas: sed relatio, vt distinguitur ab essentia, non est in re, sed solum in mente; relatio enim supra essentiam non addit rem, sed rationem tantum, aliās esset in Deo aliquid ab essentia realiter distinctum, ergo personae non distinguuntur re, sed ratione tantum.

PRÆTEREA vel tota realitas, quæ est in Patre, est etiam in Filio, vel non est; si est, ergo non distinguuntur re, Pater & Filius; si non est, ergo aliqua res est in Patre, quæ non est in Filio, & cum res, vnum, verum & bonum conuertantur, aliqua vnitas, veritas, & bonitas erit in Patre, & non in Filio.

RESPONDEO, respectum, què superaddit ad essentiam relatio, distinguere personas, sed cum respectum non esse solum in mente, sed etiam in re; & vt est in re, distinguere, nam personae distinguuntur realiter, etiam si cesser omnis operatio intellectus.

QUARE ad propositionem respondeo, non distingui personas relationibus, quatenus distinguuntur ipse relationes ab essentia quomodocumque, sed quatenus sunt relationes reales, siue vt sunt idem re cum essentia, & ab ea ratione distinguuntur.

AD confirmationem dico, totam realitatem absolutam, quæ est in Patre, esse etiam in Filio, & in Spiritu sancto, sed non totā realitatem relatiuā; verè enim sunt tria entia realia, sed relatiua, Pater & Filius; & Spiritus sanctus.

N 4

A D probationem cum dicitur, ens, verum, & bonum conuertuntur, &c. Respondeo ista tria entia, esse etiam tria vera, & tria bona, si accipiantur hæc nomina adiectiue, hoc est, sunt tria habentia veritatem, & bonitatem, non tamen sunt in illis tres veritates, aut bonitates, sed vna. Et ratio est, quia relatio non dicit perfectionem quatenus est ad aliud, sed quatenus est aliquid ad aliud. In Deo autem illud aliquid relationis, identificatur cum essentia, & proinde relatio in Deo non dicit aliam perfectionem, quam ipsam essentiam, quæ est vna.

Et hinc est, quod cum dicimus in Deo esse tria entia, aut tres res, aut tres subsistentias, aut tres personas, semper addimus, vel subintelligimus, relatiuas, & nunquam multiplicamus, aut numeramus absoluta, quia sola relatio est eius naturæ, vt veram afferat distinctionem sine multiplicatione perfectionis: quia ratione sui, A D, habet oppositionem, & proinde distinctionem, & tamé ratione ipsius, A D, non dicit perfectionem: quatenus verò perfectionem dicit, cum essentia identificatur. Vide Anselmum lib. de incarnat. c. 3. vbi dicit Patrem & Filium posse dici duas res, modò per res, relationes, non substantias intelligantur, & Concilium Toletanum XI. cap. 1. vbi legitur in relationibus numerum cerni, in diuinitatis verò substantia, quid enumeratum sit, non inueniri. Vbi enim verus numerus admittitur, ibi necessariò plura entia admittuntur.

CAPVT XVII.

N D E C I M V M argumentum. Intelligentiæ, & voluntatis actiones, immanentes sunt, ac proinde steriles, vt Philosophus docet lib. 9. Metaph. textu 16. non igitur aliquid producant. At si filius, & Spiritus sanctus, non producantur per intellectum, & voluntatem, nullo modo producantur. non enim facile explicari potest, quò alio modo producantur, & cui duæ tantum personæ producantur, & cur vna Verbum, altera Amor, dici solet.

R E S P O N D E O, actiones immanentes, ac proinde intelligentiæ, & voluntatis actus, quos intellectum & dilectionem appellare possumus, nihil producere, quod maneat post actionem; aliquid tamen producere intimum ipsi actioni, & quod nomine ipso actionis appellari potest. Siquidem duobus modis actionis vocabulum accipitur: vno modo pro nuda, & sola actione, quæ pertinet propriè ad prædicamentum actionis: altero modo pro actione coniuncta cum aliqua qualitate, quæ sit quasi terminus eius. Quomodo calefactionem vocamus, cum ea tamen non sit simplex actio de prædicamento actionis, sed includat calorem aliquem acquisitum.

I T A igitur intellectio, & dilectio nõ nuda sunt actiones, sed includunt etiam aliquid per modum qualitatis, quod est quasi terminus actionis. alioqui si intellectio nuda esset actio, quomodo intelligens per intellectum fieret similis rei intellectæ? Nõne similitudo in forma, seu qualitate fundatur? Quare Philosophus non ait, per actiones immanentes nihil omnino produci, sed nihil produci, quod maneat post actionem, quemadmodum per actiones transeuntes produciatur opus aliquod re distinctum ab actione, & quod perseverat post actionem.

P R O D V E I T V R igitur per intellectum Verbum, per dilectionem Amor, quæ quidem in nobis accidentia sunt, in Deo substantia, quoniam in Deo intelligere est ipsi esse, non autem in nobis. Quare sancti Patres passim affirmant, Deum Patrem ab æterno genuisse Verbum suum, quoniam ab æterno sapiens fuit, quod non dicerent, nisi crederent, per actum intellectus Verbum Dei produci. Vide Athanasium serm. 1. 2. & 3. contra Arianos. Basilium lib. 4. in Eunuomium. Nazianzenum orat. 3. de Theolog. Cyrillum lib. 1. thesau. c. 5. & lib. 12. cap. 7. Ambrosium lib. 4. de fide, c. 4. & Augustinum lib. 6. de Trinit. c. 1. & lib. 7. cap. 1.

N E C raro etiam Patres disertè docent, Deum Verbum per intellectum produci, vt Basilium homil. in initium Ioannis. Cyrillum lib. 1. in Ioan. c. 5. Theodoretus lib. 2. ad Græcos, & Damascenum lib. 1. cap. 6. Denique Augustinus toto lib. 9. de Trin. Filium sapientiam, Spiritum sanctum amorem appellat, & Concilium Toletanum XI. cap. 1. Spiritum sanctum caritatem vocat.

CAPVT XVIII.

V O D E C I M V M argumentum. Hoc mysterium destruit tria principia, naturaliter nota. Primum illud principium, Omne est, vel non est: nam paternitas est idem re cum essentia, essentia idem re cum filiatione: ergo paternitas est idem re cum filiatione, & tamen non est idem re cum filiatione, si ab illa distinguitur realiter, ergo.

S E C V N D O illud principium, quæ sunt eadè vni tertio, sunt eadè inter se: nam paternitas & filiatione sunt eadè res cum essentia, & tamen nõ sunt eadè res inter se.

T E R T I O syllogismus expositio: nam cum dicitur, hæc essentia est Pater, hæc essentia est Filius, ergo Filius est Pater, bene videtur concludi, & tamen falsum concluditur, si fides est vera.

R E S P O N D E O ad primum, negando primam consequentiam, quia essentia habet se per modum termini communis, quia licet singularis sit, tamen verè est in pluribus suppositis. Quare in prædicationibus fungitur munere vocis vniuersalis, vt S. Thomas annotauit in 1. p. q. 39. art. 4. ad 1.

Q V E M A D M O D V M igitur hic syllogismus non valet? Homo est idem re cù animali, animal est idem re cù equo, ergo homo est idem re cum equo: ita nec iste valet, paternitas est idem re cum essentia, & essentia idem re cù filiatione, ergo paternitas est idem re cum filiatione.

A D secundum dico, eam maximam non esse veram vniuersaliter, nisi quando aliqua sunt eadè vni tertio adæquatè, sicut in Mathematicis, vbi si duæ lineæ sint æquales vni tertio, vniuersaliter erunt æquales inter se, quia ibi est summa adæquatio.

A T verò si dicas homo, & equus sunt idem re cum animali: ergo & inter se, non valet, quia homo & animal non sunt idem re adæquatè: ita etiam essentia & paternitas non sunt idem re adæquatè, quia essentia ad plura se extendit, nec est verum, istam maximam esse fundamentum totius discursus humani, si nullæ addantur limitationes, alioqui frustra essent tot figure, & modi syllogismorum, quibus explicatur quomodo coniungi debeant duo extrema cum medio, vt possit concludi esse etiam inter se coniuncta.

A D D E, quod etiam si illa maxima esset vniuersaliter vera in rebus finitis, non propterea deberet esse vera in Deo infinito: nam si anima rationalis, quia spiritalis, naturaliter est in pluribus partibus corporis realiter distinctis, nec valet iste syllogismus manus & pedes sunt idem loco cum anima; sunt ergo idem loco inter se, quãto magis Deus, quia est infinitus Spiritus, poterit esse simul in pluribus suppositis.

A D tertium nego esse syllogismus expositio: nam (hæc essentia) habet se per modum termini communis, vt dictum est. Quare sicut non valet, aliquis homo est Petrus, aliquis homo est Paulus, ergo Paulus est Petrus: ita non valet, hæc essentia est Pater, hæc essentia est Filius, ergo Filius est Pater. Atque hæc tamen quidem de distinctione Trinitatis generatim disseruimus. Nunc speciatim de distinctione Patris à Filio disseremus, quæ erat pars quarta propositæ disputationis.

CAPVT XIX.

An Filius Dei sit autotheos.

S T nona quædam hæresis, quæ nescio an sit in re, an solum in verbis. Genebrardus enim lib. 1. de Trinit. refellit ex professo hæresim, quam

vocant autotheorum, id est, eorum, qui dicunt Christum esse Deum à seipso, non à Patre, & hanc hæresim tribuit Caluino, & Beza, & in præfatio. eorum libr. suscipitur Franciscum Stancarum auctorem primum huius hæresis fuisse. Guillelmus etiam Lindanus in secundo Dialogo, quem inscribit, Dubitantius, & Petrus Canisius præf. lib. de S. Ioan. Baptista eundem errorem Caluino attribuunt.

E x quo errore apertè sequitur aut Filium non distinguunt personaliter à Patre, qui est error Sabellij; aut certè distinguunt etiam natura, & non esse Filium Dei, sed aliud quoddam principium; qui error accedit proximè ad Manicheismum. Dicam igitur quid de tota hac re sentiam.

P R I M V M in Stancato nihil tale inuenire potui, fautor tamen, me non legisse omnia ipsius opera, sed ea solum, quæ de Trinitate, & mediatore scripsit. Caluinum existimo, quoad modum loquendi, sine dubio errasse, & dedisse occasionem, vt de illo scriberentur, quæ scripta sunt à nostris. Nam lib. 1. inst. cap. 13. §. 19. ita ait. *Nunc scriptores Ecclesiastici Patrem Filij principium esse tradunt, nunc Filium à seipso, & diuinitatem, & essentiam habere asserunt.* Et infra: *Ergo cum de Filio sine Patris respectu simpliciter loquimur, bene, & propriè Filium à se esse asserimus.* Et §. 23. de Filio loquens; *Quomodo, inquit, creator, qui omnibus esse dat, non erit à seipso, sed aliunde essentiam mutuabitur?* Et idem Caluinus in Epistolis ad Polonos, & in lib. contra Gentilem passim asserit Filium esse *aut theos*, hoc est, à seipso Deum, & improprie, & durè etiam dictum esse in Symbolo, Deum de Deo, lumen de lumine.

S E D quamquam hæc ita se habeant, tamen dum rem ipsam excutio, & Caluini sententias diligenter considero, nõ facile audeo pronunciare, illi in hoc errore fuisse, siquidem docet Filium esse à se respectu essentia, non respectu personæ; & videtur dicere velle, personam esse genitam à Patre, essentiam non esse genitã, nec productam, sed esse à seipso, ita vt si à persona Filij remoueas relationem ad Patrem, sola restet essentia, quæ est à seipso.

C V R autem Caluinum ita sensisse credam; exponam breuiter, non tam vt illum defendam, aut excusem, qui se tot suis hæresibus indignum reddidit non modò defensione, sed etiam communionem Catholicorum, quam vt ostendam non esse opus immorari in ista quæstione, cum in re non sit quæstio.

P R I M O Caluinus fatetur lib. 1. inst. cap. 13. §. 13. vnam numero naturam esse in tribus distinctis personis, & ibi dicit Filium à Patre genitum. At certè non est intelligibile, quomodo Filius sit à Patre, & habeat eandem naturam cum Patre, & non habeat illam à Patre. nec enim Filius dici potest sola relatio, sed aliquid subsistens in natura diuina.

P R Æ T E R E A ibidem §. 23. apertè dicit, essentiam à Patre Filio esse communicatam. *Si in essentia, inquit, est discretio, respondeant, an non cum Filio eam communicauerit? hoc verò non potuit esse ex parte, quia dimidium fabricare Deum nequas esset. Adde quòd hoc modo sedè lacerarent Dei essentiam, restat vt tota, & in solidum Patris, & Filij sit communis.* Hæc ille, qui rursum §. 25. dicit Filium esse sapientiam genitam, & Patrem esse fontem Deitatis.

D E N I Q V E qui asserunt Filium à seipso habere essentiam, ideo errant, quia coguntur vel facere Filium genitum, & eandem personam cum Patre, vel multiplicare essentias, vel certè distinguere essentiam à persona realiter, & sic introducere quaternitatem.

A T Caluinus lib. 1. inst. cap. 13. §. 19. Filium asserit genitum à Patre, & vnam numero ponit essentiam in tribus personis, item §. 23. docet essentiam Patris Filio communicatam esse. Denique §. 25. non distinguit essentiam à personis realiter, sed solum ratione.

S E C V N D O probo ex causa, quæ impulit Caluinum ad hanc sententiam. Causa enim fuit, quia Valentinus Gentilis perpetuò iactabat solum Patrem esse *aut theos*, & per hoc nomen intelligebat solum Patrem habere essentiam verè diuinã, & increatam: Filium autem, & Spiritum sanctum habere aliam essentiam productam à Patre, & ideo quoad essentiam eos non esse autotheos. Caluinus igitur occurrere volens Valentino, contrarium asseruit, nempe Filium esse autotheon quoad essentiam, id est, in eo sensu, quo id à Valentino negabatur.

T E R T I O probo ex discipulorum eius doctrina. Nam Beza in axiomatibus de Trinitate, axioma 14. dicit Filium esse à Patre per ineffabilem totius essentia communicationem ab æterno: & tamen ipse etiam cum suo magistro facit Christum autotheon.

I T E M Iosias Simlerus Caluini sectator in epist. ad Polonos defendit autem Filij, & sic explicat suam & Caluini sententiã; *Non negamus, inquit, Filium habere essentiam à Deo Patre, sed essentiam genitã negamus; quæ Iosias sententia, non video, cur Catholica dicenda non sit.*

R E S T A T, vt modum loquendi Caluini, qui dicit Filium habere à se essentiam, simpliciter esse repudiandũ, & contrario modo loquendũ esse demonstremus. Primum igitur is loquendi modus pugnat cù verbo Dei. legimus enim Ioan. 5. *Pater dedit Filio vitam habere in semetipso.* Et Ioan. 6. *Ego vivo propter Patrem.* At si vitam dedit Patre Filio, certè & essentiam, idem enim Deo esse & viuere. Item Matth. 11. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Cur non & essentia? Ioan. 7. *Ego scio eum, quia ab ipso sum.* Et cap. 8. *Sicut docuit me Pater, loquor in mundo, & quæ audiui à Patre meo, &c.* At non potest intelligi quomodo Pater tradiderit Filio scientiam, nisi tradendo essentiam, vt supra ex Augustino docuimus.

P V G N A T secundo cum Conciliis. Nam omnia ferè Concilia post Nicænum receperunt Symbolum Nicænum cum illis verbis, *Deum de Deo, lumen de lumine, vt Sardicense, Constantinopolitanum I. Ephesinum I. & omnia alia.* At protestò est intolerabilis Caluini superbia, qui eam formam loquendi reprehendit, quam omnia Concilia primaria approbarunt.

N E C dissimilis est in hac parte Caluinus Arianis. Nam in Concilio Aquileiensi S. Ambrosio, nunquam potuit extorquere à duobus hæreticis Arianis, vt dicerent Filium esse Deum verum de Deo vero, semper enim illi respondebant, Filium esse verum vni genitum, veri Dei Filium, & similia, nunquam autem verum Deum de Deo vero, etiam si fortè ceteris interrogati sint. & à Caluino in Concilio Lausanensi nunquam potuisse extorqueri, vt fatetur Filium esse Deum de Deo, refert Petrus Carolus, qui interfuit, in Epist. ad Cardinalem Lotharingiæ.

P V G N A T tertio, cum doctrina Patrum: Nam Gregorius Thaumaturgus in suo Symbolo dicit Filium esse Deum ex Deo. Et ante eum Iustinus initio lib. de recta fidei confessione. *Pater, inquit, inuisibiliter habet essentiam, Filius nascibiliter.* Epiphanius hæres. 69. vocat Filium Deum de Deo. Hilarius initio lib. 4. de Trin. *Nihil, inquit, nisi natum habet Filius, id est, Omnia habet propter naturam.* Augustinus tract. 31. in Ioan. *Quicquid, inquit, est Filius, de illo est, cuius est filius, ideo Dominum IESVM dicimus Deum de Deo, lumen de lumine.*

P V G N A T quarto cum ratione, & cum ipsa Caluini sententia. Nam si ipse asserit Patrem communicasse Filio essentiam, quomodo potest verè dicere Filium habere à se essentiam? Item, si dicit, Filium esse productum à Patre, quomodo potest negare essentiam, & vitam in Filio esse à Patre? nec enim Filius dicitur sola proprietates, sed integra hypostasis.

A D D E, quod rationes eius nihil valent. Nam primo, Caluinus dicit se moueri Patrum auctoritate, qui interdum dicunt Filium à se ipso esse. Citat autè Augustinum

in Psal. 109. & Cyrillum lib. 7. Trinit. qui dicunt Patrem & Filium esse vnum principium. Ex quo videtur sequi tam Patrem, quam Filium carere principio, & proinde esse à se. Item citat Augustinum, qui in Psal. 68. initio, & tract. 39. in Ioan. ait, Filium ad Patrem dici, Deum autem ad seipsum, sicut Pater ad Filium dicitur Pater, ad se dicitur Deus.

SED ista argumenta nihil concludunt. Nam Patrem, & Filium esse dicimus vnum principium respectu creaturarum, cum quo tamen coheret, vt Pater sit principium sine principio, Filius principium de principio, vt idem Augustinus explicat tract. 39. in Ioan. vbi exponens illud, Ioan. 8. Tu quis es principium, qui & loquor vobis, dicit Filium esse principium, sed de principio, sicut est Deus de Deo, lumen de lumine.

NEC est idem, Filium esse Deum ad se, & Deum à se. Nam illud primum significat nomen Dei non esse relatiuum, & tamen conuenire Filio, & hoc Augustinus dicit, & verum dicit, quia etiam si Filius sit relatiuum, tamen est relatiuum subsistens, & diuinum, & proinde essentiam includens, quæ absoluta est. At verò Filium esse Deum à se, significat Filium Dei non esse Filium Dei, sed ingentium, quod Augustinus numquam dixit, sed Caluinus falsò illi attribuit.

SECUNDA ratio Caluini est, quia si Filius non haberet à se essentiam, esset precariò Deus, immò Deus titularis, & re ipsa similis creaturis, quæ aliunde suum esse accipiunt.

RESPONDEO, hoc argumentum bene concludere contra Gentilem, qui ideò dicebat Filium non habere à seipso essentiam, quia putabat ipsum habere essentiam quandam creatam à Patre. At contra nos nihil valent illa consequentiæ, nam etsi dicamus Filium à Patre habere essentiam, tamen dicamus eam habere per necessariam, & naturalem communicationem, & ideò nõ esse precario, sed naturaliter Deum. Item dicimus, eum à Patre accipere eandem essentiam, quam habet Pater, & ideò non esse titularem, sed verum, & realem Deum.

TERTIA ratio est, quia Filius dicitur Iehoua sicut Pater, & hoc nomen significat ipsum esse ceu fontem effendi, & proinde à seipso est, quoad essentiam.

RESPONDEO, hoc etiam argumentum contra Gentilem bene concludere, quia si Filius est fons effendi, non ergo habet essentiam deriuatam ab alia essentia, sed habet illam vnam essentiam, à qua pendent omnes essentia; tamen sicut dicitur Deus de Deo, & principium de principio, sic potest dici fons effendi de fonte effendi, vt B. Augustinus dicit in lib. 7. de Trin. c. 2. & lib. 15. c. 14. vbi ait, *Filium esse Deum de Deo, lumen de lumine, sapientiam de sapientia, essentiam de essentia; & tamen Patrem & Filium vnu esse Deum, vnum lumen, vnam sapientiam, vnam essentiam.* Vbi tamen obseruandum est, eum accepisse nomina abstracta pro concretis, cum dixit essentiam de essentia, sapientiam de sapientia.

ADDENDVM est hoc loco tã Patrem, quam Filium posse dici *auròv*, sed alio sensu quam acceperint Valentinus, & Caluinus hoc vocabulum. Nam si *auròv* significaret eum, qui est Deus à seipso, vt illi existimant, certè nec Pater, nec Filius posset dici *auròv*, nam Filius non est Deus à se, sed à Patre, Pater etiam non est Deus à se, sed à nullo. esse enim à se est productum esse à se, Pater autem esse simpliciter ingentus, & inproductus.

NEC probanda est forma loquendi Lactantij, qui lib. 1. c. 7. dicit, Deum à seipso esse procreatum, at potest *auròv* significare eum, qui est ipse Deus, id est, verissime Deus, quomodo dicimus, hæc est ipsa veritas, & Greci dicunt *αὐτῆς ἑαυτῆς*. Item *αὐτῆς ἑαυτῆς* proprius, seu germanus frater, *αὐτῆς ἑαυτῆς* proprii iuris. & in hac significatione Epiphanius hæc. 69. vocat Filium Dei *αὐτῆς ἑαυτῆς*, & *αὐτῆς ἑαυτῆς*, id est, verè perfectum, & verè Deum.

CAPVT XX.

De processione Spiritus sancti à Filio.

EST AT pars postrema disputationis de distinctione personarum, in qua explicanda est distinctio, & processio Spiritus sancti à Filio: quæ controuersia necessariò tractanda est, tum propter Armenos, Græcos, Ruthenos, Moscos, & alios qui adhuc in errore perseuerant, tum etiam propter novos Arianos. Nam Valentinus Gentilis protheti 37. & 36. solum Patrem vult esse essentiatorem Filij & Spiritus sancti.

ET quoniam Græci non solum non credunt Spiritum sanctum à Filio procedere, sed etiam conueniunt Latinos ad Symbolum addidisse particulam, *Filioque*, sine consensu ipsorum: tria tractanda erunt. Primo, de origine huius heresis, & schismatis, & de tempore illius additionis factæ. Secundo, an processio Spiritus sancti à Filio procedat. Tertio, an potuerint & debuerint Latini addere ad Symbolum illam particulam.

VIDE de tota re Magistrũ cum Doctoribus lib. 1. d. 11. Ansel. in lib. de processione Spiritus sancti. B. Tho. in opusculo de erroribus Græcorũ, & de potentia q. 10. art. 4. & 5. Richardum Armachanum lib. 6. qq. Armenicarum, Gennadium Scholarium in opusculo pro Latinis c. 1. & Hugonem Etherianum de processione Spiritus sancti. denique Bestarionem in oratione dogmatica, & Concilium Florentinum.

CAPVT XXI.

De origine huius heresis.

PRIMVS auctor huius heresis videtur fuisse Theodoretus (qui tamen postea in Concilio Chalcedonenſi opera S. Leonis Papæ Ecclesiæ reconciliatus est, & in suam sedem, ex qua pulsus fuerat, restitutus) cum aliis qui Nestorio fauebant circa annum Domini CCCXXX. Nam quod in prolegomenis quintæ Synodi quidam Iustinianus Episcopus Sicilia in epistola ad Petrum asserit, Macedonium docuisse, Spiritum sanctum à solo Patre spirari, non est vilo modo probabile. Nam Macedonius de Spiritu sancto cum Arianis sentiebat, teste Augustino, de hæres. c. 52. Ariani autem Spiritum sanctum filij creaturam dicebant, vt S. Basilius testatur lib. 2. in Eunomium, vbi dicit, Arianos ex eo probare solitos, Filium esse Patre minorem, quod Pater creauerit Deum quendam paruum, hoc est Filium: Filius autem non potuerit creare Deum, nec magnum, nec paruum, sed Spiritum sanctum produxerit, qui nullo modo est Deus.

ADDÈ, quòd Concilium secundum congregatum est contra Macedonium, & tamen in symbolo posuit ex Patre procedentem: sed fortasse incorrectum textum habemus illius epistolæ, & pro, spirari Macedonius à solo Patre Spiritum sanctum, legendum est, separari. Separabat enim Spiritum Macedonius à solo Patre, quia solius Filij volebat illum esse facturum.

EXSTANT igitur refutationes anathematismorum S. Cyrilli per Theodoretũ editæ, tam in tomis Conciliorum, quam in operibus S. Cyrilli, in quibus refutationibus c. 9. disertè Theodoretus dicit Spiritum sanctũ nec esse à Filio, nec per Filium, sed à solo Patre.

EXSTAT etiam in tomis Conciliorum & in operibus S. Cyrilli, & in Concilio Ephesino nuper edito tom. 2. c. 37. Symbolum Nestorianum, in quo etiam habetur, Spiritum sanctum non habere per Filium suam subsistentiam, sed à solo Patre esse.

QUIA tamen hoc obiter Nestoriani dixerant, & alia erat causa, quæ tunc seriò agebatur, nõ videtur iste error altius radices tunc egisse, nulli enim inueniuntur, qui de hac re tractent vsque ad annũ Domini CCLXVII. Hoc autem anno, scribit Ado Viennensis in Chronico, celebratum fuisse magnum Concilium Gentiliaci, & disputatum coram Pipino Rege Caroli Magni patre inter

Romanos & Græcos de Trinitate, & imaginibus: cuius disputationis & Concilij meminerunt etiam Rhegino, Sigebertus, & Abbas Urspergensis in Chronico. Nec videtur vlla potuisse tractari alia quæstio inter Græcos, & Latinos de Trinitate, quam de processione Spiritus sancti: non enim alia controuersia est, nec fuit inter Græcos, & Latinos de Trinitate.

POST annos deinde circiter centum tempore Nicolai I. qui sedit anno DCCCLX. Græci aperti cum Latinis de hac re contendere cœperunt. Nam eo tempore Theophylactus floruit qui in c. 3. Ioan. scribens, nominatim arguit Latinos, quod credant Spiritum sanctum ex Filio procedere. Et Ioannes Diaconus, qui eodem tempore vixit, lib. 4. vitæ S. Gregorij cap. 75. dicit Græcos vertisse in Græcam linguam dialogos S. Gregorij, & abrafisse illam particulam, *filioque procedit.*

CATERVM post alios CC. annos, id est, anno MLIV. tempore Leonis IX. perfectum schisma cœpit, adeo vt antea solum semina iacta videantur. Hoc enim anno, imperante Constantino X. qui dicebatur Monomachus, Patriarcha Constantinopolitanus, Michael nomine cupiens vniuersalis Patriarcha re ipsa fieri, cuius dignitatis nomen iamdiu sibi vsurpauerant eius prædecessores, promulgare cœpit Romanũ Pontificem, & omnes alios Latinos excommunicatos esse, quod contra decretum Concilij Ethesini ad Symbolum aliquid addidissent: Romano autem Episcopo deiecto de prima sede, ad se primatum Ecclesiæ iure pertinere, qui post Romanum primus esset. Nec id solum tunc Græci fecerunt, sed etiã omnes Ecclesias Latinorum, quæ in eorum ditone erant claudi iusserunt. Imperator etiam premium constituit iis, qui contra Latinos aliquid scriberent.

HÆC ita esse, cognoscit potest ex Epist. Leonis IX. ad Imperatorem Constantinum, & Patriarcham Michaelẽ, item ex Anselmo, qui illo ipso seculo scripsit librum suum de processione Spiritus sancti contra Græcos. Item ex Sigeberto in Chronico anni MLIV. & ex S. Antonino in historia p. 3. t. 22. c. 13. §. 11. Hæc de origine huius schismatis.

QUANDO autem additũ sit ad Symbolum illud, *Filioque* non est planè certum. Antoninus loco citato, §. 10. dicit Nicolao I. obiectum fuisse à Græcis, quod addidisset ad symbolum, sed in historiis antiquis hoc non inuenitur, & præterea in Concilio Florentino ses. 7. Andreas Episcopus Coloffen. qui partes Latinorum tuebatur, asseruit Græcos Nicolao id non obiecisse, cum tamen quærerent omnes occasiones eum lædendi, Deniq; certum est, additionem hanc multo esse antiquiorem.

IDEM Andreas ibidem dicit, tempore sextæ Synodi, id est, post annum Domini DC. hanc additionem factam esse à Romano Pontifice in Concilio ingenti Latinorum Patrum, propter dissensiones quasdam exortas in Gallia & in Hispania.

ET quamuis non possimus certò notare annum, aut pontificem certum, tamen videtur omnino hoc tempore id esse factum. Nam in Concilio Toletano VIII. recitatur symbolum cum hac additione. Fuit autem celebratum hoc Concilium circa annum Domini DCLIII. & ante hoc tempus non inuenitur Symbolum Constantinopolitanum cum tali additione: Nam in Concilio Toletano III. celebrato anno DLXXIX. legitur Symbolum sine vlla additione.

SIGNVVM etiam huius rei est illa quæstio, quam diximus tractatã inter Græcos & Latinos in Concilio Gentiliaciensi, quia enim Ecclesia Latina iã cœperat vt Symbolo cum additione, Græci quæstionem mouerunt, si gnium etiam huius rei est, quòd in VII. Synodo generali act. 7. idem Symbolum cum additione recitatur.

QUOD autem quidam dicunt, additam hanc particulam fuisse in Concilio Romano à Damaso Papa, illo

ipso tempore, quo celebratum est Concilium I. Constantinopolitanum, quæ duo Concilia vnum Concilium generale efficiunt: non video quemadmodum rectè defendi possit. Exstat quidem inter opera S. Hieronymi Symbolum quoddam sub nomine Damasi, in quo hæc particula habetur, sed non quærimus, quis in suo Symbolo posuerit, Spiritum sanctum ex Filio procedere, sed quis id addiderit Symbolo Constantinopolitano. Non fuisse autem Damasum, his argumentis probamus, nam si ita esset, cur nulla huius rei mentio inueniretur, vel in 1. tomo Conciliorum, vel lib. 9. c. 16. historiae tripartite? Quomodo Theodoretus, vir planè doctissimus, & qui in historia sua inseruit epistolas Concilij Constantinopolitani ad Damasum, & Damasi ad Concilium, additionem istam ignorasset? Ignorasse enim eum eiusmodi additionem ex eo colligitur, quod tam audacter scripsit, Spiritum sanctum ex Filio non procedere.

CVR item Leo Papa III. Symbolum Constantinopolitanũ (vt refert Petrus Lombardus lib. 1. sententiarum dist. 11.) in argentea tabula sine illa additione scribi iussit? Ignorauit fortasse Leo acta prædecessoris? an voluit contrarium potius definire? Cur Concilium Toletanum III. sine illa additione Symbolum recitauit, si tanto antea in Symbolo locum suum illa additio obtinuerat? Cur denique Græci non ante annum DC. quæstionem mouerunt? & quo colore dicere ausi sunt Latinos peccasse contra canones Concilij 3. illius particulæ adiectione, si ea in Concilio secundo addita fuerat? Maneat igitur quod supra diximus, post annum Domini DC. additionem illam esse factam.

CAPVT XXII.

Ex Scripturis ostenditur, Spiritum à Filio procedere.

AM igitur, quod Spiritus sanctus à Filio procedat. Primum ex Scripturis demonstrandum est. Ait Dominus Ioan. 16. *Omnia que habet Pater mea sunt.* Et Ioan. 17. *Omnia tua mea sunt.* Ex quibus verbis ita concludi potest argumentum, Quicquid Pater habet, habet etiam & Filius, excepta solum relatione paternitatis, vt Augustinus exponit: sed Pater habet esse principium Spiritus sancti, ergo & Filius idipsium habet: Vnde Augustinus lib. 5. Trinit. cap. 14. *Est Filius, inquit, hoc omnino, quod pater, non tamen Pater, quia iste Filius, ille Pater.* Vbi Augustinus sequutus verba Domini docet, Filium esse omnino idem cum Patre, excepta relatione paternitatis.

EX quo manifestè sequitur esse etiam Filium spiratorem Spiritus sancti, nam hoc non est esse Patrem, & tamen habet hoc Pater, vt sit spirator.

DEINDE si Pater, & Filius non haberent omnia communia, excepta relatione opposita, distinguerentur plus quam relatione, & proinde distinguerentur substantia; nam Pater, vt spirator, non est relatiuum ad Filium: ergo si vt spirator, distinguitur à Filio, distinguitur per spirationem, non vt relatio est, sed vt est forma quedam in Patre subsistens: proinde Pater & Filius in substantia differrent, quæ est hæresis Ariana.

SECUNDO probatur ex illis verbis eiusdem capituli: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annũciabit vobis.* Quid, quæso, accipiet à Filio Spiritus nisi scientiã? nõ paulò antè dixit, *non enim à seipso loquetur, sed quecumque audiet loquetur,* & de scientia exponunt Chrysofost. Cyrillus, & Augustinus, necnon etiam Theophylactus, & Euthymius. Quomodo autem potest Spiritus accipere à Filio scientiam, nisi accipiendo ab illo essentiam? quicquid enim aliud dicatur, fiet Spiritus sanctus creatura.

INSINVANT duas solutiones Theophylactus, & Euthymius. Primum dicunt, Spiritum accipere de scientia Filij, quia nihil docet contrarium iis, quæ docuit Filius. Deinde addunt illud, de meo, significare de meo thesauro, qui est Pater: ac si Filius diceret, inde Spiritus

accipiet, unde ego accepi.

A T certe prima solutio non quadrat, nam non solum Christus dicit, accipiet de meo, sed etiam dicit, non loquetur à semetipso, ubi aperte indicat scientiam Spiritus sancti non esse illi à seipso, sed à Patre & Filio.

S E C U N D A solutio etiam non quadrat, nam thesaurus scientia in Deo non est persona Patris præcisè, ut persona, sed essentia diuina, quæ est communis Patri, & Filio, nam & thesaurus & scientia perfectionem absolutam significant, quæ sine dubio ipsa essentia est. Quocirca B. Paulus de Filio dicit. Col. 2. *In Christo IESVS omnes thesauri sunt scientiæ & sapientiæ Dei.* Spiritus ergo accipiens de hoc thesauro, accipit necessariò de re cõmuni Patri & Filio, & proinde non magis ab vno accipit, quàm ab alio, unde Didymus lib. 2. & Cyrillus in hunc locum fatentur, hinc deduci Spiritum à Filio esse. Sed petes, cur dicit, *de meo*, & non potius, *meam essentiam*, seu sapientiam accipiet? & cur ait in futuro, *accipiet*, & non potius in præterito, *acceperit*?

R E S P O N D E O, dicit, *de meo*, quia procedens de Filio Spiritus sanctus non totum id, quod est in Filio, accipit, non enim filiationem accepit, sed essentiam, ex qua & filiatione constituitur Filius secundum modum nostrum concipiendi. Et hoc indicauit ipse Dominus cum ait; *Omnia quæ habet Pater mea sunt: ideo dixi, quia de meo accipiet*, id est, accipiet id quod est commune mihi, & Patri, non autem propria vtriusque.

C V R autem dixerit in futuro, ratio est, quia acceptio illa æterna est, & continet in se virtute omnia tempora, & ad omnia tempora accommodari potest, unde S. Augustinus exponens hunc locum sic ait: *Erit, fuit, est, erit, quia nunquam deerit; fuit, quia nunquam defuit; est, quia semper est.* Itaque cum omnia tempora in æternitate contineantur, & omnes propositiones de rebus æternis veræ sint, quocumque tempore exprimantur: Scriptura varia tempora exprimit, prout res de qua agitur postulat, hoc autem loco describitur Spiritus sanctus tanquàm legatus à Patre & Filio mittendus ad Apostolos: legati autem tunc solent instrui, quando mittuntur, ideo dicit, *quocumque audierit, & de meo accipiet.*

T E R T I O probatur ex eodem textu, ubi legitur, *Si non abiero, paraclæticus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.* Et c. 15. *Cum venerit paraclæticus, quem ego mittam vobis à Patre.* Omnis missio aut est per imperium, quomodo mittuntur serui à dominis, aut per consiliu, quomodo mitti dicuntur, qui instruuntur à sapientioribus; ut cùm mittuntur ægroti à medico ad capiendam medicinam; aut per naturalem productionem, quomodo arbores mittere dicuntur radices, emittere flores, &c.

C E R T V M autem est Spiritum sanctum non posse mitti ut seruum, vel ignorantem à potentiore vel sapientiore: constat enim inter nos & Græcos, Spiritum sanctum esse Deum, ergo missio eius erit intelligenda secundum productionem: & hoc idem confirmatur ex Augustino lib. 4. Trin. c. 19. 20. & sequentibus, qui dicit Filium mitti, esse Filium nasci, Spiritum sanctum mitti, esse Spiritum sanctum procedere.

R E S P O N D E N T Græci, missionem Spiritus sancti per Filium, vel à Filio non significare processionem, quoad internam substantiam, sed missionem externam ad creaturam per donorum largitionem; & quoniam etiam Filius donat hominibus gratiam, fidem, spem, caritatem, ideo dicitur dare, seu mittere Spiritum sanctum, quia nimirum dat dona, quæ dicuntur Spiritus sancti.

A T certe quando dicitur dari seu mitti Spiritum sanctum, non solum dantur dona creata, sed cum donis illis datur etiam verè, & mittitur Spiritus sanctus: & contraarium asserere, est manifestus error. Nam Rom. 5. dicitur: *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, quia datus est nobis.* Vides aperte distingui Spiritum san-

A & dona eius, & vtrumque dari. Item 1. Cor. 6. *Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, quem habetis in vobis.* Et infra: *Portate Deum in corpore vestro.* At certè dona Spiritus sancti non sunt Deus, neque illis debetur templum. Et 1. Ioan. 4. *Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Ergo non sola caritas in nobis manet, quæ non est Deus, sed manet verè ipse Deus.

D E N T Q V E quæ dicuntur Ioan. 16. *Si non abiero, paraclæticus non veniet ad vos, & si abiero, mittam eum ad vos.* Et Ioannis decimo quarto. *Aut paraclæticus dabit vobis, &c.* non nisi absurdissimè exponitur de donis. Dona enim nec veniunt, nec mittuntur, nec possunt conferri cum Christo, ut vnus paraclæticus cum alio.

A C C E D A T auctoritas Patrum, Ambrosij lib. 1. de Spiritu sancto, c. 4. & 5. Augustini lib. 15. Trin. c. 26. Chryl. stomi in c. 5. ad Rom. Cyrilli in c. 16. Ioan. qui omnes ipsum Deum Spiritum sanctum à Filio mitti docent.

A C C E D A T postremò manifestissima ratio, nam si ideo diceretur mitti Spiritum à Filio, quia Filius est auctor donorum, posset etiam dici mitti Pater à Filio, immo & Pater & Filius à Spiritu sancto, quia quilibet persona est auctor omnium donorum.

I T E M si mitti Spiritum à Filio esset mitti dona eius, etiam cum legitur Filium à Patre missum in mundum, posset, qui id non credunt, respondere, non esse missum verè Filium, sed aliquod donum creatum, & sic euacuaretur mysterium incarnationis.

F O R T A S S E dicent, veniet quidem ad nos ipsum Spiritum sanctum, sed dici mitti à Filio, quia ille fuit causa suis meritis, ut ad nos veniret Spiritus sanctus. Sed hoc modo posset etiam dici, mitti Patrem à Filio, nam suis meritis fuit etiam causa, ut ad nos Pater veniret, iuxta illud Ioan. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum seruet, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniet.* Pari ratione si dicat à Filio mitti Spiritum sanctum, quia Filius consentit ut veniat, eodem modo dicam Patrem à Filio, & Spiritu sancto mitti.

N E C obstat quod Isa. 48. & 61. dicitur Filius à Spiritu mitti, à quo tamen non procedit. Nam Filius mittitur à Spiritu, quatenus homo est, secundum quam formam verè Filius à Spiritu sancto est, ut à causa actiua, id patet Luca 4. *Spiritus Domini super me, & quòd unxerit me, euangelizare pauperibus misit me.* Secundum eam formam igitur Spiritus misit Filium, secundum quam est super eum, & illum unxit. Quæ cum ita sint, aut oportet ex Euangelio delere illa verba Christi de Spiritu sancto: *ego mittam eum*, aut certè concedendum, Spiritum sanctum à Filio procedere per internam, atque æternam hypostasis eius productionem.

C V R autem dicat Filius, *mittam*, in futuro, cum tamen processio sit æterna, facillè potest explicari: nam missio duplicem relationem importat, vnã ad eum, qui mittit, alteram ad eum, ad quem mittit. Quantum ad primam relationem, missio est æterna, & de omni tempore verificari potest, at quantum ad secundam, est temporalis. Mittitur enim Spiritus sanctus ad homines, quando incipit in eis esse nouo modo, id est, per cognitionem & amorè, id est, quãdo incipit cognosci & amari per infusa ab ipso dona. Quoniam ergo ista missio quoad terminum ad quem futura erat, quoad terminum à quo semper fuit, est, & erit: ideo dictum est mittam: sic enim est vera propositio quoad totam rationem missionis.

Q V A R T O probatur ex illo Ioan. 20. *Misisti et dixit, accipite Spiritum sanctum.* Hac enim ceremonia, vt exponunt August. lib. 3. in Maximin. c. 14. & Cyril. lib. 12. in Ioan. c. 56. significare voluit Christus, à se procedere Spiritum sanctum. Theophylactus quidem scribens in c. 3. Ioan. ridet hoc argumentum, sed quam bene ipse viderit, nam nullam ipse eius ceremoniam causam reddere potest. Et præterea ipso doctiores, sanctiores,

& antiquiores sunt Cyrillus, & Augustinus, qui hoc argumentum vtuntur. Nec dubito, quin ridendus sit ipse non modo à Latinis, si Augustinum ridere voluerit, sed etiam à Græcis, si Cyrillum.

Q V I N T O probatur ex illo Rom. 8. *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Et Gal. 4. *Quoniam estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba pater.* Cur enim dicitur Spiritus sanctus, Spiritus filij? certè non quia est seruus eius, vel quia est frater eius, sed quia spiratur ab eo, quomodo etiam dicitur Spiritus Patris. Rom. 8. *Si Spiritus eius, qui suscitauit IESVM, &c.* Et Matth. 10. *Spiritus Patris vestri loquitur in vobis.* Dicent fortasse, vocari Spiritum sanctum, Spiritum Filij, quia simul cum illo à Patre procedit, vel quia est similis illi, aut alia de causa, non autem quia spiratur à Filio.

A T si ita est, cur non posset eadem ratione dici Christus filius, aut verbum Spiritus sancti? quod tamen nusquam legitur. Nec potest responderi, Filium habere relationem ad Patrem & verbum ad dicentem; nam etiam Spiritus habet relationem ad Spirantem. Sicut ergo Spiritus sanctus, licet à Filio non paretur, potest dici Spiritus Filij, quia est illi similis in essentia; & cum eo simul à Patre procedit: ita quoque Filius licet à Spiritu sancto non generetur, poterit dici filius Spiritus sancti, quia est illi similis in essentia, & cum eo simul à Patre procedit. Atque hoc argumentum tanti fecit S. Augustinus, ut tract. 99. in Ioan. hoc solo argumento contentus fuerit ad probandum Spiritum sanctum à Filio procedere.

C A P V T XXIII.

Idem probatur testimoniis Conciliorum.

N O N possum equidem satis mirari, qua fronte Hieremias, quise Patriarcham Oecumenicum appellat, nuper in censura sua ad confessionem Lutheranorum scribere ausus sit, à Nicæna Synodo & omnibus aliis consequentibus generalibus Concilijs definitum esse, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere. Sic enim ipse loquitur in ipso 1. cap. censuræ. *Nicæna Synodus, & reliqua cum ea consentientes, omnes decreuerunt, Spiritum sanctum ex ipso solo Patre procedere.* Hæc ille. Quod si mendacium non est, non video quid vnquam mendacium appellari poterit.

A C ne fortè suspicemur, receditum aliquem canonem esse, in quo eiusmodi decretum habeatur, subiungit idem Hieremias. *Quod quidem sacra illa & incorrupta fidei Christianæ confessio sacrum, inquam, Symbolum, hoc ita esse discretissimis verbis explicat; Spiritum scilicet sanctum ex solo Patre procedere. Quam quidem sententiam à trecentis decem & octo plenis Deo Patribus, in Nicæna primùm Synodo; deinde in Constantinopolitana à CL. confirmatam: reliqua item vniuersales quinque Synodi, nihil addentes, nihil detrabentes, verum in idem planè vno Spiritu sancto conspirantes, obsignauerunt.* Hæc ille.

C O N S V L A M V S ergo Symbolum Nicænum, ac videamus an discretissimis verbis doceat Spiritum sanctum ex solo Patre procedere. Integrum Symboli Nicænum recitant ex Græcis Cyrillus lib. 1. de Trin. & in lib. de explicatione Symboli; ex Latinis Rufinus lib. 10. hist. cap. 6. nihil autem aliud in eo Symbolo legitur de Spiritu sancto quàm hæc sententia, *quæ est ad æquum conuersa, & in Spiritum sanctum, testatur autem Gregorius Naz. in epist. 2. ad Chelidonium, Nicænam Synodum non tradidisse perfectam doctrinam de Spiritu sancto, propterea quod nondum exorta erat questio de Spiritu sancto. Viderit ergo Hieremias, in quo Symbolo Nicæno legerit, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere.*

P O R R O Concilium Constantinopolitanum Symbolo addidit illa verba. *Qui ex Patre procedit; sed non ait discretissimis verbis, ut Hieremias loquitur, qui ex so-*

A lo Patre procedit, illa enim particula (solo) adiectio est Hieremias, non Concilij proprium verbum. Cur autem Concilium non adiecerit, ex Filio, sed satis esse censuerit dicere, qui ex Patre procedit, ratio est certissima, quia eo tempore dubium non erat, an Spiritus ex Filio procederet, id enim hæretici concedebant, vt constat ex Basilio, lib. 2. in Eunomium, sed dubium erat de Patre, à quo alienum omnino Spiritum sanctum tanquam solius Filij creaturam hæretici esse dicebant. Concilium igitur vt remedium morbo adferret, id posuit in symbolo, quod necesse erat.

H I s ergo omiſſis proferamus nos Concilia, quæ Spiritum sanctum à Filio procedere testantur. Primum Alexandria Concil. celebratum est, quo Concilio scribit Cyrillus epist. ad Nestorium, in qua hæc sunt verba: *Spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est, unde & ab ipso similiter, sicut ex Patre procedit.* Habetur hæc epist. in Concil. Ephesino, tomo 1. cap. 14. & est approbata tam ab ipso Concilio Ephesino, quàm à III. Synodo Act. 5. & à V. Synodo Act. vlt. & à VI. Synodo Act. 17. & à VII. Synodo Act. 7.

H A B E M V S igitur quinque generalia Concilia apud Græcos celebrata, quæ sententiam illam recipiunt apertissimam, & clarissimam, Spiritus sanctus à Filio, sicut à Patre procedit. Quid igitur iam quaerunt? quid postulant? quid, quod rursum in Concilio VII. generali Act. 7. symbololum legitur cum hac additione (Filioque) & tamen illud Concilium maxima ex parte Græcorum fuit?

G R A E C I quidem in Concil. Florentino, sess. 5. & 7. dicebant in suis codicibus non ita haberi, tamen Latini protulerunt exemplum antiquissimum, & ubi nullum erat vestigium corruptionis, & præterea citauerunt historicum antiquum testem huius rei, & certum est nunquam fuisse morem Latinorum corrumpendi libros, sed Græcorum.

S E D obiciet, si in hoc Concilio fuisset receptum Symbolum cum particula (Filioque) quomodo S. Ioannes Damascenus, qui tempore huius Concilij vixit, tam aperte negasset Spiritum à Filio procedere li. 1. de fide c. 11.

R E S P O N D E O, probabile esse Damascenum obuisse ante Concilium VII. nam florebat maximè tempore Leonis III. vt patet ex 2. orat. de cultu imaginum, & Synodus celebrata est annis XLVIII. post mortem Leonis. Vnde ipse in suis operibus non citat Concilia, nisi vsque ad sextum. Deinde etiam si ad tempus VII. Synodi fortasse peruenerit, tamen sine dubio libros illos de fide antea scripsit, vt aperte colligitur ex Act. 6. concilij Nicæni II.

I A M verò præter Concilia ista Græca, extant etiam permulta celebrata apud Latinos. Ac primum apud Barum Concilium est celebratum à Græcis simul & Latinis tempore Urbani II. paulò post inchoatum schisma circa annum M. XC. in quo Anselmus euidentissimis rationibus Græcos conuicit. Meminit huius Concilij ipse Anselmus lib. de processione Spiritus sancti, cap. 4. & fusius rem totam narrat auctor vitæ Anselmi lib. 2. qui in eodem Concilio interfuit.

S E C U N D V M, est Concilium Lateranense sub Innocent. III. anno M. CC. XV. vbi etiam in 1. cap. definitum est, Spiritum sanctum à Patre, Filioque procedere, & in Concilio interfuerunt Græci, & consenserunt, vt patet ex cap. 4. eiusdem Concilij.

T E R T I V M Concil. est Lugdunense sub Greg. X. anno M. CC. LXXXIII. vbi Græci interfuerunt, & omnibus consentientibus, cantatum est symbolum cum additione, Filioque, ter Græcè, ter Latinè. Exstat definitio huius Concilij in 6. decr. tit. 1. cap. 1.

Q V A R T V M Concilium est Florentinum, anno M. CCCC. XXXVIII. vbi rursum id est definitum post longissimas disputationes, cõsentientibus Græcis & Latinis,

A D D E Concilia Toletana I. cap. 21. II. cap. 1. III. cap. 1. VIII. cap. 1. & XI. cap. 1. qua omnia celebrata sunt ante disfidium Gregoriorum, nimirum ante annum Domini DCC. Ex his apparet non solum sententia Ecclesiae, sed etiam Gregorum pertinacia, & leuitas, qui toties victi in disputationibus semper ad vomitum redierunt.

CAPVT XXIII. Idem probatur ex Patribus Latinis.

ROFEREMVS nunc testimonia Patrum Latinorum, qui floruerunt doctrina, & sanctitate ante schisma, & litem Gregorum: quos nolle recipere nimis magna temeritas est, tum quia nulla est causa, cur debeant recipi Graeci, & non Latini, si sint eiuſdem antiquitatis, eruditionis, & sanctitatis; tum etiam, quia videmus Concilium Ephesinum allegasse ad probandum dogma Ecclesiasticum, & Latinos, & Graecos, nimirum Felicem, Iulium, Cyprianum, Ambrosium, Latinos; Basilium, Nyſſenum, Nazianzenum, Athanasium, Graecos; vt testatur Vincentius Lirinensis prope finem sui opusculi. Item constat V. VI. & VII. Synodum pariter adduxisse testimonia Gregorum, & Latinorum, quod etiam facit Basilium lib. de Spiritu sancto, cap. 29. & Augustinus lib. 1. & 2. in Iulianum, vterque enim proferunt testimonia Gregorum pariter & Latinorum.

QVI sunt igitur isti Graeci nouelli, qui S. Patres Latinos, etiamſi antiquissimos, & probatissimos nihil faciunt? nonne vident hac ratione se schismatici accusare antiquissimam Ecclesiam; vel potius docere, nunquam Graecos cum Latinis coniunctos fuisse: at certe aliud testantur aetia septem generalium Conciliorum, vbi summam videmus Latinorum Graecorumque concordiam. Sed noui isti doctores non solum a doctrina, sed etiam a moribus veteris Ecclesiae longissimè recesserunt.

PRIMVS igitur ex Latinis est Tertullianus, qui lib. contra Praxeam: Spiritum sanctum, inquit, a Patre per Filium deduco. Ad hunc locum Graeci respondent, se non negare Spiritum sanctum procedere per Filium, sed a Filio. Nam, vt docet Beſſarion in fine orationis dogmaticae, Graeci admittunt illud (Per Filium) sed exponunt tribus modis. Primo, quod, Per Filium, addatur ad notandam relationem ad Patrem. Secundo, ad notandam consubstantialitatem Patris & Filij. Tertio, quia, Per, solet accipi pro, Cum, & citant nescio quem Poeta.

AT prima & secunda caussa frigidissima sunt. nam eodem modo liceret etiam dicere, Filium procedere a spiratore per Spiritum sanctum. Sic enim significarem relationem Patris spiratoris ad Spiritum sanctum, & consubstantialitatem Patris & Spiritus sancti. Deinde quid opus est, vt cum dicitur Spiritus a Patre procedere, simul indicetur relatio Patris ad Filium, aut consubstantialitas Patris & Filij?

TERCIA non est etiam sufficiens. Primo, quia idem absurdum sequeretur, nimirum posse dici, Filium procedere a Patre per Spiritum. Secundo, quia quicquid sit de illo Poeta in Scripturis & Patribus, immò etiam in communi modo loquendi, Per, significat causam, & sepe etiam pro Ex, accipitur, vt docet Basil. lib. de Spiritu sancto, cap. 29. Legimus enim Gen. 4. Possedi hominem per Deum, id est, a Deo. Item Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Et Colof. 1. Omnia per ipsum creata sunt. Et Hebr. 1. Per quem fecit & secula.

SI enim in his locis, Per, significaret, Cum, sensus esset, Filium esse factum seu creatum a Deo vna cum ipsis creaturis. quod certe ne Graeci quidem admittent nisi cum Arianiſis desipere malint, quam cum Ecclesia Catholica rectè sapere. Planum est igitur, Spiritum per Filium produci, secundum Scripturas nihil esse aliud, quam a Filio, siue ex Filio procedere, & produci, sed pergamus ad caeteros.

SECVNDVS est B. Cyprianus, qui ferm. de aduen-

tu Spiritus sancti: Spiritus sanctus, inquit, a Patre procedens, a Patre & Filio quaternario superferitur, opus suum conditor benignus amplectitur, &c. Loquitur de Spiritu sancto, quando initio mundi ferebatur super aquas & quatuor elementa formabat.

TERTVS B. Hilar. lib. 2. de Trin. sic ait: De Spiritu sancto nec tacere oportet, nec loqui necesse est. Sed sileri a nobis eorum causa qui nesciunt, non potest. Loqui autem de eo, non necesse est, quia de Patre & Filio auctoribus confitentur, & quidem puto, an sit, non esse tractandum.

QVARTVS B. Ambrosius, quem certè Graeci recitare non deberent, cum in tertia Synodo generali, vt sanctum doctorem allegatum videant, lib. 2. de Spiritu sancto, cap. 12. Omnia, inquit, Patris habet Filius, quia ait; Omnia quae habet Pater mea sunt, & quae accepit ipse per unitatem naturae, ex ipso per eandem unitatem accepit Spiritus, sicut ipse Dominus de suo Spiritu declarat dicens; Propterea dixi quia de meo accipiet.

QVINTVS B. Hierony. in epist. ad Hedib. q. 9. Ipse, inquit, Spiritus sanctus cum mittitur, a Patre & Filio mittitur: in alio atque alio loco, Spiritus Dei Patris & Christi Spiritus appellatur. Et in cap. 57. Isaiae. Spiritus a Patre egreditur, & propter naturae societatem a Filio mittitur.

SEXTVS Rufinus in explicat. Symb. Spiritus sanctus, inquit, de vtroque procedens, & cum a sanctificans.

SEPTIMVS Augustinus tract. 99. in Ioan. Hic, inquit, aliquis forsitan quaerat, vtrum & a Filio procedat Spiritus sanctus. Et infra: Cur non credamus, quod etiam de Filio procedat Spiritus sanctus, cum Filij quoque ipse sit Spiritus? Vide etiam lib. 15. de Trinit. cap. 17. 26. 27. & lib. 3. contra Maxim. cap. 14.

OCTAVVS B. Prosper lib. 1. de vita contemplatiua, cap. 18. Spiritus, inquit, ex Patre Filioque procedit.

NONVS B. Leo in epist. ad Turbium 91. aliàs 93. ca. 1. Alius, inquit, est, qui genuit, alius, qui genitus est, alius, qui de vtroque processit. Atque hic est magnus ille Leo, quem Syno. III. D. CXXX. Episcoporum qui ferme omnes Orientales erant, in singulis actionibus summis laudibus extulerunt: & de quo identidem repetebant, vt credit Leo, sic & nos credimus.

DECIMVS B. Fulgentius lib. de fide ad Petrum, cap. 2. Proprium, inquit, est Spiritus sancti, quod solus de Patre Filioque procedit.

VNDECIMVS Idacius Clarus lib. contra Vari-maud. vltra med. Si tibi, inquit, dixerim; Ostende Spiritum sanctum, vnde trahat originem. Responde, certa & manifesta origo Spiritus sancti Pater & Filius.

DVODECIMVS Boetius lib. 1. de Trin. cap. 12. Ita cogitare debemus, Filium ex Patre esse, Spiritum sanctum ex vtroque, &c.

DECIMVSTERTIVS Hormisdas Papa in epist. ad Iustinum Imperatorem, cap. 2. Proprium, inquit, est Spiritus sancti, vt de Patre & Filio procederet, sub vna substantia Deitatis.

DECIMVSQVARTVS B. Gregorius Papa Symbolum edidit, quod recitatur in eius vita lib. 2. c. 2. quod ita habet: Credo in Spiritum sanctum, nec genitum, nec ingentum, sed eternum de Patre & Filio procedentem. Idem Gregorius lib. 2. dial. cap. vlt. dicit, Spiritum a Patre Filioque procedere. Idem habet lib. 1. moral. cap. 8. quem Gregorium mirum est, cur Graeci in suo Calendario esse patiantur, & vt verè sanctum honorent, cum tamen eius sententiam tanquam haeresim execrentur.

DECIMVSQVINTVS & postremus ex Latinis sit venerabilis Beda. eos enim solum adferre statui, qui ante schisma exortum floruerunt. Sic igitur loquitur Beda lib. 1. de elementis Philosophiae: Spiritus, inquit, iste, a Patre & Filio procedit. Idem quoque in collectaneis ex Augustino super epist. Pauli, ad locum illum Gal. 4. Misit Deus Spiritum Filij sui, adducit prolixam disputationem

Augusti

Augustini, qua probatur, Spiritum sanctum a Patre, Filioque procedere. Sed iam ad Graecos veniamus.

CAPVT XXV. Idem probatur ex Patribus Graecis.

GRÆCIS primus sit S. Gregorius Thaumaturgus, qui in confessione fidei diuinitus accepta, quae exstat apud Gregor. Nyſſen. in vita huius Gregorij, ita loquitur: Vnus Spiritus sanctus ex Deo ortum & existentiam habens, qui per Filium apparuit, imago perfecta Filij perfecti. Quo loco non est mouenda quaestio de particula, Per, nec de verbo, apparuit; nam iam supra ostendimus, particulam, Per, significare causam, siue principium productiuum: & ex eo, quod Filius misit Spiritum sanctum ad creaturas, colligi euidenter, Spiritum sanctum a Filio procedere etiam ab eterno.

EST autem notandum illud, Imago Filij: nam etsi Spiritus sanctus non sit tam proprie imago Filij; quam est Filius imago Patris, quia non procedit ex vi similitudinis: tamen non possit dici villo modo imago Filij: nisi ab illo procederet, & esset ei similis in essentia. Imago enim dicit relationem producti ad producentem: & sine hac habitudine non sufficit quaelibet similitudo. Vnde non dicitur frater imago fratris, etiaſi illi simillimus sit; nec onum vnū alterius oui est imago, quaquam propter similitudinem vnū vix discernatur ab alio. Non enim sufficit similitudo, sed requiritur, vt vnū procedat ab alio, quod in ouis & fratribus non reperitur. Cum ergo sanctus Gregorius Spiritum sanctum imaginem Filij dixerit, sine dubio existimauit eū a Filio verè procedere.

DICES, non requiritur, vt exemplat sit causa actiua imaginis, sed fat est si sit exemplaris, vt patet in statuis.

RESPONDEO, in rebus artificiatas exemplar non esse causam actiuam, at in naturali productione esse. Siquidem necessarii coincidit cum principio actiua, vt planum est in omnibus rebus. Omnia enim qua naturaliter agunt, producunt effectus suos ad similitudinem propriae formae. quare cum Spiritus sanctus non liberè, sed naturaliter producat, idem est principium actiuum, & exemplar respectu ipsius.

SECVNDVS ex Graecis est B. Athanasius, qui in Symbolo ita loquitur; Spiritus sanctus a Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

AD hoc testimonium duo dici possunt. Primo non esse hoc symbolum verè Athanasij: sed hoc facile refellitur, tum ex Greg. Nazian. in orat. de laudibus Atha. vbi dicit, eum composuisse perfectissimam fidei confessionem quam totus Occidens & Oriens veneratur; tum verò ex August. qui nominatim Athanasium Episcopum Alexand. citans in Psal. 120. integrum versiculum huius Symboli adducit; & sine nomine Athanasij vtitur integris sententiis huius Symboli, tanquam in Ecclesia notissimi, lib. 5. de Trin. cap. 8. & epist. 174. ad Pascen-tium, Enchirid. cap. 36. & ferm. 295. de tempore.

SECVNDO dici posset, haec verba (Et Filio) esse addita a Latinis. At neque hoc dici potest, tum quia etiam in Graecis Symbolis haec particula inuenitur, tum etiam in Concilio Toletano III. cap. 1. recitatur confessio, ferè ad verbum desumpta ex hoc Symbolo, & ibi legimus, a Patre & Filio, & fuit celebratum hoc Concilium circa annum DCXXXIII. & proinde ante schisma Gregorum.

ADDE, quod Gennadius Scholarius in lib. pro defensione Concil. Florentini, cap. 1. sect. 5. dicit, Graecos sui temporis dicere solitos, Athanasium fuisse ebrium, quando haec scripsit. Ex quo apparet illos non negasse, Athanasium ita scripsisse.

SECVNDVS locus Athanasij sit ex ferm. 4. contra Arianos, longè ante medium fol. 233. Non enim, inquit, tria principia, aut tres Patres introducimus, sicut Marcionista; cum non tres Soles ad comparationem adducamus, sed vnū Solem, eiusque splendorem, & ex vtroque lucem

procedentem. Vides hic clarissimè tria esse, Solem, splendorem, & ex vtroque lucem procedentem: nec puto dubitari posse, quin per Solem, Patrem; per splendorem, Filium; per lucem Spiritum sanctum Athanasius intellexerit. Quid, quaeso, hic responderi potest?

TERTVS locus Athanasij in lib. qui inscribitur re-dargutio hypocrisis Meletij, circa finem; Atque, inquit, impossibile est, in Trinitatis gloria Spiritum sanctum numerari, si non emanasset ex Deo per Filium, sed per modum creaturae a Deo sit factus, vt putant.

NOTA, non dixisse Athanasium, ex Patre per Filium, ne Graeci recentiores dicerent, appositum Filium ad denotandam relationem; sed dixisse, ex Deo per Filium. Nec possunt haec referre ad missionem ad creaturas, cum haec emanatio opponatur creationi.

QVARTVS locus est in epistola illa longissima ad Serapionem, vbi probat, contra Macedonianos, non posse villo modo defendi Spiritum sanctum esse creaturam, si Filius non est creatura. Et hoc est argumentum totius epist.

AD autem probat hac ratione, quam in tota ferè epistola variis modis proponit; Talis ordo & vnio est inter Spiritum sanctum & Filium, qualis inter Filium & Patrem; sed Filius, quia est ex Deo Patre, est Deus sicut Pater, ergo similiter Spiritus sanctus, qui est ex Deo Filio, erit Deus sicut Filius; vel si ipse non est Deus, nec Filius erit Deus, immò nec Pater. Cum igitur, inquit vltra medium epistolae, istiusmodi ordinem & naturam habeat Spiritus ad Filium, qualem Filius habet ad Patrem, qui fieri potest, vt qui Spiritum creaturam dicit non illud idem necessarium & de Filio sentiat? Si enim Filij creatura Spiritus est, consequens est, vt dicant etiam Verbum Patris creaturam esse. Haec ille. Vbi adeo certum esse credidit Athanasius, Spiritum sanctum a Filio produci, vt inde tanquam ex principio firmissimum, & notissimo concludat id quod erat dubium, videlicet Spiritum sanctum esse Deum.

RESPONDERE possunt solum ordinem Spiritus ad Filium, & Filij ad Patrem in hoc consistere, quod sicut Pater mittit Filium ad creaturas, ita Filius mittit Spiritum. Sed hoc non potest dici, nisi cum missione ad creaturas, intelligamus veram processionem quoad esse, nam alioqui argumentum Athanasij nihil valeret; quomodo non valet hoc argumentum, Deus mittit Angelos, ergo vel Angeli non sunt creaturae, vel Deus est creatura. hoc enim ideo nihil valet, quia Angeli sic mittuntur a Deo ad creaturas, vt illa missio non includat aeternam processionem Angelorum ab ipsa Dei substantia. Si ergo Spiritus sanctus mittitur a Filio ad creaturas, & ab ipso Filio non procedit substantialiter, sicut a Patre; certè non aliter mittitur, quam Angeli mittantur; & propterea non potest inde colligi ipsum esse Deum, aut Filium non esse Deum, quod tamen Athanasius colligit.

DEINDE si Athanasius loqueretur de missione ad creaturas, non diceret; Si enim Filij creatura Spiritus sanctus est, &c. Ita enim verba productionem significant, non missionem: at contendit Athanasius, Spiritum sanctum a Filio produci, sed non creari ex nihilo.

PRÆTEREA post vnū solum inquit Athanasius: Quin etiam Filij imago est, & dicitur Spiritus. Et infra: Quod si Filius, quia ex Deo, & Patre est, proprius ipsius substantia est, necesse est & Spiritum, quia ex Deo esse dicitur, proprium esse Filij secundum substantiam.

SANE Athanasius, cum dicit Spiritum ex Deo esse, intelligit ex Deo Filio, alioquin non bene cõcluderet, ideo illum esse propriū Filij, sicut Filius ideo est proprius Patris, quia ex Patre est. Existat etiam duae epistolae breuiores ad eundem Serapionem, vbi eadem dicit aliis verbis.

TERTVS Graecus Pater est S. Basilium, quem quidam Graeci ferè aliis omnibus anteponunt. Is igitur lib. 2. in Euno. circa finem: Illud verò, inquit, cui ex omnibus ob-scurum est, quod nulla Filij operatio a Patre dissecta est, neque

est aliquid in re natura, quod Filio adfit, & a Patre alieni sit. Omnia enim inquit, mea tua sunt, & tua mea sunt. quomodo igitur Spiritus causam soli unigenito attribuit? Hec ille.

Nec verba Græca ab his vilo modo dissentiant. sic enim ait. πῶς ἔστι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ; certe Basilii probans non solum Filium esse causam Spiritus, sed etiam Patrem, quia omnia que habet Filius habet Pater, simul docet, immo pro comperito assumit, Spiritus causam (vt Græci loquuntur) esse Filium. Nec potest ista causa referri ad dona Spiritus sancti. Nam Basilii scribit contra Eunomium, qui non de donis disputabat, sed de substantia Spiritus sancti, ac volebat solum Filium esse verè causam Spiritus sancti.

ALTER locus Basilij lib. 3. contra Eunom. circa principium: Cur, inquit, necesse est, si dignitate & ordine tertius est Spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? Dignitas namque ipsum secundum à Filio, cum ab ipso esse habeat, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio traditur: natura verò tertium, vti neque ex sanctis Scripturis indicimus, neque ex prædictis colligere possibile est.

Hunc locum in Concilio Florentino sess. 20. dixerunt Græci corruptum esse, & non haberi in Græcis codicibus omnibus, sed solum in quibusdam. Et verè in Græco textu Basilie edito anno 1551. sic habetur: ἡμεῖς δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, &c. ac desunt illa verba (Cum ab ipso esse habeat, & omnino ab illa causa dependeat) in quibus vis rationis tota posita est. Tamen Latini responderunt, Græcum codicem potius esse corruptum ab ipsis, & exhibuerunt codicem antiquissimum scriptum ante annos 600. vbi erant omnia que recitauimus.

Sed præterea ex consequentibus colligimus euidenter, aut illa verba debere esse in textu, aut certè sensum eorum. Nam sic pergit Basilii: Nam quemadmodum Filius ordine quidem à Patre secundus est, quoniam ab illo est, & dignitate, quoniam origo atque causa essendi Pater ipse est; natura verò nullo modo secundus, quoniam in vtroque vna est Deus: ita Spiritus sanctus, et si dignitate & ordine secundus à Filio est, non tamen aliena ipsum esse natura inde consequitur. Et habentur hæc omnia in Græco ad verbum.

PERPENDERE, obsecro, rationem Basilij. Dicit Spiritum esse secundum à Filio ordine & dignitate, nō tamen natura. Et probat, quia sicut Filius est secundus à Patre, quia ab illo habet esse; ita quoque & Spiritus est secundus à Filio, vbi nisi addatur, vel subintelligatur id, quod est in nostris codicibus, videlicet Spiritum habere esse à Filio, sicut Filius habet esse à Patre: ratio Basilij nihil concludit; nec vilo modo probari posset, Spiritum sanctum esse secundum à Filio, vt Filius est secundus à Patre.

TERTIUS locus est in lib. 5. contra Eunom. cap. 8. quod Spiritus sanctus sit vera & naturalis imago Dei & Christi. Iste enim titulus: ἡμεῖς δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, sicut indicat, Spiritum sanctum habere esse à Patre & Filio. Nam, vt supra diximus, non est vera & naturalis imago, quæ non producit ab ipso exemplari.

QUARTUS locus est in lib. eodem, cap. 11. vbi sic legitur in ipso titulo capituli: ἡμεῖς δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, hoc est, Quod vt se habet Filius ad Patrem, sic etiam se habet Spiritus ad Filium. Et mox pergit: Διὰ τὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, hoc est, Quia propter Verbum Dei est Filius, Verbum autem filij est Spiritus sanctus. Hæc ille. At quomodo Verbum Filij Spiritus dici potest, si ab ipso non procedit? Et quomodo sic se habet Spiritus ad Filium, vt Filius ad Patrem; si Filius quidem à Patre procedit, Spiritus autè sanctus non procedit à Filio?

QUINTUS locus est in eodem lib. cap. 12. vbi talis proponitur questio: Διὰ τί μὴ καὶ τὸ πνεῦμα ἴσος τῷ υἱῷ; Quare Spiritus non est Filius Filij?

RESPONDET autem Basilii: ὅτι ἡμεῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, &c. que se-

quantur. hoc est, Non ideo non dicitur Filius, quia non sit ex Deo per Filium, sed ne suspicemur Trinitatem multiplicari in infinitum. Nam si Spiritus diceretur Filius Filij, consequens videretur, vt etiā ipse haberet aliū Filium, & sic deinceps.

SUNT autem hic aliqua obseruanda, ac primum ipsum titulum questionis esse argumentum pro nostra veritate; nam si Spiritus esset à solo Patre, certè nō quaereretur cur non dicitur Filius Filij: sicut nemo quaerit, cur frater non dicitur Filius fratris: cum res tam sit perspicua, vt ne suspicio quidem vlla inde nasci possit. cum ergo serio quaeritur sit, cur Spiritus non dicitur Filius Filij, signum est, in confesso apud omnes fuisse, Spiritum à Filio procedere.

NOTA secundo, istam questionem magnum negotium fecisse, tam Basilii, quam Athanasio in epistolis citatis ad Serapionem, vterque enim videtur magnas angustias pati: & hoc ipsum est ingens argumentum pro nostra veritate. nam potuissent vno verbo dicere, Non dicitur Filius, quia non est ab illo, & tamen hoc nunquam dixerunt, sed dicunt, hoc esse mysterium inferutabile, & satis nobis esse debere, in his rebus scire, quia est, & non quaerere debere, cur & quomodo, &c.

NOTA Tertio, responsum Basilij (non quia non sit à Deo per Filium) esse item argumentum pro nobis. Nam si illud, Per, non significaret causam, sed poneretur loco, Cum, vt Græci volunt, Basilii nihil dixisset, Si enim Spiritus esset à Deo per Filium, id est, cum Filio, nemo potuisset suspicari, illum esse Filium Filij, sed potius suspicari debuisset, esse fratrem Filij.

NOTA Ultimo responsum Basilij hunc sensum habere, est Spiritus à Filio, tamen per alium modum productionis, quam per generationem, ideo non dicitur Filius, &c.

SEXTUS locus est in lib. de Spiritu sancto, cap. 17. vbi sic loquitur Basilii: ὡς τὸ πνεῦμα ἐξ ἑοῦ τὸ πνεῦμα, ὡς τὸ πνεῦμα ἔχει τὸ πνεῦμα. hoc est, Sicut se habet Filius ad Patrem, sic ad Filium se habet Spiritus. Hæc ille. Quæ autem est habitudo inter Patrem Filium, nisi productus est productum? Idem enim sunt Pater & Filius, eo excepto, quod Filius est à Patre, nō Pater à Filio: igitur & inter Filium, & inter Spiritum sanctum ea sola distinctio est, quod Spiritus sanctus à Filio est, non Filius à Spiritu sancto.

QUARTUS sit Greg. Nyssenus qui tria testimonia nobis præbebit. Vnum citat Gennadius in defensione Concilij Florentini, cap. 1. ex hom. 4. in orat. Domini: Spiritus sanctus & ex Patre dicitur, & ex Filio præterea esse ostenditur, &c. Hunc tamen locum dicit Gennadius ex plerisque codicibus à Græcis esse sublatum, & verè non reperitur in exemplaribus, quæ nunc extant.

ALTERVM testimonium adducit Bessarion in sua orat. cap. 6. ex lib. 1. Greg. in Eunom. qui libri nondum Latini extant: Spiritus, inquit, Patri coniunctus est, secundum quod vterque increatus est, rursum ab eo distinguitur, eod quod ipse non est Pater, filio verò & secundum quod vterque increatus est, & secundum quod vterque ex primo principio suam substantiam habet, coniunctus, distinguitur sua proprietate, quæ est, quod nec unigenitus ex Patre productus est, & quod per ipsum Filium sit manifestatus. Hæc ille. Vbi nota primo illud, Per, non posse accipi pro (Cum) quia Spiritus quatenus cum Filio à Patre procedit, non distinguitur à Filio, sed coniungitur cum eo, hic autem de distinctione agitur. Nota secundo illud, Manifestatus, non posse accipi pro sola effusione donorum temporalium. nam hic agitur de ipsa distinctione personarum: personæ autem distinctæ erant suis proprietatibus ante omnem missionem externam Spiritus sancti.

TERTIUM testimonium habetur in lib. ad Ablabium, quod non oporteat tres Deos dicere, circa finem lib. vbi cum docuisset Gregorius, vnam esse naturam simplicissimam Dei, subiungit, non ideo confundi personas, sed

distin

distingui per hoc, quod vna est alia. Eam, inquit, que circa causam & causatum consideratur differentiam, non negamus, per quod solum discerni alterum ab altero deprehendimus, nimirum eod quod credimus aliud quidem causam esse, aliud verò ex causa, & ex eo quod ex causa est. Ac rursum aliam differentiam consideramus, nam aliud quidem continetur & sine medio ex primo est, aliud verò per id, quod immediatè & ex continenti est.

NOTA primo, ex illis primis verbis (Per quod solum) colligit euidenter Filium esse causam, seu principium Spiritus sancti. Nam Gregorius dicit, solum discerni tres personas per hoc, quod vna est causa alterius. Hinc enim sequitur, si Filius non est causa Spiritus sancti, Filium & Spiritum sanctum non distingui. Nec enim dicitur sunt Græci, Spiritum sanctum esse causam Filij, at neque dicitur sunt, Spiritum à Filio non distingui; ne Dualitatem pro Trinitate colant; coguntur igitur fateri, si Gregorio fidem habent, Filium esse causam Spiritus sancti.

NOTA Secundo, in illis verbis (Aliud causam aliud ex causa, & ex eo quod ex causa est) notari tres proprietates triū personarum. Nā Pater, causa est, Filius ex causa, Spiritus sanctus ex eo, quod est ex causa, id est, ex Filio.

NOTA Tertio, in illis verbis (Ac rursum aliam differentiam) non proponi aliam differentiam specie diuersam à superiore, tunc enim pugnaret secum Gregorius, qui dixerat, hoc solo distingui personas, quod vna est causa alterius; sed differentiam aliam vocat illam eandem alio modo propositam, est autem hæc: quod Filius est immediatè à solo Patre, Spiritus autem mediatè à Patre, immediatè à Filio, quod tamen sano modo intelligendum est. nam Spiritus est à Patre mediatè & immediatè; mediatè, quatenus est à Filio, qui est à Patre; immediatè autem, quatenus Pater non solum per Filium, sed etiam per seipsum Spiritum producit. In hoc ergo differentia consistit, quod Filius nullo modo est à Patre mediatè, sed solum immediatè; at Spiritus aliquo modo à Patre est mediatè.

QUINTUS est S. Gregor. Nazianzenus, qui orat. 5. de Theologia, que est de Spiritu sancto, ita loquitur τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, & λέγειται ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, ἡμεῖς δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, &c. Quæ autem est habitudo inter Patrem Filium, nisi productus est productum? Idem enim sunt Pater & Filius, eo excepto, quod Filius est à Patre, nō Pater à Filio: igitur & inter Filium, & inter Spiritum sanctum ea sola distinctio est, quod Spiritus sanctus à Filio est, non Filius à Spiritu sancto.

RESPONDET: Nihil, dicimus, neque enim Deo quidquam deesse, verum manifestationis, vt ita dicam, mutueque eorum relationis differentia, diuersa quoque ipsis nomina procreant. &c. Quo loco Gregorius reddit istam causam, cur Spiritus non dicitur Filius, quia habent diuersas immo oppositas, ac mutuas relationes; at certè non possunt esse mutue relationes inter Filium & Spiritum sanctum, nisi quia vnus spirat, alter spiratur, nec enim Filius, qua Filius, est relictum ad Spiritum sanctum, sed Filius, qua spiratur, refertur ad Spiritum sanctum.

Nec potest responderi, distingui Filium & Spiritum sanctum per diuersas relationes respectu Patris, non respectu ipsorum ad inuicem; nam clarè dixit Gregorius, Spiritum non esse Filium, hoc est, distinctum esse à Filio, propter habitudinem, quam habent inter se, hoc est, propter mutuan relationem.

PRÆTEREA paulò infra scribit, eodem modo Filio nihil deesse, cur non sit Pater, & tamen non esse Patrem, quia nimirum habent oppositas relationes. Et paulò infra nullo exemplum Adæ, Eua, & Seth, quorum Adam à pullo est homine, Eua à solo viro, Seth ab vtroque, & ad τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἰσότητος μετὰ τοῦ υἱοῦ, &c. Quid, inquit, erat Adam? segmentum Dei. Quid Eua? segmentum segmenti. Quid Seth? germem ex vtroque. Cum ergo his tribus hominibus tres diuinas personas Gregorius comparauerit: quis

non videt ex sententia Gregorij, Filium esse à Patre Spiritum verò à Patre & Filio?

SEXTUS, Cyrillus Hierosolymit. catech. 18. ante medium: Vnus tantum, inquit, est, atque idem Spiritus sanctus veniens & subsistens, qui vbiq; Patri & Filio adest, non qui ab ore & labijs Patris & Filij loquendo formetur, vel effletur, aut in aërem diffundatur, sed substantialis loquens ipse, & operans &c. Vbi non diceret Cyrillus, eum non formari corporali modo ab ore Patris, & Filij, nisi crederet cum spirari aliquo modo à Patre & Filio. Satis enim erat dicere, non formari ab ore Patris. Vult ergo Cyrillus Spiritum sanctum esse Spiritum Patris & Filij & ab vtroque; procedere, sed modo spiritali & ineffabili.

SEPTIMUS, Ioan. Chryostomus tom. 5. hom. 1. de Symb. 18. inquit, est Spiritus de Patre & Filio procedens qui diuidit propria dona singulis prout vult. Et hom. 2. Istum, inquit, Spiritum sanctum dicimus Patri & Filio coequalem, & procedentem de Patre & Filio. Et hom. 76. in Ioan. Ecce, inquit, quod non Pater solus, sed etiam Filius Spiritum mittit. Ac ne dicant Græci, Chryostomum loqui de temporali missione donorum Spiritus sancti, idem Chryost. hom. 77. explicat, cur dicatur mitti Spiritus à Filio: Præterea, inquit, & personarum differentiam ostendit cum duas ponit, &c. Ergo si nullo exprimitur ad significandam distinctionem personarum, verè persona ipsa mittitur. non sola dona, & cum distinctio personarum sit æterna, hæc missio æternam emanationem includat necesse est.

DENIQUE Gennadius in sua apologia pro Latinis, ca. 1. §. 4. adducit alium locum Chryostomi ex hom. de incarnat. in hæc verba: Venit Christus ad nos, dedit nobis descendentem ex ipso Spiritum, & corpus nostrum suscepit.

OSTAVUS, Epiphanius hæc. 69. quæ est Ariarum, pag. 219. Sed neque sanctus Spiritus alius Spiritibus adequatur quoniam vnus est Spiritus Dei, Spiritus ex Patre procedens, & de Filio accipiens; illi verò volunt creaturam creaturæ esse, &c. Quo loco illud (Ex Filio accipiens) nihil significare potest, nisi ex Filio procedens per æternam emanationem. Nam opponit Epiphanius istud (Accipere ex Filio) creationi. Docet enim, Spiritum non esse creatum à Filio, vt heretici dicebant, sed accepisse substantiam suam à Filio alio modo, quam per creationem. Vnde paulò infra iterum ait: Et quandoquidem non alienus est Filius à Patre, sed ex ipso genitus, etiam non alienus est Spiritus sanctus. Verum Filium quidem unigenitum genuit sine principio, sine tempore, sanctus autè Spiritus neque genitus est, neque creatus, sed ex Patre procedens, & de Filio accipiens. Et pag. 223. Omnia à Deo sunt creata, solus verò Filius Dei genitus est, & solus Spiritus sanctus ex Deo processit, & ex Filio accepit: reliqua verò omnia sunt creata, & neque progressa ex Patre processerunt, neque ex Filio acceperunt. Pag. 229. Quo ostendat, inquit, fontem ex fonte, ex Patre & unigenito Spiritum sanctum.

ITEM in anchor. Pag. 332. Spiritus sanctus Spiritus Dei, & Spiritus Patris, & Spiritus Filij non in xta aliquam compositionem, quemadmodum in nobis anima & corpus, sed in medio. Patris & Filij ex Patre & Filio tertius nomenclatura. Pag. 249. Si verò Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, & Spiritus ex Christo, aut ab vtrisque, Pag. 350. Vita, inquit, ex vita est Filius, Spiritus autem sanctus ab vtrisque. Pag. 351. Filium, inquit, vocat eum qui est ex ipso, Spiritum verò sanctum ab vtrisque. Et infra: Audi, o bone, quod Pater veri Filij est Pater, totus lux, & Filius veri Patris, lux de luce, non sicut factura aut creatura nomine solum, & Spiritus sanctus Spiritus veritatis est, lux tertia à Patre & Filio. Et infra: Spiritus sanctus ex Patre & ex Filio solus est lux veritatis.

NONUS, Dydimus Alexand. lib. 2. de Spiritu sancto, vltra medium: Nō loquatur, inquit, à semetipso, hoc est, non sine meo & Patris arbitrio, quia inseparabilis à meo, &

Patris est voluntate, quia non ex se est, sed ex Patre & me est. Hoc enim ipsum quod subsistit, & loquitur, à Patre & me illi est. Et infra: Spiritus, inquit, sanctus, qui est Spiritus veritatis Spiritusque sapientie, non potest à Filio loquenti audire, quæ nescit, cum hoc ipsum sit, quod profertur à Filio, id est, procedens à veritate, consolator manans de consolatore. Et pagina sequenti: Neque, inquit, alia substantia est Spiritus sancti, præter id quod datur ei à Filio.

DECIMVS, Cyrillus Alexandrinus lib. II. in Ioan. cap. I. Verum, inquit, quoniam consubstantialis Filio est, procedit que per eum, omnem eius habens virtutem, ideo ait: Quia de meo accipit. Et infra: Nam cum per Filium naturaliter procedat, ut proprius eius, cum omnibus, quæ absolute habet, accipere dicitur quæ ipsius sunt.

NOTA, Spiritum procedere per Filium cum omnibus quæ absolute habet. Quid enim id aliud significat, quam Essentiam diuinam, & omnes absolutas perfectiones Spiritui sancto per processionem à Filio communicari? Et cap. 25. Ex ipsa, inquit, substantia Dei Patris procedens, profusus autem ad sanctos per consubstantiale Verbum, à quo est secundam emissionem ad esse atque subsistere. potuitne clarius sanctus Cyrillus dicere Spiritum sanctum à Filio procedere? Id enim intelligimus nos per processionem à Filio, habere esse, & subsistere Spiritum sanctum à Filio, quod disertis verbis Cyrillus affirmat. Item lib. 12. in Ioannem, cap. 56. Ex Patre, inquit, per Filium procedit. Item lib. 13. thelauri, cap. 2. Et ideo, inquit, Spiritum sanctum Dominum similiter appellat, sicut ex ipso Filio & in ipso naturaliter existentem. Et infra: Sic Filium Dei ex ipso & in ipso Patre naturaliter esse intelligimus. Ex Filio autem naturaliter ac substantialiter Spiritum sanctum, sic ut ex Patre provenire credimus. Item lib. de recta fide ad Theodosium, ultra medium. Et lib. 5. 6. & 7. de Trinitate similia habet. Denique in cap. 2. Ioëlis (vt citat Bellario in sua oratione, cap. 7.) Proprius, inquit, ipse, & in ipso, & ex ipso Spiritus est, quemadmodum sancti de ipso Deo & Patre intelligitur.

VNDECIMVS, Simeon Metaphrastes, cuius in Concilio Florentino honorifica mentio fit, in vita sancti Dionysij Arcopagite. Ascendit, inquit, meus Christus in celum, & ad paternam sedem reuertitur, & Spiritum qui ex ipso procedit, mittit discipulis.

DVODECIMVS, Anastasius, cuius fit mentio cum magno honore in VI. Synodo. in I. lib. de relictis dogmatibus, sic loquitur: Spiritus sanctus appellatus est Spiritus oris Dei: oris enim Patris est Filius. Hæc ille. Vbi satis aperte indicat, Spiritum sanctum sic à Filio procedere, qui os Dei dicitur: sicut Spiritus oris nostri à nostro ore spiratur. Idem infra: Vt doceat, inquit, vnam esse essentiam tam eius, qui accipit, quam illius, à quo accipit, ipsius etiam quæ à quo procedit. Hæc ille. Vbi per eum, qui accipit essentiam intelligit Spiritum, per eum, à quo accipit, Filium: per eum, à quo procedit, Patrem.

QVOD si Spiritus à Filio essentiam accipit, quid aliud requirimus? Nec enim de voce, Procedit, questio esse debet, cum de re ipsa constet. Vnde ibidem subiungit: Neque enim ex ea prodit, quod aliena sit essentia, aut quiduis accipit ex non sibi consubstantiali. Et infra: Rursum, inquit, ipse Spiritus & ab ipso procedit & mittitur non à Patre solo sed & à Filio. Et infra: Equidem Dominus declarans Spiritum sanctum à se emergere, insufflans in discipulos dicebat, accipite Spiritum sanctum.

DECIMVSTERTIVS, Tharasis in epistola ad Patriarchas Orientis, quæ habetur in V. II. Synodo, act. 3. Credimus, inquit, in Spiritum sanctum, qui ex Patre per Filium procedit.

DECIMVSVARTVS, Maximus vir doctissimus & sanctus in cap. 4. Zach. Spiritus sanctus, inquit, quemadmodum secundum essentiam Dei & Patris est, ita & Filij secundum essentiam est, tanquam ex Patre essentialiter, per

Filium ineffabiliter natum procedens. Citat hunc locum Bellario cap. 6.

DECIMVSVINTVS, est Ioannes Damascenus lib. I. de fide, cap. 18. Imago, inquit, Patris est Filius & Filij Spiritus sanctus. At certe imago ab exemplari habet esse. Et infra: Deus Spiritus sanctus medius ingeniti, & geniti & per Filium Patri coniunctus. Habemus igitur quindecim testes Latinos, & quindecim Græcos, qui ante dissidium nostrum exortum apertissime docuerunt, Spiritum sanctum à Patre & Filio produci, ac spirari, vt iam intolerabilis planè Græcorum obstinatio videri debeat.

CAPVT XXVI.

Ex ratione idem confirmatur.

VIDE rationes multas apud sanctum Thomam lib. 4. contra Gentes, cap. 24. & quæst. 10. de potentia, artic. 4. Ratio præcipua sancti Thomæ est hæc: Si Spiritus sanctus non procederet à Filio; non distingueretur ab illo, hoc autem est contra fidem, quia tunc esset dualitas, non Trinitas. Igitur procedit à Filio Spiritus sanctus.

PROPOSITIO argumenti ita probatur, Omnis distinctio in Deo nascitur ex relationibus originis: at si Spiritus non procederet à Filio, non esset inter eos relatio originis, ergo si Spiritus non procederet à Filio, non distingueretur à Filio.

HVIS argumenti probatur iterum propositio: nam in Deo nihil est, nisi essentia, & relatio, siue absolutum & relatum; sed essentia, & omnia absoluta sunt communia, ergo sola relatio distinguit. Vnde in Concilio Toletano XI. cap. I. dicitur, in folis relationibus numerum cerni; proinde omnem distinctionem ex relationibus ortum ducere: vbi enim non est distinctio, nec numerus esse potest. Præterea, si non essent communia tribus personis omnia absoluta, non essent tres personæ vna res, vt docet Concilium Lateranense cap. 2. Item non possemus defendere Dei simplicitatem, nec possemus ostendere nullam perfectionem esse in vna persona quæ non sit in alia, quare dubitari non debet, quin sola relatio distinguat Trinitatem.

VERSVM, non quælibet relatio sufficit ad distinctionem faciendam; nam relationes non oppositæ non distinguunt, vt patet, quia in vno Patre sunt duæ relationes, paternitas, & spiratio actiua, & tamen non distinguunt duas personas, ergo debent esse relationes oppositæ, vt distinguant.

VERSVM, non quælibet oppositæ distinguunt, sed reales esse debent: nam relatio identitatis dicit oppositionem, sed non distinguit, quia non dicit oppositionem realem, rursum relationes oppositæ, & reales, vel fundantur super quantitate, vt æqualitas, vel super qualitate, vt similitudo, vel super actione, vt paternitas, & filiatio: sed in Deo non sunt relationes reales fundatæ in quantitate, aut qualitate, ergo solum remanent relationes fundatæ in actione, quæ dicuntur relationes originis, quæ distinguere possunt personas.

PROBATVR assumptio, nam in Deo est quidem æqualitas, & similitudo, sed quia fundamentum horum omnium est sola essentia, quæ est vna numero, ideo istæ relationes rationis sunt, non reales. Non enim possunt esse reales relationes, vbi non sunt fundamenta proxima distincta realiter. Et licet æqualitas & similitudo in Deo essent relationes reales, vt vult Scotus, tamen adhuc non posset inde sumi distinctio personarum. Nam Scotus putat ad hoc vt sint relationes reales, nõ requiri distincta fundamenta, sed sufficere distincta relationum, & quoniam Pater & Filius sunt extrema realia, ideo putat eorum æqualitatem & similitudinem esse relationes reales.

ITAQVE secundum hanc sententiam non sunt distinctæ personæ, quia æquales, aut similes sunt reali relatione æqualitatis vel similitudinis: sed è contrario idæo

reali

reali relatione sunt æquales, aut similes, quia distinctæ personæ sunt. Solæ ergo relationes originis distinguunt, & inde sequitur, vt iam probatum est, aut Spiritum sanctum originem ducere à Filio & ad eum referri relatione originis, quod est ab ipso procedere, aut certe ab eo non distingui, quod ne Græci quidè vnquam docuerit.

SED contra hanc rationem est obiectio molestissima, nam non videtur verum, solas relationes oppositas distingui in Deo realiter. Nam paternitas, & spiratio passiuæ distinguuntur realiter, & tamen non opponuntur. Similiter filiatio & spiratio passiuæ.

RESPONDENT aliqui, paternitatem distingui à spiratione passiuæ, quia identificatur cum spiratione actiua quæ passiuæ opponitur.

AT contra. Nam tunc spiratio actiua non posset esse in Filio, quia identificatur cum paternitate, quæ opponitur filiationi: & similiter essentia non posset esse in Filio aut Spiritu sancto, quia identificatur cū paternitate, quæ distinguitur realiter à filiatione & spiratione passiuæ.

RESPONDENT alij paternitatem & spirationem passiuam distingui, quia sunt in distinctis suppositis.

AT neque hoc satisfacit: nam etiam spiratio actiua est in distinctis suppositis, nimirum in Patre, & Filio, & tamen est vna & eadem in vtroque. Et ipsa essentia nõne est in tribus suppositis re distinctis, & tamen est vna & eadem in omnibus? Et præterea ipsa supposita, id est, Pater & Spiritus sanctus non sunt opposita proprie, ergo non omnis distinctio oritur ex oppositione.

RESPONDENT alij, paternitatem & spirationem passiuam esse opposita virtualiter, quia paternitas fundatur in productione notitiæ, spiratio passiuæ in productione amoris, quæ productiones oppositæ sunt, cum includat relationes originis: nam amor ex cognitione nascitur.

AT contra. Nam amor non oritur ex cognitione effectiue, intellectus enim solum proponit obiectum voluntati, non autem est distinctio realis necessario ponenda inter obiectum & actum, vt patet in Deo, vbi essentia est obiectum cognitionis & amoris, & non distinguitur à cognitione & amore.

RESPONDEO igitur paternitatem non opponi spirationi passiuæ, & tamen distingui ab ea ratione alicuius oppositæ relationis. Est enim obseruandum, cum duæ relationes opponuntur, non solum ipsas distingui, sed etiam propter ipsas distingui ipsa supposita relatiua. Itaque non solum distinguuntur spiratio actiua & passiuæ, sed etiam distinguuntur spirator & spiratus, & quia ista relatiua sunt personæ subsistentes, consequenter distinguuntur proprietates constitutiua harum personarum, alioqui vna esset alia.

QVONIAM igitur paternitas est constitutiua personæ spirantis, necessario distinguitur à spiratione passiuæ, quæ est constitutiua personæ spiratæ, alioqui Spiritus sanctus à seipso procederet. Nã à Patre procedit & ipse esset Pater, si nõ distingueretur paternitas & spiratio passiuæ.

IDEM dico de filiatione, quæ distinguitur à spiratione passiuæ, quia filiatio constituit personam Filij, & proinde spiratoris, si à Filio procedit Spiritus sanctus: spiratio autem passiuæ constituit personam spirati. Opponuntur autem spirator & spiratus. Itaque aliqua distinguuntur in Deo, quæ non opponuntur relatiue, sed ratio distinctionis semper est aliqua oppositio relatiua, quæ si tollatur, nulla remanet distinctio.

DICES, si Spiritus non procederet à Patre, sed à solo Filio, nulla esset oppositio relatiua inter Patrem & Spiritum, & tamen ab eo distingueretur: nam alioqui Spiritus esset Pater, & sic produceret suum auctorem, id est, Filium.

RESPONDEO, non posse vilo modo tolli à Patre spirationem actiuam, nisi tollatur etiam à Filio, nam si Filius spirat Spiritum sanctum, eo ipso etiam Pater spirat

salte mediata, & sic mediata opponitur Spiritui sancto; at si tollatur à Filio spiratio actiua, nõ necessario tollitur à Patre, sed tunc non distingueretur Filius à Spiritu sancto. Quod si fingamus tolli ab vtroque, tollitur etiã ipsa processio Spiritus sancti, atque adeo ipse Spiritus sanctus.

ALIA est obiectio aduerus eandem nostram rationem; generari & spirari sunt duo modi productionis planè impossibiles, & in eis fundantur relationes impossibiles, etiam si nullo modo sunt oppositæ, vt patet, quia nihil potest bis produci, aut duobus modis produci; & idem testantur exempla, nam nemo potest gignere Filium per naturam, & eundem producere ex arte, & facere vt sit idem filius, & statua, etiam si non opponantur hæc vilo modo.

ACCEDIT etiam sancti Anselmi auctoritas, qui libro de processione Spiritus sancti, cap. 1. ait: Quoniam adhuc non constat, an Spiritus de Filio procedat, auiam causam distinctionis eorum esse assignandam, & hanc esse, quia Filius nascendo, Spiritus procedendo producitur.

RESPONDEO quæ sunt in creaturis multa, & diuisa, in Deo esse vnum & simplex, modo non impedit oppositio. Vnde si à Filio non procederet actiue Spiritus sanctus, sine dubio generari & spirari nõ essent duo modi, sed vnus realiter, qui tamen distingui possent ratione. Nam sicut in Deo idem sunt intellectus & voluntas, intelligere & velle, idem etiam esse possent verbum & amor, nisi vnum ab altero verè procederet, & sicut non repugnat vni personæ, vt sit dicens & amans, seu Pater & spirator, ita non repugnat vni personæ, vt sit verbum & amor, Filius & Spiritus sanctus.

ADDE quod non deest etiam exemplum in creaturis: nam gignere & docere sunt diuersissima formaliter, & similiter relationes Patris & Filij plurimum differunt à relationibus doctoris & discipuli, & tamen vnus & idem potest esse pater & doctor respectu eiusdem, qui erit filius & discipulus eius. Quando autem id non videmus, vt in illo exemplo de filio & statua, id accidit, propter multiplicationem & distinctionem materia, non propter impossibilitatem relationum.

RATIO ergo sancti Thomæ solidissima est, & deducta ex fundamentis fidei: & præterea est communis Patrum doctrina, quod sanè Scotus non aduertit. Nam Nazianzenus orat. 5. de Theologia, solum agnoscit distinctionem ob relationes originis. Nyssenus in fine libri ad Ablabium, solum dicit distingui in Deo personas per esse, causam & causatum, quod est idem cum præcedente sententia. Augustinus lib. 7. de Trinitate, ca. 11. & 15. cap. 14. solum vult distingui personas per hoc, quod vna est ad aliam. Boëtius lib. 1. de Trinitate, cap. 12. Sola, inquit, relatio multiplicat Trinitatem. Anselmus lib. de processione Spiritus sancti cap. 2. omnia dicit esse vnum, vbi non obuiat relationum oppositio. Richardus lib. 2. de Trinitate dicit, distinctionem personarum nasci ex numero producentium, quia vna persona producit, & non producitur: alia producit, & producitur: tertia producitur, & non producit.

EX his ad locum ex Anselmo citatum facile est respondere. Anselmus enim in 1. & 2. capite exponit ea, in quibus nos cum Græcis conuenimus, quorum vnum est, quod Filius à Spiritu sancto distinguitur, quia vnus nascendo, alter procedendo accipit esse. Deinde autem ostendit, non posse esse hos duos modos distinctos, nisi Spiritus sanctus sit à Filio, quia omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio. Superest iam, vt argumenta Græcorum breuiter proponamus, & cõfitemur.

CAPVT XXVII.

Soluuntur argumenta Græcorum.

PRIMUM argumentum sumunt ex illis verbis Ioannis decimoquinto: Cum uenit Paraclitus, quem ego misit uobis à Patre Spiritum

O 4

veritatis, qui à Patre procedit. Cum enim tam disertè Dominus dixerit, Spiritum sanctum à Patre procedere, & non addiderit, à Filio, temeritas videtur asserere, Spiritum à Patre; Filiòque procedere.

RESPONDEO cum Augustino lib. 3. contra Maximum, cap. 14. nominari solum Patrem, non ad excludendum Filium, sed quia Pater est principalis auctor Spiritus sancti: Filius enim à Patre habet, vt spiriter.

QUOD autem Filius non excludatur etiam si non nominetur probatur. Primo ex aliis similibus locis. Nam Matthæi decimosexto dicit; Caro & sanguis non reuelavit tibi, sed Pater meus, qui in calis est; & tamen illa reuelatio facta fuit ab omnibus personis. Et de Spiritu sancto, Ioan. 15. Ille vos docebit omnia. & tamen etiam Pater & Filius nos docent omnia.

SECUNDO, cum dicitur, à Patre procedit, non potest intelligi, à Patre, vt Pater est formaliter, quia tunc Spiritus esset Filius, ergo à Patre, vt habet essentiam communem cum Filio: proinde etiam à Filio procedit.

TERTIO, vt acutè Anselmus libro de processione Spiritus sancti ratiocinatur, si dictum esset; Nemo producit Spiritum sanctum, nisi solus Pater, adhuc non excluderetur Filius; vt ex simili sententia perspicuum est, nam dicitur Matthæi vndecimo: Nemo novit Filium, nisi Pater: & tamen non excluduntur à cognitione Filij ipse Filius & Spiritus sanctus, qui sunt eiusdem naturæ. Et ibidem addit: Neque Patrem quis novit, nisi Filius, & qui voluerit Filium reuelare: Nec tamen excluditur Pater & Spiritus à cognitione Patris, etiam si Filius nihil eis reuelet. Eodem igitur modo, si dictum esset; Nemo producit Spiritum sanctum, nisi Pater non excluderetur Filius ab ea productione. Quantò igitur minus excluditur per eam sententiam, Spiritus sanctus à patre procedit: Hic enim nulla est exclusio, nulla negatio.

SECUNDUM argumentum sumunt Græci ex eo, quod in Concilio Ephesino lectum est Symbolum Nestorianorum, & liber Theodoretii contra anathematismos Cyrilli, & in vtroque habebatur expressè, Spiritum non procedere à Filio, & tamen Patres Concilij tacuerunt, ergo approbasse videntur.

RESPONDEO primo, retorquendo argumentum, nam in eodem Concilio Ephesino, & postea in quarta & quinta Synodo lecta est epistola Cyrilli cum anathematismis ad Nestorium, in qua bis habetur Spiritum à Filio habere suum esse, & tamen Patres non contradixerunt, ergo approbaverunt.

SECUNDO, Theodoretus non solum ait, Spiritum non procedere à Filio, sed etiam non procedere per Filium, quod tamen Græci modo asserunt, ergo si Concilium suo silentio approbavit, Spiritum non procedere à Filio, quod videtur contra nos, approbavit etiam non procedere per Filium, quod est contra ipsos.

DICTO ultimo, Ephesinum Concilium etsi noluerit tunc expressè disputare de ista questione, quia propter aliud negotium conuenerat, tamen satis aperte significasse sententiam suam, cum summo consensu probavit totam Cyrilli doctrinam, & damnauit contrariam Nestorianorum & Theodoretii: quod idem fecerunt quarta & quinta Synodus: immò etiam 6. & 7. ac breuiter omnes Synodi consequentes.

TERTIUM argumentum ex Patribus sumunt, ac primo adducunt Dionysium Ateopagitam, qui de diuinis nominibus, cap. 2. pagina prima: Solus, inquit, fons super substantialis Deitatis est Pater.

RESPONDEO, id esse verum, quia Pater non habet aliunde Diuinitatem. Vnde aliqui comparant Patrem fonti, qui dat, & non accipit, Filium flumini, qui accipit, & dat; Spiritum sanctum lacui, qui accipit, & non detur alio aquam. Sed quanquam hac ratione dicatur solum Pater fons, quia non accipit aliunde, tamen alia ra-

tionem etiam Filium fontem Epiphanius vocat, hæref. 69. sed fontem de fonte, sicut Deum de Deo, quia accipit eandem essentiam, quam habet Pater.

SECUNDO proferunt Basilium, qui epist. 43. Nul- lam, inquit, secundum propriam notionem communionem habet Filius cum Patre. Ergo non conuenit cum Patre in spiratione, quæ est quædam notio. Præterea ibidem dicit, propriam notionem Spiritus sancti esse, quod per Filium, & cum Filio cognoscatur, & ex Patre substantiam habeat.

RESPONDEO ad primum, non loqui Basilium de notione qualibet, sed de notione quæ est proprietates, vt patet ex verbis eius. Vult ergo dicere, Filium ratione filiationis, quæ sola est eius propria notio, non conuenire cum Patre aut Spiritu sancto.

AD secundum dico, locum esse pro nobis, si bene intelligatur: nam cum dicit, Spiritum sanctum per Filium & cum Filio cognosci, non vult dicere, Spiritum sanctum cognosci ex prædicatione & doctrina Filij: sed cognosci per Filium, & cum Filio, vt relatiuum per suum correlatiuum. Nam paulò antè dixerat, Spiritum sanctum ex Filio pendere, & non posse vnum sine alio cogitari, quod est proprium relatiuorum.

PRÆTEREA differit eo loco de distinctione personarum intima & æterna; non autem debet sumi distinctio æterna à temporali nostra cognitione, alioqui ante nostram cognitionem non fuissent personæ distinctæ. Quod si relatiua sunt Filius & Spiritus sanctus, necesse est: ideo esse relatiua, aut quia Filius sit Filius Spiritus sancti, & Spiritus sanctus sit Pater, quod nemo dicit; aut quia Spiritus sanctus spiraret à Filio, & sit Filius spirans, seu spirator Spiritus sancti, quod Ecclesia Catholica dicit. Neque obstat quod Basilium dicit, Spiritum ex Patre subsistere, id enim tribuit Patri tanquam principali auctori, sicut ipse Dominus dixit, Qui ex Patre procedit.

TERTIO proferunt Nazianzenum qui in oratione ad Episcopos, qui venerant ex Ægypto, Omnia, inquit, quæ habet Pater, habet etiam Filius, excepta causalitate. Hinc enim sequi videtur, Filium non esse causam Spiritus sancti, sed solum Patrem.

RESPONDEO, loqui sanctum Gregorium de causalitate respectu ipsius Filij, quæ est proprietates Patris, ac si dixisset, Omnia Filius habet, quæ habet Pater, præter esse Patrem. Quid, quod ibidem aperte Gregorius insinuat, Spiritum esse à Filio: Nam sicut contulerat Filium cum Patre tanquam productum cum producente; ita postea confert Spiritum cum Filio: Omnia, inquit, quæ habet Filius, habet Spiritus sanctus, excepta filiatione, id est, excepta proprietate eius personæ, à qua ipse producitur.

QUARTO adducunt Damascenum lib. 1. cap. 11. de fide: Spiritum, inquit, per Filium esse dicimus, ex Filio non dicimus. Beatus Thomas quæst. 10. de potentia art. 4. reicit Damascenum, tanquam qui sequutus sit Theodoretum, sed non videtur id verum esse. Siquidem Theodoretus disertè negauit Spiritum sanctum à Filio, vel per Filium esse, Damascenus autem negat esse à Filio, non negat esse per Filium.

RESPONDEO igitur cum Bessarione & Gennadio, Damascenum non negasse, Spiritum sanctum procedere ex Filio, quod ad rem attingit; cum dixerit, Spiritum esse imaginem Filij, & per Filium esse, sed existimasse, tutius dici per Filium, quam ex Filio, quantum ad modum loquendi propter hæresim Macedonij & Eunomij, qui ex Filio tanquam primaria, immò etiam sola causa processisse dicebant Spiritum sanctum. Quemadmodum dicimus, post hæresim Nestorij MARIAM non Christiparam, sed Deiparam, nõ quod nõ sit Christipara, sed ne puteetur solum Christipara, & nõ Deipara. Cæterum sicut propter hæresim Macedonij rectè dicebatur, Spiritus

esse à Patre per Filium, ita propter errorem Græcorum rectius dicitur nunc à Patre & Filio.

QUINTO adducunt, vt Magister testatur lib. 1. dist. 11. Leonem III. Pontificem Romanum, qui ad fidei cautelam iussit scribi in tabula argentea Symbolum Constantinopolitanum sine additione, Filiòque, & poni in altari post corpus sancti Pauli. Vixit autem iste Pontifex circa annum DCCC. à Christo nato, quo tempore iam additio facta fuerat: ergo illam abstulit Pontifex.

RESPONDEO, Pontificem dedita opera hoc fecisse, vt seruaretur memoria Symboli Constantinopolitani, quale fuerat, & vt intelligerent omnes, non damnari illud Symbolum, nec esse contrariū nostro. Habet enim Ecclesia plura Symbola, Apostolicum Nicænum, Athanasij, Constantinopolitanum sine vlla additione, & illud idem cum additione, quæ omnia vnum, & idem sunt, licet vnum sit alio clarius & explicatius. Porro omnia illa Symbola Ecclesia Catholica recipit, & honorat: & sicut condito Nicæno Symbolo, non fuit abrogatum Symbolum Apostolicum: & sicut condito Constantin. non fuit abrogatum Nicænum, ita quoque condito nostro Symbolo, non debuit abrogari Constantinopolitanum. Itaque prudentissimo consilio summus Pontifex, ne Græci putarent, reprobari à nobis Symbolum Constantinopolitanum, iussit illud honorificè in Ecclesia conseruari.

SIXTO adducunt Theophylactum in cap. 3. Ioan. Sane, inquit, Latini malè hæc exponentes & minus rectè intelligentes dicunt, quod Spiritus etiam ex Filio procedat.

RESPONDEO, schismatis tempore vixisse Theophylactum, ideoque non recipi eius auctoritatem, alioqui nos etiam plurimos alios proferre potuissemus, vt Bernardum, Rupertum, Richardum, Thomam, Bonaventuram, & alios Sanctos recentiores.

ULTIMO afferunt rationes. Prima ratio est Theophylacti loco citato. Spiritus sanctus vnus est, ergo vnum habet principium, non duo, & vna spiratione procedit non duabus.

RESPONDEO, rationem istam, quæ præcipua tamen est Græcorum, nihil valere. Nam licet Pater & Filius sint duo spirantes, tamen vnica spiratione spirant, & vnum principium sunt Spiritus sancti. Nihil enim multiplicatur in Deo, nisi relatio opposita: spiratio autè, qua Pater spirat, non opponitur spirationi, qua spirat Filius, & certè si argumentum concluderet, efficeret etiam Filium non esse creatorem mundi, nam mundus est vnus, ergo vnum principium habet, & vna actione producit, ergo si duæ personæ non possunt esse vnum principium, nec vna actione creare, non creauit Filius mundum, sed Pater solus: sicut ergo Pater & Filius, immò etiam Spiritus sanctus, vnum sunt mundi principium, & vna actione creant, quia vnã essentiam habent: ita quoque Pater, & Filius vnũ sunt principium Spiritus sancti, & vna spiratione spirant, quia vnã habent potentiam spiratiuam.

SECUNDA ratio, Pater est sufficiens principium Spiritus sancti, ergo non requirit auxilium Filij.

RESPONDEO, Patrem etiam esse sufficiens principium creationis, & tamen hoc non obstantè omnes personæ creant, quia habent eandem potentiam & essentiam. Non enim Filius cū Patre spirat, quia Pater eget auxilio, sed quia eandè vim spiratiuã habent Pater & Filius.

ADDE, quod Spiritus sanctus procedit necessariò à duobus, quia alioqui non esset tertia persona, sed coincideret cum secunda, vt ostensum est. Itaque mundus producitur necessariò à tribus, necessitate producentis. non necessitate producti, at Spiritus sanctus producitur à duobus necessariò, necessitate producentium, & necessitate producti.

TERTIA ratio, si à Filio procedit Spiritus, ergo Patri similior est Filius, quàm Spiritus sanctus; nam Filius spirat cum Patre spirante, & Spiritus non generat cum

Patre generante. RESPONDEO, si Spiritus à solo Patre procedit, fore similiorem Filium Spiritui, quàm Patri: nam Filius procedet cum Spiritu, & non producit cum Patre, sed neutrum horum argumentorum concludit: nõ similitudo attenditur ex parte essentia, nõ ex parte relationum.

CAPVT XXVIII.

Demonstratur rectè factam additionem illam, FILIOQUE.

VPEREST ostendere, Latinos potuisse & debuisse explicare Symbolum addèdo illam particulam (Filioque) ac primum ostendam, debuisse Symbolum explicari; deinde id potuisse facere Latinos sine Græcis.

QUOD ergo debuierit explicari Symbolum, probatur; nam necessarium est ad salutem, non credere, Spiritum sanctum à solo Patre procedere: ergo orta hæresi, quæ docebat, Spiritum à solo Patre procedere, debuit adhiberi remedium per explicationem, quia debent tolli occasiones errandi.

PROBATVR antecedens, nam Athanasius in Symbolo, vbi posuerat à Patre & Filio, &c. dicit: Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque integram, inuolatamque serauerit, in æternum peribit. Et in epistola ad Serapionem: Iuxta quod, inquit, mandat Apostolus hæreticum hominem post vnã aut alteram correptionem denota, etiam si quos videas cū Helia volantes per aëra, & cū Petro, & Moysè sicco pede calcantes maria, nisi Spiritum sanctum profiteantur Deum essentialiter ex Deo Filio existentem, sicut & Filium naturaliter Deum genitum essentialiter ex Deo Patre existentem, vt nos profiteamur eos non recipias. Vide similia loca Cyrilli & Epiphaniij apud B. Thomam in opusculo contra Græcos.

PRÆTEREA probatur ex decreto Concilij Florentini, vbi sic habetur: Definimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur, ac suscipiatur, quia Spiritus sanctus à Patre & Filio æternaliter est.

DENIQUE ratione. Nam credere Spiritum non esse à Filio, est, vt demonstrauius, error contra Scripturas, ergo necessariò vitandus. Est tamen hoc loco animaduertendum, non semper necessarium fuisse, nõ credere non esse à Filio Spiritum sanctum. Nam antequam oriretur & definiretur quæstio, satis erat credere, Spiritum à Patre procedere, in quod includebatur etiam, quod procederet à Filio; nec erat opus querere, an à Filio procederet, necne: non enim tenemur omnia scire, sed tamen tenemur nunquam positinè asserere errores.

ITaque postquam mota est quæstio, & multi cœperunt errare, necesse fuit remedium adhibere, & hoc ipsum etiam definiuit Concilium Florentinum in hæc verba: Definimus explicationem verborum illorum (Filioque) veritatis declaranda gratia, & imminente tunc necessitate licitè & rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

VENTAMVS nunc ad alteram partem, ac demonstramus, hanc explicationem à Latinis sine Græcorum consensu fieri potuisse.

PRIMO, Papa Romano est Pastor & doctor totius Ecclesie vt in ipso Concil. Florétino Græci confessi sunt & patet ex illo Ioan. vlt. Pasce oues: ergo potest ipse etiã sine Concilio, definire res fidei; nõ quia Pastor & doctor vniuersalis est, non potest errare, cū docet ex cathedra; alioqui tota Ecclesia erraret, quæ illi sequi tenetur, definire autè res fidei ad illi pertinet, qui non potest errare.

SECUNDO, etiam si Papa non esset Pastor totius Ecclesie, nec posset definire controuersias fidei, sine Concilio tamen nõ propterea requireretur Concilium Græcorum & Latinorum, sed sufficeret Concilium aliquot Episcoporum ab ipso Romano Pontifice conuocatum. Est enim ipse (vt minimum) primæ sedis Episcopus, & sine ipso Concilia non habent robur, & cū ipso habent,

vt fusè docet Gelasius in tomo de vinculo anathematis. Nam firmitas Conciliorum non oritur ex multitudine & diversitate Episcoporum, sed ex connexione cum sede Petri, cui dictum est: *Rogavi pro te, vt non deficiat fides tua.* Luc. 22. id quod etiam exempla testantur.

NAM Concilium Ariminense habuit D.C. Episcopos, partim Græcos, partim Latinos, & tamen quia Romanus Episcopus disensit, semper est habitum erroneum ab omnibus tam Græcis quàm Latinis. Contra, Concilium II. GL. Episcoporum Græcorum, & in quo nullus fuit Latinorum, quia à Pontifice Damaso confirmatum fuit, à quo Ariminense fuerat reprobatum, semper habitum est in honore. Videmus igitur à sede Petri Conciliorum firmitatem esse.

TERTIO, etiam si Papa non esset caput totius Ecclesie, nec primæ sedis Episcopus, sed vnus Patriarcha, nihilo maior cæteris, adhuc Græci non possent conqueri propter istam additionem: Nam vel quæstio est de fide vel de ritu, id est, vel nolunt Græci hanc additionem, quia est falsa, & contra fidem, vel quia licet sit vera, tamen non placet illis in Symbolo.

SI est quæstio de ritu: certè sicut multi alij sunt ritus diuersi Græcorum & Latinorum, & non propterea fieri debet schisma: ita etiam iste ritus tolerari poterat sine schismate. Præterea potest vnus Episcopus in sua Ecclesia aliquem ritum instituere sine consensu aliorum: quanto magis tota natio Latinorum simul.

SI autem quæstio est de fide, non possunt quidem Concilia prouincialia vel nationalia aliquid ita definire, vt statim debeat ab omnibus recipi: tamen possunt definire, & alij non debent conqueri, sed probare si viderint rem esse bene definitam: sin minus, cõuocare maius Concilium. Nam ita factum videmus sepius in Ecclesia.

HÆRESIM Pauli Samosatani damnauit Concilium Antiochenum paucorum Episcoporum, nec alij multo plures in toto mundo conquesti sunt, sed ratum habuerunt, vt patet ex historia Eusebij lib. 7. cap. vltimo. Hæresim Macedonij damnauit Concilium Constantinopolitanum, in quo nullus fuit Latinorum; nec Latini conquesti sunt, sed probauerunt, hæresim Pelagij damnauerunt, Concilia prouincialia, Mileuitanum & Carthaginense, nec vllus propterea fecit schisma, quia non fuisse vocatus. Hæresim Nestorij damnauit Concilium Ephesinum, antequam adessent Latini, quos Pontifex Cælestinus mittebat, non tamen Latini conquesti sunt, sed voluerunt cognoscere rem gestam & cognitam approbauerunt. Et huiusmodi sunt infinita exempla.

GRÆCI ergo non possunt conqueri, quod sine ipsius quæstio definita est; præsertim cum post illam definitionem sint vocati ad Concilia generalia, non semel, neque bis, sed sepius, & rursus quæstio proposita & discussa sit ipsis præsentibus.

SI petas, licet non fuerint necessariò Græci initio vocandi, tamen cum vocari potuerunt, quare initio non sunt vocati?

RESPONDEO primò, non esse certum, non fuisse vocatos, vt dicitur in Cõcilio Florentino, vt enim ignoramus, in quo Concilio fuerit facta additio, ita ignoramus an interfuerint Græci, nec ne. Sed si vocati non sunt, causa fuit. Primo, quia non erat necesse, cum quæstio esset facilis. Nam, vt Augustinus respondit Pelagianis petentibus generale Cõciliū, lib. 4. ad Bonifacium cap. 12. & lib. 2. tract. ca. 50. non omnis hæresis est talis, vt propter eam debeant vexari omnes prouinciæ. Et profecto talis est hæc de Spiritu sancto. Et si facta sunt Concilia generalia, facta sunt, vt satisfieret Græcis, non quod rei difficultas hoc exigere. Secundo, quia necessitas urgebat & requirebat celeritatem propter contentiones in Gallia & Hispania natas. Nec poterant tam cito ex remotis regionibus Episcopi aduocari. Tertio,

quia inutile erat. Nam eo tempore nulli ferè erant in Græcia homines docti. Has tres causas reddit Bonaventura 1. d. 11. q. 1.

C A P V T XXIX.

Soluuntur obiectiones Græcorum.

ED necesse est obiectiones ipsorum diluere. Prima est huiusmodi: Synodus III. generalis prohibuit omnem mutationem circa Symbolum; hæc enim habentur ad finem Concilij: *Decreuit sancta Synodus alteram fidem nemini licere proferre, aut scribere aut exponere præter eam, que definita fuit à sanctis Patribus apud Nicenam urbem in Spiritu sancto congregatis. Eos autem qui fuerint ausi aliam fidem componere, siue porrigere, aut proferre his qui volunt ad veritatis cognitionem conuerti ex Gentibus, vel ex Iudeis, vel etiam ex qualibet hæresi; istos, si quidem Episcopi fuerint, aut Clerici, alios Episcopos quidem ab Episcopatu, Clericos ab clericatu; si verò Laici fuerint, anathematizatos.*

RESPONDENT nostri, hoc decreto non prohiberi explicationem Symboli, & mutationem quoad verba, sed prohiberi corruptionem per additionem, aut deductionem contrarium sensum reddentem, id quod probant multis modis.

PRIMO, sic intelliguntur etiam verba Pauli Galat. 1. vbi anathematizat eos, qui docent, præter id, quod ipse docuit: nam ipsemet multa alia docuit postea, & Ioannes totum Euangelium postea scripsit, vbi sunt multa, quæ non inueniuntur in Paulo; non ergo prohibet Paulus addi doctrinam, sed addi aliquid contrarium superioribus.

SECUNDO, si Concilium Ephesinum loqueretur de qualibet mutatione Symboli, iam esset abrogatum Symbolum Constantinopolitanum, vbi habetur, *Ex Patre procedentem*; nam Symbolum Constantinopolitanum addidit ad Nicænum inter alia, etiam hanc particulam, *Ex Patre procedentem*, & tamen Græci semper vti sunt Symbolo Constantinopolitano, & non Nicæno.

TERTIO, in Concilio Chalcedonensi, vbi videntur interfuisse multi ex Episcopis, qui fuerunt in Concilio Ephesino, actione quinta, cum esset conscribenda fides, Episcopi clamabant, addatur ad Symbolum; *sanctam Mariam esse Deiparam*, & in illa ipsa actione scribitur nouum Symbolum, in quo multa mutantur, adduntur, detrahuntur ex particulis Symboli Nicæni & Constantinopolitani, & ad finem additur illa prohibitio: *Decreuit sancta Synodus alteram, &c.* vt in Ephesino Concilio. Ex quibus euidenter apparet explicatio decreti, nisi dicamus Concilium quartum pugnare cum tertio, & esse excommunicatos omnes Episcopos quarti Concilij, quod nemo hæcenus dixit.

ADDE etiam, quod Græci non ignorarunt olim, Latinos esse huius sententia. Nam Hormisdas in epistola ad Iustinum Imperatorem disertè scripsit, *ex Patre Filioque Spiritum procedere*. Item non ignorarunt additionem factam, & tamen per annos circiter C.C.C. siluerunt, nec schisma fecerunt vt patet, quia additio facta est circa annum D.C. & postea celebrata sunt ex communi consensu Græcorum & Latinorum tria Concilia generalia, sextum, septimum, & octauum, & tandem postea illis venit in mentem, vt nobis obicerent Ephesinum decretum, cur non obiecerunt antea, nisi quia intelligebant nihil facere contra nos.

RESPONDENT Græci, Concilium Ephesinum prohibuisse omnem mutationem Symboli, tam quoad rem quàm quoad verba.

AD id quod obiecimur de Symbolo Constantinopolitano, quod addidit ad Nicænum, respondent Ephesinum Concilium accepisse pro vno & eodem Symbolum Nicænum & Constantinopolitanum, & prohibuisse mutationem circa Symbolum Nicænum, vt erat explicatum à Synodo Constantinopolitana.

AD id verò, quod obiecimur ex Concilio Chalcedonensi respondent, Concilium Chalcedonense edidisse quidem aliam confessionem fidei, sed non composuisse aliud Symbolum, quod in Ecclesia frequentari deberet, & tradi iis qui catechizandi erant. Et de tali Symbolo locutum esse Concilium Ephesinum. Ocasio enim huius decreti fuit, quia multi Symbola scribebant & ea tradebant rudibus, & interim errores admiscebant.

AT contra obieciunt nostri, si Symbolum Nicænum & Constantinopolitanum pro eodem accipiuntur, quia in re conueniunt, idem poterit dici de aliis, quæ in re conueniunt.

PRAETerea ex hoc ipso, quod Concilium Chalcedonense non composuit Symbolum quod in Ecclesia frequentandum esset, & tamen addidit illam clausulam, vt nemo audeat aliam fidem scribere, & proferre, iis qui catechizantur nostri colligunt istam prohibitionem non debere intelligi de Symboli mutatione quoad verba, sed quoad rem. Hæc est communis, & solida solutio, sed fortè posset aliter obstrui os Græcorum.

NAM etiam si Concilium Ephesinum loqueretur de verbis Symboli, nec veller vllò modo addi, vel detrahi quidquam, tamen hæc prohibitio non extendetur nisi ad singulos Episcopos, vel Clericos, aut Laicos, non autem ad Concilia Episcoporum. Nam verba Canonis, harum personarum mentionem faciunt, nimirum Episcoporum, Clericorum, & Laicorum. Constat autem Concilia non ex Clericis, & Laicis, sed Episcopis tantum constare, & occasio huius Canonis scribendi idem confirmat. Scriptus enim fuit canon quoniam plurimi cæperant eo tempore sua symbola scribere non solum Episcopi, vel Clerici, sed etiam Laici.

DEINDE quomodo credibile est Synodum Ephesinam voluisse præscribere regulam summo Pontifici, aut Synodo generali: num ignorabant Episcopi illi, non posse vllum superiori suo, aut æquali legem dare? Cum igitur particulam (Filioque) non aliquis particularis Episcopus, Clericus, aut Laicus symbolo addiderit, sed summus totius Ecclesie pastor, & Concilia generalia tria id ipsum probauerint: dubium esse non potest, quin id iure factum sit.

SEDERURsum quidam obieciunt: etsi licuerit Latinis per eam additionem explicare Symbolum, tamen non videtur debuisse ipsa explicatio apponi in Symbolo. Si enim omnia, que definiuntur circa symbolum, ipsi symbolo addenda essent, multa alia fuissent addenda; vt Virginem esse Deiparam; Christi corpus verè esse in Eucharistia, licet ascenderit in cælum; & alia.

RESPONDEO, non omnia debere poni in symbolo; tamen hanc particulam rectè fuisse appositam, pro-

pter duas causas. Primo, quia post exortam hæresim, ipsum symbolum sine hac particula dabat occasionem errandi. Secundo, quia facile addi poterat sine additione noui articuli, aut mutatione notabili ipsius symboli: quæ causa in aliis additionibus locum non habent. Nec tamen negamus, posse addi aliquam aliam particulam ad maiorem explicationem, si id summo Pontifici, aut Concilio orbis terræ expedire videatur.

C A P V T XXX.

Concluditur disputatio diuino testimonio.

AM ad finem totius disputationis placuit annotare diuinum siue iudicium, siue testimonium. Nam Deus multis modis ostendit post exortum schisma, vtri errent, Græci an Latini. Nam vsque ad tempus schismatis ita floruit Græcia viris doctis, & sanctis, vt omnia Concilia generalia apud Græcos celebrata sint; post schisma autem per annos ferè DCCC. nullum habuerunt Concilium, nullum virum sanctum miraculis clarum, paucissimos homines doctos. Latini verò hoc eodem tempore habuerunt duodecim generalia Concilia & innumerabilia particularia. Item singulis ætatibus viros miraculis clarissimos, nouos ordines religiosorum, plurimos homines doctos.

PRAETerea hoc tempore fides Latinorum propagata est accessione Indorum Orientalium, & noui orbis in Occidente: fides Græcorum minuitur in dies quotidie. Græci in Conciliis conuicti, ad nostram fidem conuersi sunt quater, aut quinque, & fortassis etiam sepius, & semper ad vomitum suum redierunt.

LATINI semper in disputationibus superiores in eadem fide & doctrina permanserunt: denique apud Latinos regna, & imperia potentissima adhuc florent, imperium verò Græcorum per Turcas Christi hostes euersum; ac destructum est penitus, ipsique omnes in miserima seruitute degere, grauissimisque iugum captiuitatis perferre coguntur.

Ac vt intelligant causam exitij sui esse pertinaciam in errore de processione Spiritus sancti, in ipsis feriis Spiritus sancti capta fuit Constantinopolis à Turcis, Imperator occisus, & imperium omnino extinctum. Nam vt probat Gerardus Mercator in sua Chronologia, anno M.CCCC.LII. die 26. Maij indixit Mahumetes exercitui suo vltimam oppugnationem, & sequenti die Constantinopolim cepit. Illo autem anno fuit Pentecoste die 28. Maij, vt planum est ex aureo numero, & litera dominicali, vnde festa mobilia inuestigantur. Erat enim aureus numerus 8. & litera dominicalis A. Itaque multi comparant Ecclesiam Græcam regno Samarie, quod separauit se à vero templo, & tandem in captiuitatem perpetuam adductum est.

LIBER TERTIVS DE CHRISTO.

In quo tractatur pars tertia, quæ est de carne eiusdem, siue de incarnatione.

DE Christi diuinitate, qua illi communis est cum Patre, & Spiritu sancto, necnon de distinctione personali ab utroque, differemus libris superioribus. Nunc ad humanitatem eius accedemus: ac de carne quidem, & incarnatione in hoc tertio libro, de anima verò in sequenti disputabimus. Porro præsens controuersia quinque partes habebit. In Prima referemus errores huius temporis de incarnatione. In Secunda ostendemus in Christo esse duas naturas. In Tertia demonstrabimus in Christo vnã esse personam. In Quarta exponemus in quo propriè consistat vnio hypostatica. In Quinta an ex hac vnione caro Christi id obtinuerit, vt sit vbique, breuiter differemus.

CAPVT PRIMVM.

De erroribus huius temporis circa incarnationem.

VoD ergo ad primum attinet, duo sunt hoc tempore genera errantium circa incarnationem: aliqui enim aperte & directe oppugnant hoc myticium; alij obscure & quasi oblique. Ad primum genus pertinent Anabaptistae & Svvenckfeldiani. Anabaptistae disertè docent, Christum non habuisse veram carnem ex virgine assumptam. Testatur Ioannes Cochlaeus in lib. de erroribus Monasteriensium Anabaptistarum hunc esse vnum ex praecipuis eorum articulis.

PRÆTEREA Memnon ex ligniferis Anabaptistarum docet, Christi corpus ex Patris substantia coelitus delatum in uterum virginis, vt patet ex Colloquio VVismariensi.

MICHAEL Seruetus & ipse Anabaptistarum vnus lib. 2. de Trinit. docet Christi carnem esse diuinam & caelestem, ac ex Patris essentia genitam.

GASPAREM Svvenckfeldius in lib. de diuina maiestate humanitatis Christi docet, Christi humanitatem post ascensionem non esse creaturalem, sed supercreaturalem, & ipsum Christum etiam ratione humanitatis esse verum Deum.

DENIQUE testatur Petrus Canisus praefat. lib. 1. de corruptelis verbi Dei, anno M. D. LXXI. publicè factam potestatem Anabaptistis disputandam quaestionem illam: An Christus ex virgine carnem assumpserit, an aliunde, idque in ditione Palatini prope Heidelbergam.

AD secundum genus pertinent hoc tempore ferè omnes Lutherani, qui duo docent, ex quibus sequitur, eos vel esse Eutychnianos, vel Nestorianos, vel monstru ex vtraque haeresi temperatum. Primo docent, Christi carnem habere attributa diuinitatis, ac praecipuè omnipraesentiam. Secundo docent hypostaticam vnionem consistere in ista communicatione attributorum diuinorum ipsi carni & humanitati. Et siquidem volunt ista attributa coniungi essentialiter humanitati, iam illa fiet vnum cum diuinitate, quae est haeresis Eutychniana. Si verò coniungi volunt accidentaliter, tum distincta erunt personae Dei & hominis, & vna erit in alia per inhabitationem & per accidens, quod est aperte Nestorianum, sed de refutatione postea agemus. Nunc sententiam ipsorum tantum explicamus.

AVCTOR huius erroris videtur Iacobus Faber Stapulensis. ita enim scribit in ca. 12. epist. prioris ad Corinthios: Corpus Christi, id est, assumpta humanitas, caelum implet & terram, est enim vbique verbum Dei est, quia Verbum caro factum est, quare Verbum nusquam est sine carne. Et in cap. 14. Ioan. ita scribit. Cum Filius sit in Patre & in omnibus sanctis qui sunt in caelo & in terra, an etiam corporaliter sit? quidni? sed absque modo, nisi dicas diuino & incomprehensibili modo, qui non tam modus, quam non modus dici debet.

HVNC sequutus est in primis Lutherus, qui etsi vbique iacet se credere in Christo vnam personam, & duas naturas, tamen doctrina eius aliud habet. Nam in serm. de Sacramento caenae Domini, tomo 2. operum eius fol. 112. Credimus, inquit, quod IESVS Christus sit iuxta humanitatem super omnes creaturas collocatus, & omnia impleat: Et paulò post: Et habeat omnia in sua manu, & sit vbique praesens. Item in lib. quod verba Christi, Hoc est corpus meum, adhuc firma consent, prolixè docet dexteram Dei esse vbique.

DENIQUE assumit corpus Christi esse in dextera Dei, & vt ipse ait, Non in minimo digito, aut vngue dexterae, sed in tota: atque inde concludit corpus Christi necessariò esse vbique. Item in lib. qui inscribitur, Confessio Martini Lutheri de caena Domini, dicit se probare euidenter Christi corpus esse realiter praesens in caena, quia est vbique. Esse autem vbique dicit se probare,

A quia est in dextera Dei, quae est vbique, & ibidem ponit tres modos essendi in loco.

PRIMUM localiter, id est, circumscriptiuè: & hoc modo non vult Christi carnem esse vbique.

SECUNDVM spiritualiter seu per penetrationem: hoc dicit conuenire corpori glorioso, sed neque hoc modo ponit Christi carnem vbique.

TERTIVM caelestem & diuinum per vnionem hypostaticam, & hoc modo tribuit carni Christi vbiquitatem, & ait: Necessè habes Christi carnem, quae est cum Deo vna persona, longissimè extra creaturas collocare, adeoque tam longè quam Deus ipse extra creaturas est, &c. Quibus verbis videtur omninò velle Christi carnem non esse creaturam, sed Deum, cum velit eam longissimè distare à creaturis, & tamen esse vbique. Hinc enim colligitur eam non distare à creaturis distantia locali, cum sit vbique, sed distantia dignitatis, & excellentiae, ac proinde esse reuera Deum: & ibidem reprehendit Zuinglianos, quod passionem Christi soli tribuant humanitati, non etiam Deitati.

AT certè si caro Christi non est creatura, & Deitas passa est, videtur omnino vnum quid factum ex vtraque natura. & hoc idem repetit in lib. de Conciliis, nimirum errasse Zuinglianos, cum dicunt Christi diuinitatem pati non potuisse, vbi (vt aliàs dixi) defendit Nestorium & Eutychetè non errasse nisi in modo loquendi.

IOANNES Brentius adeo locupletauit hanc doctrinam, vt putetur auctor Vbiquitatis, cum tamè verè non sit, sed Lutherum sequatur. Primum igitur in Apologia pro confessione VVittembergensi, in tractatu de caena Domini ex professo tradit Christi carnem esse vbique ratione vnionis hypostaticae, & in lib. de duabus naturis Christi, & assentione & sessione à dextris, idem asserit, & probat multipliciter, cuius argumenta postea soluemus. ibidem asserit Christi corpus etiam ante passionem fuisse in caelo inuisibiliter, & nunc quoque non esse in aliquo certo loco caeli, sed vbique.

DENIQUE in alio lib. de maiestate Christi hominis, in hoc ponit vnionem hypostaticam, quod Filius Dei in Filium Mariae effuderit omnia dona, & proprietates suas, vbi simul Nestorianus est distinguens Filium Dei à Filio Mariae, & Eutychnianus est tribuens carni omnia diuina attributa. Et Petri, inquit, humanitas in vno tantum loco est, diuinitas autem qua impletur & sustentatur, vbique sese diffundit, & cum propter hanc causam Petrus, & Deus, seu Filius Dei, qui est in Petro, sint duae distinctae hypostases, seu personae: quomodo non etiam propter eandem causam Filius Mariae, & Filius Dei, qui est in Filio Mariae, duae fuerint personae? Hæc ille, vbi hoc solum discrimen ponit inter vnionem Dei cum Christo, & cū Petro; quod Deus non habet Petrum vbique sibi vnitum & ideo ab eo distinguitur personaliter; Christus autem habet vbique vnitum, & ideo ab eo non distinguitur personaliter.

NOTABIS verò hoc loco, & in sequentibus Brentij verbis Nestorianas illas phrasas, Filius Dei est in Filio Mariae; item, Filius Dei assumpsit Filium hominis. Sic enim pergit in eodem lib. Cum dicitur Deus, seu Filius Dei assumpsisse, aut vniuisse hominem sibi, seu Filium hominis personaliter, non id solum significatur, quod Deus substantia seu essentia sua existat in homine, & conferat aliquot dona sua in hominem (sic enim dici possit quod Deus sibi vniisset personaliter, non tantum semen Abrahæ, aut filium Virginis, verum etiam quemuis hominem, immò quemuis creaturam) sed illud proprie significatur, quod Deus ita se vniat, & coniungat cum homine, vt in ipsum omnem maiestatem suam conferat, nec cum vno tantum aut altero, aut etiam multis, seu infinitis adeoque omnibus, omnibus, inquam, suis caelestibus ac diuinis domis ornet. Et infra: Cum omnipotentiam suam Filius Dei in incarnatione contulerit in Filium hominis, adeò vt eam communem habeat cum Filio hominis,

omni

omnipraesentia verò ab omnipotentia pendeat, negari non potest quin etiam contulerit omnipraesentiam. Et infra declarans quid sit, Verbum caro factum est. Hoc, inquit, tale est quod Filius Dei sic impleat Filium Mariae, vt communicet cum eo omnem suam potentiam, sapientiam & felicitatem, & praesentiam: nisi enim hæc sit sententia, non habebitur inter Christum & alios homines discrimen. Et hæc sepius in me repetit, in quibus certè vides vnionem hypostaticam nihil esse aliud, quàm effusionem donorum, & attributorum Dei in naturam Christi humanam.

IAM Mathias Illyricus in lib. de ascensionis Domini, & loco Petri Act. 3. quem oportet caelum suscipere, contendit Christum hominem non esse in caelo, vt in loco, sed potius caelum esse in Christo, cum ipse sit vbique. Et ibidem vult Christum in die ascensionis ascendisse vsque ad nubes, deinde non vterius perrexisse in illa forma corporis visibili & circumscripta, sed quodammodo euansisse, ita vt iam nusquam sit in illa forma aspectabili, sed vbique sit inuisibili maiestate: quod quid est aliud, quàm veram Christi carnem plane destruere?

MARTINVS Kemnitijs in lib. de duabus Christi naturis vult videri valde cautus, & omnia mirabiliter inuoluit: nam c. 30. vbi tractat ex professo, An caro Christi sit vbique, non audeat dicere absolute esse vbique, sed dicit esse vbi voluerit, & posse esse vbique, si voluerit: tamen vel pugnat secum, vel dicit quod alij dicunt. Nam in primis initio libri proponit praecipua loca Scripturae pro maiestate Christi, & inter alia ponit illum ex Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Et hoc modo explicat, data est mihi omnis potestas, id est omnipotentia, in caelo & in terra, id est, omnipraesentia.

DEINDE c. 4. habet hæc verba: Quæ vnio adeo ardua, indiuidua, & insolubilis, & inseparabilis est, vt diuina natura vsq; vsq; nec velit, nec possit, nec debeat extra hanc cum carne vnionem, sed in arctissima illa vnione cogitari, queri, aut deprehendi. Et hoc aliquoties infra repetit.

AT si natura diuina non potest cogitari, vel comprehendi sine carne, necessariò habet vnum esse de essentia alterius, & proinde vna natura erunt. Ibidè dicit, ex vnione hypostatica communicari carni, seu humanitati omnes diuinas dotes. Et c. 21. dicit præter dona infusa, & creaturam communicari natura assumptæ, etià attributa propria diuinitatis, & proinde omnipotentia, & omnipraesentiam.

DENIQUE cap. 30. dicit Christi humanitatem non solum esse in caena, sed etiam extra caenam in Ecclesia praesentem fidelibus reipsa, & addit, etiam extra Ecclesiam omnia subiecta esse Christi humanitati, & Christi humanitatem omnibus rebus dominari, & omnia regere, non per vicarios, quasi à rebus distet, quomodo reges gubernant prouincias per alios, sed habere omnia praesentia: at nonne hoc est esse vbique?

SIMILIA docet Ioannes VVigandus in lib. de communicatione idiomatum, & Nicolaus Sennecerus in lib. de paedagogia spiritali, vbi symboli articulum de ascensione exponit. Ioannes etiam Titmanus pastor Bræmensis in libro quem vocat sarraginem sententiarum, adducit plurima testimonia insignium Lutherorum, quod Christi corpus sit vbique.

ANDREAS Musculus, teste Staphylo in libro de concordia discipulorum Lutheri, contendit diuinitatem Christi in cruce posse esse, idque probat pluribus Lutheri testimonijs.

ITEM Iacobus Andreæ Smidelinus superintendens VVittembergensis insignis Brentianus in thesibus Tubingæ disputatis omnino non agnoscit aliam vnionem hypostaticam, quàm per communicationem donorum, eamque accidentalem. Nam thesi 20. sic ait. Non est imaginanda aut fingenda alia Dei in Christo, quàm in creaturis reliquis omnibus, quoad solam diuinitatis praesentiam, quæ vt in creaturis energia discernitur, quod alia in alijs agit

A & operetur, ita in Christo tota effunditur, vt iam extra ipsum nihil sed in homine per hominem Christi omnia in omnibus operetur. Et thesi 22. sic ait. Neque verò hæc reali plenitudine, omnis diuinitatis communicatione natura humana cum diuinitate misceatur aut planè aboletur, sed quod diuina est per essentiam, id humana suo modo per accidens communicatur. Et thesi 24. Hæc sola, inquit, idiomatum novoria hypostatica vnio definienda est.

DENIQUE Concordia Euangelica anno M. D. LXXIX. edita, hunc praecipuè scopum habere videtur, vt stabiliat Vbiquitatem, & destruat mysterium incarnationis. Nam in epitome articulorum controuerforum art. 7. §. 5. habes dexteram Dei esse vbique, & ad eam esse euectâ Christi humanitatem. Ar. 8. §. 11. habes, ab ipsa conceptione Christi illum hominem assumptum fuisse in Deum, & exaltatum ad dexteram Dei, ita vt non solû Christus, vt Deus, sed etià vt homo omnia possit, omnia sciat, omnibus creaturis sit praesens. Cæteru hæc omnia Christum non ostendisse nisi post resurrectionem, quando deposuit formam ferui. Deinde in repetitione copiosa eorundem articulorum ista omnia prolixè probantur.

EST autem obseruandum, Saxonicas Ecclesias tenuisse sententiam. Nam initio, Luthero doctore, defendebat cum ipso Vbiquitatem. Deinde Luthero mortuo, regnante Melanchthone, cœperunt oppugnare Vbiquitatem contra Illyricum & Brentium. Nam Philippus in 3. cap. ep. ad Col. aperte damnat Vbiquitatem, & vult Christum esse in certo loco caeli quoad carnem, vbique autem quoad diuinitatem. Et in ep. ad Fridericum Comitem Palatinum, quam scripsit anno M. D. LIX. Alij, inquit, vbiquitatem excogitant. Et addit, Hæc sunt portentosa omnia, ignota erudite vetustati.

VNDE etiam anno M. D. LXXI. celebrauerunt Synodum Dreßdensem conuenientibus & consentientibus omnibus superintendentibus ducatus Saxonici, necnon Doctoribus Academiae Lipsiæ, & VVittembergæ, atque ibi statuerunt Vbiquitatem corporis Christi esse horribilem prophanationem omnium articulorum Symboli, & renouationem omnium haereson. Quod, inquit, principium fidei nostræ, & Ecclesiæ caput est, videlicet articulus de duabus naturis in Christo, id communicatione deprauari horribiliter, atque è contrario hereses iam olim damnatas Marcionitarum, Valentinianorum, Manicheorum, Samaritanensium, Sabellianorum, Arianorum, Nestorianorum, Eutychnianorum & Monothelitarum reduci, atque immuari, satis euidenter demonstratum est. Et infra: Commentitia ista communicatio physica, que nostro primum tempore cum Vbiquitate corporis Christi introduci cepta est, vniuersa Orthodoxa Ecclesia, & toti orbi Christiano inde vsque ab initio incognita fuit, atque etiam nunc à Pontificis ipsi reuocatur, & taxatur acerrimè.

ET infra: Commentitia illa vbiquitas horrendum in modum corruptit oēs penè articulos fidei de Christo, ac discrimen diuinae, & humanae naturæ in Christo in primis delet, atque euerit. Hæc illi tunc. Vbi etià gloriabatur, in Saxonia semper fuisse eandè fidè immobilem, & cõsensum in doctrina.

AT non fluxerunt anni decem, quando prodit ex eadem VVittembergæ, & Lipsiæ, & cæteris eius regionis locis noua Concordia, in qua tantopere damnata illa Vbiquitas recipitur pro articulo fidei, sic enim habet ea concordia edita in 4. anno 1570. pag. 731. Reuera omnia implet, & vbique non tantum vt Deus, verum etiam vt homo praesens dominatur à mari vsque ad mare. Hæc illi, qui eadem repetunt, & supra pag. 572. & infra pag. 745. ac proinde Dreßdense Concilium, in Spiritu sancto congregatum, reiciunt tanquam impij, & adhuc non vident, quàm aperte deludantur à Satana?

SCRIPSERUNT contra hanc Vbiquitatem præter Scholasticos in 3. d. 21. Claudius Sanctifolius episcopus

Ebroicensis repetitione 4. de Euchar. & Gilb. Genebrardus in extremo penè tertij lib. de Trin. & ante eos scripsit quidam ex nostris theses quasdam de Maicestate Christi hominis, quæ sunt Ingolstadtij excusæ anno MDLXXIV. Ex aduersariis scripserit Henricus Bullingerus libro de duabus naturis Christi, Petrus Martyr dialogum de loco corporis Christi, & Theodorus Beza librum de omnipresensia carnis Christi contra Brentium, & alterum de vnione hypostatica duarum in Christo naturarum contra Smidgelinum.

CAPVT SECVNDVM.

Explicatur hæresis Eutycheis.

AM verò vt ad secūdū veniamus, demonstrādum est, duas esse in Christo naturas, sed prius explicanda est sententia Eutycheis, qui significat habetur eius hærescos, quam nunc refellimus. Sciendum igitur est, hæresim fuisse Eutycheis, in Christo post incarnationem vnā tantum fuisse, & esse naturam. Non enim putabat aliter posse defendi contra Nestorium, esse vnū Christum & non duos.

DEINDE dicebat vnā esse factam naturam ex diuinitate, & carne, per conuersionem diuinitatis in carnem, quia scriptum est Ioan. 1. Verbum caro factum est: & vnū fieri alterum, est, verti in illud, sicut cum, aqua facta est vinum, aqua conuersa est in vinum, & nunc cum panis per consecrationem fit caro Christi, panis conuertitur in carnem Christi.

TERTIO assererebat diuinitatem verbi natam, passam, mortuam, sepultam fuisse, quod quidem ex priore errore nascitur. Si enim diuinitas versa est in carnem, & caro nata, passa, mortua, sepulta dicenda est, non enim ita diuinitas fingitur versa in carnem, vt desierit esse diuinitas: quomodo aqua cum in vinum vertitur desinit esse aqua.

RATIO huius erroris fuit, quia non putabat posse refelli Nestorium, qui Christum Deum natum & passum negabat, nisi diuinitas Christi nata, & passa ostenderetur.

QUARTO assererebat, Christi carnem, non esse eiusdem naturæ cum nostra, neque verbum in veram carnem esse conuersum, sed in carnem quādam apparētem & phantasticam: ita vt potius verbum simulauerit se hominem, & natum & mortuum esse, quā reuera fuerit.

RATIO eius est, quia videtur indignum Deo, quod vera caro fuerit, & verè natus, passus, & mortuus sit.

ATQUE ita hæresis ista in hæresim Valentini, Manichæi, & aliorum, qui veram humanitatem in Christo negabant, tandem recidebat: quam postea ex Lutheranis secuti sunt Gaspar Suuencfeldius, & Andreas Musculus, si Staphylo credimus in libro de concordia discipulorum Lutheri.

HANC fuisse hæresim Eutycheis, cognosci potest ex epist. S. Flauiani ad B. Leonem, quæ est 9. inter epistolas B. Leonis, & ex epistola 97. S. Leonis ad Leonē Imperatorē, & ex li. 4. de hereticis fabulis Theodoretij in fine.

NOTANDVM autem est, hanc hæresim exortam fuisse ante temporā Eutycheis, ipsūque Eutychem non tam fuisse primum auctorem, quā pricipuū propagatorem huius hæresis. Idem enim antea docuerat Apollinaris, vt testatur Epiphanius hæresi 77. Augustinus hæresi 55. & Vincentius Lirinensis in suo commonitorio. Eandem quoque hæresim refellunt sine nomine auctoris Athanasius in epist. ad Epictetum, Ambrosius lib. de incarnationis Dominicæ Sacramēto c. 6. & Cyrillus lib. de recta fide ad Theodosiū: qui omnes mortui erant cum Eutycheis exortus est.

PORRO Catholica fides semper agnouit in Christo post incarnationem duas integras & perfectas naturas, diuinam & humanam, quæ quidem sine vlla confusione, vel permixtione in vna persona verbi subsistant, item naturam diuinam neque natam, neque passam esse, sed

solum humanam, ac demum illam humanam esse ac fuisse eiusdem speciei cum nostra, quæ omnia probari possunt testimonijs Scripturarum, Cōciliorum, & Patrum.

CAPVT TERTIVM.

Refellitur hæresis Eutycheis.

PRIMUM igitur, duas esse in Christo naturas, contra primum Eutycheis errorem testantur illa verba Domini Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo Filius hominis qui est in cælo. Certè iste qui loquebatur & videbatur & Filium hominis se dicebat, secundum eam naturam, per quam videbatur & loquebatur & Filius hominis erat, non erat tunc in cælo, sed tantum in terra, id est, in domo Nicodemij, neque erat Deus, sed homo, quia Deus non potest audiri, videri, tangi corporeis sensibus. Neque descendit de cælo, sed natus erat in terra ex muliere, & tamen iste idem asserit se descendisse de cælo, & etiam tunc, cum loquebatur in terra, dicebat se esse in cælo, ergo alteram naturam Christum habuit præter humanam, secundum quam potuit esse in cælo, quando secundum humanam erat in terra.

IDEM probatur ex verbis Domini Ioan. 5. 10. & 24. nam Ioan. 5. dicitur: Non solum soluebat Sabbatum, sed etiam Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Ioan. 10. dicebat: Ego & Pater vnū sumus. Vnde Pharisæi rectè collegerunt, Christum per ea verba se Deum asserere voluisse. At Ioan. 14. Pater, inquit, maior me est. Non autem potest vllō modo fieri, vt secundum eandem naturam esset Patri æqualis, immò vnū cum illo, & tamen minor Patre.

PRÆTEREA Ioan. 8. Dominus ait. Antequam Abraham fieret, ego sum. At ille idem natus erat in diebus August. Cæsaris. Luc. 2. & habuerat XXX. annos, anno XV. Tiberij. Luc. 3. Non autem potest fieri vt idem, secundum idem, fuerit ante Abraham, & post Abraham. Ioan. 20. Thomas postquam viderat & fortè tetigerat Domini cicatrices, exclamauit: Dominus meus, & Deus meus. At certè quod viderat & tetigerat non erat Deus, sed carō, & tamen eum ipsum Deum & Dominum confiteretur, cuius carnem viderat, igitur ille & Deus, & homo erat, quod etiam aperte docet S. Petrus, cum ait Act. 2. Dextera igitur Dei exaltatus effudit hoc donum, quod vos videtis & auditis. Nam ex altari non est Dei, sed creaturæ, effundere Spiritum sanctum non est creaturæ, sed Dei.

IDEM Paulus sic ad Episcopos loquitur Act. 20. Spiritus sanctus posuit vos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. At Deus, vt Deus non habet sanguinem: nam spiritus est Deus, & qui habet sanguinem, vt sic, non est Deus, ergo qui est Deus, & sanguinem effudit, necessariò habet duas naturas. Rom. 9. Quorum Patres, inquit Paulus, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Hic Apostolus dicit Christum esse ex parentibus Iudæis secundum carnem, & tamen simul esse Deum super omnia, nimirum secundum diuinitatem.

DEINDE idem Paulus Philipp. 2. asserit Christum cum in forma Dei esset serui formam accepisse. Quæ verba explicans S. Vigilij libro 2. Mirum est, inquit, cur timeant quidam dicere duas naturas. Nam Paulus dicit duas formas.

IAM verò quod illæ naturæ non sint per mixtæ, nec sit diuinitas versa in humanitatem contra secundum errorem probatur. Nam tota Scriptura clamat, Deum esse immortalem & incorruptibilem, vt Malach. 3. Ego Dominus & non mutor. Num. 23. Non est Deus vt Filius hominis, vt mutetur. Iacobi 1. Apud quem non est transmutatio. 1. Tim. 1. Regi seculorum immortalis, immutabilis, &c. Et cap. 6. Qui solus habet immortalitatem, &c.

NON esse autem diuinitatem natam, passam, mortuam,

vt error tertius assererebat tum ex dictis colligitur: nam qui est immutabilis, & immortalis, nec in tempore nasci nec mori vllō modo potest secundum id, vnde est immortalis & immutabilis: tum etiam quia Scripturæ, cum docet Christum in tempore natum, passum, & mortuum esse, addunt, secundum carnem: qua voce clarè indicant Christum non esse natum, nec passum, nec mortuum secundum diuinitatem. Rom. 1. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Et cap. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem. Et 1. Pet. 3. Mortificatus quidem carne, &c. Et cap. 4. Christo igitur in carne passo, &c.

ADDE postremo, ad confusionem eorum Lutheranorum, qui Deitati passionem attribueri non verentur, aliquot clarissima testimonia illustrat Ecclesiæ Doctorum. Epiphanius hæresi 76. Aëtij pag. 286. Nam, inquit, neque quod passus est vnigenitus in carne passionem Deitati ipsius adscribit. Et infra: Sed & ipse Dominus venit, & passibilitate in seipso suscepta, verè passus est, Deitate ipsius a passione aliena. Similia leges in Ancorato pag. 357.

ATHANASIVS in epistola ad Epictetum, Quis, inquit, infernus ista eruclauit, vt consubstantialitatem dicant corpus ex MARIA genitum cum verbi diuinitate? aut quis ita impius fuit, vt vel verbis diceret, vel animo cogitaret ipsam Deitatem circumcisam fuisse? Et Cyrillus in epistola ad Nestorium nomine Synodi Alexandrinæ. Dicitur, inquit, illum passum esse & resurrexisse, non quia Deus verbum in sua natura passus sit: Deus namque extra passionem, sed quia corpus illud quod proprium ipsius factum est, passum sit.

S. ANASTASIVS lib. 4. qui est de passione, & impassibilitate Christi. Et Christum, inquit, passibilem fuisse iuxta sapientissimi Pauli loquutionem, confitemur, non id aliōquin secundum diuinam naturam, vt neque secundum humanitatem dicimus impassibilem. Et infra: Est quidem Deus, qui patitur, diuinitate interim nihil in se recipiente externa passionis.

IOANNES Damascenus lib. 3. cap. 4. Diuinitatem dicentes, non de illa nominamus ea quæ humanitatis sunt propria, non enim dicimus Deitatem passibilem. S. Ambrosius lib. 10. in Luc. cap. 49. Nec mors illa diuinitatis, sed quasi hominis fuit. Concilium Hispalense II. cap. 13. Stultum, inquit, est crucis passionem diuinam applicare naturæ, sed tantum creabili & humane, sola enim caro crucis exitum sensit.

S. AVGVSTINVS lib. de hæres. cap. 73. Est, inquit, hæresis quæ dicit in Christo diuinitatem doluisse cum figeretur caro eius in cruce. S. Leo epist. 10. Natura, inquit, immutabilis natura est vnica passibili, vt quod nostris remedijs congeriebatur, vnus atque idem mediator Dei & hominum Christus IESVS, & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero. B. Vigilij lib. 4. Ipse, inquit, vnus idemque Dei Filius & mortuus est secundum formam serui, & non est mortuus secundum formam Dei.

QUOD autem Christi caro sit eiusdem speciei cum nostra, contra quartum errorem, & Christum non simulatorem, sed verè natum, passum, mortuum esse, nullo negotio probari potest: nam in primis Mat. 1. & Luc. 2. dicitur B. Virgo peperisse Filium suum primogenitum: quomodo autem potuit Virgo Christum habere Filium, si Christi caro non fuit vera caro ex carne Virginis concepta? item Paulus ait. Heb. 2. Quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem. Quid quæso est, eisdem, nisi eiusdē naturæ, carni, ac sanguini?

IAM verò Euangelia & Apostolorum epistola non plurimorum mendaciorum argui debent, eum passum Christum hominem, & hominis Filium vocent, & matrem atque cognatos habuisse, nec non esuriisse, comedisse, ambulasse, fatigatū esse, denique passum, mortuum, suscitatum asserunt: nec enim aliqui horum de

phantasmate verè affirmari potest.

Nec solum Scripturæ Christum hominem vocant ante resurrectionem, sed etiam postea. Nam Act. 7. Stephanus dicit video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei. Et Paulus Act. 17. Statuit Deus diem, in quo iudicaturus est orbem in viro quem desinit, &c.

DEINDE, si Christus non verè mortuus, nec verè resurrexit, ergo non verè nos redemit, & adhuc sumus in peccatis nostris, vt Apostolus dicit 1. Cor. 15. Denique Luc. 24. cum discipuli suspicarentur phantasma, vel spiritum esse quod videbant, non verum hominem. Dominus, ait: Palpate & videte, quia spiritus carnis, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Atque hæc ex Scripturis.

NUMC ex Concilijs idem probari potest. Nam in primis contra hanc hæresim celebratum est Concilium Chalcedonense, quod fuit omnium maximum: nempe DC. XXX. Episcoporum, & cum in prima actione recitaretur fides Eutycheis & Dioscorij, in qua continebatur duas fuisse Christi naturas ante vnionē, postea verò vnā esse factam ex vtraque, Concilium exclamauit: Anathema ei, qui dixit ista, anathema eis, qui ista dixerunt. Postea actione 5. in Symbolo fidei posuerunt hoc modo. Constatemur in nouissimis diebus Filium Dei vnigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indiuisè inseparabiliter agnosendum, nunquam sublata differentia naturarum propter vnionem.

IDEM statutum est etiam postea in Concilio V. cæni. 2. in Concilio VI. act. 4. & 17. & Concilio Lateranensi contra Monothelitas à Martino I. celebrato, consultatione vlt. can. 4. & 6. In Concilio Toletano VI. c. 1. Toletano XI. cap. 5. & 6. Hispalensi II. cap. 13. & alijs multis.

IDEM ex Patribus confirmari potest, sed Theodoretus, Leo, Vigilij, & Gelasij, necnon Hispalense Concilium II. nos labore leuarunt. Theodoretus enim in dialogo, Immutabilis, & in dialogo, Inconfusus, & in dialogo, Impatibilis, quibus hunc errorem refellit, adducit prolixè testimonia omnium ferè veterum Patrum, qui ante ipsum fuerunt. Idem fecit S. Leo in epistol. 97. ad Leonem Augustum & B. Vigilij lib. 5. contra Eutychem, & Gelasij in libro de duabus naturis Christi, & Concilium II. Hispalense capite vltimo: quæ testimonia satis esse nobis visa sunt.

CAPVT QVARTVM.

Soluuntur argumenta quæ fiebant olim aduersarij, ea quæ superiore capite demonstrata sunt.

PRIMUM soluere argumenta aduersariorum. Ac primum occurrit auctoritas Patrum & Cōciliorum. Nam in ipso Chalcedonensi Concilio Act. 1. post epistolam Cyrilli ad Ioannem Antiochenum, Eustachij Episcopi Beritenensis asseruit, S. Cyrillum scripsisse, non oportere intelligere in mysterio incarnationis duas naturas, sed vnā naturam Dei verbi incarnatam. Et in Concilio Lateranensi sub Martino I. dicitur anathema non consentientibus naturam verbi incarnatam.

IDEM ex Athanasio & Cyrillo admittit Damascenus lib. 3. de fide, cap. 6. & 7. Gregorius etiam Nazianz. in epist. ad Chelidonium, dicit carnem deificatam, quod idem videtur esse, ac si diceret diuinitatem incarnatam.

RESPONDEO, naturam verbi esse incarnatam dici posse, si intelligatur sano modo, vt explicat Concilium V. & Damascenus loco notato, nimirum quod sit incarnata non per conuersionem in carnem, sed per vnionem cum carne in vna hypostasi verbi. Quamquam verba quæ citantur in Concilio Chalcedonensi ab Eustachio tanquam si essent Cyrilli, verisimile est non esse Cyrilli, sed apposita tunc fuisse in operibus eius ab hereticis. Catholici enim in ipso Concilio multum reclamabant verbis illis auditis dicentes ea Dioscori hæretici

potius, quam Cyrilli videri. Porro quod Gregorius Nazianzenus epist. 1. ad Chelidonium dicit carnem deificatam per incarnationem, sensum illum habet, factam esse carnem Dei per vnionem cum verbo, non factam esse Deum per conuersionem in diuinitatem.

ARGUMENTVM secundum, si duæ sint naturæ in Christo, duo Christi: sunt secundum hæresim Nestorij, & proinde non Trinitas erit Deus, sed quaternitas. Nam si Pater & Filius dicuntur vnus Deus propter vnã essentiam, cur propter duas essentias non erit Christi duo?

RESPONDEO, nomina concreta nunquam multiplicantur, nisi multiplicentur supposita, & si substantia sunt, requirunt etiam formæ multiplicationem, alioqui non possunt efferi nisi in singulari, nam qui habet duas artes, non dicitur duo artifices, sed vnus artifex, & habens plures vestes non dicitur plures vestiti, sed vnus.

QVONIAM ergo in Christo vnum tantum est suppositum, non possunt dici plures Christi, vel Domini, vel Filij, sed vnus. E contrario Pater & Filius dicuntur vnus Deus, propter vnitatem formæ. Nam cum duo requirantur ad multiplicationem substantiuorũ, si alterum desit, efficitur vnitas, quæ est priuatio diuisionis: ratio autem horũ omnium, est potissima consuetudo loquentiũ.

PORRO Christi nomen non naturam, sed personam significat, & propterea, vt Nazianzenus monet in epi. 1. ad Chelidonium, sicut in Trinitate dicimus alium, & alium propter numerum personarum, non tamen aliud & aliud propter naturæ vnitatem, ita in Christo post incarnationẽ dicimus aliud & aliud, propter numerũ naturarum, non tamen aliũ & aliũ, propter personæ vnitatẽ.

NE QVÆ sequitur in Deo esse quaternitatem post incarnationem, quia Trinitas, quæ est in Deo est personarum non naturarum; incarnatio autem non auxit numerum personarum. Et præterea per incarnationem nihil accessit Deo, qui perfectissimus est, nec augeri, nec minui potest; sed accessit multum boni humanæ naturæ, vt rectè docet Athanasius in epistola ad Epictetum hoc ipsum argumentum soluens.

ARGUMENTVM tertium, Ioan. 1. Non dicitur verbum carnem accepit, sed, Verbum caro factum est, quem admodum dicitur Ioan. 2. Aqua vinum facta est, in nuptiis, sed aqua facta est vinum per conuersionem vnus in alterum, ita vt postea non fuerint duæ naturæ, sed vna: igitur eodem modo verbum factum est caro per conuersionẽ verbi, & carnis: tamẽ post vnionem vna natura est.

RESPONDET ad hoc argumentum accuratè Theodoretus in Dialogo qui dicitur, Immutabilis: ac profert Scripturas, quæ testantur, verbum non modo factum esse carnem, sed etiam à verbo assumptam esse carnem. Nam in epistola ad Philipp. c. 2. sic legimus: Cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Et Heb. 2. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit. Et Ioan. 1. postquam dixerat Euangelista; Verbum caro factum est: ne putarem id factum esse per conuersionem, statim subdit; Et habitauit in nobis, id est, verbum factum est caro, quia nostra carne assumpta, in ea habitare cepit.

ITAQVÆ, Verbum caro factum est, non ita debet intelligi, vt illud, aqua facta est vinum, vel panis factus est caro, sed sicut dicitur, Aaron à Deo factus est Pontifex, Dauid factus est Rex. Non enim intelligimus mutatum esse Aaronem in pontificem, vel Dauidem in Regem, sed cepisse eos esse, quod non erant, non amisso eo quod erant: & sicut dicitur Galat. 3. Christus pro nobis factus est maledictum. Quem locum adducunt etiam in explicatione huius sententiæ Athanasius in epistola ad Epictetum. Nazianzenus in epistola priore ad Chelidonium, Chrysostomus in hunc locum. Ioan. & Ambrosius in lib.

A de incarnationis dominicæ Sacramento, cap. 6.

ARGUMENTVM quartũ, si diuinitas passa & mortua non sit, sequetur veram hæresim esse Nestorij, qui solum hominem passum & mortuum dicebat.

RESPONDEO, conuersionem non esse bonam; nam actiones & passiones personarum sunt, non naturarum. Itaque Christus Deus passus & mortuus est, sed secundum formam serui, non secundum formam Dei: nam Paulus dicit: Ipsum Dominum gloriæ crucifixum fuisse. 1. Corinth. 2. sed secundum quam naturam id passus fuerit, explicat Petrus cum ait: Christo igitur in carne passus, & vos eadem cogitatione armamini. 1. Pet. 4.

ARGUMENTVM quintum, indignum diuinitate esse videtur, vt in veram carnem conuersa esse dicatur, vt in vtero femina conclusa manserit, vt in cruce mortua pependit, &c. ergo non verè sed simulatoriè verbum caro factum est, &c.

RESPONDEO, verissimum esse antecedens, & inde rectè colligi, nec verè, nec simulatoriè in carnem conuersam esse diuinitatem. At non esse indignum Deo, vt secundum formam humanam assumptam in vtero Virginis clausus manserit, & in cruce mortuus pependit: & idcirco nec obscure sequi, vt verbum non verè, sed simulatoriè caro factum dici debeat.

CAPVT QVINTVM.

Explicatur hæresis Nestorij.

ALTERA hic tractanda est controuersia cum Nestorianis, quæ est tertia pars propositæ disputationis. Sciendum igitur est, Cherinthum olim separasse IESVM à Christo, & IESVM purum hominem esse voluisse, ex Maria & Ioseph natum; Christum autem esse Filium Dei, qui tandem tempore Baptismi in forma columbæ in IESVM descendit, vt refert Irenæus lib. 1. cap. 25.

HANC hæresim postea iterum excitarunt Pelagiani quidam, qui, vt scribit Cassianus lib. 1. & 6. de incarnatione, docuerunt, purum hominẽ de Maria esse natum, & eundem suis meritis anno XXX. factum esse Christum, & post passionem suis etiam meritis, factum esse Deum, & posse eodem modo alios homines suis viribus bene viuere, & ad beatitudinem peruenire, sicut Christus peruenit.

PAVLÒ post eandem hæresim docere cepit Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus, & cum eo Anastasius eius Presbyter, necnon Theodorus Mopsuestenus Episcopus, & alij quidam. Docuerunt enim B. Virginem purum hominem peperisse, & qui non solum naturam, sed etiam personam humanam haberet, & proinde B. MARIAM non esse Dei genitricem, sed Christi genitricem: & natiuitatem, passionem, resurrectionem, ascensionem Christi soli homini tribuendam.

ADDEBANT autem, Filium Dei vnitum esse postea Filio hominis multis modis, non quidem substantia-liter communicando hypostasim, sed accidentaliter. Primo, secundum habitationem, quia verbum habitauit in homine Christo, vt in suo templo, iuxta illud Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et propterea dicebant Isaiæ capite 7. cautè scriptum esse, Vocabitur nomen eius Emmanuel, id est, non vocabitur Deus, sed nobiscum Deus, id est, in nobis habitans, iuxta illud Ioan. 1. Et habitauit in nobis.

SECUNDÒ, per vnionem voluntatis & dilectionis, quia Filius ille hominis cõiunctissimus erat semper cum Dei voluntate. Addebat Theodorus similitudinem, quæ refertur in V. Synodo can. 12. vt enim vir, & mulier duæ personæ sunt, & tamen dicuntur vna caro in Scripturis propter copulam coniugalem, ita etiam Filius Dei, & Filius hominis duæ personæ sunt, & tamen dici possunt vnus Christus propter coniunctionem spirituales.

TERTIÒ, secundum operationem, quia Christus homo

erat

erat instrumentum, quo utebatur verbum in operibus illis admirandis, quæ à Christo facta sunt.

QUARTÒ, secundum participationem, quia verbum illi homini impertiuuit nomen & dignitatem suam, vt nimirum Deus, & Dei Filius vocaretur, & ab omnibus creaturis adoraretur, non propter se, sed propter eum, à quo assumptus fuerat, eo modo, quo imagines Sanctorum nominibus eorum interdum appellantur, & propter eos etiam honorantur & adorantur.

HANC fuisse Nestorij hæresim, intelligi potest ex illa expositione fidei, quam ipse edidit, & habetur nunc in vlt. tomo operum Cyrilli. Item ex historia Euagrij lib. 1. cap. 2. & sequentibus, in quorum septimo refert Euagrij, Nestorius miserè interissiue, lingua ei à vermibus penitus antea corrosa. Item ex Breuiario Liberati cap. 4. Denique ex Theodoro lib. 4. de hæret. fab. prope finẽ, & in reprehensione 12. anathematizatorum S. Cyrilli. Theodoretus enim initio scripsit pro Nestorio contra S. Cyrillum, & propterea anathematizantur scripta eius in V. Synodo c. 12. tamen postea respuit, & reconciliatus fuit Ecclesiæ in Concilio Chalcedonensi Act. 8. & ideo posuit Nestorium inter hæreticos, lib. 4. de hæret. fabulis.

HVIC hæresi non obscure fauent, saltem in modo loquendi, Lutherus & Caluinus. Ille enim in concione de natali Domini Imperiti quidam, inquit, Christum hominem omnipotentem faciunt. Idem tamen Lutherus sæpè contrarium docuit, vt mihi sanè magis Eutychanista, quam Nestorianus fuisse videatur. Quod etiam vidit, & notauit Beza; nam ad finem libri aduersus Iacobi Andree theses recitat hanc Lutheri sententiam, atque addit Germaniæ, & totius mundi peccata fecisse, vt in ea confessione Lutherus non perseverarit.

CALVINVS autem lib. 1. institutionum c. 13. §. 9. de Christo disputans, vt est persona quædam diuina, sic ait; Mediatoris personam nondum attingo. & §. 23. Respondet, inquit, Dei esse Filium, quia sermo est à Patre ante secula genitus, nondum enim de mediatoris persona nobis sermo est. Et §. 24. Nam ex quo manifestatus est in carne Christus, Filius Dei vocatur, non tantum quatenus ante secula genitus ex Patre, fuit æternus sermo, sed quia mediatoris suscepit personam, & munus. Vbi perpetuò distinguere videtur Caluinus in Christo duas personas, vnã Filij Dei, alteram mediatoris.

NEC videtur excusari posse, quasi nomine personæ Mediatoris, non substantiam, sed qualitatẽ intelligat, quo modo dicere solemus, aliquem suscepisse personam iudicis, aut aduocati. Nam ibidem §. 6. Personam, inquit, voco substantiam. Et in toto illo capite, personæ nomine vtitur ad designandam substantiam incommunicabilem. Itaque saltem à vitiosa æquiuocatione excusari non potest. Clarissimè autem huic hæresi fauent Brentius in lib. de Maiestate hominis Christi: vbi sæpissimè reperit, Filium Dei esse in Filio Mariæ; & Smidelinus in thesibus, vt supra notauimus. Et Theodorus Beza in lib. de hypostatica duarũ in Christo naturarũ vnione, p. 64. & 65.

CAPVT SEXTVM.

Refellitur hæresis Nestorij.

ED iam hanc ipsam hæresim breuiter refellamus, ac demonstremus, vnã in Christo esse personam, & non purum hominem, sed ipsum Deum verbum, secundum carnem, de Virgine natum, passum in cruce, ac mortuum esse. Ac primum omnia testimonia quæ protulimus contra novos Samozatenos, & novos Arianos in primo lib. vt probaremus, Christum esse verum Deum; non minorem vim habent aduersus Nestorium, quàm aduersus novos Samozatenos, & Arianos.

PRÆTEREA nouum Testamentum plenum est testimoniis. Matth. 16. Quem dicunt homines esse Filium hominis? Respondit Petrus; Tu es Christus Filius Dei viui.

Vbi aperte B. Petrus ipsum Filium hominis, Filium Dei viui esse confitetur. Luc. 1. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ille igitur ipse, qui natus ex Virgine, non aliquis alius, verè vocatur; & est Filius Dei. Item Ioan. 1. Et verbum caro factum est. Vt enim supra diximus contra Eutychanos, verus sensus eorum verborũ est, Verbum caro factum est, id est, Deus factus est homo; sicut dicimus, Dauid factus est Rex: vt ergo Dauid Rex non sunt duæ personæ, sed vna, licet diuersæ formæ sint, natura humana, & dignitas regia: ita quoque vna persona est Verbi, & carnis, licet duæ, ac diuersæ sint formæ, sicut natura, diuinitas verbi, & hominis caro.

SIMILE est illud Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. Hunc enim locũ non facillè est aliter exponere, quàm vt Chrysostomus, Augustinus & Cyrillus in hunc locum, & Nazianz. epist. 1. ad Chelidonium exposuerunt, nimirum Dñs eundem asserit Filium hominis, & Filium Dei; alioqui enim falsum esset Filium hominis descendisse de cælo, & tunc cum loquebatur in terra, simul in cælo fuisse.

ITEM Ioan. 10. Ego & Pater vnus sumus. Quæ certè verba humanæ personæ conuenire non possunt: ac propterea ille homo Christus qui tunc loquebatur, non verbi templum tantummodo, sed verbum ipsum erat. Et cap. 9. dixit Dominus de cæco paulò ante illum: Tu credis in Filium Dei? Respondit ille; Quis est Dominus, vt credam in eum? dixit ei Iesus, Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. At ille ait, Credo Domine: Et prociens adorauit eum. Non poterat sanè Dominus apertius demonstrare vnã esse personam Filij Dei, & Filij hominis, Nam illum ipsum, quem cæcus illuminatus vidit, audiuit, adorauit, Filium Dei appellari videmus.

ET c. 20. dixit Thomas Domino, quem videbat: Dominus meus, & Deus meus. Hunc locum mirè deprauabat Theodorus Mopsuestenus, vt patet ex V. Synodo Act. vlt. c. 12. dicebat enim Thomam non dixisse de Christo, Dominus meus, & Deus meus, sed obstupescentem de miraculo resurrectionis glorificasse Deũ oculisq; in cælum sublatis dixisse Deo Patri, Dñs meus, & Deus meus.

SED præterquam quod Sancti omnes aliter exponunt, etiam ipse S. Ioannes ibidem præuidens hæresim Nestorij, immò scribens contra Cherinthum eadem hæresi laborantem, mox subdit: Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Christus Filius Dei, id est, vt non diuidatis Christum in duas personas, in Filium Dei, & Filium hominis, sed credatis IESVM Filium MARIÆ eundem esse Christum Filium Dei.

PRÆTEREA non ait Ioannes, dixit Thomas, Dominus meus, & Deus meus, sed ait, respondit ei, dixit ei, id est, Christo, Dominus meus, & Deus meus. Neque est in textu Græco ð nota, exclamationis vel admirationis, sed ð, articulus designans simplicem confessionem veritatis. Sed de hoc loco plura diximus supra, lib. 1. cap. 6.

IAM Apostolus Rom. 8. Qui proprio Filio, inquit, non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quid clarius? & c. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, amen. Ille igitur Christus homo, qui Filius erat Abrahamæ secundum carnem, non Dei templum, aut instrumentum erat, sed ipse Deus verus super omnia benedictus in secula, Phil. 2. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Et infra: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem. 1. Corinth. 2. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Et hæc planè clarissima sunt, hinc enim habemus, illud ipsum verbum quod est apud Patrem in forma Dei, & Dominus gloriæ verissimè nominatur, illud, inquam, ipsum hominis formam accepisse, atque in ea verè crucifixum, & mortuum esse.

RVRVSVM idem Apostolus cum ait 1. Corinth. 8.

Tomus primus.

P 3

Vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia, per illum, per quem omnia, idem significat quod Ioannes illis verbis cap. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Quae de verbo Dei omnium consensu intelliguntur.

ITAQUE Apostolus dicere voluit vnum & eundem esse Iesum Christum de Maria natum, & illum Filium Dei, per quem omnia facta sunt. & Hebr. 1. clarissime. Multifariam, multisque modis olim loquens Deus Patribus in Prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in Filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Vbi cum dicit, loquutus est nobis in Filio, de Christo homine loquitur, & tamen de isto eodem dicit: Per quem fecit & secula. Et cap. 2. Decebat eum, propter quem omnia, & per quem omnia, per passionem consummari. Et infra: Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum; qui mortis habebat imperium: Vbi dicit, eum propter quem omnia, & per quem omnia, id est, verum Deum, qui est principium & finis omnium rerum, mori debuisse pro nobis, & vt verè mori posset, quomodo nos morimur, participasse carnem, & sanguinem eo modo quo nos participamus, id est, verè factum esse hominem, vt nos sumus.

PRÆTEREA Ioannes in ep. 1. nihil aliud ferè docet, quàm vnam esse Dei & hominis in Christo personam, cap. 1. Quod fuit, inquit, ab initio, quod audimus, quod vidimus oculis nostris, & c. ait, se vidisse oculis corporalibus verbum quod fuit ab initio, quod non potest esse verum, nisi ratione vnitatis personae, & c. 2. Quis est mendax, nisi qui negat quoniam Iesus est Christus, id est, qui diuidit saluatorem in duos, vt Cherintus & Nestorius faciunt. Et cap. 3. In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit. Quid est, Deus pro nobis animam suam posuit, nisi Deus pro nobis mortuus est; non igitur alius est Dei Filius immortalis, alius Mariae Filius, qui mortem pertulit, sed vnus & idem qui qua Filius Dei semper immortalis, qua Filius Mariae, aliquando mortalis fuit. Et cap. 4. Omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Et infra: Quisquis ergo confessus fuerit, quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet. Et cap. 5. & vlt. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei.

AD haec omnia loca respondent Nestoriani se non negare, IESVM esse Filium Dei & Deum, & vnum tantum, non duos: sed vnitatem habitationis, voluntatis, operationis, participationis, vt supra diximus, non vnitatem personae. At Cherintus ista etiam confitebatur de Christo, & tamen Ioannes dicit illum solvere Iesum, & non confiteri Iesum esse Filium Dei.

PRÆTEREA illa omnia, quae Nestoriani tribuunt Christo, conueniunt etiam aliis sanctis hominibus. Nam quod Deus in sanctis suis vt in templis habitat, habetur 1. Cor. 3. Nescitis quoniam templum Dei estis. Et 1. Cor. 6. An nescitis quia membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est? Glorificate & portate Deum in corpore vestro.

QUOD etiam per vniorem voluntatis Sancti vnum sint cum Deo, non minus quàm vir & vxor per carnalem copulam, quod Theodorus Mopsuestenus pro magna dignitate tribuebat Christo, habetur ibidè 1. Cor. 6. Qui adhaeret, inquit, Paulus, meretrici, vnum corpus efficiunt, erunt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhaeret Deo vnus spiritus est, quid clariùs?

QUOD autem per homines sanctos, vt per instrumenta, Deus operetur, habetur. Rom. 15. Non audeo aliquid loqui eorum, quae per me non effecit Christus, verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, & c. Primae Corinthiorum duodecimo: Diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.

DENIQUE quod sancti homines sint Filij, & Dij etiam per participationem & gratiam, habetur Psal. 81. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Et Galat. 4. Quoniam estis Filij Dei, misit Deus spiritum Filij sui in corda vestra, & c. Itaque omnia quae Nestorius tribuit Christo, in sanctis ceteris inueniuntur.

AT certum est longè aliter Christum esse Deum, & Dei Filium, quàm nos sumus, cum Apostolus dicat, magnum esse pietatis mysterium, quod Deus apparuerit in carne, 1. Timoth. 3.

PROBATVR secundo ex omnibus Symbolis fidei. Nam in Symbolo Apostolorum legimus: Et in Iesum Christum Filium eius vnicum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex MARIA Virgine, & c. Vbi is, qui est Filius Dei vnicus, dicitur natus ex MARIA Virgine. Idem habetur in Symbolo Nicæno, & Constantinopolitano. In Symbolo autem Athanasij additur explicatius: Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus, vnus omnino non confusione substantiae, sed vnitatem personae.

PROBATVR tertio ex Conciliis. Nam in primis in Concilio III. quod fuit Ephesinum I. nihil aliud definitum est, quàm vnam esse Christi personam, non duas. Et ibidem recepta est epistola Cyrilli ad Nestorium, cui duodecim capitulis seu anathematismis, quae Cyrillus ediderat in Concilio provinciali Alexandrino, antequam cogeretur Concilium Ephesinum. Vnde ista duodecim capitula habita sunt postea tanquam Concilij generalis Ephesini, vt patet ex Concilio Romano sub Martino I.

IN primo igitur capite ita legis: Si quis non confiteatur Deum esse veraciter Emanucl, & propterea Dei genitricem sanctam Virginem, anathema sit.

IN secundo autem capite sic: Si quis non confiteatur carni secundum substantiam vnitatem Dei Patris verbum, vniusque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum & hominem simul, anathema sit.

DEINDE in Concilio Chalcedonensi etiam generali actione 5. probata fuerunt acta in Ephesino Concilio contra Nestorium, & rursum sic definitum: Salua vtriusque natura proprietate, & in vnam personam ac substantiam concurrente, non in duas personas distributum, vel diuisum, sed vnum, & ipsum vniuentum Filium Deum verbum agnoscimus, & c. Item in V. Synodo generali can. 4. Si quis dicit secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum equalitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut affectum, aut virtutem, vnitatem Dei verbi ad hominem factam esse. Et infra: Et non confiteatur vnitatem Dei verbi ad carnem secundum compositionem, siue secundum subsistentiam factam esse, anathema sit. Et can. 5. Si quis introducere conatur in mysterio Christi duas subsistentias, seu duas personas, & c. anathema sit. Et can. 6. Si quis abusu, & non verè Dei genitricem esse dicit gloriosam semper Virginem Mariam, anathema sit.

IDEM habetur in Concilio Lateranensi sub Martino I. consultatione vltima, can. 6. Si quis secundum sanctos Patres non confiteatur propriè & secundum veritatem ex duabus naturis substantialiter vnitè inconfusè & indiuisè vnum eundemque esse Dominum & Deum Iesum Christum, sit condemnatus. Idem in Concilio VI. generali actione quarta, in Concilio Hispalensi II. cap. vlt. Tolerano VI. cap. 1. & aliis multis.

PROBATVR quarto ex Patribus. Ac in primis B. Cyrillus & Ioan. Cassianus ex professo hanc haeresim refutarunt. Cyrillus in lib. de incarnat. Domini, & in Apologetico pro 12. capitulis, & in aliis ferè omnibus suis operibus, vbi etiam multa veterum testimonia pro se adducit. Cassianus libros 7. de incarnatione scripsit contra Nestorium iussu S. Leonis I. & in fine libri 7. plurima recitat Graecorum & Latinorum Patrum testimonia.

PRÆTER ea quae isti adducunt, possumus alia quaedam afferre. Sanctus Ignatius in epistola ad Ephes. Filius, inquit, Dei, qui ante secula natus est, ipse in vtero portatus est à MARIA secundum Dei dispositionem ex semine Dauid & Spiritu sancto.

B. IUSTINVS Martyr in libro de recta fidei confessione, circa medium: Vnus, inquit, est Filius & qui mortuus est, & qui id quod mortuum erat excitauit. Cum ergo de vno Filio contrarias voces audies, ea quae dicuntur naturis tribue: ac si magnum quiddam & diuinum, diuina id naturae tribuito, si quid paruum & humanum, humane adseribito. Sic enim & verborum discrepantiam vitabis, cum sua vtraque natura recipiet; & Filium vnum omnia saecula antecessisse, & nouum ex Scripturis fatebere.

S. IRENÆVS lib. 3. contra haereses ad cap. 18. vsque ad 22. probat multis testimonijs Scripturarum vnum & eundem esse IESVM Filium MARIAE, & Verbum Dei Patris. Athanasius in epistola ad Epictetum circa finem: De solo, inquit, MARIA Filio scriptum est, Verbum caro factum est. In quibus ostenditur, ad reliquos sanctos Verbum factum esse, prophetandi gratia, ex MARIA autem ipsum Verbum, carne assumpta, hominem produisse. Et infra: Non quod Filium à Verbo segregemus, sed quia eundem hunc esse agnoscimus, per quem omnia facta sunt, & per quem nos liberati sumus.

GREGORIUS Nazianzenus epistola 1. ad Chelidonium: Si quis, inquit, Virginem MARIAM nequaquam Dei genitricem esse credit, is etiam à Deitate sit separatus. Si quis duos introducit Filios, vnum quidem ex Deo Patre, secundum autem ex matre, & non vnum & eundem, adoptione filiali, quae promissa est iis qui rectè credunt, exciderit. Si quis non adorat crucifixum, anathema sit, ac Dei annumeretur interfectioibus.

BASILIVS lib. 4. in Eunomium exponens illud: Dominus creauit me. Accipiendum est, inquit, Verbum genuit, de Deo Filio: creauit autem, de eo qui formam serui suscepit. In omnibus verò his non duos dicimus, Deum per se, & hominem per se. Vnus enim erat, sed iuxta intelligentiam cuiusque naturam reputatus.

DAMASCENVS lib. 3. de fide cap. 9. Ipsius, inquit, Verbi hypostasis vtriusque naturae hypostasis existens nullam insubstantem esse permittit, & c.

IAM ex Latinis S. Cyprianus lib. 2. contra Iudaeos c. 8. Quod, inquit, cum à principio Filius Dei fuisset, generari debet de nouo secundum carnem, & c. Et cap. 10. quod homo & Deus Christus ex vtroque genere concretus, vt mediator esse inter nos, & Patrem posset, & c.

HILARIUS lib. 2. de Trinitate: Vnus vniuentus Deus in corporeali humani formam, sanctae Virginis vtero insertus accrescit, qui omnia continet, & intra quem omnia sunt, humani partus lege profertur, & c.

AMBROSIVS libro de incarnationis Dominicae Sacramento, cap. 5. Cum Deus, inquit, semper esset aeternus, incarnationis Sacramento suscepit, non diuiduus, sed vnus, quia vtrumque vnus & vnus in vtroque, hoc est, vel in diuinitate, vel in corpore, non enim alter ex Patre, alter ex Virgine, & c.

HERONYMVS in cap. 14. Matth. Quod, inquit, ascendit solus orare, non ad eum referas, qui de quinque panibus quinque hominum millia satiavit, sed ad eum, qui audita morte Ioannis secessit in solitudinem, non quod personam Dominum separemus, sed quomodo opera eius inter Deum & hominem diuisa sint, ostendamus. Et in ep. de virginitatis custodia ad Eustochium: Dei Filius, inquit, pro nostra salute hominis factus est Filius, decem mensibus in vtero, vt nascatur expestat, & ille cuius puzillo mundus includitur, praesepi continetur angustiis.

AVGVSTINVS Enchir. c. 5. Proinde inquit, CHRISTVS IESVS Dei Filius Deus & homo est, Deus, quia Dei Verbum, homo autem, quia in vnitatem personae accessit

Verbo anima rationalis & caro. Et cap. 36. Quid enim natura humana in homine Christo nati, vt in vnitatem personae vnici Filij Dei singulariter esset assumpta? Similia habet lib. 13. de Trin. c. 17. epist. 3. ad Volusianum; 102. ad Euodium, & 120. c. 4. ad Honoratum, & alibi.

DENIQUE B. Leo nihil frequentius repetit in omnibus suis sermonibus & epistolis, sed praecipuè epist. 97. ad Leonem Augustum c. 1. vbi sic ait: Anathematizetur ergo Nestorius, qui B. Virginem MARIAM non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis.

CAPVT SEPTIMUM. Soluuntur argumenta aduersariorum.

PEREST argumenta soluere Nestorianorum, quae vt plurimum sophistica sunt. Argumentum primum, Ioan. 2. Dominus ait: ouis templum hoc, cum loqueretur de sua humanitate, ergo Deus Christus & homo Christus duae personae sunt. Nam non dixit, soluite me: & propterea non potest esse idem templum, & qui in templo habitat. Hoc argumentum facit Theodoretus in reprehensione secundi anathematismi Cyrilli, & postea saepe repetit.

RESPONDEO, hoc argumento rectè probari, duas esse in Christo naturas, non autem duas personas. Nam etiam animus noster dicitur habitare in corpore, vt in suo tabernaculo, quia diuersa est natura animi à natura corporis, & tamè vna persona est, quae ex animo & corpore constat. Iob 4. dicitur homines inhabitare domos luteas. & 2. Cor. 5. Apostolus dicit: Si terrestris domus habitatio nostra habitatio, & c. Ibidem: Qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati. Et 2. Pet. 1. Velox est depositio tabernaculi mei. Itaque rectè Chrysostomus hom. 10. in Ioan. ex illo, Et habitauit in nobis, colligit duas esse naturas in Christo: non rectè autem Theodoretus colligit duas personas.

ARGUMENTVM secundum, Apostolus de Christo dicit Philip. 2. In similitudinem hominum factus, & habitauit vt homo. Non igitur Christus 1. eius, homo fuit, sed hominibus similis propter indumentum humanitatis. Quemadmodum Rex indutus rusticis vestibus, non esset rusticus, sed rusticorum similis. Quare Theodoretus (qui, vt supra diximus, aliquando Nestorij partes sequutus est) in commentario huius loci scribit, Paulum voluisse dicere, Verbum non esse factum hominem, sed induisse hominem.

RESPONDEO cū Ambrosio, Chrysostomo, Theophylacto, & Oecumenio in hunc locum, Christum non fuisse hominem, sed similem hominibus, in ea significatione qua hic accipitur homo; Nam cum Paulus dicit, Christum factum esse in similitudinem hominum, & habitu inuentum vt hominem; HOMINIS vocem accipit, vt significat ordinariè purum hominem, conceptum ex femine viri, natum in peccato, peccatis obnoxium. Talis enim Christus videbatur, sed non erat, quia significatione vitur idem Paulus cum ait ad Galatas 1. Se Euangelium non didicisse ab homine, sed à Christo. Vbi sine dubio per hominem, purum hominem intelligit: alioqui non diceret, sed à Christo, quasi Christus non esset homo, cum idem Paulus dixisset: Vnus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. 1. Timothei 2.

PORRO Chrysostomus indicat etiam aliam explicationem, quam sequuntur Haymo & sanctus Thomas, vt illud (In similitudinem hominum) significet similitudinem in specie humana, & sensus sit, Christum factum esse verum hominem, proinde similem ceteris in specie. Cui explicationi satis conuenit id, quod praecedit; Formam serui accipiens. Est enim forma serui natura humana, vt supra ostendimus. Vox autem, Habitus, hoc loco non significat vestem, sed externam figuram, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius exponunt. Non enim

Græcè est, *ἰνδύμα*, sed *σχιμα* itaque sensus est, Christus figura corporis exteriori videbatur vnus de turba hominum, cum tamen esset singularis quidam, & diuinus homo, vel figura exteriori ostendebat se verum esse hominem.

QUARTA tamen Augustinus lib. 83. quaest. 73. Cyrillus lib. II. in Ioannem, cap. 14. Haymo & Thomas in hunc locum, per habitum intelligunt indumentum. Responderi potest ad argumentum, humanitatem vocari indumentum Verbi, non quia Verbum non sit verè, & substantialiter homo, sed propter similitudinem, quæ est inter vestes, & humanitatem. Nam vt per vestes homines cognoscuntur, sic per humanitatem Deus agnitus est: & quemadmodum cum vestes induimus, aptantur vestes ad figuram corporis, & proinde vestes mutantur, non homo; sic etiam, cum Verbum caro factum est, humanitas mutata est Verbo immutabili permanente.

IGITUR propter has & alias eiusmodi similitudines dici potest humanitas indumentum Verbi, licet alioqui Verbum verè & substantialiter homo factum sit.

ARGUMENTUM tertium, Heb. 7. Filius Dei Christus dicitur esse sine matre & sine genealogia, ergo alius est Filius Mariæ, qui matrem & genealogiam habet, & alius Filius Dei, qui vtroque caret.

RESPONDET rectè Cassianus lib. 7. de incarnatione, posse argumentum in aduersarios retorqueti. Nam ibidem ab Apostolo, de quo dictum est sine matre, sine genealogia; de eodem dicitur sine patre; ergo si iste locus intelligitur de Filio Dei, sequitur Filium Dei non habere Patrem, quod est contra Nestorium, qui distinguit Filium Dei Patris à Filio Virginis Matris. Dicit deinde Cassianus, Apostolum duas Christi natiuitates explicare voluisse; vnã sine matre, nimirum diuinam; alteram sine Patre, nimirum humanam.

ARGUMENTUM quartum; Nomen DEVS, absolute positum non significat Deum homini vnitum, sed Deum tantum; at MARIAM non peperit Deum tantum, sed Deum homini vnitum, ergo non debet dici MARIAM Dei genitrix. Hoc argumentum Nestorij fuisse scribit Theodoretus li. 4. de hereticis fabulis, in heresi Nestorij.

RESPONDEO, Nomen (DEI) absolute positum, non significare quidem Deum homini vnitum, sed neque excludere id à sua significatione; & proinde malam esse consequentiam argumenti. Quod autem nomen DEI, absolute secundum Scripturas, tribui possit ei qui de Virgine natus est, probatur ex eo, quod tribuitur ei, qui mortuus est; cum eiusdem sit nasci & mori. Actoru 20. *Attendite vobis*, inquit Paulus, & *vnuerso gregi*, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et primæ Ioannis tertio: *In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit.*

ARGUMENTUM quintum; Filius Mariæ dixit: *Deus meus*, vt quid dereliquisti me? Matthæi 27. Et: *Pater saluifica me ex hac hora*. Ioannis duodecimo. Et Angelo eguit consolatore, Lucæ vigesimo secundo. At ista Filio Dei non conueniunt, non igitur idem erat Filius Dei, & Filius Mariæ.

RESPONDET Cyrillus in defensione quarti anathematismi contra Theodoretum, ista omnia conuenire Filio Dei secundum formam humanam, sicut contraria ei conueniunt secundum formam Dei, est enim verus Deus & verus homo.

ARGUMENTUM sextum. Nemo potest anteriorem se gignere, Deus anterior est MARIAM, non igitur MARIAM Deum gignere potuit, quare non est appellanda Dei genitrix.

HOC argumentum copiose refellit Cassianus lib. 7. de incarnat. sed breuiter respondeo, non posse vllum gignere aliquid se antiquiorem secundum id, quo est antiquior. Itaque MARIAM peperit Deum Christum, non

secundum Diuinitatem, qua erat anterior, sed secundum humanitatem, qua erat posterior. Nec est mirum, si exempla non habeamus, quia mysterium hoc singulare est.

ARGUMENTUM septimum Filius debet esse hominiosus pariter, sed Christus Deus non est hominiosus MARIAM, cum ipse sit Deus æternus, & omnipotens, quæ MARIAM nullo modo conueniunt.

HOC etiam argumentum fusè refellit Cassianus, sed summa est, Filium debere esse hominiosum parentibus, secundum eam naturam, quam ab eis accepit, siue quatenus eorum Filius est. Christus autem Deus non accepit à MARIAM naturam diuinam, sed humanam, nec est eius Filius, nisi quatenus homo, & propterea satis est, si matri sit hominiosus quatenus homo est, quemadmodum Patris est hominiosus quatenus Deus est.

ARGUMENTUM octauum. Christus vocatur homo Deifer à B. Basilio in Psal. 59.

RESPONDEO, Basilium non dicere Christum esse hominem Deiferum, vt Theodoretus falso citat in reprehensione quinti anathematismi, sed carnem Christi esse *σχιμα* Deiferam, id est, carnem Dei gestatricem: est autem non paruam discrimen inter hominem & carnem, nam homo personam significat, vt etiam Deus: caro autem non personam, sed naturam, vel potius partem naturæ humanæ significat. Quare homo Deifer, non rectè dicitur de Christo, in quo non sunt duæ personæ, homo & Deus: at caro Deifera, dicitur rectè, quia duæ sunt naturæ, caro & Deitas, & vna est quasi domicilium ac sedes alterius.

ADDE, quod sanctus Ignatius in singulis ferè epistolis seipse *Deiferus* inscribit. At quis credat, sanctum illum virum Christi vocabulum sibi assumere voluisse.

QUOD si alicubi apud Patres (quod tamen ego inuenire non potui) Christus dicitur homo Deifer, pie explicandum est, vt videlicet sensus sit, Christum ratione humanitatis templum ac sedem esse diuinitatis. Quemadmodum sanctus Augustinus cum in enchiridio c. 36. & in lib. de prædestinatione Sanctorum, c. 15. & alibi non raro dicit, Dei Filium assumpsisse hominem intelligit nomine hominis, humanitatem.

CAPVT OCTAVVM.

Explicatur, in quo proprie consistat vnio hypostatica duarum naturarum.

SEQUITUR nunc quarta pars nostræ disputationis, in qua explicanda est definitio incarnationis, vt videamus, quid sit proprie vniri hypostaticè.

BRENTIVS & Smidelinus supra citati volunt; vniri hypostaticè diuinam & humanam naturam in Christo, nihil esse aliud, quàm communicari attributa, seu proprietates omnes diuinitatis humanitati Christi; communicari autem dicunt non per se, sed per accidens, explicat enim Concordia nuper edita in repetitione copiosa articuli 8. id fieri non per dona creata, & infusa, nec ita vt illa diuina attributa fiant proprietates naturales humanitatis, sed quia diuinitas inhabitat tanquam in suo proprio corpore in Christi humanitate, & in ea lucet omni sua maiestate, potentia, sapientia, iustitia, &c. & in illa, & per illam omnia operatur.

ITAVT talem volunt esse vnionem, qualis est inter agentem principalem & instrumentum. Vnde etiam tam Brentius quàm Smidelinus solum per energiam differre volunt Christum ab aliis hominibus, quia Deus per Christum omnia, per alios quædam operatur. Hæc sententia falsissima est, & aperte Nestoriana, vel peior quàm Nestoriana.

VERA autem sententia est, vniri hypostaticè Deum & hominem nihil esse aliud, quàm naturam humanam non habere propriam substantiam, sed assumptam esse à Verbo æterno ad ipsam Verbi substantiam. Quod vt

intelli

intelligatur facilius, obseruandum est, tribus modis posse aliqua plura vniri.

PRIMO essentialiter, cum videlicet ex pluribus fit vna essentia: quomodo vnuntur materia & forma, genus & differentia. Et hoc modo non est facta vnio incarnationis, vt patet, tum quia vna esset in Christo natura, & illa nec esset diuina, nec humana, sed tertia quædam; tum etiam quia vnio essentialis nunquam fit, nisi ex imperfectis naturis, vel, si ex perfectis, per corruptionem, aut conuersionem aliquam; in Christo autem sunt naturæ perfectæ & integræ.

SECUNDO modo accidentaliter, vt cum accidentia subiecto adiunguntur, vel cum substantia substantiæ copulatur, sed ex copula non exurgit, nisi forma accidentalitatis, vt cum ex lapidibus vel lignis fit domus; & hoc etiam modo non est facta vnio hypostatica, quia Deus, vt notum est, nec potest esse accidens, nec accidentium subiectum.

TERCIO modo substantialiter, vt cum substantia, quæ alioqui per se existeret, trahitur ad esse alterius suppositi, & ab illo pendet tanquam pars ipsius, & hoc modo facta est incarnatio. Et licet nullum sit exemplum omnino simile; tamen aliqua dantur à doctoribus, quæ vtrunque rem explicant.

VNUM est de anima & corpore, quo vtitur Iustinus in libro de recta fidei confessione, Athanasius in Symbolo, & Augustinus epistola tertia ad Volusianum. Nam anima rationalis, extra corpus, per se subsistit, & corpus etiam, antequam animeretur, per se subsistit, & tamen quando vnuntur, vna tantum est vtriusque substantia. Sed exemplum hoc valde deficit, tum quia anima & corpus sunt naturæ imperfectæ, tum etiam quia faciunt vnã naturam, tum etiam quia neutrum trahit alterum ad suam substantiam, sed vtrumque pendet à tertia substantia, quæ est totius compositi. In hoc autè mysterio Verbum in se perfectè subsistens, trahit ad se humanam naturam.

SECUNDVM est de ferro ignito, quo vtitur Basilus in oratione in sanctam Natiuitatem, & Damascenus lib. 3. cap. II. & Origenes lib. 2. de principiis, c. 6. quia ferrum candens, est quid vnum, & tamen habet proprietates ferri & ignis, &c.

HÆC similitudo maxime placet Brentio, Kemnitio, & aliis aduersariis, & tamen maxime omnium deficit. Nam in ferro candenti sustentatur calor à ferro, non contrà, & tamen ipsi volunt calorem referre Deum, & ferrum hominem. Item, calor non est substantia, sed accidens. Item non fit communicatio idiomaticum, non enim calor dicitur ferrum, nec ferrum calor. Denique, non trahitur calor ad substantiam ferri, neque contrà.

TERTIVM est de homine, in quo sint duæ formæ accidentales, vt ars medicinæ, & iuris prudentiæ. Vnum enim suppositum est, & tamen suscipit varias appellationes, & varia opera facit, & communicantur idiomatica. Nam ille idem & medicus & iurisperitus dicitur, & verè potest dici, medicus agit causas, & iurisperitus curat morbos, &c.

VTITUR hac similitudine Augustinus epistola 99. vbi dicit, istam propositionem, Deus est mortuus, esse illi similem, Philosophus est mortuus, vt enim Philosophia non est capax mortis, & tamè Philosophus dicitur mortuus, quando ille homo perit, qui erat Philosophus, sic etiam licet diuinitas non possit mori; verè tamen Deus mortuus dicitur, quia ille homo mortuus est, qui erat etiam Deus. Eandem similitudinem præ cæteris probat Ioannes Scotus in 3. distinct. i. q. i. quæ tamen similitudo deficit, quia istæ sunt formæ accidentales, & proinde non trahuntur ad substantiam hominis, quod est in hac re præcipue considerandum.

QUARTVM est beati Thomæ, & beati Bonauen-

turæ in 3. dist. i. q. i. vbi comparant hoc mysterium arbori, cui inferitur ramus alterius speciei. Existat exemplo, pirus, cui malus inferatur, illa certè pirus substantia est prima, atque aded verum suppositum, nec pendet ab illo ramo mali infuso, & post infusionem sustentat ramum illum, qui alioqui per se existeret, & vocatur iam pirus & malus, & facit pira & mala, & potest pirus vocari malus, & contrà, & si ramus ille fortè siccetur, & deinde reuiuiscat: non propterea arbor piri mutatur, sed omnis mutatio in illo ramo existit.

ITA prorsus Verbum diuinum instar magnæ arboris suscipit ramusculum humanam naturam suo trunco à cælesti agricola mirabiliter insertum, inde fuit Verbum Deus & homo, & opera diuina, & humana faciebat: nec Verbum ab humanitate, sed humanitas à Verbo pendebat. Et cum paulò post per passionem & mortem humanitas illa quodammodo exaruisset. Ac deinde per resurrectionem floruisset, nulla mutatio in Verbo facta est, sed omnis mutatio humanitatis fuit.

HÆC tamen similitudo deficit in duobus. Nam & ille ramus non est perfecta arbor, sed pars arboris, non enim habet radices, truncum, & alia. Et antequam infereretur, per se existeret, natura verò humana, quam ramo inserto comparauimus, & perfecta natura est, & nunquam habuit propriam substantiam: quod si diuina virtute aliquis ramus simul produceretur & infereretur, non deficeret similitudo nisi in vno.

QUONIAM igitur omnes similitudines aliquo modo à veritate deficiunt, ided sanctus Bernardus sermone 3. in vigilia Natalis, & Damascenus lib. 3. cap. 5. comparant mysterium incarnationis mysterio Trinitatis, vt ex vna re singulari illustrent aliam æquè singularem, vt enim singulare est, quod sint in Deo tres perfectæ hypostases, cum vna sola, & simplicissima natura, ita singulare est quod sint in Christo tres naturæ, Deitas, Anima, & caro cum vna simplicissima hypostasi. Tres autem naturas in Christo, deitatem, animam, & carnem, ne fortè id nouum videatur, distinguit, ac numerat etiam Augustinus lib. 13. de Trinit. cap. 17.

HIS igitur ita explicatis demonstrandum est, rem ita se habere, hoc est, vnionem hypostaticam consistere in communicatione substantiæ Verbi, non in communicatione attributorum Deitatis.

AC primum ex dictis. Nam ostendimus ex Scripturis, in Christo vnã esse personam, duâque naturas, at non potest hoc esse verum, nisi vna tantum sit in Christo substantia; nam si duæ essent, duæ essent personæ, quæ persona sit natura intellectualis per se existens. Quod si in Christo vna tantum est substantia, ergo aut Verbum communicauit suam humanitati, aut contrà, humanitas Verbo. Non autem communicauit Verbo substantiam suam humanitas, vt omnes constantur, igitur communicauit Verbum substantiam suam humanitati, atque ita facta est vnio hypostatica.

SECUNDO, idem probari potest testimoniis grauissimis eorum Conciliorum, quæ etiam ab aduersariis recipiuntur. In epistola Concilij Alexandrini cum duodecim anathematismis; quæ recepta & probata est in Synodo Ephesina & Chalcedonensi, sic habetur in secundo anathematismo: *Si quis non confiteatur carni secundum substantiam vnitum Dei Patri Verbum, anathema sit.* Et anathematismo tertio: *Si quis in vno Christo diuidit substantias post vnionem, anathema sit.* Et anathematismo quarto: *Si quis in personis duabus, vel substantiis diuidit eas voces, quæ dicuntur de Christo in Evangelicis & Apostolicis scriptis, anathema sit.*

ADDE quod in apologetico contra Orientales, in defensione quarti anathematismi, Cyrillus adducit pro se hæc verba S. Iulij Romani Pontificis: *Incarnatus est ex Virgine Dei Filius, qui & habitauit in hominibus, non in*

homine

hominem energiam operans, hoc enim in Prophetis est & in Ap-
stolis, perfectus Deus in carne, &c. Vides sententiam
disertis verbis contrariam Brentianam. Et in altero apolo-
getico contra Theodoretum, ponit idem Cyrillus hac
verba Theodreti contra secundum anathematismum.
Secundum substantiam unione omnibus modis ignora-
mus. Vbi etiam videtur apertam heretici confessionem.

ITEM in Concilio Chalcedonensi Act. 7. Salva, in-
quunt Patres, utriusque natura proprietate, & in vnam
personam ac substantiam concurrente, unigenitum Filium
& Deum Verbum agnosimus. Quo loco notabis, non
miseri proprietates naturarum, & proinde non commu-
nicari vni naturae dotes alterius, sed substantiam tan-
tum communicari.

ITEM in V. Synodo actione vltima, cap. 7. sic habes:
S. quis dicit secundum gratiam, vel secundum operationem,
vel secundum dignitatem, vel secundum honorem aequalita-
tem, aut relationem, aut affectum, aut virtutem, unitionem
faciam esse. Et infra: Et non secundum compositionem, id est,
secundum substantiam, unitionem Verbi ad carnem factam
esse, anathema sit. Et infra: Sancta Dei Ecclesia viri-
scapitatem reiciens, unitionem secundum compositionem
conficitur, quod est secundum substantiam. Quid clarius
contra Brentium & sectatores eius, qui introducunt v-
nitionem factam secundum gratiam, & operationem, &
dignitatem? Et cap. 7. eiusdem Concilij: Si quis introduce-
re conatur in mysterio Christi duas substantias, vel perso-
nas, & vnam personam dicit per dignitatem, & honorem,
& adorationem, & non conficitur Verbum carni substan-
tialiter unium, & propterea vnam esse eius substan-
tiam, &c. anathema sit.

ITEM in Concilio Lateranensi sub Martino I. con-
sultatione vltima, can. 6. Si quis secundum sanctos Patres
non conficitur proprie & secundum veritatem ex duabus
& in duabus naturis substantiis unius inconfuse, & in-
diuise vnum eundemque esse Dominum & Deum Christum,
sit condemnatus. Et can. 8. Si quis non conficitur secundum
sanctos Patres proprie & vere secundum compositionem,
id est, secundum substantiam naturarum unione, ex qui-
bus vnus existit Christus inconfuse & indiuis in eo cog-
nitus, sit condemnatus.

ITEM in VI. Synodo actione quarta, in epist. Aga-
thonis, quam totum Concilium recepit, sic legitur: Non
per unione, quae secundum substantiam facta cognoscitur,
vniunt sed blasphemantes per affectum voluntatis, tanquam
duas substantias duos quosdam iungunt, &c. Idem habetur
actione 17. in ipsa definitione Concilij. Vbi vides diser-
tis verbis tanquam blasphemos damnari eos, qui aliter
quam per substantiam explicant hypostaticam unione.

TERTIO, probatur argumento Concilij Toletani
VI. cap. 1. Solus Filius Dei est incarnatus, ergo vnio facta
est per communicationem eius, quod est proprium Filij,
non eius quod est commune aliis personis; sed sola sub-
stantia Filij est propria Filio, attributa autem omnia
essentialia communia sunt omnibus tribus personis, ergo
vnio hypostatica facta est per communicationem
soli substantiae.

Hæc ratio planè conuincit, aut esse verum id quod
nos dicimus; aut totam Trinitatem esse incarnatam, si
vera est definitio Brentij & Smidelini; nam illa attribu-
ta, omnipotentia, omnipræsentia, omniuita, &c. quo-
rum communicatione volunt factam esse incarnationem,
communia sunt toti Trinitati.

QUARTO, patet æternus communicauit Filio om-
nia sua attributa perfectissime, & multo perfectius, quàm
Brentiani velint eadem illa communicari à Filio Dei
Filio hominis; & tamen quia substantiam suam prop-
riam Pater non communicat Filio; non sunt vniti hypo-
stacè, sed distincti potius hypostacè Pater & Filius,
ergo vnio hypostatica non consistit in communicatione

attributorum, sed solius substantiae.

Hæc etiam ratio vel planè conuincit Patrè & Filium
esse vniam hypostaticam, si est vera definitio Brentij &
Smidelini, vel fateri debent, velint nolint, hypostaticam
vnionem non consistere in attributorum communicatione.

DICENT fortasse, cum aliis attributis communicari
etiam substantiam. At in primis verba ipsorum aliud
sonant. Nam Brentius in lib. de Maiestate Christi ho-
minis, vbi conatur ostendere, quid proprie sit vnio hypo-
statica, qua distinguitur Christus à puris hominibus;
sic ait: Itaque discrimen Christi, & Petri non est simpli-
ter sumendum ab in habitatione Filij Dei, sed à communi-
catione proprietatum eius; Filius enim Dei etsi sua essentia im-
plet Petrum, sicut & hominem Christum, non tamen com-
municat Petro omnes suas proprietates sed tantum nomi-
nas. viuificat Petrum, conseruat in vita, dat Petro potesta-
tem euicendi demones, immò excitandi mortuos. Interea
autem non facit eum omnipotentem, omniscientem, omni-
prensantem, omniuitum, & omnipræsentem; Filium verò homi-
nis ornat non aliquibus tantum, sed vniuersis suis donis. Et
infra. Ostendit, inquit, eum factum esse omnium Dei pro-
prietatum sine vlla exceptione capacem, & nisi eam habeat
capacitatem, non esse discrimen inter Christum & alios ho-
mines, nec Verbum fieri potuisse carnem.

SIMILIA habent theses Smidelini, & liber Con-
cordiæ; vbi non video mentionem fieri substantiæ, sed
solum attributorum essentialium.

PRAETEREA, quidquid sit de substantia, saltem
volunt requiri ita necessariò ad rationem hypostaticæ
vnionis communicationem omnium attributorum, vt
vbi desit talis communicatio, non sit vnio hypostatica,
& vbi adfit, sit. Nam Brentius asserit, quòd si Petrus
esset omnipotens, & omnipræsens, esset etiam vnitus
Deo hypostacè. Hoc autem posito, concludunt nec-
cessariò rationes factæ, quòd nimirum sequeretur, to-
tam Trinitatem esse incarnatam, & Patrem ac Filium
vniam esse hypostaticam.

PRAETEREA sequuntur duo alia absurda, & contra
fidem, quæ esse possunt V. & VI. argumentum. Primo,
corpus Christi in triduo mortis non fuisse vnium hypo-
stacè Verbo. Nam corpus mortuum non est capax
omnipotentia, omni sapientia, omniuita. Secundo,
Christum hominem non semper fuisse Deum. Nam
Christus meruit sibi aliqua dona, vt gloriam corporis,
& exaltationem nominis, immò & ascensionem in caelum,
& sessionem ad dexteram Dei. Dicitur enim Luc. vlt. Opor-
tuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Et Phi-
lippen. 2. Factus obediens usque ad mortem, &c. Propter
quod & Deus exaltauit illum. Et Hebræorum secundo;
Videmus Iesum propter passionem gloria & honore coro-
natum. At si omnium donorum communicatio requiri-
tur ad vnionem hypostaticam constituendam, ergo Chris-
tus meruit sibi aliqua saltem ex parte vnionem hypo-
stacè, ergo fuit antequam vniretur: neque enim me-
reri potest qui non est. proinde non semper fuit vnitus
hypostacè, quæ est hæresis Pelagiana.

SEPTIMO si vnio hypostatica requireret commu-
nicationem omnium proprietatum, atque attributorum,
esset omnino impossibilis talis vnio: nam multa sunt
Dei propria quæ implicat contradictionem commu-
nicari creaturæ, quale est esse increatum, & esse actum
purum, esse infinitum ens, & similia.

QUAEDAM etiam sunt, quæ siue potuerint commu-
nicari, siue non, certum est non esse communicata hu-
manitati Christi, vt carere principio temporis, creare
caelum & terram, & Angelos, & reliqua quæ fuerunt
ante illam humanitatem.

QUAEDAM etiam sunt, quæ licet collata sint hu-
manitati Christi, non tamen ante resurrectionem, vt
esse impassibilem, esse immortalem, & tamen ante

refur

resurrectionem fuit vnio hypostatica.

Nec valet quidquam responsio eorum, qui dicunt,
Christum tempore exinanitionis debuisse occultare
suam Maiestatem. Nam ista dona non occultauit, sed ve-
rè non habuit re ipsa, nisi dicant, Christi corpus semper
fuisse immortale & impassibile, quæ est alia hæresis apud
Euagrium lib. 4. hist. c. 38. & 39.

OCTAuo, fatentur ipsi, hæc dona per accidens con-
uenire humanitati Christi, vt patet ex thesi 22. Smideli-
ni, at vnio hypostatica non est accidentalis, sed substan-
tialis, vt patet ex allegatis conciliis, & maximè ex concilio
V. cap. 4. & 5. vbi hoc expressè habetur.

ITEM, quia tunc Christus homo, esset Filius Dei per
gratiam, non per naturam: quod sanè repugnat omnium
Patrum sententia.

ITEM, non posset homo verè nominari Deus, nec
Deus homo. Nam ista vnio accidentalis non est per in-
hærentiam donorum, vt ipsi dicunt, & rectè dicunt, quia
loquuntur de donis increatis, quæ sunt ipsa essentia Dei;
sed est per coniunctionem extrinsecam, qualis est in-
ter agens principale & instrumentum, vt inter nauem
& nauatam. Docent enim, vnionem Dei & hominis
in eo consistere, quòd Deus omnia per illum homi-
nem operetur.

At eiusmodi vnio non satis est ad communicanda
nomina & proprietates: nec enim naua dici potest nauis,
neque nauis naua: Non igitur Christus homo dici
potest Deus, neque Christus Deus, dici potest homo, at-
que hoc idem de proprietatibus dicemus, vt enim naua
non potest appellari expertus sensus & rationis, quæ sunt
proprietates nauis, neque nauis dici potest sensu & ratio-
ne prædita, quæ sunt proprietates nauæ: sic etiam
Christus Deus dici non poterit crucifixus & mortuus,
quæ proprie conueniunt homini: nec Christus homo
dici poterit omnipotens, & caeli terræque creator, quæ
proprie conueniunt Deo.

DENIQUE, si vnio hypostatica tantum esset ista com-
municatio accidentaria donorum, etiam nos essemus hypo-
stacè vniti cum Deo, licet minus arctè, nam quod il-
le plura dona habeat, nos pauciora, non mutat speciem.

ADDE, quod nullum habent argumentum alicuius
momenti: præcipuum est illud, quod Brentius obicit, &
sæpius repetit, quod nisi ita sit, non poterit inueniri
distinctio inter vnionem Dei cum Christi humanitate,
& vnionem eiusdem Dei cum sancto Petro, & aliis ho-
minibus, cum Deus omnes sustentet, & omnibus sit in-
timus per essentiam, præsentiam, & potentiam, & solum
hoc sit discrimen, quod per solum hominem Christum
omnia operetur.

At hoc facillimè soluitur, nam discrimen in hoc con-
sistit, quod Christi humanitas non habet propriam sub-
stantiam, sed in Verbo existit, vt brachium in corpore;
at ceteri homines habent substantiam propriam & dis-
tinctam re ipsa ab illa, quæ est in Verbo Dei. Vnde
aliter sustentat Deus Petrum, aliter Christi carnem. Nam
Petrus dicitur sustentare, quia conseruat illum cum sua
essentia & substantia, vt eum quis baculum manu tenet:
at CHRISTI humanitatem Dei verbum susten-
tat, eo modo quo totum sustentat partes intimè sibi
coniunctas & vnitas.

CAPVT NONVM.

Proponitur questio, an ex vnione hypostatica sequatur com-
municatio realis attributorum diuinorum, ac
præcipue Immensitatis suæ vbiuitatis.

PEREST iam tractare, postquam osten-
dimus, vnionem hypostaticam non consistere
in illa communicatione omnium attribu-
torum diuinorum; an saltem ex illa vnione id
sequatur, vt attributa omnia, vel aliqua ac nominatim
omnipræsentia sit communicata humanitati Christi.



perpsi

ET quidem Kemnitiis in libro de duabus naturis,
cap. 4. 21. & 23. docet, non esse quidem de essentia vnio-
nis hypostaticæ istam communicationem, in quo à Bren-
tio & Smidelino dissentit, sed tamen consequi ad vnio-
nem hypostaticam talem communicationem, & qui-
dem realem, ita vt natura humana verè sit omnipotens
& omnipræsens, &c.

SIMILIA habet VVigandus in libro de communi-
catione idiomatum, nisi quod quædam proprietates dicit
non communicari, nisi verbaliter, vt esse creatorem caeli
& terræ; quia tunc Filius Dei non erit homo; at reliquas
realiter, ac nominatim vbiuitatem.

SIMILIA etiam docet Nicolaus Selneccerus, tum
in pædagogia, tum in Epistola ad Theologos VVittem-
bergenfes scripta, anno M. D. LXXI. vbi damnat hanc
propositionem vt blasphemam) Humana natura in Chri-
sto non est omnipotens. Et ibidem docet, realiter commu-
nicata esse Christi humanitati ex vnione hypostatica in-
finita dona. Et addit hæc verba, quibus videtur omnino
confundere proprietates naturarum: Quod, inquit, ad
potentiam attingit, cum Paulo loquimur, si cognouimus Chri-
stum secundum carnem, sed nunc non nouimus. Cessante enim
infirmate carnis nihil in eo iam nouimus, nisi virtutem
Diuinitatis. Et infra. Ac per hoc quidquid vel fuerat prius,
vel est, & manet substantia duplicis, factum est virtutis vnus.

DENIQUE omnes Lutherani suprâ citati initio
huius libri hac realem communicationem defendunt,
licet non conueniant in eo, vtrû illa sit de essentia vnio-
nis hypostaticæ an eam tantum sequatur.

CATHOLICA verò doctrina duo docet. Primo,
ex vnione hypostatica consecuta esse in Christi huma-
nitate multa dona creata & infusa; vt gratiam excellen-
tissimam, sapientiam maximam, potentiam singularem,
& alia id genus, quæ tamen non sunt attributa Deitatis,
nisi per participationem quandam, quomodo etiam nos
participamus Dei attributa per creatas qualitates, licet
minus perfectè, quàm Christi humanitas ea participet.

NEQUE in his consistit communicatio idiomatum,
nam illa communicatio est mutua, horum autem com-
municatio donorum non est mutua. nihil enim Deitatis
acceffit.

SECUNDO, ex vnione hypostatica sequitur com-
municatio idiomatum; quæ quidem communicatio non
est realis respectu ipsarum naturarum, quasi ipsa Diuini-
tas facta sit passibilis, & humanitas realiter sit facta om-
nipotens, vt volunt Lutherani, neque est planè verbalis,
vt vult Beza in lib. contra Brentium; & Petrus Martyr
in dialogo de duabus naturis. Sed est realis quidem, sed
respectu hypostasis utriusque naturæ, non autem respec-
tu ipsarum naturarum, vt expressè doceant Patres. Am-
brosius lib. 2. de fide, c. 4. Augustinus lib. 1. de Trin. c. 13.
Cyrillus in defensione quarti anathemat. & Damascenus
lib. 3. c. 4. vbi dicit idiomata communicari, nihil esse
aliud, quàm proprietates utriusque naturæ applicari cõ-
muni hypostasi, & proinde ipsius naturis in concreto,
quia concreta nomina pro supposito accipi possunt, li-
cet formaliter naturas significent.

ITAQUE rectè dicimus, Deus est natus ex Virgine,
passus, mortuus, &c. quia Deus accipi potest pro quoli-
bet supposito diuino, & proinde pro supposito secundæ
personæ, quod est simul diuinum & humanum. Quod
suppositum verè & realiter est Deus, & verè & realiter
est homo, & proinde verè & realiter est natus ex Vir-
gine, passus, mortuus, &c.

PARI ratione rectè dicimus, Christus homo est
omnipotens, æternus, vbi que, &c. quia, homo, in concre-
to stat pro supposito humano. In Christo autem suppo-
situm diuinum & humanum vnium est, & cum sit di-
uinum, consequenter est omnipotens, æternus, &
vbi que, &c. Quæ omnia facillè probari possunt, sed gratia

perspicuitatis. Primò agemus de idiomatibus in genere. Secundo in particulari de Vbiquitate.

CAPVT DECIMVM.

Ex vnione hypostatice non fluxisse communicationem idiomatum realem respectu naturarum.

Non communicari realiter attributa, siue idiomata vnus naturæ, alteri naturæ ex vi hypostatice vnionis, primo docent sacra Concilia. Nam in Concilio Chalcedonensi Act. 5. sic legimus. Salua vtriusque naturæ proprietate, & in vna concurrere personam, &c. Quod idem habetur in Concil. VI. Act. 4. & 17. in Concil. Martini Papæ, can. 9. & in Ep. 10. S. Leonis ad Flavianum.

Præterea in Concilio VI. Act. 17. & in Concilio Martini Papæ, can. 10. 11. 12. & sequent. definitur contra Monothelitas, in Christo non solum duas esse naturas cum suis proprietatibus, sed etiam duas existere voluntates & operationes inconfulas.

Denique in Epist. Agathonis Papæ, quæ recitatur in Concilio VI. Act. 4. & à toto Concilio approbatur, habemus, in Christo omnia esse duplicia, id est, naturas, proprietates, voluntates, operationes, sola excepta substantia, quæ est vna, & ibidem additur, duas inconfulas naturas colligi ex naturalibus earundem naturarum proprietatibus. Ex quo sequitur, etiam proprietates manere inconfulas & distinctas.

Ex his colligimus, multis modis erroneam esse aduersariorum sententiam. Nam primo, si communicatur verè & realiter propria vnus naturæ alteri naturæ & contrà, ergo non manent distinctæ & inconfulæ proprietates. Quomodo enim manent distinctæ, si humana natura habet diuinas, & diuina natura habet humanas proprietates? Item, si comunicantur, ergo non sunt amplius proprietates, sed cõmunitates. Quomodo enim est proprium, quod est factum commune? Item, proprietates harum naturarum, vt plurimum sunt impossibiles, vt est esse creatum & increatum, finitum & infinitum, vbi-que, & non vbi-que, ergo, si diuina natura recipit humanas proprietates, cogitur amittere suas: & si humana recipit diuinas, cogitur amittere suas. Quomodo ergo saluis proprietatibus facta est incarnatio?

Merito itaque sanctus Augustinus sermone centesimo nonagesimo primo, de tempore, qui est tertius de Trinitate, ita loquitur: Illorum quoque execramur similiter blasphemiam, qui nouo sensu asserere conantur, à tempore accepisse carnem, omnia quæ erant diuinitatis in hominem detegisse: & rursum quæ humanitatis erant, in Deum esse transfusa, vt quod nulla vnquam heresis ausa est dicere, vincatur, hæc confusione vtraque exinanta esse substantia, & Deitatis, si uicet, & humanitatis, & omisso proprio statu in aliud esse mutata.

Ad hæc respondere conantur aduersarij; & primum Brentius libro de Maiestate Christi hominis dicit, Concilium Chalcedonense tantum loqui de proprietatibus essentialibus, quæ non possunt tolli sine abolitione essentialium, non autem loqui de accidentalibus, quales sunt esse in loco, esse corruptibile, &c.

At hæc solutio aliquid dicit ad tertiam consequentiam, ad primam & secundam nihil. Præterea nec tertia satisfaciunt. Nam esse finitæ potentia, & maiestatis, & virtutis, sunt proprietates inseparabiles à creatura. Contraria enim arguunt infinitam essentialiam, ergo tribuere humanitati, quæ creatura est, & finita, infinitam potentiam, & infinitam maiestatem, ita vt non solum sit in toto mundo, sed etiam possit actu replere infinitos mundos, vt potest Deitas, est planè tollere ab humanitate essentialis eius proprietates. Hoc autem ipsi dicunt, nam Christi humanitatem volunt esse, verè omnipotentem, & vbi-que eo modo quo est Deus, qui quidem non solum est in toto mundo, sed etiam possit actu re-

plere infinitos mundos.

Præterea ex hoc ulterius sequitur, duo esse in mundo omnipotentia, immensa, & infinita, nimirum Deitatem & humanitatem Christi. Hoc autem est contra Symbolum Athanasij, & contra omnes Scripturas. Nec possunt respondere, vnam esse omnipotentiam, infinitatem, & immensitatem duarum illarum naturarum, sicut vna est trium diuinarum personarum. Nam omnipotentia, & infinitas, atque immensitas Dei nihil est aliud, quàm eius essentia, ergo non potest esse eadem immensitas & omnipotentia Deitatis & humanitatis Christi, nisi sit eadem essentia vtriusque naturæ, sicut est eadem essentia trium personarum. Atque ita semper eò reditur, vt confundantur naturæ in Christo.

Auctores Concordiæ in repetitione articulo- rum controuerforum, articulo octauo, & Kemnitius lib. de duabus naturis, cap. 21. 22. & 23. docent in primis, proprietates humanitatis non communicari re ipsa diuinitati, & proinde naturam diuinam manere illæsam. Deinde addunt, diuinas proprietates communicari re ipsa humanitati, sed Deo non tolli, nec misceri proprietates, quia diuina proprietates nunquam sunt naturales & essentialis proprietates humanitatis, sed illi tantum comunicantur per gratiam, sicut ex coniunctione animæ & corporis non sunt proprietates corporis eæ, quæ erant animæ, sed tantum comunicantur corpori, quia anima in illo habitans, omnia in illo & per illud operatur.

Addit Kemnitius similitudinem ferri candentis, qua etiam, vt supra diximus, vsus est Origenes lib. 2. de principiis, capite sexto, & Basilii oratione de natali Domini, qua similitudine existimat Kemnitius aperitissimè declarari, quomodo ista communicatio fiat saluis vtriusque naturæ proprietatibus.

At neque hæc solutio sufficiens est: Primo, quia si proprietates humanæ non tribuantur Diuinitati, sequitur non esse mutuum communicationem idiomatum, quod est contra omnes veteres, & præcipuè contra Damascenum lib. 3. cap. 4. Quid, quod hac ratione coguntur discedere à suo Luthero, qui aperitè docuit Diuinitati tribuenda, quæ dicuntur de passione Domini.

Secundo, non est verum, omnia omnino Deum operari per carnem. Nam actiones saltem immanentes, vt intelligere, & velle diuinum, non erant, nec sunt per carnem. Item excitatio carnis Christi à mortuis non fuit per carnem, sed per spiritum Dei, Rom. 8.

Tertio, non omnia Dei attributa consistunt in operatione externa, vt planum est de Simplicitate, Infinitate, Sapientia, Potentia, Bonitate, ergo etiam si Deus omnia opera exteriora per carnem operaretur, non propterea communicasset illi sua attributa.

Præterea, etiam si omnia omnino Deitas per humanitatem ageret, & attributa omnia in actione consistenter, adhuc non possit dici, humanitas omnipotens, omni-sapiens, omni-uisita, &c. Nec enim epitheta causæ principalis cõueniunt instrumeto, alioqui cū quis doctè & sapietè scriberet, Calamus doctus & sapiès diceretur.

Denique ipsa similitudo animæ & corporis est contra ipsos. Nam anima non communicat corpori suas veras proprietates, neque corpus animæ. Non enim corpus intelligit, discurrit, deliberat, quæ sunt propria animæ, neque è contratio anima currit, sedet, elurrit, fitit, quæ sunt propria corporis. Et præterea anima tota est in capite, & tamen eadem tota est in pede, vbi non est caput, & contra.

Similiter quoque ferri candentis nihil Kemnitium iuuat; immò imprimum planè ostendit. Ait enim Kemnitius, ignem communicare ferro suam ipsius vim vrendi & læcendi, non per informationem, sed per vnionem, qua ferrum penetratur ab omni parte ab igne, & addit, ferrum adhuc retinere suas proprietates, id est, naturalem

duritiem, nigrorem, frigus, licet non appareant.

At profectò qui hæc dicit, caret sensu. Nam remotis miraculis & præstigijs, calor, & frigus, durities, & mollities, candor, & nigror si non apparent, & sentiuntur, non sunt. At quis vnquam vidit in ferro cadente nigrorem? quis sensit frigus? quis duritiem diceret esse in ea re, quæ flectitur instar ceræ?

At, inquit Kemnitius, si remoueatur ignis, apparent nigredo, frigus, durities, ergo etiam antea erant.

Respondet, remoto igne à ferro, paulatim recedere calorem, & candorem ferri, quæ non solum ab igne in ferro producebatur, sed etiam conseruabantur. Itaque cum iterum existit in ferro frigus & nigredo, non apparet quod latebat, sed redit quod abierat.

Præterea, quale paradoxum est, quod ignis penetrat totum ferrum, non per calorem productum, sed per seipsum & quod ferrum luceat, & vrit, non per calorem acceptum ab igne, sed per illum ipsum qui est in igne? Nam hoc modo substantia ignis sine vilo miraculo penetrabit aliam substantiam, quod non faciunt sine miraculo corpora gloriosa. Et præterea, quantumuis intimè penetraret ferrum ab igne, certè nunquam erit verum dicere, ferrum vrit, aut lucet, nisi ipsum ferrum sit affectum qualitatibus sibi inhaerentibus caloris & lucis, sed dicere oportebit, ignis, qui est in ferro, vrit, ac lucet.

Adde, quod in ferro candenti nõ cernitur ea communicatio idiomatum, quæ cernitur in incarnatione; nõ enim dicimus, ferrum esse ignem, & ignem esse ferrum; quomodo dicimus, Deum esse hominem, & hominem esse Deum.

Neque obstat, quod Patres hac similitudine vtantur; illi enim non volunt ostendere hac similitudine cõmunicationem idiomatum, nec totum incarnationis mysterium, sed vnam eius conditionem, quomodo videlicet per incarnationem non lædatur Diuinitas, & multum perficiatur humanitas. Vt enim ignis in ferro non nigrescit, nec frigescit, nec consumitur rubigine, ita, &c. Atque hæc de attributis in genere.

CAPVT VNDECIMVM.

Refellitur Vbiquitas humanitatis Christi, quia pugnat cum Scripturis.

Vne in speciali de Vbiquitate disputandum est, vel potius ipsa Vbiquitas destruenda. Primo ergo ista Vbiquitas repugnat expressis Scripturis, quæ dicunt, Christum hominem ratione humanitatis alicubi non fuisse, & proinde non semper fuisse vbi-que. Ioan. 1. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, quia credidistis, quia non eram ibi. Ioan. 6. Cum uiaisset turba, quia Iesus non esset ibi. Matth. ult. Non est hic, sed surrexit.

Secundò ad hæc respondent, significari his testimonijs, Christum non fuisse vbi-que localiter, non autem non fuisse vbi-que diuino modo. At etiam in cœna corpus Christi non est localiter, & tamen quia reuera ibi est, nemò Lutheranorū auderet absolute dicere, corpus Christi non est hic, id est, in cœna. Item, Deus non est in mundo localiter; & tamen non toleraretur, qui diceret, Deus non est in cœlo nec in terra. Eodem igitur modo, si Christi humanitas verè est vbi-que, quocumque modo ibi sit, falsum erit absolute, quod Scripturæ dicunt, Non est hic: Non eram ibi, &c. Scriptura autem falsa esse non potest, igitur falsa est sententia aduersariorum.

Præterea, anima Christi non erat in inferno localiter, sed spiritualiter, & tamen non semper ibi fuit; nam non est relicta in inferno, Act. 2. ergo reuera non est vbi-que non solum localiter, sed nec alio modo.

Secundo, repugnat illis Scripturis, quæ dicunt, Deum esse vbi-que, vt hoc modo illum discernat ab omnibus creaturis. Hieremias 23. Calum & terram ego impleo. Et alibi. Et Psal. 138. Quò ibo à Spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam: Vnde Patres ex hoc Dei attributo pro-

bant, Spiritum sanctum esse verum Deum, non creaturam, quia scriptum est, Sapient. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Vide Ambrosium lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 7. Hieronymum & Cassiodorum in Psalmum 138. Cyrillum lib. 7. de Trinitate. Basilium libro de Spiritu sancto, cap. 22. Didymum lib. 1. de Spiritu sancto. Fulgentium in libro ad Donatum, cap. 8. Vigilium in disputatione Athanasij, Arij, & Sabellij. Augusti lib. 3. contra Maximinum cap. 21.

Respondent, proprium esse Deo, esse vbi-que per se, tamen hoc idem conuenire Christi humanitati per accidens, ratione vnionis cum Deo.

At hoc non satisfaciunt. Nam esse vbi-que per accidens, potest dupliciter intelligi. Primo, quod Christi humanitas verè non sit vbi-que, sed dicatur esse vbi-que, quia est coniuncta cum verbo, quod est vbi-que. Secundo, quod reuera sit vbi-que, tamen hoc habeat non ex natura sua, sed per gratiam Dei, quæ est accidens respectu ipsius essentialis humanæ.

Si primo modo intelligant, nec propriè loquuntur, nec habent quod intèdunt. Non loquuntur propriè, quia non potest absolute dici tale, id quod non est ipsum tale, sed est coniunctum cum alio, quod est tale. Alioqui corpus posset dici spiritus, quia est coniunctum cum anima, quæ est spiritus, & oculus esset in calcaneis, quia est coniunctus cum anima, quæ est in calcaneis.

Nec habent quod intèdunt, nam ex vbi-que volunt stabilire veram præsentiam corporis Christi in cœna, at ex ista vbi-que accidentaria non sequitur, Christi corpus esse in cœna reuera, sed tantum sequitur esse coniunctum cum Deitate, quæ est præsens in cœna.

Si secundo modo accipiant, vt sine dubio accipiunt, tunc argumentum Patrum pro Spiritu Sancto, planè cõcedit. Nam Ariani dicunt, Spiritum sanctum esse quidem vbi-que, sed per accidens, & ideo non esse Deum verum, sed creaturam. Cùm ergo Patres recedè probarent ex vbi-que, Spiritum sanctum esse Deum manifestè sequitur soli Deo conuenire verè esse vbi-que, nec id esse per gratiam communicatum vili creaturæ.

Deus, nõnne corpus Christi, vt est in tot locis si- mulne sacramentaliter, posset etiam esse in toto mundo? nõnne posset Deus totum mundum conuètere in panem, & panem illum in corpus suum? & tamen non propterea corpus Christi posset esse Deus.

Respondet, potest quidem id fieri; sed hoc non est esse vbi-que, quomodo est Deus, & quomodo Brentiani intelligunt de corpore Christi. Nam Deus ita est in toto mundo, vt non contineatur mundo, sed sit tantæ immensitatis, vt possit replere infinitos mundos, id quod nos corpori Christi, quod est finitum, minime tribuimus.

Denique, quidquid sit de eo quod potest, aut non potest fieri, satis nobis est, re ipsa id nõ esse communicatum, nec comunicandum vili creaturæ, vt sit vbi-que, & ideo inde euidenter probari, Spiritum sanctum esse Deum.

Tertio, repugnat Vbiquitas testimonijs, quibus Patres probant in Christo duas esse naturas, præcipuus enim locus est ille Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. Ex quo loco plurimi Patrum deducunt Christum esse Deum & hominem, quia quando erat corpore solum in terra, dicebat tamen se esse in cælo, nimirum Deitate. Ita Augustinus, Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Beda in eù locum. Item Nazianzenus Epistola prima, ad Chelidonium, & Hilarius lib. 10. de Trinitate, & alij.

At si vera sit Vbiquitarum sententia, hoc argumentum nihil concludit. Nam dicerent Eutychemi ab Vbiquitate edocti, etiam carne tunc fuisse Christum in cælo, & in terra, & vbi-que.

Præterea probant Patres Christum Deum esse

& hominem, ex illis locis, ubi dicitur Christus iter fecisse, ac mutasse loca, nunc naui, nunc pedibus, nunc etiam a seculo, cum tamen, ut Deus, ubique esset, & moueri non posset. Vide B. Ambrosium lib. 2. de fide cap. 4. & Athanasium apud Vigilium in disputatione cum Ario.

A T, secundum Ubiquitatem, ista omnia nihil probant. Nam si Christi caro ubique erat, certe non poterat moueri, nisi metaphoricè, sicut Deus dicitur aliquando descendere de cælo in terram, quia apparet hominibus, non ubi non erat, sed ubi non videbatur. Nam moueri propriè de loco ad locum, est deserere vnum locum, & acquirere alium, qui autem est ubique, nec potest deserere vnum, nec acquirere alium.

N E C valet quod dicunt, corpus Christi fuisse ubique inuisibiliter, sed visibiliter in certo loco, & hoc secundo modo potuisse moueri. Nam non potest esse in eodem loco visibiliter, & inuisibiliter simul, quia tunc bis esset in eodem loco, & proinde geminaretur ipsum corpus: deinde nonne inuoluit contradictionem, rem eandem in eodem loco videri, & non videri?

D E N I Q U E moueri propriè, non potest intelligi sine noni loci adeptione, igitur Christus si erat ubique, non poterat verè moueri, sed solum apparenter. Et proinde, sicut ex motu Dei metaphoricè non probatur, Deum esse creaturam; ita ex motu Christi, qui solum metaphoricè esse potuit, non poterat rectè colligi, Christum esse hominem. Et confirmatur ex responsionibus aduersariorum, qui cum volunt ostendere, non pugnant cum Ubiquitate morum corporis Christi, probant, quia etiam de Deo dictum est. Genes. 11. *Descendamus & confundamus linguam eorum.* Et Genes. 19. *Descendam & videbo, & c.* Ita enim Brentius in libro de maiestate Christi hominis ratiocinatur. Fatentur igitur ipsi, non aliter posse moueri de loco ad locum Christi humanitatem, quam possit moueri Deus.

CAPVT DVODECIMVM.

Resertitur Ubiquitas corporis Christi, quia repugnat Symbolo Apostolico.



E N D E pugnat Ubiquitas cū articulis Symboli de Christi conceptione, Natiuitate, Morte, Sepultura, Descensu ad inferos, Resurrectione, Ascensione, & Aduentu ad Iudicium.

A C primum, cum Conceptione, nam fides habet, in solius MARIÆ vtero fuisse carnem Christi.

A T secundum Ubiquitatem mox à Conceptione fuit illa caro in vteris omnium mulierum, immò & virotum, & proinde illa laus communis est omnibus: *Beatus ventris, qui se portauit.* Luca 11.

I T E M fides docet Christi corpus post nonum mensem produsse ex vtero in lucem, & sic verè esse natū. At secundum Ubiquitatem, ante nonum mensem, immò primo die Conceptionis fuit extra vterum, & post decimum mensem adhuc erat in vtero, immò inde nunquam exiit.

D I C E N T, exisse, quia localiter erat in vtero, & non extra vterum, & postea fuit localiter extra vterum, & non in vtero.

A T contra, quia istud esse localiter, nihil videtur esse aliud, quam apparentia quædam, sicut cum Deus, qui est ubique, in certo loco apparet. Nam si verè ab ipsa Conceptione Christi caro fuit præsens omni loco, non potuit verè aliquo proficisci, sed tantum se ostendere (ut supra diximus) ubi antea non videbatur. Natiuitas igitur non fuit vera, sed apparens, ut Manichæi dicebant.

I T E M fides requirit, ut in morte Christi corpus & anima separata fuerint, & corpus quidem in sepulchro iacuerit anima ad infernum descenderit. At secundum Ubiquitatem, in sepulchro etiam erat anima cum corpore, & in inferno erat caro cum anima.

E T ne multum laboremus in probando, auctores Concordiæ in repetitione articuli noni dicunt, se cre-

dere, quod post sepulturam Christi tota persona Deus & homo descenderit ad inferos. At certe si homo ad inferos descendit, non sola anima descendit.

I T E M fides tradit Christi corpus post tres dies à morte rediisse ad vitam, & exiisse de monumento clauso, & intrasse ad discipulos ianuis clausis, quæ norantur ab Euangelistis tanquam miracula. At secundum Ubiquitatem, nunquam exiit Christus de sepulchro, nec intrauit ad discipulos, sed manifestauit solum se extra sepulchrum, quamuis ibi manserit inuisibiliter, nec mirū vllō modo fuit, quod scribit Ioannes de ingressu Christi ad discipulos ianuis clausis, quando quidem non verè intrauit ianuis clausis, sed tātum fecit se visibilem in loco, ubi erat inuisibiliter. Et tamen Brentius vrget hæc miracula contra Zyvingianos in lib. de Maiestate hominis Christi, & eadem afferuntur in libro Concordiæ, pag. 718.

D E N I Q U E fides habet, Christum ascendisse in cælum, & inde venturum ad iudicium: at secundum Ubiquitatem, nec ascendit, nec descendit.

R E S P O N D E N T ad hoc de Ascensione, in articulo Symboli de Ascensione in cælum: nomen cæli, accipi figuratè, non propriè, & solum significare gloriam, regnum, & maiestatem Dei, non autem certum aliquem locum. Et probat id Illyricus in libro de Ascensione Christi. Primo, ex verbis Petri, Act. 3. *Quem oportet cælum suscipere.* Nam si sermo esset de loco, dictum esset. *Quem oportet cælo recipi.*

S E C V N D O, probat ex ipso Symbolo, nam quid sit, *Ascendit in cælum*, explicatur per verba sequentia (*Sedet ad dexteram Patris*) hæc autem sunt metaphorica verba. Nec enim Pater habet propriè dexteram, aut sinistram, igitur etià Ascensio in cælum metaphoricè accipi debet.

T E R T I O, si Christus verè ascendisset in cælum hoc corporeum, debuisset permittere, immò imperare discipulis, ut viderent quomodo ipse ascenderet vsque ad summum cælum, & ascendendo perfringeret stellas & globos illos cælestes, ut id testari possent toti mundo quod tamen non est factum. Et addit, more suo, umbras verberans, & tamen triumphans; *Profectus ista est planè inuicta demonstratio contra istorum localitatem Christi in cælo inclusi.*

B R E N T I V S autem in lib. de duabus naturis Christi, & ascensione, idem probat. Primo, quia Christus dicitur supra omnes cælos ascendisse Ephesiorū 4. *Ascendit super omnes cælos.* Heb. 4. *Penetrauit cælos.* Non ergo inquit Brentius, hæsit in aliquo. Heb. 7. *Excelsior cælis factus.* Non est ergo Christus in cælo, ut in loco.

S E C V N D O, quia si esset in cælo corporeo, deberet esse in polo antarctico. Nam debet esse in loco quieto, alioqui valde malè se haberet in illa perpetua agitatione: soli autem poli sunt immobiles: ergo debet esse in altero polorum, & in puncto consistere: polus autem antarcticus est superior secundum Aristotelem, & arcticus est inferior, igitur in antarctico polo Christus locandus est. Et confirmat, quia si in cælo corporeo esset quò se reciperet, quando cælum destrueretur: Ita nimirum filios tenebrarum inuauit ludere, & iocari de mysteriis Christi.

T E R T I O, probat in alio lib. de Maiestate Christi, quia Christus ascendit in cælum illud, ex quo descendit Ioan. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, & c.* At non descendit de cælo corporeo, igitur nec ascendit in cælum corporeum: sed sicut metaphoricè dicitur descendisse, quando, *exinanivit semetipsum*; ita metaphoricè dicitur ascendisse, quando: *Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.*

A T Catholici credunt, Christum in verum cælum corporeum ascendisse, siue maneat intra ipsam cælum, ut videtur sentire sanctus Augustinus Epistola 57. ad Dardanum, ubi dicit in fine Epistolæ, Christum esse ubique ut Deus, & in aliqua parte cæli propter veri corporis

modum: siue maneat supra, & extra omnes cælos, ita ut pedibus tangat conuexum summi cæli, ut vult B. Thomas in 3. parte, quæst. 57. artic. 4. Ista enim non sunt certa, nec necessariò cognoscenda, immò etiam monet Augustinus de fide & Symbolo, cap. 6. curiosissimum esse & superuacaneum id querere.

I L L V D est certum, Christi corpus nunc esse visibile & palpabile, & tantum spacium occupare, quanta est moles corporis, & esse in cælo isto corporeo, siue sit intus, ut aliquis dicitur esse in domo, siue supra, ut aliquis dicitur esse in tecto. Et probatur primo, quia Christus ad illud cælum ascendit, ubi est sedes Dei, illud autem cælum corporeo est, ut patet ex Psal. 113. *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum:* ubi cum opponatur cælum terræ, & terra propriè accipitur ista corporea quam calamus, certè & cælum propriè accipi debet. Isa. 66. *Cælum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum.* Item Matt. 5. *Nolite iurare per cælum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius.* Et cap. 6. *Pater noster qui es in cælis.* Et infra: *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Vides ubique cælum dicitur sedes Dei, semper opponi terræ, quæ nos habitamus. Quæ antithesis aperitissimè docet, cælum istud corporeum, quod supra nos cernimus, sedem esse Dei, ac proinde ad hoc cælum Christum ascendisse.

S E C V N D O, idem probatur ex historia Ascensionis, quæ ita describitur in Scripturis, ut non possit vllō modo per tropos eueriti, nisi quis planè impudens esse velit. Act. 1. *Videntibus illis,* inquit Lucas, *elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Huc vsque non est locus tropis. Nam Apostoli viderunt eum euntem vsque ad nubes, quæ autem videntur corporeæ sunt, nisi fortè præstigiatores faciant Christum.

Q U O D autem terminus ac finis illius veri motus non esset nubes, patet Luca 24. *Et factum est,* inquit, *dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum.* Christum autem verè eo peruenisse, quo ibat, testatur Marcus cap. 16. *Et Dominus quidem,* inquit, *Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.* Itaque narrat Euangelistæ initium, progressum, & finem ascensionis. Initium autem fuit verum, ac proprium, non metaphoricum, non phantasticum, igitur & progressus & finis vera, ac propria fuerunt; verè igitur ac propriè Christus ascendit in cælum.

T E R T I O, id probatur ex descensu de cælo ad iudicium; nam ad iudicium de eo cælo descendit, ad quod ascendit, ut habetur Act. 1. *Ita veniet, sicut vidistis eum euntem in cælum.* Matth. 24. *Tunc apparebit signum Filij hominis in cælo.* Theff. 4. *Ipse Dominus in insu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo.* Et 2. Theff. 1. *In reuelatione Domini Iesus de cælo.*

A T certum est, Dominum non descensurum de cælo metaphoricè, ita ut descendere de cælo sit relinquere Gloriam, Regnum, & Maiestatem, quin potius tum maximè apparebit in maiestate & potestate magna, igitur cælum vnde descendit, non est Regnum & Maiestas, sed locus quidam: ergo ad locum etiam quendā ascēdit.

Q V A R T O, probatur ex loco Sanctorum. Nam ibi est homo CHRISTVS, ubi sunt, & erunt sancti homines. Ioannis 14. *In domo Patris mei mansiones multe sunt, si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum, & si abiero, & parauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis.* At Sancti non erūt ubique, sed in certo loco, & si in certo loco, certè in nobilissimo, id est, in cælo, ergo & Christus homo in eo loco est, & erit.

D E N I Q U E hæc est sententia omnium Sanctorum, & præcipuè Augustini Epistola 57. ad Dardanum, ubi eum monet, ut recolat Symbolum, & simpliciter credat Christum hominem post resurrectionem verè verè

ascendisse in cælum, atque ibi in certo loco nunc esse. Et libro de Fide & Symbolo, cap. 6. scribit, licet Ethnicum mirentur, quomodo corpus Christi in cælo esse possit; tamen verè ita credendum esse, quod idem docet in libro de agone Christiano, cap. 25. Nec rationes in contrarium aliquid probant.

A D primam Illyrici dico, sententiam Petri omnino esse ambiguum tam Græcè, quam Latinè, sed quocumque modo exponatur, non sequi quod ipse vult; nam si legamus. *Quem oportet cælum suscipere*, ut sensus sit, Oportet ut cælum suscipiat Christum, ut locus locatum, tunc sententia est pro nobis.

S I verò sensus sit, Oportet ut Christus suscipiat cælum, tunc etià non erit cōtra nos. Nam ut Christus suscipiat cælum, non est necesse, ut Christus sit diffusus per totum cælum, sed satis est, ut sit in aliqua parte cæli, sicut dicitur, Rex suscipere regnum, vel palatium regale, vel thronum regium, quando incipit esse in regno, vel palatio, vel throno, etiam si non sit præsens in ipsa toti regno, vel throno, vel palatio.

P R I M A tamen explicatio est magis conueniens textui: nam dicitur. *Quem oportet cælum suscipere, vsque ad tempora restitutionis omnium*, ubi non indicatur acceptio possessionis regni, quæ in momento fit, sed mansio in loco, quæ longo tempore durat, & hoc modo exponit Oecumenius. Est etiam conformior aliis locis, quæ dicunt, Christum assumptum, vel eleuatum in cælum, Marci ult. & Act. 1. & profectum in cælum 1. Petri 3.

A D secundam rationem, nego idem esse, ascendere in cælum, & sedere ad dexteram Dei; nam in Symbolo non debet aliquid repeti, cum sit breuissimū cōpōditum. Quid autem sit sedere ad dexteram Dei, dicemus postea.

A D tertium dico, non fuisse opus, ut apostoli viderent CHRISTVM penetrantem omnes cælos; nam si non habemus eorum testimonium de hac re, habemus testimonium Angelorum, qui Act. 1. aperte indicauerūt, IESVM assumptum in cælum, & eadem forma descensurum ad iudicium; immò conuenientius fuit, ut non viderent finem ascensionis illius, tum ne putarent esse illusionem, quandoquidem naturaliter non potest ed pertingere visus humanus, tum ut fides etiam in ipsis locum haberet, sicut etiam non viderunt CHRISTVM incarnari, nasci, resurgere, immò nec mori, excepto Ioanne, & tamen futuri erant prædicatores & testes primi & præcipui omnium mysteriorum fidei Christianæ.

A D primam Brentij dico, inde probari sententiam sancti Thomæ, videlicet, quòd CHRISTI corpus sit supra conuexum vltimi cæli, non autem quòd nusquam sit persona conspicua. Quamquam nec sententia Diui Thomæ planè conuincitur ex illis locis, responderi enim potest, ascendisse Christum super omnes cælos, & excelsiorè cælis factū, & penetrasse omnes cælos, quia est in parte suprema vltimi cæli, atque ita habet sub pedibus summum cælum proxima parte. Immo locus Hebræorum 4. fauet sententiæ Augustini; nam Paulus Hebræorum 4. alludit ad Pontificem Aaronicum, qui penetrabat singulis annis vsque ad interiora velaminis, & ipsa Sancta Sanctorum, sed non vltra illa progrediebatur. Ita ergo & D O M I N V S, ut cælestis Pontifex, penetravit vsque ad intimum recessum summi cæli, sed non vltra progressus esse, nec extra ipsum cælum mansit.

A D secundam dico, illa esse verba otiosa Brentij, ne dicam blasphema, cum in iocum conuertat mysteria diuina. Sed ne & ipsi ioci noceat, respondemus, CHRISTI corpus non redigat angustias poli antarctici; sed esse in qua parte voluerit, nec periculum esse agitationis, cum cælum empyreum quietum ponatur ab omnibus; nec illud sit perituum, licet inferiores cæli sint aliquo modo immutandi. Sed hæc omnia superant mo-

dum intelligentiæ huius vitæ. Sat est cum Augustino libro ultimo ciuitatis Dei, capite ultimo, scire in cælo habituros corpora gloriosa statum & motum prout voluerint, sed omnino decentem.

AD tertiam dico, CHRISTVM ascendisse in cælum, ex quo descendit. Porro autem ex vero cælo descendisse, licet metaphoricus fuerit ipse descensus: nec tamen inde sequi etiam, ascensum debere exponi metaphoricè, si descensus fuit metaphoricus: nam descensus fuit verbi increati spiritualis, & immensi, ascensus fuit carnis corporeæ creatæ, & finita.

CAPVT XIII.

Refellitur Vbiquitas, quia repugnat præsentiæ corporis DOMINI in Eucharistia.

ERTIO pugnat Vbiquitas cum ipso Sacramento Eucharistiæ, pro quo stabilendo est excogitata. Nam si caro CHRISTI est vbique, certè non egenus Eucharistiæ, & frustra imus ad templa, frustra recitamus verba cœnæ; frustra paramur ad illam cœnam, cum domi habeamus in pane, & vino, & aliis omnibus cibis corpus Christi.

LUTHERVS in libro, quod verba CHRISTI, Hoc est corpus meum, adhuc firma stent, obiicit sibi hoc argumentum his verbis: Si corpus Christi est in omnibus locis, agedum deuorabo, & belluabor ipsum in omnibus hostiis, & in omnibus scutellis, poculis, cantharis. Respondet autem sic: Audi tu porce, canis fanatice, aut quisquis furis insulse asine, etiamsi corpus CHRISTI sit in omnibus locis, non tamen tu statim ipsum vel deuorabis, vel belluaberis. Et infra: Ablego te in haram tuam porcorum, vel in tuum sterquilinum. Summa responsionis est, licet sit vbique, non tamen posse vbique capi. Et ponit exemplum de radiis Solis, qui nos vndique attingunt, & tamen si quis velit illos includere in cistam, & secum ferre, non poterit.

AT hæc solutio nihil valet. Nam si corpus CHRISTI verè est vbique, non potest separari ab vlla re, & proinde est impossibile, vt habeam panem in mensa, vel in manu, vel in ore, vel in stomacho, & non habeam ibidem corpus CHRISTI. Nec similitudo radiatorum valet, quia radij non modo non sunt vbique, sed nec penetrare possunt corpora non transparentia.

IOANNES Brentius in libro de duabus naturis, & Ascensione Christi respondet paulò aliter, vel potius explicat sententiam Lutheri. Dicit enim corpus Christi vbique esse personaliter, sed in cœna esse etiam definitiue, id est, ex definitione, & decreto Dei per consecrationem, qui modus essendi addit solum efficaciam, nam in Eucharistia sumitur efficaciter, & nusquam alibi.

HÆC solutio apertè includit Calvinismum, nam Brentius cogitur dicere, nihil sumi in cœna, quod non habeatur extra cœnam, nisi efficaciam corporis Christi, & proinde in cœna non sumi reuera corpus Christi, sed solum quandam energiam eius.

ET licet Brentius id non diceret, tamen sequitur euidenter ex Vbiquitate. Nam sicut, quia Deus est vbique, non potest moueri, nec per se, nec per accidens, & ideo nemo comedens panem, dici potest verè comedere Deum, licet in pane sit Deus, nam panem verè comedo, quia panis verè transit ad os, de ore ad stomachum. At Deus non transit, qui simul est in manu, in ore, in stomacho, & vbique. Ita etiam Christi corpus est vbique, non potest verè cum pane comedi, quia non potest verè transire cum pane de manu ad os, de ore ad stomachum, quia non potest moueri, cum sit vbique, ergo solum in cœna Christi corpus sit præsens, & manducatur per energiam, & non per realem sumptionem.

VIDES quomodo Lutherani & Brentiani, dum Calvinistas oppugnant, illis fauent, & tamen Brentius in suo Testamento execratur sacramentarios, nec patitur

vllum locum eis in Ecclesia dari.

CAPVT XIII.

Refellitur Vbiquitas testimonij Patrum.

VENAT ultimo Vbiquitas cum omnibus Patribus. Sanctus Ambrosius libro 2. de fide, c. 4. Neque enim, inquit Deus, de loco ad locum transiit, qui vbique semper est. Vt homo est, qui vadit ipse est, qui venit denique: & alibi dicit, Surgite etiamus. In eo ergo vadit & venit, quod est commune nobiscum.

CYRILLVS Hierosolymitanus catech. 14. in fine: Non enim, inquit, quia nunc non adest in carne, ex eo patet quod spiritu medio hic non adest audiens que de illo dicuntur, & videns que tu cogitas, & scrutans renes & corda.

CHRYSOSTOMVS in illud Ioan. 3. Filius hominis, qui est in cælo, &c. Non de carne, inquit, loquitur, sed à summa substantia seipsum denominat.

RUFFINVS in Symbolum: Ascendit ergo, inquit, ad cælum, non ubi verbum Deus ante non fuerat, quippe qui erat semper in cælis, sed ubi Verbum caro factum, ante non federat.

AVGVSTINVS tractatu 78. in Ioan. Sed à quibus, inquit, homo abscidebat, Deus non recedebat, & idem ipse Christus homo & Deus. Ergo & ibat per id quod homo erat, manebat per id quod Deus erat. Ibat per id quod vno in loco erat, manebat per id quod vbique erat. Et epist. ad Dardanum: Non est autem consequens, inquit, vt quod in Deo est, ita sit vbique vt Deus, nam & de nobis veracissima Scriptura dicit, quod in illo viuimus, mouemur, & sumus, nec tamen sicut ille vbique sumus, sed aliter homo ille in Deo, quoniam aliter & Deus ille in humine, proprio quodam ac singulari modo. Vna enim persona Deus & homo est, & vtrumque vnus Christus IESVS, vbique per id quod Deus est, in cælo autem per id quod homo.

CYRILLVS Alexandrinus libro II. in Ioan. cap. 21. Putabant, inquit, discipuli absentiam Christi, vt hominis dico (Deus enim vbique est) multorum eis incommodorum causam futuram, cum non adestet qui eos posset ab omnibus malis eruere, sed oportebat non solum in carne Christi, verum etiam in Deitate respicere; quæ quamuis oculis non cernitur, adest tamen semper summa cum potestate, nec quicquam est quod prohibere possit, quin omnia repleat, & quod velit peragat. Non enim loco aut dimensionibus circumscriptibilis natura diuina est: quare cum Deus & homo Christus verè sit, oportuit intellexisse ineffabili Dei potestate vna cum eis semper futurum, etiamsi carne abesset.

THEODORETVS dialogo 2. Igitur, inquit, corpus Dominicum surrexit quidem à corruptione & interitu alienum, & impassibile, & immortale, & diuina gloria glorificatum, & a cælestibus potestabilibus: corpus tamè est, & habet quam prius habuit circumscriptionem. Et dialogo 3. At qui post resurrectionem, inquit, visum est circumscriptum, & habet manus & pedes, & alias corporis partes, & tangi poterat, & sub aspectum cadebat, vulneraque & cicatrices habebat, sicut ante resurrectionem. Duorum ergo alterum dicere necesse est, vel diuine etiam naturæ esse has partes tribuitas, siquidem corpus in diuinitatis naturam conuersum has partes habuit, vel fateri corpus mansisse in sue naturæ finibus.

LEO sermone 2. de Ascensione. Ineffabili, inquit, modo per ascensionem cepit esse diuinitate præsentior qui factus est humanitate longinquior.

GREGORIUS hom. 28. quæ est de Ascensione. Illo reuertebatur, inquit, ubi erat, & inde redibat, ubi remanebat, quia cum per humanitatem ascenderet in cælum, per diuinitatem suam & terram pariter continebat & cælum.

VIGILIUS lib. I. contra Eutychetè: Sed & nobiscum est, inquit, & non est nobiscum: quia quos reliquit, & à quibus discessit humanitate sua, non reliquit, neque deseruit

uinitate sua. Per formam enim seui, quam abstulit à nobis in cælum, absens est nobis, per formam Dei, qua à nobis non recessit, præsens est nobis. Et lib. 4. Deinde, inquit, si verbi & carnis vna natura est, quomodo cum verbū vbique sit, vbique non inueniatur & caro? namque quando in terra fuit, non erat vbique in cælo, & nunc quia in cælo est, non est vbique in terra.

FVLGENTIUS lib. 2. ad Trasimundum, cap. 17. Vnus, inquit, idemque secundum humanam substantiam absens cælo, cum esset in terra, & derelinquens terram, cum ascendisset in cælum; secundum diuinam verò immensamque substantiam, nec cælum dimittens, cum de cælo descendit, nec terram deserens, cum ascendit in cælum.

AD HÆC testimonia respōdit Kemnitius lib. de duabus naturis, cap. 30. & multa dicit. Primo, veteres loqui contra Manichæos, & Eutychianos qui Christi humanitatem volebant conuersam esse in immensam & illocalem diuinitatem. Secundo, voluisse Patres dicere, Christi humanitatem non esse vbique secundum naturales suas proprietates. Tertio, Patres velle Christi humanitatem secundum visibilem formam non esse vbique diffusam, nec localiter, circumscriptiue, & sensibilibiter nunc esse in terris.

AT leuia sunt hæc omnia. Nam quod ad primam solutionem atinet, verum quidem est Patres loqui contra Eutychianos, sed eos hoc argumento refellit, quia cum Christi caro non sit vbique, sicut diuinitas, necessariò distinctæ naturæ esse debent, qui ergo negant Patrum fundamentum, atque asserunt Christi carnem esse vbique, apertè Patribus repugnant, & proinde à Patribus refelluntur.

SECUNDA item solutio nimis est debilis. Nam Patres non disputant de proprietatibus naturalibus carnis, sed simpliciter negant illam esse vbique. Immo Augustinus in epist. ad Dardanum ex professo tractat de eo, quod conuenit carni non ex se, sed ex vnione cum verbo & clarissime affirmat, non esse consequens, vt si verbum est vbique, etiam caro illi vnita vbique sit.

TERCIA quoque solutio non est solida, tum quia nemo poterat dubitare, an Christi caro visibilibiter vbique esset diffusa, tum quia etiam Patres non opponunt carnem visibilem carni inuisibili, sed carnem Deitati, & dicunt Christum secundum Deitatem vbique esse, secundum carnem non vbique.

CAPVT XV.

Soluuntur argumenta hereticorum.

ED iam soluenda sunt argumenta aduersariorum, que partim à Scripturis, partim à testimonijs Patrum, & Scholasticorum depromuntur.

PRIMUM argumentum & præcipuum sumunt ex dextera Dei: nam Christus vt homo exaltatus est ad dexteram Dei Patris, Matth. 26. Act. 2. Eph. 1. Col. 3. 1. Petr. 3. Hebr. 1. & alibi, at dextera Dei est vbique: non enim est dextera corporalis, quæ certo in loco statui possit, igitur Christus, vt homo, nō est in certo aliquo loco, sed vbique.

RESPONDEO, & dico tria. Primo, si esse in dextera Dei accipiatur crasso modo, vt accipit Lutherus in libro, quod verba Domini: Hoc est corpus meum, adhuc firma stēt, ubi probat Christi carnē esse vbique, quia est in dextera Dei, & non in minimo digito, aut vnge illius dextera, dico consequentiam nullam esse. Nam etiam dicuntur esse, anima iustorum in manu Dei, Sap. 3. & sine dubio non sunt in extremo digito, aut vnge illius manus, sed in tota manu. Et pari ratione manus Dei est vbique, & tamen, non propterea animæ iustorum sunt vbique, cuius ratio est, quia manus Domini non est vbique per extensionem, quasi partem habeat hic, & partem ibi, sed tota est hic, & tota ibi.

SECUNDO dico, per dexteram Dei à multis intelligi beatitudinem æternam, non autem maiestatem, aut

potentiam diuinam. Ita explicat Hieronymus in cap. 1. ad Ephes. & Augustinus libro de fide & symbolo, cap. 7. & libro de agone Christiano, capite 26. qui non solum Christum vult sedere à dextris Dei, sed etiam omnes electos sessuros à dextris Dei, iuxta illud Ephes. 2. Conferrede nos fecit in cælestibus in Christo. Et Matth. 25, dicuntur oues futuræ à dextris.

ET potest confirmari hæc sententiā ex eo quod apud antiquos sedere à dextris erat minus honorificum, quam sedere à sinistris, vt obseruat & probat multis testimonijs Antonius Nebrissenis in explicatione quinqueaginta locorum Scripturæ. Vnde etiam in sigillis plumbeis Pontificum, & in multis antiquis picturis Petrus ponitur à sinistris, cum tamen constet Petro semper delatum primum locum fuisse.

SI igitur Christus: vt minor & inferior à dextris sedet, non ergo illa sessio debet referri ad maiestatem diuinam, in qua Filius Patri est æqualis, sed ad humanam gloriam & beatitudinem, quæ conuenit Christo, vt minor est Patre, & secundum hanc expositionem argumentum hereticorū nihil valet. Nam esse hoc modo à dextris Dei, non requirit vbiquitatem, sed solum beatitudinem, quam habere potest etiam qui in minimo angulo mundi tantum hareret.

TERCIO dico, probabilis esse per dexteram Dei, ad quam Christus sedet, intelligi debere gloriam, potentiam, & maiestatem diuinam, ita vt sentus sit illius articuli, Christus sedet à dextris Patris, id est, pari potentia, & honore regnat, iudicat, & gubernat omnia cum ipso patre, ita vt dextera sumatur simpliciter pro latere, id est, pro loco equali, non superiore, vel inferiore, nam in Psal. 109. Sicut dicitur filius à dextris patris, ita dicitur postea pater à dextris filij: Dominus à dextris tuis, confregit in die ira sua reges. Ex quo patet dexterā significare æqualitatem.

PRAETEREA ita exponunt fere omnes patres. Athanasius sermone 2. contra Arianos. Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 6. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 14. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. thesauri, cap. 7. Damasce-nus lib. 4. cap. 2. Leo serm. 1. & 2. de Ascensione. Denique Chrysoströmus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius in c. 1. ad Heb. & 1. ad Ephes. Ambrosius lib. 2. de fide, cap. 3. & in cap. 1. ad Ephes. & alij.

DEINDE idem indicant ipsæ Scripturæ. Nam Matt. 22. Christus attulit locum Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Ad probandam diuinitatem suam, & cum Patre veram æqualitatem. Et hoc ipsum testimonium Psalms à Paulo affertur ad probandam Christi diuinitatem, cum ait Hebr. 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit: cui enim Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis?

NEC etiam conuincit contra hanc sententiam illud quod affert Augustinus ex cap. 2. ad Ephes. Conferrede nos fecit, &c. Non enim sensus est, omnes nos esse sessuros ad dexteram Dei, in proprijs personis, sed in Christo, vt Paulus dicit. Quia enim eiusdem speciei, & naturæ sumus cum illo homine, qui est in dextera Dei, omnes dicimur per illum sedisse in dextera Dei. Alioqui enim tota Scriptura tribuit Christo soli sedere ad dexteram Patris.

ET secundum hanc expositionem argumentum hereticorum aliquid videtur valere. Nam ista sessio ad dexteram Patris, quæ significat potentiam & maiestatem, data est humanitati Christi, vt patet Act. 2. Dextera igitur Dei exaltatus, &c. Et Ephes. 1. Sedere eum fecit ad dexteram suam. Non enim conuenit Deitati exaltari, & constitui ad dexteram; Rufinus etiam in explicatione symboli dicit id datū humanitati, vt eueheretur ad dexteram Dei, & B. Leo sermone primo & secundo de Ascensione Christi dicit ipsam humanitatem, euectam esse ad thronum Patris, & ad consortium gloriæ ipsius.

Theodoretus quoque in Psal. 109. & in primum caput ad Hebræos dicit illud; *Sede à dextris meis*, dictum esse humanitati. Nam Verbum non egebat Patris iussione ad sedendum. Quæ cum ita sint, videtur iam negari non posse, quin ipsa humanitas sit prædita maiestate diuina, & proinde sit etiam vbique.

RESPONDEO, datam esse humanitati istam sessionem, sed datam non ipsi in se, sed in supposito. Non enim factum est, vt humanitas in seipsa sedeat ad dexteram Dei, sed vt sit humanitas illius personæ, quæ sedet ad dexteram Dei: sicut non factum est per incarnationem, vt humanitas sit Deus, sed vt sit humanitas Dei, & proinde in concreto dici possit, iste homo est Deus, & sedet ad dexteram Patris: & apposta est similitudo de purpura regis. Cum enim rex induit purpuram, & sedet in solio suo, enehit purpuram ad illud solium, non sic, vt purpura dicatur sedere aut regnare, sed vt dicatur vestis sedentis aut regnantis, & etiam, vt dicatur purpuratus rex sedere, aut regnare. Tamen si autem hoc factum sit in ipsa incarnatione, tamen dicitur Christus sedisse à dextris Dei post Ascensionem, quia tunc primum perfectè innotuit gloria, & maiestas huius hominis, vt dicitur Philip. 2.

QUOD autem res ita se habeat, facillè probari potest. Siquidem per dexteram secundum hanc explicationem intelligitur æqualitas honoris, & potestatis: humanitas autem nec est, nec esse potest æqualis Deo. Nam cum Dominus Ioan. 14. dicit; *Pater maior me est*, sine dubio intelligit ratione humanitatis. & 1. Cor. 15. Apostolus scribit etiam post diem iudicij fore Filium subiectum ei; *Qui subiecit illi omnia*. Quæ etiam subiectio nõ potest, vt supra docuimus, rectè intelligi, nisi ratione humanitatis.

DENIQUE si humanitas est creatura, nõne contradictione inuoluit, vt sit, vel esse dicatur æqualis creatori?

SED respondent, humanitatè Christi non esse æqualem omnino Deo, & tamen sedere à dextris eius. Nam habet quidem ipsam potestatem, & maiestatem Dei, quod est sedere ad dexteram Dei: & tamen quia id non habet à seipsa, sicut habet Deus, sed habet à Deo, propterea non potest omnibus modis æquari Deo.

AT hoc non difficulter refellitur. Nam habere ab alio, non facit inæqualitatem: nam Filius Dei habet à Patre omnia, & tamen est illi verè & propriè æqualis. Respondent, Filium habere naturaliter, humanitatem habere per gratiam. Contra. Nam habere per gratiam, non est habere illam ipsam maiestatem, sed quandam eius participationem, quæ non sufficit ad constituendam sessionem, de qua loquimur.

DENIQUE vel est humanitas verè æqualis Deo, vel non est: si est, ergo falsum est illud; *Pater maior me est*, & illud; *Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia*: si non est, igitur non sedet Christi humanitas à dextris Dei hoc tertio modo, sed solum secundo modo, ex quo non colligitur vbiquitas, vt paulò antè demonstraui.

CAPVT XVI.

Soluuntur aliæ obiectiones ex Verbo Dei petita.

SECUNDUM argumentum sumunt ex duobus locis. Nam in epistola ad Philip. cap. 2. legimus Christum esse in gloria Dei Patris. Quid sit autem gloria Dei Patris, describitur Isa. 40. vbi dicitur de Deo: *Qui terram pugillo continet, & metitur cælum palmo*. Et 2. Paralip. 2. *Cælum, & cæli cælorum eum capere non possunt*. Et Hierem. 23. *Cælum & terram ego impleo*. Igitur IESVS Christus terram pugillo continet, & cælum palmo metitur, & cælum ac terram implet, id autem esse vbique.

RESPONDEO, vt supra, datam esse gloriam Dei patris humanitati Christi, non in ipsa, sed in supposito, id est, per gratiam vnionis accepisse Christi humanitatem, vt esset natura Filij Dei, & proinde illum hominem Christum esse in gloria Patris, & terram pugillo conti-

tere, & cælum ac terram implere.

tertium argumentum Matth. 2. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*. Et Matth. vlt. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*. Quo loco omnis potestas notat omnipotentiam: in cælo & in terra, omnipresenciam; proinde Christus verè presens omnia gubernat.

ADDUNT Brentius & Kemnitius illud Psal. 8. *Omnia subieciisti sub pedibus eius*. Et illud Ioan. 14. *Omnia dedit ei Pater in manus*. Inde verò acutè concludunt; ergo Christus vt homo, pedibus, & manibus omnia cõtingit. Ac ne fortè respondeatur, omnipotentiam, & omnipresenciam, vt res infinitas, non posse communicari creaturæ finitæ, addunt secundo, Christo datã esse potestatem in terra dimittendi peccata. Matt. 9. quæ tamè est infinita potestas: nam quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?

RESPONDEO, priora duo loca posse intelligi dupliciter. Primo, de potentia diuina, quam accepit Filius Dei à Patre per æternam generationem, & tunc non sunt hæc loca ad propositum.

SECUNDO, de potentia diuina quam accepit natura humana per vnionem hypostaticam, & tunc eadem est responsio, quæ ad superiora argumenta.

tertio, potest locus posterior intelligi de potentia collata Christi humanitati in omnes creaturas, quæ tamen nec est absolutè omnipotentia, nec requirit omnipresenciam. Nam solum illis verbis significatur, omnibus creaturis Christi humanitatem præesse, & ius habere in omnes, ex quo non sequitur, quod possit quidquid Deus potest, vel quod sit vbique: cur enim non possit ius habere in rem absentem? nõne apud homines id ordinariè cernimus, vt rex in vniversum suum regnum ius habeat, & tamen non occupet præsentia sua nisi exiguum angulum domus, vel cubiculi vnus?

AD primam confirmationem respondeo, miram esse istorum peruersitatem, & impudentiam, qui tropos inueniunt vbi minimè oportet, & vbi oportet, nolunt admittere: quid enim notius & vilitius quàm per manus intelligere potestatem? Quid enim aliud significat illud Psal. 84. *In manu eius sunt omnes fines terrarum*? Et illud Ioan. 10. *Et non rapiet eas quisquam de manu mea*?

QUOD item notius, & vilitius, quàm describere per subiectionem sub pedibus, attributionem dominij? Adde quod verba Psal. 8. etiam si intelliguntur præcipuè de Christo, tamen possunt intelligi etiam de prima creatione hominis, quæ describitur in Genesi, & tamen constat non tetigisse Adamum pedibus totum mundum, licet de ipso dictum sit. *Omnia subieciisti sub pedibus eius*: nisi fortè ad fabulas Iudaicas conuertatur. Scribit enim R. Salomon in cap. 4. Deuteronomij, Adamum tantæ proceritatis fuisse, vt capite cælum attingeret.

AD alteram confirmationem respondeo, si ea concluderet aliquid, posse inde colligi etiam ceteros homines esse vbique. Nam Ioã. 20. Christus dedit potestatem discipulis remittendi peccata. Ac proinde, si qui potest remittere peccata quouis modo, is potest esse vbique: certè Apostoli, eorumque successores vbique esse potuissent.

Dico igitur remittere peccata propria auctoritate, esse infinitæ virtutis, remittere autem vt instrumentum alterius, non requirere infinitam virtutem, vt notum est. Iam ergo Christus, vt Deus remittebat peccata propria auctoritate, idem verò vt homo, remittebat, vt instrumentum diuinitatis.

QUARTUM argumentum Matth. 18. *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Et Matth. 28. *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*.

RESPONDEO, hæc dici de Christo, quatenus adest suis per gratiam, & auxilium ad quod non requiritur præsentia corporalis, vt patet. Nam hoc modo, quo Christus adest congregatis in nomine suo, certè non

adest

adest congregatis in nomine alienorum Deorum. Quare ex his locis non modo non colligitur eum esse vbique, sed colligitur non esse vbique.

QUINTUM argumentum. Ioan. 5. *Filius quos vult viuificat*. Item: *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem*. Ex his enim habemus, Christo collata esse tria diuina idiomata, nimirum potestatem iudicandi, virtutè viuificandi, & maiestatem summo honore dignam. Eadem autem ratio est de omnibus aliis idiomatibus, ergo omnia alia sunt ei tributa, ac proinde omnipotentia & omnipresencia. Et ne respondeatur, hæc data esse Filio, vt Deus est, additur ibidem: *Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est*. Et confirmat Brentius ex Cyrillo lib. de Incarnat. c. 7. & 28. vbi dicit, Verbum communicasse carni suæ maiestatis operationes, & similia habet Leo epist. 83. ad Monachos Palestinæ.

RESPONDEO, tribus modis eum locum posse intelligi. Primo, vt omnia quæ hic dicuntur data Christo à Patre intelligantur data ipsi Verbo per æternam generationem. Sic enim Chryostomus in hunc locum, qui illud: *Quia Filius hominis est*, dicit debere coniungi cum sequentibus, non cum præcedentibus, ita vt non sic legamus, dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est, sed sic. *Quia Filius hominis est, nolite mirari hoc*, id est, nolite mirari, si ego cum sum Filius hominis, tamen dixerim me habere potestatem viuificandi, & iudicandi, & debere honorari vt Patrem, nõ non sum Filius hominis tantum, sed etiam Filius Dei.

SECUNDO, potest intelligi ea ratione, vt illa omnia significantur data humanitati non in se, sed in supposito, idque per gratiam vnionis, vt supra diximus de sessione à dextris, ita videtur accepisse Augustinus & Cyrillus. Ex quorum explicatione non sequitur, Christi humanitatem habere in se formaliter diuina attributa, sed solum esse naturam eius suppositi, quod illa attributa habet.

tertio, potest intelligi in eo sensu, vt agatur de potestate iudicandi, non quomodocumque, sed exterius & sensibilibiter: quæ quidem potestas data Christo est, quia Filius hominis est. Nam quia iudex hominum in exteriori iudicio debet videri à iudicandis, ideo non Deus Pater, qui est inuisibilis, iudicabit, sed iudicium dabit Filio, qui propter carnem assumptam factus est visibilis.

AD cõfirmationem dico, Leonem, & Cyrillum in illis locis explicare communicationè idiomatum eo modo, quo nos supra exposuimus, ita vt sit realis respectus suppositi, verbalis autem respectu naturarum. Nam ibidem docent Leo & Cyrillus, hanc communicationem esse mutuam, ita vt etiam natura humana communicauerit Verbo suas passiones, & tamen ibidem asserunt, Verbi diuini naturam esse omnino impassibilem.

SEXIMUM argum. Col. 2. *In Christo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*. Item: *In ipso sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei absconditi*. At si communicata est humanitati Christi omnis plenitudo diuinitatis, certè etiam omnipotentia, & omnipresencia.

RESPONDEO, aliud esse communicari humanitati diuinitatis plenitudinem, & thesauros sapientiæ, quod Paulus non dixit, aliud inhabitare diuinitatem, & latere thesauros scientiæ in Christi humanitate, quod Paulus dixit. Nam illud primum significaret Christi humanitatem esse Deum, quod non significat hoc secundum, sicut nõ quia aliquis in homo habitat, ideo dicitur domus esse homo, aut habere formaliter attributa hominis: solum ergo Paulus voluit dicere in Christi humanitate habitare diuinitatem corporaliter, id est, non vmbriticè, vt in Angelis & Prophetis, qui gerebant Dei personam, sed verè ita vt ille homo verè fuerit Deus, & illa humanitas, Dei fuerit humanitas.

SEPTIMUM argumentum c. 4. ad Ephes. *Ascendit super omnes cælus, vt adimpleret omnia*, quod exponit

Oecumenius hoc modo, quia antea diuinitate omnia repleuerat descendit, & ascendit, vt etiam carne omnia repleverit: vbi videtur velle Christum ad eum modum repleuisse omnia corporali præsentia, quemadmodum antea omnia repleuerat maiestate diuinitatis. Item Theophylactus ibidem dicit, non fuisse impedimento Christo descensum & ascensum, quia nimirum simul poterat vbique esse.

RESPONDEO, primo illud; *Vt impleret omnia*, posse intelligi de adimpletione vaticiniorum. Nam fuerat prædicta à Prophetis tam descensio quàm ascensio: & quamuis hanc explicationem irrideant aduersarij, tamen adhuc eam non confutarunt.

SECUNDO, dico posse intelligi de impletione locorum, sed per effectus suos. Voluit enim Christus omnia replere gloria sua, & in omnibus operari mirabilia.

tertio, potest intelligi de repletione locorum successiuâ, accipiendo per loca genera locorum, sicut dicitur aliquis fuisse in tota Europa, quia fuit in omnibus prouincijs Europæ, etsi non fuerit in omnibus oppidis, vel domibus Europæ. Ita enim Christus fuerat in terra, ambulauerat super mare, fuerat in aère, in cruce, fuerat sub terram, in inferno. Debit ergo ascendere in cælum, vt omnia loca præsentia sua illustraret & repleret.

IMMO hic idè locus manifestè docet, Christum nõ repleuisse omnia præsentia carnis suæ: nõ descendere, & postea ascendere, repugnat repletioni: debuisset potius diffundere se, quàm descendere & ascendere, si omnia simul replere volebat; immò, nec fuit opus descendere, vel ascendere, vel etiam diffundere se, si vbique semper fuit.

Nec Oecumenius & Theophylactus contrarium docent. Nam Oecumenius solum ait; *Christi carnem repleuisse omnia*. Quod intelligitur eo modo quo poterat, id est, non simul, sed successiuè obeundum omnia loca. Et Theophylactus non dixit Christi descensum non impediuisset, quo minus simul ascenderet, sed non impediuisset, quo minus ascenderet, nimirum postea. Hortatur enim Theophylactus ad humilitatem; & ostendit quod quo magis hic sese aliquis deiciat, eo magis exaltabitur sicut in Christo factum est. Itaque perperam hi duo auctores allegantur ab auctoribus Concordiæ.

CAPVT XVII.

Soluuntur argumentum ex ipsa incarnatione ductum.

STAVVM argumentum per incarnationem id factum est, vt esset vna persona Deus & homo, persona autem est indiuidua substantia, ergo non potest vna pars personæ ab altera vllò modo diuelli, ergo vbique est vna, ibi est altera. Confirmatur primo ex concilio Chalcedonensi act. 5. & Concilio VI. act. 17. & Leone epist. 83. ad Monachos Palestinæ, vbi habemus incarnationem factam esse ex duabus naturis indiuisis inseparabiliter, & incõfusè, ergo vbi vna est, etiam est altera, alioqui quomodo sunt indiuisæ & vnitæ inseparabiliter, si vna est in cælo, & altera est in terra? & confirmatur iterum ex Damasceno, lib. 3. c. 3. qui non solum dicit naturas in Christo vnitas esse inseparabiliter, sed etiam aduersarios: id est, indiustiter, ergo vna nunquam distat ab altera, at quomodo non distat, si vna non est, vbi altera? Confirmatur vltimo, si caro Christi non est vbique cum verbo, sequitur verbum alicubi esse hominem, alicubi non esse hominem, quod sanè absurdissimum est.

RESPONDEO, cum dicitur in definitione personæ indiuidua substantia, non significatur talis indiuisio, vt vbi est vna pars personæ, ibi sit altera, id enim patet esse falsum. Nam nostræ manus & pedes, & cetera membra occupant diuersa loca, & tamen vnã personam faciunt. dicitur igitur persona, indiuidua substantia, quia est vnum subsistens nõ diuisum in se in ratione subsistentiæ, & diuisum ab omnibus alijs, & talis est Christus Deus & homo.

Q 4

Ad primam & secundam confirmationem dico, vnionem inseparabilem, & indistantem non requirere, vt vnium sit vbique est aliud, sed tantum, vt alicubi simul sint. nam si nusquam simul essent, tunc verè inter se distarent. Exemplo existat globus solis. Is vnitus est inseparabiliter, & indistanter suo orbi, & tamen orbis solis totum orbem inferiorem ambit, & est simul in Occidente & Oriente, quod solis globo non conuenit.

INSTANT, Sol non est vnitus suo orbi secundum totum, sed secundum partem tantum: at humanitas est vnita toti verbo.

RESPONDEO, humanitas est quidem vnita toti verbo, quia verbum est indiuisibile, tamen non propterea adæquat eius immensitatem. Itaque sicut stella, quia minor est molis quantitate, quam sit suus orbis, non potest simul esse vbique; est ipsius orbis: ita humanitas Christi, quia est minor verbo quãtitate virtutis, nõ potest esse vbique est verbũ, licet ab eo nõ separatur, nec distet.

Ad vltimam confirmationem dico, illam propositionem, verbũ alicubi non est homo, esse falsam, si significet verbum alicubi deseruisse humanitatẽ. Licet enim alicubi sit verbum, vbi non est humanitas, tamen etiam ibi verbum est homo, quia verbum ibi existens sustentat humanitatem, vt suam & propriam, licet alibi existẽtem. Quemadmodum anima rationalis in pede existens vnita est cum capite, & informat caput, licet caput ibi non sit, vbi sunt pedes.

CAPVT XVIII.

Soluatur argumentum ex Patrum testimoniis petiitum.

NONVM argumentum ex Patribus, ac primò proferunt Chrysostomum hom. 17. in epist. ad Hebr. sic dicentem de Christo. *Quid dicit, inquit, nisi intrauerit in celum, non apparebit Deo, qui vbique est, & omnia replet?*

RESPONDEO, in verbis sequentibus esse solutionem. *Intueris, inquit, quia carnis sunt hæc omnia?* quibus verbis Chrysostomus docet, Christum, qui vt Deus, vbique est, tamen secundum carnem debuisse intrare in celum, vt appareat vultui Dei pro nobis, quia secundum carnem non erat in celo antequam ascenderet.

SECUNDO proferunt Cyrillũ epist. ad Successum. *Dei, vt dixi, inquit, proprium corpus existens omnia humana transcendit.* Item lib. 12. in Ioan. c. 32. explicans de vestibus Christi in quatuor partes diuisis, & tunica indiuisa manente, dicit hoc significare, Christi carnem impartibiliter communicari omnibus hominibus, qui sunt in quatuor mundi partibus. *In singulos, inquit, partibiliter transficiens vniuersus, & animas, & corpora eorum per carnem suã sanctificans, impartibiliter atque integrè in omnibus est, cum vnus vbique sit nullo modo diuisus, quod idem ferè iisdem verbis habet Theophyl. in cap. 19. Ioan.*

RESPONDEO, in primo testimonio tantum asserit Cyrillus corpus Dominicũ transcendere dignitate omnia humana, sed non inde sequitur esse vbique. Sed quoniam Brentius literis maiusculis hæc verba Cyrilli imprimi curauit, tanquã si argumentũ insolubile illis paucis verbis contineretur, oportet accuratius respondere.

IGITUR ex duobus colligitur, quomodo intelligat Cyrillus Christi corpus omnia humana transcendisse. Primo ex præcedentibus, nam Cyrillus deducit hanc suã sententiam ex verbis illis Pauli 2. Cor. 5. *Ei si nouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus.* Vbi Paulus voluit dicere, Christum nunc nõ habere carnem passibilem, & fami, siti, iniuriæ, morti obnoxiam, sicut dicit 1. Cor. 15. *Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Et Hebr. 5. *Qui in diebus carnis sue preces & obseruationes, &c.* Nam alioqui idem Paulus 1. Tim. 2. dicit, Christum etiam nunc esse hominem. & 1. Corint. 15. prolixè ostendit Christi corpus verè resurrexisse. Hoc ergo etiã vult Cyrillus, Christi corpus iam transcendisse omnia

humana, id est, omnes humanas passiones.

SECUNDO, patet ex sequentibus. Nam explicans Cyrillus ipse, quid sit omnia humana transcendisse, dicit esse factum incorruptibile, & viuificum, & gloria ineffabili illustratum, non autem addit esse factum immensum & vbique existens.

QUOD autem attinet ad alterum testimonium, Cyrillus & Theophylactus disputant eo loco de Eucharestia, vt patet ex sequentibus, vbi ponunt typum agidi Paschalis quocirca non voluerunt significare, Christi carnem esse absolutè vbique, sed vbique, vbi sunt qui communicant. Potest enim fieri, vt simul in omnibus mundi partibus distribuatur communio.

QUID autem interfit inter hanc vbiquitatem, & eam quam ponunt hæretici, supra ostendimus in secundo nostro argumento: nimirum esse Christum vbique, vbique sunt hostiæ consecratae, non est esse absolutè vbique nec in infinitis locis simul, nec postulat immensitatem: esse autem vbique, vbique est Verbum, est esse absolutè vbique, & esse, vel esse posse in infinitis locis simul, & planè immensitatem diuinam requirit.

TERTIO proferunt Ambrosium lib. 7. in Luc. cap. 47. in illud; *Si quid supererogaueris.* Luc. 10. *Quando, inquit, reuerteris Domine, nisi in die iudicij? nam licet vbique sis semper, & stans in medio nostrum, non cernaris à nobis, erit tamen tempus quo vniuersa caro aspiciat te reuertentem.* Hæc ibi, vbi videtur dicere Christum secundum eam formam esse vbique indiuisibiliter, secundum quam videbitur ab omnibus in die iudicij: illa autem forma humana est.

RESPONDEO, eundè Christũ reuerfurum in forma humana, qui est vbique in forma Dei & eundem videri & nõ videri ratione duarum naturarum, siue formarum.

QUARTO, proferunt Hieronymum in libro contra Vigilantium, vbi dicit agnum Dei, id est, Christum esse vbique, item in epist. 148. ad Marcellam, vbi proponenti Marcellæ quæstionẽ de Christo, an post resurrectionem illis XL. diebus alicubi tantum fuerit, id est, in terra, an verò latenter aliquoties ascenderit in celum, & descenderit de celo, respondit, non fuisse opus Dei filio sapius ascendere, ac descendere, cum semper vbique sit, qua responsione aut Hieronymus docuit, Christi corpus semper esse vbique, aut certè insignis impostor fuit, nam de corpore interrogatus fuerat, non de diuinitate.

RESPONDEO ad primum locum, ibidem haberi solutionem. Proinde miram esse Brentij impudentiam, qui eiusmodi loca propterea solum proponit, vt fallat incautos. Hæc enim sunt verba S. Hieronymi: *Si agnus, inquit, vbique est, & sancti vbique esse credendi sunt.* Hæc ille. At certum est Sanctos non esse vbique simul, sed successiue, id est, posse migrare ad quæ loca voluerint. Cur ergo nõ eodem modo intelligamus agnum esse vbique, hoc est, posse continuò adesse, vbiqueque voluerit.

AD secundum dico, Hieronymum, cum ait Filium Dei esse vbique; loqui de sola Deitate, id quod verba eius testantur. *Stultum, inquit, est illius potentiam vnus corpusculi paruitate sumi, quem nõ capit celum: & tamen qui vbique erat, etiam in Filio hominis totus erat, Diuina quippe natura, & Dei sermo in partes secari non potest, nec locis diuidi: sed cum vbique sit, totus vbique est.* Vbi vides Hieronymum asserere non finiri diuinam potentiam paruitate vnus corpusculi Christi, & proinde latius patere Deitatem, quam carnem Christi. Item vides Hieronymũ dicere, Dei naturam, & sermonem Dei, id est, Filium, vt Deum, esse vbique, & simul totum in homine Christo, quia indiuisibilis est Deitas, licet omnia repleat.

AT, inquit, Marcella nõ petierat de Deitate, sed de humanitate, nec ignorare poterat illa Deitate esse vbique.

RESPONDEO, Marcellam proposuisse quæstionem de Domino, & quia Dominus duas habet naturas,

Hieronymus rectè respondit, Dominum secundum vnã naturam semper vbique fuisse. Nec est incredibile Marcellam, aut eum cuius nomine quæstionem illam proponit, suspicatum fuisse verbum Dei non fuisse extra suam humanitatem. Nam videmus etiam Augustinum propositam similem quæstionem à Volusiano, An videlicet verbum Dei reliquisset celum, & intra vnus corpusculi angustias se redegit. Vide epistolam tertiam Augustini. Verè Hieronymus tota sua responsione hanc suspensionem tollere conatur, ne credatur Deus redactus ad angustias vnus corpusculi.

QUINTO, proferunt Augustinum serm. 14. de verbis Apostoli: *Sedet, inquit, in celo, qui ambulat in terra: in celo erat, quia vbique Christus, idemque Christus & Filius Dei, & Filius hominis.*

RESPONDEO, hæc omnia de persona dicuntur, nõ de natura humana. Vnde paulò post loquens de Christo in terris degente ante passionem, ait: *Propter vnitatem personæ in terra Filius Dei, propter eandem vnitatem in celo Filius hominis.* Vides non dictum esse in celo humanitatem, in terra Deitatem, sed in celo Filium hominis, id est, personam, in terra Filium Dei, id est, eandem personam, quia vbique est illa persona.

SEXTO, proferunt Gelasium in libro de duabus naturis: *Quod, inquit, dictu audituque fugiendum est, vel homo Deus esse iam desinat, si sola illic humanitas, non etiam Deitas perseverat: vel Deus homo consequenter esse desistat, si sola illic Diuinitas, non etiam humanitas vnita permaneat.*

RESPONDEO, illud, illic, non significare locum, sed Christum seu mysterium incarnationis. Vult enim dicere, si in Christo sit sola diuinitas, aut sola humanitas, iam Christus non erit Deus, & homo. Et patet ex verbis sequentibus: *Videbitur, inquit, quod abhorret animus dicere, sed cogit necessitas non tacere, diuinitas in vtroque mutabilis, si vel in carnem est ipsa conuersa, vel sic est in Deitatem humanitatis transfusa conditio, vt proprietates eius esse deserit.*

CAPVT XIX.

Soluatur argumentum de promptum ex doctrina Scholasticorum.

DECIMUM argumentum ex Scholasticis conuenit Brentius hanc suam vbiquitatem esse doctrinam non modo antiquorum Patrum, sed etiam præcipuorum Scholasticorum. Ac primo profert Magistrum in lib. 3. d. 22. vbi dicit; *Christus totus est, vbiqueque est, sed non totum.* Quid autem sit, totus vbique, sed non totum, exponi dicit Brentius à Thoma 3. p. q. 52. art. 3. vbi Thomas docet Christum totum esse vbique, sed non totaliter, quia nullo loco circumscriptur.

ADDEBONAUENTURAM in 3. d. 22. q. 2. qui sic ait: *Cum dicitur iste homo est vbique, hoc pronomen, iste, demonstrare potest personam Christi, vel singulare hominis, si personam Christi, sic absque dubio ista vera est, iste homo est vbique, si verò singulare hominis, adhuc vera est, non autem per propriam naturam, sed per communicationem idiomaticam, quia quod conuenit Filio Dei per naturam, conuenit Filio hominis per gratiam.*

POSTREMO allegat compendium Theologicæ veritatis lib. 1. cap. 17. vbi sic habetur: *Corpus Christi licet non sit vbique, cum sit creatura, nec æquari possit in huiusmodi creatori: in pluribus tamè locis est totum sub diuersis hostiis, & hoc propter vniõnem carnis ad verbum.* At ista ratio, inquit Brentius, cõcludit illud esse planè vbique, nusquam enim non est personalis vnio carnis ad verbum. Quare aut compendium pugnat secum, aut cum dicit Christi corpus non esse vbique, intelligit non esse vbique per se, sed gratia Dei.

RESPONDEO, Scholasticos omnes ex professo cõ-

trarium docuisse, vt etiam hinc impudentia Brentij non mediocriter illustraret. Ac primum Magister cũ ait: *Totus Christus est vbique, sed non totum.* Scipsum ibidem explicat, sic dicens: *Totum ad naturam refertur, totus ad hypostasim, &c.* Itaque totus Christus est vbique, quia persona diuina tota est vbique: at non totum Christi est vbique, quia altera naturarum eius non est vbique.

PORTO sanctus Thomas loco citato cum dicit, Christum totum esse vbique, sed nõ totaliter, quia non circumscriptur loco, nõ exponit Magistrum, nec loquitur de corpore Christi, sed de persona diuina. Vnde in corpore articuli dicit, in triduo mortis animam Christi fuisse in inferno, corpus in sepulchro; Deitatem vbique. Et contra Gentiles lib. 4. c. 49. *Quia verbum, inquit, non accipit subsistentiam à natura humana, sed ei potius tribuit, nihil prohibet verbum esse vbique, licet natura humana à verbo assumpta, non sit vbique.* Et in 3. d. 22. q. 1. art. 2. *Respondeo, inquit, dicendo, quod natura humana non est vbique.*

IAM verò Bonauentura in 3. d. 22. q. 2. tam clarè loquitur, vt non possit clariùs. Nam proposita quæstione, an Christus vbique sit homo, responderi sic verbis: *Quæstio ista potest esse de re, & de sermone: si de re, de plano dici potest, quod humanitas Christi non fuit, nec est, vbiqueque est eius diuinitas, eam Deitas sit immensa & in-circumscripta, nullum sibi locum determinans: humanitas verò cum sit creata, & finita, determinat sibi locum, quantum est ex parte ipsius, quamuis sacramentaliter sit in pluribus locis.* Hæc ille.

CVM igitur postea addit, Filium hominis esse vbique per communicationem idiomaticam, quia Filio hominis conuenit per gratiã, id quod Filio Dei conuenit per naturã, non loquitur de re, sed de modo loquendi. Nam quia per gratiam vnionis (de ista enim gratia loquitur non de creata aliqua gratia) factũ est, vt vna sit persona Iesus & homo, ideo rectè dicitur, Filius hominis est vbique, quia nimirum illa persona, quæ est Filius hominis, est vbique.

DEINQUE compendium illud Theologiae, cum dicit Christi corpus esse in pluribus locis sacramentaliter propter vnionem ad verbum, non vult dicere rationem formalem, & immediatam cur sit corpus Christi in pluribus locis, esse vnionem ad verbum, posse hominem Christum statuere suum corpus in pluribus locis: quia enim ille homo est Deus, ideo potest hoc facere. Nos enim qui tantum homines sumus, possumus quidem à Deo, si ipse voluerit, poni in pluribus locis, sed non possumus nos ipsos ponere in pluribus locis.

ET deinde quidquid sit de isto compendio, certum est Scholasticos Doctores omnes, Albertum, Durandum Scotum, Gabrielem, & ceteros in 3. d. 22. distertis verbis, & summo consensu hoc ipsum docere. Omnes enim dicunt, de re ipsa nõ esse quæstionem, cum certum sit carnem Christi non esse vbique, de modo autem loquendi statuunt tres regulas.

PRIMA est, quando quæritur, an Christus homo sit vbique, si homo sit subiectum propositionis, absolutè concedendum est esse vbique, quia tunc vox, homo, supponit pro supposito. Itaque ista est vera simpliciter, Christus homo est vbique.

SECUNDA est si, homo, sit prædicatum, & aduerbiũ vbique, teneat se ex parte subiecti, similiter concedenda est propositio. Itaque cum dico, Christus vbique est homo, verum dico, si illud, vbique, teneat se ex parte subiecti est enim sensus, Christum, qui est vbique, esse hominem.

TERTIA est, si homo, sit prædicatum, & vbique, teneat se ex parte prædicati, tunc falsa est propositio. Nam

cum dico, Christus vbique est homo, si vbique efficit coniunctionem subiecti cum predicato, significat Christum omni loco habere secum presentem humanitatem, quod est falsum.

CAPVT XX.

Soluitur postrema obieccio ex naturali ratione deducta.

Argumentum Brentij. Christus homo sine dubio est summe felix, summe pulcher, summe beatus, ergo est vbique presentens. Nam loco circumscriptum esse, & de loco in locum ambulare, non est diuinae excellentiae, sed corporeae imbecillitatis, non caelestis maiestatis, sed terrestris paruitatis, non spiritualis pulchritudinis, sed carnalis deformitatis.

Respondet, beatum esse eum (vt definit sanctus August. lib. 13. de Trinit. c. 5.) Qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Pulchritudinem autem esse membrorum proportionem, cum suauitate coloris, vt idem Augustinus habet lib. 22. de ciuitat. Dei, c. 19. ex quibus sequitur Deo, qui est natura immensus, necesse esse ad felicitatem & pulchritudinem, vt vbique sit. si enim non ita esset, non haberet quicquid vellet, aut aliquid mali vellet. At vero homini, qui naturae est finitae & corporeae, & habet

instrumenta motus, malum & turpe esset, si moueri non posset, & si omnia repletet, ita vt periret forma & figura conspicua membrorum.

Argumentum igitur Brentij tam est admirabile, vt plane contrarium efficiat eius, quod efficere debebat. Sed hoc loco praeterire non possum illa verba Brentij. (Loco circumscriptum esse, & de loco in locum ambulare, non est diuinae excellentiae, sed corporeae imbecillitatis, non caelestis maiestatis, sed terrestris paruitatis, non spiritualis pulchritudinis, sed carnalis deformitatis.) Quid enim aliud spirant haec verba, quam verissimum Eutychemianum? nam si Christi humanitati tollas esse corporeum, terrenum, & carneum, vt Brentius tollit, & tribuas diuinam excellentiam, caelestem maiestatem, & spiritualem pulchritudinem, vt Brentius tribuit, nonne manifeste mutabis humanitatem in Deitatem, & mysterium incarnationis omnino dissolues? nimirum huc Satanas ab initio spectabat, cum Lutherum excitauit, vt paulatim per indulgentiarum purgatorij, & similibus rerum reprehensionem tandem eum res deueniret, vt Christus ipse, & summa fidei nostrae mysteria impie abnegarentur. Sed de his satis, Veniendum enim iam est ad postremas de Christo disputationes.

LIBER QVARTVS DE CHRISTI ANIMA.

CAPVT PRIMVM.

Proponitur controuersia prima de scientia animae Christi.

Disseruimus hactenus de Christi diuinitate & incarnatione; nunc de anima eius, non quidem omnia quae a Theologis disputari solent, sed ea solum, quae ab haereticis huius temporis in dubium reuocantur, explicare aggrediemur.

De sunt igitur de Christi anima huius temporis controuersiae; Vna de perfectione ipsius; Altera de descensu ad inferos.

Ac vt de priore prius dicamus, fuit haereticis antiqua Agnoitarum, qui auctore Themistio Diacono, vt referunt B. Liberatus in Breviario c. 19. & B. Gregorius lib. 8. epist. 42. docebant Christum ignorasse diem iudicij; neque verò diuinitati Christi, sed animae eam ignorantiam tribuebant, vt planum est ex eorum argumento. Sic enim colligebant, Verbum accepit corruptibile corpus, vt moriendo pro nobis nos a morte liberaret, ergo accepit etiam nostram ignorantiam, id est, mentem humanam ignorantem, vt nos ab ignorantia liberaret.

Hanc haeresim sequuntur omnes ferè huius temporis haeretici, qui asserunt Christi animam paulatim didicisse quae verè ignorabat; & aliquid etià egisse, quod corrigi debuerit: quod etiam si peccatum fuisse illi non audent dicere, tamen peccatum reuera fuit, si corrigi debuit.

Martinus Lutherus in concione de natali Domini tractans locum Marci 13. de die illo, &c. Intempestiuam, inquit, narrationem quidam hic asserunt dicentes, Filius nescit, id est, noluit scire, Quid opus est istis commentis? Christus verus homo fuit, quare vt alius purus, sed sanctus homo, non quolibet tempore cogitauit, dixit, voluit, intellexit omnia. Et infra: Sicut enim non quolibet tempore omnia vidit, audiuit, atque sensit, ita etiam corde non omnia semper agnouit, sed quantum illud dixit, ac docuit Dominus. Similia habet idem Lutherus in homilia Dominicae primae post Epiphaniam, explicans illud; Proficiebat sa-

cientia & gratia. Zvinglius quoque in confessione ad Carolum V. art. 1. dicit Christi sapientiam paulatim creuisse.

Bucerus in c. 24. Matth. Vt ergo, inquit, omnia alia humanae infirmitatis in se recepit, hominibus per omnia similis factus, excepto peccato, ita etiam humanam scientiam, & ignorantiam, rationem videlicet mentemque humanam, quae per intervalla augetur, sine accrescit, sine diminuitur, assumpsit secundum quam nimirum aliquid nescire dicitur. Ideo alibi habetur; Proficiebat sapientia, etate & gratia.

Calvinus in caput 24. Matth. Porro ter & quater, inquit, insanus foret, qui se grauatiim ignorantiae subiiceret, quam ne ipse quidem Dei Filius nostra causa subiit, &c. Similia habet in cap. 2. Lucæ & vitur argumento eodem, quo Agnoita.

Theodorus Beza in libro contra Andream Iacobi de duabus naturis Christi, cum ei obieceretur quod Christi animae ignorantiam tribuisset, non negauit, sed respondit se securum esse Lutherum & Caluinum.

Rursus Caluinus in cap. 26. Matth. dicit: Christi orationem in horto, abruptum fuisse votum. Et infra: Meum percussus, inquit, & anxietate constrictus fuit, vt necesse foret inter violentos tentationum fluctus alternis votis quasi vacillare. Haec ratio est cur mortem deprecatus, mox sibi frenum iniicit, patrisque imperio subiiciens, votum illud subito elatum castiget ac reuocet. Nota illa verba: Subito elatum, item illa, castiget, ac reuocet. Et infra: Videmus, inquit, vt Christus statim ab ipsis carceribus affectum suum cohibeat, seque ipsum mature cogat in ordinem. Ibidem: Non fuit, inquit, haec meditata Christi oratio, sed vis & impetus doloris subitam ei vocem extorsit, cui statim addita fuit correctio, eadem vehementia presentem caelestis decreui memoriam illi abstulit. Haec ille, qui non ignorantiam modò, sed etiam obliuionem, & peccatum Christo tribuere non veretur.

Fundamentum suae sententiae constituunt in

quinque

quinque locis Scripturae. Primus est Hebr. 2. & 4. Debut assimilari fratribus per omnia absque peccato.

Secundus est Luc. 2. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Nam in Graeco non est, plenus, sed qui implebatur, non enim est plenus, sed participium praesens participium.

Tertius est ibidem: Iesus autem proficiebat sapientia, etate & gratia.

Quartus est Marc. 13. De illo die nemo scit, neque Angeli, neque Filius, nisi solus Pater.

Quintus est Matt. 26. Si possibile est, transeat a me calix iste, sed non quod ego volo, sed quod tu. Videtur enim Dominus reuocare & corrigere priorem orationem suam. Et praeterea vel sciebat Dominus possibile fuisse vt transferretur calix, vel sciebat id fuisse impossibile, vel ignorabat, possibile ne esset, an impossibile. Si ignorabat, ignorans erat, si sciebat esse possibile, cur dubitabat? si sciebat esse impossibile, cur petebat? denique, nonne venerat pro genere humano moriturus? cur igitur mortem deprecabatur?

At Catholicorum communis sententia semper fuit, Christi animam ab ipsa sua creatione repletam scientia & gratia, ita vt nihil postea didicerit, quod antea nesciret, nec vllam actionem fecerit, aut facere potuerit, quae emendatione egerit. Ita docent cum Magistro omnes Theologi in 3. dist. 13. & etià omnes Patres, vt mox videbimus.

CAPVT SECVNDVM.

Probatu veritas ex Scripturis.

Auctis igitur nobis demonstrandum est, Christi animam ab ipsa sua creatione sapientia, & gratia plenissimam fuisse. Id quod Scripturarum testimoniis, Patrum doctrina, & argumentis ab ipsa ratione petitis probare conabimur. Habemus imprimis testimonium Isaiae cap. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini spiritus sapientiae, &c. Quem locum de Christo omnes omnino intelligunt, & hoc idem significabant illa omnia loca, vbi dicitur Christus vnctus a Deo spiritu sancto, vt Psal. 44. Vnxit te Deus tuus, &c. Et Isa. 61. Spiritus Domini super me, eo quod vnxit. Et Actor. 4. Conuenerunt verò aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxit. Et Actor. 10. Vnxit cum Dominus spiritu sancto & virtute.

Sed circa haec loca est duplex difficultas. Prima, quia in nullo horum locorum habetur, quod ista vnctio sit facta in ipsa conceptione, immò videtur facta anno XXX. quando super eum descendit Spiritus sanctus in specie columbae, vt indicare videtur S. Hieronymus in comment. Isaiae cap. 61.

Altera difficultas est, quia licet constaret in ipsa conceptione fuisse Christum vnctum spiritu sancto, & repletum omnibus donis; tamè adhuc potuisset postea augeri sapientia & gratia. Nam Luc. 1. dicitur de Ioanne: Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suae. Et tamè omnes farentur illum auctum postea multis donis fuisse.

Respondet ad primam difficultatem, istam vnctionem non potuisse fieri, nisi in ipsa conceptione.

Primo, quia verba Isaiae hoc significant: Egredietur inquit, virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae, &c. Coniungit enim Isaia cum ipsa incarnatione, seu conceptione Christi ex Virgine (quid enim est aliud virga florens, quam Virgo concipiens? fructus siquidem in arboribus, partum, flos conceptum designat) descensum spiritus sancti super Christum cum omni donorum suorum copia. Itaque super ipsum florem, id est, super Christum hominem nondum natum, sed conceptum, Spiritus sanctus descendit, eumque sapientia, intellectu, consilio, fortitudine, scientia, & pietate repleuit.

Secundo, quia si anno demum XXX. Dominus

Iesus vnctus fuisset, non dixisset Angelus ad pastores Lucæ 2. Natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus. Quid est Christus, nisi vnctus: ita tunc erat vnctus, & Christus iure dici poterat, cum ex Virgine nascebatur.

Tertio, quia Ioan. 1. legimus: Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis (et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre) plenum gratiae & veritatis. Vbi illud, plenum gratiae, cum sit nominatiuus masculini generis in Graeco textu, vnctus, coniungi debet cum illa voce, Verbum, Graecè, λόγος, vt sensus sit, Verbum caro factum est plenum gratiae & veritatis, proinde etiam cum incarnatione coniungitur plenitudo gratiae.

Quarto, quia si alio tempore, quam in conceptione facta est vnctio, maximè in anno 30. factam dicamus necesse est, quando descendit super eum Spiritus sanctus: at tunc non est facta. Nam vt Augustinus dicit lib. 15. Trinitatis, cap. 26. absurdissimum est dicere, Christum anno XXX. accepisse Spiritum sanctum, cum eius praecursor accepit in vtero matris suae. Et praeterea Lucæ 2. Christus adhuc infans dicitur plenus, seu quòd implebatur sapientia, & quod gratia Dei erat in illo. Non ergo expectauit spiritum sapientiae & gratiae per annos XXX.

Neque obstat quod Hieronymus in cap. 61. Isaiae dicit; Vnctionem Christi expletam anno eius XXX. Voluit enim Hieronymus dicere, Christum, qui fuerat vnctus in conceptione sua inuisibiliter fuisse vnctum in Baptismo visibiliter, id est, manifestatam tunc fuisse exteriore signo vnctionem, quam intus antea iam acceperat.

Ad secundam difficultatem respondeo. Licet Ioannes, & alij homines ita fuerint pleni initio, vt tamè adhuc potuerint proficere, tamen Christum non potuisse proficere; quia initio accepit gratiam sine mensura: vñ verò acceperunt cum mensura. Nam de Christo dicit Ioannes cap. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Non enim secundum mensuram dat Deus spiritum, nimirum Filio suo. De aliis dicitur Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Vnde dicitur Ioan. vlt. Domine tu omnia nosti. Et Col. 2. In quo sunt omnes thesauri scientiae, & sapientiae Dei.

CAPVT TERTIVM.

Idem probatur ex doctrina Patrum.

Accedant nunc testimonia Patrum. Eusebius lib. 10. demonstrat. Euangel. cap. vlt. exponens Psal. 21. ex illis verbis: De ventre matris meae Deus meus es tu, deducit Christi animam in vtero Virginis perfectissimam cognitionem, & constantiam habuisse, immò & Deum vidisse, cui cognitioni nihil addi potest. Cum, inquit, adhuc intro cellam gestans me in vtero laterum, te tamen Deum meum videbam, &c. Et supra: Putabatur, vt reliqui hominum infantes, imperfectus esse, & absque usu rationis, non autem eram talis: licet mihi ceteris hominibus simile esset corpus.

Ambrosius lib. 5. de fide, cap. 8. proponit quorundam sententiam, qui dicebant Christum vt Deum omnia sciuisse, non autem vt hominem, quia scriptum sit, Proficiebat sapientia, &c. Deinde refellit, dicens: Haec tamen alij dicant; ego autem multò magis arboror, quod Filius qui cum hominibus conuersatus est, & hominem egit, & carnem suscepit, nostrum assumpsit affectum, vt nostra ignorantia nescire se diceret, non quòd aliquid ipse nesciret, &c.

Gregorius Nazianzenus oratione in Basilium, parum à medio, Proficiebat, inquit, sapientia, non vt incrementum aliquid acciperet, cum ab initio Dominus gratia sapientiaque absolutus esset, sed quòd haec hominibus ignaris paulatim apparerent.

Hieronymus in cap. 11. Isaiae dicit, in Christum ex Maria conceptum descendisse Spiritum sanctum: nò per partes vt in alios Sanctos: Sed iuxta Euangelium...

Nazarenorum, inquit, descendit in eum omnis fons Spiritus sancti. Et in caput 31. Hierem. in illud: Mulier circumdabit virum. Absque viri semine, absque vilo coitu, inquit, femina circumdabit virum gremio vteri sui, qui iuxta incrementa quidem aetatis per vagitus & infantiam proficere videbitur sapientia & aetate: sed perfectus vir in vtero Virginis solius mensibus continebitur.

ATHANASIVS sermone 4. contra Arianos, vltra medium, simpliciter negat Christum in sapientia profecisse. Estne, inquit, ille homo, vt vulgus hominum, an Deus humanitate, & carne indutus? Quod si vulgaris est homo, esto, vt pro conditione aliorum hominum profectus capiat: at istiusmodi est Samosatensis sententia, quam vos tanto arimo, ope fouetis, &c.

VERVM est quidem, Athanasium praecipue loqui de Christo, qua Deus erat, cum negat eu profecisse, tamen cum solum admittit profectum, quoad externam demonstrationem sapientiae, & simpliciter negat Christum interno profectu vilo modo auctum esse; satis aperte significat, se loqui etiam de Christo, qua homo erat.

AVGVSTINVS lib. 2. de pec. mer. & rem. cap. 29. Quam, inquit, ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante vilo in quo Verbum caro factum est, vt habitaret in nobis: nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam videmus in paruulis. Et infra: Sed quia in eo erat similitudo carnis peccati, mutationes aetatum perpeti voluit ab ipsa exorsu infantia, &c. Vbi Augustinus solum aetate concedit Christum profecisse, & mutationem passum, non autem in dotibus animae. Et lib. 15. Trinitatis, cap. 26. absurdissimum iudicat, Christum accepisse Spiritum sanctum alio tempore, quam in ipsa conceptione.

CYRILLVS lib. 20. thesauri, cap. 7. aperte dicit, nihil additum Christo, etiam si legamus eum profecisse sapientia, & gratia. Et lib. 1. in Ioan. c. 17. Quia magis eum, inquit, in dies homines admirabantur, illorum potius de Iesu opinio, quam illius perfecta crescebat gratia.

GREGORIVS lib. 3. epistola 42. laudat Eulogium qui scripserat contra Agnoitas, & ipsa etiam eam haeresim breuiter refellit.

SOPHRONIVS quoque in epistola ad Sergium, qua legitur in VI. Synodo actione vndecima, damnat Theonistum auctorem Agnoitarum.

BEDA in homilia Dominicae prima post Epiphania. Iuxta hominis, inquit, naturam proficiebat sapientia, non quidem ipse sapientior ex tempore existendo, qui a prima conceptionis hora spiritu sapientiae plenus permanebat, sed eandem qua plenus erat, sapientiam ceteris ex tempore ministrando, &c. Damascenus lib. 3. cap. 22. Qui, inquit, proficere ipsum dicunt sapientia & gratia, & horum accessionem additionemque subinde suscipiunt, non secundum hypostasim adorant vniorem, &c.

BERNARDVS homilia secunda super Missus est, Siue latens, inquit, in vtero, siue vagiens in praesepio, siue iam grandiusculus in templo, siue iam perfecta aetatis docens in populo, aequè profectus plenus fuit spiritu sancto, nec fuit hora in quacumque aetate sua, qua de plenitudine illa, quam in conceptione sui accepit in vtero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adiceretur. Vide quoque Anselmum lib. 1. Cur Deus homo, & Theophylactum in secundum caput Lucae.

CAPVT QVARTVM, Idem probatur rationibus.

DDAMVS postremo argumenta ex ratione petita. Primum, non est vilo modo credibile, vt Verbum personaliter factus sit homo, & non simul effuderit in ipsa incarnatione in illam humanitatem omnia dona quorum capax erat. Nam si fecit illam animam suam propriam, ita vt verè dicatur, & sit anima Dei, quomodo verisimile est, non

illam continuè sapientissimam reddidisse? Absurdum est enim, animam sapientiae aliquando insipientem fuisse; & hoc est quod vrget Damascenus, cum ait eos non credere incarnationem, qui credunt, illam animam paulatim profecisse.

SECUNDA ratio, sapientia & gratia Christo homini naturalis fuit, vt docet Augustinus in Enchiridio, capite quadragesimo; non quidem quod non fuerit à Deo animae infusa, sed quia in Christo ab intrinseco principio, & per modum naturae fluebat: siquidem ipse Christus seipsum gratia & sapientia replebat, id est, ex vna Christi natura in alteram haec dona redundabant, ergo non accepit Christus illam sapientiam, vel gratiam post incarnationem, sed in ipsa incarnatione, nã ideo dicitur naturalis, quia statim & abundantissimè manauit.

TERTIA ratio, Christus homo in incarnatione cepit esse Filius Dei, ergo tunc debuit repleti omnibus donis. Nam filius est haeres omnium bonorum paternorum: nec debuit expectare Christus successionem ex morte Patris, vt notum est. Et haec esse videtur ratio Cyrilli lib. 1. in Ioannem, cap. 17. vbi dicit, Deum dedisse Christo omnem sapientiam & gratiam, quia Filius erat. Ceteris autem dedisse munera quadam, quia serui sunt, vt etiam legitur fecisse Abraham, Genes. 25. qui filio Isaac dedit omnia sua adhuc viuens, filius autem concubinarum largitus est munera.

QUARTA ratio, Christus homo in ipsa incarnatione factus est caput, non solum hominum, sed etiam Angelorum, vt omnes concedunt, ergo debuit tunc repleti sapientia, gratia, & ipsa etiam beatitudine. Nec enim conueniebat, vt caput esset minus ornatum, & minus sapiens quam sint membra.

QUINTA ratio, Adam creatus est sapientissimus, vt ex eo colligitur, quod mox à creatione imposuit nomina omnibus animantibus, Genes. secundo, ergo multo magis secundus Adam debuit in ipsa conceptione sapientissimus fieri.

CAPVT QVINTVM.

Soluuntur argumenta aduersariorum.

AD rationem Agnoitarum & Caluinistarum, quam proponit beatus Gregorius, non soluit, dicens se alio tempore soluturum. Respondit, CHRISTVM accepisse duo quadam ex nostris rebus in incarnatione.

PRIMO, naturam integram cum omnibus, qua ad eius perfectionem pertinent. Nam, vt ait in Symbolo Athanasius: Perfectus Deus est Christus, & perfectus homo.

SECUNDO, accepit aliquos defectus consequentes naturam nostram corruptam, vt mortem, famem, sitim, &c. non tamen omnes defectus. Nam non accepit peccatum fomitem, ignorantiam: cuius rei causa est, quoniam cum defectus non pertineat ad essentialia, vel perfectionem naturae assumptae, ex eiusmodi defectibus non debuit accipere nisi illos, qui conducebant ad finem incarnationis qui erat saluare homines. Iam verò moriendo & patiendo poterat mereri apud Deum, quia patientia virtus est: at verò, fomes, peccatum, ignorantia non erant vtilia ad saluandos homines, sed potius noxia. Non enim peccatum peccato tolli potest, sicut morte mors occisa est.

CVM igitur Scriptura docet, Christum debuisse assimilari fratribus per omnia absque peccato. Hebraeorum 2. & 4. non oportet inde colligere, assimilari etiam debuisse in ignorantia, qua non est peccatum, & tamen est in nobis. Nam cum excipitur peccatum, per illas voces, absque peccato, intelliguntur excepta non solum peccata, sed etiam omnes illi defectus, qui non erant viles redemptioni. Et cum dicitur, Per omnia assimilari, nomine omnium, intelliguntur omnia, qua ad perfectionem naturae pertinent, vel ad redemptionem conducunt. Alioqui si

omnia deberent esse in Christo, qua sunt in nobis, non debuisset concipi de Spiritu sancto, nec nasci ex Virgine, nec in infantia impleri sapientia, nec carere rebellionis partis inferioris, immò etiam oportuisset eum febri, podagra, cæterisque morbis afficiari.

ADDE, quod nusquam habetur illa sententia, vt ab eis citatur. Nam Hebraeorum 2. sic legitur: Debuit per omnia fratribus assimilari: sed non habetur hoc loco, excepto peccato, & sensus est, Debuit assimilari per omnia, qua ad naturam pertinent. Hebraeorum 4. legitur: Tentatus per omnia pro similitudine, absque peccato. Et sensus est, Tentatus fuit Christus omnibus modis, id est, expertus est omnia mala, qua solent homines perpeti, in corpore, in anima, in honore, in facultatibus, in amicis, & consanguineis: & tamen nulla harum tentationum eum ad peccatum vnquam addaxit.

IAM verò ad alterum Scripturae testimonium, cuius tota vis posita est in illa voce Græca, ἀλλογιώτατος.

RESPONDEO primo, illud ἀλλογιώτατος, aliquando significare redundans, quod est idem quod ἀλλογος, & hanc significationem sequutus est noster interpres, qui vertit, plenus.

SECUNDO dico, si legamus passiuè, implebatur, sensum hunc esse, quod sapientia tam increata, quam creata, qua in ipso erat, replebantur indies magis organa corporea, & mouebantur, atque aptabantur ad opera excellentiora facienda. Quem sensum indicat Athanasius sermone quarto contra Arianos, & quadrat hic sensus valde contextui. Puer enim crescebat corpore, & roborabatur spiritu, non extrinsecus adueniente, sed qui in ipso erat, vt opera perfectiora faceret, & pariter implebatur sapientia non aliunde adscita, sed ea, qua in ipso erat diffundente se, & possidete omnia membra, & omnes sensus. Vnde sequitur, Et gratia Dei erat in illo; non ait, Acquisiuit gratiam, sed gratia erat in illo, eum fouens & dirigens. Sicut ergo in ipsa conceptione, Spiritus & sapientia repleuit illud corpusculum, tanquam paruulum templum suum: ita postea crescente illo templo, quodammodo se extendebat spiritus, & totum replebat.

TERTIO, idem etiam dici posset, quod replebatur sapientia acquisita per experimentum proprium, tamen si enim nihil ignoraret theoreticè, cum haberet infusam scientiam omnium rerum: tamen practicè ignorabat illa omnia, qua non fuerat expertus. Quomodo Paulus dicit, eum didicisse obedientiam per ea, qua passus est, Hebraeorum quinto. Et haec videtur expositio beati Ambrosij libro de incarnatione. Dom. Sacramento, cap. 7. vbi dicit, Christum habuisse naturam humanam initio perfectam, & tamen sensu humano profecisse.

RESAT Tertium Scripturae testimonium ex cap. 2. Lucae: Iesus autem proficiebat sapientia, aetate, & gratia. Sed est certa & communis expositio eorum Patrum quos supra citauimus, Gregorij Nazianzeni, Cyrilli, Damasceni, Theophylacti, Bedae, Anselmi, Bernardi, & aliorum, quod Christus profecerit sapientia & gratia opinionem hominum, quibus indies magis aperiēbat sapientiam suam. Quomodo Sol, quo magis ascendit versus medium caelum, tanto magis dicitur proficere in lumine & calore, non quod in se fiat lucidior, & calidior, sed quia magis apparet eius virtus.

ADDE Damascenus loco notato, quod sicut Episcopus dicitur proficere in Ecclesia sua suis concionibus, quando populus proficit, & doctor in schola dicitur proficere, quando doctos reddit auditores; ita etiam Christus dici potest profecisse, quia fecit alios proficere.

SED instat Caluinus, nam Lucas dicit, Christum profecisse apud Deum & homines, at non profecit in opinione Dei, nec fecit proficere Deum.

RESPONDEO, illud: Apud Deum & homines, debere coniungi cum profectu in gratia, non cum profectu

in sapientia vel aetate. Nō enim solemus dicere, aliquem profecisse sapientia, vel aetate apud Deum & homines, Nam sunt absolutae res, sapientia & aetas, nec ab alio pendent. At rectissimè dicimus, aliquem proficere in gratia apud alios, quibus indies fit gratior.

CHRISTVS igitur dicitur gratia apud Deum & homines profecisse, quia quotidie magis diligebatur ab hominibus, & recipiebat signa beneuolentiae Dei, siue quod est idem, crescebat quotidie in externis signis beneuolentiae DEI & hominum, sicut de Samuele dicitur 1. Regum 2. Puer autem proficiebat, & crescebat, & placebat tam Deo, quam hominibus.

PRAETEREA proficiebat apud homines sapientia, quatenus, vt dictum est, multiplicando opera sapientiae, faciebat alios proficere, & ipse etiam quotidie sapientior apparebat.

PRAETEREA secundò, per opera plena sapientiae & gratiae quae edebat, verè proficiebat sapientia & gratia apud Deum & homines, quia faciebat opera dignissima, & maximè meritoria tam iudicio Dei quam hominum.

IAM de quarto Scripturae testimonio variè sentiunt Patres. Ambrosius lib. 5. de fide, cap. 8. & Hieronymus in cap. 24. Matth. suspicatur illud (Neque Filius) additum ab Arianis, eo quod non habetur in omnibus Graecis codicibus, tamen quia Marci 13. in omnibus habetur, aliter respondendum est.

PRIMA sit expositio Gregorij lib. 4. epist. 42. ad Eulogium, vbi approbat Eulogij sententiam, quod Christus dicatur nescire diem illum, non in persona sua, sed in persona Ecclesiae. Multa enim, qua dicuntur de Christo, intelliguntur de corpore, non de capite: contra hoc tamen posset obiici, quia tunc non debuisset Dominus dicere (neque Angeli neque Filii) nam cum Angeli contineantur etiam in corpore Christi, quod est Ecclesia: satis erat dicere, Filius non nouit. Et fortasse propterea Gregorius alias duas expositiones addidit, quia videlicet haec prima non omnino satisfacere videbatur.

SECUNDA expositio eiusdem Gregorij ibidem, nec non Ambrosij in cap. 17. Lucae, Nazianzeni oratione 4. de Theologia, & Cyrilli lib. 9. thesauri, cap. 4. est, quod Christus homo dicatur nescire eum diem, quia non sciebat vt homo, id est, humana scientia, sed diuina reuelatione, seu infusione, sed non videtur planè id etiam satisfacere. Nam Apostoli cupiebant à CHRISTO discere illum diem: ipse verò respondit, se non scire, ac propterea etiam non posse docere: at si sciebat diuina reuelatione, certè poterat docere.

TERTIA expositio est Epiphaniij in Ancorato; & Chryostomi homil. de Trinitate, tom. 3. & Bernardi lib. de duodecim gradibus humilitatis quod dicitur nescire, quia non sciebat practicè: quomodo Adam dicebatur ante peccatum non scire bonum & malum. Pater autem dicitur scire, quia practicè scit, quandoquidem omne iudicium dedit Filio, & ipse quodammodo iam iudicauit, sed neque haec videtur admodum quadrare. Nam Apostoli non cupiebant scire practicè, sed theoreticè: ac proinde ad rem non pertinebat, siue sciret Dominus practicè eam diem, siue non sciret.

EST igitur postrema expositio eiusdem sancti Gregorij loco notato, nec non Ambrosij lib. 5. de fide, cap. 8. Hieronymi, Chryostomi, Theophylacti in cap. 24. Matthaei, Basilij lib. 4. in Eunomium, & Augustini lib. 1. de Genesi contra Manichaeos cap. 22. & lib. 1. Trinit. cap. 12. quod Filius dicatur nescire, quia non sciebat ad dicendum aliis, & quia eos nescientes faciebat. Quae quidem explicatio est ad propositum huius loci. Vult enim Dominus reddere causam, cur non manifestet eum diem, & dicit causam esse, quia non scit, id est, non didicit hoc à Patre, vt reuelaret aliis, sed vt sibi secretum hoc seruariet.

PRÆTEREA Scriptura passim ita loquitur, vt Genes. 22. *Nunc cognoui, quod timeas Deum*, id est, nunc ostendi tibi, & alius quantum me colas. Ioan. 17. *Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audiui à Patre meo, nota feci vobis*. Et tamen non omnia simpliciter eis indicauerat. Nam cap. 16. ait. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*. Dixerat ergo illis, quæcumque audierat à Patre ad dicendum illis. Ita igitur hoc loco dicit se non scire, nisi quæ sciebat, vt illis diceret.

SED contra obiicit Caluinus; nam cum Christus dicat; *Nemo scit neque Angelus, neque Filius*: si illud (*Neque Filius*) sic intelligatur, quod Filius scit quidem, sed non ad dicendum, ergo etiam de Angelis dici poterit, illos quidem scire, sed non ad dicendum.

PRÆTEREA posset obiici; nam cum dicimus, Filium non scire ad dicendum: vel intelligendum est, non scire ad dicendum vlli, vel non scire ad dicendum Apostolis. Si primum falsum est, Filium non scire ad dicendum, nam dixit Spiritui sancto. Si secundum, falsa est illa exceptio, nisi solus Pater, nam nec Pater sciebat ad dicendum Apostolis.

RESPONDEO ad primam obiectionem, Ex verbis Domini habetur, nec Angelos nec Filium scire ad dicendum. Vtrum autem alio modo sciant, hic non explicatur. Sed tamen scimus aliunde Christum scire, tum quia ipse est Iudex constitutus, tum etiam, *Quia in eo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei* Colossens. 2. De Angelis verò credimus, eos non scire vilo modo, tum quia non est eis necessaria hæc cognitio; tum etiam quia nusquam legimus Angelos omnia nosse.

AD Secundam dico, Filium non scire ad dicendum vlli omnino, sed intelligo de Filio, vt homo est, quomodo non fecit scire Spiritum sanctum. Solus autem Pater dicitur scire, quia fecit scire Christum hominem, vt Augustinus dicit lib. 1. de Genesi, contra Manichæos, cap. 22. quod autem conuenit Patri, conuenit etiam aliis personis, quæ sunt eiusdem naturæ. Itaque idem est ac si dixisset, *Nemo scit nisi Deus*.

AD Vltimam Scripturam dico, Impiam esse blasphemiam, quod Christus sine spiritu orauerit, aut correxerit, vel reuocauerit orationem suam. Nā de eo scriptum est: *Qui peccatum non fecit*. 1. Petri 2. Et, *Qui peccatum non nouit*. 2. Cor. 5. Et patres passim docent Christum non solum non peccasse, sed ne peccare potuisse. Vide Athanasium orat. 2. contra Arianos; Cyrillum lib. 10. in Ioan. ca. 11. & Augustinum in Enchiridio, c. 36. & 40. & alios.

AT Scriptura ait, illum dixisse; *Pater, si possibile est. Vel sciebat igitur, vtrum esset possibile, vel non sciebat*. Si non sciebat, ergo aliquid ignorabat. Si sciebat esse possibile, quare dubitando loquitur? Si sciebat esse impossibile, quare petit.

PRÆTEREA cum dicit; *Transfer calicem hunc*, videtur repugnasse recte rationi, & voluntati Patris: nam ad hoc venerat, vt pateretur.

DENIQUE cum addit, *Non mea, sed tua voluntas fiat*, videtur aperte emendare quod prius petierat.

RESPONDEO, illud; *si possibile est*, significare si placeat tibi. Sciebat enim, Deo nihil esse impossibile, sed petit, an sit possibile secundum Dei beneplacitum, & pater hoc ex aliis Euangelistis. Nam quod ait Matth. 26. cap. *Si possibile est, dicit Marc. 14. Omnia tibi possibilia sunt*. Et Luc. cap. 22. *Pater, si vis, transfer &c.* Dicit autem, *si vis*, non quod ignoret Patrem nosse, sed vt ostendat affectum naturalem suæ voluntatis, ad fugiendam mortem coniunctam cum omni subiectione ad paternam voluntatem. Est enim ac si diceret, *Volo vt non fiat quod volo, id est, volo voluntate deliberata, quæ respicit obiectum, cum omnibus circumstantiis, vt non fiat id quod ego volo voluntate naturali, quæ refertur in obiectum secundum se tantum consideratum. Neque sunt contraria hæc*

A voluntates, nā non sunt circa idē eodem modo consideratum. Et præterea, vna est potius velleitas, quā voluntas. **D**ICES, quare Christus orando voluit exprimere illam voluntatē naturalem, quam sciebat non implendam.

RESPONDEO cum Chryostomo in hunc locum, vt ostenderet se esse verum hominem, & verè doluisse, ac passum, & mortuum esse. Si enim, cum tam sape expresserit naturales affectus, adhuc plurimi fuerunt heretici negantes Christi veram carnem & passionem, quid fieret si nullum talem affectum ostendisset.

PRÆTEREA voluit hoc exprimere, vt doceret nos non agrè ferre, cum non impetramus à Deo, id quod petimus: Christus enim in hac oratione partim fuit auditus, partim non auditus. Auditus fuit in eo, quod absolute petebat, iuxta illud Ioan. 11. *Sciebam quia semper me audis*. Non fuit autem auditus in eo quod petit ex naturali affectu, iuxta illud Psalmi 21. *Clamabo per diem, & non exaudies*.

CAPVT SEXTVM.

Proponitur questio secunda, quæ est de descensu ad inferos.

QVAERITVR II. An & quomodo Christus ad inferos descenderit. Ac primum omnes conueniunt, quod Christus aliquo modo ad inferos descenderit. Nam & Scripturæ passim hoc docent, vt Act. 2. *Non derelinques animam meam in inferno*. Et Ephesiorum 4. *Descendit ad inferiores partes terræ*. Et præterea in Symbolo Apostolico legimus, *Descendit ad inferos*.

EST autem obseruandum, hanc particulam olim non fuisse in Symbolo apud omnes Ecclesias. Nam Irenæus lib. 3. cap. 2. Origenes initio librorum *vulg. exp.*, id est, de principiis, & Tertullianus initio librorum contra Praxeam, & libro de velandis virginibus, explicant regulam fidei ab Apostolis traditam, & non meminerunt huius particulæ, sed à Sepultura transeunt ad Resurrectionem. Item Augustinus in libro de Fide & Symbolo, & quatuor libris de Symbolo ad Catechumenos, non meminit huius partis, cum totum Symbolum quinquies exponat.

RVFFINVS in explicatione legit & explicat hanc particulam, sed monet, non haberi in Symbolo Romanæ Ecclesiæ, nec apud Orientales, tamen implicite contineri in articulo de sepultura, quia sicut corpus descendit ad locum corporum, ita anima ad locum animarum. Porro Cyrillus catech. 4. & 14. & Chryostomus hom. 2. de Symbolo, legunt, & exponunt hanc particulam, & hoc tempore habetur vbique. Et ita etiam legitur Catechismus Lutheri maior & minor, item Catechismus Caluini, Brentij, & aliorum. Ita quoque legitur Centuriatores Centuria 1. lib. 2. cap. 4. & Petrus Martyr in libello de Symbolo. Immo Caluinus lib. 2. institutionum, cap. 16. §. 8. dicit, hunc articulum in præcipuis habendum esse.

PARI ratione in Symbolo Nicæno hæc particula non habetur; in Symbolo Athanasij habetur, & cum hæc Symbola inter se non pugnent, certum est, saltem implicite hanc particulam deesse non posse. Vnde Anselmus in libro de processione Spiritus sancti, dicit, hunc articulum non esse in Symbolo Nicæno, & tamen recipi summo cōsensu ab omnibus Ecclesiis Orientis & Occidentis.

AT questio tota est de explicatione huius articuli. Quatuor autem inuenio expositiones aduersariorum, de quibus ordine disputandum est.

CAPVT SEPTVM.

Quod descendere ad inferos non sit omniq. extingui.

RIMA sententia est, quod descendere ad inferos sit penitus interire & extingui. Brentius in Catechismo anni M. D. LI. dicit, descendere ad inferos, esse penitus interire. Et in cap. 2. Act. int. ducit **C**HRISTM sic loquentem; *Descendam in infernum,*

sentiam

sentiam dolores inferni, & planè periisse videbor.

ITEM Caluinus in psychopannichia volens probare, animas iustorum post discessum à corpore non dormire, id est, non extingui, vt quidam Anabaptistæ aiunt, quos in toto libro refellit: probat ex anima Christi, quæ post separationem à corpore, non est extincta; nec absorpta à morte, sed immortalis mansit. Et hoc dicit significari illis verbis Act. 2. *Non derelinques animam meam in inferno*. Hæc nobis, inquit, certissimam fidem faciunt, Christum extingui morte non potuisse, etiam secundum hominem. Vera mors fuit corporis & animæ solutio. Ceterum anima vitam suam nunquam perdidit, quæ Patri commendata, non poterat non salua esse. Id voluit verba ex concione Petri, quibus affirmat, impossibile fuisse, teneri ipsum à morte, vt Scriptura impleretur, quoniam nō derelinques animam meam in inferno. Nam anima eius diuina virtute suffulta est, ne in perditionem rueret, & corpus eius in sepulchro seruatum ad resurrectionem, &c.

VIDETVR certè hoc loco Caluinus per infernum intelligere persectam extinctionē animæ. Probat enim, animam Christi in morte corporis non fuisse extinctam, quia anima eius non fuit absorpta ab inferno. Quid igitur est Caluino, absorberi ab inferno, nisi animam penitus extingui? Sed paulò post id ipsum clariius declarat, sic enim ait: *Præbet & nobis aliud argumentum immortalitatis animæ sue, cum Ionam triduo immersum in ventre ceti, mortis suæ typum constituit. Venter ille mors est, animam igitur saluam in morte habuit*. Et infra probat ex sacrificio Isaac: *Quid est, inquit, quod Isaac non moritur, nisi quia, quod proprium est homini immortale Christus præstitit, hoc est, animam? Aries verò animal irrationale, qui in eius locum ad mortem substituitur, corpus est*.

HÆC sententia non eget refutatione, nam est fundamentum Atheismi. Si enim Christus, quia Diuinitate suffultus erat, animam immortalem retinuit in morte corporis, ergo ceteri homines, qui non sunt suffulti Diuinitate, in morte penitus extinguntur. Non igitur anima humana est immortalis.

DICET fortasse, pios nō extingui in morte, quia pro se & pro suis Christum mortē vicī: ergo salte omnes impij extinguntur penitus, & hoc est descēdere in infernū.

NEGLIGIT id in fine libri Caluinus, vbi asserit, etiam impios viuere post mortem, licet in pœnis. At hoc non bene coheret cum superioribus, aut enim ipse non bene probat, **C**HRISTM animam mansisse immortalem ex eo, quod Diuinitati coniuncta, non est permīssa ruerē in infernum, aut certè sequitur, animas impiorum, quæ in infernum ruunt, planè extingui.

PRÆTEREA S. Petrus Actorum 2. non dixit Christi animam non fuisse in inferno, sed non ibi longo tempore relictam. Et in Symbolo nōne legimus, *Descendit ad inferos*; ergo si descēdere ad inferos est interire, etiam Christi anima interit, licet postea fuerit excitata. At hoc ipsum est, quod voluit Anabaptistæ. Igitur Caluini sententia & seipsam destruit, & Atheismo viam aperit.

CAPVT OCTAVVM.

CHRISTVM non periuisse pœnas damnatorum.

LTERA sententia est eiusdem Caluini lib. 2. instit. cap. 16. §. 8. 9. 10. 11. & 12. in Catechismo paruo, in psychopannichia, & in harmonia Euangelica ad cap. 27. Matthæi, vbi docet, Christum dici descendisse ad inferos, quia passus est dolores animarum damnatarum.

VT autem id facilius intelligatur; quædam annotanda sunt. Ac primum obseruandum est apud Caluinum, nullum esse locum subterranean pro impijs, nec purgatorium, nec etiam limbum parum. Nam lib. 2. Institutionum, ca. 16. §. 9. dicit, esse pueriles fabulas ista omnia, de qua re paulò post tractabimus. In lib. autem 3. institutionum, cap. vlt. & in psychopannichia docet, nihil esse

A aliud, pœnas dānatorum, quā terrorem, & anxietatem conscientiæ cogitantis, Deū sibi esse iratum & infestum.

NO TA secundo, Christum, secundum Caluinum, descendisse ad inferos, quia apprehēdit Deum tanquam sibi iratum, & infensum propter nos, & ex metu salutis propriæ amitendæ, incredibilem anxietatem animi passus est, qualem pareretur, quia sciret se in æternum esse periturum. Vnde etiam verba desperationis eum protulisse affirmat lib. 2. institutionum, ca. 16. §. 10. *Dirus in anima cruciatus*, inquit, *damnati ac peritii hominis pertulit*. Et §. 11. dicit, eum non fuisse securum de salute. *Christus ergo*, inquit, *cum lacrymis & clamore valido orans, à metu suo exauditur: non vt à morte sit immunis, sed ne absorbeat ut peccator, quia illic personam nostram gerebat. Et certè nulla fingi potest magis formidabilis abyssus, quā sentire te à Deo derelictum, & alienatum, & cum inuocaueris, non exaudiri: perinde ac si in tuam perniciem ipse conspirasset*. Et infra: *Ita cum diaboli potestate, cum mortis horrore, cum inferorum doloribus manum conferendo factum est, vt referret de illis victoriam*. Et §. 12. *Hic*, inquit, *nebulones quidam, licet indocti, malitia tamen magis, quā inscitia impulsī clamitant, me atrocem facere Christo iniuriam? quia minime consentaneum fuerit, eum de anima salute timere*. &c. Item in harmonia explicans 27. cap. Matthæi, dicit, Christum non quidem desperasse, tamen emisisse vocem desperationis, cum ait, *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?*

NO TA tertio, secundum Caluinum, Christum cœpisse versari in inferno, illa hora, qua in orto cœpit contritari, & orare. Deinde profundius descendisse, quando in cruce clamauit: *Deus, Deus meus*, &c. Denique profundissimè, quando coram Dei tribunali comparuit tanquam reus æternæ mortis, & seuerissimum iudicium irati Dei sustinuit. Ita docet lib. 2. instit. cap. 16. §. 12. *Si nunc*, inquit, *roget quispiam, an tunc descendit Christus ad inferos, cum mortem deprecatus est: respondet, hoc fuisse exordium, vnde colligi potest, quā diros & horribiles cruciatus perpeffus fuerit, cum se ad tribunal Dei reum stare cognosceret nostræ causæ*. Hæc ille. Et quamuis non aperte dicat quamdiu fuerit in inferno, tamen innuit fuisse vsque ad resurrectionem.

NO TA quarto, Caluinum tribuere huic pœnæ infernali totam ferè nostram redemptionem, ita vt sine hoc descensu ad inferos mors in cruce non fuerit futura vllius pretij. Ita eaim loquitur lib. 2. instit. cap. 16. §. 10. *Nihil*, inquit, *alium erat, si corpore tantum morte defunctus fuisset Christus. Sed opera simul preterum erat, vt diuinæ vltionis seueritatem sentiret*. Et infra: *Vnde etiam cum oportuit cum inferorum copiis: æternæque mortis horrore, quasi confertis manibus luctari*. Similia repetit, & fufius in cap. 27. Matthæi.

HÆC est Caluini sententia, quam videntur etiam ex parte sequi Melancthon & Brentius. Siquidem Melancthon in locis, cap. de Filio, bis dicit, Christum luctatum grauissimè cum tentatione de abiectione. Brentius in capite 2. Actor. dicit, Christum passum esse dolores inferni. Et in lib. de Christi Maiestate in 2. parte, vbi agit de Ascensione, nihil aliud ferè docet, quā in inferos non esse certum aliquem locum, sed statum damnatorum. Immo addit, vbique esse inferos, vbi sunt impij, qui tentantur de æterna sua damnatione.

ET hinc tandē processit illa incredibile blasphemia cuiusdam apostata, cuius meminit Ioannes Cochleus in actis Lutheri, & Laurētius Surius in historia anni M. D. XXVII. qui asseruit, Christum desperasse, & esse damnatum: & fortè in pœnā huius peccati Caluinus in morte desperauit, & maledixit diei, quo libros scribere cepit, vt in eius vita legimus, cap. 22. *Da monibus*, inquit, *autē or, inuocatis, in ans. execratis, & blasphe-mans miserē expirauit*. Cuius illi testimonium perhibere, qui decumbenti

ad extremum usque balitum ministrarunt. Immo hoc etiam, quod diem atque horam deestatus sit, & execratus, quam unquam studiis, vel scriptioibus impendisset. Hæc Hieronymus Hermes Bolsec, medicus Lugdunensis, qui Caluini vitam scripsit.

REFELLITUR hæc noua & inaudita impietas. Primo, quia Scripturæ totam salutem nostram tribuant sanguini & morti corporali ipsius Christi, & post mortem corporalem nullam ulterius pœnâ agnoscunt. Philip. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, &c.

VIDES hic nullam mentionem fieri inferorum, sed obedientiæ usque ad mortem omnia tribui; & mox subiungit exaltationem. Item Psal. 21. & Isaiæ 53. describuntur sigillatim omnes Christi afflictiones: nulla autem mentio fit inferni. Matth. 20. Marc. 10. Lucæ 18. prædicat Dominus Apostolis passionem suam, & nominat flagellam, spumam, crucem, mortem, & subiungit continuò: *Et tertia die resurget.*

ET ubi, quæso, reliquit dolores damnatorum, & cruciatus gehennæ? Rom. 5. *Commendat autem caritatem suam in nobis, quia cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Ephes. 1. *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius.* Colos. 1. *Pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in cælis, & quæ in terra sunt.* Heb. 9. *Per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* 1. Pet. 1. *Non corruptibilibus, auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati Christi.* 1. Ioan. 1. *Sanguis eius emundat nos ab omni peccato.* Denique Apocal. 7. Sancti clamant in cælo; *Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo, &c.*

VIDES ergo, quàm sit verum quod dicit Caluinus, corporali morte Christum nihil egisse; sed inferni doloribus, cum Scripturæ passim inculcent, nos Christi morte redemptos, dolorum autem inferni ne meminere quidem. Nam quæ loca pro se Caluinus adducit, paulò post demonstrabimus, nihil ad rem propositam facere.

SECUNDO, probatur ex circumstantiis passionis Christi. Nam si ab oratione illa in hortu, usque ad resurrectionem Christus fuit in inferno, & Deum, ut sibi aduersum, & iratum apprehendebat, & non erat securus de sua salute, quomodo tam auctacter dicebat Caiphas: *Amodo videbitis Filium hominis venientem in nubibus cæli.* Item Pilato: *Regnum meum non est de hoc mundo;* item, *Quomodo orat Patrem pro crucifixoribus suis? Quomodo promittit latroni Paradisum? Quomodo Patri animam suam commendat? Certè hæc non sunt signa diffidentis de benevolentia Patris, multò minùs desperantis, aut meruentis de salute propria.*

TERTIÒ probatur, quia si redempti essemus per infernales pœnas Christi, deberent figuræ præcessisse, deberet etiam aliquod Sacramentum existare in memoriam tanti beneficii, ut est Eucharistia in memoriam passionis. Item Ecclesia deberet celebrare memoriam huius beneficii, ut celebrat memoriam natalis Domini, passionis, mortis, resurrectionis. Itè deberet depingi Christus in igne gehennæ in medio dånatorum, ut depingi solet in cruce inter duos latrones. At nihil tale videmus fieri, aut legimus unquam factum, ergo Ecclesia vel semper fuit ingratißima, vel figmenta sunt, quæ docet Caluinus.

QUARTO, omnes Patres, qui descensum Christi ad inferos describunt, describunt ut descensum victoris & triumphatoris, non ut rei, nec villo modo indicant, Christum aliquid passum in inferno. Cyrillus Catech. 14. *Exterrita est mors, inquit, videns nouum quædam descendente in infernum vinculis, quæ illic sunt, non ligatum. Qua de causa, ò porta inferi, hunc videntes exorruistis? Quis insuetus vos cepit timor?*

AMBROSIVS lib. de mysterio Paschæ, cap. 4. *Expors peccati Christus cum ad tartari ima descendere, Jeras infer-*

ni, ianua que constringens, vinctas peccato animas mortis dominatione deservit, à diaboli faucibus reuocavit ad vitam, atque ita diuinus triumphus æternis characteribus est conscriptus. Similia habent Hilarius lib. 10. de Trin. Augustinus epist. 69. ad Euod. Chrysostomus, Eusebius Emislenus, & alij in homiliis de Paschate. Procul igitur à doctrina Patrum abest Caluini sententia, quæ Christum non victorem, sed reum ad inferos demittit.

QUINTO, fundamentum Caluini est falsum, quod videlicet esse in inferno, nihil sit aliud, quàm timere Deum iratum. Nam ista est hæresis damnata in Origene, teste Hieronymo, in epist. ad Autim.

PRAETEREA indè sequeretur, multos hic viuentes iam esse in inferno, & esse damnatos, quod certè repugnat statui huius vitæ. Quàm multi enim in hac vita reperiuntur, qui certò sibi persuadent, Deum se habere iratum? Quàm multi qui de salute æterna desperare incipiunt? Num igitur illi omnes iam apud inferos degunt? Quid est hoc aliud, quàm inferos omnino negare, & atheismo viam munire? Denique ostendimus paulò post, veros inferos esse loca subterranea.

SEXTO, si Christus emisit verba desperationis, certè videtur grauissimè peccasse, quomodo autem per peccatum nos à peccato redimere potuit?

RESPONDET Caluinus, Christum emisisse verba desperationis, & timuisse de sua salute, quantum ad sensum carnis, tamen nunquam fuisse destitutum fide, & spe in Deum, quæ illum erigebat contra tentationes desperationis. Nam etsi dixit; *Ut quid dereliquisti me,* quæ sunt verba desperationis, tamen etiam dixit; *Deus meus, Deus meus,* quæ sunt verba fidei & spei. Hæc enim sunt eius verba in cap. 27. Matth. *Sed absurdum videtur, Christo elapsam esse desperationis vocem. Solutio facilis est, quamquam sensus carnis exitum apprehenderet, fixam tamen stetit fidem eius in corde. Quod satis clarè patet ex duobus querimoniis membris. Nam antequam tentationem exprimat, præfatur se ad Deum confugere, tanquam Deum suum. Et infra: Cum desperatione, inquit, lullatus est; non fuit tamen victus.*

AT contra. Primo, Christus verè pertulit statum damnatorum secundum Caluinum. Hæc enim sunt verba eius lib. 2. cap. 16. §. 10. *Diros in anima cruciatus damnati ac perditii hominis pertulit.* Et ibidem: *Significat, inquit, Propbeta in locum sceleratorum sponsorem, ac vadem, adeoque instar rei summisum, qui dependeret, ac persolueret omnes, quæ ab illis experienda erant, pœnas, vno hoc dum axat excepto, quod doloribus mortis non poterat detineri.* Et in Catechismo paruo, in expositione huius articuli, dicit, hoc interfuisse inter damnatos & Christum, quod illi perpetuo, iste ad breue tempus pœnas sustinuit.

AT pœna damnatorum includit essentialiter desperationem salutis, sicut felicitas includit certitudinem salutis nunquam amittendæ. Spes autem cum desperatione consistere non potest, ergo Christus vel simpliciter desperauit, vel verè non pertulit pœnas damnatorum, & proinde secundum Caluinum, non verè nos liberauit.

PRAETEREA, quando Christus emisit verba desperationis, ut Caluinus dicit in ca. Matth. 27. vel emisit deliberata voluntate, vel non. Si primum, ergo verè desperauit, & peccauit. Si secundò, ergo in Christo fuit inordinatio passionum, quando quidem potuit metus præuenire rationem, & extorquere vocem desperationis inuita voluntate. At hoc est contra ipsum Caluinum, qui lib. 2. institutionum, ca. 15. §. 12. dicit, Christi naturam fuisse perfectam, & nullam in eo fuisse passionum inordinationem.

PRAETEREA, quomodo potest vel cogitari, ut in eadem sententia, prima pars sit deliberata, secunda indeliberata? At in illa sententia: *Deus meus, quare dereliquisti me?* Illa verba (*Deus meus*) sunt verba fidei & deliberata secundum Caluinum, quomodo ergo sequentia (*Quare me*

dereliquisti) possunt esse verba desperationis indeliberata? An Christus tam imperfectus & inconstans fuit, ut non posset ex fide quatuor verba continuare? At, inquit, *vis doloris extorrit.* Et nunquid non dolebat, quando dixit, *Deus meus?* cur ergo etiam ista non sunt extorta.

ADDE, quod idem Caluinus in commentario Psal. 22. dicit, ista verba (*Deus meus*) esse correctionem illorum, *Quare me dereliquisti.* At quis unquam audiuit, correctionem præponi errori? Nonne correctio sequi debet errorem? Non igitur illa verba exciderunt indeliberatè, & proinde deliberatè Dominus desperauit, si villo modo desperauit. Audeat igitur Caluinus, & ad cætera sua peruersa dogmata adiungat etiam hoc; & Agno Dei, qui tulit peccata mundi, non solum peccatum, sed etiam maximum peccatum tribuat.

DENIQUE Christus, Caluini sententia, dubitavit de sua salute, quando ad inferos descendit, ut supra ostendimus ex lib. 2. instit. cap. 16. §. 12.

AT idem Caluinus lib. 3. instit. cap. 2. §. 16. docet, dubitare de sua salute esse peccatum contra virtutem fidei, ergo Christus contra fidem peccauit. Respondit, in Christo non fuisse dubitationem deliberatam, sed immistam à Diabolo per tentationem. Sic enim ipse respondit in eod. lib. 3. cap. 2. §. 17. de fidelibus, quos dicit cum fide pati dubitationum tentationes.

AT ibidem §. 18. idem Caluinus asserit, has dubitationes, licet non extinguant fidem, tamen oriri ex imperfectione fidei, quæ cum non plenè replet & occupat nos, non etiam perfecte curat ab omni diffidentia morbo, ergo saltem cogitur Christo tribuere fidem imperfectam & diffidentiam morbum, quandoquidem illi tribuit dubitationem de propria salute.

EN igitur quam bene pugnat Caluinus pro gloria Christi, quando non solum non tribuit illi beatitudinem cum Catholicis, sed ne perfectam quidem fidem cum Lutheranis. Sed argumenta eius videamus.

PRIMUM argumentum sumit ex Isaiæ cap. 53. vbi dicitur Christus à Deo percussus, hinc enim colligit, Deum iratum & insensum sibi Christum sustinuisse.

RESPONDEO, primo Christum dici percussum à Patre, non quia Pater illum oderit, sed quia permisit occidi pro nobis, ut explicat Apostolus Rom. 8. *Proprio Filio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Quomodo, quando Abraham Filium suum immolare voluit, ut Deo obediret, nec filium oderat, hæc filius putabat se odio haberi, sed intelligebat id fieri ad obedientiam Deo præstandam, sine vlla ira, vel odio erga se.

DICO secundò, istam percussionem à Hieronymo, & omnibus aliis expositoribus referri ad solam mortem temporalem, non ad pœnas gehennæ, de quibus nullus veterum somniauit, cum de passione Christi ageretur.

DICO tertio, figmentum esse Caluini, omnes, qui percutiuntur à Deo irato, pati pœnas infernales. Quàm sæpè enim Deus in hoc mundo flagellat impios, qui tamen non dicuntur propterea iam esse in inferno?

SECUNDVM argumentum ex eodem cap. 53. Isaiæ. *Correctio pacis nostræ super eum.* Ergo Christus luere debuit omnes pœnas, quas nostra peccata merebantur. Sed nostra peccata non merebantur solum mortem corporis, sed etiam pœnam gehennæ: Christus igitur sustinuit etiam pœnas gehennæ, & sanè alioqui solum Redemptor corporum esset.

RESPONDEO, Si hoc argumentum aliquid concluderet, debuisset Dominus æterno tempore manere in inferno, & infinitum propè numerum peccatorum perpetui. Nos enim merebamur æternam damnationem, & sumus propè infiniti, qui hoc merebamur.

UT ergo Caluinus cogitur admittere, vnâ pœnam temporalem Christi satisfacere potuisse pro multis æternis: Ita nos dicimus, mortem corporis Christi satisfacere

re potuisse pro morte animarum omnium. Pretium enim redemptionis à Christo persolutum non debet pensari ex multitudine, vel qualitate, vel diuturnitate pœnarum, sed ex dignitate personæ, quæ patiebatur, & ex caritate qua patiebatur. Nec sequitur, solum corporum esse Redemptorem, tñ quia Christus animo & corpore passus est, tñ etiam quia vna pœna corporis erat infiniti pretij.

TERTIVM argumentum sumit ex illa tristitia & metu, quem in hortu passus est Dominus, Matth. 26. Nam si solum timuisset mortem corporis, fuisset infirmior multis puris hominibus, qui auctacter mortem subeunt.

CETERE multi martyres in passionibus exultabant, nec solum martyres, sed etiam ipsi latrones sæpe numero constantissimè moriuntur. Qui verò timidores sunt, trepidant quidem, sed nunquam se adeo vincit, ac deici à perturbatione patiuntur, ut sanguinem sudent; at Christus horrebat, cadebat, sanguinem sudabat, Angelica consolatione indigebat, ac demum in agonia positus prolixius orabat. Aut igitur infirmior omnibus hominibus fuit, aut non solum corporis mortem, sicut cæteri, sed etiam anima periculum metuebat.

RESPONDEO, Sanctos Patres variè exposuisse hunc timorem Christi, nullum tamen vel minimo verbulo insinuasse, hunc timorem Christi fuisse de salute animæ. Hilarius can. 31. in Matth. dicit, Christum nihil timuisse pro se, sed pro discipulis, quos præuidebat negaturos. Sed cum ait: *Transfer calicem à me,* voluisse dicere, transfer à me ad alios, id est, fac ut sicut ego alacriter bibo, ita etiam mei discipuli bibant.

HIERONYMVS in cap. 26. Matthæi, dicit, Christum tristem fuisse propter populum Iudæorum, quem videbat illa nocte grauissimè peccaturum, & idè dixisse; *Transfer calicem istum à me,* id est, fac ne illi me occidant, sed aliqui alij, &c. Ambrosius in cap. 22. Lucæ, & Chrysostomus in cap. 26. Matthæi, dicunt, Christum naturali affectu mortem corporis horruisse.

AD argumentum autem Caluini respondeo, Si Christus non potuisset non timere, & coactus timuisset, merito infirmior multis videretur. At non ita est, nam timuit, quia voluit, cæteri si non timent, vel est, quia Deus infundit consolationem maiorem, quàm sit ea pœna: vel quia diabolus obstupescit sensum aliorum sibi addictorum; vel quia auertunt animum à cogitatione pœnarum, & alibi cum desigunt, quamuis rarissimi isti sint.

AT Christus, ut copiosa est redemptio, voluit etiam pœnam maioris & timoris subire, & idè non obstupescit sensum suum, nec permisit ut redundaret ex parte superiore gaudium in partem inferiorem, nec auertit cogitationem à morte imminente, sed potius de industria defixit mentem in omnia tormenta impendentia, quod sine dubio summa fuit fortitudinis & caritatis.

NAM, ut ait Euangelista Matth. 26. *Assumpsit Petrus, Iacobum, & Ioannem, & tunc cepit mæstus esse, &c.* Quare tunc cepit, nisi quia tunc voluit? Nam etiam antè sciebat se moriturum, cum hoc prædiceret discipulis, & Sacramentum institueret, in memoriam passionis sue, & tamen non solum non metuebat, sed etiam consolabatur merentes discipulos, ut patet Ioan. 14. & 15. Vnde etiam finita oratione, quia non amplius voluit timere, non amplius timuit, sed alacriter occurrit se querentibus ad mortem, & in toto decursu passionis suæ nullum signum timoris dedit. Hinc est etiam quod Ioan. 1. legimus, eum à seipso turbatum. In quem locum scribens Augustinus tract. 49. in Ioan. *Non est, inquit, dubitandum, cum non animi infirmitate, sed potestate turbatum.* Vide totum sermonem, vbi de hac re multa præclare dicit.

QUARTVM argumentum ex Matth. 27. vbi Christus exclamat, *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Videtur enim Christus non potuisse in hæc verba proripere, nisi apprehendisset Deum, ut sibi iratū & insensum,

RESPONDEO, Nullam fieri hic mentionem irae Dei erga Filium, sed solius derelictionis; dereliquit enim Deitas humanitatem in pœnis, & cum posset eam inde eripere, noluit, ut sacrificium perficeretur, quo mundus redimendus erat. Voluit autem Dominus hoc modo clamare, ut intelligeremus, illum verè gravissimos dolores pertulisse, & nō sua culpa pertulisse. Id enim significat illud, *Quare, ac si diceret, nō est in me causa huius pœnæ.*

QUINTVM argumentum ex Act. 2. *Quem Deus soluit soluitis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Nam si non pertulit Christus dolores inferni, quomodo potuit ab illis solui? Quis enim soluitur à vinculis, quibus nunquam fuit ligatus?

RESPONDEO, primo in Græco legi soluitis doloribus mortis, *ῥῆ ἁμαρτίας*, & sensum esse, secundum Chryostomum & Oecumenium, quod Deus per Christi resurrectionem ipsam mortem à doloribus liberaverit, mors enim quasi dolorem patiebatur, cum Christū detineret, quem tenere non poterat. Sed fortè planior sensus erit, si dicamus, Christū suā resurrectione destruxisse ac dissoluisse mortē cum omnibus doloribus, qui illam comitantur. Resurrexit enim immortalis & impassibilis.

QUOD autem Caluinus per dolores mortis intelligi vult dolores, quos parit maledictio & ira Dei, quæ origo mortis est, & proinde dolores damnatorum: nimis longè peritum est. Nam si, quia ira Dei fuit causa mortis, ideo dolores quos patiebatur in morte Christus, erāt ab irato Deo, & dolores damnatorum dici poterant, eadem ratione omnes qui moriuntur, etiam martyres, haberent Deum infestum, & paterentur dolores gehennæ.

EST igitur ira Dei causa remota, & generalis ipsius mortis: tamen proxima & particularis causa, sapissimè est benevolentia & gratia specialis Dei, ut Augustinus dicit lib. 13. ciuit. Dei, cap. 6. & alibi. Et ipse Dauid, qui canit: *Tretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.* Psal. 114. Et Ioannes audiuit vocem de cælo dicentem sibi: *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Apocal. 14. Denique Paulus mortem lucrum sibi esse dicebat. Phil. 1.

DICO secundò, in nostra editione Latina haberi, *Solutis doloribus inferni;* quæ lectio fortè est præferenda Græcæ. Nam Irenæus lib. 3. cap. 12. legit doloribus inferorum. Et Augustinus epist. 99. ad Euodium, & alij similiter legunt, ac, ut docet Augustinus, duplex sensus esse potest. Vnus (*Solutis doloribus inferni*) id est, irritis effectis. Solut enim Christus dolores inferni, non quibus tenebatur, sed ne teneretur. *Quomodo;* inquit Augustinus, *solui possunt laquei venantium, ne teneant, nō quia tenuerunt.* Alter est (*Solutis doloribus inferni*) quibus teneri ipse non poterat, sed quibus tenebantur alij, quos ipse nouerat liberandos. Vbi Augustinus non solum explicat rectè hunc locum, sed etiam pro confesso asserit contrarium eius, quod Caluinus probare intendit.

SEXTVM argumentum ex illo Heb. 5. *In diebus carnis sue preces supplicationisque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Vult enim Caluinus illud *Pro sua reuerentia* debere sic intelligi, Exauditus est à suo metu, *ἔτι τῆς ἀλλοθίας*, quasi dicat, Christus non orabat ut non moreretur, sed ut non absorberetur ut peccator; id est, ne damnaretur in æternum, & ab hoc metu liberandus. Vbi Augustinus non solum explicat rectè hunc locum, sed etiam pro confesso asserit contrarium eius, quod Caluinus probare intendit.

AT oportet Caluinum ostendere *ἀλλοθίας* accipi pro metu pœnæ; significat enim pietatem & reuerentiam, & proinde etiam metum reuerentialem. Ipse enim Caluinus in cap. 2. Lucæ, vbi nos legimus de Symeone, quod esset timoratus, ipse legit, pius, & exponit de vera pietate; & tamen vox Græca est, *ἀλλοθίας*.

BEZA quoque in annotatione ad eundem locum Evangelij, ita scribit. *ἀλλοθίας* significat, non quemcumque

timorem, sed cum reuerentia potius quam cum animi trepidatione coniunctum. Latini religionem vocant. At si ita est, cur Hebræorum quinto, eandem vocem accommodare conatur Caluinus & Beza ad metum mortis æternæ, coniunctum cum summa trepidatione?

SED Beza videt, voculam, *ἔτι*, quam dicit non posse accipi pro particula, Pro, vel, Propter; sed pro, Ex, vel, Ab. Et quia absurdum videtur, Christum voluisse liberari à pietate & religione sua, ideo vertendum existimat, à metu, videlicet mortis, aut damnationis.

AT profectò facilius nos ostendemus, voculam, *ἔτι*, cum genitiuo idem significare, quod *ἀπὸ* cum accusatiuo quæ omnium consensu significat. Propter quam Beza possit ostendere *ἀλλοθίας*, accipi pro metu pœnæ. Nam Matth. 13. vers. 44. Lucæ 24. versu 41. & Actorum 12. versu 14. legimus, *ἔτι χαρῆς*, præ gaudio, siue ob gaudium, Lucæ 22. versu 45. *ἔτι τῷ ὄντι*, ob tristitiam. 2. Machab. 5. vers. 23. *ἔτι τῷ ὑπερηφανίας*, ob superbiam, ut ibidem explicatur per alias voces, *ἀπὸ τῶν κατωτέρων τῶν καρδίας*, ob elationem cordis.

QUARE Chryostomus, Theophylactus, Oecumenius in hunc locum, exponunt illam vocem de veneratione, quæ Christo debebatur, ut sit sensus; Exauditus est quia merebatur exaudiri, cum esset dignissimus omni honore & reuerentia, vel, Exauditus est ob reuerentiam, quæ ipse Patrem suum prosequabatur. Et certè negare nō possunt aduersarij, quin Chryostomus, Theophylactus, & Oecumenius Græcas phrasas intelligerēt.

VIDE, quod Erasmus quoque in annotationibus ad eundem locum per *ἀλλοθίας*, reuerentiam & pietatem intelligi debere docet; est autem non certò scimus quæ fuerit hæc oratio, de qua Paulus agit hoc loco, tamen probabile est, eam esse, quam Dominus in horto fudit imminente passione. In eo autem exauditus est, quod absolute petiit, nimirum ut fieret voluntas Dei in morte sua, vel ut liberaretur à morte per resurrectionem.

SEPTIMVM argumentum sumit Caluinus ex Hilario, qui lib. 2. de Trinitate sic ait: *Crux, mors, inferi, nostra vita sunt.* Et lib. 3. *Filius Dei, inquit, in infernis est; sed homo refertur ad cælum.* Et lib. 4. dicit, per descensum Christi ad inferos id nos consecutos, ut mors perempta sit. Et in fine libri, *Mortem, inquit, in inferno perimens.*

RESPONDEO, miram esse Caluini impudentiam in Hilario citando, cum constet, Hilarium vix dolores corporis in Christo agnouisse. Certè Theologi multum laborant, ut ostendant, ab Hilario non esse omnino negatos Christi dolores.

PRÆTEREA in lib. 10. de Trinitate refellit ex professo Caluini hæresim, ac docet, Christum non potuisse vilo modo metuere dolores inferni, pag. 195. *Lazaro, inquit, in Abraham sinibus lætante, infernum chaos Christus timeret? Hæc sulta atque ridicula sunt.* Et pag. 203. *Anne tibi, inquit, metuere infernum chaos, & torrentes flammæ, & omnium pœnarum vltimum abyssum credendus est, dicens latroni, Hodie tecum eris in paradiso? Et infra: Dominus communionem ei paradisi mox pollicetur, tu Christum in infernis sub pœnali terrore concludis? Hæc Hilarius, qui tantum non nominat Caluinum, cum nescio cuius errorem confutat.*

CVM ergo dicit Hilarius, inferos Christi nostram esse vitam, & in inferno mortē occisam, vult dicere, Christum descēdisse ad loca inferorum, ut inde sanctos eriperet, & deinde locū illum obstrueret, ne ad eū amplius vili descenderent, qui in eum crederent, eūque diligerent.

CAPVT NONVM.

Proponitur tertius error, refellendus de descensu

CHRISTI ad inferos.

QUITVR tertia explicatio, quæ est Buceri, in cap. 27. Matthæi, & Beza in cap. 2. Actorum, qui docent, intelligi sepulchrum in Scripturis

nomine

nomine inferni, proinde nihil esse aliud Christum descēdisse ad inferos, quàm sepulchrum esse.

CALVINVS partim hanc sententiam sequitur, partim eam refellit. Nam in Psal. 15. vbi nos habemus: *Non derelinques animam meam in inferno, ipse vertit: Non derelinques animam meam in sepulchro.* Et lib. 2. institutionum cap. 16. §. 9. cum Bucero dicit, fabulam esse, quod sint loca animarum subterranea, & quod ad ea Christus descenderit, tamen in hoc dissentit, quod descensum Christi ad inferos, qui ponitur in Symbolo, non vult esse sepulchram, sed, ut iam refutauimus, descensum ad pœnas damnatorum.

SI quis petat à Caluino & Beza, vbi fuerint ante Christi mortem animæ iustorum. Respondent, fuisse in cælo, licet nec viderent Deum, nec sint visuræ vique ad diem iudicij. Ita Caluinus in psychopannychia, & Beza in libro contra Brentium de Christi maiestate, parte 2. vbi de ascensione disputat.

AD refutationem igitur huius sententiæ tria probanda sunt. Primum, inferos esse loca subterranea distincta à sepulchris. Secundo, animas ante Christi mortem non fuisse in cælo, sed in inferno subterraneo, & proinde Christum, qui ad locum animarum descendit, in infernum subterraneum descēdisse. Tertio, directè Christi animam descēdisse ad inferos, à sepulchro distinctos.

CAPVT DECIMVM.

Inferos esse loca subterranea distincta à sepulchris.

VANTVM ad primum, ex nomine inferorum, quo vtuntur Scripturæ Hebræicæ, Græcæ, & Latinæ, cognosci potest, vbi sint inferi. Nomen Inferni Latinum, non dubium, quin sit distinctum à nomine sepulchri, & cum significet aliquid inferius nobis, & infra nos nihil sit nisi centrum terræ, necessariò loca inferorum intelliguntur loca profunda subterranea. Sed de Latino nomine parum curant aduersarij, quia Scripturæ Græcæ & Hebræicæ solum scriptæ sunt.

NOMEN Græcum, quod habemus Matth. 11. Lucæ 16. Actor. 2. & vbiçunque Latine est infernus, est, *ᾗδης*, quod nomen Theodoros Beza in Act. 2. asserit, ordinariè accipi pro sepulchro: aliquando tamen apud Poëtas pro loco damnatorum. Sed hæc est nimis aperta impudentia.

NAM, vt omitam, quod Græcè sepulchrum dicitur *τάφος*, non *ᾗδης*, vnde Epitaphia dicuntur etiam à Latinis carmina quæ ad sepulchra scribi solent. Certè Matthæi 11. cum dicitur de Capharnaum. *Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltaberis, vsque ad infernum descendes;* non potest accipi pro sepulchro vox *ᾗδης*. Ellet enim ridicula antithesis, cum cælum multis millibus stadiorum distet à terræ superficie, vbi erat Capharnaum, & sepulchrum non distet nisi paucis vlnis. Vult autem Dominus dicere, illam urbem tam profundè descensuram, quam altè videbatur exaltata. Lucæ 16. vbi dicitur, diues purpuratus in inferno fuisse in tormentis, non potest vox *ᾗδης* exponi de sepulchro, nisi quis velit animas esse in sepulchris cum corporibus.

ADDE, quod Chryostomus in homiliis de Lazaro semper intelligit per infernū, vbi erat diues, gehennam. Præterea Lúcianus in dialogo de luctu dicit, *ᾗδης* esse locum sub terra profundum. Plaro in lib. 2. de Republica, dicit, *ἡ ᾗδης δὴ τὸ ἀβύσσον*, id est, in inferno rationem reddemus operum nostrorum. Certum autem est, non reddi rationem in sepulchro. Denique Henricus Stephanus in suo magno thesauro in gratiam Beza: (vt videtur) dicit posse accipi pro sepulchro vocem *ᾗδης*, sed nullum inuenire potuit auctorē, qui ita loquutus fuisset, cum tamen multos citauerit pro significatione inferni.

IAM verò nomen Hebræum, quod habetur passim in Testamento veteri, est, *שְׁאוֹל* *sheol*, quod verbum contēdit Beza vbiçunque accipi pro sepulchro, sed falsum est.

Nam significat voraginem; & ordinariè accipitur pro loco animarum subterraneo, & vel larò, vel nunquam pro sepulchro. Et probò primò ex illo Genesis 37. *Descendam lugens ad Filium meum in infernum.* Vbi vox est *שְׁאוֹל* *sheol*, & non potest accipi pro sepulchro, quia dicit, se iturum ad Filium suū, quem putabat mortuum, & deuoratum à feris, & proinde caruisse sepulchro.

ITEM Numeri 16. *Descenderunt viuentes in infernum operi humo.* Quæ verba de loco damnatorum intelligit Epiphanius in Ancorato, longè à medio. Hieronymus in cap. 4. ad Ephesios, & Beda in cap. 16. Numer. Et certè Epiphanius & Hieronymus doctissimi erant Hebræicè, & eo loco verbum est *שְׁאוֹל* *sheol*.

ITEM Psalmo 138. *Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.* Vbi opponuntur terræ superficie, vbi tunc erat Dauid, duo loca distantissima, altissimum cæli, & profundissimum inferni. Sepulchrum autem non abest à terræ superficie duobus palmis. Sæpe etiam supra terram exstant marmorea sepulchra.

ITEM Isaia 14. dicitur Regi Babylonis, & in eius figura dicitur Diabolo. *Dixisti, in cælum conscendam, &c. verumtamen vsque ad infernum detraberis, in profundum lacu.* Vbi quatenus agitur de Diabolo, non potest infernus significare sepulchrum, quia Diabolus non est in sepulchro, vt notum est: quatenus agitur de Rege Babylonis, non potest etiam significari sepulchrum, & quia periret antithesis, & quia ibidem dicitur Rex ille cariturus sepulchro.

HVC accedit consensus ferè omnium illorum, qui de hac re iudicare poterant. Nam LXXII. seniores *שְׁאוֹל* *sheol*, vbiçunque vterentur, *שְׁאוֹל* nusquam *שְׁאוֹל*. Hieronymus vbiçunque vertit infernum, nusquam sepulchrum. Chaldaus vertit *גְּהֵנְמוֹם* *Gehinnom*, gehennam. Rabbi Dauid in Psal. 8. in illud: *Conuertantur impij in infernum.* Et idem Rabbi Dauid & Rabbi Abenezra in illud Psal. 138. *Si descendero in infernum, ades.* & Rabbi Leui in cap. 15. Proverbiorum, & 26. libri Iob, exponunt per *שְׁאוֹל* *sheol* locum animarum subterraneum.

CONFIRMATVR item hoc idem ex ipso Caluino præceptore Beza: is enim in psychopannychia dicit, *שְׁאוֹל* *sheol* interdum accipi pro sepulchro, sed vt plurimum pro statu damnatorum.

QUID, quod Beza se ipse pulcherrimè refutat? scripsit enim duos libros, qui in eodem volumine compinguntur, vnus contra Sebastianum Castellionem, de sua & illius versione Testamenti noui: alterum contra Brentium, de omnipræsentia carnis Christi, in 1. lib. tractans illum locum Actorum 2. *Non derelinques animam meam in inferno,* dicit, in meridie cæcutire, qui non intelligunt per infernum sepulchrum.

ET cum ei obiiceretur locus ille Luc. 16. de diuite & Lazaro, contēdit ibi etiam per infernum significari sepulchrum. Et cum Christus dicit, diuitem illum fuisse in tormentis, exponit Beza Christum figuratè esse loquutum, quasi constitueret nobis diuitis sepulchrum in medijs flammis, in quo non tam cadauer, quàm viuus homo contineretur, cum tamen vera nihil in eo sepulchro præter corpus inanime fuerit, & de alio loco, quàm de sepulchro scripturas exponere, dicit esse orcum, & herebum cum Poëtarum fabulis fingere.

AT in lib. contra Brentium assumit iam contrariam personam, & dicit eos in meridie cæcutire, qui ex historia Lazari & diuitis Lucæ 16. non deducunt verum locum inferorum, vbi damnati torqueantur. Et ibidem defendit Bullingerum, qui ex loco Num. 16. probauerat, inferos esse vera loca subterranea, cum tamen ibi sit vox *שְׁאוֹל* *sheol*. Item ibidem profert locum Psal. 138. *Si descendero in infernum, ades,* ad probandum inferos contra Brentium, & tamen ibi etiam est *שְׁאוֹל* *sheol*.

DENIQUE non minus acriter pugnat per inferos

R

corporalibus, localibus & subterraneis, vt Brentio contradicatur, quam alibi pugnat, vt veros & locales inferos dedit, vt in sepulchra conuertat, vt nobis refutat.

SECUNDO, probro esse inferos præter sepulchra, ex nomine abyssi. Nam Luc. 8. Dæmones rogabant Christum, ne mitteret eos in abyssum. Certum est, abyssum esse profundam voraginem, & proinde infra terræ superficiem. Item, certum est, non esse sepulchrum, nec enim Dæmonibus parantur sepulchra. Denique certum est, abyssum non esse aliquid spirituale, vt vult Brentius, vbique diffusum. Non enim Dæmones petiissent non mitti in abyssum. Quid ergo restat, nisi vt abyssus sit profundissima vorago subterranea?

TERTIO, probro ex Apocalypsi 5. vbi legimus, non fuisse inuentos, qui soluerent librum, Nec in celo, nec in terra, nec sub terram. Et infra: Dixerunt laudem Deo omnes creature in celo, in terra, & sub terram. Et Philip. 2. Vt in nomine IESV omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. In quibus locis vox, & scriptura, nihil aliud significat, quam subterraneorum. At certe non sunt cadauera sepulchrorum, quæ nõ poterant aperire librum, vel quæ Deum laudant, & in nomine IESV flectunt genua; igitur spiritus sunt, qui dicuntur subterranei, eò quod in locis subterraneis degant.

QUARTO, probro ex Patribus. Irenæus lib. 5. cap. 31. dicit Christum descendisse ad inferiora terræ, vbi erant animæ. Tertullianus in apolog. cap. 45. vocat infernum, arcani ignis subterraneum thesaurum. Cyrillus lib. de recta fide ad Theodosium, vocat infernum, vbi erant animæ, subterraneam speciem. Ambrosius lib. 2. contra Gentes: Audetis, inquit, videre nos cum gehennas dicimus, & inextinguibiles quosdam ignes, &c. Et infra, de Platone sic ait: Non est absone suspicatus, iaci eas animas in flumina torrentia flammarum globis, & canosis voraginibus terra. Ambrosius in cap. 4. ad Ephesios, dicit, Christum vt mortuis prædicaret in inferno, in cor terræ descendisse. Idem habet Nyssen oratione prima de resurrectione Domini. Hieronymus in cap. 14. Isaia. Dicimus, inquit, quod infernus sub terra sit. Augustinus lib. 2. retractationum, cap. 24. De inferis, inquit, magia mihi videor dicere debuisse, quod sub terris sint, quam rationem reddere, cur sub terris esse credantur sine dicantur, quasi non ita sit. Gregorius lib. 4. dialog. cap. 42. Beda lib. 3. in Iob cap. 7. Primasius in cap. 7. Apocal. & Damascenus lib. 3. cap. vlt. infernum sub terra esse definiunt.

ACCEDAT postremo etiam naturalis ratio: siquidem consentaneum est rationi, vt locus dæmonum & hominum impiorum ac reprobatorum longissimè distet ab eo loco, in quo Angelos ac beatos homines perpetuo futuros non dubitamus. Locus autem beatorum (etiam aduersariorum testimonio) cælum est: à cælo verò nihil abest longius, quam terra centrum.

CAPVT VNDECIMUM.

Animas piorum non fuisse in celo ante

CHRISTI Ascensionem.

QUANTVM ad secundum, quod animæ piorum non fuerint in celo ante Christi Ascensionem, probatur primo, quia est ea sententia prorsus inaudita in Ecclesia Dei. Id quod sanè deberet sufficere ad refutationem. Præterea Genes. 3. Jacob ait: Descendam ad solum meum in infernum. Pius erat Jacob, pius etiam Ioseph: & tamen vtrumque non ascendisse ad cælum, sed ad inferos descendisse, Scriptura significat. Item Luc. 16. diues in inferno cum esset, vidit à longe animam Lazari in sinu Abraham, & audiuit inter loca ipsorum magnum hiatum esse, id enim significat, quod ex quo apparet, nihil solidi fuisse interiectum inter locum damnatorum & sinum Abraham, sed vtraque animas in eadem voragine fuisse, licet multum inter se distantes. Item lib. 1. Regum, cap. 28. anima Samuelis apprensit

A Sauli de terra ascendere visu est.

ET quamuis non desint qui negent, illam fuisse veram animam Samuelis, tamen opinio contraria & communior & probabilior & tuor est. Id enim docent Iosephus lib. 6. antiq. cap. 15. Iustinus Dialogo cum Tryphone. Basilius epist. 80. ad Eustachium, Ambrosius, in 1. cap. Luca. Hieronymus in 7. Isaia. Augustinus de cura pro mortuis, cap. 15. Et recentiores, Lyranus, Abulensis, Dionysius Carthusianus, & Caieranus in eum locum. Et deducitur satis apertè ex textu diuinæ Scripturæ; Cùm vidisset, inquit, mulier Samuellem. Item, Dixit Samuel ad Saul. Intellexit ergo Saul, quod Samuel esset. Certè non diceret Scriptura, Intellexit, sed putauit, vel cogitauit, si non esset verum.

PRÆTEREA in Eccles. cap. 46. ponitur in laudibus Samuelis, quod mortuus prophetauerit, & annunciauerit Regi, quæ ventura erant. At quæ laus esset Samuelis, si non ipse, sed dæmon aliquis in eius forma apparens futura prædixisset? At incredibile videtur, animam tanti Prophetæ subiectam fuisse incantationibus Pythonissæ. Id quidem est verum, atque idcirco apparitio Samuelis prauent incantationem & eius effectum. Id quod intelligi potest ex perturbatione mulieris, quæ turbata est, cùm vidit Samuelem apparuisse, antequam euocaretur.

PRÆTEREA idem patet ex 1. Pet. 3. Ita qui in carcere erant spiritibus prædicauit, qui increduli fuerunt aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë: cùm fabricaretur arca. Hic dicuntur animæ in carcere fuisse, non ergo erant in celo, nam ridiculum est dicere animas in celo, tanquam in carcere inclusas fuisse, cùm cælum sedes Dei sit.

NEQUE obstat, quod videtur hic agi de spiritibus impiorum. Nam Caluinus admittit agi de spiritibus iustorum. Sed de hoc loco paulò post agemus.

ITEM Zachar. 9. Tu autem in sanguine Testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Quem locum Hieronymus & Rupertus in commentario exponunt de descensu Christi ad inferos. Et sanè conuincitur hinc, animas Sanctorum ante Christi mortem non fuisse in celo, vt Caluinus, & Beza volunt, nec enim cælum per lacum significari potest, aut ex celo Dominus Sanctos suos eduxit, aut in celo vlli sunt vincti.

QUOD autem Caluinus dicit lib. 2. institutionum cap. 16. §. 9. à Zacharia vocari lacum sine aqua, profunditatem Babylonicæ captiuitatis, vnde liberati fuerunt Iudæi, nullam habet probabilitatem. Nam in verbis præcedentibus ponitur vaticinium de Christo: Exulta filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi, &c. Quod Evangelistæ de Christi ingressu in Hierosolimam exposuerunt, Matthæus ca. 21. & Ioannes cap. 12. inde fit apostrophe ad ipsum Christum, & tu in sanguine Testamenti. Quomodo ergo ista cohereret, si de captiuitate Babylonica ageretur? & præterea in quo sanguine Testamenti liberati sunt Iudæi de Babylone?

DENIQUE patres communi consensu hoc docent. Irenæus lib. 5. cap. 31. Tertullianus lib. 4. in Marcio. Origenes in cap. 5. ad Rom. Cyrillus catech. 4. Cyrillus alter de recta fide ad Reginas, in fine locorum ex Marth. Hilarius lib. 10. de Trinitate. Basilius in Psal. 48. Athanasius in Epistola ad Epictetum. Epiphanius hæresi 46. Ambrosius lib. 3. de fide, cap. 3. Hieronymus in cap. 9. Zachar. in tertium Ecclesiastæ. Primasius in c. 5. Apocalyp. Gregorius lib. 13. moral. cap. 21. Concilium Tolætanum III. cap. 1. Denique Augustinus, etsi in epist. 99. ambigere videatur, an sinus Abraham, vbi erant animæ Patrum olim, in inferno esset, an alibi: tamen lib. 20. de ciuitate Dei cap. 15. affirmat in inferno fuisse, vt cæteri omnes Patres semper docuerunt, quorum verba in sequenti capite referemus.

CAPVT XII. CHRISTVM ad inferos descendisse verè, ostenditur ex Scripturis.

QUANTVM ad Tertium, probro ex Scripturis, Christum verè descendisse ad inferos. Primus locus, qui tamen non conuincit, sed probabiliter suadet, habetur in illis verbis Psalmi 107. Contriuuit portas areas, & velles ferreos confregit. Hunc enim locum intelligunt de descensu ad inferos, Hilarius in Psal. 138. Ambrosius lib. de mysterio Paschæ, & alij, sed in sensu mystico. Nam ad literam certum est tractari de liberatione ab Ægypto.

SECUNDVS locus est Ecclesiastici 24. vbi sic loquitur sapientia Dei: Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Hic locus non conuincit hæreticos, tum quia ipsi non recipiunt hunc librum, tum etiam, quia hæc verba desunt in Græco textu, tamen apud Catholicos suam habet auctoritatem.

TERTIVS locus adducitur ex illo Matth. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ. Caluinus in psychopannychia vult, ventrem ceti fuisse figuram mortis, quæ Christum triduo detinuit. At Christus dicit, ventrem ceti similem fuisse cordi terræ. Cor terræ, non est mors, sed locus aliquis sub terram.

ALII dicunt, sepulchrum appellari cor terræ, sed repugnat similitudo. Nam cor est in profundissimo loco animalis: sepulchrum autem est prope superficiem terræ, & Christi sepulchrum videtur fuisse supra terram: erat enim monumentum excisum in lapide supra terram exstans. Item: Sicut Ionas fuit viuus in ventre ceti, ita aliquid viuum debuit esse in corde terræ, at in sepulchro fuit corpus mortuum, non igitur cor terræ est sepulchrum, sed infernus sepulchro multò profundior, vbi Christi anima viuens triduo commorata est.

PRÆTEREA, Hieronymus in cap. 2. Ionæ: Sicut cor, inquit, in medio est animalis, ita infernus in medio terræ esse perhibetur. Eodem modo huic locum explicat Irenæus lib. 5. cap. 31. Tertullianus libro de anima, cap. 31. Nyssen oratione prima de resurrectione. Ambrosius in cap. 4. ad Ephes.

QUARTVS locus est Act. 2. Non relinques animam meam in inferno. Beza vertit. Non relinques cadauer meum in sepulchro. Et in defensione huius versionis contra Sebastianum Castallionem: Hic, inquit, agi de corpore, & de sepulchro nemo dubitare potest, nisi quis velit meridie caecitare. Et paulò antè causam reddens, cur ita mutauerit animam in cadauer, & infernum in sepulchrum: Non temerè feci, inquit, cùm hunc præcipuè locum à Papisitis torqueri ad suū limbū constituendū videamus, & veteres etiam inde descensum illi animæ Christi ad inferos excogitauerint.

VIDETVR Beza placuisse decretum Rabbiorum, quod refertur à Rabbi Salomone in cap. 21. libri secundi Regum, bonum esse mutare aliquid de lege, vt Deus publicè sanctificetur. At nos habemus in primis verborum proprietatem. Nam in textu Græco Actor. 2. ψυχὴ non nisi animam propriè significat, & ᾗδης infernum propriè designat, & hoc probatione non eget, consulantur omnia dictionaria.

RESPONDET Beza, licet ψυχὴ animam propriè significet, tamè accipi etiam posse pro corpore, tribus modis.

PRIMO, quia anima accipitur pro vita: vita autem, corporis respectu videtur obruta sepulchro non minus quam corpus.

SECUNDO, quia ex anima potest intelligi totum, & idem est dicere, non derelinques animam meam, & non derelinques me. Rursus ex toto potest intelligi pars, & ita idem erit dicere, non derelinques me, & non derelinques cadauer meum.

TERTIO, quia ψυχή Græcum & (נפש Nephesh) Hebraicum idem significat. Porro (נפש Nephesh) inuenitur in Scriptura acceptum pro cadauere Leuit. 21. v. primo & 11. vbi legimus, Super animam non contumelietur; prohibet lex tangi cadauera, & ea animas appellat.

SED istæ argutæ nihil valent, nam etiam si posset pro anima intelligi corpus, non tamen propterea contumeliosè probatum esset, hoc loco ita exponendum esse. Præterea hic distinguitur anima à carne, cùm dicitur paulò infra, nec anima eius derelicta est in inferno, nec caro eius vidit corruptionem, sic enim habetur in Græco, ergo non potest hoc loco, anima accipi pro carne.

PRÆTEREA vox ᾗδης (vt supra ostendimus) significat semper infernum, nunquam sepulchrum, at corpus Christi non fuit in inferno, ergo anima ibi fuit. Præterea de animo & inferno exponunt, Ambrosius sermone septuagesimo quarto, de martyribus. Hieronymus in Psal. 15. Augustinus Epistol. 99. ad Euodium. Beda in secundum cap. Actor. & alij.

AD Primam rationem Beza, respondeo, licet anima possit accipi pro vita, quia dat vitam corpori, tamen nunquam accipi pro cadauere, cū in cadauere sit priuatio vitæ. Nec possumus dicere vitæ esse in sepulchro, cū ibi sit corpus sine vita, nec enim contraria simul poni debent.

AD Secundam dico, Grammaticam non admittere illam dialecticam ratiocinationem, pars accipitur pro toto, & totum pro parte; ergo pars pro parte. Nam vocabula sunt ad placitum, & ab vsu loquætionum pendunt; vsus autem admittit synecdochè, qua ponimus partem pro toto, & contrà, sed non admittit partem pro parte. Quis enim ferret, si diceremus hominè pedibus videre, quia pes potest poni pro homine, & homo pro oculo?

AD tertiam dico, multum inter נפש Nephesh, & ψυχὴ interesse. Nam נפש Nephesh, est generalissima vox & significat sine ylio tropo tam animam, quam animal, immò etiam corpus, vt patet ex plurimis Scripturæ locis. Vnde etiam ferè semper adiungitur cum substantiuo, Nephesh, adiectiuum (viuum) quod est proprium totius compositi. Genes. 1. Producat aqua reptum animam viuentis. Ibidem. Producat terra animam viuentem. Ibidem. Factus est in animam viuentem. Quibus in locis frustra adderetur adiectiuum, viuens, nisi vox Hebræa נפש Nephesh quam interpres verit animam, significaret aliquid indifferens ad viuum & non viuum. Quare Numerorum 23. dicit Balaam: Aioratur anima mea à morte iustorum. Et Numer. 31. dicuntur omnes animæ: sexus foemine ex præda Madian fuisse triginta duo millia.

PORRO anima humana, nec mori potest, nec se-xum habet. Proinde in illis locis anima nõ alteram partem hominis, sed totum hominem, aut certè ipsum corpus significat. Item Genes. 37. Non interficiamur animam eius. Vbi anima nec pro anima propriè dicta, nec pro homine per tropum (nam repugnat pronomen eius) sed pro ipsa carne propriè accipitur. Numer. 19. cadauer, vocatur morticinium animæ hominis.

AT Græcum ψυχή, vt Latinum, anima, non est tam generale, vt sine tropo possit accipi pro toto animali. Itaq; in Leuitico non ponitur pars pro parte, id est, anima pro corpore, sed vocabulum, quod ipsum corpus significare solet, aut certè ponitur totum pro parte, id est, viuens pro corpore. At Actor. 2. ponitur ψυχή, quæ animam solam significat.

PRÆTEREA etiã nephesh, quado opponitur carni, non potest sumi pro carne, vt Leuit. 17. Anima carnis in sanguine est. Hic autem anima opponitur carni, cū dicitur, neque anima relicta est in inferno, neq; caro vidit corruptionem, ergo hoc loco nullo modo tolerari potest Beza interpretatio, qui pro anima cadauer intelligi vult.

QUINTVS locus est Rom. 10. Ne diuis in corde tuo, Quis descendet in abyssum, id est, Christum à mortuis reuo-

care? Ergo Christus post mortem fuit in abyſſo. Non poteſt autem nomine abyſſi intelligi ſtatus damnatorum, nam in illo ſecundum Caluinum fuit Chriſtus ad huc viuens, hic autem agitur de loco, vbi erat ſolum cum eſſet mortuus. Neque poteſt intelligi ſepulchrum; nam abyſſus profundiffimam voraginem ſignificat, qualis non eſt ſepulchrum.

PRAETEREA facile erat in ſepulchrum deſcendere, at hic ponitur tanquam res homini viuenti impoſſibilis, deſcendere in abyſſum. Denique opponitur hoc loco abyſſus caelo, tanquam terrae ſuperficiſ ſit media inter abyſſum & caelum; nam praedicat: *Quis aſcendet in caelum, id eſt, Chriſtum deducere.* Et continuo ſequitur per antithetiſm: *Quis deſcendet in abyſſum, id eſt, Chriſtum a mortuis reuocare.* Fuit igitur Chriſtus poſt mortem, & ante reſurrectionem in abyſſo, quae longiſſimè abeſt à caelo, id eſt, in profundiffimis terrae partibus.

SEXVS locus eſt ad Ephel. 4. *Qui aſcendit, ipſe eſt, & qui deſcendit in inferiores partes terrae.*

AD hoc reſponder Beza in annotatione in hunc locum, inferiores partes terrae eſſe ſepulchrum. Auguſtinus Marloratus intelligit deſcentum in hanc terram, quaſi dictum eſſet, deſcendit in hanc imam terram.

AT nos habemus imprimis Hieronymum, Ambroſium, Chryſoſtomum, & Theophylactum, qui exponunt de inferno, infra quem nihil eſt.

SECUNDO habemus verborum proprietatem. Nam inferior pars terrae non ſignificat totam terram, ſed vnam partem, eamque aliis inferiorem. non ergo ſignificat terrae ſuperficiem, quae eſt pars ſuperior; nec etiam ſepulchrum Chriſti, quod etiam ſupra terram fuit.

TERCIO pro nobis facit id quod ſequitur, *vt adimpleret omnia*; voluit enim Chriſtus deſcendere vſque ad verum infernum, ſicut deſcenderat in terras, vt praefens viſitaret omnes partes regni ſui, quod tripartitum eſt, iuxta illud Philipp. 2. *Vt in nomine IESV omne genu ſclectatur caeleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Vbi Graecè, vt ſupra monuimus, eſt *καταχθονών*, id eſt, ſubterraneorum, qua voce non poſſunt intelligi cadauera, quae ſunt in ſepulchris, illa enim etſi ſubterranea ſunt, tamen non poſſunt in nomine IESV genua ſclectere, hoc eſt, honorem illi praefare. Sunt ergo in locis ſubterraneis aliqui ſpiritus, qui Chriſto reuerentiam exhibere debent, & ad eum locum Chriſtus deſcendit, vt ſe totius mundi Regem ac Dominum declararet.

CAPVT XIII.

Explicatur locus obſcuriſſimus ex Epiſtola

1. S. Petri cap. 3. & 4.

AD ea Scripturae teſtimonia, quibus probatur deſcentus Chriſti ad inferos, pertinet etiam locus ille S. Petri: *Chriſtus ſcmeti pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis, vt nos efferret Deo: mortificatus quidem carne, viuificatus autem ſpiritu, in quo & his qui in carcere erant ſpiribus veniens praedicauit, qui increduli fuerant aliquando; quando expeſtabant Dei patientiam in diebus Noë.* 1. Petri 3. Cui loco videtur iungendus alius ex cap. 4. *Ideo & mortuus praedicatum eſt Euangelium, vt indicentur quidem ſecundum hominem in carne, viuant autem ſecundum Deum in ſpiritu.* Vt autem hic locus, qui ſemper obſcuriſſimus habitus eſt, intelligatur, tres expoſitiones diſcutiendae ſunt.

PRIMA expoſitio eſt ſancti Auguſtini Epiſto. 99. ad Euodium, quem ſequitur Beda. Sic Auguſtinus exponit, vt per ſpiritus in carcere conſtitutos intelligat homines qui erant tempore Noë, quorum animae erant in corpore mortali tamquam in carcere; eſt enim corpus tanquam carcer animae; ac dicit Chriſtum non ſecundum humanitatem, quam nondum aſſumpſerat, ſed ſecundum Deitatem praedicaffe per internam inſpirationem, aut per linguam Noë illis hominibus, qui tamen increduli fuerunt.

Itaque non vult Auguſt. hunc locum ad inferos pertinere.

HANC expoſitionem non reſutarem, ſi ipſi Auguſtino placeret omnino; ſed ipſemet fateatur ſe hunc locum non intellexiſſe, & rogat, vt quaeratur ratio, quomodo poſſit hic locus ad inferos pertinere.

IPSO igitur non ſolum permittente, ſed etiam cupiente Auguſtino, hanc expoſitionem primam breuiter reſellemus. Primo non placet haec ſententia, quia communis Patrum eſt in contrarium. Nam Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum ante medium. Athanaſius Epiſt. ad Epiſceterum, & libro de incarnatione, qui incipit, *Mos py hominis.* Epiphanius haereſi 77. Cyrillus lib. de recta fide ad Theodoſium, & lib. 12. in Ioannem cap. 36. Hilarius in Pſalm. 118. in illud: *Deſecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes, Quando conſolaberis me?* Ambroſius in cap. 10. ad Romanos. Ruſſinus in expoſitione Symboli. Oecumenius in hunc locum Petri, exponunt de deſcentu Chriſti ad inferos, vbi ſpiritus deſunctorum degere exiſtimabant.

PRAETEREA Iuſtinus in Dialogo cum Tryphone, & Irenaeus lib. 3. cap. 23. citant verba quaedam Iſaiae, quae modo non inueniuntur, ſimilima iſtis verbis ſancti Petri, vt credible ſit inde ſanctum Petrum accepſiſſe. Sunt autem haec verba: *Commemoratus eſt Dominus ſanctus Iſrael mortuorum ſuorum, qui dormierant in terra ſepulchrorum, & deſcendit ad eos Euangelizare ſalutem, quae eſt ab eo, vt ſaluaret eos.*

SECUNDO, non probatur ea ſententia, quia dicitur Chriſtus proſectus ſpiritu ad praedicandum ſpiribus. Id enim reſert illud, *in quo*, nimirum ſpiritu veniens, &c. at ſpiritus, qui hic diſtinguitur contra carnem, non videtur poſſe ſignificare aliud, quam animam, non ergo ſola diuinitate, ſed etiam anima Dominus ad praedicandum ſpiribus proſectus eſt.

SANCTVS Auguſtinus ex hac ipſa ratione dicit ſe moueri ad hoc, vt non intelligat per hunc ſpiritum animam Chriſti. Nam cum dicitur *viuificatus autem ſpiritu* ſi ſpiritus ſignificaret animam, ſequeretur aliquando animam Chriſti mortuam fuiſſe, nihil enim viuificatur, niſi quod mortuum eſt. Vult igitur ipſe ſenſum eſſe, Chriſtum mortificatum fuiſſe carne, quia ſecundum carnem mortuus eſt, & viuificatum ſpiritu, quia virtute ſpiritus Dei excitatus eſt à mortuis.

SED haec ratio non concludit; nam in Scriptura paſſim dicitur viuificari id quod non occiditur. 1. Reg. 27. *Vrum, & mulierem non viuificabat David,* id eſt, non relinquebat viuum. & 2. Reg. 8. dicitur *David extendiſſe duos funiculos ſuper Moab, vnum ad occidentum, vnum ad viuificandum,* id eſt, deſignuiſſe quot ex Moabitibus vellet occidi, quot ſeruari. Et Act. 7. *Afflixu Patres noſtros, vt exponerent infantes ſuos, ne viuificarentur,* id eſt, vt non viuarent, ſed occiderentur ad vnum omnes. Vult ergo ſanctus Petrus dicere, Chriſtum carne mortificatum; ſpiritu viuificatum in paſſione, quia caro mortua manſit, anima verò non potuit occidi, ſed manſit viuua, & operans, ad triumphans de inferno.

TERCIO, non placet ea ſententia, quia illud: *Veniens praedicauit*, ſi de anima intelligatur, proprie accipi poterit. verè enim venit ad locum, vbi non erat. at ſi de diuinitate, non poteſt accipi, niſi improprie. Praeterea verbu in Graeco eſt *ωραβας*, id eſt, proſectus, quod idem repetitur paulò infra, cum dicitur, proſectus in caelum, &c. at in hoc ſecundo loco accipitur proprie, ergo & in primo.

QUARTO, quia per ſpiritus, qui in carcere erant, non videtur poſſe intelligi homines viuentes, niſi de induſtria ſanctus Petrus affectauerit proprietatem, & obſcuritatem; at certè quando habemus ſenſum proprium & facilem, non licet fingere tropos. Adde quod cap. 4. de iſdem loquens Petrus dicit: *Ideo enim & mortuus praedicatum eſt Euangelium.*

ET LICET Auguſtinus per mortuos intelligi velit mortuos in peccatis, qui tamen viuant in corporibus, tamen videtur obſtare praecedens ſententia, nam dicit: *Reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos, ideo enim & mortuus praedicatum eſt.* At cum dicimus Chriſtum eſſe iudicem viuorum & mortuorum, intelligimus ad literam, quòd indicabit eos, qui viuunt, & eos qui mortui ſunt verè, & proprie, vt idem Auguſtinus docet in Enchiridio, cap. 55. Igitur veris mortuis Chriſtus praedicauit, id eſt, ad veros inferos deſcendit.

QUINTO, ſi hic locus intelligatur de praedicatione facta in diebus Noë, non apparet quorſum hic ſit inſerta iſta narratio. Quomodo enim iſta cohaerent, Chriſtus in paſſione ſua carne mortuus eſt, ſpiritu viuus manſit, ideo Deus olim praedicauit hominibus per Noë? At ſi intelligamus de deſcentu ad inferos, omnia cohaerent. Nam volens Petrus offendere Chriſtum in paſſione, & morte manſiſſe viuum, quoad animam, probat, quia illo tempore anima eius proſecta eſt in infernum, & praedicauit ſpiribus in carcere conſiſis.

SED obiicit Auguſtinus, quia non videtur ratio, cur praedicauerit ſolum iis, qui increduli fuerunt tempore Noë, cum tam multi alij eſſent in inferno. Item, quia videtur abſurdum valde, quòd Chriſtus praedicauerit in inferno. Videtur enim inde ſequi, vt debeat etiam in inferno conſtitui Eccleſia, vbi conuertantur, & reconcilientur animae.

Id autem abſurdum ſequi ex noſtra ſententia, probat Auguſtinus, quia ſinus Abrahae, vbi erant omnes iuſti, non videtur fuiſſe in inferno, ſed ab inferno remotiſſimus, cum eſſet chaos magnum inter diuitem inferni colonium, & Lazarum habitatorem ſinus Abrahae, ergo ſi hic locus de deſcentu ad inferos intelligitur, Chriſtus ſolis peccatoribus praedicauit: non praedicauit fruſtra, nec ſine fruſtu, ergo aliquos couertit. At hoc nullo modo eſt afferendum, ergo praefat hunc locum non intelligere de deſcentu ad inferos. Et haec eſt potiſſima difficultas quae Auguſtinum à communi ſententia recedere coegit. Timuit enim, ne cogeretur admittere conuerſionem, & reconciliationem ſpiritus damnatorum.

RESPONDEO, Primam obiectionem poſſe retorqueri. Nam etiam non apparet ratio, cur dicat Petrus, Chriſtum in diebus Noë praedicaffe potius, quam in diebus Abrahae, & aliorum Patriarcharum, vel etiam aliorum omnium hominum.

DICO praeterea, Chriſtum praedicaffe in inferno omnibus bonis ſpiribus, ſed nominatim fuiſſe expreſſos illos, qui fuerunt in diebus Noë increduli, quia de illis erat maius dubium, an eſſent ſalui nec ne, cum puniti fuerint à Deo, & ſubmerſi aquis diluuij. Indicat ergo hic Petrus etiam ex illis incredulis fuiſſe aliquos, qui etiam in fine vitae poenitentiam egerint, & licet quantum ad corpus perierint, tamen quantum ad animam ſalui fuerint, quod etiam Hieronymus docet in quaſtionibus Hebraicis in Genef. tractans illud cap. 6. *Non permabit ſpiritus meus in homine, &c.* Vbi dicit Deum puniſſe multos eorum temporaliter aquis diluuij, ne deberet eos punire in gehenna in aeternum. Et hunc etiam ſenſum videtur facere illa verba cap. 4. *Ideo mortuus praedicatum eſt Euangelium, vt indicentur quidem ſecundum homines in carne, viuant autem ſecundum Deum ſpiritu,* id eſt, vt ſecundum homines exterius iudicentur carne, id eſt, damnati exiſtenterum humano iudicio, quia corpora eorum aquis necata fuerunt, tamen viuant ſpiritu ſecundum Deum, id eſt, animae eorum ſaluae ſint apud Deum.

AD Secundam dico, ipſum Auguſtinum poſtea cognouiſſe ſinum Abrahae fuiſſe in inferno, vt patet ex tractatu in Pſalm. 85. & lib. 20. de ciuitate Dei cap. 15. quae ſententia eſt omnium Patrum, & totius Eccleſiae.

DICO igitur, praedicationem Chriſti in inferno non

fuiſſe ad conuertendos infideles, ſed fuiſſe ſolum ad annunciationem gaudij magni piis animabus: quibus annunciauit completam eſſe redemptionem, vt intelligerent ſe iam inde liberandas, & tempore ſuo etiam corpora recepturas. Atque haec de expoſitione ſancti Auguſtini, quam reſutauimus, ſequuti mentem eius, non verba.

SECUNDA expoſitio eſt Beza in annotationibus ad eum locum, vbi ſic exponit, *Chriſtus in ſpiritu, id eſt, diuinitate, veniens praedicauit ſpiribus in carcere*, id eſt, ſpiribus qui nunc ſunt in carcere inferni, ſed tunc quando eis praedicabatur, non in carcere, ſed in corpore erant, quando videlicet fiebat arca Noë. Hanc expoſitionem ita iactat Beza in deſenſione ſua verſionis contra Caſtalionem, vt propter illam dicat ſibi coram, & per literas à multis gratias actas.

AT haec non diſfert ab illa ſancti Auguſtini, niſi in tribus. Primo quòd Auguſtinus ſuam proponit vt dubiam, & quae teneatur donec melior, non inuenitur: Beza ſuam vult eſſe certiffimam.

SECUNDO, quod Auguſtinus ſeruat textum, vt inuenit à maioribus ſcriptum; Beza pro ſua audacia mutat, & vbi nos habemus, qui in carcere erant, ipſe vult legi, qui in carcere ſunt. Et licet in Graeco nullum ſit verbum, tamen omnes Latini haec tenus legerunt, *erant*; & Graeci, quos citauimus, exponunt, *erant*; non autem, *ſunt*. Siquidem eos volunt à Chriſto liberatos de carcere; non potuit autem verè dici tempore Petri de illis ſpiribus, eos tunc in carcere fuiſſe.

TERCIO, quod Auguſtinus per carcerem intellexit corpus mortale, Beza intelligit infernum, id quod pro nobis eſt. Itaque ſententia Bezae, quatenus diſfert ab illa ſancti Auguſtini, non eger reſutatione, quia pro nobis eſt, quatenus cum illa conuenit, iam reſutata eſt.

ARGUMENTA quoque ipſius, ex dictis omnia facile ſoluuntur. Primum obiicit, quia dicitur Chriſtus in ſpiritu veniſſe. Reſpondeo, iam oſtendimus, hoc loco ſpiritum ſignificare animam.

SECUNDO, quia tantum ſit mentio incredulorum, quibus nihil profuiſſet deſcentus ad inferos. Reſpondeo, iam diximus, illos quondam incredulos fuiſſe, ſed poſtea conuerſos ad Deum & piè mortuos.

TERCIO obiicit, quia nihil hic dicitur de liberatione animarum. Reſpondeo, praedicationem Chriſti nihil fuiſſe aliud, quam nuncium liberationis.

QUARTO obiicit, abſurdum eſſe mortuis praedicare, qui non poſſunt coverti. Reſpondeo, non eſſe praedicatū, vt conuerterentur impij, ſed vt gauderent animae piorū.

TERCIA expoſitio eſt Caluini lib. 2. inſtitut. cap. 16. §. 9. & in pſychopannichia, vbi dicit, ex ſententia Petri Chriſtum praedicaffe ſpiribus deſunctorum & bonis & malis, non quod ad eos venerit per animae praefentiam, ſed quod effecerit, vt ſentirent effectū paſſionis & mortis ſuae, & boni quidè gaudiū reciperet, mali maerorem.

ET quia poterat aliquis dicere, quomodo animae piorum dicantur eſſe in carcere, cum per Caluinum ſemper fuerint in caelo? Reſpondet *(in carcere)* debuiffe verti, in ſpeculānam vox Graeca *φυλακή*, ſignificat tam carcerem, quam etiam vigiliam, obſeruationem, excubias. Itaque animae piorum dicuntur fuiſſe in ſpecula, quia erant in continua expectatione paſſionis Chriſti.

ADDET praeterea, poſſe etiam dici eas fuiſſe in carcere, quia veluti ſub nube, & vmbra eminus lucem proſpiciebant, ita vt illa expectatio carcer dici poſſet.

HANC explicationem dicit Caluinus talem eſſe, vt plane conſidat ſe eam bonis omnibus perſuaſurū. At fallis Propheta fuit; nam ne ſuo quidè vicino, atque additiſſimo ſibi, ac ſucceſſori Bezae perſuaſiſſet. Siquidè Caluinus per ſpiritum intelligit, efficaciam; Beza diuinitatem. Caluinus per carcerem, ſpeculam caeleſtem; Beza cuſtodiam infernalē. Caluinus per *(ſpiritus in carcere)* animas piorū;

Beza animas damnatorum. Caluinus vult, hoc esse factum in morte Christi; Beza tempore Noë. Vel ergo Beza non est vir bonus, vel Caluinus non persuasit omnibus bonis.

SEd his omiffis, expositio Caluini facile refelli potest. Primum enim per spiritum non potest intelligi efficacia, sed anima; tum quia hic distinguitur contra carnem, tanquam contra alteram partem eiusdem compositi; tum etiam quia hic dicitur Christus spiritu profectus predicasse, vbi illud profectus notat mutationem personae de loco ad locum.

SECVNDò falsum est *φολακίον*, significare speculam in eo sensu, quem Caluinus intendit; nam *φολακίον*, proprie custodiam significat, à verbo *φολάω*, quod est custodio, obferuo, &c. & inde traducitur ad significanda omnia, quae ad custodiam & tutelam pertinent, qualia sunt carceres, excubiae, vigiliae, &c. at non potest significare simplicem expectationem, seu vigiliam, quae non referatur ad custodiendum; nec facile inueniet Caluinus aliquod exemplum in bonis auctoribus pro hac specula sua.

QVOD autem dicit, expectationem in umbra posse dici carcerem, ridiculum est. Nam hoc modo nocturno tempore, dum expectamus diem, omnes essemus in carcere: & praeterea animae piorum, etiam si subobscurè prospicerent Christum, tamen multa alia distent certebant, & absolute in lumine erant. Immo verò, quo pacto, Caluini sententia, dici poterant esse in tenebris, vel in carcere, si in caelo erant? quis enim capiat, in caelo esse tenebras & carcerem?

TERTIò, Caluini sententia seipsam destruit, nam ipse duo dicit. Primum, spiritus in carcere esse animas piorum expectantes Christum, & istis Christum annunciaffe gaudium. Secundò, dicit Christum tenuisse sua praedicatione animas impiorum, & hoc significari illis verbis, qui increduli fuerunt aliquando, cum fabricaretur arca. At Petrus de iisdem loquitur, sic enim ait: *Spiritibus qui in carcere erant veniens predicauit, qui increduli fuerunt aliquando, &c.* Et in Graeco est participium *ἀπεθροισι*, inobedientibus seu non credentibus. Oportet igitur in eo carcere fuisse spiritus illos aliquando inobedientes; & si isti sunt spiritus impiorum, oportet necessariò vel spiritus impiorum fuisse in specula caelesti, vel illud *φολακίον*, non speculam, sed carcerem significare.

VLTIMO accedit, quod haec est sententia singularis & contraria omnibus veteribus. Maneat igitur sententia Patrum, quae docet, Christum in carcere inferni sanctis Patribus predicasse.

CAPVT XIII.

Adfertur traditio Patrum de descensu Christi ad inferos.

VNc id ipsum, quod ex Scripturis probauimus, ex Patrum traditione breuiter confirmabimus. Ac primum habemus Symbolum Apostolorum ab haereticis receptum, vbi post expressam sepulturam habetur: *Descendit ad inferos.* Non sunt ergo vnus & idem sepeliri, & descendere ad inferos. Nec potest dici posteriori sententiam esse repetitionem prioris. Nam Symbolum est compendium fidei breuissimum, in quo summum vitium esset aliquid repeti. Nec potest esse posterior sententia explicatio prioris, quia explicaretur notum per ignotum.

PRATER Symbolum, habemus duo Concilia. nam Toletanum III. cap. i. sic ait: *Descendit ad inferos, vt animas, quae illic tenebantur, erueret.* Et Lateranense sub Innocentio III. cap. i. *Descendit, inquit, ad inferos, resurrexit à mortuis, ascendit in caelum, sed descendit in anima, resurrexit in carne, ascendit pariter in caelum.*

PRATER omnes Patres hoc docent. Thaddaeus discipulus Domini apud Eusebium lib. i. hist. cap. vlt. praedicans fidem Christi, inter alia haec dicit: *Descendit ad inferos, & dirupit maceriem, quam in saeculo nemo diruperat, qui descendit quidem solus, ascendit autem cum grandi-*

multitudine. Haec de sepulchro intelligi nequeunt, neque enim corpus in sepulchro dirupit maceriem, nec inde ascendit cum multitudine. Loquitur igitur Thaddaeus de descensu ad inferos, vnde sanctorum Patrum multitudo cum Christo ascendit.

IGNATIUS in epist. ad Trallianos: *Verè, inquit, non hominum opinione crucifixus & mortuus est, videntibus caelestibus, terrenis, & iis qui sub terra deiuebantur.* Item: *Descendit ad inferum solus, regressus autè cum multitudine.*

IUSTINVS in Dialogo cum Tryphone conqueritur à Iudeis abraham testimonium Hierè. vbi dicebatur, *Dominus descendisse ad inferos, vt liberaret mortuos suos.*

IRENAEVS lib. 5. ca. 31. *Dominus, inquit, legem mortuorum seruauit, vt fieret primogenitus à mortuis, & commoratus vsque in diem tertium in inferioribus terra, &c.* Et ne dicant hic agi de sepulchro, subdit: *Cum Dominus in medio umbrae mortis abierit, vbi animae mortuorum erant, &c.*

CLEMENS lib. 6. Stromat. *Predicauit, inquit, iis Dominus, qui erant apud inferos.* At certè corpus in sepulchro non predicauit.

ORIGENES hom. 15. in Genes. *Vnigenitus, inquit, Filius pro salute mundi vsque ad inferna descendit, & inde protoplastum renouauit. Quod enim dicit ad latronem, Hodie mecum eris in paradiso, non hoc illi soli dictum, sed etiam omnibus sanctis dictum intellige, pro quibus in inferna descenderat.* Vide eundem lib. 2. contra Celsum, & lib. 5. in epist. ad Rom.

EUSEBIUS lib. 4. demonst. Euang. cap. 12. *Vsque ad mortem, inquit, atque vsque ad ipsos mortuos, leges caritatis ipsum vocabant, vt eorum quoque, qui antea mortui erant, animas renouaret.*

CYRILLVS Hierosolymitanus catechesi 4. postquàm dixerat de sepultura, subiungit: *Descendit ad inferos, vt & illic iustos liberaret, &c.* Vide etiam catechesim 14.

ATHANASIUS in libro de incarnatione, qui incipit, *Mos py hominis, vltra medium: Credite, inquit, animam interiorem hominem esse, quoniam id è à prima plastatione ostenditur, & à secunda dissolutione monstratur, cum non solum nobis, sed etiam in Christi corpore id pateat, corpore non vltra sepulchrum delato, anima ad inferos penetrante, locis ingeni interuallo discriminatis, sepulchro quidem id quod corporeum erat recipiente, inferno verò id quod incorporeum fuit, &c.* Et infra docet, Christum descendisse ad inferos, vt animas liberaret.

BASILIVS in Psalm. 14. exponens illud: *Myrrha, & gutta, & casta.* itaque, inquit, Christi fragrantiam myrrha quidem spirat propter passionem: *scilicet verò propterea quod non immobilis, neque inefficax, & otiosus mansit tribus noctibus, & descendit ad infernum gratia dispensationis circa resurrectionem, vt vniuersa seipso impleat.* Et infra: *Habes igitur myrrham propter sepulturam, scilicet propter descensum ad inferos.* Et in Psalm. 48. exponens illa verba: *Deus reuocet animam meam de manu inferi: Manifestè, inquit, vaticinatur Domini ad inferos descensum, qui cum aliis etiam ipsius animam redimat, ne illic maneat.*

GREGORIUS Nyssenus oratione prima de resurrectione Christi ante mediū: *Vltis, inquit, aliquid de tridui tempore scire sufficit tantum didicisse, quod cum Dominus, omnipotens sapientia, in tam exiguo temporis spatio fuisse in corde terra, quod est mentis illius (Diaboli) domicilium, magnam illam mentem quae in eo habitat, potuit decipere, atque insatiare.* Et infra, loca subterranea vocat cor terrae, vbi sedes est Diaboli.

GREGORIUS Nazianzenus orat. 2. de Paschate, nõ procul à fine. *Si in infernum descendat, inquit, simul descendat, ea quoque mysteria cognosce, quae tibi illic designantur, &c.* Ibidem proponit quaestionem, nec soluit, An Christus omnes ex inferno eduxerit, an tantum aliquos?

EPIPHANIUS in ancorato, ante medium, pag. 340. *Dicitur, inquit, inter mortuos liber.* Liber significat,

infernum

infernum non obtinuisse in ipsum imperium, verum propria voluntate ad infernum ipsum descendisse cum anima. Vide etiam haeresim 46. quae est Tatiani, vbi dicit Christum ad inferos descendisse, vt animam Adam, & aliorum Patrum liberaret.

CHRYSOSTOMVS hom. 2. de Symbolo, postquam exposuerat sepulturam, subiungit: *Descendit ad inferna, vt & ibi à miraculo non vacaret.*

CYRILLVS lib. de recta fide ad Theodosium circa medium. *Anima, inquit, ad verbum copulam, & vnionem sortita, descendit quidem ad infernum diuina virtute, & potestate vtens, etiam spiritibus, qui illic erant, apparuit, & dicebat compeditis, Egredimini, & iis, qui in tenebris, reuelamini.* Item: *Quemadmodum vnigenitus cum iis, qui adhuc in carne erant, cum carne conuersatus est, ita & animabus in inferno praedicauit, animam habens sibi vnitam, in qua fuit.* Vide etiam lib. 12. in Ioan. cap. 36.

THEODORETVS in Psalm. 15. ex illo Psalm. *Non relinques animam meam in inferno, dicit euidenter refelli Arium, & Apollinarem, qui dicebant Christum se assumpsisse animam.*

DAMASCENVS lib. 3. de fide, cap. vlt. *Descendit, inquit, in infernum anima deificata, vt quemadmodum vis, qui in terra, iustitia ortus est sol, sic & iis qui sub terra in tenebris, & umbrae mortis sedebant, lux resurgeret.*

EX Latinis Tertullianus in lib. de anima cap. 31. *Nobis, inquit, inferi non nulla caufitas, nec subdualis aliqua mundi sentina creduntur. sed in fossa terra, & in alto vastitas, in ipsis visceribus eius abstrusa profunditas, siquidem Christum in corde terra triduum mortis legimus expulsum, id est, in recessu intimo, & interno, & ex ipsa terra aperto, & intra ipsam clauso, & inferioribus adhuc abyssis substructo.* Et c. 32. *Si Christus descendit in inferiora terrarum, vt illic Patriarchas, & Prophetas compotes sui faceret, habes & regionem inferorum subterraneam credere.*

HIPPOLYTUS Martyr in orat. de Antichristo, initio: *Beatam, inquit, in cruce passionem, sepulturam eius, descensum ad inferos, ascensum, redemptionemque animarum, &c.*

CYPRIANVS sermone de vnctione Christianis, in fine: *Passus est Rex illud, inquit, & vita occidi, descendensque ad inferos captiuam ab antiquo captiuitatem reduxit.* Similia habet serm. sequente.

HILARIUS in Psalm. 138. in illud: *Si descendero in infernum, ades. Humane, inquit, ista lex necessitatis est, vt sepulchris corporibus, anima ad inferos descendat, quam descensionem Dominus ad consummationem veri hominis non recusauit.* Et libro 10. de Trinitate vltra medium: *Nunquid descendisse ad inferos corpus, quod in sepulchro iacuit, dicitur?*

PHILASTRIUS in lib. de haeresibus, cap. de descensu ad inferos, dicit errare eos, qui putant descendente Christo ad inferos liberatas fuisse animas Poëtarum, & Philosophorum, & similia infidelium, & addit: *Nam si Deum esse credidissent, Deorum, & Dearum, turpia nomina non seminassent, descensione Christi ad infernum veniam meruissent.*

GAUDENTIVS Tract. 6. de Exodo: *Nocte, inquit, qua corpus exanime relinquens in cruce, Dei Filius transiit cum anima ad Aegyptum inferiorem, vt animas in inferno positas visitaret, &c.*

PRUDENTIVS in hymno 9. *καθ' ἡμέραν. Quin & ipsum, ne salutis inferi expertes forent. Tartarum benignum intrat, Fracta cedit ianna, &c.*

ET hymno primo: *Inde est quod omnes credimus, Illo quiescit tempore, Quo gallus exultans canit, Christum rediisse ex inferis.*

AMBROSIUS lib. 3. de fide, c. 3. *Liber, inquit, est, qui mortis vincula nefciuit, non captus ab inferis, sed sine adiutorio est qui non per nuncium, neque per legatum, sed ipse per se Dominus saluum fecit populum suum.* Vide etiam de mysterio Paschae c. 4. & in c. 10. ad Rom. & cap. 4. ad Ephes.

HERONIMVS in cap. 4. ad Ephes. *Inferiora terrae, inquit, infernus accipitur, ad quem Dominus noster, Saluatorque descendit, vt Sanctorum animas, quae ibi tenebantur incluse, secum ad caelos victor abduceret.* Similia clarissime docuit in tertium Eccles. & in 9. Zachar.

RUFFINVS in explicatione Symboli sic loquitur: *Sed & Ioannes dicit, Tu es qui venturus es, in infernum sine dubio, an alium expectamus?* Et infra: *Rediit ergo victor à mortuis, inferni spolia secum trabens, eduxit enim eos qui tenebantur à morte.*

AVGUSTINVS epist. 17. ad Dardanum, q. 1. *Neque, inquit, ipso die in caelo futurus erat homo Christus IESVS, sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem.* Epist. 99. *Quis ergo nisi infidelis negauerit fuisse apud inferos Christum?* Et ne per inferos intelligamus sepulchrum, subiungit infra: *Secundum animam cum fuisse apud inferos, aperte Scriptura declarat.* Tract. 78. in Ioan. *Quis non est derelictus in inferno? CHRISTVS IESVS, sed in anima sola. Quis resurrecturus in triduo iacuit in sepulchro? CHRISTVS IESVS, sed in carne sola.* Vide etiam lib. 17. de ciuit. Dei, cap. 11. & lib. 20. cap. 15. & in Psalm. 85.

LEO serm. 1. de resurrectione Domini. *Resurrectio, inquit, Saluatoris nec animam inferno, nec carnem diu morari passa est in sepulchro.*

VGILIVS in lib. 3. ad Trasimundum cap. 23. *Quam tamen carnem, nec in morte diuinitas deseruit, sicut nec in inferno animam dereliquit.* Et cap. 35. *Sciebat quoddam ille susceptor pleni hominis Deus, totum esse cum carne sua in sepultura, totus cum anima sua in inferno.*

VIGILIVS Martyr lib. 2. contra Eutychem. *Caro, inquit, ipso die non fuit in paradiso, nec in inferno, sed exanimis iacuit in sepulchro: anima per illud iridium in inferno, non in sepulchro.*

ARATOR Subdiaconus lib. 1. in Act. Apost. tractans cap. 2. *Pandis, inquit, respanduit umbris, Pallida regna petens, propria quem luce cornuscum, Non potuit fuscare chaos, fugere dolores, Infernus tunc esse iimer, &c.*

GREGORIUS lib. 13. moral. cap. 20. *Dum conditor ac redemptor noster in claustra inferi penetrans electorum exinde animas eduxit, nos illò ire non patitur, vnde iam alios descendendo liberauit.* Vide etiam cap. 21. & expositionem Psalmi, De profundis.

BEDA lib. 3. in Iob cap. 7. *Hoc dixisse, inquit, Dominum puto, quod circa finem saeculi pro redemptione hominis esset ad inferos descendurus, vbi pro potestate descendens deambulasse dicitur, quia impossibile erat, vt quasi reus peccati infernalibus vinculis teneretur.*

HABEMVS igitur consensum Patrum, qui ante annos, vt minimum, octingentos floruerunt, quos certè, stultissimi sumus, si non paucis recentioribus haereticis praetulerimus.

CAPVT XV.

CHRISTVM proprie, ac re ipsa descendisse ad inferos.

QVARTVS error est Durandi in 3. d. 22. q. 3. vbi docet Christi animam descendisse ad inferos nõ secundum substantiam suam, sed per effectus quosdam, quia nimirum beatificauit & illuminauit sanctos Patres, qui erant in limbo: tale aliquid de professione Christi ad animas sanctorum Patrum, per efficaciam, non per essentiam, docuit Caluinus, vt superiore distinctione indicatum est.

SEd multum interest inter Caluini & Durandi sententiam. Primo, Caluinus non vocat hoc descendere

ad inferos) sed fingit alium descensum per dolores inferni à Christo toleratos: Durandus autem vult hoc modo Christum descendisse ad inferos.

SECUNDO, Caluinus negat inferos reales, & præcipue limbum Patrum: Durandus ibidè agnoscit vtrumque locum.

TERCIO, Caluinus locat animas Sanctorum in cælo, etiam ante Christi aduentum: Durandus dicit eas fuisse in limbo.

QUARTO, Caluinus negat animas Sanctorum à Christo beatificatas: Durandus concedit.

QUINTO, Caluinus sententiam suam vult esse certissimam: Durandus verò dicit non esse pertinaciter asserendum, Christi animam non descendisse secundum essentiam ad infernum, immò fortè descendisse, sed id non constare, cum tamen constet eum descendisse secundum effectum.

IN hoc ergo solum Durandus errat, quòd non existimat credendum esse necessariò Christi animam re ipsa secundum essentiam fuisse in inferno. Et quidem hanc sententiam esse erroneam probatur.

PRIMO, quia Scriptura, Concilia, & Patres citati dissentè dicunt Christi animam descendisse ad inferos, & carnem mansisse in sepulchro. Certum autem est carnem verè ac propriè, non per tropum; per se, non per effectum mansisse in sepulchro.

SECUNDO, si per effectum fuisset Christus in inferno, non solum anima, sed etiam caro in inferno fuisset, causa enim illius effectus etiam caro fuit. Neque fati facit Durandus cum respondet præcipuam causam fuisse animam. Nam præcipua causa fuit compositum, id est, totus ille homo, qui pariebatur & merebatur.

PRÆTEREA, esto, fuisset anima præcipua causa, tamen etiam caro & sanguis fuit causa, alioqui non verè diceretur, I. Ioan. I. Sanguis eius emundat nos, ergo verè dici posset, caro & sanguis Christi descendisse ad inferos, quod est contra Scripturam & Patres.

TERTIÒ, si per effectum tantum descendit ad inferos, ergo eodem tempore anima Christi fuit in multis locis simul, in inferno, in Paradiso terrestri, in terra, in cælo. Nà sine dubio mors Christi habuit aliquè effectum in his omnibus locis, illustrans animas Patrum in limbo, legitimans Angelos in cælo, cõsolans Enoch, & Heliam in Paradiso; & in terra cõpunctionem in hominibus efficiens.

QUARTÒ, Christi anima triduo fuit in corde terræ: at ille effectus in momento peractus est. Item Christi anima rediit tertio die, nimirum quando resurrexit, tunc enim rediit ab inferis ad superiores. At secundum effectum nunquam rediit, quia effectus ille semper manet, aut si rediit peracto negotio suo; certè ipso die rediit, quo mortuus est; nam continuò post mortem dispulit Dominus tenebras inferni, & Patres diuina visione illustrauit. Itaque vnum è duobus concedendum videtur, aut nunquam Dominum ab inferis rediisse; aut ipso primo die rediisse, vtrumque autem Symbolo fidei, & Scripturis ipsis, ac Patrum confessioni repugnat.

DENIQUE ex fundamento Durandi sequitur, Christum nullo modo descendisse ad inferos. Fundamentum enim eius est, quia animæ nõ possunt esse in loco nisi per operationem: & rursum, non possunt esse in loco nisi in proprio corpore, cuius sunt formæ: ex quo sequitur animas separatas nõ posse propriè & simpliciter esse in loco.

ET quia poterat quis dicere, ergo animæ impiorum non sunt in inferno, vel animæ Sanctorum non erant in limbo; nec modo sunt in cælo: addit Durandus, olim animas fuisse in limbo per deputationem; quia deputatæ erant ad eum locum, quando receperunt corpora, nisi Christus eas redemisset: animas autem impiorum esse in inferno per deputationem simpliciter, quia deputatæ sunt, vt ibi sint, quando corpora recipient.

AT hinc sequitur, in primis, animas Sanctorum non fuisse in inferno, nec nunc esse in cælo, sed fuisse futuras in inferno, & nunc esse futuras in cælo. Nam esse in loco per deputationem, est, non esse, sed esse futurum. Quemadmodum consules designati in annum sequentem, non dicebatur nec erant cõsules, sed solum erant futuri cõsules.

HINC verò ulterius sequitur, Christum nullo modo descendisse ad inferos; nam descendit ad locum animarum, sed animæ illæ erant quidem futuræ in inferno, re autem ipsa tunc nusquam erant. Igitur Christus nusquam descendit, proinde nec ad inferos.

AT obicit primò Durandus, Animæ sunt in loco corporeo solum per operationem, quæ exercent in illo loco; sed animæ nihil possunt operari nisi in suo corpore, & per suum corpus; igitur cum vacent corpore, nusquam sunt.

RESPONDEO primùm, nõ esse improbabile eorum sententiam, qui docent tam Angelos, quàm animas esse in loco per suam essentiam, quæ cum sit res quædam, & finita, necessariò est præsens vni certo loco, & non alteri, nisi mutetur de loco ad locum.

SECUNDO dico secundum B. Thomam, animas quidem naturaliter non posse applicari certo loco, nisi per operationem, quæ sententia expressè est Nysseni lib. de anima c. II. nec operari posse extra suum corpus: tamen supernaturaliter vtrique posse, vt idè B. Thomas fateatur I. p. q. 17. Et B. Aug. lib. de cura pro mortuis, c. 16.

ITAQVE Deo iubente potest anima separata mouere corpora, & apparere, ac loqui, & operari eo modo quo Angeli operantur, vt patet de anima Samuelis I. Reg. 28. & de anima Moysi Matth. 17. & de anima S. Felicis, quæ, teste B. Augustino, loco citato, palam apparuit multis: & de anima Pachasij, quam in thermis Puteolanis vidit S. Germanus ministrantem in caloribus illis, teste S. Gregorio lib. 4. Dialog. cap. 40. Et multa similia referri possent, quæ nullo modo negari queunt.

POTEST etiam anima Deo iubente nihil operari in corpora, & tamen allegari certo loco, etiam si non modum quo id fiat nõ intelligamus, vt Aug. docet lib. 21. de ciuit. Dei, c. 10. nã nec perfecte intelligimus, quomodo anima nostra, quæ Spiritus est immortalis, vniatur tam intimè corpori mortali, vt vna res fiat, & tamen id oēs credimus.

SECUNDA obiectio Durandi est, quia anima Christi dicitur descendisse in infernum, vt animas Sanctorum beatificaret: vt animæ Sanctorum beatificatæ fuerunt in eodem instanti, quo Christus mortuus est; nec potuit anima Christi in eodem instanti esse in inferno, quia fuisset simul in duobus locis, ergo non descendit per motum verum, sed metaphorikum, id est, per effectum.

RESPONDEO, ineptum esse propter has argutias reuocare in dubium mysteria fidei. Nam primò vnde habet Durandus, animas necessariò debuisse beatificari in eodè instanti indiuisibili, quo Christus mortuus est: Nam etiam si tunc fuerit persolutum pretium redemptionis, & debuerint animæ iustæ mox beatificari, tamè illud, mox, posset esse tempus quoddam breuissimum, quod requireretur, vt Christi anima fieret præsens animabus Patrum.

LICET enim non esset necessaria præsentia animæ Christi, vt Patres diuina visione illustraretur, tamen congruum esse videbatur, vt illa esset præsens, dum id fieret: neque periculù erat, ne sanctæ illæ animæ, quæ patienter expectauerat multas annorù centurias, iã moleste ferret dilationem tẽporis breuissimi, ac planè imperceptibilis.

DEINDE non propter solam beatificationem animarum Christus ad inferos descendit, id enim facere poterat sine descensu, sed etiam vt maneret in loco animarum illo triduo, quo corpus iacebat in loco corporeo: & propter alias etiam causas.

TERCIA obiectio Durandi est, quia in illo triduo anima Christi fuit cum latrone in Paradiso, iuxta illud Luc. Hodie mecum eris in Paradiso: at non fuit in Paradiso

quoad

quoad locum, vt norum est, sed quoad effectum, quia anima Christi beata beatificauit etiam animam latronis, ergo pari ratione, cum dicitur fuisse eodem tempore in inferno, non debet intelligi de inferno, quoad locum, sed quoad effectum, vel si inferno fuit, & in Paradiso, quoad locum, ergo in duobus locis simul.

RESPONDEO primo Paradisum hic accipi metaphorice, infernum autem propriè. Nam Paradisus propriè pomariù significat. Vnde Eccl. 2. dicit Salomon, feci mihi hortos, & pomaria, & in Hebræo גנות ופירות גנות. gannot vparadesim; vox autem, infernus, propriè locum inferiorem designat.

SECUNDO, Cum patres omnes doceant Christi animam fuisse in illo triduo in inferno, vbi erant ceteræ animæ, immò id ipsum Scripture, & Concilia, & Symbolum testentur; id nullo modo negandum est homini Christiano; siue Paradisi vox accipiatur metaphorice, quod valde consentaneum est rationi: siue etiam propriè. Nec enim Deo impossibile est efficere, vt Christi anima simul esset in duobus locis.

HIS igitur expeditis, quasi per modum appèdicis, explicabimus aliquot breues quæstiones, quæ de hoc ipso descensu Christi ad inferos inter Catholicos tractari solent.

CAPVT XVI.

Soluntur quadam dubia.

PRIMUM dubium. Ad quæ loca inferni descendit. B. Thomas 3. p. q. 52. art. 2. docet Christum per realem præsentiam solum descendisse ad limbum Patrum, per effectum autem ad omnia loca inferni. Nam damnatos incredulitatis arguit, eis verò qui purgabatur spem gloriæ dedit.

AT probabile est profecto Christi animam ad omnia loca inferni descendisse. Primo propter locum illum Ecclesiast. 14. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, inspiciam omnes dormientes. Nam quod B. Thomas respondet, hoc intelligi de penetratione per effectum, nõ videtur satisfacere. Nam hoc modo possemus cum Durando dicere, ad nullum locum Christum descendisse aliter, quàm per effectum, cum Scriptura non distinguat loca.

SECUNDO, quia Augustinus epist. 99. dicit Christum descendisse ad loca inferni, vbi erant dolores & tormenta. Et Fulgentius lib. 3. ad Trasimundum, c. 30. dicit Christum descendisse vsque ad infernum, vbi solebant peccatorum animæ torqueri. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 4. Ambrosius in lib. de myst. Paschæ. Eusebius Emisenus in oratione de Paschæ; & alij Patres dum describunt terrorem gehennæ ac demonum descensu Christi, apertè indicant Christum præsentiam suam illis manifestasse. Immo Nyssenus orat. 1. de Resurrectione clare dicit cor terræ, quo Christus descendit, esse sedem illius magnæ mentis, quæ dicitur Diabolus.

PORRÒ alter Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 36. & alij Patres dicunt, Christum descendisse ad inferiores partes terræ, vt viuorum & mortuorum dominaretur, id est, vt quasi caperet possessionem totius regni sui. At etiam ad Regnum eius pertinent damnati, vt qui in carceribus, tormentis ipsius iusti continentur.

SECUNDO dubium. An Christo fuerit aliqua pœna esse in inferno. B. Thomas 3. p. q. 52. art. 1. & 3. videtur dicere fuisse aliquam pœnam Christo, esse in inferno secundum animam, & in sepulchro secundum carnem. Dicit enim voluisse eum ibi esse, vt nostras pœnas in se susciperet. Caietanus in Act. cap. 2. dicit dolores mortis durasse in Christo vsque ad Resurrectionem ratione pœnalitatum, quæ relinquuntur ex morte, quæ sunt præcipue tres. Prima, quòd anima maneat separata, quæ melius se haberet coniuncta. Secunda, quòd anima maneat in loco sibi non conuenienti, id est, in inferno. Tertia, quòd corpus maneat in sepulchro, & hoc dicit significari illis verbis Petri, solutus doloribus mortis.

AT Bonauentura in 3. dist. 22. q. 4. dicit Christi animam, dum esset in inferno fuisse in loco pœnæ, sed sine pœna, cuius modus loquendi mihi videtur magis conformis Patribus. Itaque et si, quòd maneat anima separata à corpore, pœna vel pœnalitas, vel potius minor perfectio dici possit, tamen mansionem animæ Christi in inferno, & corporis in sepulchro, non audeo vocare pœnam; nec pœnalitatem, nam illæ animæ pœnam trahunt ex inferno, quæ ibi sunt tanquam in carcere, nec possunt egredi quando volunt. At Christus fuit in inferno liber & liberator aliorum, vt omnes Patres clamant.

NON autem vocatur pœna, si rex iniustat carcerem vt aliquos liberes; sed vocatur dignatio, & humilitas. Pari ratione, esse in sepulchro non est pœna, nec malum corpori simpliciter, immò bonum est corpori defuncto. At malum est corrumpi in sepulchro, & putrefieri, caro autem Christi in sepulchro fuit, sed sine corruptione.

VNDÈ Fulgentius lib. 3. ad Trasimundum cap. 30. dicit debuisse Christum ad plenum redemptionis effectum descendere cum anima vsque ad locum tormentorum, sed non pati vlla tormenta, & cum corpore vsque ad locum corruptionis, sed non pati corruptionem, sicut acceperat humanam naturam similem nostræ peccatrici, sed acceperat sine peccato. Nec ratio Caietani ex loco Petri Act. 2. Soluis doloribus mortis, aliquid probat. Nam, vt supra ostendimus contra Caluinum, dolores mortis dicuntur, qui mortem comitantur, & præcedunt, non qui sequuntur.

AT obicit Caietanus, quia illud; Non relinques animam meam in inferno, significat beneficium fuisse animæ Christi, quod fuerit liberata ex eo loco, ergo pœna erat ibi manere.

RESPONDEO, beneficium fuisse animæ Christi quæ celeriter corpori coniungeretur, sicut malum erat ei separatio, & hoc modo beneficium illi fuit liberatio ab inferno, non ratione loci, sed ratione separationis à corpore. Et hoc fortasse voluit etiã dicere B. Thomas: quod videlicet pœna fuerit Christo, esse in inferno, & sepulchro, solum ratione separationis. Nam ratio eius nihil aliud probat, nimirum quia debuit subire pœnas nostras.

HÆC enim ratio, si adferatur ad probandum, debuisset Christum verè mori, & proinde pati separationem animæ à corpore; rectè concludit. Si verò inde quis probare velit, debuisset Christum esse in inferno, vt in loco misero, & pœnali: nihil efficit, aut efficit plus quàm velimus. Nam secundum istam rationem debuisset Christi anima esse in inferno vt in carcere, & caro debuisset in sepulchro corrumpi: ista enim est pœna nostra.

TERTIUM dubium. Quid contulit animabus inferiorum descensus Christi ad inferos? B. Augustinus in epistola 99. ad Euodium videtur sentire eas animas etiam antea fuisse beatas, & nihil eis contulisse Christi descensum: Illis, inquit, iustis, qui in sinu Abraham erant, cum Christus in infernum descendit, nondum quid contulisset inueni, à quibus secundum beatificam præsentiam diuinitatis suæ nunquam video recessisse.

RESPONDEO cum communi Catholicorum sententia duo magna bona eis contulisse Christum. Primò, beatitudinem essentialem. Secundò, educationem ex eo carcere, ac deductionem in cælum, quorum primum continuò illis præstitit, secundum autem non diu postea.

DE primo habemus testimonium illud Ecclesiast. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, illuminabo omnes sperantes in Domino. Item illud Luc. 23. Hodie mecum eris in Paradiso. Quod verbum, inquit Origenes hom. 15. in Gen. non solum latroni, sed etiam omnibus iustis, qui in inferno erant, dictum fuit. Itè cõsensu Scholast. in 3. dist. 22.

DENIQUE ostendemus in lib. de cultu Sanctorum, propria disputatione, post Christi passionem animas Sanctorum statim admitti ad visionem Dei. De secundò

beneficio habemus consensum Patrum supra citatorum. Ad locum ergo Augustini responderi beatus Thomas tertius p. q. 52. art. 5. ad primum, Augustinum non vellet dicere, non se inuenisse quid contulerit iustus Christus, descendens ad inferos, absolute, sed quantum ad dolores inferni, quos soluit: ut sensus sit, Christus descendit dolores inferni solvere; at iusti non dolebant, ergo quantum ad solutionem dolorum, nihil eis contulit.

FORTASSE melius dicemus, Augustinum dum scribebat eam epistolam, nondum cognouisse, ubi erat sinus Abraham & propetium etiam fuisse in eam partem, ut non esset in inferno, & propterea, hoc dubio manente, merito enim dixisse, quid contulerit iustus Christi descensus ad inferos, nondum se intelligere potuisse.

NAM, ut diximus, duo beneficia contulit Christus animabus iustorum, visionem beatificam, & educationem ex carcere inferni: ratione primi non fuit opus descensus, cum diuinitas sit, quae proprie beatificat, & illa est ubique. Et hoc est, quod ibi dicit (cum ait) *Beatificantes sapientiam suam diuinitate nunquam abfuisse ab animabus illorum iustorum*. Non enim vult dicere illas animas semper fuisse beatas, sed non fuisse opus motu Christi, ut bearentur, cum sapientia beatificans ubique sit.

RATIONE secundi beneficii, non fuit etiam opus Christi descensione ad inferos, si illa anima non erant in inferno, &c.

QUARTUM dubium. *An praeter animas iustorum, quae erant in sinu Abraham, aliqua aliae liberatae sint?*

RESPONDEO, in primis non esse liberatas vllas animas damnatorum ad gehennam. Nam Philastrius in lib. de haeresi, c. de descensu ad inferos. Et August. lib. de haeresi, c. 79. dicunt esse haesum, si quis asserat, vllos impios in inferno Christo praedicare conuersos & saluatos.

PRATEREA videtur implicare contradictionem, quod aliqui fuerint damnati ad aeternas poenas, & tamen postea saluati fuerint. Nam aeterna damnatio includit certitudinem poenae nunquam finiendae: at quomodo certi esse possunt, se sine fine puniendos, qui aliquando liberantur?

ADDE locum Eccles. 24. *Illuminabo omnes sperantes in Domino*. Hinc enim deducitur, nullos eorum fuisse illuminatos, qui damnati erant ad aeternas poenas, quippe qui sine dubio non sperabant in Domino.

ADDE praeterea illud Ioan. 9. *Veni nox, in qua nemo potest operari*. Et 1. Cor. 5. *Omnes stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis*. Et Gal. 6. *Quae seminauerit homo, haec & metet. Dum tempus habemus, operemur bonum*. Haec enim omnia satis aperte indicant, non esse post hanc vitam locum poenitentiae, & reconciliationis.

ADDE postremo consensum Theologorum in 3. dist. 22. Quare inter fabulas numeranda est illa narratio, quam in historiis Patrum circuleri dicit Nicetas in comment.

A ad secundam orationem Gregorij Nazianzeni de Pascha. Ait enim, cuidam Christiano maledictis insectanti memoriam Platonis, ut impij & damnati, Platonem per quietem apparuisse, atque dixisse: Ego quidem peccatore rem me fuisse non nego, verum cum Christus ad infernum descendit, nemo ante me ad fidem accessit.

HAC quidem fabula est; Illud autem est credendum quod idem Nicetas ibidem dicit, Chrysostomum affirmasse, nullos in inferno a Christo descendente ad ea loca, liberatos, nisi qui digni erant salute, cum hinc descenderent.

EADEM est ratio de animabus infantium, qui discesserunt cum peccato originali; nam neque ex illis vllam saluam credibile est. Quocirca quod ait Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum, praedicante Christo apud inferos, non defuisse qui crediderint, ac poenitentiam egerint; improbabile est.

DE animabus purgatorij maius dubium esse potest. Nam in primis colligi videtur ex illo Eccles. 24. *Illuminabo omnes sperantes in Domino*; beatificatas tunc fuisse omnes pias animas. Praeterea August. epist. 99. ad Eudodiu, & lib. 12. de Gen. c. 33. aperte dicit, a Christo aliquos solutos doloribus inferni, & explicat se non loqui de animabus sanctis, quae erant in sinu Abraham, neque de animabus impiis, quas absurdissimum existimabat fuisse Christo ad inferos descendente conuersas: igitur restat, ut loquatur de animabus, quae adhuc luebant purgatorias poenas.

Ita Greg. lib. 13. moral. c. 20. dicit omnes electos liberatos. At B. Thomas 3. p. q. 52. art. 8. docet animas purgatorij non esse liberatas simpliciter ex descensu Christi ad inferos: nec enim Christus aliquid contulit vlli, nisi quod meruerat passione sua; passio autem Christi non habet effectum temporalem, sed aeternum. Semper enim est aequae efficax. Non ergo tunc liberasset Christus, nisi illos qui habuerunt talem dispositionem, qualem habent, qui nunc liberantur.

ADDE tamen B. Thomas, duobus modis potuisse accidere, ut tunc aliqui liberarentur. Primo, si expleuerant tempus purgationis suae. Secundo, si ex deuotione peculiari ad Christi passionem id meruerant in hac vita, ut tunc liberarentur cum Christus in eum locum descenderet. Et hoc modo debet exponi S. Augustinus, qui dicit eos liberatos quos nouerat Dominus liberandos.

AD locum Ecclesiastici & Gregorij potest dici, Christum liberasse omnes electos cum descendit ad inferos, sed non simul; nam quosdam statim liberauit, alios postea, finita nimirum purgatione: sed tamen omnibus id praestitit, ut non manerent in limbo expectantes beatitudinem. Quamquam non esset error, si quis diceret, multos alios, aut etiam omnes tunc liberatos ex purgatorio, ex gratia speciali, quia Dominus non est alligatus Sacramentis, aut meritis nostris.

LIBER QUINTVS DE CHRISTO.

QVI EST DE MEDIATORE ET EIVS MERITO.

CAPVT PRIMVM.

Explicatur breuiter, secundum quam naturam CHRISTVS sit Mediator.



VAE supersunt de Christo disputationes. Vna, secundum quam naturam Christus sit Mediator; Altera, num tantum nobis, an etiam sibi Mediator Christus aliquid suis operibus & laboribus promeruerit; quibus quaestionibus ex-

plicandis postremum hunc librum, seu potius libellum dedicauimus.

UT igitur a priore incipiamus, explicandum erit initio, quid sit proprie Mediator. Vocamus Mediatorem eum, qui inter aliquos dissidentes, aut certe non coniunctos medium se interponit, ut eos redigar ad concordiam, vel

nouo foedere coniungat. Contingit autem hoc dupliciter. Primo, per substantialem aliquam mediationem. Secundo per operationem.

PRIMO modo Christus dici potest Mediator, quatenus personalitas eius coniunxit nouo & mirabili foedere diuinam & humanam naturam. Et licet de hac mediatione saepe loquantur Patres, tamen non est ea, de qua nunc disputamus. Nam de ista mediatione non est opus quaerere, secundum quam naturam fiat: non enim sit secundum aliquam naturam, sed secundum personalitatem, quae connectit duas naturas.

PRATEREA, ista mediatio non est inter naturas diffidentes. Nec enim vnamquam Christi humanitas fuit contraria Diuinitati. Nos autem loquimur de mediatione qua Christus innocens Patri reconciliauit peccatores. Omissa igitur substantiali hac mediatione, Mediator, quae in opere consistit, quatuor modis potest fieri.

PRIMO, discernendo, & iudicando causam; quomodo arbitri dici possunt mediatores. Et hic primus modus tribuitur Christo ab Ambrosio in cap. 2. 1. ad Timoth. dicit enim Ambrosius, Christum factum a Deo arbitrum, iudicasse sic fieri posse pacem, si Deus primum ignosceret, & homo deinceps in Dei fide permaneret.

SECUNDO, referendo hinc inde pacta, & conditiones vtriusque partis, quo modo omnes internuncij dici possunt mediatores. Et in hac significatione videtur accipiendum nomen Mediatoris, cum Moyses dicit Deut. 5. *Ego medius & sequer fui inter Deum & vos in illo tempore*. Et Gal. 3. *Data est lex per Angelos in manu Mediatoris, id est, Moyses*. Et hic etiam modus Christo conuenit qui annunciauit hominibus Dei voluntatem, & leges. Et propterea dicitur Malachiae 3. *Angelus Testamenti*. Et ad Hebraeos 9. & 12. *Mediator novi Testamenti*. Vbi Paulus alludit ad Moysen, qui fuit Mediator Testamenti veteris.

TERTIO, orando & supplicando vni parti pro altera. Id quoque conuenit Christo, qui Rom. 8. dicitur, *interpellare pro nobis*. Et 1. Ioan. 2. dicitur *Advocatus noster*.

QUARTO, soluendo & satisfaciendo vni parti pro altera. Et hic modus mediationis propriissimè conuenit Christo, qui in tota Scriptura describitur, ut hostia pro peccato. Ideo 1. Timoth. 2. postquam Apostolus dixerat: *Vnus Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus*; mox addidit causam, dicens: *Qui dedit semetipsum redemptionem pro multis*.

ET ideo etiam Rom. 8. & 1. Ioan. 2. vbi dicitur Christus aduocatus & interpellator apud Deum pro nobis; non dicitur vnus aduocatus, aut interpellator, quia etiam alij interpellant pro nobis. Nec solus ipse Mediator fuit per modum arbitri, seu internuncij, sed etiam Moyses. At solus ipse pro nobis soluit; nosque proprio sanguine Deo reconciliauit.

ITAEQUE tres modi priores mediationis communes sunt Christo cum alijs; quartus proprie soli Christo conuenit. Hoc tamen loco de omnibus modis potest intelligi quaestio nostra, qua inuestigamus, secundum quam naturam Christo conueniat Mediatoris officium.

EST autem sententia communis Catholicorum, ipsum quidem mediatorem, siue (ut Theologi loquuntur) principium, quod operabatur opera Mediatoris, non fuisse Deum solum, vel hominem solum, sed vtrumque simul, hoc est, Verbum incarnatum, siue Deum humanatum. Principium tamen, quo illa opera a Mediatore fiebant, fuisse naturam humanam, non diuinam. Tamen enim Deus incarnatus erat, qui orabat, patiebat, obediebat, satisfaciebat: tamen haec omnia faciebat secundum formam serui, non secundum formam Dei.

ATQUE haec est sententia Magistrum in 3. d. 19. prope finem, sancti Bonauenturae ibidem, art. 2. q. vlt. & ceterorum Theologorum in eadem distinctione, necno san-

cti Thomae 3. p. q. 26. art. 2. Repugnant huic sententiae hoc tempore duo contrarij inter se errores, quorum vnus ad Nestorianismum, alter ad Eutyrehianismum deflectit. Vtrumque paucis, Deo iuuante, refellemus.

CAPVT SECVNDVM. Refutatur error Stancari de Mediatore.

ERROR prior est Francisci Stancari, qui ita soli homini Christo tribuit officium Mediatoris, ut non videatur suppositum diuinum requirere vllomodo, nec saltem ut principium quod vllius operis. Videtur quidem Franciscus Stancarus in multis locis rectè sentire. In libro enim de Trinitate & Mediatore contra Tigurinos, & in alio libro eiusdem argumenti contra Caluinum, & in examine Pinczouianorum, & in libro alio de officio Mediatoris, & in alio libello de particula tantum, saepius repetit, Christi personam constare ex duabus naturis, diuina & humana, & in lib. contra Tigurinos circa finem profiteretur se sequi doctrinam magistri sententiarum, & Scholasticorum, ac de magistro ita honorificè loquitur, ut eum omnibus se ceteris anteponat. *Plus valet, inquit, vnus Petrus Lombardus, quam centum Lutheri, ducenti Melanchthones, tercenti Bullingeri, quadringenti Petri Martyres, & quingenti Caluini, qui omnes, si in vno mortario contunderentur, non exprimeretur vna vncia verae Theologiae*. Tamen verba etiam suspecta, & male sonantia leguntur in libris eius.

NAM in libro de Trinitate & Mediatore, in refutatione prioris epistolae Tigurinorum, dicit, dignitatem precum Christi non fuisse a solo filio, sed a tota Trinitate ita ordinante & acceptante. Vbi videtur satis aperte non tribuere insigniam dignitatem operibus Christi ex dignitate suppositi, sed ex acceptance diuina. Quod certè non faceret, si existimaret opera Mediatoris, non esse opera suppositi humani, sed diuini.

ET in eodem libro in confutatione secundae epistolae, in abstracto dicit in Christo humanam naturam esse mediatricem, conciliatricem, pacificatricem. Vbi videtur totum opus ipsi naturae tribuere, quasi illa per se existat & per se agat, praesertim cum in eodem libro antea dixerit, vnum opus mediatoris personae tribui non posse.

ET in lib. de officio mediatoris & Pontificis, sic ait: *Sacerdos & sacrificium, est homo Christus, non Deus Christus, hoc est, Christus secundum hominem, non secundum Deum*. Quae verba possent trahi in bonum sensum, tamen simpliciter non bene sonant, & praesertim, quia pauld post explicans, dicit in Christo hominem tria esse Spiritum, Animam, & corpus. Et ratione Spiritus, Christum esse Sacerdotem, ratione animae, & corporis esse victimam. Vbi nullam facit vnquam mentionem suppositi diuini operantis.

DENIQUE in examine Pinczouianorum: *vox, inquit, Mediator. Primum capitur pro humanitate Christi exequente officium Mediatoris. Secundo verbò: capitur pro persona ipsius Christi, qui est Deus & homo*.

HIS accedit, quod Fridericus Staphylus in lib. de successione & concordantia discipulorum Lutheri, & Gulielmus Lindanus in secundo dialogo Dubitantij, asserunt Stancarianos docere, Christum esse iustificatorem solum secundum humanitatem, quia videlicet existimant, nos formaliter iustificari per Christi iustitiam, seu obedientiam nobis imputatam, Christi autem obedientiam & iustitiam esse opus solius humanitatis.

DENIQUE Petrus Canisius praefatione lib. 1. de corruptelis verbi Dei, scribit Stancarianos interrogatos, cur in Christo existiment vnitas duas naturas, respondere solitos, ut natura humana diuina virtute sustentata, pati possent omnia, quae patienda erant.

HAC sententia siue Stancari sit, siue non sit (nec enim affirmare audeo, de quo non sum omnino certus) aperte defleat ad Nestorianismum. Vocem enim faretur vnā personam in Christo, re autem ipsa ponit duas,

& euacuat planè mysterium redemptionis, Nam si sola natura humana egit opera illa, satisfactoria, ergo natura humana per se existeret, & proinde suppositum erat à diuino supposito distinctum; agere enim suppositorum est. Duo igitur in Christo supposita erant, quæ est ipsissima hæresis Nestorij.

PRÆTEREA Patres, Ambrosius, Chrysostronus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & alij in secundum caput primæ ad Timoth. Item Hilarius lib. 9. de Trinitate, non procul ab initio. Epiphanius in Anchorato ante medium. Cyrillus lib. 12. Thefauri, c. 10. & lib. de Trin. ante medium. Augustinus lib. 9. de ciuit. Dei, c. 17. & Fulgentius libro de fide ad Petrum, c. 2. dicunt, Christum ideo vocari à Paulo vnicum Mediatorem, quia ille solus est verè medius inter Deum & hominem, cum vtriusque naturam habeat. Vbi Patres volunt ostendere, non potuisse Christum esse efficacem Mediatorem, nisi esset diuina persona, quæ officium Mediatoris exerceret. Non autem poterat esse diuina persona, nisi haberet diuinam naturam, propterea illi dicunt, vnicum & verum Mediatorem Deum & hominem esse debuisse.

PRÆTER hæc loca sunt alia quædam clarissima. Basilius in illud Psalmi 48. Frater non redimit, redimet homo? Si homo, inquit, nos redimere non potest, qui nos redemit, non est homo. Ne igitur propterea quod in similitudine carnis peccati ad nos accessit, hominem solum putes Dominum nostrum, &c. Nazianzenus oratione 2. de Paschate, circa finem: Indigebamus, inquit, ut Deus carnem assumeret, & mortem subiret, ut viuereamus.

CYRILLVS lib. de recta fide, ad Reginas. Ex confesso, inquit, salutaris est mors Christi, sed si non esset Deus, quomodo ipse & solus sufficeret ad hoc, ut esset pretium? Sed sufficit solus pro omnibus mortuus, quia super omnes est.

AVGVSTINVS hom. de quibus, cap. 12. Non Mediator homo, inquit, præter Deitatem. Non Mediator Deus, præter humanitatem. Ecce Mediator. Diuinitas sine humanitate non est mediatrix, sed inter Diuinitatem solam, & humanitatem solam, mediatrix est humana Diuinitas, & diuina humanitas Christi. Vbi Augustinus improprie quidem loquitur, dum vtrius nomine abstracto pro concreto, tamen exprimit apertissime quod volumus, nimirum non esse purum hominem illum, qui officium Mediatoris exercuit. Et in Enchiridio, cap. 108. Nam neque, inquit, per ipsum liberaremur vnum Mediatorem Dei & hominum, hominem CHRISTVM IESVM, nisi esset & Deus.

LEO sermone 1. de natali Domini: Nisi esset, inquit, verus Deus, non afferret remedium, nisi esset verus homo, non præberet exemplum.

ACCREDIT vltimò, quod si humana persona pro nobis satisfecit, non ex rigore iustitiæ satisfecit, ac propterea non fuit necessaria incarnatio. Nec rationes Stancari probant aliquid contra nos, sed solum contra Caluinistas. Præcipua eius ratio est, quia in epistola Agathonis, quæ lecta est in VI. Synodo, actione 4. negatur opus personale, & asseritur opus naturale in Christo, id est, tribuantur opera CHRISTI naturis, non personæ. Sed facilis est solutio.

NAM non vult Agatho negare, opera Christi esse opera personæ, & vnus atque eiusdè personæ, sed vult dicere, non esse in Christo vnum tantum opus, iuxta vnâ personam operantis, sed esse duo opera iuxta duas naturas,

per quas persona vna operatur. Opera enim multiplicentur ad multiplicationem principij formalis. Sicut etiâ in Trinitate tres sunt, qui operantur, & tamen vnum est eorum opus, quia vnum est principium formale, videlicet vna natura.

CAPVT TERTIVM.

Refutantur ex Scripturis errores Caluinistarum & Luberanorum de Mediatore.

ALIVS error priori contrarius est eorum, qui contendunt, Christum exercere officium Mediatoris secundum vtramque naturam, diuinam & humanam. Ita docet aperte Caluinus in epistolis duabus ad Polonos. Idem etiam ministri Tigurini, Henricus Bullingerus, Petrus Martyr, & alij in epistolis item duabus ad Polonos. Idem ex professo docet Iosias Simlerus in lib. contra Stancarum, vbi defendit epistolas Tigurinorum à Stancaro oppugnatas.

IDEM etiam sentit Martinus Kemnitius. Nam in libro de duabus naturis refert inter absurdas sententias, quod Christus sit Mediator secundum humanam naturam tantum. Idem habet Melancthon in locis, c. de Filio, vbi dicit, Deitatem Filij obediuisse Patri. Idem habet liber Concordiæ, pag. 556. & 645. & 736.

AC ne fortè isti existimentur velle, CHRISTVM esse Mediatorem secundum vtramque naturam ratione suppositi, non ratione formalis principij, obseruandû est, ex duobus aperte colligi posse, quæ sit eorum sententia.

PRIMO, ex eo quod fatentur, se dissentire in hac re à magistro & à Scholasticis. Magister autem & Scholastici disertis verbis docent, Christum esse mediatorem secundum naturam humanam, non secundum diuinam, licet ipse Mediator sit: & esse debeat, Deus & homo.

SECUNDO, colligitur ex eo, quod distinguunt opera Mediatoris, & quædâ esse vult humanitatis quoad re, Diuinitatis quoad efficaciam, vt pati & mori, quædâ solius Diuinitatis esse vult, vt illuminare mentes, remittere peccata, &c. immo etiam sacrificium offerre diuinæ naturæ tribuunt. Vltimam verò esse, naturæ humanæ.

TESTATUR enim Stancarus in libro de Trinitate & mediatore, Stanislaus Sarnicius, quem fidelem Christi seruum appellat Caluinus in epistola ad Polonos, in publico colloquio ita scribi iussisse: Est Pontifex & Sacerdos diuina natura, sacrificiû verò humana. Qui error aperte introducit partim Arianismum, partim Eutychanismum.

PROBANDVM est igitur, solum secundum naturam humanam Christum fuisse Mediatorem, si sermo sit (vt diximus) de principio formali, non de ipso supposito. Ac primum ex Scripturis habemus locum illum beati Pauli 1. ad Tim. 2. Vnus Deus, vnus & Mediator Dei & hominum, homo CHRISTVS IESVS. Cur, quæso, addit, Homo, nisi ad exprimendum naturam, secundum quam Christus est Mediator? Notauit hoc Augustinus lib. 2. de peccato originali, cap. 28. & serm. 11. de verbis Apostoli.

PRÆTEREA hic distinguit Apostolus Mediatorem à Deo, Vnus, inquit, Deus, vnus & Mediator Dei & hominum. Ergo Christus non est Mediator secundum naturam diuinam, sed tantum secundum humanam, secundum quam Christus à Deo distinguitur.

SED respondent aduersarij, hic fieri distinctionem ratione personæ. Nam per vnum Deum intelligitur Pater, à quo distinguitur Filius personaliter. Atque, inquit, sequeretur quaternitas, si à tota Trinitate distingueretur Mediator. Vnde Caluinus in 2. epist. ad Polonos, refert has expositiones: Vnus Deus, id est, Trinitas. Et, Creditus in Deum, id est, in Trinitatem. At profecto hoc ipso Caluinus & Caluinistæ vehemèter confirmant Arianismum. Id enim Ariani cupiunt, vt vbiunque legitur vnus Deus, aut simpliciter, Deo, intelligatur Pater, non Trinitas.

PRÆTEREA Chrysostronus, Oecumenius, Theophylactus in hunc locum, notant, per illud, vnus, non

excludi

excludi Filium, sed Deos gentium. Ergo per vnum Deum, non Patrem, sed Trinitatem intellexerunt. Item Augustinus concione 1. in Psalm. 29. explicans hæc ipsa verba, dicit, Vnum Deum significare Trinitatem; & Christum esse Mediatorem inter Trinitatem, & homines peccatores. Sic enim loquitur: Quid est, inquit, Mediatorem esse inter Deum & homines? Non inter Patrem & homines, sed inter Deum & homines. Quid est Deus? Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quis sunt homines? peccatores, impij, mortales. Inter illam Trinitatem, & hominum infirmitatem, & iniquitatem, Mediator factus est homo non iniquus, sed tamen infirmus. Idem repetit in commentario capituli tertij epistolæ ad Galatas. Et idem docent Aug. sequuti Beda & Anselmus in commentario secundi capituli epistolæ primæ ad Timoth.

ET ratio etiam ipsa id manifestè testatur. Nam non solus Pater erat nobis ob nostra peccata infensus, & proinde à Mediatore placandus, sed etiam Filius & Spiritus sanctus. Tota igitur Trinitas à Mediatore hominibus reconcilianda erat. Quare cum Paulus dicit, Vnus Deus, vnus & Mediator Dei & hominum; per vnum Deum Trinitatem totam significet necesse est.

VND E Caluinus, dum reicit istam expositionem, Augustinum, Bedam, Anselmum, & Græcos omnes Patres, & ipsam rationem reicit; nec propterea sequitur quaternitas; nam idem Christus propter duas naturas, & numeratam inter personas Trinitatis, cui debetur satisfactio, & simul ipse est, qui satisfacit. Ipse enim, vt homo est, Mediator est, ad seipsum, vt Deus est.

CAPVT QVARTVM.

Refellitur idem error ex Patribus.

ACCEDANT nunc testimonia Patrum. Ac primum Cyrillus in Apologia pro 12. capitibus contra Orientales, proponit hanc obiectionem contra 10. caput: Si Deus Verbum est Sacerdos, cui vel quali Deo suum ministerium offert? Deinde respondet hoc modo: Quando factus est homo, vocatus est Pontifex, non quod maiori Deo offerret sacrificium, sed sibi ipsi & Patri. Et infra: Audiens quod dicitur est Sacerdos propter humanitatem, erubescit? Deinde quomodo non admiratus es, quod non secundum sacerdotum morem alteri fecerit sacrificij modum, sed sibi ipsi potius & Patri, vt dixi.

HIC Cyrillus non solum aperte dicit, Christum esse Pontificem propter humanitatem, sed etiam cogit nos intelligere negatiuam, id est, non propter Diuinitatem, cum dicit, eum sacrificium sibi ipsi obtulisse & Patri. Non enim potest vnus & idem, vt idem, sacrificium offerre & accipere: sed sacrificium accepit, vt Deus, ergo non offert vt Deus: offert igitur tantum vt homo. Idem lib. 11. in Ioan. cap. 7. In quantum, inquit, Filius & Deus est, vna cum Patre nobis bona largitur: in quantum verò Mediator est & Pontifex, nostras preces ad Patrem adducit.

CHRYSOSTOMVS in caput 9. ad Hebræos, explicans illud: Ideo nomi testamenti Mediator est, &c. Quid est, inquit, Mediator? Mediator non est Dominus rei, cuius est Mediator, sed & alia quædam res. At quis dicat, Christum vt Deum, non esse Dominum? ergo Chrysostronus solum secundum formam serui, vult Christum esse Mediatorem.

RIDICVLA est autem Glossa Iosæ Simleri. dicit enim, Deitatem Christi nudam esse. Dominam, tamen ratione exinanitionis non esse Dominam. At exinanitio non conuenit diuinæ naturæ, sed personæ Filij qui dicitur exinanitus, quia formam serui accepit, non amissa tamen forma Dei. Dicere autem, Deitatem Filij non esse Dominam, est dicere, non esse veram Deitatem, sed naturam creatam, vt Ariani volunt.

AVGVSTINVS lib. 10. confessionum, cap. 43. In quantum homo, inquit, in tantum Mediator, in quantum autem Verbum, non medius, quia equalis Deo, & Deus apud

Deum, & cum Patre & Spiritu sancto vnus Deus. Item ad Paulinum, epist. 59. Per Mediatorem, inquit, non Deum, quod semper Verbum erat, sed hominem Christum IESVM. Et lib. 1. Trinit. cap. 7. Christus, inquit, in forma Dei equalis Patri, in forma serui Mediator Dei & hominum. Lib. 1. de consensu Euangelistarum, cap. 3. Secundum hominem, inquit, Christus & Rex & Sacerdos effectus est, vt esset ad interpellandum pro nobis Mediator Dei & hominum homo Christus IESVS. Libro 10. ciuit. Dei, cap. 20. Vnde verus ille Mediator, in quantum formam serui accipiens, Mediator effectus est Dei & hominum: cum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat, cum quo vnus est Deus, tamen in forma serui sacrificium maluit esse. Libro 16. contra Faustum, cap. 15. Dissimilis hominibus Christus, quia Deus: similis hominibus, quia homo, Mediator Dei & hominum. Libro 2. de peccato originali, cap. 28. Non per hoc Mediator est, quod equalis Patri, per hoc enim quantum Pater, tantum & ipse à nobis distat. Et quomodo erit medietas, vbi eadem distantia est? Ideo Apostolus non ait, Cbristus IESVS, sed homo Christus IESVS. Per hoc ergo Mediator, per quod homo. Inferior Patre, per quod nobis propinquior; superior nobis, per quod Patri propinquior. Quod apertius ita dicitur, inferior Patre, quia in forma serui, superior nobis, quia sine labe peccati. Item in Psalm. 29. Inter Trinitatem, & hominum infirmitatem, & iniquitatem factus est Mediator homo, non iniquus, sed tamen infirmus.

DENIQUE (vt ex omnibus decem tomis Augustini testimonia habeamus) tractat. 82. in Ioannem: Mediator, inquit, Dei & hominum, non in quantum Deus, sed in quantum homo est IESVS CHRISTVS. Et sermone 11. de verbis Apostoli: Vnus Deus, vnus & Mediator Dei & hominum. Non ait, inquit, Christus IESVS, ne tu putares secundum Verbum dictum, sed addidit, homo, Mediator Dei & hominum homo Christus IESVS. Fulgentius lib. de incarnat. & gratia Christi, cap. 13. Hic in humana natura Mediator Dei & hominum factus est.

CAPVT QVINTVM.

Refellitur idem error rationibus.

ACCEDANT vltimò efficacissimæ rationes. Prima ratio ex definitione, & conditionibus Mediatoris. Mediator debet esse medius, id est, distans ab vtraque parte dissidente aliquo modo. Nam si omnino sit idem cum vna parte, non potest cogitari, immò nec fingi, quo pacto sit Mediator. Porro hæc definitio conuenit Christo, vt homo iustus est, non autem, vt Deus est. Nam vt homo, distat à Deo; vt iustus, conuenit cum Deo. & contra, vt homo, conuenit cum cæteris hominibus; vt iustus, distat ab omnibus hominibus. Omnes enim nascuntur natura filij iræ: at Christus, vt Deus, non distat à Deo vllò modo, id est, nec natura, nec iustitia, nec vllò alio modo, igitur non vt Deus, sed vt homo iustus Mediator est inter Deum, & homines peccatores. Et hoc est quod ait Augustinus, inter Trinitatem & hominum infirmitatem & iniquitatem, Mediator est homo, non iniquus, sed infirmus. In Psalm. 29.

SECUNDA ratio, si Christus est Mediator secundum vtramque naturam, vel secundum vtramque coniuictim sumptas, vel secundum vtramque seorsim acceptas: non secundum vtramque simul; Christus enim secundum vtramque naturam simul sumptam, distat quidem à cæteris hominibus, & etiam à Deo Patre & Spiritu sancto, at non distat à Deo Filio, nec persona, nec natura, & tamen etiam ab illo distare debet, cum & ipse sit pars offensa, ad cuius placationem Mediatore opus sit.

NEC valet responsio Iosæ, qui dicit Christum, vt Deum, esse Mediatorem sui ipsius. Nam est quidè Christus, vt homo, Mediator sui ipsius, vt Deus est. At ipsum vnum & eundem, vt Deus est, Mediatorem esse sui ipsius, vt Deus est, inuoluit apertissimam contradictionem. Sequitur enim inde, Christum à seipso distare, & non

distare, eadem ratione & modo consideratum. Non igitur Christus secundum utramque naturam simul sumptam esse potest Mediator.

QUOD autem non sit Christus Mediator secundum utramque naturam seorsim, patet, quia non secundum diuinam seorsim acceptam, cum illa sit pars offensa, & secundum illam nihil distet Christus à Deo. Restat ergo, ut solum secundum humanam sit Mediator.

TERTIA ratio, si Christus esset aliquo modo Mediator secundum naturam diuinam, omnes tres personæ essent Mediatores. Nam cum natura diuina sit communis tribus, quidquid secundum illam conuenit vni personæ, id conuenit omnibus tribus. Vnde est illa maxima sanctorum Patrum; *Opera Trinitatis esse indiuisa*. Porro absurdum esse, ut omnes tres personæ dicantur esse Mediatores, non videtur egere probatione. Nam si tota Trinitas sit Mediator, cuius quæso, erit Mediator? Num est aliquis Deus supra Trinitatem; apud quem ipsa Trinitas Mediatoris fungatur officio?

RESPONDET Iosias, opera Trinitatis sic esse indiuisa, ut tamen alia aliis sæpe tribuantur, tanquam propria. Et ponit exempla duo. Vnum, in internis actibus; nam solus Pater gignit, solus Filius gignitur, licet opera Trinitatis sint indiuisa. Alterum, in externis; nam in Baptismo Christi, Matthæi 3. Pater solus dixit; *Hic est Filius meus dilectus*. Et solus Spiritus in forma columbæ apparuit. Et simile legitur Marthæ 17. de voce & nube in transfiguratione, & confirmat testimonium August. serm. 11. de verbis Domini; & Leonis sermone de transfiguratione, & sermone 2. & 3. de Pentecoste.

AT hæc nimis frigida sunt. Nam generare & generari in diuinis non sunt actiones essentialia, quæ sunt communes tribus personis, sed dicuntur actus notionales, qui nihil proprii in personis ponunt, præter relationem. Nam generare est intelligere diuinum cum relatione producentis notitiam. Et quidem ipsum intelligere commune est tribus, sola relatio est propria gignentis; at actiones Mediatoris sunt actiones ad extra, & ideo si conueniunt Christo, ut Deus est, conueniunt omnibus aliis personis; quæ sunt idem Deus cum Christo.

Nec etiam secundum exemplum valet. Nam in Baptismo Christi illa vox, quæ audita est, à tota Trinitate formata est, sed ad solum Patrem significandum. Quem admodum & columba à tota Trinitate formata est, sed ad solum Spiritum sanctum representandum. Itaque actio vera & realis, quæ res illæ factæ sunt, communis erat; sola autem representatio, propria vni. Et hoc docent allegati Patres, & clarius idem Augustinus lib. 2. de Trinitate, cap. 10. *Patris, inquit, persona ostenditur, & in ea voce, ubi super baptizatum columba descendit, nõ quia fieri potuit vox sine opere Filij & Spiritus sancti, Trinitas quippe inseparabiliter operatur, sed quia ea vox facta est, quæ solius personam Patris ostenderet*. Cum ergo non disputemus, quid significet opera Mediatoris, sed à quo fiant, concedere debet Iosias, actiones Mediatoris communes esse toti Trinitati. Itaque licet dicere, Pater interpellat pro nobis, fudit sanguinem pro nobis, & alia id genus, quæ ad hæresim Patripassianorū manifestè pertinet.

QUARTA ratio, officium Mediatoris proprium est sacrificare, & sacrificando satisfacere, ut constat ex c. 7. 8. & 9. ad Hebræos, & ex confessione aduersariorum. At sacrificare non potest Christo continere secundum Diuinitatem, sed solum secundum humanitatem; siquidem facere Diuinitatem Filij, sacerdotem, est apertissimus Arianismus. Nam omnis sacerdos est minor eo, cuius est sacerdos; officium enim eius est ministrare.

QUARE Ambros. lib. 3. de fide, cap. 5. *Idem, inquit, sacerdos, idem & hostia, & sacerdos, tamen & sacrificium humane conditionis officium est*. Et infra: *Nemo igitur ubi ordinem & ermit humane conditionis, ibi ius Diuinitatis ascribat*.

HIERON. in Psal. 109. in illud: *Iurauit Dominus, &c. Tu es sacerdos in æternum*. Non illi, inquit, iurauit, qui ante luciferum genitus est, sed illi, qui post luciferum natus ex Virgine est.

FVLGENTIVS de fide ad Petrum, cap. 2. *Solus, inquit, sacerdos, sacrificium, & templum, & hæc omnia Deus secundum formam serui*.

AVGVSTINVS lib. 1. de consensu Euangelistarum, cap. 3. *Secundum hominem, inquit, Christus Rex, & Pontifex effectus est*. Denique in sermone Arianorum propositione 33. apud Augustinum tom. 6. habetur, quod Filius sit minister & sacerdos Patris sui: non ergo Christus, ut Deus, sacrificauit, nisi ex sententia Arianorum.

IDEM dici potest de aliis officiis Mediatoris Christi, ut quod *interpellat pro nobis*, Rom. 8. quod *aduocatus noster est*, 1. Ioan. 2. quod *dedit semetipsum redemptionem pro nobis*, 1. Tim. 2. Hæc enim omnia arguunt naturam inferiorem, nõ igitur potest Christus, ut Deus, esse Mediator, nisi, ut Deus, sit minor Patre, & Patri seruiat, ut minister.

QUINTA ratio est, si operatio propria Mediatoris conuenit Christo ratione vtriusque naturæ, sequitur cõfusus operationum, & consequenter naturarum in Christo, quæ est hæresis Monothelitarum & Eutychariorum damnata in VI. Synodo act. 17. Nam cum in VI. Synodo reicitur vna operatio in Christo, non reicitur vna operatio respectu Dei tanquam principalis agentis, & hominis ut instrumenti. Nam certum est, in Christo multa eiusmodi opera inueniri. Talia enim erant omnia miracula, quæ fiebant à Deo Verbo per carnem, ut instrumentum. Sed reicitur vna operatio, respectu Dei & hominis, tanquam propriæ & principalis causæ. Illa autem dicitur causa propria & principalis, quæ agit ex virtute sua, quam habet ex propria sua forma & essentia.

AC, ut exemplis rem illustremus, quando Christus curabat febres imponendo ægrotis manus, impositio manuum erat operatio propria & principalis humanitatis, quia ex propria sua forma id habebat, at expulsio febris erat propria & principalis operatio Deitatis, quia non habebat hoc ex sua forma manus Christi, sed tantum ut applicabatur à Deo ad illud opus.

DICERE autem, imponere manus, fuisse propriam operationem Deitatis, vel expellere febrem fuisse propriam humanitatis, & proinde vnam tantum fuisse operationem imponere manus, & pellere febrem, est confundere operationes & naturas, & hæc est hæresis in eo Concilio damnata.

IAM ergo sacrificare, quod est officium Mediatoris, proprium est Christi, ut homo est. Nam conuenit ei secundum humanam formam, ut patet, quia conuenit etiã puris hominibus, ergo si hoc idem conuenit Christo, ut Deus est, eadem erit operatio vtriusque naturæ, ut causæ propriæ & principalis, nisi velint Deitatem esse instrumentum humanitatis, quod nihil absurdum cogitari potest. Quare introducitur hæc sententia hæresis Eutychariorum & Monothelitarum, iam dudum magno labore damnata, ac ferè extincta.

RESPONDET Iosias, non esse omnino eandem actionem Deitatis & humanitatis, sacrificare, licet sit vnum opus. Nam substantia operis est propria humanitatis, sed efficacia & dignitas illius operis est propria Deitatis.

CONTRA, si ita esset, non posset Deitas appellari Sacerdos & Pontifex, ut tamen Sarnicus appellauit, nec posset denominari sacrificans; sicut non dicitur Deus dormire vel ambulare, eod quod det nobis efficaciam ad dormiendum, aut ad ambulandum.

PRÆTEREA efficacia & dignitas sacrificij Christi non est aliqua actio physica, aut aliquis influxus aut essentia realis Deitatis in illud opus. Tunc enim illa efficacia, & proinde sacrificium non magis essent Filij, quã Patris & Spiritus sancti, cum omnis operatio sit communis, quæ per essentiam diuinam illis conuenit.

VND E igitur, inquit, habet sacrificium Christi infinitam efficaciam & dignitatem? Habet ex eo, quod est sacrificium personæ diuinæ, licet in natura humana peractum. Quemadmodum etiam idem opus factum à Rege & à priuato homine, differunt valde, quoad pretium, ratione dignitatis operantium, & tamen regia Maiestas nihil physici & realis influit in illud opus. Non ergo potest vlla ratione cõcedi, sacrificare esse actionem vtriusque naturæ, nisi quis velit in hæresim Monothelitarum, iam dudum damnatam & explosum, incidere.

CAPVT SEXTVM.

Soluuntur argumenta aduersariorum de prompta ex Scripturis.

ED obiciunt. Primo, verba illa Domini Ioannis octauo: *Ego pono animam meam*. Hoc, inquit, Caluinus in epistola ad Polonos, Mediator dicit, nec tamen dicit ut homo, sed ut Deus. Nemo enim habet arbitrium vite & mortis, nisi Deus.

RESPONDEO, ponere animam, non esse Dei, sed hominis, quamuis potestas ponendi illam & recipiendi ad libitum sit à Deo data ipsi homini. Nam ponere animam, quid aliud est, quàm mori? & resumere animam, quid est, nisi resurgere? Mori autè & resurgere certè hominis est, nõ Dei. Et sic exponit hæc verba sancti Patres.

AVGVSTINVS tract. 47. accepit animam pro ipsa substantia animæ, & quærit, cuius sit ponere animam, an Verbi, an carnis, an ipsius animæ? Et respondet, non esse Verbi, quia Verbum nunquam dimisit animam; nec esse animæ, quia anima à seipsa separari nequit; sed esse carnis, quæ animam aliquando deseruit, aliquando recepit. *Caro, inquit, ponit animam suam, & caro iterum sumit eam, non tamen sua potestate caro, sed potestate inhabitantis carnis*. Et lib. 3. contra Maxim. cap. 14. *Quid, inquit, quod etiam illud commemoradum putasti, quod manifestissime, ut homo loquitur, potestatem habeo ponendi animam meam, &c.*

CHRYSOSTOMVS etiam aliquoties repetit in hunc locum, hæc dici à Christo secundum humanitatem. Viderit ergo Caluinus quos auctores sequatur; dum ponere animam suam, & iterum sumere eam, Diuinitati attribuit. Sed rursus proferunt illud 2. Corinth. 5. *Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum*. Et infra: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi*. Et infra: *Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo*. Et illud Coloss. 1. *Pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in calis, quæ in terris sunt*.

AT reconciliare, exhortari, pacificare actiones Mediatoris sunt. Igitur Christus, ut Deus, Mediator fuit.

RESPONDEO primum, reconciliare, exhortari, & pacificare, non semper esse Mediatoris. Mediatoris enim est reconciliare vnum alteri. At si quis per se ipsum reconciliat sibi inimicum, is non dicitur Mediator. Itaque omnis Mediator reconciliat, sed non omnis qui reconciliat continud est Mediator.

ADDO præterea, aliud esse reconciliare per Mediatorem, aliud verò esse Mediatorem. Potest enim altera ex partibus dissidentibus procurare Mediatorem, & per eum reconciliationem, non tamen ipsa pars erit, Mediator. Ita ergo Deus reconciliauit nos sibi, sed per Mediatorem, quem ad nos misit.

POSTREMÒ, adserunt illud Heb. 4. *Habemus Pontificem, qui penetravit cælos*. Item illud Hebræorum 7. *Sine patre, sine matre, sine genealogia*. Nam penetrare cælos, non potest homini puro conuenire, nec est vllus sacerdos sine patre, & sine matre, nisi Christus Deus & homo. Is enim, ut Deus, caret matre; ut homo, caret patre. Igitur Christus Sacerdos, ac proinde Mediator est, secundum utramque naturam. Quocirca Athanasius in lib. de humanitate Verbi, & Cyrillus in epistola ad Nestorium, c. 10. Verbum ipsum fatentur Sacerdotem esse.

RESPONDEO, hæc omnia rectè probant, personam Pontificis nostri esse diuinam, id quod nos libentissimè confitemur. Verè enim IESVS est Pontifex summus, qui penetravit cælos, quique sine patre, & sine matre est, & simul patrem habet & matrem, Deus est; sed non, quia Deus est, penetravit cælos; nec, quia homo est, caret matre, aut patrem habet; ac denique non quia Deus est, Pontifex est. Nam virtus quidem, qua Christus penetravit cælos, à Deo erat, tamen ipsum penetrare cælos, cum sit loco moueri, non potest Christo secundum formam Dei, quæ immutabilis est, sed solum secundum formam hominis conuenire.

PARI ratione Christus Deus caret patre, sed ut homo; caret matre, sed ut Deus. Idem verò patrem habet, quia est Deus de Deo; & matrem habet, quia Filius hominis est. Denique Verbum Deus, ut Athanasius & Cyrillus rectè docent, Sacerdos est, sed secundum formam hominis, ut idem Cyrillus in Apologia sua restatur.

CAPVT SEPTIMVM.

Explicantur testimonia Patrum, quæ aduersarij proferunt.

ECVNDÒ loco proferunt testimonia Patrum. Ac primum obiciunt Dionysium Areopagita, qui in Epist. 4. ad Caium dicit, Christum administrasse *deum eandem in regno*, id est, operationem Dei virilem. Et idem habetur in cap. 2. de diuinis nominibus.

RESPONDEO, hanc sententiam Dionysij tribus modis intelligi posse. Ac primo, si quis intelligat per Dei virilem operationem, vnam operationem propriam vtriusque naturæ, ut videntur velle nostri aduersarij, manifestè errat. Nam in Synodo V. I. actione 8. Macarius hæreticus Monothelita hanc ipsam sententiam ex Dionysio afferbat in huc sensu, ad suã hæresim stabiendam.

POTEST tamen secundo vocari Dei virilis operatio aliquod opus Christi, in quo concurrant Deitatis & humanitatis actiones; sed distinctæ, & duæ reuera. Quæ sententia est vera, & ab auctore intenta. Et hoc modo exponitur à Sophronio in illa insigni oratione, quæ legitur in VI. Synodo actione 11. ubi distinguit tria genera operum Christi: quædam purè diuina, ut creare & conseruare omnes creaturas; quædam purè humana, ut comedere, bibere; quædam partim diuina, partim humana, ut ambulare super aquas. Nam ambulare, hominis erat. Dare autem aquis soliditatem, erat Dei. Et hæc dicuntur *deum eandem*, hoc est, diuinè humana opera, qualia erant omnia miracula, non tamen omnia opera Christi; porro talia non sunt opera Mediatoris, ut Mediator est, nimirum sacrificare, & orare. Hæc enim omnia humana sunt.

POTEST etiam asserti tertia intelligentia, huius theandricæ operationis ex Damasceno lib. 3. cap. 19. qui docet, omnem Christi actionem posse vocari theandricam ratione suppositi operantis. Sæper enim Deus homo operabatur, non nudus Deus, aut nudus homo. Quomodo etiam videret exponere Damascenus id, quod ait sanctus Leo epist. 10. vtraque natura operatur cum alterius communione, quod proprium est. Id enim vult esse cum communione alterius, ac si dictum esset, manente vniõne cum altera in eodem supposito; & secundum hanc intelligentiam auctoritas Dionysij non est ad rem.

SECVNDÒ, obiciunt Irenæum, qui lib. 3. cap. 20. *Oportuerat, inquit, Mediatorem Dei & hominum per suam ad vrosque domesticitatem in amicitiam, & concordiam vrosque reducere, & facere, ut Deus assumeret hominem, & homo se redderet Deo*. Item proferunt similia verba ex Epiphano in Ancorato, ante medium; Chrysostomo, Ambrosio, Theodoro, & Theophylacto in caput 2. prioris ad Timotheum, qui dicunt Mediatorem Dei & hominum debuisse utramque naturam in se habere, ut Deum & homines in amicitiam redigeret.

RESPONDEO, hi omnes loquuntur de mediatio-
ne substantiali, quæ facta est in ipso Christo per incar-

nationem, & necessaria fuit ad meditationem per operationem. Nisi enim esset Christus Deus homo, non esset suppositum diuinum in natura humana operans, & proinde non essent opera Mediatoris infiniti pretij.

ITAEQUE formaliter Christus est Mediator, quantum ad mediationem operationis, per solam humanitatem, tamen ut esset Mediator, & posset totum mundum redimere ex rigore iustitiae, debuit praeter formam humanitatis habere diuinum suppositum, non autem poterat habere diuinum suppositum in natura humana, nisi in illo esset Mediator substantialis duarum naturarum.

TERCIO, obiciunt Augustinum Enchirid. cap. 108. Nam, inquit, neque liberaremur per unum Mediatorem Dei & hominum, nisi esset & Deus. Item lib. 1. de consensu Euangelistarum, cap. 35. Ideo Christus Mediator Dei & hominum dicitur est inter Deum immortalem & hominem mortalem, Deus est homo reconcilians hominem Deo manens quod erat factus quod non erat. Item homil. de ouibus, c. 12. Non Mediator homo praeter Diuinitatem. Item: Diuina humanitas, & humana Diuinitas mediatrix est. Item lib. 9. ciuit. Dei, cap. 15. Quod credendum est Mediator, qui non solum homo, verum etiam Deus sit.

RESPONDEO, loquitur Augustinus de persona, quae operi dare debebat dignitatem. id quod patet, tum ex locis à nobis allegatis, tum ex lib. 9. ciuit. Dei, cap. 15. ab aduersariis citato. Nam postquam dixerat Augustinus Mediatorem esse debuisse Deum & hominem, subiungit. Nec tamen ob hoc Mediator, quia Verbum, maxime quippe immortale, & maxime beatum Verbum longe est à mortalibus miseris, sed Mediator per quod homo.

CAPVT OCTAVVM.

Soluntur argumenta ex ratione petita.

PRIMO obiciunt rationes. Renouare corda, & dare Spiritum sanctum, sunt opera Mediatoris; docet enim Augustinus in Enchirid. cap. 33. per Mediatorem nos recipere Spiritum sanctum, & tamen certum est, dare Spiritum sanctum, & reuocare corda, esse solius Dei.

ITEM, docere est opus Mediatoris, & tamen Augustinus in libro de Magistro affirmat, solum Deum esse verum Magistrum, qui docet hominem scientiam, Christus ergo, ut Deus, Mediator est.

RESPONDEO, dare Spiritum sanctum meritorie, est proprium Mediatoris, sed hic modus dandi Spiritum, non est Dei formaliter, sed hominis; & autem Spiritum sanctum, & renouare corda efficienter, & ut auctorem doni, non est Mediatoris, sed eius, apud quem Mediator intercedit, id est, Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et patet, quia cum donum Spiritus sancti, & omnis illuminatio detur à tota Trinitate, si eiusmodi donatio esset Mediatoris, tota Trinitas esset Mediator.

PARITER, docere principaliter est Dei, id est, Trinitatis: docere per modum instrumenti, est hominis; Christus igitur, ut Deus, Doctor ac Magister est verus ac principalis; idem Christus, ut homo, Mediator Dei & hominum, Doctor fuit, ut instrumentum Diuinitatis, sed instrumentum coniunctum & singulare, non separatum & commune, qualia instrumenta fuerunt Apostoli & Prophetae.

SECUNDA ratio est Caluini, in epistola ad Polonos: Christus fuit caput Angelorum & hominum, etiam ante lapsum Adae, integro adhuc statu rerum, Coloss. 1. Primogenitus omnis creaturae: igitur fuit etiam Mediator Christus ante lapsum primi hominis: atqui tunc Christus nondum erat homo, ergo, ut Deus, erat hominum & Angelorum caput, & Mediator.

ADDE etiam, quod Chrysostrmus, Augustinus, & Hieronymus in commentario capitis tertij epistolae ad Galatas, exponentes illud: Lex ordinata per Angelos in manu Mediatoris, volunt per Christum Mediatorem datam

esse legem, & de hoc loqui Paulum eo loco. Immo etiam Hieronymus vterius progreditur, ac dicit, per hunc Mediatorem non solum legem esse datam, sed etiam mundum esse creatum. Constat autem Christum non fuisse hominem, quando lex data est Hebraeis, & multo minus, quando minus creatus est; quare necessario sequitur, ut secundum formam Dei Mediator fuerit.

RESPONDEO, Christum, ut Deum, fuisse etiam ante lapsum Angelorum & hominum, caput eorum, sed non ipsum solum, verum etiam Patrem, & Spiritum sanctum Mediatorem autem Angelorum fuisse Christum, aut etiam hominum ante peccatum, falsum est, alioqui etiam Patrem & Spiritum sanctum faceremus Mediatorem. Nam in primis Scriptura facit quidem Christum caput omnium Angelorum & hominum, Ephes. 1. & Coloss. 1. at Mediatorem Angelorum nusquam facit. Paulus enim 1. ad Tim. 2. dum de Mediatore loquitur, discretis verbis affirmat, Christum Mediatorem esse Dei & hominum.

AVGVSTINVS autem in Enchirid. cap. 108. addit, quod si homo non peccasset, Christo Mediatore non eguisset. Et in caput 3. ad Gal. dicit, Christum non esse Mediatorem Dei & Angelorum, sed Dei & hominum tantum, eò quod Angeli, qui peccauerunt, nunquam reconciliandi sunt: qui autem non peccauerunt, Mediatore non egent.

ITAEQUE quod Caluinus dicit de Mediatore Christo ante peccatum Adae, est expressè contra Augustinum, & videtur esse manifestus Arianismus.

NEQUE enim Caluinus ideo Christum ante incarnationem facit Mediatorem, quod ob incarnationem, & merita eius praeuisa existimet datam fuisse Angelis, & primo homini gratiam, quod nonnulli ex Catholicis sensisse videntur, de quorum sententia modò non disputo: sed quod arbitretur ipsum Verbum aeternum, quia Deus erat ante incarnationem, inter Patrem & Angelos, atque etiam homines, in statu innocentiae constitutos, Mediatoris officio functum. Quod sine suspitione Arianismi non dicitur. Nam Mediator, quia Mediator est, cum debeat sacrificare, supplicare, intercedere, necessario minor est Deo, cui sacrificat, cui supplicat, apud quem intercedit.

SI ergo Christus, cum adhuc non esset homo, Mediator erat, certè cum adhuc non esset homo, Deo Patre minor erat: atqui tunc nihil erat, nisi Deus, igitur, ut Deus, minor erat Filio Patre.

NEQUE ab hac haeresi abesse videtur id quod idem Caluinus ait lib. 2. instit. c. 12. §. 4. Fateor, inquit, in primo creationis ordine, & integro naturae statu praefectum Angelis & hominibus fuisse caput. Qua ratione dicitur à Paulo primogenitus omnis creaturae. Haec ille. Qui quidem solum Filium, etiam ante incarnationem, facit caput hominum & Angelorum. Illum enim facit caput, qui est primogenitus omnis creaturae. At si solus Filius erat caput hominum & Angelorum, igitur aliquid influebat Filius in Angelos & homines, quod Pater non influebat, non sunt ergo diuisa opera Trinitatis, proinde nec est vna natura, atque essentia Trinitatis.

DEINDE quid sibi vult illud: Filium, ut Deum, praefectum fuisse caput Angelis & hominibus? A quo enim, quaelo, praefectus fuit? Nonne à Patre? Igitur Patris minister, & quasi vicarius fuit Filius, etiam antequam esset homo. Et quid aliud Ariani volebant?

NEC inquit Caluinus locus Apostoli ad Colossenses primo. Nam cum dicit, Christum esse primogenitum omnis creaturae, vel loquitur de Christo secundum formam serui; vel, ut exponit Chrysostrmus, loquitur quidem de Christo secundum formam Dei, sed non facit eum fratrem primogenitum creaturarum, sed significat genitum fuisse à Patre, priusquam vlla creatura efficeretur, iuxta illud Proverb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio.

Sed de his multa diximus in primo libro.

IAM quod attinet ad Patres, qui dicunt, Christum Mediatorem de deo legem Hebraeis, vel mundum creatum esse. Respondeo, Patres loqui de Mediatore materialiter, non formaliter; non enim dicunt, Christum fuisse Mediatorem in creando mundo, aut in lege danda, sed dicunt, Christum Mediatorem, id est, illam personam, quae postea futura erat mediatrix, esse verum Deum, & auctorem mundi, & legis, & omnium rerum.

VNDE Chrysostrmus expressè dicit, Christum auctorem fuisse legis, & proinde abrogare illam potuisse, ex quo sequitur, eum non ut Mediatorem, sed ut auctorem primum id fecisse: nec enim Mediator est auctor, nec legem abrogare potest, qui non est auctor. Et ibidem Augustinus dicit, Christum esse quidem Mediatorem, sed mediare inter totam Trinitatem & homines peccatores. Ex quo iterum sequitur, eum non fuisse propriè Mediatorem, quando nulli erant homines peccatores.

CAPVT NONVM.

Ostenditur, Christum sibi etiam aliquid meruisse.

ESTAT postrema quaestio; An videlicet Christus operibus, ac laboribus suis, non solum nobis omnibus gratiam & gloriam acquisierit, sed etiam aliquid acquisierit sibi. Et quidem Theologi Doctores apud Magistrum, in tertio Sent. distinctione decima octaua, conueniunt inter se, atque vno consensu docent, Christum praeter ea bona, quae suis laboribus peperit nobis, meruisse etiam sibi corporis gloriam, & nominis exaltationem.

REPUGNAT Caluinus lib. 2. instit. cap. 17. §. 6. Quereret, inquit, an sibi meruerit, quod faciunt Lombardus, & Scholastici, non minus stulta est curiositas, quam temeraria definitio, ubi hoc idem asserunt. Quid enim opus fuit descendere vnicuique Dei filium, ut sibi acquireret quidquam noui? Et consilium suum exponens Deus, omnem dubitationem eximit. Non enim Filij utilitati consuluisse dicitur Pater in eius meritis, sed eum tradidisse in mortem, neque ei peperisse, quia mundum diligeret. Et notanda sunt loquutiones Propheticae: Puer natus est nobis, Item; Exulta filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi: frigeret etiam alioqui confirmatio illa amoris, quam Paulus commendat, quod Christus pro inimicis mortem subierit. Inde etiam colligimus rationem suam non habuisse. Idque clare affirmat, dicens; Pro illis sanctifico me ipsum. Se etiam nihil acquirere et laetari, qui fructum sanctitatis suae in alios transfert. Et certè hoc maxime dignè obseruatum, quod Christus, ut se totum addideret in salutem nostram, quodammodo sui oblitus est. Haec ille. Et paulò infra: Quibus meritis, inquit, assequi potuit homo, ut iudex esset mundi, caput Angelorum, atque ut potiretur summum Dei imperio?

HAC tamen nihil impedit veritatem. Dicimus ergo, Christum meruisse sibi illa omnia quae accepit post passionem suam. Et probatur hoc primò expressis Scripturis. ad Philip. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autè crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, &c. Ad Hebr. 2. Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum.

RESPONDET Caluinus his testimoniis solum significari, Christum post passionem suam habuisse gloriam, non autè vnum fuisse causam alterius; sicut cū dicitur Lucae ult. Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloria sua.

AT in primis etiam iste locus potest significare causam. Est enim, ac si dictum esset: Oportet vincere, & sic triumphare. Deinde, non sunt omnino similia illa loca. Na Philip. 2. & ad Hebr. 2. habetur particula (PROPTER) quae particula causam ubique significare solet. Deinde particula (ET) in illis verbis: Propter quod & Deus exaltauit illum, aperte indicat causam. Est enim sensus, Christus obediuit Deo, & vicissim Deus honorauit illum: sicut Marthae 16. post confessionem Petri, dicit ei Dominus: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. Vbi Hieron.

Mercedem, inquit, recepit vera confessio.

DEINDE sic exposuerunt omnes Patres.

CHRYSOSTOMVS hom. 7. in Epistolam ad Philip. Extremam, inquit, Christus praesit obedientiam, propterea accepit & supremum honorem, &c. Vbi hortatur Chrysostrmus ad obedientiam & humilitatem: quae exhortatio frigidissima esset, si illud, propterea, non diceret causam.

AMBROSIVS in c. 2. Philip. Quid, inquit, & quantum humilitas mereatur, hic ostenditur, &c. August. tract. 104. in Ioan. hunc locum tractas: Humilitas, inquit, claritatis est, meritum claritas humilitatis est premium, sed hoc factum est in forma serui. Vide etiam Cyrillum lib. 3. thesau. c. 2. Basilium lib. 4. in Eunom. Augustinum lib. 2. contra Maximin. cap. 5. & lib. 3. cap. 2. Theophylactum, Oecumenium, Primasium, Bedam, Anselmum, & alios in hac loca. Omnes enim ex his locis colligunt, Christum meruisse humilitate gloriam, non solum nobis, sed etiam sibi. Et certè longè tutius est, tot veteres Patres, Gracos & Latinos in Scripturarum explicatione sequi, quam nouellos istos Doctores, qui non videntur sibi sapere, nisi omnibus contradicant.

PRÆTEREA est etiam congruentia rationis, nam melius est, cæteris paribus, aliquid ex merito habere, quam sine merito.

SI dicas, quare ergo non etiam gratiam, & scientiam, & gloriam animæ habuit Christus ex merito?

RESPONDET B. Thomas 3. p. q. 19. art. 3. Christum debuisse habere omnia optimo modo: sunt autem quaedam bona tam excellentia, ut melius, sit illis nunquam carere, quam ea acquirere ex merito, quia magis detrahit perfectioni alicuius carentia illorum ad tempus, quàm dignitas merendi: & tamen non potest quis ea mereri, nisi aliquando illis careat. Et talia sunt gratia, gloria, scientia; & praecipue vno hypostatice, quae omnia Christus ab initio habuit. At gloria corporis, & nominis exaltatio minora sunt, quàm ipsa dignitas merendi, & ideo melius fuit carere illis ad tempus, & ex merito illa acquirere, quàm carere dignitate merendi.

CAPVT DECIMVM.

Soluntur argumenta Caluini.

NEQUE argumenta Caluini valde metuenda sunt. Nam cum ait; Quid opus fuit descendere vnicuique Filij Dei, ut sibi acquireret aliquid noui?

RESPONDEO, non eguisse Dei Filium, vlla re, nec descendisse, ut sibi aliquid acquireret. Nam, qui descendit, Deus fuit, non homo; immò hoc ipsum descendere fuit hominem fieri, & seipsum exinaniare. At postquam descendit, & formam serui accepit, aliquid sibi acquisiuit in ea forma, quam assumpserat, non in ea, qua descendit. Porro in forma serui aliquid ei defuisse ante resurrectionem, quis ambigere potest?

DICIS, gloria corporis sequitur per se ex gloria animæ, at accessorium non cadit sub merito.

RESPONDEO, in primis gloriam corporis non videri absolute accessorium. Nam sequitur ex gloria animæ secundum Dei determinationem, & meritorum congruentiam. Deus enim voluit ut gloria animæ redundaret in corpus, quia gloria animæ acquiritur per actus animæ, qui in corpore exercentur, & ideo tam gloria animæ, quàm gloria corporis cadit sub merito.

DEINDE quid prohibet, id quod accessorium est, cadere sub merito. Etsi enim iam debitum est ratione eius, cui accedit, tamè potest etiam cadere sub merito, ut alio quodam titulo debeat. Quare licet fateamur debitam fuisse Christo gloriam corporis, etiam si pro ea non laborasset: tamen quia quod debetur vno modo, potest deberi etiam alio modo: ideo voluit Deus, ut gloria corporis deberetur Christo etiam iure praemij ac mercedis.

ALITERVM Caluini argumentum sumebatur ex his locis, ubi dicitur Christus pro nobis laborasse usque ad

mortem. Rom. 8. *Proprio Filio non peperit, sed pro nobis tradidit illum.* Isaia 9. *Puer natus est nobis.* Zach. 9. *Ecce Rex tuus venit tibi.* Ioan. 17. *Pro eis ego sanctifico meipsum.*

RESPONDEO primum, in nullo horum locorum legi, propter nos tantum Christum laborasse. Proinde hæc omnia nihil aliud efficere, quam nobis Christi labores profuisse, quod minimè negamus. Adde deinde, in his locis nullam factam esse mentionem gloriæ ipsius Christi, quasi propter nos tantum laborasset, quia nos fuimus causa, sine qua non fuisset passus. Si enim Adam steteret in ea innocentia, in qua conditus fuerat, sine dubitatione vlla, Dei Filius passus non fuisset: fortasse etiam nec carnem assumpisset, ut ipse etiam Caluinus docet lib. 2. instit. cap. 12. §. 4.

IAM verò tertium Caluini argumentum illud erat, frigeret confirmatio illa amoris, quam Paulus commendat Rom. 5. *quod Christus pro inimicis mortem subierit.*

SED respondeo, nihil impedire meritum proprium, quo minus ostendatur ardor caritatis Dei erga homines. Nam in primis Scripturæ, ut plurimum, extollunt caritatem Dei Patris, qui nihil lucrari poterat. Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum, &c.* Rom. 8. *Proprio Filio non peperit, &c.*

DEINDE etiam Christi maxima apparet caritas, si respicias diuinam eius personam, cui nihil accessit utilitatis; & hoc Paulus nobis proponit 2. Corinth. 8. *Scitis, inquit, gratiam Domini nostri IESU CHRISTI, qui propter nos egenus factus est, cum esset diues. Et Philip. 2. *Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit, &c.**

DENIQUE etiam Christi hominis apparet maxima

A caritas, quia poterat ipse sine passione & morte per alios actus mereri sibi gloriam corporis, & nominis exaltationem, & tamen mori voluit, & pro inimicis mori, ut copiosa esset redemptio. Quod autem Christus non sui omnino oblitus fuerit, ut Caluinus dicit, patet. ex verbis illis Ioannis decimo septimo: *Clarifica me Pater claritate quam habui apud te, &c.* Vbi postulat à Deo gloriam resurrectionis, & nominis exaltationem, ut exponit eo loco sanctus Augustinus.


ARGUMENTVM postremum illud fuit: *Quibus meritis assequi potuit homo, ut iudex esset mundi, & caput Angelorum, atque ut summo Dei imperio potiretur, atque in eo resideret maiestas illa, cuius mille partem cuncta hominum & Angelorum virtutes attingere nequeunt?*

SED facilis solutio est. Nam nemo Catholicorum docet, Christum suis meritis id assequutum, ut esset caput Angelorum, & summo Dei imperio potiretur, atque in eo Dei maiestas resideret. Si enim id meruisset, vnionem hypostaticam meruisset. Quod Augustinus aperte negat libro de prædestinatione Sanctorum cap. 15. & nos etiam paulò antè negauimus.

PORRO, ut iudex esset mundi facile Christus mereri potuit. Nam Christi merita si non fuissent sufficientia ad hoc, ut ipse fieret iudex mundi, multò minus fuissent sufficientia ad reconciliationem totius mundi. Maius enim & difficilius fuit totius mundi peccata expiare, quam mundi iudicem constitui. Et tamen prima Ioan. 2. dicitur. *Christi sanguis esse propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Finis secundæ Controuersiæ generalis.

LAVS DEO, VIRGINIQUE MATRI MARIE.



TERTIA
CONTROVERSIAM
GENERALIS.

DE SUMMO PONTIFICE,

QUINQUE LIBRIS

EXPLICATA.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

De Romani Pontificis Ecclesiastica Hierarchia.

Prefatio in libros de Summo Pontifice.

- Cap. I. Proponitur quaestio, Quodnam sit optimum regimen? (praestet.
II. Probatur prima propositio, Quod Monarchia simplex, simplici Aristocratia & Democratia
III. Quod Monarchia Aristocratia & Democratia admixta utilior sit in hac vita, quam simplex
III. Quod circumstantiis exclusis, Monarchia simplex absolute & simpliciter excellat. (Monarchia.
V. Proponitur secunda quaestio, Debeatne Ecclesiasticum regimen esse Monarchicum?
VI. Quod Ecclesiae gubernatio non sit Democratia.
VII. Quod non sit Ecclesiasticum regimen penes Principes seculares.
VIII. Quod non sit Ecclesiasticum regimen praecipue penes Episcopos.
IX. Quod regimen Ecclesiasticum praecipue Monarchicum esse debeat.
X. Proponitur tertia quaestio, & probatur Petri Monarchia ex loco Euangelij, Matth. 16.
XI. Quid sit super petram aedificari Ecclesiam. Matth. 16.
XII. Quis sit ille cui dicitur, *Tibi dabo claves.* Matth. 16.
XIII. Quid intelligatur per *claves.* Matth. 16.
XIII. Soli Petro esse a Christo dictum, *Pasce oves meas.* Ioan. 21.
XV. Quid significet, *Pasce,* Ioan. 21.
XVI. Quod illis verbis Ioan. 21. *Oves meas,* vniuersa Ecclesia significata sit.
XVII. Explicatur prima praerogatiua S. Petri ex mutatione nominis.
XVIII. Explicatur secunda praerogatiua ex modo, quo ab Euangelistis Apostoli numerantur.
XIX. Explicantur quatuor aliae praerogatiuae ex Euangelio S. Matthaei.
XX. Explicantur tres aliae praerogatiuae ex Euangelio S. Lucae.
XXI. Explicantur aliae duae ex Euangelio S. Ioannis.
XXII. Explicantur aliae nouem praerogatiuae ex Actis Apostolorum & Epistola ad Galatas.
XXIII. Proponuntur aliae praerogatiuae ex variis auctoribus.
XXIII. Tres vltimae praerogatiuae in medium adferuntur.
XXV. Testimoniis Patrum Graecorum & Latinorum confirmatur primatus Petri.
XXVI. Diluitur argumentum ex comparatione Petri cum Iacobo.
XXVII. De comparatione Petri cum Paulo.
XXVIII. Refellitur obiectio, ex quindecim peccatis S. Petri a Magdeburgensibus concinnata.

LIBER SECVNDVS.

De Summo Pontifice.

- Cap. I. Proponitur quaestio, An B. Petrus Romae fuerit, ibidemque existens mortuus sit?
II. Quod Petrus Romae fuerit.
III. Sanctum Petrum Romae mortuum esse.
IV. Petrum Romae vsque ad mortem Episcopum fuisse.
V. Soluitur argumentum primum haereticorum.
VI. Soluitur secundum argumentum.
VII. Soluuntur alia quinque argumenta.
VIII. Soluuntur alia octo argumenta.
IX. Soluitur decimum sextum argumentum.
X. Soluitur decimum septimum argumentum.
XI. Soluitur vltimum argumentum.
XII. Romanum Pontificem Petro succedere in Ecclesiastica Monarchia, probatur ex diuino iure & ratione successione.
XIII. Idem probatur ex Conciliis.
XIV. Idem probatur ex testimoniis Summorum Pontificum.
XV. Idem probatur ex Patribus Graecis.
XVI. Idem probatur ex Patribus Latinis.

Idem

- XVII. Idem probatur ex origine & antiquitate primatus.
XVIII. Idem probatur ex auctoritate, quam exercuit Romanus Pontifex in alios Episcopos.
XIX. Idem probatur ex legibus, dispensationibus, & censuris.
XX. Idem probatur ex Vicariis Papae.
XXI. Idem probatur ex iure appellationum.
XXII. Soluuntur argumenta Nili de iure appellationum.
XXIII. Soluitur argumentum primum Lutheranorum.
XXIII. Soluuntur alia tria argumenta.
XXV. Soluitur argumentum vltimum.
XXVI. Idem probatur ex eo, quod summus Pontifex a nemine iudicatur.
XXVII. Soluuntur argumenta Nili.
XXVIII. Soluuntur obiectiones Caluini.
XXIX. Soluuntur alia nouem argumenta.
XXX. Soluitur argumentum vltimum, & tractatur quaestio, an Papa haereticus deponi possit.
XXXI. Idem probatur ex nominibus, quae Romano Pontifici tribui solent.

LIBER TERTIVS.

De Summo Pontifice.

- Cap. I. Proponitur Disputatio de Antichristo.
II. Antichristum certum quendam hominem futurum.
III. Ostenditur Antichristum nondum venisse.
III. Explicatur prima Demonstratio, quod nondum venerit Antichristus.
V. Explicatur secunda Demonstratio.
VI. Explicatur tertia Demonstratio.
VII. Explicatur quarta Demonstratio.
VIII. Explicatur quinta Demonstratio.
IX. Explicatur sexta Demonstratio.
X. De nomine Antichristi.
XI. De Charactere Antichristi.
XII. De Generatione Antichristi.
XIII. De Sede Antichristi.
XIII. De Doctrina Antichristi.
XV. De Miraculis Antichristi.
XVI. De regno & Praeiiis Antichristi.
XVII. De Gog & Magog.
XVIII. Refelluntur deliramenta haereticorum, quibus non tam probant, quam impudenter affirmant, Papam esse Antichristum.
XIX. Refelluntur nugae Synodi Smalchaldicae Lutheranorum.
XX. Refelluntur Caluini mendacia.
XXI. Refelluntur mendacia Illyrici.
XXII. Refelluntur ineptiae Tilemani.
XXIII. Refelluntur mendacia Chytraei.
XXIII. Refutantur argumenta Caluini & Illyrici, qui probare conantur, Papam non esse amplius Episcopum: vbi etiam refellitur fabula de Ioanne Papa femina.

LIBER QVARTVS.

De potestate Spirituali Summi Pontificis.

- Cap. I. Quod Papa sit Summus Iudex in controuersis fidei & morum diiudicandis.
II. Proponitur quaestio, Sitne certum Papae iudicium?
III. Statuitur prima propositio de infallibili iudicio Summi Pontificis.
III. De Romana Ecclesia particulari.
V. De decretis morum.
VI. De pontifice, vt est particularis quaedam persona.
VII. Soluuntur obiectiones ex ratione petita.
VIII. De erroribus qui falso ascribuntur Summis Pontificibus, Petro, Lino, Anacleto, Telephoro, Victori, Zephyrino, Urbano, Pontiano, Cornelio & Marcellino, qui non solum Pontifices, sed etiam Martyres fuerunt.
IX. De iis quae Liberio & Felici II. obiciuntur.

Tomus primus.


T 2

- X. De Syricio, Innocentio, & aliis septem Pontificibus.
 XI. De Honorio I.
 XII. De aliis septem Pontificibus.
 XIII. De Gregorio VII.
 XIV. De cæteris Pontificibus, quibus error in fide falsè tribuitur.
 XV. Proponitur quæstio, An Summus Pontifex habeat iurisdictionem verè coactiuam, ita ut possit leges condere, quæ obligent in conscientia, & iudicare ac punire transgressores?
 XVI. Probatur testimoniis verbi Dei, posse Pontifices veras leges condere.
 XVII. Soluuntur argumenta aduersariorum ex Scripturæ testimoniis ducta.
 XVIII. Soluitur argumentum ex comparatione legum.
 XIX. Soluitur argumentum ductum ab exemplis.
 XX. Soluuntur argumenta duo desumpta ex ratione conscientia.
 XXI. Soluitur argumentum ex Patribus.
 XXII. Proponitur quæstio postrema, An Christus iurisdictionem Ecclesiasticam soli Pontifici Summo immediatè contulerit.
 XXIII. Apostolos à Christo iurisdictionem omnem accepisse.
 XXIV. Episcopos omnes à Papa iurisdictionem accipere.
 XXV. Soluuntur argumenta aduersariorum.

LIBER QVINTVS.

De potestate Pontificis temporali.

- Cap. I. Proponitur quæstio de potestate temporali.
 II. Papam non esse Dominum totius mundi.
 III. Papam non esse Dominum totius orbis Christiani.
 IIII. Papam non habere vllam temporalem iurisdictionem directè.
 V. Soluuntur argumenta contraria.
 VI. Papam habere temporalem potestatem indirectè.
 VII. Rationibus probatur Theologorum sententia.
 VIII. Idem probatur exemplis.
 IX. Non pugnare cum verbo Dei, ut vnus homo sit Princeps Ecclesiasticus & Politicus simul.
 X. Soluuntur argumenta contraria.



IN LIBROS DE SVMMO PONTIFICE, HABITA IN GYMNASIO ROMANO, ANNO CIO. IO. LXXVII. P R A E F A T I O.



ANTEQVAM Disputationem de Pontifice maximo aggrediamur, pauca quaedam prae-mittenda esse censui. Primum de utilitate & magnitudine instituta disputationis. Deinde de iis qui Romanum primatum scriptis libris oppugnare, vel etiam è contrario propugnare, ab exordio Ecclesiae vsque ad nostra tempora studuerunt. Postremò de ratione & ordine, quo praesens Controversia, quae necessarid longissima futura est, à nobis tractanda, atque explicanda sit.

Et quidem quæstionis de Pontifice magnitudo, atque utilitas ex duobus potissimum intelligitur: ex magnitudine rei de qua agitur, quæ in dubium reuocatur, & ex multitudine & contentione aduersariorum, etenim de qua re agitur, cum de primatu Pontificis agitur? breuissime dicam, de summa rei Christiana. Id enim queritur, debeatne Ecclesia diutius consistere, an verò dissolui & concidere. Quid enim aliud est querere, an oporteat ab edificio fundamentum remouere, à grege pastorem, ab exercitu imperatorem, solem ab astris, caput à corpore, quam an oporteat adificium ruere, gregem dissipari, exercitum fundi, sydera obscurari, corpus iacere?

PORRO aduersarij, id est, heretici, cum in alijs ferè dogmatibus, non minus inter se, quam à nobis dissentiant, in hoc tamen omnes conueniunt, ut totis viribus, summaque animi contentione Romani Pontificis sedem oppugnent: nulli fuerunt vnquam hostes Christi, atque Ecclesiae, qui simul cum hac sede bellum non gesserint. Quæ duo mihi Isaias Propheta longè antè prouidisse ac prædixisse videtur. Rei quidem magnitudinem & utilitatem, cum ait: Ecce ego ponam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, preciosum, in fundamento fundatum. Hereticorum verò contentionem & impetum, cum hunc ipsum lapidem, lapidem offensionis, & petram scandali esse dicit. Quæ posteriora verba etsi ab Isaias non eodem loco posita sunt, quo priora (hæc enim c. 8. illa c. 28. continentur) tamen Apostolus Paulus ad Rom. 9. & Apostolus Petrus in epist. priore, c. 2. ita hæc omnia Propheta verba copularunt, ut nemini dubium esse possit, quin ad eundem finem, idemque propositum referantur, & quanquam hæc verba in Christum præcipuè conuenire non ignoramus, eadem tamen non ineptè in Christi vicarium quadrare censemus.

QVÆ sunt igitur fundamenta Sion? Explicat hoc Apostolus Ioannes in Apocalypsi. Describens enim huius eiusdem sanctæ Ciuitatis partes omnes, atque ornamenta, inter cætera sic ait: Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni. Fundamenta ergo Sion Apostoli sunt: in his numeratur, & excellit singularis quidam lapis. Ecce, inquit, ponam in fundamentis Sion lapidem. Quis iste lapis sit, nemo ignorat qui Euangelium legit. Cum enim ex Apostolis duodecim vnus diceretur Simon, Dominus ei nomen mutauit, & pro Simone Petrum dici voluit, petram inquam: siquidem lingua Syrorum, quæ Dominus sine dubio utebatur, nihil aliud Cephas, quam petram significat. Ait igitur illi Dominus: Tu es Simon, tu vocaberis Cephas, id est, petra, sepè ut nos Latini commodius dicimus, Petrus, & rursum alio loco: Tu es Petrus, siue tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ecce vobis lapidem in fundamentis Sion. Sed qualem lapidem putatis? Lapidem, inquit, probatum, angularem, preciosum, in fundamento fundatum. Lapidem probatum. Si quidem omni genere probationis tentata est hæc petra, omnes portæ inferorum in eam impetum fecerunt.

Ac, ut omittam persecutiones Iudeorum atque Ethnicorum, quæ huic sedi cum reliqua Ecclesia communes fuerunt: certè in primis heretici permulti non semel neque bis, sed frequentissime renouatis exercitijs cum hac sede aperto Marte, conflixerunt. Deinde Græcorum amulatio ac superbia non antè destitit cum hac sede bellum gerere, quam ipsi à Turcarum Imperatore oppressi religionem quoque cum dignitate amisserunt. Tum Imperatores potentissimi & Christiani, & quod maius est, sub nomine religionis & pietatis, hanc ipsam sedem, vnde ad eos Imperij Romani scepra peruenerant, deicere, atque euertere sæpe conati sunt.

NEC enim ignoratis quas tragædias in Ecclesia Henricus IV. Henricus V. Otho IV. Fridericus II. alijsq; nonnulli diuersis temporibus excitarint. Et quasi hæc parua fuissent, addidit Satan Romanum populum contra Pontifices commouere. Exstat adhuc B. Bernardi epistola grauisima ad senatum populumque Romanum, quæ seditionem eorum contra Eugenium Papam à diabolo concitatam sedare conatur. Eiusmodi verò seditiones turbulentissima & perniciosissima, atque ad Romanum Pontificem perdendum apissima aliquot non diebus, neque mensibus, sed annis, immò & seculis durauerunt.

HVC accesserunt schismata grauisima, & plurima ipsorum inter se Romanorum Pontificum, quibus non potuisset ullo modo non cedere, & tandem labefactari ac destrui Petri sedes: si non petra esset firmissima, ac probatissima, & ab illo in fundamentis Sion constituta, qui ait: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, sic ne

forte putaremus, ob vitam incorruptam & mores integerrimos Summorum Pontificum, tam diu stetisse hanc sedem permittit ad extremum Deus, ut etiam quidam parum probi Pontifices aliquando hanc sedem teneant & regerent. Quales sane fuerunt Stephanus V. I. qualis Leo V. Christophorus I. Sergius III. Ioannes XII. alique non pauci, si vera sunt, quae de eorum vita & rebus gestis apud Historicos eorum temporum scripta leguntur.

ITAEQUE nihil est, quod haeretici tantum laborent in quorundam Pontificum vitis conquirendis. Nos enim aggressimus & fatemur, ea fuisse non pauca: sed tantum abest, ut iis gloria huius sedis obsecratur, vel minuat, ut iisdem potius vehementer crescat & amplificetur. Hinc enim intelligimus, non humano consilio, prudentia, viribus, Romanum Pontificatum tam diu consistere, sed quia hac petra ita à Domino roborata, diuinitus fundata, Angelorum custodius septa, singulari Dei providentia, & protectione munita est, ut aduersus eam portae inferorum nullo modo praeualere possint siue illis portis persecutio Tyrannorum, siue rabies haereticorum, siue schismaticorum furor, siue scelera & flagitia designentur. Lapide ergo probatum posuit Deus in fundamentis Sion, nec solum probatum, sed etiam angulare, quod duos parietes connectat quod mihi videtur ad demonstrandum discrimen inter Pontificem Christianorum & Iudaeorum esse positum. Ille enim lapis quidem & fundamentum erat, sed non lapis angularis. Nec enim pariter duos, sed unum tantum sustentabat: at noster lapis angularis est, nam & Iudaei, & Gentes, quasi parietes duo simul coniuncti, atque unam Christianam Ecclesiam facientes, ab hoc uno angulari lapide continentur.

ADDIT Isaias, & Preciosum. Quo uno verbo infinitus bonorum thesaurus significatus est, qui à Petri sede in omnem Ecclesiam copiosissime atque uberrime derivatur. Unde enim ad Germaniam, Galliam, Angliam, aliisque remotissimas provincias missi sunt, qui Euangelium predicarent, nisi ab hac sede? Vbi nam Episcopi de suis sedibus pulsi, totoque orbe profugi, ut Sibanius quondam & Petrus Alexandrini, Paulus & Chrysostomus Constantinopolitani, auxilium & refugium inueniunt, nisi in hac sede? Unde dogmatum explicationem, ritus Sacramentorum, indulgentiarum communicationem habemus, nisi ab hac sede?

VND E, ut caetera praetermittam, quae nimis longum esset enumerare, consensio in doctrina, vinculum pacis, unitas fidei, quae est ipsa salus & vita religionis, nisi ab hac sede? Alioqui enim, cur haeretici nostri temporis, cum satis multis & amplas provincias obtineant, Angliam, Scotiam, Daniam, Noruegiam, Sueciam, & Germaniam, Poloniam, Boemiam, Hungariam, non exiguam partem, nunquam adhuc unum generale Concilium, in quo vel de uno articulo omnes convenirent, cogere potuerunt? Cur etiam Graeci ab anno DCCC. quo à sede Petri, Romanaeque Ecclesiae, discesserunt, per illos totos ferme DCCC. annos ne unam quidem Synodum celebraverunt in argumentum mutuae per ipsos consensionis & pacis? Cum nos e contrario ab eo tempore circiter decem Concilia generalia eaque frequentissima habuerimus, quorum postremum est hoc ipso tempore, quo Lutherani inter se acerrime digladiantur, & de concordia plane desperant, summa Patrum consensione celebratum. Quae potest esse huius tanta differentiae ratio, nisi quod illi eo duce ac rectore carent, qui solus potest ac debet fratres omnes in fide confirmare, & Ecclesiam universam in unitate retinere?

ADDIT postremo idem propheta, In fundamento fundatum, Quid est enim in fundamento fundatum, nisi fundamentum post fundamentum, fundamentum secundarium, non primum? Si quidem primum ac praeipuum Ecclesiae fundamentum non ignoramus esse Christum, de quo Apostolus ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus IESVS. At post Christum, fundamentum est Petrus, & nisi per Petrum non pervenitur ad Christum. Tacent licet haeretici Christum eiusque verbum ac doctrinam sequi se gloriantur, necesse tamen est, ut inquit Magnus Leo in epistola ad Episcopos Viennensis provinciae, exortem mysterij illius esse divini, qui ausus fuerit à Petri soliditate recedere.

EST igitur Petri sedes lapis probatus, angularis, preciosus, in fundamento fundatus, & id quidem nobis. At vero aduersariis nostris haereticis nihil est aliud, quam lapis offensionis, & petra scandali. Cum enim deberent se super eam edificare in templum sanctum in Domino, illi contra, ut verè caeci atque videntes in eam impingunt. Displicet enim humanae sapientiae, displicet superbia eorum, qui in oculis suis prudentes sunt, ut unus mortalis, quo, nec eruditione, nec probitate nec ulla alia ratione inferiores se iudicant fundamentum dicatur Ecclesiae super quod tantum tam ingens, tam sublime tam immensum aedificium collocetur. Propterea vero eis hoc displicet, quia non intelligunt, quam sit Deo non solum facile, sed etiam gloriosum infirma eligere, ut confundat fortia. Nec animadvertunt hanc esse Dei consuetudinem, ut per fidem, & humilitatem, ad sapientiam & gloriam nos deducat.

SIC nimirum constituit per stultitiam praedicationis crucifixi, saluos facere credentes: sic piscatores elegit, ut conuerteret Imperatores: sic rebus abiectis, ac vilibus aqua, oleo, panis, vinique speciebus Sacramentorum virtutes, & infinitos donorum caelestium thesauros alligavit: ut dum fide & humilitate rebus illis abiectis subiciamur, ad fortem filiorum Dei, & ad ipsius divinae naturae consortium euehamur. Sed illi ad hac omnia oculos claudunt & solum contra salutarem petram, contraque Dei consilium insanire, & debacchari non cessant, ut verè sit illis lapis offensionis & petra scandali. Hanc enim sedem Donatista quondam cathedram pestilentiae nominabant: huius sedis Pontificem Berengarius Pompificem atque Pulpificem vocitabat, hanc Waldenses purpuratam meretrix em: hanc Ioannes Viclef Satanae Synagogam, hanc Lutherani, Caluinista, Anabaptista, Antichristi solium esse contendunt. Et cum à nobis in plurimis aliis rebus distideant, tamen hinc nobis solum nomen imponere voluerunt. Nec enim aliud, quam Papistas nos vocant, quasi vel solum vel praecipue in Summo Pontifice tuendo errare nos arbitrentur. Neque putant se maiori contumelia aliquem afficere posse, quam si eum nominent Papam. Quin etiam e contrario loca omnia caenosa ac sordida, & quidquid turpe ac foedum in rerum natura reperitur, Papa vocabulo appellare ceperunt.

DENIQUE is est Lutheri atque Caluini, eorumque similium in Pontificem animus, ut cum de aliis rebus omnibus mordaciter ac petulanter scribant, in Pontifice Summo vexando, & probis, calumniis, conuiciis onerando, furis agitari, & malo Damone pleni esse, vel potius hominem exuisse, ac Damorem induisse videantur. Caeterum quia ipsi, velint, nolint lucei fragiles, sunt, summus vero Pontificatus petra firmissima est, non ipsi, dum apud hanc sedem offendunt, eam confringent sed ab ea potius sine dubio conterentur. Qui ceciderit, ait Dominus, super lapidem hunc confringetur, super quem verò lapis ceciderit, conteret eum. Et magnus Leo loco ante notato: Quisquis (inquit) hunc sedi principatum exillimatum denegandum, illius quidem nullo modo potest minuire dignitatem, sed inflatus spiritus superbiae suae semetipsum in inferna demergit.

UT enim ingens aliquis scopulus qui in medio mari super undas ac fluctus eminet, non deicitur unquam, nec mouetur, licet idem idem ventorum flatus marisque fluctus magno impetu in eum incurrant, sed eos potius omnes soluit ac frangit: sic Petri sedes toties à Iudaeis, ethnicis, haereticis, scditiosis, schismaticis, incredibili furore pulsata, illis ferè omnibus, vel consumptis, vel subactis, vel prostratis, supra mille & quingentos annos stat immota: & semper (ut S. Augustinus ait) frustra circumlatrantibus haereticis, culmen auctoritatis obtinuit. Quae cum ita sint, vides, ni fallor, eius controuersia magnitudinem, quae nobis ad explicandum proposita est.

VENIO nunc ad id quod secundo loco posuimus. Primi, qui serio primatum Rom. Pontificis oppugnant, videntur fuisse Graeci. Ipsi enim iam inde ab anno Domini CCC. LXXXI. Episcopum Constantinopolitanum, qui antea ne Patriarcha quidem erat, tribus Patriarchis Orientis anteponebat, & secundum à Rom. Pontifice facere voluerunt. Id intelligi potest ex Concilio II. Generali can. 5. Deinde anno DCCC. LI. eo Graeci non contenti, eum Episcopum Constantinopolitanum Rom. Pontifici parem efficere conati sunt. Nam in Synodo Chalcedonensi, aet. 16. definiunt Graeci Patres, non tamen sine fraude, & absentibus legatis Romanis, Constantinopolitanum Episcopum ita secundum à Romano esse debere, ut tamen habeat aequalia priuilegia. Neque etiam contenti, temporibus S. Gregorij ac praedecessoris eius Pelagij, eius nominis secundi, circiter annum DC. Episcopum Constantinopolitanum, Oecumenicum, id est, orbis terrae, siue vniuersalem Episcopum appellare ceperunt. Cuius rei testis est ipse sanctus Gregorius in epistolis, quas multas breui tempore de hac causa scripsit ad Ioannem Episcopum Constantinopolitanum, ad Imperatorem Mauricium, ad Imperatricem Constantiam, ad Patriarchas caeteros Orientis.

DENIQUE anno M. L. IV. aperte pronunciarunt Rom. Episcopum propter additionem particulae, Filiusque, ad Symbolum Constantinopolitanum ex sententia Synodi Ephesinae, quae id prohibuerat, de suo gradu excidisse, & iam summum ac primum Episcoporum omnium esse Pontificem Constantinopolitanum. Refert id Sigebertus in Chronico, & alioqui epistolis Leonis IX. satis aperte colligitur. Exstat etiam libellus Graecè scriptus à Nilo Thessalonica Archiepiscopo aduersus primatum Romani Pontificis, quem nuper Illyricus ex nescio quibus latebris productum ad lucem Latinitate donauit.

EX Latinis primi sunt Waldenses, qui se ab obedientia Rom. Pontificis subtraxerunt. Exorti sunt autem Waldenses Anno M. C. LXX. ut Reinerius scribit, qui ante annos CCC. floruit. Anno deinde M. CCC. Mattheo Palmerio teste in Chronico, exstiterunt quidam, qui Fraticelli dicebantur, qui praeter alios errores hunc etiam habuerunt, Petri auctoritatem in Romana Ecclesia iam dudum cessasse, atque ad sectam Fraticellorum esse translata. Vide Ioannem de Turrecremata lib. 4. de Eccl. par. 2. cap. 37. Non diu post, eodem Ioanne de Turrecremata teste, extitere Marsilius Paduanus, & Ioannes de Ianduno, qui Rom. Pontifici non modo Episcopos omnes, sed omnes etiam Presbyteros pares fecerunt.

DEINDE circiter annum Domini M. CCC. XC. exortus est Ioannes Viclef, & cum sequutus est Ioannes Hus, quorum sententiae aduersus Apostolicam sedem legi possunt in Concilio Constantiensi, sess. 8. & 15.

AD extremum nostro hoc seculo Martinus Lutherus, & quotquot post eum haeretici apparuerunt, Rom. Pontificatum totis viribus omnique animi contentione labefactare conati sunt. Ac summa quidem doctrina ipsorum hac est, Romanum Episcopum fuisse aliquando Pastorem & Concionatorem Ecclesiae Romanae, atque unum de caeteris non supra caeteros: nunc vero nihil esse aliud quam Antichristum. Vide Lutherum in libro de potestate Papae, & in assert. art. 25. Philippum Melancthonem (si tamen ipse est libri auctor) in lib. de potestate & primatu Papae, seu de regno Antichristi, nomine Synodi Smalcaldensis conscripto, Ioannem Caluinum lib. 4. inst. c. 6. & sequent. Ioannem Brentium in confessione VVitemberg. cap. de Summo Pontifice, & in Prolegomenis aduersus Petrum à Soto, Mathiam Illyricum in centuria prima lib. 2. c. 7. col. 524. & sequent. & cap. 10. col. 558. & seq. ac deinceps in singulis centuriis, cap. 7. item in libro de primatu Papae, & in altero de Historia concertationis Papae & Concilij VI. Carthaginensis.

IAM verò qui pro Summi Pontificis auctoritate scripserunt, ex omnibus nationibus multi reperiuntur, sed ne aliquis forte queratur se praetermissum, profiteor me non omnes enumeraturum, sed eos tantum, qui ad manus meas pervenire potuerunt. Ex Polonia unum habemus, sed qui instar multorum esse possit, Hosium videlicet Cardinalem, cum in explicatione Symboli, capite 26. tum in lib. 2. contra Brentium, tum in libro de auctoritate Summi Pontificis.

EX Gallia duos habemus: Remundum Ruffum in lib. aduersus Carolum Molinæum, pro Summo Pontifice, & Robertum Arboricensem, in primo tomo, de virtusque gladij potestate.

EX Germania quinque: Ioan. Eckium in libris tribus de primatu sancti Petri: Ioannem Fabrum in refutatione libri Lutheri de Pontificis potestate, Ioannem Cochleum in quarta Philippica, Gasparem Scatzergerum in Controuersis, Conradum Clingium, lib. 3. de locis communibus.

Ex inferiori Germania sex: Ioan. Driedonem lib. 4. c. 3. p. 2. de Scripturis & dogmatib. Ecclesiast. Alber. Pijchium lib. 3. 4. & 5. Eccl. hierar. Ioannem à Louanio de perpetua cathedrae Petri protectione & firmitate, Iacobum Latium lib. de primatu Petri, Gulielmum Lindanum lib. 4. panopliae, Ioan. Bunderium in Compendio Concertationum, tit. 31.

Ex Anglia sex: Thomam Waldensem lib. 2. doctrinalis fidei, art. 1. & 3. Ioan. Rossensem in refuta. art. 25. Reginaldum Polum libro de summo Pontifice, & lib. 1. & 2. ad Regem Henricum: Alanum Copum Dialogo primo: Nicolaum Sanderum in libris de visibili Monarchia, Thomam Stapletonum lib. 6. Controuersiarum.

Ex Hispania sex: Ioannem de Turrecremata lib. 2. de Ecclesia: Alphonsum de Castro lib. 12. contra her. Melchiorem Canum lib. 6. de locis: Petrum de Soto in defensione sua confessionis à c. 74. usque ad finem: Franciscum Horantium lib. 6. de locis Catholicis: Franciscum Turrianum in libris contra Antonium Sadelem.

Ex Italia octo. D. Thomam in opusc. con. Græcos: B. Augustinum Triumphum Anconitanum in summa de potestate Papa: B. Antoninum 3. p. tit. 22. summe Theologia: Thomam Caietanum de institutione & auctoritate Romani Pontificis: Gasparem Contarenum de potestate Romani Pontificis: Thomam Calpegium in libro eiusdem tituli: Ioannem Antonium Delphinum lib. 1. & 2. de Ecclesia.

Ex Græcia duos: Gennadium Sclarium in defensione capituli quinti: Mutium Iustinopolitanum contra Viretum de Pontificatu.

QVOD autem attinet ad ordinem & dispositionem: Proposita disputatio duas habet partes præcipuas: Vnam de institutione Summi Pontificatus, siue Ecclesie. Hierarchia: Alteram de Summi Pontificis officio & potestate. Ad partem quidem priorem sex quaestiones continentur.

PRIMA, Siue Monarchia optimum regimen?

SECUNDA, Num regimen Ecclesie debeat esse Monarchicum?

TERTIA, Fueritne sanctus Petrus primus Ecclesie Catholicae spiritualis Monarcha?

QUARTA, Num idem beatus Petrus Romam venerit, atque ibidem Pontificalem sedem perpetuò mansuram constituerit?

QUINTA, Succedatne sancto Petro Romanus Episcopus, non solum in Episcopatu Romano, sed etiam in vniuersa Ecclesia Principatu? Ad quam quaestionem quadam etiam alia reuocabuntur, qua cum ea ita coniuncta sunt, ut se iungi nullo modo possint: ut, de Appellationibus ex toto orbe terrarum audiendis, de instituendis, confirmandis, transferendis, puniendis etiam & ab officio remouendis Episcopis, & alia nonnulla generis eiusdem?

SEXTA, Num idem Romanus Episcopus ex Vicario Christi in Antichristum aliquando transferit?

Iam verò posterior Controuersie pars sex alias quaestiones complectitur.

PRIMA, Siue Romani Pontificis statuere de controuersis fidei, & morum?


SECUNDA, An in eo iudicio errare possit?

TERTIA, Possitne summus Pontifex leges condere, qua hominum conscientias verè ligent, & simul auertere in prauaricatores?

QUARTA, An sit Ecclesiastica iurisdictio soli Pontifici summo à Christo ita commissa, ut non nisi per eum ad ceteros deriuetur?

QUINTA, An præter spirituales iurisditionem habeat idem Pontifex temporalem aliquam potestatem, ea ratione, qua Pontifex est?

SEXTA, An possit habere, ac re ipsa habeat, Principum donatione, imperium aliquod temporale in certis prouinciis, aut regionibus?



LIBER PRIMVS DE ROMANI PONTIFICIS ECCLESIASTICA HIERARCHIA.

CAPVT PRIMVM.

Proponitur quaestio, Quodnam sit optimum regimen?

NEMINI dubium esse potest, quin & potuerit & voluerit Saluator noster Iesus Christus Ecclesiam suam ea ratione & modo gubernare; qui sit omnium optimus, & vtilissimus. Tres autem sunt formæ bonæ gubernationis: Monarchia, id est, vnius principatus, cuius contrarium vitium est Tyrannis: Aristocrata, id est, regimen optimum, cui opponitur Oligarchia, hoc est, factio paucorum, & Dimocrata, hoc est, populi totius imperium, quod in seditiones non raro degenerat.

DOCENT hoc principes Philosophorum, Plato in politico, & Aristoteles lib. 3. polit. cap. 5. & lib. 8. Ethic. c. 10. Nec sine magna ratione id docent. Nam si multitudo gubernanda est: fieri non potest, quin aliquo modo ex tribus gubernetur. Aut enim vnus præficietur Reipublicæ, aut aliqui de multis, aut omnino omnes. Si vnus, Monarchia erit: si aliqui de multis, Aristocrata: si omnes omnino, Dimocrata.

QUANQUAM autem tres tantum sunt formæ simplicis gubernationis: possunt tamen inter se illæ quasi permisceri, ex qua permixtione quatuor alia formæ mixti regiminis producerentur. Vna, temperata ex omnibus tribus: Altera, ex Monarchia, & Aristocrata: Tertia, ex Monarchia & Dimocrata. Postrema, ex Dimocrata & Aristocrata. Quibus ita constitutis, prima nascitur quaestio, quæ sit ex septem formis gubernationis optima?

Ac Ioannes quidem Caluinus, ut omnes omnino vias obstruat, quibus ad Ecclesiasticam Monarchiam constituendam disputando perueniri solet, Aristocratiam ex formis simplicibus; ex mixtis verò, temperatum regimen ex ipsa, & Dimocrata, omnibus aliis anteponit: deterrimam omnium vult esse Monarchiam, præsertim si in toto orbe terrarum, aut in Ecclesia vniuersa constituitur. Verba eius ex lib. 4. Instit. cap. 6. §. 9. hæc sunt. *Verum sit sanè, ut volunt, bonum atque vtile, orbem totum Monarchia contineri, quod est tamen absurdissimum, sed ita sit; nunquam tamen concedam id ipsum in Ecclesia gubernatione valere.* Et cap. 20. §. 8. *Equidem si in se considerentur tres illæ, quas ponunt Philosophi, regiminis formæ, minimè negaucrim vel Aristocratiam, vel temperatum ex ipsa & politia statum aliis omnibus longè excellere.* Subiicit deinde rationes duas: vnam ab experientia ductam, alteram ab auctoritate diuina. Id, inquit, cum experimento ipso semper fuit comprobatum, tum sua quoque auctoritate Dominus confirmauit, cum Aristocratiam politie vicinam, apud Israëlitas instituit.

NOs verò B. Thomam, aliisque Theologos Catholicos sequuti, ex tribus simplicibus formis gubernationis, Monarchiam ceteris anteponimus: quanquam propter naturam humanam corruptionem, vtiliorem esse censemus hominibus hoc tempore Monarchiam temperatam ex Aristocrata & Dimocrata, quam simplicem Monarchiam: modò tamen primæ partem Monarchiæ sint, secundas habeat Aristocrata, postremo loco sit Dimocrata.

VERVM, ut facilis res tota explicari & argumentis confirmari possit, sententiam nostram tribus propositio-

ANIBUS complectemur. Prima propositio, ex formis simplicibus præstatissima est Monarchia. Secunda, regimen temperatum ex omnibus tribus formis, propter humanam naturam corruptionem vtilius est, quam simplex Monarchia. Tertia, circumstantiis seclusis simplex Monarchia simpliciter & absolute excellit.

CAPVT II.

Probatnr prima propositio, quæ Monarchia simplex simplicis Aristocratia & Dimocrata præstat.

VT igitur à prima incipiamus? Non comparamus hoc loco Monarchiam cum mixtis & simplicibus omnibus anteponimus: sed hoc solum asserimus, si simplex aliqua forma regiminis necessariò eligenda sit, sine dubio eligendam esse Monarchiam. Id verò his argumentis comprobamus.

PRIMO, conueniunt in hanc sententiam veteres omnes scriptores Hebræi, Græci, Latini, Theologi, Philosophi, Oratores, Historici, Poëta. Ex Theologis Hebræis, Philo in lib. de confusione linguarum, laudans Homeri sententiam: *Illud, inquit, multos imperitare malum est, Rex vnicus esto, non ad ciuitates, & homines magis peruenit, quam ad mundum, & Deum.*

EX Græcis, B. Iustinus in oratione exhortatoria ad gentes, multorum principatum noxium esse docet, & contra, vnius vtilè, & salutarem: *Vnius enim, inquit, principatus, à bellis dissidiisque solutus, ac liber esse solet.* Beatus quoque Athanasius in oratione aduersus idola: *Præ, inquit, multitudo Deorum, nullus est Deorum, ita quoque necesse est multitudinem Principum id efficere, ut nullus esse princeps videatur: Vbi autem princeps non est, ibi prorsus disturbatio nascitur.*

EX Latinis idem docet B. Cyprianus, qui in tractatu de Idolorum vanitate, ex eo potissimum probat, Deum esse vnum, quia Monarchia sit optimum, & naturalissimum regimen: *Ad diuinum, inquit, imperium etiam de terris mouemur exemplum, quomodo vnquam regni societas, aut cum fide cepit, aut sine cruore desit?* Et B. Hieronymus in Epist. ad Rusticum Monachum: *Vnus, inquit, Imperator, iudex vnus prouinciæ: Roma, ut condita est, simul habere duos reges non potuit.* Denique S. Thomas in 1. par. q. 103. art. 3. & lib. 4. contra gent. cap. 76.

IAM ex Philosophis, Plato in politico ultra medium: *Vnius, inquit, dominatio bonis instructa legibus, sex illarum omnium optima est; Gubernationem verò eam, in qua non multi imperant, mediàm censere debemus, ceterum multorum administrationem omnibus in rebus debilem, atque infirmam.* Platonem sequutus Aristoteles lib. 8. Ethic. c. 10. posteaquam tres illas formas regiminis enumerauerat, ista verba subiicit: *Harum optima regum, pessima Respublica est.* Seneca lib. 2. de benef. Marcum Brutum, ait, non satis prudenter egisse, cum Iulium Cæsarem spe libertatis occidit; & rationem reddens, ait: *Cum optimus ciuitatis status sub rege iusto sit.*

PORRO Plutarchus integrum opusculum de Monarchia, ceterisque formis regenda multitudine conscripsit, in quo opusculo sententiam suam ita expressit. *Optio, inquit, eligendi concessa fuerit; non aliud eligat, quam*

vnus potestatem. Et rursus idem Plutarchus in Solone, cum dixisset Athenis plurimas seditiones ortas esse, cum Dimocrazia vigeret, addidit continuò: Vna autem superesse ratio videbatur ad salutem, & quietem, si res delata ad dominum essent.

Ex Oratoribus, Isocrates in ea oratione, quæ inscribitur Nicocles, multis rationibus hoc ipsum probare contendit. Ioannes verò Stobæus 45, sermonè hoc titulo prænorauit, ἡ δὲ ἀριστοκρατία ἢ μοναρχία. atque in eo sermone Hesiodi, Euripidis, Serini, Echphantis, aliorumque multorum ad hoc ipsum confirmandum testimonia producit.

HERODOTVS ex Historicis lib. 3, qui Thalia inscribitur, cum exposuisset cædè Magorum, qui regnum in Perside occupauerant, exponit etiã disputationem, quæ inter principes versata fuerat de Republica constituenda. Cuius disputationis is exitus fuit, vt diligenter excusis eorum sententiis, qui pro Aristocrazia vel Politia certabant, omnium consensione, vno tantum excepto, Monarchia vtilissima & præstantissima iudicaretur, & propterea etiam in Perside retineretur.

DENIQUE ex Poëtis, Homerus in 2. lib. Iliados sententiam illam protulit ab omnibus penè scriptoribus celebratã, καὶ ἀριστοκρατία, ἢ μοναρχία. Ad quod Homeri testimonium, quod solum ex tam multis aduersus sententiam suam obiecit, respondet Caluinus lib. 4. Instit. c. 6. §. 8. Facilis est, inquit, responso, non enim hoc sensu vel ab Homero Vlyse, vel ab aliis laudatur Monarchia, quasi vnus debeat totum orbem imperio regere: sed indicare voluit, regnum duos non capere, & potestatem (vt ait ille) impatientem esse consortis.

At cerè si facile fuit Caluino respondere, facilius nobis erit responsionem eius refutare. Nam vel nihil dicit, vel quod nos dicimus, dicit, vel falsum dicit, & sibi contradicit. Si enim, cum ait, vnũ regnum non capere duos, vim facit in verbo, Regnum, & vult dicere, regnum propriè dictum non capere duos, quia si duo sint, nõ erit regnum propriè dictum, cum regnũ propriè sit vnus hominis summa potestas: tum nihil omnino dicit, sed solũ ambiguitate verborum offundit tenebras imperitias.

NAM eo sensu dicere, regnum non capit duos, idem significat ac si aliquis diceret, regimen vnus nõ est regimen duorum: & vnus homo non sunt duo homines. Ad quod pronuntiandũ nihil opus erat sapientia Vlyssis.

Si verò non vim in verbo facit, sed per regnũ intelligit multitudinẽ, quæ regi debet: tum id ipsum dicit, quod nos dicimus. Idcirco enim asserimus, Monarchiam præferre Politia & Aristocrazia, quòd multitudo nõ cõmodè regatur à multis, & potestas impatiens sit consortis.

Si denique vult intelligi per regnum, non quamvis multitudinem, sed vnã aliquã prouinciã, siue vnũ exiguum regnum: vt sensus sit, vnã prouinciã vnũ esse regem attribuendũ, non tamen idem esse iudiciũ de toto orbe terrarum: tum & falsum dicit, & sibi ipse contradicit. Nã Homericus Vlyses non disputat de constituenda Republica in aliqua vna prouinciã, sed concionatur ad vniuersum exercitum Græcorum, qui tunc pugnabat ad Troiã, in quo exercitu multæ nationes erant, multi principes, ali. uot etiam reges; atque affirmat, non oportere eam omnem multitudinem à multis regi, sed ab vno.

ITAQVE sensus eius celeberrimæ sententiæ nõ alius esse potest, quàm in quauis vna multitudine vnũ esse debere rectorem primarium, quod quidem æquè locum habet in exiguo regno, & in maximis imperiis, non enim vni regno exiguo vnus debetur rex, quod illud regnum sit exiguum, sed quod sit vnũ.

QUARE si regnum aliquod amplissimum, quale fuit Nini, vel Cyri, vel etiam Alexandri, aut Augusti, vnũ sit vnus ei debetur princeps, & quoniam Ecclesia vnã est, Luc. 1. Regni eius non erit finis. & Dan. 2. In diebus regnorum illorum suscitabit Deus celi regnum, quod in æter-

num non dissipatur: propterea etiam ab vno regi debet. Porro pugnat etiam secum Caluinus: siquidem nõ solum in toto orbe terrarum non existimat vtilem esse Monarchiam, sed neque in aliqua vna ciuitate, aut Ecclesia, vt apertè colligitur ex lib. Inst. 4. cap. 11. §. 6. vbi omnem Ecclesiasticam potestatem cætui seniorum tribuit: & ex lib. 4. cap. 20. §. 8. vbi laudat eas ciuitates, quæ excusso iugo principum, à senatu, & populo gubernantur, vt est Respublica Geneuensis. Cum igitur nullum omnino locum Monarchia: Caluinus relinquat, viderit ipse quàm bene respondeat tot, & tam grauibus auctoribus, qui Homeri sententiam laudant.

ALTERA ratio ducitur ab auctoritate diuina, quæ tribus modis ostendit Monarchiam esse optimum regimen. Ac primũ, institutione generis humani. Deus enim ex vno fecit omne genus hominũ, vt Apostolus ait A. & 17. non enim virum & sceminã pariter ex humo produxit, sed virum ex humo, sceminã ex viro. Cuius rei causam exponens Sanctus Ioannes Chrysostomus hom. 34. in epistolam primam ad Cor. c. 13. eam esse dicit, vt esset inter homines non Dimocrazia, sed regnum.

ET ENIM si plures homines simul ex humo producti fuisset, omnes illi ex æquo principes suæ posteritatis esse debuissent. Quocirca meritò dubitare potuissimus, nõ placeret Deo regimen vnus. Nunç verò cum ex vno fecerit omne genus hominũ, & omnes omnino pederere voluerit ab vno: satis apertè significasse videtur vnus principatũ se potius approbare, quã multorũ gubernationẽ.

DEINDE indicauit Deus sententiam suã, cum non solum hominibus, sed etiam omnibus penè rebus in seuit naturalem propensionem ad Monarchicũ regimen: neque dubium esse potest, quin naturalis propensio ad auctore naturæ Deum referenda sit. Esse autem, præter ceteras regiminis formas, maxime naturalem principatum vnus, declarat imprimis, quod in qualibet domo naturaliter ad vnũ patrem familias pertinet gubernatio cõiugis, filiorum, seruatorum, rerum denique cæterarum; item quod maxima pars orbis terrarum à Regibus gubernatur. Præterea quod longè vetustiora sunt regna quàm Respublicæ. Principio rerum (inquit Iustianus lib. 1. gentium nationumque Imperium penes reges erat.

DENIQUE, quòd etiam animantia rationis expertia, vnus principatum expetere videantur. Sic enim loquitur S. Cyprianus in tract. de Idololorum vanitate. Rex vnus apibus, Dux vnus in gregibus, & in armentis Rex vnus. Addit S. Hieronymus in Epist. ad Rusticum, Et grues vnã sequuntur ordine literato. Ridet Caluinus hanc rationem lib. 4. Instit. cap. 6. §. 8. Huius rei, inquit, si Deo placet probationem sumunt à gruibus & apibus, quæ sibi ducem vnũ semper eligunt, non plures. Recipio sanè quæ proferunt exempla. Sed an ex toto orbe confluunt apes, vt regem vnũ eligant? suis aluearibus contenti sunt reges singuli, ita quoque in gruibus, vnaquæque caterua proprium regem habet, quid inde aliud euincunt, quàm singulis Ecclesiis debere suos Episcopos attribui?

SED facile est refellere istam Caluini responsionem. Nam Ecclesia sicut vnũ est ouile, Ioan. 10. non multa ouilia, sic etiã vnũ alueare, & vna caterua dici potest, idcirco quemadmodũ rex vnus est apibus, & grues vnã sequuntur ordine literato, ita debet Ecclesia vniuersã vnũ habere ac sequi ducem, & ductorem primarium.

DEINDE grues & apes non sunt eius naturæ, vt possint cum absentibus & longè positis animorum coniunctione copulari, & propterea mirum nõ est, si ex toto orbe non confluant, vt regem vnũ eligant: tum hoc ipso quòd quælibet earum caterua regem suum habet, satis apertè ostendunt, quàm sit naturalis regimen vnus.

DENIQUE si his exemplis à grauissimis Patribus allatis euincimus, vt Caluinus dicit, singulis Ecclesiis debere suos Episcopos attribui, cur Episcopos ipse non

patitur, nisi fortè solo nomine, re autem ipsa omnem Ecclesiasticam potestatem cætui seniorum attribuit.

SED his omisissis, quam formam regiminis Deus auctoritate sua confirmare voluerit, colligi potest etiam, atque hinc maximè, ex ea Repub. quam in populo Hebræorum instituit, non enim, vt Caluinus, ait, nec probat, gubernatio Hebræorum Aristocratica fuit, ac politia vicina, sed planè Monarchica.

PRINCIPES apud Hebræos fuerunt primò Patriarchæ, vt Abraham, Iacob, Iudas, & cæteri: deinde Duces, vt Moses, Iosue: tum Iudices, vt Samuel, Samson: & alij, postea Reges, vt Saul, Dauid, Salomon: postremo iterum Duces, vt Zorobabel, & Machabæi.

Ac Patriarchas quidem regia potestate præditos fuisse indicant res gestæ ipsorum. Abraham Genes. 14. bellum gessit aduersus quatuor reges, nec legitur ab vllò senatu optimatum potestate accepisse, sed nec vllum quidem senatum consuluisse, Iudas Gen. 38. nulum suam quæ stupri fuerat accusata, igni adiudicauit. Nec ipse vllum senatum consuluit, aut rogauit.

Moses Exod. 32. vt verus & summus princeps populi Iudaici multa millia Iudeorum propter vitulum aureum, quem erexerant, vna die iussit occidi, neque legitimum vllum senatum consultum, aut plebiscitum præcessisse. Idem omnino de iudicibus dici potest, qui nulla facultate à senatu vel populo accepta, & bella gerebant, & quos volebant neci dabant. Certè Gedeon Iud. post victoriam de Madianitis, occidit septuaginta viros vrbs Socoth, & turrim Phanael subuertit.

PORRO reges & qui eos sequuti sunt, Duces Iudeorũ, summa atque ad eã regia potestate præditos fuisse, illustrius est, quàm vt sit necesse probari. Viderit ergo Caluinus vbi legerit, Respublicã Iudeorũ ab optimatibus & populo, nõ ab vno aliquo principe gubernari solitam.

SED obicit fortasse id quod habemus lib. 1. Reg. c. 8. vbi adeo reprehenduntur Iudæitæ, quòd postulasent regem. Nam si Deo non placuit regem institui ad eam Regem gubernandam, quomodo credibile est Duces, & Iudices à Deo constitutos regiam potestatem habuisse?

RESPONDEMVVS, duobus modis posse aliquid vnũ toti Reipubl. cum summa potestate præfici: Vno modo, & Regem & Dominum, quia à nullo dependeat: Altero modo, vt Proregem seu ducem primarium, qui toti quidem populo præsit, sed regi tamen suo subiciatur.

IAM igitur Res hoc posteriori modo Rempub. Iudeorum instituerat tempore Ducum & Iudicum, vt nimirum esset ipse quasi proprius & peculiaris rex illius populi: Et tamen quoniam illi homines erant, & rectore indigebant visibili, & quem adire & appellare possent, præferret eis hominem aliquem tanquã proregem, qui nullo modo à populo sibi subiecto, sed à solo vero rege Deo penderet. Hinc est illud ad Samuel. 1. Reg. 8. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Et illud Apostoli Hebr. 3. Moses fidelis fuit in tota domo eius tanquã famulus.

QUIA verò non contenti Iudæi hoc statu Reipublicæ, ad priorem illum modum regẽ habere voluerunt, qui nõ modò vnus omnibus imperaret, quod etiã Duces & Iudices faciebãt, sed etiã vniuersum regnum, vt suum & proprium possideret, & ad filios & nepotes tãquam hæreditatẽ aliquã transmitteret. Propterea merito reprehensi & castigati à Domino sunt. Nec tamẽ ita displicuit Deo illa populi cupiditas habendi proprium regem, vt iussisset eos ad Politiam potius vel Aristocraziam animũ applicare: quin potius ipse regem illis optimum designauit, ac postea ramdiu & regem & regnum eorum seruaui & protexit, donec in officio permanerent.

SEQUITVR postrema ratio, quæ ducitur ab enumeratione earum proprietatum, quas pro comperto omnes habent optimo regimini conuenire. Ac prima quidem proprietates est ordo. Eo siquidem melior guber-

natio est, quo magis est ordinata. Magis autè ordinatam Monarchiam esse, quàm Aristocraziam, vel Dimocraziam, sic demonstrari potest. Omnis ordo in eo positus est, vt alij præ sint, alij subiciantur: nec enim inter pares, sed inter superiores & inferiores ordo dignoscitur. Vbi autem Monarchia est, ibi omnes omnium ordinem aliquem habent, cum nemo sit, qui non subiciatur alicui, eo solum excepto, qui curam omnino gerit. Hac ratione in Catholica Ecclesia summus est ordo, vbi plebes subiciuntur Parochis, Parochi Episcopis, Episcopi Metropolitanis, Metropolitanis Primatibus, Primates Pontifici Maximo, Pontifex Maximus Deo.

VBI verò gubernatio penes optimates est, plebes quidè ordinem suum habent, cum subiciantur optimatibus: sed optimates inter se ordinẽ nullum habent. Multò etiã magis Dimocrazia ordine caret, cum omnes eiuusdè conditionis, & auctoritatis in Republica censentur.

ALTERA proprietas est, assequutio proprii finis. Nec enim dubium esse potest, quin illa sit melior forma regendæ multitudinis, quæ commodius & facilius propositum finem assequitur. Finis autè gubernationis est, ciuium inter se coniunctio, atque pax: quæ coniunctio in eo potissimum sita esse videtur, vt idem sentiat, idem velint, idem sequantur omnes. Id verò multò certius & facilius obtinebunt, si vni parẽdum sit, quàm si multis. Vix enim fieri potest, vt multi, quorum vnus ab alio non dependeat, de rebus iisdem eodem modo iudicent.

ITAQVE si multi sint, qui multitudinem regunt, & alius aliud imperet, aut alicui non parebitur, aut in varia studia populũ scindi necesse erit. Quod tunc minimè potest accidere, cum ad vnus tantum officium pertinet imperare.

CONFIRMAT hoc idem vnus, atque experientia rerum magistra. Siquidem apud Romanos sub regibus rarè admodum inter ciues dissensiones leguntur fuisse: exactis autè regibus, cum per annuos magistratus Respublica gereretur, rarus ille annus fuit, in quo non contenderent patritij cum plebeis: ac tandem eò vsque ciuiles contentiones progressæ sunt, vt suis quodammodo manibus potentissima illa Respublica interierit.

ACCEDIT etiam illud, quod nunquã maiori & diuturniore pace Romana ciuitas vsã est, quã sub imperio Augusti, qui primus Romæ stabilẽ Monarchiã instituit.

TERTIA proprietas est robur ac potetia Reipublicæ. Illa enim gubernatio omnium iudicio cæteris antecellit, quæ potentior ac fortior Rempublicam facit. Illa verò fortior Respublica est, in qua maior est ciuiũ inter se coniunctio & conspiratio, vires enim coniunctæ se ipsis dissipatis fortiores sunt. At maior coniunctio est vbi ab vno pendunt omnes, quàm vbi à multis, vt supra demonstratum est: igitur monarchia & fortior facit Rempublicam, & ipsa optima gubernatio est.

ACCEDIT experientia, siquidẽ ex quatuor potentissimis imperiis, tria sub regibus creuerunt, imperium videlicet Assyriorum, Persarum & Græcorum: vnũ est Romanum, quod sub populari dominatu creuit, sed & illud in maximis rerum perturbationibus sine Distatore, id est, rege ad tempus cõstituto, conseruari non poterat, & multo magis postea sub Augusto Monarchia floruit, quàm tempore reipublicæ vnquam florisset.

QUARTA proprietas est, stabilitas ac diuturnitas. Neque enim negari potest, quin illa sit melior gubernatio, quæ stabilis & diuturnior est. At Monarchiã quidem multo quàm Aristocraziã, vel Dimocraziã diutius duraturam, si de externa vi agatur, iam demonstratũ est, cum docuerimus eam sine dubio esse cæteris fortiorẽ.

NVNÇ illud superest demonstrandum, nulla adhibita vi externa, minùs esse Monarchiam casibus & mutationi obnoxiam, quàm vnã aliam formam gubernationis. Id verò ita probatur. Omne regnum in se diuisum desolatũ, vt Christus ait Matth. 12. difficilius autem diuidi potest

Monarchia, quam vlla alia forma regiminis. Id enim minus facile diuiditur, quod est magis vnum, magis autem vnum est ipsum simplex vnum quam multitudo conspiciens in vnum. illud enim est vnum per se, & naturaliter, & nihil aliud est quam vnum, hæc autem solum ex arte est vnum, per se verò & naturaliter multa. Igitur Monarchia, quæ pendet ab vno, minus facile scindi, destruiue potest, quam Aristocrata vel Dimocratia, quæ pendet à multitudine conspirante in vnum.

HINC nimirum Monarchia Assyriorum à Nino ad Sardanapalum sine interruptione durauit annis M. C. C. XL. vt Eusebius docet in Chronico; vel M. C. C. C. vt colligit Iustinus lib. 1. vel supra M. C. C. C. C. vt vult Diodorus lib. 2. cap. 7. Sic autem durauit hoc regnum, vt semper successor in regno fuerit demortui regis filius, si verum est quod scribit Velleius Paterculus in priore volumine historiarum.

SCYTHARVM autem regnum, quod est habitum omnium vetustissimum, nec ab vlllo externo hoste destrui potuit, vt Iustinus lib. 2. scribit; nec est per se vlllo vnquam tempore dissolutum. Quocirca aliquot annorum millibus regnum illud stetit necesse est, nulla autem Respublica est, quæ diuturna & stabilis fuerit.

CERTÆ Respublica potentissima Romanorum vix annos CCCC. LXXX. numerare potuit. tot enim sunt ab exactis Regibus vsque ad Imperium Iulij Cæsaris. At sub Monarchis in Oriente à Iulio vsque ad Constantinum vltimum sine interruptione durauit annis M. CCCC. XCV. in Occidente autem ab eodem Iulio vsque ad Augustulum supra quingentos; & à Carolo Magno vsque ad præsentem Imperatorem annos fere D. C. C. C.

SED nec illis CCCC. LXXX. annis, quibus floruit in Roimæ Imperio Dimocratia, semper eodem modo Respub. regebatur. Initio enim annui Consules creati sunt; paulò post additi Tribuni: rum Consulibus & Tribunis sublati creati decemviri; illis etiam post annum eiectionis, iterum Consules & Tribuni reuocati, non raro etiam Dictatores, & aliquoties Tribuni militares cum Consulatu potestate introducti. Itaque nulla vna forma diu durauit, nec omnes simul ad ætatem nobilium Regnorum peruenire potuerunt.

OBSCIENT fortasse Rempub. Venetorum, quæ annos numerat supra mille & centum. At nec ipsa peruenit ad annos regni Scytharum, vel Assyriorum; immò ne Francorum quidem; & præterea non est Respublica Venetorum Aristocrata admixta Politia, quam formam Caluinus laudat, sed Aristocrata admixta Monarchia; nec vllum in ea ciuitate locum habet Dimocratia.

QUINTA ac postrema proprietas est, facilitas gubernationis. Multum enim refert, facile ne an difficulter obtineri possit, vt ciuitas bene gubernetur. Facilius autem esse, vt ab vno rectè ciuitas regatur quam à multis: his rationibus probari potest.

PRIMUM, facilius est vnum hominem bonum reperire, quam multos. Deinde facilius populi vni, quam multis parebunt.

PRÆTEREA Magistratus qui per vices, atque ad breue tempus Rempublicam gerunt, prius sæpe depone re coguntur prouinciam, quam Reipublicæ negotia planè cognouerint; Rex autem, qui semper eodem officio fungitur, tametsi interdum tardioris ingenij sit, tamen vsu atque experientia multis aliis præstat.

ITEM, annui magistratus negotia Reipublicæ eo quod non propria, sed cõmunia sint, quasi aliena respiciunt; Rex verò tanquã sua & propria: certum autè est cum facilius, tum etiam diligentius propria, quam aliena curari.

AD HÆC, vbi multi sunt qui regunt, vix fieri potest, vt inde absit æmulatio, ambitio, contentio: ex quo non raro accidere solet, vt alij alios impediunt, atque id effi-

ciant, vt qui in præsentia res gerunt, malè Rempublicam administrant; quo maior ad se, cum magistratu ipsi fungentur, gloria redundet. At verò Monarchia, quia non habet cui inuideat, aut cum quo de gubernatione contendat, facilius omnia moderatur.

POSTERMO, quemadmodum in amplis familiis, vbi multis seruis idem ministerium assignatur, negligenter negotia procurantur, quòd vnus alij prouinciam communem relinquit. Sic etiam vbi multi sunt principes Reipublicæ, vnus alium respicit, & dum vnusquisque in collegas onus reicit, nemo satis diligentem curam adhibet ciuitati. Rex autem, qui scit à se vno pendere omnia, cogitur nihil negligere. Atque hæc tenus quidem demonstratum est, Monarchiam simplicem, simplici Aristocrata longè præstare. Nunc ad secundam propositionem comprobendam accedemus.

CAPVT TERTIVM.

Quòd Monarchia Aristocrata & Dimocratia admixta vtilior sit in hac vita, quam simplex Monarchia.

ALTEA igitur propositio talis erat, Regimen temperatum ex omnibus tribus formis propter naturæ humanæ corruptionem, vtilius est, quam simplex Monarchia, quæ sanè gubernatio id requirit, vt sit quidem in Repub. summus aliquis Princeps, qui & omnibus imperet, & nulli subiciatur. Præfides tamen prouinciarum vel ciuitatum, non sint Regis vicarij, siue annui iudices, sed veri principes, qui & imperio summi principis obediant, & interim prouinciam vel ciuitatem suam, non tanquam alienam, sed vt propriam moderentur. Ita locum haberet in Repub. tam regia quàm Monarchia, quam etiam principum optimarum Aristocrata.

QUI si his adderetur, vt neque summus ille Rex, neque principes minores hæreditaria successione dignitates illas acquirerent, sed ex vniuerso populo optimi quique ad eas eueherentur: iam esset etiam suus quidem locus Dimocratia in Republica attributus. Hanc esse optimam & in hac mortali vita maximè expetendam formam regiminis, duobus argumentis comprobamus.

PRIMUM enim habet argumentum inesse in Monarchia; & esset præterea in hac vita gratior & vtilior. Ac bona quidem Monarchia in hac nostra gubernatione inesse, planum est: cum hæc gubernatio Monarchiam quandam verè ac propriè comprehendat: futuram autem in omnibus gratiorem, ex eo perspicitur potest, quòd omnes illud genus regiminis magis amant, cuius participes esse possunt: quale sine dubio est hoc nostrum, cum virtuti non generi deferatur.

DE vtilitate verò nihil est quod dicamus, cum certum sit, non posse vnum aliquem hominè per se prouincias, & ciuitates singulas regere, & velit nolit cogatur earum procuracionem vel administris vicariis suis, vel propriis earum principibus demandare: & rursum æquè sit certum multò diligentius ac fidelius principes res suas, quàm alienas vicarios procuraturos.

ACCREDIT alterum argumentum ex auctoritate diuina. Deus enim eiusmodi regimen, quale paulò antè descripsimus, in Ecclesia sua tam veteris quàm noui Testamenti instituit.

AC de veteri quidem Testamento facile probari potest: habuit enim populus Hebræorum semper vnum siue Ducem, siue Iudicem, siue Regem, qui toti multitudini imperaret, quod pertinet ad Monarchiam; habuit præterea multos principes minores, de quibus ita legitur Exod. 18. *Electis viris strenuis de cõsto Israël, constituit eos principes populi, tribunos & ceteros, & quinquagenarios & Decanos, qui iudicabãt plebem omni tempore.* Id autem ad Aristocrata pertinet. Denique ex omni plebe,

non

non ex vna aliqua tribu principes assumebantur, vt ex eodem loco Exod. 18. & etiam Deut. 1. aperte colligitur, quod aliquo modo Dimocratia est.

DE Ecclesia Testamenti noui idem postea probandum erit, esse in ea videlicet summi Pontificis Monarchiam; atque Episcoporum (qui veri principes & pastores, non vicarij Pontificis maximi sunt) Aristocrata; ac demum suum quendam in ea locum habere Dimocratiam, cum nemo sit ex omni Christiana multitudine, qui ad episcopatum vocari non possit; si tamen dignus eo munere iudicetur.

CAPVT QVARTVM.

Quòd circumstantiis seclulis, Monarchia simplex absolutè & simpliciter excellat.

SEQUITUR tertia propositio, quæ talis erat. Circumstantiis seclulis Monarchia simplex omnibus aliis gubernandi formis absolutè, & simpliciter præstat. Nam si ea de causa mixtum regimen inter homines, Monarchia simplici anteponimus, quod nequeat vnus homo omnibus locis adesse, & necessariò cogatur aut per administratos vicarios suos, aut per principes negotia Reipub. procurare; certè hæc circumstantia personæ, & aliis, si quæ sunt eiusdem generis exclusis; nulla erit ratio, cur simplex Monarchia aliis formis regiminis non præferatur.

SED habemus præterea aliud efficacius argumentum. Siquidem Monarchia simplex in imperio, Dei & Christi locum habet: debent autem Deo & Christo optima quæque attribui: igitur optimum regimen simplicem Monarchiam esse necesse est. Si quis autem id negare voluerit, non video quemadmodum in Marcionis ac Manichei, atque etiam Ethnorum errorem non prolabatur. Nam cum mundus ab effectu suo & sine controuersia, optimè gubernetur; Si Aristocrata præstantissima est forma regiminis, multi erunt mundi huius moderatores, & quod inde sequitur, multi effectores, multa principia prima, multi Dij.

QUOCIRCA veteres Patres, S. Cyprianus in tract. de Idolorum vanitate, S. Iustinus in oratione exhort. S. Athanasius in oratione aduersus idola, quibus etiam Philo Iudæus adiungi potest in lib. de confusione linguarum: vnum esse Deum, qui res omnes creatas regit, & moderatur, eo potissimum argumento probant, quia Monarchia est optimum regimen. quæ etiam de causa Iustinus & Philo libros inscriptos de Monarchia Dei, posteris reliquerunt.

QUAE cum ita sint, excusari non potest Ioannis Caluini error, qui ex ætate odio Ecclesiastica Hierarchia, Aristocrata præfert omnibus aliis gubernandi formis, etiam si per se & præcis circumstantiis omnibus consideretur. Hæc enim sunt ipsius verba lib. 4. Inst. cap. 20. §. 6. *Et si ipsos status circa circumstantias inter se compares, non facile sit discernere, quia vtilitate præponderet, ad eam equis conditionibus contendunt. Et paulò post. Equidem si in se considerentur res illæ, quas ponunt Philosophi, regiminis formæ, minime negauerim, vel Aristocrata, vel temperatum ex ipsa & Politia statum, aliis omnibus longè excellere.* Hæc ille.

AT iniquis, lege quod sequitur, & solutionem tuæ obiectionis inuenies. Sic enim Caluinus subiungit: *Non id quidem per se, sed quia rarissime contingit reges ita sibi moderari, vt nunquam à iusto & recto discrepet eorum voluntas: deinde tanto acuminè & prudentia instructos esse, vt vnusquisque videat, quantum satis est. Facit ergo hominum vitium vel defectus, vt iuius sit, ac magis tolerabile, plures tenere gubernacula.*

AD ID: Sed quid fiet de editione anni M. D. LIII. vbi verba ista non habentur: sed iniquis, admonitus postea emendauit errorem. omitto quod in tanto magistro in Israël, ferendum non erat, vt vnquam tam grauitè

laberetur. Illud miror, non potuisse Caluinum errorem illum corrigere, nisi secum ipse pugnaret. Nam si, vt ipse dicit, non facile est discernere, quis status præponderet, etiam si citra circumstantias inter se comparentur, & si dum in se considerantur tres illæ, quas ponunt Philosophi, regiminis formæ, Aristocrata iudicatur excellere; quomodo verum est, quod statim addit. *Non id quidem per se, &c.* Et, *Facit ergo hominum vitium vel defectus, vt iuius sit ac magis tolerabile, plures tenere gubernacula.* Pugnans enim ista ni fallor: *Si in se considerentur formæ illæ tres, Aristocrata excellit; Et, Non id quidem per se, sed quia rarissime contingit, reges à recto non discrepare.*

NEC minus illa pugnant; *Non potest discerni quis status præponderet, si citra circumstantias considerentur; Et, Facit vitium hominum, vt Aristocrata iudicetur vtilior.* Nam secluso isto vitio hominum, atque omnibus aliis circumstantiis remotis, vel excellit Rempublica, vel non; si excellit, qua ratione verum erit illud, non posse discerni qui status præponderet, etiam si citra circumstantias inter se comparentur: si non excellit, quo pacto Dei Monarchiam aduersus Manichæos atque Ethnicos defendemus: sed iam ad alteram questionem veniendum est.

CAPVT QVINTVM.

Proponitur secunda quæstio: Debeatne Ecclesiasticum regimen esse Monarchicum.

VMDemonstratum sit, Monarchiam esse optimum regimen: secunda nascitur quæstio, An Ecclesiæ CURISTI conueniat Monarchica gubernatio. Atque vt certa à dubiis separemus.

IN tribus nobis cum aduersariis conuenit. Vnum est, in Ecclesia esse aliquod regimen. Nam Cant. 4. dicitur: *Castrorum acies ordinata.* A Cor. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, quos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Heb. 13. *Obedite præpositis vestris.*

SECUNDVM est, regimen Ecclesiasticum spirituale esse & distinctum à politico, quando enim Paulus dicebat: *Qui præest in sollicitudine.* Rom. 12. Et, *Qui benè præsumt, duplici honore digni habeantur.* 1. Timoth. 5. & similia: nondum erant vlli, aut certè rarissimi in Ecclesia seculares principes, quæ duo docet etiam Caluinus Institut. lib. 4. cap. 11. §. 1.

TERTIVM est, Regem absolutum & liberum totius Ecclesiæ solum CHRISTVM esse, de quo dicitur Psal. 2. *Ego autè constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* Et Luca 1. *Et regni eius non erit finis.* Itaque non quaeritur in Ecclesia, absoluta & libera Monarchia, vel Aristocrata, vel Dimocratia; sed talis, qualis esse potest ministrorum & dispensatorum, cum dicat Paulus 1. Corinth. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi ac dispensatores mysteriorum Dei.*

ET quidem aduersarij existimant, regimen Ecclesiasticum hominibus commissum à Christo, nullo modo esse Monarchicum, sed Aristocraticum & Dimocraticum, quanquam nec ipsi inter se omnino conueniunt. Illyticus enim Cent. 1. lib. 2. cap. 7. docet nullum esse in Ecclesia, qui omnibus præsit, sed totam auctoritatem Ecclesiasticam esse, tum in ministris, tum in populo: tamen in lib. de Episcoporum electione summam potestatem attribuit multitudini totius Ecclesiæ, existimatque Dimocratiam in Ecclesia habere primas partes, secundas verò Aristocrata, id est, seniori cõgregationem.

CALVINVS autem è contrario in Institut. lib. 4. ca. 11. §. 6. summam potestatem Ecclesiasticam tribuit ceteri seniorum, quibus vult præesse Episcopum, vt consulem senatui: & ibidem aperte docet, maiorem esse auctoritatem ceteri seniorum, quàm Episcopi. Plebi autem tribuit quidem Caluinus aliquid, sed minus quàm ceteri seniorum.

PORRO Ioannes Brentius in prolegom. contra Petrum à Soto, concedit summam potestatem optimati-

bus; sed eos non vult esse Episcopos, sed principes seculares, quos nobilissima Ecclesiae membra esse contedit.

IA M verò Doctores Catholici in eo conveniunt omnes, ut regimen Ecclesiasticum hominibus à Deo commissum, sit illud quidem Monarchicum, sed temperatum, ut supra diximus ex Aristocratia & Dimocratia. Id quod præcipuè tractant B. Thomas in 4. contra Gent. cap. 76. Ioan. de Turrecremata lib. 2. de Eccles. cap. 2. & Nicolaus Sanderus in libris de visibili Monarchia Ecclesiae. Quorum vestigiis insistentes, quatuor propositiones in mediū adferemus, ac pro viribus defendemus.

PRIMA erit, Regimen Ecclesiae non esse præcipuè penes populum. Secunda. Non esse penes principes seculares. Tertia. Non esse potissimum penes principes Ecclesiasticos. Quarta. Esse præcipuè penes vnum summum totius Ecclesiae. Præsidentem ac Sacerdotem.

CAPVT SEXTVM.

Quod Ecclesiae gubernatio non sit Dimocratia.

PRIMA igitur propositio, quæ regimen Ecclesiasticum negat esse populare, his argumentis confirmari potest. Primum ex quatuor rebus, quæ inesse debent in omni populari gubernatione.

PRIMO, Vbi est populare regimen, magistratus ab ipsa plebe constituuntur, atque ab eadem auctoritatem sumunt. Cùm enim plebs per se ad ius dicendum sedere non possit, debet saltem alios constituere, qui nomine suo id faciant. Quocirca M. Tullius initio secundæ Agrariæ, consulatum, qui summus erat in Repub. Rom. magistratus, populi beneficium vocat: & ibidem dicit consueuisse creari Consules ad suffragia populi.

SECUNDO, Vbi est populare regimen, appellatur à sententia magistratus in reb. grauiorib. ad iudicium populi. id consuetum fuisse in Repub. Rom. testatur Lilius lib. 2. & 4. quod idem de Repub. Atheniensium docet Plutarchus in Solone.

TERTIO, Leges quibus Respublica gubernanda est, à magistratu quidem proponuntur, sed à populo iubentur, ut constat ex Lilio lib. 3. idem cognosci potest ex orationibus M. Tullij de lege Manilia, & de lege Agraria ad populum Romanum.

QUARTO, Accusari solent magistratus apud populum, nec non dignitate priuari, & in exilium deportari, vel etiam morte mulctari, si ita populo videatur. exempla sunt plurima. Romani enim ex duobus primis Consulibus, quos creauerant, Tarquinium Collatinum, solum propter odiosum nomen Tarquiniorum, ante tempus magistratu priuarunt, ut refert Lilius lib. 2. iidem cum Decemvros creauissent, eosdem postea inuitos deposuerunt, teste Lilio lib. 3.

IA M quòd nihil horum conueniat Christianæ plebi, facillimum est demonstrare. Ac primum de primo, satis ex eo constat, quòd in tota Scriptura non est vnum verbum, quo detur auctoritas plebi creandi Episcopos, vel Presbyteros: est autem quo datur Episcopo talis auctoritas, ad Tit. 1. *Huius rei gratia reliqui te Crete, ut constituas per ciuitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi.* Deinde Apostoli, qui primi fuerunt Ecclesiae ministri, à Christo, non ab Ecclesia leguntur electi & constituti. Marci 6. Primi quoque Episcopi post Apostolos, quo tempore purissima erat Ecclesia, non à populo, sed ab Apostolis facti sunt, ut cognosci potest vel ex ipsa historia Magdeburgensium.

NAM Cent. 1. lib. 2. cap. 2. col. 17. testantur Centuriatores Iconij & Antiochiæ à Paulo datos esse pastores, & cap. 10. col. 62. 4. docent ex Nauclero alii que Historicis; Apollinarem Rauennæ; Maternum Treueris; & Herma-goram Aquileiæ à B. Petro Episcopos esse constitutos.

AD hæc B. Irenæus lib. 3. cap. 3. asserit Linum ab Apostolis Petro & Paulo Romæ factum Episcopum. Tertullianus de præscrip. scribit Clementem Romæ à Pe-

tro factum Episcopum, & Polycarpum Smyræ à Ioanne. Eusebius lib. 3. cap. 4. hist. affirmat Timotheum Ephesius, & Titum Cretensibus à Paulo Episcopos datos. Nicephorus lib. 2. cap. 41. scribit à Matthæo Apostolo Platonem Episcopum factum in oppido quodam Anthropophagorum, nomine Mirmena. S. Marcum à B. Petro creatum Episcopum, & Alexandriam missum, scribit Leo epist. 81. ad Dioscorum, & Bedalib. de sex ætatibus, in Claudio Dionysium quoque Arcopagitam à Paulo Athenarum constitutum Episcopum, colligitur ex Eusebio lib. 3. cap. 4. hist. & clarissime idem asserit Beda in martyrologio. Idem de multis aliis, si opus esset, facile possemus ostendere. quæ cùm ita sint, satis apparet in ipsa prima & purissima Ecclesia, nullum locum habuisse Dimocratiā, cùm Ecclesiasticum magistratum non plebs, sed Apostoli constituerint.

NEQUE secundum illud de appellatione ad populum, conuenit plebi Christianæ. Nusquam enim est auditum in Ecclesia, ut appellaretur ab Episcopis ad populum, neque ut populus absoluerit, quos Episcopi ligauerant, vel ligauerit, quos Episcopi soluerant. Neque etiam vnquam accidit, ut populus iudicauerit de controuersis fidei, & nos quidem profertimus multa iudicia Episcoporum, & præcipuè summi Pontificis, quæ extant in tomis Conciliorum. At aduersarij non possunt vel vnum iudicium plebis adferre.

ADDE, quòd sunt innumera Scripturæ, Conciliorum, & Patrum testimonia, quibus probatur, nullo modo conuenire Christianæ plebi exercere iudicia Ecclesiastica: quæ nos attulimus in quæstione de iudice Ecclesiastico, & in quæstionibus de Conciliis. at certè si in Ecclesia vigeret status popularis, mirum esset in istis M. D. annis nihil vnquam fuisse à populo iudicatum.

PORRO tertium illud de legibus ferendis minus etiam conuenit plebi. Omnes enim leges Ecclesiasticæ vel à Pontificibus, vel à Conciliis inueniuntur latæ, nec vnquam expectatum est suffragium populi, vt ex eo censerentur auctoritatem habere. Hinc Acto. 15. D. Paulus transiens Syriam & Ciliciam, præcipiebat populis, vt custodirent præcepta Apostolorum, & Seniorum. Nulla autem exstat lex, quæ dici possit Plebiscitum in Ecclesia, quales leges permultæ exstabant in Repub. Romanorū.

DENIQUE illud extremum de iudicando magistratu, minimè omnium conuenit. Nullus enim poterit ostendi Episcopus, qui à populo fuerit vel depositus vel excommunicatus, cùm plurimi inueniantur depositi, & excommunicati à Summis Pontificibus & Conciliis generalibus.

CERTÈ Nestorium ab Episcopatu Constantino-politano depositus à Concilio Ephesino ex mandato Celestini Papæ, testatur Euagrius lib. 1. cap. 4. & Dioscorum Episcopatu Alexandrino priuatum à Concilio Chalcedonensi ex sententia S. Leonis, patet ex ipso Concilio, act. 3. atque hæc quidem est ratio prima.

ALTERA ratio sumitur à sapientia Dei; non enim credibile est Christum regem sapientissimum instituisse in Ecclesia sua illud regimen quod est omnium deterrimum. deterrimum autem regimen esse Dimocraticum, docet Plato in Axiocho: *Quis*, inquit, *beatus esse possit vulgi viuens arbitrio, tametsi fauatur ei, plaudaturque, &c.* Aristot. lib. 8. Ethic. cap. 10. ex tribus formis regendæ multitudinis Monarchiam optimam, Dimocratiā pessimam esse pronuntiat. Plutarchus in Solone refert Anacharsidem Scytham, miratum quòd in Græcia sapientes dicerent, stulti iudicarent: quia nimirum oratores dicebant, populus iudicabat. Idem in Apophtheg. dicit Lycurgum interrogatum, cur Spartæ non instituisset Dimocratiā, respondisse interroganti, vt ipse primus domui suæ eam institueret.

EX nostris S. Ambrosii lib. 5. hexam. cap. 21. de multi-

tudine

tudine vulgi dicit: *Non merita virtutis expendit, nec publica vilitatis emolumenta rimatur, sed mobilitatis nuiat incerto.* Hieronymus in cap. 21. Matth. *Semper*, inquit, *turbæ mobilis est, nec in proposita voluntate persistens, atq; in morem fluctuū diuersorumq; ventorū huc illicque transfertur.*

S. CHRYSOSTOMVS hom. 2. in Ioan. *Definit populum quiddam tumultus perturbationisque plenum, est stultitia maiori ex parte constans atque compositum, temerè in star fluctuum maris, varia, & pugnante sententia sepenumero iactatum.* deinde subdit, *Qui ergo sub eiusmodi seruitio premitur, nōne omnium est sanè miserrimus?*

ACCEDIT etiam ratio. Nam non potest non pessimum esse regimen, vbi sapientes reguntur à stultis, periti ab imperitis, boni à malis. tale autem est regimen Dimocraticum; nam vbi viget Dimocratiā, plurium suffragiis omnia statuuntur; constat autem semper plures esse stultos, quàm sapientes; malos, quàm bonos; imperitos, quàm peritos.

AD hæc, si vt Aristoteles lib. 1. polit. cap. 1. & 3. docet, qui polent ingenio, ij naturaliter Domini sunt eorum, qui sunt tardiores: & vt S. ait Augustinus lib. de vilit. credendi, cap. 12. *Non possunt stulti beatus viuere, quàm si seruiant sapientibus.* Quis non videt quanta perturbatio ordinis sit, gubernacula Reipub. incondita: plebis multitudini permittere?

POSTREMÒ, si plebs haberet auctoritatem aliquam in Ecclesia gubernandi: vel eam à se haberet, vel ab alio: non autem à se, quia non est de iure nature, vel gentium, hæc potestas, sed de iure diuino, & supernaturali. Non enim est similis ciuili potestati, quæ est in populo, nisi à populo transferatur in principem.

NEQUE habet plebs ab alio. Debet enim à Deo habere, si ab alio habet, at à Deo non habet; siquidem in libro Dei, id est, in sacris literis nusquam traditur populo potestas docendi, pascendi, regendi, ligandi, soluendi, sed semper populus vocatur grex, qui pasci debeat. Petro autem dicitur: *Pasce oues meas.* Ioan. vlt. *Et Episcopos possit Spiritus sanctus regere Ecclesia Dei.* Act. 20. *Habemus igitur non esse populare Ecclesiae gubernationem.*

SED aduersus hanc propositionem tria sunt argumenta. Primum sumitur ex verbis illis Matth. 18. *Dic, Ecclesie, vbi viderit summum tribunal Ecclesiae penes fidelium vniuersitatem esse constitutum.*

RESPONDEMVS, illud; *Dic Ecclesie*, significare, defer ad publicum Ecclesie iudicium, id est, ad eos, qui publicam personam in Ecclesia gerunt. Ita enim Chrysostomus exponit, *Dic Ecclesie*, id est, Præsuli, quod idem sanè confirmat Ecclesie consuetudo. nec enim vnquam vidimus, aut audiimus, aliquè criminofum apud multitudinem populi causam dixisse; sed qui apud Episcopum causam dixerit, sæpe vidimus, sæpius audiimus.

ALTERVM argumentum ducitur ex cap. 1. & 6. Act. Apostolicorum. Nam Act. 1. tota Ecclesia elegit Mathiam; & Act. 6. eadem Ecclesia elegit septem Diaconos; & Patres passim docent, Episcoporum electionem ad populum pertinere.

RESPONDEMVS, de electione ministrorum alio loco à nobis disputandum esse. Interim verò negamus ex illo iure, quod habuit aliquando populus in electione ministrorum, Dimocratiā Ecclesiasticam villo modo probari. Siquidem populus non ordinauit vnquam, neque creauit ministros, neque tribuit illis vllam potestatem: sed nominauit solum & designauit, siue, vt veteres loquuntur, postulauit eos, quos ab Episcopis, per manus impositionem, ordinari cupiebat.

QUARE Act. 6. dicunt Apostoli: *Considerate viros boni testimonij septem, quos constituamus super hoc opus.* Vbi solum tribuunt populo, vt quærat & offerat aliquos idoneos ad illud munus. Sed oblatos Apostoli, non populus Diaconos creauerunt. Quod etiam Cyprianus

docet: *Apostolos*, inquit, *Dominus elegit, Diaconos Apostoli sibi constituerunt.* lib. 3. epist. 9.

PRÆTEREA, quando etiam populus verè crearet Episcopos, non continuò esset Ecclesiasticum regimen præcipuè Dimocraticum. Nam vt sit aliquod regimen Dimocraticum, requiritur quidem vt populus constituat magistratus, sed multa alia requiruntur; neque id solum per se sufficit.

PRIMI enim reges electi sunt à populo, & tamen eorum regimen Monarchicum est, non Dimocraticum.

PARTI ratione Imperatores Romani eligebantur olim à militibus, & nunc à certis principibus eliguntur: & nihilominus Imperium ad Monarchiam pertinet, nō ad Dimocratiā, vt enim Dimocratiā esset, oporteret, vt facta electione principis, adhuc maior esset in populo, quàm in principe auctoritas, & à sententia principis ad iudicium populi pronocaretur. Id quod nō fit in Ecclesia, quemadmodū nec in regno, aut imperio Romanorū.

QUOD intelligens Valentinianus senior, vt refert Sozomenus lib. 6. cap. 6. cū ei milites collegam in imperio dare vellent, Respondit: *Me ad imperium eligere penes vos erat: sed cū iam à vobis electus sim, consortem imperij quem postulastis, non amplius in vestra, sed in mea tantum potestate eligere sicut est.*

TERTIVM argumentum ab auctoritate sanctorum Cypriani & Ambrosij petunt. Cyprianus lib. 3. epist. 14. ad Presbyteros & Diaconos scribens de quibusdam turbulentis fratribus: *Interim*, inquit, *prohibeamur offerre, acturi & apud nos, & apud plebem vniuersam causam suam, &c.* Ambrosius in epist. 32. agens de iudicio fidei: *Iste populus*, inquit, *iudicat.* Item: *Auxentius*, inquit, *vestrum refugit examen.*

RESPONDEO, S. Cyprianum consueuisse ferè omnia negotia maiora tractare coram clero, & populo, & nihil agere sine eorum consensu. Ceterum, hoc faciebat sponte sua, non coactus vlla lege, vt patet lib. 3. epist. 10. vbi sic ait: *Ego à primordio episcopatus mei staueram, nihil sine consilio vestro, & sine consensu plebis mea priuatim sententia gerere, &c.* At non propterea Cyprianus clero, aut populo subiectus erat: quemadmodum nec Asuerus Rex sapientibus illis viris, quorum faciebat cuncta consilio, vt legimus in lib. Esther, cap. 1. & quando etiam Cyprianus sponte se clero & populo subiecisset, quod non est villo modo credibile, non continuò legem toti Ecclesiae præscripsisset.

QUOD verò ad Ambrosium attinet, loquitur eo loco S. Ambrosius de iudicio priuato, quo quisque statuit quid sibi sequendum sit, non de publico iudicio quod auctoritatem habeat ceteros obligandi. Id quod ex verbis eiusdem Ambrosij perspicui potest. Sic enim ait ibidem: *Veniunt planè si qui sunt ad Ecclesiam, audiunt cum populo, non vt quisque index resideat, sed vnusquisque de suo affectu habeat examen, & eligat quod sequatur.* Vide plura quæ ad hunc locum facere possunt, in lib. 1. de conciliis, capite 19. & 20.

CAPVT SEPTIMVM.

Quod non sit Ecclesiasticum regimen penes principes seculares.

ALTERA propositio, quæ negat Ecclesiasticum regimen ad seculares principes pertinere, aduersus duos Brentij errores pugnat. Primus error Brentij est, optimates Ecclesie esse principes seculares; Episcopos verò adeò Brentius deprimit, vt velit esse principum mancipia. Secundus est, ad hos optimates curam & regimen Ecclesie præcipuè pertinere. Quos errores habuit etiam Henricus VIII. Anglia Rex. Is enim se caput Ecclesie Anglicanæ constituit, & eodem modo censuit, alios principes capita suprema Ecclesie in suis ditionibus esse debere.

AC primus quidem error facile refutatur. Primò ex

illis prophetis verbis, Psalm. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constituit eos principes super omnem terram. Sic enim hunc locum B. Augustinus exponit pro patribus. id est, Apostolis, nati sunt filij, id est, fideles multi, quos Deus constituit Episcopos, & eo modo principes super omnem terram. Et S. Hieronymus in eundem locum: *Fuerunt, inquit, o Ecclesia, Apostoli patres tui, quia ipsi te genuerunt, nunc autem quia illi recesserunt à mundo, habes pro his Episcopos filios.* Et infra: *Principes Ecclesia, id est, Episcopi constituti sunt.* Nec multò aliter Græci Patres, Chrysostomus & Theodoretus exponunt, qui per Patres Patriarchas; per filios principes, Apostolos intelligunt. Item Apostolus 1. Corin. 12. & Ephes. 4. *Deus, inquit, in Ecclesia posuit primum Apostolos, deinde Prophetas, tum pastores, & Doctores.*

Si primi sunt Apostoli, qui Episcopi fuerunt, & quibus Episcopi succedunt; certè primi non sunt reges & principes seculares, immò, vt rectè annotauit Damascenus in secunda oratione pro imaginibus, Apostolos reges non solum non possunt primo loco, sed nec vllò alio, vt indicaret, non esse reges Ecclesiæ magistratus, sed tantum seculi.

SECUNDO refutatur ex Patribus. Ignatius in epist. 7. ad Smyrnenfes, nihil esse dicit honorabilius Episcopo in Ecclesiâ; & addit primum honorem deberi Deo, secundum Episcopo, tertium Regi. Nazianzenus in orat. ad ciues timore perculsos. Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio, & hom. 4. in ca. 6. Isa. & Ambros. lib. de dignitate sacerdotali c. 2. Episcopum Regi apertissimè antepōnit.

QUINTO etiam Chrysostomus hom. 83. in Matth. Reges non Episcopis solum, sed etiam Diaconis subiicit. Sic enim ad Diaconum suum loquitur: *Si Dux, inquit, quispiam, si consul, si is, qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe & coercet; maior em tu illo habes potestatem.* Augustinus in Psal. 98. probat Moysen fuisse sacerdotem ea ratione, quia Moyses maximus fuit, & nihil est maius sacerdote. Et Gelasius in Epist. ad Anastasium: *Noti, inquit, fili clementissime, quod licet presideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen presulis diuinarum, deuotus colla submitis.* Et infra: *Subdi, inquit, te debere cognoscere religionis ordine potius quam preesse, noti itaque ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntatem.*

GREGORIUS lib. 14. moral. cap. 19. asserit prima membra in corpore Domini esse sacerdotes. Et lib. 4. epist. 31. ad Mauritium, docet, sacerdotes esse Deos quodam inter homines, & propterea ab omnibus etiam regibus honorandos, quod idem & docet & probat Nicolaus primus in epist. ad Michaelē.

TERTIÒ ex gestis Episcoporum & Regum. Nam Fabianus Papa primum Imperatorem Christianum Philippum exclusit à communione Sacramenti altaris in die Paschatis, propter quendam eius peccata publica: nec antea cum admisit, quam ille confessione & pœnitentia peccata purgauit. Scribit hoc Eusebius lib. 6. cap. 25. hist. Item Constantinus apertè profectus est, de Episcopis se iudicare non posse, vt qui Dij quidem sint: sed contra potius eorum se stare subiectum iudicio scribit Rufinus lib. 1. cap. 2. hist.

THEODOSIUM seniore B. Ambrosius ab Ecclesiâ luminibus expulit, & pœnitentiam publicam subire coegit, ac deinde cum Imperator in Ecclesia ad loca sacerdotum ascendere, atque ibidem sedere vellet, iussit cum Ambrosius descendere, & cum plebe consistere: id quod ille libenter fecit: scribit Theod. lib. 5. hist. ca. 17.

DENIQUE Maximus Imperator, cum in conuiuium sederet, assidente quoque B. Martino, & pincerna primum calicem Imperatori, vt omnium nobilissimo vellet offerre, ille ad Episcopum misit, qui non recusauit, sed primus bibit, & postea non Imperatori, sed Presby-

tero suo calicem tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se biberet: nec integrum sibi fore, si aut Regem, aut eos qui à Rege erant proximi, Presbytero pratulisset, vt scribit Sulpitius in vita sancti Martini.

POSTREMO refellitur idem error duplici ratione. Primum Episcopus Regem inungit, docet, ligat, soluit, benedicit, ait autem Apostolus ad Hebr. 7. *Sine contradictione minor à meliore benedicitur.*

PRÆTEREA, principatus secularis institutus est ab hominibus, est que de iure gentium: at principatus Ecclesiasticus est à solo Deo, & de iure diuino: ille regit homines, vt homines sunt, & magis ratione corporum quam animarum: iste verò regit homines, vt Christiani sunt, & magis ratione animarum quam corporum: ille habet pro fine temporalem quietem & salutem populi: iste vitam & felicitatem sempiternam: ille vitæ naturalibus legibus & institutis humanis: iste legibus diuinis & Sacramentis diuinis institutis: ille gerit bella cū hostibus paucis & visibilibus: iste cū inuisibilibus & insinitis.

SED contra, obiicit Brentius, Episcopi serui sunt Ecclesiæ, 2. Corin. 4. *Non nosmetipsos predicamus, sed IESUM Christum, nos autem seruos vestros per IESUM.* Quanto igitur magis regum serui erunt, præsertim cū de regibus dicat B. Petrus, 1. Pet. 2. *Subiecti estote omni humane creature propter Deum, sive regi tanquam præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis.*

RESPONDEO, duplex esse genus seruitutis. Omnes enim qui laborant in alterius commodum, dicuntur ei seruire, sed quidam laborant & seruiunt alteri cum regendo, eique præsidendo: quidam laborant & seruiunt obediendo & parendo, qualia propriè sunt mœcipia: Episcopi autem serui sunt Ecclesiæ, sed ad priorem modum, quemadmodum etiam magistratus serui Reipublicæ; & Rex populo (si rex, non tyrannus sit) & pater filiis, & magister discipulis.

QUARE B. Paulus 1. Cor. 4. quorum se dixerat seruum, eorum patrem se esse dicit: *Per Euangelium, inquit, ego vos genui.* Et addit: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate, & spiritu mansuetudinis?* Et Hebr. 13. *Obedite præpositis vestris, & subiaceite eis.* Et Act. 20. *Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Hac ratione B. Gregorius seruum seruatorum Dei se vocat. Et B. Augustinus lib. 9. Confess. cap. vltimo: *Inspira Domine, inquit, seruis tuis, fratribus meis filiis tuis, dominis meis, quibus voce & corde, & literis serui.* Et B. Bernardus lib. 2. de consideratione ait, Eugenium, cū factus esset Pontifex, eleuatum super gentes & regna, sed ad ministrandum, non ad dominandum.

AT, inquit, reges sunt reges etiam in Ecclesia, & illis Christiani subiecti esse debent, tanquam præcellentibus.

VERVM est id quidem: sed in iis rebus tantum, quæ ad statum politicum pertinent. Præsent enim Christiani reges hominibus Christianis, non vt Christiani, sed vt homines sunt, quemadmodum etiam Iudæis & Turcis interdum præsent & ipsi reges, non vt Christiani sunt præsent, sed vt homines politici: nam vt Christiani, oues sunt pastoribus Episcopis subiecti, vt Nazianzenus docet in oratione ad ciues timore perculsos, & vt ait sanctus Ambrosius in oratione de tradendis Basilicis, *nihil honorificentius dici potest, quam vt Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur, Imperator enim bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est.*

POSTERIOR Brentij error, ex iis quæ dicta sunt, facile refutatur. Si enim principes non sunt Ecclesiæ optimates, ad eos non pertinet Aristocrata Ecclesiæ. Sed possunt præterea adiungi hæc argumenta.

PRIMUM, Regimen Ecclesiæ supernaturale est, nemini igitur conuenit, nisi cui Deus commisit. Legimus autem in Scripturis commissum Apostolis & Episcopis eorum successoribus. Nam Petro Apostolo dictum est,

Pasce oues, Ioan. vlt. & de Episcopis dicitur, Act. 20. Quos posuit Deus Episcopos regere Ecclesiam Dei. De regibus nihil eiusmodi vsquam legimus.

DEINDE ad annos fermè CCC. nullus fuit in Ecclesia secularis princeps, excepto solum Philippo Imperatore, qui breuissimo tempore superuixit: & fortè aliquis alius in prouinciis non subiectis Imperio Romano, & tamen eadem fuit Ecclesia quæ nunc est, & eandem habuit regiminis formam, non igitur principes seculi Christi Ecclesiam regunt.

ITEM qui habent summam potestatem in Republica, ij possunt omnia, quæ inferiores magistratus possunt. Quis enim prohibere posset regem, si eas causas per se cognoscere & iudicare vellet, quæ Proregibus, & Prætoribus, & Iudicibus minoribus commisit?

AT non possunt reges officium Episcopi, Presbyteri, Diaconi, sibi vsurpare: qualia sunt verbum Dei predicare, baptizare, consecrare, &c. non igitur sunt reges supremi Ecclesiæ magistratus.

NON posse autem reges officia sacerdotum inuadere, ita probamus. In primis reges non solum viri, sed etiam feminae esse possunt, at feminas publicè docere Apostolus prohibet, 1. Corin. 14. & 1. Tim. 2. & Pepuzita ab Epiphano hæc. 49. & Aug. hæc. 27. inter hæreticos numerantur, quod feminis sacerdotium attribuerint.

DEINDE in 2. Paral. 19. Iosaphat rex optimus. *Amarias, inquit, sacerdos & Põsifex in omnibus, quæ ad Deum pertinent, præsidebit: porrò Zabadias super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent.* Et 2. Paral. 26. cū Ozias rex vellet thus adolere, prohibuit eum Pontifex, dicens. *Non est tui officij Ozia, adolere incensum Domino, sed sacerdotum.* Et cū ille perseveraret, continuò grauiissima lepra diuinitus percussus est. Quod si in Testamento veteri non poterat rex fangi munere sacerdotum, multò minus in nouo, vbi sunt munera sacerdotalia longè augustiora.

ITEM in Syn. Matifconensi can. 6. in Conc. Mileuitano can. 19. & Toletano III. can. 13. puniuntur grauissimè clerici, qui causam Ecclesiæ ad iudicem secularem deferunt. Et Ambrosius epist. 33. ad Sororem, dicit se Valentiniano dixisse: *Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, aliquid imperiale ipsi habere. Publicorum tibi manum ius commissum est, non sacrorum, & c.* Item Theodosio Imperatori dixisse eundem Ambrosium, purpura Imperatores facit non sacerdotes refert Theodoretus lib. 5. cap. 17. hist. qui etiam lib. 4. cap. 16. scribit Eulogium quendam, cū ei Modestus præfectus Valentis Imperatoris Ariani dixisset: *Communica cum Imperatore, facere respondisse: Nunquid cum Imperio est etiam sacerdotium consequutus?*

ATHANASIUS quoque in epist. ad solitariam vitam agentes, reprehendit Constantium, quod se rebus Ecclesiasticis admisceret, & addit, *Hosium Episcopum Cordubæ eidem Constantio dixisse: Ne præcipe nobis in hoc genere, sed ea potius à nobis discet: tibi enim Deus imperium commisit, nobis ea quæ sunt Ecclesiæ concedidit.* Similia eidem Constantio Leontium Episcopum dixisse, testatur Suidas in voce Leontius. Sulpitius lib. 2. sacrae hist. circa finem refert, S. Martinum Maximo Imperatori dixisse nouum esse & inauditum nephas, vt causam Ecclesiæ Iudex seculi iudicaret.

B. AUGUSTINUS epist. 48. & 50. & 165. docet, piorum regum munus esse, Ecclesiam defendere, seuerisq; legibus ac pœnis blasphemos, sacrilegos & hæreticos ab Ecclesia damnatos coercere: sed ibidem reprehendit Donatistas, quod causam Episcopalem non ad Coepiscopos, sed ad regem terrenum iudicandam derulissent. S. Gregorius lib. 5. epist. 25. de Mauritio Imperatore loquens: *Scimus, inquit, piissimos dominos disciplinam diligere, ordinem seruare, Canones venerari, & si sacerdotibus negotiis non miscere.* Idem prolixè docet Ioannes Da-

mascenus in prima & secunda oratione pro imaginibus. DENIQUE Basilius imperator in VIII. Synodo disertè asseruit, nec sibi, nec vllis laicis licere negotia sacerdotalia tractare: quod idem professum etiam Valentinianum seniore testatur Sozomenus lib. 6. cap. 7.

ARGUMENTA Brentij sumuntur ab exemplis Testamenti veteris, vbi legimus, Moysen, Iosue, Dauidem, Salomonem, Iosiam, qui Duces aut Reges erant, sæpe se in negotiis religionis miscuisse.

ADDETI etiam Brentius ad argumenti confirmationem, regibus à Deo commissam esse custodiam legis diuinæ, & idcirco ad eos curam Ecclesiæ pertinere. Sic enim Apostolus ait Rom. 13. *Non sine causa gladium portat, Minister enim Dei est, vindex in iram ei qui malè agit.*

RESPONDEMS, Moysen non solum Ducem, sed etiam Sacerdotem summum fuisse, vt in quæstione de Iudice controuersiarum, lib. 3. de Verbo Dei demonstratum est, cæteros autem quædam interdum egisse extraordinaria auctoritate, non tam vt Reges, quam vt Prophetas. Sed non propterea delendum fuisse ex Deuteronomio legem illam, qua ordinariè in dubiis de religione, remittebantur homines non ad Regem, sed ad Sacerdotem Leuitici generis, Deut. 17. quocirca, vt supra diximus, Ozias Rex punitus est lepra, quod munus sacerdotis sibi assumpserat.

AD confirmationem autem respondemus, reges custodes esse debere legum diuinarum, sed non interpretes. Ipsorum est enim edictis & pœnis impedire blasphemias, hæreses, sacrilegia: quæ sunt autem hæreses, & contra, quæ sit fides Orthodoxa, ab Episcopis dicere debent, quod Imperatores pios, Constantinum, Valentinianum, Gratianum, Theodosium, Marcianum fecisse, ex ipso Codice cognosci potest. I. cunctos populos, tit. de sum. Trin. & fide Ca. & in toto tit. de hæreticis. Vide plura in quæstione de Iudice controuersiarum, & in quæstione de Præside Concilij generalis.

CAPVT OCTAVVM. Quod non sit Ecclesiasticum regimen præcipuè penes Episcopos.

QUINTA tertia propositio, quæ Ecclesiæ regimen non esse præcipuè penes Episcopos & Presbyteros aduersus duos Caluini errores docet. Prior Caluini error est, Episcopos & Presbyteros iure diuino pares esse. Posterior autem est in cœru seniorum supremam Ecclesiæ potestatem residere. In quo errore fuit etiam Ioannes Hus, vt ex articulis 27. 28. & 29. in Concilio Cōstan. sess. 15. damnatis intelligi potest.

Ac prior quidem error in ea disputatione commodius refutabitur, quam de clericis suo loco instituemus. Satis erit interim hunc errorem priorem ex posteriore refellere, siquidem hi duo errores inter se pugnant.

Si enim Ecclesia regitur ab optimatibus, vt habet secundus error: certè Presbyteri non sunt optimates: vel si Presbyteri sunt optimates, Ecclesia non regitur ab optimatibus: constat enim in Conciliis generalibus, in quibus de administratione totius Ecclesiæ agitur & vbi leges, quibus Ecclesia regitur, feruntur vel abrogantur: nunquam interfuisse Presbyteros cum auctoritate definiendi, nisi essent legati, & locum tenerent aliquorum Episcoporum, id quod non opus est aliter probare, quam ex ipsis actis Conciliorum quæ adhuc existant.

IAM verò posterior error, qui huius loci proprius est, his rationibus confutatur. Primum nūquam in Scripturis legitur collata summa potestas Concilio sacerdotum: Quæcunque enim auctoritas Apostolis cæterisque discipulis concessa à Christo est, non solum omnibus, sed etiam singulis concessa est: neque ad eam exercendā erat opus Concilio, poterant enim sine dubio Apostoli singuli, & possunt etiā nūc singuli Episcopi, docere, baptizare, soluere, ligare, ordinare ministros, &c.

solus est locus Matth. 18. vbi tribuitur aliquid Concilio, cum dicitur: *Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, sum in medio eorum.*

AT neque hic explicatur, quæ sit potestas Concilij, summæ an mediocris, an infima, & Caluinus ipse, aduersus quem præcipue disputamus, lib. 4. Inst. cap. 9. §. 2. hunc Euangelij locum adeo non magni facit, vt dicat eum nihilominus in quemuis particularem cœtum competere, quàm in Concilium vniuersale. Itaque non est cur in præsentia de hoc loco multum laboremus.

SECUNDO, si penes optimates esset summum Ecclesiæ regimen, sequeretur Ecclesiam ferè semper carere rectoribus, & vt plurimum neminem esse, cui curæ sit commune bonum: proinde Rempub. Ecclesiasticam omnium esse miseriam, optimates enim cum pares inter se sint, non possunt commune bonum, vt par est, administrare, nisi vel congregati sint, vel aliquem elegerint, communi consensu magistratum, cui omnes obediunt: quemadmodum Romani suos Cōsules eligebant.

AT in Ecclesia rarissimè congregantur optimates ad generale Concilium. Primus enim CCC. annis nulla fuit congregatio generalis: postea verò vix centesimo quoque anno. Magistratum autem, cui Ecclesia vniuersa saltem ad tempus pareret, nullum vnquam optimates isti creauerunt. Nam si creassent aliquem, is maximè fuisset vnus ex primariis quinque Patriarchis, qui semper in Ecclesia præ cæteris eminuerunt: at Patriarcham Romanum nunquam habuisse hanc potestatem aduersarij contendunt: de cæteris quatuor res certissima est. Nunquam enim Alexandrinus Patriarcha aliquid iuris habuit extra Ægyptum, neque alij extra suas regiones.

QUARE S. Hieronymus in epist. ad Pamnachiū aduersus Ioannem Episcopum Hierosolymæ: *Responde, inquit, mihi. Ad Alexandrinum Episcopum Palestina quid pertinet?* Et Chrysostomus in epist. priore ad Innocentium I. grauer quæritur de Theophilo Patriarcha Alexandrino, qui se negotiis Ecclesiasticis extra suam Prouinciam ingerebat: *Neque enim, inquit, æquum est, vt qui in Ægypto sunt, iudicent eos qui in Thracia.*

QUAM autem hoc sit absurdum, vt Ecclesia Catholica, quæ adeo est vna, vt vna ciuitas, vna domus, vnum corpus in Scripturis dicatur, nullum in terris habeat, qui eius curam gerat, quis non videt? Nam si Ecclesiæ particulares non essent inter se ita colligatæ, vt vnum corpus facerent, sufficeret vnique suus rector, nunc autem nõ magis possunt vno aliquo rectore carere, quàm possit vnus grex vno pastore, & vnum corpus suo capite.

TERTIO, si esset in cœtu optimatum summa potestas: quo numerosius cogeretur Concilium, eo plus haberet auctoritatis: neque vnquam euenire posset, vt minori Concilio plus tribueretur quàm maiori.

AT Concilium Ariminense Episcoporum sexcentorum, nullius vnquam auctoritatis in Ecclesia Catholica habitum est: Concilium autem primum Constantinopolitanum CL. Episcoporum summæ semper auctoritatis fuit. At nos quidem Catholici huius rei causam reddimus: quod illud fuerit à Pontifice Summo, in quo est summa Ecclesiæ potestas, reprobatur, hoc autem confirmatum, qui autem summam potestatem tribuunt optimatibus, nullam causam possunt adferre, cur Ariminense Concilium damnetur, Constantinopolitanum autem amplectantur.

AT, inquit, Ariminense Concilium errauit, non errauit Constantinopolitanum; propterea hoc amplectimur, illud damnamus. Sed quid est hoc aliud, quàm se Conciliorum & totius Ecclesiæ iudicem facere?

QUARTO, tamen si Dimocratia est absolute pessimum regimen: tamen Ecclesia perniciosior esse videtur Aristocratia. Siquidem summum Ecclesiæ malum hæresis est: hæreses autem ab optimatibus potius quàm è

plebeis hominibus excitantur.

CERTÈ Hæresiarche ferè omnes, aut Episcopi, aut Presbyteri fuerunt, itaque sunt hæreses quædam quasi optimatum factiones, sine quibus nulla essent in Ecclesia populorum seditiones. Factiones autem nunquam facilius, & frequentius oriuntur, quàm cum optimates regunt, vt non solum experimento, & Philosophorum testimonio, sed etiam Caluini ipsius confessione, lib. 4. Inst. cap. 20. §. 8. comprobari potest.

SED obiciunt tria Scripturæ testimonia, adiunctis etiam tribus testimonijs Patrum. Primum est Act. 15. vbi legimus, primam controuerfiam in Ecclesia exortam, non ab vno aliquo summo iudice fuisse definitam, sed à conuentu Apostolorum, & seniorum. *Conuenerunt, inquit Lucas, Apostoli & seniores, videre de verbo hoc.*

RESPONDEO, nullum hinc argumentum sumi posse pro Aristocratia asserenda. Siquidem in eo Concilio prima illa quæstio definita est, vbi præses & caput Petrus erat. nec enim Petrus in aliena diœcesi, & Episcopo præsentem Iacobo, loqui primus ausus fuisset, nisi ipse toti Concilio præfuisset.

NEQUE Monarchiæ repugnat, quod aliquid in publico conuentu communi principum consilio & consensu statuatur, quemadmodum fieri solet hoc tempore in Comitibus imperialibus.

ALTERVM testimonium est Act. 20. vbi B. Paulus Episcopos admonet his verbis: *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.*

TERTIVM est 1. Petri 5. vbi B. Petrus ita loquitur: *Seniores qui in vobis sunt obsecro consenior, & testis Christi passionum, pascite, qui in vobis est, gregem Dei.*

RESPONDEO, ex neutro horum locorum aliquid probari; nec enim negamus Episcopis & Presbyteris conuenire vt Ecclesiam Dei pascant & regant: sed quæstio nostra est de summa totius Ecclesiæ potestate. Sitne ea in cœtu ministrorum, an in aliquo vno homine? Quam quæstionem in his locis neque Paulus, neque Petrus attingit, sed solum Episcopos admonent, vt erga subiectos sibi populos, pastoralis munere strenuè fungantur.

IAM ex Patribus primo loco Cyprianum proferunt, qui lib. 3. epist. 19. ad Clerum suum ita scribit: *Que res cum omnium nostrum consilium & sententiam spectet, præiudicare ego, & solum mihi re omnem vendicare non audeo.*

RESPONDEO, Cyprianum propterea id non esse ausum, quod sponte sua se ipse obstrinxerat, cum episcopatum susciperet, nihil sine cleri & populi consilio, & consensu esse facturum, vt ex li. 3. ep. 10. supra docuimus.

PROFERUNT deinde Ambrosium, qui in commentario tertij capitis prioris epistolæ ad Timotheum ita loquitur. *Et synagoga, & postea Ecclesia seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur.*

RESPONDEO, non magis ex his verbis probari posse Aristocratiam Ecclesiasticam, quàm ex senatu & consilio regio probetur, nullam esse in regnis Monarchiam. Certè enim Salomon 3. Reg. 12. seniorum cœtum habebat à consilijs: & Assuerus, Esther 1. sapientum consilio in rebus omnibus utebatur, nec tamen ideo non erant reges.

PRÆTEREA, quod Episcopi veteres sine Presbyterorum consilio nihil agerent, vile, ac salutare, non tamen necessarium fuisse, vel ex eo intelligi potest, quod Ambrosij tempore non fiebat: nec tamen Ecclesia penitus interierat.

POSTREMÒ Hieronymum producant, qui in cap. 1. ad Titum sic ait: *Antequam diaboli insinuat studio in religione fierent, & diceretur in populis; Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cephe, communi Presbyterorum consilio Ecclesia gubernabatur. Postquam verò vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi, in toto*

orbe

orbe decretum est, vt vnus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret; & schismatum semina tollerentur.

IGITUR primo tempore Ecclesiæ, quando ea purissima erat, Aristocratia vigeat, & optimates Presbyteri erant.

RESPONDEO, videtur B. Hieronymus in ea sententia fuisse, vt existimaret Episcopos, si de iurisdictione agatur, fuisse quidem Presbyteris maiores, sed iure Ecclesiastico, non diuino, quæ sententia falsa est, & suo loco refellenda. Interim tamen nihil Caluini Aristocratiam Presbyterorum inuauit, sed contra maximè lædit. Non enim Hieronymus dicit, in prima Ecclesia viguisse Aristocratiam Presbyterorum, & fuisse illud bonum regimen, & paulatim postea per abusionem aliquam introductam esse à malis hominibus Monarchiam: sed è contrario fuisse Aristocratiam, quæ initio erat, quia non bene succedebat, & plurimæ inde oriebantur seditiones & schismata, communi orbis terræ consilio in Monarchiam esse mutatam.

NEQUE dubium esse potest, quin Hieronymus senserit, mutationem hanc esse factam Apostolorum temporibus, & ipsis Apostolis auctoribus; nam hoc loco dicit, tunc factam esse mutationem, cum cœpit dici; Ego sum Pauli, ego Apollo. quod accidisse tempore teo testatur Paulus 1. Cor. 1.

DEINDE Hieronymus in libro de viris illustribus, in Iacobo dicit, Iacobum statim à passione Domini ab Apostolis creatum Episcopum Hierosolymæ, & in epistola ad Euagrium, quæ est 85. asserit S. Marcum Episcopum fuisse Alexandriæ.

ADDE, quod non loquitur Hieronymus de regimine vniuersalis Ecclesiæ, sed solum particularium cum ait, initio cœpisse gubernari Ecclesias communi Presbyterorum consilio, alioqui enim Petrum fuisse caput totius Ecclesiæ à Christo constitutum, disertis verbis docet idem Hier. in lib. 1. contra Iouin. *Ex duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatum tolleretur occasio.*

CAPVT NONVM.

Quod regimen Ecclesiasticum præcipue Monarchicum esse debeat.

ESTAT postrema propositio, quæ Ecclesiæ regimen præcipue Monarchicum esse debere asseruit. Ac primum quidem ratio, quæ id probetur ex iis, quæ dicta sunt deduci potest; nam si tres sunt regiminis formæ, Monarchia, Aristocratia, Dimocratia, & iam probatum est, Ecclesiæ gubernationem, nec Dimocratiam nec Aristocratiam esse debere: quid aliud superest, quàm vt sit Monarchicum.

DEINDE, si Monarchia est optimum ac præstantissimum regimen, vt supra docuimus, & certum est Ecclesiam Dei à sapientissimo principe Christo institutam optimè gubernari, quis inficiari potest, eius regimen debere esse Monarchicum?

SED occurrit Caluinus lib. 4. inst. cap. 6. §. 9. ac negat, si Monarchia sit optimum regimen, inde sequi debere Ecclesiam ab vno aliquo homine gubernari, cum constet eius Regem ac Monarcham esse Christum.

SED facile refellitur: nã & si Christus vnus sit ac proprius Ecclesiæ Catholica Rex, & Monarcha, eamque spiritualiter ac inuisibiliter regat, & moderetur, tamen eget Ecclesia, quæ corporalis, & visibilis est, vno aliquo visibili summo Iudice, à quo lites de religione exortæ componantur, quique omnes inferiores præfectos in officio & vnitate contineat. Alioqui non solum Summus Pontifex, sed etiam Episcopi, pastores, doctores, ac ministri omnes superuacanei essent. Christus enim pastor est, & Episcopus animarum nostrarum, 1. Pet. 2. Ipse est vnus magister, quem audire iubet Pater cælestis, Matth. 17. Ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto, Ioan. 1.

QUEMADMODVM igitur Episcopi, doctores, cæteri que ministri superuacanei non sunt, tamen si, quod ipsi vt ministri faciunt, Christus principaliter faciat: sic etiam non est è medio tollendus is, qui totius Ecclesiæ curam vt summus Oeconomus gerit, quamuis eandem curam Christus principaliter gerat.

SECUNDA ratio ab ea similitudine ducitur, quam habet Ecclesia mortalium hominum, cum Ecclesia immortalium Angelorum. Quæ ratione vtitur etiam Sanctus Gregorius lib. 4. epist. 12. Siquidè certum est istam illius exemplar, & quasi ideam quandam esse, vt Apostolus indicare videtur ad Hebræos 8. & S. Bernardus disertè affirmat in lib. 3. de consideratione ad Eugenium, vbi militantem Ecclesiam in Apocalypsi, Hierusalem nouam descendente de cælo, appellatam esse dicit, propterea quod ad exemplum cælestis illius ciuitatis instituta & conformata sit.

NEC minus certum & exploratum est, inter Angelos præter summum Regem omnium Deum, esse vnum qui aliis omnibus præsit. Ac initio quidem hac dignitate præditum fuisse eum, qui nunc diabolus dicitur: testes sunt Tertullianus lib. 2. contra Marcionem, Gregorius hom. 34. in Euangelia, & lib. 32. mor. cap. 24. Hieronymus seu potius Beda in cap. 40. Iob. Isidorus lib. 1. de summo bono, cap. 12. & deduci potest ex Scriptura, Iob 40. vbi Behemot, id est, diabolus, dicitur principium viarum Domini, & Isaiæ 14. vbi comparatur Lucifer, id est, stellarum maximæ, & pulcherrimæ, saltem quoad apparentiam, & vulgi opinionem, ad quam se scripturæ accommodare solent.

HVC autem Luciferum esse diabolum, docent Hieronymus & Cyrillus in hunc locum, & Augustinus lib. 11. de ciuit. Dei ca. 15. Et Ezech. 28. vbi dicitur: *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.* Et mox enumerantur nouem lapides, quibus significantur, vt Greg. exponit li. 32. moral. cap. 25. nouem Chori Angelorum, qui hunc Angelum tanquam Principem suum circumstant.

PORCUM verò diaboli S. Michaëlem Principem esse omnium Angelorum colligitur ex cap. 12. Apocalypsis, vbi dicitur: *Michaël & Angeli eius.* Quid enim est Michaël & Angeli eius, nisi Michaël & exercitus eius? vt enim, cum ibidem dicitur: *diabolus & Angeli eius,* intelligimus omnes Angelos malos diabolo esse subiectos, vt milites Imperatori: ita cum dicitur, *Michaël & Angeli eius,* intelligere debemus, omnes Angelos bonos Michaëlem Principem suum agnoscere, quocirca rectè in Ecclesiastico officio S. Michaël paradisi præpositus, & Princeps cælestis militia nominatur.

CALVINVS nihil responder aliud lib. 4. inst. cap. 6. §. 10. quàm non oportere, nisi valde sobriè loquij de rebus cælestibus, & non esse quærendum alium typum Ecclesiæ, quàm qui expressus est in Euangelio & Epistolis sanctorum Apostolorum. Quasi verò non sobriè loquatur, qui nihil ex capite suo dicit, sed Apostolum & sanctos Patres sequitur.

TERTIA ratio sumitur ex Ecclesia Testamenti veteris. Constat enim Testamentum vetus fuisse figuram noui, dicente Apostolo 1. Corin. 10. *Hæc omnia contingebant illis in figuram.* Tempore autem Testamenti veteris semper fuit vnus qui omnibus præerat, in iis, quæ ad legem & religionem pertinebant. Ac præsertim ab eo tempore, quo cœperunt Hebræi redigi ad formam populi, & gubernari legibus, & magistratibus: quod fuit post egressionem ab Ægypto, tunc enim Moyses ordinavit Rempub. Iudæorum, scripsit eis leges quas à Deo acceperat, Aaronem consecrauit Pontificem, eique vni Sacerdotes omnes & Leuitas subiecit.

Ac deinde vsque ad Christi tempora nunquam defuit vnus Princeps sacerdotum, qui omnes Synagogas totius mundi gubernaret, id quod facile probari posset,

nisi ab aduersariis cōcederetur. Sic enim loquitur Magdeburgenses Cent. 1. lib. 1. cap. 7. col. 2. 7. In Ecclesia populi Iudaici vnus tantum erat lege diuina sacerdos summus, quem omnes cogebantur agnoscere, eique parere. Idem fatetur Caluinus Inst. lib. 4. cap. 6. §. 2.

IGITUR cum illius temporis Ecclesia, Ecclesia huius temporis figura fuerit, ratio omnino exigit, vt sicut illa prater Deum inuisibilem rectorem, vnum habuit rectorem visibilem, ita quoque & ista habeat: nulla siquidem perfectio in figura reperiri debet, quæ non reperiat, & quidem exactius, in exemplari.

IOANNES Caluinus lib. 4. cap. 6. Inst. duas adhibet solutiones ad hoc argumentum. Prior est, non esse eandem rationem vnus exigui populi Iudaici, & vniuersi orbis Christiani. Debit enim, ait, vnus populus Iudeorum, obsessus circum circa ab idololatriis, habere vnum summum principem, qui omnes in vnitatem contineret, ne variis religionibus distraherentur. At populo Christiano toto orbe diffuso velle dare vnum caput, absurdissimum est. Et addit similitudinem: Sicut, inquit, non propterea debet totus mundus committi vni homini, quia vnus ager ab vno homine colitur.

VERVM hæc solutio prima non tam soluere, quam magis, ac magis ligare nodum argumenti mihi videtur. Nam si ratio, cur habuerit vnum caput populus Iudeorum fuit, vt Caluinus dicit, vt in vnitatem contineretur, & non deficeret ad idololatrias, qui cum obsidebant: maiori ratione habere debet vnum caput Ecclesia Christianorum. Nam ibi magis requiritur vnum caput, vbi difficultius seruatur vnitatis, & vbi maius periculum est, ne distrahatur populus variis religionibus: difficultius autem seruatur vnitatis in maiori multitudine, quam in minori, & maius periculū est, vbi sunt plures hostes fidei, quam vbi sunt pauciores. At multo maior est populus Christianorum, quam fuerit vnquam Iudeorum, & plures hostes habet Christiani, qui non solū obsidentur à Turcis, Tartaris, Mauris, Iudæis, aliisque Infidelibus, sed etiam versantur inter innumeras sectas hæreticorum. Igitur apud Christianos difficultius vnitatis conferuatur, & maius periculum imminet ab hostibus religionis, quæ apud Iudeos olim vel vnitatis seruaretur, vel periculū immineret.

PROINDE qua ratione Caluinus populo Iudeorum vnum caput attribuit, eadem vel maiori attribuere debet populo Christianorum. Neque similitudo illa de agro aliquid efficit. Nec enim volumus, vt vniuersum orbem Christianum vnus præfectus per se regat, quemadmodum agrum vnum vnus agricola per se colit, sed ita vni summo Pastori totum orbem Christianū regendum committimus, vt per multos alios minores pastores regat, quemadmodū vnus diues paterfamilias colit multos agros per multos agricolas, & vnus Rex multas ciuitates & prouincias per multos proreges & præfides administrat.

SVBICIT deinde Caluinus aliam solutionem, ac dicit, Aaron figuram gessisse non Pontificis Testamenti noui, sed Christi. Proinde cum Christus eam figuram in seipso iam expleuerit, nihil ex ea sibi Papam vendicare posse.

AT nos non tam virgemus figuram Aaronis, quam totius testamenti veteris: cum enim Testamentum vetus sit figura noui, sicut in veteri fuit regimen Monarchicum, ita dicimus esse debere in nouo.

ADDO præterea, ipsum etiam Aaronem, non solum Christi gessisse figuram, sed Petri quoque, ac successorum eius, sicut enim veteris legis sacrificia, & sacrificiū crucis significabant, & simul typi erant eius sacrificij, quod nunc offertur in Ecclesia: ita summus Sacerdos Testamenti veteris, & Christum summum Sacerdotem referebat, & simul typus erat eius Sacerdotij, quod nunc esse videmus in Ecclesia. Eadem enim sacrificij & Sacerdotij ratio est.

NEQ̄ AVNT fortasse, sacrificia vetera Christi pas-

tionem, & simul nostram oblationē designasse, at, id docet B. August. lib. 20. contra Faustum, cap. 18. Hæbræi, inquit, in victimis pecorū, quas offerebant Deo, multis & variis modis, sicut re tanta dignū erat, prophetiam celebrabant future victimæ, quam Christus oblitit, vnde iam Christiani per acti eius sacrificij memoriam celebrant sacrosanctā oblatione, & participatione corporis & sanguinis Domini. Et li. 1. con. aduersa. Leg. & Prophet. ca. 18. Quod totum, inquit, fideles in Ecclesia sacrificij sciunt, cuius vmbra fuerunt omnia priorum genera sacrificiorum. Lib. 3. de Baptif. cap. 19. Ipse Dominus quos mundauit à lepra misit ad sacerdotes, vt pro eis sacrificium offerretur, quia nondum eis sacrificium successerat, quod ipse postea in Ecclesia voluit celebrari pro illis omnibus, quia illis omnibus ipse prænnunciatur.

NEC alia ratio est, cur B. Gregorius in libro de cura pastorali, parte 2. cap. 4. omnia que dicuntur de vestibus & ornatu Aaronis, interpretetur de iis virtutibus, quæ requiruntur in Pontificibus Christianis. Et Cyprianus lib. 1. epist. 7. exponat de sacerdotibus nostris, quæ dicuntur in Testamento veteri de Aaronis sacerdotibus quod frequenter omnes alij Patres faciunt: nisi quia sacerdotium nouum veteri sacerdotio, & Pontifices Christiani Iudaicis Pontificibus, tanquam suis quibusdam typis & adumbrationibus successerunt.

QUARTA ratio ab iis similitudinibus petitur, quibus in Scriptura describitur Ecclesia, omnes enim ostendunt, necessariū debere esse in Ecclesia vnum caput. Comparatur Ecclesia exercitui ordinato, Cant. 6. Corpori humano seu mulieri speciosa, Can. 7. Regno, Daniel. 2. Ouli, Ioan. 10. Domui, 1. Tim. 3. Navi seu arcæ Noë, 1. Pet. 3. Iam nulla sunt castra ordinata, vbi non sit vnus imperator, multi Tribuni, plures Centuriones, &c. Hieronymus in epist. ad Rusticum Monachum: In quamuis grandi exercitui vnus signum exspectatur. Quomodo ergo Ecclesia est exercitus ordinatus, si omnes Episcopi, immo omnes Presbyteri sunt pares? pari ratione in quolibet corpore humano vnum est caput.

AC ne fortè dicas, habet Ecclesia suum caput Christum: propterea non comparamus hoc loco Ecclesiam cum Christo, vt membra cum capite, sed vt sponsam cum sponso, qua similitudine Scripturæ vtuntur Apoc. 21. 2. Cor. 11. Ephes. 5. & in Canticis frequentissimè.

AC profectò si Ecclesia, quæ est in terris Christo secluso, non ineptè comparatur sponse: secluso etiā Christo vnum caput habere debet, præsertim cum disertè Cant. 7. inter alia eius membra etiam caput numeratur: Caput tuum, inquit sponfus ad sponfam, sicut carmelus. Et sponsa de sponso, Caput eius aurum optimum. Cant. 5. Et sponfus quidem comparat caput sponse monti carmelo, quoniam etsi summus Pontifex ingès est mons: tamè nihil aliud est quæ terra, id est, homo. Comparat autè sponsa sponfi caput auro optimo, quia caput Christi Deus est.

IAM verò, quod vnquam regnum fuit, quod non regeretur ab vno: & quaquam Rex Ecclesiæ Christus est: tamen ex eo colligimus Ecclesiam habere debere præter Christum aliquem vnum à quo regatur quod regna semper administrantur regi, id est, per vnum qui omnibus præsit: & si quidem Rex præsens est; per se id facit: si abest, per alium, qui dicitur Prorex. sæpe etiam Rege præsentè, generalis aliquis vicarius constituitur.

QUOD verò ouile vnum, pastorem quoque vnum requirat, ex Euangelio colligitur: Fiet vnum ouile, inquit Dominus Ioan. 10. & vnus pastor. Vbi est obiter annotandum, posse illud, & vnus pastor, intelligi de pastore seculario, id est, de Petro, cuiusque successoribus, vt Cyprianus exponit. Nam cum Dominus alias oues habere se dicit, quæ non sunt ex hoc ouili, de populo gentili & populo Iudeorum loquitur; at docet habere se inter gètes multos electos, qui vel iam fideles sunt, vel certè futuri sint, & tamen ad populum illum Iudaicum non pertinent.

QUAMVIS autem, si de Pastore Deo agatur, semper fuerint populus Iudeorum, & populus gentilium vnum ouile, & Deus vnus eorum pastor: non tamen semper fuerunt vnū ouile, & vnus pastor, respectu gubernationis humane, nec enim gentiles, vel qui inter eos ad Ecclesiam pertinebant, à Iudeorum Pontifice regebantur.

AT voluit post aduentum suum Christus, ex utroque populo vnum ouile fieri, omnisque homines ab vno pastore homine gubernari. Hinc Cyprianus lib. 1. epist. 6. ad Magnum loquens de Nouatiano, qui voluit fieri Episcopus Romæ, cum iam creatus esset, & sederet Cornelius. Et idcirco, inquit, Dominus insinuans nobis vnitatem de diuina auctoritate venientem, ponit, & dicit: Ego & Pater vnum sumus: ad quam vnitatem redigens Ecclesiam suam denuo dicit: Et erunt vnus grex & vnus pastor. Si autem grex vnus, quomodo potest gregi annumerari, qui in numero gregis non est: aut pastor haberi quomodo potest, qui manente vero pastore & in Ecclesia Dei ordinatione succedanea præsidente, nemini succedens, & à seipso incipiens, alionus sit & prophans?

RESTAT domus ac nauis; & quidem omnis domus vnum habet Dominum, & vnum Oeconomum, iuxta illud Luc. 12. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Quæ verba dicitur Petro, & de ipso Petro, nam paulò antè cum Dominus dixisset: Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes, quæ fuit Petrus: Domine ad nos dicit hæc parabola, an ad omnes? Respondit Dominus Petro: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? quasi diceret, tibi o Petre imprimis dico, tibi enim incumbit cogitare, quid requiratur in Oeconomo fideli & prudenti, quem constituit Dominus super familiam suam.

ET paulò post, vt ostendat se loqui de vno, qui præsit omnibus conferuis, & qui soli Domino subiiciatur, subiungit: Quod si dixerit malus ille seruus in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & ceperit percutere seruos, & ancillas, & manducare & bibere cum ebriosis: veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Quibus verbis Dominus apertè indicat se vnum seruum toti domui suæ præpositurum, qui à se solo iudicari possit.

HERTE hunc locum disertè explicat Chrysostr. de Petro, & successoribus eius, lib. 2. de sacerdotio, circa principium, cui Ambrosius assentiens, vel quicunque est auctor illius commentarij, in ca. 3. ad Timotheum: Dominus Dei, inquit, est Ecclesia, cuius bodie rector est Damasus.

DENIQUE de nauis Hieronymus in epistola ad Rusticum: In nauis, inquit, vnus gubernator, & Cyprianus lib. 1. epist. 6. posteaquam docuit arcam Noë, typum fuisse Ecclesiæ, inde probat, Nouatianum non potuisse fieri huius arcæ gubernatorem, quia iam Cornelius factus erat, & nauis vna vnum rectorem postulat, non plures.

QUINTA ratio ducitur à primordijs gubernationis Ecclesiæ. Constat enim Ecclesiam à Christo congregatam cœpisse initio regimen visibile, & externum habere Monarchicum, non Aristocraticum, aut Democraticum. Christus enim, cum in terris degeret, eam visibilem administrabat, vt summus eius pastor, & rector, vt etiam fatentur Magdeburgenses Cent. 1. lib. 1. cap. 7. col. 260. & sequentibus, igitur etiam nunc habere debet Ecclesia externum & visibile regimen Monarchicum, alioqui non esset Ecclesia, quæ nunc est eadem ciuitas Dei cum illa. Vt enim Philosophus docet lib. 3. pol. cap. 2. Ciuitas dicitur eadem specie, donec remanet eadem forma Reipublica, id est, idem communis gubernationis modus, quo mutato, mutatur etiam ciuitas.

SEXTA ratio ducitur à simili. Rectè in locis singulis singuli constituuntur Episcopi, qui ceteris omnibus eius

loci ministris & pastoribus præsent: quod Caluinus in li. 4. instit. cap. 6. §. 7. his verbis conlatur: Quod aliud enim cent, quam singulis Ecclesiis debere suos Episcopos aut vni?

RVRSVM in prouinciis singulis rectè constituuntur singuli Metropolitanis, qui suæ prouinciæ Episcopos præfideant: & in maioribus vrbibus Primates seu Patriarchæ, qui, vt loquitur S. Leo in epist. ad Anastasium Thessalonica Archiepiscopum, curam suscipiant ampliorem (neque id Caluibus negare aulius est, sic enim loquitur cap. 4. §. 4. lib. 4. instit. Quod autem, inquit, singula prouinciæ vnum habebant inter Episcopos Archiepiscopum, quod item in Nycæna Synodo constituti sunt Patriarchæ, qui essent ordinè & dignitate Archiepiscopos superiores: id ad disciplinam conseruationem pertinebat) igitur æquum est, vt sit etiam vnus aliquis, qui toti Ecclesiæ præsit, & cui primates quoque & Patriarcha subiiciantur.

NAM si Monarchicus principatus conuenit vni ciuitati, vni prouinciæ, vni nationi; cur non etiam Ecclesiæ vniuersæ: quæ ratio postulat, vt partes Monarchicæ, totum autem Aristocraticè gubernentur?

DENDE quibus rationibus probatur, debere vnum Episcopum præesse Parochis, Archiepiscopum Episcopis, Patriarcham Archiepiscopis: iissem probari potest vnum Pontificem summum præesse debere Patriarchis. Cur necessarius est in singulis Ecclesiis vnus Episcopus, nisi quia vna ciuitas non potest bene regi nisi ab vno: at etiam vna est Ecclesia vniuersa.

ITEM, cur vnus requiritur Archiepiscopus, nisi vt contineantur Episcopi in vnitatem, vt dissoluantur eorum lites, vt ad Synodum conuocentur, vt cogantur fungi suo munere? At propter eandem causam requiritur vnus qui Archiepiscopis & Primatibus omnibus præsit.

RESPONDET Caluinus, Episcopos Presbyteris, cæteris Episcopis Archiepiscopos, atque illis Primatem maiorem esse honore & dignitate, non auctoritate & potestate. Sic enim ipse docet lib. 4. instit. cap. 4. §. 2.

SED certè fallitur aut fallit, nam (vt omittam alia) 1. Timoth. 5. cum Apostolus ait: Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Episcopum Iudicem Presbyterorum facit, Iudex autem sine potestate nullus est.

PRÆTEREA, in Concilio Antiocheno can. 16. statuitur, vt si quis Presbyter aut Diaconus, à proprio Episcopo damnatus, & honore priuatus, ad alium Episcopum accesserit, nullo modo recipiatur. Potest igitur Episcopus Presbyterum damnare, & honore priuare, quod certè potestatis & iurisdictionis est.

ITEM, in Concilio III. Carthaginens. cap. 45. asserunt Patres licere Primati ex quauis diocesi Episcoporum allumere clericos & ordinare Episcopos, vbi fuerit opus, etiam inuito Episcopo cui clericus ille subiectus erat. An non apertè hinc vidimus, primatem potestate maiorem esse cæteris Episcopis?

DENIQUE Leo in epist. ad Anastasium Thessal. quæ est 84. & Gregorius, lib. 4. epist. 52. apertè docent, non esse omnes Episcopos pares potestate, sed esse alios alijis verè subiectos: & inde S. Leo rectè deducit, ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ regimen pertinere.

SEPTIMA ratio ex propagatione Ecclesiæ sumi potest. Nam Ecclesia semper creuit, & creicere debet, donec in toto mundo prædicatum sit Euangelium, vt patet Matth. 24. Prædicabitur hoc Euangelium regi in vniuerso mundo, & tunc veniet consummatio. Non autem potest id fieri, nisi sit vnus summus Ecclesiæ praful, cui sollicitudo incumbat totius huius corporis conseruandi & propagandi. Nam nemo debet prædicare, nisi mittatur, Rom. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Mittere autem in alienas prouincias non est Episcoporum particularium; illi enim habent suos certos fines Episcopatus sui, extra quos nullū ius habet, nec ad eos pertinet

cura, nisi tuendi gregis sibi assignati.

QVOCIRCA in historiis Magdeburgensium vix inuenimus Ecclesiam propagatam post Apostolorum tempora per alios, quam per eos quos in opus Dei miserant Romani Pontifices. Germanos conuertit S. Bonifacius a Papa Gregorio II. missus. Francones S. Kilianus missus a Papa Conone. Anglos Augustinus, a Papa Gregorio I. destinatus. Innocentius vero I. in epist. 1. constanter affirmat, per omnem Hispaniam, Galliam, Africam Ecclesias esse fundatas per eos, quos Petrus aut eius successores in hoc opus miserant.

OCTAVA ratio ducitur ex vnitae fidei. Necessae est enim, vt omnes fideles idem omnino sentiant in rebus fidei: Est enim vnus Deus, vna fides, vnu Baptisma. Epist. 4.

AT vna fides in Ecclesia esse non potest, si non sit vnus summus Iudex, cui omnes acquiescere teneantur. Quod certe satis aperte docet, quando nulla esset alia ratio, dissentio ipsa Lutherorum, quos videmus, quia non habent vnum, cui omnes iudicium suum subicere teneantur, in mille sectas esse diuisos, cum tamen omnes ab vno Luthero descenderint: neque adhuc potuisse vnum Concilium cogere, in quo omnes conuenirent.

SED & apertissima ratio id suadet. Cum enim multi sunt pares, vix fieri potest, vt in rebus obscuris & difficultibus vllus velit alterius iudicium suo iudicio anteponi.

RESPONDENT Magdeburgenses Cent. 1. lib. 2. ca. 7. col. 522. & sequentibus, posse conferuari vnitatem fidei per confociationem multarum Ecclesiarum, quae se inuicem iuuent, & per literas inter se agant de quaestionibus fidei. Verum id certe non sufficit; nam ad vnitatem fidei conferuandam non sat est consilium: imperium requiritur.

QUID enim fiet, si Episcopus errans nolit scribere ad alios, vel si postquam scripserit, nolit consilium aliorum sequi? Nonne ipse Illyricus a collegis admonitus, vt Manichaeum errorem de peccato originis, a se iterum excitatum ab inferis retractaret, nunquam adduci potuit, vt vel patienter eos audiret? Et si ista confociatio tam efficax est, cur pacem, & concordiam non efficit tandem aliquando inter molles & rigidos Lutheranos?

DICES, terminabuntur quaestiones a Concilio generali. Omnes enim maiori parti Episcoporum acquiescent. At etiam in Concilio generali maior pars potest errare, si auctoritas desit summi pastoris, vt experimento comprobati sunt Ariminensis, & Ephesini II. Concilij.

ADDE, quod non semper cogi possunt Concilia generalia. Primis enim CCC. annis, nullum fieri potuit generale Concilium, & tamen plurimae tunc haereses exiterunt.

SUPEREST vt obiectiones eorum diluamus. Ac primum obiicit Caluinus in instit. lib. 4. cap. 20. §. 7. locum Euangelij Lucae 22. vbi sic legitur: Facta est contentio inter eos, quis eorum videtur esse maior? Dominus autem ait, reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic. Vbi Caluinus: Hanc vanam eorum ambitionem, inquit, vt compefceret Dominus, eorum ministerium non esse regis simile docuit, in quibus inter ceteros vnus eminent.

RESPONDEO, tum hoc loco, tum Matth. 20. Dominum non remouisse Monarchiam ab Ecclesia, sed potius eam instituisse, atque admonuisse diuersam esse a Monarchia ciuili gentium. Primum enim non ait Dominus; Vos non praesidebitis vilo modo, sed non sic vt reges gentium. Qui autem dicit, Tu non sic praeris vt ille id significat, praeris quidem, sed aliter quam ille.

DEINDE, nonne clare hoc loco subiungitur: Qui inter vos maior est, fiat sicut minor, & praefessor, Graece ἡγούμενος, id est, dux & princeps: Fiat sicut ministrator: vnus igitur erat a Domino dux designatus.

DENIQUE, exemplo suo rem declarauit: Sicut ego, inquit, non veni ministrari, sed ministrare. Et, Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et tamen de se dicit

Ioan. 13. vocatis me magister & Domine, & bene dicitis, sum et enim. Sicut ergo Christus non dominabatur, nec praerit sicut reges gentium, sed ministrabat & laborabat, & tamen verè praerit, immò & Dominus erat: ita quoque vult vnum ex suis verè praesse, sed absque libidine dominandi, qualis est in regibus gentium, qui tyranni sunt plerumque, imperantque subiectis, vt seruis, & omnia referunt ad suum commodum & gloriam. Vult enim suum vicarium praesse Ecclesiae vt pastorem & patrem, qui non lucrum & honorem quaerat, sed commodum subiectorum, & ideò praeter ceteros laboret, & seruiat omnium vtilitati.

PRAE TERE A reges gentium, etiam illi qui tyranni non sunt, ita regna sua administrant, vt propriam hereditatem, quam filiis derelinquant: at praelati Ecclesiae non sic; non enim reges, sed vicarij sunt, non patres familias, sed aetonomi. Hinc Bernardus lib. 3. de consideratione: Quid, inquit, praesse non negas, & dominari vetas? plane sic, quasi non bene praesit qui praesit in solitudine: praesit vt provideas, vt consulas, vt procures, vt seruis praesit vt profis, praesit vt fidelis seruus & prudens, quem, &c.

SECUNDA obiectio Caluini in institut. lib. 4. cap. 6. §. 1. talis est. Ad Ephes. 4. delineauit nobis Apostolus totam Ecclesiasticam hierarchiam, quam Christus post Ascensionem suam in terris reliquit: ibi autem nusquam est mentio vnus capituli, sed multis in commune traditur Ecclesiae regimen. Si enim ait: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores. Et non dixit, primum quidem vnum summum Pontificem, deinde Episcopos, Parochos, &c.

ITEM, Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae, vnus Dominus, vna fides, & non dixit vnus Pontifex Maximus, qui Ecclesiam in vnitatem contineat. Et ibidem. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et non dixit, vni data est plenitudo potestatis, & vt vices Christi gerat, sed data est, inquit, singulis sua portio.

RESPONDEO, Pontificatum summum diserte positum ab Apostolo in illis verbis: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos. Et clarius 1. Cor. 12. vbi ait; Et ipse posuit in Ecclesia primum Apostolos, deinde Prophetas. Si quidem summa potestas Ecclesiastica non solum data est Petro, sed etiam aliis Apostolis. Omnes enim poterant dicere illud Pauli: Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. 2. Cor. 11. sed Petro data est, vt ordinario pastori, cui perpetuò succederetur: aliis vero tanquam delegatis, quibus non succederetur.

VERUM enim in illis Ecclesiae primordialis necessarium ad fidem toto orbe terrarum celeriter disseminandam, vt primis praedicatoribus & Ecclesiarum fundatoribus summa potestas, & libertas concederetur. Mortuis autem Apostolis, Apostolica auctoritas in solo Petri successore permansit. Nullus enim Episcopus praeter Romanum, sollicitudinem habuit vnquam omnium Ecclesiarum: & solum ipse vocatus est ab omnibus Apostolicus Pontifex, & sedes eius Apostolica simpliciter, & per antonomasiam, & munus eius Apostolarum. Cuius rei pauca quaedam testimonia subiiciemus.

HERONYMVS in epist. 2. ad Damasum de nomine hypostasis: Qui Apostolos, inquit, honore sequeris, siquarum & merito. Et lib. 2. contra Rufinum: Miror, inquit, quomodo Episcopi receperint, quod sedes Apostolica condemnant. Et in epistola plurimorum Episcoporum Gallorum ad Leonem, quae est inter epistolas Leonis 52. Der, inquit, Apostolus vester nostrae veniam tarditati. Et in fine epistolae: Ora pro me Domine beatissime, merito & Apostolico honore venerande Papa. Item: Apostolatium vestrum in Domino venerans saluto.

AVGVSTINVS epist. 162. In Romana Ecclesia semper Apostolica Cathedra viguit principatus.

DENIQUE (vt omittam infinita familia) Concilium Chalcedonense in epist. ad Leonem, quae habetur post tertiam actionem: Et post haec omnia, inquit, insuper & contra ipsum cui vinea custodia a Domino commissa est, extendit insaniam, id est, contra tuam quoque Apostolicam sanctitatem.

HINC D. Bernardus lib. 3. de considerate. circa initium, loquens de Apostolis omnibus, de quibus dicitur, Psal. 44. Constituit eos principes super omnem terram, ait Eugenio Papae. Eis tu successisti in hereditatem: ita tu habes & orbis hereditas. Et infra hunc ipsum locum, Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, intelligit de Pontificia auctoritate.

POTEST etiam responderi, Apostolum hoc loco non delineasse hierarchiam Ecclesiae, sed tantum enumerasse varia dona, quae sunt in Ecclesia. Primum enim posuit Apostolos, id est, eos qui primi a Deo missi sunt. Secundo, Prophetas, id est, qui futura praedicunt, vt exponunt Chryostomus, Oecumenius, Theophylactus. Tertio, Euangelistas, id est, eos qui Euangelia scripserunt, vt exponunt Oecumenius & Theophylactus. vlt. Pastores & Doctores, quo vno verbo significauit confusè totam hierarchiam ministrorum Ecclesiae. Et 1. Cor. 12. addidit genera linguarum, curaciones, & alia, quae non Ecclesiastica ministeria, sed Spiritus sancti carismata sunt.

AD illud autem, de vno corpore, vno spiritu, vna fide, vno Deo, in quibus non est annumeratus vnus Papa: Respondeo, vnum Papam in illis verbis esse comprehensum, vnum corpus, & vnus spiritus, vt enim in corpore naturali, ideo seruat vnitatem membrorum, quia omnia parent capiti: ita quoque tunc in Ecclesia seruat vnitatem, cum omnes obediunt vni.

ET quanquam cap. Ecclesiae totus est Christus, tamen quia ipse a militante Ecclesia abest secundum visibilem praesentiam, exigitur necessarium vnus aliquis Christi loco, qui visibilem hanc Ecclesiam in vnitae contineat.

QUARE Opratus lib. 2. Petrum caput appellat, & vnitatem Ecclesiae in eo ponit, vt omnes cohaereant cum isto capite. Ioannes quoque Chryostomus homil. 55. in Matth. ita loquitur de Ecclesia. Cuius pastor & caput piscator homo, atque ignobilis, &c.

AD illud de plenitudine potestatis: Respondeo, summum Pontificem si conferatur cum Christo, non habere plenitudinem potestatis, sed tantum suam quandam portionem secundum mensuram donationis Christi. Christus enim regit omnem Ecclesiam, quae est in caelo, in purgatorio, in terris: & quae fuit ab initio mundi, & erit vsque ad finem: ac praeterea pro arbitrio potest leges condere, Sacramenta instituire, gratiam tribuere, etiam sine Sacramentis.

AT Papa solum regit eam Ecclesiae partem, quae est in terris, dum ipse viuunt, nec potest leges Christi mutare, aut Sacramenta instituire, aut peccata sine Sacramento remittere. Si tamen summus Pontifex cum Episcopis ceteris comparetur; merito habere dicitur plenitudinem potestatis. Quia ceteri definitas habent regiones, quibus praesint, definitam etiam potestatem: ipse vero toti orbi Christiano praepositus est, & totam, ac plenam habet eam potestatem, quam Christus ad Ecclesiam vtilitatem in terris reliquit.

TER TIA obiectio est Caluini lib. 4. instit. ca. 6. §. 9. vbi hoc argumentum vitur; Christus est caput Ecclesiae, Ephes. 4. igitur iniuria facit Christo, qui aliud ca. nominat.

RESPONDEO, nullam fieri iniuriam Christo, ex eo quod Papa sit caput Ecclesiae, immò potius gloria eius augeri. Non enim asserimus Papam caput Ecclesiae esse cum Christo, sed sub Christo, vt eius ministrum & vicarium. Non autem fit iniuria regi, si dicatur prorex esse

caput regni sub rege, quin potius augetur eius gloria. Omnes enim qui audiunt proregem esse caput sub rege, mox cogitant regem esse caput nobiliore modo.

ADDE, quod in Scriptura Christus ipse, qui de se ait: Ego sum lux mundi, Ioan. 8. idem dixit Matth. 5. Apostolis, vos estis lux mundi, nec tamen sibi ipse iniuriam fecit. Et Apostolus, qui dixit: fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus, 1. Corin. 3. idem dixit: Super edificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Ephes. 2. & cum Christus sit, Pastor & Episcopus animarum nostrarum. 1. Pet. 2. & Apostolus confessionis nostrae. Heb. 3. & vix Propheta; Luc. vlt. & doctor iustitiae. Ioel 2. tamen non fecit illi iniuriam Paulus cum Ephes. 4. scripsit, in Ecclesia esse Apostolos, Prophetas, Pastores & Doctores.

DENIQUE quod est nomen augustius quam Dei, & tamen non semel in Scripturis homines dicuntur Dij sine vlla iniuria veri Dei, Psal. 81. Ego dixi, Dij estis. Cur ergo iniuria erit Christo capiti Ecclesiae, si alius quidam sub ipso dicatur etiam caput?

AT inquit, nusquam Ecclesia dicitur corpus Petri, aut Papae, sed Christi.

RESPONDEO, eius rei causam esse, quod solum Christus sit caput principale & perpetuum totius Ecclesiae. Vt enim regnum non dicitur esse proregis, sed regis: & domus non est aetonomi, sed Domini: Sic Ecclesia non est corpus Petri aut Papae, qui solum ad tempus, & alterius loco eam gubernat, sed Christi, qui propria auctoritate & perpetuò illam regit.

PRAE TERE A cum dicitur Ecclesia corpus Christi, vox illa CHRISTI, potest commodè referri non tam ad Christum, vt caput, quam ad eundem Christum, vt hypostasim eius corporis: quemadmodum cum dicimus, illic iacet corpus Petri, illic Pauli; non significamus Petrum, aut Paulum esse capita, sed personas quarum illa sunt corpora. Christus enim non modo caput est Ecclesiae, sed est ipse quasi magnum quoddam corpus ex multis & variis membris constans.

ANNOTAVIT id S. Augustinus lib. 1. de peccatorum merit. & remis. cap. 31. ex eo quod Apostolus 1. Corin. 12. cum ait: Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra cum sint multa, vnum est corpus; non addidit, ita & Christi corpus: sed, ita & Christus.

IAM igitur Ecclesia corpus est Christi, non Petri, quia Christus tanquam corporis huius hypostasis omnia membra sustentat, & omnia in omnibus operatur, per oculos videt, per aures audit; ipse est enim qui per doctorem docet, per ministrum baptizat, per omnes denique omnia facit. Quod certe nec in Petrum, nec in vllum alium hominem conuenit.

OBIECTIO quarta est Theodori Beze, qui in confessione, cap. 5. art. 5. Deum solum oneri totius Ecclesiae regendae parem esse posse dicit: proinde rem impossibilem a nobis affirmari, cum summo Pontifici totius Ecclesiae regimen committimus. Quod idè ante Lutherus in li. de potestate Papae scriptum reliquit, eiq; assensus est libellus de primatu Papae in Synodo Smalchaldica conscriptus.

RESPONDEO, fieri non posse sine miraculo, vt vnus homo solum totam Ecclesiam per se regat: neque id vllus Catholicorum docet: vt autem vnus per multos sibi subiectos ministros & pastores id faciat; non modò possibile, sed etiam vtile & commodum esse censemus.

NAM in primis, nonne 2. Cor. 11. Apostolus dicit se habuisse sollicitudinem omnium Ecclesiarum; neque loquitur solum de omnibus Ecclesiis, quas ipse plantauerat, sed de omnibus simpliciter. Nam Chryostomus in hunc locum scribit, Paulum totius orbis terrae curam gessisse: & idè probari posse ex epist. ad Rom. & ad Coloss. & ad Hebr. scribit enim ad eos quibus non praedicaue- rat, & quos tamen ad curam suam pertinere arbitrabatur.

Et tanquam Apostoli inter se distribuerant quibus peculiari studio verbu...

DEINDE multi principes seculares habuerunt a Deo regna amplissima, & certe maiora quam nunc sit orbis Christianus vniuersus...

QUAM amplum autem fuerit hoc regnum, patet ex cap. I. Esther, vbi dicitur regnasse rex Persarum Assuerus super CXXVII. prouincias...

QUOD autem regnum eius a Deo prae paratum fuerit, vt facilius Euangelium per totum mundum deferretur...

CVM igitur Deus totum ferè orbem terrarum vnius hominis imperio parere voluerit: cur non potuit etiam Ecclesiam vniuersam vnius hominis prudentia ac sollicitudini commendare?

ADDE, quod longè difficilior est Democratia, vel Aristocratia in Ecclesia, quam Monarchia. Nam Democratia Ecclesiae non talis esset qualis erat Romanorum...

PARI ratione Aristocratia Ecclesiae non esset talis, qualis nunc est Venetorum, in qua soli patricij vnius vrbis dominantur...

OBIECTIO Quinta eius libelli est, quem de primatu Papae in Synodo Smalchaldica Lutherani ediderunt...

RESPONDEO, mea non esse merito tam acuta, vt vim huius argumenti percipiam. Nam si propterea exequantur ministri...

NEQUE sequitur, Ecclesiam auctoritate & potestate esse supra ministros, qui sunt instituti propter Ecclesiae utilitatem...

populi regibus auctoritate praestaret, quia sunt pedagogi propter pueros...

RESPONDEO, illis verbis non esse vnum aliis praepositum, sed non deesse alia loca, quibus vniis aliis praeponeatur...

ULTIMO obiiciunt alij: Si mundus debet gubernari ab vno, in iis quae ad religionem pertinent, vtile etiam esset, vt regeretur ab vno in iis quae ad politicum ordinem spectant...

RESPONDEO, non esse eandem rationem politici & Ecclesiastici regiminis. Siquidem orbis terrarum non necessariò debet esse vnum regnum...

AD conuersatione verò Ecclesiae necesse est, vt omnes conueniant in eadè fide, iisdem Sacramentis, iisdemque praecipis diuinitus traditis...

VTVM autem expediret, omnes prouincias mundi ab vno summo rege gubernari in rebus politicis, quamuis id non sit necesse...

QUIA tamen non videtur posse fieri talis Monarchia, nisi adhibita magna vi, & multis ac magnis bellis: ideo rectè B. Augustinus dicit...

ADDE, quod S. Augustinus probat quidem parua regna, sed non negat vtile futurum, si paruis istis regibus vnus aliquis summus imperator praesit...

CAPVT DECIMUM. Proponitur tertia quaestio, & probatur Petri Monarchia ex loco Euangelij, Matth. 16.

EXPLICATVM est haec tenus, & satis diligenter, ni fallor, probatum, Monarchiam esse optimum regimen: & eiusmodi regimen in Ecclesia Christi esse debere...

HAERETICI omnes, quos initio citauimus, diserte hoc negant: Catholici è contrario, quos citauimus, id affirmant. Est enim reuera nõ simplex error...

Ac vt à primo incipiamus, prior locus est, Matth. 16. vbi sic legimus: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam...

PRIOR metaphora est fundamenti ac aedificij, quod enim est in aedificio fundamentum, id est, in corpore caput, in ciuitate rector, rex in regno...

QUAESTIONES igitur quatuor nobis explicandae sunt. Prima, an Petrus sit illa petra, super quam fundatur Ecclesia...

DE prima quaestione quatuor sententiae sunt. Prima Catholicorum communis, petram illam esse Petrum, id est, illam personam, quae dicebatur Petrus...

SECUNDA est Erasmi in hunc locum, omnem hominem fidelem esse hanc petram.

TERTIA Caluini lib. 4. Instit. cap. 6. §. 6. petram illam esse Christum.

QUARTA Lutheri lib. de potestate Papae, & Centuriatorum lib. 1. Cent. 1. cap. 4. col. 175. & lib. 1. Smalchaldici de primatu Papae...

PRIMA sententia, quae verissima est, primum ex ipso textu aperte deducitur. Nam illud pronomen, hanc, cum dicitur: Et super hanc petram...

AT cur Latinus interpres non vertit, Tu es petra, & super hanc petram: quod Graecum codicem sic sequitur. Non enim vertit ex Syriaco, sed ex Graeco...

ACCEDAT consensus Ecclesiae totius & Graecorum ac Latinorum Patrum, totum Chalcedonense Concilium D. C. XXX. Patrum, A. 453. appellat Petrum petram & crepidinem Ecclesiae Catholicae...

nis illi versus diui Ambrosij in Hymno laudum diei Dominici, Hoc ipsa petra Ecclesiae canente culpam diuini. Testatur enim D. Augustinus lib. 1. retract. cap. 21. iam suo tempore coeptum cani ex versibus Ambrosij...

PRAETEREA ex Patribus Graecis Origenes hom. 5. in Exod. Vide, inquit, magno illi Ecclesiae fundamento & petrae solidissima, super quam Christus fundauit Ecclesiam...

ATHANASIVS in epist. ad Felicem, quam scripsit nomine suo & Synodi Alexandrinae: Tu es, inquit, Petrus & super fundamentum tuum Ecclesiae columna, id est, Episcopi, sunt confirmatae...

BASILIVS libro secundo in Eunomium: Petrus, inquit, propter fidei excellentiam Ecclesiae aedificationem in se ipsum suscepit.

GREGORIUS Nazianzenus in orat. de moderatione seruanda in disputationibus: Petrus, inquit, petra vocatur, atque Ecclesiae fundamenta fidei sua credita habet.

EPIPHANIVS in Ancorato. Dominus, inquit, constituit Petrum primum Apostolorum petram firmam, super quam Ecclesia Dei aedificata est.

CHRYSOSTOMVS hom. 55. in Matth. Dominus ait, inquit, Tu es Petrus, & ego super te aedificabo Ecclesiam meam. Et hom. 4. in cap. 6. Isaiae: Quid autem, inquit, Petrus, basis Ecclesiae, ille vehemens amator Christi, ille sermone indoctus, & rhetorica victor...

CYRILLVS lib. 2. cap. 2. in Ioannem: Nec Simon fore iam nomen illi, sed Petrus, praedicit: vocabulo ipso commode significans, quod in eo tanquam in petra, lapideque firmissimo suam esset aedificaturus Ecclesiam.

PELLVS in cap. 5. Cant. in illud: Crura eius sicut columna marmorea. Per crura, inquit, Petrum intellige Apostolorum principem, super quem Dominus in Euangelio se Ecclesiam suam aedificaturum promissit...

THEOPHYLACTVS in cap. 22. Luc. Post me, inquit, Ecclesiae petra es, & fundamentum.

EUTHYMIVS in cap. 16. Matth. Te ponam, inquit, fundamentum credentium, aedificabo super te Ecclesiam meam.

EX Latinis Tertullianus lib. de praescript. Latini, inquit, aliquid Petrum, aedificanda Ecclesiae petram dixerunt?

CYPRIANVS in ep. ad Quirinum: Petrum Dominus primum elegit & super eum aedificauit Ecclesiam suam: similia passim repetit.

HILARIVS in cap. 16. Matth. O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiae fundamentum, dignaque aedificatione illius petra, quae inferorum leges dissolueret. O beatus caeli ianitor, &c. Hinc tamen ad marginem annotauit Erasmus, Fides Ecclesiae fundamentum. Quasi fidei sit nomen mutatum, & non Simoni, & fides sit beatus caeli ianitor...

HERONYMVS in cap. 16. Matth. Secundum metaphoram petrae, rectè dicitur ei, aedificabo Ecclesiam meam super te. Et in epist. ad Damasum de nomine hypostasis, de sede Petri loquens: Super hanc petram, inquit, aedificatam Ecclesiam scio.

AVGVSTINVS in Psalm. contra partem Donati. Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sedes ipsa est petra quam non vincunt superbae inferorum portae. Vbi nota tam

Hieronymum, quam Augustinum, non tam Petrum quam eius sedem vocare petram, super quam fundatur Ecclesia, & contra quam non praualent portae inferorum, quia Petrus est petra, non vt particularis homo, sed vt Pontifex. Idem Augustinus serm. 15. de Sanctis; Petrum itaque fundamentum Ecclesia Dominus nominat, & ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod Ecclesiastici aedificij altitudo consurgit.

MAXIMVS serm. 1. de SS. Petro & Paulo. Per Christum Petrus factus est petra, dicente ei Domino; Tu es Petrus & super hanc petram, &c.

PAVLINVS epist. 4. ad Seuerum; Petra est Christus, sed etiam discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit, cui ait, Super hanc petram, &c.

LEO serm. 2. de anniuersario Assumptionis suae ad Pontificatum die; Manet ergo dispositio veritatis, & B. Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans: suscepta Ecclesia gubernacula non reliquit. Si enim pro ceteris est ordinatus, vt dum petra dicitur, dum fundamentum pronuntiat, dum regni caelorum iamitor constituitur, qualis ipsi cum Christo esset societas per ipsa appellationum mysteria nosceremus.

GREGORIUS lib. 6. epist. 37. ad Eulogium; Quis nesciat sanctam Ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam, &c.

Ex his apparet, quanta sit quorundam haereticorum impudentia. Caluinus enim loco notato dicit se nolle Patres adducere, non quod non possit, sed quod nolit de re tam clara disceptando molestus esse Lectoribus.

ERASMVVS autem in hunc locum Matth. miratur aliquos fuisse qui hunc locum ad Rom. Ecclesiam detorsissent, nimirum; excusare Cyprianum & Hieronymum quod dixerint, super Petrum fundatam esse Ecclesiam; quasi hoc sit paradoxum inauditum; cum tamen omnes Patres id doceant; & plurimi recentiores tam Theologi quam Canonistae, necnon antiquissimi Pontifices, Clemens, Anacletus, Marcellus, Pius, Iulius, & alij, quos omisi tum gratia breuitatis, tum quia ab aduersariis non recipiuntur.

EXCVTIAMVS nunc secundam opinionem quae est Erasmi. Probat Erasmus nomine petrae intelligi omnes fideles ex Origenis, qui tract. 1. in Matth. hunc locum exponens, sic ait; Petra est omnis, qui imitator est Christi, & super omni eiusmodi petra aedificatur Ecclesia Dei. In singulis enim quibusque perfectis, qui habent in se congregationem verborum, & operum, & sensuum omnium, consistit Ecclesia, cui porta non praualent inferorum.

At Origenes allegoricè exponit hunc locum, non literaliter, vt Erasmus somniat. Ad literam autem exposuit in loco supra citato. Et sane ad literam non posse hunc locum intelligi de omnibus fidelibus, patet ex eo quod Dominus, vt de solo Petro se loqui indicaret, descripsit illum multis modis: Vocauit enim eum Simonem, quod erat illi nomen à parentibus impositum, & addidit nomen patris, vocans eum filium Ionae, seu Ioannis, vt distingueret à Simone fratre Thaddaei; addidit etiam nomen Petri, quod ipse illi indiderat: vsus est praeterea pronominibus certam personam designantibus, dicens: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. Si ergo adhuc licet asserere, nihil hinc Petro peculiare esse collatum, vel promissum, quod non aliis omnibus, certè omnia loca Scripturae deprauari poterunt.

DEINDE, si omnes fideles sunt ista petra, super quam fundatur Ecclesia, omnes erunt fundamentum: si omnes fundamentum, vbi erunt parietes & tectum huius aedificij? quemadmodum si torum corpus, oculus, vbi auditus? vbi cetera membra? 1. Corint. 12.

ADDE, quod ibidem Erasmus absurdum esse censet, super hominem Petrum aedificari Ecclesiam; quomodo igitur super singulos fideles aedificabitur? nonne ceteri quoque homines sunt?

IAM tertia explicatio Caluini est, qui etsi paulò obsecurius loquatur, videtur tamè per petram Christum intelligere. Ait enim rem esse perspicuam, super quam petram aedificetur Ecclesia, cum Apostolus dicat, 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.

ACCEDIT etiam Augustinus, qui tract. vlt. in Ioan. Super hanc, inquit, petram, quam confessus es, aedificabo Ecclesiam meam. Et serm. 13. de verbis Domini idem habet, & lib. 1. Retract. cap. 21. vbi retractat quod dixerat alicubi super Petrum aedificatam Ecclesiam, & docet super Christum potius aedificatam dici debere; & sic intelligendum hunc locum de quo agimus.

NEMO dubitat, quin Christus sit petra, & primū fundamentū Ecclesiae, & quod etiam ex hoc loco id aliquo modo colligitur. Nam si Petrus est fundamentum Ecclesiae loco Christi, multò magis Christus est fundamentum.

At nihilominus sensus proprius, & vt sic loquar, immediarius & literatus est, super Petrum aedificandam Ecclesiam, id quod praeter rationes supra allatas, probatur propriis argumentis.

PRIMO pronomem, hanc, non potest referri ad Christum petram, sed ad Petrum petram; debet enim referri ad aliquid proximum, non ad remotum. Proximè autem dictum fuerat non Christo, sed Petro, Tu es Cephas, id est, petra.

DEINDE licet Christus dici possit petra, tamen hoc loco non est vocatus petra à Petro consentiente: sed Christus filius Dei viui: debet autem referri illud, hanc, ad eum qui nominatus est petra, non ad eum, qui non est appellatus hoc nomine.

ITEM si referretur ad Christum, quorsum dictum fuisset: Ego dico tibi, quia tu es Petrus? planè frustra, nisi id quod sequitur ad Petrum referatur.

DENIQUE si ad Christum referretur, non diceret Dominus, aedificabo, sed aedifico Ecclesiam meam: nam in se iam aedificauerat Apostolos & discipulos multos. Dicit autem, aedificabo, quia nondum constituerat Petrum fundamentum, sed post resurrectionem suam id futurus erat.

AD argumentum Caluini dico, B. Paulum loqui nò de quocunque, sed de primario fundamento; alioqui pugnetur secum, cum ait: Super aedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ad Ephes. 2. Et Ioanni etiam repugnaret, qui Apocal. 21. describit fundamenta duodecim in aedificio Ecclesiae, & explicat per ea fundamenta Apostolos designari.

AD Augustinum dico, in primis eum non reprobare nostram sententiam, sed tantum anteponeere aliam. Sic enim loquitur lib. 1. Retract. cap. 21. Dixi in quodam loco de Apostolo Petro, quod in eo tanquam in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosij, vbi de gallo gallinaceo ait; Hoc ipsa petra Ecclesia, canente culpam diluit. Sed scio me postea sapissimè sic exposuisse, vt super hanc petram intelligeretur, quem confessus est Petrus; non enim dictum est illi: Tu es petra, sed tu es Petrus: petra autem erat Christus. Harum autem duarum sententiarum, quae sit probabilior, eligit Lector. Hæc ille. Non igitur Augustinus putat blasphemum, vt censet Caluinus, asserere, super Petrum aedificatam esse Ecclesiam.

ADDE, Augustinum ex sola ignorantia linguæ Hebraeæ esse deceptum. Nam argumentum ipsius est (vt hoc loco indicat) quia non est dictum, Tu es petra: sed tu es Petrus. Itaque existimauit petram, super quam aedificatur Ecclesia, non esse Petrum, quia credidit, Cepham non significare petram, sed aliquid à petra deriuatum, vt si diceremus, petrinum vel petreum, quomodo Christianus non significat Christum, sed aliquid à Christo deriuatum.

QUIA igitur Ecclesia super petram, non super aliquem petrinum vel petreum aedificanda est, ideo existimauit

Augustinus, per illam petram intelligi non Petrum, sed Christum. At si aduertisset Cepha nihil aliud significare quam Petram, & Dominum dixisse, Tu es petra, & super hanc Petram: nihil dubitasset de veritate nostræ sententiæ.

QUARTA restat sententia, quæ omnium serè Lutheranorum communis est, & veterum Patrum testimoniis confirmari posse videtur. Si quidem Hilarius lib. de Trinit. Super hanc, inquit, confessionis petram, Ecclesia aedificatio est. Item: Hæc fides Ecclesiae est fundamentum, per hanc fidem infirma aduersus eam sunt portae inferorum: hæc fides regni caelestis habet clauem, &c. Ambros. lib. 6. c. 9. in Lucam. Fundamentum, inquit, Ecclesiae fides est. Chrysostomus hom. 55. in Matth. Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, id est, fidem atque confessionem. Eodem modo exponit hom. 83. in Matth. Item Cyrillus lib. 4. de Trin. Petra, inquit, hunc locum exponens, opinor nihil aliud quàm incuissam, & firmissimam discipuli fide vocauit, &c.

ADDE Illyricus, si super Petrum, & non potius super fidei confessionem fundata esset Ecclesia, continuò corruisset. Petrus enim mox incurrit in articulo de passione Domini, & corruit: in eodem enim c. 16. Matth. dicitur ei: Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis quæ Dei sunt. Deinde etiam Christum tertio, nec sine magna execratione abnegauit, Matth. 26.

RESPONDEO, fidem, siue confessionem duobus modis posse considerari; Vno modo absolute, secundum se, ac sine relatione ad personam Petri. Altero modo cum relatione ad Petrum. Priore modo videntur velle aduersarij fidem esse fundamentum Ecclesiae, sed certè falluntur. Si enim ita esset, non diceret Dominus: Super hanc petram aedificabo, sed aedifico vel aedificauit Ecclesiam meam. Iam enim multi crediderant, eum esse filium Dei viui, vt prisci Prophetæ B. Virgo, Simeon, Zacharias, Ioan. Baptista, Apostoli, & discipuli ceteri.

DEINDE fides absolute sumpta rectè quidem dicitur fundamentum iustificationis, & omnium virtutum, vt enim ait Augustinus serm. 22. de verbis Apostoli. Dominus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur. At Ecclesia non proprie est fundamentum fides. Debet enim eiusdem generis esse fundamentum, & reliquum aedificium. Est autem Ecclesia hominum congregatio, quasi lapidum viuorum, vt dicitur 1. Pet. 2. debet ergo lapis, qui est fundamentum, esse etiam aliquis homo, non aliqua virtus.

DENIQUE illud pronomem, Hanc, clarissimè ostendit per petram non posse intelligi fidem absolute. Nam referatur ad petram proximè nominatam, proximè autem dictum fuerat Simoni, Tu es petra, non fides. Oportet igitur posteriore modo accipere fidem, ac dicere, non quamlibet fidem, sed Petri fidem, & Petri, non vt hominis priuati: sed vt pastoris Ecclesiae esse fundamentum. Id quod coincidit cum eo, quod haftenus diximus, Petrum esse fundamentum.

DICITVR enim Petri fides fundamentum Ecclesiae duplici ratione. Primum, quia ob meritum eius fidei consequutus est Petrus, vt sit fundamentum Ecclesiae; vt exponunt Hieron. Hilarius, Chrysostomus, & alij hoc loco. Secundò, quia Petrus in eo potissimum est Ecclesiae fundamentum, quòd cum fides eius deficere nò possit, ipse omnes alios in fide confirmare & sustentare debet. Sic em ad eum Dominus ait Luc. 22. Rogauit pro te, vt nò deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.

ITAQVE cum ratione fidei suae indefectibilis Petrus sit petra firmissima, totam Ecclesiam sustentans, idem est dicere super Petrum & super eius fidem Ecclesiam esse fundatam, atque hoc modo loquuntur sunt a tres citati. Nam S. Hilarius loco notato, postquam dixerat Petri fidem esse fundamentum Ecclesiae, & clauem regni accepisse, subiungit de ipso Petro: Supereminentem, inquit, beatae fidei sua confessione locum promeruit.

Et paulò post: Hinc regni caelorum habet clauem, hinc uerena eius iudicia caelestia sunt, &c.

SICVT ergo dixerat, fidem esse fundamentum, & habere clauem, ita nunc dicit Petrum ratione eius fidei meruisse locum supereminentem, id est, vt sit caput, seu fundamentum, & habeat clauem. Et ipse idem in cap. 16. Matth. clarissimè dicit de Petro: O in nuncupatione noui nominis salix Ecclesiae fundamentum.

PARI ratione Ambrosius in Lucam lib. 6. cap. 9. vbi dicit fidem Petri esse fundamentum Ecclesiae, ibidem dicit: Etiam discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit, vt & ipse sit Petrus, qui de petra habeat soliditatem constantia, fidei firmitatem.

CHRYSOSTOMVS in utroque loco citato, explicans quid sit aedificari Ecclesiam super confessionem Petri, introducit Dominum sic loquentem: Ego super te aedificabo Ecclesiam meam.

DENIQUE Cyrillus etiam loco citato non cuiuslibet fidem, sed illam inconcussam & firmissimam B. Petri: dicit esse fundamentum. & lib. 2. cap. 2. in Ioan. scribit Petrum ipsum esse petram, super qua fundatur Ecclesia.

AD illud Illyrici, respondeo in primis cum Hieronymo in commentario huius capituli, Petrum, quando audiuit: Vade post me Satana, & quando negauit Christum, nondum fuisse fundamentum. Hoc enim loco Christus ei promissit, quod post resurrectionem suam daturus erat. Adde, Petrum non errasse circa fidem, sed tantum aliquid ignorasse, cum audiuit: Vade Satana, & à caritate excidisse, non à fide, quando Christum negauit. Quod in tractatu de Ecclesia antè docuimus.

CAPVT VNDECIMUM. Quid sit super petram aedificari Ecclesiam, Matth. 16.

QUINTA altera difficultas explicanda, quid videlicet sit super petram aedificari Ecclesiam.

Et aduersarij quidem parum de hoc laborant. Nam cum iam negauerint Petrum esse Ecclesiae fundamentum, parum referre existimant, quid significet ipsa aedificatio.

CATHOLICI autem docent, hac metaphora significari, Petro esse commissum regimen totius Ecclesiae, & praecipuè circa fidem. Petra enim fundamentali hoc est proprium, totum aedificium regere, & sustentare. Atque hoc modo exponunt Patres. Chrysostomus hom. 55. in Matth. hunc locum exponens: Ecclesia, inquit, pastorem illum constituit. Et infra: Hieremiam quidem vngenti pater, Petrum autem vniuerso terrarum orbi Christus praeposuit. Ambrosius serm. 47. Petra, inquit, dicitur Petrus, eo quod tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemque continet.

GREGORIUS lib. 4. epistola 32. Cunctis, inquit, Euangelium scientibus liquet, quod voce Dominica sancto & omnium Apostolorum principi Petro totius Ecclesiae cura commissa est. Ipsi quippe dicitur: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

SED contra obiici solent tria argumenta. Primum est Lutheri in lib. de potestate Papae, vbi dicit, non valere istam consequentiam; super Petrum aedificatur Ecclesia, igitur Petrus est rector Ecclesiae. Quemadmodum rectè dicitur super fidem aedificari Ecclesiam, & tamen non sequitur, igitur fides est rector Ecclesiae.

RESPONDEO in primis ideo nos dixisse, nò proprie dici Ecclesiam aedificari super fidem. Deinde, etiam proprie diceretur: nihil còcluderet argumentum. Nam sunt omnia intelligenda accommodatè ad naturas rerum.

ITAQVE si dicatur Ecclesia aedificari super fidem, sensus esse debet, vt intelligatur Ecclesia pèdere à fide, vt à principio iustificationis. Et à dono quodam, sine quo sponsa Christi non esset: si autem dicatur aedificari super Petrum, sensus erit, Ecclesiam pèdere à Petro, vt à rectore. Talis enim est dependentia vnius hominis ab alio.

ALTERVM argumentum difficilius est. Quemadmodum hoc loco Petrus dicitur fundamentum Ecclesie, sic alibi dicuntur omnes Apostoli fundamenta. Psal. 68. *fundamentum eius in montibus sanctis*, id est, vt exponit Augustinus, in Apostolis & Prophetis. Et Apoc. 21. *Et mirus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in eis duodecim nomina duodecim Apostolorum agni*. Et Ephes. 2. *Super edificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum*. Quibus verbis alludens B. Hieron. lib. in Iouinianum 1. *Sed dicit, inquit, super petram fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & ex æquo super eos Ecclesie fortitudo solidetur*. Nihil igitur proprium & singulare Petro datum vel promissum est.

RESPONDEO, tribus modis Apostolos omnes fuisse Ecclesie fundamenta, sine vilo tamen Petri præiudicio. Vno modo, quia ipsi primi Ecclesias vbique fundarunt, nec enim Petrus conuertit ad fidem totum orbem terrarum, sed alias regiones Petrus, alias Iacobus, alias ceteri ad Christum adduxerunt. Quare B. Paulus Rom. 15. *Sic, inquit, predicauit, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem*. Et 1. Cor. 3. *Et sapiens architectus fundamentum posuit, alius autem super edificat*. Atque hoc modo ex æquo sunt Apostoli fundamenta. Id quod significatum credimus Apocal. 21.

ALTERO modo, dicuntur fundamenta Ecclesie Apostoli & Prophetæ ratione doctrinæ à Deo reuelatæ. Siquidem fides Ecclesie nititur reuelatione, quam habuerant à Deo Apostoli & Prophetæ. Nec enim semper reuelatur Ecclesie noui articuli, sed in ea doctrina Ecclesie acquiescit, quæ Apostoli & Prophetæ à Domino didicerunt, & predicatõe, vel literis ad posteros madauerunt.

ATQVE hac ratione superedificamur, vt Apostolus ait ad Ephes. 2. supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Nec in his duobus maior est Petrus ceteris, sed vt Hieronymus ait, in omnes ex æquo Ecclesie fortitudo solidatur.

TERCIO modo dicuntur fundamenta omnes Apostoli, ratione gubernationis. Omnes enim fuerunt capita, rectores, & pastores Ecclesie vniuersæ, sed non eodem modo quo Petrus. Illi enim habuerunt summam atque amplissimam potestatem, vt Apostoli seu legati, Petrus autem vt pastor ordinarius. Deinde ita habuerunt plenitudinem potestatis, vt tamen Petrus esset caput eorum, & ab illo penderent non è contrario.

ATQVE hoc est quod promittitur à Petro, Matth. 16. cum ei soli coram aliis dicitur. *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*. Id quod præter alios supra citatos docet Hie. in lib. 1. contra Iouinianum, explicans enim quid sit super Petrum edificare Ecclesiam, sic ait: *Licet super omnes Apostolos ex æquo Ecclesie fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tolleretur occasio*.

CAPVT DVODECIMVM.

Quis sit ille, cui dicitur: *Tibi dabo claus.* Matth. 16.

TERCIA dubitatio est de persona cui dicitur: *Tibi dabo claus.* Tametsi enim Doctoribus Catholicis sensus horum verborum apertissimus videatur, tamen aduersarij ita hæc ipsa verba deprauant, vt videantur iam esse obsecrissima. Quis, quæso, simpliciter legens: *Beatus es Simon Bar-Iona: & statim, Tibi dabo claus;* non diceret, Ionæ filio claus à Christo esse promissas?

AT nihilominus Lutherus in lib. de potestate Papæ, Caluinus lib. 4. inst. c. 6. §. 4. & sequentibus, Magdeburgenses Cent. 1. lib. 1. & 2. passim. Liber Smalchaldicus de primatu Papæ, & alij omnes huius temporis hæretici, nihil peculiaritè Petro filio Ionæ promissum esse volunt, sed quidquid hic dicitur ad totam Ecclesiam pertinere, cuius Ecclesie Petrus eo tempore personam gerebat.

EST autem animaduertendum, duobus modis potuisse Petrum personam Ecclesie gerere, historicè, & parabolicè, & quidem Historice, is gerit personam alterius, qui re aliqua verè à se gesta rem ab alio gerendam significat, & eam quodammodo repræsentat. Sic Abraham verè duos filios habens, Deum significauit, qui duos populos habiturus erat, vt Apostolus exponit ad Gal. 4. Sic Martha sollicita circa frequens ministerium, & Maria sedens secus pedes Domini, duas vitas demonstrarunt, quarum altera in actione, altera in contemplatione versatur.

PARABOLICE, per vnum aliud significatur, quando res verè gesta nulla proponitur, sed aliquid verissimile fingitur ad aliud significandum. Quomodo in Euangelio, qui seminat bonum semen Christum prædicantem significat. Ad quem modum etiam solent interdum legati Principum, vrbium claus accipere, cum interim nihil sibi propriè acquirant, sed tantum Principis sui personam repræsentent.

QUIBUS ita constitutis, existimant aduersarij Petrum posteriore hac ratione significasse Ecclesiam, cum à Domino audiuit: *Tibi dabo claus.* Ex quo sequitur claus datas esse primò ipsi Ecclesie, & per Ecclesiam pastoribus communicari, atque hunc esse literalem sensum huius loci: *Tribuit igitur, inquit Synodus Smalchaldica in lib. de Primatu Papæ, principaliter claus Ecclesie & immediate, sicut & ob eam causâ Ecclesia habet ius vocationis.*

NOS verò priore modo Petrum Ecclesie personam gessisse credimus. Ita nimirum, vt ipse verè, & principaliter, ac (vt ipsi loquuntur) immediate claus acciperet, & simul eas accipiendo significauerit, vniuersam Ecclesiam suo quodammodo postea accepturam. Quemadmodum paulò post explicabimus, nunc verò ita se rem habere breuiter ostendamus.

PRIMUM igitur tot modis Christus Petri personam designauit, vt non pluribus circumstantiis (quod rethè Caietanus annotauit) describere soleant aliquem certum hominem notarij illi, qui instrumenta publica conficiunt. Nam in primis expressit substantiam personæ singularis, per pronomen, tibi, deinde addidit nomen inditum in natiuitate, cum ait: *Beatus es Simon, adiunxit nomen Patris, cum ait: Filius Ionæ; nec omittere voluit nomen à se recens impostum, & ego dico tibi, inquit, quia tu es Petrus.* Quorsum tam accurata descriptio, si nihil ipso Petro propriè promittitur?

DEINDE non erat eo tempore Petrus Ecclesie legatus, aut vicarius, quis enim eiusmodi prouinciam illi imposuerat? non igitur suspicari possumus, nomine illum Ecclesie, & non potius suo claus accepisse.

PRAETEREA illi propriè claus promittitur à Christo qui dixerat: *Tu es Christus filius Dei viui*, id em significabât illa verba. Et ego dico tibi, & vt sanctus Hieronymus dicit, *mercedem recepit vera confessio*. At illam præclaram confessionem Petrus edidit, & in persona sua edidit: in persona igitur sua clauium promissionem accepit.

AD hæc, si propterea negandum est Petro promissas esse claus; quia figurâ gerebat Ecclesie, eadem certè ratione negabimus Abrahamũ duos filios habuisse, quia duo illi filij duos populos, Apostolo teste, significabant.

NEQUE verum esse fatebimur, Marthâ sollicitâ fuisse circa plurima, dum soror eius Maria ad pedes Domini sederet, quia nimirum actionè & contemplationem duæ illæ sœmina adumbrabant. Quod si graue est tam apertas historias in dubium reuocare, graue etiam videri debet dubitare, sitne Petro aliquid singulariter promissum, cum tam perspicuè id narretur in Euangelica historia.

DEINQUE illi dictũ est à Domino: *Tibi dabo claus regni cælorum*, qui paulò post ab eodem Domino audiuit: *Vade post me Satana, scandalum es mihi*; atque hæc posterora verba soli Petro, & in persona propria dicta sunt,

vt ex Euangelio nõ obscure colligitur, & ipse quoq; Lutherus docet in libro de potestate Papæ. Quis igitur infirciari potest, Petro claus in persona propria esse promissas?

SED fortasse non eadem dictum est: *Tibi dabo claus, & vade post me Satana*; immò verò profusus eadem. Nam & in eodem capite Euangelij habetur vtrique, & vtrobique Petri nomen exprimitur: & in hanc sententiam veteres Patres omnes conueniunt. Certè Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus, & Theophylactus in c. 16. Matth. disertè docent eodem Petro dici: *Tibi dabo claus*, cui dicitur, *Vade post me*.

NAM etsi Hilarius in hunc locum non sit ausus verbum *Satana*, referre ad Petrum; tamen ad Petrum refert ea quæ præcedunt, id est, *vade post me*. Et ipse idem lib. 6. & 10. de Trin. & Psal. 131. etiam verbum *Satana* refert ad Petrum. *Tanta, inquit, religio fuit pro humani generis salute patendi, vt Petrum primum filij Dei confessorum, Ecclesie fundamentum, cælestis regni ianitorum, & in terreo iudicio indicem cæli, Satana conuicio nuncuparet.*

ET Augustinus lib. 2. contra duas epistolas Gaudentij, cap. 23. *Nunquid melior, inquit, Durias quam Petrus Apostolus, qui vbi dixit, Tu es Christus filius Dei viui, tam beatus à Domino appellatus est, vt claus regni cælorum accipere mereretur? nec tamen creditur imitandum, vbi mox eodem momento reprehensus audiuit, Vade post me Satana, scandalum es mihi.*

SIMILE est quod ait Ambrosius lib. de Isaac, cap. 3. vbi exponens illa verba Domini ad Petrum, Ioan. 21. *Non potes me sequi modò, sequeris autem postea. Claus, inquit, commiserat regni cælorum, & sequelam imparcm indicauit.* Vbi clarissimè B. Ambros. eidem omnino vult esse commissas claus, cui dictum est, non potes me modò sequi, sequeris autem postea: constat autem hæc verba dicta esse Petro in persona propria, quæadmodũ in persona propria verè crucifixus, & moriẽdo Christũ est sequutus.

AT contra obiicit Lutherus hæc argumẽta in libro de potestate Papæ. Primum, Petro certum est à Domino dictum esse, *Vade post me Satana: non sapis quæ Dei sunt*, at non conueniunt hæc illi, cui Pater reuelauit secreta cælestia, & qui claus regni cælorum accepit; igitur nõ in persona propria, sed in persona Ecclesie audiuit reuelationem cælestem, & accepit claus regni cælorum.

RESPONDEMVS, eidem personæ illa omnia conuenire, vt iam à nobis demonstratum est, sed non eadem ratione. Petrus enim ex Dei munere infirmitate offenditur, & accipit claus: ex propria autem infirmitate offenditur de passione & morte Christi. Neque mouere nos debet nomen *Satana*. Nec enim diabolus significat, sed aduersarium. Siquidẽ *Sathan* apud Hebræos nihil est aliud, quam aduersari. Itaque licet diabolus passim *Satana* appelletur, non tamen vbique nomen *Satana* diabolus designat.

SECUNDA obiectio, Petrus nomine omnium discipulorum dixit: *Tu es Christus filius Dei viui*, igitur nomine omnium audiuit, *Tibi dabo claus*. Porro nomine omnium Petrum Christo respondisse, satis constat, tum ex Chrysostomo, qui in huc locum scribit Petrum fuisse os Apostolorum, & ex Hieronymo, qui ait Petrum pro omnibus esse loquutum, & ex Augustino, qui Ser. 17. de verbis Domini, dicit vnum pro omnibus respõdisse: tum etiam ex eo quod omnes discipulos Christus interrogauit. *Vos autem quem me esse dicitis?* Nam vel sunt accusadi omnes discipuli, quod non responderint interrogati, vel, quod credibilis est, Petrus nomine omnium respondit.

RESPONDEO, Petrum respondisse nomine omnium, non vt præconem aliquem, sed vt principem & caput atque os, vt Chrysostomus loquitur, Apostolorum. Ipse enim solus respondit, cum ignorarent ceteri quid potissimum responderent: sed Petri confessionem silentio suo approbauerunt, & eo modo per os Petri omnes respõderunt.

QUEMADMODUM igitur Petrus solus respõdit, & ei ceteri assenserunt, ita Christus soli Petro claus promissas, sed tamen post eum etiam ceteris communicandas.

Id verò ita esse hac ratione comprobamus. Si nomine omnium Petrus respondisset, vel id fecisset, quod ceteri hanc illi prouinciam demandassent; vel quod sciret quid illi responsuri essent. Neutrum autem est verum. Non primum, quia ex reuelatione Patris hoc didicit, nõ ex cõsultatione humana: ait enim Dominus: *Caro & sanguis non reuelauit tibi, &c.* Non secundum, quia soli ipsi facta est reuelatio.

ITEM, quia si fisset mentem aliorum, aliquo modo hoc indicasset, quomodo fecit Ioan. 6. cum ait: *Ad quem ibimus? verba vite æterna habes. Et, Nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei.* In quem locum Chrysostomus notat, quod Petrus pro omnibus dixerit, & nos credimus, &c. Ideò Christum monuisse, id non esse verum de omnibus. Nam Iudas non credebatur. Nonne ego, inquit, vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? at cum Petrus dixit: *Tu es Christus filius Dei viui*, quia non fecit mentionem aliorum, Petri confessionem Dominus simpliciter approbavit.

ACCEDANT testimonia veterum Patrum, qui non obscure docent, Petrum ita primum esse loquutum, vt nesciret quidem quid alij de ea re sentirent. Hilarius in hunc locum: *Dignus, inquit, iudicatus est, qui quod in Christo Deo esset, primum cognosceret, &c.* Si primum, igitur non simul aliis facta reuelatio est. Et lib. 6. de Trin. in cælorum, inquit, *Apostolorum silentio, Dei filium reuelatione Patris intelligens, &c.* & ibidem: *Loquutus est, inquit, quod vox humana nondum protulerat.*

CHRYSOSTOMVS hom. 55. in Matth. *Quando quidem de sententia vulgi petebat, omnes responderunt, cum verò de sua eos rogaret, & vnus confestim praesiliuit ac praue-niens, ait: Tu es Christus filius Dei viui.*

CYRILLVS lib. 12. in Ioan. cap. 64. *Et princeps, inquit, capiteque cæterorum primus exclamauit: Tu es Christus filius Dei viui.*

AVGUSTINVS Serm. 124. de tempore: *Hic est, inquit, Petrus, qui diuina reuelatione primus omnium veritatem meruit consueti, dicens: Tu es Christus filius Dei viui.*

LEO Serm. 11. de passione Domini: *Merito, inquit, B. Apostolus Petrus in huius vniuersæ confessione laudatus est, qui cum Dominus quid de ipso intelligeret discipuli scrutaretur, omnium cælorum ora praue-niens: Tu es, inquit, Christus filius Dei viui.* Et serm. 2. de SS. Petro & Paulo: *Tam diu respondentium sermo communis est, quando humana intelligentiæ ambiguitas explicatur: at vbi quid habeat discipulorum sensus exigitur, ille primus est in vniuersæ confessione, qui primus est in Apostolica dignitate.* Ex his testimoniis manifestè colligitur non alia ratione Petrum pro omnibus respondisse, quam quod Petri sententia ceteri omnes facillè assensu sunt.

OBIECTIO tertia. Claus promittuntur Petro nõ vt est filius Ionæ, sed vt est cælestis Patris auditor; propriè igitur Patris cælestis auditori, non carni & sanguini promittuntur. De nullo autem certo homine nobis constat, sitne is verus Patris auditor; Ecclesiam verò certissimi sumus ab ore Dei Patris alludè pendere: igitur nõ alicui certo homini, sed Ecclesie promissas sunt claus.

RESPONDEO, in primis hoc Lutheri argumentum mirificè pugnare cum ipsis verbis Euangelij. Christus enim dicit: *Beatus es Simon Bar-Iona.* Et paulò post, & tibi dabo claus. Lutherus autem dicit, non sunt datus vel promissas claus Simoni Bar-Ionæ. Rursum Christus dicit: *Reuelauit tui Patris mens, qui in cælis est.* Lutherus autem dicit, de nullo certi sumus an Patrem audiat, proinde nec de Petro. Falsum igitur est, vel incertum quod Christus ait: *Reuelauit tibi Patris mens.* Quid enim Petro reuelauit Pater, si nihil Petrus audiuit? Si verò Petrus audiuit,

& certum est testimonium Christi: certum etiam esse debet, Petro. cœlestis Patris auditori claves esse datas.

DEINDE esse Patris auditorem, non est formalis ratio cur dentur claves; alioqui penderet Ecclesiastica potestas à probitate ministrorum, quæ est hæresis Donatistarum, quam etiam in Confessione Augustana cap. de Ecclesia reitici videmus; sed occasio fuit, seu causa meritoria illa præclara Petri confessio, cur ipsi potius quam aliis claves promitterentur; vt ex comment. Hilarij, Hieronymi, Chrysostomi, ac Theophylacti colligitur.

OBIECTIO quarta, D. Paulus in Epist. ad Rom. cap. 4. dicit: *Quomodo Abraham reputata est fides ad iustitiam*, id est etiam omnibus qui crediderint, reputandam esse fidem ad iustitiam; igitur eodem modo, si quia Petrus confessus est, Christum filium Dei viui, accepit claves; certe omnes fideles, qui Christum confitentur, habent claves. Hoc argumentum, inquit Lutherus, est similis formæ cum argumento Pauli, nec potest refelli, nisi etiam Pauli argumentum refellatur.

RESPONDEO cum Caietano, hoc argumentum esse similis formæ, sed dissimilis materiæ; ac propterea nihil concludere. Nam fides natura sua ducit ad iustitiã, & iustitiã ex iniusto, vel ex iniusto iustiorẽ facit, si cetera nõ de sint, quæ simul cum fide ad iustificationem requiruntur. At confessio fidei, nõ ducit natura sua, ad claves accipiẽdas: sed cum possit sexcentis modis remunerari confessio Petri, placuit CHRISTO dono clauium di facere.

ET simile aliquid videmus in exemplo Abraham, siquidem Abraham per fidem non solum iustificatus est, sed etiam meruit fieri Pater multarum gentium, vt ibidem Apostolus dicit, nec tamen omnis qui credit, fit pater multarum gentium. Nimirum non est per se, & naturaliter connexa fides cum dono clauium, aut sœcunditatis, quæ admodum est per se, & naturaliter connexa cum iustitia.

OBIECTIO quinta, aut moriente Petro manserunt in Ecclesia claves, aut cum Petro perierunt: si primum, ergo Ecclesiæ datæ fuerant: si secundum, ergo non amplius possunt nunc homines solui aut ligari.

ITEM, alio modo, vel cum eligitur Pontifex, adfert secum claves, vel non: si primum, ergo erat Pontifex antequam fieret: si secundum, vnde ergo habet claves: num ab aliquo Angelo deferuntur ei de cœlo: an potius accipit ab Ecclesia, cui à Christo initio traditæ sunt?

RESPONDEO, moriente Pontifice claves non perire, nec tamẽ remanere formaliter in Ecclesia, nisi quatenus communicatæ sunt inferioribus ministris: sed manere in manibus Christi. Cum autem eligitur nouus Pontifex, neque adferri ab eo claves, neque illi dari ab Ecclesia, sed à Christo, non noua traditione, sed antiqua institutione. Siquidem Petro eas cum dedit, omnibus eius successoribus dedit.

SIMILE esset, si Rex aliquis cum proregem prouincie imponit, ediceret simul, placere sibi, vt eo mortuo alium ipsi eligerent, ac nominarent, scq; illi iam nunc eandem potestatem cõcedere, quàm priori concessisset.

OBIECTIO sexta Lutheri & Caluini, in locis antea notatis eiusmodi est, Matth. 16. claves regni cœlorum non dantur, sed promittuntur, dantur autem Matth. 18. & Ioan. 20. in quibus locis non vni Petro, sed Apostolis omnibus dantur. Nam Matth. 18. dicitur: *Quocumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in celo; & quocumque solueritis super terram, erunt soluta & in celo.* Et Ioan. 20. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Igitur & cum promittuntur, non vni, sed omnibus promittuntur.

RESPONDEO, de posteriore loco nullam esse difficultatem; nam certum est, non dari per illa verba omnem potestatem clauium, sed tantum potestatem ordinis ad remittenda peccata. Siquidem hoc loco deter-

minatur potestas ad peccata; Matth. 16. non determinatur, sed dicitur: *Quocumque ligaueris, &c.* Ligant homines non solum peccata: sed etiam legibus.

DEINDE minus est retinere peccatum, quàm ligare peccatorem: nam retinere est relinquere hominem in suo statu, siue non soluere: ligare autem est nouum vinculum ei imponere, quod fit per excommunicationem, interdictum, legem, &c.

DENIQUE Patres diserte asserunt, dari hęc potestatem remittendi peccata, per Sacramenta Baptismi & Pœnitentiæ. Vide Chrysostomum & Cyrillum in hunc locum, & Hieronymum in epist. ad Hedibiam, quæst. 9.

DE priorẽ loco maior est difficultas, & quidem Origenes in comment. huius loci contendit, non tradi hoc loco Ecclesiasticam potestatem, sed corruptionem fraternali commendari, atque eum hoc loco soluere, qui admonitione sua causa est, vt peccator resipiscat, & per debitam pœnitentiam soluetur à vinculis peccatorum: eum autẽ ligare, qui denunciatione sua causa est, vt peccator habeatur tanquã Ethnicus & Publicanus. Sed ibidem addit Origenes, nõ esse idẽ, quod hoc loco habetur, cum eo quod habetur Matth. 16. quæ Origenis explicatio non videtur admodum probabilis; tamẽ ex ea satis aperte colligitur Origenem Lutheranis nullo modo fauere.

ALIA est expositio Theophylacti, qui existimat verba Domini dirigi ad eos, qui iniuriam patiuntur: eos autem ligare, dum iniuriam retinent; soluere di remittunt, quæ sententia non est vsque adeo vera: nam vel qui iniuriam accipit, remittit pœnitenti, vel non pœnitenti. Si primum, tunc erit quidem ille solutus in celo, sed non propterea quod iste remittat, nam etiam si nollet remittere, esset ipse solutus in celo: si secundum, tunc non est solutus in celo, quem iste soluit in terris, atque idem de alligatione dici potest: quamuis autem vera esset sententia, nihil tamẽ officeret causã nostrã. Certum est enim Petro aliquid aliud dari, quàm vt remittat iniurias sibi factas.

EST ergo communis expositio Hilarij, Hieronymi, Anselmi, & aliorum in hunc locum, necnon Augustini tract. 22. & 49. in Ioannem, Dominum loqui de potestate clauium, qua Apostoli, & eorum successores ligant vel absolunt peccatores.

ET quamuis hęc tractari videatur præcipuẽ de potestate iurisdictionis, qua peccatores excommunicantur, tamen Patres iam nominati locum hunc de vtraque potestate, ordinis videlicet & iurisdictionis exponunt, & certẽ videntur ex ipso textu, id posse deduci: nam ita generaliter hęc dicitur: *Quocumque solueritis, &c.* Sicut Matth. 16. *Quocumque solueris.* Sed si hæc ita se habent, quid aduersariis respondebimus? nõne id quod soli Petro promissum videbatur, tam omnibus Apostolis datur?

THOMAS Caietanus in tract. de instr. & auctoritate Rom. Pont. c. 7. docet non esse idem claves regni cœlorum, & potestatem soluendi, & ligandi; claves enim regni cœlorum includere potestatem, tam ordinis, quàm iurisdictionis, quæ significantur per actiones ligandi & soluendi, & aliquid præterea amplius, cum latius patere videatur, aperire & claudere, quàm soluere & ligare.

VERVM hæc doctrina subtilior quàm verior nobis esse videtur. Inauditum est enim, in Ecclesia esse alias claves, quàm ordinis & iurisdictionis. Et planus sensus illorum verborum: *Tibi dabo claves, & quocumque solueris super terram, &c.* iste est, vt primo promittatur auctoritas seu potestas designata per claves: deinde earum actiones siue officii explicetur per illa vocabula soluere, & ligare, ita vt omnino sit idem soluere & aperire, claudere & ligare.

EXPRESSIT verò Dominus clauium actiones, per soluere & ligare, non per claudere & aperire, vt intelligeremus esse omnes istas metaphoricæ loquutiones, & tum demum cœli hominibus aperiri, cum homines soluuntur à peccatis, quæ ingressum in cœlum prohibebat.

HIS igitur sententiis prætermisissis, asserimus illis verbis quæ habentur Matth. 18. nihil dari, sed tantum promitti vel explicari, ac prædici, quãtam potestatem essent Apostoli, eorumque successores suo tempore habituri. Primum enim planum est Apostolos non esse factos sacerdotes, nisi in vltima cœna, neque Episcopos & pastores, nisi post resurrectionem, proinde quo tempore hæc loquebatur, priuati homines erant, nec vllam habebant Ecclesiasticam potestatem.

DEINDE si his verbis: *Quocumque ligaueritis, erunt ligata*, datur te ipsa potestas ligandi, etiam illis verbis: *Quocumque ligaueris, erit ligatum*, &c. erit data, non promissa potestas: sunt enim verba omnino similia. At fatentur aduersarij, per illa verba: *Quocumque ligaueris*, Nihil esse datũ, sed tantum promissum, igitur & per ista: *Quocumque alligaueritis*, nihil datur, sed tantum promittitur.

CAVSA verò huius promissionis fuit, quia dixerat Dominus, habendum esse pro Ethnicis & Publicanis, qui Ecclesiam non audirent: ne quo putaret contemnendam Ecclesiæ auctoritatem, subiunxit, tantam fore Prælatorum Ecclesiæ potestatem, vt qui ipsi ligauerint in terris, sint ligata & in cœlis.

DICES, si non sunt Apostolis datæ claves hoc loco, sed tantum promissa, quo tandem loco sunt datæ?

RESPONDEO datæ esse, Ioan. 20. & 21. Nam Ioan. 20. cum Dominus ait Apostolis: *Pax vobis, sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Tũ eis potestatem seu clauẽ iurisdictionis attribuit; fecit enim his verbis eos quasi ligatos, & nomine suo gubernatores Ecclesiæ: verbis autem sequentibus; *Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionis peccata, &c.* dedit eisdem potestatem ordinis, vt supra diximus.

VT autem intelligeremus hanc summam potestatem collatam Apostolis omnibus, vt legatis, non vt pastoribus ordinariis, & cum quadam subiectione ad Petrum, soli Petro dicitur, Ioannis 21. *Pasce oves meas*, quemadmodum soli illi dictũ erat: *Tibi dabo claves*. Claves enim regni, vt principalis & ordinarius prefectus, tunc solum accipit, cum audiuit: *Pasce oves meas*. Tunc enim etiam Apostolorum fratrum suorum cura ei commissa est.

ET propterea etiam, quemadmodum Matth. 16. in promissione clauium Simon Bar-Iona appellatur esse, ita quoque in exhibitione Ioan. vlt. Simon Ioannis, vel, vt est in Græco, Simon Iona dictus est. Et sicut Matth. 16. non antè sunt ei claves promissæ, quàm fidem suam singularem in Christum testaretur: ita Ioan. vlt. non antè dictum est illi: *Pasce oves meas*: quàm interrogatus esset, num plus cæteris Christum diligeret.

ET sanè nulla causa erat, cur ita singulariter Petro diceretur, *Tibi dabo claves*. Et, *Pasce oves meas*: atq; id ob singularem eius fidem & dilectionem, si nihil præter cæteros accepturus erat. Rectè igitur S. Leo in epist. 89. ad Episcopos Viennensis prouincie, scribit, Petro præ cæteris soluendi, ac ligandi traditam potestatem.

OBIECTIO vltima Lutheri & Caluini ex Patrum testimoniis sumitur. S. enim Cyprianus in lib. de simplicitate Prælatorum, siue de vnitatem Ecclesiæ docet, non alia de causa datas Petro seorsim claves, quæ postea data sunt omnibus, quàm vt vnitatem Ecclesiæ significaretur. Hoc, inquit, erant vique & ceteri Apostoli, quod fuit & Petrus pari consortio præditi, & honoris, & potestate; sed exordium ab vnitatem proficiscitur, & primatus Petro datur, vt Ecclesia vna monstretur.

SANCTVS etiam Hilarius lib. 6. de Trinit. ita loquitur: *Vos ò Sancti & beati viri, ob fidem vestra meritum clauis regni cœlorum sortiti, & ligandi atque soluendi in celo & in terra ius adepti, &c.*

S. HIERONYMVS lib. 1. in Iouinian. At dicit, inquit, super Petrum fundatur Ecclesia: licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti accipiant, &c.

S. AUGUSTINVS tract. 50. in Ioan. Si in Petro non esset Ecclesiæ Sacramentum, non ei diceret Dominus: *Tibi dabo claves regni cœlorum*. Si hoc Petro dictum est, non facit hoc Ecclesiæ: si autem hoc in Ecclesia fit, Petrus quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significauit. Similia habet tract. vlt. in Ioan. Item in Psal. 108. & lib. 1. doct. Christ. cap. 17. & lib. de agone Christiano, cap. 30.

DENIQUE S. Leo ser. 3. de anniuersario assumptionis suæ ad pontificatum, explicans hæc ipsa verba: *Tibi dabo claves, &c.* Transiit, inquit, in alios Apostolos vis potestatis istius, & ad omnes Ecclesiæ Principes decreti huius constitutio commecauit.

RESPONDEO, S. Cyprianum, cum dicit Apostolos fuisse pares honore, & potestate, nihil dicere aduersus sententiam nostram: fatemur enim Apostolos fuisse pares in Apostolica potestate, & habuisse in populo Christianos eandem omninò auctoritatem, sed non fuisse pares inter se, id quod S. Leo in epist. 84. ad Anastasium Episcopum Theffalonicensem, quasi explicans ista verba Cypriani docet, *Inter beatissimos, inquit, Apostolos, in similitudine honoris fuit quedã discretio potestatis, & cõ omniũ par esset electio, vni tamẽ datũ est, vt ceteris præcemeret.*

QUOD idem S. Cyprianus ibidem & alibi passim docet. Nam cum ait: *Exordium ab vnitatem proficiscitur, vt Ecclesia vna monstretur*: non intelligit prius ordine temporis hanc potestatem datam esse vni Petro, quàm cæteris, vt per illum significaretur vnitatem Ecclesiæ: sed cõpisse Ecclesiam in vno Petro, tanquam in fundamento & capite: vt ex eo quod Ecclesia vnum haberet fundamentum, & caput, vna tantum esse monstraretur: sicut vna domus dicitur ab vno fundamento, & vnum corpus ab vno capite.

HANC verò sententiam esse Cypriani verborum, primum ex eo probatur, quod falsum est, temporis ordine prius datam esse Petro quàm cæteris Ecclesiasticam potestatem: nam omnibus data est, Ioan. 20. soli autem Petro postea dictum est, *pasce oves*, Ioan. 21. ergo exordium profectum ab vno, non intelligitur, quia vni prius datæ sunt claves, sed quia vni tantum datæ sunt, vt ordinario, & primo pastori & capiti cæterorum.

DEINDE idem probatur ex verbis ipsius Cypriani, nam in hoc ipso libro de simplicitate Prælatorum, explicans Ecclesiæ vnitatem, & qua ratione exordium fieret ab vno Petro, scribit Ecclesiam esse vnam eo modo, quo omnes radij solis dicuntur vnum lumen, quia ab vno sole manant; & multi riuũ vnã aqua, quia ab vno fonte deriuantur; & multi rami vnã arbor, quia ab vna radice omnes pullulant.

PORRO hanc radicem & hunc fontem, vnde vnitatem Ecclesiæ sumitur, Petri sedem esse, multis in locis Cyprianus docet lib. 1. epist. 3. ad Cornelium; *Navigare, inquit, audent ad Petri Cathedram, & Ecclesiam principalem, vnde vnitatem sacerdotalis exorta est.* Quid clarius? Et lib. 4. epist. 8. ad Cornelium, de Cathedra Petri loquens: *Scimus, inquit, hortatos nos esse, vt Ecclesiæ Catholicae matricem & radicem agnoscerent ac tenerent.* Et in epist. ad Iubaianum. *Nos, inquit, Ecclesiæ vnus caput & radicem tenemus.* Et infra, explicans quæ sit hæc radix, ait: *Nam Petro primum Dominus, super quem edificauit Ecclesiam, & vnde vnitatem originem instituit, & ostendit, potestatem istam dedit.* Et infra: *Ecclesia quæ vna est, super vnum qui claves eius accepit, voce Domini fundata est, &c.* Vbi clarè vides Ecclesiam dici vnam, quia super vnum Petrum fundata est.

IAM ad testimonium Hilarij fatemur, omnes Apostolos accepisse claves, sed non eodem modo quo Petrum. Quare idem Hilarius ibidem scribit, Petrum quia solus respondit cunctis Apostolis silentibus, supereminentem fidei suæ confessione locum promeruisse. habuit ergo Petrus inter Apostolos locum supereminentem.

rem si Hilario credimus, & in cap. 16. Matth. singulariter de Petro dicit. O beatus celi ianitor, cuius arbitrio claves aeterni aditus iraduntur.

AD Hieronymum dico, solutionem esse in eodem loco: nam Hieronymus dicit sic habuisse claves omnes Apostolos, ut tamen subiecti essent Petro capiti.

AD Leonem dico, transiisse quidem in alios multos cam auctoritatem soluendi & ligandi, sed tamen Petro principaliter datam. Nam idem Leo ibidem ait: Si quid cum eo commune ceteris Christus voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum Petrum dedit, quidquid aliis non negavit. Et in epist. 89. ad Episcopos Viennensis provinciae: Petro, inquit, praeter ceteris soluendi & ligandi iradita est potestas.

RESTANT Augustini testimonia, quae ut diligentius explicentur, tria sunt annotanda. Primum est, Augustinum, cum ait Petrum gessisse figuram Ecclesiae, quando claves accepit, historicè hoc accepisse, non parabolicè, ita ut nullo modo negandum putauerit, reuera Petrum in sua persona claves accepisse. Id patet ex tract. in Psal. 108. quem locum Lutherus obiecit; ibi enim Augustinus dicit, ita Petrum fuisse figuram Ecclesiae, quando accepit claves, sicut Iudas fuit figura ingratorum Iudaeorum, quando Christum prodidit, at certum est historicè reuera Iudas in sua persona Christum prodidisse.

ITEM tract. vlt. in Ioan. dicit Augustinus sic Petrum gessisse personam Ecclesiae militantis, & vitae actiuae, quando audiuit: Sequere me. Et: Alius cinget te & ducet quod tu non vis, & quando accepit claves regni: sicut Ioannes gessit figuram Ecclesiae triumphantis, & vitae contemplatiuae, quando recubuit supra pectus Domini, & quando de eo dictum est: Sic eum volo manere.

AT certum est, Ioannem historicè & verè in propria persona recubuisse supra pectus Domini, & ad literam impletum in illo, Sic eum volo manere, siue sit mortuus, siue non sit mortuus violenta morte, siue quid aliud intelligatur per ea verba: nec minus certum est ad literam, in persona sua Petrum audiuisse: Alius cinget te, &c. Igitur historicè quoque debet intelligi Petrum accepisse claves.

DENIQUE lib. 15. de Trin. cap. 26. Augustinus dicit Christum gessisse figuram Ecclesiae, quando baptizatus est, & tamen sine dubio, verè, & ad literam baptizatus est, non igitur apud Augustinum excluditur historica narratio, cum vnum alterius figura esse dicitur.

AT, inquit, Augustinus in Psal. 108. sentire videtur non posse intelligi omnia de persona Iudae, quae dicuntur in illo Psalmo, & idcirco oportere multa exponere de Iuda, ut personam gerebat impiorum, & tract. vlt. in Ioan. Augustinus figuratè exponit, quae dicuntur de Petro & Ioanne, quoniam non videntur eorum personis propriè conuenire.

NAM de Petro scribitur, quod plus dilexerit Christum quam Ioannes: & contra scribitur de Ioanne, quod plus fuerit à Christo dilectus, quam Petrus, quae ad literam non possunt esse vera, cum Christus sit iustus, & semper diligat eos amplius, à quibus amplius diligitur, igitur Augustinus cum aliquid exponit de Petro, ut Ecclesiae personam gerebat, idè id facit, quoniam existimat illud Petro non propriè conuenire.

RESPONDEO, Augustinum nusquam dicere, non esse vera ad literam, quae dicuntur de Iuda, vel de Petro & Ioanne in Scripturis, neque enim tam imperitus, aut impius erat Augustinus, ut negare vellet, Ioannem historicè recubuisse supra pectus Domini, vel de ipso ad literam dictum: Hic est discipulus, quem diligebat Iesus. Vel Petro ad literam dictum: Simon Ioannes amas me plus his? Vel illud: Sequere me.

NON itaque negat Augustinus ad literam posse, & debere intelligi, quae dicuntur de Iuda, Petro, & Ioanne, sed tantum dicit literalem sensum saepe esse obsecrum,

& non facile inueniri: sensum autem mysticum esse multò illustriorem & clariorem; & propterea se, omisso literali, figuratè ea loca exponere voluisse.

SECUNDO loco obseruandum est, S. Augustinum, cum ait B. Petrum in persona Ecclesiae accepisse claves, non velle significare ab eo claves reuera & historicè esse acceptas, sicut à vicario quodam seu legato Ecclesiae, quemadmodum à legato regis, nomine principis sui, claves accipi solent alicuius ciuitatis, sed potius ut à principe & moderatore totius Ecclesiae: quo pacto dicimus regno dari, quod regi ipsi datur, praefertim si id in publicam vtilitatem cedat.

HANC autem S. Augustini mentem, ac sententiam esse, ex eo manifestè colligitur, quod ipse ferè vbicumque dicit Petrum fuisse figuram Ecclesiae, explicat se hoc dicere ratione primatus, tract. vlt. in Ioan. Cuius Ecclesiae, inquit, Petrus Apostolus, propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. In Psal. 108. Cuius (Ecclesiae) ille agnoscitur gessisse personam, propter primatum quem in discipulis habuit. Serm. 23. de verbis Domini: Petrus, inquit, à petra cognominatus, Beatus, Ecclesiae figuram portans, Apostolatus principatum tenens.

OBSERVANDUM postremò est, duobus modis Petrum propter suum primatum gessisse figuram Ecclesiae apud Augustinum. Primum enim Petrus, ut summus Ecclesiae praesul accipiens claves, significauit omnes praesules eadem habituros esse claves, sed à Petro, nec sine mensura communicatas, non enim Petrus eas accepit, ut solus ipse illis vteretur, sed ut eas cum omnibus Episcopis & Presbyteris communicaret: Apostolis videlicet duntaxat exceptis, qui extraordinaria quadam ratione eas à Christo immediatè acceperunt, ut alibi diximus.

ITAQVE primum figura fuit Petrus totius ceteris Ecclesiasticorum ministrorum, & hoc sibi voluit Augustinus tract. 50. in Ioannem, cum ait: Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc Ecclesia: si autem hoc in Ecclesia sit, Petrus quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significauit. Ex quo loco Caluinus abstulerat illud (Tantum) ut nobis persuaderet Petro nihil esse dictum vel datum, nisi quatenus Ecclesiam significabat.

AT Augustinus non ait, si hoc Petro dictum est, non facit hoc Ecclesia; sed ait: Si hoc Petro tantum dictum est, &c. & sensus eorum verborum est; si ita dictum est soli Petro, Tibi dabo claves, ut ipse solus debeat soluere & ligare, sequitur Ecclesiam reliquam, id est, reliquos ministros hoc non facere, si autem etiam alij hoc faciunt, ut videmus, certè Petrus cum claves accepit vniuersam Ecclesiam representauit.

ALTERO modo idem Petrus accipiens claves, figura fuit totius Ecclesiae sanctae, id est, omnium iustorum & viuorum membrorum corporis Christi: nam beatus Augustinus propter Donatistas excogitauit nouum modum loquendi de clauibus, & remissione peccatorum, praeter enim eum modum loquendi, quo dicimus à sacerdotibus remitti peccata in administratione Sacramentorum Baptismi, & Pœnitentiae, quo modo loquendi cum ceteris Patribus passim vtitur, solet etiam frequenter dicere, peccata remitti à caritate Ecclesiae, à gemitu columbae, ab orationibus Sanctorum, & hoc modo claves regni esse tantum iustorum, & hoc significasse Petrum cum accepit claves.

TRACT. 121. in Ioannem: Ecclesiae, inquit, caritas, quae per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit: eorum autem, qui non sunt eius participes, tenet. Item lib. 3. de Bapt. cap. 18. Remissam, inquit, peccatorum non dabant, quae per orationes Sanctorum, id est, per columbae gemitus datur, quicumque baptizet, si ad eius pacem illi pertinet, quibus datur, non enim raptores & feneratoribus diceret Dominus: Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei, si cui tenueritis, tenebuntur. Foris

quidem

quidem nec ligari aliquid potest nec solui, ubi non sit qui aut ligare possit, aut soluere: sed soluitur, qui cum columba fecerit pacem, ligatur qui cum columba non habet pacem. Et cap. 17. Nam quod in typo vnitatis Dominus Petro dedit potestatem, ut id soluere in terris, quod ille soluisset, manifestum est, quod illa vnitatis etiam vna columba perfecta sit dicta. Et infra. Per orationes Sanctorum spiritualium, qui sunt in Ecclesia, tanquam per columbae creberrimum gemitum magnum geritur Sacramentum, & occulta dispensatio misericordiae Dei, ut eorum etiam peccata soluantur, qui non per columbam, sed per accipitrè baptizantur, si ad illud Sacramentum cum pace Catholica vnitatis accedunt. Similia vide lib. 5. de Baptif. c. 21. lib. 6. c. 3. & lib. 7. c. 51.

CETERVM per haec verba non significat S. Augustinus, Ecclesiam iustorum, ex auctoritate peccata remittere, sed nemini peccata remitti, quantumvis baptizetur, vel reconcilietur, nisi ad eum extendatur caritas Ecclesiae, & fiat membrum viuum columbae, & proinde particeps orationum aliorum iustorum, Orationibus enim Sanctorum tanquam gemitu columbae impetratur pœnitentia interior, & caritas, per quam formaliter iustificatur, quicumque iustificatur.

EXCOGITAVIT autem hunc modum loquendi B. Augustinus propter Donatistas, quibus mirabile videbatur, haereticos posse per Baptismum homines iustificare, & in Ecclesiam introducere, cum sint ipsi cooperiti peccatis, & extra Ecclesiam.

CAPVT XIII. Quid intelligatur per claves. Matth. 16.

UPEREST quartum, quid nimirum intelligatur per claves; nam Caluinus inquit. lib. 4. cap. 6. §. 3. & cap. 11. §. 1. contendit, non esse datum Petro principatum Ecclesiae, etiam si conuincit possit, illi soli datas claves regni caelorum. Et probat hac ratione.

QVOD sit soluere & ligare, Dominus exposuit Ioan. 20. cum dedit Apostolis auctoritatem remittendi & retinendi peccata. Soluere enim est remittere peccata, ligare est retinere. Quomodo autem remittantur & retineantur peccata, Scriptura passim docet, cum per Euangelij praedicationem testatur illuminari homines, & liberari de prauitate vitiorum. 2. Corinth. 5. Posuit in nobis verbum reconciliationis; pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

ITAQVE ille remittere dicitur peccata, qui annuncians Euangelium homines conuertit ad Deum; ille dicitur retinere, qui eos quos videt obstinatos, declarat sempiternis pœnis esse mancipandos. Ex quo sequitur, accipere claves regni caelorum, non esse accipere principatum vel potestatem in alios, sed nudum ac solum ministerium verbi.

QVAM expositionem dicit Caluinus esse, non argutam, non coactam, non detortam, sed germanam, fluentem, obuiam.

MAGDEBURGENSIS Cent. 2. lib. 2. c. 7. col. 526. idem probant alia ratione, quia nimirum si his verbis fuisset Petro datus, vel promissus primatus: Apostoli non dubitassent postea, quis eorum videretur esse maior. At de hoc quaesierunt, Matth. 18. Mar. 9. Luc. 9. & Luc. 22. & praeterea Dominus saltem respondisset: Nolite vterius litigare, nam Petrum constituit principem. Nihil autem eiusmodi Dominus respondit, igitur promissio illa clauium nihil ad primatum facit.

AT nos & Catholici omnes per claves datas Petro,

intelligimus summam potestatem in omnem Ecclesiam. Id tribus rationibus confirmamus. Primum ipsa metaphora clauium, ut in Scripturis accipi solet. Siquidem Isaia 22. describitur depositio vnius Summi Pontificis, & institutio alterius his verbis: Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam praepositum templi, & dices ad eum: Quid tu hic? Et infra. Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa: Vocabo seruum meum Heliachim filium Helciae, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius: & erit quasi Pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat.

Hic aperte per claves non intelligitur remissio peccatorum, aut ministerium verbi, sed principatus Ecclesiasticus. Quod etiam pertinet illud Isaia 9. Factus est principatus super humerum eius. Idcirco enim dicitur principatus super humerum impositus, quoniam claves, quibus principatus designatur, super humerum poni solebant.

NEQUE per claves, Christi principatum significari, negare potest, qui legit illud de Christo, Apocal. 3. Haec dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.

ACCEDIT etiam communis consuetudo, etiam in rebus prophanis: quado enim vrbes deduntur alicui principi, offeruntur ei claves in signum subiectionis: & ei qui instituitur œconomus in domo, claves tradi solent.

SECUNDO probatur verbis illis: Quodcumque ligaueris, &c. Nam in Scripturis ligare dicitur, qui praecipit & qui punit. De praecipitis loquitur Dominus, Matth. 23. Alligant, inquit, onera graua & importabilia in humeros hominum, &c. De pœnis Matth. 18. Quicumque alligaueritis super terram, &c. Hic enim etiam, Caluino teste, loquitur Dominus de censura excommunicationis, ligat enim Ecclesia eos, quos punit pœna excommunicationis.

HINC etiam communiter dicimus homines obligari ad legem seruandam, & etiam obligari ad pœnam subeundam, si eam non seruent. Soluere autem dicitur, qui remittit peccata, qui liberat à pœna, qui dispensat in lege, in votis, iuramentis, & similibus obligationibus.

CVM ergo dicitur Petro generaliter: Quidquid solueris, &c. datur ei potestas praecipienda, puniendi, dispensandi, remittendi, proinde fit iudex & princeps omnium, qui sunt in Ecclesia.

TERCIO probatur ex Patribus: nam Chryostomus homil. 55. in Matth. hanc promissionem exponens, dicit, Petro commissum vniuersum orbem terrarum, & ipsum factum pastorem & caput totius Ecclesiae. Et Gregorius lib. 4. epist. 32. cum dixisset: Cum his Euangelium scientibus liquet, quod voce Domini sancto & omnium Apostolorum principi Petro totius Ecclesiae cura commissa est.

CONTINEND rationem reddens ait: Ipsi quippe dicitur: Tibi dabo claves regni caelorum, &c. Neque Caluini argumentum aliquid concludit, nam in primis non est verum, claves promissas Petro, Matth. 16. datas illi, Ioan. 20. cum amplius sit ligare & soluere, quam remittere, & retinere peccata, ut supra docuimus. Et sanè frustra singulariter Petro sunt promissae claves, & hoc in praemium singularis eius confessionis, si nihil ei postea singulariter est datum.

DEINDE falsum quoque est, nihil esse aliud remittere peccata, quam Euangelium praedicare. Er mirum est, tam obuiam expositionem nulli veterum obuiaffe, sed vni Caluino tandem occurrisse.

CERTE Chryostomus & Cyrillus in hunc locum Ioannis, & Hieronymus in epist. ad Hedibij q. 9. intelligunt per auctoritatem remittendi peccata, potestatem conferendi Sacramenta Baptismi & Pœnitentiae; non potestatem concionandi. Non esse autè idem concionari

& bap

& baptizare, docet Paulus 1. Cor. 1. vbi dicit se missum à Domino. Non baptizare, sed Evangelizare.

Ad illud autem 2. Cor. 5. de verbo reconciliationis, Respondeo, eo loco per verbum reconciliationis, intelligi quidem concionem, sed non velle B. Paulum dicere, sufficere concionem ad reconciliandum: Sed per concionem moueri homines ad hoc, vt velint reconciliari Deo; quod postea fit per Baptismum & Pœnitentiam, vt dicitur Acto. 2. Nam post concionem Petrus ait: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.* Non autem dixit, satis est audiuisse concionem.

Ad argumentum Magdeburgensium respondeo, Apostolos non intellexisse apertè promissionem Domini Petro factam, nisi post Christi resurrectionem: & tum suspicatos esse Petrum fortè constituendum omnium principem, & ided inter se contendifse.

NE QVE mirum est eos non intellexisse, nam metaphoricè Dominus loquutus erat. Illi autem aded rudes erant, vt multa etiã propriè dicta non intelligerent. Scribit enim Marc. c. 9. *Descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquã que vidissent, narrarent: nisi cum Filius hominis à mortuis resurrexerit. Et verbum continuerit apud se, conquirentes quid esset. Cùm à mortuis resurrexerit.*

QVOD autem ex illa suspicione, quam habebant de Petri primatu inter se contenderunt, testantur Origenes, Chrysostrum, & Hieronymus in cap. Matth. 18. neque verum est quod Magdeburgenses dicunt, Dominum non respondisse iam esse designatum principem. Quid enim sibi voluit illa Christi verba Luc. 22. *Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcesor vtriusque, fiat sicut ministrator?* Nõne vnũ maiorem & ducem luculenter appellauit?

CAPVT XIV.

Soli Petro esse à Christo dictum. *Pasce oues meas.* Ioan. 21.

ACTENS de verbis illis Domini differuimus, quibus Apostolo Petro summa potestas Ecclesiastica promittebatur. Nunc de verbis illis disputandum erit, quibus eadem illa potestas eidem Petro data fuit. Sunt autem hæc verba: *Simon Ioannis, pasce oues meas.* In quorum verborum explicationem tria demonstranda sunt. Primum, soli Petro dictum esse: *Pasce oues meas.* Deinde verbo illo, *Pasce*, traditam esse summam Ecclesiasticam potestatem. Postremo illis vocibus, *Oues meas*, vniuersam Christi Ecclesiam esse designatam. Siquidem hæc omnia aduersarij negant.

Ac primum quidem soli Petro dici, *Pasce oues meas*, probatur. Primum ex illo nomine, *Simon Ioannis*: nam eo nomine solus Petrus vocabatur, nec sine mysterio, vt supra monuimus: eodem modo Christus Petrum appellat, & cùm promittit ei clauas, Matth. 16. & cùm oues pasceudas committit, Ioan. vltimo, vt nimirum intelligeremus, illud ipsum re ipsa dari, Ioan. vltimo, quod fuerat promissum Matthæi 16. & eidem illi Simoni dari, cui fuerat antè promissum.

SECUNDO probatur ex verbis illis: *Diligis me plus his?* Illi enim dicitur: *Pasce oues meas*, cui dicitur: *Diligis me plus his?* Hoc autem soli Petro dici manifestum est, cùm differis verbis excludantur cæteri, illa comparatione plus his.

PORTO qui excluduntur, non quicumque homines, sed præcipui Apostoli sunt. Erant enim tunc præsentibus cùm Petro Nathanaël, quem multi Bartholomæum esse putant, Iacobus, Ioannes, Thomas, & duo alij discipuli, quorum alterũ credibile est, fuisse Andream: non igitur omnibus Apostolis, sed soli Petro dicitur, *Pasce oues meas.*

TERTIO probatur ex trina interrogatione; nam ex Cyrillo & Augustino & aliis in hunc locum, discimus Petrum ter interrogatum; an diligeret plus cæteris, quia ter negauerat. Et solus ipse ter negauit, igitur solus ipse interrogatur. Proinde soli ipsi dicit, *Pasce oues meas.*

QVARTO probatur ex illis verbis: *Contristatus est Petrus*, &c. Propterea enim contristatus est Petrus, si Chrysostrum credimus, quia metuebat, ne fortè falleretur, cùm diceret: *Tu scis Domine quia amo te: quicquid modum falsus fuerat, quando dixerat: Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Sed ista causa, tristitiæ soli Petro, qui Dominum negauerat, conuenit; igitur solus Petrus tristabatur, & solus Petrum alloquitur Christus, cùm ait: *Pasce oues meas.*

QUINTO ex illis verbis: *Cùm senueris extendes manum tuam*, &c. Illi enim dicitur, *Pasce*, cui prædicatur crucifixio: soli autem Petro & in propria persona mors prædicatur.

Sexto ex illis: *Hic autem quid?* & ex responsione Domini: *Quid ad te? tu me sequere.* Nunquã enim Petrus interrogasset, quid Ioannes acturus esset, si intellexisset dictum omnibus: *Pasce oues meas.* Sed Dominus dixisset: *Quid ad te? tu me sequere:* sed dixisset, idẽ faciet quod tu.

SEPTIMO ex Patribus: nam præter Chrysostrum, Cyrillum, Augustinum, in hunc locum qui dicunt ei dictum, *Pasce*, qui ter negauerat, qui sine dubio solus erat Petrus. Idem habet Ambrosius in caput vltimum Lucæ, exponens enim hæc ipsa verba: *Ided, inquit, quia solus proficitur ex omnibus, omnibus antefertur.*

ITEM Maximus sermone de sanctis Petro & Paulo: *Iam necessarium, inquit, reor, vt proprias eorum, specialesque virtutes prosequamur. Hic est Petrus, cui Christus ascensurus ad Patrem pasceudas ouiculas suas, ouesque cõmendat.* ergo proprium & speciale hoc fuit Petro. Item Leo Epistola 89. ad Episcopos Viennensis prouinciæ: *Cui cùm præ cæteris soluendi & ligandi potestas tradita sit, pasceudarum tamen ouium cura specialis mandata est.*

SED contra in hunc modum ratiocinatur libro 4. c. 6. §. 3. Ioannes Caluinus: Petrus hortatur Compresbyteros suos, vt pascant gregem Dei, 1. Pet. 5. igitur vel illa verba; *Pasce oues*, dicta sunt omnibus, vel certè Petrus ius suum in alios transtulit.

RESPONDEO, Petrum hortari Compresbyteros, vt pascant gregem non vniuersalem, sed particularem. Ait enim: *Pascite gregem qui in vobis est.* Quemadmodum & Paulus cùm Act. 20. hortatur Asianos Episcopos, vt attendant sibi & vniuerso gregi, statim adiungit. *In quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos*, id est, non vniuerso simpliciter, sed tantum vniuerso illi gregi, qui vobis commendatus est.

ITAQVE ista verba Petri non prohibent, quin soli Petro sit commissa potestas generalis, totum gregem Christi pasceudi, & quin ipse ius suum plenarium in neminem transtulerit.

DEINDE obiici possunt Augustinus & Chrysostrum: nam Augustinus lib. de agone Christiano, cap. 30. ita scripsit: *Cum ei (Petro) dicitur, omnibus dicitur, Amas me, pasce oues meas.* Chrysostrum lib. 2. de sacerdotio, persuasurus Basilio, vt Episcopatum, ad quem vocabatur, susciperet, hunc locum allegat, atque ait: *Tum ostensurum Basilio eximiam suam dilectionem in Christum, si pascat eius gregem, cùm scriptum sit. Si diligis me, pasce oues meas.* Itaque vult Chrysostrum non ad solum Petrum, sed ad omnes Episcopos verba ista Domini pertinere.

RESPONDEO. Etsi hæc verba propriè & principaliter ad solum Petrum pertineant, omnibus tamen Episcopis suo quodam modo cõuenire: quia videlicet, omnes qui in partem sollicitudinis à Petro vocantur, Petri formam in pasceudo grege imitari debent. Itaque quod summo Pastori dicitur, id etiã suo modo, seruata proportionẽ, aliis minoribus pastoribus dicitur.

ATQVE idcirco Dominus facturus Petrum pastore Ecclesiæ, interrogauit eum, an diligeret plus cæteris, vt admonerentur ij, ad quos pertinet eligere & constituere pastores, vt eos eligerent ad Episcopatum, qui caritate

cæteris

cæteris excellunt. Atque huc pertinet illud Leonis sermone tertio, de anniuersario suæ assumptionis. *Ided Petro hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ Recloribus Petri forma præponitur.*

CAPVT XV.

Quid significet, *Pasce*, Ioan. 21.

AM verò cùm constet, Petrum esse, cui dicitur, *Pasce oues meas*; sequitur, vt quid significet hoc ipsum; pascere videamus, Martinus enim Lutherus in lib. de potestate Papæ, contendit, per illam vocem, *Pasce*, nullam dari nouam potestatem, sed tantum iungi officium diligendi, prædicandi, & docendi Petro, qui iam antea constitutus erat Apostolus, & Pastor, non quidem Ecclesiæ vniuersæ, sed cuiusdam portionis, quemadmodum & cæteri Apostoli & Pastores. Id verò his rationibus probat.

PRIMUM, pascere, non est præesse, sed cibum præbere, ac ministrare; quod etiã ab inferiore fieri potest: non igitur continuè instituitur Præsul, cui dicitur, *pasce*.

DEINDE, non imperat Dominus Christianis, vt obediatur Petro, sed potius ipsi Petro præcipitur, vt præbeat alimenta Christianis: igitur minister, non princeps, per hoc verbum, *Pasce*, constituitur.

POSTREMO, si per hæc verba institueretur Pontificatus, sequeretur, non esse Pontifices eos, qui non diligunt, aut non pascant: proinde sæpe nullum Pontificem haberemus. Maior enim Pontificum pars neque diligit gregem, neque eum verbo & exemplo pascit. Quare nõ Pontificis institutio, sed simplex præceptum diligendi & docendi hoc verbo, *pasce*, continetur.

AT nobis difficile non erit ex ipsa voce, *Pasce*, demonstrare summam potestatem illi attribui, cui dicitur: *Pasce oues meas.*

PRIMUM enim, non propriè dicitur pascere alium, qui cibum quacunque ratione ministrat: sed qui procurat ac prouidet alteri cibum: quod certè præpositi & gubernatoris est. *Quis putas*, inquit Dominus Lucæ 12. *est fidelis dispensator ac prudens, quẽ constituit Dominus super familiã suam, vt det illis in tempore tritici mensuram?* Itaque illius est pascere, qui est super familiã constitutus.

DEINDE per verbum *Pasce*, intelligitur ex communi vsu loquentium omnis actus pastoralis. Idem enim est pascere, quod agere pastore, sive esse pastorem. Porro actus pastoralis non est tantum præbere cibum, sed etiam ducere, reducere, tueri, præesse, regere, castigare.

QVOD Pastores ouium non solum pabulum illis præbent? nõne etiam regunt, & baculo cogunt vt parcant? Hinc videlicet in Scripturis passim pascere accipitur pro eo, quod est regere, vt Psal. 2. vbi legimus: *Reges eos in virga ferrea.* In Hebræo *הרבהם* *therobem*, id est, pasces eos. Et sanè qui pascentur in virga ferrea, verissimam potestatem in pastore suo esse negare non possunt. & Isaia 44. *qui dico Cyro רועי רואי*, id est, *pastor meus es tu.* Quo loco tamen non ministerium præbendi cibum, sed amplissimum regnum Cyro prædicat.

DEINDE hoc idem efficacius demonstrari potest, ex eo verbo, quod Ioannes in Euangelio suo posuit. Scripsit enim *πομαίνω*, id est, *pasce* regendo & præsidendo. Nam & Homerus lib. 2. Iliados, frequenter vocat Regem Agamemnonem *πομαίνω λαόν*, id est, *pastorẽ populum*; & in Scriptura, vbi legimus Matth. 2. *Ex te mihi exiet Dux, qui regat populum meum Israel.* In Græco est, *ὁ οὗτος ἐσθλὸς ἡγεμὼν ὁ οὗτος ποιμαίνω τὸ λαόν μου τὸ ἰσραήλ.*

ET notandum, in Hebræo apud Michæam cap. 5. vnde Mathæus accepit, non esse verbum *רועי* *raab*, quod pascere significat, sed verbum *רועי* *raab*, quod est dominari. *לממשכה לי ירשה מושל מושל בעישראל.* Deniq; Apoc. 19. vbi dicitur: *Et ipse reget eos in virga ferrea.* Græcè est, *ἡγὼ αὐτοὺς ποιμαίνω αὐτοὺς ἐν ἑσθλῷ σιδῆρῳ.*

IGITUR cùm *πομαίνω* non significet pascere quocunque modo, sed regere ac præesse; & Petro dictum sit à Domino, *πομαίνω τὸν λαόν*, manifestè sequitur esse Petrum rectorem ac præsidem Ecclesiæ constitutum.

ACCEDANT postremò testimonia veterum Patrum. Chrysostrum lib. 2. de sacerdotio, non semel vocat præfecturam officium Petro commissum per illam vocem, *Pasce*, idque explicat per illam aliam Scripturam Matthæi 24. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiã suam.* Sanctus Augustinus in hunc locum: *Oues ipsas*, inquit, *pasceudas*, id est, *docendas, regendasque committit.*

DENIQUE Gregorius in libro de cura pastoralis, passim pastores vocat rectores, & curam pastorem regimen, immò & culmen regiminis; & ipsum pascere, regere, ac præesse interpretatur.

NEQVE Lutheri ratiunculæ aliquid efficiunt. Ad primam enim iam responsum est, pascere non esse dapiferi officium, sed rectoris. Nec enim Domini pascantur à seruis, quamuis illi cibos ad mensas dominorum adferant, sed contra potius à dominis pasci dicuntur serui, quippe qui sumptibus dominorum viuunt.

AD secundam respondeo, præesse ac subesse, regere ac regi, pascere & pasci, relationem quandam inter se habere, ita vt vnũ sine altero esse non possit. Proinde quo verbo dicitur Petro, vt præsit, regat, pascat; eodem nos iubemur Petro subesse, atque ab eo nos regi & pasci sinere.

AD tertiam respondeo, *pasce*, esse præceptum quidem, sed eo præcepto institui Ecclesiasticum principatum. Significatur enim per actum ipsa potestas, vnde actus ille procedit. Quemadmodum cùm Deus ait: *Creuit & multiplicamini*, fecunditatem attribuit rebus, & naturas aptas ad generandum instituit.

Nec solum Deus, sed etiam homines per verbum modi imperandi institueret solè præfectos. Si enim Rex dicat alicui, *Vade, rege talem prouinciã*, omnes intelligunt, eum præfectum esse constitutum eius prouinciæ.

AT, inquit Lutherus, si per illud præceptum instituitur pontificatus, ergo definit esse Pontifex, qui definit implere præceptum.

RESPONDEO, per illa præcepti verba sic institui principatum, vt tamen potestas collata non pendeat ab obseruatione præcepti. Id quod etiam in rebus humanis videmus, nec enim Prorex definit esse Prorex, donec à Rege non reuocatur, etiam si non rectè prouinciã regat.

DEINDE nec est verum, quod assumit Lutherus, Romanos Pontifices à longo iam tempore non passisse gregem. Nam tamen plerique eorũ non concionantur, tamen alios multos exercent actus pastorales, dũ ligant, soluunt, dispensant, controuersias iudicant, Episcopos creant, & quod per se concionando non faciunt, per alios faciunt. Quemadmodum & Episcopus Hipponensis Valerius, & alij nonnulli vel senio, vel linguae vitio impediti, per suos Presbyteros concionandi munus implebant.

CAPVT XVI.

Quod illis verbis Ioannis vigesimo primo, *Oues meas, vniuersa Ecclesiã significata sit.*

ERTIA restat quæstio, num per *Oues meas*, intelligatur Ecclesiã vniuersa. Negant id Lutherani omnes, & præcipue Lutherus, lib. de potestate Papæ, Illyricus in lib. contra primatum Papæ, Magdeburgenses centuria prima, lib. 2. c. 7. colum. 525. Liber Smalcaldicus de primatu Papæ, & Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 6. §. 7.

NOBIS autem exploratum certumque est, omnes omninò Christianos, etiã Apostolos ipsos Petro tanquã ouiculas commendari, cùm ei dicitur: *Pasce oues meas.* EST autem obseruandum, Christũ bis dixisse: *Pasce*

agnus

amos meos, & semel; *Pasce oues meas.* Tamen enim in Græco textu semel est, *pasce agnos*, & bis, *pasce oues*; tamen corruptus videtur locus vitio librariorum, qui in secundo loco scripserunt *pasce oues*, cum scribere debuissent *pasce agnos*, id est, ouiculas seu agnos. Facile autem fuit excidere vnum Iota.

Ita esse colligo primum ex Ambrosio & Maximo. Ambrosius enim in caput vltim. Lucæ, dicit Christum primum commendasse Petro agnos, Græcè *agnos*. Secundò ouiculas, quæ dicuntur Græcè *pasce oues*. Tertio oues Græcè, *pasce oues*. Maximus serm. de S. Petro & Paulo dicit, *Petro ouiculas & oues commendatas*. qui certè hoc non diceret, nisi legisset *pasce oues* & *pasce agnos*.

DEINDE idem colligo ex nostra versione, nam si fuisset in Græco bis *pasce oues*, nec indoctissimus quidem puer secundo loco vertisset Agnos. Quis enim ignorat, agnos dici *pasce oues*, non *pasce agnos*?

CVM ergo omnes Latini codices legant Agnos, nec vnquã fuerit hæc lectio à Hieronymo, vel vlllo alio improbata, necesse est dicere, interpretem legisse *pasce oues*. id est, ouiculas, & vertisse Agnos, quia ouicula & agni sæpe pro eisdem accipiuntur.

HIS notatis, ex hac variatione, quæ mysterio non videtur carere, probamus, Petro omnes Christianos esse subiectos. Nam si per ouiculas intelligamus agnos, dicemus agnos bis repetitis esse, ad significandum duos populos, Iudaicū & Gentilem: oues autè semel nominatas significare Episcopos, qui sunt veluti matres agnorum.

ITA QVE commisit Dominus Petro curam agnorum, id est, populi Iudaici, & agnorum, id est, populi Gentilis, & ouium, id est eorum qui agnos istos pepererunt in Christo, qui sunt Apostoli & Episcopi.

SI verò per ouiculas intelligimus oues paruas maiores agnis, minores perfectis ouibus, dicendum erit cum sancto Ambrosio, loco notato, Petro committi agnos, ouiculas, & oues, id est, incipientes, proficientes, & perfectos, ita vt nulli sint in Ecclesia, quantumuis spirituales, eruditi & sancti, qui Petro nõ subsint. Vel per agnos intelligemus populos, qui nullam habent curam pastorem, quique solum filij sunt, non parentes: per ouiculas accipiemus sacerdotes minores, id est, presbyteros, & parochos, qui sic parentes sunt populorum, vt sint filij Episcoporum: per oues denique interpretabimur sacerdotes maiores, id est, Episcopos, qui & agnis & ouiculis præstant, & tamen etiam ipsi Petro subiciuntur.

AT QVE huc videtur respexisse sanctus Leo, cum in tertio sermone de anniuersario assumptionis suæ, dicit, Petrum esse à Christo præpositum omnibus Gentibus, omnibus Patribus, & omnibus Apostolis. Gentes enim agni sunt, Patres ouiculae, Apostoli oues magnæ, atque perfectæ.

DEINDE aliam rationem, eamque insignem nobis suppeditat pronomen illud, *meas*. Nam cum absque vlla restrictione addatur ad nomen, *Oues*, pronomen, *meas*, manifestè significatur, eas omnes oues Petro commendari, ad quas extenditur pronomen *meas*, certum autem est illud, *meas*, extendi ad omnes simpliciter. Nec enim vllus est in Ecclesia, qui se Christi ouem esse non gloriatur, igitur omnes omnino Christianos, nullo excepto, Petro dominas commendauit.

ET similes loquutiones vulgo passim vsurpari videmus. Nam qui dicit, Relinquo mea bona filiis meis, sine dubio nihil ex suis bonis, nec vllum ex suis filiis excludit. Et Dominus cum ait Ioannes 10. *Cognosco oues meas, & oues meæ vocem meam audiunt, & ego pono animam meam pro ouibus meis*; tamen non dicat, omnes oues, & omnibus ouibus, tamen nemo negare potest, quin de omnibus sit loquutus.

PRÆTEREA, quid aliud est, *Oues meas* quam habere curam mei ouis? Est autem vnum tantum Christi ouis-

le, Ioannis 10. *Erit vnum ouile & vnus pastor*. igitur vniuersum gregem suum Petro Christus commisit.

AD hæc, cum Dominus ait: *Pasce oues meas*, vel commendauit Petro oues suas omnes; vel nullas; vel aliquas certas ac definitas; vel aliquas indefinitas. At nemo dixerit, nullas, aut aliquas certas esse commendatas. Id enim est manifestè falsum: nec etiam aliquas indefinitas, quia non est sapientis prouisoris relinquere indefinitam curam, cum possit eam definire, præsertim cum certa confusio & perturbatio ex illa indeterminatione oriatur.

PRÆTEREA commendare aliquas, & non indicare quas, idem esse videtur, ac si commendarentur nullas. Quas enim, quæso, pascet, qui gregem suum non cognoscit? Restat igitur, vt omnes omnino suas oues Petro Christus pascendas assignauerit.

AT QVE hæc est sententia omnium veterum Patrum. Epiphanius in Ancorat. *Hic est, inquit, qui audiuit, Pasce oues meas, cui concrediditum est ouile*. Vnum autem solum esse Christi ouile, paulò antè ex Euangelio demonstrauimus.

IOANNES Chryostomus in hunc locum: *Aliis, inquit, omisit, Petrus duntaxat assignat: fratri ei curam commisit*. Et infra: *Nam, inquit, cum magna Dominus Petro communicasset, orbis terrarum curam demandasset, &c.*

AMBROSIO in cap. vii. Lucæ, dicit, Dominum per hæc verba: *Pasce oues meas*, reliquisse nobis Petrum, tanquam vicarium amoris sui. *Quem, inquit, eleuandum in calum amoris sui vicarium relinquebat, vt nimirum haberemus, Petrum, qui nos amore paterno & pastorali foueret, quemadmodum Christus ipse fecerat; & ibidem: Quia, inquit, solus proficetur ex omnibus, omnibus antefertur.*

LEO serm. 3. de assumptione sua ad Pontificatum: *De toto mundo, inquit, vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cum istisque Ecclesie Patribus præponatur: vt quantum in populo Dei multisacerdotes sint, multi que pastores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principalitè regit & Christus.*

GREGORIUS lib. 4. Epist. 32. cum dixisset, Petro totius Ecclesie curam esse commissam, rationem reddidit, dicens: *Ipsi quippe dicitur; Pasce oues meas.*

THEOPHYLACTVS in caput vltimum Ioan. *Finio, inquit, prandio, præfecturam ouium totius mundi Petro commendabat: non autem aliis, sed huic tradidit*. Et in cap. 22. Lucæ: *Tu, inquit, Petre conuersus, bonum exemplum penitentiæ omnibus eris, qui cum Apostolus fueris, & negaueris iterum, receperis primatum omnium, & præfecturam orbis.*

BERNARDVS lib. 2. de considerat. *Cui, inquit, non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum, sic absolutè & indistinctè tota commissa sunt oues? Si me amas, Petre, pasce oues meas, Quas & illius, vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certè regni? Oues meas, inquit, Cui non planum, non designasse aliquas, sed assignasse omnes: nihil excipitur, vbi distinguitur nihil.*

SEDIAM aduersariorum argumenta refellamus.

PRIMA Lutheri obiectio est. Non ait Christus; *Pasce omnes oues meas*. Quemadmodum dixerat alio loco; *Docete omnes Gentes*: igitur non omnes oues suas Petro pascendas tradidit.

RESPONDEO, pronomen illud, *meas*, æquipollere signo vniuersali, vt supra demonstrauimus.

SECUNDA obiectio eiusdem Lutheri, atque etiam Illyrici est. Si Petro omnium ouium pascendarum cura commissa est, debuit igitur Petrus omnes pascere: at qui hoc ipse non fecit, pauerunt enim & Apostoli ceteri partem suam gregis Domini, & non à Petro, sed à Christo missi sunt.

RESPONDEO, sanctum Petrum partim per se, partim per alios vniuersum Dominicum gregem, vt sibi

imperatam fuerat, pauisse. Nam etsi Apostolos omnes Dominus ad prædicandum & ad pascendum gregem suum miserit, tamen hoc ipso, quòd eorum curam (vt Chryostomus ait) Petro commisit, quòd illi agebant, Petrus per illos agebat: à quo illi, tanquam à capite, & imperatore suo pendebant.

TERCIA obiectio communis est Luthero cum cæteris, quorum loca initio capitis annotauimus. Apostolus Paulus capite secundo epistolæ ad Galatas, nullam agnoscit subiectionem ad Petrum aut Iacobum, aut Ioannem. *Quibus, inquit, neque ad horam cessimus subiectionis. Item: Mea nihil refert, quales fuerint, qui aliquid esse videntur. Item: Qui videbantur esse aliquid, nulla mihi mandata dederunt. Item: Nihil mihi contulerunt. Item: Dexteram dederunt societatis.*

RESPONDEO propositum Pauli in epistola ad Galatas, non fuisse ostendere se non esse Petro subiectum, quòd attinet ad gubernationem; nullam enim huius rei mentionem facit, sed Euangelium suum æquè verum & diuinum esse, & à Christo ipso immediatè acceptum, atque Euangelium Petri, & Iacobi, & Ioannis. Id enim est, quòd pseudoapostoli iactauerant, nimirum Petrum, Iacobum, & Ioannem à Christo doctos, Paulum hominem esse discipulum, proinde verius existimandum illorum, quàm Pauli Euangelium.

ITA QVE aduersus hæc pseudoapostolorum calumnias, ita Paulus orditur epistolam suam: *Paulus Apostolus, nõ ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem*. Et infra: *Notum facio vobis Euangelium, quòd euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.*

AT QVE huc pertinet illud: *Qui videbantur esse aliquid, nihil mihi contulerunt*. Significat enim his verbis Paulus, nihil se doctrinæ ab Apostolis cæteris accepisse, sed de omnibus à Christo diligenter instructum. Quòd autem addit: *Dexteram mihi dederunt societatis*. Cogit quidem, vt credamus Petrum & Paulum socios fuisse in officio prædicandi; sed non prohibet, vt intelligamus Petrum Paulum fuisse maiorem in officio gubernandi. Nam etiam libro primo Regum cap. 23. Scriptura dicit: *Init Saul & socij eius*. Et tamen eadem Scriptura Saul Regem, cæteros autem seruos eius facit.

ILLVD verò: *Quibus nec ad horam cessimus subiectionis*; non ad Petrum & Iacobum, sed ad pseudoapostolos, ab ipso Paulo refertur. Sic enim legimus: *Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. Quibus nec ad horam cessimus subiectionis.*

ILLVD autem: *Mea nihil refert, quales fuerint, qui aliquid esse videntur*. Non ad contempionem Petri & Ioannis dicitur, vt liber Smalchaldicus existimari voluit, sed ad laudem & honorem. Causam enim Paulus reddidit, cur cum illis Apostolis, qui erant Hierosolymis, conferre voluerit Euangelium suum, tamen illi aliquando imperiti homines, vilissimique piscatores fuerint; ac dicit, parum sua interesse, quales illi fuerint aliquando; Deus enim personam non accipit, sed se ad eos profectum, qui iam Dei gratia magni Apostoli & columnæ quædam Ecclesie videbantur.

ILLVD denique: *Qui videbantur esse aliquid, nulla mihi mandata dederunt*. Viderit Smalchaldica Synodus Lutheranorum, vbi legerit, & vnde in suum libellum de primatu Papæ, illa verba transfulerit; nam certum est, in Paulo non inueniri. Sed nimirum ista est familiaritas, quam aduersarij habent cum Deo, vt ad verbum eius audacter addant, nec metuant plagas, quas Deus ad verbum suum addentibus comminatur.

QUARTA obiectio eorumdem, Apostolus in Epistola

ad Galatas, cap. 2. docet, iure diuino & humano diuifam fuisse iurisdictionem inter Petrum & Paulum; ac Petro quidem attributum populum Iudæorum, Paulo autem Gentium; non igitur Petro omnes Christi oues commēdare fuerunt. Apostoli verba hæc sunt: *Cum vidissent, inquit, quòd creditum est mihi Euangelium præparatū, & Petro circumcissionis, qui enim operatus est Petrus in Apostolatu circumcissionis, operatus est mihi inter Gentes, dexteram dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcissionem*. Itaque Petri Apostolatus nihil ad nos pertinet, quippe qui Gentes sumus.

RESPONDEO diuifionem, de qua Paulus loquitur in epistola ad Galatas non esse iurisdictionis, sed prouinciarum, ad commodius prædicandum Christi Euangelium. Quanquam enim poterant Apostoli omnes, & etiam singuli in vniuerso orbe terrarum Euangelium prædicare, tamen vt celerius & facilius id fieret, duplex distributio prouinciarum inter Apostolos facta est.

VNA inter Apostolos duodecim, qui, vt ex Origene refert Eusebius lib. 3. histor. cap. 11. ita inter se prouincias diuiserunt, vt Andreas Scythiam, Thomas Parthiam, Indiam Bartholomæus, Marthæus Æthiopiam, Ioannes Asiam, atque alias alij CHRISTI Euangelio susciperent imbendas.

ALTERA distributio inter Petrum & Paulum facta est, nimirum vt Petrus præcipuam operam in conuersione Iudæorum poneret, nec tamen à Gentiliū conuersione prohiberetur; Paulus è contrario Gentiliū conuersioni potissimum studeret, nec tamen ab Hebræorum conuersione penitus aceret. Quæ omnia ex diuinis literis paruo negotio confirmabimus.

AC primum, quòd Petro liceret Gentibus prædicare, tamen Iudæorum Apostolus esset, constat ex multis locis. Ipse enim prædicauit Cornelio & toti domui eius, Actuum 10. de qua re sic ipse loquitur Act. 15. *Pes, inquit, scitis quoniam ab antiquis diebus Deus elegit per os meum Gentes audire verbum Euangelij, & credere*. Deinde Matthæi vltimo. *Domini omnibus Apostolis dixit: Euntes ergo, docete omnes Gentes*. Et Marci vltimo: *Prædicare Euangelium omni creaturæ*. Poterant igitur iure diuino prædicare omnes Apostoli omnibus Gentibus. Et certè non excluditur princeps Apostolorum ab eo iure, quòd omnibus Apostolis datur.

PRÆTEREA Innocentius I. in Epist. ad Decentium, c. 1. docet, in tota Italia, Gallia, Hispania, Africa, Sicilia, Ecclesias constitutas à Petro, vel ab iis, quos partim ipse, partim successores eius miserunt. Hæc autem Ecclesias Gentiliū præcipuè fuisse, negari non potest.

DENIQUE, si Petrus tantum Iudæorum, & non gentium Apostolus erat, cur sedè Episcopatus sui nõ posuit Hierosolymis, quæ Metropolis erat Iudææ, sed primum Antiochiæ in Syria, deinde Romæ, quæ vrbes Gentium erant? Et cur Gentiles, qui erant Antiochiæ, quæstionem de legibus non detulerunt ad Paulum, qui erat Gentium Apostolus, sed ad Petrum & Iacobum, qui erant Apostoli Iudæorum?

IAM verò potuisse etiam Paulum Iudæis euangelizare, licet principale mandatum de salute Gentium accepisset, ex eius rebus gestis perspicuum esse potest. Nam quocumque ibat, in Synagogis Iudæorum euangelizabat. Act. 13. prædicat in Synagoga Iudæorum apud Salaminam, & Antiochiam Pifidie; item cap. 14. apud Iconium, cap. 17. apud Thessalonicam, cap. 18. apud Corinthum & Ephesum; & Act. 28. Romæ primū omnium Iudæis annunciat Euangelium. Et primæ ad Corinthios 9. dicit: *Iudæis factus sum tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer*. Denique scribit ad Hebræos, curam illorum agēs, & 2. Cor. 11. fatetur, se sollicitudinem gerere omnium Ecclesiarum; & si omnium, certè Hebræarum.

POTERANT ergo iure diuino tam Petrus, quàm

Paulus omnibus predicare, tam Iudæis, quam Gentibus. Iam tamen Paulus Gentium præcipue Apostolus erat; dicitur Act. 9. Dominus ipse de Paulo dicit: *Paulus electus mihi est iste, ut portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israël.* Vbi filii Israël ponuntur ultimo loco; Gentes autem primo. Petro autem cum aliis Apostolis dicitur, Act. 1. *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad vltimum terræ.* Vbi Iudæi ponuntur primo loco, & Gentes vltimo.

Hoc ergo est, quod Paulus dicit Gal. 2. Petrum fuisse Apostolum circumcissionis, se autem præputij. Et sic exponit Hieronymus in huc locum, vbi proposita quaestione; *non licuit Petro Gentilem trahere ad fidem, & Paulo Iudæum?* Respondet, licuisse omnino. Immo hoc fuisse vtrique propositum, vt ex toto mundo Ecclesiam congregarent; sed tamen Petrum habuisse principale mandatum de Iudæis, Paulum de Gentibus.

Est autem præterea obseruandum, honorificentius fuisse munus Petri, quam Pauli, cum Dominus ipse per se Iudæis predicare voluerit, Gentibus autem per discipulos, Mat. 15. *Non sum missus, ait Dominus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël.* Et Apostolus Rom. 15. dicit: *Christum Iesus vni ministerium fuisse circumcissionis.* Et idem Paulus Rom. 11. comparat Iudæos olæ, Gentes oleastris inserendis in bonâ oliuâ, vt fiat participes pinguedinis illius.

Obiectio quinta, Apostolus Paulus in eadem ad Galat. epist. cap. 2. dicit, se Petro in faciem restitisse, non igitur illi subiectus, sed aut maior, aut certe æqualis erat: proinde non omnes Christi oues Petro subiciuntur.

Respondio. Scio Clemetem Alexandrinum apud Eusebium lib. 1. hist. cap. 14. non Petrum Apostolum, sed quendam alium à Paulo reprehensum dicere. Scio etiam Hieronymum, & alios multos velle non verè, sed simulatoriè Petrum reprehensum: sed quia probabilius est Augustini sententia, quod seriò fuerit Petrus reprehensus: dico, licere minori reprehendere maiorem, modò res id postulet, & debita reuerentia conseruetur.

Itaque Cyprianus in epist. ad Quintum, Petri humilitatem laudat; quòd à Paulo reprehensus non dixerit, se primatum tenere, & sibi potius obtemperari à nouellis & posteris oportere. Vbi indicat, Petrum à minore reprehensum fuisse. Et Augustinus in epist. 19. ad Hieronymum, sic ait: *Rarius est sanctius exemplum Petrus posteris prebuit, quo non dedignarentur à posterioribus corrigi: quam Paulus, quo confidenter audirent minores maioribus pro defendenda veritate, salua caritate resistere.*

Gregorius quoque homil. 18. in Ezechielem: *Se, inquit, etiam minori fratri ad consensum dedit, atque in eadem re factus est sequens minoris sui, vt in hoc etiam præiret, quatenus qui primus erat in Apostolatus culmine, esset primus etiam in humilitate.* Et infra: *Ecce à minore suo reprehenditur, & reprehendi non dedignatur.*

Obiectio sexta, Apostoli sine vilo Petri mandato Diaconos constituunt, Act. 6. Ac rursum, Petrum ipsum mittunt in Samariam, Act. 8. non igitur Petrus caput & pastor Apostolorum erat, sed ipse potius illorum imperio subiciebatur.

Præterea ambigit Petrus, Act. 10. Liceatne sibi Gentibus euangelizare; & quia id fecit, à discipulis cæteris reprehenditur, Act. 11. quis igitur facile credat, ad eius ouile pertinuisse Gentiles?

Respondio, in primis nihil præiudicare primatui Petri, quod Apostoli omnes communicato inter se concilio, Diaconos constituerint. Credendum enim est, id factum esse Petro auctore, vel certè consentiente. Tunc autem derogaret eius primatui, si probaretur factum eo nolente & iniuito.

Ad illud autem de missione Petri & Ioannis, de qua Act. 8. respondeo, nomen Missionis, non necessariò significare subiectionem in eo, qui mittitur. Dicitur enim

mittere, quicumque est auctor alicui vt eat, siue id faciat præcepto; quomodo Dominus mittit seruos, de quo dicitur Ioan. 13. *Non est seruus maior domino;* siue consilio & suasionem: quomodo & par parem, & minor maiorem aliquando mittit.

Nam, Matthæi secundo, Herodes misit Magos in Bethlehem, in quos tamen nullum habet imperium; & populus Iudæorum, Iosue 22. misit Phinees sacerdotem ad filios Ruben & Gad: cum tamen iure diuino toti populo præesset summus Sacerdos, vt Magdeburgenses fatentur. Igitur miserunt Apostoli consulendo & suadendo Petrum ad Samaritanos, quia res maxima erat, nouam illam gentem in fide confirmare.

Ad ea verò quæ adferuntur ex cap. 10. & 11. Act. dico multos decipi in eo, quod putant, Petrum non sciuisse prædicandum esse Gentibus, nisi quando reuelationem illam habuit, Act. 10. Id enim absurdissimum est, nam Marci vlt. & Mat. vlt. iubentur Apostoli docere omnes Gentes; & ne quis diceret, Apostolos non intellexisse, Lucas ait: *Aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas.* Et mox subiungit explicans quas Scripturas: *Quoniam, inquit, oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicare in nomine eius penitentiam in omnes Gentes.* Et Petrus Act. 1. 2. & 3. passim ostendit, se intellexisse Scripturas, citans Psalmos, Iosue, Deuter. & nominatim illud Gen. 22. *In semine tuo benedicentur omnes familiae terræ.*

Vidit ergo Petrus illam visionem partim propter se, partim propter alios: propter se quidem, non vt diceret, sibi licere Gentibus prædicare, sed vt intelligeret, tunc esse tempus eis prædicandi. Nam quia Dominus dixerat Act. 1. *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad vltimum terræ.* Quibus verbis illum ordinem Apostolis præscripserat, vt primum prædicarent in Hierusalem, deinde in reliqua Iudæa, tum in Samaria, vltimo in regionibus Gentium: ideo Petrus subdubirabat, quòd non tempus esset prædicandi Gentibus, & an liceret eis oblata occasione prædicare, antequam per totam Iudæam & Samariam prædicatum esset. Hoc dubium sustulit Spiritus Sanctus ostensa illa visione.

Quare Cyrillus lib. 9. in Iulianum, explicans hanc visionem: *Statim, inquit, intellexit Petrus, quòd instaret tempus transformandi in veritatem umbras.* Propter alios autè vidit Petrus visionem, quia multi erant ex Phariseis cõuersi ad fidem, qui existimabant, non oportere Gentibus prædicare, & qui etiã reprehensuri erant factum Petri, si Cornelio prædicasset, quem admodum postea fecerunt, Act. 11.

Vt ergo haberet Petrus optimam rationem satisfaciendi eiusmodi reprehensionibus, Deus ei hanc visionem ostendit, vt rectè explicat Chrysostomus hom. 42. in Mat. *Aliorum, inquit, gratia hoc discibat, & vt satisfactionem ad accusantes præpararet.* Et in commentario huius capitis decimi Act. *Nunquid Petrus, inquit, timuerat comedere? Absit, sed dicit diuina dispensatione totum hoc factum esse propter eos, qui ipsum erant reprehensuri.*

CAPVT XVII.

Explicatur prima prærogatiua S. Petri ex mutatione nominis.

Actenus attulimus quæ ad promissionem, & institutionem primatus Petri pertinebant: nunc ad eiusdem primatus confirmationem singulares variâque prærogatiuas Petri in medium adferemus.

Id verò eo libentius facimus, quòd Magdeburgenses Cent. 1. lib. 2. cap. 10. col. 558. & seq. diligenter enumerare studuerint quindecim peccata, atque horrendos lapsus (vt ipsi loquuntur) S. Petri, quæ diuino consilio in diuinis literis extare dicunt, ne nimis multum Petro tribuamus.

Et quanquam excepta Christi negatione, quam grauissimum peccatum fuisse negari non potest, cætera quatuordecim non beati Petri horrenda peccata, sed Magdeburgensium horrenda mendacia, & blasphemie sunt, vt postea demonstrabimus, interim tamen pro XIV. falsis criminibus adferamus nos XXVIII. veras prærogatiuas.

Prima igitur prærogatiua est mutatio nominis: nã Ioan. 1. ait Dominus Petro. *Tu es Simon filius iona: tu vocaberis Cephas.* Vbi obseruandum cum Chrysostomo in hunc locum, Deum nunquam imponere noua nomina, nisi maximis de causis, & ad significanda priuilegia cõcessa eis, quibus nomina mutantur. Ita Abrahamum, cum diceretur אַבְרָם Abram, id est, pater excelsus, dici voluit אַבְרָהָם Abraham, id est, patrem multitudinis, Gen. 17. vt eo nomine significaret hominem illum qui iam senex erat, & vxorem anum, & sterilem habebat, tamen ex dono Dei sic immutandum, vt fieret pater plurimorum filiorum, vel potius gentium, & populorum.

Est autem duplex prærogatiua in hac mutatione nominis Simonis in nomen Petri.

Vna, quod soli Petro ex omnibus Apostolis nomen mutauerit. Nam etsi Marc. 3. imposuit nomen filiis Zebedæi, Boanerges, tamen fuit illud potius quoddam cognomen, quàm proprium nomen.

Itaque nullam postea ab Euangelistis vocantur Boanerges, sed tantum, Iacobus & Ioannes, vt antea vocabantur. At Petrus deinceps ferè semper vocatur Petrus: & Paulus Galat. 2. Petrum sæpe nominat, & nunquam aliter quàm Petrum aut Cepham, quod est idem, Ioannem autem sæpe quidem nominat, sed Ioannem perpetuò, nunquam Boanerges.

Alterâ est, quod tale nomen ei dederit. Nam Syriacè Cepha significat petram, vt nos supra docuimus & Hieronymus testatur in caput 2. epistolæ ad Galat. Græcè autem significat, caput, vt lib. 2. contra Parmenianum annotauit Optatus.

Ac demum vnum est ex celeberrimis Christi nominibus. Nihil enim frequentius in Scripturis Christus appellatur, quàm petra. vide Isaïæ 8. & 28. Daniel. 2. Psal. 117. Mat. 21. Rom. 9. 1. Cor. 10. Ephes. 2. 1. Petri 2. & alibi.

Christus ergo cum solo Petro suum ipsius nomen communicans, & nomen illud quo ipse significatur, vt fundamentum & caput Ecclesiæ vniueris, quid aliud indicare voluit, quàm se facere Petrum fundamentum & caput Ecclesiæ loco suo?

Itaque rectè beatus Leo epist. 89. ad Episcopos Viennensis prouinciæ: *Hinc, inquit, in consortium individua unitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo; Tu es Petrus, &c.* Et sermo. 3. de anniuersario die assumptionis suæ ad pontificatum ita Christum loquentem ad Petrum introducit. *Sicut meus Pater tibi manifestauit diuinitatem meam, ita ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id est, cum ego sum inuolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, ego fundamentum præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.*

CAPVT XVIII.

Explicatur secunda prærogatiua ex modo quæ ab Euangelistis Apostoli numerantur.

Alterâ Petri prærogatiua est, quod cum ab Euangelistis nominantur Apostoli, vel omnes, vel aliqui, semper primo loco ponitur Petrus. Mat. 10. *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc, primus Simon, qui dicitur Petrus, &c.* Similiter legitimus Marc. 3. Luc. 6. Act. 1. quod autem hoc non fit factum, quia Petrus fuerit primus à Christo vocatus, certum est. Nam Andream Dominus primum vocauit, vt Ioan-

nes testatur cap. 1. Sed occurrunt Magdeburgenses qui Cent. 1. lib. 2. c. 7. col. 524. dicunt, Petrum vocari primum, vel propter insignia sua dona, vel propter etatem, quia nimirum erat omnibus senior, non quia esset caput aliorum. Capite autem decimo col. 561. scribunt, casu factum esse, vt Petrus primus in Catalogo poneretur. Debit enim aliquis primo loco numerari, casu autem Petrus occurrit.

Sed nulla harum rationum aliquid valet. Non prima, nam vel loquuntur de insignibus donis, quæ Petrus habuit in ordine ad Ecclesiam, vt quod accepit singulariter claues, quod factus est fundamentum Ecclesiæ, quod constitutus est pastor omnium ouium Christi, &c. & tunc pro nobis loquuntur. Vel loquuntur de donis personalibus & propriis, id est, de virtutibus eius; & tunc falsum est, quod dicunt.

Nam Euangelista non facile scire potuit, nec iudicare ausus fuisset, quis esset inter Apostolos optimus; præsertim cum sciret Ioannem fuisse virginem, Petrum coniugatum; & Ioannem eundem ita diligere videret à Domino, vt vocaretur *Discipulus, quem diligebat Iesus* vs. Nec ignoraret Iacobum minorem tanta sanctitate præditum, vt iustus, & frater Domini ab omnibus diceretur.

Quod verò de etate dicunt, pugnat cum veterum traditione. Nam Epiphanius hæc. 51. quæ est Alogorum: *Occurrit, inquit, Andree primus coniugit, cum esset Petrus minor tempore atatis.*

Hieronymus quidem lib. 1. in Iouinianum dicit, Ioannem non fuisse electum in caput aliorum, quia erat penè puer: at Petrum fuisse omnibus seniores non dicit. Adde quòd Magdeburgenses Cent. 1. lib. 2. cap. 10. in vita Andree, probabile esse dicunt Andream teniorè Petro fuisse.

Quod etiam non sit factum casu, quia nimirum debuit vnus primus in Catalogo poni, & casu occurrit Petrus, sed quod sit positus Petrus primus ratione dignitatis, patet ex duobus.

Primum ex modo enumerandi, nam Petrum nominatim Matthæus vocat primum, deinde cæteros non vocat vnum secundum, alium tertium, &c. sed sine vlla obseruatione ordinis nominat.

Itaque inter Petrum & cæteros ordinem esse. Matthæus docet; quia Petrus superior est, cæteri inferiores: at inter alios nullum statuit ordinem, quia sunt omnes æquales; vt rectè annotauit Albertus Magnus in comment. huius loci: & ex hoc nomine, primus deducunt Patres primatum, quam vocem tantopere oderunt hæretici. Nam vt à principe principatus, à consule consulatus; sic à primo fit primatus. Hinc Ambrosius 2. Cor. 12. *Prior Andreas sequitur est saluatorum: sed primatum nõ accepit Andreas, sed Petrus.* Et Augustinus tract. vlt. in Ioã. *Petrus, inquit, propter Apostolatus sui primatum, &c.* Certè autem primus non dicitur de eo, qui casu scriptus est primus in Catalogo, sed qui iure, & merito scribitur primus, propter gradum & auctoritatem suam.

Secundo idem colligitur ex eo, quòd ordo aliorum plerumque mutatur: Petrus autem semper ponitur primo loco. Nam Mat. 10. post Petrum ponitur Andreas; Marc. 3. post Petrum est Iacobus; Luc. 6. post Petrum numeratur quidem Andreas, sed mutatur ordo cæterorum: Nam Matthæus anteposuit sibi Thomam; & Simonem Zelotem anteposuit Thaddæo. Lucas autem anteposit Mat. Thomam, & Thaddæum Simoni. Act. 1. post Petrum ponitur Ioannes, & in cæteris etiã magna mutatio inuenitur.

Parti ratione vbi nominantur duo vel plures, semper ponitur primus Petrus Marc. 5. & Luc. 8. *Non admissit quemquam se sequi, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem.* Luc. 22. *Misit Petrum, & Ioannem.* Mart. 17. *Assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem.* Marc. 13. *Inuerrabant eum Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas.* Ioan. vlt. *Erant simul*

Simon Petrus, & Thomas, & Nathanael, & filij Zebedaei, & alij ex discipulis eius duo. Vides ubique Petrum esse primum, quod sine dubio casu factum esse non potest.

Vnde tantum est locus ubi Petrus non nominatur primo loco, nimirum Gala. 2. ubi dicitur Iacobus, Cephas, & Ioannes. Sed in primis non est certum, an Paulus sic dixerit. Nam Ambrosius, Augustinus, & Hieronymus in hunc locum, & in textu, & in commentario legunt, Petrus, Iacobus, & Ioannes, & Chrysostronus in commentario huius loci, Petrus, inquit, Iacobus, & Ioannes, indicas se ita legisse, & sic credibile est Paulum esse loquutum.

Sed verò admittamus debere legi, Iacobus, Petrus, & Ioannes, dicendum erit, vel cum D. Anselmo & D. Thoma in hunc locum, hoc factum esse, quia Iacobus erat Episcopus Hierosolymorum, ubi tunc erat Apostoli, de quibus Paulus loquitur; vel Paulum hoc loco nulli ordinem servasse.

Nam quod alioqui intelligeret Paulus, maiorem esse Petrum Iacobo, patet ex illa ipsa epistola ad Gal. c. 1. ubi dicit, Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum. Non dicit veni videre Iacobum, etiam si ipse quoque esset Hierosolymis. & 1. Cor. 1. Unusquisque, inquit, dicit, ego sum Paulus, ego Apollo, ego Cephas, ego Christi. Vbi aperte progreditur ascendendo, & Petrum proximum sub Christo constituit.

Namque verò Petrus solum primo loco ponitur, & primus vocatur, sed etiam passim in Scripturis describitur, ut paterfamilias, ut dux, & princeps reliquorum. Nam quemadmodum Apocal. 12. dicitur diabolus, & Angeli eius, Michael, & Angeli eius, id est, dux & milites eius: ita dicitur Marc. 1. Et prosequitur est eum Simo, & qui cum eo erant. Luc. 8. Dixit Petrus, & qui cum illo erant. Luc. 9. Petrus verò, & qui cum illo erant. Marci 16. Dicite discipulis eius, & Petro. Actor. 2. Stans Petrus cum vndecim. Ibidem: Dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos. Actor. 5. Petrus & Apostoli dixerunt. 1. Cor. 9. Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? An, quae, Cephas non erat discipulus? non erat Apostolus? cur ergo dicitur Petrus, & Apostoli; discipulis, & Petro? Apostoli, & Cephas? nisi quia Petrus princeps, & caput aliorum erat.

Quocirca B. Ignatius in epistola ad Smyrneneses dicit Christum post resurrectionem venisse ad eos, qui circa Petrum erant. Ad eandem praerogativam pertinet, quod Petrus ferè semper loquitur nomine omnium, ut Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Luc. 12. Ad nos dicitis hanc parabolam, an ad omnes? Ioan. 6. Domine ad quem ibimus? In quem locum Cyrillus ita scribit: Per unum, qui praeeerat, omnes respondent. Hinc etiam Chrysostronus Homilia 55. in Matth. Petrum vocat os Apostolorum.

CAPVT XIX.

Explicantur quatuor aliae praerogativae ex Evangelio Sancti Matthaei.

TERCIA praerogativa est Matth. 14. ubi solus Petrus una cum Domino ambulat super aquas. De qua praerogativa sic loquitur S. Bernardus lib. 2. de considerat. Instar Domini, inquit, gradens super aquas, unicum se Christi vicarium designavit, qui non uni populo, sed cunctis praesse deberet. siquidem aqua multa, populi multi. Simile est quod narratur Ioan. 21. ubi ceteris discipulis in navicula venientibus ad Dominum, qui in littore expectabat, Petrus se misit in mare, & natando venit. De quo B. Bernardus ibidem. Quid istud? nempe signum singularis Pontificij Petri, per quod non navem unam, ut ceteri quique suam, sed seculum ipsum suscepit gubernandum, mare enim seculum est, nautes Ecclesiae.

Quarta praerogativa est, illa peculiaris revelatio facta soli Petro Matth. 16. insigne enim privilegium est, quod Petrus primus omnium Apostolorum à Deo edo-

ctus, cognoverit summa mysteria nostrae fidei, distinctionem videlicet personarum in Deo, & incarnatione. Nam etsi antea non raro Christus vocatus fuerat Filius Dei, ut Matth. 14. cum dixerunt discipulis: ecce Filius Dei es. Et Ioan. 1. cum dixit Nathanael. Tu es filius Dei, tamen isti vocabant Filium Dei Christum, eo modo quo omnes Sancti dicuntur Filij Dei. At Petrus intellexit, Christum esse Filium Dei verum ac naturalem. Quod patet cum ex textu Graeco, ubi omnia exprimuntur cum articulis emphasim habentibus. *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ*. tum ex magna Christi approbatione, cum ait: *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est*. tum etiam ex veterum Patrum testimoniis.

Nam Hilarius in Psal. 131. vocat Petrum primum Filij Dei confessorum, & lib. 6. de Trinitate dicit cum loquutum esse, quod vox humana nondum proulerat. Et in cap. 17. Matth. dicit Petrum dignum factum, qui quod in Christo Dei est, primum cognosceret.

Athanasius serm. 4. contra Arianos dicit, Petrum omnium primum cognovisse Christi divinitatem, deinde autem alios omnes discipulos. Similia habent Chrysostronus in cap. 16. Matth. Cyrillus lib. 12. in Ioannem cap. 64. Augustinus serm. 124. de tempore, & Leo serm. 2. de natali Petri & Pauli.

Quinta praerogativa est Matth. 16. ubi dicitur: *Et porta inferi non prevalebit adversus eam*. Quo verbo non solum promittitur perpetua stabilitas Ecclesiae universae, sed etiam petrae, supra quam fundatur Ecclesia, ut notat Origenes hoc loco. Itaque speciali privilegio promissum est Petro, sedem eius nunquam esse ruituram: quam promissionem si habuissent Apostoli ceteri, adhuc staret sedes Iacobi Hierosolymis; Ioannis Ephesi; Matthaei in Aethiopia; Andreae in Scythia: ceterum illa omnes paulatim manus dederunt portis inferorum. Hinc Augustinus in Psalmo contra partem Donati: *Numerate, inquit, sacerdotes vel ab ipsa sede Petri, ipsa est petra quam non vincunt superba inferorum porta*.

Sexta est Matth. 17. ubi Dominus iubet solui tributum pro se & Petro. *Da, inquit, illis pro me & te*. Ex quibus verbis collegisse Apostolos, Petrum omnibus aliis esse praelatum, scribit Origenes, Chrysostronus, & Hieronymus in cap. 16. Matth. & praeterea Chrysostronus disertè asserit hoc loco, Petrum omnibus aliis antepositum, tantòque honore affectum, ut noluerit ipse hoc de se scribi à discipulo suo Marco. Marcus enim in Evangelio suo diligentissimè scribit Petri negationem, quae autem ad Petri gloriam maximè faciebant, aut omisit, aut brevissimè perstrinxit, cuius rei non alia potest reddi causa, nisi quia sic Petrus voluit.

Auctor denique quaestionum veteris, & novi Testamenti, quae habentur in 4. tomo operum Augustini quaest. 75. dicit Christum soluisse duo didrachma, unum pro se, & alterum pro Petro, quia sicut in Christo, ita & in Petro omnes continebatur: *Ipsum enim constituit, inquit, esse caput eorum, ut pastor esset gregis Domini*.

At Hieronymus in cap. 18. Matth. postquam dixerat Apostolos ex solutione didrachmi collegisse, Petrum principem omnium futurum, subiungit continuò. *Dominus causam erroris intelligens gloriae desiderium humilitatis contentione sanavit*. Errabant igitur Apostoli, existimantes Petrum fore caput.

Respondere, errasse quidem Apostolos, non tamè in eo quod Petrum principem futurum suspicabatur, sed in eo quod temporalem principatum somniabat. Nec enim aliud eo tempore sibi promitti censebant, cum tamen multa de Christi regno audirent. Hunc errorem Dominus saepe correxit, monens praefectos Ecclesiae non fore similes regibus gentium, & ut se ad perfequutiones, & mortem in hoc mundo, non ad honorem, & gloriam praepararent.

CAPVT XX.

Explicantur tres aliae praerogativae ex Evangelio S. Lucae. PRIMA praerogativa sumitur ex c. 5. Luc. & Ioan. 21. in quibus locis explicantur duo miracula Christi, edita in piscatione Petri. Quorum primum manifestè designat, ut monet S. Augustinus tract. 122. in Ioannem, Ecclesiam militantem; secundum, Ecclesiam triumphantem; nam idcirco id factum est ante resurrectionem Christi, secundum post resurrectionem.

Item in primo retia non iaciuntur in dexteram partem tantum, nec in sinistram tantum, nec solos bonos, aut solos malos ad Ecclesiam venire credamus, sed indifferenter dicitur: *Laxate retia in capturam*: at in secundo tantum in dexteram partem nauigij iaciuntur retia, quia soli boni colliguntur ad vitam aeternam.

Praeterea in primo rumpebatur rete, & navis penè mergebatur, quod significat schismata, & haereses, & scandala, quae Ecclesiam fluctuare cogunt: at in secundo non est ruptum rete, ut ipse Evangelista admonuit, quasi respiciens ad illam piscationem priorem, in qua retia rumpebantur, nec navis fluctuavit, quia in alia vita nulla erunt schismata, nec scandala.

Ad haec in primo sine vno numero comprehenduntur pisces, ut impletur quod scriptum est Psal. 39. *Annunciani, & loquutus sum, & multiplicati sunt super numerum*: at in secundo nulli fuerunt super numerum, sed certus numerus CLIII. nulli enim praeter numerum electorum colliguntur ad regnum.

Denique in primo pisces introducuntur in navem adhuc fluctuantem, in secundo trahuntur ad litus, quod propter stabilitatem vitam immortalem, & beatam designat.

Iam ergo insignis praerogativa Petri est, quod in vtraque navi, & piscatione, quae apertissimè totius Ecclesiae statum significant, semper Petrus princeps inuenitur. Nam Luc. 5. cum vidisset Dominus plures naviculas, intrauit in vnam, quae erat Simonis, & ex ea docebat, ut intelligeremus in ea tantum Ecclesia esse, & docere Christum, cuius gubernator est Petrus.

Ambrosius serm. 11. *Hanc, inquit, solum Ecclesiam navem ascendit Dominus in qua Petrus magister est constitutus*. Ibidem soli Petro dicitur: *Duc in altum, & laxate retia in capturam*. Vbi Petrus iubetur tanquam summus navicularum, & piscator ducere alios ad piscandum. Ibidem Dominus exponens figuram, soli Petro dicit: *Noli timere, ex hoc enim homines eris capiens*. Sic etiam Ioan. 21. Petrus dicit: *Vado piscari, dicuntque ei alij, venimus & nos tecum*. Ibidem: *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram*. Quid verò significatur aliud his figuris, quam Petrum esse, qui homines de mundo ad fidem, & Ecclesiam militantem adducit, & qui eos regens & gubernans ad Ecclesiam triumphantem perducit.

Octava est Luc. 22. ubi Dominus ait: *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te, ut non desiciat fides tua. Et tu aliquid quando conversus confirma fratres tuos*. Quibus verbis clarissimè Dominus ostendit, Petrum fore principem, & caput fratrum suorum. Sic enim exponunt Graeci & Latini.

Theophylactus in hunc locum: *Quia te habeo, inquit, ut principem discipulorum, postquam negato me steteris, confirma ceteros, hoc enim te decet qui post me Ecclesiae petra es, & fundamentum*. Leo serm. 3. de anniversario assumptionis suae ad Pontif. *Pro fide Petri, inquit, proprie supplicatur tanquam aliorum status certior sit futurus: si meus principis victa non fuerit*.

Non est, quod Christum resurgens primum omnium ex Apostolis Petro se videndum praebuerit, colligitur id ex illis verbis Luc. 24. *Surrexit Dominus verè & apparuit Simoni*. Vbi notat Ambrosius Simoni omnium

primo Christum apparuisse ex vritis. Nam antè Mariæ Magdalena apparuerat, ut scribit Mar. c. vlt. colligitur hoc idem, & quidem apertissimè ex verbis S. Pauli, 1. Cor. 15. *Tradidi, inquit, vobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia visus est Cephae, & post hoc vndecim: deinde visus est plusquam quingentis fratribus: deinde visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus novissimè autem omnium tanquam abortivo visus est & mihi*. In quem locum Chrysostronus: *Itaque, inquit, non omnibus initio visus est, nec pluribus simul, sed uni tantum, & ei principi, & fide maxime digno*. Et infra: *Itaque, inquit, Petro primum apparet, nam qui Christum primum confessus erat, non abs re primus etiam resurgentem videt*. Similia habet Theophylactus in hunc locum.

CAPVT XXI.

Explicantur aliae duae ex Evangelio sancti Ioannis.

PRIMA est, quod Petrus primus fuit, cui Dominus pedes lauit, ut exponit Augustinus in c. 13. Ioan. Et quamquam Chrysostronus, & Theophylactus in eundem locum putant primum fuisse Iudam, secundum Petrum, tamen etiam ipsi ex hoc loco colligunt primatum Petri. Dicunt enim nullum alium praeter Iudam passurum fuisse, ut sibi ante principem Apostolorum pedes lauerentur, Iudam autem impudenter ante Petrum se constituisse. At nihilominus probabilior Aug. sententia esse videtur.

Vndecima est Ioan. 21. ubi Petro soli mortem Christus praedixit, & mortem crucis, ut sicut ei nomen suum donauerat, & officium suum imposuerat, ita & in morte socium illum haberet: *Cum sensu vis, inquit, Dominus, extendes manus tuas & alius cinget te & ducet quò tu non vis*. Hoc autem dicit, addit Evangelista, significans quae morte clarificatus esset Deum.

Deinde ibidem subiungit Dominus loquens ad Petrum, *Sequere me*, quae verba quidam accipiunt de officio pastoralis, ut Theophylactus, qui exponit, *Sequere me, qui educo te ad praedicandum, & totum orbem in manus tuas trado*. Alij accipiunt de similitudine mortis, ut Euthymius qui exponit, *Sequere me, id est, crucem patiendo me imitare*.

Sed plenus commentarius erit, si vtramque sententiam coniungamus. Cum enim Dominus oves Petro commendasset, & mortis genus praedixisset, quasi concludens omnia vno verbo ait: *Sequere me*, id est, esto id quod fui, & vivens & moriens, age pastorem animarum dum vivis, & postea per crucis mortem transi de hoc mundo ad Patrem. Et ne suspicaremur haec dici omnibus, disertè Dominus excludit Ioannem, qui tunc corporaliter sequebatur. *Si enim, inquit, volo manere quid ad te? tu me sequere*.

CAPVT XXII.

Explicantur aliae novem praerogativae ex Actis Apostolorum, & Epistola ad Galatas.

PRIMA praerogativa est Act. 1. ubi Petrus tanquam paterfamilias colligit in vnum caetum discipulorum, & vnum eligendum esse docet in locum Iudae. In quem locum Chrysostronus, *Quam, inquit, agnoscit Petrus commissum sibi gregem? quoniam in hoc oboro princeps est? Oecumenius, surgit, inquit, Petrus non Iacobus, ut is cui praesidentia discipulorum commissa erat. Neque ullus orationi Petri contradixit, sed mox ad eius praecipium constituerunt duos, quos dignissimos eo gradu existimabant, ut vnum eorum Deus ipse designaret*.

Decimatertia est Act. 2. ubi post acceptum Spiritum sanctum Petrus omnium primus promulgat Evangelium, & prima illa concione tria millia hominum convertit, ubi Chrysostronus: *Petrus, inquit, omnium erat os, sed abstabant illi vndecim testimonio suo comprobantes ea, quae ab illo dicebantur*.

DECIMA quarta est Act. 3. ubi primum miraculum in testimonio fidei à Petro fit. Etsi enim Petrus, & Ioannes simul erant, tamen solus Petrus dixit claudo: aurum & argentum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do, &c. Notat pulchre Ambrosius serm. 69. merito Petrum primum miraculum edidisse in pedum confirmatione, vt ostēderet se fundamentum esse totius Ecclesiæ.

DECIMA quinta est Act. 5. ubi Petrus tanquam summus & diuinus iudex agnouit & damnauit hypocritism, & fraudem Ananias & Saphire, & eos verbo suo occidit.

DECIMA sexta est Act. 9. ubi sic legitur: Factum est cum Petrus transiret per omnes. In quem locum Chrysofostomus, Quemadmodum, inquit, dux in exercitu obambulans considerabat quæ pars sit coadunata, quæ ornata, quæ suo aduocato egeat, vide ubique illum circumcursare & primum inueniri.

DECIMA septima est Act. 10. ubi Petrus omnium primus incipit prædicare gentilibus, sicut ipse omnium primus prædicauerat Iudæis. Et soli ipsi visio illa ostensa est, qua monebatur tempus esse prædicandi gentilibus: ubi etiam pulchre dicitur ei, macula, & manduca. Nam capitis est manducare, & per manducationem trahere cibum in stomachum, & illum sibi incorporare. Significatur enim hac metaphora Petro conuenire, vt ipse tanquam caput Ecclesiæ, infidelis conuertat, & efficiat membra Ecclesiæ.

SED obicitur: Nōne Act. 8. Philippus conuerterat Ethnicum hominem Eunuchum videlicet Regiæ Æthiopiæ? & nōne Paulus Act. 9. loquebatur gentilibus, & disputabat cum Græcis? quomodo ergo Petrus dicitur primus prædicasse gentilibus?

RESPONDEO, Eunuchum illum fuisse Profelytum, id est, iam conuersum ad Iudaismum, non autem planè gentilem, vt erat Cornelius. Nam Petrus non mentitur Act. 17. cum indicat se primum prædicasse gentilibus.

DEINDE Act. 17. scribit Lucas eos, qui dispersi fuerant à tribulatione quæ facta est sub Stephano, perambulasse varias regiones euangelizando, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis, vnum autem ex his fuisse Philippum, patet ex Act. 8.

PRATEREA, si Philippus iam prædicauerat homini gentili, & nemo eum reprehēderat, cur postea Petrus dubitat, an sit tēpus prædicandi gentilibus? cur cælesti visione ad hoc animatus? cur hoc audito aliqui ex Iudæis obtulerunt, alij Petrum accusauerunt, vt rem insolitam ausum?

ADDE, quod iste Eunuchus ibat in Hierusalem ad templum, & Isaiam in curru legebat: quæ sunt aperta signa Iudaismi.

DEINDE Hieronymus in epist. ad Saluinam, de Cornelio loquens: Primus, inquit, ab Apostolo baptizatus, salutem gentium dedicauit. Et Chrysofost. hom. 22. in Acta, de Cornelio loquens: Vides, inquit, unde initium sit gentium? à viro pio qui operibus dignus est habitus. Quod si aliquando Patres dicunt, Eunuchum illum, quem baptizauit Philippus, fuisse gentilem, intelligunt, natione non religione.

PER PAULO autem secundum Græcos codices nulla est difficultas. Non enim est in Græco illud: Loquebatur gentibus sed tantum est, loquebatur, & disputabat aduersus Græcos. Græcos autem hic vocat Iudæos in Græcia natos, & Græcè loquentes, vt indicant Chrysofostomus & Oecumenius, nec est verisimile Paulum prædicasse gentilibus in ipsa Hierusalem, & nullum rumorem excitarum ab Hebræis, qui postea tam vehementer in Petrum insurgēbant, quia prædicauerat Cornelio.

QUARTA tamen Latini codices habent, loquebatur gentilibus, & disputabat cum Græcis, dici potest eum loquutum esse, ac disputasse cum gentilibus, non eos ad fidem pertrahendo, sed fidem ab eorum calumniis, defendendo. Itaque ibidem Lucas subiungit non aliquos esse conuersos, sed odium adeo graue in Paulum excita-

tum; vt quæsierint eum interficere. Primus ergo Pater tam Iudæorum, quam gentilium, Petrus fuit.

DECIMOCTAUA est Act. 12. ubi pro Petro in carcere constituto oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia. Vnde etiam insigni miraculo liberatus est. Scimus ante illud tempus Stephanum in periculo fuisse, & postea etiam lapidatum; item Iacobum in eodem carcere constitutum; & postea interfecit: nec tamen legimus ita sine intermissione ab Ecclesia pro illis oratum, vt nunc pro Petri periculo fieri videmus. Quæ potest alia ratio assignari, nisi quia multum interest, vtrum membrum vnum, an caput ipsum periclitetur? Itaque Chrysofostomus in hunc locum: Magni, inquit, amoris indicium, oratio, Patrem omnes quærebant, &c.

DECIMANONA est Act. 15. ubi Petrus in Concilio primus loquitur, & sententiam eius Iacobus, omnēque alij sequuntur, vt Hieronymus docet in epistola ad Augustinum, quæ est 11. inter epistolas Augustini, & Theodoretus in epist. ad Leonem de eadem re, sic loquitur, Paulus, inquit, præco veritatis, tuba sanctissimi spiritus ad magnum Petrum cucurrit, vt iis qui Antiochia de legalibus institutis contendebant, ab ipso adferret solutionem.

VIGESIMA est ad Gal. 1. ubi Paulus dicit: Post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum. In quem locum OECUMENIVS dicit, ascendisse Paulum in Hierusalem, vt videret Petrum, tanquam se maiorem. Chrysofostomus hom. 87. in Ioan. 05. inquit, erat Apostolorum, & princeps, propterea & Paulus cum præter alios visurus ascendit. Ambrosius in cap. 1. ad Galat. Dignum fuit, inquit, vt cuperet videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos, cui delegauerat saluator. curam Ecclesiæ. Hieronymus in Epistola ad Augustinum 89. supra citata: Tanta Petrus auctoritatis fuit, vt Paulus in epistola sua scripserit, deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum.

CAPVT XXIII.

Proponuntur alie prerogatiua ex variis auctoribus. ACTENS eas prerogatiuas recepimus, quæ ex diuinis literis colliguntur: addemus nūc alias octo, quas ex variis auctoribus decerpimus.

IGITUR vigesimaprima prerogatiua est: quod Christus suis manibus solum Petrum baptizauerit. Scribit enim Euodius, Petri successor in Episcopatu Antiocheno, in epistola, quæ inscribitur τὸ πῶς, à Christo ex mulieribus solum virginem matrem suam, ex viris baptizatum solum Petrum; à Petro Andream, Iacobum, & Ioannem, ab iis ceteros. Id quod refertur Euthymius in c. 3. Ioannis, & Nicephorus lib. 2. hist. cap. 3.

VIGESIMASECVNDA est, quod solum Petrus à Christo Episcopus ordinatus fuerit; ceteri autem à Petro Episcopalem consecrationem acceperint. Id quod probat Ioannes de Turrecremata lib. 2. summa de Ecclesia cap. 32. multis rationibus: sed præcipue sunt duæ. Prima est; quoniam vel Dominus nullum ordinauit Episcopum, vel omnes, vel aliquos, vel vnum.

QUOD nullum, non potest dici. Nam si ita esset, nullum haberemus iam Episcopum. Nemo enim potest dare alteri, quod ipse non habet; non ergo potest non Episcopus Episcopum ordinare: si ergo Dominus neminem, ac ne Petrum quidem reliquit ordinatum Episcopum, quis postea ordinauit Petrum & alios?

QUOD autem non omnes Apostoli immediatè à Domino sint ordinati, patet. Nam saltem Paulum, quem ipse de cælo vocauit, & Apostolum fecit, ad Episcopum ordinauit, sed iussit ordinari per manuum impositionem ministrorum Ecclesiæ, vt patet Act. 13. & ex Leone in epist. ad Dioscorum, quæ est 81. in operibus eius, sed in tomis Conciliorum 79. ubi loquens Leo de ordinatione Episcoporum, exemplum hoc Pauli adducit: & ex Chrysofostomo, qui in hunc locum Act. 13. dicit, adeo veram fuisse Pauli ordinationem, vt in ipsa nomen mutauerit.

Statim enim subiungitur, Saulus, qui & Paulus.

PRATEREA, quod Iacobus minor, vnus ex duodecim; fuerit ordinatus Episcopus Hierosolymæ ab Apostolis, & non à Christo immediatè, docet Anacletus in epistola secunda ubi scribit, Episcopum debere ordinari à tribus Episcopis, sicut Iacobum minorem ordinauerunt Episcopum Petrus, Iacobus maior, & Ioannes.

ITEM Clemens Alex. apud Euseb. lib. 2. hist. c. 1. idem tradit; Iacobum scilicet à Petro, Iacobo, & Ioanne ordinatum Episcopum. Idem habet Hieronymus de viris illustribus in Iacobo: Iacobus, inquit, statim post passionem Domini ab Apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatur.

NEQUE dici potest, hunc Iacobum non fuisse Apostolum ex duodecim, repugnat enim Hieronymus in lib. contra Heluidium, & nos lib. 1. de Verbo Dei, c. 18. idem ostendimus ea ratione, quia sequeretur, vnus Apostoli ex duodecim nullam fieri memoriam in Ecclesia.

QUOD autem non aliquos Dominus ordinauerit, alios non ordinauerit, inde satis probatur, quod Apostoli, excepto Petro, essent inter se æquales, & nullus in aliū ius haberet, & omnis potestas eis tradita, cōmuniter omnibus sit tradita, quantum ex Euāgelij colligi potest. Ergo si neque nulli, neque omnes, neque aliquos plures Dominus ordinauit, sequitur solum Petrum ab eo ordinatū.

SECUNDA ratio est, quia passim docent veteres, Romanam Ecclesiā esse matrem omnium Ecclesiarum, & ab ea omnes Episcopos habuisse consecrationem, & dignitatem suam. Quod nō videtur esse verum, nisi in eo sensu, quia Petrus qui Episcopus fuit Romanus, omnes Apostolos, omnēque alios Episcopos, vel per se, vel per alios ordinauit. Alioqui enim cum omnes Apostoli plurimos Episcopos in variis locis constituerint, si Apostoli ipsi non sunt facti Episcopi à Petro, certè maxima pars Episcoporum non deducet originem suam à Petro.

QUID est ergo quod Anacletus epist. 1. dicit: In nouo Testamento post Christum à Petro sacerdotalis caput ordo? Non enim loqui potest de ordine minorum Sacerdotū, id est, Presbyterorum. Nam cōstat Apostolos in vltima cœna simul omnes ordinatos Sacerdotes: loquitur ergo de ordine maiorum Sacerdotum, id est, Episcoporum, qui à Petro non rectè dicitur incepisse, si omnes Apostoli immediatè à Christo ordinati fuerunt Episcopi.

QUID est etiam quod Cyprianus dicit lib. 4. epist. 8. Romanam Ecclesiam esse matricem & radicem totius Catholice Ecclesiæ?

QUID est quod ait Innocentius I. in epist. ad Concilium Carthaginense, quæ est 91. inter epistolas Augustini. A quo, Petro, ipse Episcopatus, & tota auctoritas nominis huius emerit? Item quod in epistola ad Concilium Mileuitanum scribit, quæ est 93. inter epistolas Augustini: Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & Cōepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris ductorem deferre debere?

QUID est quod ait Iulius I. in epist. 1. ad Orientales: Quam culpam incurere non potuissetis, si vnde consecrationis honores accipitis, inde legem totius obseruantia sumeritis, & B. Apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitas, esset Ecclesiastica magistræ rationis?

QUID est denique, quod ait S. Leo serm. 3. de assumptione sua ad Pontif. cum dicit: Si quid cum eo, Petro, cōmune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negauit. Et epist. 89. Huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet?

SED obicitur quidam hoc argumentum: In Apostolatu Episcopatus includitur, alioqui verū non esset, quod Anacletus scribit in epist. 2. Episcopos Apostolis succedere: At Apostolos omnes Christus fecit, non Petrus,

igitur & Episcopos Christus eos ordinauit, non Petrus. QUID quod de Iuda proditore intelligitur illud 1. sal. 107. Episcopatum eius accipiat aliter: vt explicat Petrus Act. 1. at Iudam non ordinauit Petrus: igitur non omnes ordinauit Petrus.

RESPONDEO, in Apostolatu cōtineri Episcopatū, & Episcopos succedere Apostolis, nō quia eo ipso quod aliquis est Apostolus sit Episcopus: (nam Dominus Luc. 6. elegit duodecim discipulos, & Apostolos nominauit, etiam antequam Sacerdotes eos faceret, necdū Episcopos: ad Apostolatum enim propriè pertinet ius prædicandi, cui annexa fuit amplissima iurisdicctio quædam delegata, qualis etiam in non Episcopis esse potest: sed quia omnes Apostoli fuerunt Episcopi, immo etiam primi Episcopi Ecclesiæ, tamen non sunt ordinati.

AD illud de Iuda, respondeo, in Psalmo 108. vocari Episcopatum non id quod nunc propriè vocamus Episcopatum, sed præfecturam quamcunque: est enim in Hebræo פקידא pēkidab, quod visitationem seu præfecturam significat, & credibile est Petrum Hebræicè allegasse hunc Psalimum, & nomen illud præfecturæ ad Apostolatum Iudæ accommodasse.

LVCA S autem hæc referens Græcè, sequutus est LXX. interpretes, qui verterunt, τὸ ἐπισκοπῆς, qua voce LXX. interpretes non potuerunt intelligere nisi præfecturam in genere, cum non esset ipsorum tempore Episcopatus propriè dictus adhuc institutus.

ADDE quod etiam Cicero lib. 7. epist. ad Atticum epist. 11. hoc nomine vitur, cum dicit se à Pompeio totius Campaniæ Episcopum constitutum.

POTEST etiam responderi, Psalimum istum loqui de Episcopatu propriè dicto, non quem Iudas habuit, sed quem erat habiturus, si Dominum non prodidisset.

VIGESIMATERTIA est, quod Petrus primum Hæresiarum, & Principem, ac Patrem omnium hæreticorum, qui postea fuerunt, Simonem videlicet Magum, primus detexit, vt patet Act. 8. & postea dānauit, & planè extinxit. Decuit enim omnino vt princeps, & pater Ecclesiæ principem & patrem omnium hæreticorum superaret. Simonem autem patrem fuisse omnium hæreticorum, scribit Irenæus lib. 1. cap. 20. & initio lib. 3.

QUARTA vero Caluinus in instit. lib. 4. c. 6. §. 15. habet pro absurda fabula contentionem B. Petri cum Simone; adferamus veterum de hac re testimonia. Id enim tradit Egesippus lib. 3. de excidio Hierosolymæ, c. 2. & Clemens lib. 6. constit. Apost. cap. 7. 8. & 9. qui totam historiam fusè explicant.

ITEM Arnobius lib. 2. contra gentes: Ipsam, inquit, apud dominam Romam, in qua ceteri homines sint Numæ regis artibus, atque antiquis superstitionibus occupati, non distulerunt tamen res patrias linquere, & veritati coalescere Christiana. Viderant enim cursum Simonis Magi, & quadrigas igneas Petri ore distillas, nominato Christo enauisse. Viderant, inquam, fidem Diis falsis, & ab eisdem metuentibus proditum, pondere præcipitatum suo, crucibus iacuisse præfractis.

IDEM narrant Damascus in vita Petri, Cyrillus Catechisti 6. Epiphanius hæresi 21. Theodoretus lib. 1. har. fabularum. Ambrosius oratione in Auxentium. Hieronymus in lib. de viris illustribus, in Simone Petro. Sulpitius lib. 2. sacre historię. Gregorius Turonen. lib. 1. hist. c. 25. Eusebius lib. 2. hist. c. 13. Maximus in serm. vlt. de SS. Petro & Paulo; denique Augustinus, cuius hæc verba sunt lib. de hæres. c. 1. In vrbe Roma B. Apostolus Petrus Simonem Magum vera omnipotentis Dei virtute extinxit.

EX quibus intelligimus eundem Augustinum in epist. 86. ad Casulanum, cum ait: Est quidem & hæc opinio plurimorum, quamuis eam falsam esse perhibent plerique Romani, quod Apostolus Petrus cum Simone Mago die Dominico pugnaturus, propter ipsum magna tentationis pericu-

lum, pridie cum eiusdem urbis Ecclesia ieiunauerit, & con- sequuto tam prospero gloriosoque successu, eundem morem tenuerit, cumque imitate sint nonnulla Occidentis Eccle- siae, &c. Non velle dicere, esse opinionem incertam de contentione Petri cum Simone, vt Caluinus putauit, sed de causa ieiunij Sabati.

ET SI enim auctores citati concorditer tradunt, Petrum Romae cum Simone contendisse, eumque super- rasse: tamen nulli tradunt hoc factum esse die Domi- nico, neque pridie esse ieiunatum, neque propterea in- stitutum Sabati ieiunium, de quo in illa epistola dispu- tat Augustinus.

VIGESIMA QUARTA est, quod Romae potissimum Petrus sedem suam diuino iussu collocauerit. Signum enim apertum principatus Petri esse videtur, quod cum Apostoli ab eo in totum orbem mitterentur, Petrus ad ipsum orbis terrarum caput, & vrbium reginam missus sit. Id quod etiam docet Leo serm. 1. de natali sanctorum Petri & Pauli: Nam, inquit, cum duodecim Apostoli, acce- pta per Spiritum sanctum omnium loquutione linguarum, imbuendum Euangelio mundum distribuitis sibi terrarum partibus suscepissent: Beatissimus Petrus princeps Aposto- lici ordinis ad arcem Romani destinatur Imperij, vt lux ve- ritatis, quae in omnium gentium reuelabatur saluem, effica- cius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet: Et Maximus serm. 1. de natali sanctorum Petri & Pauli: Vbi mundus, inquit, caput habebat imperij, ibi regni sui principes collocavit. Sed de hoc plura in sequenti quaestione.

VIGESIMA QUINTA est, quod sub finem vitae Pe- tri, Christus ipse Petro apparere, & roganti: Domine quo vadis? respondere dignatus sit: Venio Romam iterum cru- cifigi. Id Egesippus lib. 3. de excidio Hieros. c. 2. & Ambr. in oratione contra Auxentium testantur. Nocte, inquit Ambros. muro egredi coepit, & videns sibi in porta Christi occurrere, vrbemque ingredi, ait, Domine quid vadis? respon- dit Christus, venio Romam iterum crucifigi. Intellexit Pe- trus ad suam crucem diuinum pertinere responsum.

INDICAT etiam hoc Athanasius, licet obscurius, cum in apologia pro fide sua, de Petro ait. Cum audisset oportere se Romam martyrium subire, non abiicit eam profe- ctionem, sed cum gaudio Romam venit.

DENIQUE idem refert S. Gregorius in explicatio- ne quarti Psalmi penitentialis: Petro, inquit, ait, venio Romam iterum crucifigi, qui enim in seipso iam pridem cru- cifixus fuerat, in Petro iterum se crucifigendum dicebat: Quid autem significare voluit Dominus, cum ait, in Pe- tri crucifixione se iterum crucifigi, nisi Petrum suum esse vicarium, & quod Petro fit, sibi ipsi fieri? sic enim antea Samueli dixerat. 1. Reg. 8. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.

CAPVT XXIV.

Tres vltimae prerogatiuae in medium adferuntur.

VIGESIMA SEXTA prerogatiua est, quod sola illa Ecclesiae semper sint habitae Patriarcha- les, & primae, quas Petrus fundauerat. Siquidem apud veteres tres Ecclesias tantum fuisse proprie Pa- triarchales, & primas, Romanam, Alexandrinam, & An- tiochenam, patet ex Concilio Niceno can. 6. ex Chal- cedonen. Act. 16. ex epist. 3. Anacleti; ex epist. 53. Leonis ad Anatolium, ex ep. Gregorij ad Eulogium, quae est 37. lib. 6. neque id negat Lutherus aut Caluinus.

PORRO Hierosolymitana per annos fere quingentos habita quidem est quarta Patriarchalis, sed nomine, non re; seu honore, no potestate. Nam Patriarcha Alexantri- nus non solum secundo loco sedebat in Conciliis, sed etiam vere praerat omnibus Archiepiscopis & Episco- pis Aegypti & Lybiae: & Antiochenus non solum sedebat tertio loco, sed etiam praerat omnibus Archiepiscopis & Episcopis Orientis: at Hierosolymitanus sedebat quar- to loco, sed nulli Archiepiscopo, vel Episcopo praerat,

A immo subiectus erat Archiepiscopo Caesariensi, qui erat Metropolitanus Palaestinae, & praeterea Patriarchae An- tiocheno, qui, vt diximus, toti Orienti praesidebat

Id ita esse patet ex concilio Niceno can. 7. vbi de- cernitur, vt Episcopus Hierosolymae habeat honorem post Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum, sed tamen nihil propterea detrahat de auctoritate Metro- politani, qui erat Caesariensis.

QVARE B. Hieronymus in epist. ad Pammachium contra Ioannem Episcopum Hierosolymae, sic alloquitur eundem Ioannem: Tu, inquit, qui regulas quatuor Eccle- siasticas & Niceni Concilij canonibus vteris, responde mihi, ad Alexandrinum Episcopum Palaestina quid pertinet? ni fallor hoc ibi decernitur, vt Palaestina Metropolis Caesarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Caesariensem Archiepiscopum referre debeueras, cui spreta communione tua, communicare nos noveras, aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius litera dirigenda. Sed nota cur Caesarem, cur Antiochiam nolueris mittere. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum Metro- politano tuo honorem reddere.

HINC etiam Leo in epist. 62. ad Maximum Antio- chenum. Iuuenalis, inquit, Episcopis ad obtinendum Pala- stinae prouinciae principatum, credidit se posse sufficere, & in- solentes ausus per commentitia scripta firmare, &c. Deni- que neque Anacletus, neque Leo, neque Gregorius su- pra citati vbi Patriarchales sedes enumerant, vllam Hierosolymitanam faciunt mentionem.

HIS accessit postea Patriarchatus Constantinopoli- tanus. Nam tempore Niceni Concilij nondum erat Constantinopolis, nedum Patriarchatus Constantinopoli- tanus. Nam anno XXV. Imperij Constantini, id est, quinto anno post Nicenum Concilium Constantinopoli- polis dedicata est, vt scribit B. Hieronymus in Chroni- co: postea tamen in Concilio primo Constantinopolita- no, ac deinde in Chalcedonenfi conatus est Episcopus Constantinopolitanus non solum Patriarchatum ad- ipisci, sed etiam secundum locum inter Patriarchas obti- nere. Sed no ante Iustiniani tempora id a Romanis Pon- tificibus impetrauit. Tempore autem Iustiniani, id est, post annum Domini D. tum imperatoris opera, tum Po- tificum Romanorum permissione capere Constanti- nopolitanus & Hierosolymitanus Episcopi in numero Patriarcharum haberi, nullo amplius reclamante.

HIS ita constitutis miratur Caluinus instit. lib. 4. c. 6. §. 13. nec immerito, cur tam pauca, & cur isto ordine col- locatae fuerint sedes Patriarchales. Nam si antiquitatem spectes, Hierosolymitana sedes deberet poni primo lo- co, & tamen ponitur quarto, vel potius nullo. Si dignita- tem primi Episcopi consideres, certe post Romanam se- dem deberet esse sedes Ephesina, quam Paulus funda- uit, & Ioannes vsque ad mortem rexit. Hierosolymitana quoque, in qua primus sedit Iacobus Apostolus, & frater Domini, & post eum Simon etiam frater Domini, de- beret praecedere Alexandrinam, in qua sedit Marcus A- postolorum discipulus.

PRATEREA cur Alexandrina praecedat Antioche- nam, cum Antiochena sit antiquior, quam Alexandri- na, & in Antiochena Petrus ipse, in Alexandrina disci- pulus Petri sederit?

QVOD si dicas, vt Caluinus suspicatur instit. lib. 4. c. 7. §. 17. in constituendis Patriarcharum sedibus Conci- lium Nicenum solum habuisse rationem nobilissimarum & regiarum vrbium; repugnabit B. Leo, qui in epist. 54. ad Martianum Augustum, respondens ad argumentum Graecorum, qui asserbant Constantinopolitanam se- dem debere esse Patriarchalem post Romanam, quia erat etiam sedes imperatoria, sic ait: Habeat, inquit, Constanti- nopolitana ciuitas gloriam suam, ac protegente dextera Dei, diuturno clementiae vestrae fruatur imperio, alia tamen

ratio est rerum secularium, alia diuinarum. Nec praeter illam petram quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit vlla constructio.

ET Gelasius in epist. ad Episcopos Dardaniae: Nam quod dicitur, inquit, de regia ciuitate, alia potestas est regni secularis, alia Ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim quaeuis parua ciuitas prerogatiuam praesentis regis non minuit: sic imperialis praesentia mensuram dispensationis religiose non mutat.

DEINDE peremus, cur tantum tres fuerint sedes Patriarchales constitutae, cum multo plures sint vrbes nobiles & regiae: deinde nobilissimae & regiae vrbes semper sunt habitae, vbi erat sedes imperatoris; ac circa tem- pora Niceni Concilij, sedes imperatoria in Oriente, erat Nicomedia, quae est vrbs Bithyniae longe clarissima. In Occidente erat Treuiris, & Mediolani, quarum Treuiris in Gallia Transalpina, & Mediolanum in Cisalpina ce- leberrimae vrbes habebantur.

SICUTIDEM eodem tempore Diocletianus Nico- mediae sedens, inde totum Orientem regebat. Maximia- nus ex Mediolano Italiam, Africam, & Illyricum guber- nabat; Constantius pater Constantini ex Treuiris Gal- lias & Britannias moderabatur.

HINC Gelasius in epist. ad Episcopos Dardaniae: Ri- sumus, inquit, quod prerogatiuam volunt Acacio compara- ri, quod Episcopus fuerit regia ciuitatis: nunquid apud Me- diolanum, apud Rauennam, apud Syrmium, apud Treuiros multis temporibus non constitit imperator? nunquid harum vrbium sacerdotes vltra mensuram sibi antequam de- putatam quidpiam suis dignitatibus usurparunt? Cur ergo non fiebant Patriarchales sedes Nicomediensis, Treuiriensis, Mediolanensis?

ADDE, quod Concilium Nicenum non instituit, vt falso docet Caluinus, sedes Patriarchales, sed confirma- uit tantum. Sic enim habent verba Concilij Niceni in can. 6. Mos antiquus perduret in Aegypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium ha- beat potestatem. Et infra: Similiter autem & apud Antio- chiam, caeterisque prouinciis, honor suus vnicuique seruetur Ecclesiae. Et infra, can. 7. Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, vt Aelia, id est, Hierosolymorum Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem.

VERA igitur & sola causa illius numeri Patriarcha- lium sedium, est dignitas Petri. Solae enim illae Ecclesiae habitae sunt Patriarchales proprie, in quibus Petrus tan- quam Episcopus sedit. Petrus autem Antiochiae & Ro- mae per seipsum sedit, Alexandriae autem sedit vel per se vt Nicephorus testatur lib. 14. c. 3. vel per discipulum suum Marcum, quem eo misit, vt nomine suo fundaret Eccle- siam, vt docet D. Gregorius lib. 6. epist. 37. ad Eulogium Alexandrinum, vbi sic ait: Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum principis sedes in auctoritate conualuit, qua in tribus locis vnus est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere & praesentem vitam finire dignatus est: ipse decorauit sedem, in qua Euangelistam discipulum misit: ipse firmavit sedem, in qua septem annis quamuis discessurus sedit: cum ergo vnus atque vna sit sedes, cui ex auctoritate diuina tres nunc Episcopi praesident, quid ego de vobis boni audio, hoc mihi imputo. Ibidem ait: Ille mihi de Petri cathedra loquutus est, qui super Petri cathedram sedet, &c. Vbi affirmat Episcopum Alexandrinum super cathedram Petri sedere, quia nimirum nomine Petri, Alexandriae Marcus primus Episcopus sedit.

EANDEM rationem reddidit Leo in epist. 53. ad Ana- tolium: Nihil, inquit, Alexandriae sedi eius, quam per S. Marcum Euangelistam B. Petri discipulum meruit, pereat dignitatis Antiochena quoque Ecclesia, in qua primum praedecanti Apostolo Petro Christianum nomen exortum est, in paterna constitutionis ordine perseueret, & in gradu tertio collocata, nunquam fiat inferior.

A ИТѢМ Anacletus ep. 3. Secunda, inquit, sedes apud Alex- andrinam B. Petri nomine a Marco eius discipulo conse- crata est. Tertia autem sedes apud Antiochiam eiusdem B. Petri Apostoli nomine habetur honorabilis. Haec ergo est ratio numeri harum sedium. Ratio autem ordinis est, quia cum omnes tres sint sedes Petri, tamen Romanam per se vsque ad mortem administravit, Alexandriae per Marcum Euangelistam, Antiochenam per Euodium.

SICUT ergo maior est Petrus Apostolus Marco Euangelista, & Marcus Euangelista Euodio, qui neque Apostolus, neque Euangelista fuit, ita quoque Romana Ecclesia Alexandriae, & Alexandriae Antiochenam auctoritate & dignitate superat.

ET quamquam non est negandum, quin Petrus in his sedibus eligendis habuerit etiam rationem magnitudi- nis, & nobilitatis vrbium, vt D. Leo docet in epist. 84. ad Anastasium circa finem: tamen (vt dictum est) propria & immediata causa honoris; & potestatis harum sedium fuit primatus & dignitas Petri.

VIGESIMASEPTIMA est factum cathedrae Petri. Nam quod publice in Ecclesia celebratur dies festus in honorem institutionis Episcopatus Petri, & nihil tale fiat pro sedibus aliorum Apostolorum argumentum est, sedem Petri singulariter praestare omnibus aliis, immo ipsa messe solam & singularem cathedram, ex quo totus mundus doceri debeat, vt Opatatus ait lib. 2. contra Parmenianum: esse autem vetustissimum festum cathedrae B. Petri, facile potest tum ex martyrologio Bedae, tum ex eo sermone cognosci, quem habuit S. Augustinus ad populum, qui est serm. 15. de Sanctis.

VIGESIMOCTAVA prerogatiua est, quod in li- teris formatis antiqui post nomen Patris, & Filij, & Spi- ritus sancti, nomen Apostolorum principis adiungebat. Scribit Atticus Episcopus, vt ad finem Concilij Chalcedonenfis legitur in hunc modum: Ne in faciendis epistolis Canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere praesumeretur, hoc a Patribus tre- centis decem & octo congregatis saluberrime inuentum est, & constitutum, vt formatae epistolae hanc calculationis, seu supputationis habeant rationem, id est, vt assumantur in sup- putationem prima Graeca elementa Patris, & Filij, & Spi- ritus sancti, hoc est, alpha, beta, gamma, quae elementa octogenarium, qua- dringentesimum & primum significant numerum. Petri quoque Apostoli prima litera, id est, alpha, quae numerum LXXX. significat. Eius quoque qui scripsit epistolam, pri- ma litera cui scribitur, secunda litera accipiens, tertiam literam ciuitatis quoque, de qua scribitur, quarta & indictionis, qua- cunque est, temporis idem qui fuit numerus assumatur. At- que ita his omnibus Graecis literis, quae, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam quacunque fuerit collecta summam, epistola teneat. Haec ille.

D MEMINIT formatarum epistolarum Opatatus Mile- uitanus lib. 2. contra Parmenianum his verbis: Cum quo (Siricio) nobis totus orbis commercio formarum in vna communionis societate communicat. Et Concilium Mileui- tanum can. 20. vetat clericis, ne sine formatis literis ad comitatum eant. Vide Burchardum lib. 2. c. 227. Iuonem li. 6. c. 433. & 434. & Sidonium Apollinarem lib. 7. ep. 2. CAPVT XXV.

Testimonij Patrum Graecorum & Latinorum confirma- tur primatus Petri.

SUPEREST, vt adferamus veterum Patrum testimonia pro primatu S. Petri. Est autem ante obseruandum, quod si Patres dixerint Petrum fuisse caput Ecclesiae, aut prima- tum in Apostolos, vel Ecclesiam habuisse, id satis esse debet ad ostendendum ex Patrum sententia id quod volumus, Fatent enim aduersarij per haec duo no- mina caput, & primatus, significari summam in Eccle- sia potestatem.

ITA QUAE Mag-leburgenses Cent. 1. lib. 2. cap. 7. col. 527. dicitur propriam esse notam Antichristi, habere primatum in Ecclesia. Et Caluinus in lib. 4. cap. 7. §. 3. vertit, inquit, quod dicitur Ecclesia vera & pura facies, ista omnia sunt peribis nomina, quibus postea in seculum caput Romana sedes profusa erant inaudita. Loquitur autem de nomine Capitis & primatus. Et ibidem indicat, tempore Hieronymi adhuc durasse veram Ecclesiae faciem.

PRIMVS ergo prodeat ex Graecis Origenes (nam Dionysium, Clementem Romanum, Anaclerum, & similes omittit, quia ab aduersariis non recipiuntur) qui in c. 6. ad Rom. sic ait: Petro, inquit, cum summa rerum de pensandis omnibus traderetur, & super ipsum velut super terram fundaretur Ecclesia, nullius confessionis virtutis aliterius ab eo nisi caritatis exigitur. Eusebius in Chronico anni XLIV. à Christo nato: Petrus, inquit, Apostolus natione Galilaeus, & Christianorum Pontifex primus.

VBI est obtinendum discrimen, quod Eusebius ponit inter Petrum, & aliorum ciuitatum Episcopos. Nam de Petro non dicit, Romanorum Episcopus primus. Sicut ibidem dicit de Iacobo: Ecclesiae Hierosolymorum primus Episcopus ab Apostolis ordinatur Iacobus frater Domini. Et de Euodio: Primus Antiochia Episcopus ordinatur Euodius: nonita de Petro loquitur, sed Christianorum Pontifex primus: nimirum ut intelligeremus, Iacobum vniuersi ciuitatis, Petrum totius orbis Christiani Pontificem fuisse. Idem lib. 2. hist. c. 14. vocat Petrum omnium Apostolorum probatissimum & maximum primorum Principem & Ducem, ac magistrum militiae Dei. Quid autem aliud est esse Ducem militiae Dei, quam esse caput militantis Ecclesiae?

S. BASILIVS ser. de iudicio Dei, de Petro loquens; Ille, inquit, beatus qui ceteris praelatus discipulis fuit, cui claves regni caelestis commissae, &c.

S. GREGORIUS Nazianzenus oratione de moderatione in disputationibus seruanda ostendere volens in omnibus rebus esse debere ordinem, argumentum sumit ab Apostolis, qui etsi omnes magni essent, attamen vnum praepositum habuerunt. Vides, inquit, quemadmodum ex Christi discipulis magnis utique omnibus & excelsis, atque electione dignis, hic petra vocetur. Atque Ecclesia fundamenta fidei sua credit a habeat, ac reliqui discipuli post haberi se tranquillo animo ferant.

S. EPIPHANIUS har. 51. Petrum, inquit, elegit, ut dux esset discipulorum. Et in Ancorato, Hic est, inquit, qui audiuit, Pater agnos meos, cui creditum est omne.

CYRILLVS Hierosolymitanus Catech. 2. Petrum Principem Apostolorum excellentissimum vocat.

CYRILLVS Alexandrinus lib. 12. in Ioannem cap. 64. Vbi princeps, inquit, caputque ceterorum primus exclamat; Tu es Christus Filius Dei viui. Et in thesauro (si D. Thomae credimus in opusculo contra Graecos) Sicut Christus (inquit) accepit à Patre sceptrum Ecclesiae genitum, dux ex Israel egrediens, super omnem principatum & potestatem, super omne quodcumque est, ut ei cuncta curuatur: sic & Petro & eius successoribus plenissime commisit, & nulli alij quam Petro Christus quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit.

S. IOANNES Chrysostr. hom. 11. in Matth. Petrum, inquit, Ecclesiae suae pastorem constituit. Et infra; Deus concedere sibi potest, ut futura Ecclesia tot tantisque fluctibus impetu irumpentibus immobilis maneat, cuius pastor & caput (ecce nomen Capitis Caluino inauditum) homo piscator, atque ignobilis. Et infra: Hieremiam vnguenti Pater hunc vniuerso terrarum orbi Christus praeposuit. Et hom. vlt. in Ioan. aliquoties repetit, Petro statutum, id est, Apostolorum curam demandatam, & orbem totum commissum.

EUTHYMIUS in c. vlt. Ioannis bis repetit, Petrum accepisse praesidentiam super discipulos. Ibid. Si dicas, inquit, quomodo Iacobus sedet Hierosolymis accepit? respondeo

hunc (Petrum) totius orbis magistrum esse constitutum. Vbi docet Euthymius, sicut Iacobus fuit Episcopus Hierosolymorum, ita Petrum fuisse Episcopum totius orbis.

THEOPHYLACTVS in c. 22. Luc. in illud: Confirmate fratres tuos: Plenus, inquit, huius intellectus is est. Quia te habeo ut principem discipulorum postquam negato me flexeris, & ad penitentiam veneris, confirma ceteros, hoc enim decet te, qui post me Ecclesia petra es, & fundamentum. Et infra: Tu Petre conuersus, bonum exemplum penitentiae eris omnibus, qui cum Apostolus fueris, & negaueris, iterum reuerteris primatum omnium, & praesertim orbis. Hic etiam audis nomen Primatus Caluino inauditum.

OECYMENIVS in c. 1. Act. Surgit, inquit, Petrus, non Iacobus, & velut feruentior, & veius is cui discipulorum praesidentia commissae erat.

HVGEO Etherianus siue Heretrianus circa annum Domini M. C. L. X. tempore Emmanuelis imperatoris, scripsit libros de processione Spiritus sancti aduersus Graecos suos: in quo opere lib. 3. c. 17. sic ait: Ex ipsa, inquit, rei euidencia liquido apparet, quod Petrum eiusque successorē Christus principē & caput non modo Latinorum, & Graecorum, Occidentis & Septentrionis vniuersi, verum etiam Armeniorum, Arabum, Iudaeorum, Madianitarum & totius Orientis, & meridiam climatis in perpetuum constituit.

EX Latinis S. Cyprianus in epist. ad Quintum, dicit Petrum noluisse dicere, cum à Paulo reprehenderetur, se habere primatum, & sibi obediendum esse. Quibus verbis indicat eum habuisse primatum, & potuisse aliis omnibus iubere.

AC ne forte dicant aduersarij Petrum esse sententia Cypriani non ideo dixisse se habere primatum, quia falsum dixisset: Audiamus Augustinum exponentem hunc locum Cypriani lib. 2. de Baptismo c. 1. Idem Cyprianus, inquit, in epist. ad Quintum ita loquitur: Nam nec Petrus, quē primum Dominus elegit, & super quem edificauit Ecclesiam suam, cum secū Paulus de circumcisione disceptaret, postmodum vindicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere & obtemperari à nouellis & posteris sibi potius debere, &c. Et paulo post: Ecce, inquit, & commemorat Cyprianus, quod etiam nos in scripturis sanctis didicimus, Apostolum Petrum, in quo primatus Apostolorum, tam excellenti gratia praeminet, &c.

IDEM S. Cyprianus in lib. de vnitae Ecclesiae, siue de simplicitate praetorum (vt supra deduximus) facit Petrum caput, fontem, radicem totius Ecclesiae. Et de eodem dicit in epist. ad Iubaianum: Nos vniuersae Ecclesiae caput, & radicem tenemus. Itaque illa duo nomina Cyprianus libenter usurpat, quae Caluinus inaudita fuisse dixerat in antiqua Ecclesia.

S. MAXIMVS in 3. ser. de Apostolis: Quam ergo, inquit, meriti apud Dominum suum Petrus erat, ut ei post nauiculae parua remigium totius Ecclesiae gubernacula traderetur.

OPTATVS lib. 2. contra Parmenianum: Cathedra, inquit, vna est, & negare non audes, si re Petro primum in vrbe Roma cathedram esse collatam, vbi sederit omnium Apostolorum caput Petrus, inde Cephas appellatus, in quo cathedra vnitae ab omnibus seruetur, nec ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram, aliam collocaret. Ergo cathedra vna est, quae est prima de doribus. In ea scit primus Petrus, succedit Linus, Lino Clemens, &c. Vides nomen Capitis & Petri Cathedram, ac successorum, vnicam totius Ecclesiae cathedram nominari, quae Caluino erant profus inaudita.

S. AMBROSIVS in caput vltimum Lucae vocat Petrum Vicarium amoris Christi erga nos, & eum dicit omnibus praetorem. Et in caput 12. epistolae secundae ad Corinthios: Primatum, inquit, non accepit Andreas, sed Petrus. Ecce iterum nomen Caluino inauditum. Idem in caput 1. ad Gal. dicit Petro curam Ecclesiarum à

Domino

Domino demandatam. Denique serm. 11. Hanc, inquit, solam Ecclesiae nauem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus, dicente Domino: Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Quae nauis in altum seculi istius ita natat, ut peruenit mundo, omnes quos suscepit seruet illos, cuius figuram iam in veteri vidimus Testamento. Sicut enim Noe arca, naufragante mundo, cum quos suscepit, incolumes reseruaui, ita & Petri Ecclesia conflagrante seculo, omnes quos amplectitur, representabit illos: & sicut tunc transiit diluuium ad arcam Noe columba signum pacis detulit, ita & transiit iudicio ad Ecclesiam Petri Christus gaudium pacis referet.

B. HIERONYMVS lib. 1. in Iouinianum: Inter duodecim vnus eligitur, ut Capite constituto sibi sibi tolleretur occasio. Sed cur non Ioannes electus est virgo? etati delatum est, quia Petrus senior erat, ne adhuc adulescens ac penē puer progressus aetatis hominibus praeseretur. Hic etiam audis nomen capitis Caluino inauditum.

B. AVGVSTINVS passim dicit Petrum habuisse primatum, ac praetorem lib. 2. c. 1. de Baptismo, vt iam ante citauimus, vbi etiam addit: Puto, inquit, quod sine vlla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyris gloriam. Ceterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum Apostolatus principatum cuiuslibet Episcopati praeserendum? sed est distat cathedrarum gratia, vna est tamen martyrum gloria.

OBSERVANDVM hoc loco est, multum omnino, ex sententia Augustini, Petri cathedra praestare particularium Episcoporum cathedris: cum veritus sit, ne contumeliam Petro videretur facere, si cum eo compararet Cyprianum, qui tamen non solum Episcopus, sed etiam primas erat totius Africae.

NOTANDVM quoque, putasse Augustinum posse comparari martyrii Cypriani cum martyrio Petri, licet Petri esset multo nobilior, quia in eodem genere sunt martyrum omnium palmae: at Cypriani sedem non posse conferri cum sede Petri, quia non solum sedes Petri est nobilior sede Cypriani, sed est quodammodo in alio genere: nam differunt, vt totum & pars. Non solum enim Petrus erat Episcopus Romae, vt Cyprianus Carthaginis, sed etiam erat Petrus pontifex orbis terrae totius, cum tantum partem vnus esset pontifex Cyprianus.

IDEM Augustinus de penitentia Petri loquens, ser. 124. de temp. Totius, inquit, corporis morbum in ipso capite curat Ecclesiae, in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem, &c.

AVCTOR quaestionum veteris & noui Testamenti, quae sunt in I. V. tomo operum Augustini, q. 75. Sicut, inquit, in saluatore erant omnes causae magistrorum, ita & post saluatorem in Petro omnes continentur. Ipsum enim constituit caput eorum, vt pastor esset gregis Domini. Et infra: Manifestum est, inquit, in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro pro omnibus rogasse dignoscitur. Semper enim in praeposito populus aut corrigitur, aut laudatur.

SANCTVS Leo passim haec docet, praesertim serm. de assumptione sua ad Pontificatum: De toto mundo, inquit, vnus eligitur Petrus, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cum illisque Ecclesiae Patribus praeposatur, vt quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Et in Epist. 84. ad Anastasium in fine: Magna, inquit, dispositione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouincis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: Et vnus quidam in maioribus vrbibus constituti sollicitudinem susceperent Ecclesiae cura confluere, & nihil vnquam à suo capite discederet. Ecce habes hic quoque nomen capitis, & curam vniuersalis Ecclesiae.

SANCTVS Prosper libro de ingratis: Sedes Roma Petri quae Pastoralis honoris Facta caput mundo, quidquid non possidet armis, Religione tenet, &c.

ARATOR in cap. 1. Actor. de Petro sic ait: cui tradidit agnus Quas passus saluauit oues, totumque per orbem Hoc auget pastore gregem, quod munere summus Surgit, &c.

D. GREGORIUS lib. 4. epist. 32. ad Mauritium: Cum illis, inquit, Euangelium scientibus liquet quod beatissimo, & omnium Apostolorum principi Petro, Dominica voce totius Ecclesiae cura commissae est. Et infra: Ecce, inquit, claves regni caelestis accepit, potestas ei ligandi atque soluendi tributur, cura ei totius Ecclesiae & principatus tributur.

BEDA homil. in vigilia sancti Andree, in illud, Intruitus eum, &c. Ioan. 1. Vidit, inquit, cordis eius simplicitate, vidit animi sublimitatem, cuius merito cum esset praeserendus Ecclesiae. Et hom. in festo Petri & Pauli: Ideo, inquit, beatus Petrus, qui Christum vera fide confessus, vero est amore sequutus, specialiter claves regni caelorum, & principatum iudicialia potestatis accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quia quicumque ab vnitae fidei, vel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec tanquam posse regni caelestis ingredi.

SANCTVS Bernardus in epist. 137. ad Eugenium: Locus, in quo stas, terra sancta est, locus Petri est, locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius, locus illius est quem constituit Dominus dominum domus suae, & principem omnis possessionis suae. Et lib. 2. de considerat. ait de Petro, Instar Domini grauiens supra mare, vnicum se Christi Vicarium designauit, qui non vni populo, sed cunctis praesse deberet, siquidem aquae multa, populi multi.

HIS XXI. Patrum testimoniis quasi vocibus XXIV. Seniorum de Apocal. aperte ostenditur consensum veteris Ecclesiae, tam Graecae, quam Latinae, ad quae nihil omnino responderi potest, nisi quod Lutherus & Caluinus de Leone dicunt, eos humana passos, ac deceptos esse.

SEDI sita est, cur nemo vnquam eos reprehendit: Certè Epiphanius, Theodoretus, Augustinus, Damascenus, indicem haereticorum texerunt, & in eo etiam Origenem posuerunt. At cur quae, in erroribus Origenis illum non annotatur, quod dixerit, Petro summam rerum de pascentis ouibus à Christo traditam: Cur Cyprianum, Ambrosium, Chrysostrum, Optatum, Leonem, & alios, inter haereticos non numerarunt, cum tam clarè docuerint, habuisse Petrum primatum, & fuisse caput Ecclesiae, & totum orbem terrarum illi commissum? Certè tantum errorè, qui Antichristo, vt ipsi dicunt, tam aperte fauet, omnium scriptorum calamis, cōfodi oportebat.

QUARE cū vno ore veteres clament, Apostolo Petro primatum Ecclesiasticum à Christo esse delatum, cum idem tot insignes Petri praerogatiuae testentur; cum in sacris diuinisque literis hunc ipsum primatum tam liberaliter promissum, quam fideliter datum esse videamus: nimis profectò pertinaces erimus, si aduersus tam claram veritatis lucem oculos clauerimus.

CAPVT XXVI. Diluuntur argumentum ex comparatione Petri cum Iacobo.

ARGUMENTA, quae aduersus primatum Petri fieri solent, maxima ex parte soluta sunt in explicatione duorum locorum Scripturae, Matth. 16. & Ioan. vlt. vbi de petra, de clauibus, & de ouibus disserimus. Tria tamen supersunt, Vnum ex comparatione Petri cum Iacobo: alterum ex collatione eiusdem cum Paulo: postremo ex horrendis foedisque lapsibus Petri, quos diuino consilio Spiritus sanctus literis mandari voluit, ne nimis multum à Petro Apostolo tribueremus.

Ac

A c primum quidem argumentum Lutheri est, in libro de potestate Papæ, ubi Iacobum maiorem Petro fuisse, his rationibus probat. Primum Christus fuit Episcopus Hierosolymæ, non Romæ, & Apostoli eius Presbyteri fuerunt. Igitur Iacobus, qui post Christi passionem Episcopatu Hierosolymæ sortitus est, Christo succedit, vel certe Vicarius eius est, non Petrus. Deinde Hierusalem est mater omnium Ecclesiarum; nam de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem, Isaiæ secundo. Igitur Iacobus omnium Ecclesiarum pater est, non Petrus. Præterea, Nicænum Concilium canone septimo, Episcopo Hierosolymæ primatum tribuit: idque ex antiqua consuetudine, & traditione confirmat.

Possimus addere duo gravissima testimonia. Vnum Clementis, qui lib. 6. dispositionum, apud Eusebium lib. 2. historiarum, cap. 1. sic ait: *Petrus, Iacobus, & Ioannes post assumptionem Salvatoris, quamvis ab ipso fuerint omnibus penè prelati, tamen non sibi vindicabant primatus gloriam, sed Iacobum, qui dicebatur Iustus, Apostolorum Episcopum statuunt.*

Hic respexit Lutherus libro de potestate Papæ, cum ait, Petrum, Iacobum, & Ioannem, primatus suos reiecit, & in Iacobum minorem eos contulisse.

Alterum est Chryostomi, qui homil. 3. in acta: *Vide, inquit, Iacobi modestiã. Is acceperat Hierosolymis Episcopi munus, & tamen hic nihil loquitur. Considera autem & aliorum discipulorum singularem modestiã, quo pacto concedunt ei solium, nec amplius ambigunt disceptantes inter se.*

Respondere ad primum argumentum, Christum non fuisse Episcopum vilius particularis vrbis, sed fuisse, & esse Pontificem non solius Hierosolymæ, sed totius Ecclesiæ: neque vilius ei succedere, cum semper viuat. Porro Vicarium suum generalem magis decessisse, ut alibi, quam Hierosolymis constitueret, quoniam sicut mutabatur per Christi aduentum lex & sacerdotium, ita etiam decuit, ut locus mutaretur summi Sacerdotis, & fierent verè omnia noua. Atque idè fortasse templum & Hierusalem breui euerla, & incensa post ascensionem Domini fuerunt.

Ad alteram rationem dico, Hierosolymorum Ecclesiam esse matrem omnium Ecclesiarum antiquitate, & multis priuilegiis insignem, ob Domini & Apostolorum presentiam, quam longo tempore habuit, & præcipue ob mysteria redemptionis nostræ eo loco perfecta & consummata, sed nihil hoc tamen præiudicare Petri primatui. Nam quemadmodum Ecclesiæ Hierosolymorum Iacobus fuit pastor & Episcopus, ita Petrus fuit pastor & Episcopus totius Ecclesiæ, ac proinde etiã Hierosolymæ, quæ vniuersalis Ecclesiæ portio quædam est. Ita solunt hoc argumentum Chryostomus & Euthymius in com. vlt. cap. Ioannis, quibus accedit Bernardus lib. 2. de conside. vbi ait: *Iacobus vna Hierosolyma contentus, vniuersitatem Petro cedit.*

Ad tertiam rationem respondeo, Lutherum non bene legisse Nicænum Concilium. Nam, ut supra demonstrauimus, in Nicæno Concilio datur Episcopo Hierosolymæ quartus locus inter Patriarchas, quantum ad honorariam quandam sessionem, nullus autem locus quantum ad veram iurisdictionem. Subiicitur enim, ut simplex Episcopus Episcopo Cæsariensi totius Palæstinæ Metropolitanus.

Ad testimonium Eusebij respondeo, locum Eusebij sine dubio esse corruptum. Nam et si in Basiliensi codice versionis Rufini, habeantur verba, quæ supra citauimus, tamen in codice Colonienfi, ab homine Catholico verso & edito, nõ habetur nomen primatus, & pro illis verbis: *Apostolorum Episcopum, habetur, Hierosolymorum Episcopum.*

Quæ lectio cohæret in primis cum Nicephoro, ita huc locum allegante, lib. 2. c. 3. necnon cum eiusdem Eusebij sententia, qui in codic. lib. 2. c. 14. hist. dicit, Petrum fuisse

Apostolorum maximum, & primorum principem.

С О Н Я Р Е Т deinde cum Græco codice, tam Vaticanæ Bibliothecæ, quam etiã Parisiensis nuper edito. Sic enim habetur in vtroque: *Πέτρον γὰρ φησὶ καὶ Ἰακώβου ἢ Ἰωάννου μετὰ τὸ ἀνάσσειν τὸ σωτῆρος ὡς ἐν καὶ τῶν ἑωυτοῦ περιμυθῶν, καὶ ἐπὶ μακάριος ὄνομα, καὶ Ἰακώβου τὸν ἀρχιεπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἐλέγει.*

CLEMENS ergo Alexandrinus apud Eusebium non ait, Petrum, Iacobum, & Ioannem detulisse primatum Ecclesiæ vniuersæ Iacobo minori, & eum Episcopum Apostolorum constituisse, quod absurdissimum est: sed tantum ait, eos Apostolos præcipuos non quæsiuisse gloriã propriam, & idè non sibi assumpsisse Episcopatum omnium eo tempore nobilissimum, sed eum Iacobo minori detulisse. Et si enim Episcopatus vnius vrbis non derogat primatui, tamen non parua gloria erat fieri Episcopum Hierosolymæ eo tempore, quo nullus erat ex particularibus Episcopatibus illo nobilior.

Ad locum Chryostomi dico, loqui Chryostomum de solo particularis Episcopatus, cum ait: *Apostolos concessisse Iacobo solium.* Nam quod absolute Chryostomus Petrum Iacobo anteposuerit, ex plurimis eius locis manifestum est. Nam in Ioannem homilia vltima, in illud, *Sequere me: Quibus verbis, inquit, iterum curam, & familiarum in eum affectum ostendit. Quod si quis percontaretur quomodo Iacobus sedem Hierosolymis acceperit? Responderem, hunc Petrum totius orbis Magistrum constituisse.*

Idem Chryostomus homil. 3. in Acta, post ea verba, quæ nobis obiciuntur, subiungit de Petro: *Meritò, inquit, primus omnium auctoritatem vsurpat in negotio, ut qui omnes habeat in manu. Ad hunc enim dixit Christus: Et tu aliquid quando conuersus, confirma fratres tuos.*

CAPVT XXVII.

De comparatione Petri cum Paulo.

ALTERVM argumentum sumitur ab eo, quod Paulus per antonomasiam vocatur Apostolus; inde enim sequi videtur, ut ipse potius, quam Petrus princeps Apostolorum sit. Accedit quod in antiquis sigillis, quibus diplomata Summi Pontificis obsignantur, inueniuntur imagines Petri & Pauli, sed huius à dexteris, illius à sinistris. Quod etiam obseruauit diuus Thomas in epistola ad Galatas, lectione prima, & Petrus Damianus in tractatu de hac ipsa re.

RESPONDEO Paulum vocari Apostolum per antonomasiam, nõ quia fuerit maior Petro potestate vel auctoritate, sed duabus aliis de causis, quæ nihil detrahunt de primatu Petri. Vna fuit, quia plura scripsit, & doctior ac sapietior fuit cæteris. Tunc enim ferè vocamus eum Apostolum per antonomasiam, quado scripta eius citamus. Altera fuit, quia ad Apostolum propriè, ut Apostolum, pertinet, plantare fidem. Paulus autem pluribus in locis plantauit fidem, quam vllus alius. Nam cæteri Apostoli missi sunt ad certas provincias, Paulus ad omnes Gentes, sine certâ provincia: determinatione. Et ipse de se ait: *Plus omnibus laboraui, 1. Cor. 15.*

TESTATUR quoque Hieronymus in c. 5. Amos. in illa verba: *Qui vocat aquas maris, & effudit eas super faciem terræ, Paulum non solum plantasse fidem Christi per totum eum longissimū tractum, qui est ab Hierusalem vsque ad Illyricum, ut etiam ipse Paulus ait Rom. 15. sed etiam à mari rubro vsque ad Oceanum per totum ferè orbem, ut prius eum terra defecerit, quam studium prædicandi.*

ITAQVE in eo quod est propriū Apostoli, Paulus excelluit: & sicut Petrus dicitur princeps Apostolorum, quia institutus est caput & pastor ouium: ita etiam Paulus dici potest princeps Apostolorum, quia munus Apostolicum excellentissimè adimpleuit. Quomodo Virgilius dicitur princeps Poëtarum, & Cicero princeps Oratorum.

VTAMQVE rationem sanctus Augustinus paucis sumis verbis complexus est, lib. 4. ad Bonifacium, cap. 3.

Apollo

Apostolus, inquit, cum dicitur si non exprimitur quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus, quia pluribus est epistolis notior, & plus omnibus illis laboraui.

Quod autem obicitur de imaginibus Petri & Pauli, quæ ita disponi solent, ut Paulus ad dexteram Petri conspiciatur, multis modis solui potest. Primum enim, tamen si satis constat, Petrum Paulo auctoritate maiorem fuisse, ut supra docuimus testimonio Cypriani in epistola ad Quintum; Augustini epist. 19. ad Hieronymum; Hieronymi epistola 89. ad Augustinum; Gregorij homil. 18. in Ezechielem, Theodoret in epistola ad Leonem, & Occumenij in primam caput ad Galatas.

TAMEN etiam constaret, Paulum Petro omnibus nominibus anteposendum esse, nihil id Romanis Pontificibus officeret, aut ipsi etiam Petri summo pontificari.

NON quidem Pontificibus Romanis, quoniam ipsi tam Petrum, quam Paulum prædecesores & parentem agnoscunt. Siquidem vterque; Apostolus Romanam Ecclesiam fundauit, & gubernauit, ut præter alios testatur Irenæus lib. 3. cap. 3. & in vrbe Roma vterque per martyrium vitam finiuit. Itaque omnis Pauli gloria ad Romanos Pontifices pertinet.

NIHIL etiam Petri pontificati officeret summa dignitas & auctoritas Pauli: quoniam extraordinaria erat, quanta quanta tandem esset.

QUARE, quemadmodum in populo Iudeorum maior erat Moses Aaron, & nihilominus tamen Aaron verè ac propriè summus Pontifex fuit, & non Moyses, sed Aaronis posterius in summa illa dignitate patri successerunt, quoniam potestas Moysi extraordinaria, Aaronis ordinaria erat: ita quoque si admitteremus, extraordinarium priuilegio Paulum Petro maiorem fuisse, non propterea negaremus Petrum ordinariū, ac summum Ecclesiæ Pontificem fuisse.

DEINDE potest etiam responderi, non esse hoc perpetuum, ut in antiquis imaginibus Paulus dexteram partem occupet. Siquidem in iis, quæ Romæ nunc exstant, ut in quibusdam Paulus cernitur ad dexteram, ita in aliis non paucioribus cernitur ad sinistram: & sicut in diplomatis Paulus obtinet dexteram, ita in numismatibus obtinet sinistram.

ET fortasse consulo id veteres obseruauerunt, ut ex duobus summis Apostolis modò vnum modò alterum anteposuerunt. Nimirum ut eò modo significarent, hos Apostolos vel pares esse inter se, vel certè ignorari, vter alteri præstet. Nam et si Petrus maior est potestate, Paulus maior est sapietia: ut eleganter monet sanctus Maximus, sermone vlti. de sanctis Petro & Paulo, vbi Petro clauè potentia, Paulo clauem sapientia datam esse dicit.

HINC sanctus Leo sermone primo, de natali Apostolorum: *Hos, inquit, gratia Dei in tantum apicem inter omnia Ecclesiæ membra prouexit, ut eos in corpore, cui caput est Christus, quasi geminum constitueret lumen oculorum: de quorum meritis atque virtutibus nihil diuersum, nihil debemus sentire discretum, quia illos & electio pares, & labor similes, & finis fecit æquales.*

ET sanctus Maximus loco notato: *Ergo, inquit, beati Petrus & Paulus eminent vter vniuersos, & peculiari quadam prærogativa præcellunt: verum inter ipsos quis cui præponatur, incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione.*

ET sanctus Gregorius lib. 1. Dialog. capite vltimo: *Paulus, inquit, Apostolus Petro Apostolorum primo in principatu Apostolico frater est.*

TERTIA quoque responsio adhiberi potest. Nam vt annotauit Antonius Nebrissensis in annotatione ad quingenta Scripturæ loca, eum duo simul incedebant, olim id obseruabatur, ut senior & honoratior ad laeuam esset: iunior autem latus ei dexterum clauderet, & non nihil præcederet in signum obsequij. Inde enim dicti sunt la-

terones, & per contractionem, latrones, qui dextrum latus nobiliorum hominū defensionis causa tegebant.

Id ille probat multis argumentis, sed præcipue testimonio duorum illustrium Poëtarum. Nam Ouid. lib. 5. Fastorum, de sene ait:

Et medius iuuenum, non indignantibus illis, Ibat, & interior si comes vnus erat.

PORRO interiorum dici eum, qui ad partem læuam est, ex Virgilio discimus, qui lib. 5. Aeneidos ait de Cloantho, qui ad sinistram partem Gyæ nauigabat.

Ne inter nauemque Gyæ scopulisque sonantes Radit iter læuam interior, subitūque priorem Præterit.

ADDERE possumus Eusebij testimonium, qui lib. 1. de vita Constantini scribit, se vidisse in Palæstina Constantinum adolescentem obeuntem provinciam cum seniore Augusto, semperque ad dexteram eius incedentem. Neque dubium esse potest, quin Constantinus adolescens, ac penè priuatus in loco minus honorato esset, quam senior Augustus.

NEQUE his repugnat quod Ambrosius in serm. de Pentecoste, qui est 61. & Hieronymus in commentario primi capitis ad Ephesios dicunt, sedere ad partem dexteram esse maioris honoris signum. Nam absolute dextera honoratior est, & præsertim in sedibus recto ordine collocatis. Ut si ad parietem ponantur duæ sedes, & vna alteram non tegat, dubium esse non potest, quin dextera debeat præstantiori: tamen alia ratio est de interfectu, & quando vnus alterius latus corpore suo tegit.

IAM igitur credibile est initio cæpisse depingi Paulum ad dexteram Petri, ut iuniorum & minorem, nam idcirco in diplomatibus pontificiis ita Paulus ad Petri dexteram collocatur, ut eum præcedat, & ferè totum tegat, quod est argumentum obsequij in Paulo, & dignitatis in Petro.

Quod autem postea cæperit pingi ad dexteram, etiam cum Petrum non regit, vel cum Christus, aut beata Virgo medium locum tenent: ex imperitia factum videretur, nimirum viderant alicubi Paulum depictum ad dexteram, nec aduerterant, sic eum esse ad dexteram, ut Petrum tegeter, existimarunt ob honorem Pauli id fieri, ac propterea, in sedibus quoque, vel cum inter se multum distarent, dexteram partem Paulo tribuerunt.

CÆTERVM ob Pauli honorem id à veteribus factum esse; vel inde probari potest, quod in omnibus aliis rebus semper Petrus Paulo antepositus. Si nominandi sunt, Petrus præcedit, si in precibus inuocandi, præcedit Petrus; si festi dies in eorum honorem celebrandi, prior est Petrus. Cur igitur in imaginibus ordo iste alioqui perpetuus mutaretur?

DEINQUE, si hæc aliquibus non probantur; admitti potest honoris gratia Paulum à dextris Petri in signis & imaginibus collocari: cuius honoris causæ tres potissimum esse videntur. Prima, quoniam plus ipse videtur Ecclesiæ profuisse, quam Petrus; plures enim in Gentibus ad Christi fidem adduxit; plures provincias summo cum labore peragravit; plura scripta, eaque vtilissima nobis reliquit.

ECCLESIA verò in colenda Sanctorum memoria, non tam respicit gradum honoris, quem habuerunt in terris, quam vtilitatis, quam posteris attulerunt. Cum enim gratitudinis causa eos honoret, illis maiorem cultum defert, quibus plus debet. Certè Stephanus & Laurentius Diaconi tantum erant, quorum ille S. Iacobo Episcopo & Apostolo, iste S. Sixto summo Pontifici ministravit, & tamen Ecclesia magis honorat Stephanum, quam Iacobum, & Laurentium, quam Sixtum: quia clarissima horum Diaconorum martyria toti Ecclesiæ mirabiliter præluserunt.

PARI ratione S. Hieronymus & S. Thomas Aquinas

simplices Presbyteri fuerunt; Antonius, Benedictus, Franciscus, ne Presbyteri quidem: & tamen ab Ecclesia, quod ad cultum attinet, multis sanctis Episcopis & Martyribus, & Summis etiam Pontificibus præponuntur, quoniam illi scriptis libris, isti ordinum religiosorum institutione plurimum Ecclesiæ profuerunt.

A **L**TERA ratio est, quia Paulus, Doctor Gentium præcipue fuit, Petrus Iudæorum: ut igitur significaret Ecclesia, Gentiles Iudæis tandem antepositos esse, ab eo qui dixit: *Maiores serviet minori*, Paulum anteposuit Petro.

TERTIA ratio esse potest, quoniam Petrus à Christo vocatus fuit, adhuc mortali & quodammodo in finitrici constituto; Paulus autem de caelo vocatus est à Christo immortalis, & regnante, ac sedente à dextris Patris. Atque hanc ratione attingunt etiam Petrus Damianus in epistola ad Desiderium, quam de hac ipsa questione scripsit: Innocentius III. in sermone de Evangelistis: & sanctus Thomas lectione prima in epistolam ad Galatas.

ADDIT Petrus Damianus & quartam rationem, quia videlicet Paulus de tribu Benjamin erat, & in ipso Benjamin demonstratus, ac typicè expressus in Scripturis. porro Benjamin est postremus erat inter fratres suos; tamen & à patre filius dexterè est appellatus, & à Ioseph omnibus fratribus antepositus. Vide in Genes. ca. 35. & 42.

C A P V T XXVIII.

Refellitur obiectio ex quindecim peccatis sancti Petri, à Magdeburgensibus concinnata.

RECVMENTUM postremum sumitur ab horrendis lapsibus sancti Petri, quos Magdeburgenses enumerant Cent. 1. lib. 2. cap. 10. col. 558. 559. 560. atque eos dicunt non sine consilio Spiritus sancti memoria traditos, ne Petro nimirum tribueretur, id quod posterioribus seculis futurum esse Deus prævidit.

PRIMUM lapsum esse volunt, quod Matthæi 14. Petrus ex curiositate, ut ipsi dicunt, petierit à Domino, ut euocaretur in mare, ideoque postea punitus sit, & in maiora incidere peccata, nempe in dubitationem.

RESPONDEO, nullum in hac re Petri esse peccatum, sed contra potius, singularem fidem. Nam si peccasset Petrus petendo, ut euocaretur in mare, non obtinisset quod petiit. Non enim miracula Dei cooperantur peccatis nostris.

QUARTUM Maximum serm. 1. de natali Apost. *Hic est, inquit, Petrus quem Christi esse confidensissimum, subiecta vestigiis eius maria probaverunt. Nam à domino suo novos sibi dari in su. Tibus gressus, ut fidelis poposcit, & ut dilectus emeruit: Qui ob id solum trepidasse visus est, ut fragilitas humana cognoscere, quanta esset inter dominum servumque distans. Et infra: Verè beata Petri, & dum trepidat, mirabilis fides, quem nec perurgens periculi potuit turbare formido. Clamando enim dum mergitur, Domine libera me, de se diffusus est, non de Domino dubitavit. ne quis ergo timorem hunc gloriosissimi Petri ducat in vitium, &c.*

SECUNDO ponunt quod Matthæi 16. Petrus dixerit Christo: *Assit à te Domine, non erit tibi hoc.* Quibus verbis factum inquit Magdeburgenses, & horrendum lapsum commisit. Et infra: *Hic verbis horrendus lapsus describitur, quo quidem æternam meruisset damnationem, nisi ex ingenti misericordia esset retractus. Nec dubium est, quin serid tantum peccatum fuerit deprecatus.*

RESPONDEO, longè aliter hoc factum diuus Hieronymus æstimavit. Nam in cap. 14. Matth. *In omnibus locis, inquit, ardentissima fidei invenitur Petrus. Interrogatis discipulis, quem homines dicerent, Iesum. Dui Iesum conseruetur, volentem ad passionem pergere, prohibet, & licet erraret in sensu, tamen non errat in affectu. Et in cap. 16. Mibi, inquit, hic error Apostolicus, & de pietatis affectu veniens, nunquam incontinentium Diaboli videtur.*

TERTIO ponunt quod ait Petrus Matth. 17. *Domine, bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacu-*

la, &c. Peccabat, inquit, Petrus, quod extra verbum Dei memoriam istius rei cultumque cogitaret instituire, immò & voce Patris celestis ista superstitio Petri castigatur.

RESPONDEO, quod Petrus nullo modo peccaverit, patet ex Marc. cap. 9. qui ait: *Nesciebat quid diceret: errant enim timore exterriti.* Itaque Petrus raptus erat quodammodo extrase, cum ea dixit: & licet in tali excessu mentis errare potuerit, certè peccare nullo modo potuit. Immo docet Chrysostomus in hunc locum, ex maximo sermone Petri hæc verba procedere: *Vides, inquit, quanto Christi sermone incendebatur. non enim quærere debes, quàm prudenter hortabatur, sed quàm fervens charitate Christi, quàmque inflammatus esset.*

MIRUM est præterea, vnde novum cultum in memoriam transfigurationis, & superstitionem olfecerint Magdeburgenses, cum Petrus clarè dicat: *Bonum est nos hic esse, & proinde tabernacula non in memoriam rei præteritæ, sed ad præsentem habitationem cum Christo glorioso erigere voluerit.* Vnde Leo in serm. de transfiguratione, dicit, bonum fuisse, quod Petrus petebat, sed minus ordinatum, quia nondum tempus erat adipiscendæ gloriæ illius. Nec tamen peccavit in petenda gloria ante tempus, quia nesciebat quid diceret.

QUARTUM lapsum in eo ponunt, quod Petrus vna fuerit, & fortè non postremus ex numero illorum, qui agitabant quæstionem, quis eorum futurus esset maximus, quam inscitiam & ambitionem Christi grati oratione retundere cogitur, Matth. 18.

AT Scriptura nusquam dicit, in eo numero fuisse Petrum. Patres autem in c. 18. Matthæi, Origenes, Chrysostomus, Hieronymus, & alij discere docent, non Petrum, sed alios discipulos eam quæstionem movisse, quia suspicabantur Petrum omnibus anteponendum, & hoc ipsum ex Euangelio colligitur. Nam cū dixisset Matthæus cap. 17. extremo Petrum esse missum ad mare: subiungit initio cap. 18. *In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est? Quibus verbis indicat, absente Petro quæstionem illam fuisse motam. Siquidem in illa hora qua Petrus ad mare amandatus fuerat, discipuli ceteri Dominum adierunt.*

QUINTUM lapsum esse volunt, quod Matth. 18. Petrus restringere voluerit remissionem peccatorum ad numerum septenarium, dicens, *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam eis usque septies?*

NUNC sunt pueriles. nec enim Petrus restringere voluit, sed interrogat præceptorem suum.

SEXTUM lapsum in eo constituunt, quod Matth. 19. Petrus eruperit in illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia: quid ergo erit nobis? Vbi videtur somniasse carnalia quadam præmia, & arroganter etiam loquutus.*

SED audi Chrysostomi comment. *Non ambitione, inquit, aut inani gloria, verum ut pauperum plebem introducat, hæc dicit. Ipse quoque Dominus non Petrum arguit tanquam peccantem, sed ei maxima præmia pollicetur.*

SEPTIMUM lapsum numerant, quod Petrus Ioan. 13. dixerit: *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Petrus, inquit, inscitia quadam & prava devotione negat se admitturum, ut Christus sibi pedes lavet.

RESPONDEO, longè aliter sancti Patres de actis Petri iudicant. Augustinus in hunc locum dicit, Petrum id fecisse recusando, quod quilibet alius Apostolorum fecisset. Chrysostomus in hunc locum: *Nò parvi, inquit, amoris & reverentie argumentum fuit. Et infra: Ob nimiam, inquit, dilectione ita loquutus est. Itè: In recusando vehementer Petrus, & impermittendo, vehementior, verumque ex amore.*

BASILIUM in serm. de iudicio Dei, qui moralibus præponitur, de hac re loquens. *Nullus, inquit, peccati, nullius contemptus, significationem dedit, verum potius excellenti erga Dominum honore usus est, & convenientem seruo, ac discipulo reverentiam ostendit.*

CYRILLVS lib. 9. cap. 4. in Ioan. Iure, inquit, tante rei pondus fidelis discipulus perimuit, & salta sibi vsus reverentiæ factu recusavit.

OCTAVUM lapsum esse volunt, quod Petrus dixerit: *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Matthæi 26. videtur enim mendacij arguere voluisse Dominum, qui cum negaturum esse prædixerat.

SED audi Hieronymum, in hunc locum: *Non est, inquit, temeritas, neque mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga Salvatorem.* Audi Chrysostomum: *Vnde, inquit, id tibi accidit? ex multo certe amore, & multa voluntate.* Itaque aut nullus hic lapsus fuit, aut a moris & pietatis excessus fuit.

NONVM in eo ponunt, quod in horto iussus vigilare obdormierit.

SED excusat eum & Apostolos ceteros Evangelista, dicens: *Erant enim oculi eorum gravati.* Et sanè cum ad multam noctem vigilassent, non video, cur tam graue peccatum fuerit à somno superari.

DECIMUM lapsum numerant, quod Matthæi 26. Petrus Malcho auriculam absciderit. *Contra Christi interdictionem, inquit, gladio vitium, temerario & impio conatu auriculam Malcho Pontificis ministro amputans. Et infra: Violenta vi Dei consilium in Scriptura prædictum, quantum quidem in ipso est, conatur impedire.*

AT in primis mendacium est, quod contra Christi interdictionem Petrus gladio sit vsus. Nihil enim Dominus prædixerat de gladij vsu, præter id quod habetur Luc. 22. *Qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium.* Et cum discipuli dicerent: *Ecce duo gladij hic,* respondit Christus: *Satis est,* id est, sufficiunt gladij duo. Quibus verbis est reuera non præcipiebat, ut gladio vterentur, tamen multò minus prohibebat.

ET quamquam Petri factum Dominus postea improbauit, quia non egebat illa defensione: tamen animum Petri nec Dominus reprehendit, & sancti Patres etiam laudant, Chrysost. hom. 83. in Matth. *Tu, inquit, discipuli amorem primum & humilitatem considera. Alterum enim, id est, ferire Malchum, ex diligenti seruire, alterum, id est, repone gladium in vaginam, ex obedientia fecerat.* Cyrillus li. 2. cap. 35. in Ioan. *Intentio, inquit, Petri, qui gladium aduersus hostes accepit, à mandato legis non fuit aliena. Ambrosius in cap. 22. Luca: Petrus, inquit, eruditus in lege, promptus affectu, qui sciret Phinees reputatum ad institutionem, quod sacrilegos peremisset, percussit Principis servum.*

BLASPHEMUM ergo est, quod dicunt Magdeburgenses, Petrum impio conatu id fecisse, & violenter impedire voluisse Dei consilium. Non enim ex odio contra consilium Dei, sed ex amore in magistrum suum, defensionem illam parabat.

VNDECIMUM ponunt negationem Petri, quam magnum peccatum fuisse non negamus, sed tantum abest, ut hoc peccatum ob sit primatum, ut potius eum confirmet. Sic enim ait Gregorius hom. 21. in Euang. *Considerandum, inquit, nobis est, cur omnipotens Deus eum quem cum illis Ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & seipsam negare permisit. Quod nimirum, magne ætatis esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat Pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset.*

DUODECIMUM lapsum faciunt, quod comprehenso Domino à Iudæis, præclarus & animosus ille heros Petrus fugam arripuerit.

AT primum id non solus Petrus fecit, sed, ut ait Matthæus cap. 26. *Discipuli omnes relicto eo fugerunt.* Deinde Petrus est initio fugit, tamen mox rediit. *Et sequebatur eum à longè, ut ibidem legitur.* Adde vltimo, quod nullum in hac fuga peccatum inesse videtur. Nam si Dominum sequi debuissent, vel ut eum defenderent, vel ut se morti obicerent, sequi debuissent. At iam intellexerant,

A Dominum nolle defensionem ullam pro se fieri: nec tenebantur se morti obicere, quin potius mandatum acceperant fugiendi. *Cum vos, inquit Dominus Matthæi decimo, persequuntur in vna ciuitate, fugite in aliam.*

TERTIVMDECIMUM lapsum esse volunt, quod post resurrectione Domini, cum Petrus magno ardore ad sepulchrum cucurrisset, nondum tamè articulum resurrectionis rectè percepit, ut Ioannes significat cap. 20.

SED ibidem Ioannes se ipse ac Petrum simul defendit ab ista criminatione, cum ait: *Nondum sciebant Scripturas, quia oporteret eum resurgere à mortuis.* Itaque ignorantia quadam laborabat ipse Petrus eo tempore, sed absque culpa sua. Nec enim ex illis erant, qui nolunt intelligere, ut bene agant, sed simpliciter ignorant.

DECIMUMQUARTUM lapsum in eo ponunt, quod Ioan. 21. curiose de Ioanne quæsierit. *Hic autem quid? Nam à Domino reprehensus audiuit, Quid ad te? Tu me sequeere.*

CATERVM, si ista curiositas dicenda est, venia dignissima est. Nam, ut in hunc locum scribit Chrysostomus, ex nimia charitate Petri erga Ioannem profecta est. Existimabat enim Petrus Ioannem cupere, sed non audere de se interrogare: propterea ut illi gratificaretur, Dominum interrogauit.

POSTREMUM lapsum in eo constituunt, quod Antiochiæ non ambulauerit ad veritatem Euangelij, & idcirco meritò à Paulo fuerit reprehensus.

IN quo peccato referendo satis apertè maiores suos imitantur, Marcionem videlicet hæresarcham, & apostatam Iulianum, qui grauissimi peccati à Paulo notatum & reprehensum Petrum fuisse dicebant. Quorum calumnias iam olim refutarunt Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem, & Cyrillus lib. 9. in Iulianum. Res autem ita se habet.

APOSTOLVS Petrus cū Antiochiæ degeret, Christiana libertate cum gentibus cibum capiebat: superuenit interim Iudæi quidam à Iacobo Apostolo ad Petrum missi. Tum Petrus cogitare cepit, vix posse se offensionem, aut gètilium, aut Iudæorum euadere. Nam si pergeret cum gentibus cibum capere, sine dubio Iudæos offenderet, qui adhuc infirmi in fide cum essent, nõdum persuadere sibi potuerant, licere Iudæis cibis gentium vti: sin autem segregaret se à gentibus, & seorsum cum Iudæis cibum sumeret, in offensionem gentium incurreret, quippe qui aut Petri leuitatem arguerent, aut exemplo tanti viri ipsi quoque Iudaizare inciperent.

ITAQUE in hac fluctuatione animi B. Apostolus id elegit, quod minus malum putauit, ut videlicet, quia Iudæorum præcipue Apostolus erat, gentiles potius, quàm Iudæos offenderet. Paulus autem electionem illam improbauit, & Petrum satis acriter reprehendit.

IAM hoc Petri factum Græci Patres omni peccato vacare volunt, ut patet ex comment. eorum in ca. 2. ad Gal. & Græcis subscriptis S. Hieronymus, tum in comment. eiusdem epistolæ, tum in epistol. 89. ad Augustinum. Plerique autem Latinorum peccatum aliquod in hoc Petri facto agnoscunt, ut Tertullianus lib. 4. in Marcionem, Cyprianus in epistol. ad Quintum, Ambrosius in ca. 2. ad Gal. Augustinus in epistol. ad Hieron. 8. 9. & 19. Gregorius lib. 28. moral. c. 12. & alij nonnulli.

CATERVM sine dubio peccatum illud aut veniale, ac leuissimum fuit, aut etiã solum materialiter peccatum fuit, id est, erratum quoddam, sed absq; vlla Petri culpa. Siquidè certum est, eum optimo animo fecisse quod fecit.

QUOD autem errauerit in eligendo, causa fuit aut aliqua inconsideratio, & tum peccatum fuit veniale: aut defectus luminis, & ignorantia quadam inuoluntaria, & tunc nulla culpa sua id fecit. Credibile autem est diuinam prouidentiam id egisse, ut in eo negotio magis illustraretur Pauli, quam Petri mens, ut exemplum vtilissimum haberemus tam libertatis in Paulo, quàm patientiæ & humilitatis in Petro.

LIBER SECVNDVS DE SVMMO PONTIFICE.

CAPVT PRIMVM.

Proponitur quaestio, An B. Petrus Romae fuerit, ibidemque Episcopus existens mortuus sit.



ONSTITVTIS iis, quae ad Petri primatum explicandum, & defendendum pertinebant: ad ea veniendum nobis est, quae ad primatum successorum eius pertinent.

HAERETICI huius temporis plurimi in dubium reuocant, id quod iam supra mille quingentos annos constantissime a toto orbe terrarum creditum est, nimirum B. Petrum Episcopum Romanum fuisse; ac Romae per crucis martyrium spiritu Domino reddidisse: sed alij modestius, alij impudentius hoc argumentum tractant.

PRIMVS quod sciam, qui docuit D. Petrum neque Episcopum fuisse Romae, neque Romam ipsam vnquam vidisse fuit Gulielmus quidam, Ioannis VViclephi praceptor, vt Thomas VValdensis refert lib. 2. doct. fidei, art. 1. cap. 7. Hunc sequutus est VValtericus VVelenus Lutheranus, qui librum integrum de hac re edidit. in quo XVIII. persuasionibus (sic ipse eas vocat) demonstrasse se putat, Petrum nunquam fuisse Romae, & tam Petrum, quam Paulum non Romae, sed Hierosolymis esse occisos.

ILYRICVS quoque in li. contra primatum Papae: Demonstratio, inquit, certa est Petrum Romae non fuisse. Ioan. Caluinus lib. 4. in lit. cap. 6. §. 15. postquam rem totam esse dubiam ostendit: ita concludit, Tamen, inquit, propter scriptorum consensum, non pugno quum illic mortuus fuerit, sed Episcopum fuisse praesertim longo tempore, persuaderi nequeo. Similia habent Magdeburgenses, Cent. 1. lib. 2. cap. 10. col. 561.

ES T autem obseruandum, quatuor esse quae in dubium reuocantur. Primo, an Petrus fuerit Romae? Secundo, an sit mortuus Romae? Tertio, an fuerit Episcopus Romae? Quarto, an Romanum Episcopatum semel susceptum nunquam mutauerit?

EX his quatuor solum postremum & requiritur necessarium, & sufficit ad Romani Pont. primatum constituendum. Quae causa fuit, cur Caluinus, solum hoc quartum nullo modo admiserit, cum de ceteris tribus parum sollicitus esset; nam illud primum neque requirit neque sufficere, planum est, cum multi veniunt Romam, qui tamen Romani Pont. nunquam euadunt, & multi Romani Pontifices nunquam fuerint Romae, vt Clemens V. Ioannes XXII. Benedictus XII. Clemens VI. Innocentius VI. Urbanus V. qui in Gallis ordinati, ibidem semper manserunt.

AL T E R V M item neque requirit, neque sufficere testantur multi Romani Pontifices, qui extra Romam mortui sunt; nam Clemens I. obiit in Ponto, Pontianus in Sardinia, Ioannes I. Rauennae, Agapetus Constanti-nopoli, Innocentius III. Perusiae, Innocentius III. Neapoli, Ioannes XX. Viterbij, & alij in alijs locis. Idem testantur multo plures qui quotidie moriuntur Romae, nec tamen Romani pontifices sunt.

TERTIVM autem requirit, sed non sufficere, ex eo colligitur, quod Petrus Episcopus Antiochiae fuit, & tamen quoniam sedem alio transiit, nunquam deinceps locum primum Episcopi Antiocheni habuerunt.

I G T V R quartum solum & requiritur, & sufficit. Quia tamen omnia sunt vera, suis ac proprijs argumentis singula demonstrabimus.

CAPVT SECVNDVM.

Quod Petrus Romae fuerit.

AC VT ad primo incipiamus, S. Petrum Romae aliquando fuisse, ostendimus; primum ex testimonio ipsius Petri, qui sic ait ad finem prioris epistolae: Salutat vos Ecclesia in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Hac enim epistolam ex Roma scriptam esse, quae dicitur Babylone a Petro, testis est Papias Apostolorum discipulus apud Eusebium lib. 2. hist. cap. 15. Papias (inquit Eusebius) & hoc dicit, quod Petrus in prima epistola sua, quam de vrbe Roma scripsit, meminere Marci, in qua tropice Romam Babylona nominauit, cum dicit, Salutat vos ea, quae in Babylone est collecta Ecclesia, & Marcus filius meus.

TERTIVS est etiam Hieronymus in lib. de vitis illust. in Marco, cuius haec sunt verba: Petrus in epistola prima sub nomine Babylonis figuratiter Romam significans: Salutat, inquit, vos Ecclesia, quae est in Babylone collecta. Eodem modo exponunt Occumenius, Beda, & quotquot in hanc epistolam commentaria ediderunt.

PR A E T E R E A Ioannes in Apocalypsi passim Romam vocat Babylonem, vt Tertullianus annotauit lib. 3. contra Marcionem, & lib. contra Iudaeos; & aperte colligitur ex ca. 17. Apocal. vbi dicitur Babylone magna sedere supra septem montes, & habere imperium super reges terrae. Nec enim alia ciuitas est, quae Ioanis tempore imperium habuerit super reges terrae, quam Roma; & notissimum est supra septem colles Romam aedificatam esse.

D E N I Q V E aduersarij passim clamant, Romam esse Babylonem de Apocalypsi. Idem enim Lutherus librum inscripsit de Babylonica captiuitate; & Magdeburgenses, non alia de causa recipiunt Apocalypsim in numerum diuinorum librorum, quam quod in eo libro multa aduersus Romam, sub nomine Babylonis, dicantur, vide Cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 56. Quare si Roma in Scripturis est Babylone, vt ipsi volunt, & Petrus ex Babylone scribit, certe ex Roma scribit.

R E S P O N D E T Velenus, Ac vera Babylone, inquit, duplex tantum fuit, vna apud Assyrios, altera apud Aegyptum, quae nunc dicitur Chayrum, ex quo sequitur Petrum ex Assyria, vel ex Aegypto, non ex Italia scripsisse, cum ex Babylone scripsit.

S E D nihil dicit Velenus. nam Petrus non de Babylone proprie dicta, sed de ea, quae figurate Babylone dicitur in Apocalypsi, loquitur, vt ex pluribus ostendimus. Quibus certe magis credendum est, quam vni Veleno, qui nullum pro sua positione auctorem proferre potuit. Alioqui respondeat nobis Velenus, si nulla fuit Babylone extra Assyriam, & Aegyptum, quoniam est illa Babylone, quae in Apocalypsi habere dicitur imperium super reges terrae? Constat enim id neque Assyria, neque Aegypto conuenire.

S E D instat Velenus: Si apud Petrum (inquit) nomine

Babylonis

Babylonis intelligunt Romam: vt etiam apud Ioannem, igitur recte faciunt omnes qui recedunt a Romana Ecclesia. Nam Apocalypsis 18. sic legimus: Cecidit, cecidit Babylone magna, & facta est habitatio Daemoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, &c. Et rursum, Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.

R E S P O N D E O, Babylonem vocari non Romanam Ecclesiam, sed Romanam urbem, qualis erat Ioannis tempore. Nam, vt exponit Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, quemadmodum vera Babylone fuerat caput imperij, & regem habuerat Nabuchodonosor, qui populum Dei persequebatur, & in captiuitatem adducebatur: ita quoque & Roma tempore Apostolorum erat caput imperij, & Imperatorem habebat Nerone, qui populum Dei crudelissime persequebatur.

P R A E D I C I T autem Ioannes, hanc Babylonem iuraturam, quia Romanum imperium delendum erat. Id quod iam ferè factum esse cernimus. An non enim Gothi, VVandali, Hunni, Longobardi, Romanae urbis imperium ferè ad nihilum redegerunt?

E A N D E M Babylonem vocat habitationem Demoniorum, & custodiam omnis spiritus immundi, quia (vt ait S. Leo serm. 1. de natali Apostolorum) cum omnibus dominaretur Gentibus, omnium Gentium seruebat erroribus.

D E hac dicit: Exite de ea populus meus. quod intelligitur corde, non corpore, vt S. Augustinus exponit, in breuiulo collationis, collatione 3. Iubet enim Ioannes, vt Sancti non coniungantur cum Ethnicis, & idololatriis morum & vitae similitudine, tamen in eadem vrbe simul cum eis esse possint. Vnde etiam constat, propter haec verba Ioanis, nunquam Christianos de vrbe exiisse.

Q V O C I R C A B. Hieronymus in epist. ad Marcellam, qua nomine Paulae & Eustochij eam hortatur, vt ex Roma in Bethlehem migret, posteaquam haec verba de Apocalypsi contra Romam protulit, subiungit continuè, Est quidem ibi Ecclesia, sunt tropaea Apostolorum, & Martyrum, est Christi vera confessio, est ab Apostolo predicata fides, & gentilitate calcata in sublime quotidie se erigens nomen Christianum, &c. Quibus verbis docet non contra Ecclesiam Romanam, sed contra gentilitatem Romanam Ioannem esse loquutum. Et lib. 2. in Iouinianum prope finem sic alloquitur Romam, Ad te (inquit) loquar, quae scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti.

S E C V N D O, probatur hoc idem ex Act. vlt. & ex epist. ad Rom. constat enim ex his locis, Romae multos fuisse Christianos, immò Ecclesiam amplam & florentem, antequam Paulus eò veniret. Petro igitur quis hos Christianos fecerit, si Petrus non fuit Romae?

N A M quod Petrus primus omnium praedicaerit Romanis, & Ecclesiam fundauerit antequam Paulus eò veniret, multi veterum scribunt: quod autem aliquis alius id fecerit, non potest vilo firmo argumento demonstrari.

C E R T E Irenaeus lib. 3. cap. 3. dicit Romanam Ecclesiam a Petro & Paulo fundatam, id est, primum a Petro, deinde a Petro & Paulo simul. Eusebius lib. 2. hist. cap. 14. de Petro loquens, Salutarius, inquit, praedicationis verbo primus in vrbe Roma Euangelij sui clauibus ianuam regni caelestis aperuit. Arnobius lib. 2. contra Gentes dicit Romam ideo conuersam ad Christum, quia viderat Simonis Magi igneam quadrigam Petri ore diffusas, Christi nomine inuocato continuè euauisse. Epiphanius haer. 27. quae est Carpocraris, Primi, inquit, in Roma fuerunt Petrus, & Paulus. Chrysothomus in Psalm. 48. Piscalor Petrus quoniam ciuitatem maxime regiam occupauit, etiam post mortem resplendet sole claruis.

P A V L V S Orofius lib. 7. hist. cap. 6. Exordio, inquit, regni Claudij, Petrus Apostolus Dominus nostri IESV Christi Romam venit, & salutarem cunctis fidem verbo do-

cuit, potentissimisque virtutibus approbavit, atque exinde (nota) Christiani Romae esse ceperunt.

L E O serm. 1. de natali Apostolorum, Cum Apostoli imbuendum Euangelio mundum distributis sibi terrarum partibus suscepissent, Beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur imperij. Theodoretus in cap. 1. ad Rom. Primum, inquit, eis (Romanis) magnus Petrus doctrinam Euangelicam praebuit. Gregor. Turonicus lib. 1. hist. cap. 25. vbi dixerat Petrum sub Claudio Romam venisse, subiungit: Ab illis diebus Christiani apud ciuitatem Romanam esse ceperunt.

T H E O D O S I V S imperator, C. de summa Trinitate, & fide Catholica l. cunctos populos, Cunctos, inquit, populos, quos clementia nostra regit imperium, in tali volumus religione versari, quam B. Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio vsque adhuc insinuata declarat.

A D D E Sibyllae Erythrae vaticinium, quae inter caetera praedixit, Christum non in gladio & bello Aeneadem urbem sibi subiecturum, sed in hamo piscantis. Refert hoc vaticinium D. Antoninus in summa historiali par. 1. tit. 3. cap. 9. §. 14.

R E S P O N D E T Velenus, statim post passionem Christi, adhuc Tiberij tempore, cepisse Romae esse Christianos, vt tradunt, inquit, Orofius lib. 7. hist. Tertullianus in Apologetico, Platina in vita Christi, & Tranquillus in vita Tiberij. Ex quo sequitur, non fuisse a Petro eam Ecclesiam fundatam, quippe qui dicitur tempore Claudij primum Romam venisse.

A D D A M V S in gratiam Veleni testimonium Clementis, lib. 1. recognitionum, vbi legimus Barnabam tempore Tiberij Romae praedicasse. Quem sequutus Dorotheus Tyrensis in Synopsi, dicit Barnabam esse primum qui Romae praedicauit.

R E S P O N D E O, falsum esse, quod vel fuerint Christiani Romae tempore Tiberij, verissimumque esse quod Patres dicunt, primum Petrum praedicasse Romanis, idque tempore Claudij.

N A M ex quatuor auctoribus a Veleno citatis, duo antiquissimi Tranquillus & Tertullianus, non hoc dicunt, mentiturque aperte Velenus, tamen in praefatione sancte iurat per conscientiam suam, se nullum mendacium, nullamque fraudem obtrudere velle.

T R A N Q V I L L V S enim in vita Tiberij non meminit Christianorum, sed in vita Claudij, vbi dicit Iudaeos Christo impulsore tumultuantes, a Claudio fuisse Roma expulsos. Id quod nostrae sententiae fauet. Id enim contendimus tempore Claudij cepisse Romae esse Christianos.

T E R T V L L I A N V S vero in Apologetico potius contrarium indicat. Nam dicit Pilatum ex Palaestina scripsisse Tiberio de resurrectione Christi, & quod a multis Deus credebatur, Tiberium autem retulisse ad senatum, an videretur Christus in Deum recipiendus, porro senatum recusasse, propterea quod antea cepisset a populis Deus haberi, vt Pilatus scripserat, quam a senatu consecratus esset.

E X qua narratione non potest colligi, tunc Romae fuisse Christianos, sed potius non fuisse. Si enim fuissent, ex illis prius Tiberius cognouisset famam Christi, quam ex literis Pilati.

P O R R O Orofius, quem sequutus est Platina, ad verba Tertulliani addidit, senatum decreuisse, exterminandos ex vrbe esse Christianos, quod non ita intelligendum est, quasi tunc in vrbe Christiani essent. Idem enim Orofius in eodem lib. 7. disertè docet, non fuisse Christianos Romae, nisi post Petri aduentum, Petrum autem imperante Claudio venisse.

I T A Q V E sensus edicti senatus hic erat, vt non reciperetur vilo modo Christiana religio: & ex vrbe exterminarentur si qui vnquam Christiani aduenirent. Quod tamen edictum nullam vim habuit. Nam vt ibidem

Orosius refert, Tiberius poenam statuit accusatoribus Christianorum.

Ad illud de Barnaba respondeo, non esse verisimile, Barnabam praedicasse Romanis tempore Tiberij. Constat enim nullum fuisse ansum praedicare Gentilibus antequam Petrus caelesti visione admoneretur, Act. 10. & 11. Ab illo autem tempore semper fuit Barnabas cum Paulo coniunctus vsque ad peractum Concilium Hierosolymitanum, vt patet Act. 11. 12. 13. 14. & 15. & cum Paulo toto illo tempore non ierit Romam, constat nec Barnabam iussit. Celebratum autem est Concilium Hierosolymitanum anno XV III. post passionem Domini, vt colligitur ex Paulo ad Galat. 1. & 2. qui erat annus XIII. a morte Tiberij, non igitur Tiberij temporibus Barnabas Romam venit.

Ad de huc, libros recognitionum Apocryphos censerit. Porro Synopsim quae Dorotheo Tyrensi falso ascribitur, plenam esse narrationibus confictis, atque mendacibus.

Nam (vt alia praetermittam) qua ratione auctor ille defendi potest, cum inter discipulos LXXII. numeret Eunuchum Reginae Aethiopum, quem a Philippo conuerfum constat, post ascensionem Domini, & iuniam Episcopum faciat, quam tamen certum est foemina quandam fuisse? & Caesarem, cuius meminit Paulus ad Philippenses, discipulum Christi, & Episcopum fuisse dicat, cum perspicuum sit de Nerone Caesare Paulum esse loquutum?

Ad de vltimo, quod si recipereamus recognitionum libros & Dorothei Synopsim, adhuc parum, aut nihil Velenus lucraretur. Idem enim Clemens, quem Dorotheus sequutus est, ibidem refert Barnabam nihil profecisse Romae, & statim, post primam concionem sine fructu habitam, in Iudaeam rediisse.

Tertio, probatur ex historia de Euangelio Marci. Scribunt enim constanter grauisissimi auctores, Marcum Romae scripsisse Euangelium, prout ibidem Petrum praedicantem audierat. Id enim scribit Eusebius lib. 2. hist. cap. 15. ex Papias, & Clemente Alexandrino. Idem asserit Irenaeus lib. 2. cap. 1. Hieronymus de viris illustribus in Marco, & Damalys in Pontificali in vita Petri. Idem Isidorus in vita Marci, & Ado in Chronico anni XLV.

Denique Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, dicit Marci Euangelium Petro ascribi, eod quod Marcus Petri interpres, & discipulus fuerit, sicut Lucae Euangelium tribuitur Paulo, Caput enim, inquit, magistro- rum videri, quae discipuli promulgant.

Respondet Velenus, istos omnes esse deceptos, quod non aduicerint duos fuisse Marcos, vnum, qui dicebatur Ioannes Marcus, de quo fit mentio in Actis Apost. cap. 12. & 15. alterum, qui dicebatur Marcus Aristarchus, de quo in epist. ad Philemonem. Ex his enim duobus priorem scripsisse Euangelium, & fuisse Episcopum Alexandrinum, & Petri discipulum ac sectatorem, sed Romam nunquam vidisse: posteriorem Romae fuisse cum Paulo, sed Euangelium non scripsisse.

Porro veteres Patres, quae duobus Marcis conueniunt, vni attribuisse, proinde in eum errore lapsos esse, vt existimarent Marcum Romae scripsisse Euangelium.

At nosse Velenus tria peccata committit. Vnum, quod existimet in epistola ad Philemonem, Marcum Aristarchum vnum hominem esse, eum apertissime sint duo. Sic enim Paulus loquitur, Salutat te Spaphras cocapitinus meus in Christo Iesus, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei. Et clarus Col. vlt. Salutat vos, inquit, Aristarchus cocapitinus meus, & Marcus cibus Barnabae.

Alterum, quod velit Marcum Euangelistam non fuisse vquam Romae, quia fuit Episcopus Alexandrinus, quasi non potuisset ex Roma Alexandriae ad S. Petro mitti: vel etiam ex Alexandria venire Romam, & rursum ex Roma reuertit Alexandriam.

Tertium, quo asserat a Ioanne Marco scriptum Euangelium esse. Nam Ioannes Marcus Barnabae conso- brius erat, & Pauli discipulus, vt colligitur ex cap. 12. & 15. Act. & ex epist. ad Coloss. cap. vlt. & superuixit vsque ad XIII. annum Neronis. Si quidem Paulus in epist. posteriore ad Timoth. cap. 4. quam scripsit XIII. Neronis anno, martyrio suo imminente, iussit Marcum ad se venire: Marcus autem Euangelista & Episcopus Alexandriae anno VIII. Neronis occisus est, vt Eusebius in Chronico, Hieron. in li. de viris illustribus in Marco, scribunt.

Quarto probari potest hoc idem, ex historia de Simone Mago a S. Petro Romae gloriosissime superato, quam esse verissimam multis veterum testimoniis supra demonstraui.

Accedant postremo argumenta omnia, quibus in sequenti capite planum faciemus, S. Petrum pro Christo Romae martyrium subisse, nec enim Romae mori potuit qui Romae nunquam fuit.

CAPVT TERTIVM

Sanctum Petrum Romae mortuum esse.

Am vero S. Petrum non solum Romam aliquando venisse, sed etiam Romae vna cum Paulo pro Christi gloria vitam posuisse, testantur inprimis eorum sepulchra. Nam si Roma Petrus & Paulus mortui non sunt, quis eorum corpora Romam detulit: vnde, & quando, & quibus testibus detulit? Si forte respondeant, Apostolorum corpora Romae non esse: vbi nam, quae? sunt? certe nusquam alibi esse dicuntur. Nec est verisimile summorum Apostolorum corpora neglecta fuisse, cum tot Sanctorum aliorum corpora videamus diligentissime conseruata.

Hoc argumentum tanti fecit Eusebius, vt superfluum putauerit talia querere. Sic enim ait, lib. 2. hist. ca. 25. Igitur Nero, vt aperit se hostem diuinitatis pietatisque professus est, ipsorum prius Apostolorum, quippe qui duces, & signiferi erant in populo Dei, expetit neces, & Paulum quidem capite in ipsa vrbe Roma, Petrum vero crucis patibulo condemnat. Horum testimonium querere extrinsecus superfluum puto, cum rem gestam insignia vsque in hodiernum diem & splendidissima eorum monumenta testentur.

Denique testatur hoc idem consensus totius orbis terrarum qui praecipue ex peregrinationibus ad limina Apostolorum colligitur. Scribit enim Nicolaus Lin. epi. ad Michaëlem, tot millia hominum ex omni orbe terrarum religionis causa ad sepulchra Apostolorum quotidie confluere, vt ipsa sola Romana ciuitas satis ostendat Ecclesiam Christi esse Catholicam, vt vniuersalem, cum ex omni hominum genere semper multi ad sepulchra Petri & Pauli confluant.

Sed neque negant aduersarij, persuasum fuisse omnibus Christianis vsque ad tempora Ioannis V. vicieph, id est, vsque ad annum ferè M. CCCC. B. Petrum Romae fuisse & mortuum esse: non est autem vilo modo credibile in tam longo tempore nunquam fuisse aliquem, qui errorem istum, si error esset, detegeret, praesertim cum id, quod totus mundus tam diu credidit, non sit res aliqua gesta in angulo & in momento, & sine testibus, vt facile fingi & difficulter refelli poterit.

Dicitur enim S. Petrum in vrbe Roma multos annos pontificatum gessisse, & tandem post deuictum publice Simonem Magum iussu Imperatoris potentissimi, & fama crudelitatis notissimi, in cruce actum, capite deorsum verso vitam finiuisse. Quomodo credibile est rem istam, quam tam celebrem fuisse, dicimus, esse falsam, & neminem fuisse per annos M. CCCC. qui ea refelleret?

Postremo testantur hoc idem testimonia veterum Patrum Graecorum & Latinorum. Ignatius, qui tempore Apostolorum vixit, in epist. ad Romanos, cuius magnam partem recitat B. Hieronym. in lib. de viris illustribus in Ignatio, rogans Romanos, ne impedirent pas-

sionem

sionem eius, ait, Non sicut Petrus & Paulus praecipio vobis, & c. quibus verbis videtur alludere ad passionem Petri & Pauli, quae paulo ante Romae contigerat.

Romani enim Christiani conati sunt impedire eorum passionem. Nam lacrymis suis Petrum coegerunt ex vrbe discedere, cum ad supplicium a Nerone quaeretur. Dicit ergo Ignatius, & si ego non possim vobis praecipere vt poterat Petrus & Paulus: tamen rogo, ne me impediatis, sicut illos impedire conati estis.

Dionysius Corinthius, qui centum annis ab obitu Apostolorum floruit, cum Romae esset, vt Eusebius refert lib. 2. hist. cap. 25. inter caetera sic ait. Ambo, inquit, in hac vrbe simul docentes, etiam martyrio pariter, vno eodemque tempore coronati sunt.

Caivus, qui circiter L. annos fuit Dionysio posterior, apud eundem Eusebium, ibidem sic ait, Ego, inquit, habeo trophaea Apostolorum, quae ostendam. Si enim procedas via regali, quae ad Vaticanum ducit, aut via Ostiensis, inuenies trophaea defixa, quibus ex vtraque parte constituitis Romanae communitur Ecclesia.

Hegesippus & ipse vicinus Apostolorum temporibus lib. 3. de excidio Hierosolymae ca. 2. totam historiam prolixè recitat, addens ad ea quae priores dixerunt, Petri capite deorsum verso crucifixi, vt ipse postulauerat.

Vsebius in Chronico anni LXXI. a Christo nato, Primus, inquit, Nero super omnia scelera sua etiam persequutionem in Christianos facit, in qua Petrus & Paulus gloriosè Romae occubuerunt.

Theodoretus in epist. ad Leonem Papam, de Roma loquens, Habet, inquit, communium Patrum & veritatis doctorum Petri & Pauli sepulchra, quae fidelium animas illuminant.

Origenes lib. 3. in Gen. vt refert Eusebius lib. 3. hist. cap. 2. Et Petrus, inquit, ad vltimum in vrbe Roma commoratus, ibi & crucifixus est, deorsum capite demerso, quod ipse ita fieri precatus est, ne exequari Domino videretur.

Athanasius Apologia pro fuga sua, Petrus, inquit, & Paulus cum audissent, oportere se Romae martyrium subire, non abiecerunt eam professionem, sed cum gaudio abierunt.

Chrysostomus hom. 32. in epist. ad Rom. Non ita calum splendescit, quando radios suos foli ex se demittit, quemadmodum Romanorum vrbs duas illas lampadas vbi- que terrarum effundens. Hinc rapitur Paulus, hinc Petrus. Considerate & horrete quale spectaculum visura sit Roma, Paulum videlicet repente ex theca illa cum Petro resurgentem, in occursum Domini sursum ferri.

Ex Latinis, Tertullianus de praescript. c. 36. Si Italia, inquit, adiacet, habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas praesto est. Felix Ecclesia cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, vbi Petrus passioni Domine adequatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur.

Lactantius lib. 4. diuinarum instit. cap. 21. Christus, inquit, decedens aperuit discipulis suis futura omnia, quae Petrus & Paulus Romae praedicauerunt. Et infra, Cum eos Nero interemisset, Iudaeorum nomen & gentem Vespasianus extinxit, fecitque omnia, quae illi futura praedixerant.

Ambrsius in oratione contra Auxentium, quae habetur lib. 5. epist. Nocte, Petrus, muro egredi caput, & videns sibi in porta Christum occurrere, vrbeque ingredi, ait, Domine quod vadis? respondit Christus, venio Romam iterum crucifigi, intellexit Petrus ad suam crucem diuinum pertinere responsum, & c. Et infra: Statimque correptus per crucem suam honorificauit Dominum Iesum.

Hieronymus de viris illustribus in Petro, Simon Petrus, inquit, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique XXV. annis Cathedrali sacerdotalem tenuit vsque ad vltimum, id est, XIII. Neronis annum: quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso.

Augustinus lib. 1. cap. 10. de consen. Euang. Merita Petri & Pauli propter eundem passionis diem cele-

brims & solemius Roma commendat.

Maximus serm. 5. de natali Apostolorum, Petrus, inquit, & Paulus martyrium perulerunt in vrbe Roma, quae principatum & caput obtinet nationum, scilicet vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis.

Vlpitius lib. 2. fac. hist. Diuina apud vrbe religio inualuerat, Petro vbi Episcopatum gerente, & Paulo postea Romam deducto. Et infra, Paulus ac Petrus capitis damnati, quorum vni ceruix gladio defixa, Petrus in cruce sublatu est.

Paulus Orosius lib. 7. hist. Nam primus (Nero) Romae Christianos supplicis & mortibus affecit, ipsi quoque nomen exstirpare conatus, beatissimos Christi Apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit.

Eutropius lib. 7. in vita Neronis, Denique, inquit, omnibus flagitijs suis etiam hoc addidit, quod sanctos Dei Apostolos Petrum Paulumque trucidauit.

Paulinus natali 3. Ipsaque caelestium sacris procerum monumentis Roma Petro Pauloque potens.

Isidorus in vita Petri, Septimo, inquit, & tricesimo anno post passionem Domini a Nerone Caesare in vrbe Roma, deorsum verso capite, vt ipse voluit, crucifixus est.

Leo serm. 1. de natali Apostolorum, Hodierna, inquit, festiuitas praeter illam reuerentiam, quam toto terrarum orbe promeruit, speciali & propria vobis vrbe exultatione veneranda est, vt vbi praecipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die martyrii eorum sit legitur principatus.

Gregorius Turonicus lib. 1. cap. 25. Nero, inquit, Petrum cruce, Paulum gladio vbi interfecit.

Gregorius Papa lib. 6. epist. 37. de Romana Ecclesia loquens, Petrus, inquit, sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & praesentem vitam finire dignatus est.

Prudentius in hymno de S. Laurentio sic ait, Discede adulter Iupiter super sororis oblite, Relinque Romam liberam, plebemque iam Christi fuge. Te Paulus hinc exterminat, te sanguis exturbat Petri. Tibi id, quod ipse armauerat, factum Neronis officit.

Arator in fine Actuum Apostolorum sic ait: Dignaque materies Petri Paulique corone, Caesareas superare minas, & in arce tyranni. Paudere iura poli, summumque in agone tribunal Vincere, ne titulos paruis contingeret hostis.

Elpis vxor Boethij in hymno de Apostolis: O Roma felix quae tantorum principum Es purpurata precioso sanguine, Non laude tua, sed ipsorum meritis, Excelsis omnem mundi pulchritudinem.

Omittit innumcrabiles alios, vt Bedam, Adonem, Freulphum, Bernardum, & caeteros. Si quidem hi sufficere possunt, cum omnes floruerint primis quingentis annis, & cum aduersarij ne vnum quidem haecenus proferre potuerint, qui contrarium senserit.

Ad de vltimo, quod Ethnici auctores, etsi non nominantur Petri & Pauli, qui apud eos contempribiles videbantur, tamen conuenient cum citatis Patribus, in eo quod Romae primus Nero Christianos occidi mandauerit, vt patet ex Cornelio Tacito lib. 15. Annalium, & Suetonio in Nerone.

Ad haec testimonia nihil responderet Velenus, nisi id quod dictum est ab aliquibus ex Patribus, Christum videlicet apparuisse Petro ad portam Romanam, & dixisse, Venio Romam iterum crucifigi, esse horrendum mendacium, & blasphemiam contra ipsum Petrum, & Spiritum sanctum. Nam Christum nunquam descensurum de caelo, nisi in die iudicij, testatur Spiritus Sanctus per os Petri. Act. 3. Quem, inquit, oportet calum suscipere vsque in tempora restitutionis omnium.

At profecto Velenus potius mentitur & blasphemat, qui conatur Christo compedes iniicere, ne se commouere possit vsque ad diem iudicij. Nam, vt omittam

Z 4

alias apparitiones Christi, quae in probatis auctoribus leguntur, certe Aet. 9. Christus in aere terrae proximo constitutus Paulo apparuit.

NAM quod tunc Paulus verè corporalibus oculis Christum sibi praesentem & vicinum viderit, patet tum ex luce, quae illum circumfulsit, & ex caecitate, quae post visum Christum gloriosum incurrit, vt ibidem dicitur: tum praecipue ex verbis Scripturae. Nam Aet. 9. dicit Ananias ad Paulum: Dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via. Et ibidem: Barnabas apprehensum Paulum duxit ad Apostolos, & narravit illis quomodo vidisset Dominum. Et Paulus ipse 1. Cor. 9. ait: Nunquid non sum Apostolus? Nomen Iesum Christum Dominum nostrum vidi? Et ad Cor. 15. Nouissime autem tanquam abortiuo visus est mihi. Vbi enumerat testes resurrectionis, qui Dominum oculis corporeis viderant, & se inter eos ponit.

AD illud igitur ex Aet. 3. respondeo, Petrum significare voluisse, Christum non venturum publice & coram omnibus, nisi in die iudicij: sed hinc non efficitur, quin possit priuatum & cui voluerit apparere.

CAPVT QVARTVM.

Petrum Romae vsque ad mortem Episcopum fuisse.

ESTANT postrema duo capita, quae simul demonstrari poterunt. Igitur Petrum Episcopum Romanum fuisse, & eum Episcopatum ad mortem vsque retinuisse, primum suadere videtur ipsa summa dignitas Romanae Ecclesiae. semper enim omnium consensu habita est prima, & praecipua omnium aliarum, vt etiam Caluinus faretur.

NON potest autem vlla ratio reddi huius excellentiae, nisi quia princeps Apostolorum illius Ecclesiae proprius pastor & Episcopus fuit, vt supra ostendimus, cum de XXVI. praerogatiua S. Petri disputarem.

DEINDE, si non fuit Petrus Episcopus Romae vsque ad mortem, exponant aduersarij, vbi Petrus sederit ab eo tempore, quo reliquit Antiochiam. Nam non mansit Petrum perpetuo apud Antiochiam, Antiocheni ipsi consentiunt, & satis id probat Ecclesiae consuetudo, quae nunquam attribuit primum locum Episcopo Antiocheno. Et nulla Ecclesia est aut fuit, quae assereret Episcopum suum fuisse Petrum, excepta Antiochena, & Romana. nu ergo dicemus, Petrum non fuisse vilius loci Episcopum?

SE aduersarij hoc dicere non possunt, quippe qui Petrum volunt fuisse non Episcopum vniuersalis Ecclesiae, sed alicuius tantum particularis, sicut fuit Ioannes Ephesine, Iacobus Hierosolymitanae.

DICANT igitur vbi fuerit Episcopus Petrus: vel si fuit Romae Episcopus, & postea mutauit sedem, dicant si possunt, quod eam transfulerit.

ACCEDAT testimonium, & consensus omnium veterum quibus Caluinus tenetur credere, nisi secum pugnare velit; ipse enim ait, se propter consensum scriptorum nolle pugnare, quin Petrus Romae sit mortuus: cum ergo iidem scriptores summo consensu dicant, Petrum Romae fuisse Episcopum, & nemo veterum vnquam id negauerit, cur nequit persuaderi Petrum Romae Episcopatum gessisse?

SANCTVS Irenaeus lib. 3. c. 3. texuit Catalogum Romanorum Episcoporum, & primo loco ponit Petrum & Paulum, secundo Linum, tertio Anacleum, quarto Clementem, & caeteros vsque ad Eleutherium, qui tunc sedebat, & nominatim de Clemente, Sixto, & Eleutherio repetit, quod Apostolis succedant: Clementem dicens tertium ab Apostolis, Sixtum sextum, Eleutherium duodecimum, at profecto non potest verè dici, Rom. Episcopos Petro succedere, si Romae Petrus Episcopus non fuit.

TERTULLIANVS lib. de praesc. cap. 32. Evoluunt, inquit, ordinem Episcoporum suorum iuxta per successiones decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquis ex Apostolis, vel Apostolicis viris fuerit. Et infra: Sicut, inquit, Roma-

norum Ecclesia Clementem à Petro ordinatum profert.

QVOD autem non intelligat Clementem à Petro quidem ordinatum fuisse, sed Petrum postea aliò sedem transfuisse, patet ex eodem libro, vbi Tertullianus scribit, Petrum Romae crucifixum: ex quo intelligimus Clementem à Petro ordinatum imminente passione ipsius Petri, & proinde Clementem Petro iam mortuo successisse.

SANCTVS Cyprianus frequentissimè Romanam sedem Petri Cathedram vocat, quod sanè non diceret, si crederet Petrum alibi sedem suam statuisse, quam Romae. Libro 1. epist. 3. ad Cornelium: Navigare audent, inquit, ad Petri Cathedram, atque ad Ecclesiam principalem, vnde vnitatis sacerdotalis exorta est: à schismaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, ad quos perfidia habere non possit accessum. Et libro 4. epist. 2. ad Antonianum. Factus est, inquit, Cornelius Episcopus, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri, & gradus Cathedrae sacerdotalis vacaret.

EVSEBIVS in Chronico anni XLIII. Petrus natione Galilaeus, Christianorum Pontifex primus, cum primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur, vbi Euangelium praedicans, XXV. annis eiusdem urbis Episcopus perseverat.

EPHANIUS haerel. 27. quae est Carpocratis: Episcoporum, inquit, in Roma successio hanc consequentiam habuit, Petrus & Paulus, Linus, Cleus, Clemens, Euaristus, Alexander, &c.

ATHANASIUS in epist. ad solitariam vitam agentes, Primum, inquit, ne Liberio quidem Romano Episcopo pepercerunt, nulla reuerentia moti quod sedes illa Apostolica esset. Et infra inducit Liberium sic loquentem, Nunquam talem à Patribus traditionem accepimus, qui à beato & magno Petro acceperunt, &c. Vbi Liberius inter praedecessores suos Petrum numerat.

DOROTHEVS in Synopsi, Linus, inquit, post coryphaeum Petrum, Romae Episcopus fuit. Sozomenus lib. 4. cap. 14. Non sine diuina, inquit, providentia factum est, vt mortuo Felice solus Liberius Romae Ecclesiae praeset, ne Petri sedes vlla infamiae macula aspergeretur. Eulogius Alexandrinus apud Gregor. lib. 6. epist. 37. dicit, Petrum Romae nunc vsque in suis successoribus sedere.

OPTAVS lib. 2. contra Parmenianum: Igitur, inquit, negare non audeo, scire te in vrbe Petro primum Cathedram Episcopalem esse collatam. Et infra enumerat Romanos Episcopos à Petro vsque ad Anastasium, qui suo tempore sedebat. Ambrosius lib. 3. de Sacramentis, cap. 1. Vique, inquit, ipse auctor est nobis huius assertionis Petrus Apostolus, qui sacerdos fuit Ecclesiae Romanae.

HIERONYMVS de viris illustribus in Petro, dicit eum XXV. annis Romae sacerdotalem Cathedram tenuisse. Idem in prima epistola ad Damasum, de nomine hypostasis, Cum successore, inquit, piscatoris, & discipulo crucis loquor, ego beatitudini tuae, id est, Cathedrae Petri communionem confocior.

AGVSTINVS lib. 2. cap. 51. contra literas Petiliani, Cathedra tibi quid fecit Ecclesiae Romanae, in qua Petrus sedet, & in qua nunc Anastasius sedet? Idem in epist. 16. enumerat Romanos Episcopos à Petro vsq; ad Anastasium.

PRVDENTIVS in hymno de sancto Laurentio, Romae iam regnant duo Apostolorum principes. Alter vocatur Gentium, Alter Cathedram possidens Primam, recludit crederet Aeternitatis ianuas. Prosper libro de ingratis, Sedes Roma Petri, quae Pastoralis honoris facta caput mundo, &c. Sulpitius lib. 2. sacrae historiae, Inualuerat apud vrbeni diuina religio, Petro Episcopatum gerente.

PETRVS Episcopus Rauennae in epist. ad Eutychem, quae habetur inter praambulares ad Concilium Chalcedonense, Hortamur, inquit, te frater honorabilis, vt his quae à beatissimo Papa Romanae civitatis scripta sunt, obedienter attendas. Quoniam beatus Petrus, qui in

propria

propria sede, & viuit, & praesidet, praestat quarentibus fidei veritatem.

THEODORETVS in epist. ad Leonem, postquam dixerat Petrum & Paulum Romae esse mortuos, subiungit, si vestram sedem effucere magis illustrem, ea est vestrorum bonorum summa. Illorum autem DEVS nunc quoque sedem claram insignemque reddidit, cum vestram sanctitatem in ea collocauerit, quae radios fidei Orthodoxe emittit.

ISIDORVS in vita Petri, Etic, inquit, postquam Antiochenam Ecclesiam fundauit, sub Claudio Cesare contra Simonem Magum Romam pergit, ibique praedicans Euangelium, viginti quinque annis eiusdem tenuit pontificatum. Idem habent, Beda de sex aetatibus, Freculphus tom. 2. Chronicorum, lib. 1. cap. 13. Ado Viennensis in Chronico, anno Christi XLV. & recentiores omnes.

ACCEDANT etiam praeter tot Patrum auctoritatem, testimonia veterum Romanorum Pontificum, martyrum, vel confessorum. Clemens I. lib. 7. constit. Apostolicar. ca. 46. docet Petrum imminente morte sibi reliquisse Romanum Episcopatum. Anacleus epist. 3. docet propter Petri sedem, Romanam Ecclesiam esse omnium aliarum caput. Marcellus I. in epist. ad Antiochenos, Petri, inquit, sedes primitus apud vos fuit, quae iubente Domino Romam translata est, &c. Damasus in pontificali in Petro, dicit Petri XXV. annis Romae fuisse Episcopum; id est, vsque ad mortem. Innocentius I. in epist. ad Concil. Mileuitanum, quae est 93. inter epistolas Augustini. Leo sermone primo de natali Apostolorum. Gelasius in epist. ad Episcopos Lucaniae & Siciliae, Ioannes II. in epist. ad Episcopos Germania & Galliae. Gregorius II. 2. epist. 33. Agatho in epistola ad Constantium Imperatorem. Adrianus in epist. ad Tharasm. Nicolaus I. in epistola ad Michaelem, & alij omnes, qui aliquid scripserunt, affirmant sedem suam sedem esse Petri, quorum

testimonia non recipiuntur quidem ad aduersariis, quia dicunt eos causam propriam agere: sed certe immerito non recipiuntur, cum & sanctissimi fuerint, & nemo veterum vnquam eos hac in parte reprehenderit.

ACCEDANT testimonia veterum Conciliorum, quae ab haereticis nostri temporis recipiuntur. Ac primum in Concilio Sardicensi Episcoporum CCC. can. 3. Sancti Petri Apostoli memoriam honoramus, vt scribatur ab his, qui causam examinarunt, Iulio Romano Episcopo, & si iudicauerit renouatum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Item in Concilio Ephesino I. tom. 2. cap. 16. vocatur Caecilius Romanus Pontifex, ordinarius successor & vicarius B. Petri Apostolorum principis.

IN Concilio Chalcedonensi aet. 2. cum lecta esset epist. Leonis, omnes clamauerunt, Petrus per Leonem loquutus est. Aet. 3. cum sententia ferretur in Dioscorum, dicitur Leo Petri Apostoli praeditus dignitate Dioscorum deposuisse. Et in epist. ad Leonem totum Concilium dicit, Leonem vocis Petri interpretem fuisse, id est, Petrum per Leonem loquutum. Quae omnia aperte indicant, fuisse persuasissimum illis DCXXX. Patribus, Leonem Episcopum Romanum, Petri esse successorem.

IN Concilio V. aet. prima, Menas Patriarcha Concilij praesens sententiam ferens in Anthimum, & alios haereticos, Contempserunt, inquit, Romanam Ecclesiam, in qua successio est Apostolorum, quae sententia contra ipsos protulit.

IN Concilio VI. aet. 8. subscribitur Episcopi epistola Agathonis, variis modis. Inter alios quidam sic loquitur, Suggestiones, inquit, directas à patre nostro Agathone sanctissimo Archiepiscopo Apostolicae & principalis sedis antiquae Romae, tanquam à Spiritu sancto dictatas, per os sancti ac beatissimi principis Apostolorum Petri, & digito ver beatissimi Papae Agathonis scriptas suscipio, & amplector. Ex his quinque probatissimis Conciliis habemus plusquam 1200. antiquos Episcopos maiori ex parte Graecos, qui testantur Romanum Pontificem Petro succedere.

CAPVT QVINTVM.

Soluitur argumentum primum haereticorum.

VNE obiectiones Veleni, quibus Caluini quoque & Illyrici argumenta continentur, diluamus. Prima persuasio eius talis est, Auctores qui dicunt Petrum Romam venisse, non consentiunt inter se de tempore quo venerit. nam Orofius dicit venisse in exordio regni Claudij, Hieronymus dicit anno II. Claudij, Fasciculus temporum dicit anno III. eiusdem Claudij, Passionale de vitis Saetorum dicit anno XIII. Claudij.

PRÆTEREA mira varietas inuenitur in Petri successoribus numerandis. Nam quidam post Petrum immediatè ponunt Clementem, vt Tertullianus de praescrip. & Hieron. in ca. 52. Isaiae: alij post Petrum ponunt Linum, & postea Clementem, 3. loco, vt Optatus lib. 2. contra Parmenianum, & Aug. in epist. 165. alij post Petrum ponunt Linum & Cletum, siue Anacleum, & tandem Clementem, 4. loco, vt Irenaeus lib. 3. cap. 3. Eusebius in Chronico, Epiphanius haerel. 27. & Hieron. de viris illustribus in Clemente.

ADDE quod isti omnes ex Cleto & Anacleto vnum faciunt, igitur nihil certi statui potest. discordia enim auctorum argumentum est falsitatis.

RESPONDEO ad primum, discordiam de tempore, si qua esset, quo Petrus Romam venit, non infirmare sententiam nostram, quod Petrus Romam venerit. Nam sepius accidit, vt constet de re, & non constet de modo vel alia circumstantia. Nam constat apud Christianos, Christum esse mortuum in cruce pro nobis: tamen maxima discordia est de tempore, quo mortuus est. Tertullianus lib. contra Iudaeos; Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & Lactantius lib. 4. diuinar. instit. cap. 10. docent Christum mortuum anno XV. Tiberij, aetatis autem suae anno XXX. Ignatius ad Trallianos, & Eusebius in Chronico, & alij, dicunt eum anno aetatis XXXIII. & Tiberij XVIII. crucifixum, Onuphrius, Mercator, & aliquot alij recentiores, anno aetatis suae XXXIII. Christum passum esse volunt. Irenaeus lib. 2. ca. 39. contendit, Christum ferè ad annum quinquagesimum peruenisse, proinde non sub Tiberio, sed sub Claudio passum esse.

DE die ac mense, quo Christus mortuus est, tanta est discordia veterum, & recentiorum, vt adhuc sub Iudice lis sit. Vide Clemetem lib. 1. Stromatum, vbi multas opinioniones refert; ad nunquid propterea negabimus Christum esse passum?

PARI ratione cum constet impletas esse in Christi passione hebdomadas Danielis, tamen plurimae sunt opinioniones de tempore, quo incipiant, & quo desinant. Item de annis regum Persarum, de annis Samueles, Saulis, aliorumque nonnullorum principum Iudaeorum, de annis Imperatorum, & Pontificum Romanorum. Denique de annis mundi, qui haecenus fluxerunt, tot sunt ferè sententiae, quot Chronologi. Num igitur propterea dicemus, reges Persarum non fuisse, Samuelem, & Saulem non praefuisse, Imperatores & Pontifices nunquam extitisse, & mundum ipsum non incepisse, vel non durasse vsque ad hanc diem?

DISCORDIA ergo Scriptorum, argumentum est falsitatis, quantum ad id, in quo discordant, quia necessarium aliqui ex discordantibus falluntur: sed sicut discordia est signum falsitatis, ita concordia summa, quae est inter omnes Patres, quod Petrus Romae sederit, mortuusque sit, signum est veritatis.

DEINDE respondeo, nullam esse inter bonos auctores discordiam. Nam Eusebius in Chronico, Hieronymus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis in Petro, & Ado Treuirensis in martyrologio, dicunt Petrum Romam venisse anno II. Claudij, à quibus non dissentit Orofius lib. 7. qui ait, venisse eum in exordio regni Claudij. Nam si regnum Claudij tres in partes diuidas,

id est,

id est, in exordium, medium, & finem; annum secundum ad exordium pertinere videbis.

Cum his consentiunt omnes illi auctores, qui Petrum asserunt Romam sedisse annis XXV. & anno XIII. Neronis obiisse, videlicet Damasus, Ildorus, Beda, Freculphus, A do Viennensis, & ceteri quos supra citauimus. Nec enim sunt anni XXV. vsque ad annum XIII. Neronis, nisi à secundo Claudij numerare incipiamus.

Quocirca fasciculum temporum, & Passionale merito contemnimus, praesertim cum fasciculus ille Marianum Scotum sequutus sit, qui secum ipse, & cum veritate apertissime pugnat. Ait enim Marianus Scotus in suo Chronico, Petrum anno IIII. Claudij Romam venisse, postremo anno Neronis obiisse, & tamen sedisse in Romano Episcopatu annis XXV. & mensibus duobus; quae nullo modo inter se cohaerent.

Nam regnavit Claudius in vniuersum annis XIII. mensibus VIII. diebus XX. Nero autem regnavit annis XIII. mensibus VII. diebus XXVII. testibus Dione Cassio, Suetonio Tranquillo, Eusebio, & ipso etiam Mariano Scoto. Nam quod in Chronico Eusebij tribuuntur Neroni anni 14. M. 7. D. 28. planum est errore Librariorum factum esse: siquidem postea cum anni singuli numerantur, non inueniuntur nisi 13. & aliquid amplius.

Iam verò haec tempora Claudij & Neronis simul iuncta non efficiunt maiorem summam, quam annorum XXVII. mensium III. dierum XVIII. ex quibus si tollas annos III. menses V. dies XVIII. quos vult Marianus Scotus effluxisse de Imperio Claudij, antequam Petrus Romam veniret; soli supererunt anni XXIII. menses XI. Igitur aut Petrus obiit post Neronem, aut non fedit annis viginti quinque.

Quod verò attinet ad alteram argumenti partem, de successione quatuor primorum Pontificum. Primum illud respondeo, etiam si planè ignorarem, quis Petro proximè successerit, non tamen propterea in dubium reuocari debere, an aliquis successerit. Quemadmodum maxima quaestio inter Scriptores versatur, quis fuerit maritus Esther, cum aliqui Assuerum Medum, alij Cambysem Persam, alij Darium Histaspis, alij Artaxerxem Longimanum, alij denique Mnemonem fuisse scripserint; nec tamen vllus vnquam dubitandum censuerit, maritum habuerit Esther an non.

Deinde respondeo, posse rem totam ita componi & explicari. Apostolus Petrus passione sua imminente B. Clementi sedem Episcopalem reliquit. Id restantur grauissimi auctores, Tertullianus de praescriptionibus, cap. 32. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, & in cap. 52. Iulianus, Ruffinus praefatione recognitionum, & inuectiua in Hieronymum, Ioannes III. Papa in epist. ad Episcopos Germaniae, & praeterea Clemens ipse lib. 7. const. Apost. cap. 37. Anacletus epist. 1. Alexander epist. 1. & Damasus in vita Petri.

Ceterum, Petro mortuo, Clemens in sede Apostolica sedere noluit, donec vixerunt Linus & Cletus, qui ipsius B. Petri adiutores in Episcopali officio fuerant. Quocirca primus à Petro Pontifex non Clemens, sed Linus fuit. Id ita esse colligimus, primum ex Epiphaniio haere. 27. qui ex sententia veterum tradit, à Clemente sedem recusatam, dum viuerent Linus & Cletus: deinde ex hac ipsa ambiguitate.

Si enim absque vlla contentione successisset Petro Clemens, aut Linus, aut quicumque alius, nulla certe quaestio de primo successore Petri existeret: quemadmodum de primo successore Iacobi Hierosolymis, & Marci Alexandriae, & ipsius Petri Antiochia, nulla vnquam fuit quaestio.

Quia verò in Romana Ecclesia post Petri obitum sancta contentio ex humilitate nata est, & vnus fuit, &

alter esse debuit primus successor Petri, inde nonnulla obscuritas in hac successione inuecta est. Atque ex his conciliari possunt auctores, qui aut Clementem Linus, aut Linum Clementi anteposunt; siquidem Irenaeus, Eusebius, Epiphanius, Optatus, Augustinus, Hieronymus, dum asserunt Petro Linum proximè successisse, verum asserunt, sed non negant id factum esse, quia Clemens Episcopatum illum recusauerat: porro Tertullianus, Hieronymus, Ruffinus, & ceteri, qui Clementem à Petro successorem relictum esse scribunt, rem veram narrant, sed nec ipsi negant Clementem eo tempore sedem accipere noluisse.

Nam quae multum me mouet, quòd Pontificalis Damasus, Sophronius, & Simeon Metaphrastes in vita Lini dicunt, Linum ante Petrum obiisse. Nam Sophronius, & Simeon recentiores sunt. Pontificalis verò liber, qui Damasus tribuitur, dubia in hac re auctoritatis est. Auctores autem, qui Linum Petro successisse scribunt, cum antiquissimi, tum etiam plurimi & probatissimi sunt.

Iam verò post Linum Cletus, siue Anacletus, post quem Clemens quarto loco collocandus est. Auctores sunt Irenaeus, Eusebius, Epiphanius, Hieronymus, item Canon Missae verustissimus, vbi legimus Lini, Cleti, Clementis; denique Ignatius in epistola ad Mariam Zabenensem, vbi significat Clementem Anacletum successisse. Post Clementem Anacletus alius sine dubio subiiciendus est, vt Optatus, Augustinus, Damasus, & alij subiiciunt.

Duos enim fuisse Anacletos, quorum alter etiam Cletus dicebatur, tamen propter nominis similitudinem multi veteres vnum ex duobus fecerint. Primum nobis persuadet Ecclesiae Catholicae auctoritas, quae duos festos dies in eorum memoriam celebrat, Cleti videlicet mense Aprili, & Anacleti mense Iulio: & Cletum Romanum, atque Aemiliani filium, Anacletum Atheniensem, & filium Antiochi esse dicit. Nec enim credibile est in re tanta Ecclesiam vniuersam falli.

Deinde idem colligimus ex eo, quod aliqui veterum Anacletum Clementi anteposunt, vt Ignatius, Irenaeus, Eusebius: alij subiiciunt, vt Optatus, Damasus, Augustinus: id enim argumento est, duos fuisse, non vnum. Priorem porro Anacletum, etiam Cletum appellari solitum, inde constat, quòd eundem omnino Pontificem, quem Ignatius, Irenaeus, & Eusebius Anacletum vocant, Epiphanius, Hieronymus, Damasus, Ioannes tertius, & ipse sacrosanctus Missae Canon Cletum nominat.

Nam quae verò mirum videri debet propter nominis similitudinem, à veteribus quibusdam ex duobus Anacletis vnum esse factum, cum constet apud Graecos passim confundi Nouatum, cum Nouatiano, cum tamen certissimum sit Nouatum Carthaginensem, Nouatianum Romanum Presbyterum fuisse: & Eusebius, ac Nicephorus Constantinopolitanus in Chronicis, ex Marcello, & Marcellino vnum fecerint, cum duos fuisse certum omnino & exploratum sit.

CAPVT SEXTVM.

Soluitur argumentum secundum.

Secunda persuasio Veleni, quae est & Caluini, & Magdeburgensium, Petrus non potuit Romam venire ante XVIII. annos à passione Domini; nam cum fieret Concilium Hierosolymitanum, Aetor. 15. adhuc erat Petrus in Iudaea; factum est autem illud Concilium anno XVIII. à passione Domini, vt colligit B. Hieronymus in cap. 2. ad Galat. Nam Paulus post annos tres à conuersione sua venit in Hierusalem videre Petrum, Galat. 1. Deinde post annos XIII. rediit in Hierusalem ad Concilium, Galat. 2. quibus si addas vnum annum, qui fluxit à passione Domini, vsque ad conuersionem Pauli, sicut anni 18.

Adde, quòd Petrus dicitur fuisse quinque annis in

Iudaea, deinde septem annis Antiochia, tum multis annis aliis in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bythinia. nec enim vno die poterat in tot locis praedicare: itaque vt minimum XVIII. anni fluxerunt, antequam Romam Petrus venire posset.

Praeterea si ante annu XVIII. Petrus Romam venisset, venisset certe anno secundo Claudij, vt nos supra diximus: at id fieri non potest, tum quia illo anno nondum sanctus Petrus ex vinculis liberatus fuerat, in qua illum coniecerat Herodes. Contigit enim ea liberatio anno tertio Claudij, vt ex Luca Aetorum 12. & ex Iosepho lib. 19. antiquit. cap. 7. colligitur, tum etiam quia mandauerat Christus Apostolis, vt ex Hierusalem ante annos duodecim non recederent, vt ex Thrasea martyre refert Eusebius lib. 5. histor. cap. 18. incidit autem annus duodecimus à Christi resurrectione in annum tertium Claudij: non igitur anno secundo Claudij Petrus Romam venit; sed post annum nonum, qui erat decimus octauus à Passione Domini.

Dicitur autem Petrus sedisse Romae annis XXV. à Damasus, Eusebio, Hieronymo, & aliis: superuixit ergo vsque ad annum XLIII. à passione Domini: sed tunc iam obierat Nero, immò etiam Galba, Otho, & Vitellius, & imperabat Vespasianus: igitur tempore Vespasiani obiit Petrus, sed Vespasianus fuit mitissimus Imperator, nec vllus Christianos Romae occidit, vt omnes testantur. Vide Tertullianum cap. 5. apologetici, & Augustinum libro de ciuitate Dei 5. cap. 21. Eusebium, Sulpitium, Orosium, & ceteros omnes historicos. Petrus igitur alibi obiit, quam Romae.

Respondeo primum, etiam si errassent Patres, qui dixerunt Romae sedisse XXV. annis Apostolum Petrum, non tamen propterea sequeretur Petrum nunquam sedisse Romae, vt supra multis allatis similibus demonstraui. Sed non est opus ad ista confugere: verè enim fedit Romae annis XXV. & septem Antiochia, & omnia cohaerent. Haec enim est verissima & breuissima historia vitae sancti Petri.

Mansit B. Petrus quinque ferè annis in Iudaea: quocirca facile potuit S. Paulus post annos tres à sua conuersione Petrum Hierosolymis conuenire. Et rectè Eusebius anno quinto à passione Domini ponit ingressum Petrum in urbem Antiochiam. Neque his repugnat illa Thraseae martyris traditio: non enim Dominus imperauit, vt omnes Apostoli ad annos duodecim Hierosolymis morarentur: id enim constat esse falsum ex Actis Apostolorum, cap. 8. 9. & 10. vbi legimus Petrum profectum in Samariam, Lyddam, Ioppem, & Caesaream, antequam in vincula conuiceretur, atque ad eò ante annum duodecimum à Christi passione: sed vt non omnes inde recederent, verum aliquis semper, aut etiam aliqui ex Apostolis Hierosolymis manerent, ad testimonium Hebraeorum.

Igitur ex Iudaea anno quinto à passione Domini Petrus profectus in Syriam, Antiochia fixit sedem, & mansit annos ferè septem Episcopus eius urbis. Nec enim probabile est, quòd Onuphrius docet in additionibus ad Plarinam, sanctum Petrum non sedisse Antiochia, nisi post reditum ab vrbe Roma. Siquidem nullum ipse veterem auctorem pro se adducere potest.

Quod autem nos docemus, docuerunt ante nos Anacletus epist. 3. Marcellus epist. 3. Innocent. epist. 14. Damasus in pontificali. Hieronymus de viris illust. Eusebius in Chronico. Leo sermone 1. de sanctis Petro & Paulo, denique Beda, Ildorus, A do, & ceteri omnes.

Non tamen hoc ita accipiendum est, quasi nunquam ex Antiochia toto illo tempore egressus sit, immò verò eodem tempore peragravit vicinas prouincias, Pontum, Asiam, Galatiam, Cappadociam, & Bythiniam: inde autem profectus anno septimo Episcopatus Antio-

chenfis, qui erat vndecimus à passione Domini, rediit in Hierusalem: ibique comprehensus ab Herode in vincula coniectus est in diebus azymorum, Aetor. 12. sed paulò post ab Angelo liberatus, eodem anno, qui erat secundus Claudij, Romam venit, ibique sedem fixit, ac tenuit annis XXV.

Nec tamen toto eo tempore, quo fuit Episcopus Romanus, mansit Romae, sed posteaquam septem annis Romae praedicauerat, rediit in Hierusalem, expulsus à Claudio ex vrbe vnà cum ceteris Iudaeis. Scribit enim Lucas Aetorum 18. Claudium expulisse ex vrbe omnes Iudaeos: idem scribit Suetonius in Claudio, idem Iosephus, vt Orosius citat, & ipse Paulus Orosius lib. 7. hist. qui addunt, hoc factum esse anno nono Claudij, id est, 18. à passione Domini.

Itaque cum audissent ij, qui erant Antiochia, Petrum venisse in Hierusalem, miserunt ad eum Paulum & Barnabam, & tunc factum est Concilium Hierosolymitanum: mortuo autem Claudio, rediit Petrus Romam, & ibidem vitam finiuit.

Nam quae his repugnat, quòd Petrus in vinculis fuerit Hierosolymis paulò ante mortem Herodis, vt colligitur ex actis Apostolorum, cap. 12. cum ex Iosepho lib. 19. antiquit. cap. 7. constet, Herodem obiisse anno III. Claudij. Nam S. Lucas Aetor. 12. non ait Petrum in vinculis fuisse paulò ante mortem Herodis: sed contractionem potius indicat, cum narrat post Petri liberationem à vinculis, Herodem profectum esse Caesaream, ibique commoratum. Illa enim mora, tempus vt cumque longum significat, quod vt minimum vnus anni fuit. Refert autem S. Lucas post necem Iacobi, & vincula Petri, continuò ferè mortem Herodis, vt indicaret horribilem illum Herodis interitum, praenam peccati fuisse in Apostolos Domini ab eo commissi.

CAPVT SEPTIMVM.

Soluitur alia quinque argumenta.

Prima persuasio talis est. Petrus non potuit venire Romam vsque ad annum IX. Claudij, vt supra probatum est, sed neque postea venire potuit: nam Claudius, qui iussit Iudaeos ex vrbe pelli, sine dubio iussit etiam in urbem non recipi: igitur nunquam venit.

Sed iam ostendimus Petrum anno IX. Claudij non venisse Romam, sed discessisse ex Roma, & postea tempore Neronis rediisse: quòd enim tempore Neronis potuerint Romae esse Iudaei, patet ex Aetor. vlt. vbi Paulus Romae Iudaeis praedicat.

Persuasio quarta. Quando Paulus reprehendit Petrum Antiochia, Galat. 2. erat praetor Concilium Hierosolymitanum, & tamen adhuc Petrus non viderat Romam. Respondeo: ierat & redierat.

Persuasio quinta. Paulus scribens ad Romanos, multos iubet salutari, cap. vlt. Petri autem ne meminit quidem: atque haec non solum Veleno persuasio, sed etiam Illyrico demonstratio est, Petrum Romae nunquam fuisse.

Respondeo, in primis argumentum hoc nihil concludere: nam alioqui sequeretur, Ioannem non fuisse Episcopum Ephesi, neque Iacobum Hierosolymis, quia Paulus scribens ad Ephesios & ad Hebraeos, non meminit Ioannis & Iacobi.

Deinde dico, Paulum non iussisse Petrum salutari, quia scripsit epistolam eo tempore, quo Petrus redierat ex Roma, & versabatur in Syria. Nam Paulus scripsit epistolam ex itinere, quo proficiscebatur Hierusalem, vbi & comprehensus fuit. Sic enim scribit ipse Rom. 15. Et nunc inquit, proficiscor in Hierusalem, ministrare Sanctis: probauerunt enim Achaia & Macedonia collationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt in Hierusalem. Et Aetorum 24. idem Paulus, cum causam diceret

ad tribunal Felicis Syriae praesidis, ait: *Elcemofynas facturus in uentem ueiam ueni. & oblationes, & uota.*

PORRO hac Pauli captiuitas contigit medio tempore inter Concilium Hierosolymitanum, & obitum Claudij. Si quidem post Concilium illud Paulus adit Macedoniam & Achaia, ubi antea nunquam fuerat, ut patet ex Actis cap. 16. peruenit autem in Hierusalem Felice praeside, qui praefuit Syriae usque ad mortem Claudij, & initium Neronis, ut Iosephus testatur lib. 20. antiquit. cap. 9. & 13.

Ex quo sequitur, epistolam ad Romanos scriptam esse circiter undecimum aut duodecimum annum Claudij, quo tempore S. Petrus ex Roma redierat, & Syriae regiones iterum peragrabat, & uisitabat. Quid igitur mirum, si Paulus ad Romanos scribens, non salutari Petrum, quem eo tempore constat Romae non fuisse?

PERSVASIO sexta. Ambrosius in cap. 16. ad Romanos dicit, Narcissum, quem Paulus iubet salutari, fuisse Romanum Presbyterum: at Presbyter & Episcopus idem sunt apud Paulum, igitur iste Narcissus erat Episcopus Romanus; proinde non fuit Petrus Romanorum Episcopus primus.

RESPONDEO, Narcissum Presbyterum fortasse Romanum fuisse, Episcopum sine dubio non fuisse. Si quidem Irenaeus, Eusebius, Opratus, Epiphanius, Hieronymus, Augustinus, & caeteri qui catalogum Romanorum Pontificum scripserunt, nullam huius Narcissi mentionem fecerunt. Nec his repugnat Ambrosij auctoritas: nam Ambrosius idem in cap. 3. ad Timotheum, Omnis Episcopus, inquit, Presbyter est, non tamen omnis Presbyter Episcopus: & Cornelius apud Eusebium lib. 6. hist. cap. 33. dicit, Romae unum fuisse Episcopum, quadraginta autem & sex Presbyteros.

PERSVASIO septima. Paulus cum Petro foedus percussit, ut ille Iudaeorum, ipse Gentium esset Apostolus, Gal. 2. quomodo ergo uerisimile est, Petrum tantummodo pacti immemorem, alienam prouinciam inuasisse, id est, Romam inuisse, quae mater gentilitatis erat?

Si dicas Petrum Romae praedicauiisse Iudaeis qui ibi erant, contra, nam illi, ueniente Paulo, & praedicare incipienti, mirantur doctrinae nouitatem, ut cognosci potest ex illis uerbis Iudaeorum, Act. 17. ultimo: *Notum, inquit, est nobis de seeta hac, quia ubique ei contradicitur: rogamus autem audire quae sentis.* Et infra: *Quidam, inquit, credebant his quae dicebantur: quidam uero non credebant, cumque inuicem non essent consentientes discutebant.*

RESPONDEO, foedus inter Petrum & Paulum non fuisse, ut Petrus tantum Iudaeis, aut in Iudaea tantum, Paulus autem tantum Gentibus, aut extra Iudaeam tantum praedicaret: sed ut Petrus praedicaret omnibus, & ubique uellet, sed principaliter Iudaeis; Paulus omnibus, & ubique uellet, sed principaliter Gentilibus: alioqui Paulus diceretur inuasisse alienam prouinciam, quando Romam ueniens, mox Iudaeis praedicare coepit, ut patet Act. 17. ultimo, & Petrus non solum Romam uenire non debuisset, sed nec Antiochiam, aut in Asiam, Galatiam, Pontum, Cappadociam, Bythiniam, ad quae loca tantum eum inuisse Velenus fatetur.

FALSVM autem est quod Velenus dicit, Iudaeos Romae miratos doctrinae nouitatem, quando Paulus praedicauiit eis Christum, quasi nemo antea tale aliquid praedicauiisset. Nam si Romae nullus praedicauiisset Iudaeis, antequam Paulus eo ueniret, quis eos Iudaeos Romanos conuerterat, ad quos ipse epistolam scripsit: constat enim epistolam illam partim scriptam ad Gentiles, & partim ad Iudaeos ad fidem Christi conuersos: nam ideò primis quatuor capitibus disputat de iustificatione ex fide sine operibus legis, contra superbiam Iudaeorum, qui suis meritis tribuebant aduentum Messiae. Et ca. 14. agit de illis, qui adhuc Iudaizabant abstinentes à quibus-

dam cibis secundum legem immundis. Et cap. 16. salutatos multos, quos constat Christianos ex Iudaeis fuisse.

DICIT aliquis fortasse, si epistola ad Romanos, uiuente Claudio, qui Iudaeos expulerat ex urbe, scripta est, qui sunt isti Iudaei, quos Romae Paulus salutari iubet? Non enim credibile est Claudio uiuente Iudaeos ad urbem redire potuisse.

RESPONDEO, non modò credibile esse, paulò post eam expulsionem Iudaeos redire potuisse, sed sine ullo dubio rediisse: nam Paulus Act. 18. inuenit Corinthi Aquilam & Priscillam Iudaeos, qui nuper ex urbe uenerant, pulsati à Claudio: deinde cum haesisset in Achaia annum unum & sex menses, & in Asia annos duos, Act. 18. & 19. iter coepit uersus Hierusalem; atque in itinere scripsit ad Romanos, & salutari iussit Aquilam & Priscillam, qui iam Romam reuersi fuerant.

AD illa ergo uerba Iudaeorum: *Rogamus à te audire quae sentis, &c.* dico ea uerba non esse omnium Iudaeorum qui Romae erant, sed tantum eorum, qui ad fidem Christi adhuc conuersi non fuerant, praeter quos multi alij Romae uiuebant, quos Petrus conuerterat. Neque uerbis illis significatur, eos nunquam audiuisse praedicationem Christi, sed non fuisse adhuc persuasos, & ideò uoluisse adhuc Paulum audire: & cum ab eo efficacissime conuincerentur, partem eorum fuisse persuasos, ut crederent, partem in sua obstinatione mansisse.

CAPVT OCTAVVM.

Soluuntur alia octo argumenta.

PERSVASIO 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. sumuntur ex Act. ultimo, & epistolis quas Paulus à Roma scripsit, nimirum ad Galatas ad Ephesios ad Colossios ad Philippenses ad Hebraeos, ad Timotheum 2. & ad Philemonem: & ex epistolis Pauli ad Senecam, & Senecae ad Paulum: nam in his omnibus Scripturis occasio fuit loquendi de Petro, si is Romae fuisset: mirum autem silentium ubique reperitur.

ACCEdit, quòd non solum in his locis non dicitur Petrus fuisse Romae, sed etiam aperte indicatur non fuisse. Nam Philip. 2. dicitur de iis qui Romae erant: *Omnes quarunt quae sua sunt.* Et Col. ult. *Saluat, inquit, uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabae, & Iesus qui dicitur Iustus, hi soli sunt adiutores mei in regno Dei.* Et 2. Timoth. 4. *In prima mea defensione nemo mihi assistit, sed omnes me dereliquerunt.*

AUT igitur Petrus Romae non fuit, aut maximam iniuriam illi Paulus facit, cum eum numerat inter eos, qui quaerunt quae sua sunt, & qui non erant adiutores sui in regno Dei; & qui se in angustiis positum deseruerunt: quòd argumentum non solum Veleni, sed etiam Caluini est.

RESPONDEO, primò nihil concludi ex argumentis ab auctoritate negatiue. Non enim sequitur: Lucas, Paulus, & Seneca, non dicunt Petrum fuisse Romae, igitur non fuit Petrus Romae: non enim isti tres omnia dicere debuerunt, & plus creditur tribus testibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus, modò isti non negent, quòd alij affirmant. Alioqui quia Matthaeus non scribit in Euangelio, Christum circumcisum; Marcus non meminit praesentationis, Lucas non meminit stellae nouae, Ioannes non dicit Christum natum de Maria Virgine, ista omnia erunt falsa: quòd absurdissimi est.

AD illa autem tria loca dico, non negari in illis Petrum tunc fuisse Romae, nam cum Coloss. ult. dicit: *Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei,* loquitur tantum de suis domesticis, qui ei ministrare soliti erant. Quomodo etiam 2. Timoth. 4. cum dicit: *Lucas est mecum solus,* de domesticis & ministrantibus sibi loquitur. Certum enim est ex ultimo capite epistolae ad Romanos, multos alios, tam Iudaeos, quam Gentiles, conuersos ad fidem,

fuisse

fuisse Romae, qui regnum Dei promouebant. Et in epistola ad Philip. cap. 2. cum dicit: *Omnes quarunt quae sua sunt,* per figuram intellectionis, loquitur tantum de quibusdam, non de omnibus absolutè. Nam ibidem dixerat paulò antè, apud se fuisse Timotheum, qui certè nõ quaerebat quae sua sunt. Et capite primo dixerat, quosdam praedicare Euangelium ex caritate, & proinde non quaerere quae sua sunt, sed quae Iesu Christi.

DENIQUE in posteriore ad Timotheum cap. 4. ubi dicit: *Nemo mihi assistit, sed omnes me dereliquerunt,* quem locum Caluinus praeter ceteros uiget, non loquitur, nisi de iis, qui eum iuuare apud Caesarem potuissent. Nam ibidem dicit, tunc apud se fuisse Lucam, & tamen generaliter ait: *Nemo mihi assistit, sed omnes me dereliquerunt.* Certum est, Petrum non potuisse eum iuuare, cum ipse non minùs Caesari inuisus esset, quam Paulus. Itaque loquitur tantum de quibusdam nobilibus Romanis, qui potuissent pro se adire Caesarem, sed metu tyranni id non fecerunt.

SECUNDO responderi posset, eo tempore, quo Paulus Romam peruenit, & quo scripsit eas epistolas, Petrum non fuisse Romae. Nam est qui Romae sedem suam fixerat, tamen saepissimè aberat, cum oporteret eum in uariis locis Ecclesias constituere, ut Epiphanius annotauit haec. 27. Nam propterea Petrus assumpsit sibi in coadiutores Linum & Cletum, qui in absentia sua Romae Episcopalia munera obirent.

CAPVT NONVM.

Soluuntur argumenta decimum sextum.

PERSVASIO XVI. Ambrosius sermone 67. dicit de Petro & Paulo, una die, uno in loco, unius tyranni tolerauere sententiam. At Linus in passionibus Petri & Pauli dicit eos, nec eodem tempore passos, nec eodem loco, nec eodè tyranno iubente.

PRAETEREA Iosephus, qui tempore Neronis uixit, scripsit Romae historiam de bello Iudaico, & in ea meminit interfectorum à Nerone, & tamen non meminit Petri, quem certè non omisisset, si uerè à Nerone occisus fuisset. Fuit enim Iosephus Christianorum amicus, & libenter data occasione istorum meminit. Scribit enim de morte Christi lib. 18. antiquitatis, & Ioannis Baptistae ibidem, & Iacobi, lib. 20.

ADDE quòd Petrus erat senex, quando Paulus erat adolescens; nam post passionem Domini, Paulus uocatur adolescens, Act. 7. quo tempore Petrus iam uxorem habuerat, & tanquam annosissimus omnium Apostolorum primus inter eos habebatur: & tamen Paulus ad senectutem etiam peruenit, ut ipse scribit in epistola ad Philemonem. igitur non est uerisimile eos uno tempore obiisse.

SED hoc argumentum facillè refutari potest. Nam in prima parte argumenti his labitur Velenus. Primum, quòd fatetur Lini historiam esse confictam, ut uerè est, & tamen ex ea dicit refutari sententiam Ambrosij. Si enim Lini historia conficta est, non est ullius auctoritatis. Si nullius est auctoritatis, quomodo potest inde refelli Ambrosij probatissimi auctoris sententia?

DEINDE peccat, quòd per eundem locum apud Ambrosium intelligit eandem partem urbis, & inde uult Ambrosium dissentire ab aliis, qui in diuersis partibus eiusdem urbis dicunt Apostolos interfectos. At Ambrosius per eundem locum intelligit eandem urbem, non eandem partem urbis. Sic enim subiungit: *In eodem loco, inquit, ne alteri Roma deesset.*

AD illud de Iosepho, dico primum, Iosephum ipsum lib. 2. de bello Iudaico cap. 11. responderi; ibi enim dicit, se silentio praeterire uelle scelera Neronis, ut quòd matrem & uxorem occiderit, & similia, quoniam scire narrationem illam esse molestam: & merito haec dicit: nam dedicabat libros illos Romanis Imperatoribus, qui non

libenter audiunt vituperari praedecessores suos.

DEINDE potest argumentum retorqueri in auctorem: nam ibidem Velenus dicit Petrum esse occisum Hierosolymis, iussu Anani Pontificis Iudaeorum. Pero ergo, quare Iosephus, qui lib. 20. antiquitatis scribit gesta illius Anani, & quos homines occiderit, non meminit eo loco Petri? Suo igitur gladio se ipse iugulauit Velenus.

AD illud de aetate, dico, Petrum non fuisse senem, quando Paulus erat adolescens, sed uirum mature aetatis. Quòd enim habuerit uxorem, & fuerit primus Apostolorum nõ arguit, nisi uirilem aetate. Nec est ullo modo credibile, senes à Christo fuisse electos ad summos obeundos labores, & orbem terrarum ferè totum peragrandum: quemadmodum neque credibile est, adolescentulum Paulum ad Apostolicam dignitatem, ad quam sollicitudo omnium Ecclesiarum pertinebat, fuisse assumptum.

DEMVS ergo Petrum fuisse annorum circiter quinquaginta, quando erat Paulus circiter XXXV, hoc est duplo seniore: tamen adhuc potuerunt ambo esse senes, & simul mori: fuisset enim anno ult. Neronis Petrus annorum LXXXVI. & Paulus unius & sexaginta.

CAPVT DECIMVM.

Soluuntur decimum septimum argumentum.

PERSVASIO XVII. Scriptura & Patres aperte docent, Petrum & Paulum Hierosolymis, non Romae; à Scribis & Phariseis, non ab Imperatoribus Romanis occisos. Nam Matth. 23. Dominus ait: *Eccè ego mitto ad uos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigietis, & ex illis flagellabitur in Synagogis uestris.*

IN quem locum Chrysostomus: *Intelligit, inquit, Apostolos, & qui cum Apostolis fuerunt.* Et Hieronymus in hunc eundem locum: *Obserua, inquit, iuxta Apostolum, varia esse dona discipulorum Christi: alios prophetas, qui uentura praedicabant: alios Sapientes, qui nouerunt, quando debeant proferre sermonem: alios Scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati in actibus Apostolorum discipuli.* Item Nicolaus Lyranus in hunc locum: *Ex eis, inquit, occidit, sicut Iacobum fratrem Ioannis. Act. 12. & Stephanum, Act. 7. & multos alios: & crucifiguit, ut Petrum, & Andream fratrem eius, &c.*

RESPONDEO, ex uerbis Domini Matth. 23. & Chrysostomi expositione, nihil colligi aduersus intentionem nostram. Dominus enim & Chrysostomus non dicunt omnes Apostolos occidendos fuisse à uicinis, in Hierusalem, sed tantum aliquos. d enim significat illa sententia: *Ex illis occidetis & crucifigietis, &c.* Idque impletum est in Stephano, quem lapidauerunt, Act. 7. & in Iacobo maiore, quem Herodes in Iudaeorum gratiam occidit, Act. 12. & in Iacobo minore, quem Iudaei ipsi in Hierusalem necauerunt, teste Iosepho, lib. 20. antiquit. cap. 16. & in Simeone Iacobi successore, qui in Hierusalem crucifixus est, ut docet Eusebius in Chronico: Matthiam quoque in Iudaea crucifixum, multi probabiliter existimant.

QUOD si de omnibus Apostolis Dominum loqui Velenus contendat, neganda erunt omnes historiae, quae Andream in Achaia, Philippum & Ioannem in Asia, Thomam in India, Bartholomaeum in Armenia, Matthaeum in Aethiopia, Simonem & Iudam in Perside obiisse testantur.

SANCTVS uerò Hieronymus non uoluit significare Petrum, & Paulum Hierosolymis occisos, cum disertè doceat lib. de uiris illustribus, eos Romae à Nerone interfectos: sed ex uerbis Domini deducit varia fuisse dona, & mortes diuersas discipulorum Christi. Quia enim Dominus dixerat, se missurum Prophetas, Sapientes, & Scribas, obseruat Hieronymus varia esse dona di-

discipulorum : quia rursum Dominus ait, Quosdam occidit, quosdam crucifigetis, obseruat idem Hieronymus diuerso mortis genere discipulos de hac vita migraturos fuisse, & exempla ponit Stephani lapidati, Pauli capite caesi, Petri crucifixi.

ITAQUE exempla hæc non eò tendunt, vt intelligamus, quosnam ex discipulis Iudæi occiduri erant, sed tantum eò, vt discamus, varia futura fuisse martyriorum genera. Porro Nicolaus Lyranus, non tantæ auctoritatis est, vt opponi debeat omnibus antiquis Patribus, & Historicis, qui Petrum Romæ à Nerone, Andream in Achaia ab Ægea necatos tradunt.

ACCEDIT, quòd sine dubio Lyranus Hieronymum sequitur, & solum dicere voluit, Petrum & Andream propter Christum crucifixos fuisse, quanquam minùs cautè loquutus est.

CAPVT VNDECIMVM.

Soluatur argumentum vltimum.

OSTREMA Veleni persuasio eiusmodi est. Cùm de rebus nuper gestis, sæpe confingantur errores, quid, inquit Velenus, de tam remotis ac perturbatissimis temporibus Romanæ curiæ palpones, circa Petri Romam aduentum, passionem, & pontificatum confingere non poterant?

AT si Irenæus, Tertullianus, Eusebius, aliique XXX. vel XL. Patres citati, Romanæ curiæ palpones fuerunt, rectè loquitur Velenus. Sin autem pars eorum sunt antiquissimi, vt Irenæus, & Tertullianus, quorum tempore Romana Ecclesiâ non erat opulenta, vt palpatores habere potuerit; pars sunt Græci, vt Eusebius, Theodoretus, Sozomenus, & alij, quorum natio inuidere potius, quàm adulari Romanæ Ecclesiæ consueuit; pars autem, vel potius penè omnes sunt viri sancti, vt Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, & alij, à quorum moribus procul aberat adulationis vitium; certè sequitur Velenus, qui hos Romanæ curiæ palpones vocat, impudentissimè mentiri. Præterea argumentum eius nihil valet. Nam tam de rebus nuper gestis, quàm de antiquis finguntur errores, quando res sunt clam gestæ, & sine testibus, aut quantum ad numerum annorum, vel similes circumstantias, quæ facillè mandantur obliuioni: non autem quantum ad ipsam summam, & substantiam rerum celeberrimarum, præsertim quando præter testimonia scriptorum existant etiam earum rerum monumenta lapidea, aut aerea permulta, qualis est res, de qua agimus. Atque hæc de tota hac disputatione, sufficere posse existimaui, de qua librum insignem iam pridem à Ioanne Rossensi, beatæ memoriæ viro, editum accepi: sed librum ipsum videre nunquam potui.

CAPVT DVODECIMVM.

Romanum Pontificem Petro succedere in Ecclesiastica Monarchia, probatur ex diuino iure & ratione successione.

DEMONSTRAVIMVS hæcenus Romanum Pontificem Petro succedere in Episcopatu Romano: nunc id ipsum demonstrare aggredimur de successione in vniuersâ Ecclesiâ primatu. Negant hoc hæretici omnes huius temporis, sed præcipuè pugnant contra primatum Romani Pontificis. Lutherus lib. de potestate Papæ; Synodus Smalchaldica in libro eiusdem argumenti; Ioan. Caluinus lib. 4. instit. cap. 6. & 7. & Magdeburgenses in singulis centuriis ad finem cap. 7. Et ante hos omnes Nilus Theſſalonicensis Episcopus in lib. aduersus primatum Papæ.

Hic enim auctor non negat, Petrum totius Ecclesiæ pastorem fuisse, & Romæ Episcopatum gessisse vique ad mortem, sed hoc solum contendit, non succedere Petro Romanum Pontificem, in præfectura totius Catholice Ecclesiæ, sed solum in Romano Episcopatu.

ADMIT verò, habuisse postea Romanum Pontificem ex Conciliorum decretis primatum quemdam, vt videlicet primus Episcoporum esset, primus sederet, primus sententiam diceret; non tamen cæteris omnibus imperaret.

QUONIAM autem tam nostra, quàm aduersariorum argumenta ex iisdem fontibus & capitibus sumuntur: reducemus omnem disputationem ad aliquot capita, siue genera argumentorum, & simul probabimus veritatem, & refellemus aliorum obiectiones. Primum ergo probatur, Romanum Pontificem Petro succedere in pontificatu Ecclesiæ vniuersæ, ex diuino iure, & ratione successione. Debet Petro iure diuino aliquis succedere: ille non potest esse alius, quàm Pontifex Romanus: igitur ille succedit.

NEGAT vtramque partem argumenti Ioannes Caluinus: sic enim loquitur lib. 4. instit. cap. 9. §. 8. Verum, inquit, vt de Petro illis concedam quod petunt: non est tamen causa, cur ex singulari exemplo vniuersalem faciant regulam, & quod semel factum fuit, ad perpetuam trahant. Rursum §. 11. tam, inquit, vt alterum illis largiar, quod nunquam apud sanos homines obtinebit, sic constitutum in Petro primatum vt perpetua successione semper maneat: vnde tamen euincunt, sedem Romæ in a collocatam, vt quicumque sit vrbs illius Episcopus, orbi vniuerso præsideat?

Nos ergo vtramque seorsim ostendamus. Ac primum, oportere Petro aliquem succedere in pontificatu Ecclesiæ vniuersæ, colligitur ex fine pontificatus. Nam certum est, Pontificem esse propter Ecclesiam, non Ecclesiam propter Pontificem. Sic enim Augustinus lib. de pastoribus cap. 1. Quod Christiani sumus, inquit, propter nos est: quod propositi sumus, propter nos est.

ATQUE Ecclesiâ non minùs eget nunc vno pastore, quàm tempore Apostolorum, immò verò etiam magis, cùm nunc sint Christiani, & plures, & peiores. Non igitur moriente Petro, interire debuit pontificatus, qui non in Petri commodum, sed in Ecclesiæ utilitatem institutus erat: sed manere ac perseuerare, donec ipsa Ecclesiâ manet, aut certè donec in terris peregrinatur, & vnius summi pastoris cura & vigilantia opus habet.

SECUNDO, ex vnitare Ecclesiæ. Nam Ecclesiâ est vna & eadem omni tempore: non debet igitur mutari forma regiminis, quæ est forma etiam Reipub. & ciuitatis. Quare si Apostolorum tempore vnus erat supremus rector, & caput Ecclesiæ, hoc etiam tempore esse debet.

TERCIO, ex verbis Domini, Ioannis vltimo: Pascite oues meas. Nam officium pastoris, est officium ordinarium & perpetuum: siquidem ex natura rei tam diu durare debet officium pastoris, quamdiu manet ouile. Ouile autem manet, & manebit vsque ad mundi consummationem: igitur eò vsque successores Petri in summo isto pastoralis officio manere necesse est.

QUARTO, ex eodem loco: nam cùm Dominus ait Petro, Pascite oues meas, omnes oues suas ei commisit, vt supra ostendimus, neque solum omnes ratione loci, sed etiam ratione temporis, cùm nõ minùs nobis, quàm antiquis Christus prospicere debuerit: sed Petrus non semper victurus erat in carne: igitur cùm ei Dominus ait, Pascite oues meas, in illo omnes successores eius alloquutus est.

ITAQUE Chrysostomus lib. 2. de Sacerdotio, circa principium. Quam, inquit, de causa ille sanguinem effudit suum? certè vt pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri successoribus committerebat. Et sanctus Leo serm. 2. de anniuersario assumptionis suæ ad pontificatum: Manet, inquit, dispositio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine Petri perseuerans, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit: perseuerat videlicet Petrus, &

vinit

vinit in successoribus suis. Et B. Petrus Episcopus Rauenaræ, in epistola ad Eutychem: Beatus, inquit, Petrus, qui in propria sede vinit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem.

QUINTO, Ecclesiâ est vnum corpus, & suum quoddam caput hinc in terris habet præter Christum, vt patet ex 1. Corinth. 12. vbi posteaquam dixit Paulus, Ecclesiâ esse vnum corpus, subiicit: Non potest caput dicere pedibus, non estis mihi necessarij. quod certè non conuenit Christo, Ipse enim potest dicere nobis omnibus, Non estis mihi necessarij: nullum autem aliud caput assignari potest præter Petrum: nec debet moriente Petro corpus Ecclesiæ manere sine capite: oportet igitur aliquem Petro succedere.

SEXTO, in veteri Testamento successio erat summorum Pontificum. Nam Aaroni successit Eleazatus, Num. 20. & Eleazaro Phinees, Iudic. 20. & sic de cæteris. At sacerdotium Testamenti veteris, figura fuit sacerdotij Testamenti noui: igitur & nunc successio in sede Petri, primi ac summi Christianorum Pontificis conferuari debet.

DENIQUE omnia argumenta, quibus in secunda questione probatum est, regimen Ecclesiæ debere esse Monarchicum, etiam hoc probant, quod nunc agimus.

IAM verò quòd iste Petri successor, sit Romanus Pontifex, facillè probari potest. Nullus enim est, nec fuit vnquam, qui se Petri successorem vilo modo asseruerit, vel pro tali sit habitus, præter Romanum & Antiochenum Episcopum: atqui Antiochenus non successit Petro in pontificatu Ecclesiæ totius: nam non succeditur nisi cedenti locum, vel per mortem naturalem, vel per renunciationem: Petrus autè adhuc viuens, & pontificatû gerens, Antiochenam Ecclesiam reliquit, & Romæ sedem suam fixit, vt quæstione superiore demonstrauius: restat igitur, vt Romanus Episcopus, qui Petro in vrbe Roma morienti successit, eidem in tota ipsius dignitate & potestate succederet.

PRÆTEREA, si Antiochenus Episcopus Petro in summo pontificatu successisset, primus Episcoporum fuisset. At Nicænum Concilium can. 6. Antiochenum Episcopum tertium Patriarcham, non primum, nec secundum esse declarauit, sicut fuerat semper: nec vnquam Antiocheni Episcopi altiorum locum quæsierunt.

VT autem res hæc tota melius intelligatur, obseruanda sunt quædam. Primo, aliud esse successione; aliud rationem successione. Nam successio Romani Pontificis in pontificatum Petri, ex instituto Christi est, ratio autem successione, qua Romanus Pontifex potius, quàm Antiochenus, vel aliquis alius succedat, ex facto Petri initium habuit.

SUCCESSIO, inquam, ipsa ex Christi instituto, & iure diuino est, quia Christus ipse instituit in Petro pontificatum duraturû vsque ad finem mundi: & proinde quicumque Petro succedit, à Christo accipit pontificatum.

AT verò, quòd Episcopus Romanus, quia Episcopus Romanus est, sit Petri successor, ex facto Petri ortum habuit, non ex prima Christi institutione. Nam potuisset Petrus nullam sedem particularem sibi vnquam eligere, sicut fecit primis quinque annis, & tunc moriente Petro, non Episcopus Romanus, neque Antiochenus successisset, sed is, quem Ecclesiâ sibi elegisset, potuisset quoque semper manere Antiochiæ, & tunc Antiochenus sine dubio successisset. quia verò Romæ sedem fixit, & tenuit vsque ad mortem, inde factum est, vt Romanus Pontifex ei succedat.

ET quoniam sanctus Marcellus Papa in epistola ad Antiochenos scribit, Petrum Domino iubente venisse Romam, & S. Ambrosius in oratione contra Auxerium, & Athanasius in apologia, pro fuga sua, dicunt, Petrum

Christi iussu Romæ martyrium pertulisse, non est improbabile Dominum etiam aperte iussisse, vt sedem suam Petrus ita figeret Romæ, vt Romanus Episcopus absolute ei succederet. sed quidquid de hoc sit, saltem ista ratio successione non est ex prima institutione pontificatus, quæ in Euangelio legitur.

OBSERVANDVM est secundo, tamen si forte non sit de iure diuino, Romanum Pontificem, quia Romanus Pontifex est, Petro succedere in præfecturam totius Ecclesiæ, tamen si quis absolute petat, an iure diuino Romanus Pontifex pastor sit, & caput totius Ecclesiæ, omnino esse id asserendum. Nam ad hoc nihil aliud requiritur quàm vt ipsa successio sit de iure diuino, hoc est, vt ordinarium officium Ecclesiæ vniuersam cum summa potestate gubernandi, non sit ab hominibus, sed à Deo immediatè institutum. id autem ita esse, supra demonstrauius.

OBSERVANDVM est tertio, licet forte non sit de iure diuino, Romanum Pontificem, vt Romanum Pontificem, Petro succedere, tamen id ad fidem Catholicam pertinere. Non enim est idem aliquid esse de fide, & esse de iure diuino, nec enim de iure diuino fuit, vt Paulus haberet penulam: & tamen hoc ipsum de fide, Paulum habuisse penulam.

ET SI autem Romanum Pontificem succedere Petro, non habeatur expressè in Scripturis, tamen succedere aliquem Petro deducitur euidenter ex Scripturis: illum autem esse Romanum Pontificem, habetur ex traditione Apostolica Petri, quam traditionem Concilia generalia, Pontificum decreta, & Patrum consensus declarauit, vt postea demonstrabitur.

OBSERVANDVM est postremo, Romanum episcopatum, & Ecclesiæ vniuersæ præfecturam, non esse duos Episcopatus, neque duas sedes, nisi in potentia. Nam Petrus pontifex totius Ecclesiæ à Christo institutus, non adiunxit sibi Episcopatum vrbs Romæ, quo modo Episcopus alicuius loci adiungit sibi alium Episcopatum, vel Canoniarum, aut Abbatiam: sed Romanæ vrbs Episcopatum euexit ad summum orbis terrarum Pontificatum, quemadmodum cùm Episcopatus simplex erigitur in Archiepiscopatum, vel Patriarchatum. Non enim Archiepiscopus, vel Patriarcha est bis aut ter Episcopus, sed semel tantum: & in huius rei signum non datur Pontifici summo nisi vnum pallium, etiam si Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha, & summus Pontifex sit. Hæc enim omnia sunt vnum actu, & tàm in potentia multa.

EX quo sequitur, vt qui eligitur Romanus Episcopus, eo ipso sit Pontifex summus Ecclesiæ totius, etiam si forte id non expriment electores. Sed iam Nili & Caluini obiectionibus respondeamus.

PRIMA Nili obiectio, Romanus Pontifex primatum habuit à Patribus, eò quòd ea ciuitas toti orbi terræ imperaret, vt legitur in Concilio Chalcedonenſi act. 16. Non igitur id habuit ex Petri successione.

RESPONDEO, decretum illud illegitimum fuisse, quod reclamantibus iis, qui Concilio præsidebant, factum sit. Sed de hoc plura in capite XXVII.

SECUNDA obiectio, Romanus Papa non est Apostolus, sed Episcopus tantum. Non enim Apostoli Apostolos ordinarunt, sed pastores & doctores: igitur Papa Romanus non succedit Petro in Apostolica potestate, quæ in omnem Ecclesiam erat, sed solum in Romano particulari Episcopatu.

RESPONDEO, in Apostolatu tria contineri. Primo, vt qui Apostolus est, sit immediatus verbi minister, ita vt ab ipso Deo doctus sit, & sacros libros scribere possit, & hoc fatemur non conuenire in Romano Pontificem. Non enim necesse est, vt quotidie nouæ reuelationes habeantur, & noui libri sacri scribantur.

SECUNDO, vt qui Apostolus est, Ecclesiâ cõstituat,

& fidem propaget in iis locis, ubi nunquam fuit. & hoc ad Romanum Pontificem pertinere. & ratio & experientia ipsa nos docet. Nam ab Apostolicis temporibus, qui Ecclesias fundauerunt in variis partibus orbis terrarum, & adhuc hodie fundant, Romani Pontifices fuerunt.

TERTIO, vt qui Apostolus est, summam habeat in omnem Ecclesiam potestatem, atque id quoque ad Romanum Pontificem pertinere contendimus, ea ratione, quia Petro succedit, in quo hæc potestas ordinaria est, non delegata, vt in Apostolis cæteris.

NEQUE Nili arguētum concludit, cum ait, Apostoli non Apostolos, sed pastores cōstituerunt. Nec enim Rom. Pontificem totius Ecclesiæ Pontificem, siue Apostolicum Pontificem Apostoli creare debuerunt, cum id ipse Christus fecerit. Quare ab omnibus Patribus semper Romani Pontificis sedes, Apostolica sedes appellata est, & in ipso Concilio Chalcedonensi, quod Nilus citat act. 1. vocatur Apostolatus, dignitas Papæ Romani, & act. 16. vocatur sedes eius Apostolica.

TERTIA obiectio, Petrus pastor & doctor fuit totius orbis terrarum: at Papa, & est, & vocatur solum Romanæ vrbs Episcopus.

RESPONDEO, id falsum esse, vt ex ipso Concilio Chalcedonensi, omisso cæteris, cognosci potest. Nam act. 3. leguntur tres epistolæ Orientalium ad Leonem, & in omnibus vocatur Leo vniuersalis Ecclesiæ Papa: quod idem nomen habetur etiam act. 16.

QUARTA obiectio, Petrus Antiochiæ & Alexandria Episcopus ordinatus: at id Papæ Romano non permittitur.

RESPONDEO, etsi hoc tempore Græcorum pertinacia id non permittit, tamen olim id Romano Pontifici licuisse. Nam in Concilio Chalcedonensi actio. 7. legitur Maximum Episcopum Antiochenum idem receptum à Concilio, quia à S. Leone in Episcopatu confirmatus fuerat. & Liberatus in Breuiario cap. 21. ac Ioannes Zonaras in Iustiano, scribunt ab Agapeto Romano Pontifice Antimum depositum fuisse ab Episcopatu Constantinopolitano, & in eius locum ab eodem Pontifice Menam ordinatum. Sed de his plura infra suo loco.

QUINTA obiectio. Quidquid Petrus dixit, aut scripsit, oraculum est Spiritus sancti. At id Papæ non conuenit. Non igitur Papa habet omnes prerogatiuas Petri. Respondeo, neque id nos contendimus.

SEXTA obiectio, Petrus sine conditione dictum est, Quidquid ligaueris, erit ligatum, &c. At Papæ Romano Petrus præscripsit, vt id solum liget, aut soluat, quod meritis ligandum aut soluendum est.

RESPONDEO, nihil hoc argumento aliud probari, quam Nilum istum verè fuisse Græcum, id est, leuē & garulum. Quis enim vnquam audiuit, licuisse Petro id ligare quod meritis ligandum non esset? & ubi habetur illa præscriptio Petri ad Papam, quam Nilus profert?

OBICIT primò Caluinus lib. 4. instit. cap. 6. §. 8. Non sequitur, si Petrus duodecim Apostolis initio præfuit, nunc toti orbi debere aliquem præesse: nam pauci facillè & vtiliter ab vno reguntur, multa verò millia non nisi à multis gubernari possunt.

RESPONDEO, in primis Petrum non XII. Apostolis tantum præfuisse, sed etiam multis millibus Christianorum, nam Ioan. vlt. non tantum XII. Apostolos, sed omnes oues suas Christus Petro commisit. Legimus autem Act. 2. creuisse oues Petri ad tria millia: & Act. 4. ad quinque millia in sola Hierosolyma. Deinde, quo sunt homines plures, eo magis indigent vno rectore, à quo in vnitare contineantur: Sed de hoc in prima questione dictum est.

SECUNDO obicit ibid. §. 11. si idem Romæ est sedes summi Pontificatus, quia Petrus Apostolus Romæ pontificatus gerens defunctus est: ergo Pontificatus Iudaici

sedes, debuit semper esse in deserto, quia ibi Moyses, & Aaron pontificatus grentes mortui sunt: & sedes pontificali Christianorum Hierosolymis esse deberet, quia ibi Christus summus Pontifex obiit.

RESPONDEO, ex dictis, non idem Romæ esse sedem pontificalem, quia Petrus Romæ obiit, sed quia Romanus Episcopus fuit, nec sedem ex Roma vnquam aliò transtulit. Moyses autem, & Aaron non fixerunt in deserto sedem, sed ibi in itinere cum essent, mortui sunt: sicut etiam Christus non fixit sedem Hierosolymis, nec in vilo particulari loco, vt supra diximus.

TERTIO obicit ibidem §. 12. Priuilegium hoc de primatu totius Ecclesiæ, vel est locale, vel personale, vel mixtum. Si primum: ergo cum semel fuerit concessum Antiochiæ, non potest ab ea tolli: etiam si inde Petrus recesserit, & alibi mortuus sit. Si secundum: ergo nihil ad locum. igitur nihil iuris habet Roma in pontificatu magis quam alia ciuitas. Si tertium: ergo non sufficit esse Romanum Episcopum ad hoc, vt aliquis habeat primatum. nam si est priuilegium partim locale, partim personale, non datur loco nisi pro tempore, quo in eo est talis persona, id est, Petrus.

RESPONDEO, ex prima Christi institutione dignitatem pontificalem fuisse personalem, tamen ex facto Petri factam esse postea localem, seu potius mixtam, neque id sine diuino nutu. Dico fuisse initio personalem, quia à Christo non fuit alligata vlli certo loco, sed in personam Petri absolutè collata, sic autem personalem fuisse affirmo, vt tamen Publica, non priuata fuerit.

PRIVILEGIA personalia priuata dicuntur, quæ dantur alicui personæ pro se tantum: publica verò, quæ dantur pro se & successoribus. Quia tamen postea Petrus Romæ sedem fixit, factum est hoc priuilegium etiã locale, & proinde mixtum. Nam est alligatum Romanæ vrbi, donec Petri successoris Romæ sedem retinent.

NAM si diuino iussu sedes aliò transferretur, non essent amplius Romani Episcopi, totius Ecclesiæ Episcopi, si transferretur, inquam, ipsa sedes, ita vt qui nunc sunt Romani Pontifices, alicuius alterius loci Episcopi dicerentur. Non enim sola absentia Pontificum ab vrbe: sedem transferre dicitur. Atque hæc ex hypothesi dicta sunt, non enim credimus vnquam futurum, vt Petri sedes aliò transferatur.

QUARTO obicit ibidem §. 13. si Romanus Pontifex, quia succedit Petro, est primus Episcopus, debet igitur esse Ephesinus, II. Hierosolymitanus, III. & sic de cæteris. at videmus secundum fuisse Alexandrinum, qui nulli Apostolo successit; Ephesinum autem ne extremo quidem angulo hætere potuisse.

RESPONDEO, ordinem & numerum Patriarchalium sedium non pendere ex dignitate priorum Episcoporum: alioqui non tres, sed duodecim fuissent, pro numero Apostolorum: sed ex sola Petri dignitate & voluntate, vt ex Anaclero, Leone, & Gregorio ostendimus in quæst. 3. in prærogatiuis Petri.

QUINTO obicit eodem lib. 4. c. 7. §. 28. si quæ dicuntur Petro, intelliguntur dicta etiam successoribus, ergo fateri debent Romani Pontifices se omnes esse Satanas. Nam hoc est dictum Petro, Matth. 16. in eodem loco, ubi dictum est ei, Tibi dabo clauis regni cælorum.

RESPONDEO, ea quæ dicuntur Petro in triplici esse differentia. quædam enim dicuntur ei pro se tantum: quædam pro se & omnibus Christianis: quædam pro se & successoribus: & quod euidenter colligitur ex ratione diuersa, qua ei dicuntur. Nam quæ dicuntur ei vt vni ex fidelibus, certè omnibus fidelibus dicta intelliguntur. Vt Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Quæ dicuntur ei ratione aliqua propria personæ ipsius, ei soli dicuntur, vt, Vade post me Satana. Et, Ter me negabis. Ista enim dicuntur ei ratione propriæ imbecillitatis & ignorantie.

QVAE

QUAEDAM denique dicuntur ei ratione officij pastoralis, quæ proinde dicta intelliguntur omnibus pastoribus, vt *Pasce oues meas. Et, Confirma fratres tuos. Et, Quodcumque ligaueris, &c.*

ARGUMENTA Lutheri leuissima sunt, & ex dictis facillimè à quouis solui possunt, & præterea diligenter soluntur ab Eckio, Fabro, Roffensi, & Caietano, quorum libri sunt in omnium manibus: idè ea prætermitto.

CAPVT XIII.

Idem probatur ex Conciliis.

SECUNDO loco probandus est Romani Pontificis primatus ex Conciliis. Et quidem Lutherus lib. de potestate Papæ, & Illyricus in lib. contra primatum, & Caluinus lib. 4. cap. 7. §. 1. dicunt, contra nos apertè pugnare VI. canonem Nicæni Concilij, in quo assignatur Romano Pontifici certa regio gubernanda, eaque perexigua, declaraturque vnus ex Patriarchis, non autem caput aliorum. pro nobis autem nullius Concilij testimonium inuenire potuerunt.

AT sunt nihilominus quam illustrissima Conciliorum generalium testimonia pro Romani Pontificis primatu: ex quibus nouem ita generalia fuerunt, vt in eis Græci & Latini interfuerint. Quod est notandum contra Græcorum leuitatem & pertinaciam.

PRIMUM ergo habemus Nicænum Concilium, & illum ipsum VI. canonem, quem aduersarij obiciunt, sed explicatione aliqua indiget iste canon, vt argumentum inde sumi possit. Igitur VI. canon Nicæni Concilij sic habet in tomis Conciliorum, quæ hodie existant, *Mos antiquus perduret in Aegypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem Episcopo Romano parilis mos est.*

SUNT autem circa hunc canonem aliqua notanda. Primo ex Nicolao I. in epistola ad Michaëlem, Concilium Nicænum nihil statuisse circa Romanam Ecclesiam, quoniam potestas eius, non ab hominibus, sed à Deo est, sed tantum ex forma Romanæ Ecclesiæ constituisse statum aliarum Ecclesiarum. Non enim dicit Concilium, Habeat Romanus Episcopus huius vel illius regionis administrationem: sed ait, *Habeat Episcopus Alexandrinus curam Aegypti, & Lybiae, quoniam Romanus Episcopus ita consuevit.* Vbi apertè Romana Ecclesia fit regula aliarum, & nihil circa eam propriè statuitur.

ITAQUE errant Caluinus, Illyricus, & cæteri, qui dicunt, à Concilio Nicæno certos fines assignatos Romano Episcopo, vt nimirum solum curam gerat suburbanarum Ecclesiarum.

SECUNDO est obseruandum, in libris vulgatis deesse initium huius canonis, quod tale est, *Ecclesia Romana semper habuit primatum. mos autem perduret, &c.* Sic enim iste canon citatur in Concilio Chalcedonensi, act. 16. à Paschasino Episcopo. Sic etiam vertit ex Græco ante annos circiter mille Dionysius quidam Abbas, vt Alanus Copus annotauit in primo Dialogo.

QUOCIRCA in eodem Concilio Chalcedonensi, act. 16. post lectum hunc canonem VI. Nicæni Concilij, iudices dixerunt, *Perpendimus omnem primatum & honorem præcipuum, secundum canones, antiquæ Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conseruari.*

OBSERVANDVM est tertio, illa verba, *Quoniam talis est Episcopo Romano consuetudo*, quatuor modis exponi solere. Primo, exponit Rufinus lib. 10. hist. Ecclesiast. c. 6. decretum esse à Concilio, vt Alexandrinus Episcopus habeat curam Aegypti, sicut habet Episcopus Romanus curam suburbanarum Ecclesiarum.

AT falsa expositio est, nam si Episcopus Romanus est primus & præcipuus Patriarcha, quomodo credibile est illi assignatam angustissimam regionem, aliis autem Patriarchis minoribus latissimam? Nam Antiochenus habuit totum Orientem, Alexandrinus tres amplissimas

prouincias, Aegyptum, Lybiam, & Pentapoli: Romanus autem habuisset tantum suburbanas Ecclesias, id est, sex Episcopatus Romæ vicinissimos.

DEINDE, illa particula, *Quoniam*, rationalis particula est. non est autem bona ratio, vt Episcopus Alexandrinus trium prouinciarum curam gerat: quia Romanus Episcopus curam gerit suburbanarum Ecclesiarum. Igitur aut ratio Concilij nihil valet, aut non rectè Concilij sententiam Rufinus exposuit.

DEINDE, Concilium Nicænum, nec vt citatur in Concilio VI. Carthaginensi, nec vt legitur in Concilio Chalcedonensi, act. 16. nec vt habetur in proprio loco in tomis Conciliorum, nec vt est apud Abbatem Dionysium, meminit suburbanarum Ecclesiarum, sed tantum ait, *Habeat Alexandrinus Episcopus potestatem in tota Aegypto, Lybia, & Pentapoli, quoniam Episcopo Romano talis consuetudo est.* Itaque mera diuinatio fuit illa Rufini, quem sequitur Caluinus, de suburbanis Ecclesiis.

SECUNDA expositio est Theodori Balsamonis in explicatione horum canonum, & Nili in suo libro contra primatum, Concilium decreuisse, vt Episcopus Alexandrinus habeat curam totius Aegypti, sicut Romanus Episcopus habet curam totius Occidentis.

HABET quidem sententia liberalior est, sed tamen falsa. Nam Concilium cum ait, *Quoniam talis est Episcopo Romano consuetudo*, reddit causam, vt diximus, cur debeat permanere antiquus mos in Aegypto & Lybia, & Pentapoli, vt eorum locorum habeat curam Episcopus Alexandrinus. Non est autem causa huius rei, quia Romanus Episcopus habet curam Occidentis. Quomodo enim sequitur, Episcopus Romanus habet curam Occidentis: igitur Alexandrinus debet curam gerere Aegypti, Lybiae, & Pentapolis? cur non totius Africae potius? aut cur non Aegypti tantum? aut cur Alexandrinus, & non Carthaginensis, aut aliquis alius istam curam habebit?

ADDE, quod Concilium non meminit Occidentis, neque Orientis, sed tantum ait, *Quoniam talis Episcopo Romano est consuetudo.*

TERTIA expositio est auctoris summæ Conciliorum, qui ex quodam vetusto codice putat restituendum (*Quoniam* Metropolitanum talis consuetudo est) pro eo, quod habemus (*Quoniam* Episcopo Rom. talis consuetudo est.)

AT neque hæc est solida expositio. Exemplaria enim Nicæni Concilij nusquam extabant pleniora, & emendatiora, quam in scriniis Romanorum antiquorum Pontificum, vt infra ostendemus, cum agemus de appellationibus. nam quæ in Græcia erant, coneremata fuerunt ab Arianis, teste Athanasio, in epistola ad omnes Orthodoxos: & idè non mirum, si quæ citantur à Græcis, & Rufino, mutila, & corrupta sunt.

PORRO ex Romanæ Ecclesiæ scriniis tulit hunc canonem Paschasius beati Leonis legatus ad Concilium Chalced. & in eo legitur, *Quoniam talis Episcopo Romano consuetudo est.*

ADDE; quod non est bona ratio, cur debeat Alexandrinus Episcopus tantam ditionem habere, quia ita consueuerunt Metropolitanam. Nam Metropolitanam non regunt nisi vnâ prouinciam: Alexandrino autem multæ prouinciæ, & multi Metropolitanam subiiciuntur.

QUARTA igitur, & vera expositio est, Alexandrinum debere gubernare illas prouincias, quia Romanus Episcopus ita consuevit: id est, quia Romanus Episcopus ante omnem conciliorum definitionem consuevit permittere Episcopo Alexandrino regimen Aegypti, Lybiae, & Pentapolis: siue consuevit per Alexandrinum Episcopum illas prouincias gubernare. Sic intellexit hunc canonem Nicolaus I. in epistola ad Michaëlem: nec ap-

paret vlla alia probabilis expositio.

SECUNDVM Cōcilium generale in epistola ad Damascum que extat apud Theodoretum libro 5. hist. cap. 9. dicit se conuenisse apud Urbem Constantinopolim, ex mandato litterarum Pontificis, per Imperatorem ad se missarum. Et ibidem fitetur, Romanam Ecclesiam caput esse, se autem membra.

TERTIVM Concilium, vt est apud Euagrium libro primo hist. cap. 4. dicit se deponere Nestorium ex mandato litterarum Cælestini Papæ Romani. Et in epistola ad eundem Cælestinum, idem Cōcilium scribit, se causam Ioannis Patriarchæ Antiocheni. qua magis dubia erat, quam causa Nestorij, non fuisse autum iudicare, sed reseruata iudicio ipsius Cælestini.

QVÆ omnia perspicue indicant supremam Romanæ Pontificis auctoritatem. Concilium Chalcedonenfe. act. 1. 2. & 3. passim vocat Leonem vniuersalis Ecclesie Pontificem. Et in epist. ad Leonem, Et post hæc, inquit, omnia insuper, & contra ipsum, cui vinea custodia à fœuatore commissa est, extendit insaniam, id est, contra hanc quoque Apostolicam sanctitatem. Hic vides maximum Concilium confiteri, Romano Pontifici à Deo ipso vineæ, id est, Ecclesie vniuersæ custodiam esse commissam.

SYNODVS Constantinopolitana, quæ ante quintam Synodum in causa Anthimi congregata est, act. 4. per Meuiam Patriarcham Concilij præsidem ita loquitur, Nos, inquit, Apostolicam sedem sequimur, & obedimus: & ipsius communicatores, communicatores habemus: & condemnatos ab ipsa, & nos condemnamus. Iam sit totum Concilium Apostolicæ sedi obedire se profiteatur, certè Apostolica sedes toti Ecclesie cum auctoritate præest.

SEPTIMA Synodus act. 2. recipit, & probat epistolam Adriani ad Tharasiū, in qua hæc habentur, Cuius, inquit, sedes per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet, omnibusque Ecclesiarum Dei caput existit. Unde & ipse beatus Petrus Apostolus Dei iussu Ecclesiam patens nihil omnino præteruissit: sed vbi que principatum obtinuit, & obtinet, &c. Nota, in præfati dicit, Primatum obtinens lucet. Et, caput existit, &c.

LATERANENSE Concilium sub Innocentio III. in quo Græci & Latini interfuerunt, cap. 5. Romana, inquit, Ecclesia, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vt ipse mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra.

CONCILIUM Lugdunense generale sub Gregorio decimo, vt habetur in Sexto, tit. de Electione, cap. vbi periculum, vocat Romanum Episcopum, vicariū Christi, successorem Petri, & rectorem vniuersalis Ecclesie: & in hoc etiam Concilio Græci & Latini interfuerunt.

DENIQUE Concilium Florentinum: Græcis & Latinis consentientibus ita statuit: Definimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanam Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesie caput & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi, vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro IESU CHRISTO plenam potestatem iraditam esse.

OMNITIO quinque alia Concilia generalia, quia nec à Græcis recipiuntur, cum ipsi non interfuerint, nec à Lutheranis, cum sint post annum DC. celebrata. Nimirum Lugdunense sub Innocentio IV. vt habetur cap. primo de Homicidio in Sexto. Viennense sub Clemente V. vt habetur Clementina vnica, de summa Trinitate & fide Catholica. Constantinense sess. 8. & 15. Lateranense sub Leone X. sess. 11. & Tridentinum sess. 14. cap. 7. & alibi.

CAPVT XIII.

Idem probatur ex testimonijs Summorum Pontificum.

ERTIVM argumentum sumitur à Summorum Pontificum sententijs. Est autem obseruandum epistolas Pontificum in tres quasi classes distribui posse.

PRIMA classis continet epistolas Pontificum, qui sederunt vsque ad annum CCC. in quibus Magdeburg. & Caluinus fatentur, verè asserti primatum, & eos Pontifices sanctos, & veros Pontifices fuisse, sed eas epistolas dicunt esse confictas, & recentes, ac falsò Pontificibus illis adscriptas.

SECUNDA classis complectitur epistolas eorum Pontificum, qui sederunt ab anno DC. vsque ad nostra tempora: in quibus fatetur aduersarij, verè asserti primatum, & esse eorum auctorum, quibus inscribuntur, sed eos Pontifices non esse dignos fide, & Pseudopontifices, non Pontifices fuisse.

TERTIA classis comprehendit illas epistolas, in quibus & aperte asseritur primatus, & quas constat esse scriptas à sanctis & veris Pontificibus, qui floruerunt ab anno CCC. ad DC. videlicet Iulio, Damaso, Syricio, Innocentio, Zozimo, Leone, Gelasio, Anastasio II. Ioanne II. Felice IV. Pelagio II. Gregorio Magno.

ERGO in testimonijs primæ & secundæ classis, non erit opus immorari in citandis verbis, sed satis erit notare loca, & respondere ad obiectiones hæreticorum, quandoquidem fatentur in illis epistolis aperte asseri sententiam nostram. Verba autem adferenda tantum erunt in testimonijs tertiæ classis.

PRIMUM igitur disertè asserunt primatum hi sancti Pontifices, Clemens epist. 1. Anacletus epist. 3. Euaristus epist. 1. Alexander epist. 1. Pius epist. 1. & Anicetus epist. 1. Victor epist. 1. Zephyrinus epist. 1. Calixtus epist. 2. Lucius epist. 1. Marcellus in epist. 1. Eusebius in epist. 3. Melchisedes epist. 1. Marcus epistola 1.

AD hæc testimonia nihil respondent, nisi esse recentia & suppositicia. At quamuis aliquos errores in eas irrepsisse non negauerim, nec indubitas esse affirmare audeam, certè tamen antiquissimas esse nihil dubito. mentiantur enim Magdeburgenses Cent. 2. cap. 7. ad finem, cum dicunt, nullum fide dignum auctorem citasse has epistolas ante tempora Caroli Magni.

NAM Ildorus, qui CC. annis antiquior est Carolo, in proæmio sui collectanij sacrorum Canonum, dicit se ex concilio 80. Episcoporum collegisse Canones ex epistolis Clementis, Anacleti, Euaristi, & cæterorum Romanorum Pontificum. Item Concilium Vafense, Can. 7. citat epistolas Clementis, vt nunc extant. Et celebratum est hoc Concilium tempore Leonis I. id est, CCCL. annis ante imperium Caroli.

DENIQUE Rufinus, qui annis CCCC. præcessit Carolo, præfatione in recognitiones Clementis à se conuersas ex Græco, meminit epistolæ Clementis ad Iacobum, & eam se veridicè dicit ex Græco. esse autem verè hanc versionem Rufini, testatur Gennadius lib. de viris illustrib. in Rufino.

IN secunda classe est Adrianus, in ep. ad Tharasiū, Nicolaus I. in ep. ad Michaelē imperatorem, Leo IX. in epist. ad Michaelē Episcopum Constantinopolitanum, Pafcalis in epist. ad Episcopum Panormitanum, quæ habetur cap. Significasti, extra de Electione, Innocentius II. in epist. ad Imperatorem Constantinopolitanum, quæ habetur cap. Solite, extra de Maioritate, & obedientia. Qui omnes seriò, & ex professò docent, Romanum Pontificem toti Ecclesie præesse.

AD hæc aduersarij respondent, hos Pontifices omnes Antichristos fuisse. Id quod in sequenti questione refellemus. Interim hoc solum dicimus, si isti Pontifices Antichristi fuerunt, totam Ecclesiam ab annis

ferè

ferè 1000. periisse: constat enim ex historijs Ecclesiam vniuersam his Pontificibus adhæsisse, eorumque sententiam esse sequutam. Si verò Ecclesia perit, mentitum esse Christum, qui ait Matth. 16. aduersus Ecclesiam portas inferi non præuallituras. Sed de hac re satis multa diximus in questionibus de Ecclesia. Veniamus ad tertiam classem, & duodecim & optimos & sanctissimos Pontifices proferamus.

PRIMVS sit sanctus Iulius I. qui in epistola ad Orientales, quæ extat in Apologia secunda sancti Athanasij, ita loquitur, An ignari estis, hanc consuetudinem, vt primum nobis scribatur, vt hinc quod iustum est, desiniri possit, equo propere si isthic eiusmodi suspitio in Episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram Ecclesiam referri oportuit. Et infra, Quæ (inquit) accepimus à B. Petro Apostolo, ea vobis significo, non scripsimus alioqui, quæ nota apud vos esse arbitror, nisi facta ipsa non conturbassent.

HIS verbis S. Iulius affirmat, ad se pertinere officium diiudicandi causas Episcoporum, etiam Orientalium, tamen Patriarchæ primarij essent (nam de causa S. Athanasij Alexandrini Patriarchæ agebatur) & hoc ius à B. Petro se accepisse, atque id omnibus notum esse. Quid, quæso, responderi potest? auctor est sanctus & verusissimus, epistola certa, & à S. Athanasio tota descripta, verba denique ipsius perspicua, & disertata.

SECUNDVS sit S. Damascus, qui in epistola ad omnes Episcopos Orientales, quam Theodoretus recitat lib. 5. hist. cap. 10. Quoniam, inquit, Apostolica sedi reuerentiam debitam charitas vestra distribuit, vobis quamplurimum, charissimi filij, præstitistis. Vbi agnoscit debitam reuerentiam, & filios vocat omnes Episcopos. Item in ep. 4. ad Episcopos Numidiæ, Cuncta quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos tanquam ad caput, vt semper fuit consuetudo, deferre non desinat.

TERTIVS S. Syricius in epistola ad Himericum Episcopum Tarracensem, quam etiam Caluinus verè Sircij esse fatetur. Pro offrij, inquit, nostri consideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christiane religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui grauantur. Quinimo hæc portat in nobis B. Apostolus Petrus, qui nos in omnibus, vt confidimus, administrationis sue protegit, & tuetur hæredes. Et infra cap. 15. Explicauimus, vt arbitror, frater charissime, vniuersa quæ digesta sunt in querelam, & ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Bassianum Presbyterum ad Romanam Ecclesiam, vt pote ad caput tui corporis retulisti, &c. Denique præcipit Episcopo, vt hæc sua decreta dirigat ad alios Episcopos omnes.

QUARTVS S. Zozimus in epistola ad Helychium Solitanum Episcopum, Ad te, inquit, potissimum scripta direximus, quæ in omnium fratrum & Episcoporum nostrorum facies ire notuam. Et infra, Scit, quisquis hoc, postposita Patrum, & Apostolicæ sedis auctoritate, neglexerit, à nobis distribuis vindicandum, vt loci sui minime dubiet sibi non constare rationem, si hoc putat post tot prohibitiones posse tentari.

QUINTVS S. Innocentius in epistola 22. ad Episcopos Macedoniæ: Aduerti, inquit, sedi Apostolicæ ad quam relatio, quasi ad caput Ecclesiarum missa currebat, fieri iniuriam, &c. Item, in epistola ad Concilium Miletitanum, quæ est inter epistolas sancti Augustini 93. Diligenter, inquit, & congruè Apostolico consultis honori, honori, inquam, illius quem præter illa, qua extrinsecus sunt, sollicitudo manet omnium Ecclesiarum, antiquæ sollicitudine regulæ sequuti, quam toto semper ab orbe mecum nobis esse seruauimus. Idem in epistola ad Concil. Carthag. quæ est 91. Romanam sedem dicit esse fontem, & caput omnium Ecclesiarum.

AD hoc testimonium Magdeburgenses nihil respondent, nisi Innocentium nimis multum sibi arrogare.

Quocirca eum per contumeliam Nocentium vocant.

AT si ita est, cur veteres Patres hunc Innocentij errorem non reprehenderunt? Cur Augustinus in epist. 106. ad Paulinum de his duabus epistolis Innocentij loquens ait: Ad omnia ille nobis rescripsit eodem modo, quo facta erat, atque oportebat Apostolica sciat Amistitè. Cur ibidè Augustinus Innocentium B. memoriæ Papam appellat.

SEXTVS est sanctus Leo. Sed quoniam Lutherus & Caluinus dicunt, veteres Pontifices nihil auctoritatis habuisse extra Occidentem, adferamus testimonia Leonis, quibus simul primatus asseratur, & ostendatur eo tempore Pontifex in Græciam, Asiam, Ægyptum, & Africanam iurisdictionem exercuisse.

IGITUR in epistola 84. ad Anastasium Episcopum Thesalonicensem, Sicut, inquit, præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum sequor exemplum, vices mei moderaminis, delegavi, vt curam vniuersis Ecclesijs principaliter ex diuina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus, adiuuantes, & longinquis ab Apostolica sede prouincijs præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes. Et infra, Pises, inquit, nostras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Et in fine, vbi dixerat magna prouidentia constitutos Episcopos, Archiepiscopos, & Primates, subdit, Per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesie cura conseruetur, & nihil vnquam à suo capite dissideret. Ex his apparet non solum primatus, sed etiam auctoritas Leonis in Ecclesijs Græciæ.

IDEM Leo epist. 46. ad Anatholium Episcopum Constantinopolitanum, Residentibus, inquit, vobis quibus executionem nostræ dispositionis iniunximus. &c. Vides, vt præcipiat Patriarchæ Constantinopolitano.

IDEM epistola 62. ad Maximum Antiochenum, monet eum, vt frequenter ad se scribat, quid agatur circa Ecclesias. Et ibidem, Iuuenalis, inquit, Episcopus ad obinendum Palesine prouinciæ principatum credidit se posse sufficere. Quod sanctæ memoriæ Cyrillus meritis perhorrescens, scriptis suis mihi rem indicauit, & sollicita prece multum poposuit, vt nulla illicitis conatibus præberetur assensio, &c. Vides quomodo Patriarcha Alexandrinus supplicat Leoni, ne permittat Iuuenali subiici Palesinam. Et cum ea prouincia ad Antiochenum Patriarchatum spectaret, cur non petiit hoc potius Cyrillus ab Antiocheno Patriarcha?

IDEM epistola 81. ad Dioscorum Patriarcham Alexandrinum: Quod, inquit, à Patribus nostris propensior cura nouimus esse seruauimus, à vobis quoque volumus custodiri, &c. Vides Leonem imperare Patriarchæ totius Ægypti, & Lybiæ.

IDEM epistola 87. ad Episcopos Africa: Quod, inquit, vt cumque patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam, quod omnino interdiximus, usurpare præsumpserit. Et infra: Causam, inquit, Lupicini Episcopi illic iubemus audiri; &c. Leo igitur imperabat Episcopis Græciæ, Asiæ, Ægypti, Africa: Extant etiam epistola eius ad Episcopos Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Italiæ, in quibus aperte se eorum iudicem, & caput agnoscit.

DENIQUE ferm. 1. de natali Apostolorum, his verbis Romanam urbem alloquitur, Per sacram B. Petri sedem caput orbis effecta latius præfides religione diuina, quam dominatione terrena. Quamuis enim multis antea vislorijs, us imperij tui terra, marique prouleris, minus tamen est, quod tibi bellicens labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit. Quid clarius.

AD hæc loca respodet Caluinus dupliciter lib. 4. inst. c. 7. §. 11. Primo dicit Leonè supra modum audidit gloriæ, & dominationis fuisse, & ambitioni eius multos restitisse. In cuius rei probationem citat in margine epist. eius 85.

A a 4

AT in epistola nihil tale extat, nec in aliis epistolis eius inuenimus villos restitisse S. Leoni, excepto vno Episcopo Gallo, qui Hilarius dicebatur. Is tantum legitur in ep. 89. Leonis, se subtrahere voluisse ab Apostolicæ sedis obedientia. Qui tamen, vt ibidem legimus, Romam venit ad dicendam causam, & conuictus in Concilio punitus est.

EXSTANT autē inter epistolas Leonis epistolæ variorū Conciliorum, Episcoporum, Imperatorū, ad ipsum Leonem, & nominatim epistolæ Episcoporum Galliarū, in quibus pietas eius, & auctoritas mirificè prædicatur. Nec puto ante Lutherum, & Caluinum vllum fuisse, qui B. Leonem superbiam, & ambitionis reprehenderit.

SECVNDO respondet, Leonem non vltimè sibi iurisdictionem in alios Episcopos: sed tantum se in dissidiis componendis interpoluisse, quantum lex, & natura Ecclesiasticæ communionis patiebatur. Et probat, quia idem Leo epist. 84. vbi videtur maximè iubere Episcopis, tamen dicit se velle seruari in omnibus priuilegia Metropolitanorum: quasi dicat, se ex pietate monere, auctoritatem autem relinquere iis, quorum est.

AT si ita est, ergo non gloria, & dominationis auidior fuit, nec ambitionis accusandus erat. Deinde verba ipsa Leonis supra citata satis aperte docent, eum verè & ex auctoritate Episcopis imperasse. Quod autem vult seruari iura Metropolitanorum, nihil officit nostræ causæ. Nam ita vult seruari, vt simul illi subiiciatur sedi Apostolicæ, & eius vicario. Sic enim loquitur in ep. 84. Igitur, inquit, secundum sanctorum Patrum canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, Metropolitanos singularum prouinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura præteritur, ius traditæ sibi antiquius dignitatis intemperatum habere discernimus, ita vt à regulis præstitutis nulla aut negligentia, aut præsumptione discedant. Et infra: Si forte, inquit, inter ipsos qui præsent, de maioribus, quod absit, peccatis, causa nascatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus curabit instruere, & si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est transferatur.

SEPTIMVS S. Gelafius sic ait in epist. ad Episcopos Dardaniæ: Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum, sedes B. Petri Apostoli ius habeat resoluedi. Vt pote quæ de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Similia habet in epistola ad Anastasium Imperatorem, & in tomo de vinculo anathematis. Neque ad hæc vlla responsio dari potest. Constat enim hæc verè esse verba Gelasij, & Gelasium virum sanctum fuisse, & ante mille annos Ecclesiæ præfuisse.

OCTAVVS Ioannes II. qui etiam ante mille annos sedit, in epistola ad Iustinianum seniore Angustum, quæ habetur in ipso codice Iustiniani, in titulo, Inter claras, inquit, sapientia ac mansuetudinis vestre laudes, Christianissime principum puriore luce tanquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio edocti, Ecclesiasticis disciplinis Romane sedis reuerentiam conseruatis, & ei cuncta subiicitis, & ad eius deducitis vnitatem, ad cuius auctorem, hoc est, Apostolorum primum, Domino loquente, præceptum est, Pasce oues meas, quam esse omnium verè Ecclesiarum caput, & Patrum regulæ, & principum statuta declarant, &c.

NONVS, Anastasius II. in ep. ad Anastasium Imperatorem: Per ministerium (inquit) humilitatis meæ, sicut semper est sedes B. Petri in vniuersali Ecclesia, assignatum sibi à Domino tenet principatum.

DECIMVS sit, Felix IV. qui in epistola prima ad varios Episcopos, inquit, Sanctitatis vestre scripta, quæ ad sedem Apostolicam misistis tanquam ad caput, vt inde acci-

peretis responsa, vnde omnis Ecclesia totius religionis sumpsit exordium, gratanter suscepit, &c.

VNDECIMVS sit, Pelagius II. qui in epistola prima ad Episcopos Orientis, Romana sedes, inquit, instituentem Domino, caput est omnium Ecclesiarum.

DVODECIMVS, S. Gregorius Magnus non minùs quàm Leo se totius Ecclesiæ caput agnouit, lib. 1. ep. 72. ad Gennadium, Ex Concilio (inquit) Numidiæ si qui desiderauerint ad Apostolicam sedem venire, permittite, & si quilibet eorum via contradicere voluerit, obuiate. Hinc igitur apparet auctoritas Gregorij in Episcopos Africa. Item, lib. 2. epist. 73. ad Natalem, Postquam, inquit, ad beatitudinem vestram, & decessoris mei, & mea in causa Honorati Archidiaconi scripta directa sunt, tunc contempta vtriusque sententia præfatus Honoratus proprio gradu priuatus est. Quod si quilibet ex quatuor Patriarchis fecisset, sine grauissimo scandalo tanta contumacia transire nullo modo potuisset. Certè his verbis sanctus Gregorius omnibus Patriarchis se præpositum fuisse, apertissimè demonstrat.

ITEM lib. 4. epistola 56. ad Episcopos prouinciæ Helladæ: Pallium, inquit, Ioanni fratri nostro Corinthiorum Episcopo nos transmississe cognoscite, cui vos magnopere conuenit obedire. Vides Gregorij auctoritatem in Græcos Episcopos, quibus Corinthiorum Episcopum, Archiepiscopum ordinat per pallij transmissionem? idem lib. 7. epistola 63. ad Ioannem Episcopum Syracusanum, Nam, inquit, de Constantinopolitana Ecclesia, quis eam dubitet Apostolicæ sedi esse subiectam? quod & Dominus piissimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis Episcopus assidue profiteretur. Et epistola 64. ad eundem: Nam, inquit, quod se dicit sedi Apostolicæ subiit, si qua culpa in Episcopis inuenitur, nescio quis ei Episcopus subiectus non sit, &c. Quid clarius? Omittit epistolas ad Episcopos Italia, Galliar, Hispaniar. Nam de subiectione eorum nulla dubitatio est.

RESPONDET Caluinus lib. 4. c. 7. §. 12. ad primum ait, Gregorium tribuisse sibi ius corrigendi alios, non autem paruissè ei, nisi illos, qui volebant.

AT hoc dici non potest, nam Gregorius sanctissimus, & humillimus fuit. Quocirca etiam Græci eius diem festum colunt, & Caluinus in hoc lib. 4. cap. 7. §. 22. Gregorium virum sanctum fuisse faretur. Non autem potest cum sanctitate consistere vsurpatio iuris alieni. Neque est nœuus, aut macula venialis, subiicere sibi omnes Episcopos, sed intolerabilis superbia, & ipsissima nota Antichristi, vt ipsimet frequenter docent. Quomodo ergo Gregorius sanctus erat, si omnes Episcopos sibi iniuste subiiciebat?

SECVNDO respondet, Gregorium ex mandato Imperatoris iudicasse Episcopum Constantinopolitanum, vt ex libro septimo, epistola sexagesima quarta ipsius Gregorij, cognosci potest.

AT in ea epist. Gregorius dicit, Imperatorem voluisse à se iudicari Patriarcham illum, quia canones hoc iubet. Quod idem est, ac si diceret, Imperatorem noluisse impedire, quin iuxta canones Episcopus, licet regiæ vrbis, à Gregorio puniretur. Quare in epistola superiore Gregorius dicit, Imperatorem assidue profiteri, Ecclesiam Constantinopolitanam Romæ esse subiectam.

TERTIO respondet, Gregorium, sicut alios puniebat, ita paratum fuisse ab aliis emendari, vt ipse dicit libro secundo, epistola tricesima septima, ad Natalem Salonitanum, ac proinde non magis præfuisse, quàm subiectum fuisse.

AT Gregorius in illa epistola de correptione fraterna loquitur, non de censura iudiciali: Ecce, inquit, fraternitas tua agrè se tulit de conuictis à me esse reprehensam, cum ego, qui estis hanc non vitæ, tamen loco transgredior, ab omnibus corripit, ab omnibus emendari paratus sum, & hunc

solum mihi amicum estimo, per cuius linguam ante apparitionem districti iudicis maculas mentis tergo. Adde quod inuoluit contradictionem, eundem omnibus prælatum esse, & tamen aliquibus subiit.

QUARTO respondet, hunc statum pontificum valde Gregorio displicuisse. Subinde enim conqueritur, inquit, se sub colore Episcopatus ad seculum rediisse, vt lib. 1. epist. 5. & 7.

AT Gregorius desebat quidem, quod ex quiete monasterij ad onera Episcopalia translatus esset: non autem displicebat ei, quod Apostolica sedes omnium Ecclesiarum curam gereret. Nam ipse idem acerrimè pugnavit pro honore sedis suæ contra Ioannem Episcopum Constantinopolitanum. Et lib. 4. epist. 36. ad Eulogium: Humilitatem, inquit, teneamus in mente, & tamen ordinis nostri dignitatem seruemus in honore. Et lib. 11. epistola 42. ad Ioannem Panormitanum Episcopum: Illud, inquit, admonemus, vt Apostolicæ sedis reuerentia nullius præsumptione turbetur. Tunc enim status membrorum integer manet, si caput fidei nulla pulserit iniuria. Et in explicatione Plal. quarti penitentialis: In tantum, inquit, sua temeritatem extendit vesania, vt caput omnium Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vendicet, & in Domina Gentium terrene ius potestatis usurpet.

CAPVT XV.

Idem probatur ex Patribus Græcis.

ENIAMVS ad testimonia veterum Patrum, qui Summi Pontifices non fuerunt, Caluinus & Illyricus tres tantum nobis obiciunt, Cyprianum, Hieronymum & Bernardum, de quibus dicemus suo loco. Nos autem pro illis tribus, ferè triginta illis obiciemus.

PRIMVS igitur sit beatus Ignatius, qui epistolam ad Romanos inscribit: Ignatius Ecclesia sanctificatæ, quæ præfidei in regione Romanorum. Cur dicitur Ecclesia præfidentis, nisi quia caput est omnium aliarum?

SECVNDOVS beatus Irenæus lib. 3. c. 3. Maxime, inquit, & antiquissima, & omnibus cognita, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constituta Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam omnibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confundimus eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cecitatem, & malam scientiam, præter quam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorē principalem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ ab Apostolis est, traditio.

NOTA illud: Necesse est. Et illud: Omnem conuenire Ecclesiam. Et illud: Propter potentiorē principalem. Et illud: In qua semper ab omnibus conseruata est Apostolica traditio. Nam Irenæus probat, posse nos confundere omnes hæreticos ex doctrina Romanæ Ecclesiæ, quia necesse est ad hanc Ecclesiam omnes conuenire, & ab ipsa tanquam à capite & fonte pendere: & proinde necesse est, eius doctrinam esse Apostolicam & veram.

QUO autem necessarium sit omnibus Christianis pendere à Romana Ecclesia, probat. Primo à priori, quia datus est huic Ecclesiæ principatus. Secundo à posteriori, quia hætenus semper omnes conseruauerunt fidem in hac Ecclesia, id est, in vniōe & adhæsione ad hanc Ecclesiam, vt ad caput & matrem.

TERTIVS Epiaphanius hæresi 68. quæ est Meletianorum: Vrsacius, inquit, & Valens penitentiam agentes, vna cum libellis profecti sunt ab beato Iuliano Romanum Episcopum pro ratione reddenda de suo errore, ac delicto. Certè isti Episcopi erant: cur igitur à Romano Pontifice veniam petebant, si non est Romanus Pontifex etiam Episcoporum iudex & caput?

QUARTVS Athanasius in secunda Apologia, eodem Episcopos à beato Iunio veniæ delicti petiuisse restatur. Et in epistola ad Felicem Papam: Ob id vos, prædecessoresque vestros, Apostolicos videlicet Præsules, in summitatis arce constituit, omniumque Ecclesiarum curam habere præcepit, vt nobis succurratis, &c.

DENIQVE in lib. de sententia Dionysij Alexandrini Episcopi: Quidam, inquit, ex Ecclesiæ rectè quidem sentientes, sed ignari eius causæ, cur ita ab eo scriptum esset, Romanum ascenderunt, ibique cum apud Dionysium Romanum Præsulem acculauerunt. Cur, quæso, Dionysius Alexandrinus Patriarcha à bonis viris accusatur apud Romanū Pontificem, nisi quia sciebant Romanum Pontificem communem esse omnium iudicem?

QUINTVS Basilius in epist. 52. ad Athanasium, Visum est, inquit, consentaneum scribere ad Episcopum Romanum, vt videat res nostras, & iudicij decretum suum imponat. Ut quia difficile est, aliquos inde de Concilij sententia mitti, ipse auctoritatem rei tribuat delectis viris, qui laborem quidem itineris perferre possint, leuitate verò ac facilitate morum, tum commoda & prudenti oratione eos qui à recta via deflexerunt, monere, quique acta Ariminensis Concilij secum ferant, ad rescindenda que illis violentè acta sunt, &c. Hic Basilius tribuit Romano Episcopo auctoritatem visitandi Ecclesias Orientis, & ex auctoritate decreta faciendi, ac rescindendi Concilia generalia, quale erat Ariminense.

SEXTVS S. Gregorius Nazianzenus in carmine de vita sua, dicit, Romanam Ecclesiam semper conseruasse veram de Deo sententiam, vt decet urbem, quæ toti orbi præfidei. Nec loquitur de imperio temporali: nam eo tempore imperij Romani sedes Constantinopoli erat, non Roma.

SEPTIMVS, S. Ioannes Chrysostronus in epist. ad Innocentium Papam: Obsecro, inquit, vt scribas, quod hæc tam iniquè facta non habeant robur, illi autem, qui iniquè egerunt, pæne Ecclesiasticarum legum subiaceant, &c. Deposuerat Chrysostronus ab Episcopatu Constantinopolitano Theophilus Episcopus Alexandrinus in Concilio multorum Episcoporum, Chrysostronus ad Romanum Pontificem scribit, vt ipse sua auctoritate decernat irritam esse sententiam Theophili, & Theophilum ipsum puniat. Agnoscit ergo Chrysostronus Innocentium Papam, vt summum iudicem etiam Græcorū.

ITEM in epistola secunda ad eundem: Perpetuas, inquit, vobis gratias agimus, quod paternam erga nos beneuolentiam declarastis, &c. Agnoscit Chrysostronus Innocentium vt patrem, cum tamen ipse senior Innocentio esset, & Episcopus regiæ vrbis. Denique, in eadem epistola petit ab Innocentio, ne inimicos suos excommunicet, tametsi illi hoc mereantur. Vestram, inquit, oro vigilantiam, vt licet omnia tumultibus impleuerim, si tamen curari morbo voluerint, ne affligantur, neque à cætu euiciantur.

OCTAVVS S. Cyrillus epistola decima ad Nestorium, & epist. 11. ad clerum & populum Constantinopolitanum, scribit, Nestorium, nisi intra terminum à Cælestino Papa Romano præscriptum, hæreses suas reuocet, ab omnibus vt excommunicatum & depositum debere vitari. Et in epist. 18. ad Cælestinum, quem in inscriptione sanctissimum Patrem appellat, petit ab eo, num velit cum Nestorio ad tempus adhuc communicari, an verò deinceps ab omnibus vitari. Quæ omnia satis declarant, quo loco Romanum Pontificem sanctus Cyrillus habuerit, cum in damnatione, ac depositione Nestorij, nihil se aliud, quàm exequutorem & administrum Romani Pontificis exhibuerit. Et in libro thesauri: Petro, inquit, omnes iure domino caput inibant, & primates mundi tanquam ipsi Domino T e s v o bediunt. Item: Debemus nos, vt qui membra sumus, caput

nostro Romano Pontifici, & Apostolica sedi adherere, &c. Quæ verba non habentur in libris Theauri, qui nunc extant, sed citantur à Beato Thoma in opusculo contra Græcos, & à Genadio Scholario Græco auctore in lib. de primatu Romani Pontificis. Constat autē multos libros Theauri perisse: nam citatur in sexta Synodo, act. 10. liber tricesimus secundus Theauri Cyrilli, cum non existat hoc tempore libri, nisi quatuordecim. Præterea Andreas Colossensis Episcopus in Concilio Florentino, sessione septima, affirmavit in Theauris Cyrilli mirifice prædicari Romani Pontificis auctoritatem, nec ullus Græcorum contradixit.

NONVS Theodoretus in epist. ad Leonem Papam. Ego, inquit, Apostolica vestra sedis expecto sententiam, & supplico & obsecro vestram sanctitatem, ut mihi opem ferat, iustum vestrum & rectum appellanti iudicium, & inbeat ad vos accedere, & ostendere meam doctrinam vestigia Apostolica sequentem. Hic Episcopus Asianus erat, & DCCC. Ecclesiis præerat, ut ipse ibidem dicit, & tamen Romanum Pontificem supremum iudicem suum agnoscit. Idem in epist. ad Renarum Presbyterum Romanum: Spoliarunt, inquit, me sacerdotio, & ex civitatibus, neque etatem in religione exaltam, neque canicem reueriti. Quamobrè te precor, ut sanctissimo Archiepiscopo Leoni persuadeas, ut Apostolica auctoritate, & in beatum ad vestrum Concilium adire. Tenet enim sancta ista sedes gubernacula regendarum curiarum orbis Ecclesiarum.

DECIMVS Sozomenus lib. 3. cap. 9. Cum propter sedis propria dignitatem cura omnium ad ipsum spectaret, singulis Ecclesiis suam restituit. Loquitur de Iulio I. qui reddidit Episcopatum Athanasio Alexandrino, & Paulo Constantinopolitano.

VNDECIMVS Acacius in epist. ad Simplicium Papam, quæ habetur tomo secundo Conciliorum: Sollicitudinem, inquit, omnium Ecclesiarum, secundum Apostolum circumferentes, nos indefinenter hortamini, quamvis sponte vigilantes, ac præcurrentes.

DVODECIMVS, de Episcopo Patarenfi sic scribit Liberatus in Breuiario, c. 22. Sylverio, inquit, veniite Pataram venerabilis Episcopus civitatis ipsius venit ad Imperatorem, & iudicium Dei contestatus est de tanta sedis Episcopi expulsionem, multos esse dicens in hoc mundo Reges, & non esse unum, sicut ille, Papa est super Ecclesiam mundi totius, a sua sede expulsus.

DECIMVSTERTIVS Iustinianus senior Augustus in epistola ad Ioannem II. quæ habetur in Codice, in primo titulo. Nec enim, inquit, patimur quidquam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quod non etiam vestra innotescat sanctitati, quæ caput est omnium sanctarum Ecclesiarum.

CAPVT XVI.

Idem probatur ex Patribus Latinis.

Hic ex Latinis beatus Cyprianus sæpè hoc docet. Sed antequam loca propria adferamus, explicandum est breuiter argumentum libri eius de vnitae Ecclesie: inde enim alia eius testimonia facilius intelligetur. Igitur libri de vnitae Ecclesie propositum est ostendere, in quo consistat Ecclesie vnitae: ac primum demonstrat, vnde oriatur diuisio & hæresis. Hoc eo fit, inquit, dum ad veritatis originem non reditur, neque caput queritur, nec magistri calidius doctrina seruat. Vbi tria ponit. Primo, originem veritatis de Ecclesia. Secundo, caput Ecclesie, & quidem à Christo diuersum. Nam paulò antè dixerat, omnes hæreticos Christum querere, & tamen hinc ait, inde nasci omnes hæreses quòd hæretici non querunt caput Ecclesie. Tertio, doctrinam cælestis magistri, id est, quæ sit doctrina Christi, de Ecclesia & eius capite.

A Hic propositis, mox declarat ista tria, dicens: Loquitur, inquit, Dominus ad Petrum: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincunt eam: & eidem post resurrectionem suam dicit, Pasce oves meas, &c. Vbi Cyprianus docet originem veritatis de Ecclesia, quam dixerat, querendam esse in his verbis Domini. Hic enim cæpit doctrina de Ecclesia, & similiter caput Ecclesie, quod querendum dixerat, esse Petrum: & doctrinam cælestis Magistri, esse hæc eadem verba.

QUARE paulò post subiungit, ac docet Ecclesiam esse vnam in radice & capite, licet propagatione multiplicetur, & ponit tria exempla, lucis, fontis, & arboris. Quæ omnia sunt vnum in radice, & propagatione multiplicantur. Habemus ergo ex hoc loco, Petrum esse caput totius Ecclesie.

QUOD autem hoc idem Romano Episcopo conueniat, declarat idem Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium, vbi loquens de schismate Nouatianorum, qui nõ agnoscebant Cornelium Pontificem, sic ait: Neque enim aliunde hæreses aborta sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa: nemo aduersus Sacerdotum collegium quidquam moueret, &c.

ADVERSARIi quidem respondent, hinc loqui Cyprianum de singulis Episcopis, & particularibus Ecclesiis, & velle dicere, in qualibet Ecclesia vnum debere esse ad tempus iudicem, & Sacerdotem. At si conferatur hic locus cum superiore, apparebit manifestè loqui Cyprianum de Ecclesia vniuersa. Nam sicut ibi dixerat, inde nasci hæreses, quòd non queritur caput: & explicuit caput totius Ecclesie esse Petrum, ita hinc dicit inde nasci hæreses, quòd non cogitur vnus in Ecclesia iudex vice Christi, nimirum Cornelius: nam de eo loquitur. Quocirca paulò infra in eadem epistola vocat Romanam Ecclesiam, Petri sedem, & Ecclesiam principalem, vnde vnitae sacerdotalis exorta est.

IDEM lib. 2. epist. 10. ad eundem Cornelium: Miserrimus, inquit, nuper collegas nostros, ut ad Catholica Ecclesia vnitatem si isti corporis membra componerent, sed diuersa partis obstinata, & inflexibilis pertinacia non tantum radicis, & matricis sinum, atque complexum recusant, sed etiam adulterum, & contrarium caput extra Ecclesiam fecit, &c. Hic apertè de Ecclesia Catholica sermo est, extra quam sunt Nouatiani. Ac dicit Cyprianus, non tantum noluisse Nouatianos redire ad Ecclesiam & agnoscere radicem & matricem, seu caput huius Ecclesie, sed etiam adulterum, & contrarium caput sibi constituisse. Sicut ergo Nouatianus fuit caput omnium Nouatianorum, ita Cornelius fuit caput omnium Catholicorum.

IDEM lib. 1. epist. 8. ad plebem vniuersam: Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, & Cathedra vna super Petrum Domini voce fundata, aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri, præter vnum altare, & vnum sacerdotium non potest. quisquis alibi collegerit, spargit. Hic sanè sicut Deus vnus est, & Christus vnus, & Ecclesia vna numero, non specie: ita, & Cathedra vna est numero, id est, cathedra quædam singularis, quæ totam Ecclesiam docet, & illa est Petri, extra quam quicumque colligit, spargit.

DENIQUE lib. 4. epist. 8. iterum vocat Romanam Ecclesiam radicem, & matricem Catholicæ Ecclesie.

AT obiciunt aduersarij, Primo, librum Cypriani de vnitae Ecclesie, vbi sic ait: Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ergo non est vnus Episcopus totius Ecclesie.

SECUNDO, obiciunt epistolam Cypriani ad Quintum, vbi Cyprianus in Concilio residens, ait: Neque

enim

A enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit: aut tyrannico terrore ad obsequendum necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis Episcopus libertatis, & potestatis suæ arbitrium proprium: tanquam iudicari ab alio non possit, cum nec ipse potest alterum iudicare. Sed expectemus vniuersi iudicium Domini nostri IESU CHRISTI, qui vnus, & solus habet potestatem, & preponendi nos in Ecclesia suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi.

RESPONDEO ad primum, Episcopatus vnus est eo modo quo Ecclesia vna est. Ecclesia autem est vna eo modo, quo multi arboris rami sunt vna arbor: multi riuus vna aqua: & multi radij vna lux, ut ibidem Cyprianus dicit. Sicut ergo in ramis, riuus, & radiis vnitae est ratione vnus capitis, id est, radicis, fontis, Solis, licet rami ipsi, riuus, & radij multiplicentur, ita etiam Ecclesia est vna, & Episcopatus vnus in radice, & capite, quamuis multæ sint particulares Ecclesie, multique particulares Episcopatus.

VNIVS igitur magni Episcopatus ab Episcopis singulis in solidum pars tenetur, sed non æqualis, neque eodem modo. Nam Petrus, & eius successores tenent eam partem, quæ est veluti caput, & radix, & fons: cæteri tenent alias partes, quæ sunt veluti rami, & riuus.

EST enim iste vnus Episcopatus (ut diximus) simili corpori heterogeneo, non homogeneo: ex quo sequitur, ut non eodem modo teneant Episcopi singuli partem huius Episcopatus. Nam sicut radix, licet sit pars, ut etiam est ramus, tamen sustentat, & regit ramos: & omnia quæ sunt in ramis, sunt etiam virtualiter in radice, non è contrario: ita etiam licet Ecclesia Romana, & Episcopatus Romanus pars sit Ecclesie vniuersæ, & Episcopatus vniuersalis, sicut est Ecclesia Tusculana, & eius Episcopatus; tamen Ecclesia Romana regit Tusculanam, non contrà.

ITA QUARE ex sententia Cypriani rectè colligitur non esse Papam Romanum solum Episcopum omnium Ecclesiarum: sunt enim, & alij veri Episcopi, qui partem suam regendam susceperunt Ecclesie vniuersalis. Non tamen rectè colligitur, non esse Romanum Pontificem caput & pastorem Episcoporum omnium, & proinde etiam Ecclesie vniuersæ: quandoquidem pars, quæ ipsi regenda commissæ est, eum locum habet in Ecclesia, quem habet radix in arbore, caput in corpore, & fons in aquarum riuulis.

AD secundum dico Cyprianum, cum ait: Neminem se facere Episcopum Episcoporum, loqui de iis, qui in Concilio illo Carthaginensi erant, nec includi ea sententia Romanum Pontificem, qui verè est Episcopus Episcoporum, & Pater Patrum, ut infra ostendemus, cum de titulis agemus.

AD illud, quod ait, Episcopum non posse iudicari, nisi à Deo, sicut à solo Deo constituitur, dico intelligi debere in rebus dubiis, & occultis: Sic enim exponit beatus Augustinus lib. 3. de Baptismo cap. 3. nam his verbis Cypriani recitatis: Opinor, inquit, in his questionibus, quæ nondum cluquissima perspectione discussæ sunt, &c. vbi docet, Cyprianum significare voluisse, singulos Episcopos in Concilio, dum res discutitur, posse liberè sententiam suam dicere, nec debere à præside tyrannicè cogi ad suam sententiam, antequam quæstio definita sit. Nam quòd alioqui possit Pontifex iudicare & deponere Episcopos hæreticos vel schismaticos manifestos, pater ex lib. 3. epist. 13. ad Stephanum Papam, vbi Cyprianus eum hortatur, ut iubeat deponi Episcopum Arelatensem, & alium constitui eius loco.

SECUNDO Optatus, Cypriani sententiam sequitur, de vnica cathedra totius Ecclesie, libro contra Parmenianum secundo, vbi dicit, quinque esse Ecclesie Catholice doctores, ac primam esse vnicam, & singularem

A Petri cathedram, in qua ab omnibus seruari debet vnitae. Eam verò singularem cathedram, non solum Petri, sed etiam successorum esse ostendit, enumerans Romanos Pontifices vsque ad Syricium. Et tandem concludit: Igitur de doctibus supradictis cathedra est prima, quam probauimus per Petrum nostram esse.

TERTIVS B. Ambrosius, in cap. 3. primæ ad Timotheum: Cum totus mundus, inquit, Dei sit, tamen domus eius Ecclesia dicitur, cuius hodie Rector est Damasus. Item oratione in Satyrum: Percontatus, inquit, Episcopum est, si cum Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conueniret. cur, quæro, Episcopi Catholici non sunt, nisi qui cum Romana Ecclesia conueniunt, nisi quia Romana Ecclesia caput est Catholica Ecclesia?

IDEM lib. 3. de Sacramentis, cap. 1. Non ignoramus, inquit, quòd Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur, & formam. Et infra: In omnibus, inquit, sequi cupio Ecclesiam Romanam, sed iamcum & nos hominum sensum habemus, idè quòd alibi rectius seruatur, & nos rectè custodimus. Vbi obseruandum est, cum Ambrosius dicat, in omnibus se velle sequi Romanam Ecclesiam, & tamen eam sequi nolit in consuetudine non lauandi pedes recens baptizatis: illud, in omnibus, intelligendum esse de omnibus necessariis, & ad salutem pertinentibus, alioqui secum pugnet.

QUARTVS B. Hieronymus in epist. ad Ageruchiam de Monogamia. Ante annos, inquit, plurimos, cum in Charitia Ecclesiasticis inuarem Damajum, Romana vrbis Episcopum, & Orientis atque Occidentis synodis consultationibus responderem, &c. Vides, quomodo ex vniuersa Ecclesia, & toto terrarum orbe responsa tunc petebantur à sede Apostolica?

IDEM in epistola ad Damasum de nomine hypostasis: Quamquam, inquit, tui me terreat magnitudo, mirat tamen humilitas, à pastore præsidium ouis peto. Cum successore piscatoris, & discipulo crucis loquor. Ego nullum, primum, nisi Christum sequens, beatitudinem tuam, id est, cathedra Petri communionem confocior, super illam petram edificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noè non fuerit, peribit regnante diluuiio. Et infra: Non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.

OBSEVA primò Hieronymum, qui Presbyter Antiochenus erat, tamen eum se agnosceri Episcopi Romani. Secundo, confiteri Hieronymum, Damasum esse Petri successorem. Tertio, cum dicit, Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudinem tuam communionem confocior, velle dicere, se primum Christo, deinde Christi Vicario adherere. Idem enim est, ac si dixisset, Ego neminem tibi, Damasce Pontifex, nisi Christum præpono. Quarto, à Hieronymo Romani Pontificis sedem fieri fundamentum eius domus & nauis, quæ est Ecclesia vniuersalis; ac proinde Romanum Pontificem fieri caput totius Ecclesie. Postremo, maluissè Hieronymum Romanæ sedis Pontifici adherere, quam Episcopo suo proprio Paulino, qui tamen non vnus de turba, sed Patriarcha Antiochenus erat. Sic enim ait: Non noui Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum.

QUARE ipse etiam Erasimus, qui alioqui iniquior esse solet Romanæ Ecclesie, in annotatione ad hunc locum, dicit, videri sibi Hieronymum his verbis asserere, omnes Ecclesias subiectas esse Apostolicæ sedi. Quod est notandum aduersus nouos hæreticos, qui Erasimum habent pro oraculo.

AT Caluinus obicit primò epistolam Hieronymi ad Nepotianum, vbi vnitatis exempla recentens Hieronymus, dicit: Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archiepiscopi, & omnis ordo Ecclesiasticus

suus

suis Reftoribus mittitur. Nec addit, inquit Caluinus, vno capite rāquam vinculo omnes Ecclesias inter se colligatas.

SECVNDO obiicit non solum Caluinus, sed etiam Illyricus, Melanchthon, & alij, epistolam ad Euagriū, vbi Hieronymus dicit, *si auctoritas queritur, orbis maior est vrbē. Quid mihi proferis vnius vrbs consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges Ecclesie vindicatas? Vbi cumque fuerit Episcopus, siue Roma, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rbegij, siue Alexandria, siue Tanis, eiusdem meriti est, & eiusdem sacerdotij potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, sublimiorem vel inferiorē Episcopum non facit.*

AD primum dico, Hieronymum non omisisse vnum caput: nam cum ait, *Et omnis ordo Ecclesiasticus suis Reftoribus mittitur*, indicat prater vnum Episcopum, vnum Archipresbyterum, & vnum Archidiaconum, esse adhuc alias vnitates, nimirum in singulis prouincijs vnum Metropolitanum, in singulis regionibus maioribus vnum Primatem, in tota Ecclesia Pontificem. Alioquin non erit verum, in omni ordine Ecclesiastico esse vnum Rectorem.

AD secundum dico, Hieronymum eo loco reprehendere malam quandam consuetudinem, quae Romae erat, non in tota Ecclesia Romana, vel in Summo Pontifice, sed in Diaconis tantum Romanis. Quoniam enim Diaconi pauci erant, & curam habebant Theauri Ecclesiastici, paulatim incipiebant se proponere Presbyteris, & inter eos sedere, cum antiqua consuetudo sit, vt Presbyteris cum Episcopo sedentibus, Diaconi stent, non sedeant. De his ergo dicit, *Quid mihi proferis vnius vrbs consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium?*

QUOD autem Romanus Pontifex non probaret eam consuetudinem, ibidem Hieronymus indicat, dicit enim solum absente Episcopo ausum fuisse Diaconum inter Presbyteros sedere. Illud autem, quod Hieronymus dicit, Episcopos esse eiusdem meriti, & sacerdotij, verum est: sed intelligi debet de Episcopatu ratione ordinis, non iurisdictionis. Nec enim negare voluit Hieronymus, maiorem esse ditionem Episcopi Alexandrini, quam Tannenensis, cum constet, illum tribus magnis prouincijs, istum vni tantum ciuitatule praefuisse.

QUINTVS D. Augustinus in epist. 162. In Romana, inquit, Ecclesia semper Apostolica cathedra viguit principatus. Item epist. 92. ad Innocentium, *quia te Dominus gratiae suae praecipuo munere in sede Apostolica collocauit, talēque nostris temporibus praestitit, vt nobis potius ad culpam negligentiae valeat, si apud tuam venerationem, quae pro Ecclesia suggerenda sunt, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiosē, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi, pastoralem diligentiam quaesumus adhibere digneris.* Quibus verbis petit Augustinus cum toto Concilio Mileuitano, vt Innocentius pastorem curam adhibeat Ecclesiae, coercendo Pelagianos, qui Palaestinae, & Africae praecipue inficiebant. Quod certe non peteret, nisi Innocentium etiam Palaestinae, & Africae Pastorem esse crederet.

DEINDE, cur non scribit August. Patriarchae Hierosolymitano, vel Metropolitanum Palaestinae, & primati Africae Carthaginensi Episcopo potius, quam Romano Pontifici, nisi quia sciebat, maiorem esse Romani Pontificis in Palaestina & Africa auctoritatem, quam priorum Episcoporum.

ITEM in epist. 157. ad Optatum; *Me apud Caesaream praesente venerunt, quod nos immunita nobis a venerabili Papae Zozimo, Apostolicae sedis Episcopo, Ecclesiastica necessitas traxerat, &c.* Iusserat nimirum Zozimus, vt Episcopi Africae apud Caesaream Concilium celebrarent, & Sanctus Augustinus parentum esse, & necessariū patendum

Zozimo Papae existimauit. Item lib. 1. ad Bonificium, c. 1. Non dedigneris, inquit, qui non alta sapis quamuis alijs praesideas, esse amicum humilium. Et infra: *Communis, inquit, est omnibus nobis, qui fungimur Episcopatus officio, quamuis ipse in eo praemincas celsiore fastigio specula pastoralis.* Vide hic ab Augustino omnes Episcopos subiecti fastigio celsiori Romani Pontificis.

SEXTVS S. Prosper lib. de ingratia: *Sedes Roma Petri, quae pastoralis honoris facta caput mundo, quidquid non possidet armis, Religione tenet, &c.* Et lib. 2. de vocatione Gentium, c. 6. Roma, inquit, per sacerdotij principatum amplior facta est arce religionis, quam solio potestatis.

SEPTIMVS B. Victor Viticensis lib. 2. de persecutione Vandolica, Ecclesiam Romanam caput appellat omnium Ecclesiarum.

OCTAVVS Vincentius Lyrinensis in suo commemoratorio: *Lectae, inquit, sunt tibi quadam ad quosdam epistole sancti Felicis martyris, & sancti Iulij, vrbs Rome Episcoporum. Et vt non solum Caput orbis, verum etiam latera illi iudicio testimonium perhiberent, adhibuit est a Meridie beatissimus Cyprianus, a Septentrione sanctus Ambrosius, &c.* Vides Romanum Pontificem vocari caput orbis terrarum.

NONVS Cassiodorus lib. 2. epist. 2. ad Ioannem Papam: *vos, inquit, speculatores Christiano populo praesideatis, vos Patris nomine vniuersa diligatis.* Et infra: *Quapropter nos deceat custodire aliqua (erat enim Cassiodoro mandata cura vrbs Roma a Rege Theodorico) sed vos omnia, et infra: Sedes illa toto orbe mirabilis propriis tegat affectione cultores: quae licet generalis mundo sit praesentia, vobis etiam cognoscitur & localiter attributa.*

DECIMVS Beda, lib. 2. hist. gentis Anglorum c. 1. *Cum primum Gregorius, inquit, in toto orbe gereret Pontificatum, & conuersis iam dudum ad fidem veritatis esset Praelatus Ecclesie, nostram gentem eatenus idolis mancipatam, Christi fecit Ecclesiam.*

VNDECIMVS B. Anselmus lib. de incarnatione Verbi, c. 1. dedicat librum Urbano Papae his verbis, *Domino & Petri vniuersa Ecclesia in terra peregrinantis, Summo Pontifici Urbano frater Anselmus vna peccator, habitu Monachus, siue iubente, siue permissente Deo, Casuarie Metropolis vocatus Episcopus, aequi am subiectiōem vni humili seruitio, & deuotis orationibus. Quoniam diuina prouidentia vestram elegit sanctitatem, cui vitam, & fidem Christianam custodiendam, & Ecclesiam suam regendam committeret, ad nullam aliam reuētiōem referitur, si quid contra Catholicam fidem oriū in Ecclesia, vt eius auctoritate corrigatur, nec vlli alij tutius, si quid contra errorem responderetur, ostenditur, vt eius prudentia examinetur.*

DVODECIMVS Hugo de S. Victor, lib. 2. de Sacrament. parte 3. c. 15. *Apostolica sedes, inquit, cunctis in orbe terrarum praefertur Ecclesie.*

DECIMVSTERTIVS B. Bernardus, (quem etiam Caluinus pro se affert, & sanctum vocat, lib. 4. inst. c. 7. §. 22.) lib. 2. de considerat. *Ag, eundem ad huc diligentius quis sis, quam geras, videlicet, pro tempore, personā in Ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos Magnus, summus Pontifex, tu Princeps Episcoporum, tu haeres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernasti Noē, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vntione Christus. Tu es, cui clauis tradita, cui oues creditae sunt, sunt quidem & alij celi ianitores, gregūque pastores: sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius virumque praeter ceteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modo ouium, sed & pastorum, tu vnus omnium pastor. Et infra: Ergo iuxta canones tuos alij in partem sollicitudinibus, tu in plenitudine potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis articulis limitibus, tua extenditur, & in ipsos, qui potestatem super alios accipiunt. Nōne,*

si causa exstiterit, tu Episcopo calum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere etiam, & tradere Satana potes? fiat ergo inconcussū privilegium tuum tibi, tam in datis clauibus, quam omnibus commendatis. Hæc ille vir sanctus, teste Caluino, & sine Caluino testibus innumerabilibus miraculis, at sanctitas vera sine vera fide esse non potest. Vera igitur fide S. Bernardus credebat Romanum Pontificem esse pastorem Ecclesie vniuersae.

SED obiicit Caluinus multa, quae idem Bernardus contra abusus, & vitia Romanae curiae scripsit in libris de consideratione: quod videlicet, ex toto orbe terrarum Romanam concurrat ambitiosi, avari, Simoniaci, qui Apostolica auctoritate ad honores Ecclesiasticos velint assumi. Sed hæc solutione non egent. Nam, vt idem S. Bernardus serm. 66. in cantica, expressè docet, mali mores Praelatorum non impediunt, quo minus illi prelati sint, & nos obedire teneamur: cum Dominus dicat Matth. 23. *Quae dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere.*

ACCEDAT vltimo Imperatoris Latini testimonium, sicut supra retulimus testimonium Imperatoris Graeci.

VALENTINIANVS in epist. ad Theodosium, quae exstat inter praepambula ad Concilium Chalcedonense: *Debemus, inquit, dignitatem propriae venerationis B. Apostolo Petro in nostris temporibus conseruare, quatenus beatissimus Romanae ciuitatis Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas cōsulit, locum habeat, & facultatem de fide & sacerdotibus indicandi.* Similia habentur in epistolis Gallae Placidiae, & Licinae, Eudoxiae, Augustarum ad eundem Theodosium ibid.

CAPVT XVII.

Idem probatur ex origine, & antiquitate primatus.

A QUAE hæctenus quidem ex diuino iure, ex generalibus Concilijs, ex Pontificum sanctorum testimonio, ex consensu Patrum Graecorum, & Latinorum, ostendimus Romani Pontificis Ecclesiasticum principatum ab ipsa Christi resurrectione, eodem auctore Christo, principium accepisse: quod genus argumenti ostensuum dici solet: nunc altero genere argumenti, quod ad impossibilem ducens appellatur, id ipsum demonstrare aggrediemur.

NAM si non est, vt dicimus, igitur alio tempore, & alio auctore cepit Romani Pontificis Ecclesiasticus principatus. At nullum tempus assignari, nullus auctor notari potest, quin eo antiquiorem hunc primatum fuisse demonstramus, nisi ad Christum auctorem, & Christi tempora veniamus: eo igitur veniamus necesse est.

RESPONDENT aduersarij, se tempus, & auctorem assignare posse. Et quidem Ioannes de Turre cremata lib. 2. c. 39. summæ de Ecclesia, quatuor opiniones haereticorum ponit. Primam eorum, qui dicunt Romani Pontificis auctoritatem esse ab Apostolis. Secundam eorum, qui asserunt esse à generali Concilio, quam sententiam Nilus sequitur. Tertiā eorum, qui existimant ab electoribus Cardinalibus tribui, quam, vel certè similem, docet eorum, libellus Smalchaldicus, de primatu. Inde enim probat, Papam non esse supra Ecclesiam iure diuino, quia Ecclesia elegit Papam. Quartam eorum, qui docent esse ab Imperatoribus introductam, quam vltimam multi haeretici amplectuntur. Discutiamus ergo breuiter singulas.

PRIMA opinio tria pro se habet testimonia. Vnum Anacleti in epist. 2. vbi dicit: *Ceteri Apostoli cum eo (Petrol) dari consorio honorem & potestatem acceperunt, ipsūque principem suum esse voluerunt.* Alterum est Iulij I. in epist. 1. vbi de Apostolis loquens: *Sanctam, inquit, Romanam Ecclesiam primatum omnium Ecclesiarum, habere voluerunt.* Tertium est ex can. Ego Ludouicus, dist. 63. vbi Romanus Pontifex, vicarius dicitur B. Petri. Ex quo sequi videtur, vt non Christus, sed Petrus Romano Pontifici auctoritatem tribuerit.

SED hæc sententia nullo negotio refutatur. Nam idem Anacletus in ep. I. sic ait: *Sacrosancta Romana Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino, & Salvatore nostro primatum obtinuit, sicut B. Peiro ait: Tu es Petrus, &c.*

QUARE cum idem auctor scribit, Apostolos Petrum principem suum esse voluisse, non loquitur de voluntate instituentē, sed de approbante, & agnoscente quod Dominus instituerat, quemadmodum etiam loquutus videtur Iulius Papa. Quamquam potest quoque aliter ad testimonium illud Iulij responderi. Nimirum Petrum à solo Christo primatum habuisse: tamen Romanam Ecclesiam, de qua ibi Iulius loquitur, aliquo modo habuisse ab Apostolis. Nam (vt supra docuimus) Romanus Pontifex, vt est successor Petri, à Christo primatum habet, tamen ratio successione ex facto Petri orta est. Quocirca B. Gregorius lib. 6. epist. 37. ad Eulogium: *Ipsē, inquit, sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & praesentem vitam finire dignatus est.*

QUOD verò de nomine Vicarij additur, non habet difficultatem. Nam si vno in loco Romanus Pontifex Petri vicarius dicitur, in sexcentis locis dicitur successor, vt ex testimonio supra citatis perspicuum est. Porro vicarius Petri dicitur summus Pontifex, quoniam sanctus Petrus adhuc viuūt, & gubernacula Ecclesie non reliquit, vt ait Leo serm. 2. de anniuers. assumptionis suae: quia tamen sanctus Petrus non proprie fungitur munere pastoralis, sed meritis ac precibus suis Ecclesiam regit, & protegit: improprie sunt illa loquutiones, & solum ob reuerentiam B. Petri aliquando vsurpatur. Quare S. Leo loco notato, se etiam hæc edem B. Petri esse dicit.

ALTERA sententia, quæ à Concilijs primatum institutum esse docet, probatur à Nilo duobus argumentis. Primum est in Concilio Chalcedonensi, canone 28. (vt ipse citat) vel act. 16. in nostro codice. Ibi enim Concilium dicit, Romanam Ecclesiam à Patribus habuisse primatum, eò quod illa ciuitas imperio orbis terrae eo tempore potiretur.

SECUNDO est in constitutione Neuela 100. Iustiniani, quæ tamen 131. est apud nos: vbi sic legitur: *Decernimus secundum sacrarum Synodorum decreta sanctissimum veteris Romae Episcopum, primum esse omnium sacerdotum.* Quæ Nili rationes confirmari possunt ex Concilio IV. sub Symmacho, vbi sic legitur: *Apostolicae sedi primò meritu B. Petri, deinde Conciliorum venerationum auctoritas singularem in Ecclesie tradidit potestatem.*

HANC eandem sententiam Illyricus in libro contra primatum, & in historia de primatu, quatuor in locis probat testimonio epistolae 301. (vt ipse citat, est tamen 288.) Aeneas Syluij, qui Pius II. Papa postea dictus est. siquidem in ea epistola ita Aeneas loquitur, *Ante Nicænum Concilium sibi quisque vnebat, & ad Romanam Ecclesiam paruum habebatur respectus.*

SED hæc argumenta facile solui possunt. Et Romanum Pontificem non à Concilijs, sed à Christo primatum habere, praeter tot argumenta iam adducta, testatur Gelasius in Concilio LXX. Episcoporum his verbis: *Sancta Romana Ecclesia nullis synodis constitutis ceteris Ecclesijs prelata est, sed Euangelica voce Domini, & Salvatore nostri primatum obtinuit.*

QUARE ad primum Nili argumentum respondeo, decretum illud magni quidem esse Concilij, sed non legitime factum; proinde nullius esse roboris, vel auctoritatis. Nam ex ipsa act. 16. eiusdem Concilij constat, decretum illud absentibus legatis Apostolicae sedis, qui Concilio praesidebant, esse factum: constat item, eosdem legatos postea aperiissimè reclamasse.

NON esse autem legitimum decreti generalis Concilij, quod sine Romano Pontifice aut eius legato fit, testatur VII. Synodus (quam Nilus ibidem recipit) act. 6. vt alia testimonia interim omitamus, Nec solum legati

sancti Leonis in Synodo restiterunt, quantum ad illud decretum attinebat: sed ipse etiam sanctus Leo qui reliqua decreta Concilij confirmavit, illud vnum damnavit, ac reprobavit in ep. 51. ad Anatholium, & sequentibus ad Martianum, ad Pulcheriam, ad Maximam, ad Iuvenalem.

Q U I D quod in eo decreto duo sunt manifeste falsa? Alterum est, Romano Pontifici a Patribus Nicænis primatum esse attributum. Nam Concilium Nicænum non attribuit Romano Pontifici primatum, quasi antea non habuerit, sed agnovit eum habere, ac semper habuisse. Sic enim incipit sextus canon Nicæni Concilij (vt in eodem Concilio Chalcedonensi, Actio. 16. recitatur) Ecclesia Romana semper habuit primatum.

D E I N D E, si ante Nicænum Concilium Papa non habuit primatum, quo iure Alexandrinus Patriarcha Dionysius annis circiter LX. ante Nicænam Synodum accusatur apud Romanum Pontificem Dionysium; & nec Romanus Pontifex iudicem se esse negavit, nec Alexandrinus iudicium illud recusavit, cum tamē vterque sanctus esset, hæc autem ita esse scribit Athanasius in libro de sententia Dionysij Alexandrini. Denique nullum est verbum in tota Nicæna Synodo, quo noua aliqua potestas Romano Pontifici tribuatur, vt supra satis ostendimus.

A L T E R V M quod in eo decreto asseritur, non minus est falsum, causam videlicet cur Patres Romanæ vrbis primatum concesserint, esse, quia ea ciuitas sedes esset imperij. Nam id resellunt disertis verbis, sanctus Leo in epistola 52. ad Martianum, & sanctus Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ: & ratio in promptu est. Nam vt rectè Gelasius annotauit, Mediolanum quoque, & Rauenna, & Simium, & Treueri, & Nicomedia sedes imperij multis temporibus fuerunt, nec tamen Patres illis Episcopis primatum vllum dederunt. Maneat igitur, quod Patres omnes communi consensu docent, Romanam sedem idcirco primam sedem esse, quod principis Apostolorum sedes sit. Quod certè nec imperatoris præsentia conferre, nec absentia potuit auferre.

A D alterum argumētum respondeo, Canones Conciliorum quodammodo tribuisse Romanæ Ecclesiæ auctoritatem quia eam declarauerunt, & asseruerunt: quemadmodum etiam dicitur Nicænum Concilium definitiuisse, Filium Dei esse Patrem consubstantialem. Vnde Ioannes 11. in epistola ad Iustinianum, postquam dixerat Romanam Ecclesiam esse caput Ecclesiarum, subiungit: *Sicut Patrum regula, & statuta declarant.* Et Nicolaus I. in epistola ad Michaelem Imperatorem. *Ista, inquit, præuilegia hinc S. Ecclesie à Christo sunt donata, à Synodo non donata, sed celebrata, & honorata, &c.* Et in IV. Synodo sub Symmacho tres causas numerantur, si quis prudenter aduertat, primatus Romanæ Ecclesiæ. Sic enim legitur: *Eius, id est, Symmachi, sedi primum Petri Apostoli meritum, deinde sequuta iussione Domini Conciliorum venerandorum auctoritas, singularem in Ecclesiis tradidit potestatem.*

V B I primò ponitur Petri meritum, quia ob meritum confessionis obtinuit Petrus primatum, Matth. 16. Secundò, ponitur Domini iussio, qua institutus est primatus, & Petro collatus, cum ei dictum est, *Pasce oues meas*, Ioan. vlt. Tertio ponitur Conciliorum auctoritas, quæ hanc Domini iussione declarauit.

A D primum Illyrici facile est respondere. Nam Aeneas Syluius in ea epistola nihil aliud demonstrare nititur, quam Romani Pontificis primatum à Christo fuisse institutum. Sic enim incipit epistola ad Martinum Mayer: *Sunt nonnulli nationis tua homines parum pensi habentes, quibus Romani Pontificis auctoritas, neque necessaria esse videtur, neque à Christo instituta. Contra quos hanc epistolam scribere & ibi transmittere decreuimus, vt si quando tales homines te adierint, habeas ex nobis quo gladio eorum temeritatem confodias, &c.*

C V M igitur dicit postea, ante Nicænum Concilium quemque sibi vixisse, & ad Romanam Ecclesiam paruum respectum fuisse: nihil aliud significat, quam propter persecuciones continuas non potuisse Romanos Pontifices liberè exercere eam, quam à Christo acceperant auctoritatem. Et propterea coactos fuisse Episcopos ceteros sibi viuere, & non multum respicere ad Romanam Ecclesiam. Quæ sententia Aeneæ Syluij, partim est vera, partim nõ est vera. Verum enim est, impeditam fuisse eo tempore non parum Pontificis auctoritatem, vt patet ex pluribus hæresibus, quæ eo tempore exorta sunt. Non tamen est verum, ad eod paruum respectum ad Romanam Ecclesiam habitum fuisse, vt exempla, quæ nos infra adferemus, declarabunt.

T E R T I A opinio nullum ferè fundamentum habet. Nam constat, prius fuisse Pontifices, quam Cardinales, & saltem aliquos veros Pontifices, non à Cardinalibus creatos. Certè Petrus non Cardinales, sed Christus creauit Pontificem, & Clementem non Cardinales, sed Petrus elegit.

P R A T E R E A, si Cardinales conferrent Pontifici potestatem, iidem possent auferre. Hoc autem est falsum omnium consensu: nam etiam dubium Pontificem non Cardinales, sed Concilium generale deponit.

S E D dices, quicquid de Cardinalibus sit, constat Romanum Pontificem ab hominibus eligi, & creati: ab illis igitur accipit potestatem. verè autem, & propriè summum Pontificem ab hominibus fieri, testatur Decretum de electione Gregorij VII. quod habetur in vita eius apud Platina in his verbis: *Nos sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Diaconi, Subdiaconi, Presbyteri, presentibus Episcopis, Abbatibus, multisque, tum Ecclesiasticis, tum Laici ordinis, eligimus hodie, X. Calend. Maij, in Basilica S. Petri ad vincula, anno salutis M. LXXIII. in verum Christi vicarium, Hildebrandum Archidiaconum, virum multæ doctrine, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ, constantiæ, religionis: modestum, sobrium, continentem, domum suam gubernantem, pauperibus hospitalem, in gremio sanctæ matris Ecclesiæ liberè à teneris annis vsque ad hanc ætatem educatum, doctum: quem quidem cum ea potestate Ecclesiæ Dei præesse volumus, qua Petrus quondam Dei mandato presuit.*

E x quo duo quedam deduci posse videntur: vnum, non esse Pontificem supra Ecclesiam, sed Ecclesiæ esse subiectum quandoquidem Ecclesia facit Papam, non Papa Ecclesiam: quæ est consequentia Synodi Smalchaldicæ, in libro contra primatum. Alterum, Pontificem iure humano, non diuino, habere eam omnem, quam habet, potestatem.

A C prima quidem cõsequencia nulla est. Nam etiam Electores Imperij creant Imperatorem, & populus creat Regem: & tamen Imperator est supra Electores, & rex est supra populum. Sed nec secunda aliquid valet.

O B S E R V A N D V M est enim in Pontifice esse tria; *Pontificatum ipsum*, qui est quasi forma quedam: *personam*, quæ est subiectum pontificatus: & *Coniunctionem* vnus cui altero. Ex quibus rebus, prima, hoc est: ipse pontificatus à solo Christo est; persona tamè est quidè à suis causis naturalibus absolute, tamen vt est talis persona, id est, electa, & designata ad pontificatum, est ab electoribus: illorum est enim designare personam, ipsa verò coniunctio est à Christo, mediante actû humano electorum: dum enim eligunt, & designant certam personam, concurrunt ad coniunctionem pontificatus cum illa persona.

I T A Q V E electores verè dicuntur creare Pontificem, & esse causa, vt talis sit Pontifex, vt habeat eam potestatem, non tamen dant ipsi eam potestatem, neque sunt causa eius potestatis. Sicut in generatione hominis, quia anima infunditur à solo Deo, & tamen pater generans, disponendo materiam, est causa coniunctionis animæ

cum corpore; dicitur homo generare hominem, tamen non dicitur producere animam hominis. Porro illa verba electorum: *Quem quidem cum ea potestate præesse volumus, &c.* solum declarant, & exprimunt perfectam electionem hominis in successorem Petri.

Q U A R T A sententia est hæreticorum multorum, qui tamen non conueniunt inter se. Nam Marcellus de Padua, & postea Ioannes VViclef, & Ioannes Huls, qui dixerunt Pontificem à Cæsare accepisse auctoritatem, videntur intellexisse nomine Cæsaris Constantinum Magnum, propter canonem, qui incipit; Constantinus, dist. 96. vbi Constantinus decreuit Rom. Pontificem esse habendum eo loco ab omnibus sacerdotibus, quo habetur Rex ab inferioribus iudicibus totius regni. Vide de horum opinione Ioannem de Turrecremata lib. 2. c. 42. & lib. 4. cap. vlt. & penultimo. Ioannes Caluinus lib. 4. c. 7. §. 17. dicit primatum pontifici in Græcos donatum à Phoca imperatore fuisse; in Gallos autem & Germanos primùm à Pipino, deinde à Carolo, regibus Francorum.

L U T H E R V S lib. de potestate Papæ dicit Constantinum IV. fuisse qui pontifici primatum detulit, & in huiusmodi rei testimonium Platina citat in vita Benedicti II. Idem tamen Lutherus in lib. de supputatione temporum, à Phoca primatum Papæ introduxerunt fuisse docet; quod idem habent Centuriatores Cent. 6. cap. 1. Illyricus in historia de primatu; liber Smalchaldicus de primatu Papæ; Theodorus Bibliander in Chronico, tabula 11. & alij permulti.

H A C omnia facile possunt refutari: ac primum sententia prima nihil nobis obest. Nam Constantinus Magnus donauit quidem palatium suum Lateranense, & multa alia temporalia summo Pontifici, ditionem tamen spirituales neque vidit vllam, neque dare potuit. Nam in eodem canone fatetur Constantinus B. Petrum vicarium Christi fuisse, & idcirco successores eius principes, & capita totius Ecclesiæ haberi debere. Itaque solum declarauit ius antiquum, & ornauit pontificem additis multis temporalibus donis.

A D D E, quod Lutherani, & Caluinistæ istum canonem supposititium esse contendunt. Proinde hoc tempore nulla est nobis de edicto Constantini cum hæreticis contentio, quantum ad spirituales iurisdictionem: fatentur enim illi non cœpisse à Constantino.

P O R R O, opinio Lutheri nititur falso fundamento. Platina enim non dicit, Constantinum IV. dedisse Pontifici primatum, sed remisisse ius suum, quod habebat, vel habere se existimabat in confirmatione pontificis. Constat tamen enim prædecessores Constantini IV. à temporibus Iustiniani, qui vrbem à Gothis liberauerat, non permittere noui Pontificis electionem, nisi à se confirmatam, & Pontifices hoc tolerabant propter bonum Ecclesiæ, quia videbant se non posse inuito imperatore munus suum exequi. Id quod ex vno S. Gregorio intelligi poterit.

N A M in explicatione 4. Psal. pœnitentialis vehementer detestatur temeritatem Imperatorum, qui ius sibi in Romana Ecclesia usurpabāt. Et tamen idem ipse S. Gregorius, vt scribit Ioannes Diaconus lib. 1. cap. 40. vita S. Gregorij, cum à clero, & populo in pontificem esset electus, clam ad Imperatorem scripsit, supplicans, vt nullo modo consentiret: sed præfectus vrbis re cognita misit aliquos, qui nuntium Gregorij in itinere comprehenderent, & literas eius lacerarent, quod & fecerunt: direxitque ipse alios nuncios, qui cleri, & populi electionem Imperatori indicarent, & confirmationem peterent.

S C R I B I T ergo Platina, Constantinum IV. per motum sanctitatis Benedicti II. misisse ad eum sanctionem, qua iubebat, vt is quem clerus, & populus elegeret, mox verus Christi vicarius haberetur, non expectata vlla Imperatoris sententia. Itaque sanctio Constantini IV.

non fuit circa potestatem Papæ, vt Lutherus putauit, sed circa electionem tantum.

A D illud de Phoca respondeo, Phocam edidisse quidem sanctionem, qua declarauit Romanam Ecclesiam caput esse omnium Ecclesiarum, vt Beda in libro de sex ætatibus, in Phoca, & Ado in Chronico, ac Paulus Diaconus lib. 18. de rebus Romanis, testantur: sed non propterea à Phoca introductum esse hunc primatum. Nam Phocas id sanxit declarando & asserendo non instituendo aliquid noui, id quod certissima ratione demonstrari potest. Nam Gregorius lib. 7. ep. 63. ad Ioannem Syracusanum: *De sede, inquit, Constantinopolitana quis dubitet, eam Apostolica sedi esse subiectam? quod & Dominus piissimus Imperator, & frater meus Eusebius eiusdem ciuitatis Episcopus assidue profitentur.* Scripta autem epistola est ante Phocæ imperium annis circiter quinquaginta, vt ex indictionis numero aperte colligitur.

D E I N D E Iustinianus senior, qui ante Phocæ LXX. annis fuit, in epist. ad Ioannem II. affirmat Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum: & Valentinianus, qui Phocam CXL. annis præcessit, in epist. ad Theodosiū, asserit Romanum Pontificem principatum sacerdotij super omnes semper habuisse. Id ipsum ex testimonio Irenæi, Athanasij, Cyrilli, Theodoretij, Sozomeni, & aliorum Græcorum, quos supra citauimus, comprobatur.

C A V S S A autem cur Phocas rē tam certam iterum lege sua sancendam putauerit, fuit superbia Episcoporum Constantinopolis, vt Beda, Ado, & Paulus Diaconus loco citato annotarunt. Quoniam enim illi se Patriarchas vniuersales, & primos omnium Episcoporum scribebant, contra omne ius, & fas; & excommunicaciones, quas in eos tulerant Pelagius, & Gregorius Romani Pontifices, non potuerant oblationem eorum frangere, visum est Imperatori bonum, vt ipse, quem Græci magis timebant, se interponeret.

I T A Q V E declarauit Romanam Ecclesiam caput esse omnium Ecclesiarum, proinde Constantinopolitanum Episcopum non esse Episcopum vniuersalem, sed particularem, & subiectum Apostolicæ sedi.

A D illud de Pipino respondeo, Caluinum miro artificio veram quandam historiam duobus mendacijs inuolutam in patrociniū suæ hæresis aduocasse. Nam quod ait, Pontificum suffragio Pipinum ad regnum Francorum, & Carolum Magnum ad imperium Romanorum peruenisse, verum est, & à multis historicis literis mandatum. Quod autem dicit, iniuste, ac sceleratè à Zacharia pontifice & Pipino, verum regem Francorum regno spoliatum, falsum est, & contumeliosum, non solum in Pontificem, sed etiam in reges Gallie, & in Imperatores Germaniæ: vtrique enim ab isto Pipino descedunt, quod verò addit, propterea à Pipino, & Carolo concessum pontifici in Gallias, & Germaniam primum, more latronum eos diuisisse prædam, ita vt Pipino & Carolo cederet temporale dominium, Pontificibus autem sacerdotij principatus, non modò falsum est, sed etiam contrarium superiori mendacio; mendacia enim illa secum pugnant, & vnum alterum destruit.

A C primum quod Zacharias iustè, & legitime deposuerit Childericum regem, & creati iusserit Pipinum, affirmant omnes, quotquot hanc historiam scribunt, tam Græci, quam Latini, exceptis Magdeburgensibus Cent. 7. cap. 10. in Vita Zachariæ, & Caluino loco citato.

R E F E R T enim Eginhardus in vita Caroli Magni, Cedrenus in vita Leonis Icauri, Paulus Diaconus lib. 6. c. 5. de gestis Longobardorum, Blondus lib. 10. decadis primæ, Regino lib. 2. Chronicorum, Marianus Scotus lib. 3. Chronologiæ, Otho Frisingensis lib. 5. historiarum, Ado Viennensis in Chronico, etate sexta, Abbas Vspertingensis in Chronico, Sigebertus item in Chronico, &

Paulus Aemilius lib. 1. & 2. de gestis Francorum, paulo ante Pipini tempora ita reges Francorum degenerasse à suis maioribus, vt omni prorsus regni cura translata in magistros equitum, seu præfectos aulae, tantum semel in anno Kalendis Maij se populo ostentarent: toto verò reliquo tempore delicijs, & voluptari operam darent; & propterea omnium procerum consensu à Pontifice maximo postulatum, vt eis permitteret regium titulum in eos transferre, qui verè, ac re ipsa reges erant, & regni negotia iam dudum feliciter administrauerant. Quod sanè iustissimum postulatum erat. Laborabat enim Gallia propter illa monstra apud omnes nationes grauissima infamia, & similiter regnum innumeris dissensionibus replebatur.

Neque solum (vt isti auctores dicunt) nulla regni negotia reges illi curabant, sed etiam propter eorum inertiam religio in Gallijs ita laborauit, vt penè extincta sit, vt patet ex epistola sancti Bonifacij Episcopi Moguntini ad Zachariam Romanum Pontificem, vbi dicit per LXXX. circiter annos in Francia illis Sardanapalis regnantibus nullam Synodum fuisse celebratam, Ecclesias Episcopales à laicis, & publicanis possessas, clericos quatuor aut quinque simul concubinas habuisse, religionem denique omnem conculcatam, & dissipatam.

Cum ergo Zacharias intelligeret iam per multos annos reges Francorum solo titulo fuisse reges, & Childericum, qui tunc regnabat, non solum, more maiorum, nihil curare, sed etiam omni prorsus ingenio carere, ac verè stupidum & dici, & esse: & simul videret regnum, & religionem in Gallijs ruere, & omnes proceres regni Pipinum regem optare, tandem, vt is, ad quem spectabat prouidere omnium suorum saluti, iudicauit licere Francis regnum Childerici in Pipinum transferre: atque ipse eos iuramento, quo se Childerico obstrinxerant, soluit. Quod sanè iustum fuisse nemo sanæ mentis negabit, præsertim cum euentus docuerit mutationem illam felicissimam fuisse. Nunquam enim regnum Francorum potentius, aut religio in Gallia florentior fuit, quam tempore Pipini, & Caroli.

Adde postremò, quòd, vt citati auctores ferè omnes scribunt, qui iubente pontifice Pipinum regem inuinxit & coronauit, vir sanctissimus fuit, B. videlicet Bonifacius Episcopus & Martyr; qui certè auctor iniustitiæ & sceleris publici nunquam fuisse.

Iam verò quòd non propterea Pipinus, aut Carolus pontifici primatum in Gallias & Germaniam detulerint, facillimè ostendi potest. Primum, quia nullus hoc scribit, præter Caluinum. Auctores citati, ac præcipuè Paulus Aemilius, dicunt quidem, reges Francorum suscipisse sedis Apostolicæ protectionem contra Longobardos, aliòsque hostes, & pontifici donauisse exarchatum Rauenensem, & quædam alia temporalia: at de spiritali ditio- ne nulla vquam mentio.

Deinde, si proceres regni per legatos à pontifice petierunt absoluti à iuramento, & vt liceret sibi regnum transferre à Childerico in Pipinum, vt scribunt Paulus Aemilius lib. 1. & alij: certè existimabant pontificem toti Ecclesiæ ac nominatim Francis præesse. Alioqui enim cur non à suis Episcopis hoc petebant, vel cur sine Papæ licentia non faciebant quod volebant? Immo cur expectarunt, vt pontifex ad iuberet, vt Regino, & alij scribunt? Si ergo pontifex primatum in Francos exercebat antequam Pipinus rex crearetur, quomodo primatum istum à rege Pipino accepit? nõne ista inter se pugnant?

Denique, ante Pipini tempora constat Francos & Germanos Romano Pontifici subiectos in spiritalibus fuisse. Nam S. Bonifacius Episcopus Moguntinus epist. ad Zachariam Papam scripsit, principe Carolomano, vt ipse ibidem indicat: proinde antequam Pipinus fieret rex. nam constat Carolomanum deposito principatu

Monachum esse factum ante Pipini exaltationem in regnum. In ea verò epistola aperte profiteretur, Ecclesias Germaniæ subiectas pontifici tunc fuisse, atque inter alia à pontifice petit, vt tres Episcopatus in Germania erigeret, & sibi auctoritatem daret Concilium Episcoporum in Francia congregandi, & alia multa eiusdem generis. Item Beda, qui annis circiter centum Pipini tempora præcessit, lib. 3. hist. Anglorum cap. 1. Cum, inquit, Gregorius in toto orbe gereret pontificatum. Credo non excipiet Caluinus Galliam, & Germaniam ab orbe terrarum vniuerso.

S. GREGORIVS, qui ferè CC. annis Pipinum præcessit, lib. 4. epistol. 52. vniuersis Episcopis Galliarum committit vices suas Vigilio Episcopo Arelateni, ac præcipit, vt grauiores causas ad sedis Apostolicæ iudicium referat: Quatenus, inquit, à nobis valeat congrua sine dubio sententia terminari.

S. LEO, qui CCCL. annis Pipinum præcessit, in ep. 89. ad Episcopos Gallia: Nobiscum, inquit, vestra fraternitas recognoscat. Apostolicam sedem à vestra etiam provincia sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, & prouiduarum appellatione causarum, aut retracta, aut confirmata fuisse iudicia.

S. CYPRIANVS, qui annis amplius quingentis ante Pipinum floruit, epist. 13. lib. 3. scribit ad Stephanum Papam, vt Episcopum Arelatensem deponat, & alium ei substituat.

Denique Irenæus, qui sexcentis annis eadem Pipini tempora antecessit, lib. 3. cap. 3. cum ait: Ad Romanam Ecclesiam, propter potentioris principalem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, omnes, qui sunt vndique fideles, non excipit Gallos cum ipse Gallus Episcopus esset, vt illud omittam, quòd cum Dominus Petro, & in Petro successoribus ait, Pasce oues meas, Germanos, & Gallos in ouibus suis sine dubio numerauit.

CAPVT XVIII. Idem probatur ex auctoritate quam exercuit Romanus Pontifex in alios Episcopos.

ARGUMENTVM VI. sumitur ex auctoritate, quam semper exercuerunt veteres Pontifices in Episcopos cæteros. Siquidem legimus à pontificibus Romanis Episcopos in toto orbe institutos, vel depositos, vel restitutos; quorum singula per se sufficerent ad hunc primatum ostendendum.

Ac primum de institutione multa exempla afferri possent. In Concilio Chalcedonensi act. 7. legimus, Maximu Antiochenum à S. Leone confirmatum in Episcopatu. Item de confirmatione Anatolij Episcopi Constantinopolitani ita scribit idem Leo epist. 54. ad Martinianum: Satis sit, inquit, quòd vestra pietatis auxilio, & mei fauoris assensu Episcopatum tanta urbis obtinuit. Et epist. 84. ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum: De persona, inquit, consecrandi Episcopi, & de cleri, plebisque consensu Metropolitanus Episcopus ad tuam fraternitatem referat, quòdque in prouincia bene placuit, scire te faciat, vt ordinationem ritè celebrandam tua quoque firmet auctoritas. Et infra: Sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari: ita nihil permitimus, te ignorante, præsumi. Et in epist. ad Episcopos Africa: Donatum, inquit, Salicinensem ex Nouatiano cum sua, vt comperimus, plebe conuersum, ita Dominico volumus regi præsidere, vt libellum fidei sue ad nos meminerit dirigendum.

S. GREGORIVS lib. 4. epist. 34. ad Constantiam Augustam: Salonitanæ ciuitatis Episcopus me ac responsali meo nesciente, ordinatus est, & factus est, quæ sub nullis anterioribus principibus euenit. Et passim in epistolis suis indicat se mittere pallium, quod est Archiepiscopatus insigne, ad varios Archiepiscopos Græciæ, Gallia, Hispaniæ; &c.

S. GREGORIVS lib. 4. epist. 34. ad Constantiam Augustam: Salonitanæ ciuitatis Episcopus me ac responsali meo nesciente, ordinatus est, & factus est, quæ sub nullis anterioribus principibus euenit. Et passim in epistolis suis indicat se mittere pallium, quod est Archiepiscopatus insigne, ad varios Archiepiscopos Græciæ, Gallia, Hispaniæ; &c.

NOTANDVM tamen est, quòd etsi ex confirmatione Episcoporum probatur primatus Romani pontificis, tamen non est necesse, vt omnes Episcopos semper confirmauerit. Potuit enim id permittere Patriarchis & primatibus, vt in multis locis factum videtur.

DE depositione multa etiam exstant exempla, ac imprimis Cyprianus lib. 3. epist. 13. ad Stephanum: Dirigatur, inquit, in prouinciam, & ad plebem Arelatæ constitentem à te literæ, quibus absente Mariano alius in locum eius substituat. Et infra: Significabis planè nobis quis in locum Mariani Arelatæ fuerit constitutus, vt sciamus ad quem fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus.

CALVINVS lib. 4. instit. cap. 7. §. 7. ex hoc ipso loco argumentum sumit: Quæso, inquit, si Gallia tunc præfuisset Stephanus, an non dicturus erat Cyprianus, Coercas istos quia tui sunt? sed longè aliter loquitur, Hoc fraternæ, inquit, societas, qua inter nos demum sumus, requirit, vt mutuo moneamus.

RESPONDEO, Verba ista, quæ Caluinus citat, nusquam in Cypriano inueniri. Deinde si Cyprianus præfisset Stephanum non præesse Gallijs, sed tantum ex amicitia potuisse monere, cur non ipse per se Gallos mouisset?

NICOLAUS I. in epist. ad Michaëlem enumerat octo Patriarchas Constantinopolitanos; quos Romani pontifices deposuerunt, inter quos vnus fuit Anthimus, quem Agapetus Papa deposuit, non obstantibus minis Augusti, & Augustæ, & loco eius ipse suis manibus Constantinopoli Menam ordinauit, vt Liberatus scribit in Breuiario cap. 21. & Zonaras in vita Iustiniani. Item Gelasius in epist. ad Episcopos Dardaniæ: Dioscorum, inquit, secunda sedis præselem sua auctoritate sedes Apostolica damnauit. Et ibidem. D. Petri sedes Alexandrinum Petrum, quem se tantummodo damnasse non etiam soluisse nouerat, non recepit.

PRÆTEREA Flauianum Patriarcham Antiochenum deposuit Damasus, vt scribit Theodoretus lib. 5. hist. c. 23. Et licet Imperator Theodosius niteretur Flauianum in Episcopatu stabilire, tamen iussit eum Romam pergere ad causam dicendam. Et Theophilus Alexandrinus per legatos apud Romanum pontificem pro Flauiano intercessit, vt refert Socrates lib. 5. hist. cap. 15. & similem operam nauasse Chryostomum restatur Sozomenus lib. 8. cap. 3.

Denique nõ ante potuit eum Episcopatu Flauianus tenere, quam Romanus Pontifex placatus consensit, & legatos eius se admittitū promisit, qui mox multos Episcopos, & præcipuos Antiochenæ Ecclesiæ Presbyteros ad Papam misit, vt scribit idem Theodoretus ibidem.

EPISCOPVM etiam Hierosolymitanum Polychronium deposuit Sixtus III. misso ad hoc in Hierusalem S. Leone Archidiacono, qui postea fuit Papa, vt patet ex tomo primo Conciliorum in actis Sixti III. Si ergo Romanus Pontifex omnes Patriarchas, id est, Constantinopolitanum, Alexandrinu, Antiochenum, Hierosolymitanu, aliquando deposuit, certè summus est iudex in Ecclesia.

Denique de restitutione Episcoporum ab alijs depositorum, sunt etiam multa exempla. Nam Cypr. lib. 1. ep. 4. Nec rescindere, inquit, ordinationem in iure perfectam potest, quòd Basilides post crimina sua detecta Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longè positum, & se reu. ac veritatis ignarum sefellit, vt exambiret reponi se iniuste in Episcopatum, de quo fuerat iuste depositus, &c.

Deinde Athanasium, Alexandrinum, Paulu Constantinopolitanum, & Marcellum Ancyranum, Episcopos, à Synodo Orientali depositos, Iulius I. restituit, vt scribit Gelasius in ep. ad Episcopos Dardaniæ, & Sozomenus lib. 3. c. 7. Cum, inquit, propter sedis dignitatem cum omnium ad ipsam spectaret, singulis suam Ecclesiam restituit. Et infra: Athanasius, & Paulus ad suas sedes reuer-

tuntur, literisque Iulij Episcopis Orientis mittunt. Item de Theodoro deposito à Synodo II. Ephesina ita legimus in Concilio Chalcedonensi act. 1. Ingressatur & reuerendissimus Episcopus Theodoretus, vt sit parriceps Synodi, quia restituit ei Episcopatum sanctissimus Archiepiscopus Leo. Multa similia afferri possent, ad qua nihil omnino respondere possunt, nec respondent aduersarij.

SED contra Nilus quinque argumenta proponit. Primum argumentum. Romanus Episcopus dicitur primus, quia secundus ab ipso est Constantinopolitanus, tertius Alexadrinus, quartus Antiochenus, quintus Hierosolymitanus: At non dicitur primus, & secundus de superiore, & inferiore, sed de iis tantum, qui sunt eiusdem ordinis & dignitatis. Non enim Romanus Episcopus dicitur primus ratione Tusculani, aut Tyburnini, qui ei subiecti sunt.

RESPONDEO, Romanum pontificem simul Episcopum, Archiepiscopum, Patriarcham, & Papam esse. Et quidem vt Episcopum, primum esse in hac prouincia ratione Ostiensis, qui est secundus; & Poruenfis, qui est tertius, & cæterorum, qui suo ordine numerari possunt. At verò vt Archiepiscopum, non esse primum ratione Ostiensis, qui non est Archiepiscopus, sed simplex Episcopus, Archiepiscopo Romano subiectus: esse tamen primum ratione Archiepiscopi Rauennatis, Mediolanensis, & cæterorum Archiepiscoporum Occidentis.

PORRÒ vt Patriarcham proprium Occidentis, non esse primum ratione Rauennatis, & cæterorum, qui Patriarchæ non sunt, sed ratione Constantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni, & Hierosolymitani, Patriarcharū. Et hoc modo numerari quinque primarias sedes, quarum quælibet multis, & magnis prouincijs præfider.

POSTREMO vt Papam, & caput Ecclesiæ vniuersæ, non esse primum ratione Constantinopolitani, aut vllius alterius, sed solum principem, ac pastorem omnium esse, nec vllum in ea potestate secundum, aut collegam habere. Nam quemadmodum esse debuit inter Episcopos eiusdè prouinciæ vnus, qui cæteris præses, & Archiepiscopus diceretur, & inter Archiepiscopos multarū prouinciarum, vnus, qui præses cæteris, & diceretur Patriarcha; pari ratione inter Patriarchas eiusdem Catholice Ecclesiæ esse debuit vnus, qui cæteris præfideret, & Papa, seu Christi vicarius nominaretur: atque hunc Romanum pontificem esse multis iam argumētis demonstrauimus.

ARGUMENTVM secundum: sexta Synodus can. 36. renouat constitutionem II. & IV. Synodi, quæ Episcopo Constantinopolitano paria priuilegia tribuerunt cum iis, quæ habet Episcopus Romanus, nõ igitur Romanus Episcopus maior est auctoritate, ac dignitate Constantinopolitano: proinde non potest omnibus Episcopis imperare.

RESPONDEO, in Concil. II. generali non fuit Episcopus Constantinopolitanus æquatus Romano, sed solum antepositus Alexand. atque Antiocheno, vt patet ex can. 5. eiusdem Concilij, cuius hæc sunt verba: Constantinopolitana ciuitatis Episcopus habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum, propterea quòd sit noua Roma.

IN Concilio verò Chalcedonensi act. 16. ad istum canonem addiderunt, oportere eum paria priuilegia habere cum Romano pontifice: sed cum à legatis pontificis reclamatum esset, idem Concilium epistolam ad Leonem scripsit, qua petit confirmari Concilij decreta; verum ausi non sunt Patres in ea epistola mentionem facere parium priuilegiorum, sed solum scripserunt, se renouasse Canonem II. Synodi, quo secundus honor Episcopo Constantinopolitano tribuebatur. Habetur hæc epistola in actis Concilij Chalcedonensis Act. 3.

SANCTVS quoque Leo in epist. 59. qua Concilio respondet, & in alijs omnibus, quas de hac causa scripsit, nusquam meminit parium priuilegiorum, sed solum acriter damnat Episcopum Constantinopolitani ambitiosam

cupiditatem, quod se Alexandrino, atque Antiocheno anteponebat.

SCRIBIT quoque Nicephorus lib. 17. cap. 9. cum Ioannes I. Papa Constantinopolim venisset, a Iustino imperatore inuitatum fuisse pontificem, ut assideret Epiphano, Patriarchae Constantinopolitano, ut quasi pares viderentur, sed pontificem non ante sedere voluisse, quam pro prerogativa Apostolicae sedis thronus sibi supra Epiphanium collocatus fuisset.

EX quo apparet, Canonem illum de paribus priuilegiis non fuisse admissum, etiam longo tempore post Concilium Chalcedonense; nec ex ipso Concilio vim ullam habuisse. Alioqui Epiphanius ille canonem Concilij protulisset, nec passus fuisset in sua Ecclesia Romano pontifici supra se thronum collocari. Itaque solus est canon 36. sextae Synodi, qui Episcopum Constantinopolitanum Romano aequauit.

CETERVM nullius roboris sunt illi canones. Non enim canones sunt sextae Synodi, verae, legitima, atque aecumenicae, sed alterius cuiusdam conuenticuli, quod se falso sextam Synodum nominauit. Constat enim sextam Synodum, quae sub Agathone Papa, & Constantino quarto imperatore celebrata est, nullos canones edidisse: sed post annos quinque ab ea Synodo dissoluta, iterum conuenisse nescio quos Episcopos Graecos, auctore Iustiano iuniore, ac multis canones edidisse sub nomine sextae Synodi. Id quod manifeste colligitur tum ex principio horum ipsorum canonum, tum ex confessione Tharasis Episcopi Constantinopolitani in VIII. Synodo act. 4. quos elodem canones erraticam Synodum Beda appellat, & a Sergio Papa, qui tunc sedebat reprobatos fuisse scribit in libro de sex aetatibus in Iustiano iuniore.

EX quo sequitur istam falsam Synodum sextam, aut non fuisse generalem, aut non fuisse legitimam. Nam generalis legitima esse non potest, ubi deest auctoritas prima sedis, ut ipsimet Graeci fatentur in VII. Synodo act. 6.

AC deinde qua ratione generalis legitima dici potest, ad quam ne vnus quidem Latinorum est vocatus? Si autem legitima non fuit, planum est nullam auctoritatem habere potuisse. Si vero legitima fuit, sed particularis, non potuit leges ferre, nisi in homines sibi subiectos; non potuit igitur sedem Romanam deprimeret, ac priuilegiis spoliare, quod tamen facere conata est, cum ei sedem Constantinopolitanam, alioqui inferiorem atque subiectam, aequare tentauit.

NAM non fuisse vnquam Romanam sedem Graecorum Concilio subiectam, vel ex eo probatur, quod nec vlla lege imperatoria, neque canone Ecclesiastico, neque ratione, neque consuetudine id Graeci probare possunt. Leges enim & canones nulli sunt, qui primam sedem secundae subiciant: id ipsum rationi maxime aduersatur.

DENIQUE nulla potest historia in medium adferri, qua constet aliquid actum ex auctoritate a Graecis Episcopis in Romana Ecclesia, aut ceteris Ecclesiis Occidentis.

DEINDE primatum Romanae Ecclesiae, aut Christus dedit, ut nos credimus: aut certe Nicenum generale Concilium, ut Nilus ipse docet; quo iure igitur Trullanum particulare Concilium potuit auferre, quod Christus ipse, aut generale Concilium dederat: tolli autem primatum Romanae Ecclesiae per illam communicationem priuilegiolorum, quam Trullanum Concilium decreto suo sancit, manifestum est. Non enim eminet supra omnes qui aliquem parem habet.

ADDE praeterea, quod tamen II. & IV. Synodus non aequant Romano pontifici Constantinopolitanum, sed solum secundum ab eo fecerint, id ipsum tamen non fuit ratum, donec Apostolica sedes contradixit. Nam idcirco in IV. Synodo, cum Graeci vellent sedi Constantinopolitanae secundum locum dare, & ad hoc probandum allegarent decretum secundae Synodi ante annos propere

LXXX. celebratae, legati Romani dixerunt: Si annis LXXX. hoc beneficia vsi sunt, quid nunc requirunt? si nunquam vsi sunt, quare requirunt? Quibus verbis significabant frustra allegari decretum illud, quod tanquam irritum nunquam in vsu fuerat.

ARGUMENTVM tertium. Si Romanus pontifex, quia primus Patriarchatus est, imperium habet in secundum. i. in Constantinopolitanum, igitur pari ratione Constantinopolitanus, quia est secundus, imperium habebit in Alexandrinum, qui est tertius: & Alexandrinus, quia est tertius, in Antiochenum, qui est quartus: & iste in Hierosolymitanum, qui est postremus. At nulla ratio, nulla consuetudo hoc admittit.

RESPONDEO, Romanum pontificem, non quia est primus Patriarcha, imperium habere in Constantinopolitanum, & ceteros Patriarchas, sed quoniam solus est Papa Ecclesiae vniuersae, successor Petri, & Christi vicarius generalis. Quemadmodum quilibet Archiepiscopus non ideo praesidet Episcopis ceteris eiusdem prouinciae, quod sit primus Episcopus, sed quod solus sit Archiepiscopus eius prouinciae. Et quilibet Patriarcha non propterea eminet potestate super omnes Archiepiscopos sibi subiectos, quod sit ipse primus Archiepiscopus, sed quod sit in tota ea regione summus ac solus Patriarcha.

ARGUMENTVM quartum: Romanus Episcopus non ordinat Patriarchas, quemadmodum Patriarchas suos ordinat Metropolitano, & Metropolitanos suos Episcopos, non igitur ita praesidet Patriarchis, ut illi Metropolitanis, & Metropolitanis Episcopis.

RESPONDEO, Romanus, quidem pontifex non consueuerat ordinare Patriarchas, quia non poterat commodè fieri, ut vel ipsi Romam venirent, vel ad eos pontifex ipse proficisceretur: tamen confirmabat per literas, ut supra ostendimus exemplo Anatolij Constantinopolitani, & Maximi Antiocheni. Et non fuisse inanem istam confirmationem, manifeste declarat causa Flauiani, qui nunquam obtinere potuit Antiochenam Ecclesiam, donec Episcopus Romanus non consensit.

AD haec, non minus certe est deponere, vel restituere, quam ordinare Episcopum: Romanus autem pontifex non semel, sed quoties opus fuit, vel deposuit, vel restituit Patriarchas, ut supra demonstrauimus.

DENIQUE Menam Patriarcham Constantinopolitanum ab Agapeto, Papa Romano ordinatum, ignorare Nilus non potest, cum id Zonaras literis mandauerit in vita Iustiniani.

ARGUMENTVM quintum: Nicæna Synodus ca. 6. determinauit Patriarchis omnibus suas regiones; ac Romano quidem tradidit Occidentem, Alexandrino Aegyptum, Lybiam, & Pentapolim; Antiocheno Syriam, & Mesopotamiam. Non igitur vnus pontifex Romanus omnia regere debet, & Patriarchis ceteris imperare.

RESPONDEO. Nicenum Concilium nullam regionem Romano pontifici assignat. Quod enim de Occidente Nilus dicit, ex Balsamoni interpretatione didicit, non ex ipso canone Concilij. Nam in ipso canone nihil est de Romano pontifice, nisi haec sententia, quam ita citat ipse Nilus, *Ἐκείνη ἡ ἐκείνη τῆς Πάσης Ἐπισκοπῆς τῆς οὐρανῆς ἐστίν*, hoc est, quoniam & Romano Episcopo id est consuetum. Quae verba cum rationem reddant, cur debeat iuxta antiquum morem Episcopo Alexandrino subiecta esse Aegyptus, Lybia, & Pentapolis; non possunt alium sensum facere, quam istum, quoniam Romanus pontifex consueuit Alexandrino Episcopo tres illas prouincias committere gubernandas.

DEINDE, si Nicenum Concilium Romano pontifici ditionem determinare volebat, quare non ab ipso incipiebat: Cur cepit ab Alexandrino, qui secundus erat: & quare non nominauit regionem, quam Romano pontifici tribuebat?

ADDE postremo, quod etiam Nicenum Concilium discretis verbis dixisset, ad Romanum pontificem proprie Occidentem pertinere, adhuc nihil omnino Nilus obtinere; nam id sine dubio esset intelligendum de Patriarchali Romani pontificis ditione, praeterquam quod idem ipse summum habet in omnem Ecclesiam potestatem.

VB1 etiam obiter est obseruandum quod ait Nilus, Romano pontifici Occidentem debere esse subiectum, ab Illyrico interprete fidelissimo praetermissum esse, ne videlicet ipse Illyricus, Nili sui testimonio, Romano pontifici subiectus esse cogeretur.

CAPVT XIX.

Idem probatur ex legibus, dispensationibus, & censuris.

ARGUMENTVM septimum duci potest ex auctoritate leges ferendi, dispensandi, & puniendi, quam Romanus Episcopus in Ecclesiae filios, quamuis maximos, & nobilissimos, exercuit. De legibus plurima exempla proferri possent. rari enim fuere pontifices, qui non aliquid decreuerint.

SANCTVS Leo epistolam primam scribit ad Episcopos Capaniae, Picensis, Thuficiae, & per vniuersas prouincias constitutos; atque in extrema epistola ita loquitur: *Hoc admonitio nostra denunciat, quod si quis fratrum contra haec constituta venerit, vel venire tentauerit, & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se nouerit officio submouendum. Et infra: Omnia decretalia constituta tam beatae recordationis Innocentij, quam omnium praedecessorum nostrorum, quae de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.* Item epist. 81. ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum, duas leges praescribit, & in vtraque his vtitur verbis: *Id quoque a vobis volumus custodiri.*

HILARIVS Papa in Concilio Romano praesidens, Nulli, inquit, fas sit sine status sui periculo vel diuinis constitutionibus, vel Apostolicae sedis decreta temerare.

ANASTASIVS iunior Papa in epistola ad Anastasium Augustinum: *Præceptis, inquit, Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quae a Romana Ecclesia, & Apostolica auctoritate iussa sunt salubriter impleantur; si eiusdem sanctae Dei Ecclesiae, quae est caput vestrum, communionem habere desideratis.*

S. GREGORIUS in priuilegio, quod dedit monasterio S. Medardi, & habetur ad finem epistolarum, *Si quis, inquit, regum, anisulitum, iudicum, vel quarumcumque secularium personarum, huius Apostolicae auctoritatis, & nostrae praecipionis decreta violauerit, honore suo priuetur.*

DE dispensationibus exemplum habemus in epist. 1. Gelasij: (nam recentiora infinita de industria praetermittimus) *Necessaria, inquit, rerum dispositione constringimur, & Apostolicae sedis moderamine conuenimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retrò praesulum, decessorumque nostrorum praeccepta metiri, ut quae praesentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus.* & ibidem in multis dispensat. Item Gregorius lib. 12. epist. 31. Felici Episcopo Siciliae dicit se dispensasse cum Anglis circa matrimonialia in gradibus prohibitis: rursum cum Siculis, ut semel tantum in anno Concilium celebraret, cum alioqui regulari praecipiant bis in anno Concilia celebrari. Porro regula ista, in qua Gregorius dispensabat, est canon quintus Concilij primi generalis.

DE censuris plurima essent exempla, & quidem antiquissima. Nam Innocentius I. cum audiisset mortuum esse Chrysostrum, excommunicauit Imperatorem Arcadium & Eudoxiam vxorem eius, qui non permissum restitui Chrysostrum in suam sedem, ut ipse

Innocentius iusserat. Exstat de hac re epistola Innocentij apud Nicephorum, lib. 13. cap. 34.

NEQUE obicit potest, quod etiam Ambrosius, qui summus Pontifex non erat, Imperatorem excommunicauerit. Nam Ambrosius id fecit in Ecclesia sua, cum Imperator Mediolani sedem haberet: at excommunicare aliquem extra Mediolanensem diocesim Ambrosius ausus nunquam fuisset. Innocentius autem etiam Imperatores Constantinopolitanos, & Constantinopoli existentes excommunicauit.

DEINDE Gregorius III. Leonem Imperatorem Graecum similiter excommunicauit, teste Zonara in vita Leonis Mauri.

NICOLAVS I. excommunicauit Lotharium regem Galliae, & concubinam eius Valdradam, necnon Archiepiscopos Coloniensem & Treuirenses.

CIRCA quam historiam impudentissimè mentiuntur Magdeburgenses centur. 9. cap. 10. vbi dicunt, a Nicolao Papa iniuste vexatum Lotharium regem, & Archiepiscopos illos. Nam, ut Rhegino lib. 2. Otho Frisingensis lib. 6. cap. 3. & Sigebertus in Chronico anni MCC. LXXII. scribunt, Lotharius ex odio erga Thierbergam vxorem, & amore erga concubinam subornatis falsis testibus conuincit fecit vxorem incestus, deinde auctoritate Archiepiscopi Colonienfis & Treuirensis eam repudiavit, & concubinam vxorem duxit: qua omnia Archiepiscopi illi Romae in Concilio confessi sunt.

SI ergo Magdeburgenses, ut faciunt, Lotharium, & Archiepiscopos iustos esse volunt, necesse est, ut Paulum accusent, qui 1. Cor. 7. docet, etiam propter causam fornicationis non posse aliam vxorem duci, viuentem priore vxore. Quid, quod vxor Lotharij non peccauerat, sed tantum ad falsorum testimonium verba damnata fuerat: num etiam falsa testimonia iustificabunt Magdeburgenses, ut Papam aliquo modo reprehendant?

SED habemus exemplum illustrius & antiquius. Nam cum Pius I. decreuisset, ut Pascha non celebraretur cum Iudaeis 14. die primi mensis, sed Dominica sequente, & Asiani nolent acquiescere, eos omnes Victor I. Papa excommunicauit circa annum Domini cxc. ut scribit Eusebius lib. 5. hist. cap. 24.

AT obicit Caluinus lib. 4. Instit. cap. 7. §. 7. obiurgatum propterea fuisse Victorem ab Irenaeo, & paruisse rectè obiurganti, non reclamauisse.

RESPONDEO, quod Irenaeus, & multi alij Victorem obiurgauerint, quod tantas Ecclesias leni de causa, ut ipsis videbatur, a corporis Ecclesiastici unitate praecidisset, testatur Eusebius ibidem: at quod Victor sententiam suam mutauerit, nusquam legimus. Et etiam si sententiam mutasset Victor, nihil inde haberet Caluinus. Diceremus enim Victorem, quia potestate Asianos ligauerat, eadem illos absoluisse.

PORRO obiurgatio Irenaei, & aliorum non minuit, sed auget potius vim argumenti nostri. Nam quod plures erant, quibus displicebat sententia Victoris, eò potius facilius eam contemnere, ac Victorem potius excommunicare, si putasset Victorem vnum esse de numero Episcoporum, & non potius caput, & iudicem omnium.

AT nulli fuerunt, qui eam sententiam irritam esse docuerint, vel Victorem contemnendum, aut excommunicandum censuerint: vel eum monuerint, ne excederet limites suos, & ne iudicaret non subiectos sibi, quod imprimis monere debuissent, si verè Victor iudex omnium non fuisset. Existimarunt ergo illi Victorem fecisse quod potuit, sed non quod debuit. Sic enim sonant verba ipsorum: *Exstant, inquit Eusebius, etiam ipsorum litterae, quibus asperius obiurgant Victorem velut iniuste Ecclesiam commotis consulentem.*

Es t autem hęc obseruandum, quod licet Irenęus, & alij tunc putauerint imprudenter egisse Victorem, tamen reuera prudentissimę egit, vt postea tota Ecclesia iudicauit. Nam vnus ex p̄cipuis auctoribus illius sententia, de Paschate cum Iudæis celebrando, fuit Blastus, qui eo modo paulatim Iudaismum introducere volebat, vt scribit Tertul. de p̄sc. cap. 53. in fine: *Blastus*, inquit, *latenter Iudaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi, decima quarta die mensis.* Hic autem Blastus Romę hęcsem suam seminare cępit tempore Victoris Papę, vt Eusebius testatur lib. 5. hist. cap. 17.

QVONIAM ergo Victor Papa videbat, illam diuersitatem de Paschate, non esse diuersitatem solius obseruationis, sed adferre secum hęcsem, immo ipsum Iudaismum, maritę occurrendum putauit. Probauerunt autem sententiam Victoris Patres Nicęni Concilij, vt patet ex Eusebio lib. 3. de vita Constantini, & deinceps hęcetici habiti sunt, & quatuordecimani appellati, qui contrarium senserunt, vt patet ex Epiphano hęceti 50. & Augustino hęceti 29.

CAPVT XX.

Idem probatur ex vicariis Papę.

ARGVMENTVM octauum ex eo sumitur, quod summus Pontifex vicarios suos in variis regionibus, aut ordinarię, aut ad tempus habebat, cum reseruatione tamen maiorum causarum.

NAM quemadmodum ex eo, quod Rex mittit proreges ad prouincias, intelligimus Regi eas prouincias subiectas: & similiter ex eo quod Rex iniungit iudicia p̄sidentibus prouinciarum cum reseruatione certarum causarum, intelligimus regem esse summum iudicem: ita quoque ex eo quod Apostolica sedes vicarios habebat in omnibus ferę longinquis regionibus, vel vices suas ad tempus alicui committebat, & tamen ad se grauia negotia referri volebat, rectę colligimus ad Apostolicam sedem summum iudicium totius Ecclesię pertinere. Exempla sunt plurima.

LEO epistola octuagesima quarta facit Anastasium Episcopum Thessalonicensem, vicariũ suum per Orientem, sicut eius p̄decessores vicarij fuerant p̄decessorum sancti Leonis, vt ipse ibidem indicat. Quę causa videtur fuisse, cur in Sardicensi Concilio can. 20. statueretur, ne clerici extranei diu morarentur Thessalonicę. Quoniam enim ibi sedebat vicarius Papę, eod confluebant ex tota Gręcia clerici, & sępe diutius hęcabant quām oportebat. Idem epist. 87. committit vices suas Potentio Episcopo in regionibus Africę.

CÆLESTINVS Papa Cyrillo Alexandrino vices suas commisit in causa Nestorij Episcopi Constantinopolitani, & Ecclesia illa Constantinopolitana regenda Episcopo deposito. Vide epistolam Cęlestini ad Cyrillum in tomo 4. operum Cyrilli, & ibidem epistolam Cyrilli ad clerum, & populum Constantinopolitanum.

GELASIVS in epist. ad Episcopos Dardanię: *Cur, inquit, non ad sedem Apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum nouerat delegatam, referre curauit Acacius?* Loquitur de Episcopo Constantinopolitano Acacio, cui commiserat Romanus Pontifex curam Ægypti, ac mandauerat, vt deponeret Episcopum Alexandrinum.

HORMISDA in epist. ad Salustium Episcopum Hispanensem, facit eum suum vicarium per Baticam & Lusitaniam. Iustinianus in authenticis collat. 9. tit. 6. siue nouella constitutione 131. scribit, Episcopum primę Iustinianę locis quibusdam p̄esse debere tanquam vicarium Rom. Pontificis, quoniam ita Vigilius Papa constituit.

GREGORIVS lib. 4. epist. 52. vicarium suum per Gallias constituit Vigilium Episcopum Arelatensem, & similiter referuat sibi causas grauiores.

CAPVT XXI.

Idem probatur ex iure appellationum.

ARGVMENTVM nonum ex eo peti potest, quod ex quauis parte orbis Christiani ad Romanum Pontificem legitimę prouocatur; ab eius verō sententia nulla conceditur appellatio. Id enim est argumentum certissimum principatus, vt ipse quoque aduersarius confitetur, Caluinus enim lib. 4. instit. cap. 7. §. 9. *Summum, inquit, imperium penes eum esse constat, ad cuius tribunal prouocatur.* Sed mox subiungit: *Multi sępe Romanum Pontificem appellarunt, ipse quoque causarum cognitionem ad se trahere conatus est, sed semper fuit derisus, quoniam suos fines excessit.*

ITA QVĒ vult Caluinus, multos quidem prouocasse ad Pontificem, vt effugerent legitima iudicia, sed derisus fuisse eiusmodi appellationes: quomodo nunc verē rideretur aliquis, qui damnatus ab Episcopo Florentino, appellaret ad Episcopum Mediolanensem; vel damnatus à rege Hispanię, appellaret ad regem Gallię.

PROBANDVM igitur est, iure ad Pontificem appellari potuisse, & appellationes non derisas, sed exceptas cum honore, & efficaces fuisse. Probatur primō ex Concilio Sardicensi, quod generale fuit, & semper in Ecclesia receptum. Nam Sulpitius lib. 2. sacre historię, ex toto orbe conuocatum scribit, & Socrates lib. 2. c. 15. hist. Ecclesiasticę, generale Concilium appellat.

PRÆTEREA, vt scribit Athanasius in secundę Apologię initio, & Hilarius in lib. de Synodis, fuerunt in eo Concilio plusquam ccc. Episcopi Catholici ex triginta sex prouincijs totius orbis Christiani, quas omnes Athanasius nominat, vt Italiam, Galliam, Hispaniam, Britaniam, Africam, Ægyptum, Syriam, Thraciam, Pannoniam, &c. Adfuerunt etiam legati Papę Iulij, vt Athanasius ibidem refert. Item quod omnem Ecclesiam hęc Synodus obliget, patet ex illis verbis, quę habentur in fine Concilij: *Vniuersa quę constituta sunt, Catholica Ecclesia in vniuerso orbe diff. sa custodiat.*

DENIQVĒ totam hanc Synodum descriperunt etiam Magdeburgenses vt legitimam, centur. 4. cap. 9. in hac ergo Synodo duo canones de hac re habentur, quartus & septimus. Quartus canon sic habet: *Cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agendum sibi negotium in vrbe Roma, aliter Episcopus in eius cathedra, post appellationem eius, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata.*

CANON septimus: *Placuit, vt si Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit, qui deiectus est, & confugerit ad Episcopum Romanum Ecclesię, & voluerit se audiri, si iustum putauerit, vt renouetur iudicium, scribere bis Episcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, vt è latere suo Presbyterum mittat: erit in potestate Episcopi quid velit, & quid astimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui presentes cum Episcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio: si verō crediderit Episcopos sufficere, vt negotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.*

PROBATVR secundō ex Gelasio, qui in epistola ad Faustum: *Ipse, inquit, sunt canones, qui appellationes totius Ecclesię ad huius sedis examen volere deferri: ab ipsa verō nusquam prorsus appellari debere sanxerunt.* Et in epistola ad Episcopos Dardanię: *Ad illam, inquit, de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo est appellare permittus.*

PROBATVR tertid exemplis eorum, qui appellauerunt. Nam etiam ante Concilium Sardicense erat mos in Ecclesia ad Pontificem appellandi, vt meritō Leo ep. 89. ad Episcopos Gallię dicat, hanc esse antiquissimam consuetudinem.

ANNO C. LIII. Christi, Pio I. Pontifice Marcion excommunicatus ab Episcopo suo in Ponto, venit Romanam, vt à Romana Ecclesia absolueretur, vt Epiphanius refert hęceti. 42.

ANNO CC. LII. Pontifice Cornelio, Fortunatus, & Felix in Africa à Cypriano depositi Romanam nauigauerunt, atque ad Cornelium appellauerunt. Testis Cyprianus lib. 1. epist. 3. Non diu post, Stephano Pontifice, Basilides in Hispania depositus, ad Stephanum appellauit Cyprianus lib. 1. epist. 4.

ANNO CCC. L. Iulio I. Pontifice Athanasius, ab Orientalibus depositus, ad Pontificem appellauit, & ab eo restitutus est, vt supra ostendimus ex Sozomeno lib. 3. c. 7. & factum est hoc iudicium ante Concilium Sardicense, vt Athanasius testatur initio secundę Apologię.

POST annum CCC. Innocentio I. Pontifice, Chrysofomus à Theophilo depositus, ad Pontificem appellauit, vt patet ex epistolis eius duabus ad Innocentium. Item eodem seculo ad Leonem appellauit Flavianus Episcopus Constantinopolis, vt scribit Liberatus in Breuiario, cap. 12. ad eundem appellauit Theodoretus, vt ex epistola eius ad Leonem apparet.

POST annum D. Gregor. lib. 2. epist. 6. priuat sacra communionem Ioannem Episcopum Gręcum primę Iustinianę, quod iudicasset Episcopum Thebanum, qui ad Apostolicam sedem appellauerat. Omitto posteriorum temporum testimonia, quod ea ab hęceticis contemnantur. Sed iam argumenta soluenda sunt, Nili, Illyrici, & Caluini.

CAPVT XXII.

Soluuntur argumenta Nili de iure appellationum.

ILVS in libro de primatu duobus argumentis contendit, posse ad Episcopum Constantinopolitanum appellari eo modo, quo ad Romanum Pontificem, ac proinde eos esse æquales, & non vnum Romanum Pontificem toti Ecclesię p̄sidere.

ARGVMENTVM primum est: Quoniam VI. Synodus concessit Episcopo Constantinopolitano paria priuilegia cum iis, quę habet Episcopus Romanus. Sed hoc argumentum suprā est confutatum. Alterum argumentum sumit Nilus ex Concilio Chalcedonensi can. 9. & 17. vbi statuitur; Vt si clericus causam habeat aduersus alium clericum, ab Episcopo suo iudicetur; si aduersus Episcopum, ab Archiepiscopo; si aduersus Archiepiscopum, à Primatē diocęseos, vel ab Episcopo Constantinopolitano. Itaque vltimum iudicium deferretur vrbis regię œcumenico Patriarchę.

RESPONDEO, quis in eo canone dicatur Primas diocęseos, non omnino constat, & quidem Archidiaconus & Ioannes de Turrecremata super can. 1. clericus, h. q. 1. docent Primatem diocęseos vocari Episcopum digniorem, & maiorem Archiepiscopo, minorem Patriarcha. At Nicolaus I. Papa in epistola ad Michaelē imperatorem scribit, per Primatem diocęseos nullum alium significari posse, quām Episcopum Romanum.

QVĒ sententia verior esse videtur, tum quia auctorem habet grauiorem, antiquiorem, doctiorem: tum quia non facillē probari poterit, tempore Concilij Chalcedonensis fuisse in Ecclesia, ac p̄sertim in Oriente vltos Primates ab Archiepiscopis & Patriarchis distinctos: tum quia vox Gręca huius canonis ἑπαρχος, non proprię primatem, sed principem significat, quę vox multo aptius in Summum Pontificem, quām primates alios quadrat. Ipse enim solus verē princeps est cuiuslibet Christianę diocęseos.

HIS notatis, respondeo primō, eum canonem rectę à Nicolao Pontifice exponi loco citato, vt Concilium decreuerit, vt is, qui causam habet cum Metropolitano, adeat Principem diocęseos, id est, Romanum Pontificem, vel si est vicinus vrbi Constantinopolitanę, & vult esse contentus Episcopi illius iudicio, illum adeat. Ita vt primum lex generalis constitutur de adeundo Papa Romano, deinde permissio quadam addatur pro iis tantum, qui prope Constantinopolim commorantur.

SECUNDO, responderi potest, hos omnes canones non habere robur apud nos, nisi quatenus sunt renouati à Romanis Pontificibus. Nam Leo in epistola 59. ad Concilium Chalcedonense scribit, se Concilium illud approbasse, solum quantum ad explicationem fidei. Et Liberatus in Breuiario, c. 12. testatur, istos omnes canones constitutos fuisse prefentibus legatis Papę, qui tamen alioqui Concilio p̄sdebant.

PORRO consuetudo, quę est Legum interpret, aperitissimę docet, nunquā licuisse ad Patriarcham Constantinopolitanum appellare, nisi ex locis subiectis eidem Patriarchę: nulli enim proferri potest exemplum, quo intelligamus ex Occidente, aut Meridie, aut etiam Septentrione ad Orientalem Ecclesiam esse appellatum.

TERCIO, etiam si concederemus, ex toto orbe terrarum posse recurri ad iudicium Episcopi Constantinopolitani iuxta hos canones, non tamen sequeretur, parem esse eum Episcopo Pontifici Romano. Nam ex vi canonis istius Chalcedonensis, solum iudicare potest Episcopus Constantinopolitanus eos, qui læsos se arbitrantur à Metropolitano suo: at Papa Romanus iudicare potest etiam eos, qui læsi sunt à Patriarchis ipsis, vel à Concilio Episcoporum, quamuis maximo, & frequentissimo, vt Athanasij, Pauli, Chrysofomi, Flauiani, & Theodoret exempli declarant.

ADDE vltimō, quod iste canon Chalcedonensis non est de appellatione, sed de primo iudicio, quod Nilus non animaduertit. Itaque licet ex toto orbe terrarum quasilibet causas iudicare posset Episcopus Constantinopolitanus, ab illo tamen appellari posset ad Episcopum Romanum, iuxta canones Sardicenses. Nec enim Chalcedonenses canones Sardicenses canonibus vltimo modo repugnant. Ita semper remanet vltimum iudicium penes Episcopum Romanum.

CAPVT XXIII.

Soluuntur argumentum primum Lutherianorum.

VENIAMVS nunc ad argumenta Latinorum. Obiiciunt aduersarij primō Cyprianum, qui lib. 1. epistola 3. ait: *Nam cum statutum sit ab omnibus nobis, & æquum sit pariter ac iustum, vt vniuersusque causa illic audiat, vbi est crimen admissum, &c. oportet utique eos quibus p̄sumus, non circumcircumfari, &c.* Et infra: *Nisi si paucis desperatis ac perditis, minor videtur esse auctoritas Episcoporum in Africa constitutorum, &c.* Vbi reprehendit eos, qui appellauerant ad Romanum Pontificem, & probat, non debere appellari, ad Stephanum Papam appellauerat, ait: *Nec enim tam cui p̄andus est ille (Stephanus) cui negligenter obreptum est, quām hic (Basilides) execrandus, qui fraudulenter obrepsit.* Ad certę si non licuisset Stephano appellationes vltimo admitttere, valde certę esset culpandus, quod appellationem non reiecit, etiam si iustam causam Basilides habuisset.

RESPONDEO, Cyprianum ægrę tulisse appellationes eorum, qui de manifestissimis criminibus conuicti, & iudicati fuerant; non autem omnino appellationes sustulisse. Id colligitur ex lib. 1. epist. 4. vbi loquens de Basilide, qui damnatus in Hispania, ad Stephanum Papam appellauerat, ait: *Nec enim tam cui p̄andus est ille (Stephanus) cui negligenter obreptum est, quām hic (Basilides) execrandus, qui fraudulenter obrepsit.* Ad certę si non licuisset Stephano appellationes vltimo admitttere, valde certę esset culpandus, quod appellationem non reiecit, etiam si iustam causam Basilides habuisset.

AD illud ergo, quod ait Cyprianus, ab omnibus constitutum, ut illic causa audiat, ubi est crimen admissum; dico hoc decreto constitui, ut causa primum iudicaretur, ubi est crimen admissum, non tamen prohiberi, quo minus etiam secundo alibi iudicaretur.

SED dices, at Cyprianus ex hoc decreto probat, non debuisse appellari, igitur prohibita sunt appellationes,

RESPONDEO, Cyprianum non ex hoc solo decreto argumentari, sed ex hoc decreto, adiunctis manifestissimis criminibus reorum. Sic enim Cyprianus ratiocinatur; Debet uniuscuiusque causa ex decreto Concilij illic audiri, ubi est crimen admissum: horum causa iam audita est, & manifeste crimina eorum detecta sunt. Cur igitur Romam appellat, nisi ut forte imponant Pontifici, vel saltem Episcopos vexant, qui de eis iudicauerunt?

ADDE, quod si hoc decreto prohiberentur appellationes, non solum prohiberentur ad Romanum Pontificem, sed etiam ad quemlibet alium iudicem, ut Magdeburgenses fatentur, centuria tertia, capite septimo, collat. 176. & verba ipsa indicant, quae generalia sunt: at absurdissima & ridicula lex esset, quae omnem appellationem prohiberet. In qua enim quamvis ineptissima Republica eiusmodi lex tolerata fuit, quae a nullo iudice appellari permitteret? Hanc ergo legem cum tribuunt Centuriatores Ecclesiae Dei, quae est Republica sapientissime ordinata, absurdos prolixos & ridiculos se exhibent.

AD illud verò, quod Cyprianus addit, non esse minoris auctoritatis Episcopos Africae, respondeo, illud (*Minoris*) non referre comparationem ad Romanos Pontifices, sed ad causam, de qua tunc agebatur. Est enim sensus, Episcopos Africae non fuisse minoris auctoritatis, quam sufficeret ad eam causam iudicandam.

CAPVT XXIV.

Soluntur alia tria argumenta.

ECVND O, obiicit Damasus, qui in epistola ad Theophilum & Anysium, quae est 79. inter epistolas Ambrosij: *Cum*, inquit, *huiusmodi fuerit Concilij Capuensis iudicium, ut finitimi Bonoso, atque eius accusatoribus iudices tribuerentur, aduertimus, quod nobis iudicandi forma competere non potest.*

RESPONDEO primo, epistolam illam non esse Damasii. In operibus Ambrosij tribuitur Ambrosio, sed nec eius esse potest, cum in illa fiat mentio Ambrosij, tanquam cuiusdam alterius. Itaque incertum est cuius sit.

SECVND O dico, si Damasii sit, ut multi volunt: Damasium non dicere, se non posse iudicare, sed non conuenire ut iudicet, quod rectissime dictum est. Etsi enim Pontifex est summus iudex, tamen non conuenit, ut quando Concilium prouinciale aliquid statuit, ipse sine causa aliter iudicet.

TERTIO, obiicit Caluinus lib. 4. instit. cap. 7. §. 9. Concilium Mileuitanum, in cuius canone 22. sic statuitur: *Quod si ab eis, id est, Episcopis vicinis, prouocandum putauerint, non prouocent: nisi ad Africana Concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerint appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.*

RESPONDENT aliqui cum Gratiano, qui 2. q. 6. can. placuit, addidit ad hunc canonem exceptionem, nisi forte ad Apostolicam sedem appelletur. Sed haec exceptio non videtur quadrare: nam praecipue propter Romanam Ecclesiam Africani statuerunt, ut non liceret appellare ultra mare. Non enim appellari vnquam consuevit ultra mare ab Africanis, nisi ad Romanam sedem. Neque est opus confugere ad has angustias exceptionis, cum solutio vera sit in promptu.

IGITUR responsio est, canonem istum non esse ad propositum. Nam quaestio de appellationibus ad Romanum Pontificem, non est de appellationibus Presbyterorum, & minorum Clericorum, sed de appellationibus Episcoporum. Siquidem Concilium Sardicense, quod Episcopos voluit posse appellare ad Pontificem, can. 4. & 7. idem voluit causas Presbyterorum & minorum Clericorum terminari apud vicinos Episcopos, ita ut liceat minoribus Clericis appellare à suo Episcopo ad alios Episcopos eiusdem prouinciae, ut habet canon decimus septimus. Quos duos canones renouari voluit Papa Zozimus, & executioni mandari in Africa, ut patet ex Concilio VI. Carthaginensi, & ex epist. Concilij eiusdem ad Bonifacium Papam.

PRIMO canon iste vicinus secundus Mileuitani Concilij, de Presbyteris & minoribus Clericis loquitur, non de Episcopis, ut patet tum ex Augustino, qui huic Concilio interfuit, & tamen scribit in epist. 162. licere Episcopis Africanis appellare ultra mare, Clericis minoribus non licere: tum ex verbis ipsius Concilij, sic enim incipit: *Placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores Clerici in causis, quas habuerint, &c.* Quare totum Concilium Mileuitanum probauit Innocentius 1. in epist. ad ipsum Concilium, quae est nonagesima tertia inter epistolas beati Augustini. Quod certe Innocentius non fecisset, si in eo Apostolica sedi derogatum aliquid fuisset.

HINC apparet incitiae & oscitantia Caluini, qui loco notato dicit, Zozimum conatum esse efficere, ut iste canon Concilij Mileuitani, in Concil. VI. Carthaginensi, corrigeretur: cum è contrario constet, Zozimum iussisse, ut iste canon confirmaretur, & ad praxim redigeretur.

SED dices, Si ita est, quo iure Romani Pontifices Apiarium Presbyterum ex Africa appellatam susceperunt, & in gradum suum restitui fecerunt, ut referunt Africani Patres in epistola ad Bonifacium, & in alia ad Caëstinum?

RESPONDEO. Licet prohibitum fuerit Clericis inferioris ordinis, appellare ab Episcopis suae prouinciae; non tamen prohibitum fuit, nec prohiberi potuit Summo Pontifici, ne, si veller, eos admitteret.

PRÆTEREA, Romani Pontifices non tam admiserunt appellationem Apiarij, quam audierunt eius querimonias, & mādāruunt Africanis, ut eius causam diligenter cognoscerent, & fideliter iudicarent. Apparet enim ex illis duabus epistolis, bis Apiarium venisse Romam, & vtraque vice remissum in Africam, & ibi in Concilio iudicatum post reditum eius ab vrbe.

QUART O, obiicit Caluinus lib. 4. instit. cap. 7. §. 10. epistolam 162. Augustini, ubi legitur causam Caeciliani iudicatam à Pontifice, & quibusdam aliis, iussu Imperatoris; & deinde rursus iudicatam secundo ab Episcopo Arelateni eodem Imperatore iubente, & tertio iudicatam ab Imperatore.

AT si Pontifex iure diuino est summus Iudex, quomodo non ex se, sed solum iubente Imperatore, iudicet? Item, si ab eo appellari non potest, quomodo appellatum est in causa Caeciliani, & iudicatum post Pontificis sententiam ab Episcopo Arelateni, & rursus ab Imperatore?

DENIQUE, cur sibi socios ab Imperatore adiungi passus est in primo iudicio?

RESPONDEO ad primum, Pontificem non iudicasse, nisi quando Imperator iniunxit, quia Donatistae causam illam non detulerunt primo ad Pontificem, ut debebant, sed ad Imperatorem. In quo eos male fecisse docet Augustinus ibidem, ubi etiam dicit, Constantinum Imperatorem longè ordinariùs egisse, qui causam ad se delatam non ausus fuit iudicare, sed eam ad Pontificem misit.

A D

AD secundum dico, Pontificem permisisse secum sedere alios ab Imperatore assignatos, ut satisfieret Donatistis, quibus Romanus Pontifex suspectus erat.

AD tertium dico, post Pontificem iudicasse Episcopum Arelatensem, & postea Imperatorem, non quia oportebat, ut ibidem ait Augustinus, sed ut omnino obstrueretur os Donatistarum. Itaque Imperator, ut ibidem ait Augustinus, veniam petiturus ab Episcopis, causam illam inuitus cognouit.

CAPVT XXV.

Soluntur argumentum vltimum.

OSTREMO Caluinus loco notato, & Magdeburgenses centur. 5. cap. 9. & etiam Graeci in Concilio Florentino, sess. 20. sed praecipue Illyricus in libro de historia Concilij sexti Carthaginensis, argumentum, ut ipsi credunt, fortissimum petunt ex historia Concilij sexti Carthaginensis, cuius haec est summa.

ZOZIMVS Papa ab Africanis per legatos petiit, ut tres canones Nicæni Concilij executioni mandarent. Vnum, de appellationibus Episcoporum ad Romanum Pontificem; alterum, de appellationibus Presbyterorum & minorum Clericorum ad Episcopos vicinos; tertium, de non eundo ad comitatum, id est, ne irent Episcopi Afri ad aulam Imperatoris.

AFRICANI his mandatis acceptis, Concilium nationale CCXVII. Episcoporum coegerunt, & Pontifici Bonifacio, qui, Zozimo interim mortuo, successerat, responderunt, se non inuenire eos canones in Nicæno Concilio, propterea se scripturos ad Patriarchas Orientis; Constantinopolitanum & Alexandrinum, ut ad se mittat authentica exemplaria Nicæni Concilij: interim tamen se eos canones seruaturus, salua diligentiore inspectione authenticorum exemplarium. Interim venerunt à Cyrillo Alexandrino & Attico Constantinopolitano exemplaria Nicæni Concilij, & in iis non sunt inuenti isti tres canones, sed tantum viginti illi, qui habentur in historia Rufini lib. 10. c. 6. quam etiam historiam Cyrillus in epistola ad Africanos citat.

CVM igitur Africani non inuenissent in exemplaribus ad se missis illos canones, scripserunt Caëstino Papæ, qui Bonifacio successerat, ut quandoquidem in Nicæno Concilio illi canones non inueniebantur, deinceps non facile admitteret appellantes ex Africa. Haec habentur in VI. Concilio Carthaginensi, & in illis duabus epistolis. Quid autem Pontifex responderit, ibi non habetur.

SVPER hanc historiam struunt Illyricus & Magdeburgenses immensam congeriem conuiciorum, & mendaciorum, & praeterea duo argumenta. Quod ad conuicia attinet, Illyricus in illo suo libro de hac historia, omnium ferè Pontificum illius temporis nomina petulantè inuertit. Sanctum enim Innocentium, passim Nocentiu vocat; sanctum Bonifacium, Maleficium, sanctum Caëstinum, Infernalem, sanctum Leonem modò infernalem lupum, modò leonem rugientem appellat.

AD quam petulantiam retundendam sufficere possunt ipsa acta Concilij Carthaginensis, & epistola eiusdem Concilij ad Bonifacium & Caëstinum, quae omnia integre suo libello adiecit Illyricus. Quantò enim petulantius & scurriliùs Illyricus loquitur de sanctis illis Pontificibus, tantò de iisdem Africanis Patres honorificentius & grauiùs loquuntur. Vide praeterea de laudibus horum Pontificum Augustinum in epist. 157. ad Optatum, & lib. 1. ad Bonifacium, & Prosperum ad finem libri contra Collatorem.

IAM verò mendacia tot ferè sunt in libro Illyrici, quot sunt sententiae. Pauca de multis proferam. In ipso libri principio, ait in sexta Carthaginensi Synodo, interfuisse cum Augustino Prosperum, Orosium, & alios

infignes viros. At Prosper & Orosius nec nominantur in eo Concilio, nec interesse potuerunt, cum nec Episcopi essent, nec Africani, & Concilium ex solis Africae Episcopis constaret.

PAVLO post affirmat Illyricus, cum Bonifacio Papa simul in schismate electum fuisse Eulabium, sed Eulabium à maiori parte cleri & populi electum tantè fuisse modestiae, ut spontè cederet, tamen alioqui ad eum Pontificatus iure pertinebat.

AT sine teste hoc dicit Illyricus, & nos contra producere possumus Anastasium Bibliothecarium, qui in vita eiusdem Bonifacij scribit, à Concilio Episcoporum CCXII. electum Eulabium, ut iniuste ordinatum, Bonifacium verò ab omnibus confirmatum.

AD HÆC Illyricus dicit, & saepe repetit, Romanos Pontifices ab Africanis Patribus postulasse, iurisdictionem sibi concedi in Africam, & in omnes alias regiones, & cum toto quinquennio de hac re deliberatum esset, tandem à Concilio decretum, ut nullum ius Pontifici concederetur. Id verò non solum est mendacium, quia nec tale postularum, nec talis definitio in eo Concilio reperitur: sed etiam est mendacium impudens, quia sine vlla probabilitate asseritur.

QVIS enim credat, Romanos Pontifices ab Afris iurisdictionem postulasse in Asiaticis & Europæis? Quis item credat, Africanos Patres toto quinquennio in ista causa laborasse, cum vno verbo respondere possent, se nullum ius in exteris nationes habere, proinde nec aliis posse concedere? An non rideretur, qui à Rege Gallorum iurisdictionem peteret in Hispanos? & Rex ipse nonne ridiculus esset, si quinquennium in eius rei deliberatione poneret?

ALIVD mendacium, idque potissimum & millies repetitum in libro Illyrici, & Centuriis est, Zozimum Papam falsasse de industria & contra conscientiam suam Nicænum Concilium, ut ea fraude iugum imponeret Africanis. De quo mendacio in solutione argumentorum dicemus. His igitur praetermissis, ad argumenta veniamus.

PRIMUM, Si iure diuino Papa est Summus Index Ecclesiae totius, quare Pontifices non ex iure diuino, sed ex Concilio Nicæno ius suum de appellationibus ad Apostolicam sedem, confirmate nituntur? Et cur tot Catholici, sanctique Patres Carthaginensis Concilij, ius illud admittere nolunt, nisi in Concilio Nicæno reperitur?

AD hoc eorum argumentum breuiter respondemus, iure quidem diuino ad Summum Pontificem appellari semper potuisse: tamen an expediret ea potestate vti, & omnibus in locis, non sine causa dubitatum esse. Nam vtrunque rationes adferri possunt. Si enim passim omnibus appellatio concedatur, facile fiet, ut multi effugiant legitima iudicia, ut immeritò vexentur Episcopi, qui primo iudicant, ut causae alioqui faciles & perspicuae in longum tempus protrahantur. Atque hinc sanctus Cyprianus lib. 1. ep. 3. & 4. non semel conqueritur de iis, qui semel legitime iudicati, & damnati, Romam ad Pontificem prouocabant. Et sanctus Bernardus lib. 3. de consideratione, multa enumerat incommoda, quae ex nimia frequentia appellationum oriuntur.

CONTRA verò, si nulli concedatur appellatio, dabitur occasio particularibus Episcopis, ut facile & temerè iudicent, & tyrannicè populos opprimant; necnon, ut existiment, nullum se habere superiorem, nulli rationem esse reddendam, quod nihil esset aliud, quam vnum corpus Ecclesiae in tot partes scindere, quot sunt Episcopatus.

ITAQUE cum res dubia esset, Concilium Sardicense generale, ipso etiam consentiente Pontifice, declarauit, expedire, ut ordinariè Presbyteris, & aliis

mino

minoribus Clericis appellatio concedatur ab Episcopis ad Concilium prouinciale, Episcopis autem ad sedem Apostolicam. Etsi autem hanc declarationem, non nouam concessionem, restantur exempla eorum, qui ante Concilij Sardicenis & Nicæni tempora omnibus aetatibus ad Romanum Pontificem appellauerunt.

C V R igitur in Concilio Carthagenensi Romani Pontifices non ius diuinum, sed Nicænum Concilium, ad ius appellationum stabilendum proferrent, causa erat, quoniam demonstrare volebant, non solum posse ad se ab omnibus appellari, sed etiam Ecclesiæ expedire, vt ita fieret, quandoquidem generale Concilium idem senserat.

P A R I ratione Africani Patres impedire cupiebant eiusmodi appellationes, quoniam existimabant eas Ecclesiæ suæ non expedire, tamen neque ignorarent, neque negarent, eas absolute impediri non posse. Quocirca in vtraque epistola, quam ad Pontifices Romanos de hac causa miserunt, subiectionem suam ad Apostolicam sedem testantur, dum ad eam referunt acta Concilij, & eius mandata accepisse se dicunt: & non iubent, sed rogant, vt non facile aures appellantis præbeat. Sed hæc omnia clariora erunt in solutione alterius argumenti.

A L T E R V M igitur argumentum Magdeburgensium & Caluini, eiusmodi est, Zozimus, Bonifacius, & Cælestinus Romani Pontifices ius appellationum ad Apostolicam sedem ex Nicæno Concilio probare voluerunt; atqui discussa causa, falsatores & corruptores Nicænorum canonum deprehensi sunt, igitur ne humano quidem iure, nedum diuino ad eorum iudicium prouocari potest.

R E S P O N D E M V S primùm, Africanos Patres ex ignorantia deceptos, Magdeburgenses, & Caluini ex malitia peccare. Nam Africani in epistola ad Cælestinū bis repetunt, in nulla Patrum definitione, & in nulla Synodo se inuenisse illos canones: ex quo apparet, eos non habuisse canones Sardicenis Concilij, in quibus tres illi canones disertis verbis continentur: & si eos habuissent, sine dubio acquiescissent. Non enim minor est Sardicenis, quam Nicæni Concilij auctoritas. Neque maior est error citare Nicænum Concilium pro Sardiceni, quam Mattheum pro Ioanne, vel Hieremiam pro Zacharia, vt citauit sanctus Mattheus c. 27.

S I C V T ergo non possumus vocare Mattheum falsarium, quia idem Spiritus sanctus in Hieremia & Zacharia loquutus est, ita, &c. At Magdeburgenses nouerunt Sardicense Concilium, & tanquam legitimum in suam quartam centuriam transtulerunt, ergo necesse est fateantur Africanos deceptos, & causa excidisse: ergo cum illis nihilominus obstinate victoriam tribuunt, se cum pugnant, & ex malitia peccant.

S E P dice, in isto Concilio VI. Carthagenensi c. 6. citatur nominatim Sardicense Concilium, ergo non ignorabant illud Africani.

R E S P O N D E O, illa verba, quibus citatur Sardicense Concilium, non esse Africanorum, sed legatorum Pontificis, ipsi enim ex commonitorio sibi dato à Pontifice Zozimo, illa verba citabant. Et præterea existimo, omnino esse corruptum eum locum, & vel positum à Librariis, Sardiceni, pro Nicæno, vel, quod magis suspicor, ex margine irrepsisse in textum illud: *Ex Sardiceni Concilio.* Ponitur enim in margine, Sardicense Concilium, quia reuera verba, quæ ibi citantur, non inueniuntur nunc, nisi in Sardiceni Concilio.

A T nihilominus non debet esse in textu nomen Sardicenis Concilij. Siquidem verba illa citantur ex commonitorio Papæ Zozimi, quod ex Roma legati attulerant: legati autem illi ex Nicæno Concilio se canones citare dicebant. Vnde mox verbis illis recitatis, Augustinus dixit: *Et hæc nos seruauimus profitemur salua diligentiori in-*

A *quisitione Nicæni Concilij.* Quibus verbis indicat, se accepisse canonem citatum tanquam ex Nicæno Concilio.

A D D E quod Augustinus lib. 3. contra Cresconium, cap. 34. non agnoscit aliud Sardicense Concilium, quam quoddam hæreticum Concilium Orientalium Episcoporum contra Athanasium. Duplex enim fuit Sardicense, vt patet ex Sozomeno lib. 3. hist. c. 10. & II. vnum Catholicum generale supra c. c. Episcoporum, quod Augustinus nunquam vidit, alterum hæreticum I. X. V. I. Episcoporum, quod Augustinus vidit.

S E C V N D O dico, canones Nicæni Concilij, qui sunt apud Ruffinum lib. 10. hist. cap. 6. & qui missi sunt ex Oriente ad Africanos, sine dubio non esse omnes canones, quos Nicænum Concilium edidit, & proinde probabile esse, hos tres canones, quos Zozimus citauit ex Nicæno Concilio, reuera in eo Concilio fuisse.

Q V O D illi canones non sint omnes, probant nonnulli ex epistola Athanasij ad Marcum Papam, in qua petit exemplum Nicæni Concilij ex Romani Pontificis serinio, asserens exempla quæ erant Alexandria, fuisse cremata ab Arianis.

S E D hoc argumentum ridetur à Magdeburgensibus, & verè non est solidum. Nam illa incensio librorum accidit tempore Constantij imperatoris, quando Athanasio expulso Georgius quidam Arianus in locum eius ordinatus est, vt ipse Athanasius testatur in epistola ad omnes Orthodoxos: constat autem ex Chronico Hieronymi, Marcum Papam eo tempore iam fuisse defunctum.

D E I N D E, si Marcus Papa exemplum misisset ad Alexandrinos ex Romano serinio, certè conuenissent deinde inter se exemplaria Romanum & Alexandrinum. Quomodo ergo in exemplari à sancto Cyrillo ex Alexandria ad Africanos misso, deerant isti canones tres, qui inueniebantur in Romano?

O M I S S A ergo ista Athanasij epistola, probatur canones illos non esse integros. Primò, quia vnus ex præcipuis canonibus Nicæni Concilij erat, vt Pascha die Dominico celebraretur, vt patet ex epistola Constantini, apud Eusebium lib. 3. de vita Constantini, ex Epiphania hæres. 69. & ex Athanasio in epistola de Synodis Arimini & Seleucia. At iste canon non exstat inter illos XX. Ruffini.

S E C V N D O, Ambrosius in epist. 82. docet, in Concilio Nicæno statutum, ne bigamus in clerum asciscatur. At neque hoc in illis XX. canonibus inuenitur.

T E R T I O, Hieronymus præfatione in Iudith, asserit, à Concilio Nicæno librum Iudith inter canonicos receptum. At non reperitur hoc inter canones Ruffini.

Q V A R T O, Augustinus epist. 110. de designando successore, asserit in Concilio Nicæno prohibitum, ne duo Episcopi simul sedeant in eadem Ecclesia, contra quem canonem se imprudenter fecisse, dolenter refert. At iste canon nusquam apparet inter illos XX.

Q V I N T O, in Concilio Africano, canone decimo quarto, asserunt Patres ex canone Nicæni Concilij, non licere, nisi ieiunius offerre Eucharistiam. At vbi est iste canon inter illos XX.

S E X T O, in fine Concilij Chalcedonensis, Atticus refert in Concilio Nicæno determinatam fuisse rationem scribendarum formatarū epistolarum, de quibus loquitur Optatus lib. 2. contra Parmenianum, vbi ait: *Cum quo (Syrio Romano Pontifice) nobis totus orbis, commercio formatarum, in cōmunionis societatem communicat.* & Concilium Mileuitanum canone 20. dum prohibet, ne sine formati literis Clerici ad comitatum cant. At hoc nusquam apparet in illis viginti canonibus Ruffini.

D E N I Q V E septimo, Lutherus, Caluinus, Centuriatores, & cæteri hæretici, passim obiciunt ex Socrate lib. 1. histor. cap. 8. canonem Nicæni Concilij, in quo

dicunt,

dicunt, permixtas coniuges Sacerdotibus. At iste canon non inuenitur in illis XX. Ergo si Zozimus corruptor & falsator canonum Nicænorum dicitur, quia citauit nomine Concilij Nicæni vnum canonem, qui non inuenitur in illis XX. canonibus, eadem ratione corruptores & falsatores dicendi sunt Constantinus, Athanasius, Epiphanius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Atticus, Socrates, Africani patres, & ipsi Centuriatores, atque etiam Lutherus & Caluinus. Omnes enim isti citant canones Nicæni Concilij, qui in illis XX. non reperiuntur.

A D D E vltimo, quod in Concilio Florentino sessione vicesima, Ioannes quidam vir doctissimus asserit, se multis Sanctorum veterum testimoniis posse ostendere, Concilij VI. Carthagenensis Patres tandem agnouisse, corruptos & falsos canones Nicæni Concilij ad se ex Alexandria & Constantinopoli missos fuisse.

D I C O tertio, mihi videri probabile admodum, in Concilio Nicæno non fuisse expressè hos tres canones, de quibus agimus, sed à Zozimo, & à Bonifacio vocari hos canones Nicænos, quia Concilium Nicænum & Sardicense pro vno & eodem habebantur, & vtriusque Concilij canones simul coniuncti erant in Bibliotheca Romana, tanquam si eiusdem Concilij essent. Cuius rei ignoratio Africanos Patres perturbauit.

R A T I O N E S quæ me mouent, hæc sunt. Prima, quoniam iisdem verbis habentur hi canones in Concilio Sardiceni, quibus eos allegant legati Zozimi: nec est verisimile, eosdem prorsus canones fuisse in Nicæno Concilio, & tamen non indicare vilo modo Patres Sardicenses, se canones non condere, sed renouare.

I T A Q V E existimo, in Nicæno Concilio implicitè & obscurè decretum, vt ad Pontificem appellaretur, quia nimirum canone sexto iubet Concilium seruari antiquas consuetudines, & vna est hæc de appellationibus, vt patet ex Leone epist. 89. & ex exemplis supra adductis: & etiam quia iubet idem Concilium, causam semel iudicatam iterum in alio loco iudicari posse, vt patet ex epistola Iulij apud Athanasium, in secunda Apologia: sed expressè, & disertè Concilium Sardicense rem totam explicuit.

S E C V N D A, quoniam in Concilio Nicæno à Dionysio ante mille annos conuerso ex Græco, quod exstat in monasterio sancti Vedasti Atrebat, habentur simul, tanquam eiusdem Concilij, canones omnes Concilij Sardicenis.

T E R T I A, quoniam alioqui non potest reddi ratio, cur Sardicense Concilium, quod constat vniuersale, & probatum fuisse, non numeretur inter Concilia generalia. Deberet enim dici secundum Concilium: sed ideo non additur ad numerum Conciliorum, quia pro vno & eodem habetur cum Nicæno. Cur autem simul cum Nicæno Sardicense Concilium coniunctum fuerit, ratio est, quia *iisdem Patres magna ex parte in vtroque Concilio interfuerunt, & nihil noui, quoad fidem, in Sardiceni definitum est, sed solum Nicæna fides roborata, cum in aliis Conciliis semper nouæ hæreses damnatae fuerint.*

I T A Q V E Zozimus non fraude aliqua citauit Nicænum pro Sardiceni, sed quia pro eodem habentur: quod idem dicendum puto de Iulio in epistola ad Orientales, Innocentio in epistola ad Victricium, & Leone in epistola vicesima quinta ad Theodosium: qui hunc canonem citant nomine Nicæni Concilij. Quem admodum enim Symbolum Constantinopolitanum passim vocatur Nicænum, quia est explicatio Nicæni, ita quoque canones Sardicenses, Nicænos appellare solebant veteres, quod nihil sint aliud, quam explicatio, & confirmatio canonum Nicænorum.

A D D O quarto, Carthagenenses Patres nunquam

A statuisse, vt nullum ius Romano Pontifici in Africam tribueretur: vel, vt non liceret vilo modo Episcopis Afris ad Romanam Ecclesiam prouocare: neque tantum fuisse dissidium inter Pontifices Romanos, & Episcopos Africanos, quantum Illyricus & Caluinus dicunt. Nam in primis eiusmodi decretum nusquam exstat; deinde ipsi Africani Patres in epistola ad Bonifacium, & in altera ad Cælestinum, concordiam, & subiectionem suam ad Apostolicam sedem apertissimè testantur; sic enim ad Bonifacium scribunt.

Q V O N I A M Domino placuit, vt de his, quæ nobiscum egerunt sancti fratres nostri, Coepiscopus Faustinus, & Compresbyteri Philippus & Aselius, non beata memoria Episcopo Zozimo, à quo ad nos mandata & literas attulerunt, sed tuae reuerentiam, qui in eius locum es diuinitus constitutus, humilitas nostra scriberet, ea breuiter insinuare debemus, quæ vtrorumque concordia terminata sunt in quibus, salua quidem charitate, sed non sine paruo altercationis labore demorati sumus. Hæc illi. Vbi cum omnia ad Papam referunt, quæ acta sunt, & à Zozimo Pontifice mandata se accepisse testantur, an non aperte indicant se illum, vt Superiorem, agnoscere?

I N epistola verò ad Cælestinum: *Præfatio, inquit, debita saluationis officio, impendio deprecamur, vt deinceps ad vestras aures hinc venientes, non facilius admittatis.* Quibus verbis nec absolute recusant legem illam de appellationibus, nec dicunt, non posse Pontificem, si velit, appellantes admittere: sed tantum obsecrant, vt non facile deinceps aures appellantis præbeat. Sanctus Augustinus in epist. 157. aperte prædicat Romani Pontificis primatum in Africam, cum ait; Ex mandato Zozimi, se & alios Episcopos Cæsaream venisse: & in orbem Christianum vniuersum, cum hæresim Pelagianam scribit ab Innocentio & Zozimo toto orbe esse damnatam.

I D E M Augustinus Bonifacio: *apud subiectus & coniunctissimus fuit, vt patet ex initio lib. 1. aduersus duas epistolas Pelagianorum, ad eundem Bonifacium. Idem quoque in epist. 261. ad Cælestinum Papam, ad ipsum Pontificem refert causam Episcopi cuiusdam Africi, & inter alia sic loquitur: Colabora nobiscum pietate venerabilis Domine beatissime, & debita charitate suscipiende sancte Papa, & iube tibi, quæ dirècta sunt, omnia recitari. Et infra: Existat exemplo ipsi sede Apostolica iudicante, vel aliorum iudicata firmante, &c.* Et contra, Cælestinus Papa in epistola ad Gallos, mitis laudibus effert Augustinum, atque eum dicit in communionem Romanæ Ecclesiæ semper mansisse, & à se, & prædecessoribus suis doctorem optimum habitum semper fuisse.

Q V A coniunctio Augustini cum Romana Ecclesia manifesti mendacij conuincit Illyricum, qui scribit ad Augustino, eiusque collegis Romanos Pontifices tanquam falsarios, & corruptores sceleratissimos refutatos, & ab omni Africana ditione exclusos.

N O N diu post illud Carthagenense Concilium, sanctus Leo in epist. 87. scribit ad Episcopos prouinciæ Mauritanæ in Africa, atque ait, se Lupicino Episcopo communionem reddidisse, quoniam ad se ex Africa appellasset: item se misisse Potentium Episcopum legatum, qui vice sua res Africas cognosceret. Aut igitur Concilium Carthagenense id non prohibuit, aut certè Patres illi sententiam mutauerunt.

R V R S V M, post annos circiter quadraginta, sanctus Eugenius Carthagenensis Episcopus cum à Rege Hunerico Ariano ad collationem de fide compelleretur, respondit se scripturum ad collegas suos transmarinos. Nec enim sine consensu aliorum Episcoporum & præcipuè Romanæ Ecclesiæ, quæ caput est omnium Ecclesiarum, de fide aliquid statui posse. Refert id Victor lib. 2. de persequutione Vandalica. Igitur agnoscebat Episcopus Carthagenensis, etiam post Concilium sextum

Tomus primus.

C c

Carthaginense, Romanam Ecclesiam caput esse omnium Ecclesiarum; & si omnium, certe Africanarum quoque: nec à Romano Pontifice dissidebat, cui se scripturum profiteretur.

NON diu post, cum Thrasmundus Hunerici successor, omnes penè Africanos Episcopos, hoc est, cccx. in Sardiniam relegasset, Symmachus Papa Romanus omnes illos Episcopos, vt sua membra, suis sumptibus paut, ac fouit liberalissimè, vt Paulus Diaconus scribit libro decimo septimo rerum Romanarum: quod certe non dissidij, sed communionis & coniunctionis est argumentum.

EODEM tempore sanctus Fulgentius Africanorum Episcoporum facillè princeps, cum Romana Ecclesia coniunctissimus fuit, vt ex cap. 12. vitæ ipsius constat. Nam cum in Ægyptum proficisci vellet ad solitudines Monachorum, admonitus est ab Episcopo Syraculano, ne id faceret, propterea quod illi omnes Monachi à sede beati Petri disiuncti essent, cum qua ipse communicaret. Itaque relicta Ægypto Romam venit ad inuisenda sanctorum loca.

IDEM verò Fulgentius, vt ex cap. 29. vitæ ipsius, ab eius discipulo fideliter scriptæ colligitur, cum Ecclesia Carthaginensi, & eius Episcopo coniunctus erat; ex quo efficitur, vt etiam Episcopus Carthaginensis cum Romano coniunctus esset, nec enim sanctus Fulgentius duobus inter se non communicantibus, iure communicare potuisset.

POST ea tempora beatus Gregorius coniunctionem suam cum Episcopo Carthaginensi, & ius appellationis, & iurisdictionem in eas omnes prouincias manifestè declarat, lib. 1. epist. 72. & 75. & lib. 7. epist. 32.

SED contra obiicit Illyricus epistolam Bonifacii II. ad Eulabium Alexandrinum Episcopum, & epistolam Eulabij Episcopi Carthaginensis ad eundem Bonifacium. Ex quibus epistolis colligitur, post Concilium Carthaginense VI. per annos centum separatos fuisse Carthaginenses Episcopos à communionem Romanæ Ecclesiæ, & tum demum reconciliatos subiiciente se Eulabio Apostolicæ sedi, & anathematizante antecessores suos.

RESPONDEO primùm, valde mihi eas epistolas esse suspectas. Nam imprimis pugnare videntur cū iis, quæ diximus de coniunctione Augustini, Eugenij, Fulgentij, & aliorum Africanorum cum Romana Ecclesia. Deinde Eulabius Alexandrinus, ad quem Bonifacius scribere videtur, nullus fuit, aut certe eo tempore non fuit, vt patet ex Chronologia Nicephori Constantinopolitani.

PRÆTEREA Bonifacius significat in epistola sua, Iustino imperante se scribere, at Iustinus obierat, antequam Bonifacius sedere inciperet, vt ex historiis omnibus constat.

AD hæc, epistola quæ Bonifacio adscribitur, tota ferè constat ex duobus fragmentis, quorum alterum sumptum ex Epistola Hormisdæ Pontificis ad Ioannem, alterum ex epistola sancti Gregorij ad Episcopos Galliarum, quæ est quinquagesima secunda libri quarti. At sanctus Gregorius eo tempore nondum erat natus, neque credibile est Gregorium à Bonifacio illa verba sumpsisse, siquidem stylus omnino Gregorianus est.

IN epistola etiam, quæ Eulabio Carthaginensi tribuitur, quædam sententia Gregoriana inseritur, ex lib. 4. epist. 36. ad Eulogium. Et reliquum eius epistolæ nihil est, nisi fragmentum epistolæ Ioannis Episcopi Constantinopolitani ad Papam Hormisdam.

SED si fortè epistolæ istæ veræ sunt (nihil enim affirmo) sine dubio non in eum sensum accipiendæ sunt, quasi omnes Eulabij prædecessores vsque ab Aurelio Carthaginensis Concilij præside, à Romanæ Ecclesiæ communionem disiuncti fuerint. Id enim repugnat cer-

tissimis & verissimis historiis: sed id solum significant, Aurelium primùm contra Romanam Ecclesiam superbi- re cæpisse, deinde eius exemplo ipsam Eulabium, & fortè aliquos alios: cæterum Eulabium, cognita veritate, iterum se Romanæ Ecclesiæ obedientiæ subiicisse, id enim solum ex epistolis illis colligitur.

CAPVT XXVI.

Idem probatur ex eo, quod Summus Pontifex à nemine indicatur.

ARGUMENTVM decimùm sumitur ex eo quod, Romanus Pontifex à nemine in terris iudicari potest. Non enim potest euidentius ostendi principatus eius, quam si ostendatur ita omnibus prælati, vt nemini sit subiectus. Sunt autem tria obseruanda antequam ad probationem veniamus.

PRIMO, nos hoc loco non disputare de Pontifice, vt est princeps temporalis. hoc enim modo, ne aduersarij quidem negant, eum non posse iudicari in causis temporalibus. Est enim commune omnibus absolutis Principibus, vt nullum agnoscant superiorem in negotijs temporalibus. Loquimur ergo de Pontifice ratione solius pontificatus, ac dicimus eum, etiam si ditionè temporalem nulli haberet, non posse villo modo iudicari in terris ab villo Principe Christiano, siue seculari, siue Ecclesiastico, neque ab omnibus simul in Concilio congregatis.

OBSERVANDVM est secundò, duos fuisse errores de hac re. Vnum eorum, qui docuerunt Pontificè posse ab Imperatore iudicari, puniri, deponi, si non fungatur rectè suo munere. Ita quondam Marcellus de Padua apud Ioannem de Turcremata lib. 4. summæ de Ecclesiæ, parte 2. cap. 37. Quem errorem prolixè refellit idem auctor lib. 2. cap. 93. & sequentibus. Alter est error Nili, in suo libro de primatu, qui Pontificem non quidem à Principe seculari, sed tamen à Concilio Episcoporum iudicari & puniri posse contendit.

PORRO Caluinus lib. 4. instit. cap. 7. §. 19. & cæteri huius temporis hæretici, vtrumque errorem simul coniungunt, & tam Principum, quam Episcoporum iudicio Pontificem Romanum subiiciunt.

OBSERVANDVM est tertio, rationem præcipuam, cur Papa iudicari non possit, esse, quia Princeps est Ecclesiæ totius, & proinde superiorem in terris non habet, nam quia summus Princeps est Ecclesiæ, non potest iudicari ab villo Ecclesiastico Antistite: & rursum, quia Respublica Ecclesiastica spiritualis est, ac proinde maior ac sublimior quavis Respublica temporalis, propterea summus Princeps Ecclesiæ dirigere & iudicare potest summum Principem Respublicæ temporalis, non autem ab eo dirigi, aut iudicari debet, nisi rectus ordo, & ipsa rerum natura peruertatur.

HÆC, inquam, est ratio primaria, & vt Scholæ loquuntur, à priori: tamen quia hæc ratio assumit id, quod in tota hac disputatione probare nitimur, videlicet Romanum Pontificem Principem esse totius Ecclesiæ: idcirco hæc, & similibus rationibus prætermisissis, ex testimonijs Conciliorum, Pontificum, Imperatorum, ac Doctorum Ecclesiæ demonstrabimus, Romanum Præsulem iudicari non posse, vt inde confirmemus primariam nostram thesim, quæ est, Romanum Pontificem Caput & Principem esse Ecclesiæ vniuersæ.

PROBATVR ergo primò ex Concilijs. In Concilio Sinuessano dicunt Patres, *Prima sedes à nemine iudicatur.* Refert hæc verba ex isto Concilio Nicolaus in epistola ad Michaëlem. Item in Concilio Romano sub Syluestro CCLXXX. Episcoporum, canone vltimo, *Neque ab Augusto, neque à Regibus, neque ab omni Clero, neque à populo iudicabitur prima sedes.* Huius decreti meminit idem Nicolaus in epist. ad Michaëlem. Item in Synodo Romana sub Sixto III. cap. 5. legimus dictum, *Non licet in Pontificem sententiam dicere.* Et Sixtus qui accu-

fabatur,

fabatur, respondisse, *Et si in meo arbitrio sit, iudicari, an non iudicari, tamen non abscondatur veritas.*

CVM Dioscorus Episcopus Alexandrinus in Synodo II. Ephesina Leonem I. iudicare, & damnare ausus esset. Ita hoc factum exhorruit Catholica Ecclesia, vt Concilium Chalcedonense in epistola ad Martianum & Valentinianum Imperatores, & in altera ad ipsum Leonem, quæ habetur act. tertia eiusdem Concilij, scripserit, se damnasse Dioscorum multas ob causas, sed præcipuè quòd in primam sedem sententiam ferre præsumpsisset.

IN Concilio V. sub Symmacho, recipitur liber Ennodij Diaconi, in quo inter alia scriptum erat, *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari, sed sedis istius Præsulem suo sine quæstione referuauit arbitrio.*

CONCILIVM Romanum sub Adriano Papa II. cuius verba referuntur in VIII. Synodo, actione 7. sic ait, *Romanum pontificem de omnium Ecclesiarum Præsulibus iudicasse legitimus, de eo verò quemquam iudicasse non legitimus.* Quod sanè de legitimo iudicio intelligendum est. Et Concilium ipsum VIII. actione 10. canone 21. asserit, non licere terreno Principi iudicare Patriarchas, & imprimis Romanum.

DENIQUE in Concilio Mileuitano canone 19. puniuntur grauissimè Clerici, qui ab Imperatore iudicari volunt. Si ergo Imperator Clericos iudicare non poterat, quantò minus Pontificem?

SECUNDO, probatur ex testimonijs Pontificum. Gelafus in epistola ad Anastasium Imperatorem, *Duo sunt, inquit, Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas. In quibus tantò grauius est pondus Sacerdotum, quantò etiam pro ipsis Regibus in diuino sunt reddituri examine rationem. Nosti itaque ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam posse redigi voluntatem.*

GREGORIVS lib. 9. epistola 39. ad Theostitam, *Si beatus Petrus, inquit, cum à fidelibus culparetur, auctoritatem, quam in sanctam Ecclesiam acceperat, attendisset, respondere poterat, vt pastorem suum oues reprehendere non auderent.*

NICOLAVS I. in epist. ad Michaëlem, *Satis, inquit, euidenter ostenditur, à seculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem, id est, nec damnari, nec absolui.*

INNOCENTIVS III. in epistola ad Imperatorem, quæ habetur cap. Solita, tit. de maiestate, docet hoc idem ex professo. Et in sermone secundo de consecratione Pontificis. Similiter Bonifacius VIII. in extrauaganti, Vnam sanctam. Et Ioannes XXII. in extrauaganti, Licet iuxta doctrinam Apostoli.

TERCIO, probatur ex confessione Imperatorum. Nam de Constantino scribit Rufinus lib. 10. histor. cap. 2. eum noluisse Episcopos iudicare, sed dixisse, se potius ab Episcopis iudicari debere. Similis est confessio Basilij Imperatoris in oratione, quam habuit ipse in fine V III. Synodi. Et inter cætera, monet omnes laicos, in quorum ordine se antè posuerat, ne velint iudicare iudices aut pasceri suos pastores.

DENIQUE, Nicolaus in epistola ad Michaëlem, multis allatis testimonijs, probat piòs Imperatores nunquam Pontificibus imperasse, sed obsecrasse solum vt Patres, si quid ab eis fieri voluissent.

ACCEDANT postremò sanctorum Doctorum pauca testimonia. Ambrosius in oratione de tradendis Basilicis, *Bonus, inquit, Imperator intra Ecclesiam est, non supra Ecclesiam.* Certè si non est supra Ecclesiam, multo minus supra Ecclesiæ patrem & Pastorem.

GREGORIVS Nazianzus in orat. qua se excusat, quòd tam diu ab Ecclesiastica functione abstinerit, *Vos, inquit, oues, nolite pasceri pastores, neque super terminos eorum eleuemi. Satis enim est vobis, si rectè pascamini, nolite*

A iudicare iudices, nec leges feratis legislatoribus.

AC ne putes à Gregorio excipi Imperatores, audi quid idem Doctor dicat in oratione ad ciues timore percussos, & Principem irascentem, sic enim alloquitur Imperatorem, *Nam vocem suscipitis liberam, & quod lex Christi vos mea potestate, meoque subiecit tribunali? Imperamus enim & ipsi, addo, & imperio maiori & perferiori. Suscipe igitur vocem liberiore, scio te ouem esse gregis mei, &c.*

SANCTVS Bernardus in epistola ad Conradum Imperatorem, *Legi, inquit, omnis anima potestabilibus sublimioribus subdita sit. Quam sententiam cupio vos custodire in exhibenda reuerentia Petri Vicario, sicut ipsam vobis vniuerso seruari imperio.*

BONIFACIVS martyr apud Gratianum, distinctione 40. can. si Papa, de Romano Pontifice loquens, ait, *Cum eos iudicaturus à nemine est iudicandus.*

DENIQUE Hugo de sancto Victore, parte secunda, de Sacramentis, *Spiritualis potestas, inquit, iudicat terrenam, ipsa verò à Deo primùm instituta est, & cum deuiat, à solo Deo iudicari potest.*

CAPVT XXVII.

Soluuntur argumenta Nili.

UPEREST, vt argumenta soluamus. Primùm Nili, deinde Caluini, postremò, quæ ex veteribus hæreticis Ioannes de Turcremata, & alij attulerunt.

SED antequam argumenta Nili proponamus, lectorum monendum censuimus, ne Illyrici interpretationi multum fidat. nam cum alibi, tum in hoc præcipuè capite, non semel deprauat verba Nili. Sit exemplo initium huius loci; Nilus sic habet: *ὅτι δὲ πῶτας ἀναγκάσαι αὐτὸς, ἢν ἰδὲται ἂν ἀναγκάσαι, τὸτο ἢ ἰδὲται, ἢ τοῖς τὰν ἀποστόλων ἰσχυρῶς & οὐκ ἄλλως, hoc est, Quod autem omnes iudicans ipse, à nullo iudicetur, id est, falsum est, & moribus Apostolorum non conuenit.* Illyricus autem sic reddidit, *Quod blaterant aduersarij, Papam omnes iudicare, ipsum verò à nemine iudicari debere, nomine ac vanitate & mendacio plenissimum est, & ab Apostolorum æquabilibus, modestisque canonibus plurimum dissonat.*

AT certè, blaterant, non est in Græco. Et quod Nilus simpliciter falsum dicit, Illyricus, pro sua faciundia, *Nomine, vanitate & mendacio plenissimum esse, ait.* Denique, *Mores Apostolorum, fidelis interpretis, æquabilibus & modestos canones Apostolorum, reddidit.* Nec aduertit id cum sequentibus verbis pugnare. Nā probaturus Nilus quod dixerat, nō canones, sed facta Apostolorum recēser.

SED his omisissis, Nili rationes videamus. Primò, si Paulus, inquit, confert suam doctrinam cum Apostolis, & Petrus se acriter obiurgari à Paulo patienter tulit, quo iure Papa Romanus nulli mortalium de factis vitæque sua rationem reddere vult.

RESPONDEO, Pauli exemplum pro nobis facit, idè siquidem ad Petrum accurrit, & cum eo contulit Euangelium, quia Petrum maiorem se agnoscebat, & exemplum posteris dare volebat, vt ad Petri sedem in eiusmodi rebus accurrerent. Notarunt hoc Hieronymus ex nostris in epistola ad Augustinum, quæ est vndecima inter epistolas Augustini, & Theodoretus ex Græcis in epistola ad Leonem.

PORRO, Petrus obiurgari se à Paulo passus est, quòd esset illa non iudicialis censura, sed fraternæ correptio. Nam, vt Augustinus docet in epistola decima nona ad Hieronymum, & Gregorius homilia decima octaua in Ezechielè, non reprehedit Paulus Petri, quomodo maiores de minoribus ex auctoritate iudicāt, sed quomodo minores interdum maiores suos ex charitate corripiunt.

OBIECTIO secunda, Honorius Papa Romanus à sexta Synodo non solum iudicatus, sed & damnatus est. RESPONDEO: de Honorio alio loco fuisit disse-

emus, cum ad eam quæstionem peruenerimus, an Papa hæreticus esse possit. Interim respondemus, Honorium in causa fidei iudicatum atque damnatum esse (si vera tamen sunt quæ de eo feruntur) neque nos negamus, quin Pontificem hæreticum Ecclesia iudicare possit. Quemadmodum autem id cohareat cum eo quod dicimus, Papam à nullo iudicari posse, in postremi argumenti solutione patebit.

TERTIA, Multæ sunt leges latæ de Episcopis, cum ab Apostolis, tum à Conciliis, quæ certè omnes Episcopos ligant: atqui Papa nihil est aliud, quàm Episcopus, igitur teneretur legibus, proinde superiorem habet, à quo iudicetur.

RESPONDEO: Papa teneretur quidem Ecclesiasticis legibus, sed quoad directionem, non quoad coactionem, ut Iurisperiti de Principe loqui solent. Quamuis autem Concilia tam generalia, quàm particularia interdum de Episcopis vniuersè loquantur, cum leges ferunt, tamen de iis Episcopis solum intelligi debent, qui subiecti sunt Legislatori, id quod ex Conciliis particularibus planum fieri potest. Ea si quidem Concilia sæpe dicunt, Si quis Clericus, si quis Episcopus id fecerit, &c. & tamen constat, legibus illis non ligari, nisi Clericos, aut Episcopos eius prouinciæ.

QUARTA, Sexta Synodus generalis nominatim Romanæ Ecclesiæ legem præscribit. Nam canone 13, reprehendit Ecclesiam Romanam, quod Presbyteris, & Diaconis, & Subdiaconis vsum vxorum non permittat, atque imperat, ut deinceps permittat. Et canone 55, reprehendit eandem Ecclesiam Romanam, quod in Quadragesima etiam Sabbatho ieiunet, ac præcipit, ne id amplius fiat.

RESPONDEO, iam antè monuimus, canones istos falsò adscribi sextæ Synodo, cum editi fuerint postea à noua quadam Synodo, quam Romani Pontifices non modò non approbarunt, sed etiam reprobarunt. De qua re vide Franciscum Turrianum in libro de sexta Synodo, & Melchiorum Canum lib. 5. de locis, capite postremo, in solutione argumenti sexti.

Et sanè isti ipsi duo canones satis apertè indicant, qualis fuerit ea Synodus. Nam canone 13, dicitur, Apostolorum & vetustatis doctrinam se proponere, cum vxorum contubernium Clericis permittunt, quod certè falsissimum est. Nam Concilium Carthaginense II. longè antiquius & celebrius ista falsa Synodo 6. canone 2. sic ait, *Omnibus placuit, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qui Sacramenta contrahant, pudicitia custodes, etiam ab vxoribus se abstineant, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruant antiquitas, nos quoque custodiamus.*

ITEM Epiphanius Græcus atque antiquissimus, & probatissimus auctor, hæref. 19. quæ est Catharorum, Sed, inquit, adhuc viuentem & liberos gignentem vnius vxoris virum non suscipit (Ecclesia) sed eum, qui se ab vna continet, aut in viduitate vixit, Diaconum, Presbyterum, Episcopum, & Hypodiamonum, maxime vbi synceri sunt canones Ecclesiastici. At dices mihi, in quibusdam locis adhuc liberos gignere Presbyteros, & Diaconos, & Hypodiamonos, at hoc non est iuxta canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit.

AT, inquit Nilus, sexta Synodus citat canonem sextum Apostolorum, qui præcipit, ne Clerici vxores abiciant prætextu religionis.

RESPONDEO præcipi eo canone, ut Clerici, qui vxores habent, eis prouideant quæ ad victum necessaria sunt, non autem ut eis cohabitent commercio maritali. Quam explicationem reculare non potest Synodus ipsa Trullana, canone 48. tum etiam, quia alioqui iste idem Apostolicus canon pugnabit cum canonibus illis Trullanis, quorum auctoritas nobis obicitur. Nam canon

A Apostolorum non solum Clericis minoribus, sed etiam Episcopis præcipit, ne vxores abiciant. Et tamen canones Trullani Clericis minoribus vxoris commercium permittunt, Episcopis non permittunt. Sed de hac re alibi plura.

QVOD verò attinet ad canonem de ieiunio Sabbathi, cum res sit indifferens, & quæuis regio morem suum seruare possit, ut Hieronymus docet in epistola ad Lucinium Bæticum, & Augustinus in epistola 86. ad Casulanum, non debuit, nec potuit Concilium Græcorum legem ponere Latinis de hac re. Adde quod à nobis facit Innocentius primus in epistola prima, qui Sabbatho ieiunandum esse docet, nec non Epiphanius Græcus, qui in compendiaris doctrina solum excipit Dominicas à ieiunio Quadragesimæ.

AT canon 65. Apostolorum vetat Sabbatho ieiunare. Respondeo, canonem istum supposititium videri, solum enim 50. canones Apostolorum Ecclesia recipit, ut Humbertus Cardinalis testatur in libro aduersus Nicetam, & habetur apud Gratianum dist. 16.

DEINDE, si verè Apostoli id iusserunt, iusserunt certè in odium hæreticorum, qui Sabbatho ieiunabant, ne Creatorem honorare viderentur, qui die septima requieuit. Illa igitur hæresis iam extincta, ieiunare licet etiam die Sabbathi, nec solum licet, sed etiam pium est, ob memoriam Dominicæ sepulture, & vt longius recedamus à Iudaismo.

QVINTO, obiicit contra solutionem dupliciter. Primò, quia etiam si canones isti non essent legitimi, tamen ratio ipsa manifestè docet, Papam iudicari posse. Omnes enim Episcopi, vt Episcopi æquales sunt, vt ex Dionysio patet, qui dicit, omnes esse eiusdem ordinis & dignitatis: atqui Papa nihil est amplius, quàm Episcopus, vt constat tum ex eo, quod ab Episcopis ordinatur, tum ex eo, quod Dionysius nullam agnoscat in Ecclesiastica Hierarchia dignitatem Episcopali maiorem: Papa igitur non minus teneretur legibus Conciliorum, & iudicari potest, quàm Episcopi cæteri.

SECUNDO, quoniam canones illos esse legitimos, & vniuersalis Synodi multis modis demonstratur. Primum quoniam Synodus quæ hos canones condidit, est ipsa sexta Synodus instaurata. Idem enim Patres, qui ad fidem explicandam initio conuenerant, iidem conuenerunt postmodum ad canones condendos.

SECUNDO, quoniam non defuit in hac Synodo legatio Papæ Romani: Si quidem Gortynæ in Creta Episcopus locum Romani Pontificis tenuit, vt ex historia Basilij perspicitur potest.

TERTIO, quoniam Synodus, quæ hos canones condidit, vniuersalem Synodum se ipsa appellat: nec est credibile, tot Patres mentiri voluisse.

QUARTO, quoniam septima Synodus can. primo, recipit canones sex vniuersalium Synodorum: at sexta Synodus non habet alios canones, quàm istos.

QVINTO, quoniam Adrianus Papa in epistola ad Tharasium, cum admiratione Tharasium laudat, quod constanter vnà cum suis hæc decreta obseruaret, & nominatim citat canonem 82. Ex quo sequitur, ab ipso etiam Romano Pontifice hos canones esse confirmatos.

RESPONDEO, primam illam rationem de Episcoporum æqualitate nihil omnino concludere. Nam Episcopi pares sunt ratione ordinis, vt Dionysius dicit, non tamen ratione iurisdictionis. Si quidem ipse etiam Nilus in hoc eodem libro affirmat, Episcopum Constantinopolitanum longè maiorem esse Cæsariensi, aliusque, qui sedi Constantinopolitanæ subiecti sunt. Porro Summus Pontifex non idè iudicari non potest, quia dignitatem, vel ordinationem habeat Episcopali maiorem, sed quia Episcopalem iurisdictionem amplissimam habet, ita vt omnibus præsit, nulli subiectus sit. Neque canones

Trullanos

Trullanos legitimos esse, illa argumenta rectè probant.

AD primum respondeo: non posse dici hanc Synodum sextam instauratam. Nam non fuerunt iidem Concilij præsidem, non idem Imperator, non idem numerus Episcoporum. Nam in sexta verè vniuersali adfuit Imperator Constantinus, item legati Papæ Agathonis, & Episcopi CCLXXXIX. vt habemus in VII. Synodo, actione tertia: at tempore istius pseudosextæ, iam obierant Agatho Papa, & Imperator Constantinus, & Episcopi fuerunt solum CCXXVII.

PRÆTEREA initio pseudosextæ, ipsimet dicunt, se quintam & sextam Synodum quodammodo instaurare. Et idè Theodoretus Balsamon non tam sextum, quàm quinifextum Concilium hoc appellat.

AT quomodo poterit hæc Synodus dici, vel credi quinta instaurata, cum nullus omnino ex quinta Synodo hinc interfuerit? Si quidem inter quintam & quinifextam intercesserunt anni plus quàm C. XXX. Denique quorsum instaurandæ erant quinta & sexta Synodus, & non potius noua Synodus conuocanda? Quoniam, inquit, illè canones non fecerunt. At nec facere voluerunt. Non enim ad canones condendos, sed ad fidem explicandam conuocata fuerant.

AD secundum respondeo, quis ille Episcopus Gortynensis fuerit, & quis ei dederit in Synodo locum Papæ Romani, Nilus viderit. quod enim nomen eius non exprimat, quodque historiam adducat omnino incognitam, nescio cuius Basilij, non caret suspitione falsitatis. Sed quidquid de hoc sit, nobis constat, à Sergio Papa, qui tunc sedebat, hanc Synodum tanquam errantem in Iustiano iuniore: Paulus Diaconus libro 6. de gestis Longobardorum, cap. 4. Ortho Frisingensis lib. 5. cap. 13. Ado Viennensis, Marianus Scotus, & Regino in Chronico, vbi de Iustiano iuniore loquuntur.

ESSE autem hanc Synodum, quam Sergius reprobat, illam ipsam, quæ istos canones condidit, patet ex Tharasio & Epiphano, qui in VII. Synodo, act. 4. & 6. dicunt, quinque annis post sextam Synodum iterum Patres conuenisse, & hos canones condidisse. porro illo tempore constat, Sergium Romæ sedisse. Nec existat memoria vllius alterius Synodi eo tempore celebratæ, de qua re fuit egimus lib. 1. de Conciliis.

PRÆTEREA Anastasius Bibliothecarius præfatione in VIII. Synodum scribit, hos canones non haberi, nec apud Romanos Pontifices, nec apud vllos Patriarchas, excepto Constantinopolitano. Ex quo ipse rectè colligit nec Summi Pontificis, nec aliorum Patriarcharum auctoritate, Synodum istam coactam fuisse.

DENIQUE, Umbertus Cardinalis Leonis IX. legatus in libro contra Græcos: istos eisdem canones non solum non recipi dicit ab Apostolica sede, sed etiam apertè deliramenta appellat.

AD tertium respondeo, non esse adè mirandum, si ementium titulum isti Patres sibi adscribant, cum se vniuersalem Synodum appellent. Sciebant, non se posse vllò colore Romanæ Ecclesiæ leges præscribere, nisi se Synodum vniuersalem facere mentirentur.

DEINDE, cum in canone secundo recipient Synodum sub Cypriano habitam, quæ palàm erronea ab vniuersa Ecclesia iudicata est, & canone 19. tam apertè mentiantur, vsum vxorum ex Apostolica consuetudine Sacerdotibus permitti, & alia perulata habeant manifestè falsa, quid mirum, si etiam in titulo mentiantur?

AD quartum respondeo, cum in VII. Synodo recipiuntur canones sex vniuersalium nomine canonum, non intelligi solum canones de moribus, sed vniuersè canones, siue de moribus, siue de fide conditi fuerint. Nam omnes Synodi hac ratione canones condiderunt. De moribus autem, seu de disciplina Ecclesiastica, sola

A Nicæna Synodus canones propriè condidit. Nam I. & III. canones quidem quosdam ediderunt, sed non fuerunt ab Apostolica sede approbati, vt constat ex Concilio Chalcedonensi act. 16. Proinde non sunt illi propriè canones dicendi generalium Synodorum. Tertia verò Synodus, quinta & sexta, nullos omnino canones de moribus condiderunt.

AD quintum respondeo, ab Adriano commendari Tharasium, quod vidisset eum rectam fidem custodire, iuxta decreta sex generalium Synodorum: quod verò de his canonibus Synodi quinifextæ in epistola Adriani habetur, ex epistola Tharasi recitatur: & quam eo loco id ab Adriano non refellit, quia non erat opportunum tempus id faciendi, tamen non continuo approbatur. Sed quod Adrianus non fecit, fecit postea Nicolaus in epistola ad Michaëlem, vbi cū quedam ex his canonibus citare vellet, ait se ab Apostolo didicisse, etiam Ethnicorum testimoniis vti, quādo opus est.

SEXTO ac postremò Nilus obiicit, intolerabile esse, quod Romanus Papa sanctorum Patrum canonibus subiecti nolit, cum ipse à Patribus dignitatem suam habuerit, & ipse etiam multos ediderit canones: & tandem indignus sit, qui tanquam Pater honoretur, cum tam multos sanctos Patres contemnat.

RESPONDEO, istas ipsas rationes probare, non posse Papam subiecti canonibus, nam non habuit à Patribus, sed à Christo dignitatem suam, vt supra demonstratum est, proinde Christo non Patribus subiecti debet. Deinde cum ipse canones condidit, signum est eum Principem & Legislatorem esse, non potest autem Princeps suis legibus obligari, cum non sit ipse seipso superior, & solum à superiore inferioribus leges ferantur.

DENIQUE, si ipse tanquam Pater ab omnibus honoratur, non habet ipse vllos in Ecclesia Patres, sed omnes filios. Quid verò mirum est, si non pater filiis, sed filij patri suo subiectantur? Adde, quod Papa, nec patres, nec eorum canones contemnit, quamuis iis cogi non possit, sed & ipse vitur iis, quoad directionem, & ab aliis seruari iubet.

CAPVT XXVIII.

Soluuntur obiectiones Caluini.

IAM verò Caluinus, vbi reprehendit quod dicimus, Pontificem à nemine iudicari, nimirum lib. 4. Institut. cap. 7. §. 19. 20. & 21. nullum argumentum proponit, quod sit proprium huius loci, sed tantum dicit posse colligi ex Conciliis, ex historiis, & ex veterum scriptis multa, quibus Romani Pontifices in ordinem cogantur, Interim tamen nihil ei ex tanta copia testimoniorum decerpere placuit.

QVOD verò adfert de nomine summi Sacerdotis, & Episcopi vniuersalis, ad sequens caput pertinet. Alio tamen loco, videlicet lib. 4. cap. 11. §. 12. producit in medium aliquot loca sancti Gregorij, qui cum Romanus Episcopus esset, tamen Imperatorè Dominum suum agnoscat. Nam lib. 3. epist. 61. serenissimum Dominum suum Imperatorem, se verò indignum eius seruum appellat. Et ibidem obedientiam se ei debere ingenuè confitetur.

ITEM lib. 4. epist. 31. Sacerdotibus, inquit, non ex terrena potestate Dominus noster cuius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum cuius serui sumus, eis ita dominetur, vt debitam reuerentiam impendat. Quo loco de seipso Gregorius loquitur, & inter eos se numerat, quibus affirmat Imperatorem dominari. Item epist. 34. In omnipotente Deo confido, quod longam pax dominis vitam tribuet, & nos sub manu vestra secundum suam misericordiam disponet.

RESPONDEO, quod S. Gregorius seruum se Imperatoris nominet, mirum videri non debet. Nam, vt scribit Ioannes Diaconus lib. 4. vitæ ipsius, ca. 58. omnes sacerdotes fratres, omnes clericos filios, omnes laicos

Tomus primus.

C c 3

dominos suos vocabat: nec tamen inde colligere licet, ab omnibus laicis Gregorium iudicari potuisse. Quod verò attinet ad obedientiam & subiectionem: qua humilitate se seruum Imperatoris dicebat, ex eadem petitione eius tanquam mandata, & imperia accipiebat. Neque id abhorret à communi vsu loquendi, vt obedire nos dicamus, cum id facimus quod alter cupit, etiam si ille nec iusserit, nec fortè iubere poterit.

ADDE, quòd non sine causa Gregorius ita humiliter cum Imperatore loquebatur: siquidem eo tempore Imperator dominium temporale in urbem Romanam obtinebat, & Gregorius eius ope & amicitia vehementer indigebat, vt tam ipse, quàm bona temporalia Ecclesie suae, & populus Romanus à Longobardorum gladiis, & furore defenderentur. Multum etiam in administranda Republ. ipsa temporali Imperator, qui procul aberat, Gregorij opera utebatur, vt ex epistolis allegatis perspicui potest: & certè de iis rebus, quas Imperatoris nomine Gregorius faciebat, eidem Imperatori rationem reddere tenebatur.

ABSOLVTE tamen, si personam cum persona comparemus, Imperator ouis erat, Pontifex Pastor: proinde Imperatorem Pontifex iudicare, non Pontifex ab Imperatore iudicari debebat. Vt ex eo clarissimè colligi potest, quòd pios Imperatores pij Pontifices saepe iudicauerunt, vt Philippum Fabianus, Theodosium Ambrosius, Arcadium Innocentius, nunquam autem Imperatores pij pios Pontifices iudicasse, aut eisdem imperasse leguntur, vt Nicolaus in epistola ad Michaëlem multis testimoniis probat.

NEQUE vid Gregorius aut ignorauit, aut tacuit, nam in illa ipsa epistola 31. lib. 4. quam Caluinus citat, et si seruum se Imperatoris dicat, tamen addit, debere Imperatorem sacerdotibus reuerentiam exhibere, quod certè inferioris est, non superioris. Ibidem profert Constantini exemplum, qui Episcopos etiam volentes, & petentes, iudicare ausus non est. Quod exemplum profectò nunquam Gregorius protulisset, si ab Imperatore Pontificem iudicari debere credidisset.

DENIQUE ibidem, cum ab Imperatore Gregorius, simplex, appellatus esset, non tacuit grauem eo verbo sibi iniuriam esse factam, cum idem, simplex & fatuus, significare videantur. At quanta, quæso, esset iniuria, si Dominus seruum, & iudex reum simplicem appellaret? Intelligebat igitur sanctus Gregorius, quam personam in Ecclesia gereret, & quæ sibi ab Imperatore reuerentia deberetur, et si interim partim ex humilitate, partim ex necessitate se illi subiiceret.

CAPVT XXIX.

Soluuntur alia nouem argumenta.

SECVNTVR nunc argumenta, quæ ex veteribus hæreticis, Ioannes de Turrecremata, & alij quidam proponunt. Irimum argumentum. Dominus ipse IESVS CHRISTVS Imperatoriam potestatem supra se agnouit, cum ait Pilato Ioan. 19. Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Multò igitur magis Papa Romanus, qui se Christi vicarium nominat, Imperatorie potestati subiaci deberet.

CONFIRMATVR ex Augustino in hunc locum, vbi aperte docet, potestatem Pilati in Christum fuisse à Deo iuxta illud Apostoli, non est potestas nisi à Deo, ad Romanos 13. Item, ex Bernardo qui in epistola 42. ad Henricum Episcopum Senonensem, Dicit, inquit, si audieris, sui præiulius Deum ordinationem nescire, cum Romani præsidij potestatem Christus super se quoque fateatur fuisse cælium ordinatam.

RESPONDEO, Christum sine dubio non fuisse subiectum de iure vili homini, cum esset Deus ac Dei Filius: sed tamen sponte se subiecit propter nos Pilati

A iudicio, non committendo ei super se aliquam auctoritatem, sed tolerando humiliter eam, quam habuit de facto, non de iure. Id quod ostendit Math. 17. cum rogatus tributum, docuit primum se non teneri, & deinde iussit dari propter scandalum tollendum.

AD hoc illud Ioan. 19. dupliciter respondetur. Primum cum Cyrillo, & Chrysostomo in hunc locum, loqui Dominum non de potestate iurisdictionis, sed de permissione diuina, sine qua ne peccata quidem fieri possunt: vt sit sensus, Non posses quidquam in me facere, nisi Deus permittente decreuisset. de qua potestate intelligitur etiam illud Luc. 22. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

SED dices, si de permissione Dominus loquitur, quomodo statim subiungit: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet? Num Pilatus permisit Deus sententiam dicere in Christum, & Iudæos non permisit, vt illum Pilato traderent, & tamen inuito Deo tradiderunt, & propterea magis peccauerunt?

RESPONDEO, optimè sequi posteriorem sententiam ex priore: siquidem Dominus cum ait, Propterea, non reddidit rationem solum, cur Iudæi magis peccarent, quàm Pilatus, sed etiam cur Pilatus ipse peccaret, et si leuius, quàm Iudæi. Itaque hic est sensus eorū verborum, Quia non iustitia exigente, sed Deo solum permittente me crucifigis, propterea tu quidem peccas, sed magis tamen ille peccat, qui non solum iustitia non exigente, sed etiam odio impellente me tradidit tibi, teque clamoribus suis impulit, vt me crucifigeres.

ALTERA expositio est Augustini & Bernardi, qui docent, Christum loqui de vera potestate iurisdictionis, iuxta quam sententiam optimè etiam coherent cum superioribus illa verba, Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Est enim sensus, Tu me crucifigis, quia metuis offendere Cæsarem, à quo habes tuam potestatem: & peccas quidem, quia magis Deo obedire debes, quàm hominibus: tamen magis peccat Iudæus, qui me tradidit tibi, quoniam ille non metu superioris potestatis, sed ex odio, & inuidia me crucifigit.

ET tanquam prior expositio videretur magis literalis, tamè etiam hæc posterior nihil habet aduersum nos. Nam Pilatus dicitur habuisse in Christum potestatem, & reuera habuit, non per se, sed per accidens. Habuit enim ille per se potestatem in omnes Iudæos, qui Romano imperio subiecti erant: porro Dominus oblatum ei fuerat, vt vnus aliquis de numero priuatorum Iudæorum, propterea etiam in ipsum, vt sic oblatum, potestatem habuit. Et si enim suspicabatur Pilatus, Christum Dei Filium esse, non tamen vt Dei Filium, sed vt priuatum Iudæum iudicauit. Quomodo modum si hoc tempore clericus quispiam mutato habitu prætori offerretur iudicandus, posset prætor ex auctoritate in eum animaduertere, & à culpa excusaretur si ignoratia verè esset probabilis.

ARGUMENTVM secundum. Paulus Act. 25. Cæsarem appellauit, Ad tribunal, inquit, Cæsaris sto, tibi me oportet iudicari. Et infra, Cæsarem appello. Si Paulus Cæsarem agnouit iudicem, certè etiam Petrus: pares enim Petrus, & Paulus fuerunt.

RESPONDEO. Primò dici posset, Paulum appellasse ad Cæsarem, quia de facto erat iudex ipsius, et si non de iure. Ita enim respondet Ioannes de Turrecremata lib. 2. cap. 96. summa de Ecclesia.

SECVNDÒ dici potest, & melius cum Alberto Pighio lib. 5. Hierarchia Ecclesiastica cap. 7. discrimen esse inter principes Ethnicos, & Christianos. Nam quo tempore principes erant Ethnici, non erat Pontifex iudex illorum, sed è contrario illis subiectus erat in ciuilibus omnibus causis, non minus quàm cæteri homines.

QVOD enim non esset Pontifex iudex illorū, patet, quia non est iudex nisi fidelium, iuxta illud 1. Corint. 6.

Quid

Quid ad me de his, qui foris sunt, iudicare? Quòd verò è contrario esset ipse illis subiectus ciuilitè de iure, & de facto, patet etiam. Nam lex Christiana neminem priuat suo iure, & dominio. Sicut ergo ante Christianam legem homines subiecti erant imperatoribus, & regibus, ita etiam postea. Quare Petrus, & Paulus passim hortantur fideles, vt subditi sint principibus, vt patet ad Romanos 13. ad Titum 3. & 1. Pet. 2. Meritò itaque Paulus Cæsarem appellauit, eumque iudicem agnouit, cum accusaretur seditionis & tumultus in populo excitati.

AT verò cum principes Christiani facti sunt, & sponte leges Euangelij susceperunt, continuè se tanquam oues pastori, & membra capiti, subiecerunt præfidi Ecclesiastica Hierarchia, & proinde ab illo iudicari, non illum iudicare deinceps debent.

ARGUMENTVM tertium. Paulus Roman. 13. ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et Petrus 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humane creature propter Deum sive regi tanquam præcellenti, &c. In quibus locis sermo est de secularibus potestatibus, & nullus excipitur à subiectione, non Clericus, non Episcopus, non Papa, cum dicatur, Omnis anima subdita sit.

NEQUE responderi potest, loqui Apostolos solum de principibus sui temporis, qui Ethnici erant. Nam Ecclesia, quæ eisdem lectiones semper repetit, satis aperte indicat, Paulum & Petrum loqui de principibus omnibus, qui erant, & qui futuri erant.

RESPONDEO, tam Petrum, quàm Paulum loqui generaliter, & hortari omnes subditos, vt suis superioribus pareant, tam spiritualibus, quàm temporalibus. Ex qua sententia non potest deduci, Papam subiectum esse regi, vel regem Papæ, sed solum eum, qui est subiectus, debere suo superiori obedientiam.

QVOD sententia illæ generales sunt, probatur: nam Paulus ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Vbi non restringit sermōnem ad potestatem secularem, sed de omni potestate loquitur. Neque obstat exemplum de regibus, qui gladium portant. Nam diligentius & expressius voluit Paulus de rege loqui, quia eo tempore accusabantur Christiani seditionis, & rebellionis à calumniatoribus. Quocirca in fine generaliter concludit, Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui honorem, honorem: cui timorem, timorem, &c. Pari ratione Petrus generaliter loquitur, Subiecti, inquit, estote omni humane creature, id est, omni creature potestatem habenti. Quamuis mox exemplum ponat de rege, & ducibus, propter eandem rationem, quam Paulus.

ITaque B. Bernardus (vt supra citauimus) in epist. 183. ad Conradum Imperatorem: Legi, inquit, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, quam sententiam cupio vos custodire in exhibenda reuerentia Petri vicario, sicut ipsam vobis vultis ab vniuerso seruari imperio.

ARGUMENTVM quartum. In veteri lege rex iudicabat, & deponebat Pontificem: nam Salomon 3. Reg. 2. deposuit Abiathar, & constituit in eius locum Sadoch: pari igitur ratione in nouo Testamento Imperatoris Christiani erit Christianum Pontificem iudicare.

RESPONDEO. Primum negari potest similitudo, nam cum in veteri Testamento promissiones tantum temporales fuerint, & in nouo spirituales, & æternæ, vt docent Hieronymus lib. 1. contra Pelagianos, & in epist. ad Dardanum de terra promissionis, & Augustinus q. 33. in librum Numeri, & lib. 19. contra Faustum, cap. 31. non mirum esset; si in Testamento veteri summa potestas fuisset temporalis, in nouo spirituales.

SECVNDÒ dico, etiam in Testamento veteri fuisse Pontificem rege maiorem, vt docent Philo libro de victimis, Theodoretus quæst. 1. in Leuiticum, & Procopius in quartum caput Leuitici. & deducitur hoc tum ex cap. 27. Numeri, vbi dicitur, quòd ad verbum Ponti-

ficis Eleazari tam Princeps Iosue, quàm omnis populus ingredi, & egredi deberet, tum ex Leuitici quarto, vbi quatuor sacrificia instituuntur, ex quorum ordine, & magnitudine colligitur ordo, & dignitas personarum, pro quibus fiebant. Primum erat vituli pro Pontifice, Secundum etià vituli pro toto populo. Tertium Hirci, id est, vilius, pro rege. Quartum capræ pro quolibet priuato.

AD illud de Salomone, dico eum non vt regem, sed vt Prophetam, & exequitorem diuinæ iustitiæ deposuisse Abiathar substituto Sadoch. Nam ibidem 3. Reg. 2. dicitur Salomon amouisse Abiathar, vt impleteretur sermo Domini, &c.

ARGUMENTVM quintum. Christiani Imperatores saepe iudicauerunt, ac deposuerunt Pontifices. Nā Constantius in exilium misit Liberium Papam, Iustinianus Siluerium, Theodoricus rex Ioannem I. in carcerem coniecit. Otho I. Beatus Gregorius XII. deposuit, & in eius locum Leonem VIII. substituit. Henricus III. Gregorium VI. deposuit, & Clementem II. ordinari iussit. de quibus omnibus plenè sunt historiae illorum temporum.

RESPONDEO, hæc quidem facta sunt, sed quo iure, ipsi viderint. Certè Liberium iniuste pulsatum in exilium, testatur Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes. Idem de Siluerio Liberatus in Breuiario ca. 22. De Ioanne I. Beatus Gregorius lib. 4. Dialogorum cap. 30. & certum est Constantium ac Theodoricum Arianos, Iustinianum Eutychemianismam fuisse. Itaque non magis mirum est, quòd hæretici principes Christianos Pontifices deposuerint Tyrannico iure, quàm quòd Ethnici Imperatores eisdem passim occiderint.

AB Othone I. satis constat bono zelo, sed non secundum scientiam depositum esse Ioannem XI. fuit enim iste Ioannes omnium Pontificum ferè deterrimus. Atque idè non mirum, si pius Imperator, qualis fuit Otho I. sed minus peritus rerum Ecclesiasticarum, iudicauerit eum potuisse deponi, præsertim cum multi doctores idem senserint. Quocirca Otho Frisingensis lib. 6. ca. 23. vbi historiam hanc exposuit, modeste taxat Imperatorem, Vtrū, inquit, licitè fecerit an nō, non est huius reperi dicere.

DE Henrico III. minor est difficultas: nam vt constat ex eodem Othone Frisingensi lib. 6. cap. 32. Imperator Henricus non deposuit Gregorium, sed peruasit illi, vt cederet, quia videbatur Simoniacè ingressus. Illo verò sponte cedente, electus fuit Clemens.

AD PRATEREA Leo Hostiensis, qui ipso tempore floruit, lib. 2. Chronici Cassinensis cap. 80. Concilium Episcoporum fuisse coactum, & ab Imperatore inuitatum fuisse Pontificem, vt Synodo præsideret, vt quauis ipse Pontificis causa ageretur, ipse tamen summus Iudex esset, ipsum autem grauitè compunctū errorum veniam postulasse, & se sponte pontificatu abdicasse.

ARGUMENTVM sextum. Pontifices ipsi se Imperatoribus subiectos fatentur. Nam Gregorius apud Gratianum can. si quis, 2. quæst. septima: Si quis, inquit, nos super his redarguere voluerit, veniat ad sedem Apostolicam, vt ibi ante confessionem B. Petri mecum iuste deceret, quatenus ibi vnus ex nobis sententiam suscipiat suam. Item Adrianus Papa I. Carolo Magno concessit ius eligendi Romanum Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, vt habetur dist. 63. canon. Adrianus, quod idem diu postea iterum concessit Leo VIII. Othoni I. vt habetur eadem dist. sexagesima tertia canon. in Synodo. Item Leo III. petit iudices à Ludonico Imperatore, & eorum sententia se paritum promittit, vt habetur can. Nos si incompetenter, 2. q. 7.

RESPONDEO, illud Gregorij non inuenitur in eius operibus. Deinde non prouocat Gregorius ad iudicium hominum, sed Dei. Videtur enim loqui de disceptatione per iuramentum & de expectatione diuinæ sententia, quæ saepe statim contra periuros fertur.

ADRIANVS & Leo non concesserunt Imperatori, nisi vt confirmaret vel infirmaret electionem noui Pontificis, & ordinaret Romanam Ecclesiam quoad temporalem principatum. Ex quo non sequitur eum habuisse potestatem super Pontificem. Et duo illa priuilegia Imperatori concessa ob frequentia schismata quae tunc erant, & propter frequentes hostes Longobardos & Graecos, qui Ecclesiam Romanam assidue vexabant, caulis illis cessantibus reuocata fuerunt.

LEO III. subiecit se iudicio discreti non coactiuo Imperatoris, vt ex illo ipso capite aperte colligitur.

ARGUMENTVM septimum. Licet vnique Pontificem occidere, si ab illo iniuste inuaditur: multo igitur magis licebit regibus vel Concilio deponere Pontificem, si is Repub. perturbet, vel animas malo suo exemplo nitatur occidere.

RESPONDEO, negando consequentiam, quoniam ad resistendum inuadenti, & se defendendum non requiritur vlla auctoritas, neque est opus, qui vt inuaditur sit iudex, & superior à quo inuaditur, at ad iudicandum & puniendum auctoritas.

ITAQUE sicut licet resistere Pontifici inuadenti corpus, ita licet resistere inuadenti animas vel turbanti Republicam, & multo magis, si Ecclesiam destruere nitetur: Licet, inquam, ei resistere non faciendo quod iubet, & impediendo ne exequatur voluntatem suam: non tamen licet eum iudicare, vel punire, vel deponere, quod non est nisi superioris. Vide de hac re Caietanum in tract. de auctoritate Papae & Concilij cap. 27. Et Ioannem de Turrecremata lib. 2. cap. 106.

ARGUMENTVM octauum, Pontifex subiectus est verè in foro conscientiae suo confessario tanquam Dei ministro: cur ergo non poterit esse subiectus in foro exteriori, alicui Principi, qui etiam est Dei minister?

RESPONDEO, ratio diuersitatis est, quia in foro conscientiae confessarius est merum instrumentum Dei, ita vt potius Deus per hominem iudicet, quam ipse homo, id quod apparet, tum ex eo quod confessarius non potest poenitentem omnino inuitum cogere ad poenam subeundam, tum ex eo quod in confessione iudicatur etiam de occultissimis criminibus, quae ad solius Dei cognitionem pertinent: at in foro exteriori homo est verus iudex, etiam vt homo, licet à Deo sit constitutus, & ideo solum iudicat de manifestis: & potest inuitum prorsus cogere ad poenam.

ARGUMENTVM nonum, Pontifex potest dare libellum repudij sponse suae Ecclesiae per renunciationem, vt patet in 6. de Renunciatione, cap. 1. Ergo potest etiam Ecclesia dare libellum sponso suo Pontifici, & alium sibi eligere.

RESPONDEO primò negando consequentiam. Nam Pontifex est supra Ecclesiam, non à conuerso. Vnde etiam Deur. 20. poterat vir dare libellum repudij vxori, at quod vxor posset dare libellum viro, nusquam legitur.

SECVNDO dico Pontificem non posse renunciare pontificatui sine consensu Ecclesiae: & proinde si Ecclesia posset dare libellum repudij Pontifici, non posset sine illius consensu: quando autem ipse consentiret, sponte abdicaret se, non cogere inuitus.

CAPVT XXX.

Solutur argumentum vltimum, & tractatur questio, an Papa haereticus deponi possit.

ARGUMENTVM decimum, Pontifex in casu haereticus potest ab Ecclesia iudicari & deponi, vt patet dist. 40. cano. si Papa. Igitur subiectus est Pontifex humano iudicio saltem in aliquo casu.

RESPONDEO. Sunt de hac re quinque opiniones: Prima est Alberti Pighij lib. 4. cap. 8. Hierarchiae Ecclesiasticae, vbi contendit Papam non posse esse haereticum, & proinde nec deponi in vilo casu: quae sententia pro-

habilis est & defendi potest facile, vt postea suo loco ostendemus. Quia tamen non est certa, & communis opinio est in contrarium, operari potest videre, quid sit respondendum, si Papa haereticus esse possit.

EST ergo secunda opinio, Papam eo ipso in haereticum incidit, etiam interiori tantum esse extra Ecclesiam, & depositum à Deo, quocirca ab Ecclesia posse iudicari, id est, declarari depositum iure diuino, & deponi de facto, si adhuc recuset credere. Haec est Ioannis de Turrecremata lib. 4. par. 2. cap. 20. sed mihi non probatur. Nam iurisdictio datur quidè Pontifici à Deo, sed hominum opera concurrente, vt patet: quia ab hominibus habet iste homo, qui antea non erat Papa, vt incipiat esse Papa: igitur non aufertur à Deo nisi per hominem: at haereticus occultus non potest ab homine iudicari, nec ipse sponte eam potestatem vult relinquere. Adde, quod fundamentum huius opinionis est, quod haeretici occulti sint extra Ecclesiam: quod esse falsum nos prolixè ostendimus in lib. 1. de Ecclesia.

TERTIA opinio est in altero extremo, nimirum Papam neque per haereticum occultam, neque per manifestam, esse depositum aut deponi posse. Hanc refert & refellit Turrecremata loco notato, & sanè est opinio valde improbabilis. Primò, quoniam haereticum Papam posse iudicari, expressè habetur canon. si Papa, dist. 40. & apud Innocentium sermone 2. de consecratione Pontificis. Et quod maius est, in octaua Synodo act. 7. recitantur acta Concilij Romani sub Adriano, & in iis continebatur, Honorium Papam iure videri anathematizatum, quia de haeresi fuerat conuictus, ob quam solam causam licet minoribus iudicare maiores.

VBI notandum est, quod etsi probabile sit Honorium non fuisse haereticum & Adrianum II. Papam, deceptum ex corruptis exemplaribus VI. Synodi, falsò putasse Honorium fuisse haereticum: tamen non possumus negare, quin Adrianus sub Romano Concilio, immò & tota Synodus VIII. generalis senserit in causa haereticus posse Romanum Pontificem iudicari. Adde, quod esset miserrima conditio Ecclesiae, si lupum manifestè grauantem pro pastore agnoscere cogereur.

QUARTA opinio est Caietani in tract. de auctoritate Papae & Concilij, cap. 20. & 21. vbi docet Papam haereticum manifestum non esse ipso facto depositum, sed posse ac debere deponi ab Ecclesia: quae sententia meo iudicio defendi non potest. Nam in primis, quod haereticus manifestus ipso facto sit depositus, probatur auctoritate & ratione. Auctoritas est B. Pauli, qui in epist. ad Titum 3. iubet haereticum post duas correptiones, id est, postquam manifestè apparet pertinax, vitari, & intelligit ante omnem excommunicationem, & sententiam iudicis, vt ibidem scribit Hieronymus: vbi dicit, alios peccatores per sententiam excommunicationis excludi ab Ecclesia, haereticos autem per se discedere & praecidi à corpore Christi, at non potest vitari Papa manens Papa. quomodo enim vitabimus Caput nostrum? quomodo recedemus à membro nobis coniuncto?

RATIO verò & quidem certissima haec est. Non Christianus non potest vilo modo esse Papa, vt Caietanus fatetur in eodem libro cap. 26. & ratio est, quia non potest esse caput id, quod non est membrum, & non est membrum Ecclesiae is, qui non est Christianus. At haereticus manifestus non est Christianus, vt aperte docet Cyprianus lib. 4. epistola 2. Athanasius sermone 2. contra Arianos, Augustinus libro de gratia Christi cap. 20. Hieronymus contra Luciferianos, & alij: haereticus igitur manifestus Papa esse non potest.

RESPONDET Caietanus in Apologia pro tractatu praedicto cap. 25. & in ipso tractatu cap. 22. haereticum non esse Christianum simpliciter, sed esse secundum quid. Nam cum duo faciant Christianum, fides & character,

haereti

haereticus amissa fide, adhuc retinet characterem, & ratione illius adhuc adheret aliquo modo Ecclesiae, & capax est iurisditionis: proinde adhuc est Papa, sed deponendus, quia per haereticum est dispositus dispositioe vltima ad non esse Papam: qualis est homo, non quidem mortuus, sed in extremis constitutus.

AT contra, nam in primis si ratione characteris haereticus maneret actu conuictus cum Ecclesia, nunquam posset praecidi & separari actu ab ea, quia character est indelebilis: at omnes fatentur, quosdam posse praecidi de facto ab Ecclesia, igitur character non facit hominem haereticum esse actu in Ecclesia, sed solum esse signum quod fuerit in Ecclesia, & quod debeat esse in Ecclesia. Quomodo character oui impressus, quando illa errat in montibus, non facit eam esse in otulij, sed indicat ex quo ouili fugerit, & quò iterum compelli possit.

ET confirmatur ex B. Thoma, qui 3. p. q. 8. artic. 3. dicit eos qui fide carent non esse vnitos Christo actu, sed in potentia tantum. vbi loquitur de vnione interna, non externa, quae fit per confessionem fidei, & visibilia Sacramenta. Cum ergo character ad interna pertineat non ad externa secundum beatum Thomam, solus character non vnit actu hominem cum Christo.

DEINDE, vel fides est dispositio necessaria simpliciter, ad hoc vt aliquis sit Papa, vel tantum ad bene esse. Si primum, ergo ista dispositio sublati per cotrariam, quae est haeresis, mox Papa desinit esse: neque enim potest forma conseruari sine necessariis dispositionibus. Si secundum, ergo non potest deponi Papa propter haereticum. Nam aliquo debet deponi etiam propter ignorantiam & improbitatem, & similia, quae tollunt scientiam & probitatem, & alias dispositiones necessarias ad bene esse Papae, & praeterea fatetur Caiet. in tract. praedicto, cap. 26. ex defectu dispositionum non necessarium simpliciter, sed tantum ad bene esse, Papam non posse deponi.

RESPONDET Caietanus, fidem esse dispositionem necessariam simpliciter, sed partialem, non totalem, & proinde fide remota adhuc Papam manere Papam, propter aliam partem dispositionis, quae dicitur character, & adhuc remanet.

AT contra, vel totalis dispositio, quae est character & fides, vel necessaria simpliciter vel non, sed sufficit partialis. Si primum, ergo remota fide non amplius remanet dispositio necessaria simpliciter, quia totalis erat necessaria simpliciter, & iam non est amplius totalis. Si secundum, ergo fides non requiritur nisi ad bene esse, & proinde propter eius defectum Papa deponi non potest. Deinde quae habet vltimam dispositionem ad interitum, paulò post desinit esse, sine alia vi externa, vt patet: igitur & Papa haereticus sine alia dispositione per se desinit esse Papa.

DEINDE sancti Patres concorditer docent, non solum haereticos esse extra Ecclesiam, sed etiam ipso facto carere omni iurisditione, & dignitate Ecclesiastica. Cyprianus lib. 1. epist. 6. Dicimus, inquit, omnes omnino haereticos atque schismaticos nihil habere potestatis ac iuris. & lib. 2. epist. 1. docet haereticos ad Ecclesiam redeuntibus suscipiendos vt laicos, etsi antea in Ecclesia Presbyteri, vel Episcopi fuerint.

OPRATVS lib. 1. contra Parmenianum docet haereticos & schismaticos clauis regni caelorum habere non posse, nec soluere, aut ligare. Ambrosius lib. 1. de poenitentia cap. 2. & Augustinus in Enchiridio cap. 65.

IDEM docet Hierony. lib. contra Luciferianos: Non quod Episcopi, inquit, esse possint, qui haereticis fuerant, sed quod constaret eos qui reciperentur, haereticos non fuisse.

CELESTINVS Papa I. in epistola ad Ioannem Antiochenum, quae habetur in Concilio Ephesino, tom. 1. cap. 19. Si quis, inquit, ab Episcopo Nestorio, aut ab alijs

qui eum sequuntur, ex quo talia praedicare coeperunt, vel excommunicatus vel exutus est, seu anathematis seu cleri dignitate: hunc in nostra communione & durasse & durare manifestum est, nec indicamus eum remoueri, quia non poterat quenquam eius remouere sententia, qui se iam praebuerat ipse remouendum. Et in epistola ad Clerum Constantinopolitanum: Sedis, inquit, nostra sanxit auctoritas, nullum sine Episcopum, sine Clericum seu professione aliqua Christianum, qui à Nestorio vel eius similibus, ex quo talia praedicare coeperunt, vel loco suo, vel communione deiecti sunt, vel deiectum, vel excommunicatum videri, quia neminem deiecere vel remouere poterat, qui praedicans talia vitauit. Idem repetit & confirmat Nicolaus I. epist. ad Michaelem. Denique etiam D. Thomas 2. 2. q. 39. art. 3. docet schismaticos mox perdere omnem iurisditionem, & irrita esse si quae ex iurisditione agere conentur.

NEQUE valet quod quidam respondent, istos Patres loqui secundum antiqua Iura, nunc autem ex decreto Concilij Constantiensis non amittere iurisditionem, nisi nominatim excommunicatos & percussores clericorum, hoc inquam nihil valet. Nam Patres illi cum dicunt haereticos amittere iurisditionem, non allegant vlla iura humana, quae etiam fore tunc nulla stabant de hac re, sed argumentantur ex natura haereticis. Concilium autem Constantiense, non loquitur nisi de excommunicatis, id est, de his, qui per sententiam Ecclesiae amiserunt iurisditionem. Haeretici autem etiam ante excommunicationem sunt extra Ecclesiam, & priuati omni iurisditione. sunt enim proprio iudicio condemnati, vt docet Apostolus ad Titum tertio, hoc est praecisi à corpore Ecclesiae sine excommunicatione, vt Hieronymus exponit.

DEINDE quod secundo Caietanus dicit, posse Papam haereticum ab Ecclesia deponi verè, & ex auctoritate, non minus videtur falsum quam primum. Nam si Ecclesia inuitum Papam deponit, certè est supra Papam. Cuius oppositum in illo ipso tractatu idem Caietanus defendit.

SED responder ipse, Ecclesiam ex eo quod Papam deponit, non habere auctoritatem in Papam, sed solum in illam coniunctionem personae cum pontificatu. Vt enim Ecclesia potest coniungere pontificatum cum tali persona, & tamen non dicitur propterea esse supra Pontificem: ita potest separare pontificatum à tali persona in casu haereticis, & tamen non dicitur esse supra Pontificem.

AT contra. Nam primò, ex eo quod Papa deponit Episcopos, deducunt, Papam esse supra Episcopos omnes, & tamen Papa deponens Episcopum non destruit Episcopatum, sed solum separat ab illa persona.

SECVNDO, deponi inuitum à pontificatu, sine dubio est poena, igitur Ecclesia inuitum Papam deponens, sine dubio ipsum punit: at punire est superioris, & iudicis.

TERTIO, quia secundum Caietanum, & ceteros Thomistas, re idem sunt, totum & partes simul sumptae. Igitur qui habet auctoritatem in partes simul sumptas ita vt eas separare possit, habet etiam in ipsam totum, quod ex partibus illis consurgit.

NEQUE valet Caietani exemplum de electoribus, qui habent potestatem applicandi pontificatum certae personae, & tamen non habent potestatem in Papam. Nam dum res fit, actio exercetur circa materiam rei futurae, non circa compositum quod nondum est: at dum res destruitur, exercetur circa compositum, vt patet in rebus naturalibus. Itaque Cardinales dum Pontificem creant, exercent suam auctoritatem non supra Pontificem, quia nondum est, sed circa materiam: id est, circa personam, quam per electionem quodammodo disponunt, vt à Deo pontificatus formam recipiat: at si Pontificem deponerent, necessariò exercerent auctoritatem supra

supra

supra compositum, id est, supra personam pontificia dignitate præditam, id est, supra Pontificem.

EST ergo quinta opinio vera, Papam hereticum manifestum per se definere esse Papam, & caput, sicut per se definit esse Christianus & membrum corporis Ecclesie: quare ab Ecclesia posse eum iudicari & puniri. Hæc est sententia omnium veterum Patrum, qui docent hæreticos manifestos mox amittere omnem iurisdictionem, & nominatim Cypriani lib. 4. epist. 2. ubi sic loquitur de Nouatiano, qui fuit Papa in schismate cum Cornelio: *Episcopatuum, inquit, tenere non possent, nisi Episcopus primus factus à Coepiscoporum suorum corpore, & ab Ecclesia unitate discederet.* Vbi dicit Nouatianum, etsi verus ac legitimus Papa fuisset, tamen eo ipso casurum fuisse à pontificatu, si se ab Ecclesia separaret.

EADEM est sententia doctissimorum recentiorum, ut Ioannis Driedonis qui lib. 4. de Scripturis & dogmatibus Ecclesiasticis, cap. 2. part. 2. sententia secunda, docet eos tantum ab Ecclesia separari, qui vel eiciuntur ut excommunicati, vel per se discedunt & oppugnant Ecclesiam, ut hæretici & schismatici. Et sententia septima dicit, in iis qui ab Ecclesia discesserunt, nullam profus remanere spirituales potestates super eos qui sunt de Ecclesia. Idem Melchior Canus qui lib. 4. de locis, cap. 2. docet, hæreticos non esse partes Ecclesie, nec membra, & cap. ult. ad argumentum duodecimum, dicit, non posse vel cogitatione informari, vel aliquis sit caput & Papa, qui non est membrum, neque pars: & ibidem disertis verbis docet hæreticos occultos adhuc esse de Ecclesia & partes ac membra, atque adeo Papam hereticum occultum adhuc esse Papam. Eadem est aliorum etiam, quos citauimus in lib. 1. de Ecclesia.

FUNDAMENTUM huius sententiae est, quoniam hæreticus manifestus nullo modo est membrum Ecclesie, id est, neque animo, neque corpore, siue neque vnione interna, neque externa. Nam Catholici etiam mali sunt vniti, & sunt membra animo per fidem, corpore per confessionem fidei, & visibilibus Sacramentorum participationem: hæretici occulti sunt vniti & sunt membra solum externa vnione: sicut è contrariò boni Catechumeni sunt de Ecclesia interna vnione tantum, non autem externa: hæretici manifesti nullo modo, ut iam probatum est.

CAPVT XXXI.

Idem probatur ex nominibus qua Romano Pontifici tribui solent.

ARGUMENTUM postremum sumitur ex nominibus Episcopi Romani, quæ sunt quindecim, Papa, Pater Patrum, Christianorum Pontifex, summus Sacerdos, Princeps sacerdotum, Vicarius Christi, Caput corporis Ecclesie, Fundamentum ædificij Ecclesie, Pastor ouilis Domini, Pater & Doctor omnium fidelium, Rector domus Dei, Custos vineæ Dei, Sponsus Ecclesie, Apostolicæ sedis Præsul, Episcopus vniuersalis. Ex quibus omnibus & singulis, aperte colligitur eius primatus.

PRIMUM ergo & communissimum, atque antiquissimum episcopi Romani nomen est Papa. Nam B. Ignatius in epist. ad Mariam Zarbensem scribens: *Cum esses, inquit, Roma apud Papam Linum, &c.* Est autem Papa seu Pappas, apud Græcos vox, qua blandientes vel balbutientes pueruli parentes suos appellare solebant, ut pparer ex Philemone Comico apud Athenæum lib. 8. ubi legitur: *χρησίζοντες φιλταρι, & Hom. Odyss. lib. 6. bi filia dicit patri, πατέρα φιλταρ.* apud Latinos veteres similiter patrem, vel auum, id est, patrem patris significabat, Iuuenalis Satyra 6.

Mordeat ante aliquis quicquid porrexerit illa. Quæ peperit, timidus præguisset pocula Pappas.

ITEM Aufonius ad nepotem suum:

-Pappos, auidis que rementes. Anteferunt patribus seri nona cura nepotes. HINC ergo Ecclesiastici patrem spirituales blandilo vocabulo Papam appellare cœperunt.

QUAMVIS autem nomen hoc tribuatur à veteribus interdum cuiuslibet Episcopo: nam Hieronymus in omnibus epistolis ad Augustinum eum Papam appellat, sicut etiam nunc quilibet Sacerdos dicitur pater: nihilominus tamen tribus modis ex hoc nomine colligitur Episcopi Romani primatus. Primo, quia per Antoniniam, cum absolute pronunciat Papa, ipse solus intelligitur, ut patet ex Concilio Chalcedonensi, actio 16. ubi legitur: *Beatissimus & Apostolicus vir Papa hoc nobis præcipit.* Nec additur Leo, aut Romanus, aut vrbis Romæ, aut aliud.

SECUNDO, quia solus ipse totius Ecclesie dicitur Papa, ut patet ex eodem Concilio Chalcedonensi, act. 16. ubi Leo vocatur vniuersalis Ecclesie Papa, & ex Liberati Breuiario cap. 22. ubi legitur, nullum esse Papam super Ecclesiam vniuersalem, nisi Romanum pontificem.

TERCIO, ex eo quod Episcopus Romanus à toto mundo & à generalibus Conciliis vocatur pater, siue Papa, ipse verò neminem vocat Papam, vel patrem, sed omnes filios, vel fratres, ut patet ex epistola ad Concilium secundum apud Theodoretum lib. 5. cap. 10. & ex epistola Concilij Chalcedonensis ad Leonem.

SECUNDO nomen est, Pater Patrum, quod tribuitur Damaso Pontifici à Stephano Archiepiscopo Carthaginensi, in epistol. ad ipsum Damasum, quam scripsit nomine trium Conciliorum Africæ. Beatissimo Domino & Apostolico culmine sublimato S. Patri Patrum, Damaso Papæ, &c. Nec vili alteri vnquam hoc nomen communicatum legitur.

TERTIUM est, Pontifex Christianorum, apud Eusebium in Chronico anni XLIII.

QUARTUM est, Summus Pontifex, quod in eadem epistola Stephani legitur: sic enim sequitur: *Et summo omnium Præsulum Pontifici.* Quo etiam titulo vtitur Gregorius lib. 1. cap. 4. Dialogorum. B. Anselmus in præfatione libri de Incarnatione Verbi ad Vrbanum Papam. & B. Bernardus in omnibus epistolis ad Romanos Pontifices. Hieronymus in præfatione Euangeliorum ad Damasum: *Tu, inquit, qui summus Sacerdos es.* Et in VI. Synodo actio. 18. in sermone acclamatorio, totum Concilium vocat Agathonem, sanctissimum Patrem nostrum, & summum Papam.

QUINTUM est, Princeps Sacerdotum: de hoc legitur in epistola Valentiniani ad Theodosium, quæ habetur ante Concilium Chalcedonense, in tom. 1. Conciliorum: *Beatissimus Romane vrbis Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit, &c.* Et apud Prosperum lib. 2. de vocatione Gentium cap. 6. *Roma propter sacerdotij principatum amplior facta est arce religionis, quam solum potestatis.*

AT obicit Caluinus lib. 4. Instit. cap. 7. §. 3. Concilium Carthaginense III. can. 26. ubi veratur, ne quis Princeps sacerdotum, aut summus Sacerdos dicatur, sed solum primæ sedis Episcopus.

RESPONDEO, Concilium statuisse solum de Episcopis Africæ, inter quos multi erant primares æquales, ne vllus eorum summus Sacerdos, aut Princeps aliorum diceretur. Nec enim Concilium hoc prouinciale, Romanum Pontificem, aut aliarum prouinciarum Episcopos obligare poterat. Itaque Gregorius, Anselmus, Bernardus, & ipsa VI. Synodus non obstante isto Canone Romanum Episcopum summum Pontificem vocauerunt.

SEXTUM est, Vicarius CHRISTI, quo titulo vtitur S. Bernardus lib. 2. de consideratione, & Concilium Lugdunense sub Gregorio X. ut habetur in Sexto

titulo

titulo de Electione, cap. Vbi periculum.

SEPTIMUM est, Caput Ecclesie, quo vtitur Concilium Chalcedonense in epist. ad Leonem: *Quibus tu velut membris Caput præeras.* & act. 1. eiusdem Concilij dicitur Ecclesia Romana Caput omnium Ecclesiarum.

AT obicit Caluinus lib. 4. Instit. cap. 7. §. 21. S. Gregorium, qui lib. 4. cap. 28. ad Ioannem Episcopum Constantinopolitanum: *Petrus, inquit, primum membrum Sanctæ & vniuersalis Ecclesie est. Paulus, Andreas, Iacobus, quid aliud, quam singularium plebium sunt capita? omnes tamen sub vno Capite membra Ecclesie sunt.* Vbi Gregorius reprehendit Ioannem qui se caput totius Ecclesie facere volebat, & vtitur hoc argumento: Quia nec Petrus, nec vllus alius Apostolus caput fuit totius Ecclesie, sed solum capita fuerunt singularium Ecclesiarum, & membra Ecclesie vniuersalis.

RESPONDEO, aliquem esse caput totius Ecclesie, dupliciter intelligi potest. Vno modo, vti sit caput, ut ipse solus sit caput, & principes: & cæteri omnes inferiores non sint capita, nec principes, sed solum omnes vicarij. Altero modo, ut ipse quidem sit caput, sed generale, ita ut non tollat inferiora particularia, & vera capita: quomodo causæ vniuersales non tollunt particulares, & quomodo in exercitu Imperator non tollit particulares duces legionum & cohortium.

ET quidem primo modo solus Christus est caput omnium Ecclesiarum: si quidem coparati ad Christum omnes sunt vicarij, & administri, nec vllus dici potest collega eius, vel Coepiscopus: & Petrus hoc modo non est caput nisi Romane Ecclesie particularis. Solum enim huius Ecclesie est particularis, & solus Episcopus, & caput: cæterarum autem particularia capita sunt, ipsarum Episcopi, qui sunt veri Principes, & Petri, non Vicarij, sed collega, & Coepiscopi: & de hac significatione agit hoc Ioëo B. Gregorius.

ALTERO modo Petrus fuit, & nunc est Romanus Pontifex, verè caput omnium Ecclesiarum, ut ipse idem Gregorius his verbis docet lib. 11. epist. 42. *Apostolicæ sedis reuerentia nullius presumptione turbetur. tunc enim membrorum status integer perseverat, si caput fidei nulla pulset iniuria.* Et epist. 54. *Sedes Apostolica omnium Ecclesiarum caput est.* Idem quoque habet in explicatione 4. Psalmi penitentialis.

OCTAVUM est, Fundamentum. Hieronymus 1. epist. 1. ad Damasum de nomine hypostasis, *Super hanc petram ædificatam Ecclesiam scio.* Vbi Damasum petram Ecclesie vocat.

NONVM est, Pastor Ouilis Domini. Ambrosius epist. 81. ad Siricium Papam: *Recognouimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, quam fideliter tibi commissam iannam serues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias.*

DECIMUM est, Rector Domus DEI. Ambrosius in 1. Tim. 3. *Domus Dei est Ecclesia cuius hodie Rector est Damasus.*

VNDECIMUM est, Custos Vineæ, Concilium Chalcedonense in epist. ad Leonem: *Insuper contra ipsum, cui vineæ custodia à Salvatore commissæ est, id est, contra tuam Apostolicam sanctitatem, extendit insaniam.*

DODECIMUM est, Pater & Doctor omnium Christianorum: ita habemus in Concilio Florentino, sessione vltima: qua ratione etiam Romana Ecclesia vocatur mater & magistra omnium Ecclesiarum, ut habetur in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 5.

DECIMTERTIUM est, Sponsus Ecclesie, sic appellatur Papa in Concilio Lugdunensi generali, ut habetur mater vbi periculum, de electione, in 6.

SED obiciunt aliqui B. Bernardum, qui in epist. 237. monet Eugenium Papam, ne se Ecclesie sponsum existimet, sed sponsi amicum, & quod absurdum videtur, ut

vicarius regis, reginæ sponsus dicatur.

RESPONDEO, sicut Papa dicitur Caput, Rector, Pastor Ecclesie loco Christi, ita etiam dicitur Sponsus loco Christi, siue, ut Christi Vicarius & Minister. Nam verus & principalis Sponsus Christus est, ut dicitur Io. 3. ipse enim Ecclesiam spiritu suo fecundat, & eius solius semine (quod est verbum Dei) nascuntur filij. Pontifices autem dicuntur sponsi, quia cooperantur extrinsecus in generatione filiorum tanquam ministri Verbi & Sacramentorum, & filios non sibi, sed Christo generant. Bernardus ergo solum admonere intendit Pontificem, ne se principalem sponsum arbitretur, & quamquam absurdum est in carnali generatione regem iuuari à Vicario, & vnam dici multorum sponfam, tamen in spirituali non est absurdum.

DECIMUM QUARTUM est, Apostolicæ sedis Præsul, est autem obseruandum, interdum, ab antiquis vocari sedes Apostolicas, non solum Romanam, sed etiam Antiochenam, Hierosolymitanam, Ephesinam, & alias, quas Apostoli fundauerunt, & in quibus tanquam Episcopi sederunt, ut patet ex Tertulliano libro de præscript. ex Augustino epist. 162. & aliis.

SED in tribus excellit Romanus Pontifex, quantum ad hoc nomen. Primo, quia cum dicitur absolute sedes Apostolica, & non additur Antiochena, vel Ephesina, vel Romana, &c. semper intelligitur Romana, quæ per antonomasiam dicitur Apostolica, ut patet ex Augustino epist. 106. *Missa sunt, inquit Augustinus, de hac re ex duobus Concilijs Carthaginensi & Mileuitano relationes ad Apostolicam sedem.* Non addit Romanam, & tamen eam vult intelligi, siquidem relationes illas ad Innocentium Papam missas fuisse, constat ex epist. 90. & 92. eiusdem Augustini. similia exempla passim occurrunt.

SECUNDO, quia Romanus Pontifex non solum dicitur sedem Apostolicam tenere, ut Antiochenus, & Ephesinus, sed etiam principatum Apostolicæ sedis, ut patet ex Augustino epist. 162.

TERCIO, quia Romanus Pontifex non tantum dicitur Præsul Apostolicæ sedis, ut Antiochenus, & quidam alij, sed etiam munus eius dicitur Apostolatus, ut patet ex Concilio Chalced. actio. prima, ubi legitur, vicarius Leonis dixisse: *Præcipere dignatus est eius Apostolatus, ut Dioscorus non sedit in Concilio.* Item Honorius imperator, in epistola ad Bonifacium: *Primum petimus, inquit, uti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem, atque imperium nostrum dignetur intendere.* Item epistola Episcoporum Gallie, quæ est inter epistolas Leonis 51. *Dei, inquit, Apostolatus vester nostræ veniam tarditati.* Denique in epistola Bernardi 190. ad Innocentium, legitur: *Oportet ad vestrum referri Apostolatum pericula quæque & scandala, emergentia in regno Dei, &c.* Quod nomen de nullo alio legitur, quam de Romano Pontifice.

EX quo deducitur Antiochenum & Ephesinum, & similes fuisse quidem Episcopos Apostolicarum sedium, id est, earum in quibus Apostoli sederant, sed non successisse Apostolis in Apostolatu vlllo modo, alioquin etiam ipsorum dignitas diceretur Apostolatus: at Romanum Pontificem esse Episcopum Apostolicæ sedis, & succedere aliquo modo in Apostolatu, id est, in cura totius orbis terræ, quæ erat pars quedam Apostolatus, & propterea Apostolatum vocari ipsius gradum. Ex quo soluta manet obiectio quædam Nili, qui in suo libro de primatu Papæ ex eo probare nititur Romanum Pontificem non habere primatum in alios Episcopos, quod Antiochenus etiam & Ephesinus, & Hierosolymitanus Episcopi thronos Apostolicos habere legantur.

DECIMUM QUINTUM est, Episcopus vniuersalis. in Concilio Chalcedonensi act. 3. leguntur tres epistolæ diuerforum Græcorum ad Leonem Papam, quæ

omnes

omnes ita incipiunt: Sanctissimo & beatissimo vniuersali Archiepiscopo & Patriarche magna Roma Leoni. Ex quibus verbis tria mendacia Hæreticorum refelluntur. Vnum est Lutheri libro de potestate Papæ, vbi cum dixisset, Gregorium recufasse nomen Vniuersalis, subiungit: Quid, inquit, de nomine Summi & Sanctissimi dixisset itaque significat Lutherus tempore Gregorij nondum fuisse auditum nomen Sanctissimi & Summi. In quo incredibilem imperitia, aut malitia Lutheri detegitur: nam sanctissimum Papam Romanum omnes veteres appellant, & locus iam citatus aperte obstruit os Lutheri.

QUID, quod in actione secunda eiusdem Concilij Chalcedonenfis Aëtius Episcopus Nicopolis, S. Leonem Dominum nostrum, & sanctissimum Papam vocat? Quo titulo nullus alius hæreticus nostri temporis magis displicet: cum tamen is non displicerit olim vniuerso Concilio, & senatui, ac iudicibus, quibus audientibus Aëtius dixit: Quoniam nunc Domini nostri & sanctissimi Papæ lecta est epistola, &c. Nomine summi vtitur Gregorius ipse, vt supra notauimus in lib. 1. Dialogorum, cap. 4. & vniuersum Concilium Chalcedonenfe in epistola ad Leonem (summas tua) Leoni Pontifici dicit.

ALTERVM est Magdeburgensium, qui cent. sexta, cap. 7. colum. 439, dicunt Romanum Pontificem creatum fuisse Patriarcham à Iustino Imperatore anno D. XX. At si ita est, quomodo in Concilio Chalcedonenfi, quod celebratum est anno CCCC. LIII. frequentissime vocatur Leo vniuersalis Patriarcha?

TERTIVM est Caluini, qui lib. 4. institut. cap. 7. §. 3. refert verba beati Gregorij, qui lib. 4. epist. 32. & alibi asserit oblatum prædecessoribus suis in Concilio Chalcedonenfi nomen Vniuersalis: & mox subiungit, Hoc nullam habet veri speciem. nec enim tale quidpiam in actis eius Concilij legitur. At sanè impudens est hoc mendacium, etsi enim Concilium nihil de hac re decreuit, tamen satis constat, nomen hoc tribui Romano Pontifici, non displicuisse Concilio, cum actio. 3. sepius hoc nomine appelleretur Leo Pontifex, & nemo in Concilio talem appellationem reprehenderit.

SED obiicit idem Caluinus contra hoc nomen verba Gregorij, qui lib. 4. epist. 32. & aliis in locis multis sepius repetit, nomen Episcopi vniuersalis esse profanum, sacrilegum, Antichristi prænuncium, & ideò neminem ex suis prædecessoribus illo vnquam vti voluisse.

OBICIUNT etiam Illyricus in lib. de historia Concilij VI. Carthaginensis, & Lutherus libro de potestate Papæ, Canonem Concilij Africani citatum à Gratiano distinctio. 99. canon. Primæ sedis, vbi legitur, Vniuersalis autem nec Romanus Pontifex appelleretur.

RESPONDEO, duobus modis posse intelligi nomen vniuersalis Episcopi. Vno modo, vt ille qui dicitur Vniuersalis, intelligatur esse solus Episcopus omnium vrbium Christianarum, ita vt cæteri non sint Episcopi, sed vicarij tantum illius, qui dicitur Episcopus vniuersalis: & hoc modo nomen hoc, est verè profanum, sacrilegum, & Antichristianum, & de hac significatione loquitur Gregorius, vt patet ex ratione, quam reddit. Sic enim ait lib. 4. epist. 34. ad Constantiam: Triste valde est, vt patenter feratur, quatenus despectis omnibus, prædictus frater, & Coepiscopus meus solum conetur appellari Episcopus. Et lib. 4. epist. 36. ad Eulogium: Si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Et lib. 7. epist. 69. ad Eusebium: Si vnus Vniuersalis est, restat vt vos Episcopi non sitis.

ALTERO modo, dici potest Episcopus vniuersalis, qui habet curam totius Ecclesiæ, sed generalem, ita vt non excludat particulares Episcopos. Et hoc modo nomen hoc posse tribui Romano Pontifici ex mente Gregorij, probatur.

PRIMO, quia factetur Gregorius lib. 4. epistola 32. & aliis sequentibus, tributum nomen vniuersalis Episcopi Romano Pontifici à Concilio Chalcedonenfi, quod sanctum & Catholicum fuisse idem Gregorius passim docet, existimauit igitur D. Gregorius in aliquo sensu hoc nomen Romano Pontifici conuenire.

SECUNDO, quia idem Gregorius lib. 4. epistola 32. asserit Petro totius Ecclesiæ curam esse commissam à Domino, quòd est idem ac si diceret, Petrum Episcopum vniuersalem esse à Christo constitutum.

TERTIA, quia etsi Romani Pontifices, vt Gregorius rectè dicit, non se vocauerunt vnquam vniuersales Episcopos, tamen sepe se vocauerunt Episcopos Ecclesiæ vniuersalis, vt patet ex epistola 2. Sixti I. ex prima Victoris I. ex secunda Pontiani, ex secunda Stephani I. ex 54. 62. 65. Leonis I. Quæ testimonia sine dubio Gregorius legerat, nec ignorabat idem esse quo ad sensum, Episcopum Ecclesiæ vniuersalis, & Episcopum vniuersalem.

SED dices, Si hoc nomen, bonum sensum habere potest, quare Gregorius absolute pronunciat esse superbum, sacrilegum, profanum, & absolute vetat vsum illius?

RESPONDEO, duabus de causis. Primum, ad cautelam: sicut etiam nomen Christotocos bonum sensum habet, & tamen Patres veterunt vsum illius nominis, ne videlicet sub illo nomine lateret hæresis Nestorij, qui Mariam, Christi matrem, sed non Dei matrem appellabat. Secundo, quia quæstio tunc erat an Ioanni Constantinopolitano Episcopo hoc nomen concedi posset, non autem an concedi posset Romano Pontifici: quoniam igitur Ioanni illi in nullo sensu conueniebat nomen Vniuersalis, & tamen illud sibi vsurpabat. Idèò simpliciter & absolute Gregorius pronunciat hoc nomen esse profanum, & sacrilegum, nimirum quatenus tribuitur Episcopo Constantinopolitano, & nihilominus etiam ipse illud recufauit, quamuis sibi in aliquo sensu conueniret, ad melius & facilius comprimendam superbiam Episcopi Constantinopolitani, ex his manet solum argumentum Caluini.

AD alterum Lutheri & Illyrici dico, eos non aduertisse, verba illa non esse Concilij Africani, sed Gratiani, qui postquam retulerat Canonem Concilij Africani, quo prohibetur Episcopus primæ sedis dici Princeps sacerdotum, addit de suo. Vniuersalis autem nec Romanus Pontifex dicitur. Quæ verba quia Gratiani sunt, non habent auctoritatem, & præterea intelligi possunt eo modo quo verba beati Gregorij.

EST autem hoc loco obseruatione dignum, quanta fuerit & sit etiam hoc tempore Græcorum pertinacia & superbia, & quam seuerè à Deo punita fuerit. Nam cum sedem Episcopi Constantinopolitani, quæ per annos amplius CCC. inter sedes primarias nullum locum habuerat, non solum ad Patriarchatum euehere, & sedi Alexandrinæ atque Antiochenæ præferre, sed etiam Romanæ æquare, & vniuersalem facere voluerint, nec potuerint ad sanitatem reduci censuris Pelagij II. & aliorum Pontificum, (sepius enim pro hac causa excommunicati fuerunt, vt scribit Leo nonus in epistola ad Michaëlem) nec etiam humilitate B. Gregorij, qui vt scribit Ioannes Diaconus in eius vita lib. 2. cap. 1. hac de causa se non Archiepiscopum, nec Patriarcham, sed Episcopum ac seruum seruorum DEI scribere cepit: nec edicto Phocæ Imperatoris, de quo supra diximus. Tandem iudicante Deo de celo, traditi sunt Græci cum suo vniuersali Patriarcha in manus Turcarum, quod eis euenturum prædixerat sancta Brigitta lib. 7. cap. 9. Reuclationum, necnon Nicolaus Papa V. vt refert Genadius Scholaris in libro pro Concilio Florentino, cap. 5. §. 14.

LIBER TERTIVS DE SVMMO PONTIFICE.

CAPVT PRIMVM.

Proponitur disputatio de Antichristo.



DEMONSTRAVIMVS hætenus Romanum Pontificem Petro succedere in summo totius Ecclesiæ principatu. Restat vt videamus, num aliquo tempore Romanus Pontifex ab isto gradu exciderit. id enim aduersarij contendunt, non esse hoc tempore Romæ verum Episcopum, quicquid antea fuerit. Et quidem Nilus ad finem libelli sui contra primatum Romani Pontificis ita loquitur, Sed summa capit que mei sermonis illa sit, vt donec Papa in Ecclesia conuenientem, olimque institutum ordinem seruat, donec veritatem celestem tenet ac tuctur, & donec Christo summo veròque Ecclesiæ Domino & capiti adhaeret, facile patiar eum & caput Ecclesiæ esse, & summum Sacerdotem, & Petri, vel etiam si libet, omnium Apostolorum successorum esse, omnes ei obedire, ac nibilo id quod ad eius honorem pertinet dimitti: sed si à veritate discessit, nec ad eam redire vult, merito pro damnato reiectoque haberi debet. Hæc ille.

SED debuisset ostendere in quos errores inciderint Romani Pontifices, & quando, & à quibus damnati fuerint. Scimus enim in Concilio generali Lateranensi sub Innocentio III. & Lugdunensi sub Gregorio X. & Florentino sub Eugenio IV. Græcos errores conuictos ad fidem Latinorum rediisse, ac deinde ad vomitum suum semper esse reuersos, ac propterea à Deo grauissimè punitos. Latinos autem ad fidem Græcorum venisse nusquam legitur. Nec vllum proferri potest Ecclesiasticum iudicium contra Græcos.

IAM verò Caluinus lib. 4. Instit. c. 7. §. 23. Sint, inquit, vera illa omnia, quæ tamen illis iam extorsimus, Petrum Christi constitutum fuisse vniuersa Ecclesiæ Caput, ipsamque honorem sibi collatum in Romana sede deposuisse, id veteris Ecclesiæ auctoritate fuisse sancitum, longo vsu confirmatum, Romano Pontifici siue nomam potestatem fuisse semper ab omnibus debitam, ipsamque fuisse omnium & causarum & hominum iudicem, nullius iudicio subiectum fuisse: habeant etiam plura si velint. Respondo tamen vno verbo, nibil istorum valere, nisi Roma sit Ecclesiæ & Episcopus. Et infra §. 24. Hunc nodum mihi soluunt Romanenses, nego ipsorum Pontificem esse Episcoporum Principem, cum non sit Episcopus. Et infra: Fuerit sanè olim Roma omnium Ecclesiarum mater: verum ex quo Antichristi sedes fieri cepit, desijt esse id quod erat. Et infra §. 25. Videmur nonnullis nimis maledici ac pecculantes, cum Romanum Pontificem vocamus Antichristum: sed qui hoc sentiunt, non intelligunt se Pauli immodeste inestimulare, post quæ nos loquimur, immò ex cuius ore sic loquimur. Ac ne quis obiiciat nos Pauli verba, quæ alio pertineant, perperâ torquere in Romanum Pontificem, breuiter ostendâ nõ aliter quàm de Papatu intelligi posse. Hæc ille.

SIMILIA docent omnes hæretici huius temporis, ac præcipue Lutherus in supputatione temporum, in asserctione articulo 28. & 36. & alibi passim. Item Magdeburgenses centur. prima, lib. 2. cap. 4. columna 434. & sequentibus: & in omnibus sequentibus centurijs, cap. 4. 7. & 10. Illyricus in lib. de Primatu. David Chytraeus in cap. 9. & 13. Apocalypsis. Item Vvolfgangus Musculus in Locis communibus, tit. de Ecclesiâ. Theodorus Beza in Commentario 2. Thessal. 2. Theodorus Bibliander in Chronologia. Henricus Bullingerus, præfatione in suas

homilias ad Apocalypsim, & ante hos omnes Ioannes Vviclef artic. 30. inter eos qui damnantur in Concilio Constantiensi, sess. 8. Pontificem esse Antichristum, pronunciauit.

VT igitur quæstio diligenter explicetur, nouem capita tractanda erunt. Primum de ipso nomine Antichristi. Secundum, an Antichristus sit vnus homo, an genus hominum. Tertium, de tempore aduentus, & mortis eius. Quartum de nomine eius proprio. Quintum, ex qua gente nasciturus sit, & à quibus præcipue suscipiendus. Sextum, vbi sedem suam fixurus. Septimum, de doctrina & moribus eius. Octauum, de miraculis eius. Nonum, de regno & præliis eius.

EX his enim omnibus clarissimè apparebit, quanta impudentia hæretici Pontificem Romanum Antichristum faciant: quibus addemus caput quo probabimus, Romanum Pontificem non solum non esse Antichristum, sed nec vilo modo deuisse esse Episcopum & Pastorem totius Ecclesiæ, vt nihil remaneat non dilutum ex obiectionibus Caluini.

QUOD ad primum attinet, aliqui ex aduersarijs docent nomen Antichristi proprie significare Christi Vicarium: ac proinde Papam, qui se Christi Vicarium asserit, ipsum esse Antichristum. Ita docet Vvolfgangus Musculus in locis, capite de potestate ministrorum, & probat, quia illa vox *ἀντι* significat Vice, vnde *ἀντιχριστός* est vice Christi, sicut *ἀντισπαρτός* significasset eum, qui pro Duce se obrudit, id est, qui Vicarius Ducis vult haberi. Magdeburgenses etiam centuria prima, lib. 2. cap. 4. col. 435. docent, Papam idèò verum esse Antichristum, quia se Christi Vicarium facit.

AT sine dubio falluntur, vel fallere conantur. Nomen enim Antichristi non potest vilo modo significare vicarium Christi, sed solum aliquem Christo contrarium: & contrarium non quomodocunq; sed ita, vt cum eo de sede & dignitate Christi certet, id est, qui sit amulus Christi, & velit haberi Christus, deiecto eo qui verè est Christus.

HANC esse huius nominis significationem, probatur tripliciter. Primum, quia apud Græcos illa vox *ἀντι*, proprie significat oppositionem, & quoniam opponi dicuntur non solum ea, quæ pugnant inter se, sed etiam ea, quæ aequipollent: inde factum est, vt, *ἀντι* in compositione interdum significet contrarietatem, interdum æquiualentiam, nunquam autem subordinationem, vt patet in exemplis omnium talium nominum, *ἀντιπῆλαιος*, significat æmulum in lucta, *ἀντιδότης*, contrarium remedium, *ἀντιπαρῶς*, contrariam loquutionem, *ἀντιπαρῶς*, æquiualentem, *ἀντιβίος*, æqualem Deo, *ἀντιχρῆς*, est pollex, quia è regione opponitur, & æquiualeat toti reliquæ manui, & sic de cæteris. Vicarius autem non significat oppositionem, sed subordinationem ad aliud, & idèò non potest exprimi per vocem *ἀντι*.

PORRO illud *ἀντισπαρτός*, non significat Vicarium Ducis, sed ordinariè contrarium Ducei, sicut *ἀντισπαρτός*, est bellum infero, & interdum eum qui est loco Ducis, non vt illi subiectus, sed vt æqualis: quomodo apud Latinos Proprætor, vel Proconsul, non significat Vicarium Prætoris, vel Consulis, sed eum qui est in aliqua prouincia, id quod est Prætor, vel Consul in

vrbe : & in hoc deceptus est Musculus. quia enim legit apud Budæum *ἀντιχριστός* significare Propræto-rem, putavit ipse significare Vicarium Prætoris, quod est falsum.

SECUNDO, idem probatur ex Scriptura. Nam etiam si hoc nomen esset ex se ambiguum, tamen vt in Scriptura accipitur, non est ambiguum, & nostra quæstio non debet esse de voce *ἀντιχριστός* absolute, sed vt in Scripturis accipitur. Porro in Scripturis Antichristus dicitur is, qui extollitur super omne, quod dicitur Deus, secundæ ad Thessalonicenses secundo, quod certe non est, esse Vicarium, sed hostem Christi veri Dei. Et primæ Ioannis secundo, Antichristus dicitur esse is, qui negat IESVM esse CHRISTVM, id est, qui negat IESVM esse CHRISTVM, vt seipsum pro Christo vendideret. Et Matthæi vicesimo quarto, Antichristus dicitur affirmaturus se ipsum esse Christum, quod sanè non est Vicarij, sed amuli.

DENIQUE tertio, ex omnibus auctoribus, qui de Antichristo scripserunt, & ex communi sensu omnium Christianorum, qui per Antichristum intelligunt eximium quandam Pseudochristum. Quomodo etiam exponit hanc vocem ex veteribus Græcis, Damascenus libro quarto de fide, capite vicesimo octavo, & eodem modo exponit Hieronymus ex Latinis, qui tamen etiam Græcæ linguæ peritissimus fuit, quæstione vndecima ad Algasiam.

DENIQUE similiter exponit in suo Thesaurò linguæ Græcæ Henricus Stephanus, qui tamen vnus est de numero hereticorù Geneuësium. Hinc habemus argumentum primum contra aduersarios. Nam cum Antichristi nomen significet hostem, & æmulum Christi: & Romanus Pontifex se Christi famulum, & Christo subiectum in omnibus fateatur, non autem Christum se vilo modo esse dicat, neque illi se parem faciat, manifestum est, eum non esse Antichristum.

CAPVT SECVNDVM. Antichristum certum quandam hominem futurum.

AM quod ad secundum attinet, nos cum aduersariis in vno convenimus, in altero discrepamus. Convenimus in eo quod sicut nomen Christi accipitur dupliciter, interdum propriè pro quodam eximio, & singulari Christo, qui est IESVS NAZARENVS: interdum communiter pro his omnibus, qui habent cum Christo similitudinem, quantum ad vñctionem, quomodo Prophetæ, & Reges & Sacerdotes omnes dicuntur Christi Psalmo centesimo quarto: *Nolite tangere Christos meos*. Ita etiam nomen Antichristi interdum accipitur propriè pro quodam eximio Christi hoste, de quo agitur 2. ad Thessal. 2. Ioannis 5. & alibi, interdum verò communiter pro omnibus, qui quoquo modo Christum oppugnant. Nam 1. Ioannis 2. legitur: *Audistis, quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt*, id est, audistis venturum Antichristum, & nunc licet ille singularis Antichristus nondum venerit, tamen multi seductores iam venerunt, qui etiam Antichristi dici possunt.

At dissentimus de Antichristo propriè dicto, an ille sit vnus homo singularis: Catholici enim omnes ita sentiunt, fore Antichristum vnum quandam hominem: at hæretici omnes supra citati docent, Antichristum propriè dictum, non esse singularem personam, sed singularem thronum, suæ regnum tyrannicum, ac sedem apostaticam eorum, qui Ecclesiæ præsentent.

MAGDEBURGENSES centuria prima, lib. 2. cap. 4. col. 437. *Docent Apostoli*, inquit, *Antichristum non fore vnam tantum personam, sed integrum regnum, per falsos Doctores in templo Dei, id est, in Ecclesia Dei præsentent, in vrbe magna, id est, in Romana ciuitate, opera*

Diaboli, & fraude, ac deceptione comparatum. Hæc illi Similia sunt apud alios supra citatos.

RATIONES eorum hæc sunt. Prima, Paulus secundæ ad Thessalonicenses secundo dicit, iam suo tempore cœpisse in mundo versari Antichristum. Mysterium, inquit, iam operatur iniquitatis: & tamen ibidem dicit, Antichristum in fine mundi à Christo occidendum. Hinc ita concludit Beza in 2. Thessal. 2. *Manifeste sunt hallucinati, quicumque de vno quopiam homine putarunt hoc intelligi, nisi dent mihi quempiam, qui à Pauli seculo ad diem usque iudicij superstes maneat*. Similiter argumentatur Caluinus loco citato. Confirmatur hæc ratio ex Ioanne qui in epist. 1. cap. 4. dicit: *Omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & nunc iam in mundo est*.

SECUNDA ratio Beza est. Quoniam Daniel cap. 7. singularibus nominibus bestiarum, Vrsi, Leonis, Pardi, non intelligit singulares Reges, sed singula Regna, quorum vnum quodque multos Reges continet. Igitur eodem modo Paulus 2. Thessal. 2. qui mirè cum Daniele consentit, per hominem peccati, & filium perditionis non intelligit vnam singularem personam, sed quoddam quasi corpus multorum tyrannorum.

TERTIA ratio Caluini est, in caput secundum primæ Ioannis: vbi ait, delirare & spontè errare eos, qui vnum certum hominem futurum credunt Antichristum, cum Paulus 2. Thessal. 2. scripserit, Apostasiam venturam, & eius caput Antichristum futurum. siquidem Apostasia est generalis quædam defectio à fide, quæ quidem vnum corpus, & vnum regnum facit, & non est res paucorum annorum, vt sub vno Rege compleri possit.

HIS non obstantibus, veritas est, Antichristum fore vnum singularem hominem. Id quod probatur ex omnibus Scripturis, & Patribus, qui de Antichristo agunt. Scripturæ loca sunt quinque. Primus est in Euangelio Ioannis 5. *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepitis me: si alius venerit in nomine suo, illum recipietis*. Hæc verba de falsis Prophetis in generali, non de vno aliquo intelligi volunt Musculus, & Caluinus apud Marloratum in commentario huius loci: sed eorum explicatio cum antiquis Patribus, & cum ipso textu pugnat. Nam hæc verba dicta esse de vno Antichristo, testantur Chrysostomus & Cyrillus in hunc locum. Item Ambrosius in 2. Thessal. 2. Hieronymus in epistola ad Algasiam, quæstione 11. Augustinus Tractatu 29. in Ioannem: Irenæus lib. 5. contra hæreses Valentini. cap. 25. Theodoretus in Epitome diuinorum decretorum, capite de Antichristo, & alij.

PRÆTEREA hic Dominus opponit sibi alium hominem, hoc est, personam personam, non regnum regno, neque sectam sectæ, vt patet ex illis vocibus: *Ego, alius, in nomine meo, in nomine suo: me, illum recipietis*. Sicut ergo Christus vnus, & singularis homo fuit, ita & Antichristus vnus, & singularis homo erit.

DEINDE Christus hic dicit, Antichristum à Iudæis pro Messia recipiendum. Constat autem, Iudæos vnum certum, & singularem hominem expectare. Item omnes falsi Prophetæ venerunt in nomine alterius, non in nomine suo. Hieremias 14. *Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo, non nisi eos &c.* At hic Dominus loquitur de vno quodam, qui veniet in nomine suo, id est, qui non agnosceret Deum aliquem, sed extolleret se, vt Paulus ait, supra omne quod dicitur Deus.

DENIQUE, falsi Prophetæ permulti venerant ante Christi aduentum, permulti etiam postea venturi erant: non igitur Dominus dixisset: *Si alius venerit, sed multi veniunt, si de falsis Prophetis loqui voluisset*.

SECUNDVS locus est Pauli secundæ ad Thessalonicenses secundo: *Nisi venerit discipulo primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, &c.* Et infra: *Et tunc*

revela

reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesvs interficiet Spiritu oris sui. Hæc verba etiam aduersarij intelligunt de vero Antichristo: sed Apostolus loquitur de certa quadam & particulari persona, vt patet ex articulis Græcis: *ἀποκαλυφθῆναι τὸν ἀντιχριστὸν τὸν ἐμψυχόν, ὃς ἔσται ἐπιφανῆς. Et infra: καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἀντιχριστός: vt enim docet Epiphanius hæresi nona, quæ est Samaritanorum, articuli Græci contrahunt significationem ad vnam rem certam, ita vt ἀντιχριστός significet hominem in communi, at δ ἀντιχριστὸς hominem singularem. Et sanè mirum est, nullum aduersariorum, qui tamen iactant linguarum peritiam, hoc animaduertisse.*

TERTIVS est primæ Ioannis secundo, vbi sic legitur: *ἡδὲ ἔτι ὁ ἀντιχριστὸς ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντιχριστοὶ πολλοὶ γεννησάσθαι. vbi articulum præponit Antichristo propriè dicto: sine articulo verò effert nomen Antichristi communiter accepti: apertissimè indicans, Antichristum propriè dictum esse vnam personam certam, Antichristum communiter acceptum, non esse certam personam, sed in genere omnes hæreticos.*

QUARTVS est Danielis 7. 11. & 12. c. vbi loquitur de Antichristo, vt docet Hieronymus & Theodoretus in eū locum. Irenæus lib. 6. c. 25. & Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 23. & Caluinus, Magdeburgenses, & Beza, vbi supra. Ibi autem Antichristus non vocatur vnum regnum, sed vnus quidam Rex, qui ex decem Regibus, quos in mundo inueniet, tres omnino tollet è medio, & alios septem sibi subiicit.

ADDE quod Caluinus dicit, ad literam Danielem loqui de Antiocho illustri, & allegoricè de Antichristo, cuius figuram gerebat Antiochus, quod etiam docet Cyprianus libro de exhortatione martyrij, cap. 11. & Hieronymus in Danielis 11. & 12. cap. sed Antiochus illustris certa quadam & singularis persona fuit: Igitur & Antichristus certa quadam persona esse debet.

QVINTVS & vltimus locus est Apocalypsis decimotertio & decimosextimo quæ loca intelligi de Antichristo docet Irenæus lib. 5. cap. 26. & perspicuum est ex similitudine verborum Danielis & Ioannis. Vterque enim mentionem facit decem Regum qui erunt in terra quando veniet Antichristus, & vterque Antichristi regnum tribus annis cum medio duraturum prædicit, &c. Sicut ergo Daniel de vno certo Rege loquitur, ita & Ioannes in Apocalypsi.

IDEM probatur ex Patribus, qui communi consensu de Antichristo docent. Primò, cum fore instrumentum Diaboli electissimum, ita vt in vno inhabitet omnis plenitudo diabolica: malitæ corporaliter, sicut in homine Christo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Secundò, Antichristum non regnaturum, nisi tres annos cum medio: ac proinde docent, Antichristum vnum hominem tantum futurum.

VIDE Irenæum lib. 5. cap. 25. Cyrillum Hierosolymitanum catechesi 15. Chrysostomum in secundam ad Thessalonicenses secundo: Theodoretum in cap. 7. Danielis. Lactantium in Epitome diuinæ institutionis, c. 11. Ambrosium in c. 21. Luca: Hieronymum in caput 7. Danielis, & quæstione 11. ad Algasiam: Augustinum lib. 20. de ciuitate Dei, per multa capita, & in Psalmum 9. Gregorium lib. 32. moral. cap. 12. Damascenum lib. 4. cap. 28. & Hippolytum Martyrem in oratione de con summatione mundi.

AD Primum argumentum Bezae respondeo, tempore Apostolorum occultè grassari cœpisse Antichristum, non in sua persona, sed in suis præcurforibus. Sicut enim Christus venire cœpit ab origine mundi in Patriarchis & Prophetis, qui eum præcurrerant, & significabant, ita vt dici possit, à principio mundi cœpisse operari mysterium pietatis: & tamen in sua propria persona non venit, nisi quando carnem de B. MARIA

suscepit: ita Antichristus mox post Christum in caelum assumptum cœpit venire in suis præcurforibus, & mysterium operari iniquitatis, nimirum in hæreticis Ecclesiam persequentibus: ac præcipuè in Simone Mago, qui se Christum dicebat: & in Nerone, qui primus Ecclesiam oppugnare cœpit: & nihilominus in propria persona non venit, nisi in fine mundi. Itaque persecutio spiritualis Simonis Magi, & temporalis Neroni dicitur mysterium iniquitatis, quia signa erant & figuræ persecutionis Antichristi.

HANC esse veram loci Paulini explicationem, dupliciter probari potest. Primò, ex omnibus interpretibus eius loci. Omnes enim per mysterium iniquitatis apud Paulum intelligunt, vel Neronis persecutionem, vt Ambrosius & Chrysostomus in hunc locum, & Hieronymus quæstione vndecima ad Algasiam: vel hæreticos, qui clam decipiunt, vt Theodoretus & Sedulius in hunc locum, & Augustinus libro vicesimo de ciuitate Dei, capite decimo nono. Secundò, ratione desumpta ex confessione aduersariorum. Illi enim dicunt, Antichristum esse propriè sedem Romani Pontificis.

Si ergo Antichristus propriè dictus, natus est tempore Apostolorum, sequitur Petrum & Paulum fuisse propriè dictos Antichristos, licet occultos: & Neronem, vel Simonem Magum fuisse verum Christum. Constat enim tempore Apostolorum non fuisse Romæ alios Episcopos, quàm Petrum & Paulum. Diserte enim affirmat Irenæus libro tertio, capite tertio, à Petro & Paulo sedem Romanam fundatam, & primos in ea Episcopos sedisse. Quod idem omnes veteres docent, quos supra citauimus. Constat etiam, tam Simonem Magum, quàm Neronem cum Apostolis Petro & Paulo dimicasse.

QVOD si aduersariis non placet, Petrum & Paulum fuisse Antichristos, & Simonem & Neronem verum Christum, coguntur fateri, tempore Apostolorum non existisse Antichristum in se, sed solum in suo quodam typo. Ex quo consequentia BEZÆ, qua efficiebat, non posse Antichristum esse vnum hominem, nisi daremus vnum hominem, qui viueret à temporibus Apostolorum vsque ad finem mundi, ridicula esse ostenditur.

AD confirmationem dico, Ioannem loqui eo modo, quo loquitur Dominus de Helia, Matthæi 17. *Helias quidem venturus est, & restituet omnia, dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum*. id est, Helias in sua persona venturus est, sed iam Helias venit in simili, id est, in Ioanne Baptista.

AD secundum argumentum, negatur in primis, quòd semper Daniel per singulares bestias intelligit singula regna. Nam per vnam bestiam, interdum significat vnum regnum, vt capite septimo: vbi per Leonem intelligit regnum Assyriorum, per Vrsium, regnum Persarum, per Pardum regnum Græcorum, per aliam bestiam innominatam, regnum Romanorum: interdum vnum Regem, vt capite octavo, vbi per Arietem intelligit Darium Regem Persarum vltimum, per Hircum, Alexandrum Magnum.

DEINDE, negatur consequentia argumenti. Nam Paulus per *Hominem peccati*, non intelligit aliquam ex quatuor bestiis à Daniele descriptis, sed intelligit illud cornu paruulum, quod apud Danielem præualuit decem cornibus quartæ bestie, id est, vnum illum Regem, qui ex modico adeò creuit, vt omnes alios Reges sibi subiugauerit.

AD postremum argumentum respondeo multis modis, vt intelligatur quàm impudenter scripserit Caluinus, eos spontè errare, qui ex illo suo argumento non colligunt, Romanum Pontificem esse Antichristum. Primò, per Apostasiam rectissimè apud Paulum ipse Antichristus intelligi potest. Sic enim docent communi consensu Græci interpretes, Chrysostomus, Theodore-

tus, Theophylactus, & Oecumenius, & præterea sanctus Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 19. Dicitur autem Antichristus Apostasia, tum per Metonymiam, quia multis causis erit recedendi à Deo: tum etiam per excellentiam quandam, erit enim tam insignis Apostata, vt apostasia ipsa dici possit.

SECUNDO, per Apostasiam potest accipi defectio à Romano imperio, vt exponunt multi Latinorum, vt Ambrosius, Sedulius, & Primasius. Nam, vt in sequenti capite demonstrabimus, non antea veniet Antichristus, quam omnino intereat Romanorum imperium.

TERTIO, si admittamus, per Apostasiam intelligi defectionem à vera Christi fide & religione (vt Caluinus ostendit) non tamen propterea vllis angustiis constringimur. Nam non est necesse, vt Paulus loquatur de Apostasia multorum seculorum: potuit enim loqui de Apostasia quadam maxima & singulari, quæ solum erit in illo breuissimo tempore, quo Antichristus regnabit. Atque ita hunc locum intellectum fuisse à multis veteribus, scribit Augustinus loco notato, hoc est, vicissim de ciuitate Dei, capite decimo nono, qui probabiliter docebat, Antichristo appaente omnes omnino hæreticos occultos, seu fictos Christianos ad eum accessuros, & ex eo Apostasiam maximam, qualis antea non fuerat tunc futuram.

QUARTO, si concedamus Caluino, loqui diuum Paulum de Apostasia multorum seculorum, adhuc nihil ipse obtinebit. siquidem dicere poterimus, eam Apostasiam non necessariò ad vnum corpus, & Regnum Antichristi pertinere, nec postulare vnum caput, sed esse dispositionem ad regnum Antichristi, & in variis locis, sub variis regibus, variis occasionibus fieri, vt nunc cernimus, defecisse Africam ad Mahumerum, Asiæ magnam partem ad Nestorium & Eutychem, aliasque prouincias ad alias sectas.

QUINTO, ac postremo, si darentur Caluino, generalem Apostasiam à fide, & multis iam annis durantem, esse regnum Antichristi, non continuò sequeretur, Papam esse Antichristum. nam adhuc quæstio tractanda esset, quinam defecerint à fide & religione CHRISTI, nõsne an illi, id est, Catholici, an Lutherani. Nam etsi dicunt ipsi, nos esse qui defecimus, tamen nondum probant, nec ab vllò communi iudice id declaratum est.

ET sane multò facilius nos probare possumus, Lutheranos esse, qui defecerunt, quàm ipsi, Catholicos defecisse probant. Siquidem eos defecisse ab Ecclesia, in qua prius erant, ne ipsi quidem negant. Nam, vt cætera prætermittam, Erasmus Sarcerius in illud 2. Thesal. Tunc reuelabitur ille iniquus, ingenuè confitetur, omnes ferè prædecessores Lutheranorum, & se etiam aliquando Romano Pontifici paruisse.

ITaque defecerunt ipsi à prædecessorum suorum Ecclesia & religione, nos verò ab aliqua Ecclesia defecisse, nec hæcenus demonstrarunt, nec vnquam demonstrare poterunt. Cum igitur apud Paulum legunt, Nisi venerit discessio, seu apostasia, & reuelatus fuerit ille iniquus, &c. & se cogitant discessisse ab Ecclesia, in qua erant, nos autem in ipsdem semper institutis perseverare, mirum est, si nõ saltem metuant, ne de se ipsis Paulus sit loquutus.

EX hoc secundo capite habemus secundum argumentum, ad probandum Pontificem non esse Antichristum. si enim Antichristus vna tantum persona est, Pontifices autem multi fuerunt & erunt, eadem dignitate & potestate præditi, certè alibi quærendus est Antichristus, quàm in Romana sede.

CAPVT TERTIVM.

Ostenditur Antichristum nondum venisse.

VANTVM ad tertium, de tempore aduentus Antichristi, multæ fallæ suspiciones, multique errores exstiterunt, tam Catholicorum, quàm



hæreticorum. Sed cum hoc discrimine, quòd Catholici scientes, Antichristum non venturum, nisi in fine mundi, quæ est veritas: errauerunt tamen in eo quòd putauerunt, mundi finem propinquiorem esse, quàm reuera esset: hæretici autem in eo errant, quòd existimant, Antichristum venturum diu ante mundi finem, & iam re ipsa venisse. Dicamus igitur de vtroque errore.

IN primis, omnes veteres animaduertentes suorum temporum malitiam, suspicati sunt: tempora Antichristi imminere. Ita Thesalonicenses, tempore Apostolorum, putabant instare diem Domini, quos Apostolus corrigi, secundæ ad Thesalonicenses secundo. Item Cyprianus lib. 3. epistola prima, Imminente, inquit, Antichristo parat ad prælium miles, &c. Et lib. 4. epistola 6. Scire debetis, inquit, & pro certo credere ac tenere, pressura diem super caput esse cõpisse, & occasum seculi atque Antichristi tempus appropinquasse. Hieronymus epistola ad Ageruchiam de Monogamia, Qui tenebat de medio sit, & non intelligimus Antichristum appropinquare? Gregorius lib. 4. epistola 38. Omnia quæ prædicta sunt, sunt, Rex superbiae propè est. Et homilia prima in Euangelia, audacter pronunciat mundi finem instare. sed istæ suspiciones erant, non errores. Non enim sancti isti Patres certum tempus definire ausi sunt.

PORRO alij audaciùs certum tempus constituerunt. Iudas quidam, vt Hieronymus refert in libro de viris illustribus, anno Christi ccc. putauit. Antichristum venturum, & mundum finiendum, qui, vt patet, deceptus est.

RURSVM Lactantius lib. 7. cap. 25. diuini institutionum, Omnis, inquit, expectatio non amplius quàm ducentorum videtur annorum, &c. Vbi docet Antichristum fuisse venturum, & mundum finiendum ante annum ccc. à sua ætate. Ipse autem vixit temporibus Constantinianis, anno Christi ccc. itaque anno D. à Christo putauit fore mundi finem, sed ipse quoque, experientia teste, deceptus est.

REFERT beatus Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei, c. 53. aliorum errorem, qui dixerunt, mundum finiendum anno cccc. ab Ascensione Domini, & rursum aliorum, qui annum millesimum statuerunt, qui omnes decepti sunt: sicut etiam accidit Paganis, qui, teste eodem Augustino, ibidem, ex nescio quo responso diuino collegerant, Christianam religionem solum duraturam annis ccc. lxxv. Fuit etiam Episcopus quidam Florentinus circa annum Domini m. cv. qui asseruit, Antichristum tunc natum fuisse, proinde mundi finem instare. Qua de causa coactum est concilium Florentiæ Episcoporum ccc. xli. à Paschali II. Vide Chronica Matthæi Palmeri, & Platina in vita Paschalis II.

DENTQUE, fuit semper celebris opinio multorum asserentium, mundum duraturum sex millibus annorum, cum sex diebus Deus mundum creauerit, & mille anni apud Deum sit quasi dies vna. Ita Iustinus q. 71. ad Gentes. Irenæus lib. 5. cap. 28. Lactantius lib. 7. cap. 14. Hilarius in caput 17. Matth. Hieronymus in Psalmum 89. ad Cyprianum. Cui sententiæ concordat etiam Talmudistarum opinio, qui ex Helia propheta dicunt se vaticinium habere, quo asseratur, mundus sex millibus annorum duraturus.

HÆC sententia nondum potest per experientiam redargui. Nam secundum veram Chronologiam sunt elapsi à mundo condito anni plus minus quinque milia sexcenti. Vnde Ambrosius qui lib. 7. in Lucam cap. 2. hanc opinionem reicit asserens, tempore suo iam fuisse elapsos annos sex mille, apertè decipitur. Optima est moderatio D. Augustini, qui hanc sententiam probabilem putauit, & eam, vt probabilem, sequutus est lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 7. Neque hinc sequitur, nos scire tempus vltimæ diei. Dicimus enim, probabile esse, mundum non duraturum vltra sex millia annorum:

non autem dicimus id esse certum.

QUOTIRCA idem Augustinus acriter reprehendit eos, qui asserunt, certo aliquo tempore mundum finiendum, cum Dominus dixerit Actorum primo. Non esse nostrum scire tempora, & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Vide Augustinum in epist. 80. ad Hefych. in Psal. 80. & lib. 18. ciuit. Dei, cap. 33. Sed his ommissis, ad hæreticos veniamus.

HÆRETICI huius temporis cum omnes doceant Antichristum esse Rom. Pontificem, iamque apparuisse & in mundo versari, tamen inter se non consentiunt de tempore quo apparuit. Sunt enim sex eorum opiniones.

PRIMA Samozatenorum, qui in Hungaria & Transylvania degunt, qui in quodam libello quem inscribunt, Præmonitiones Christi & Apostolorum de abolendo vero Christo per Antichristum, docent Antichristum paulò post tempora Apostolorum apparuisse, nimirum quando cõceptum est prædicari, Christum esse Filium Dei æternum. Ipsi enim existimant, Christum esse purum hominem, & in Deo vnam tantum esse personam, & hanc fidem à Christo, & Apostolis prædicatam: sed paulò post mortem Apostolorum venisse Romanum Antichristum, & vero Christo puro homine abolito, introduxisse alium Christum æternum, & fecisse Deum trinum, & Christum binum.

HÆC opinio, præter argumenta, quæ infra afferemus contra omnes hæreticos, facillimè refutatur dupliciter: Primò, quia Antichristus, cum venerit, seipsum faciet Deum, non aliquem aliù, vt Apostolus ait 2. Thess. 2. Romanus autem Pontifex, vt ipsimet dicunt, non seipsum fecit Deum, sed Christum prædicauit, & ex puro homine Deum fecit. Secundo, quia ipsi dicunt mox post Christi & Apostolorum dormitionem extinctam fuisse penitus per Antichristum veram Christi fidem, & in toto mundo deinceps adoratum fuisse Christum Deum. At Christus prædixit, contra Ecclesiam suam non præualitura portas inferi. Matth. 16. & Angelus prædixit æternum fore Christi regnum, Luca 1. Et Dauid prædixit omnes Reges seruiuros Christo, Psal. 81. Quomodo ergo verum est in ipso initio nascentem Ecclesiam ab Antichristo esse deletam?

SECUNDA opinio est Illyrici, qui in Catalogo testium, docet, Antichristum venisse, quando cõcepit Romanum imperium inclinare ad ruinam. Constat autem, Romanum imperium inclinare cõpisse post annum decimum Honorij, quando Roma primùm capta est, id est, anno Domini cccc. xii. vt Blondus ostendit lib. 1. decadis primæ historiæ, & in inclinatione Romani imperij: sed hoc intelligere videtur Illyricus de conceptione, non de natiuitate Antichristi. Siquidem ipse idem cent. 6. cap. 1. in principio docet, Antichristum conceptum quodammodo initio anni cccc. Deinde animatum & formatum, atque nutritum in vtero matris circa annum quingentesimum, & postremò anno dc. vi. natum, quando videlicet Phocas concessit Pontifici Romano, vt caput diceretur totius Ecclesiæ. Idem centuria prima, lib. 2. cap. 4. col. 438. docet, Antichristum regnaturum & sæuiturum gladio spiritali annis m. cc. lxx. gladio autem temporali annis dc. lxxvi. & tunc finem mundi adfuturum.

PRIOREM numerum collegit ex Apocal. 11. cap. vbi dicitur, duraturum tempus Antichristi diebus m. cc. lxx. Vult enim Illyricus accipi diem pro anno. Posterio-rem numerum collegit ex Apocal. 13. vbi dicitur numerus bestia: esse dc. lxxvi.

POTEST refelli duobus modis hæc opinio. Sequitur enim primò, iam Antichristum non solum esse natum, sed etiam mortuum, & proinde mundi finem iam aduenisse. Nam Pontifex Romanus cõcepit gladium temporalem, id est, temporale dominium habere saltem ab

anno dc. xcix. Tunc enim Aripertus donauit Pontifici Romano Alpès Coctias, vbi nunc Genua est, & postea anno dcc. xiv. eam donationem confirmauit Luitprandus, vt scribit Ado Viennensis in Chronico horum annorum: Blondus lib. 10. decadis primæ: & idem fatentur Magdeburgenses, cent. 8. c. 10. col. 785. & Theodorus Sibliander, qui hoc anno 714. annotat, factam esse primam prouinciam Papisticam.

NON diu post, id est, anno dcc. lv. donauit Pipinus Romanis Pontificibus Exarchatum Rauennæ cum magna parte Italiæ, vt testantur Rheginus, Ado, Sigebertus, Blondus lib. 1. secundæ decadis: P. Æmylius, & ipsi etiam Centuriatores, cent. 8. cap. 10. col. 724. ac Theodorus Bibliander in Chronico.

SI igitur hoc anno dcc. lv. cõcepit regnum Antichristi, & durauit annis dc. lxxvi. Igitur finem accepit anno Christi m. cccc. xxi. Igitur sunt iam anni plusquam cl. ex quo obiit Antichristus. Quod si initium regni eius ponitur altius, id est, anno Domini dc. xcix. tunc finis ponendus erit anno m. ccc. lxxv. & erunt nunc plusquam cc. anni transacti post mortem Antichristi.

RESPONDEBUNT fortasse post annum dc. lxxvi. regni sui temporalis Antichristum non moriturum, sed tantum amissurum temporale dominium. Cum enim ipsi dicant, regnum spirituale Antichristi duraturum m. cc. lxx. annis, qui adhuc finiti non essent, & si cõpissent ab anno Christi dc. vi. consequenter dicere debent duraturum regnum Antichristi spirituale aliquanto tempore post deletum regnum eius temporale, sed certè est absurdum, & contra omnes auctores, & præterea saltem sequitur iam ante annos cc. debuisse Pontifices amittere temporale dominium, quod est contra experientiam.

SECUNDO, idem error potest refelli, quia sequitur ex hoc errore, nosse Centuriatores exactè, quando finietur mundus, quod tamen est contra verba Domini Act. 1. & Matt. 24. quod sequatur, patet: nam ipsi sciunt, Antichristum cõpisse regnare gladio spiritali anno dc. vi. sciunt etiam regnaturum tantum annis m. cc. lxx. & tunc statim venturum Dominum ad iudicium, vt ipsimet ex Paulo 2. Thess. 2. colligunt: Sciunt igitur iudicium extremum futurum anno Christi m. dccc. lxxvi. vel si hoc nesciunt, coguntur etiam nescire, an Antichristus venerit.

TERTIA opinio est Dauidis Chytraei, qui in commentario cap. 9. Apocalypsis cum Illyrico docet, Antichristum apparuisse circa annum Domini dc. & satis apertè significat, S. Gregorium fuisse I. Pontificem Antichristianum. Idem verò Chytraeus in comment. cap. 11. & 13. non assentitur Illyrico quantum ad tempus durationis Antichristi, sed prudenter monet, non esse id temerè definiendum. Probat verò tribus rationibus, Antichristum apparuisse anno dc.

PRIMO, quia eo tempore Gregorius stabilivit inuocationem Sanctorum, & Missas pro defunctis. Secundo, quia anno dc. vi. Papa Romanus Bonifacius III. impetrauit à Phoca titulum Episcopi vniuersalis. Addit tertiam rationem in com. c. 13. quia hoc tempus planè, & perspicuè congruit cum numero nominis Antichristi, quod continet 666. vt in Apoc. cap. 13. habetur.

ADDEIT ibidem Chytraeus, ex hoc eodem numero nominis Antichristi colligi tempus, quo confirmatum fuit à Pipino Antichristi regnum. Nam tot ferè anni sunt ab anno xcviij. quo Ioannes scripsit Apocalypsim vsque ad Pipinum, nimirum dc. lxxvi. Item colligi tempus, quo primùm à Ioanne Hus fuit Papa Romanus detectus, & declaratus Antichristus. Sunt enim ferè anni dc. lxxvi. à Pipino ad Ioannem Hus.

HÆC sententia facillè refelli potest: nititur enim solis mendacijs. Nam in primis non fuit Gregorius primus,

qui Sanctos inuocare, & Missas pro defunctis offerre docuit. Docuerunt idipsum omnes veteres, vt nos alibi demonstrauimus. Nunc vnus Ambrosius sufficit, qui c. c. annis Gregorium praecessit, in lib. de viduis: *Observandi*, inquit Ambrosius, *int. Angeli, Marjres obscurandi*. Et lib. 2. epist. 8. ad Faustum de obitu sororis. *Itaque*, inquit, *non tam deplorandam, quam profuquendam orationibus reor, nec maestificandam lacrymis tuis, sed oblationibus animam eius Deo commendandam*. Denique Phocas non titulum vniuersalis, Papae tribuit, sed eum caput Ecclesiarum appellauit. Sed hoc idem multo antea fecerat Iustinianus in epist. ad Ioannem II. & antea etiam Concilium Chalcedonen. in epist. ad Leonem. Sine causa igitur tempore Phocae ponitur aduentus Antichristi.

Q V O D vero addit Chytraeus de numero DCLXVI. omnino ineptum est, quia non congruit praecise numerus ille cum temporibus, quibus vult Chytraeus Antichristum apparuisse, vel confirmatum, vel declaratum esse. Nam a Christo ad Phocae sanctionem, sunt anni DC. VII. non DCLXVI. ab Apocalypsi reuelata sunt ad Pipinum anni DC. LVIII. a Pipino ad Ioannem Hus sunt, vt ipse dicit, anni DC. XL. At certe Ioannes in Apocalypsi praecisum numerum notauit, cum etiam minutias addiderit.

A D D E quod Ioan. Hus non declarauit primus Papam esse Antichristum, id enim antea fecerat VViclef. immod nec vnquam dixit Ioan. Hus, Papam esse Antichristum. Nam in art. 19. Constantiae damnato dicit, Clericos per auaritiam suam parare viam Antichristo. Denique Lutherani omnes gloriantur, a Luthero Antichristum esse detectum.

Q V A R T A opinio est Lutheri in supputatione temporum, qui duos aduentus Antichristi ponit: Vnum, cum gladio spiritali, post annum Domini DC. quando videlicet Phocas Pontificem Romanum, caput omnium Ecclesiarum vocauit. Vbi etiam dicit Gregorium fuisse vltimum Pontificem Romanum. Alterum, cum gladio temporalis, post annum Domini millesimum. Idem prorsus docet Bibliander in Chronico tabula II. & 13.

I T A Q V E in primo aduentu conueniunt Lutherus, & Bibliander cum Centuriatoribus, & Chytraeo, eo excepto, quod Lutherus, & Bibliander dicunt Gregorium fuisse sanctum, & bonum Pontificem: Centuriatores autem cen. 6. cap. 1. col. 2. & Chytraeus dicunt, Gregorium pra omnibus operam introducendo Antichristo, & proinde pessimum fuisse: quae est blasphemiam horrendissima. In secundo aduentu dissidet aperte Lutherus, & Centuriatores.

H A E C opinio praeter argumenta communia, quae postea fient, facile refellitur. Nam omnino sine ratione Lutherus ponit aduentum Antichristi anno DC. & anno millesimo. ac de anno quidem sexcentesimo iam diximus in refutatione Chytraei: de anno millesimo facile probari potest. Nam ideo Lutherus ponit eo tempore initium regni temporalis Antichristi, quia tunc Papa Gregorius VII. deposuit Imperatorem Henricum IV. & temporaliter dominabatur, & bella gerebat. At quia haec omnia etiam antea fiebant: nam Gregorius II. excommunicauit Leonem Imperatorem, eumque priuauit regno Italiae anno DC. XV. testibus Cedreno, & Zonara in vita eiusdem Leonis. Dominium autem temporale iam ostendimus ab anno DC. id est, trecentis annis ante annum millesimum habuisse Romanos Pontifices.

D E N I Q V E testantur Magdeburgenses cent. 8. cap. 10. Stephanum III. bella gessisse circa annum Domini DC. L. & idem dici potest fecisse Adrianum I. & alios eorum successores. Item circa annum DC. L. Leonem IV. virum sanctum, & miraculis illustrem bellum gessisse contra Saracenos, & insignem victoriam reportasse, & urbem Romanam muribus, & propugnaculis muni-

uisse: necnon montem Vaticanum muro cinxisse, qui inde ab eius nomine ciuitas Leonina appellatus est, scribunt omnes fere Historici eius temporis, & ipsi etiam Magdeburgenses cent. 9. cap. 10.

Q V I N T A opinio est Henrici Bullingeri, qui praefatione in homilias suas ad Apocalypsim scribit Antichristum apparuisse anno Domini DC. LXXXIII. quae opinio dissidet ab omnibus superioribus, & inde facile refelli potest, quod ninitur debilissimo fundamento. Docet enim Bullingerus, in Apocalypsi capite 13. vbi ponitur numerus nominis Bestiae 666. significari eo numero tempus aduentus Antichristi, id est, quot annis post Apocalypsim scriptam Antichristus venturus esset.

E T quoniam constat ex Irenaeo lib. 5. Apocalypsim scriptam circa finem imperij Domitiani, id est, circa annum Domini XCVII. colligit ipse Antichristum venturum fuisse anno DC. LXXXIII. Tot enim sunt si addantur 666. ad 97.

H V C referri potest opinio quorundam Catholicorum, qui, vt refert Iodocus Clithouaeus in commentariis ad cap. 28. lib. 4. de fide Ioannis Damasceni, existimant Antichristum proprie dictum fuisse Mahumetum, quia venit circa annum DC. LXXVI. prout Ioannes praedixerat. At haec ratio nihil valet. Nam imprimis Magdeburgenses reclamant, & contendunt, numerum illum ex Apocalypsi, non significare tempus natiuitatis Antichristi, sed tempus mortis, Ioannes autem Euangelista cap. 13. Apocalypsis, eam Illyrici quam Bullingeri commentum reicit, seipsum enim explicans dicit, illum numerum non esse numerum temporis, sed numerum nominis Antichristi, id est, Antichristum habiturum nomen, cuius literae Graecae efficiunt numerum 666. vt Irenaeus lib. 5. cap. 30. & omnes alij exponunt.

P R A E T E R E A isto anno DC. LXXXIII. nulla mutatio facta legitur in Romanis Pontificibus, Mahumetus etiam non venit: nam natus ex anno Domini D. XCVII. Coepit se Prophetam dicere anno Domini DC. XXXIII. Deinde obiit anno Domini DC. XXXVII. teste Palmerio in Chronico. Itaque non peruenit ad annum DC. LXXVI.

S E X T A opinio est VVolfangi Musculi, qui in Locis, titulo de Ecclesia, cap. 12. affirmat Antichristum venisse paulo post tempora Beati Bernardi, id est, circa annum M. CC. & probat, quia D. Bernardus sermone 6. in Psalm. 90. enumeratis multis vitiis hominum, & praecipue Ecclesiasticorum, & grauissimis Ecclesiae persequutionibus, subiungit: *Superest vt reueletur homo peccati*.

A T haec etiam opinio nullo negotio refellitur. nam B. Bernardus suspicabatur ex malis quae videbat, Antichristum prope esse, sicut etiam diximus suspicatos suis temporibus Cyprianum, Hieronymum, Gregorium: & sicut illorum, ita & Bernardi suspicio falsa fuit. Praeterea fuerunt Pontifices sine comparatione vlla peiores ab anno DC. CC. ad millesimum, quam a M. CC. ad M. CC. Si ergo illi non fuerunt Antichristi, quare isti erunt?

C A P V T IIII.

Explicatur prima demonstratio, quod nondum venerit Antichristus.

E S T igitur vera sententia, nondum regnare coepisse, neque venisse, sed venturum, & regnaturum circa mundi finem, qui quantum adhuc absit, nullo modo sciri potest. Haec sententia, quae destruit omnes superiores, & clare ostendit Romanos Pontifices non esse Antichristos, demonstratur sex rationibus.

S C I E N D V M est enim Spiritum sanctum in diuinis literis sex signa certa aduentus Antichristi nobis dedisse: Duo praecedentia ipsum Antichristum, nempe praedicationem Euangelij in toto mundo, & Imperij Romani

desola

desolationem: Duo comitantia, videlicet, praedicationem Henoch & Heliiae, & persequutionem maximam & notissimam, ita vt publica sacra omnino cessent. Duo sequentia, nimirum interitum Antichristi post tres annos cum medio, & finem mundi, quorum nullum adhuc videmus existere.

P R I M A ergo demonstratio sumitur ex primo signo, antecedente Antichristum. Scripturae testantur in toto mundo praedicationem Euangelium, antequam veniet vltima persequutio, quae excitabitur ab Antichristo, Matthaei 24. *Praedicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus Gentibus*. Quod autem hoc sit futurum ante aduentum Antichristi, probari posset ea ratione, quia tempore Antichristi crudelitas persequutionis illius nouissima, impedit omnia publica exercitia verae religionis.

S E C U N D O quia hanc rationem aduersarij non admittunt, nec est tempus nunc eam deducendi ex suis principiis, probemus idipsum ex testimoniis Patrum. Hilarius igitur canone 25. in Matth. exponens illa verba, *Praedicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio*, aperte docet, non venturum Antichristum, quem abominationem desolationis appellat, nisi praedat Euangelij praedicatione in toto orbe.

I D E M docent disertis verbis Cyrillus Catechesi 15. Theodor. in 2. Thess. 2. Damascen. lib. 4. cap. 28. & alij, & praeterea idem colligitur ex textu; Nam dicitur praedicationem Euangelium, antequam veniat illa maxima & nouissima tribulatio, qualis nec antea fuit, neque postea erit. Qua tribulatione significari Antichristi persequutionem, docent Patres, & praecipue Augustinus lib. 20. ciuit. cap. 8. & 19.

Q V O D autem Euangelium non fuerit praedicationem in toto orbe terrarum, eo tempore, quo dicunt noui Samaritani venisse Antichristum, id est, circa annum Domini CC. vel CCC. patet ex Origene, qui hom. 28. in Matthaeum asserit, tempore suo non fuisse adhuc vbiq; praedicationem Euangelium. Item ex Rufino, qui lib. 10. hist. c. 9. testatur tempore Constantini Imperatoris, id est, post annum Domini CC. Indis vltioribus praedicationem fuisse Euangelium, cum antea nunquam illi de Christo quidquam audiissent.

D E N I Q V E ex Augustino, qui in epist. 80. dicit experientia certissima fere comperisse suo tempore adhuc fuisse multas Gentes, quae nihil de Christo audierant. Quod autem neque completa fuit praedicatione Euangelij circa annum DC. vel DC. quibus temporibus ponunt aduentum Antichristi Centuriatores, Chytraeus, Lutherus, & Bullingerus, patet ex conuersione VVandalorum, Polonorum, Morauorum, & similium, quos constat non audiuisse praedicationem Euangelij, nisi post annum Christi DC. CC. vt etiam Centuriatores fatentur, cent. 9. c. 2. col. 15. & 18. & cent. 10. c. 2. col. 18. & 19.

I T E M, quod non fuerit completa praedicatione tempore D. Bernardi, quo tempore ponit aduentum Antichristi VVolfangus Musculus, patet ex ipso Bernardo, lib. 3. de consideratione, vbi asserit, adhuc suo tempore fuisse Gentes, quae non audierant Euangelium.

D E N I Q V E, quod etiam nostro tempore non sit praedicationem Euangelium in toto mundo, experientia docet. Inuentae sunt enim in Oriente & Occidente regiones vastissimae, in quibus nulla extat memoria Euangelij. Neque dici potest fuisse ibi fidem, sed postea esse extinctam. Nam saltem aliqua vestigia remanerent, vel ibi, vel in Scripturis veterum. Praeterea scimus, vbi praedicaerunt omnes Apostoli, fuisse loca multis nota, nec dicam omnibus: at nouus orbis terrae nunc inuentus, non fuit cognitus ab Apostolorum temporibus, nisi paulo ante nostram aetatem.

C O N T R A hanc demonstrationem vna tantum ob-

iectione fieri potest, quia nimirum fortasse Scripturae, quae dicunt Euangelium in toto orbe praedicationem, non loquuntur de toto orbe simpliciter, sed per figuram intellectionis accipiunt totum pro parte, sicut Lucae 2. cum dicitur: *Exiit edictum a Caesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis*. Alioquin falsum erit, quod Paulus dicit Rom. 10. iam tunc tempore suo: *In omnem terram exiisse sonum Apostolorum*. Et quod ait Coloss. 1. *A spe Euangelij quod peruenit vsque ad vos, sicut & in toto mundo est, fructificans & crescens*. Et infra: *Quod praedicationem est, inquit, in vniuersa creatura quae sub caelo est*.

R E S P O N D E O, sine dubio, non per figuram, sed proprie & simpliciter in toto mundo, id est, in omni Gente praedicationem debere Euangelium, & Ecclesias constitui: Nam in primis id expresse docet Augustinus epist. 80. ad Helychium, & idem sentiunt alij Patres citati, & praeterea Origenes & Hieronymus, & alij in cap. 24. Matthaei.

D E I N D E, tribus rationibus id probari potest, primo, Christus ait, praedicationem in vniuerso mundo esse signum consummationis seculi. Sic enim subiungit: *Et tunc veniet consummatio*. At si non proprie, sed per synecdochem deberet praedicationem Euangelium in toto mundo, nihil valeret illud signum. Nam eo modo primis XX. annis fuit praedicationem Euangelium ab Apostolis in toto mundo.

S E C U N D O, vt Augustinus ratiocinatur, proprie omnes Gentes sunt Christo promissae, Psalm. 71. *Omnes Gentes seruient ei*. Et Christus generaliter pro omnibus mortuus est, & ideo in Apoc. cap. 7. describuntur electi ex omnibus Gentibus, & populis, & tribubus, & linguis: igitur etiam praedicationem proprie debet esse generalis.

D E N I Q V E, Matth. 24. dicitur praedicationem Euangelium in toto mundo, *in testimonium omnibus Gentibus*, id est, ne vlla Gens in die iudicij possit excusare infidelitatem suam praetextu ignorantiae: igitur ante generale iudicium, generalis praedicationem debet praecedere.

A D loca illa Pauli respondet Augustinus in epist. 80. ac dicit Paulum, cum ait Rom. 10. *In omnem terram exiit sonus eorum*, accepisse praetextum pro futuro, sicut fecerat David, cuius illa verba sunt. Cum autem ait Col. 1. *Euangelium esse in toto mundo*, non voluisse dicere esse actu, sed virtute: quia nimirum iactum fuerat per Apostolos semen verbi diuini in mundum, quod paulatim fructificando & crescendo, totum mundum repleretur erat: quomodo aliquis, qui ignem supposuisset diuersis partibus ciuitatis, verum diceretur totam illam urbem incendisse, quia ignem applicuerat, qui paulatim crescendo, totam urbem absumpturus erat, & hoc idem Apostolus indicat, cum ait: *In toto mundo est fructificans & crescens*. Non enim mundum totum plane occupauerat, cum adhuc propagaretur, & tamen suo quodam modo occupauerat, id est, virtute, non actu.

P O S S E T etiam responderi cum Hieronymo in caput 20. Matth. & B. Thom. in c. 10. ad Romanos, duobus modis peruenisse Euangelium ad omnes Gentes, vno modo per famam, alio modo per proprios praedicationes, & Ecclesiarum foundationem. Et quidem primo modo peruenisse Euangelium ad omnes Gentes totius mundi, tunc noti, tempore Apostolorum, & de hoc loqui Paulus: quomodo etiam debet intelligi Chrysof. in c. 24. Matthaei. Secundo modo non peruenisse tunc, sed peruenturum suo tempore, & de hoc loqui Dominum Matth. 24. Luc. vlt. & Actor. 1.

A D D E vltimo, non esse absurdum, si concedamus Dominum proprie, Apostolum figurate esse loquutum. Rationes enim quibus cogimur Domini verba in propria significatione accipere, non eandem vim habent, si accommodentur ad verba beati Pauli, praesertim cum Dominus de re futura, Paulus de praeterita sit loquutus.

D d 4

CAPVT V.

Explicatur secunda demonstratio.

SECUNDA demonstratio sumitur ex altero signo antecedente tempora Antichristi, quod erit Desolatio omnimoda Romani Imperij. Sciendum est enim Romanum Imperium tandem diuidendum in decem Reges, quorum nullus erit vel dicetur Rex Romanorum, et si omnes occupabunt prouincias aliquas Romani Imperij, sicut modo Rex Gallie, Rex Hispanie, Regina Anglie, & forte alij alij tenent partes Romani Imperij, & tamen non sunt Romani Reges vel Imperatores: donec autem hoc non fit, non potest Antichristus venire.

PROBAT hoc Irenaeus lib. 5. cap. 26. ex Daniele cap. 2. & 7. & ex Apoc. cap. 17. Nam cap. 2. Danielis describitur successio principum regnorum usque ad finem mundi, per statuas quendam, cuius caput aureum significat primum regnum, id est, Assyriorum. Pectus argenteum, est regnum secundum, id est, Persarum. Venter aeneus, regnum tertium, id est, Graecorum. Tibia ferrea, regnum quartum, id est, Romanorum. Quod longissimo tempore fuit bipertitum, sicut tibiae duae sunt & longissimae. Porro ex duabus tibiis oriebantur decem digiti, & in eis tota illa statua definebat, quia videlicet Romanum Imperium tandem in decem Reges diuidendum erat, quorum nullus erit Rex Romanorum, sicut nullus digitus est tibia.

IAM vero cap. 7. clarissime Daniel per quatuor bestias eadem quatuor regna designat, & addit, ex vltima bestia proditura decem cornua, quae decem vltimos reges significant, qui orientur quidem ex Romano Imperio, sed non erunt Romani Imperatores, sicut cornua ipsa oriuntur ex bestia, sed bestia ipsa non sunt.

DENIQUE Iohannes cap. 17. Apocalypsis describit bestiam cum septem capitibus & decem cornibus, super quam mulier quaedam sedebat, & explicat mulierem esse urbem magnam, quae sedet super septem colles, id est, Romam: septem capita esse septem illos montes, & etiam septem Reges, quo numero intelliguntur omnes Romani Imperatores. Decem cornua dicit esse decem Reges, qui vno tempore simul regnabunt, & ne putemus hos fore Romanos Reges, addit, quod hi Reges odio habebunt fornicariam, & desolatam faciem, quia ita inter se diuident Romanum Imperium, vt illud penitus destruant.

DEINDE, idem probatur ex Paulo 2. Thess. 2. vbi dicit: Et nunc quid debeat scitis, vt reueletur in suo tempore, tantum vt qui nunc tenet teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, &c. Vbi Paulus non ausus aperte scribere de euerfione Romani Imperij, quod tamen aperte illis coram explicauerat, sic loquitur, & sensus est, scitis, quid impediatur aduentum Antichristi. Dixi enim vobis Romanum Imperium impedire, quia non sunt adhuc impleta eius peccata, & non ante veniet Antichristus, qui hoc Imperium propter sua peccata tollat e medio. Ideo qui nunc tenet Romanum Imperium, teneat, id est, regnet, donec de medio fiat, id est, aboleatur, & tunc reuelabitur ille iniquus.

ITA exponunt Graeci Patres & Latini. Cyrillus Catechesi 17. de hoc loco disputans: Veniet, inquit, praedictus Antichristus, cum impleta fuerint tempora Romani Imperij. Chrysostomus in hunc locum: Quando, inquit, e medio sublatum fuerit Imperium Romanum, tunc veniet Antichristus. Similia habent Theophylactus & Oecumenius.

EX Latinis Tertullianus in apolog. & cap. 32. dicit Christianos orare pro diuturnitate Romani imperij, quod sciant illo Imperio euerfo, imminere orbi summam calamitatem: & Lactantius lib. 7. cap. 15. explicans ea quae praecedent Antichristum & mundi finem: Ro-

manum, inquit, nomen quo nunc regitur orbis (horret animus dicere, sed dicam quia futurum est) tollitur de terra. & imperium in Asiam reuertetur, ac rursus Oriens dominabitur, atque Occidens seruet. Ambrosius in 2. Thess. 2. post defectum & abolitionem Romani regni venturum dicit Antichristum.

HERONYMVS quaest. 11. ad Algasiam, eundem locum Pauli enarrans: Nisi venerit, inquit, discessio primum, vt omnes Gentes, quae Romano Imperio subiacent, recedant ab eis, & nisi fuerit Romanum Imperium antea desolatum, & Antichristus praecesserit, Christus non veniet, tantum vt Romanum Imperium, quod nunc vniuersas Gentes tenet, recedat, & e medio fiat, & tunc Antichristus veniet. Denique Augustinus lib. 20. ciuit. Dei cap. 19. sic eundem locum exponit: Tantum qui modò imperat, imperet, donec de medio fiat, id est, de medio tollatur, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem significare Antichristum nullus ambigit.

QUOD autem hoc signum non sit impletum illis temporibus, quibus Transyluani Antichristi dicunt venisse Antichristum, id est, circa annum 600. patet, quia tunc maximè florebat Romanum Imperium, & diu postea floruit.

QUOD etiam non sit impletum vnquam haecenus, patet, quia adhuc manet successio, & nomen Imperatorum Romanorum, & mirabili prouidentia Dei, quando defecit Imperium in Occidente, quod erat altera tiliarum statuae Danielis, mansit incolome Imperium in Oriente, quod erat altera tibia. Quia vero Imperium Orientis destruentum erat per Turcas, vt nunc factum videmus, iterum Deus erexit in Occidente priorem tibiā, id est, Imperium Occidentale, per Carolum Magnum, quod Imperium adhuc durat.

NEQUE obstat, quod Roma ipsa iuxta Ioannis vaticinium quodammodo ceciderit, & Imperium amiserit. Nam Imperium Romanum sine vrbe Roma bene consistere potest, & dici Romanus Imperator, qui Roma carer, modò succedat alteri Romano Imperatori in eadem dignitate & potestate, siue plures, siue pauciores prouincias sub Imperio suo habeat. Alioqui nec Valens, nec Arcadius, nec Theodosius iunior, nec alij eorum successores, vsque ad Iustinianum, qui omnes Roma caruerunt, Romani Imperatores dici potuissent. Nec etiam Carolus Magnus, & successores, qui etiam vrbe Romana potiti non sunt, vnquam fuissent Imperatores, quod falsum esse ex duobus patet.

PRIMUM, quia haec sola de causa Imperator, qui nunc est, praecedit omnes Christianos Reges, etiam se alioqui maiores, & potentiores. Deinde, quia constat, consentientibus Romanis, Carolum Imperatorem creatum, teste Paulo Diacono, lib. 23. rerum Romanarum, & ab ipso Graeco Imperatore, per legatos Imperatorem salutatum, teste Adone in Chronico anni 1000. x. & à Persis atque Arabibus, vt Imperatorem muneribus ornatum, teste Othone Frisingensi, lib. 5. cap. 31.

DENIQUE, Lutherani gloriantur se tres Principes habere electores Romani Imperatoris. Proinde negare non possunt, quin adhuc Romanum Imperium duret.

RECTE igitur Orosius lib. 2. c. 4. comparans Babylonicum Imperium cum Romano, dicit Deum longè mitius egisse cum Romanis quam cum Babyloniis. Nam post annos 500. ex quo Babylon condita erat, vno die capta est Babylon caput Imperij, necatus est Imperator, & Imperium desolatum destructumque est. At post annos totidem, id est, 500. ex quo cepit esse Roma, capta est Roma à Gothis, sed incolum Imperatore Honorio, qui tunc rebus praerat, & saluo Imperio Romano.

HINC apparet deceptio aduersariorum. Illi enim putabant sufficere inclinationem Romani Imperij ad

Anti

Antichristi aduentum: sed Paulus, Iohannes, & Daniel, & Patres, Irenaeus, Cyrillus, Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, Tertullianus, Lactantius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, non inclinationem, sed desolationem dicunt necessariam.

SED obiciunt Lutherus, Illyricus, & Chytræus, hanc demonstrationem pro se maximè facere. nam praedictum erat à Ioanne in Apocalypsi cap. 13. Bestiam, quae Romanum Imperium significabat, vulnerandam ad mortem, & ab Antichristo iterum sanandam, quod sanè tunc factum est cum Papa Imperium Occidentale, quod iam ferè perierat, iterum instaurauit, collato in Carolum Magnum titulo, ac dignitate Imperatoris: igitur ex hac ipsa translatione seu instaurazione Imperij manifestè colligitur, Papam Romanum verè esse Antichristum. Vide Illyricum in libro contra Primum Papam & cent. 8. cap. 10. col. 751. & Chytræum in cap. 13. Apocalypsis.

CONFIRMAT hoc argumentum Illyricus ex Ambrosio, qui explicans verba B. Pauli 2. Thess. 2. dicit Antichristum redditurum Romanis libertatem, sed sub suo nomine: quod Papa videtur fecisse, cum Imperatorem Romanis creauit, qui tamen à se dependeret.

RESPONDEO, apud Ioannem nusquam legimus ab Antichristo sanandam bestiam, quae Romanum Imperium significabat; sed hoc legimus: vnus ex capitibus bestiae moriturum, & paulò post iterum resurrecturum, opera Draconis, id est, Diaboli, id quod omnes ferè veteres exponunt de ipso Antichristo, qui fingit se mortuum, & arte diabolica iterum se ipse excitabit, vt imitetur veram Christi mortem & resurrectionem, & eo modo plurimos seducet.

ITA exponit B. Gregorius lib. 11. epist. 3. necnon Primateus, Beda, Haymo, Anselmus, Richardus, & Rupertus in cap. 13. Apocalypsis. Et textus ipse cogit planè, vt per illud caput Bestiae, quod mortuum erat & reuixit, non intelligamus Carolum Magnum, sed Antichristum, siquidem illud caput, vt Iohannes scribit, potestatem habuit solùm mensibus quadraginta duobus, & blasphemabat Deum, & eos qui in caelo habitant, & imperauit in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt illum omnes, qui habitant in terra, quarum rerum nullam vidimus, nec legimus in Carolo Magno, aut in aliquo successorum eius. Regnavit enim Carolus diutius, quam mensibus quadraginta duobus, nec Deum & Sanctos blasphemabat, sed eos potius mirificè coluit, & pietatem eius multi successorum eius imitati sunt.

DENIQUE, nec ipse Carolus, nec vllus successorum eius in omnem tribum, populum, linguam, & gentem Imperium habuit, vt omnibus notum est. Porro sanctus Ambrosius, non ait nouum Romanum Imperatorem ab Antichristo creandum fuisse, quod Papa fecit, sed euerfo Romano Imperio libertatem Romanis restituendam, quod Papa fecisse non legitur.

CAPVT VI.

Explicatur tertia demonstratio.

TERCIA demonstratio sumitur ex aduentu Henoch & Heliae, qui adhuc viuunt, & ad hoc viuunt, vt venient Antichristo se opponant, & conferuent electos in fide Christi, & tandem Iudaeos conuertant, quod tamen certum est nondum esse impletum. Quatuor Scripturae exstant de hac re. Prima, Malachiae 4. Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & conuertet corda Patrum ad filios, & corda filiorum ad Patres eorum. Secunda, Eccles. 48. vbi de Helia legitur: Qui receptus es in turbine ignis, in turbine equorum igneorum. Qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & re-

stitueret tribus Iacob. Et cap. 44. Henoch placuit Deo, & translatus est in paradysum, vt det Gentibus penitentiam. Tertia, Matth. 17. Helias quidem venurus est, & restituet omnia. Quarta, Apoc. 11. Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus 1260. M. C. C. L. X.

HAC omnia loca profert etiam Theodorus Bibliander in suo Chronico tab. 14. sed ait, per Henoch & Heliam intelligi omnes ministros fideles, quos Deus excitat tempore Antichristi, qualis nimirum fuit Lutherus, Zuuinglius, & ceteri, & tandem concludit: Quare, inquit, puerilis imaginatio est, vel Iudaicum somnium, expectare vel Heliam, vel Henoch, vt personas suis proprietatibus singularibus definitas. Et idem docet Chytræus in comment. ad hunc locum Apocalypsis. Et probant; quia quae dicuntur de Helia à Malachia, Dominus docuit intelligi de Ioanne, Matth. 11. Ipse est Helias qui venturus est. Et Hieronymus in caput 4. Malach. exponit de omni choro Prophetarum, id est, de doctrina omnium Prophetarum.

NOBIS vero non puerilis imaginatio, sed verissima sententia videtur, Henoch & Heliam in suis personis venturos, & contrarium, vel esse haesim, vel errorem haeresi proximum; probatur, primò ex illis Scripturis quatuor. Nam quod verba Malachiae non possunt intelligi de quibuscunque doctoribus, vt de Lutero, Zuuinglio, & similibus, patet: nam Malachias dicit ab Helia conuertendos esse Iudaeos, & propter Iudaeos praecipuè mittendum, vt patet ex illo: Mittam vobis, & Ecclesiastico: Restituere tribus Iacob, at Lutherus & Zuuinglius nullum Iudaeorum conuertentur.

QUOD etiam non possint intelligi de Ioanne Baptista ad litteram, sed solum de Helia, patet, quia Malachias loquitur de secundo aduentu Domini, qui erit ad iudicandum. Sic enim ait: Antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Primus enim aduentus non vocatur dies magnus & horribilis, sed tempus acceptabile, & dies salutis. Vnde etiam subditur: Ne forte veniens seriam terram anathemate, id est, ne veniens ad iudicium, & inueniens omnes iniquos, omnem terram condemnem, ideò mittam Heliam, vt habeam aliquos, quos saluemi: at in primo aduentu Dominus non venit iudicare, sed iudicari, nec perdere, sed saluare.

AD verba Domini Matth. 11. paulò post respondetur. Ad Hieronymum dico, cum, etiam in commentario Malachiae non putauit Malachiam loqui de vero Helia, tamen in commentario Matth. 11. & 17. contrarium sentire & docere. Denique, hanc esse communem fidelium interpretationem, testatur August. lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 29.

QUOD etiam Ecclesiasticus loquitur de personis ipsis Henoch, & Helia, non de aliquibus alijs, probatur. Nam Ecclesiasticus dicit illum Henoch venturum, vt det Gentibus penitentiam, qui translatus est in paradysum, & illum Heliam venturum ad restituendas tribus Israel, qui in curru equorum igneorum raptus fuerat. Quae certè non conueniunt, nisi illis particulibus personis.

QUO loco non possum satis mirari, quid Episcopo Iansenio in mentem venit, vt exponens hunc locum scriberet, etiam si opinio sit omnium veterum Heliam venturum, tamen non conuinci ex hoc loco; dici enim posse, Ecclesiasticum id scripsisse secundum receptam suo tempore opinionem, qua creditum fuit ex verbis Malachiae, Heliam verè in sua persona venturum ante Messiam, cum id non esset implendum in propria eius persona, sed in eo qui venturus erat in spiritu, & virtute Heliae. Si enim ita est, vt Iansenius dicit, sequitur Ecclesiasticum errasse, & falsa scripsisse. Sed, ni fallor, Iansenius mutauit opinionem; nam scribens in caput decimum septimum Matth. docet locum Malachiae non posse intelligi ad litteram, nisi de vero Helia, quod

idem

idem cogitur dicere de loco Ecclesiastici, qui sine dubio Malachiam exponit.

IAM quod verba Domini Matth. 17. intelligantur de vero Helia, non de Ioanne, planum est, quia Ioannes iam venerat, & absoluerat cursum suum, & tamen Dominus ait, *Helias venturus est*. Quod verò non intelligatur de omnibus Doctoribus, sed de vno vero Helia, probari potest. Primò, quia Apostoli, qui mouerunt questionem de Helia, fuerunt Petrus, Iacobus & Ioannes, & occasionem acceperunt ex transfiguratione Domini, vbi Moysen & Heliam viderunt. Itaque cum interrogabant: *Quid ergo Scriba dicunt, quia Heliam oportet venire primum*, loquuntur de illo Helia, quem viderant in monte cum Christo. Igitur Christus respondens: *Helias quidem venturus est, & restituet omnia*, loquitur etiam de illo Helia particulari, qui apparuerat in transfiguratione.

SECUNDO, idem patet ex illis verbis: *Et restituet omnia*. Id enim non fecit Ioannes Baptista, nec vllus alius. Nam restituere omnia, est omnes Iudæos, & hæreticos, & fortè multos Catholicos ab Antichristo deceptos reuocare ad veram fidem.

SED instat Bibliander, quia Dominus Matth. 11. de Ioanne Baptista dicit: *ipse est Helias qui venturus est*, quasi dicat; ipse est Helias à Malachia promissus.

RESPONDEO, Dominum velle dicere, Ioannem fuisse Heliam promissum, non ad literam, sed allegoricè. Ideò enim pramissit, & si vultis recipere, quasi dicat, Helias quidem in sua persona promissus, venturus est in vltimo aduentu. Tamen si vultis etiam aliquem Heliam in primo aduentu, Ioannem recipite. Ideò etiam subiunxit: *Qui habet aures audiendi audiat*. Indicans mysterium fuisse, quod dixerat Ioannem fuisse Heliam.

QUOD denique verba Ioannis Apocal. 11. intelligantur de singularibus personis Henoch, & Helia, non de omnibus Doctoribus, patet ex eo quod ibidem Ioannes dicit, eos interficiendos ab Antichristo, & corpora eorum per tres dies mansura insepulta in platea Hierusalem, & post tres dies eos resurrecturos, & in cælum ascensuros, quæ nulli hæctenus contigerunt.

RESPONDERE tamen Ioannem conatur Dauid Chytraeus in commentario ad hunc locum, ac primò ait, Ioannem significare voluisse multos Lutheranos ministros à Paptis interficiendos, quibus tamen Deus vitam restituit, cum eos ad cælum euehit, in æternum victuros. Secundò, addit paulò infra, interfectis illis ministris vitam corporis restituendam in die vltima resurrectionis. Denique tertio, ibidem addit, posse etiam significari per hæc vitæ restitutionem, quòd videamus multos à Deo excitari alios ministros in locum interfectorum cum eodem zelo & virtute.

AT nimis leues sunt hæc responsiones. Prima enim defendi non potest, quia beatitudo animæ non est restitutio vitæ amissæ, sed nouæ vitæ acquisitio. Deinde duo illi testes in Apocalypsi coram omnibus resurgent, & corpore sursum versus eleuabuntur, quod certè in beatitudine animæ non impletur.

SECUNDA solutio nihil etiam valet. Nam Ioannes dicit, Duos illos testes resurrecturos ante vltimum diem durante nimirum adhuc statu huius mundi. Addit enim Ioannes, timorem magnum incutiendum inimicis eorum ex illa resurrectione: & paulò post terræ motum futurum, & septem millia hominum peritura.

TERCIA denique solutio non est ad rem. Nam Scriptura dicit, illos eosdem qui mortui fuerant excitandos, & in cælum assumendos. Nos autem non vidimus adhuc vllum ministrum Lutheranum resurgere, vel in cælum assumi; quid, quòd Ioannes dicit, Henoch & Heliam faccis indutos prædicaturos, & Lutherani faceosita oderunt, vt si fortè eos habent, dum Luthera-

ni fiunt, continuò eos abiiciunt.

PROBATVR secundò, verè in suis personis Heliam & Henoch venturos tempore Antichristi, ex consensu Patrum. Nam de Helia id asserunt Hilarius, Hieronymus, Origenes, Chrysostomus, & alij omnes Matthæi interpretes in c. 17. Item Lactantius lib. 7. c. 17. & Theodoretus in c. vlt. Malachia, & August. tract. 4. in Ioannem, & Primasius in c. 11. Apocal.

DE Henoch & Helia simul id asserunt multi, qui scribunt in Apocalypsim, vt Beda, Richardus, & Arethas: ex quibus Arethas etiam addit, inuariabiliter à tota Ecclesia credi, Henoch & Heliam venturos, vt se Antichristo opponant. Item Damas. lib. 4. c. 28. Hippolytus martyr in oratione de mundi consummatione: nec non B. Gregorius lib. 21. c. 36. & lib. 9. c. 4. moralium, & B. Augustinus lib. 9. c. 6. de Genes. ad literam.

PROBATVR tertio, quia alioquin non potest reddi ratio, cur isti duo sint rapti ante mortem, & adhuc viuunt in carne mortali, aliquando morituri. Nam etsi Iudæi, vt Rab. Salomon in cap. 5. Genes. dicunt Henoch à Deo occisum ante tempus, quia leuis & mutabilis erat, & Heliam asserunt, cum in curru igneo sursum ferretur, ab illo igne toto corpore exustum: & fortè idem sentiunt Lutherani, qui eos redituros negant. Tamen Catholici omnes, certa fide tenent vtrumque in suis corporibus viuere. Quod enim mortuus non sit Henoch, Apostolus docet Hebr. 11. *Henoch translatus est ne videret mortem*, & quod tam ipse quàm Helias mortui non sint, & tamen morituri sint, clarè docent præter supra citatos, Irenæus, Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, & Epiphanius.

IRENÆVS lib. 5. cap. 5. loquens de Henoch & Helia: *Dicunt, inquit, Presbyteri, qui sunt Apostolorum discipuli eos, qui translati sunt, illuc (in paradysum terrestrem) translatos esse, & ibi manere vsque ad consummationem, conspicientes incorruptionem*. Tertullianus libro contra Iudæos cap. 1. de Henoch, sic ait: *Qui necdum mortem gustauit, vt aternitatis candidatus*. Epiphanius in Ancorato de Henoch & Helia sic ait: *Hi duo permanent in corpore & anima propter spem*. Hieronymus in epistola ad Pammachium contra Iohannem Hierosolymitanum: *Henoch, inquit, translatus est in carne, Helias carnis raptus est in cælum, necdum mortui, & Paradysi iam coloni, &c.* Augustinus libro de peccato orig. cap. 23. *Henoch, inquit, & Heliam non dubitamus, in quibus noti sunt corporibus viuere.*

CAPVT VII.

Explicatur quarta demonstratio.

QUARTA demonstratio sumitur ex eo quod certum est Antichristi persecutionem fore grauissimam & notissimam, ita vt cessent omnes publicæ religionis ceremoniæ, & sacrificia, quorum nihil adhuc videmus. Quod illa vltima persecutio sit futura grauissima patet ex illo Matth. 24. *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque erit*. Et ex Apocalypsi 20. vbi legimus: *Tunc Satanam solucendum*, qui vsque ad illud tempus fuerat ligatus.

DE quo loco disputans Augustinus lib. 20. ciuit. Dei, cap. 8. & 9. Dicit Antichristi tempore Diabolum solucendum, & proinde tanto grauiores fore illam persecutionem omnibus præcedentibus, quanto crudelius potest Diabolus sanire solutus, quàm ligatus. Itaque ait, tunc Diabolum omnibus suis & suorum viribus Ecclesiam vexaturum. Et Hippolytus martyr in oratione de mundi consummatione, ac Cyrillus Catechesi 15. dicunt martyres, quos Antichristus occidet, futuros illustriores omnibus præteritis; quia præteriti contra homines ministros Diaboli, at futuri contra ipsam Diabolum personaliter grassantem pugnabunt. At

certè

certè nihil tale experti sumus ab anno D. C. vel etiam millesimo.

DICUNT quidem hæretici se magnam persecutionem ab Antichristo pati, quia interdum comburuntur aliqui de ipsorum numero: at quæ comparatio est talis persecutionis cum persecutione Neronis, Domitiani, Decij, Diocletiani, & aliorum? Siquidem pro vno hæretico, qui comburitur, mille Christiani olim interficiebantur: idque in toto orbe Romano exercebatur, non in vna solum prouincia: & cum modò summa pœna sit comburi hominem, tunc incredibilia, & diuersissima tormentorum genera exercebantur. De quibus vide Cornelium Tacitum in Nerone, & ex nostris Eusebium in historia Ecclesiastica.

SCRIBIT Damasus in vita Marcellini, supra XVII. millia Christianorum à Diocletiano interfecta, & Eusebius, qui tunc viuebat, scribit lib. 8. cap. 6. hist. adeò fuisse omnes carceres plenos martyribus, vt nullus relinqueretur locus facinorosis, in toto verò eo libro, tot martyrio coronatos refert infra biennium, vt impossibile sit, numerum eorum inire.

ADDE quòd multos plures Catholicorum hæretici nostri occiderunt, his decem vel quindecim annis in Gallia & Flandria, quàm inquisitores combusserint hæreticorum, fortè in centum annis. Itaque non possunt appellare hanc persecutionem, sed potius bellum civile. Nam, vt Augustinus docet epist. 80. ad Hefychium, quando erit vera persecutio Antichristi, solis Ecclesiæ filij erit tribulatio, non autem eorum persecutoribus; sicut tempore Diocletiani, & superiorum Principum, Christiani solum cædebantur, non autem etiam cædebant.

SI verò persecutio dicenda est, Catholici potius eam patiuntur quàm Lutherani, & Calvinistæ. Catholici enim sunt, qui ex multis prouinciis eiecti, Ecclesiæ, patrimonia, & ipsam etiam patriam amiserunt, inuadentibus nimirum res alienas nouis istius Evangelij ministris: & vt diximus, & ex commentario Laurentij Suri, alijque huius temporis historicis cognosci potest, multò plures Catholicorum, furor Calvinistarum intra paucos annos absumpsit, quàm hæretici iudicio Principum Catholicorum, abnegatæ fidei pœnas dederint.

QUOD autem illa persecutio sit futura notissima & manifestissima, probat Augustinus lib. 20. de ciuit. Dei, c. 11. ex illis verbis Apocal. 20. *Et cinxerunt castra Sanctorum, & dilectam ciuitatem*. His enim verbis significatur, omnes prorsus impios simul futuros in exercitu Antichristi, & aperto Marte oppugnatos omnem Sanctorum Ecclesiam. Nunc enim sunt multi ficti in Ecclesia, qui tegetes malitiam suam, corde sunt extra Ecclesiam, corpore intus: *At tunc erumpent omnes*, inquit Augustinus, *in apertam persecutionem ex latebris odiorum*.

HOC sanè adeò non est impletum hoc tempore, vt nunquam ferè fuerit maior numerus falsorum fratrum, & fictorum Christianorum, & adeò non est nota, nec manifesta hæc persecutio, vt nec illi, qui dicunt se eam pati, nec nos, qui dicimur eam inferre, possumus dicere, quando cœperit. Certè persecutiones Neronis, Domitiani, atque aliorum Principum Romanorum, ab Eusebio, Orosio, Sulpitio diligenter annotatæ fuerunt, neque est dubium quando cœperint, & quando desierint: sicut etiam de Christi aduentu, quia verus & manifestus fuit, optimè scimus quando fuerit, & quibus primum manifestatus. Nec vllæ sunt inter nos de ea re opiniones.

AT hæretici, qui dicunt Antichristum venisse, & iam per tot annos persecutionem exercuisse, tamen non possunt proferre vnum auctorem, qui annotauerit quâdo Antichristus venerit, vel quibus apparuerit primum,

vel quando inchoauerit persecutionem, & ipsi inter se ita dissident, vt vnus dicat cum venisse anno D. C. alius anno D. C. VI. alius anno D. C. C. LXXXIII. alius anno M. alius anno M. C. C. vt non tam vigilantes loqui, quàm per quietem somnare videantur.

DENIQUE quòd Antichristi tempore propter atrocitatem persecutionis cessare debeat publicum & quotidianum Ecclesiæ officium & sacrificium, apertè docet Daniel c. 12. *A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium est. M. C. C. X. C.* Vbi omnium consensu loquitur de tempore Antichristi, & vt exponunt Irenæus lib. 5. c. 25. Hieronymus & Theodoretus in hunc locum, Hippolytus martyr in oratione de consummatione mundi, & Primasius in c. 11. Apoc. sensus est, Antichristum interdicturum omnem diuinum cultum, qui in Ecclesiis Christianorum nunc exercetur. At præsertim sacrosanctum Eucharistiæ sacrificium. Hoc autem signum nondum impletum experientia testatur.

EX quo tria colligi possunt. Primò, Antichristum nondum venisse, cum adhuc viget sacrificium iuge. Secundò, Romanum Pontificem non esse Antichristum, sed ei maximè contrarium, cum sacrificium quod ille ablaturus est, hic maximè ornent & tueatur. Tertio, huius temporis hæreticos præ omnibus aliis Antichristi esse præcursores, cum nihil ardentius optent, quàm sacrificium Eucharistiæ penitus abolere.

CAPVT VIII.

Explicatur quinta demonstratio.

QUINTA demonstratio sumitur à duratione Antichristi. Antichristus non regnabit nisi tres annos cum medio: at Papa iam regnauit spiritaliter in Ecclesia plusquam M. D. annis, nec potest assignari vllus, qui sit habitus pro Antichristo, qui præcisè regnauerit tribus annis cum medio: non igitur Papa est Antichristus. Proinde nondum venit Antichristus.

PORRO Antichristi regnum trium annorum cum dimidio futurum, colligitur ex Daniele, cap. 7. & 12. Et ex Apocalypsi, cap. 12. vbi legitur duraturum Antichristi regnum per tempus, & tempora, & dimidium temporis. Nam per tempus intelligitur vnus annus, per tempora duo anni, per dimidiu temporis medius annus; Sic enim explicat idem Ioannes: Nam Apocal. 11. & 13. dicit Antichristum regnaturum mensibus XIIII. qui restet faciunt tres annos cum medio. Et cap. 11. dicit, Henoch & Heliam prædicaturos diebus M. C. C. LX. quidem tempus efficiunt.

NAM Hebræi vtiebantur annis & mensibus lunariibus, etsi eos reuocarent ad solares, addendo sexto quoque anno vnam lunationem. Tres autem anni lunares cum medio faciunt restissimè XIIII. menses, sive M. C. C. LX. dies; siquidem annus lunaris plenus ac perfectus constat ex duodecim mensibus, quorum quilibet habet XXX. dies, vt Augustinus docet lib. 15. de ciuit. Dei, c. 14.

NEQUE obstat quod Danielis 12. dicitur Antichristus regnaturus M. C. C. X. diebus, hoc est diebus XXX. amplius, quàm dixerit Ioannes. Nam Ioannes loquitur de Henoch & Helia, qui ab Antichristo occidentur, vno mense antequam Antichristus peccat.

AD hæc aduersarij respondent tripliciter. Primò Chytraeus in cap. 11. & 13. Apocalypsis, dicit non posse accipi hæc tempora pro tribus annis cum medio, quia experientia repugnat: & Paulus 2. Thess. 2. ait Antichristum duraturum vsque ad Christi aduentum.

SECUNDO dicit poni tempus certum pro incerto, & proinde pro XIIII. mensibus, vel M. C. C. LX. diebus intelligi debere plus quàm mille annos. Idem dicit Bullingerus sermone 46. in Apocalypsim, cuius ratio videtur esse ea, quàm insinuat Lutherus in supputatione temporum, quia nimirum constat ex Apocalypsi 20.

Diabo

Diabolum soluendum anno millesimo. Igitur Antichristi aduentus cum gladio temporalis, fuit anno millesimo à Christo: iam igitur regnauit plus quam quingentis annis; ergo oportet accipere illos menses 42. pro incerto tempore.

TERTIO, respondent Magdeburgenses cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 438. Danicem & Ioannem accipere diem pro anno, & proinde pro mille ducentis sexaginta diebus, intelligi debere, m. c. l. x. annos. Ratio esse potest, quia etiam Dan. 9. septuaginta hebdomadae ab omnibus intelliguntur de septimanis annorum, non dierum. Et Ezech. 4. dicitur: *Diem pro anno dedi tibi*. Et Luca 13. oportet me hodie & cras, & perendie ambulare, id est, tribus annis viuere. Quam rationem ponit Chytraeus in cap. 11. Apocalypsis, ubi eiusmodi annos, & menses, Angelicos vocari dicit, non humanos.

At contra est communis sententia veterum. Qui asserunt propter loca citata, solum tres annos cum medio Antichristum regnaturum. Hippolytus martyr in oratione de consummatione mundi: *Tres, inquit, annos cum dimidio regnabit Antichristus super terram, post auferetur regnum illius & gloria*. Irenæus lib. 5. cap. 30. in fine: *Regnabit, inquit, annis tribus, & mensibus sex, & tunc veniet Dominus de caelis*. Et Hieronymus in cap. 7. Danielis: *Tempus, inquit, annum significat, tempora iuxta Hebraici sermonis proprietatem, qui & ipsi dualem numerum habent, duos annos praefigurat: Dimidium autem temporis, sex menses, quibus sancti potestati Antichristi permittendi sunt*. Cyrillus catechesi 25. *Regnabit, inquit, Antichristus tribus annis, & dimidio tantum, quod non ex libris Apocalypsis discimus, sed ex Daniele Propheeta*. Et Augustinus lib. 20. ciuit. Dei, cap. 23. *Antichristi, inquit, aduersus Ecclesiam sanctissimum regnum, licet exiguo spacio temporis sustinendum, qui vel dormitans haec legit, dubitare non finitur. Tempus quippe, & tempora & dimidium temporis unum annum esse, & duos, & dimidium. Ac per hoc tres annos & semissem etiam numero dierum posterius posito, diluciscit aliquando in scripturis & mensium numero declaratur*. Similia habent Theod. in cap. 7. Daniel. Primasius, Beda, Anselmus, Haymo, Arethas, Richardus, Rupertus in Apocalypsim.

SECUNDO, idem probatur ex eo quod Scripturae dicunt, tempus Diaboli soluti, & Antichristi fore breuissimum, Apoc. 12. *Va terra & mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet*. Et Apoc. 20. *Ligauit eum per mille annos, & post haec oportet eum solui modico tempore*. Quomodo, quæso, hoc erit verum, si Antichristus regnabit m. c. l. x. annis? Sic enim diutius solutus erit, quam ligatus.

TERTIO, quia, vt Augustinus argumentatur, lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 8. & Gregorius lib. 33. moral. cap. 12. nisi illa seuiissima persecutio esset breuissima, multi perirent, qui non sunt perituri. Vnde & Dominus ait: *Matthæi 24. Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro*. At quomodo erit breuissima, quæ supra mille annos durabit?

QUARTO, Christus prædicauit solum tribus annis cum medio: ergo decet etiam, vt Antichristus non permittatur diutius prædicare.

QUINTO, quia summa annorum mille, ducenti, sexaginta, quam aduersarij constituant, nullo modo potest accommodari ad illa verba Danielis, & Ioan. *Tempus, & tempora, & dimidium temporis*. Nam per tempus debet intelligi sine dubio aliquis vnus numerus, vt vnus dies, vna hebdomada, vnus mensis, vnus annus, vnus lustrium, vnus iubilæum, vnus seculum, vnus millenarium. Sed si accipiamus vnum millenarium, tunc Antichristus erit regnaturus tribus millibus annorum, & quingentis, quod aduersarij non admittunt.

A Si accipiamus vnum seculum, tempus Antichristi erunt anni trecenti quinquaginta, quod etiam non admittunt, & idem patet de vno iubilæo, &c.

Sexto, quia cum Danielis quarto aliquoties legamus septem tempora transiura, quibus erit futurum extra regnum suum Nabuchodonosor, per illa tempora omnes intelligunt septem annos. Si enim vellemus intelligere annos annorum, vt intelligunt aduersarij, cum de Antichristo agitur, oporteret dicere, Nabuchodonosor vixisse extra regnum bis mille & quingentos quinquaginta quinque annos.

Neque difficile est ratiunculas eorum soluere: nam cum ait Chytraeus, non posse accipi tres annos cum dimidio, de quibus loquuntur Daniel & Ioannes, propriè pro annis nostris vltatis; quia experientia testatur, Antichristum iam multò longiori tempore esse grassatum: manifestè petit principium, vt Dialectici loquuntur. Assumit enim quod est in controuersia. Id enim quaeritur, an Antichristus venerit. Cum verò addit, Antichristum ex Pauli sententia regnaturum vsque ad secundum Christi aduentum, & inde concludit, oportere eum diutius regnare, quam tribus annis cum medio, non videt se, aut iterum principium petere, aut nihil dicere. Nihil enim illa consecutio efficere potest, nisi assumatur, Antichristum iam venisse, quod tamen in controuersia est.

Ad id verò, quod tam ipse, quam Henricus Bullingerus dicunt, numerum certum pro incerto hoc loco accipi, respondeo, tum solum certum numerum, pro incerto poni, quando ponitur aliquis numerus plenus & perfectus, vt 10. 100. mille; non autem quando assignantur varij numeri, vbi sunt magni & parui admixti. Tunc ergo accipiendus est certus numerus pro incerto, quando Scriptura dicit Apoc. 20. Diabolum per 1000. annos fuisse ligatum, vt exponit August. 20. de ciuit. Dei, c. 8. & Gregor. 33. moral. cap. 12. non autem quando assignat tempus, tempora, & dimidium temporis, siue dies m. c. l. x. vel menses XLII. Quorsum enim numerorum varietas, si tempus incertum designatur?

Ad argumentum Illytici dico, in Scriptura inueniri quidem & rectè dici hebdomadas annorum, non tamen dies pro annis, vel menses annorum. Nam hebdomadas annorum legimus Leuit. 25. *Numerabis tibi septè hebdomadas annorum*, &c. Et rectè dici patet, quia hebdomada denominatur à numero septenario, Græcè, Latinè & Hebraicè; nam Hebraei dicunt שבעה שבועות, septimanam, à שבעה שבועות, quod est septem; vt etiam Græcè dicitur ἑβδομάς, & Latinè septimana, à numero septenario. sicut ergo septem dies dicuntur hebdomada dierum, ita septem anni hebdomada annorum.

At mensum annorum, vel diem pro anno nusquam legimus, nec rectè diceretur. Nam mensis non denominatur à numero aliquo, sed à cursu Lunæ, qui x. x. diebus absoluitur. Hinc enim Hebraei vocant mensum ירח יארעאך, id est, Lunam, vel חודש חודעש, id est, inuouationem scilicet Lunæ, & Græcis mensis μήνας dicitur, quia Luna dicitur μήνας.

Similiter dies non significat numerum, sed tempus lucis, Genes. 1. *Vocauit Deus lucem diem, & tenebras noctem*. Neque obstat illud Ezechielis 4. *Diem pro anno dedi tibi*. Nam non vult dicere, pro diebus ad litteram significari annos: alioqui oporteret Ezechielem dormiuisse super latus suum sinistrum annos ccc. xc. quod est impossibile. Iusserat enim Deus, vt dormiret super latus sinistrum diebus ccc. xc. & addidit: *Diem pro anno dedi tibi*. Si ergo dies illic pro annis accipiuntur, debuit Ezechiel dormire super latus sinistrum ccc. xc. annis: at non tam diu vixit. Dicendum est igitur, dies ibi accipi verè pro diebus, sed dici

pro

pro annis datos, quia erant signum illi 390. dies, quibus dormiuit Ezechiel dormitionis Dei, per quam tolerauit peccata Israëlitarum, annis 390.

Ad id quod obiicit Chytraeus ex Luc. cap. 13. *Oportet me hodie, & cras, & perendie ambulare*. Respondeo, non significari illis verbis (vt aduersarij errantes dicunt) **CHRISTVM** tribus annis adhuc prædicaturum fuisse, cum ea verba loquutus esset: siquidem ea verba Dominus pronunciauit vltimo anno vitæ suæ. Nam, vt Hieronymus scribit in libro de scriptoribus Ecclesiasticis in Ioanne, & res ipsa loquitur, Matthæus, Marcus, & Lucas non scriperunt acta & verba **CHRISTVM** priorum duorum annorum, sed solum tertij anni. Dominus igitur per tres illos dies, vel intellexit triduum, quod erat consumpturus in itinere Hierosolymitano, vt Albertus, & Caetanus exponunt, vel certè eo loquendi modo significari voluit, se adhuc modicum tempus superuicturum, & prædicaturum, vt Iansenius rectè docet. Itaque viderint Illyricus & Chytraeus, vbi nam dies, & menses Angelicos repererint: in Scriptura enim nusquam reperitur.

CAPVT IX.

Explicatur sexta demonstratio.

Sexta demonstratio sumitur ex vltimo signo consequente Antichristum, quod erit mundi consummatio. Nam Antichristi aduentus erit paulò ante finem mundi: Ergo si Antichristus iam dudum venisset, vt aduersarij dicunt, deberet mundus iam dudum esse finitus. Daniel capite septimo, bis loquens de Antichristo, semel narrans visionem suam, & semel exponens visionem, vtraque vice subiungit, post Antichristum statim sequatur vltimum iudicium.

Considerabam, inquit, cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. Aspicebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, &c. Et infra, explicans visionem: *Bestia quarta, inquit, quartum regnum erit: porro cornua decem, decè Reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit, &c. Et tradentur in manu eius per tempus, & tempora, & dimidium temporis, & iudicium sedebit, &c.*

Similis est propheta Ioannis Apocalypsis 20. *Post haec oportet illum solui modico tempore, & vidi sedes, & sederunt super illas, & iudicium datum est eis, &c.* Et rursum idem Daniel postquam dixerat cap. 12. Antichristi regnum duraturum diebus mille, ducentis & nonaginta subiungit: *Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille, trecentos & triginta quinque: hoc est, vsque ad dies XLV. post mortem Antichristi: tunc enim Dominus veniet ad iudicium & coronas iustitiæ victoribus reddet, vt exponunt Hieronymus, & Theodoretus in comment. huius loci.*

Deinde idem colligitur ex Matth. 24. *Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso mundo in testimonium omnibus gentibus, & tunc erit consummatio, id est, paulò post erit finis mundi. Et infra: Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & tunc apparebit signum filij hominis, &c. Idem ex 2. Thessal. 2. *Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, &c.* Vbi Apostolus docet ferè immediatè post Antichristum, venturum Christum, quia nimirum intercedet breuissimum tempus, & doliac fraudes Antichristi, quæ destrui cœptæ erunt per Heliam & Henoch, destruentur penitus per ipsum Christi aduentum, & horribilia signa præcedentia.*

Idem denique habetur ex 1. Ioan. 2. *Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt: vnde scimus quia nouissima hora est. Vbi Ioannes dicit, hoc tempus à Christo vsque ad finem mundi esse nouissimam horam, id est, no-*

A uissimum tempus, siue vltimam ætatem, vt Augustinus exponit. Et probat pulcherrimè ex hoc principio, quia scimus Antichristum venturum in fine mundi: facit enim Ioannes hoc argumentum: Scimus Antichristum venturum in fine mundi: at nunc videmus iam adesse multos eius præcursores, siue minores Antichristos: Ergo signum est certum hanc esse nouissimam horam, siue ætatem. Quomodo posset aliquis sic argumentari de vltima hora noctis, scimus solem oriturum in ipso fine noctis: videmus autem nunc multos eius radios iam illustrare aërem, ergo scimus hanc esse vltimam horam noctis.

Denique idem habetur ex communi consensu Patrum, Irenæi lib. 5. c. 30. in fine. Tertul. lib. de resurrectione, August. 20. de ciuit. Dei, c. 19. & aliorum, & confessione aduersariorum. Nam aduersarij fatentur Antichristum regnaturum vsque ad finem mundi. Ac proinde paulò post eius interitum finem mundi futurum.

Ex hoc igitur signo, coniuncto cum superiori, efficitur demonstratio insolubilis, qua probatur Antichristum nondum venisse, nec esse Romanum Pontificem, nam si continuò post mortem Antichristi mundus finiretur, & Antichristus non viuet, postquam apparuerit, & regnare cœperit, nisi tribus annis cum dimidio nò apparebit, nec regnare incipiet, nisi tribus annis cum dimidio ante mundi finem. At Pàpa regnauit iam cum vtroque gladio, etiam ipsorum aduersariorum sententia, supra 500. annos, & tamen mundus adhuc durat.

CAPVT X.

De nomine Antichristi.

Quarta disputatio, quæ erit de nomine proprio & caractere Antichristi. Fatentur omnes pertinere omnino ad Antichristum verba illa Ioannis Apoc. 13. *Et faciet omnes pusillos cum magnis, diuites & pauperes, liberos & seruos habere charactèrem in dextera manu, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere, aut vendere, nisi habeat charactèrem, aut nomen bestie, aut numerum nominis eius, hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestie. Numerus enim hominis est, & numerus eius 666.*

Sunt autem de hoc numero plures opiniones. Prima est eorum, qui dicunt hoc numero non designari nomen, sed tempus aduentus, vel mortis Antichristi. Ita Bullingerus qui in præfat. homiliarum in Apocalypsim vult designari tempus aduentus Antichristi. Item Magdeburgenses qui cent. 1. lib. 2. c. 4. volunt designari tempus mortis Antichristi. Item quidam, qui teste Clichtoueo in lib. 4. Damasc. cap. 28. volunt designari mortem Mahumeti, quem dicunt esse Antichristum, quibus consentit Lyranus in hunc locum, qui non putat quidem Mahumetum esse Antichristum, tamen existimat hoc numero significari mortem Mahumeti futuram fuisse anno 666. à Christi aduentu.

Hæc opinio est absurdissima. Primò, quia Ioannes dicit se loqui de numero nominis bestie. Secundò, quia bestia, cuius est hic numerus, præcipiet omnibus mercatoribus, vt eo pro signo vtantur in contractibus, vt patet Apocal. 13. Non ergo numerus est mortis bestie, sed ad ipsam viuentem pertinet. Tertio, quia etiam est falsum Mahumetum mortuum esse anno Christi 666. Quidam enim dicunt eum mortuum anno Domini DC. xxxvii. vt Matthæus Palmerius, quidam anno Domini DC. xxx. vt Cedrenus in compendio historiarum, quidam anno Domini DC. xxxviii. vt Ioannes Valesus in chronico Hispania.

Secunda opinio est Dauidis Chytraei in cap. 13. Apocal. qui docet nomen Antichristi esse Λατίνος, vel Hebraicè רומניו, rhomeit, Romanus. Proinde Papam, qui princeps Latinus est, cum in Latio dominetur, &

Tomus primus.

E e

Romanus est Pontifex, esse Antichristum. Idem docet Theodorus Bibliander tabula 10. & propterea tabulam vndecimam suae Chronologiae, quae incipit ab vno DC. inscribit, Latinos Papas.

RATIONES eorum duae sunt. Vna, quia Irenaeus lib. 5. cap. 30. docet, verisimile esse, hoc futurum nomen Antichristi. Altera, quia reuera litera huius nominis efficiunt illum numerum, vt patet.

Table with 4 columns of numbers and letters: 7 200, 1 6, 7 40, 7 10, 7 10, 7 400, 666; 2 30, 2 1, 7 300, 2 5, 2 10, 2 50, 2 70, 2 200, 666; 7 300, 2 5, 7 10, 7 300, 2 1, 7 50, 666.

Hae opinio est prorsus temeraria. Nam in primis, Irenaeus dicit quidem nomen latinos probabiliter posse accommodari Antichristo, sed addit, multo probabilius esse, nomen Antichristi, non fore latinos, sed tatan, quod etiam exprimit illum numerum, & est nomen multo illustrius, cum solem significet.

Præterea coniectura Irenaei, quae tunc aliqua erat, modò nulla est. Ipse enim dicit, probabile esse Antichristum vocandum Latinum, non quia dominabitur in Latio, sed quia Latini erant, qui tunc regnabant latissimè, & orbem totum tenebant. Cum enim Antichristus debeat esse Rex potentissimus, sine dubio occupabit potentissima regna, quae tunc inueniet.

Potentissimum autem regnum est Latinorum, inquit Irenaeus. Ipsi enim nunc verisimè regnât. Sanè coniectura ista hoc tempore nihil valet. Nam Latini non amplius regnant in toto orbe terrarum. Sed Turcae sunt, qui verisimè regnant, & apud nos Hispani, & Galli, non Latini.

Præterea nomen Latini, vt significat Romanum, non scribitur per s, sed per simplex Iota, & tunc non reddit illum numerum. Quomodo etiam refelli potest commentum de nomine רומיית rhomeiit. Nam Romanus non potest terminari in n, cum sit nomen masculinum. Illa enim femininum terminatio est apud Hebraeos. Remota autem litera n, defunt cccc. ad numerum Antichristi.

Item nomen latinos, si erit Antichristi nomen, erit proprium ei, vt Arethas docet, & vsitatum maximè, nam debet ostendi in signum ab omnibus qui emunt, aut vendunt: At nomen latinos, est commune. Nec enim vllus Papa vocatus est vnquam nomine proprio Latini, nec est hoc nomen vsitatum: nunquam enim Papae se Latinos vocant, sed solùm Episcopos aut Papas.

Porro Romanus, nomen fuit proprium vnus solius Pontificis, qui tamen non potuit esse Antichristus, cum non vixerit nisi mensibus quatuor, alioqui autem nomen est commune.

Denique, si solum hoc nomen latinos, vel Romanus efficerent numerum 666. aliquid dicerent aduersarij. At innumerabilia nomina inueniuntur, quae hunc eundem numerum reddunt. Hippolytus martyr, in oratione de consummatione mundi, notauit aliud nomen, quod reddit illum numerum, nimirum: ἀριθμοί, id est, nego. Arethas annotauit septem λαμπρός, id est, illustris. τανός, id est, sol. ἰμπερός, id est, victor. μακρός ἐδύρος, id est, prauus dux, ἀλλήθης, Βλαβερδός, id est, verè nocens. πάλαι βίαιος, id est, olim inuidens. ἀμύτος, id est, agnus nocens. Primausius addit aliud ἀντιχριστός, id est, contrarius. Rupertus, & ante eum Haymo, excogitauerunt duo alia, nimirum γενοχέλιος, quod est nomen Gothicum, & DIC LVX. Latinum, quod facit 666, si Latino mo-

re accipimus; D. pro quingentis, I. pro vno, C pro centum, L. pro quinquaginta, V. pro quinque, X. pro decem.

Ex recentioribus Gulielmus Lindanus lib. 3. Dubitantij notat Martin Luther reddere numerum 666. si litera Latina accipiantur pro numeris more Graecarum & Hebraicarum, hoc modo, A. 1. B. 2. C. 3. D. 4. E. 5. F. 6. G. 7. H. 8. I. 9. K. 10. L. 20. M. 30. N. 40. O. 50. P. 60. Q. 70. R. 80. S. 90. T. 100. V. 200. X. 300. Y. 400. Z. 500. Gilbertus Genebrardus lib. vltimo Chronologiae notauit etiam nomen Lutheri Hebraicè numerum illum efficere לולתר.

Table with 4 columns of numbers and letters: 7 4, 2 2, 7 10, 7 4, 7 20, 7 10, 7 400, 7 200, 7 10, 7 6; 2 200, 2 1, 2 60, 2 70, 2 50, 2 5, 2 10, 2 70, 2 200, 2 666; Addo ego in gratiam Lutherianorum & Chytræi duo alia, nimirum דבני ביתר דאuid chytbrau, id est, Dauid Chytræus, & αλφειος eundem numerum reddere, quod nomen ita conuenit Luthero, sicut Papae nomen Latini.

TERTIA opinio est multorum Catholicorum, qui suspicantur Antichristum vocandum ἀντιχριστός, tum quia hoc nomen propriè illi conueniat, tum etiam quia reddat exactè illum numerum. Ita Primasius, Anselmus, & Richardus.

REVTATVR rectè à Ruperto hæc opinio, quoniam nomen, quod hic Ioannes insinuat, non erit nomen Antichristo ab aduersariis impositum, sed nomen quod ipse sibi vsurpauit, & in quo gloriabitur: adeò vt iubeat inscribi in frontibus hominum. Non est autem credibile eum sibi assumpturum nomen aliquod odiosum aut vile, quale est ἀντιχριστός: & etiam omnia ferè alia suprâ memorata.

Quarta sententia est ipsius Ruperti, qui existimat hoc numero non significari nomen Antichristi, sed significari triplicem prauaricationem diaboli in Antichristo complendam: nam senarius numerus quia non pertingit ad septenarium, in quo est requies & beatitudo, est numerus creaturæ per prauaricationem excidentis à requie: Diabolus autem triplicem prauaricationem incurrit, seu potius vnâ triplicauit. Primum enim prauaricatus est cum in se peccauit: deinde rursum, cum primum hominem peccare fecit, & tunc ad simplicem senarium addidit sexagenarium, denique tertio prauaricabitur, cum per Antichristum totum mundum seducet, & tunc ad sexagesimum addet sexcentissimum.

Quinta sententia Bedæ est, qui contraria via incedit, ac docet numerum senarium esse perfectum, quia sex diebus fecit Deus cælum & terram, sexagesimum verò perfectiorem, & sexcentissimum perfectissimum, ex quo colligit, Antichristum designari per numerum 666, quia vsurpabit sibi perfectissimum tributum, quod soli debetur Deo. In cuius rei figuram legimus libro tertio Reg. cap. 10. Pondus auri quod adferebatur Salomoni per singulos annos fuisse talentorum sexcentorum sexaginta sex millium.

Hæc duæ sententiæ non vidètur satis quadrare cum eo quod Ioannes dicit, numerum illum esse numerum nominis, non dignitatis, aut prauaricationis: sed nec isti Patres voluerunt sententias illas suas alio loco haberi, quam suspicionum, & coniecturarum.

Verissima igitur sententia est eorum, qui ignorantiam suam confitentur, ac dicunt adhuc ignorari nomen Antichristi, quæ sententia est Irenaei lib. 5. cap. 30. Arethæ in hunc locum Apocalypsis, & aliorum. Placet autem adscribere verba Irenaei, quoniam ad eum legendum Chytræus lectores suos hortatus est. Hortor, inquit, studiosos, vt de hoc Apocalypsis loco postremas Irenaei paginas 333. & 334. perlegant, qui verè eundè & piè de hoc

numero bestie disputat, & inter cætera Latinum seu Romanum fore Antichristum iudicat, nomine λατίνος, & c. Irenaeus igitur sic ait. Certius ergo & sine periculo est sustinere adimpletionem prophætiæ, quàm suspicari & diuinare nomina quælibet, quando multa nomina inueniri possunt habentia prædictum numerum. Et nihilominus quidem erit hæc eadem questio: Si enim multa sunt, quæ inueniuntur nomina, habentia numerum hunc, quod ex ipsis portabit, qui veniet, quaeritur, quoniam autem non propter inopiam nominum habentium numerum nominis eius dicimus hæc, sed propter timorem erga Deum, & zelum veritatis. Sed nihil de eo affirmamus. Sed & λατίνος nomen sexcentorum sexaginta sex numerum, & valde verisimile est, quoniam verisimum regnum hoc habet vocabulum. Latini enim sunt, qui nunc regnant. Sed non in hoc nos gloriabimur. Sed & τανός, prima syllaba per duas Græcas vocales, & c. scripta, omnium nominum, quæ apud nos inueniuntur, magis fide dignum est. Et infra: Cum igitur tantum suasionum habeat hoc nomen Titan, tantum habeat verisimilitudinem, vt ex multis colligamus, ne forte Titan vocetur, qui veniet: nos tamen non periclitabimur in eo, nec asseruerantes pronunciamus, hoc eum nomen habiturum, scientes quoniam si oporteret manifestè presenti tempore præconari nomen eius, per ipsum vti que editum fuisset, qui & Apocalypsim viderat. Hæc ille.

AUDIAT igitur Chytræus Irenæum verecundè, piè & eruditè disserentem, & non falsè illi imponat quod nunquam dixit. Nec enim iudicauit Irenæus Antichristum fore Latinum, seu Romanum: sed ait, & aliquoties repetiit, non posse hoc tempore sciri nomen Antichristi: idque duplici ratione, eaque optima approbauit. Prima, quia multa inueniuntur nomina quæ numerum illum efficiunt: nec diuinare liceat ex tam multis similibus, quod sit illud vnum, quod prædictum est. Deinde, quoniam si Deus vellet hoc tempore sciri, per ipsum Ioannem vti que id prodidisset.

ADDIDIT verò, non inopia nominum se ita loqui, sed ex timore Dei, & zelo veritatis. Ac propterea tria nomina in medium attulit, Εδωδός, λατίνος, & τανός ex quibus secundum verisimilius primo, & tertium secundo esse affirmavit, nullum verò certum.

TERTIAM quoque rationem addere possumus ex eodem Irenæo. Nam paulò antè disputans aduersus eos qui falsa nomina Antichristi ex propria sua inuentione colligebant, ait eos propterea in multa incommoda labi. Nam exponunt se periculo errandi, & alios decipiendi, atque id efficiendi, vt tam ipsi, quàm alij permulti ab Antichristo facillimè seducantur. Nam cum venerit, & aliud nomen habuerit, quàm ipsi sibi persuaserunt eum habiturum, non habebit ab eis, pro Antichristo, atque ita non euitabitur. Quæ omnia incommoda sine dubio Lutheranis euenirent, & præcipuè hoc postremum. Quia enim sibi persuaserunt, Romanum Pontificem esse Antichristum, cum ille verus Antichristus aduenerit, non facillè cognoscetur ab eis, proinde nec euitabitur.

Est autem hoc loco notandum, Antichristi nomen fore notissimum, cum ille veniet. Nam etiam antequam Christus veniret, Iudæi non certò nouerant quo nomine appellandus esset, etiam si multa de eius nomine Prophete prædixerant. Quin etiam Sibylla quædam, vt est in primo libro carminum Sibyllinorum, notauerat numerum nominis CHRISTI futuri, ac dixerat esse 888. vt Ioannes de Antichristo scripsit numerum nominis eius esse 666. Et tamen nondum poterant homines ante CHRISTI aduentum dicere, vocandum esse IESVM. At posteaquam CHRISTVS venit, omnis controuersia sublata est & omnes omnino sciunt, eum IESVM appellari.

Sed (inquit Sibylla) quæ sit numeri 10.

Table with 2 columns: totius summa docebo. n. 8. Namque octo monadas, totidem decadas super ista o. 200. Atque hecatonadas octo, infidis significabit u. 400. Humanis nomen, tu verò mente teneto. s. 200. 888.

ACCEDAT commune esse omnibus vaticinijs Prophetarum, vt ambigua & obscura sint: donec impleantur, vt Irenæus rectè docet, & probat libro quarto capite quadragesimo tertio.

Ex his argumentum insolubile sumi potest ad probandum Romanum Pontificem non esse Antichristum: & ipsum Antichristum nondum venisse. Nam si Antichristus venisset, atque esset Romanus Pontifex, certò constaret de nomine eius, à Ioanne prædicto: sicut quia Christus noster venit, iam nulla quæstio est, ne apud Turcas quidem, & Iudæos, & Paganos, quemadmodum appelleretur. At de nomine Antichristi adhuc maxima controuersia est, vt tot opinionibus recitatis & refutatis planum fecimus. Igitur Ioannis vaticinium nondum est impletum: proinde Antichristus nondum venit, nec est Romanus Pontifex.

ADDE confirmationem ex confessione Augustini Marlorati, qui in magna explicatione ex varijs Lutheranis & Caluinistis collecta in testamentum nouum, de hoc loco ita scribit: Loci huius tot ferè sunt expositiones, quot expositores: quo apparet, obscurissimum, & enigmaticum esse. Hæc ille. At si adhuc est obscurissimum & enigmaticum vaticinium: non igitur est impletum, non ergo Antichristus venit. Siquidem omnia vaticinia, cum impleta sunt, clarissima efficiuntur. Cur igitur Marlorate, præfatione in Apocalypsim iactas, ita peripicuum esse Romanum Pontificem esse Antichristum, vt si vos taceritis, lapides sint clamaturi?

CAPVT XI.

De charactere Antichristi.

DE charactere Antichristi sunt etiam duæ, vel tres opiniones. Prima est hæreticorum huius temporis, qui docent characterem Antichristi esse signum aliquod obedientiæ, & coniunctionis cum Romano Pontifice. Non tamen eodem modo explicant, quod sit illud signum.

HENRICVS Bullingerus, serm. 61. in Apocal. vult esse vnctionem Chrismatum, quo Christiani omnes Romano Pontifici obedientes in frontibus consignantur.

THEODORVS Bibliander in Chronico, tabula decima, dicit characterem Antichristi esse professionem Romanæ fidei, ita vt non habeatur verus Christianæ fidei cultor, qui non profiteatur, se Romanæ Ecclesiæ adherere.

DAVID Chytræus præter hæc duo addit iuramentum fidelitatis, quod multi Pontifici Romano præstare coguntur. Item vnctionem sacerdotalem, quæ in vertice & manu accipitur, & imprimitur, vt Papisæ, inquit, vocat, characterem indelebilem. Denique procumbere ad statuas, & panem consecratum, & Missis funebribus interesse.

Nec dissimilia sunt quæ docent Sebastianus Meyer, & alij apud Augustinum Marloratum in hunc locum Apocalypsis. Sed facile est has nugas refutare, tum quia non conueniunt cum verbis ipsius textus: tum etiam quia ista omnia signa fuerunt in Ecclesia Catholica antequam Antichristus eorum opinione apparuisset.

PRIMUM igitur ex textu habemus, characterem vnum futurum, non multos. Semper enim in numero singulari Scriptura loquitur tam de charactere, quàm de nomine; & numero nominis Antichristi. Vnus igitur character erit, vnum item nomen Antichristi proprium, & vnus eius nominis numerus. Proinde cum aduersarij tot characteres multiplicent, indicant se nescire quis ille sit, de quo Ioannes loquitur.

SECUNDO character ille omnibus hominibus communis erit, in Antichristi regno, ut planum est ex illis verbis, faciet omnes pusillos & magnos, & diuites & pauperes, & liberos, & seruos accipere characterem. At iuramentum obedientiae, & vnctio sacerdotalis paucis conueniunt.

TERTIO indicat Scriptura, characterem eiusmodi fore, ut sine discrimine in manu dextera, vel in fronte geri possit. Sic enim ait, Faciet omnes accipere characterem in dextera manu, vel in frontibus suis. Nihil autem eorum quae aduersarij proferunt, tale est. Nam chrisimatis vnctio in manu dextera accipi non potest. Professio Romanae fidei, nec in manu, nec in fronte, sed in ore per confessionem, in corde per fidem habetur. Iuramentum fidelitatis manu, & ore praestatur, sed in fronte gestari nullo modo potest. Vnctio sacerdotalis nec in dextera manu proprie, nec in fronte accipitur, sed supra caput, & in digitis utriusque manus. Denique interesse Missis faciebribus, procumbere ad statuas, & Eucharistiam, non sunt frontis aut manuum officia, sed corporis totius, ac praecipue cernuntur in genibus.

QUARTO eadem Scriptura dicit, in regno Antichristi neminem permittendum emere, aut vendere, nisi characterem ostenderit, aut nomen, aut numerum nominis eius. At quot emunt, & vendunt in ditione Romani Pontificis, qui nec dum sunt chrisimate inuncti, nec iuramentum praestiterunt fidelitatis, nec sunt Sacerdotes? Nonne in ipsa vrbe Roma, vbi Romanus Pontifex sedem suam habet, plurimi Iudaei publice negotiatur, emunt, & vendunt, cum tamen nullum habeant eorum signorum?

VENIAMVS ad alteram rationem, ac probemus ista omnia signa Antichristo antiquiora esse. Antichristus, aduersariorum sententia, non venit ante annum Domini sexcentessimum sextum: at Tertullianus floruit circa annum cc. & tamen meminit chrisimatis in libro de resurrectione carnis. Caro, inquit, abluatur, ut anima emaculetur: caro vngitur, ut anima consecratur. Cyprianus floruit circa annum cc. l. & meminit chrisimatis lib. 1. epistola 12. Vngi, inquit, necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto chrisimate, id est vnctio, esse vnctus Dei, & habere in se gratiam christi possit. Augustinus floruit circa annum cccc. xx. & tamen ait tractatu in Ioannem 118. Quid est quod omnes nouerunt signum christi, nisi crux christi? quod signum nisi adhibeatur sine frontibus credentium, siue ipsi aqua, qua regenerantur, siue oleo quo chrisimate inunguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur.

PARI ratione, Romanae Ecclesiae adhaerere, ante annum Domini dc. signum fuit, & character hominis vere Catholici. Scribit Augustinus in epist. 162. de Caeciliano, qui floruit circa annum Domini ccc. Possit non curare multitudinem conspirantium inimicorum, cum se videret, & Romanae Ecclesiae, in qua semper Apostolica Cathedra viguit principatus, & ceteris terris, vnde Euangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias literas esse communem. Ambrosius, qui floruit circa annum Domini ccc. xc. in oratione de obitu Satyri fratris sui, Percontatus, inquit, Episcopum est, an cum Episcopis Catholicis, id est, cum Ecclesia Romana sentiret.

VICTOR Vticensis, qui floruit circa annum Domini cccc. xc. in lib. 1. de persecutione Vandalica, scribit, Arianum Presbyterum, cum Regi persuadere vellet, ne Catholicum quendam hominem interficeret, his verbis vltim. Si peremeris eum gladio incipient Romani eum martyrem predicare. Quo loco, Romanorum nomine, Atri Catholici designantur, qui certe non alia de causa Romani dicuntur ab Arianis, nisi quia Romanae Ecclesiae fidem, non Arianam perfidiam sequebantur.

IURAMENTVM obedientiae Romano Pontifici factum inuenitur tempore sancti Gregorij libro decimo

epistolarum eius, epistola 31. Ac proinde ante annum Domini dc. vi. Non enim ad eum annum sanctus Gregorius peruenit.

DE vnctioe sacerdotali habemus testimoniũ Gregorij Nazianzeni, qui floruit circa annum ccc. lxxx. Is in Apologetico ad patrem suum, quando Episcopus Saffimorum creatus est, Super me, inquit, iuratus vnctio & spiritus, & rursus ego lugens & tristis incedo. Quo loco duplicis vnctiois meminit, vnus, qua antea vnctus fuerat, cum Presbyter crearetur, & alterius, qua tum vngendus erat in ordinatione Episcopali. Item oratione prima de pace, de Basilio loquens, qui Episcopus creatus prouinciam recusabat. Cum creditum, inquit, sibi spiritum talentorumque negotiationem, gregisque curam commissam habeat. oleoque sacerdotij & perfectionis delibutus sit, adhuc tamen pro sua sapientia praefecturam suscipere cõstitatur.

IAM de sacrificio pro defunctis satis erit hoc loco Augustini testimonium, qui lib. de haeresibus, cap. 53. dicit, proprium dogma Aërij haeresiarach fuisse, oblationem pro mortuis offerre non oportere.

DE adoratione imaginum vnus Hieronymus, qui circa annum cccc. floruit, nobis sufficit. Is in vita Paulae: Prostrata, inquit, ante crucem, quasi pendente Dominum cerneret, adorabat. Denique de adoratione Eucharistiae S. Ambrosius merito sufficere debet, qui lib. 3. de Spiritu sancto, cap. 12. explicans illud: Adorate scabellum pedum eius: Itaque, inquit, per scabellum terra intelligatur, per terram, Caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu, ut supra diximus, adorarunt. Quod idem ferè iisdem verbis dicit Augustinus in explicatione Psal. 98.

CVM igitur ista omnia, quae aduersarij characteres Antichristi esse volunt, in vtu Ecclesiae Catholicae fuerint multis annis, antequam Antichristus nasceretur: oportet necessario aut Antichristum ea ab Ecclesia didicisse: & hoc dicere, est Antichristum cum Christo confundere: aut nihil eorum ad Antichristi characteres pertinere. Atque hoc est quod nos contendimus. Atque hæc sufficiens de temeraria ista, & absurdissima aduersariorum sententia, quam ipsi nullis testibus, nullisque rationibus probauerunt.

ALTE RA opinio est Catholicorum quorundam, qui putant characterem Antichristi esse literas, quibus scriberetur nomen Antichristi. Ita Primasius, Beda, & Rupertus, qui videntur decepti ex eo, quod legunt, Nisi qui habuerit characterem nominis bestiae, aut numerum nominis eius. At Ioannes non sic ait, sed hoc modo, Nisi qui habuerit characterem, aut nomen bestiae, aut numerum nominis eius. Et consentit Graecus textus, & in dicitur τὸ χαραγμῶν ἢ τὸ ὄνομα ἢ τὸ ἀριθμὸν τῆς θύρας. & αὐτῶν.

TERTIA sententia est Hippolyti martyris in oratione de consummatione mundi, & aliorum quorundam, characterem bestiae futurum, non vti signo crucis, sed illud potius execrari & abolere. In quo egregie Antichristum praecurrunt Caluinistae. Crediderim ego etiam positum characterem excogitandum ab Antichristo, sicut Christus habet signum Crucis omnibus notum, sed ignorari, quoniam sit iste character, donec Antichristus veniat, sicut de nomine diximus.

CAPVT XII.

De generatione Antichristi.

VANTVM ad quintum, de generatione Antichristi, sunt quaedam aperte erronea à quibusdam asserta: quaedam probabilia, & quaedam explorata ac certa. Primum ergo, de Antichristo plures errores fuerunt olim. Primus, quod Antichristus sit nasciturus de virgine opera Diaboli, quomodo Christus de virgine natus est, opera Spiritus sancti.

REPERT hunc errorem auctor opusculi de Antichristo, quod habetur sub nomine Augustini in fine

tomii ix. quod opusculum probabile est esse Rabani, certe Augustini esse non potest. Error est manifestus: nam producere hominem sine semine viri, est opus solius Dei, qui potest supplere omnes efficientes causas, quia ipse est solus infinita virtutis, & continet virtualiter omnem perfectionem creaturarum. Diabolus autem, qui creatura est, potest quidem mira opera facere, applicando celeritate actiua passiuus. At supplere virtutes actiuas causarum non potest. Quare S. Augustinus in epist. 3. ad Volustanum dicit, nasci de virgine tale miraculum fuisse in christo, ut maius à Deo expectari non potuerit.

NON esset tamen error, si quis diceret, Antichristum nasciturum ex Diabolo, & muliere, eo modo, quo dicuntur quidam nati ex incubis daemionibus. Nam etsi Diabolus non possit per se sine semine viri hominem producere, tamen bene potest in corpore assumpto in forma mulieris exercere cum viro actum carnalem, & semen recipere, ac deinde ipse idem in forma viri cum muliere similem actum exercere, & semen à viro acceptum in vterum mulieris iniicere, & eo modo hominè gignere. Testatur hoc Augustinus lib. 15. ciuit. de Dei, cap. 23. & addit tanta experientia id comprobatum esse, ut adhuc velle negare impudentiam videatur.

SECUNDVS error fuit beati Martyris Hippolyti, qui in oratione de consummatione mundi docet, Antichristum esse ipsum Diabolum, qui de falsa virgine falsam carnem assumet. Vt enim verbum Dei, quod est ipsa veritas, de vera virgine veram carnem assumpsit, ita probabile existimauit Hippolytus, Diabolum qui est pater mendacij, simulaturum se carnem humanam ex virgine assumpsisse.

REFELLITVR hæc sententia, tum quia 2. Thessal. 2. vocatur Antichristus homo, tum etiam quia Patres ceteri communi consensu scribunt, Antichristum verum hominem futurum.

TERTIVS error est, Antichristum futurum quidem verum hominem, sed simul etiam Diabolum, per incarnationem Diaboli, quomodo CHRISTVS per incarnationem est Deus & homo. Referunt & refellunt hunc errorem Hieronymus in caput 7. Danielis, Beda in caput 13. Apocal. & Damascenus lib. 4. cap. 28.

HANC sententiam Origenes possibilem esse credit, quippe qui primo secundo in Ioan. asseruit, aliquot Angelos vere esse incarnatos: quem refellit Hieronymus in praefatione in Malachiam, & in caput primum Aggai. Ac sine dubio erronea est: nec enim potest persona aliqua creata, ac proinde finita duas naturas perfectas sustentare, ut potest verbum Dei, quod infinitum est. Neque de hoc iam inter Theologos controuersia est. Nam etsi alij doceant id omnino implicare contradictionem, alij vero doceant, non implicare, tamen in eo omnes conueniunt, non posse id fieri viribus solius creaturae, qualis Diabolus est.

QUARTVS error est, Neronem resurrexurum, & ipsum futurum Antichristum, vel certe illum adhuc viuere & seruari occultè in vigore iuuenilis ætatis, & suo tempore appariturum. Insinuat hunc errorem Sulpitius libro secundo sacrae historiae: tamen in secundo libro Dialogi de virtutibus sancti Martini scribit aperte, non ipsum Neronem fore Antichristum, sed cum Antichristo venturum, & ab Antichristo tandem perimendum. Sed quia hæc omnia sine vlla ratione dicuntur, merito hanc sententiam miram praesumptionem vocat beatus Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 19.

PRÆTER hos errores sunt duæ sententiae probabiles sanctorum Patrum de generatione Antichristi. Prima est, Antichristum de fornicaria muliere nasciturum, non ex legitimo matrimonio. Docent hoc Damascenus lib. 4. cap. 28. & quidam alij, sed cum non possit

ex Scripturis ostendi, est quidem probabile, non tamen certum.

SECUNDA sententia est, Antichristum nasciturum de tribu Dan. Asserit hoc Irenaeus lib. 5. cap. 30. Hippolytus martyr in oratione de mundi consummatione, Ambrosius libro de benedictionibus Patriarcharum, cap. 7. Augustinus quaestione vicecima secunda in Iosue, Prosper de promissionibus, & praedictionibus Dei, parte 4. Theodoretus quaest. 109. in Genesim. Gregorius lib. 31. moralium, cap. 18. Beda, Rupertus, Aretas, Richardus, & Anselmus in Apocalypsis cap. 7. Probant ex illo Gen. 49. Fiat Dan coluber in via, creastes in semita, &c. Item ex illo Hier. 8. Ex Dan audivimus fremiturum equorum eius, &c.

DENIQUE ex eo quid Apocalypsis septimo, vbi signantur ab Angelo duodecim millia ex omni tribu filiorum Israëli, omittitur tribus Dan, quod videtur factum in odium Antichristi. Hæc sententia est valde probabilis propter tantorum Patrum auctoritatem, non tamen omnino certa, tum, quia plerique eorum Patrum, non dicunt hoc se scire, sed probabile esse insinuant, tum, quia nulla earum Scripturarum conuincit. Nam in primis Genesim 49. videtur Iacob ad literam loqui de Samfone, cum ait: Fiat Dan coluber in via, creastes in semita, & mordeat ungulas equi, ut cadat a ceruicibus eius retro. Samfon enim fuit de tribu Dan, & fuit verè Philisthaeis tanquam coluber in via. Nam vbique eis occurtebat, eosque vexabat. Ita exponit Hieronymus in quaestionibus Hebraicis. Et videtur sanè Iacob bene precari filio suo, cum hæc dicit, & proinde non malum, sed bonum praedicere.

QVOD si ad Antichristum allegoricè id accommodetur, non poterit argumentum duci nisi probabile, quale ex mysticis sensibus ducitur. Hieremias autem capite 8. sine dubio non loquitur de Antichristo, neque de tribu Dan, sed de Nabuchodonosor, qui venturus erat, ad Hierusalem euertendam, per eam regionem, quae dicebatur Dan, ut ibi Hieronymus rectè exponit. Cur autem Apocalypsis septimo omittatur Dan, non satis constat, praesertim cum etiam Ephraim sit omissus, cuius tribus vna est ex maximis.

PRÆTER hæc duo probabilia, sunt alia duo certissima. Vnum, Antichristum praecipue propter Iudaeos venturum, & ab eis tanquam Messiam recipiendum. Alterum, ex genere Iudaeorum nasciturum, & circumcidendum, & Sabbathum obseruaturum, saltem ad tempus. Illud primum habetur, tum ex Euangelio Ioannis quinto, vbi Dominus Iudæis dicit, Ego veni in nomine Patris mei, & non receperunt me. Si alius venerit in nomina suo, illum recipietis. Quem locum de Antichristo accipi debere supra demonstraui in secundo capite, tum ex Apostolo secundæ ad Thessal. 2. Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salui fiant, idè mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, &c.

HUNC locum Caluinus, & alij haeretici in commentariis horum verborum, de nobis exponunt, qui, quia non recepimus ipsorum Euangelium, ab Antichristo Romano seduci sinimur. At in primis nullos proferunt testes: nos vero habemus à nostra parte omnes interpretes, qui de Iudæis exponunt. Vide Ambrosium, Chrysostomum, Theodoretum, Theophylactum, Oecumenium.

PRÆTER hos sic ait Hieronymus quaestione vndecima ad Algasiam, Faciet, inquit, hæc omnia Antichristus, non cum virtute, sed concessione Dei propter Iudaeos, ut quia noluerunt recipere charitatem veritatis, hoc est spiritum Dei per Christum, ut Salvatore suscepto salui fierent, mittet illis Deus non operatorem, sed ipsam operationem, id est, fontem erroris, ut credant mendacio, &c. Et etiam sine commentariis tot Patrum res ipsa clamat, Apostolum loqui de Iudæis. Ipse enim dicit, mittendum Antichristum ad eos, qui Christum recipere noluerunt. Qui sunt

autem, qui magis debuerunt, & noluerunt Christum recipere quam Iudæi: ubi etiam est annotandum, Apostolum non dixisse, quia veritatem non recipient, sed quia non receperunt. Loquitur igitur de illis qui prædicantem Christo & Apostolis, credere noluerunt. Constat autem Apostolorum tempore Gentiles cupidissime Euangelium recepisse, Iudæos autem recipere noluisse.

A D H A E C præter Hieronymum, & alios iam citatos, idem docent omnes alij Patres, vt Irenæus lib. 5. c. 25. Hippolytus martyr in oratione de consummatione mundi. Theodoretus in Epitome diuinorum decretorum, capite de Antichristo. Sulpitius ex B. Martino lib. 2. Dialogi. Cyrillus Catechesi 15. Hilarius can. 24. in Mathæum. Ambrosius lib. 10. in Lucam in caput 21. Chrysostomus, Augustinus, & Cyrillus Alexandrinus, in caput 5. Ioannis. Gregorius lib. 31. moral. cap. 10. Damascenus lib. 4. cap. 28. Et ratio etiam id suadet.

N A M Antichristus sine dubio illis in primis se adiungit, qui parati sunt eum recipere. At Iudæi sunt eiusmodi, qui expectant Messiam Regem temporalem, qualis erit Antichristus, Gentes enim neminem expectant. Christiani autem expectant quidem Antichristum, sed cum metu & terrore, non cum gaudio & desiderio. Sicut ergo Christus primùm ad Iudæos venit, quibus erat promissus, & à quibus expectabatur, & deinde adiunxit sibi etiam Gentes, ita quoque Antichristus ad Iudæos primùm accedet, à quibus expectatur, & deinde paulatim omnes Gentes sibi subiiciet.

I A M verò quòd Antichristus sit futurus Iudæus, & circumciscus, certum est, & deducitur primùm ex dictis. Nam Iudæi nunquam reciperent hominem non Iudæum, aut incircumciscum pro suo Messia. Immo etiam quia Iudæi expectant Messiam ex familia Dauid, & tribu Iuda, sine dubio Antichristus, licet verè sit de tribu Dan, fingit se esse de familia Dauid.

D E I N D E omnes veteres clarissimè docent, Antichristum fore Iudæum, vt illi duodecim paulò antè citati, qui dicunt eum futurum ex tribu Dan. Et præterea Ambrosius, qui in 2. Thess. 2. asserit, eum fore circumciscum, & Hieronymus, qui in caput 11. Danielis dicit, eum de populo Iudæorum nasciturum, & sanctus Martinus apud Sulpitium lib. 2. Dialog. qui ait, Antichristum imperaturum, vt omnes secundum legem circumcidantur, & Cyrillus, qui catechesi 15. asserit eum valde studiosum futurum templi Hierosolymitani, vt se de progenie Dauid esse ostendat. Denique & Gregorius, qui lib. 11. epist. 3. dicit Antichristum futurum etiam Sabbathi, & aliarum caeremoniarum Iudaicarum cultorem.

E X his habemus demonstrationem euentissimam, quòd Papa non sit Antichristus. Nam ab anno sexcentesimo sexto, quo aduersarij dicunt Antichristum venisse, constat nullum Pontificem fuisse Iudæum, nec gente, nec religione, nec villo modo. Constat etiam Pontificem nunquam hæc tenus à Iudæis fuisse pro Messia susceptum, sed è contrario pro hoste & persecutore præcipuo haberi.

V N D E ipsi in orationibus quotidianis Deum precantur, vt det Pontifici viuenti bonam mentem erga Iudæos, & vt in diebus illius mittat Messiam, qui nimirum eos liberet de potestate Pontificis, & Episcopum, qualis in primis est summus Pontifex: ipsi vocat *בגמון* *begmon*, quod Syriacè caudà significat, & opponitur capiti. Quia enim nos Episcopum vocamus caput populi, illi è contrario caudam per contumeliam vocant: tantum abest, vt parati sint Pontificem summum pro Messia recipere.

D E N I Q U E R. Leui Gerson, capite 7. & 11. Danielis, omnia quæ dicuntur de Antichristo, exponit de Pontifice Romano, quem etiam alterum Pharaonem appellat, & Messia venturo opponit. Vide orationes Mahafor, fol. 26.

CAPVT XIII.

De sede Antichristi.

Q U A N T V M ad sextum, aduersarij audacter affirmant, sedem præcipuam Antichristi esse Romam, siue Cathedram Apostolicam Romæ fundatam. Dicunt enim Antichristum inuaturum sedem Petri, & eam eueturam ad summum quoddam fastigiũ, vt inde toti Ecclesiæ præsideat, & tyrannicè dominetur. Et quidem quòd Roma sit vrbs regia Antichristi, probant ex Apoc. 17. vbi Ioannes loquens de sede Antichristi, dicit esse urbem magnam, quæ sedet super septem colles, & quæ habet regnum super Reges terræ.

Q U O D autem Romæ, non in Palatio Neronis, sed in ipsa Christi Ecclesia, sedem suam sit habiturus Antichristus, probant ex Paulo, qui 2. Thess. 2. dicit Antichristum *sessurum in templo Dei*. Cum enim absolutè dicit in templo Dei, intelligit verum templum veri Dei: tale autem non est, nisi Christi Ecclesia. Nam templa Gentilium sunt vera templa, sed demonum, non Dei: templum autem Iudæorum erat quidem Dei, sed iam deserat esse templum: cum desisset sacrificium & sacerdotium Iudaicum. Hæc enim tria ita sunt coniuncta, vt vnum sine alio esse non possit. Præterea templum illud Iudæorum paulò post erat desolandum, & nunquam in æternum reedificandum, dicente Daniele cap. 9. *Et usque ad consummationem & finem persuerabit desolatio*, ergo non potest Apostolus de eo loqui.

E T confirmatur argumentum ex Patribus. Hieronymus quæst. 11. ad Algasiam, *In templo Dei, inquit, sedebit, vel Hierosolymis, vt quidam putant, vel in Ecclesia, vt verius arbitramur*. Et Oecumenius, *Non dicit, inquit, templum Hierosolymæ, sed Ecclesiam Christi*.

A D D I T Theodorus Bibliander testimonium Gregorij, qui lib. 4. epist. 38. ad Ioan. Constantinopolitanum, *Rex, inquit, superbia propè est, & quod dici quoque nefas est, sacerdotum ei preparatur exercitus*. Ex quibus verbis duplex argumentum sumitur. Vnum est tale, Ioannes Constantinopolitanus dicitur præcurrere Antichristum, quia vult appellari Episcopum vniuersalis: ergo Antichristus ille erit, qui re ipsa se faciet Episcopum vniuersalem, & sedebit in Ecclesia tanquam omnium caput. Alterum est, Exercitus Antichristi erunt sacerdotes, igitur Antichristus erit Princeps sacerdotum. Ex quibus putant hæretici se euidenter ostendere Romanum Pontificem esse Antichristum, quandoquidem Romæ dominatur, in templo Dei sedet, Episcopus dicitur vniuersalis, & Princeps est sacerdotum.

A T nihilominus vera sententia est, Antichristi sedem fore Hierusalem, non Romam: & templum Salomonis, ac solium Dauidis, non templum sancti Petri, aut sedem Apostolicam. Id quod dupliciter probare possumus. Primùm, argumento ad hominem: deinde, ex Scripturis & Patribus.

P R I M V M igitur hoc argumentum instituo. Antichristus in Ecclesia Christi sedebit, cuiusque Ecclesiæ Princeps & caput habebitur: & in ea magistratum & officia geret, vt docent Philippus Melanchthon in apologia artic. 6. confes. Augustanæ. Caluinus lib. 4. instit. cap. 2. §. 12. & cap. 7. §. 25. Illyricus cent. 1. lib. 2. cap. 4. colum. 435. & omnes alij huius temporis sectarij: est autem Papa Romanus Antichristus, vt ipsi iidem in iisdem locis docent. Igitur Papa Romanus in vera Christi Ecclesia sedet, & eius Ecclesiæ Princeps & caput est. Sed Ecclesia Christi vna tantùm esse potest, sicut Christus vnus est, vt etiã Caluinus docet lib. 4. instit. cap. 1. §. 2. Igitur Lutherani, & Caluinistæ, & quotquot ab Ecclesia, quæ sub Papa est, alieni sunt, extra veram Christi Ecclesiam sunt.

V I D I T hoc argumentum Caluinus, ac respondit, sub Papa non tam Ecclesiam, quam ruinas Ecclesiæ

Christi

Christi cerni. Sic enim loquitur lib. 4. instit. cap. 2. §. 11. *Vt manebant olim inter Iudæos peculiare quædam Ecclesiæ prerogatiue, ita nec hodie P. p. istis adimimus, quæ superesse ex dissipatione vestigia Ecclesiæ inter eos Dominus voluit*. Et infra: *Sua providentia Deus effecit, vt alia quoque reliquia extarent, ne Ecclesiæ prorsus interiret. Ac quemadmodum ita sepe diruntur adificia, vt fundamenta & ruinae maneam, ita non passus est Ecclesiam suam ab Antichristo, vel à fundamento subverti, vel solo æquari, vel ab ipsa quoque vastatione semirutum adificium esse voluit*. Et infra §. 12. *Hinc igitur patet, nos minime negare, quoniam sub eius quoque tyrannide Ecclesiæ maneat*.

A T hæc solutio duo nobis argumenta suppeditat. Primum, Si Ecclesiæ Christi solùm ruina superfuit: igitur ruit Christi Ecclesia: proinde mentita est veritas, quæ dixit Matth. 16. *Et porta inferi non praualebit aduersus eam*. Alterum, Ruit Ecclesia, & ruinas eius ac fundamentum, quin etiam adificium ipsum semirutum Papiæ tenent: igitur Lutherani & Caluinistæ nullam Ecclesiam habent. Nam Christi Ecclesiam integram non habent: illa enim iam ruit, & ruinae adhuc supersunt: sed nec semirutam habent. Illa enim apud Papias sub Antichristo est. Quid igitur habent? fortè nouum adificium, sed hoc ipso quod nouum est, Christi non est. Quis verò, nisi planè cæcus, non videat, turius esse in vera Christi Ecclesia, quamuis semirutam, manere, quam in nulla?

V E N I O nunc ad Scripturas, quibus probatur sedem Antichristi Hierusalem esse futuram, non Romam. Prima est in c. 11. Apoc. vbi Ioannes dicit, Henoch & Heliam pugnatos cum Antichristo in Hierusalem & ibi occidendos ab eodem Antichristo, *Et corpora, inquit, eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est*. In quem locum Arethas: *Corpora, inquit, ipsorum insculpta prouiciet in plateis Hierusalem. In ea enim regnabit tanquam Rex Iudæorum*. Similiter exponunt omnes alij interpretes. & sanè hæc de Hierusalem dici, nullo modo negari potest. Quæ enim est ciuitas, vbi Dominus crucifixus est, nisi Hierusalem?

Q U A R E Chytræus qui vult hanc urbem esse Romam, illa verba: *(Vbi & Dominus eorum crucifixus est)* prætermittit, quasi ad rem non pertinerent, vel ipse ea non legisset. Neque obstat quod Hieronymus in epist. 17. ad Marcellam, conatur ostendere Hierusalem, non posse vocari Sodomam, cum passim in Scriptura vocatur ciuitas sancta. Nam in ea epistola suadet Marcellæ, vt relicta Roma veniat in Palestinam, & ideò congerit omnia, quæ potest in laudem Hierosolymæ, & reprehensionem Romæ, & conatur omnibus modis excusare Hierosolymam. Neque id facit nomine suo, sed nomine Paulæ, & Eustochij, quibus veniam dandam esse putabat, si aliquid explicarent paulò aliter, quam res se habeat. Nam quòd terrena illa Hierusalem dici possit Sodoma propter libidinem, & flagitia Iudæorum, patet ex Isaiâ, qui 1. cap. cum præmisisset titulum, *Viso Isaiâ, quam vidit super Iudam, & Hierusalem, mox subiungit, Audite verbum Domini, principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei mei populus Gomorrhæ*.

N E Q U E valet argumentum illud, Hierusalem dicitur sancta: ergo non potest dici Sodoma. Nam sicut in eadem epistola idem Hieronymus dicit, Romam vocari à Ioanne Babylonem, & purpuratam meretricem, propter Ethnicos Imperatores, & tamen eandem esse sanctam propter Ecclesiam Christi, & sepulchra Petri, & Pauli: ita etiam Hierusalem est ciuitas sancta, propter Prophetas, & Apostolos, qui ibi prædicauerunt, propter Christi crucem, & sepulchrum, & similia, & tamen etiam est Sodoma, & Ægyptus, propter infidelium Iudæorum flagitia, & cæcitatem.

S E C V N D V S locus est Apoc. 17. vbi Ioannes dicit, decem Reges, qui sibi diuident Romanum Imperium, & quibus regnantibus veniet Antichristus, odio habituros purpuratam meretricem, id est, Romam, & eam desolatam facturos, atque etiam igne crematuros. Quomodo ergo erit sedes Antichristi, si illo ipso tempore debet eueri, & comburi.

A D D E, quòd, vt supra demonstrauimus, Antichristus erit Iudæus, & Iudæorum Messias, & rex: ergo sine dubio sedem suam constituet in Hierusalem, & templum Salomonis restituere aggredietur. Nihil enim aliud somniant Iudæi quam Hierusalem, & templum, neque videntur vnquam accepturi pro Messia vllum, qui non sedeat in Hierusalem, & templum aliquo modo restituat.

Q U A R E Lactantius lib. 7. c. 15. dicit tempore Antichristi summum regnum futurum in Asia, & Occidentem seruiturum, Orientem dominaturum, & c. 17. determinat partem Asiæ, in qua erit hoc regnum, ac dicit esse Syriam, id est, Iudæam, quæ Syriæ pars est, & quæ à Latinis semper vocatur Syria. Item Hieronymus & Theodoretus in c. 11. Daniel. ex ipso Daniele colligunt Antichristum fixurum tentoria sua in regione Hierosolymorum, & tandem in monte Oliueti occidendum. Et Irenæus lib. 5. c. 25. clarè dixit, Antichristum regnaturum in terrena Hierusalem.

T E R T I V S locus est in verbis illis Pauli, *Ita vt in templo Dei sedeat*. 2. Thess. 2. Nam est variaz dæet expositiones à Patribus, & quidam intelligunt mentes fidelium per templum Dei, in quibus Antichristus sedere dicitur, quòd eas seduxerit, vt exponit Anselmus. Quidam verò per templum intelligunt ipsum Antichristum, cum toto populo suo. Antichristus enim volet se, & suos videri verum templum spirituale Dei, id est, veram Ecclesiam, vt Augustinus exponit lib. 20. de ciuit. Dei, c. 19.

V B I deducit hanc expositionem ex modo loquendi Pauli, qui non dixit Græcè *ἕσθαι ναόν*, in templo, sed *ἕσθαι τὸν ναόν*, in templum, quasi diceret, Antichristus sedebit in templum Dei, id est, quasi ipse cum suis esset templum Dei. Quamquã non est necessaria ista annotatio Augustini, nã est Latine non rectè dicitur sedere in templum, pro in templo, tamè Græcè non dicitur malè *ναὸς αὐτοῦ ἐστὶν τὸν ναόν*, vel *ἕσθαι τὸν ναόν*, immò sic communiter dicitur.

Q U I D A M etiam intelligunt Ecclesiæ Christianorum, quas sibi seruire iubebit Antichristus, vt Chrysostomus interpretatur: tamen expositio cõmunior, probabilior, & literalior est eorũ, qui docent per templum Dei intelligi templum Salomonis, in quo vticumque reparato sedebit Antichristus. Nam in primis in Scriptura noui Testamenti per templum Dei nunquam intelliguntur Ecclesiæ Christianorum, sed perpetuò templum Hierosolymitanum, & quod maius est, veteres Patres Latini & Græci per aliquot secula, nunquam Ecclesiæ Christianorum templa vocauerunt, quæ dicuntur Græcè *ναοί*, vt hoc loco Pauli, sed vocabant *ἐκκλησίαι*, id est, oratoria, vel Ecclesiæ, vel domos orationis, vel basilicas, vel martyria.

C E R T E nec Iustinus, nec Irenæus, nec Tertullianus, nec Cyprianus templi nomine vtuntur, cum de Christianorũ Ecclesiis agunt, & Hieronymus in ep. ad Riparium, dicit Iulianum Apostatam iussisse, vt basilicæ Sanctorum, aut destruerentur, aut in templa verterentur.

R A T I O autem, cur Apostoli non vocent templa Christianorum Ecclesiæ, duplex est. Vna, quia non habebant tunc vlla templa, sed solum in priuatis domibus loca quædam destinabant orationi, concioni, & sacris Missarum celebrationibus. Altera ratio est, quia adhuc vigeat memoria templi Iudaici, ne videntur Apostoli simile aliquid introducere: & vt distinguerent Ecclesiam à Synagoga, abstinebant à voce templi. Sicut etiam propter eandem rationem Apostoli in Scripturis nũquam

E c 4

vocant sacerdotes Christianos, sacerdotes, sed solum Episcopos, & Presbyteros. At posteaquam fuit euerfa Hierosolyma, & templum incensum, & abolita memoria veteris templi, & sacerdotij, passim ceperunt sancti Doctores vt nomine templi & sacerdotij.

Cum ergo Apostolus scribens Antichristum sessurum in templo Dei, diceret aliquid, quod vellet intelligi ab iis quibus scriberet, & illi tunc non intelligerent nomine templi, nisi templum Hierosolymorum, certum videtur, Apostolum de illo esse loquutum. Quod etiam confirmatur ex communi Patrum expositione. Irenaeus lib. 5. c. 30. *Cum Antichristus, inquit, sederit in templo Hierosolymis, tunc veniet Dominus, &c.* Hippolytus martyr in orat. de mundi consummatione, *Templum, inquit, construit Hierosolymis.* Et idē docet S. Martinus apud Sulpitium, lib. 2. Dialog. *Cyrillus Hierosol. catechesi 15. Quale, inquit, templum dicitur Apostolus? In templo quod reliquum est Iudaeorum. Absit enim vt in hoc id fiat, in quo sumus.* Et Hilarius can. 25. in Matth. *Antichristus à Iudaeis susceptus in loco sanctificationis subsistet.* Vbi aperte loquitur de templo Iudaeorum: vocat enim locum sanctificationis, id quod Christus Matt. 24. vocat locum sanctum, cum ait, *Cum videritis abominationē stantē in loco sancto.*

AMBROSIVS in c. 21. Lucae, dicit Antichristum iuxta historiam sessurum in templo illo, in quod iniecerant Romani caput Porci, tempore Titi Imperatoris, secundum autem mysticum sensum sessurum in templo interiori Iudaeorum, id est, in eorum perfidis mentibus.

SEDVIVS in hunc locum Apostoli, explicat illud, in templo Dei, *Templum, inquit, Hierosolymae reficere tentabit, &c.* Damascenus lib. 4. c. 28. *In templo, inquit, non nostro, sed veteri Iudaico.* Chrysostomus, Theodoretus, ac Theophylactus, qui dicunt sessurum Antichristum in Ecclesiis Christianorum, dicunt etiam sessurum in templo Salomonis. Sic enim ait Chrysostomus in hunc locum. *Inbebit seipsum pro Deo coli, & in templo collocari, non Hierosolymitano solum, sed etiam in Ecclesiis.* Idem dicunt Theophylactus & Theodoretus: Augustinus etiam lib. 20. de ciuit. Dei cap. 19. & Hieronymus q. 11. ad Algasiam, non negant Antichristum in templo Salomonis sessurum.

SOLVS est Oecumenius, qui negat Antichristum sessurum in templo Iudaeorum, sed ipse omnibus recentissimus est, & nullo modo omnibus Patribus antependendus. Fortasse etiam deprauatus est textus ipsius, & deest vna particula tantum: non enim credibile est eum à Chrysostomo, Theodoro, & Theophylacto, quos alioqui semper sequitur, nunc recedere voluisse.

NON ad argumenta aduersariorum supra explicata respondeamus. Ad primum respondeo tripliciter. Primo, dici potest cum Augustino in Psl. 26. *Aretha, Haymone, Bēda, & Ruperto, in cap. 17. Apocalypsis, per meretricem, quae sedet super montes septem, & habet regnum super reges terrae, non intelligi Romam, sed vniuersam Diaboli ciuitatem, quae in Scriptura vocatur saepe Babylon, & opponitur ciuitati Dei, id est, Ecclesiae quae dicitur Hierusalem.* Per septem autem montes intelligi vniuersitatem superborum, & praecipue regum terrae, &c. Secundo, dici potest, & meo iudicio melius, per meretricem, intelligi Romam, vt exponit Terrul. lib. contra Iudaeos, & lib. 3. contra Marcionem, & Hieron. epist. 17. ad Marcellam, & q. 11. ad Algasiam, sed Romam Ethnicam regnantem, idola colentem, & Christianos persequentem, non autem Romam Christianam: sic enim iidem auctores exponunt.

ET sane mirabilis est impudentia haereticorum, qui vt probent Romanam Ecclesiam esse meretricem purpuratam, vtuntur Tertulliani & Hieronymi testimonio. Nam cum eo tempore Roma Ethnica contraria esset Romae Christianae, vtam, quae, vocant illi Patres

meretricem purpuratam? Si Romam Ethnicam, cur ergo haeretici eorum testimonij abutuntur? Si Romam Christianam, ergo iam tunc Romana Ecclesia degenerauerat, & iam tunc regnabat Antichristus, quod ne ipsi quidem concedunt.

PRÆTEREA, si Roma Christiana tunc erat Babylon, cur Terrul. de praeser. dicit, *Felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt.* Et cur Hieron. lib. 2. contra Iouinianum extremo, Romam alloquens ait, *Ad te loquar, quae scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione desisti.*

DENIQUE, idem patet ex ipso Ioanne, qui dicit se loqui de illa Roma, quae tenebat Imperium super reges terrae, & quae erat ebria de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesu. Quae certe non habent locum, nisi in ea Roma, quae regnantibus Nerone & Domitiano Martyres trucidabat.

TERTIÒ dico, etiam si illa mulier esset Roma Christiana, vt haeretici volunt, adhuc nihil omnino virium eorum argumentum habiturum. Nam, vt supra ostendimus, Antichristus odio habebit Romam, quomocumque accipiat, & cum ea pugnet, eamque desolabit, & incendet. Ex quo manifeste sequitur, non fore Romam Antichristi sedem.

AD secundum iam diximus, Paulum eo loco agere de templo Salomonis. Porro ad rationem quam fecimus, respondeo, cessante sacrificio, & sacerdotio Iudaico, desisse etiam templum illud esse templum Iudaicum, at non continuò desisse esse templum Dei. Poterat enim idem templum esse templum Christianorum, & reuera erat, donec mansit. Apostoli enim in eo praedicabant, & orabant post Christi ascensionem, & aduentum Spiritus sancti, vt patet ex illis verbis Luc. 11. *Erant semper in templo laudantes & benedicentes Dominum.* Item Act. 3. *Petrus & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nominam.* Et Act. 5. dicit Angelus Apostolis, *Loquimini in templo plebi omnia verba vitae huius.*

AD illud ex Daniele respondeo, vel Danielem voluisse dicere, non esse reaedificandum templum, nisi in fine mundi, quod verum est: Antichristus enim in fine mundi primò adierit, & desolationem mansuram in aeternum, quia etiam reaedificaretur, nunquam tamen esset futurum templum non prophetarum, post euerfionem factam à Tito. Quando enim erigetur ab Antichristo, tunc maximè manebit in eo abominatio desolationis, id est, ipse Antichristus, vel eius imago, vel denique nunquam reaedificandum perfectè templum, sed tamen inchoandam reaedificationem, & in templo illo vtentem inchoato Antichristum sessurum.

AD loca Patrum iam respondimus, eos vel asserere, vel saltem non negare, sessurum Antichristum in templo Salomonis. Quòd autem multi eorum addunt, sessurum etiam Antichristum in Ecclesiis Christianorum, verum est, & nobis non contrarium. Non enim Patres dicere volunt, Antichristum sessurum in Ecclesia, vt Episcopum, vt haeretici somniant, sed sessurum vt Deum. Iubebit enim Antichristus omnia templa totius mundi conuertere in cultum suum, & in eis seipsum adorari faciet. *Inbebit* (inquit Chrysostomus hoc loco) *seipsum pro Deo coli, & venerari, & in templo collocari, non Hierosolymitano solum, sed etiam in Ecclesiis.* Eodem modo loquuntur ceteri.

AD argumenta sumpta ex verbis B. Gregorij respondeo, ex verbis eius contrarium deduci iis, quae haeretici colligunt. Ipsi enim sic argumentantur: Episcopus Constantinopolitanus praecurrerat Antichristum, quia se faciebat Episcopum vniuersalem: igitur Antichristus erit aliquis Episcopus vniuersalis, qui sibi omnia usurpabit, at contrarium colligitur, nam praecursor non debet esse idem cum eo, quem praecurrit,

sed

sed longè minor, etsi in aliquo illi similis, vt apparet in Ioanne Baptista & Christo.

SI ergo praecursor Antichristi est ille, qui se facit Episcopum vniuersalem, ipse Antichristus verus non hoc se faciet, sed aliquid maius, nimirum se extollet super omne quod dicitur Deus. Vel si verus Antichristus solum se Episcopum vniuersalem faciet, ergo ille Ioannes Constantinopolitanus, qui hoc faciebat, non erat praecursor Antichristi, sed ipse verus Antichristus, quod tamen neque Gregorius dicit, neque aduersarij.

SENSVS ergo verborum Gregorij est, quòd quia Antichristus erit superbissimus, & caput omnium superborum, ita vt non patiatur consortes, idèd quicumque indebito modo sibi aliquid usurpat, & vult excedere, & eminere super alios, eum praecurrit, & tales erant Episcopi Constantinopolitani, qui cum initio Archiepiscopi tantum essent, sibi primò Patriarchatum, deinde titulum vniuersalis usurpauerunt.

PARTI ratione, cum ait Gregorius, Sacerdotum ei praeparatur exercitus, non vult dicere sacerdotes, vt sacerdotes, ad exercitum Antichristi pertinere: sic enim seipsum etiam in illo exercitu collocasset: sed sacerdotes, vt superbos, Antichristo exercitum praeparare. loquitur enim de eodem Ioanne, & ei similibus sacerdotibus, qui supra ceteros iniuste eleuabantur. Hinc autem non sequitur, Antichristum fore principem sacerdotum, sed fore principem superborum.

EX hoc cap. 6. habemus insigne argumentum, quòd Papa non sit Antichristus, quandoquidem sedes eius non est in Hierusalem, nec in templo Salomonis, immò credibile est ab anno 600. nullum Pont. Rom. fuisse vquam Hierosolymis.

CAPVT XIV.

De doctrina Antichristi.

DE doctrina Antichristi maxima est inter nos & haeticos controuerfia. Constat quidem ex Scripturis, etiam aduersariorum testimonio, quatuor esse futura capita doctrinae Antichristi. Primum enim negabit Iesum esse Christum, & proinde oppugnabit omnia Saluatoris nostri instituta, vt Baptismum, confirmationem, &c. & docebit nondum cessasse Circumcisionem, Sabbathum, & alias legis veteris caeremonias. 1. Ioan. 2. *Quis est mendax, nisi qui negat Iesum esse Christum? & hic est Antichristus, qui negat Patrem & filium, &c.* Deinde vbi persuaserit nostrum Saluatorem non esse verum Christum, tunc asseret se esse verum Christum, in lege & Prophetis promissum. Ioan. 5. *Si quis venerit in nomine suo, illum recipietis, nimirum pro Messia.* Tertio, affirmabit se Deum esse, & pro Deo coli vult. 2. Thess. 2. *Ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Postremò, se non solum Deum, sed etiam solum se Deum esse dicet, & oppugnabit omnes alios Deos, id est, tam Deum verum, quam etià Deos falsos, & omnia idola. 2. Thess. 2. *Qui extollit se super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Et Dan. 11. Et Deum Patrum suorum non reputabit, nec quenquam Deorum curabit, quia aduersum vniuersa consurget.*

HAEc omnia aliquo modo esse vera, & ad Antichristum pertinere, consentiunt nobiscum aduersarij. Sed quaestio est de intelligentia horum quatuor capitum. Catholici enim simpliciter intelligunt, ac vt verba Scripturae sonant, Antichristum negaturum verum Christum, seipsum Christum facturum, se Deum praedicaturum, & omnes Deos alios, & idola execraturum. Ex quibus sumuntur quatuor argumenta, quòd Pontifex non sit Antichristus. Constat enim Pontificem non negare Iesum esse Christum, nec introducere circumcisionem, aut Sabbathum loco Baptismi, & diei Dominicae, & similiter constat Pontificem non se facere Christum, nec Deum, & maximè constat eum non se solum facere Deum, cum aperte ipse colat Christum, & Trinitatem, & se-

cundum aduersarios, etiam idola colat, id est, imagines & Sanctos mortuos.

AT aduersarij longè aliter haec omnia interpretantur: dicunt enim in primis Antichristum non negaturum verbo, & palàm Iesum esse Christum, & Baptismum, & alia Sacramenta, sed negaturum opere, quia sub specie Christianismi, & Ecclesiae corrumpit doctrinam de Sacramentis, de Iustificatione, &c. Caluinus lib. 4. c. 7. §. 25. *Colligitur, inquit, tyrannidem Antichristi talcm esse, quae nec Christi, nec Ecclesiae nomen abolet, sed potius Christi prae-textu abutatur, & sub Ecclesiae titulo velut larva delitescat.* Magdeburgenses cent. 1. lib. 2. c. 4. col. 435. *Ita quidem, inquit, vt constat, (regnum Antichristi) doctrina Christum profiteme, sed tamen eius meritum, & officium abnegante.* Et infra, *Ioannes, inquit, ostendit Antichristum negaturum, Christum in carne venisse, hoc est, Christum in sua carne integrè nos redemisse, & saluasse, sed propter nostra bona opera etiam aliquid ad salutem nos conferre.*

DEINDE dicunt, Antichristum non seipsum verbo facturum Christum vel Deum, sed opere, quia occupabit locum Christi, & Dei, & in Ecclesia faciens se caput omnium fidelium, quod est solius Christi. Ita Magdeburg. loco notato, *Ostendit, inquit, se pro Deo, vt qui sit Christi vicarius, & caput Ecclesiae, & possit figere, atque reficere articulos fidei.*

DENIQUE, dicunt Antichristum non reiecturum idola, immò verò ea palàm adoraturum, quod probant ex Daniele, qui c. 11. postquam dixerat Antichristum contra omnes Deos surrecturum, subiungit: *Deum autem Maozim in loco suo venerabitur, & Deum, quem ignorauerunt patres eorum, colct auro, & argento, & lapide pretioso, &c.* Per Maozim autem intelligunt haeretici templorum ornatum, Missam, imagines, reliquias, & similia. Ita Illyricus in lib. contra primatum, & ceteri omnes.

QUOD autem Apostolus dicit 2. Thess. 2. Antichristum se eleuaturum supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, exponunt de Romano Pontifice, qui se vicarium Christi facit, & tamen usurpat maiorem auctoritatem, quam Christus habuerit. Id probat Illyricus in Catalogo testium (nam cetera non vidi habentis quomodo probent) pag. 3. *Quia nimirum Christus Matth. 24. declarauit, nihil aliud esse, ostendere se esse Deum, immò efferre se supra Deum, & eius cultum, quam in nomine Christi venire.* Ex quo sequitur, Papam, qui se pro Christi vicario venditat, ipsum esse verissimum Antichristum. Item, Christus subiebat se Scripturae, dicens, se quae faciebat & patiebatur, facere, & pati, vt Scriptura impleteretur: Papa autem dixit, se posse dispensare contra Apostolum & Euangelistam, recta facere praua, & contra. Haec est summa praecipuae partis doctrinae aduersariorum de Antichristo, quae tota nititur solis Scripturis per nouas glossas perperam explicatis. In cuius rei signum, ne vnum quidem interpretem aut doctorem pro se citant.

INCIPIAMVS ergo à primo, quòd Antichristus sit palàm & ex professo negaturus Iesum esse Christum, & proinde omnia eius Sacramenta tanquam seductoris cuiusdam inuenta conculcaturus. Probat primò ex dictis cap. 5. & 6. Nam si Antichristus natione, & religione Iudaeus erit, & à Iudaeis pro Messia recipietur, vt ostendimus, certè non praedicabit nostrum Christum, sed eum palàm oppugnabit. Nam alioqui per Antichristum Iudaei Christum nostrum recipent, quod est absurdissimum.

PRÆTEREA cum non possint esse duo Christi, quomodo poterit Antichristus seipsum Iudaeis pro Christo obtrudere, nisi priùs doceat, nostrum Christum, qui praecessit, non fuisse verum Christum?

PROBATVR secundò ex illo 1. Ioan. 2. *Quis est mendax, nisi qui negat Iesum esse Christum? & hic est Antichristus.*

chri

christus. Nam omnes hæretici dicuntur Antichristi, qui aliquo modo negant Iesum esse Christum, ergo ipse verus Antichristus simpliciter & omnibus modis negabit Iesum esse Christum. Et confirmatur, quia per hæreticos Diabolus operari dicitur mysterium iniquitatis, quia occultè illi Christum negant: at Antichristi aduentus dicitur reuelatio, quia ille palàm Christum negabit.

PRÆTEREA ex Patribus, Hilarius lib. 6. de Trinitate, dicit Diabolum per Arianos conatum esse persuadere hominibus, Christum non esse Dei Filium naturalem, sed adoptivum: at per Antichristum conaturum persuadere, ne adoptivum quidem esse, vt funditus extingatur nomen veri Christi. Hippolytus martyr, in oratione de mundi consummatione, dicit, characterem Antichristi fore, vt homines cogantur dicere, nego Baptisimum, nego signum crucis, & similia. Augustinus lib. 20. ciuit. Dei, c. 8. quærit, an scilicet Antichristo credibile sit aliquos baptizandos: & tandem responderet: Profectò, inquit, tam fortes erunt & parentes pro parvulis suis baptizandis, & hi qui tunc primitus credituri sunt, vt illum fortem vincat etiam non ligatum. Vbi B. Augustinus præsupponit, Antichristum nõ permissurum illos baptizari, & tamen aliquos pios parentes quiduis porius passuros, quàm vt filij eorum non baptizentur.

HIERONYMVS in c. II. Dan. Consurgere, inquit, habet Antichristus de modica gente, id est, de populo Iudaorum, & tam humilis erit atque despectus, vt ei non detur honor regius, & per insidias, & fraudulentiam obineat principatum. Et hoc faciet, quia simulabit se ducem esse fœderis, hoc est, legis, & Testamenti Dei. Vbi Hieronymus docet apud Iudæos regnum acquiraturum Antichristum, quia se ostendet zelatorem legis Iudaicæ.

SECVLVS in 2. Theff. 2. dicit Antichristum instauraturum omnes Iudaicas ceremonias, vt Evangelium Christi soluat. Gregorius lib. II. epist. 3. Quia Antichristus, inquit, Populum Iudaicæ compellit, vt exterioris legis ritum renouet, & sibi Iudaorum perfidiam subdat, colit Sabbatum.

DENIQUE, tempore Antichristi ob vehementiam persecutionis cessabunt publica officia, & sacrificia diuina, vt c. 3. ostendimus. Ex quibus evidens est, Antichristum non deprauaturum doctrinam Christi sub nomine Christianismi, vt hæretici volunt: sed apertissimè Christi nomen, & Sacramenta oppugnaturum, & Iudaicas ceremonias introducurum. Quod cum Papa non faciat, evidens est, eum non esse Antichristum.

IAM verò quod Antichristus se palàm, & nominatim Christum esse dicet, non eius ministrum, aut vicarium, patet primò ex illis verbis Domini, Ioan. 5. Si alius venerit in nomine suo, illum recipietis. Vbi Dominus videtur de industria addidisse, in nomine suo, præuidens dicturos Lutheranos, & Calvinistas, Antichristum non venturum in nomine suo, sed in nomine nostri Christi, quasi eius vicarium.

PRÆTEREA Patres passim hoc docent. Irenæus lib. 5. cap. 25. Tentabit, inquit, se Christum ostendere. Ambrosius in cap. 21. Lucæ. Ex scripturis, inquit, disputabit se esse Christum. Theodoretus in 2. Theff. 2. Scipsum, inquit, Christum nominabit. Cyrillus catechesi 15. Inducet, inquit, quendam hominem falsò seipsum Christum appellentem, ac per hanc Christi appellationem Iudæos, qui venturum expectant, decipientem. Breuiter omnes Patres, vt supra ostendimus, dicunt, Antichristum pro Messia à Iudæis recipiendum, igitur se palàm & nominatim Messiam, id est, Christum faciet. Proinde Romanus Pontifex, qui hoc non facit, vt notum est, non est Antichristus. Nam eo ipso, quod se vicarium Christi dicit, asserit se non esse Christum, sed eius ministrum.

QVOD verò Antichristus palàm nominabit se Deum,

& pro Deo coli volet, non solum vsurpando aliquam Dei auctoritatem, sed ipsum nomen Dei, probatur primò ex verbis expressis Apostoli, 2. Theff. 2. Ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Vbi Paulus non solum dicit Antichristum sedurum in templo: nam etiam nos sedemus in templis, nec tamen Antichristi sumus: sed etiam explicat modum, quo sedebit, nimirum, quod sedebit vt Deus, cui soli propriè erigitur templum. In Græco autem textu clariùs hoc habetur. Non enim dicitur *ὡς θεός*, tanquam Deus, sed *ὡς ὁ θεός*, id est, ostendens, quod sit Deus. Et sic intellexerunt hunc locum omnes veteres.

IRENÆVS lib. 5. c. 25. Existens, inquit, Apostata, & latro, quasi Deus vult adorari. Chryostomus in hunc locum, iubebit, inquit, se pro Deo coli, & in templo collocari. Et homilia 40. in Ioannem, explicans hunc eundem locum: Se, inquit, omnium Deum profitebitur. Et infra: Se maximum Deorum esse gloriabitur. Ambrosius in 2. Theff. 2. Ipsum Deum, inquit, se asseret, non Filium Dei. Similiter omnes exponunt. Ex quo intelligimus, Romanum Pontificem, qui se non Deum, sed Dei famulum agnoscit, non esse Antichristum.

QVOD denique Antichristus non sit passurus vllum Deum, nec verum, nec falsum, nec vlla idola, vllatur primò ex illis verbis Pauli secundæ ad Thessalonicenses secundo: Qui extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Vbi notandum, pro eo quod colitur, Græcè esse *σεβάσµα*, quod Magdeburgenfes volunt significare cultum, id est, actum colendi, non id quod colitur: vt inde probent, Apostolum non velle dicere, Antichristum non adoraturum idola, sed deprauaturum cultum veri Dei, mutilando Sacramenta, vel eis addendo varias ceremonias. At certè *σεβάσµα* propriissimè significat non actum, sed obiectum, id est, quod colitur, vt aram, delubrum, idolum, &c. Cultus enim dicitur *σεβάς*, vel *ἱερέσια*, non *σεβάσµα*.

VND E idem Paulus act. 17. *Ἐπιθεωροῦντες τὰ εἰδωλόθυρα ἡµῶν εἶπον ὅτι βασιλεῖς, &c.* Præteritis, inquit, & considerans simulacra vestra, inueni aram, &c. Vbi apertissimè Paulus per *σεβάσµατα*, intelligit res ipsas, quæ coluntur, vt delubra, aras, idola. Et Sap. 15. sic legitur: *Κεῖνται γὰρ ἐν τῶν σεβάσµατων ἀντὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀντὶ τῶν ἀνθρώπων δὲ δένονται. Μελior est homo idolis, quæ ipse fecit. Nam ipse vixit aliquando, illa autem nunquam.* Quem locum nescio, an quis ita peruertere audebit, vt neget voce *σεβάσµατος* significari ipsa idola, siue simulacra, quæ manibus hominum fabricantur, quæque vitam habere videntur, cum tamen non viuunt.

ITATQVE omnes Græci, & ipse etiam Erasmus, cui multum tribuunt omnes hæretici, tam in versione, quàm in annotationibus, docet *σεβάσµα* debere verti numen. Deinde verba Danielis, c. II. clarissima sunt. *Nec quenquã Deorum curabit, sed contra vniuersa consurget.* In quem locum Hieronymus scribens, dicit, non posse hæc intelligi de Antiocho, vt volebat Porphyrius, quoniam constat, Antiochum adorasse Deos Græcorum: sed intelligi de Antichristo, qui nullum Deum coler.

ACCEDAT vltimò consensus veterum, Irenæus lib. 5. c. 25. *Idola quidem, inquit, se ponet, ad suadendum quod ipse sit Deus: se autem extollet vnum idolum.* Hippolytus sermone de consummatione: *Antichristus, inquit, idololatriam non admittet.* Cyrillus catech. 15. *Idola, inquit, odio habebit Antichristus.* Chryostomus in hunc locum: *Extolletur, inquit, super omne quod dicitur Deus, aut numen. Non enim ad idololatriam adducet ille.* Idem docet in hunc locum Theophylactus, Oecumenius, Theodoretus, qui etiam pulchre notat, Diabolum mirabiliter ludere, & lusurum cum filiis perditionis.

ANTIQUIS enim temporibus suadebat multos Deos falsos, & varia idola adorada, & eo modo plurimos

lucra

lucratur. Tempore autem Antichristi, quia videbit per doctrinam Christi toto ferè orbe exacta idola, & fallorum Deorum multitudinem, & eo modo adhuc plures decipiet. Ex quo apparet, Pontificem, qui secundum Catholicos agnoscit Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & secundum hæreticos, adorat multa idola, nullo modo dici posse Antichristum.

AT, inquit, Daniel cap. II. affirmat, ab Antichristo colendum Deum Maozim auro, & argento, & lapidibus preciosis.

RESPONDETUR primo, per Deum Maozim, qui interpretatur fortitudinem, id est, fortissimus, posse intelligi ipsum Antichristum. Si quidem illud, Venerabitur, in Hebræo non est *יִשְׁבְּחָהוּ* *isibthabanè* adorabit, sed *יִבְרַךְ* *iecabbed*, glorificabit, quomodo Psalmo 90. dicit Deus: *Eripiam eum, & glorificabo eum*, Hebræicè *אֲבָרַחֵהוּ* *acabbedehu*, & certè Deus non glorificat homines subiuciendo se illis, sed eos exaltando. Sic igitur Antichristus seipsum glorificabit, cum se ab omnibus adorari faciet. Vnde & septuaginta verterunt *δοξάσῃ*, & hoc modo exponit Theodoretus: *Deum, inquit, fortem & potentem (hoc enim significat Maozim) seipsum appellat. Illud enim in loco suo, pro seipsum, posuit. Eriget eum sibi ipsi templa, & auro, argento, & lapidibus pretiosis ipse exornabit.* Hæc Theodoretus.

SECVNDO dici potest, quod mihi magis placet. Antichristum Magum futurum, & more aliorum Magorum, occultè Diabolum ipsum, cuius ope mirabilia faciet, adoraturum: & hunc vocari Deum Maozim. Porro Maozim existimarem non esse nomen Dei, sed loci cuiusdam munitissimi & secreti, in quo erunt præcipui thesauri Antichristi, & in quo, vt diximus, Diabolum ille adorabit. Sequitur enim apud Danielem, & faciet, vt munit Maozim cum Deo alieno, quem cognouit. Et verè *מַחֲזֵק* *mahoz*, tam fortitudinè, quàm arcem significat. Hoc modo exponit Lyranus.

QVOD autem necessariò dicendum sit, Antichristum esse ipsum Deum Maozim, vel si est aliquis alius, non nisi in occultissimo loco, & clam omnibus ab Antichristo adoradum, cogunt nos verba ipsa Danielis, quæ alioqui secum ipsa pugnant. Si enim nullum Deorum curabit, quomodo palàm idola coler?

IAM verò duo illa argumenta Illyrici leuissima sunt. Nam in primo argumento ter peccat Illyricus. Primùm, quod asserat, à Christo verba Pauli explicari, cum Paulus potius Christi verba explicare debuerit. Deinde quod dicat Matth. 24. venire in nomine Christi, idem significare, atque esse Christi Vicarium. Repugnat enim huic Illyrici explicationi ipsa Christi explicatio. Nam vbi Dominus dixisset, *Multi venient in nomine meo*, mox addidit, explicans, *dicentes, Ego sum Christus.* Itaque venire in nomine Christi, eo loco est vsurpare sibi Christi nomen. Quod olim Simon Magus fecit, teste Irenæo lib. I. cap. 20. & nostris temporibus Dauid Gregorius. Et tandem idipsum Antichristus faciet. Papa verò hoc ipso, quod se Vicarium Christi nominat, se Christum non facit.

TERTIO peccat Illyricus, quod Christum ineptum interpretem Pauli facit. Nam non rectè exponit illud Pauli (*Extollit se super omnem Deum*) per istud, *multi venient in nomine meo*, id est, Vicarios meos se facient. Nam Vicarius Dei non est super omnem Deum, sed infra omnem Deum. Sicut Vicarius Regis est infra omnem Regem. Nec enim potest cogitari aut fingi quemadmodum qui se Vicarium Regis alicuius esse profitetur, idem se supra omnes Reges esse gloriatur. Ex quo apparet cæcitas atque impudentia aduersariorum, qui ea interdum effutiunt, quæ vel ab ipso communi sensu abhorrent.

AD illud autem argumentum Illyrici, quo probabat,

Papam vsurpare auctoritatem maiorem, quàm habeat Christus, respondeo, propositionem & assumptionem argumenti illius duo esse mendacia, & præterea consequentiam nihil valere.

PRIMO enim falsum est, Christum se subiecisse Scripturis, cum constet, ipsum esse auctorem Scripturarum, & proinde super Scripturas. Cum autem legimus, Christum fecisse quæ faciebat, vt impleverentur Scripture, illud, vt non causam, sed euentum significat, vt Chryostomus & Augustinus docent, in c. 12. Ioan. Non enim Christus idè mortuus est, quia Iſaias hoc scripsit, sed idè Iſaias hoc scripsit, quia erat futurum.

DEINDE falsum est etiam, Pontificè vnquam dixisse verbo, aut facto, se posse dispensare contra Euangelistâ, aut Apostolum. Nam etsi potest dispensare in præceptis positius Apostolorum, non tamen hoc est contra Apostolum, sed iuxta Apostolum, qui sine dubio nouerat Apostolicam potestatem, qua ipse præditus pro tempore aliquid in Ecclesia statuerat, futuram esse in successoribus, qua possent ipsi illa eadem moderari vel mutare, prout Ecclesiæ expediret. In Euangelicis autem, id est, diuinis præceptis, nemo vnquam Catholicus dixit, posse Pontificem vilo modo dispensare.

DEINDE consequentia etiam est mala. Nam in maiori propositione loquitur Illyricus de subiectione Christi sub Scripturis, non quoad præcepta, sed quoad prophetias. Nec enim ignorabat Illyricus, Christum soluisse Sabbathum, & abrogasse legem ceremonialem. In minori autem loquitur de præceptis, atque ita argumentum habet quatuor terminos, & nihil inde concludi potest. Hæc de doctrina Antichristi sufficiunt hoc loco.

CAPVT XV.

De miraculis Antichristi.

DE miraculis Antichristi tria habentur in Scripturis. Primò, multa miracula eum facturum. Secundò, qualia illa erunt. Tertiò, ponuntur tria exempla. Miracula facturum Antichristum, docet Apostolus 2. Theff. 2. *Cuius est, inquit, aduentus secundum operationem Satanae in signis & prodigiis.* Et Dominus in Euangelio, Matth. 24. *Dabunt signa & prodigia magna, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Dabunt, inquit, non dabit. Quia non solus Antichristus, sed etiam ministri eius signa facient. Adèd vt B. Gregorius dicat lib. 32. moral. cap. 12. etiam tortores ipsorum sanctorum Martyrum, tunc prodigia & signa facturos. Denique Apocal. 13. *Et fecit signa magna in conspectu hominum.*

QUALIA erunt explicat Paulus 2. Theff. 2. vno verbo dicens, fore mendacia: *In omni virtute, inquit, & signis & prodigiis mendacibus.* Porro mendacia signa erunt ratione omnium causarum, finalis, efficiētis, materiæ & formæ. Finis enim eorū miraculorum erit ostendere Antichristum esse Deū, & Messiam, quod erit perniciosissimum mendacium. Chryostomus in hunc locum docet, mendacia vocari ea miracula, quia ad mendacium inducent. Et Ambrosius in hunc etiam locum docet, finem miraculorū Antichristi futurū, vt se probet Deū, sicut Christus noster veris miraculis Diuinitatem suam demonstrauit.

DEINDE, vocantur mendacia signa ab efficiente, nam causa efficiens principalis erit pater mendacij, id est, Diabolus. Sic enim ait Apostolus: *Cuius est aduentus secundum operationem Satanae.* Et omnes Patres asserunt, Antichristum futurum insignem Magum, immò Diabolum ab ipsa conceptione, vel saltem ab infantia in Antichristo habitaturum, & per eum signa perpetraturum. Cyrillus catechesi decima quinta, vbi dixerat, Antichristum futurum Magum, & veneficiis, incantationibus, ac malis artibus instructissimum, indicat, miracula illius dici mendacia, quia à patre mendaciorum proficiuntur.

ERVNT

ERANT etiam mendacia multa ex illis,ratione materie, quia erunt phatistica & praestigia quaedam, vt Cyrillus, vbi supra, & Theodoretus in hunc locum docet. Videtur enim excitare mortuos, & sanare aegrotos: sed illusiones Daemonum erunt, non verae excitationes, aut sanitates. Propter quod in Apocalypsi c. 13. dicitur Antichristus facturus miracula in conspectu hominum, id est, apparentia, & deludentia conspectum hominum, non solida & vera, vt Arethas in eum locum annotauit.

DENIQUE, erunt quaedam ex illis mendacia ratione formae, licet vera, ratione materiae, quia interdum res veras operabitur, sed quae non superabunt vires totius naturae, & ideo non vera miracula erunt formaliter. Vera enim miracula sola dicuntur illa, quae a solo Deo fieri possunt, id est, quae non habent causas naturales, neque occultas, neque manifestas. Et ideo non solum in conspectu hominum, sed etiam in conspectu Daemonum & Angelorum sunt mirabilia. At miracula Antichristi habebunt omnia causas naturales, sed hominibus occultas.

EXEMPLA miraculorum Antichristi tria ponuntur Apocalypsis 13. Vnum, quod ignem de caelo descendere faciet. Alterum, quod faciet, vt imago bestiae loquatur. Tertium, quod finget se mori, & resurgere. Propter quod miraculum, praecipue totus feret mundus eum admirabitur. Ex quibus miraculis duo priora erunt vera ratione materiae, non ratione formae, tertium autem nullo modo.

PRIMUM autem obicit contra haec, quia non videntur haec omnia miracula posse tribui Antichristo. Nam Ioannes in eo loco duas bestias introducit: vnam quae habet capita septem, & cuius vnum caput visum est mori & resurgere; alteram minorem, quae fecit ignem de caelo descendere, & imaginem loqui. Si ergo Antichristus erit prior bestia: non ei tribuuntur duo illa miracula de igne & de imagine. Si erit posterior bestia, non potest ei tribui miraculum resurrectionis.

RESPONDEO, priorem bestiam significare vel Romanum imperium, vel multitudinem impiorum, vt supra diximus: vnum autem, id est, praecipuum eius caput, quod visum est mori & resurgere, esse Antichristum. Erit enim Antichristus supremum & vltimum caput impiorum, & est vltimus Rex, qui imperium Romanum tenebit, tamen sine nomine Romani Imperatoris. Et hoc fictum miraculum resurrectionis, etiam omnino tribuendum Antichristo, docent Primasius, Beda, Haymo, & Richardus, Rupertus, & Anselmus, in hunc locum, & Gregorius lib. 11. epist. 3. quod est notandum contra Lyranum, qui exponit hoc de filio quodam Cofdroe Regis Persarum, quem esse fingit in quodam conflictu vulneratum, & tamen non occidit. Nec enim vlla historia probata tale aliquid refert de illo Cofdroa, neque potest filio Cofdroe conuenire, quod sequitur in Apocalypsi: *Et admirata est vniuersa terra post bestiam dicens, Quis similis bestiae?*

POSTERIOR illa bestia in Apocalypsi secundum Rupertum significat eundem Antichristum. Idem enim Antichristus per duas bestias exprimitur; per vnam, ratione regiae potentiae & tyrannidis, qua coget homines violenter; per alteram, ratione magicae artis, qua callide homines seducet. Et secundum Richardum & Anselmum, & alios posterior bestia significat praedicatorum Antichristi, qui miraculis ostendere conabuntur, Antichristum verum esse Messiam. Itaque haec omnia miracula, erunt vel Antichristi, vel ministrorum eius. Hinc sequitur Pontificem non esse Antichristum, nunquam enim vllus Pontifex finxit se mori & resurgere, nec vel ipse, vel vllus eius minister fecit ignem de caelo descendere, vel imaginem loqui.

At obiciunt Magdeburgenses cent. 1. lib. 2. cap. 4.

col. 436. Miracula mendacia multa facta esse à Pontificiis: *Qualia sunt, inquit, visiones animarum fabularum de purgatorio, & penitentium missas pro se celebrari, & sanitates morborum: quae acciderunt colentibus statuas, aut videntibus Sanctis.*

RESPONDEO in primis, non sunt ista miracula, quae Antichristum facturum scribit Ioannes, sed mori, & resurgere, ignem de caelo demittere, dare imagini vim loquendi. Ostendant ergo, ista facta esse à Pontifice, vel Pontificiis.

DEINDE illa tria genera miraculorum, fuerunt in Ecclesia visitata ante id tempus, quo aduersarij Antichristum apparuisse dicunt. Scribit enim beatus Gregorius lib. 4. Dialogorum, cap. 40. Paschasij Diaconi, qui vixerat tempore Symmachi Papae, circa annum Domini cccc. animam apparuisse sancto Germano Capuano Episcopo, ac, vt pro se oraret, petiisse, vt à purgatorij tormentis liberaretur. Certè hoc miraculum contigit centum annis antequam Antichristus apparuerat, ex sententia omnium haereticorum huius temporis. Nemo enim ponit aduentum Antichristi, nisi post annum d. c. & Gregorij lobitum. Idem Gregorius refert de alijs apparitionibus animarum, Missas penitentium, eodem lib. 4. cap. 55.

DE miraculis sanitarum propter imaginum venerationem, existat exemplum apud Eusebium, lib. 7. hist. c. 14. vbi refert ab ea muliere, quam Dominus curauit à sanguinis fluxu, statuum aream Saluatori erectam, herbam autem quandam sub ipsa statua nasci consueuisse, quae vbi creuisset vsque ad fimbrias imaginis, eamque attigisset, omnium malorum genera curabat. Quo miraculo euidenter est Deum approbare voluisse sacrarum imaginum cultum.

DE sanitaribus concessis diuinitus iis, qui Sanctis aliquid vouerunt, sunt innumerabilia apud veteres testimonia, sed insigne testimonium existat apud Theodoretum qui lib. 8. ad Graecos, qui est de Martyribus, scribit, suo tempore templa Martyrum fuisse plena tabellis vel simulacris manuum, pedum, oculorum, capitum, & carcerorum humanorum membrorum, quibus indicabantur varia dona sanitarum, quae homines rei votorum à sanctis Martyribus acceperant.

CAPVT XVI.

De regno & praeliis Antichristi.

DE regno & praeliis Antichristi, quatuor in Scripturis legimus. Primum, Antichristum ex humilimo loco prodeuntem per fraudes & dolos regnum Iudaeorum adepturum. Secundò, pugnaturam cum tribus Regibus, nimirum Aegypti, Lybiae, atque Aethiopiae, & eorum regna, illis deuictis, occupaturum. Tertio, subacturum sibi alios septem Reges, & eo modo Monarchiam totius mundi euasurum. Quarto, cum innumerabili exercitu toto orbe Christianos persequitur, & hoc esse praelium Gog, & Magog. Quorum omnium cum nihil in Pontificem Romanum conueniat, sequitur manifestè, eum Antichristum nullo modo vocari posse.

DE primo sic loquitur Daniel cap. 11. *Stabit, inquit, in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius, & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulencia.* Quem in locum Hieronymus scribit, quod est haec intelliguntur aliquo modo de Antiocho Epiphane, tamen longè perfectius implenda sunt in Antichristo: quemadmodum quae dicuntur in Psalm. 71. de Salomone, intelliguntur quidem de ipso Salomone, sed perfectius impleta sunt in Christo. Propterea ibidem Hieronymus postquam exposuerat hunc locum de Antiocho, sequutus Porphyrium, ita subiungit: *Nostri autem & melius interpretantur, & rectius quod in fine mundi haec sit facturus Antichristus. Qui consurgere habet de modica gente, id est, de*

populo

populo Iudaeorum, & tam humilis erit atque despectus, vt ei non detur honor regius, & per insidias & fraudulentiam obtineat principatum, &c.

VBI Hieronymus significat, haec esse communem Christianorum expositionem. Qua etiam de causa capite septimo comparat Daniel Antichristum cum cornu paruplo, nimirum propter ipsius vile & obscurum principium.

ET certè hoc primum nullo modo conuenit Romano Pontifici. oporteret enim dicere, Romanum Pontificem vsque ad annum sexcentesium fuisse obscurissimum, & nullius nominis, & tunc repente, ac per fraudes locum aliquem excelsum occupasse. At hoc est aperte falsum. Nam, vt Augustinus epistola 162. ait. *In Romana Ecclesia semper viguit Apostolica Cathedra principatus.* Et Prosper lib. 2. de vocatione Gentium cap. 6. *Roma, inquit, per sacerdotij principatum amplior facta est arce religionis, quam solio potestatis.* Et Concilium Chalcedonense in epistola ad Leonem, asserit, Romae lucere Apostolicos radios, qui inde se ad omnes expandunt, & bona sua cum caeteris communicant.

DENIQUE, ipse etiam Ethnicus scriptor Ammianus Marcellinus lib. 27. scribens de schismate Damasi, & Versicini, dicit, se non mirari, si homines tanto studio contendunt pro Romano pontificatu, cum tanta sint eius opes, & amplitudo.

DE secundo sic loquitur idem Daniel cap. 7. *Considerabam, inquit, cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius.* Et infra explicans: *Porro, inquit, cornua decem, decem Reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit.* Et cap. 11. explicans qui sint isti Reges tres: *Mittet, inquit, manum suam in terras, & terra Aegypti non effugiet, & dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti: Per Lybiam quoque, & Aethiopiam transibit.* In qua loca Hieronymus scribens, ac praecipue in cap. 7. inquit: *Dicamus quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt, in consummatione mundi, quando regnum destrudum est Romanorum, decem futuros Reges, qui orbem Romanum inter se diuidant, & undecimum surrecturum esse Regem paruulum (Antichristum) qui tres Reges de decem Regibus superaturus sit, id est, Aegyptiorum, & Africae, & Aethiopiae, quibus interscietis, etiam alij septem Reges victori colla submittent.* Idem docent de tribus Regibus ab Antichristo occidendis Irenaeus lib. 5. cap. 26. Lactantius lib. 7. cap. 16. & Theodoretus in cap. 7. & 11. Danielis.

HOC autem maxime refellit insanium haereticorum, qui Pontificem Antichristum faciunt. Dicant enim, si possunt, quandònam Pontifex Romanus occiderit Reges Aegypti, Lybiae, & Aethiopiae, & eorum occupauit regnum? Theodoros Bibliander in suo Chronico dicit, Romanum Pontificem tanquam cornu paruulum, excussisse primum cornu de illis decem, quando Gregorius II. excommunicauit Leonem Imperatorem Graecum Iconomachum, & prohibuit, tributa illi ab Italis reddi, & paulatim principatum eius, id est, Exarchatum Raennae obtinuit. Secundum cornu dicit excussisse, quando Zacharias Papa deposuit Childericum Regem Francorum, & Pipinum pro eo creati iussit.

DE tertio non aperte loquitur, sed videtur indicare, tunc fuisse excussum tertium cornu, quando Gregorius VII. excommunicauit, & deposuit Henricum III. Imperatorem. Existat etiam epistola quaedam Friderici II. Imperatoris contra Pontificem scripta, in qua asserit, tria cornua ab Antichristo euulsa, esse Regnum Italiae, & Germania, & Sicilia, quae sibi potissimum Romanus Pontifex feruire coegit.

AT haec vanissima sunt. Nam in primis Daniel non de regno Galliae, vel Germania loquitur, sed de regno

Aegypti, Lybiae & Aethiopiae. Deinde nullum eorum Regum Papa occidit: Antichristus autem tres illos Reges interficiet, vt Hieronymus dicit.

PRIMUM autem, Antichristus sibi illa regna vendicabit, non aliis tradet: At Pontifex regnum Galliae non sibi sed Pipino tradidit: Et Imperatore deposito, alium creati iussit, non sibi imperium vsurpauit. Et similiter quando priuauit Leonem Imperatorem principatu Raennae, non sibi vendicauit principatum illum, sed Regibus Longobardorum permisit, quem tamen postea Pipinus, deuictis Longobardis, Pontifici donauit.

DENIQUE, si deponere principes est cornua excutere, non erunt tria, sed multò plura ab Antichristo euulsa. Constat enim, à Pontificibus fuisse depositos praeter Leonem III. Graecum, & Childericum Francum, etiam Henricum III. à Gregorio VII. Othonem III. ab Innocentio III. Fridericum II. ab Innocentio III. Quos omnes reipia imperium amiserunt.

DE tertio habemus testimonia veterum apertissima. Lactant. lib. 7. cap. 16. & Iren. lib. 5. cap. 26. dicunt. Antichristo posteaquam occiderit tres Reges ex decem, reliquos continuò subiiciendos, & tum ipsum omnium Principem futurum. Hieronymus in cap. 11. Danielis, in illud: *Et faciet, quae non fecerunt Patres eius, Nullus, inquit, Iudaeorum absque Antichristo in toto vnquam orbe regnauit.* Chrysostomus in 2. Thes. 2. asserit, Antichristum Monarchiam futurum, & successurum Romanis in Monarchia, sicut Romani successerunt Graecis, Graeci Persis, Persi Assyriis.

DENIQUE Cyrillus catech. 15. dicit Antichristum Monarchiam adepturum, quae antea fuerat Romanorum. Et satis aperte deducitur haec Patrum sententia, ex Apocal. cap. 17. vbi legimus: *Et decem cornua, quae uisisti, decem Reges sunt. Hi vnum consilium habent, & virtutem, & potestatem suam bestiae tradent.* Hoc autem nullo modo conuenire Romano Pontifici, certum est. Nec enim vnquam Pontifex Rex fuit totius orbis terrarum.

DE quarto loquitur Ioannes Apocal. 20. *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo & exibit, & seducet Gentes, quae sunt super quatuor angulos terrae Gog & Magog: & congregabit eos in praedium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terrae, & circumerunt castra Sanctorum & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis de caelo, & deuorauit eos, & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi & bestia & Pseudopropeta cruciabantur die ac nocte in saecula saeculorum.* His verbis describitur vltima persecutio, & finis eius. De qua re sic loquitur Augustinus lib. 20. de ciuit. Dei cap. 11. *Haec erit nouissima persecutio nouissimo imminente iudicio, quae sancta Ecclesia toto terrarum orbe patietur, vniuersa scilicet, ciuitas Christi ab vniuersa Diaboli ciuitate, quantacumque erit vtraque super terram.* Similia habentur Ezechielis 38. 39. quae sunt breuiter exponenda propter multos, qui de hac re exstiterunt errores.

CAPVT XVII.

De Gog & Magog.

PRIMUM igitur sententia, siue potius error est Iudaeorum, qui docent, Gog esse Antichristum, Magog esse Gentes Scythicas innumerabiles, quae latent intra Caspios montes. Venturum autem esse Gog, id est, Antichristum cum Magog, id est, cum exercitu Scytharum, illo ipso tempore quo Messias primum apparebit in Hierusalem, & tunc praedium committendum in Palaestina, & tantam stragem futuram in exercitu Gog, vt per septem annos Iudaei non sint caesuri ligna ex arboribus ad ignem struendum, sed crematuros bastas, & clypeos, & similia instrumenta, quae iacebunt vbique cum cadueribus, & deinceps futura secula aurea, &c.

Tomus primus.

Ff

RE F E R T hanc opinionem Hieronymus in cap. 38. Ezechielis, & Petrus Galatinus lib. 5. cap. 12. contra Iudæos, & Rabbi David Kimhi in commentariis Psalmorum passim. Sed Iudæi in duobus errant. Primò, quòd putant prælium Gog & Magog futurum in primo Christi aduentu, confundentes primum cum secundo, cum tamen Scripturæ aperte doceat, in primo aduentu Christum venturum in humilitate, & tanquam ouem mansuetam immolandum, vt patet Isa. 53. & alibi. Secundò, quòd putant, Antichristum venturum contra se, & cum suo Messia pugnaturum, cum tamen Antichristus reuera ipsorum Messias sit futurus, & pro Iudæis contra verum Christum Saluatorem nostrum pugnaturus.

SE C V N D A opinio est Lactantij lib. 7. cap. 24. 25. & 26. qui existimat, prælium Gog & Magog futurum mille annis post mortem Antichristi. Docet enim ipse finitis sex millibus annorum à mundo condito, venturum Antichristum, & regnaturum tribus annis cum medio, tunc occidendum Antichristum, appariturum Christum, futuram resurrectionem, & regnatos Sanctos cum Christo hinc in terris mille annis, in summa pace, & tranquillitate, infidelibus interim quidem exterminatis, sed pacificè seruientibus. Quibus finitis iterum soluendum Diabolum, & excitandum bellum atrocissimum omnium Gentium, quæ per mille annos seruierunt Sanctis, contra eisdem Sanctos: & hoc esse prælium Gog & Magog, de quo loquuntur Ezech. & Ioan. Sed paulò post diuinitus occidendos omnes impios, & tunc futuram secundam resurrectionem, & mundum penitus innouandum.

HÆC opinio fuit etiam multorum veterum, vt Pappæ, Iustini, Irenæi, Tertulliani, Apollinaris, & quorundam aliorum, vt refert Hieronymus in cap. 36. Ezechielis, & Eusebius lib. 3. hist. cap. vlt. Sed iam dudum explosa est, tanquam error exploratus. Dominus enim Matth. 24. & 25. aperte docet, post Antichristi persecutionem statim futurum iudicium vltimum. Et ituros omnes bonos in vitam æternam, omnes malos in ignem æternum. Ac proinde non futura post alios mille annos, nec vnquam deinceps vlla prælia.

TE R T I A opinio est Eusebij, qui lib. 9. demonstrationis Euangelicæ, cap. 3. existimat, Gog esse Imperatorem Romanum, & Magog Imperium eius. Sed nititur falso fundamento. Deducit enim hanc opinionem ex cap. 24. Numerorum, vbi secundum versionem LXX. legitur: *Extolletur Gog regnum, & augetur regnum eius. Deus duxit illum ex Aegypto, &c.* Vbi videtur Scripturæ dicere quòd quando Christus redibit ex Aegypto tempore suæ infantie, tunc extolletur regnum Gog; constar autem, Christo infante existente nullum regnum fuisse exaltatum, nisi Romanorum.

AT sine dubio corrupta est in hoc loco editio LXX. interpretum. Hebraicè enim habetur non Gog, sed Agag, מלך אגג *veiarom meagag macho. Et iolietur propter Agag, vel præ Agag Rex eius.* Et sensus est secundum Hieronymum in cap. 38. Ezechielis, & tollitur Saul primus Rex Israël propter Agag, id est, quia peccabit non occidendo Agag. Vel secundum alios, extolletur Saul præ Agag, id est, præualebit & superabit ipsum Agag. Vtrumque est verum. Et certum est locum illum Numerorum intelligi de regno Iudaorum, non de Christo, vel Romanis. Incipit enim, *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, ventoria tua Israël, &c.*

QU A R T A opinio est aliorum, qui per Gog & Magog intelligunt prælia Diaboli, & Angelorum eius olim in caelo cum Angelis bonis patratæ, quam Hieronymus refellit, tanquam destruentem literam, in c. 38. Ezechielis.

QU I N T A est Theodori Bibliandri, quem sequitur Chytræus in commentario, cap. 20. Apostol. Igitur Bibliander tab. 14. suæ Chronologiæ, vbi accuratè disserit de Gog & Magog, & tandem docet, prophetiam Eze-

A chielis & Ioannis non pertinere ad idem tempus, sed Ezechielis quidem variatum impletum esse tempore Machabæorum, & Gog ac Magog fuisse Alexandrum Magnum, & posteros eius Reges Syriæ, & Aegypti, qui cum Iudæis multa prælia commiserunt, & à Machabæis tandem superati fuerunt. Ioannis autem prophetiam impletam esse tempore Gregorij VII. Papæ, & sequentium aliquot Pontificum: ac Gog & Magog fuisse Pontifices, & alios Christianorum Principes & exercitus, qui diu pugnauerunt contra Saracenos pro terra sancta & sepulchro Domini recuperandis.

PR I M A pars huius opinionis est etiam Theodoret, in ca. 38. Ezechielis, sed defendi non potest. Primò, quia sine dubio vna, & eadem est prophetia Ezechielis & Ioannis, & proinde vtraque implenda est post Christi aduentum. Nam in primis Ioannes dicit, exercitum Gog à quatuor angulis terræ venturum: idem dicit Ezechiel, nominatim exprimens in exercitu Gog futuros Persas ex Oriente, Aethiops ex Meridie, Tubal, id est, Hispanos ex Occidente, & Togorma, id est, Phygas à lateribus Aquilonis. Deinde Ioannes dicit, Igne de caelo dimisso hunc exercitum perdendum, & idem asserit Ezechiel in fine cap. 38. *Ignem, inquit, & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius.*

DE N I Q U E Ioannes huic prælio subiungit continuò innouationem Hierusalem, id est, glorificationem Ecclesiæ, & similiter Ezechiel à c. 40. vsque ad finem libri, nihil tractat, nisi mirabilem innouationem Hierusalem.

PR A T E R E A secundò probatur, prophetiam Ezechielis non fuisse impletam tempore Machabæorum. Nam Ezechiel. 38. dicitur ad Gog, *in nouissimo annorum veniens.* At Alexander Magnus cum suis in medio annorum venit. Deinde Ezechiel aperte dicit, in exercitu Gog futuros Aethiops, Lybios, Hispanos, Cappadoceas, &c. qui tamen nunquam pugnauerunt contra Hierusalem, ac præsertim tempore Machabæorum. Soli enim Aegyptij & Syri pugnauerunt contra Machabæos.

DE N I Q U E Ezechiel describit talem victoriam contra Gog & Magog, vt deinceps nulli essent timendi hostes, sed esset futurus finis omnium præliorum. At non talis fuit victoria Machabæorum contra Reges Syriæ, & Aegypti. Nam nec Iudæi Regem Syriæ, & Aegypti vnquam penitus superauerunt, & paulò post fuerunt Iudæi rursum à Romanis vexati, & capti, nec se vnquam de eorum manibus liberauerunt, vt Augustinus deducit, & probat lib. 18. de ciu. Dei, cap. 45. Non ergo prophetia Ezechielis ante Christi tempora impleta fuit.

AL T E R A pars opinionis Bibliandri, quæ propria est eius, non solum falsa, sed etiam impia est. Nam in primis Ioannes dicit prælium Gog & Magog futurum contra castra Sanctorum, & dilectam ciuitatem, id est, contra veram Dei Ecclesiam. At bellum Christianorum pro terra sancta recuperanda fuit totum contra Saracenos Mahumetanos: nisi fortè velit Bibliander Mahumetanos esse veram Dei Ecclesiam, & castra Sanctorum.

DE I N D E Ioannes dicit, homines futuros in exercitu Gog, ex quatuor angulis terræ. At in exercitu Christiano non erant nisi Occidentales, & Aquilonales, id est, Galli, Germani, Itali.

PR A T E R E A Ioannes dicit, finito bello Gog & Magog mox Hierusalem renouandam & glorificandam, Diabolum autem, & Antichristum, & Pseudoprophetas deiiciendos in ignem æternum: At bellum Christianorum pro terra sancta iam dudum est finitum, nec tamen videmus vllam Hierusalem innouatam, nec Diabolum, & Pseudoprophetas disiectos in Tartarum. Nunc enim, vt etiam aduersarij fatentur, Diabulus & Pseudopropheta maxime vigent.

PR A T E R E A Deus ipse manifestis signis, & prodigijs tum ad Antiochiam Syriæ, tum in alijs locis mani-

ifesta ostendit, sibi gratum bellum illud fuisse. De quibus vide Gulielmum Tyrium lib. 6. de bello sacro, & Paulum Aemylum lib. 4. de rebus Francorum.

DE N I Q U E S. Bernardus, quem Sæctum siue Dium nominat idem Bibliander in Chronico, vbi de Eugenij III. temporibus agit, præter alios sanctos viros vnus fuit ex præcipuis auctoribus illius belli. Ipse enim & verbis, & miraculis suasis infinitæ multitudini Gallorum, & Germanorum, vt ad bellum illud proficiscerentur, vt ipsemet indicat initio lib. 2. de consideratione. Et auctor vitæ eiusdem Bernardi li. 2. c. 4. scribit B. Bernardum post prælium peractum, caecum quandam illuminasse in testimonium, quod nomine Dei bellum illud prædicauerat.

SE X T A opinio est Magdeburgensis, cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 435. vbi docent, Gog & Magog esse regnum Saracenorum, siue Turcarum. Quæ sententia planè opponitur sententiæ Bibliandri, & ided melior est, vel potius minus mala. Sed tamen absolutè est falsa. Siquidem Gog venit in nouissimo annorum, & nec diu durabit, vt ex Ioanne & Ezechiele aperte colligitur. Regnum autem Saracenorum iam dudum cæpit, & durauit hætenus annos ferè mille, quod sanè modicum tempus dici nequaquam potest.

SE P T I M A est B. Ambrosij lib. 2. de fide, cap. vlt. Gog & Gothos, qui multas provincias populi Romani vastauerunt. Meminit huius opinionis B. Hieronymus in quaest. Hebraicis in Gen. cap. 10. & ait: *Vtrum vera sit necne, exitus prælij docebit.* Et nunc sanè exitus prælij docuit, non fuisse veram. Neque enim post bella Gothorum vlla innouatio Ecclesiæ sequuta est, neque bella omnia cessauerunt.

OC T A V A est ipsius S. Hieronymi in cap. 38. Ezechielis, qui videt difficultatem, omisso literalis sensu mysticè exposuit de hæreticis. Vult enim Gog, quod Hebræis est tectum, significare hæresis archas, qui instar rectori elati sunt, ac superbi: Magog autem, quod interpretatur, de tecto, significare eos, qui hæresis archis credunt, eisque subiiciuntur, vt ædificium suo tecto.

HÆC sententia pro mystico sensu accepta verissima est, non tamen ad literam. Nam Ezechiel cap. 38. dixit Gog venturum in nouissimo annorum, & Ioannes Apo. 20. dicit post mille annos venturum eundem Gog. nomine autem mille annorum intelligunt annos Catholici totum tempus, quod est à Christi aduentu vsque ad Antichristum. Cum ergo Gog non sit venturus, nisi circa finem mundi, & hæretici initio Ecclesiæ adhuc Apostolis viuentibus cæperint, constat propriè, & ad literam Gog non significare hæreticos.

SE C V N D V M est etiam Hieronymum cum dicit Gog interpretari tectum, & Magog, de tecto, non velle dicere idem omnino esse Hebræis Gog, & Magog, quod nobis tectum, & de tecto, sed velle dicere esse quasi idem. Propriè enim Hebræis tectum non est Gog, sed גוג Gag, & de tecto non dicunt Magog, sed מגוג Magog.

NO N A sententia est B. Augustini lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 11. qui per Gog intelligit Diabolum, qui est instar magni rectori, id est, magnæ domus, in qua habitant omnes mali. Per Magog autem intelligit Antichristi exercitum ex totius orbis nationibus collectum. Quæ sententia sine dubio verissima est, & amplectenda quatenus refert Gog, & Magog ad tempora Antichristi, tum quòd eum sequuntur omnes Catholici auctores, qui scribunt in Apoc. vt Arethas, Primasius, Beda, Haymo, Rupertus, Richardus, Anselmus, & alij: tum etiam quòd omnia qua dicuntur ab Ezechiele, & Ioanne, de Gog & Magog, rectissimè conueniant Antichristo. Tunc enim verè erit vltima, & maxima persecutio; & post eam innouabitur Hierusalem, hoc est, Ecclesia glorificabitur, nec vlla deinceps prælia audientur. Quatenus autem per Gog intelligit Diabolum, non videtur vera.

nam Ioannes dicit Diabolum solum conuocaturum esse Gog & Magog in prælium. Igitur aliud est Diabulus, aliud est Gog.

NO S T R A igitur sententia, quæ decima est, tria continet. Primò, asserimus prælium Gog, & Magog, esse prælium Antichristi contra Ecclesiam, vt rectè Augustinus docuit. Secundò, dicimus probabile esse admodum per Gog significari ipsum Antichristum, per Magog exercitum eius. Nam Ezechiel perpetuò Gog vocat principem, & Magog vocat terram, siue nationem. Tertio dicimus probabile esse Gog dici à Magog, non è conuerso, ita vt dicatur Antichristus Gog, quia est princeps gentis, quæ dicitur Magog. Porro exercitum Antichristi vocari Magog à gente Scythica, non quòd constat ex illis Scythis, quos Iudæi fingunt esse vltra Caucasum, & Caspium mare, sed vel quòd magna pars exercitus Antichristi constabit ex barbaris à Scythia oriundis, vt Turcis, Tartaris, & cæteris: vel (quod magis reor) quia erit exercitus immanis & crudelis valde. Quos enim sæuos dicere volumus, Scythas vocamus.

NA M quòd Magog reuera Scythicam gentem significat, patet ex Genes. 10. vbi legitur filium Iaphet secundum, dictum esse Magog, ex quo dicta est Magog regio, quam eius posterius habitauerunt, quam esse Scythiam docet Iosephus lib. 1. Antiquitatum, capite vndecimo, & Hieronymus in quaest. Hebraicis in Gene. cap. 10. Nam quemadmodum à tribus filiis Cham, id est, Chus, Mizraim, & Chanaham, dicta est Aethiopia Chus, Aegyptus Mizraim, Palestina Chanaham; sic omnino à Magog filio Iaphet, dicta est Scythia Magog.

QU O D autem Ezechiel nominans Magog respexerit ad gentem denominatam à Magog filio Iaphet, planum est, quia ibidem adiungit socios ipsi Gog alias gentes denominatas ab alijs filiis, vel nepotibus Iaphet, vt Gomer, Togorma, Mofoch, Tubal, &c. Concludamus ergo prælium Gog & Magog esse nouissimam persecutionem, quam in toto mundo contra Ecclesiam Antichristus excitabit.

NE Q U E obstat quòd Ezechiel cap. 38. dicit per septem annos cremanda arma Gog & Magog, cum tamen constet post Antichristi mortem non futuros nisi XLV. dies vsque ad mundi finem, vt ex Danielis 12. colligitur. Nam Ezechiel non loquitur propriè, sed figuratè more Prophetarum, nec vult dicere reuera per septem annos comburenda illa arma, sed tam insignem cladem futuram, vt longissimo tempore sufficere possent ad ignem fouendum hastæ, & clypei hominum occisorum, si opus esset.

VN V M superest dubium, Anne propter sæuissimam Antichristi persecutionem extingueda sit penitus Christi fides & religio. Nam Dominicus à Soto in lib. 4. sent. dist. 46. q. 1. art. 1. id futurum omnino credit: *Abseffio, inquit, & defectio totius orbis ab illa sede signum erit consummationis seculi.* Et infra: *Extincta fide per discussionem ab Apostolica sede totus mundus vanus erit, ac deinceps incassum processurus.* Et infra: *Expanscant ergo mortales, quam sit pestilens amor sui. Inde enim dimanat elatio & superbia, quæ sub ductu tandem Antichristi ciuitatem Dei labefactabit.*

AT hæc sententia meo iudicio defendi non potest. Nam imprimis repugnat Augustino, qui lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 11. dicit, Ecclesiam semper inuictam contra Antichristum futuram: *Nec militiam, inquit, suam deseret, quæ vocabulo est appellata castrorum.*

DE I N D E repugnare mihi videtur etiam Euangelio, nam Matth. 16. legitur: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam.* At quomodo non præualebunt, si eam penitus extinguent? Item Matth. 24. Dominus ait de ministris Antichristi: *Dabunt signa magna, ita vt in errorem inducantur,*

si fieri potest, etiam electi. Vbi Dominus significare voluit, electos multos eo tempore futuros, qui Antichristi miraculis seduci se non patientur.

DENIQUE, scriptores omnes qui de Antichristi persecutione loquuntur, ut Ezechiel, Daniel, Paulus, Ioannes, & Patres omnes supra citati, victoriam illius bellis persecutionis penes Ecclesiam tandem futuram dicunt. Et sane ratio ipsa id ipsum docet. Quis enim credat in eo praelio, in quo totis castris Deus & Diabolus, Christus & Antichristus pugnabunt, Deum à Diabolo, & Christum ab Antichristo esse vincendum?

CAPVT XVIII.

Refelluntur deliramenta haereticorum, quibus non tam probant, quam impudenter affirmant, Papam esse Antichristum.

ETS I sufficere poterant, quae haecenus disseruimus de Antichristo, siquidem euidenter ostendimus, nihil eorum summo Pontifici conuenire, quae Antichristo Scripturae diuinae attribuunt: tamen ne aliquid desideretur, & impudentia aduersariorum manifesta fiat, proponam breuiter, ac refellam, quae Lutherus, libellus Smalchaldicus, Caluinus, Illyricus, Tilemannus, & Chytræus adferunt, ut probent Papam esse Antichristum.

Ac primum Lutherus, etsi passim Pontificem summum, Antichristum vocet, ac praesertim in libro de captiuitate Babylonica, in libro contra execrabilem bullam Antichristi, in assertione articulorum, in libro contra Ambrosium Catharinum: tamen vnum duntaxat argumentum eius reperire potui, quo id probare conatur. Nam in assertione artic. 27. ita loquitur: Daniel praedixit octauo cap. Antichristum fore regem impudentem facie, hoc est, sicut Hebraeus habet, potentem speciebus, pompis, & caeremoniis externorum operum, extincto interim spiritu fidei, sicut vidimus impletum tot regionibus, ordinibus, collegiis, ritibus, vestibus, gestibus, adificiis, statutis, regulis, obseruantis, ut numerum nominum eorum vix recites. Atque has easdem Antichristi, ut ipse loquitur, facies enumerat & fusillime explicat in lib. contra Ambrosium Catharinum de visione Danielis.

SED hoc Lutheri argumentum in tribus peccat. Primum in ipso fundamento. Nam verba Hebraea רוב פנים ארפנים, ad verbum sonant, Robustus facie, & phrasi Hebraica significat hominem perfriatæ frontis, qui non nouit erubescere. Nam in primis ita verterunt LXX. רוב פנים ארפנים, inuerecundus facie. Ita Hieronymus vertit. Ita Theodoretus legit. Ita ex Rabbiorum regulis explicat Franciscus Vatablus: Fortis facie, inquit, est qui non erubescit, & quem non pudet.

DENIQUE idem colligitur ex verbis similibus Ezechielis 3. Domus Israel attrita fronte est, & duro corde, & dedi faciem tuam valentior faciebus eorum, & frontem tuam durior frontibus eorum. Vbi in Hebraeo est: Dominus Israel robusti fronte sunt, & dedi faciem tuam robustiorem faciebus eorum. Quae non habent alium sensum quam istum (ut Hieronymus recte explicat) illi quidem impudentes sunt, sed tu non cedas impudentiae illorum: etsi illi audacter & sine pudore faciunt mala, tu audacter, & sine pudore reprehendas. Quae cum ita sint, videat Lutherus, ne ipse impudens facie sit, si suam interpretationem Rabbini, Theodoro, Hieronymo, LXX. interpretibus, & ipsi Ezechiel anteponere velit.

SECUNDO peccat Lutheri argumentum, quia ex hac sententia, quidquid tandem significet, non recte colligitur, Papam esse Antichristum. Nam etiam si constaret Antichristum futurum potentem in pompis & caeremoniis externis, non tamen continuo colligi posset, esse Antichristum quicumque est potens in pompis & caeremoniis externis.

NAM, ut Dialectici docent, ex particularibus affir-

matiuis nihil colligitur: alioqui etiam Moyses fuisset Antichristus, qui tot caeremonias in Exodo & Leuitico instituit, ut vix earum numerus iniri possit. Et cum ibidem de Antiocho, & in eius figura de Antichristo dicitur, illum fore intelligentem aenigmatum, si ratiocinatio Lutheri valeret, sequeretur eos omnes qui aenigmata soluere possent, esse Antichristos. Quod certe fallum & ridiculum est.

TERTIO peccat in eo, quod Pontifici Romano tribuit institutionem omnium ordinum & caeremoniarum Ecclesiasticarum, cum tamen constet plurimas earum non à Pontifice Romano, sed ab aliis sanctis Patribus institutas. Nam Ecclesia Graeca semper habuit, & adhuc habet, monasteria, ritus, obseruationes, caeremonias, quas à sanctis Basilio, Pachomio, & ceteris Graecis Patribus, non à Romano Pontifice acceperant. Vide liberos Cassiani de institutis renunciantium, & sancti Basilij constitutiones. In Occidente quoque sancti Benedicti, sancti Romoaldi, sancti Brunonis, sancti Dominici, & sancti Francisci ordines à Papa quidem approbati, sed ab illis sanctis viris Spiritu sancto docente excogitati & instituti sunt: ut si eiusmodi ordines ad Antichristi faciem pertineant, potius sancti illi Patres Antichristi dicendi sint, quam Papa.

ADDE vltimo, verba Danielis nulli hominum (vero Antichristo suo tempore reuelando excepto) aptius conuenire, quam Luthero. Ipse enim supra omnes impudens facie fuit. nam Presbyter & Monachus palam uxorem sanctimoniam duxit, cuius rei nullum exemplum in tota antiquitate demonstrari potest. Item mendacia sine vilo numero scripsit, quae à multis annotata, & literis prodita sunt.

SCRIBIT Ioannes Cocleus in actis Lutheri anni M.D. XXIII. à quodam notata, ex vno Lutheri libro, mendacia 70. Ab alio quodam eundem Lutherum conuictum mendaciorum 874. Qualis denique impudentia illa fuit, cum in libro contra Bullam Leonis X. idem Lutherus excommunicare ausus est Pontificem suum, cum vniuersa Ecclesia, quae illi adhaeret? Quis vnquam audiuit, à Presbytero Episcopum excommunicari potuisse?

EXHORRUIT quodam Chalcedonense Concilium Dioscori audaciam, qui in Concilio Ephesino I. praesidens, Leonem Pontificem excommunicare praesumpserat. At quae comparatio esse potest inter Dioscorum, Patriarcham secundae sedis in Concilio generali praesidentem, & Lutherum simplicem Monachum in suo cubiculo scribentem? Sed iam Luthero dimisso ad Melancthonem veniamus.

CAPVT XIX.

Refutantur nugae Synodi Smalchaldicae Lutheranorum.

STAT libellus de potestate & primatu Papae, seu regno Antichristi, nomine Synodi Smalchaldicae editus, qui quidè Melancthonis mihi esse videtur: sed cuiuscunque sit, nihil nisi verba, & inanem iactationem habet: Constat, inquit auctor libri, Romanos Pontifices cum suis membris defendere impiam doctrinam, & impios cultus; ac plane nota Antichristi competunt in regnum Papa, & sua membra. Haecenus propositio, nunc probationes audiamus: Paulus enim ad Thessalonicenses describens Antichristum, vocat eum aduersarium Christi, extollentem se super omne quod dicitur, aut colitur Deus, sedentem in templo tanquam Deum. Loquitur igitur de aliquo regnante in Ecclesia, non de regibus Ethnicis, & hunc vocat aduersarium Christi, quia doctrinam pugnantem cum Euangelio excogitaturus sit, & is arrogabit sibi auctoritatem diuinam.

QUANQUAM haec omnia, etsi vera essent, parum nobis officerent, peto tamen quo fundamento nititur haec interpretatio? Paulus aperte dicit, Antichristum se ipsum eleuaturum supra omnem Deum: & in templo

festu

securum, non ut Regem, non ut Episcopum, sed plane ut Deum: & hoc idem disertis verbis affirmant, Chrysolomus, Ambrosius, & ceteri huius loci veteres interpretes.

VO iure igitur vos sine teste, & sine ratione affirmatis Antichristum esse eum, qui sedet in templo non ut Deus, sed ut Episcopus, & aded non se effert super omnem Deum, ut non solum Deum Patrem, & Filium & Spiritum sanctum adoret, sed etiam coram omni populo sese prosternat ante Sacramentum Eucharistiae, ante sepulchra Apostolorum, & Martyrum, ante crucem & imagines Christi, & Sanctorum, quae vos ipsi, licet impie, Deos alienos, & idola appellare soletis? Sed videamus hoc ipsum quemadmodum accommodetis ad Papam.

PRIMUM autem constat, Papam regnare in Ecclesia, & praetextu Ecclesiastica auctoritatis, & ministerij sibi hoc regnum constituisse. Praeterea enim haec verba: Tibi dabo claues.

REGNARE Papam in Ecclesia, vos quidem dicitis, sed non probatis. Nos vero contrarium nullo negotio demonstrare possumus. Nam qui regnat, superiore in regno suo non agnoscit: Papa vero Christi regis vicarium se, & famulum profiteretur. Et quamuis in tota domo Dei, atque in vniuerso Christi regno amplissima potestate utatur, ea tamen potestas non excedit Oeconomiam, ac serui conditionem. Nam & Moyses (ut Paulus ait ad Heb. 3.) Fidelis fuit in tota domo Dei, sed tanquam famulus, Christus autem tanquam filius in sua. Sed pergite.

DEINDE, doctrina Papae multipliciter pugnat cum Euangelio, & arrogat sibi auctoritatem diuinam tripliciter. Primum, quia sumit sibi ius mutandi doctrinam Christi, & cultus à Deo institutos, & suam doctrinam, & suos cultus obseruari vult tanquam diuina.

HOc item dicitis, sed non probatis; neque solum id nobis fallum, sed mendacium etiam impudentissimum esse videtur. Nec enim ignoratis, in Ecclesia Catholica, omnium ore doceri, Christi doctrinam, & cultus non posse ab vilo homine, sed nec ab vilo etiam Angelo mutari, nec vnquam inter nos & vos quaestio fuit, an debeat credi aut fieri, quod Christus docuit, aut iussit. Sed vobis, an nos melius Christi doctrinam, & cultus interpretemur. In qua quidem quaestione vos nihil ferè aliud asserere soletis, quam vestram ipsorum interpretationem, nos vero Patrum consensum, & Catholicae Ecclesiae, vel decretis, vel consuetudinibus. Nec enim (ut vos falsò iactatis) Patrum consensus atque Ecclesiae decreta & consuetudines, verbo Dei opponimus, sed interpretationi & iudicio vestro. Sed audiamus secundam probationem.

SECUNDO, quia sumit sibi potestatem non solum ligandi & soluendi in hac vita, sed etiam sumit sibi ius de animabus post hanc vitam.

ET hoc dicitur, sed non probatur. Nec enim summus Pontifex ius sibi in animas defunctorum sumit. Cum non ex auctoritate illas à peccatis vel poenis absoluat, sed solum per modum suffragij preces, atque opera bona fidelium virorum cum illis communicet, Prodesse autem defunctis viuorum preces & eleemosynas, ac praecipue Missae sacrificium, omnes veteres docent. De qua re cum nos alibi fusè disputauerimus, hoc loco vnum Augustini testimonium annotasse sufficet. Igitur serm. 34. de verbis Apostoli ita loquitur Augustinus: Orationibus vero sanctae Ecclesiae & sacrificio salutari, & eleemosynis, quae pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari. Sed pergite.

TERTIO, quia Papa non vult ab Ecclesia, aut ab alio iudicari, & auferri suam auctoritatem iudicio Conciliorum & totius Ecclesiae. Hoc autem est se Deum facere, nolle ab Ecclesia, aut ab vilo iudicari.

HIC quoque duo dicuntur quae non probantur. Nam in primis, quibus Scripturis, quibus Conciliis, qua

ratione probatis, debere Papam à Conciliis, vel Ecclesia iudicari? Nos enim legimus (ut alia praetermittam, quae libro superiore satis disputata sunt) Petro dicti à Christo Ioan. 21. Pasci oues meas; nec dubitari posse credimus, oues à pastore regendas, & iudicandas esse, non pastorem ab ouibus. Illud etiam legimus Luc. 12. eidem Petro dictum: Quis putas est fidelis dispensator, & prudens quem constituit Dominus super familiam suam? Quo loco videmus oeconomum quendam toti familiae Christi praepositum, certe ut eam regat, non ut regatur ab ea.

AT ne forte obiceret aliquis, Quid si oconomus ille fuerit malus, à quo tandem iudicabitur, si omnibus praest, nulli subiicitur? Propterea subiicit Dominus continuo: Quod si dixerit seruus ille in corde suo, motam facit Dominus meus venire, & caperet percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet Dominus super illum in die qua non sperat, & hora qua nescit, & dimidet eum partemque eius cum infidelibus ponet.

AUDIENS quis iudex sit mali illius oeconomi, quem constituit Dominus super familiam suam? Non enim ait Christus, à Concilio iudicetur, sed veniet Dominus in die qua non sperat, & quae sequuntur. Itaque sibi Dominus seruat serui illius iudicium, quem super vniuersam familiam suam ipse constituit: proinde non aufert Papa auctoritatem suam iudicio Conciliorum, & totius Ecclesiae, cum ab eo se iudicari non patitur. Non enim aufert potest quod nunquam est datum. Sed neque Concilia ritè congregata id sibi vnquam assumperunt, ut extra casum haereticis, in Pontificem summum sententiam dicerent. Sed de hac re satis multa suo loco.

ALITERVM quod dicitis, & non probatis, illud est: hoc esse Deum se facere, nolle ab Ecclesia, aut ab vilo iudicari. Nam cum (ab vilo) dicitis, sine dubio ab vilo homine intelligitis, nec enim ignoratis, Pontificem à Christo iudicandum se esse, & credere, & profiteri. Quo pacto autem se facit Deum, qui iudicandum se esse à Deo credit?

DEINDE reges terra certe iudicem in terris quod ad res politicas attinet, nullum agnoscunt: & sententia vestra, qui Episcopos coactiua potestate spoliat, nec in Ecclesiasticis rebus verum aliquem iudicem habent. Num igitur tot erunt Dij, quot sunt reges? Non existimo ita vos insanire, ut hoc dicatis. Restat igitur, ut verum non sit, qui à nullo homine iudicari velit, eum continuo Deum se facere.

POSTREMO (additis) hos tam horribiles errores, & hanc impietatem defendit summa sanctorum, & interfecti conscientis.

HIS vero quam impudenter mentiamini, vel ex hoc vno cognoscere potestis, quod ego ipse qui haec scribo palam assero, idque in ipsa vrbe Roma (& Pontifice non ignorante) non licere Pontifici mutare Christi doctrinam, aut cultus, neque cultus novos instituire, qui habeantur pro diuinis, aut qui cum Euangelio vlla ratione pugnent, & tamen ab ipso non modo non interficiuntur, sed nec aliquid molestiae parior. Nimirum probè nouit Pontifex me vera dicere, vos vero mentiri. Quemadmodum etiam paulò post cum additis: Doctrina de poenitentia prorsus deprauata est à Papa, & à suis membris. docet enim remitti peccata propter dignitatem nostrorum operum. Item, nusquam docent, quod gratis propter Christum remittantur peccata. Quae sane non sunt nostra dogmata, sed vestra mendacia. Nec enim id nos docemus, sed contrarium omnino, ut Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. 6. 7. & 8. aperte testatur. Sed de his satis, Transco ad Caluinum.

CAPVT XX.

Refelluntur Caluini mendacia.

IGITUR Ioannes Caluinus explanans locum Apostoli 2. Thess. 2. Qui extollit se super omne quod dicitur Deus. Multa quidem dicit, & magna

pompa verborum, sed nihil ferè probat. Significauit, inquit, Panus his verbis, Antichristum sibi rapturum quia...

SED audiamus quibus tandem rationibus demonstrat, quod propositum. Fortè enim eiusmodi erunt, ut pueri etiam decennes non multum laboraturi sint in his...

NONNE bene dixeram multa dici à Caluino, parum aut nihil probari? Nam quòd Papa glorietur suum esse ligare, quibus visum fuerit legibus conscientias, quòd...

CERTÈ quotquot Catholici sumus, & Romano Pontifici Christi Vicario obedimus, liberè dicimus, & sine vlla eius iniuria dicimus, non licere ei quibusuis legibus, nec esse, etiam perniciosis, & iniquis homines ligare...

SED, inquit, non dicit Papa sibi ista licere, sed tamen re ipsa & factis sibi licere contendit. Proberur igitur aliquid horum fecisse. Nam alioqui assumere quod probandum erat, quod quidem solenne aduersariis est, petitio principij à Dialecticis vocatur.

PORRO duo illa loca Esa. 33. & Iacobi 4. quæ sola Caluinus protulit, sententiæ nostræ nihil omnino offiunt. Nam quod Esaias & Iacobus dicunt: Num esse regem, iudicem, & legislatorem nostrum, certè non pugnat cum verbis illis Prouer. 8. Per me reges regnant & legum conditores iustitiam decernunt. Et cum illis Psalmi 2. Et nunc reges intelligite, et audimini qui iudicatis terram. Et cum aliis sex centis eiusdem generis locis.

NON igitur Isaias & Iacobus quocunque modo vnicum regem, iudicem, & legislatorem Deum faciunt: sed ea tantum ratione, quòd solus ipse ita sit rex, & iudex, & legislator, vt nulli rationem reddere debeat, à nullo pendeat; auctoritate propria, id est, non accepta ab alio regnet, & iudicet, ac leges ferat; ac denique quòd solus ipse possit etiam quoad executionem perdere, &

saluare, vt Iacobus ait. Nihil enim horum aut Papa, aut aliis principibus tribuimus.

CAPVT XXI.

Refelluntur mendacia Illyrici.

AM Illyricus in libro quem scripsit aduersus primatum Papæ: Sed, inquit, inter alia argumenta nobis illud firmissimum esse debet, quod verissime & clarissime hoc tempore à plurimis probatum est, Papam docere, & defendere impiam doctrinam, & esse ipsissimum Antichristum, cuius rei rationes hic repetam. Ioannes prima secundo definit, Antichristum esse eum, qui negat IESVM esse Christum. Id planè Papa facit, non verbis, sed re. Nam Meschias Hebraicè, Græcè Christus, est persona diuinitus missa, vt sit populi Dei perpetuus sacerdos & rex. Sacerdotis officium est docere, orare, & sacrificare: sed regis est regere, & defendere. Hæc ille.

AVDIAMVS nunc quomodo probet Papam hæc officia Christo eripuisse, & quæ testimonia, quas rationes adferat. Sed, ni fallor, sola verba inania audiemus. Sic igitur pergit.

ADIMIT ergo Papa Christo sacerdotium: Nam non solum dilectum filium vult audiri, sed magis se, subque Pseudoapostolos, aliud Euangelium adferentes. Item, quia multos alios mediatores in celo nobis pro Christo substituit, qui pro nobis coram Patre intercedant neglecto Christo se uero iudice. Item, quia infinitos sacrificulos pro Christo substituit, qui generi humano Deum placent: ad quos dicit à Christo per Petrum sacerdotium translatum esse. Denique, quia per merita suorum spiritualium sanctorumque nos saluari vult.

EN quàm claris Scripturarum testimoniis Illyricus nos conuincit. Quid si hæc omnia merè esse mendacia demonstramus? Nam vbi, quæso, legistis, Papam velle magis se quàm Christum audiri? Negamus: probate. Nos enim contrà videmus à Papa summum honorem Scripturis deferri, & pro hæreticis haberi, qui aduersus Scripturam aliquid docuerint. Deinde nōne mendacium est clarissimum, quòd Papa mediatores pro Christo substituerit, & illos velit pro nobis ad Patrem intercedere Christo neglecto: Nōne Litanie nostræ ita incipiunt, Kyrie eleeson, Christe eleeson: Nōne omnes omnino Ecclesiæ nostræ preces, quas in Missa, & officio Ecclesiastico legimus, ad Deum diriguntur, & per Christum Dominum nostrum terminantur? Nōne Christi mediationem & intercessionem agnoscimus, cum, quidquid à Deo petimus, siue à Sanctis pro nobis peti cupimus, id totum per Christi meritum petamus? Nec enim Sanctos Dei, aut Christi loco habemus, sed id ab eis petimus, vt suas preces cum nostris precibus coniungant, vt hoc modo facilius, quidquid volumus à Deo per Christum impetremus.

PARI ratione mendacium est, quòd Papa sacrificulos pro Christo substituerit, necnon quòd sacerdotium Christi per Petrum ad sacrificulos translatum dicamus. Nec enim aliquid horum probatis, aut probabitur vnquam. Nec dubium esse potest, quin si aliquid haberetis, in medium adferretis. Id verò est, quod nos dicimus, Christum, qui est Sacerdos in æternum, & semper viuus ad interpellandum pro nobis, semel quidem scipsum Deo in hostiam placationis per mortem crucis obtulisse: nunc verò per manus sacerdotum iterum atque iterum in mysterio se offerre.

ET quemadmodum cum multi hoc tempore baptizent, verum tamen est quod legimus, Ioan. 1. Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Non enim translatum est officium baptizandi à Christo ad sacerdotes, sed ipse est qui per ministerium sacerdotum semper baptizat: sic etiam tametsi multi sacerdotes hodie Christum in tremendis mysteriis offerant, ipse tamen est primarius sacerdos, & verè summus Pontifex, qui per ministerium omnium

facerdo

sacerdotum semetipsum offert. Non sunt, inquit Chrylstonus hom. 83. in Matth. humana virtutis hæc opera. Qui tunc in illa cana confecti, ipse nunc quoque operatur, ipse perficit: ministrorum nos ordinem tenemus.

SED libenter à te discerem Illyrice, cum omnes omnino veteres Scriptores, tum Græci, tum Latini sacrificij Eucharistiæ, & sacerdotum Christianorum mentionem faciunt, quod nemo negat, nisi qui non legit: Cur tandem soli Pontifici Romano hoc tribuas, quod sacerdotium Christi in sacrificulos transtulerit? sed pergamus ad cætera.

QVOD postremo loco addis, Per merita suorum spiritualium sanctorumque nos saluari vult, insignis quoque mendacium est. Alioqui profert locum, vbi Papa hoc dixerit: Nos enim per gratiam Domini nostri IESUS CHRISTI credimus saluari, quemadmodum & Patres saluati sunt. Vt S. Petrus ait Act. 15. Nec alium agnoscimus Saluatorem nisi IESVM, & hunc crucifixum, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. 1. ad Timoth. 2.

PORRO Sanctorum merita & preces suo etiam modo nobis prodesse, negare non potest, nisi qui nescit, aut non credit inter membra corporis Ecclesiæ communicationem & connexionem esse. De qua re cum nos alibi tractauerimus, duo solum testimonia hoc loco addidisse sufficiat. Igitur sanctus Augustinus quæst. 149. in Exodum: Vt eo modo, inquit, admoneremur, cum merita nostra nos gratias sent, ne diligamur à Deo, releuari nos apud eum illorum meritis posse, quos Deus diligit. Ac rursum lib. 21. de ciuit. Dei cap. 27. aliquoties repetit, nonnullos Sanctorum meritis indulgentiam adipisci, atque hoc significatum esse à Domino, cum ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Lucæ 16. Sicut autem (inquit S. Leo. serm. 1. de natali Apostolorum) & nos experiri sumus, & nostri probare maiores, credimus, atque confidimus, inter omnes labores istius vite ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos, vt quantum propriis peccatis deprimumur, tantum Apostolicis meritis erigamur. Hæc ille.

ET quamuis non solemus ita loqui, vt Illyricus dicit, per merita videlicet spiritualium nos saluari, tamen si quis ita loqueretur, atque id solum significare vellet, meritis Sanctorum ad salutem per Christum obtinendam aliqua ratione nos iuari; non magis reprehendi posset, quàm Apostolus Paulus, qui 1. Corint. 9. ait. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Et Apostolus Iudas, qui similiter loquitur cum ait: Hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate de igne rapientes. Atque hæc de sacerdotio Christi, Pergit Illyricus.

REGNUM porrò Christo aufert, quia in terris vult ipse esse caput Ecclesiæ: in celo verò alios opitulatores, & seruatores nobis constituit, ad quos in miseris nos confugere iubet. Negat ergo Papa IESVM esse Christum.

HIC primum illud quæro vbinam Papæ, aut vllus Catholicorum, seruatores sanctos appellauerit. Deinde illud addo, si asserere se caput Ecclesiæ esse sub Christo, vt eius vicarium, & ministrum, quod Papa fecit, est negare IESVM esse Christum, cur eadem ratione quicumque se proregem, aut gubernatorem prouincie alicuius esse affirmat, non continud censetur negare Dominum suum esse Regem?

DENIQUE si ad Sanctos, tanquam opitulatores in miseris confugere, est negare IESVM esse Christum, quomodo, quæso, Paulus non negauit IESVM esse Christum, cum ait ad Rom. 15. Obsecro vos fratres per Dominum nostrum IESVM Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuatis me in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa: Quomodo magnus Basilius nō negauit IESVM esse Christum, cū in oratione de XL. martyribus, ita loquutus est? Qui

aliqua premittitur angustia, ad hos confugiat: Qui rursum letatur, hos oret: ille vt à malis liberetur: iste vt duret in rebus letis. Omittit cæteros Patres; verèor enim ne si eos excutiamus, nullum inueniamus, qui non negauerit IESVM esse Christum. Pergit Illyricus.

DANIEL cap. 11. Antichristum pluribus notis insignit. Primum, inquit, faciet quod vult: facit sanè Papa quod ei libet.

AT sanctus Daniel cum ait de Antichristo, faciet, quod vult, significare vult ab Antichristo nullum omnino superiorem agnoscendum, ac ne Deum quidem. Sic enim sequitur: Et eleuabitur aduersus omnem Deum. Itaque Antichristus etiam Dei leget, & imperio posthabito, pro arbitrio suo viuere, quod certè Papa non facit, quippe qui Dei lege se constringi non negat, & Christum iudicem & superiorem agnoscit.

CONFITETVR, inquit Illyricus, id ipsemet dist. 40. si Papa infinitas animas secum in infernum traheret, tamen nemo debet ei dicere quid faciat? & glossa, inquit, Papæ est pro ratione voluntas.

CANON, qui incipit, si Papa, non est (vt falsò Illyricus dicit) alicuius Romani Pontificis, sed sancti Bonifacii Episcopi Moguntini, Apostoli Germanorum, & martyris, qui quidem non negat Pontificem summum, si malè vixerit, esse corripiendum atque admonendum ex fraternâ charitate, sed negat, posse argui ex auctoritate, ac iudicari, cum sit ipse omnium hominum iudex. Qui etiam Bonificius in iis verbis, quæ canonem illum antecedunt (vt videre est in noua editione Decreti) Romanam Ecclesiam discretis verbis Caput omnium Ecclesiarum appellat, & à Romani Pontificis incolumitate totius Ecclesiæ salutem, post Deum, pendere affirmat.

QVÆRO igitur ab Illyrico, vera sit ne S. Bonifacii Germanorum Apostoli sententia, an non? Nam si vera non est, cur nobis obicitur? si vera est, cur non recipitur? Dicam ipsam planius, Si vera non est ea sententia, non igitur verum est, Pontifici plurimas animas secum ad inferos trahenti non posse dici, quid faciat? Si vera est, igitur verè caput est Romanus Pontifex omnium Ecclesiarum, & cunctos iudicaturus, à nemine est iudicandus. Quare desinat Illyricus iam canones allegare, qui nihil ei prodesse possunt. Quod ad glossam attinet, sciat Illyricus, eam vel ab ipso Pontifice, tanquam falsam, esse sublatam in noua editione decreti, vel nunquam in decreto fuisse. Ego certè eam reperire non potui. Pergit Illyricus.

SECUNDO (Daniel) dicit, quòd se eleuabit supra Deum: id fecit (Papa) vt ex precedentibus apparet. Item quia vult se audiri plusquam Deum, blasphemansque vociferatur, Scripturam esse fontem omnium hæresum & schismatum, ambigam & obscuram, &c.

AT QUI oportuerat fideliter Danielis verba referre. Non enim ille ait: Eleuabit se supra Deum, sed, eleuabitur aduersus omnem Deum. Et infra: Nec quenquam Deorum curabit, quia aduersum vniuersa consurget. Quæ nota clarissimè demonstrat Papam nihil habere cōmune cum Antichristo. Nam Antichristus nullum Deorum curabit, Papa verò vnum verum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum colit. Neque id solum facit, sed etiam (si vobis credimus) tot Deos palàm adorat, quot sunt in cælis Sancti, in terris imagines, sub terram reliquias.

IAM verò quod addis, Papam vociferari, Scripturam esse fontem hæresum & schismatum. Ego certè in nullis vnquam Papæ scriptis legi, sed Lutheri tui verbum esse audio, Scripturam esse librum hæreticorum. Luth. præfatione historie, quæ contigit in Stasfort anno 36. Quod quidem verbum si rectè accipitur, non video cur merito reprehendatur. Nam sanctus quoque Hilarius in libro de Synodis extremo demonstrat, pleraque hæreses ex diuinis literis malè intellectis esse natas. Et

Ff 4

Tertullianus in libro de praescriptione magis audacter: Nec peritior, inquit, dicere ipsas quoque Scripturas sic esse ex Dei voluntate dispositas, ut haereticis materias subministrarent, cum legam, oportet haereses esse, quae sine Scripturis esse non possent.

P O R O ambiguas, & obscurissimas in plerisque locis Scripturas esse, non solum Papa verissimè docet, sed omnes etiam veteres patres; atque aded ipse Lutherus, velle nollet id fatèri coactus est, cum praefatione in Psalmos in hunc modum scripsit: Noim ab illo id de me praesumi, quod nullus adhuc praestare potuit sanctissimorum, & doctissimorum, id est, Psalterium in omnibus suo legitimo sensu intelligere & docere. Sae est aliquos & eosdem ex parte intellexisse: multa sibi reseruant spiritus, quo nos semper discipulos habeat, multa solum ostendit, ut alliciat, multa tradit, ut afficiat. Et infra: Scio esse impudentissimam temeritatis eum, qui audcat profiteri unum Scripturae librum à se in omnibus partibus intelli. Idem quoque Lutherus in libro de Conciliis, & Ecclesia pag. 52. Nonne aperte fatetur se magno sudore veram, & germanam Scripturae sententiam quaesivisse? Denique tot Scripturae versiones, tot interpretationes, tot sectae diversissimae apud aduersarios, quid aliud clamant, quam Scripturam esse ambiguam, & obscuram?

T E R T I O, (Daniel) dicit quod ei (Antichristo) prospere succedet, donec finiatur ira Dei, oppressi Papa, ut voluit, sua tyrannide, & impietate tum politias plurimas, tum etiam innumeras Ecclesias.

E T hoc qua ratione, quo auctore probatis? Potestisne dicere, quas politias, quas Ecclesias pontifex Romanus oppressit, quid si nos contra demonstremus, huic rectae potè Antichristi notam planè contrariam, Papae convenire? Nam ab eo tempore, quo per vos Papa Antichristus esse coepit, non modò non crevit eius imperium, sed semper magis, ac magis decrevit, Leonis magni tempore, id est, annis 150. antequam Antichristus vestra sententia nasceretur, Papa Romanus pluribus Gentibus praesidebat, quam seculi Romani Imperij fines extendere. Sic enim scribit idem Leo serm. 1. de natali Apostolorum: Per sacram Divi Petri sedem Caput orbis effecta (Roma) latius praesides religione divina, quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta victoris, ius imperij tui terra marique protuleris, minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit. Et Prosper in libro de ingratias:

Sedes Roma Petri, qua pastoralis honoris Facta caput mundo, quidquid non possidet armis, Religione tenet.

A T postea, Antichristo (ut vos vultis) regnante, paulatim amisit Romana sedes Africam penè totam, Asiae maximam partem, Graeciam uniuersam. Nostris verò temporibus, quibus vos Antichristum maximè furere vociferamini, tam prospere illi omnia successerunt, ut magnam Germaniae partem amiserit, Sueciam, Gothiam, Noruegiam, Daniam uniuersam, bonam Angliae, Galliae, Heluetiae, Poloniae, Bohemiae, ac Pannoniae partem.

I T A Q U E si prospere agere nota est Antichristi, non Papa, qui tot propinquis exutus est, sed Lutherus, qui praedicatione carnalis libertatis tot populos seduxit, & tam prospere egit, ut ex priuato Monacho totius Germaniae Propheta, & quasi Papa quidam euaserit, Antichristus merito dici potest. Sed perge.

Q U A R T O (Daniel) dicit eum non curaturum Deum suorum Patrum. Hoc de Papa verè dici, superius in loco Ioannis clarè probauimus.

E T nos eodem in loco idipsum clariùs reprobauimus. Perge igitur ad alia.

Q U I N T O, dicit non creaturum amorem mulierum: quod Papa fecit tum praecipiendo suis caelibatum, tum per

suas Sodomiticis libidines. H I C omitto dicere de temeritate vestra, qua quilibet pronunciarè auderis, parum pensi interim habentes, polsinne probari quae dicitis, an non possint. Illud non omittam, verba Danielis etiam in textibus Graecis ita sonent, ut vos dicitis, tamen ex Hebraico fonte in contrariam planè sententiam à sancto Hieronymo esse translata: sic enim ille vertit, Et erit in concupiscentiis feminariis, Et quauis verba Hebraica רעל חמדא נאשלם, solum significent in concupiscentiis feminariarum, & non habeant vllum verbum adiunctum, quo intelligi possit, vtrum erit aut non Antichristus in concupiscentiis feminariarum: duae tamen coniecturae sunt, quae versionem S. Hieronymi probabiliorè faciunt.

V N A, quod constat Antiochum, de quo ad litteram Daniel loquitur, & qui Antichristi figuram gerebat, valde addictum amoribus feminariarum fuisse. Antiochus, inquit Hieronymus in comment. huius loci, luxuriosissimus fuisse dicitur, & in tantum ducens per supra, & corruptelas venisse regia maiestatis, ut minimis quoque scortis publicè imgeretur, & libidinem suam populo praesente completeret. Quod cum ita sit, quomodo credibile est de tali rege Daniele dicturum fuisse, in concupiscentiis feminariarum non erit?

A L T E R A coniectura est, quod cum Antichristus Iudaeorum Messias futurus sit, & Iudaei praeter caetera bona vxoruni multitudinem à Messia suo expectent, non est vilo modo probabile, Antichristum aut imperatorem, aut laudatum caelibatum.

A D D O postremo, quod si nota est Antichristi caelibatum indicere sacerdotibus, non solum Papa, sed omnes veteres Patres, & ipsi etiam Apostoli, Antichristi quidam erunt. Nam (vocatèra praetermittam quae suo loco adferentur) audi quid dicant Patres Concilij II. Carthaginensis can. 2. Omnisus sacerdos, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitiae custodes etiam ab vxoribus se abstineant, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit acquirit as, nos quoque custodiamus. Sed perge.

S E X T O dicit (Daniel) quod colet Deum Maozim, id est, auro, & argento, quod fecit, dum totam pietatem in eo collocat, ut multa, magnaque templa splendide extruclat, emigens pretiosis ornamentis nuceat, uniuersaque reboat.

D E Deo Maozim supra multa dicta sunt, vbi ostendimus, Deum Maozim, aut ipsum Antichristum esse, aut ipsum Diabolum, quem occultè Antichristus colet. Sed videtur mihi nosse Illyricus I E S V M C H R I S T V M facere Deum Maozim: quae sanè intolerabilis blasphemia est. Nam templa omnia, quae splendide extruuntur, & auro, atque argento à Romanis Pontificibus exornantur, Christo Deo sacra, ac dicari nemo est qui nesciat. Igitur, si qui eiusmodi templis colitur, is est Deus Maozim? Neque verò templorum extructio atque ornatus, ab anno 666. coepit, quo anno aduersarij Antichristum apparuisse volunt; sed ante hoc tempus annis ferme trecentis.

A V D I Eusebium ex versione Rufini lib. 9. historiae Ecclesiae, cap. 10. Ex quo aderat cum eis velut diuino munere insulae letitia, maximè videntibus ea loca, quae paulò ante impijs tyrannorum machinis fuerant destructa, redimna constructione clariora, & celsiora consurgere, templaque excelsa pro humilibus conuentibus eleuari. Audi Cyrillum Hierosol. catechesi 14. Isti qui nunc sunt reges, pietatis ergo, argento induentes & auro sanctam hanc Ecclesiam Resurrectionis, in qua nunc sumus, extruxerunt, & argenteis monumentis splendidam effecerunt.

V I D E praeterea, si libet, de templorum Christianorum magnificentia, & splendore sacrorum vaforum Ec-

clesiae,

clesiae, Euseb. lib. 3. & 4. de vita Constantini, Gregorium Nyssenum in oratione de sancto Martyre Theodoro, Gregorium Nazianzenum oratione prima in Iulianum, Chrysostomum homilia 66. ad populum Antiochenum, Cyrillum Alexandrinum libro de recta fide ad reginas, Damasum in vita sancti Syluestri, Ambrosium lib. 2. de officiis, cap. 21. Hieronymum in comment. cap. 8. Zachariae, Augustinum in Psalm. 113. Paulinum Natali tertio sancti Felicis, Prudentium in hymno de sancto Laurentio, & Procopium in libro de aedificiis Iustiniani. Hi certè omnes ante tempora Antichristi floruerunt, & tamen ea testantur fuisse sua quique aetate aedificia, & ornamenta templorum Christianorum, ut ea quae nunc cernimus, cum illis nullo modo comparari possint.

S E P T I M O dicit Daniel fore, ut Antichristus dicit suos socios: id Papa fecit.

S C I L I C E T valde ditauit Ioannem Eckium, Ioannem Cochlaeum, Ioannem Roffensem, Latomum, Driedonem, Tapperum, Petrum à Soto, & alios tam multos doctissimos viros, qui cum dies & noctes laborarent, vt vestros furores comprimerent, ne obolum quidem vnquam à Romano Pontifice accepturum: quanquam neque ipsi mercedem ab homine expetebant, qui pro Dei gloria potissimum laborabant. Quod si Romanus Pontifex opulenta sacerdotia Cardinalibus, & Episcopis attribuit, non tam ipse eos ditare censendus est, quam fidelium pietas, quae eiusmodi prouentus Ecclesis donauit. Pergit Illyricus.

P A V L V S 2. Theff. 2. quinque notas Antichristi praeter predictas ponit. Prima, quod in templo Dei sedebit. Hoc facit Papa se Christi vicarium fingendo, & in conscientijs hominum regnando. Si enim se Christi hostem profiteretur, vt Mahometes, esset extra Ecclesiam.

S E D Paulus, Illyrice, non solum ait, Antichristum sessurum in templo Dei (omnis enim Episcopus sedet in templo Dei) sed explicat modum quo ille in templo Dei sessurus est, dicens, Ostendens scriptum, & est deus, Papa verò te teste, vicarium Dei se facit, ac per hoc non Deum. Nec enim vicarius Dei, Deus esse potest, nisi fingas Deos minores, & Deos maiores. Deinde quaero abs te, si Papa non est extra Ecclesiam, ut tu hoc loco dicitis, ac proinde est intra Ecclesiam, vbi quæso, tu es cum tuis? nonne extra Ecclesiam? Ecclesia enim vna est, & in illa sedet Papa. Vos igitur qui in illa non estis, in nulla estis. Sed audiamus caetera.

S E C V N D A, quod ait, iam mysterium agi: id opinor eò spectare, quod Episcopus Romanus paulò post coepit caput esse supra alios.

N I M I R V M id est, quod ego supra breuiter annotaui, secutus Nicolaum Sanderum, qui antea idipsum viderat, & scripserat, vobis sanctum Petrum Antichristum esse, Simonem verò Magum, aut Neronem, Christum. Paulus enim non ait mysterium iniquitatis paulò post operabitur, sed iam operatur. Quare si hoc mysterium ad Romanum Pontificem pertinet, ad sanctum Petrum pertinere necesse est: & si B. Petrus, quod horret animus cogitare, & manus trepidat scribere, Antichristus fuit, quis non videat Simonem, & Neronem S. Petri hostes, Christum & Deum fuisse? Sed habeas tibi eiusmodi Deos & Christos, nec enim inuideremus. Pergit.

T E R T I A, quod dicit, Antichristum venturum cum signis mendacibus: quod Papa teste experientia fecit.

Q U A R T A, quod mittit Deus efficaciam illusionis: quod in Papatu manifestè accidit: Omnia enim longè firmiter credidimus Papae, quam Deo.

D E miraculis Antichristi supra disseruimus cap. 15. & mendacium est impudentissimum, quod de experientia Illyricus dicit; nam Pontifices nec vera, nec falsa vlla miracula fecerunt, neque hoc seculo, nec superiore, quibus tamen Antichristum maximè regnare dicunt.

Q U O D verò addit de efficacia illusionis, nemo non videt, quam facillè in aduersarios retorqueretur. Quae enim maior efficacia illusionis fingi potest, quam vt inueniantur hoc tempore qui malint duobus aut tribus apostatis fidem habere, quam Ecclesiae vnuerse, omnibus Conciliis, & omnibus Patribus, qui praeter doctrinam admirabilem, & vitae sanctitatem eximiam, signis etiam & miraculis plurimis, & maximis claruerunt?

I A M verò quod ex Ambrosio, vt quintam notam explicet, adfert Illyricus, supra est refutatum in secunda demonstratione, qua probauimus Antichristum nondum venisse. Addit postremo Illyricus quaedam ex epistola ad Timotheum.

1. ad Timoth. 4. postremis temporibus discedent quidam à fide, Papa negat esse aliam fidem praeter historicam. Attendent spiritibus impostoribus, Papa omnia visionibus spirituum, & animarum probat. Prohibebunt coniugium, & ciborum usum: horum vtrumque de Papa verissimum & notissimum est.

S E D, bone vir, Papa vnquam esse fidem à Paulo didicit, tu videris, vnde praeter vnquam fidem aliam didiceris. Vnus Deus, inquit Apostolus ad Ephes. 4. vna fides, vnus baptisma. Nec istam vnquam fidem Paulus vnquam definit esse fiduciam innitentem promissioni & verbo Dei, vt vos definitis cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 262. Sed ait ad Rom. cap. 10. Hoc est verbum fidei, quod praedicamus, quia si confitearis in ore tuo Dominum I E S V M, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Et ad Heb. cap. 11. dicit. Fide credimus apta esse secula verbo Dei.

Q U I S autem nescit, ad sacram historiam pertinere, & Christum à mortuis resurrexisse, & secula verbo Dei esse aptata? Nec tamen nos istam vnquam, solam, & veram fidem, qua certissimè credimus, quidquid Deus per Apostolos & Prophetas reuelare dignatus est, fidem historicam, sed fidem Catholicam nominamus. Vobis enim relinquimus vocum nouitates.

Q U O D addis, Papam omnia probare visionibus spirituum & animarum, nescio quis tibi spiritus reuelauerit. Nos enim ad ea confirmanda quae ad statum animarum pertinent, interdum aliquid ex animarum approbationibus approbatis, ac vetustis auctoribus scriptis adferimus. Quale est illud quod scribit Eusebius de apparitione sanctae Potamianae, lib. 6. histor. Ecclesiae. cap. 5. & illud quod refert Diuus Augustinus, de apparitione sancti Felicis Nolani, libro de cura pro mortuis, capite 17.

A D alia verò confirmanda dogmata nescio quis vnquam Catholicorum visiones animarum attulerit. Sed non est hoc primum vestrum mendacium.

Q U O D vltimo loco adfers de prohibitione ciborum, & coniugij, satis perspicue refellit ab Augustino lib. 30. contra Faustum cap. 6. vbi sic ait: Si ad virginitatem sic hortaremini, quemadmodum hortatur Apostolica doctrina: Qui dat nuptum bene facit, & qui non dat nuptum melius facit, ut bonas esse nuptias diceretis, sed meliorem virginitatem, sicut facit Ecclesia, quae verè Christi est Ecclesia, non vos. Spiritus sanctus ita praenunciaret, dicens prohibentes nubere. Ille enim prohibet, qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono aliud melius anteponit. Et infra: Videtis ergo multum interesse inter hortantes ad virginitatem, bono minori bonum amplius praeposendo: & prohibentes nubere, concubium propagationis, qui solus proprie nuptialis est, vehementius accusando: Multum interesse inter abstinentes à cibis propter sacram significationem, vel propter corporis castigationem, & abstinentes à cibis, quos Deus creauit, dicendo, quod eos Deus non creauit. Proinde illa doctrina est Prophetarum, & Apostolorum, haec demoniorum mendaciloquorum. Haec Augustinus pro se & pro nobis. Nec est opus aliquid addere. Concludit Illyricus.

CONSTAT

CONSTAT ergo ex hisce signis, Papam esse illum ipsum verum Antichristum de quo Scripturae uaticinate sunt. SED aptius fortasse conclusisset hoc modo: constat ergo ex hisce mendacis, Illyricum esse unum ex praecursoribus illius, quem impudentem ore futurum esse sanctus Daniel multo ante praxidit.

CAPVT XXII. Refelluntur incepte Tilemanni.

LEMANNVS Heshusius in libro quem inscripsit de sexcentis erroribus Pontificiorum, cum debuisset inscribere, de sexcentis mendacis Lutheranorum, proprium titulum de Antichristo fecit, is est 33. tit. & complectitur errores quatuor. Sic igitur ait.

PRIMO, Pontificij dicunt, Antichristum ex Babylonia de tribu Dan venturum esse. Compendium Theologiae lib. 7. cap. 8.

HABEMVS gratias Tilemanno, qui tam antiquos & tam sanctos Pontificios esse docet. Nam si Pontificij sunt qui dicunt ex tribu Dan Antichristum venturum, certe Pontificij sunt Irenaeus, Hippolytus, Ambrosius, Augustinus, Prosper, Theodoretus, Gregorius, Beda, Arethas, Rupertus, Anselmus, & Richardus: hi enim omnes, ut supra ostendimus capite XII. communi consensu docent, Antichristum nasciturum de tribu Dan. Sed perge.

SECUNDO, Papiſtae negant Romanum Pontificem cum suo sodalio esse verum Antichristum, cum id validissimis & apertissimis uerbi diuini testimoniis comprobetur & demonstratur.

SED nos ista testimonia nondum uidimus: nec in nostris Bibliis Hebraicis, Graecis, Latinis, usquam exstant. Quae enim à uestris testimonia adferuntur, Romanum Pontificem ne nominant quidem.

TERTIO, docent Antichristum tantum tribus annis cum dimidio regnaturum. Compendium Theologiae, &c.

Hic uero immortalis tibi gratias agimus, quod Papiſtas esse fatearis, non solum omnes ueteres Patres, uerum etiam Danielem Prophetam, & Ioannem Euangelistam. Et sane miseret me tui & tuorum, quibus facem duntaxat Scriptorum referuas, omnibus doctis, & probatis Patribus ad Papiſtas ablegatis. Vide si placet quae supra docuimus, ca. 8. atque inuenies disertis uerbis docuisse, quod tu Papiſtas docere affirmas, Irenaeum, Hippolytum, Cyrillum, Hieronymum, Augustinum, Theodoretum, Primasium, Aretham, Bedam, Anselmum, Richardum, Rupertum, & etiam Danielem & Ioannem.

QUARTO, docent, Antichristum interfectum iri in monte Oliueti. Compendium Theologiae lib. 7. cap. 14.

AT hic quoque magnos uiros Papiſtas facis. Siquidem Antichristum in monte Oliueti interficiendum esse, ex ipso Daniele & Esaia colligit Hieronymus in comment. ca. 11. Danielis. Theodoretus quoque in eundem locum scribens, etiam si montem Oliueti non nominat, affirmat tamen Antichristum non procul à Hierosolyima esse necandum. Sed uideamus iam quibus argumentis errores praedictos refellas. Subiicis enim continuo antidotum in haec uerba.

NUMquam pontificia de Antichristo, quia nullo testimonio facta Scripturae uenturum, reicienda & derestanda sunt. Nam, ut Hieronymus recte loquitur, quod in Scriptura auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua asseritur. Et Paulus monet, ut nobis caueamus à traditionibus hominum, Coloss. 2. Hoc autem dico, ne quis uobis falsis rationibus imponat, &c. Item: Videte ne quis uos depradetur per Philosophiam, &c. Ex uerbo Dei petendum est quid sit de Antichristo sentiendum, ut Ioan. 2. Quis est mendax, nisi qui negat IESVM esse Christum? hic est Antichristus. Item 2. Thessal. 2. Homo peccati & filius perditionis effert sese super omnem Deum, &c. Item Matth. 24.

Exorientur Pseudochristi, & Pseudoprophetae, & edent signa, &c. Item Danielis 12. Et faciet mutationem Dei Mazim, &c. Item Apoc. 17. Et uidi mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrum IESV. Ex his facta Scripturae testimonis liquido apparet, qua sit fides Christiana de Antichristo, quem Christus, & Apostoli praedixerunt venturum. Et cum luce meridiana clarius sit singula exactissime congruere in Romanum Pontificem, dubitari non debet, quin Romanus ille tyrannus pessimus sit Antichristus. Haec ille.

NON erit molestum, credo, si haec tua argumenta propter rudiores ad formam syllogisticam reuocemus, & inde confutationem supra scriptorum errorum aperitissime concludamus. Sic igitur refellitur error primus. Nuga Pontificiae, quia nullo testimonio Scripturae nituntur, reicienda & derestanda sunt. At uerbum Dei clamat, Qui negat IESVM esse Christum, hic est Antichristus, 1. Ioan. 2. Igitur error est dicere, Antichristum ex tribu Dan esse venturum.

ALTER error ita confutatur; Ut Hieronymus recte dicit, quod in Scriptura non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua asseritur. Sed Paulus ait, homo peccati & perditionis filius effert sese super omnem Deum, 2. Thess. 2. Igitur errant Papiſtae, cum negant Papam esse Antichristum.

TERTIVS sic, & fortius, quia ex duabus Scripturis. Paulus ait, hoc autem dico, ne quis uobis falsis rationibus imponat, &c. Coloss. 2. At exorientur Pseudochristi, & Pseudoprophetae, & edent signa, &c. Matth. 24. Igitur error Pontificiorum intolerabilis est, qui Antichristum tribus annis cum dimidio regnaturum dicunt.

POSTREMVS sic, & fortissime, quia ex tribus Scripturis Paulus monet: Videte, ne quis uos depradetur per Philosophiam, &c. Coloss. 2. At qui Antichristus faciet munitionem Dei Mazim, Daniel. 12. & Ioannes uidit mulierem ebriam de sanguine Sanctorum. Apocal. 17. Errant igitur toto caelo Papiſtae cum dicunt Antichristum in monte Oliueti esse occidendum.

DABIT ueniam candidus lector, quod ita ridicule Tilemannum exceperim. Coegit enim me impudentia hominis, qui cum nihil adferat dignum confutatione, tamen ita garrat, ita gloriatur, ac si demonstrationes Mathematicis certiores & clariores in medium attulisset.

CAPVT XXIII.

Refelluntur mendacia Chytraei.

DAVID Chytraeus in comment. cap. 9. Apoc. explicans uisionem illam Ioannis, qua quinto Angelo tuba canente primum uisa est ingens stella de caelo cadere in terram, cui data est clauis putei abyssi; Deinde uisus est fumus ex abyſſo denſiſſimus aſcendere, qui solem & aërem obſcurauit: Postremò, ex fumo uisae sunt prodire locustae quaedam admirabiles, quae paulò post etiam equorum, & leonum, & scorpionum & hominum armatorum speciem praeseferbant. Hanc, inquam, uisionem Chytraeus explicans, ita eam Romano Pontifici conuenire existimauit, atque ab aliis existimari uoluit, ut diceret: Antichristum, seu ordinem Papatus Romani in hac uisione describi, non dubium est.

ET quidem initium huius uisionis ab anno Domini DC. sumendum esse docet, ac stellam illam de caelo cadentem Gregorium magnum Romanum Pontificem, cuiusque successores esse, qui abiectis clauibus regni caelorum clauis putei abyſſi receperunt. Fumum ex puteo prodeuntem esse corruptelas doctrinae, uariasque traditiones Pontificum Romanorum. Denique examen locustarum uult esse Episcopos, Clericos, Monachos, &c. ac ut fumum istum aliquo modo dissiparet, proposuit antithesim doctrinae Pontificiae & Euangelicae, seu Antichristianae & Christianae, quae duodecim articulos,

quasi

quasi alterum Symbolum Apostolicum comprehendit. SED haec eius sententia multis modis refelli potest. Primum, quoniam nullo teste nititur. Veteres enim interpretes, ut Arethas, Beda, Primasius, Anselmus, Rupertus, & alij in hunc locum per stellam illam, quae de caelo cecidit, Diabolum intelligunt, non Episcopum aliquem. De Diabolo enim dicitur Esaia 14. Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris?

ET quia Diabolus multo ante cecidit quam Ioannes Apocalypsim scriberet, propterea notant Patres non esse dictum à Ioanne; Vidi stellam de caelo cadentem; sed, uidi stellam de caelo cecidisse in terram. Vidit enim Ioannes stellam illam per terram iam repentem, quae olim in caelo clarissime fulserat. Diabolo etiam apertissime conuenit, quod sequitur: Et data est ei clauis putei abyſſi. Ut enim Christus habet & communicat suis clauis regni caelorum, & regnat in mentibus fidelium, & piorum: ita Diabolus habet clauis putei abyſſi, & regnat in filiis diffidentiae, & in Scripturis passim uocatur, Princeps tenebrarum, Princeps huius mundi, Deus huius seculi. Ioan. 12. & 14. 2. Corin. 4. Ephes. 6. Coloss. 1. & alibi. Ipse quoque est, qui Deo permittente fumum ex puteo emittit errorum. Et qui noua locustarum examina, id est, nouos haereticos cum exercitibus suis singulis penè seculis in Ecclesiae fines immittit.

SECUNDO, quia Chytraei sententiae repugnat quod ait Ioannes in hoc eodem capite de sexto Angelo, & sexta persecutione. Nam sanctus Ioannes in 8. & 9. capit. Apocalypsis, describit per tubas sex Angelorum, sex persecutiones haereticorum, quae futurae erant à tempore Apostolorum usque ad mundi consummationem. Et ipse idem Chytraeus per primam tubam intelligit non male haereticum Ebionitarum, quae tempore Apostolorum excitata est, per secundam intelligit haesim, quae postea sequuta est, Gnosticismum: per tertiam, haesim adhuc posteriorem Samaritani & Arij per quartam, haesim Pelagij, quae illis omnibus posterior fuit.

IAM uero si per quintam intelligitur Antichristi Romani persecutio, quae, ut ipsi etiam fatentur, nouissima persecutio est, quid intelligemus per sextam tubam?

RESPONDET Chytraeus, per sextam tubam significari persecutionem Mahumeti & Turcarum. Sed hoc non recte dicitur, tum quia Mahumetani non haeretici, sed pagani sunt, tum etiam quia Mahumeti persecutio non sequitur Antichristi persecutionem, sed praecedet, ut nos existimamus, uel simul peragitur, ut Chytraeus dicit. Itaque confundere cogitur Chytraeus tubam quintam cum sexta, cum tamen reliquas ad diuersa tempora satis aperte reuulerit. Melius igitur Catholicis per sextam tubam intelligunt Antichristi persecutionem, quae uere postrema, & grauissima erit; per quintam autem, haesim aliquam ualde perniciosam, quae Antichristi tempora proximè antecedit: quam quidem esse haesim Lutheranam multi ualde probabiliter coniciunt.

TERTIO, quia toto caelo aberrat Chytraeus, cum stellam cadentem sanctum Gregorium esse docet. Siquidem sanctus Gregorius, si uia fides historicis haberi potest, non de caelo ad terram cecidit, sed de terra ad caelum ascendit. Nam ex Praetore Monachus, ex Monacho Episcopus factus est, nec unquam ab episcopatu ad praetoratum, nec à monachatu ad seculum rediit. Quomodo etiam Basilius, Nazianzenus, Chrysostomus, Graeci; Martinus, Paulinus, & Augustinus Latini, ex secularibus Monachi, ex Monachis Episcopi facti sunt: nec ullus dixit unquam eos propterea de caelo in terram cecidisse. Deinde Gregorius continentia, sobrietate, amore rerum caelestium nulli fuit secundus, humili-

tate autem penè omnibus praestitit: & tamen audet Chytraeus dicere, eum de caelo, id est, à uita caelesti ad terram, hoc est, ad uitam terrenam, & deliciosam cecidisse. DENIQUE ipse quoque Lutherus Gregorium S. Pontificem fuisse dicit in suppotatione temporum, & Lutherum sequutus Theodorus Bibliander tab. 10. Chronolog. eundem Gregorium miris laudibus effert, & quantum profecerit in studio pietatis & doctrinae, ex libris eius cognosci posse, dicit, quod sane uerissimum est. Spirant enim scripta eius admirabilem sanctitatem.

NEC minus uanum est, quod addit de fumo putei idem Chytraeus, quem interpretatur corruptelas doctrinae à Gregorio & successoribus in Ecclesiam introductas. Gregorius enim nihil nouauit, quod attinet ad doctrinam; quod uero ad ritus & disciplinam pertinet, multa correxit, quae per abusum irrepserant, multa restituit, quae negligentia temporum oblitterata fuerant: pauca admodum, eaque maturo consilio instituit noua, ut cognosci potest, tum ex libris quatuor de uita ipsius à Ioanne Diacono scriptis, tum ex epistola eius 63. lib. 7. ubi rationem reddit rituum, quos renouauit, uel instituit. Sed maximè hoc ipsum planum fiet, si percurramus ipsam antithesim doctrinae Euangelicae & Pontificiae, quam Chytraeus proponit, & ad quam saepius postea lectores suos remittit. Sic igitur ait.

I. De uera Dei agnitione & inuocatione.

EVANGELIUM docet, unum solum Deum inuocandum & colendum esse, sicut se in suo uerbo coli praecipit, & omnem fiduciam salutis nostrae in sola bonitate & misericordia Dei collocandam esse Pontificij iubent, non unum solum uerum Deum, sed etiam homines mortuos, seu sanctos inuocare, & in periculis opem & auxilium petere & expectare, &c. Deinde etiam planè Ethnicò more alligant inuocationem & cultum Dei ad certas statuas, perinde ac si ad hanc, aut illam statuam inuocanti, Deus magis propitius sit quam alibi.

QUONIAM de his controuersis, quae in hac antithesi attinguntur, nos alibi copiose disserimus: hic solum breuissimè demonstrabimus, nec pugnare cum uerbo Dei, nec cepisse tempore S. Gregorij eam doctrinam, quae à Chytraeo Pontificia nominatur.

IGITUR uerbum Dei docet quidem, unum solum Deum colendum & inuocandum, ea inuocatione & adoratione quae soli Deo debetur: nec enim patitur Deus uerus, qui est etiam Deus Zelotes, ut creaturam quamlibet pro creatore habeamus. Interim tamen idem ipsum uerbum Dei iubet, ut creaturas excellentiores honoremus, quasdam etiam inuocemus, non quidem ut Deos, sed ut Deo charos & familiares. Quemadmodum Reges moleste quidem ferrent, si regio honores in seruos suos conferri uiderent. Qui tamen libenter accipiunt, cum eosdem suos seruos honorari & obseruari conspiciunt. Adorate, inquit Dauid in Psalm. 98. scabellum pedum eius. Et Job cap. 5. Voca, inquit, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere. Quocirca Abdias uir magnus & sanctus adorauit Heliam pronus in terram, 3. Reg. 18. Et filij Prophetarum cum audiissent requiescere spiritum Heliae super Helisum, accedentes, adorauerunt eum proni in terram, 4. Reg. 2. Et Apostolus Paulus in singulis ferè epistolis implorat orationes Christianorum, ut per eas liberetur à multis periculis. Nec ulla ratio reddi potest, cur minuatur honor Deo debitus, si à Sanctorum spiritibus postulemus, ut pro nobis Deum orent, & non minuatur, si illud idem à uiuentibus postulemus.

DENIQUE B. Ambrosius annis CC. antiquior

sancto

sancto Gregorio fuit, & tamen in libro de viduis ita loquitur: *Obsecrandi sunt Angeli, qui nobis ad presidium dati sunt: Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vindicare.* Et infra: *Non erubescamus eos intercessores nostrae infirmitatis adhibere, &c.*

PORRO ad statuas Sanctorum, ad memorias Martyrum, & cetera monumenta religiosa non aliter alligamus cultum, & inuocationem, quam alligauerit olim Deus ad sanctuarium, siue ad templum Salomonis. Est enim vbique Deus nos audit, & in omni loco leuare possimus manus ad Deum, tamen non sine causa, Spiritus sanctus apud Isaiam, cap. 56. & Christus apud Matth. cap. 21. Templum Dei, domum orationis vocarunt: nec sine causa piissimus Imperator Theodosius (vt interim plurima alia antiquitatis exempla praeteream) circuibat cum Sacerdotibus, & populo, omnia orationum loca, ante Martyrum & Apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fida, Sanctorum intercessione, poscebat. Et certe Theodosius, qui hoc egit, & Rufinus, qui hoc scribit lib. 2. historiae Eccles. ca. 33. sanctum Gregorium annis ferme ducentis praecesserunt.

II.
De officiis & beneficiis
CHRISTI.

EVANGELIUM docet, propter unicum & solum filium Dei Dominum nostrum IESUM CHRISTUM pro nobis crucifixum, mortuum, & resuscitatum gratis, non propter ulla nostra opera, aut merita, nobis remissionem peccatorum & salutem aeternam donari. Et quidem hunc solius Dei honorem proprium esse, vt dicitur Isaiæ 43. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates. Item non est in aliquo alio salus. Pontificij contra docent, non propter solius Christi meritum, sed partim propter Christum, partim propter nostram contritionem, & obedientiam, seu bona opera nos iustificari, & saluos fieri, &c.*

NON hoc habet Catholica doctrina, vt partim propter Christum, partim propter opera sua iustificentur peccatores, quasi etiam sine Christo ipsa opera aliquid mereantur. Siquidem tria distinguimus operum genera: Vnum eorum, quæ sunt ex solis viribus naturæ, sine fide, & gratia Dei: & de his aperte pronunciamus cum Apostolo, quia ex operibus non iustificatur homo, sed ex fide: & si ex eiusmodi operibus quis iustificaretur, haberet gloriam, sed non apud Deum, vt de Abraham B. Paulus dixit, ad Romanos quarto. Itaque de his operibus nulla est inter nos controuersia, tamen passim impudentissimo mendacio id nobis tribuitis, quod opera sine Christi fide meritoria esse doceamus.

ALTERVM est operum genus, quod ex fide & gratia Dei procedit, & ad reconciliationem cum Deo, ac peccatorum remissionem disponit, qualia sunt oratio, eleemosyna, ieiunia, dolor de peccatis, & alia id genus. Quæ quidem opera non dicimus esse meritoria, ex iustitia ipsius reconciliationis: sed è contrario potius audimus Tridentinam Synodum dicentem, sessione sexta, capite octauo, idem gratis iustificari homines, quia nec fides nec opera, quæ iustificationem præcedunt, ipsam merentur, nimirum ex iustitia, quasi eiusmodi operibus esset debita iustificatio; fatemur tamen hæc ipsa opera, quatenus ex fide, & adiutorio diuino proficiuntur, diuina esse opera, & suo modo mereri, hoc est, impetrare peccatorum remissionem. Id enim, etsi vos non conceditis, concedit tamen verbum Dei. Quid enim est, quod ait Ezechiel, cap. 18? *Cum auerterit se impius ab impietate sua, ipse animam suam uiuificabit.* Quid est, quod ait Daniel, cap. 4? *Peccata tua eleemosynis redime.* Quid est, quod ait Ionas, cap. 3? *Vidit Deus opera eorum (ieiunia & cilicium) & miserus est eis.* Quid est, quod ait Chri-

Astus, Lucæ 7? *Remittitur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*

ID IPSVM quoque non solum Gregorius, sed ante eum multi Patres docuerunt. Ambrosius lib. 10. in Lucam: *Lacryma, inquit, veniam non postulant, sed merentur.* Hieronymus lib. 2. aduersus Pelagianos: *Qui peccata simpliciter confitentur, merentur humilitate clementiam Saluatoris.* Augustinus epist. 105. *Nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat.* Neque enim nullum est meritum fidei: quia fide ille dicebat: *Deus propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus merito fidelis humiliatus, &c.* Et epist. 106. *Si quis dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, immo gratissime confitemur.*

POSTREMVM denique genus operum est eorum, quæ à iustificato iam homine fiunt, & à Spiritu sancto inhabitante cor hominis, & charitatem in eo diffundente procedunt. Quibus operibus, velitis nolitis, meritum attribuimus, non quod remissionem peccatorum, quæ præcessit, & quæ sub merito proprie cadere non potest, sed gloriam ac beatitudinem sempiternam, verè & proprie mereantur: alioqui enim quomodo Paulus secundæ ad Timoth. 4. diceret: *Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus Iudex?* Si enim vita aeterna non est verè merces operum bonorum, cur eam vocat coronam iustitiæ & non potius donum clementiæ? Cur dicit reddendam, non donandam? Cur à iusto iudice, non à liberali Rege?

RECTE igitur August. in epist. 105. *Vnde, inquit, ipsa vita aeterna, quæ vtiq; in fine sine fine habebitur, & idem meritis præcedentibus redditur: tamen quia eadem merita, quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, nec idem, quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur.*

NEQVE verò terrent nos duo illa Scripturæ testimonia: *Ego sum qui deleo iniquitates.* Et, *Non est in alio alioquo salus.* Nam excludunt eiusmodi testimonia alium Deum, alium Christum, alium Saluatorem, & Medicum animarum, qui Deo vero & CHRISTO IESU Saluatore excluso, salutem pollicentur: non tamen excludunt fidem, spem, charitatem, penitentiam, sacramenta, quibus veluti quibusdam mediis & instrumentis, ipso Deo præcipue operante, Christi nobis meritum applicatur. Alioqui enim qua ratione cum istis sententiis: *Ego sum qui deleo iniquitates.* Et, *Non est in alio alioquo salus.* coherent illæ? *Fides tua te saluauit fecit,* Luc. 7. *Saluabit eos, qui sperauerunt in eo,* Psal. 36. *Ipsè animam suam uiuificabit,* Ezech. 18. *Timor Domini expellit peccatum,* Ecclesiast. 1. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit,* Marci vltimo. *Qui manducat hunc panem, viuet in aeternum,* Ioan. 6. Sed de his hæcenus. Pergit Chytræus.

III.

EVANGELIUM docet, agentem penitentiam, & audientem promissionem, debere credere promissioni, & statuere, peccata non tantum aliis, Perro aut Paulo, sed etiam sibi propter Christum remitti, se Deo placere, à Deo recipi, & exaudiri, & hac fide in quotidiana inuocatione ad Deum accedendum esse. Pontificij contendunt, semper dubitandum esse, an habeamus remissionem peccatorum: quæ dubitatio simpliciter pugnat cum fide, & planè Ethnica est. Hæc ille.

EVANGELIUM nostrum satis aperte docet, oportere fidem haberi promissionibus Dei, nec de eius vlla ratione dubitandum esse, Catholicis omnes docent. At promitti hominibus à Deo absolute remissionem peccatorum, in Euangelio nostro nusquam legitur. Multo verò minus legitur, debere vnumquemque certò statuere, sibi peccata remitti, se Deo placere, à Deo recipi,

& exau

& exaudiri. Et meritò id non legitur, quia destrueret cetera quæ in eo apertissime clarissimeque leguntur. Quid enim illo clarius quod scribit Sapiens Ecclesiast. 9. *Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo, vtrum odio, vel amore dignus sit.* Item illud quàm est perspicuum, quod ait Iob c. 9. *Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea?* Et infra: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti?*

QUID, quod promissiones diuinæ ferè omnes conditionem annexam habent, quam nemo certò nosse potest, an, vt oportet, impleuerit? Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Luca 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Rom. 8. *Ipsè Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei: si autem filij, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & conglorificemur.*

DEINDE S. Ambrosius Gregorio (vt supra diximus) multò antiquior, in serm. 5. super Psal. 118. *Sui peccati volebat, inquit, auferri opprobrium, quod suspicatus est, vel quia cogitauerat in corde, & non fecerat, & penitentia licet abolitum, suspectus tamen erat, ne fortè adhuc remaneret eius opprobrium, & idem Deum precatur, vt illud auferat, qui solus nouit, quod nescire potest etiam ipse, qui fecit.*

III.

EVANGELIUM docet unicum tantum in mundo sacrificium propitiatorium esse, & c. Hebr. 7. 10. *Christus semel oblatus est, vt tolleretur peccatum, &c.* Pontificij docent, quotidie in sacrificio Missæ Christum à Sacerdotibus Deo patri offerri &c.

EVANGELIUM quidem docet, unicum tantum in mundo esse sacrificium propitiatorium, illud videlicet, quod in cruce semel oblatum est: neque id Catholicis negant. At illud vnicum sacrificium non posse quotidie repeti in mysterio ab ipso eodem summo Pontifice Christo per manus Sacerdotum, Euangelium nusquam docet, & hoc Catholici affirmant. Neque ij soli id affirmant, qui post Gregorij tempora fuerunt, sed omnes omnino Patres, etiam qui multis seculis Gregoriorum præcesserunt. Audi, nomine cæterorum, vnum Augustinum in epist. 23. ad Bonifacium, sic loquentem: *Nonne semel immolatus est Christus in seipso? & tamen in sacramento non solum per omnes Pasche solemnitates, sed omni die populis immolatur.*

V.

EVANGELIUM docet, peccatum esse, non tantum actiones externas pugnantes cum lege Dei, verum etiam dubitationes de Deo, securitatem carnalem, & contumaciam, ac concupiscentiam nobiscum nascentem, & in renatis reliquam. Rom. 7. *Pontificij negant, hæc mala in renatis reliqua, esse peccata pugnantia cum lege Dei.*

NVS QVAE Pontificij, hoc est, Catholici docent, solum actiones externas esse peccata: sed vobis mentiri licet: id enim à patre vestro didicistis, qui in veritate non stetit. Porro dubitationes de Deo, securitatem carnalem, contumaciam, & concupiscentiam, si voluntariæ sint, peccata esse, minimè dubitamus: si verò sint inuoluntariæ, quales erant cupiditates illæ carnis contra spiritum, quas Paulus sentiebat, etsi eis non consentiret: eas verò peccata esse, constanter negamus. Neque de Paulinis verbis vobiscum disceptamus, quasi Pauli verba vobis vera, falsa nobis esse videantur: sed de eorum verborum interpretatione. Nec moleste ferre debetis, si Augustinum, & omnem chorum Sanctorum vobis nouis hominibus præponamus. Sic enim loquitur Augustinus lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 13. *Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo, vel fallere, cum qua necesse est, vt etiam baptizatus, & hoc si dili-*

Agentissime proficit, & spiritum Dei agit, pia mente configat. Sed hæc, etiamsi vocatur peccatum, non quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocatur: sicut Scripturam manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit.

VI.

EVANGELIUM docet, hominem in hac imbecillitate nature, nequaquam posse satisfacere legi Dei, & hac perfecta impletione legis iustum, & omnis peccati expertè esse. Rom. 8. *Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum: legi enim Deum non obtemperat, ac ne quidem potest. Pontificij contendunt, hominem posse legi Dei satisfacere, & hac impletione legis iustum esse, & vitam æternam mereri.*

NON dicunt Pontificij, hoc est, Catholica Ecclesia filij, hominem in hac imbecillitate nature, omnis peccati expertem esse. Agnoscimus enim & profitemur verissimum esse, quod ait Ioannes initio epist. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.* Sed quoniam quotidiana ista peccata nec iustitiam tollunt, nec tam contra legem, quàm præter legem Dei sunt, cum pro remissione eiusmodi delictorum oret omnis Sanctus in tempore opportuno. Psal. 31. & omnes filij Dei iusti vtiq; & sancti quotidie dicere docentur: *Dimittite nobis debita nostra.* Matth. 6. Propterea non timeamus asserere, posse hominem per gratiam Dei iustificatum, eiusdem gratiæ adiutorio, & legem implere, & ea impletione vitam æternam promereri. Scimus enim quis dixerit: *Et mandata eius grauiora non sunt.* 1. Ioannis 5. Et quis item dixerit: *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Matt. 20. Et rursum: *Venite benedicti Patris mei, possidere paratum vobis regnum, &c.* Esurium enim, & desidius mihi manducare.

QVAE Augustinus lib. de gratia & libero arbitrio, cap. 16. *Certum est, inquit, nos mandata seruare, si volumus, sed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum est, vt tantum velimus, quantum sufficit, vt volendo faciamus.* Et de spiritu & litera, cap. 10. *Idem datur gratia, non quia legem impleuimus, sed vt legem implere possimus.* Neque mouet nos illud verbum Apostoli: *Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum.* Nam idem Apostolus antea dixerat, ad Romanos septimo: *Igitur ego ipse mente serui legi Dei, carne autem legi peccati.* Quod autem mente agimus, id verè nos agimus: quod autem carne agimus, si mens repugnat, nostrum non est, sicut idem Apostolus ait: *Si quod noio, inquit, facio, iam non ego operor illud.*

VII.

EVANGELIUM docet, bona opera esse illa tantum, quæ à Deo præcepta sunt, &c. iuxta regulam, qua tibi præcipio hæc tantum facito Domino, non aditas, neque minuas. Pontificij è contra totam Ecclesiam obruerunt traditionibus, &c.

IAM hæc sunt millies à vobis repetita, & à nostris refutata. Falsum autem est quod ais, in Euangelio haberi illa tantum esse opera bona, quæ Deus præcepit. Vbi enim, quæso, præcepit Deus virginitatem? Nonne Paulus ait: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo,* 1. Cor. 7. & tamen ibidem ait, bonum esse opus, virginem permanere: *Igitur, inquit, qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit.*

NEQVE multum te iuuat regula illa: *Quæ tibi præcipio hæc tantum facito Domino.* Non enim eo loco prohibet Deus aliud, quàm ne corrupamus eius præcepta, sed integrè ea seruemus, vt ille præcepit, non declinantes ad dexteram, neque ad sinistram. Itaque S. Augustinus libro de sancta virginitate, cap. 30. distinguens à consiliis præcepta. *Neque enim, inquit, sicut non machaberis, non occides: ita dici potest, non nubes illa exi-guntur, ista offeruntur. Si sunt ista, laudantur, nisi fuerint illa, damnantur.* In illis Dominus debitum imperat nobis, in his

si quid a. pius (NOTA) superrogaueritis, in redendo reddet vobis.

VIII.

EVANGELIUM docet, utramque partem Sacramenti cœnæ Domini omnibus Christianis ministrandam esse: & quidem de calice expressè inquit: Bibite ex hoc omnes. Pontificij econtrà decernunt, & definiunt, &c.

ADHVC non vidimus locum illum Euangelij, vbi doceamur, utramque partem sacramenti cœnæ Domini omnibus Christianis ministrandam esse. Nec enim de calice Dominus ait: Bibite ex hoc omnes Christiani: sed, Bibite ex hoc omnes: qui verò essent illi omnes, Marcus explicuit, cum addidit: Et biberunt ex illo omnes. Non autem biberunt omnes Christiani, sed omnes Apostoli, qui soli tunc cum Domino vescebantur.

IX.

EVANGELIUM docet, veram penitentiam, seu conversionem ad Deum esse serium dolorem cordis de admisis peccatis, & fidem statuentem sibi peccata propter Christum certò remitti, &c. Pontificij econtrà, etsi contritionem inter partes penitentiae numerant: tamen hanc remissionem peccatorum mereri fugunt, & addunt confessionem auricularem non mandatam à Deo, & satisfactionem, seu opera indebita, quibus pro æternis peccatorum pœnis satisfieri & hæc ipsa posse pecuniis redimi, fingunt. Quæ tota doctrina in meritum filij Dei, qui solus pro peccatis nostris satisfecit, blasphemata est.

HIC nihil probari, nulla testimonia Euangelij adferri, tantum inania verba mendacis admitta fundi, video. Nam quod dicis, de conversione, & serio dolore cordis, omittere potuisses. Nos enim verè conversionem, & serium dolorem cordis in penitentibus requirimus, cum vos nihil aliud, quàm nefcio quos terrores pro contritione habeatis. Quòd addis de fide stante nobis remitti peccata, supra refutatum est. Quòd ais, apud Pontificios contritionem mereri remissionem peccatorum, mendacium est, supra etiam refutatum. Quòd etiam dicis, Pontificios dicere, satisfactionibus temporalibus pro pœnis æternis satisfieri, pariter est mendacium. Non enim satisfacere nos putamus pro æternis pœnis, quas nobis in iustificatione remitti non dubitamus: sed pro pœnis temporalibus, quas vel hîc, vel in purgatorio Deus exigit ab iis, qui post baptismum ad penitentiam, & reconciliationem veniunt. Proditor est, inquit Augustinus Tract. 12.4. in Ioannem, pœna, quam culpa, ne parua putaretur culpa, si cum ea finiretur, & pœna.

QVOD denique addis, confessionem auricularem non esse mandatam, & satisfactionem pugnare cum merito Christi, dicis quidem, sed non probas. Lege verò, si placet, sermonem quintum B. Cypriani de lapsis, & inuenies exomologesim necessariam, & satisfactionem: & hæc ipsas voces lapsus repetitas. Porro pecunia redimi satisfactionem (ne fortè hic turpem aliquam negotiationem suspiceris) nihil est aliud apud Catholicos, quàm vnum genus satisfactionis in aliud posse mutari iudicio Sacerdotis, vt ieiunium in elemosynam, Pergamus ad cœtera.

X.

EVANGELIUM docet, coniugium omnibus hominibus, laicis, & sacerdotibus concessum & liberum esse, & differre inquit prohibitionem coniugij, & ciborum, doctrinam diabolicam esse. Pontificij econtrà magna parti hominum Sacerdotibus, & Monachis coniugium prohibent, & certis diebus à certis cibis abstinere iubent.

AT vbi, quæso, Euangelium docet, concessum coniugium esse iis, qui votum continentiae habent? fortasse ad Hebr. 13. vbi legimus: Honorabile coniugium in omnibus. Cæterum, si in omnibus, omnes omnino homines comprehendit, honorabile etiam erit coniugium in pa-

tre, & filia: in matre, & filio, in fratre, & sorore vel si hoc vobis non placet, non placeat etiam honorabile debere coniugium dici inter Monachum & Sanctimonialem, & cæteros homines, quibus per votum, coniugium inire non licet. Apostolus enim id solum vult, vt coniugium honoremus in omnibus, ritè & legitime copulatis. Vobis autem probandum superest, ritè & legitime eos copulari, qui perpetuam continentiam Deo vouerunt.

AVDI Chrysostomum, quid Theodoro Monacho, qui vxorem ducere volebat, vel fortasse etiam duxerat, scribat in epist. 6. Honorabiles, inquit, nuptias, sed te iam seruare non conuenit priuilegia nuptiarum: quàmuis frequenter hoc ipsum nuptias vocas, ego tamen adulterio illud peius existimo. De loco Apostoli i. ad Timoth. 4. Prohibentes nubere, &c. vide quæ diximus sup. cap. 21. prope finem.

XI.

EVANGELIUM docet, vnum esse verum, & solidum fundamentum, supra quod aedificata sit Ecclesia Dei, videlicet Dominum nostrum Iesum Christum. 1. Corint. 3. Aedif. 4. & locum Matth. 17. Augustinus ita interpretatur, Super hanc petram, quam cognouisti, dicens: Tu es Christus filius Dei viui, hoc est, super meipsum filium Dei viui aedifico Ecclesiam meam. Super me aedificabo te, non me super te. Pontifex econtrà vociferatur, supra petram Ecclesiam Romanam, & ordinariam successionem Pontificum, totam reliquam Christiani orbis Ecclesiam esse aedificatam.

AT non pugnat, credo, Paulus secum, cum ait ad Ephes. 2. Nos super aedificari supra fundamentum. Apostolorum & Prophetarum. Nec pugnat cum Paulo asserente: Nullum esse fundamentum Ecclesie, præter Christum, 1. Corint. 3. Ioannes in Apocalypsi cap. 21. cum ait: Duodecim Apostolos, duodecim esse Ecclesie fundamenta. Nam Paulus 1. Corint. 3. de primario fundamento, Idem verò Paulus Ephes. 2. & Ioannes Apocal. 21. de fundamentis secundariis loquuntur. De quali etiam fundamento Augustinus loquitur in Psalmo contra partem Donati, vbi ait: Numerate Sacerdotes, vel ab ipsa sede Petri. Ipsa est petra quam non vincunt superba inferorum portæ. Sed de hac re satis multa supra dicta sunt, libro 1. cap. 10. de Pontifice.

XII.

EVANGELIUM docet, nullum Apostolum vel Episcopum, aut alium Euangelij ministrum, alio superiore, & maiorem potentiam, & dominationem habere, quod ad ministerium attinet. Sed omnes ministros parem potestatem docendi Euangelij, administrandi sacramenta, ligandi sceleratos, & absoluedi agentes penitentiam obtinere, vt clarè docent scripturae, Lucæ 22. 1. Corint. 3. vers. 4. Ioan. 20. & Matth. 18. omnibus Apostolis pariter traduntur clauis regni cælorum. Econtrà Pontifex Romanus iactat, se supremam potestatem in omnes reliquos Episcopos, & totam Ecclesiam, & quidem utrumque gladium, spirituale & politicum habere de iure diuino, &c.

VBI doceat Euangelium, non habere vnum Episcopum, vel ministrum maiorem potestatem, quàm alium, adhuc non potui reperire. Nam loca quæ citas, contrarium planè significant. Siquidem Lucæ 22. hortatur quidem Dominus suos ad humilitatem, & prohibet dominarum regium, atque tyrannicum iis, qui Ecclesie præesse debent: interim tamen, inter Apostolos vnum maiorem cæteris, immò & Ducem cæterorum esse affirmat. Ait enim: Qui maior est vestrum, fiat sicut minor, & qui præcessor (Græcè ἡγούμενος, id est, Dux) fiat sicut ministrator. Apostolus autem 1. Corint. 3. vbi se plantasse dicit, Apollo autem rigasse: & iterum se vt architectum fundamentum iecisse, alios autem superaedificare: nonne satis apertè se maiorem Apollo & cæteris coadiutoribus suis fuisse significat?

PORRO

PORRO Ioan. 20. dicitur quidem omnibus Apostolis: Ecce ego mitto vos: & Quorum remisistis peccata, &c. tamen cap. 12. subiiciuntur Apostoli, & ceteri fideles omnes sancto Petro, vt oues suo pastori, cum soli Petro coram aliis Apostolis dicitur à Domino: Pasce oues meas. Denique etiam si Matth. 18. dicitur omnibus Apostolis: Quaecumque alligaueritis, &c. tamen soli Petro dicitur, Matth. 16. Tibi dabo clauis regni, &c. & sine dubio non promitteret illi aliquid Dominus singulariter, nisi etiam illi aliquid singulare exhibere voluisset. Sed de his multa diximus supra lib. 1. cap. 12. 13. 14.

AD ea, quæ obiicis de utroque gladio contra extrauagantem Bonifacij VIII. vbi etiam rides argumenta Pontificis: id vnum hoc loco respondere libet, ea omnia ex B. Bernardo sumpta esse, quem virum & sanctum vocare, & non semel allegare solent Melanchthon, Calvinus, & alij ex vestris. Vide librum secundum & quartum de consideratione, vel, si placet, vide quæ de hac ipsa re in libro postremo de Pontifice diderimus. Atque hæc de Antithesi tua hoc loco sufficiant.

NUNC breuiter demonstrandum erit, hanc ipsam visionem Ioannis, in Lutherum & Lutheranos optime quadrare. Nam in primis Lutherum significari posse per stellam illam, quæ de cælo in terram cecidit, planum est, cum ipse ex monacho secularis, ex cælibe coniugatus, ex paupere diues factus sit: & victum sobrium ac tenuem cum opiparis cœnis, ac prandis commutauerit. Quid enim est hoc aliud, quàm ex cælesti vitæ consuetudine ad terrenam decidisse?

DEINDE fumum putei abyssi, qui eius casum consequutus est, planè est cæcus & stupidus, qui non sentit. Siquidem antequam Lutherus ab Ecclesia Catholica deficeret, totus ferè Occidens eiusdem fidei & religionis erat, & quocunq; aliquis iret, fratres suos continuo agnoscebat. Omnes enim in lumine erant. At post Lutheri casum tantus fumus errorum, sectarum, schismatum exortus est, vt iam nec in eadem prouincia, immò nec in eadem ciuitate, aut domo, vnus alium agnoscat.

OBSCURAVIT quoque hic fumus (vt in Apocalypsi dicitur) Solem & aërem. Nam per Solem Christum, per aërem scripturas, per quas in hac vita quodammodo respiramus, & nostri, & aduersarij exponunt. Et quidem Christum quàm vehementer iste fumus obscurauerit, testatur Transyluania, & vicinæ regiones, vbi palam negatur Christi diuinitas: testatur etiam Germania, vbi Anabaptistæ apertè, Vbiquistæ obscurius negant Christi humanitatem. Et sanè fuerunt olim multi hæretici, qui similiter Christum oppugnarunt, sed nulli impudentius, quàm hæretici huius temporis. Nam non solum multi eorum negant esse Christum Deum, sed addunt etiam, non posse inuocari, nec scire eum quid nos agamus. Horror est audire vel legere, quanta temeritate de Christi mysterijs hoc tempore disputetur.

PORRO scripturas, incredibile est, quàm vehementer iste fumus obscurauerit. Tot enim iam exstant versiones, tot commentaria inter se pugnantia, vt ea etiam, quæ olim clarissima erant, nunc obscurissima videantur. Quid potest dici clariùs, quàm quod Paulus ait, 1. Corint. 7. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do: Et tamen omnes huius temporis hæretici constanter negant, vllum esse consilium virginitatis, & Paulum non dare consilium eo loco amplectendæ virginitatis, sed ab ea potius abstertere homines voluisse. Quid potest planius dici quàm illud verbum Domini? Hoc est corpus meum. Et tamen nihil hoc tempore obscurius. Quid de Transyluanis dicam, qui Ioannis Euangelium, quod constat præcipuè aduersus Cherinthum & Ebionem scriptum esse, qui negabant Christi Diuinitatem, ita suis commentariis peruerterunt, vt inde maxime probent, Christum non esse Deum?

VENIAMVS ad locustas, quæ de fumo putei exierunt. Chytræus quidem per locustas, Episcopos, Clericos, & Monachos intelligit, sed perperam exponit: nam etiam ante Gregorij tempora erant Episcopi, Clerici, & Monachi in Ecclesia: nec tamen adhuc exortæ fuerant istæ admirabiles locustæ.

APTISIME verò omnia, quæ de locustis Ioannes dicit, in Lutheranos & cæteros huius temporis hæreticos quadrant. Primum enim locustæ semper in magna multitudine venire, & turmatim incedere solent. Proverb. 30. Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. Ita Lutherani caput vnum propriè non habent, quia negant vnum esse debere caput totius Ecclesie. Nihilominus tamen breuissimo tempore in ingentem multitudinem creuerunt: nec mirum: nam aperuerunt ostium omnibus vitiosis hominibus: gulosi ad eos accurrunt, quia non sunt apud Lutheranos ita ieiunia: incontinentes, quia apud eos vota omnia continentiae improbantur: & Monachis etiam ac Sacerdotibus, necnon Sanctimonialibus quibuscunq; matrimonia conceduntur. Item Apostata omnes, quia apud eos claustra omnia referantur, & in palatia conuertuntur: Principes auari & ambitiosi, quia bona Ecclesiastica, & personæ etiam Ecclesiastica eorum potestati subiiciuntur: otiosi & inimici bonorum operum, quia apud eos sola fides sufficit, opera bona non sunt necessaria: denique omnes improbi & scelesti, quia sublata est apud eos necessitas consistendi peccata, & rationem reddendi proprio suo pastori, quod maximum esse solet frænum peccatoribus. Hinc igitur ita multiplicantur locustæ.

DESCRIBUNTUR autem hæ locustæ à S. Ioanne mirabiliter. Nam dicuntur habere faciem humanam, immò etiam muliebrem, caudam scorpionum, corpus locustarum, item in capite gestant coronam quasi auream: dentes habent leonum: pectus lorica ferrea armatum. Denique videbantur tanquam equi parati ad bellum, & sonitus alarum earum audiebatur quasi sonitus currum currentium ad bellum, & habebant super se regem Angelum abyssi, qui dicitur exterminator. Facies blanda, significat initium prædicationis eorum, quæ semper incipit ab Euangelio: nihil enim se dicturos pollicentur, nisi purissimum Dei verbum. Ita facillimè alliciunt simpliciores. Cauda scorpionis, significat exitum venenatum & lethiferum. nam posteaquam verbû Dei proposuerunt, peruersa interpretatione illud deprauant, & eo modo quasi recorta cauda aculeum infigunt, & virus lethale infundunt. Corpus locustæ, quod nihil ferè est aliud, quàm venter (est enim locusta ventrosus animal, & idè nec incedere, nec volare rectè potest, sed saltitando se erigit in altum, & mox ad terram recidit) significat hæreticos huius temporis esse homines ventri addictos, inimicos ieiuniorum & continentiae: & idè nec incedere posse per viam mandatorum, nec volare ad res cælestes contemplandas.

CONANTVR quidem aliquando se erigere, & mores emendare, sed more locustarum, mox recidunt ad terram. Exemplo esse potest Saxonica visitatio. nam cum animaduertisset Lutherus ob Euangelicam libertatem à se prædicatam, & omnes Ecclesie leges abrogatas, populos sine vilo fræno in vitia ruere, instituit visitationem, & monuit pastores, vt prædicarent penitentiam, timorem Dei, obedientiam, opera bona, &c. Sed nihil profecit. vide Cochlaeum in vita & actis Lutheri, anni M. D. XXXVII.

PARTI ratione conantur volare per contemplationem, & scribunt iam passim libros de Trinitate, de Incarnatione, de quæ aliis eiusmodi mysterijs, sed incidunt in errores grauissimos, immò hæreses perniciosissimas, vt patet de Vbiquistis, qui totum mysterium Incarnationis, & Trinitatis destruant.

CORONÆ in capite locustarū significant arrogan-
tiam, & superbiam: qua sese effert super omnes ho-
mines. Exstat liber LUTHERI ad Ducem Georgium,
in eo sic ait: *A tempore Apostolorum nullus Doctor, aut
Scriptor, nullus Theologus, aut Iuriconsultus, iam insigni-
tur & clarè cōsuetas secularium statum confirmavit, in-
struxit, ac consolatus est, sicut ego feci. Per singularem Dei
gratiam hoc certò scio, quoniam neque Augustinus, neque
Ambrosius, qui tamen in hac re optimi sunt, mihi in hoc
quales sunt. Quid, quod non solum Lutherus, & Cal-
uinus nihili faciunt mille Cyprianos, & mille Augu-
stinos, sed etiam quibus ministellus Lutheranus habet
pro ahnis, & stipitibus omnes Papistas? Erant autem co-
ronæ illæ quasi aureæ, id est, aureæ videbantur, sed non
erant: quia fingunt se zelo honoris Dei, & charitatis im-
pelli ad ea que dicunt, cum tamen nihil minus, quam
zelum Dei nouerint.*

DENTES leonini significant detractiones, quibus
assiduè, & literis, & sermonibus lacerant famam Pon-
tificum, Clericorum, Monachorum, & ipsorum etiam
Sanctorum, qui cum Deo feliciter regnant. Et sanè
detractionibus nutiri videntur, & tam multa dicunt,
quæ nec sunt, nec fuerunt, fortasse etiam nunquam
erunt, ut videantur omnem conscientiam penitus exulsi-
se. Id satis patet, tum ex aliis, quæ in eorum libris passim
leguntur, tum ex iis, quæ paulò antè citauimus ex
Synodo Smalchaldica, Illyrico, Tilemano, Caluino,
& Chytrao.

PECTVS lorica ferrea armatum, significat obstina-
tionem. Sunt enim ita obdurati, ut etiam si apertissimè
conuincantur, nunquam tamen cedant, & sæpe mori
malint, quam ab obstinatione sua recedere.

SIMILITUDO equorum, qui parati videbantur
ad bellum, significat audaciam & temeritatem. Prouo-
cant enim audacissimè omnes ad bellum, cum tamen
postea pro argumentis sola mendacia plerunque pro-
ferant. Lutherus in assertione artic. 25. *Adeste, inquit, huc
omnes Papiste in vnum. Constate studia vestra in vnum, si
fortè possitis hoc vinculum dissoluere. Quo eodem modo
loquuntur ferè omnes alij.*

SIMILITUDO autem currum volitantiam, signi-
ficat velocitatem, qua noua ista hæresis vtitur in variis
regionibus occupandis. Nam breui occupauit non solum
multa regna in partibus Septentrionalibus, sed
etiam vsque ad Indos excurrere ausa est, quanquam
non permisit Deus, vt ibi hæere posset. Nec enim tan-
tum flagellum merebatur nouella adhuc, & tenera illa
Christi Ecclesia.

DENIQUE, Angelus abyssi dicitur rex locustarum
istarum, quia etsi regem visibilem locustæ non habent,
vt supra diximus, inuisibili tamen rege, id est, diabolo
carere non possunt. *Ipsè enim est Rex super omnes filios su-
perbie. Job 41. Dicitur autem Rex locustarum exterminator,
quia per nullam vnquam hæresim, aut persecutio-
nem diabolus ita exterminauit, ac vastauit Ecclesiam,
vt per Lutheranos. Nam cateræ hæreses, vt plurimum,
vnum aut alterum articulum destruebant, sed non euer-
tebant omnem ordinem, & disciplinam Ecclesiæ. At Lu-
therana hæresis partim per se, partim per suas proles,
Anabaptistas, Caluinistas, Trinitarios, Libertinos, om-
nia omnino Ecclesiæ bona perdidit in iis locis, vbi
grasari potuit. Nam abstulit à Deo Trinitatem, per
nouos Samolatenos; à Christo Deitatem per eosdem
& humanitatem per Anabaptistas; ab Angelis, & San-
ctis omnibus omnem cultum, & inuocationem à pur-
gatorio suffragia viuorum; immò purgatorium ipsum
plauè exterminauit. Ab Ecclesia quæ est in terris, abstulit
multos libros diuinæ Scripturæ: omnia ferè sacra-
menta, omnes traditiones, sacerdotium, sacrificium, vo-
ta, ieiunia, festos dies, templa, altaria, reliquias, cruces,*

imagines, monumenta omnia pietatis: item leges Eccle-
siasticas, disciplinam, atque ordinem vniuersum planè
exterminauit.

SED forte inferis pepercit, ne suo regi, Angelo abyf-
si, iniuriam faceret. Non ita est: nam etiam inferos ve-
ros, & locales multi Lutherano quum negant, & imagina-
rios nescio, quos inferos fingunt, vt supra in disputatio-
ne de descensu Christi ad inferos demonstrauius. Ve-
rè igitur exterminatrix hæresis hæc dici potest, & eo du-
ce digna, qui Hebraicè אבaddon abaddon, Græcè ἀπολλύων,
Latinè exterminans dicitur. Et mirum sanè esset, si non
etiam Lutherani ipsi hoc exterminium mirarentur, nisi à
fumo illo, de quo supra diximus, planè essent obcæcati.

SED vna in tot malis consolatio est, quod vt Ioan-
nes dicit locustæ istæ non lædunt herbas, atque arbores
videntes, sed solum homines, qui non habent signum
Dei viui. Cum enim hæresis ista tota carnalis sit, non
facile viros bonos, & in quorum animis vires, ac floret
religio & pietas, decipere potest. Ita videmus, rarè, aut
nunquam accidisse, vt ad Lutheranos ab Ecclesia ali-
quis defecerit, qui non prius corruptus, & perditæ vitæ
inter Catholicos esse cæperit. Sed de his hæc tenus.

CAPVT XXIV.

Refutantur argumenta Caluini & Illyrici, qui probare co-
nantur, Papam non esse amplius Episcopum: vbi etiam
refellit fabula de Ioanne Papa femina.

RES TA T id, quod vltimo loco proposuimus,
vt videlicet ostendamus Romanum Pontificem
non solum Antichristum non esse, sed nec vllò
alio modo amississe Pontificatum suum. Siquidem Cal-
uinus, & Illyricus, ille ratione, iste coniectura quadam
probare conantur, non esse hoc tempore verum Epi-
scopum.

AT QUE vt à Caluino incipiamus, ita ille loquitur
in institut. lib. 4. cap. 7. §. 23. & 24. *Ipsè verò Pontifex
quid omnino habeat Episcopale, scire velim: primum in mu-
nere Episcopi caput est, plebem Dei verbo docere, alterum &
proximum huic, Sacramenta administrare: tertium monere
& hortari, corrigere etiam eos qui peccant, ac in sancta disci-
plina populum continere. Quid istorum facit? immò quid fa-
cere se simulat? Dicant igitur, qua ratione velint haberi Epi-
scopum, qui nullam officij partem minimo digito, vel in spe-
ciem saltem attingit. Non ita de Episcopo est, vt de Rege: hic
enim etsi non exequatur quod proprium est Regis, honorem
nihilominus ac titulum retinet. At in Episcopo diiudicando
respicitur Christi mandatum, quod semper in Ecclesia valere
debet: hunc ergo nodum mihi soluant Romanenses. Nego ipso-
rum Pontificem esse Episcoporum. Principem, cum non sit
Episcopus. Hæc ille.*

NI fallor, tota hæc ratiocinatio ad hunc breuem syl-
logismum reuocari potest. Cum hoc interfit inter Epi-
scopum, & regem, quod Rex nomen est potestatis, &
præfecturæ, cui annexum est officium regendi popu-
lum: Episcopus autem est nomen solius officij, verbum
Dei, & sacramenta ministrandi: certè si neque Rex, ne-
que Episcopus munere suo fungatur, Rex nomen, &
dignitatem suam retinebit, Episcopus amittet: Romanus
autem Pontifex officio Episcopali, ne in speciem qui-
dem fungitur, quippe qui nec verbum, nec sacramenta
populis ministrat: Romanus igitur Pontifex nomen &
dignitatem suam perdidit, atque adeò Episcopus dici
non potest.

IAM verò Magdeburgenses cent. 9. c. 20. col. 50. id
ipsum coniectura & signo confirmare nituntur. Aiunt
enim signum evidens mutationis Romanæ Ecclesiæ in
Babylonicam meretricem fuisse, quod voluerit Deus, vt
circa illa tempora, in quibus hæc mutatio facta est, vera
quædam mulier meretrix in sede Pontificia sederet, quæ
quidem Ioannes Papa octauus dicta est.

Id verò probant: Primò, ex auctoribus, Platina, Mar-

tino Polono, Sigeberto, & Mariano Scoto. Secundò, ex
vestigijs eius rei, quæ ad nostra tempora remanserunt,
nimirum ex quadam sede porphyretica intus perfora-
ta, quæ manebat in Palatio sancti Ioannis Lateranensis,
cuius vsum fuisse dicunt institutum post flagitium illud
detectum, ad explorandum, videlicet, an Pontifex recedens
creatus, esset masculus, nec ne.

TEM, ex quadam statua mulieris cum puero, quæ
vsque ad nostra tempora mansit in eo loco, vbi dicitur
Ioannes octauus peperisse.

DENIQUE ex eo, quod Romani Pontifices, quan-
do ex Vaticano ad Lateranum pergunt, solent declina-
re locum illum, vbi ista mulier dicitur peperisse, in dete-
stationem facti: alioqui enim illa est recta via. Sed non
est difficile hos nodos soluere.

AC vt Caluino primum respondeamus, vel Calui-
nus loquitur de significatione nominis, vel de re ipsa,
quando dicit Episcopum esse nomen officij, Regem
esse nomen dignitatis. Si de nominis significatione, aper-
tè decipitur. nam vt Episcopus dicit ab ἐπισκοπέω, id est,
à considerando, siue inspiciendo, & sonat officium in-
spiciendi: ita etiam Rex dicitur à regendo & sonat offi-
cium regendi. Et sicut Rex est nomen magistratus, ita
Episcopus etiam apud Ethnicos erat nomen magistra-
tus, nimirum Prætoris, vt patet ex Aristophane in aui-
bus: & quod maius est, idem nomen pastoris, in diuinis
litteris tribuitur Episcopo, & Regi, vt patet ad Ephes. 4.
& Isa. 44.

SI verò de re ipsa loquitur, non minùs decipitur.
nam, vt regia auctoritas non est simplex officium iudi-
candi, vt est iudicium aliorum, sed vera præfectura in
rebus politicis, id est, potestas regendi homines sibi
subiectos, imperando, & puniendo: ita etiam Episcopa-
tus non est simplex officium prædicandi, vt est aliorum
multorum, qui concionantur, & non sunt pastores: sed
est vera præfectura Ecclesiastica, id est, potestas regendi
homines in rebus spiritualibus, & diuinis: ac proinde
imperandi, & puniendi. De qua re & multa supra dixi-
mus, & plura adhuc infra dicemus in libro sequenti:
nunc pauca loca, sed clarissima annotasse sufficiet. Apo-
stolus Paulus I. Corinth. II. cætera, inquit, cum venero di-
sponam. Et 2. Corinth. 13. vt non præsens durus agam secun-
dum potestatem, quam dedit mihi Dominus. Et Hebr. 13.
Obedite præpositis vestris, & subiaceite eis. Et I. Timoth. 5.
Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub
duobus, aut tribus testibus.

ADDE hoc quoque, falsum esse, pontifices non fun-
gi munere Episcopali. Nam non tenentur per se con-
cionari, & sacramenta ministrare, si iusta aliqua de cau-
sa impediatur: sed satis est, si curent per alios ista omnia
præstari. Alioqui Episcopi ad impossibilia obligarentur.
Nullus enim est tam exiguus Episcopus, qui possit per
se sufficere ad concionandum, & sacramenta ministran-
da in tota sua diocesi. Sicut ergo satisfacit, si in eo loco,
vbi per se non potest, per alium concionatur, ita satisfacit,
si in omni loco per alios concionetur, quando in
nullo per se id facere potest. Neque desunt exempla an-
tiquitatis. Scribit enim Possidius in vita B. Augustini,
sanctum Valerium Episcopum Hipponensem commisisse
sancto Augustino presbytero suo officium prædican-
di, propterea quòd ipse, cum Græcus esset, non posset
Latino populo prædicare. Et ibidem Possidius refert, in
Orientali Ecclesia plures Episcopos munus prædican-
di, quod ipsi per se exequi nequibant, Presbyteris suis
demandare solitos: nec tamen dicere possumus, vel san-
ctum Valerium, vel alios, qui per se non prædicabant
verbum Dei, Episcopos non fuisse.

AD argumentum Magdeburgensium dico, fabulam
esse illam de Ioanne Papa femina, quam satis accuratè
refellit Onuphrius in additione ad Platina. Ac pri-

mum apertè conuincitur esse fabula, ex testimonijs
scriptorum Græcorum & Latinorum. Primus omnium,
qui de hac re scribere potuit, & qui rem optimè nouit,
fuit Anastasius Bibliothecarius, qui illo ipso tempore
vixit, quo fingitur Ioannes iste vixit. Pontificatum ges-
sisse, nimirum circa annum octingentesimum, quin-
quagesimum, & interfit creationi Pontificum multo-
rum, qui hunc Ioannem vel præceperunt, vel sequuti
sunt. Ille igitur scribit, post Leonem IV. vacasse sedem
quindecim diebus, & mox communi consensu creatum
fuisse Benedictum III. quibus verbis indicat, nullum
fuisse Ioannem feminam. Omnes enim, qui istum Ioan-
nem admittunt, dicunt, eum sedisse post Leonem quar-
tum, & ante Benedictum tertium, & vixisse in Pontifi-
catu duobus annis, & quinque mensibus.

DICENT fortasse, Anastasium in gratiam Pontifi-
cum omisisse istum Ioannem octauum. At contra: nam
saltem debuit ponere, sedem vacasse post Leonem quar-
tum duobus annis cum medio, ne errorem exploratum
in Chronologia admitteret, & errorem, qui poterat re-
felli ab oculatis testibus, qui tunc viuebant.

RESPONDENT, non esse errorem in Chronologia,
quia duo isti anni Ioannis adduntur annis Leonis
quarti. Leo enim quartus dicitur ab Anastasio sedisse
annis octo, qui ita accipiendi sunt, vt sex anni sint ipsius
Leonis, alij duo addantur ex annis Ioannis feminae. At
contra, nam non solum Anastasius, sed etiam Martinus
Polonus & Platina, & Magdeburgenses, & Bibliander,
& alij, qui ponunt Ioannem octauum sedisse duobus
annis, dant Leoni annos octo. Igitur necessariò erit
error in Chronologia Anastasij, si iste Ioannes ponatur
fuisse Pontifex post Leonem.

DEINDE non solum Anastasius, sed etiam Ado Epi-
scopus Viennensis, qui eodem tempore vixit, & de quo
nulla suspicio est, quòd in gratiam Pontificum voluerit
mentiri, docet nullum fuisse Ioannem inter Leonem
quartum & Benedictum tertium. Sic enim loquitur in
Chronico anni octingentesimi, sexagesimi quinti: *Pon-
tifex, inquit, Romanus Gregorius moritur, atque eius loco
Sergius ordinatur, illo defuncto succedit Leo. Quo obente
Benedictus in sede Apostolica substituitur.* Et similiter lo-
quuntur Rhegino, Lambertus, Hermanus Contractus,
Abbas Vespergensis, Ortho Frisingensis, & omnes alij
historici, qui plurimi sunt vsque ad Martinum Polonum,
qui fuit quadringentis annis posterior isto ficto Ioanne
octauo, & ipse primus huius Ioannis octauum meminit
contra fidem omnium antiquorum. Ab ipso autem ac-
ceperunt Platina, & cæteri recentiores.

NEC solum Latini, sed etiam Græci, qui ante Mar-
tinum Polonum scripserunt, vt Zonaras, Cedrenus,
Ioannes Curopalatas, & alij nullam mentionem huius
tam prodigiosæ historie inter res eius temporis faciunt,
cum tamen illi non faueant Romano Pontifici, qui tunc
libenter accepissent occasionem irridendi Latinos in
hac parte, si potuissent. Quomodo autem credibile est,
melius nouisse res gestas, circa annum octingentesimum,
quinquagesimum, Martinum Polonum, qui vixit anno
m. cc. l. quam omnes historicos alios, qui vixerunt an-
no octingentesimo, vel nongentesimo vel millesimo?

QVOD autem Magdeburgenses dicunt, Sigeber-
tum & Marianum Scotum Martino Polono antiquio-
res, Ioannem feminam in suis Chronicis posuisse, fal-
sum est. Etsi enim in impressio Sigiberto & Mariano
Scoto inueniatur Ioannes femina, tamen in antiquissi-
mis manuscriptis non inuenitur, & satis constat, corru-
ptos fuisse auctores illos. Exstat adhuc in monasterio
Gemblacensi, vbi fuit Monachus Sigebertus, antiquissi-
mum exemplum manuscriptum, quod putatur ipsius Si-
geberti autographum, & in eo nulla mentio est Ioannis
feminae, quod manuscriptum exemplum testatur se

vidisse Ioannes Molanus Doctor Louanienſis, qui ad huc ſuperſt. Similiter in antiquiſſimis exemplaribus Mariani Scoti non haberi Ioannem ſœminam, teſtatur ille, qui Metropolitum Alberti Krantij edidit, anno M.D. LXXIV. Colonia.

DEINDE ſecundò, quòd fabula ſit iſta narratio Martini de Ioanne ſœmina, probatur ex ipſa narratione. Primò enim dicit, iſtum Ioannem fuiſſe Anglicum ex Moguntia. At Moguntia non eſt in Anglia, ſed in Germania. Ut autem hunc errorem emendent alij, mirabiliter inter ſe pugnant. Nam Platina dicit fuiſſe Anglicum iſtum Ioannem, ſed oriundum ex Moguntia. Magdeburgenſes è contrario dicunt fuiſſe Moguntinum, ſed oriundum ex Anglia. Theodorus autem Bibliander in Chronico dicit, neque natum, neque oriundum ex Anglia, ſed tamen educatum & eruditum in Anglia.

SECUNDO, dicit Martinus, & qui eum ſequuntur, dediſſe operam literis Athenis. At conſtat eo tempore, neque Athenis, neque vſquam alibi in Græcia fuiſſe vlla Gymnaſia literaria. Scribit enim Synefius in epiftola vltima ad fratrem ſuum, ſuo tempore Athenis nihil fuiſſe, niſi nomen Academiæ. Fuit autem Synefius paulò poſt tempora Baſilij & Nazianzeni. Scribunt etiam Cedrenus, & Zonaras in vita Michaëlis & Theodoræ Imperatorum, circa finem imperij Michaëlis, quando nimirum ſolus regnabat, matre Theodora amota, bonarum literarum & Philoſophiæ ſcholas fuiſſe reſtitutas à Barda Cæſare, cum vſque ad illud tempus per annos plurimos ita fuiſſent extincta omnia ſtudia ſapientiæ in Græcia, vt ne veſtigium quidem vllum exiſtaret.

CONSTAT autem imperium Michaëlis ſolius, Theodora amota, incidiſſe in tempora Nicolai primi, qui ſucceſſit Benedicò III. qui ſucceſſerat, vt iſti fingunt Ioanni VII. ſœminæ. Immo Chronologiæ omnes, & ipſe etiam Bibliander, ponunt initium imperij Michaëlis ſolius, anno Chriſti octingentiſimo, quinquageſimo, ſexto, Ioannis ſœminæ Pontificatum, anno octingentiſimo, quinquageſimo quarto. Ex quo ſequitur, poſt mortem Ioannis iſtius cœpiſſe in Græcia reuiuſcere ſtudia ſapientiæ.

TERTIO, Magdeburgenſes dicunt, Ioannem iſtum VII. peperiſſe in itinere, cum ex Vaticano inuiſere vellet Eccleſiam Lateranenſem. At certiffimum eſt, & Onuphrius demonſtrat in libro de ſeptem Eccleſiis, Romanos Pontifices non habitaſſe in Vaticano, ſed in Lateranenſi palatio vſque ad tempora Bonifacij IX. id eſt, vſque ad annum milleſimum, trecentefimum, nonageſimum. quomodo ergo, ſi in Laterano habitabat, volebat ex Vaticano inuiſere Lateranum? Certè ſi quis nunc ſcriberet, Pontificem ex Laterano veniſſe, vt inuiſeret Eccleſiam Vaticanam, ridiculus eſſet cum omnes ſciant, Pontificem in Vaticano habitare.

QUARTO, dicit Martinus & cæteri omnes iſtum Ioannem in ſolempni & publica ſupplicatione peperiſſe. At certè nullam habet probabilitatem, quòd mulier vterum gerens iam tot menſes, tunc maximè voluerit procedere, quando maximè periculum erat, ne detegeretur.

TERTIO, probatur hoc idem ex epiftola Leonis IX. grauiſſimi Pontificis, ad Michaëlem Episcopum Conſtantinopolitanum, capite viceſimo tertio, vbi Leo Papa ſcribit, famam eſſe conſtantem, in patriarchatu Conſtantinopolitano multos eunuchos ſediſſe, & inter eos obrepſiſſe etiam, & fuiſſe patriarcham vnam ſœminam. Quod certè nunquam obiceret Leo IX. Græcis, ſi tale aliquid paulò ante Romanæ ſedi accidiſſet.

IMMO fortalle hinc nata eſt hæc fabula de Ioanne ſœmina. Cum enim rumor eſſet, quandam ſœminam fuiſſe Pontificem Conſtantinopolitanum, & deinde pau-

latim omiſſo nomine Conſtantinopolitani, remaniſſet fama & opinio de ſœmina Pontifice, & Pontifice vniuerſali, cœperunt aliqui in odium Romanæ Eccleſiæ dicere, ſœminam illam Romanum Pontificem fuiſſe. Et veriſimile eſt circa tempora ipſius Martini hanc famam exortam. Certè Martinus Polonus, qui primus hoc ſcripſit, nullum auctorem refert, ſed tantum dixit, fertur. Itaque ſolum ex incerto rumore hoc habuit.

NEQUE mirum videri debet, ſi aliquis in odium Romanæ Eccleſiæ hanc fabulam ſinxiſſet, poſito fundamento illo de ſœmina Pontifice, & maximis contentionibus, quæ erant illo tempore inter Imperatores & Pontificios homines. Nam etiam nunc videmus Magdeburgenſes magis incredibilia fingere. Cum enim Martinus ſolum ſcripſerit hanc mulierem fuiſſe Anglicam ex Moguntia, neque aliquid addiderit de parentibus, & nomine proprio mulieris, & de cæteris rebus, Magdeburgenſes addiderunt, patrem huius ſœminæ fuiſſe Anglum ſacerdotem, & ipſam vocatam initio Giſbertam, nutritam quoque ſub habitu viri in monaſterio Fuldenſi, & libros de Magia ſcripſiſſe: quæ ſunt omnia mera figmenta ſine teſte, & ſine ratione excogitata. Adde, quòd Martinus ille Polonus vir ſimpliciſſimus videtur fuiſſe. Scribit enim alias fabulas per multas, tanquam ſi hiſtoriæ probatiſſimæ eſſent.

QUE verò obiciunt de ſede perforatâ, de ſtatua mulieris, & de declinatione à via, facile diſſoluuntur. Nam vt ex libro primo ſacrarum cæremoniarum, ſect. 7. conſtat, tres erant ſedes lapideæ in Lateranenſi Baſilica, in quibus nouus Pontifex ſedebat tempore ſuæ coronationis.

PRIMA ſedes erat ante ingreſſum in templum, eaque vilis & abiecta, ad quam ſedem nouus Pontifex primum ducebatur, atque in ea aliquantulum ſedebat, vt per eam cæremoniam ſignificaretur, eum de loco humillimo ad locum ſummum aſcendere. Inde enim illum eleuantes, caneant illud primi Regum ſecundo: *Sufficiat de puluere egenum, & de ſtercore erigit pauperem, vt ſedeat cum Principibus & ſolum gloria teneat.* Et hæc eſt cauſa, cur ea ſedes ſtercoraria diceretur.

ALTERA ſedes erat porphyretica, in ipſo palatio, & ibi ſedebat ſecundò, in ſignum poſſeſſionis, atque ibi ſedens accipiebat claues Eccleſiæ, & palatij Lateranenſis.

TERTIA ſedes ſimilis erat ſecundæ, nec procul ab ea, atque in ea poſt paululum ſedens, tradebat eaſdem claues ei, à quo antè acceperat, fortè vt ea cæremonia admoneretur mortis, per quam breui poſteſtatem illam alteri traditurus eſſet. De ſede, ad explorandum ſexum, nulla vſquam mentio. Statua verò illa mulieris cum puero, ſine dubio non erat Ioannis Papæ. Nam ſi aduerſarij dicunt, antiquos hiſtoricos in gratiam Pontificis noliſſe memoriæ huius mulieris in libris ponere, quomodo veriſimile eſt, voluiſſe Pontifices ipſos memoriam exiſtare in ſtatua?

DEINDE, ſi ſtatua huius Ioannis eſſet, mulierem cum infantulo recens nato repræſentaret, at imago illa neque ſœminam referebat, neque infantem in ſinu gerebat, ſed puerum ſatis magnum, & annorum multorum, quaſi præcedentem famulum, referebat. Quare coniiiciunt quidam fuiſſe ſtatuum illam alicuius Ethnici ſacerdotis, parati ad ſacrificandum, quem ſuus miniſter præcedebat.

DENIQUE, cur Pontifices viam illam breuiorem omittant ad Lateranum proficiſcentes, non eſt in deſtinationem vllius ſceleris, ſed quia via illa eſt anguſta, & anfractuosa, & proinde incommoda pontificio comitatu, qui ſemper frequentiffimus eſſe ſolet. Adde quòd, vt Onuſius teſtatur, non deſunt Pontifices, qui non ſemel per hanc ipſam viam iter fecerunt.

LIBER QVARTVS DE POTESTATE SPIRITVALI SVMMI PONTIFICIS. CAPVT PRIMVM.

Quòd Papa ſit ſummus Iudex in controuerſis fidei & morum diiudicandis.



EMONSTRAVIMVS hætenus pro ingenij noſtri tenuitate, Romanum Episcopum totius Eccleſiæ Catholice ſummum Paſtorem eſſe à Chriſto inſtitutum, nec in Antichriſtum degeneraſſe vnquam, aut aliquo alio modo ſummam hanc dignitatem perdiſſe. Nunc de poteſtate ipſius tam ſpirituali quam temporali diſſerendum eſt, ac de ſpirituali quidem in hoc lib. 4. de temporali verò in ſequenti quinto, qui & poſtremus erit, Domino adiuuante, diſſeremus.

PORRO de ſpirituali Pontificis poteſtate, eſt multa in particulari tractari poſſent, quatuor tamen ſunt præcipue Quæſtiones. Vna, de poteſtate iudicandi controuerſias fidei, & morum, num videlicet ea poteſtas in ſummo Pontifice ſita ſit. Altera, de certitudine, ſive, vt ſic loquamur, de infallibilitate huius iudicij, vtrum ſummus Pontifex in iudicandis controuerſis fidei & morum errare poſſit? Tertia, de poteſtate coactiua legum ferendarum, an Pontifex ſummus non ſolum iudicare poſſit, & in iudicando non erret, ſed etiam poſſit leges ferre, quæ homines in conſcientia obligent, & cogant credere, aut agere, prout ſummus Pontifex iudicauit. Quarta, de communicatione huius poteſtatis, ſine videlicet omnium aliorum Eccleſiaſticorum Præſulum iuriſdictione, à ſummo Pontifice illis communicata, an à Deo immediatè accepta.

PRAETER hæc generales quæſtiones, tractari ſolent quædam alie particulares: vt, an poſſit ſummus Pontifex Concilia generalia congregare, transferre, diſſoluere, an Indulgentias conferre, an Sanctos canonizare, an Religiones approbare, vel improbare, an Episcopos eligere, vel certè confirmare.

SED iſtæ omnes, atque alie id genus, non ſunt propriæ huius loci. Prima enim ad diſputationem de Conciliis pertinet, ſecunda ad diſputationem de Pœnitentiâ, tertia ad diſputationem de cultu Sanctorum, quarta ad diſputationem de votis, & inſtitutis Monachorum, quinta ad diſputationem de Clericis. In quibus locis eaſ, Deo volente, tractabimus.

SED nec prima quæſtio generalis de iudice controuerſiarum, hoc loco diutius nos detinebit. Nam in diſputatione de verbo Dei iam oſtendimus, Iudicem controuerſiarum non eſſe Scripturam, nec ſeculares Principes, nec priuatos homines, quamuis probos & doctos, ſed Eccleſiaſticos Prælatos. In diſputatione verò de Conciliis, demonſtrandum erit, habere quidem Concilia tam generalia quam particularia, iudicium de controuerſis Religionis, ſed illud iudicium tum demum eſſe firmum & ratum, cum acceſſerit ſummi Pontificis confirmatio: proinde vltimum iudicium ſummi Pontificis eſſe.

DEINDE in hac ipſa diſputatione de Pontifice cum oſtendimus, ſummum Pontificem caput & Paſtorem eſſe totius Eccleſiæ, quid aliud oſtendimus, quam eſſe eum ſummum Iudicem in Eccleſiâ: aut enim nullus eſſe debet inter homines iudex, aut is debet eſſe, qui cæteris præeſt. Neque id puto in controuerſiam vnquam eſſe reuocatum.

DENIQUE, idipſum in ſequenti etiam quæſtione planum fiet. Nam ſi demonſtrare poterimus, iudicium ſummi Pontificis certum ac infallibile eſſe, proſectò conſtabit quoque, eundem Pontificem ſummum Eccleſiæ Iudicem eſſe. Quorſum enim Deus attribuiſſet Apoſtolicæ ſedi iudicij infallibilitatem, niſi attribuiſſet eidem ſedi ſummâ in iudiciis poteſtatem? Nihilominus tamen, ne nihil omnino hoc loco dicamus, proferamus, ſi placet, pauca quædam teſtimonia ex lege, ex Euangelio, ex Patribus. Deuteron. 17. exſtat clariffimum teſtimonium, quo dubia de religione exorta ad ſummum Pontificem iudicanda referuntur. *Si difficile, inquit Moyses, atque ambiguum iudicium eſſe perpexeris, inter cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variare, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniſſeque ad ſacerdotem Leviticæ generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præſunt loco què elegerit Dominus. Quo loco eſt obſeruandum duas perſonas diſtingui, Sacerdotis, & Iudicis, hoc eſt, Pontificis & Principis, & quidem ſacerdoti ſententiæ pronuntiationem, iudici Politico executionem demandari. Id quod explicatur in ſequentibus verbis: *Qui autem ſuperbierit nationi obedire ſacerdoti imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Leou, ex ſententia iudicis morietur.**

IN Euangelio nihil poteſt clariùs dici, quam quod ait Dominus Petro coram cæteris Apoſtolis, *Simon Ioannis pascere oues meas.* Nâ & ſoli Petro loquitur, & omnes ſuas oues, ita vt ne Apoſtolos quidem excludat, ei pascendas tradit. Dubium autem eſſe non poteſt, quin inter munera paſtoris ſit, diſcernere bona pascua à malis.

QUARE ſanctus Hieronymus homo doctiffimus, in quæſtione de tribus hypotaſibus, nec eruditioni propria, nec Oriſialium Episcoporum ſententiæ, nec etiam ipſius proprij Episcopij Paulini Antiocheni Patriarchæ auctoritati ſatis fidens, ad Damafum Papam ſcribit, *A Paſtore, inquit, præſidium omniſ flagitio. Diſcernere ſi placet, non timbo iras hypotaſes dicere ſi iubelis.*

THEODORETVS etiam inter Græcos Patres eruditiffimus, ad Leonem primum in hæc verba ſcribit: *Si Paulus præco veritatis tuba fuiffimi Spiritus ad magnum Petrum cucurrit, vt iis, qui Antiochie de inſiuitis legalibus contendebant, ab ipſo afferret ſolutionem, multò magis nos qui abiecti ſumus, & puſilli ad Apoſtolicam veſtram ſedem currimus, vt Eccleſiarum vlceribus medicinam à vobis accipiamus.*

PROSPER in Chronico anni ccccxx. Concilio, inquit, apud Carthaginem habitò auctororum ſexdecim Episcoporum, ad Pontificem Zoſimum Synodalia decreta perlatâ, qui ſus probatus, per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt. Hæc ille. Non igitur iudicium vltimum vniuerſus mundus alibi, quam in ſententia Romani Pontificis agnoſcit.

SANCTVS Gregorius, qui omnium iudicio humiliffimus fuit, neque ſibi aliquid vnquam præter æquum arrogauit, in epift. ad omnes Episcopos Gallia, quæ eſt 52. lib. 4. ita loquitur: *ſi quam verò contentionem, quod*

longè faciat diuina potentia, de fidei causa euenire contige- rit, aut negotium emerit, cuius vehemens sit fortasse du- bletas, & pro sui magnitudine iudicio sedis Apostolicæ indi- geat: examinata diligentis veritate, relatione sua ad no- stram studeat perducere notionem, quatenus à nobis valeat congrua sine dubio sententia terminari. Quod idem & ante Gregorium, & post Gregorium disertis verbis asse- ruerunt sanctissimi Pontifices, nec vnquam de ea re ab vilo reprehensos eos fuisse legimus. Vide Innocentium I. in epistola ad Concilium Carthaginense, Leonem I. in epistola ad Anastasium Thessalonicensem, Gelasium I. in epistola ad Episcopos Dardaniæ, Nicolaum I. in epistola ad Michaelem Imperatorem, & Innocentium III. in epistola ad Arelatensem Episcopum. vnde exstat caput Maiores, extra de Baptismo, & eius effectu.

CAPVT II.

Proponitur questio, siue certum Papa iudicium.

VT igitur iam ad quaestionem secundam veniamus, sciendum est initio, Pontificem quatuor modis posse considerari. Vno modo, vt est persona quaedam particularis siue Doctor particularis. Secundo, vt Pontifex, sed solus. Tertio, vt Pontifex, sed adiuncto cætu solito consiliatorum. Quarto, vt Pontifex, sed vnà cum Concilio generali.

SECUNDO, obseruandum est posse duo quæri de Pontifice, omnibus quatuor modis considerato, quando quaeritur an possit errare. Primum, an ipse possit esse hæreticus. Secundò, an possit hæresim docere. Denique annotandum est tertio, sententias & decreta Pontificum interdum versari in rebus vniuersalibus, quæ toti Ecclesiæ proponuntur, qualia sunt decreta de fide, & præcepta morum generalia: interdum in rebus particularibus, quæ ad paucos pertinent, quales ferè sunt omnes controuersia facti: vt an talis sit promouendus ad Episcopatum, an iure fuerit promotus, an videatur deponendus.

HIS notatis, conueniunt omnes Catholici, & hæretici in duobus. Primum, posse Pontificem etiam vt Pontificem, & cum suo cætu consiliatorum, vel cum generali Concilio, errare in controuersis facti particularibus, quæ ex informatione testimonii quæ hominum præcipue pendunt.

SECUNDO, posse Pontificem, vt priuatum Doctorem errare, etiam in quaestionibus iuris vniuersalibus, tam fidei, quam morum; idque ex ignorantia, vt aliis Doctoribus interdum accidit.

DEINDE Catholici omnes in aliis duobus conueniunt, non quidem cum hæreticis, sed solum inter se. Primum, Pontificem cum generali Concilio non posse errare in condendis fidei decretis, vel generalibus præceptis morum. Secundo, Pontificem solum, vel cum suo particulari Concilio aliquid in re dubia statuentem, siue errare possit, siue non, esse ab omnibus fidelibus obedienter audiendum.

QUIBUS ita constitutis, quatuor tantum remanent diuersæ opiniones. Prima est, Pontificem etiam vt Pontificem, etiam cum generali Concilio definere aliquid, posse esse hæreticum in se, & docere alios hæresim, & de facto aliquando ita accidisse. Hæc est hæreticorum omnium huius temporis, & præcipue Lutheri, qui in lib. de Conciliis notauit errores eorum etiam Conciliorum generalium quæ summus Pontifex approbauit: & Caluini qui lib. 4. institutionum, cap. 7. §. 28. asserit, aliquando Pontificem cum toto Cardinalium collegio manifestissimam hæresim docuisse, nimirum animam hominis cum corpore extinguere. Quod tamen manifestum mendacium esse, postea ostendemus. Deinde in eodem lib. cap. 9. §. 9. docet, etiam cum generali Concilio, Papam errare posse.

SECUNDA opinio est, Pontificem etiam vt Pontifi-

cem, posse esse hæreticum & docere hæresim, si absque generali Concilio definiat, & de facto aliquando accidisse. Hanc opinionem sequitur, & tuetur Nilus in suo libro aduersus primatum Papæ: eandem sequuti sunt aliquot Parisienses, vt Gerfon, & Almain in libris de potestate Ecclesiæ, necnon Alphonsus de Castro lib. i. c. 2. contra hæreses, & Adrianus VI. Papa in quaestione de confirmatione: qui omnes non in Pontifice, sed in Ecclesia siue in Concilio generali tantum, constituunt infallibilitatem iudicij de rebus fidei.

TERTIA opinio est in alio extremo, Pontificem non posse vilo modo esse hæreticum, nec docere publicè hæresim, etiam si solus rem aliquam definiat. Ita Albertus Pighius lib. 4. hierarchiæ Ecclesiasticæ cap. 8.

QUARTA opinio est quodammodo in medio, Pontificem, siue hæreticus esse possit, siue non, non posse vilo modo definire aliquid hæreticum, à tota Ecclesia credendum. Hæc est communissima opinio ferè omnium Catholicorum, vt B. Thomæ 2. 2. q. 1. art. 10. Thomæ VValdenis lib. 2. doctrinal. fidei, c. 47. & 48. Ioannis de Turrecremata lib. 2. summæ, cap. 109. & sequentibus, Ioannis Driedonis lib. 4. de Ecclesiasticis dogmat. cap. 3. p. 3. Caietani in opusculo de potestate Papæ, & Concilij cap. 9. Hostij lib. 2. contra Brentium, qui est de legitimis iudicibus. Ioannis Eckij lib. 1. de primatu Petri cap. 18. Ioannis à Louanio lib. de perpetua cathedræ Petri protectione & firmitate, c. 11. Petri à Soto in Apologia sua, parte prima cap. 33, 34. & 85. & Melchioris Cani lib. 6. cap. 7. de locis.

VIDENTUR quidem hi auctores aliquo modo inter se dissentire, quia quidam eorum dicunt Pontificem non posse errare, si maturè procedat, & concilium audiatur aliorum Pastorum: alij dicunt, Pontificem etiam solum nullo modo errare posse: sed reuera non dissident inter se. Nam posteriores non volunt negare, quin teneatur Pontifex maturè procedere & consulere viros doctos, sed solum dicere volunt, ipsam infallibilitatem non esse in cætu consiliatorum, vel in Concilio Episcoporum, sed in solo Pontifice: sicut è contrario priores non volunt ponere infallibilitatem in consiliariis, sed in solo Pontifice. verum explicare volunt Pontificem debere facere quod in se est, consulendo viros doctos, & peritos rei de qua agitur.

SI quis autem peteret, an Pontifex erraret, si temerè definiret, sine dubio prædicti auctores omnes responderent, non posse fieri vt Pontifex temerè definiat, qui enim promittit finem, sine dubio promittit & media, quæ ad eum finem obtinendum necessaria sunt. Parum autem prodesset scire, Pontificem non erraturum, quando non temerè definit, nisi etiam sciremus non permissuram Dei prouidentiam, vt ille temerè definiat.

EX his quatuor opinionibus prima est hæretica: secunda non est proprie hæretica. (nam adhuc videmus ab Ecclesia tolerari, qui illam sententiam sequuntur) tamen videtur omnino erronea & hæresi proxima: tertia probabilis est, non tamen certa: quarta certissima est & asserenda: ac vt ea facilius intelligi, & confirmari possit, statuimus aliquot propositiones.

CAPVT III.

Statuitur prima propositio de infallibili iudicio summi Pontificis.

SIT igitur propositio prima, *Summus Pontifex cum totam Ecclesiam docet, in his que ad fidem pertinent nullo casu errare potest.* Hæc est contra primam & secundam opinionem pro quarta, & probatur. Primum ex promissione illa Domini Luc. 22. *Simon, Simon (sic enim habetur in Græco) ecce Satanas expetuit vos, vt cribraret sicut triticum, ego autem rogauit pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Qui locus tribus modis exponi solet. Prima expositio

est

est Parisiensium, quod Dominus hinc orauerit pro Ecclesia vniuersali, siue pro Petro, vt totius Ecclesiæ figuram gerebat, & hoc impetrasse, vt fides Ecclesiæ Catholicæ nunquam deficiat, quæ expositio si ita intelligeretur, vt diceret immediatè oratum esse pro capite Ecclesiæ, & consequenter pro toto corpore, quod per caput representatur, vera esset: sed non ita ipsi intelligunt. Volunt enim pro sola Ecclesia esse oratum.

QUÆ expositio falsa est, primò, quia Dominus vnã tantum personam designauit, dicens bis, *Simon, Simon, & addens toties pronomem secundæ personæ, pro te, fides tua, & tu fratres tuos.* Quorsum enim hæc: nisi vt intelligamus aliquid speciale Petro à Christo esse impetratū.

SECUNDO, quia Dominus cæperat loqui in plurali, *Satan expetuit, vt cribraret vos,* deinde mox mutauit formam loquendi, & ait, *ego autem rogauit pro te.* quare non dixit, pro vobis, vt cæperat? certè si de tota Ecclesia loqueretur, multò rectius dixisset, rogauit pro vobis.

TERTIO, Dominus pro illo rogat cui ait, *& tu aliquando conuersus,* at hoc certè non potest Ecclesiæ toti conuenire, nisi dicamus totam Ecclesiam aliquando esse peruertendam, vt postea iterum conuertatur.

QUARTO, pro illo rogat cui ait, *confirma fratres tuos:* at Ecclesia non habet fratres, quos debeat, aut possit confirmare. qui enim, quæso fingi possunt Ecclesiæ vniuersalis fratres? nõne omnes fideles filij eius sunt?

ALTERA expositio est quorundam, qui hoc tempore viuunt, qui docent Dominum orasse hoc loco pro perseverantia solius Petri in gratia Dei vsque ad finem. At contra, primò, quia orauit Dominus paulò post pro perseverantia omnium Apostolorum, immò etiam omnium electorum, Ioan. 17. *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.* Non erat igitur ratio cur bis pro perseverantia Petri oraret.

SECUNDO, quia sine dubio hinc Dominus aliquid speciale Petro impetravit, vt patet ex designatione certæ personæ: perseverantia autem in gratia, est donum commune omnium electorum.

TERTIO, quia certum est Dominum saltem mediatè orasse hoc loco etiam pro aliis Apostolis. Nam idèd præmisit tanquam orationis causam, *Satan expetuit vt cribraret vos,* & postea subiunxit tanquam effectum, *confirma fratres tuos.* Non igitur pro sola Petri perseverantia Dominus rogauit, sed pro aliquo dono Petro communicando in aliorum vtilitatem.

QUARTO, donum hoc loco Petro impetratum, etiam ad successores pertinet. Nam Christus orauit pro Petro in vtilitatem Ecclesiæ: Ecclesia autem semper indiget aliquo, à quo confirmetur, cuius fides deficere non possit. Nec enim Diabolus petiit cribrare tantum eos, qui tunc erant fideles, sed omnes omnino: at certè perseverantiæ donum non pertinet ad omnes Petri successores. Denique non dixit Dominus, rogauit vt non deficiat charitas tua, sed fides tua, & re ipsa scimus defecisse Petri charitatem, & gratiam, quado negauit Dominum, fidem autem vnquam defecisse non scimus.

EST igitur tertia expositio vera, quod Dominus duo priuilegia Petro impetraverit. Vnum, vt ipse non posset vnquam veram fidem amittere, quantumvis tentaretur à Diabolo, id quod est aliquid amplius quam donum perseverantiæ: dicitur enim perseverare vsque in finem, qui licet interdum cadat, tamen refurgit, & in fine fidelis inuenitur: at Petro Dominus impetravit, vt non posset vnquam cadere, quod ad fidem attinet.

ALTERVM priuilegium est, vt ipse tanquam Pontifex non posset vnquam docere aliquid contra fidem, siue, vt in sede eius nunquam inueniretur qui doceret contra veram fidem. Ex quibus priuilegijs primum fortasse non manauit ad posteros, at secundum sine dubio manauit ad posteros, siue successores.

DE primo priuilegio habemus expressa veterum testimonia. Augustinus libro de correptione & gratia cap. 8. *Quando rogauit, inquit, vt non deficeret fides eius, rogauit, vt haberet in fide liberrimam, fortissimam, inuictissimam, perseverantissimam voluntatem.* Chryostomus homilia 83. in Matth. *Non dixit, inquit, non negabis, sed vt non deficiat fides tua. Cura enim ipsius & favore factum est, ne omnino Petri fides euanesceret.* Theophylactus in caput 22. Lucæ, *Quamuis, inquit, breui tempore concubius sis, habes recondita semina fidei, etiam si folia abiecerit spiritus inuadentis, radix tamen viuet, & non deficiet fides tua.* Vbi eleganti similitudine explicat, Petrum negando Christum amisisse confessionem fidei, quæ ore sit, folia enim verba significant, fidem tamen, qua corde creditur ad iustitiam, non amisisse. Eodem modo exponit Prosper libro de vocatione gentium capite vltimo. Cæterum isti Patres licet in his locis non meminerint alterius priuilegij, tamen illud non negant, neque negare possent, nisi velint plurimis aliis Patribus contradicere.

DE altero ergo priuilegio habemus in primis testimonio septem veterum, ac sanctorum Pontificum.

LVCIUS I. Papa, & Martyr, in epist. 1. ad Episcopos Hispaniæ, & Galliæ, *Ecclesia, inquit, Romana Apostolica est, & mater omnium Ecclesiarum, quæ à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit, secundum ipsius Domini pollicitationem, dicentis, Ego rogauit pro te, &c.*

FELIX I. in epist. ad Benignum, de Romana Ecclesia loquens, *Vt, inquit, in exordio normam fidei Christianæ perceperit ab auctoribus suis, Apostolorum Christi principibus, illibata manet, iuxta illud, Ego rogauit pro te, &c.*

LEONERM. 3. de assumptione sua ad Pontificatum: *Specialis, inquit, cura Petri à Domino suscipitur, & pro fide Petri proprie supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis vici non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuina gratia ita ordinatur, vt firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis cæteris conferatur. Vbi Leo vtrumque priuilegium agnoscit, illud primum, cum ait, *Si mens Principis vici non fuerit illud secundum, cum subiungit, Firmitas quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum cæteris conferatur.* Non enim confertur aliis firmitas, nisi veram fidem exponendo.*

ACATHO Papa in epist. ad Constantinum Imperatorem, quæ lecta est in VI. Synodo actione 4. & postea actione 8. ab omnibus probata, *Hæc est, inquit, vere fidei regula, quam & in prosperis, & in aduersis vnaciter tenuit Apostolica Christi Ecclesia quæ per Dei gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus vnquam deprauata succubuit, quia dictum est Petro: Simon, ecce Satanas, &c. Ego autem rogauit pro te, &c. hic Dominus fidem Petri non defecuram promissit, & confirmare eum fratres suos adiuuauit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est agnatum.*

NICOLAUS I. in epist. ad Michaelem: *Priuilegia, inquit, istius sedis perpetua sunt diuinitus radicata, atque plantata: impingi possunt, transferri non possunt: trahi possunt, euelli non possunt. Quæ ante impium vestrum fuerunt, permanent, Deo gratias, hæcenus illibata, manebuntque post vos & quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt.* Et infra, ostendens vnde tam libere eiusmodi prædicaret, ait, *Nam & inter cætera is, per quem nobis præcipiunt ista sunt priuilegia collata, Tu aliquando conuersus, audiuit à Domino, confirma fratres tuos.*

LEONEM IX. in epist. ad Petrum Antiochenum, *Nimirum, inquit, solus est, pro quo ne deficeret fides eius, Dominus & Saluator asseruit se rogasse, dicens, Rogauit pro te, &c.*

Quæ

Que venerabilis, & efficax ratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius.

INNOCENTIUS III. in epist. ad Episcopum Arelatensem, & habetur capite, Maiores, extra, de Baptifino, & eius effectu. Maiores, inquit, Ecclesiam causas, praesertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelligit, qui nonit pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides eius. His Pontificibus videtur omnino credendum, tum quod sancti fuerint, tum quod sine dubio ipsis praecipue debeat esse nota suae sedis auctoritas.

PATER hos Pontifices non defunt etiam alij auctores, qui eodem modo exponunt. Theophylactus in c. 21. Lucae aperte docet dari Petro hoc privilegium: quia ipse futurus erat princeps, & caput aliorum, ac proinde dari omnibus aliis, qui illi in principatu succederent: Quia te habeo, inquit, principem discipulorum, confirma ceteros. Hoc enim decet te, qui post me Ecclesia petra es, & fundamentum.

PETRUS Chrysologus in epist. ad Eutychem, quae habetur in primo tomo Conciliorum, ante Concilium Chalcedonense: Hortamur te, inquit, frater honorabilis, ut his, quae a beatissimo Papa Romano civitatis scripta sunt, obedienter attendas, quia beatus Petrus, qui in propria sede vivit, & praesidet, praestat querentibus fidei veritatem. Quamvis enim hic auctor non citet locum Evangelij, Rogavi pro te, &c. tamen eo sine dubio respicit, dum tam fidenter affirmat, ex Romana sede praestari omnibus querentibus fidei veritatem.

BERNARDUS in epist. 190. ad Innocentium: Oportet, inquit, ad vestrum referri Apostolatam pericula quaerere, & scandala regni Dei, ea praesertim, quae de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, ubi non possit fides sentire defectum. Cui enim alteri sedi dictum est aliquando, Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua?

OBVICIANT contra hanc expositionem. Primò, quia Romana Ecclesia non erat, quando Christus promissit Petro non defecturam fidem eius, neque Dominus ullam Romanam sedis mentionem fecit. Quomodo ergo potest colligi, Dominum promississe aliquid Romanae sedi cum ait, Ego rogavi pro te, &c. Secundò, quia si quod dicitur Petro, rogavi pro te, &c. dicitur successoribus, ergo etiam illud, & tu aliquando conversus, dicitur successoribus; ergo debent omnes Petri successores Christum aliquando negare, & postea conuerti.

RESPONDEO ad primum, Christum dici rogasse pro Romana sede, quia rogavit pro Petro, & successoribus, quorum sedes Romae stabilenda erat.

AD secundum dico, primò, non esse absurdum, si dicamus, illud, Conversus, non referri ad penitentiam Petri, sed ad tentationes aliorum: ut non sit sensus, Tu à peccato ad penitentiam conversus, confirma fratres, sed tu, cuius fides non potest deficere, quando videris aliquos nutantes, & vacillantes, ad eos conversus, illos confirma: nam nondum praedixerat Petro casum suum, sed paulò post praedicturus erat, videtur autem absurdum, si prius praedicatur conversio, quam auersio, resurrexio, quam casus.

DEO secundò, si exponamus, conversus à negatione, non necessario convenire successoribus Petri, conuerti à peccato negandi, cum necessario tamen conveniat eis, confirmare fratres. Nam conuerti à peccato non convenit hominibus, nisi quatenus privatae personae sunt, & ideo personale donum est: at confirmare fratres convenit homini, ut caput est, & princeps aliorum, & ideo transit ad successores.

SECUNDO, probatur eadem conclusio, ex illa promissione facta Petro, Matth. 16. Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praevalent adversus eam. Nam, ut supra ostendimus lib. 1. c. 10. ad litem

ram petra, & fundamentum Ecclesiae dicitur Petrus, ut summus Rector Ecclesiae, & proinde quilibet eius successor similiter est petra, & fundamentum Ecclesiae. Ex quo duplex sumitur argumentum.

PRIMUM, ex nomine petrae, quare enim Pontifex dicitur petra, nisi ratione constantiae, & soliditatis? certe si petra est, non frangetur, nec circumferetur omni vento doctrinae, id est, non errabit in fide saltem, quatenus petra, id est, quatenus Pontifex est.

SECUNDO, ex ratione fundamenti sustentantis aedificium, quod nullo modo ruere potest, nam si tale est aedificium, ut non possit ruere, certe nec eius fundamentum ruere potest. Non enim intelligi potest, quomodo fundamentum destruat, & domus non cadat. Immo verò maiore ratione fundamentum non potest destrui, si domus non potest cadere. Non enim fundamentum à domo, sed domus à fundamento accipit firmitatem, & hoc modo exposuerunt Patres omnes, & hinc deduxerunt Petrum, & consequenter alios Pontifices non posse errare. Origenes in hunc locum: Manifestum est, inquit, & si non exprimitur, quod nec adversus Petrum, nec adversus Ecclesiam, portae praevalere poterunt inferorum, nam si praevalerent adversus petram, in qua Ecclesia fundata erat, contra Ecclesiam etiam praevalerent.

CHRYSOSTOMUS in hunc locum dicit, solum Deum potuisse hoc facere, ut Ecclesia, super unum piscatorem & ignobilem virum fundata, non caderet, tot irruentibus tempestatibus. Cyrillus apud D. Thomam in Catena huius loci: Secundum hanc, inquit, promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione, & haeretica circumventionem manet immaculata, &c.

THEODORETUS in ep. ad Renatum Presbyterum Romanum, Tenet, inquit, sancta ista sedes gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum, cum propter aliam, tum quia semper haeretici factoris expers permansit. Vbi Theodoretus videtur sic argumetari, Regimen totius Ecclesiae debet esse illius sedis, quae non possit deficere in fide: videmus autem solum Romanam sedem expertem esse, & fuisse omnis haereticae pravitatis: ergo manifestum est illam esse, cui datum est regimen Ecclesiarum.

HIERONYMUS in epist. ad Damasum de nomine hypostasis, postquam dixerat: Super istam petram aedificatam Ecclesiam scio, subiungit, Obsecro, ut mihi literis tuis sine tacendarum, sine dicendarum trium hypostasicon detur auctoritas, non timebo tres hypostasies dicere, si iubebis. Vbi asserit se tute sequuturum sententiam Pontificis, quia novit super illum Ecclesiam esse fundatam, nec posse fieri, ut Ecclesiae fundamentum cadat.

SANCTUS Augustinus in Psal. contra partem Donatistae ait, Numerate sacerdotes vel ab ipsa sede Petri: in ordine illo Patrum, quis cui successerit videtur: ipsa est petra, quam non vincunt superba inferorum portae.

GELASIUS in epist. ad Anastasium Imperatorem, Hoc, inquit, est quod Apostolica sedes magnopere cauet, ut quoniam mundi radix est Apostoli gloriosa confessio, nulla rima pravitatis, nulla prorsus contagione maculetur. Nam si (quod Deus avertat, & quod fieri non posse confidimus) tale aliquid proueneret, unde cuiquam resistere auderemus errori? Vbi Gelasius docet, non posse Apostolicam sedem errare, quia cum eius praedicatio, & confessio sit radix mundi, si ipsa erraret, totus mundus erraret.

SANCTUS Gregorius lib. 4. epist. 32. ad Mauricium demonstrat non posse fieri, ut Episcopus Constantinopolitanus sit Episcopus vniuersalis, & proinde caput totius Ecclesiae, quia multi Episcopi Constantinopolitani fuerant publice haeretici, immò & haeresarcha, ut Macedonius, & Nestorius. Videtur enim sequi, ut tota Ecclesia corrumpatur, si is corrumpitur, qui est vniuersalis. Item lib. 6. ep. 37. ad Eulogium, Quis, inquit, nesciat sanctam Ecclesiam

in Apostolorum Principis soliditate firmatam? cui dicitur, Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Et rursum: Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. Vbi Gregorius aperte docet firmitatem Ecclesiae ex Petri firmitate pendere, & proinde minus posse Petrum errare, quam ipsam Ecclesiam.

TERTIO, probatur ex illo Ioan. vlt. Pasce oves meas. Nam quod his verbis Pontifex sit institutus pastor & doctor totius Ecclesiae, supra demonstratum est lib. 1. c. 14. 15. 16. Hinc igitur est tale argumentum, Pontifex est doctor, & pastor totius Ecclesiae: ergo tota Ecclesia illum audire & sequi tenetur: ergo si ille erraret, tota Ecclesia erraret. Respondent, Ecclesiam debere illum audire, si rectè doceat, alioquin magis Deum, quam homines esse audiendos.

CONTRA, nam quis iudicabit, rectè Pontifex doceat, an non? non enim est otium iudicare, an pastor erret, nec ne, praesertim in rebus verè dubiis: nec habent oves Christianae alium maiorem iudicem vel doctorem, ad quem recurrant. Nam, ut supra ostendimus, lib. 2. c. 13. & 14. ex tota Ecclesia ad Pontificem appellari potest, ab illo autem non potest, necessariò igitur tota Ecclesia errabit, si Pontifex erret. Rursum respondebunt, posse recurri ad generale Concilium.

CONTRA, nam praeterquam quod nos ostendimus in tractatu de Conciliis, Papam esse supra Concilium, constat generalia Concilia saepe errasse, quando caruerunt summi Pontificis suffragio, ut patet de Ephesino secundo, Ariminensi, & aliis. Respondent, posse recurri ad generale Concilium, in quo etiam Pontifex interfit, nam aliquid maius est Concilium cum Pontifice, quam Pontifex solus.

AT contra, nam in primis Dominus soli Petro dixit, Oraui pro te, &c. Et: Pasce oves meas, non dixit haec Petro, & Concilio. Item solum Petrum vocavit petram, & fundamentum, non Petrum cum Concilio: ex quo apparet, totam firmitatem Concilium legitimum esse à Pontifice, non partim à Pontifice, partim à Concilio.

DEINDE, saepe non potest cogi generale Concilium, sicut non potuit primis ecc. annis propter Ethnicorum persecutiones, & sine dubio poterat status ille Ecclesiae vsque ad mundi finem perseverare: ergo debet esse in Ecclesia etiam sine generali Concilio aliquis Iudex, qui errare non possit.

DENIQUE, quid si in tali Concilio dissiderent Patres à Praeside suo, id est, Concilium à Pontifice summo praesente, & praesidente, quid tunc fieret? non esset remedium ullum? certe aliquis Iudex esse deberet. Non autem in eo casu esset Concilium Iudex, quia Concilia cum à Pontifice dissentiant, errare possunt, & errant de facto, ut diximus de Ephesino II. & aliis. restat igitur, ut Papa sit Iudex, & proinde non possit errare.

QUARTO, probatur ex Testamento veteri, quod fuit figura noui. Exod. 28. iubet Dominus in rationali Pontificis summi poni doctrinam, & veritatem. Hebraice ארורים ארורים ארורים rim ve thymim. Est autem obseruandum, nondum conuenisse inter Hebraeos, nec etiam inter Christianos, quid sint ista duo. R. Sal. vult esse nomen Dei ארורים ארורים ארורים scriptum in rationali, ex cuius fulgore sacerdos cognoscebat diuinum responsum, cum ab aliquo interrogaretur. Arias Montanus in suo apparatu docet esse duos lapides lucidissimos, à Deo ipso immediate productos, & datos Moysi, Iosephus lib. 3. c. 12. antiquitatum, dicit esse illos ipsos duodecim filiorum Isaël: quos Deus iussit poni in rationali: & ibidem multas fabulas immiscet. Probabilius est quod scribit D. Augustinus quæst. 118. in Exod. haec ipsa vocabula fuisse scripta literis aureis, in medio rationalis, quod pendebat ante pectus sacerdotis,

NEQUE obstat quod Iudaei, & Iudaizantes dicunt, ארורים rim non significare doctrinam, sed splendores, à radice ארורים or, & ארורים thymim non significare veritatem, sed perfectionem, à radice ארורים thymim. Nam magis credendum est Hieronymo qui veritatem doctrinam, & veritatem, & 1. x. interpretibus, qui similiter vererunt ארורים נאי ארורים, quam omnibus Rabbiniis. & hinc dicendum est, ארורים rim, deduci à radice ארורים iarah, quod est, docuit, & ארורים thymim, à radice ארורים aman, quod est credidit.

CYR autem scriberetur in pectore summi Sacerdotis doctrina, & veritas, explicatur Deut. 17. vbi Dominus praecipit iis, qui habitant circa intelligentiam diuinam legis, ut ascendant ad summum Sacerdotem, atque ab eo quaerant solutionem, & subiungit: Qui, inquit, iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et signo ergo & verbo Dominus promissit in pectore summi sacerdotis habituram doctrinam, & veritatem, & proinde eum non erraturum, cum populum docuerit. Quod si hoc Aaronico sacerdoti conueniebat, certe multò magis Christiano. Quocirca B. Petrus Rauennas, ut paulò ante dictum est, hortatur Eutychem, ut his quae à beatissimo Papa Romano civitatis scripta sunt, obedienter attendat, quoniam B. Petrus, qui in propria sede & vivit & praesidet, praestat querentibus fidei veritatem.

QUINTO, probatur ab experimento, eoque duplici. Nam in primis constat omnes Patriarchales sedes defecisse à fide, ita ut haeretici, & haeresim proficientes, ac docentes in illis sederint, excepta Romana sede. In sede Constantinopolitana sederunt Macedonius, Nestorius, Sergius haeresarcha. In Alexandrina Gregorius & Lucius Ariani, Dioscorus Eurychianus, Cyrus Monothelita, & alij. In Antiochena Paulus Samolatenus haeresarcha, Petrus Gnaphaeus Eutychianus, Macarius Monothelita, & alij. In Hierosolymitana Ioannes Origenista, & ante eum Eutychius, Irenaeus, & Hilarius Ariani sederunt. Nihil tale de Romana Ecclesia potest ostendi: ex quo apparet reuera pro ipsa Dominum orasse, ne deficeret fides eius. Vnde Rufinus in expositione Symboli: In Ecclesia, inquit, urbis Romae neque haeresis ulla sumpsit exordium, & mos ibi seruetur antiquus.

ALTERVM experimentum est, quoniam plurimas haereses Romanus Pontifex sine Concilio generali damnauit, ut Pelagij, & Priscilliani, Ioviniani, Vigilantij, aliorumque multorum, quas eo ipso pro veris haeresibus tota Christi Ecclesia habuit, & exhorruit, quod à Romano Pontifice damnatae essent. Ergo signum est, Ecclesiam totam sentire, Pontificem Romanum in eiusmodi rebus errare non posse. Vide Prosperum in extremo libro contra Collatorem: & Petrum Diaconum in libro de Incarnatione, & gratia Christi, ad Fulgentium.

CAPVT IV.

De Romana Ecclesia particulari.

SECUNDA propositio. Non solum Pontifex Romanus non potest errare in fide, sed neque Romana particularis Ecclesia. Est autem obseruandum hoc loco, in alio sensu accipi debere firmitatem Ecclesiae Romanae in fide, & in alio firmitatem Pontificis, nam Pontifex non potest errare errore iudiciali, id est, dum iudicat, & definit quaestiones fidei: at Ecclesia Romana, id est, populus & clerus Romanus, non potest errare errore personali, ita ut omnes omnino errent, & nulli sint in Romana Ecclesia fideles, & Pontifici adhaerentes. Tamen enim vnusquisque scotism errare potest, tamen id fieri non potest, ut omnes errent simul, & tota Romana Ecclesia apostatica efficiatur.

OBSERVANDVM est praeterea, Ecclesiam Romanam non posse errare modo explicato, adhuc dupliciter posse intelligi. Vno modo, ut non possit errare,

persistente Romæ Apostolica sede, secus autem si sedes auferretur. Altero modo, ut simpliciter non possit errare, vel deficere, quia nec sedes Apostolica possit unquam Roma aliò transferri. Et quidem secundum priorem sensum propositio nostra est verissima, & fortasse tam vera, quam illa prima de Pontifice. Nam auctores citati, ut Lucius, & Felix Papæ, & Martyres; Agatho, & Nicolaus Papæ, & Confessores: item Cyrillus, & Rufinus non solum Pontificem, sed etiam Ecclesiam Romanam asseruerunt non posse errare.

PRÆTEREA S. Cyprianus lib. 1. epist. 3. *Navigare audent*, inquit, *ad Petri Cathedram, & Ecclesiam principalem, &c. nec cogitare eos esse Romanos, ad quos perfidia habere non potest accessum.* S. Hieron. lib. 3. Apologie contra Rufinum: *Scito*, inquit, *Romanam fidem Apostolica voce laudatam eiusmodi prestigias non recipere etiam si Angelus aliter annunciet quam semel prædicatum est, Pauli auctoritate mutam non posse mutari.*

S. GREGORIUS Nazianzenus in carmine de vita sua, ante medium: *Vetus*, inquit, *Roma ab antiquis temporibus habet rectam fidem, & semper eam retinet, sicut decet urbem, quæ toti orbi præsidet, semper de Deo integram fidem habere.*

ADDO etiam duorum Pontificum testimonia, quæ et si ab hæreticis contemnentur, tamen à Catholicis cum honore recipienda sunt. Vnum est Martini Papæ V. qui in Bulla, quam edidit Concilio Constantiensi approbante, hæreticos haberi censuit eos, qui de Sacramentis, aut fidei articulis aliter sentiunt, quam Romana Ecclesia sentiat.

ALTERVM est Sixti Papæ IV. qui primum per Synodum Complutensem, deinde etiam per se, damnauit articulos Petri cuiusdam Oxoniensis, quorum articulum vnus erat, Ecclesiam vrbis Romæ errare posse. Et quanquam hæc intelligi debere videntur præcipue ratione Pontificis, tamen quia Ecclesia Romana non est solus Pontifex, sed Pontifex & populus, idè cum dicunt Patres, aut Pontifices Romanam Ecclesiam non posse errare, dicere volunt in Romana Ecclesia semper futurum Episcopum Catholicè docentem, & populum Catholicè sentientem.

AT secundum posteriorem sensum, Ecclesiam Romanam non posse deficere, est quidem pia & probabilissima sententia, non tamen adè certa, ut contraria dici possit hæretica, vel manifestè erronea, ut rectè docet Ioannes Driedo lib. 4. c. 3. par. 3. de Ecclesiasticis dogma. & Scripturis. Quòd non sit omnino de fide, à Romana Ecclesia non posse separari Apostolicam sedem, patet, quia neque Scriptura, neque traditio habet, sedem Apostolicam ita fixam esse Romæ, ut inde auferri nõ possit. Et omnia testimonia Pontificum, & Patrum, qui dicunt, Romanam Ecclesiam non posse errare, possent exponi de Romana Ecclesia, donec in ea Apostolica sedes permanet, non autem absolutè, & simpliciter.

QUOD nihilominus tamen pia & probabilissima sit sententia, non posse separari Petri cathedram à Roma, & proinde Romanam Ecclesiam absolutè non posse errare, nec deficere, probatur primò ex eo, quòd tam diu mansit Romæ sedes Apostolica, non obstantibus infinitis persecutionibus, & occasionibus recedendi. Primum enim fuit maxima occasio transferendi sedem Roma in alium locum temporibus Imperatorum Ethnicorum. Illi enim ægerrimè ferebant, quòd Romæ esset Apostolica sedes: & idcirco mox atque audiebant nouum Pontificem esse creatum, illum aut occidebant, aut in exilium deportabant. Hinc Cyprianus laudans Cornelij Papæ constantiam lib. 4. epist. 2. sic ait: *Quanta in ipso suscepto Episcopatu suo virtus & quantum robur animi, qualis firmitas fidei & sedisse in cepidum Romæ in sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infestus sacerdotibus Dei, fanda atque*

infanda comminaretur: cum multo patientius, & tolerabilius audiret leuari aduersum se æmulum principem, quam constitui Romæ Dei sacerdotem.

DEINDE rursus occasio fuit transferendæ sedis tempore Gothorum. nam in primis tempore Innocentij I. Alaricus Romanam cepit, spoliavit, incendit, vt Hieronymus refert in epistola ad Principiam de obitu Marcellæ. Deinde tempore Leonis I. Gensericus rursus Romanam cepit, ac spoliavit, vt scribit Blondus lib. 2. decad. primæ, quo tempore sine vilo habitatore ad aliquod spatium temporis Roma permansit. Rursus tempore Papæ Vigiliij Totilas Romam penitus euerit manibus magna ex parte deiecit, & domibus ferè omnibus incensis, adeoque eam desolauit, vt nullus neque vir, neque mulier in ea remanserit, vt scribit idem Blondus lib. 6. decad. primæ. Denique toto tempore Longobardorum Romani Pontifices in summis miseriis fuerunt, vt ex multis B. Gregorij epistolis perspicuum est. Nec tamen vnquam Romani Pontifices de mutando Episcopatu Romano cogitauerunt.

TERTIA occasio transferendæ sedis fuit tempore B. Bernardi, propter ipsorum ciuium Romanorum persequutionem. Aded enim per multos annos ciues Romani suos Pontifices vexauerunt, vt sæpius compellerentur Pontifices ab vrbe exulare, vt patet tum ex historicis, tum ex B. Bernardi in epist. 242. ad populum Romanum & epist. 243. ad Conradum imp.

QUARTA occasio fuit, quando Romani Pontifices per 111. annos manserunt in Galliis. Cum enim ipsi cum tota curia procul à Roma degere decreuissent, cur, quæso, non transtulerunt sedem? cur non mutauerunt Episcopatum Romanum cum Auenionensi? cum ergo tot occasionibus existentibus transferendi sedem, tamen Romæ permanserit supra m. d. annos, valdè probabile est, non posse vilo modo transferri.

SECUNDO, hoc idem probari potest ex eo, quòd Deus ipse iussit Romæ sigi Apostolicam Petri sedem: quæ autem iubet Deus; mutari ab hominibus non possunt. Id autem Deum iussisse testatur B. Marcellus Papa & Martyr in epist. ad Antiochenos, vbi dicit, Petrum, iubente Domino, Romam sedem suam ex Antiochia transtulisse. Testatur etiam B. Ambrosius in oratione de tradendis basilicis, vbi refert, Christum omnino voluisse, vt Petrus Romæ moreretur. Et idcirco ei fugienti dixisse, venio Romam iterum crucifigi. Quod est manifestum signum, Deum voluisse per mortem Petri Romam firmari eius sedem. Quòd etiam pertinet illud sancti Leonis sermone 1. de natali Apostolorum Petri & Pauli, trophæum crucis Christi Romanis arcibus inferebas, quo te, diuinis præordinationibus antebant, & honor potestatis, & gloria passionis.

DICIT aliquis, ex hoc argumento videtur probari, de fide esse, quòd sedes ex Roma transferri non possit. nam de fide est, præcepta diuina non posse ab hominibus immutari, si ergo Deus iussit sedem Romæ constitui, de fide esse videtur, non posse transferri aliò.

RESPONDEO, id non sequi. nam Marcellus, & Leo Pontifices non definiunt hanc rem tanquam de fide, sed narrant vt historiam. Non sunt autem de fide Pontificum narrationes, sed solum decreta. Deinde quod ipsi aiunt, Domini iussu Petrum transtulisse sedem suam in urbem, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd Dominus perspicue Petro apparens hoc illi imperauerit, & tunc verè diuino præcepto diceretur sedes Petri Romæ esse constituta. Alio modo, quòd Christus quidem id apertè non iussit, sed dicatur iussisse, quia id Petrus fecit Deo inspirante, quomodo omnia decreta, & præcepta Ecclesiæ dici possent diuina, quæ tamen mutabilia sunt.

ACCEDIT, quòd etiam si constaret, Christum imperasse Petro, vt Romæ sedem collocaret, non tamen

continuo sequeretur, iussisse, vt eam immobiliter ibi collocaret. Quoniam ergo non constat, quomodo Christus iussit Petro, vt Romæ sedem collocaret, idè non est de fide, diuino & immutabili præcepto Romæ sedem esse constitutam: sed tamen, vt diximus, est probabilissimum, & piè credendum.

NEQUE obstat, quòd tempore Antichristi Roma desolanda, & cremanda videatur, vt deducitur ex c. 17. Apoc. Nam hoc non fiet nisi in fine mundi, & præterea tunc etiam summus Pontifex, Romanus Pontifex dicitur, & erit, licet Romæ non habitet, sicut accidit tempore Totilæ Regis Gothorū, vt supra diximus. Adde, quòd Augustinus & alij multj non volunt in isto loco Apocalypsis per urbem cremandam intelligi Romam, sed multitudinem impiorum, quæ est ciuitas Diaboli.

CAPVT QVINTVM.

De decretis morum.

TERTIA propositio hæc esse potest. *Non solum in decretis fidei errare nõ potest summus Pontifex, sed neque in præceptis morum, quæ toti Ecclesiæ præscribuntur, & quæ in rebus necessariis ad salutem, vel in iis quæ per se bona vel mala sunt, versantur.*

DICIMVS primùm, non posse errare Pontificem in iis præceptis, quæ toti Ecclesiæ præscribuntur, quia, vt supra diximus, in præceptis, & iudiciis particularibus, non est absurdum, Pontificem errare. Addimus secundò, quæ in rebus necessariis ad salutem, vel per se bonis, aut malis versantur, quia non est erroneum dicere, Pontificem in aliis legibus posse errare, nimirum superfluum legem condendo, vel minus discretam, &c.

AC vt rem totam exemplis declaremus. Non potest fieri, vt Pontifex erret, præcipiendo aliquod vitium, vt vsum, vel prohibendo virtutem, vt restitutionem, quia hæc sunt per se bona vel mala: nec potest fieri vt erret præcipiendo aliquid contra salutem, vt Circumcisionem, vel Sabbathum: vel prohibendo aliquid necessarium ad salutem, vt Baptismum, aut Eucharistiam, licet hæc non sint per se bona, vel mala: vt autem iubeat aliquid quod non est bonum neque malum ex se, neque contra salutem, sed tamen est inutile, vel sub pœna nimis graui illud præcipiat, non est absurdum dicere, posse fieri, quamquam non est subditorum de hac re dubitare, sed simpliciter obedire.

PROBATVR iam propositio, & primò quòd non possit Papa errare in præceptis morum ad salutem necessarium: quia tunc tota Ecclesia grauius læderetur, & erraret in rebus necessariis: quod est contra promissionem Domini, Ioan. 16. *Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Quod intelligitur (vt minimum) de veritate necessaria ad salutem.

SECUNDO, quia Deus tunc deest Ecclesiæ suæ in necessariis, quandoquidem præcipit illi, vt sequatur Pontificem, & Pontificem permittit errare in necessariis. At certè si Deus nulli rei deest in necessariis, quanto minus Ecclesiæ suæ?

QUOD autem non possit Pontifex errare in moribus per se bonis, vel malis, probatur. Nam tunc Ecclesia non posset verè dici sancta, vt in Symbolo Apostolorum vocatur. Nam sancta dicitur potissimum ob sanctam professionem, vt alibi ostendimus, quia nimirum legem, & professionem sanctam proficitur, quæ nihil docet falsum, nihil præcipit malum.

SECUNDO, quia tunc necessariò erraret etiam circa fidem. Nam fides Catholica docet, omnem virtutem esse bonam, omne vitium esse malum: si autem Papa erraret præcipiendo vitia, vel prohibendo virtutes, teneretur Ecclesia credere vitia esse bona, & virtutes malas, nisi vellet contra conscientiam peccare.

CAPVT SEXTVM. De Pontifice, vt est particularis quadam persona.

QUARTA propositio. *Probabile est, pièque credi potest, summum Pontificem, non solum vt Pontificem errare non posse, sed etiam vt particularem personam hæreticam esse non posse, falsum aliquid contra fidem pertinaciter credendo.* Probatum primò, quia id videtur requirere sua dispositio prouidentia Dei. Nam Pontifex non solum non debet nec potest hæresim prædicare, sed etiam debet veritatem semper docere, & sine dubio id facit, cum Dominus illi iussit confirmare fratres suos, & propterea addiderit: *Rogauit pro te, vt non deficiat fides tua.* i. vt saltem non deficiat in throno tuo prædicatio veræ fidei: at quomodo, quæso, confirmabit fratres in fide, & veram fidem semper prædicabit Pontifex hæreticus: potest quidem Deus ex corde hæretico extorquere veræ fidei confessionem, sicut verba posuit quondam in ore asinæ Balaam: at violentum erit, & non secundum morem prouidentia Dei suauiter dispositis omnia.

SECUNDO probatur ab euentu: nam haecenus nullus fuit hæreticus, vel certè de nullo probati potest, quòd hæreticus fuerit. Ergo signum est non posse esse. Plura vide apud Pighium.

CAPVT VII.

Soluuntur obiectiones ex ratione petita.

ARGUMENTA in contrarium sumuntur, partim ex ratione, partim ex varijs Pontificum exemplis. Prima ratio, multi canones docent, Pontificem non posse iudicari, nisi inueniatur à fide deuius: ergo potest deuiare à fide, alioqui frustra essent illi canones. Antecedens patet ex canone, Si Papa, distinctione quadragesima: ex Concilio V. sub Symmacho: ex Concilio VIII. generali, actione septima: ex Anacleto epistola tertia, ex Eusebio epistola secunda: ex Innocentio III. in sermone 2. de consecratione Pontificis.

RESPONDEO primò, istos omnes canones loqui de errore Pontificis personali, non iudiciali. Nam Pontifex si possit esse hæreticus, solum erit negando aliquam veritatem antea definitam; non autem potest esse hæreticus, dum ipse aliquid noui definit. Tunc enim non sentit contra aliquid definitum ab Ecclesia. Canones autè citati loquuntur expressè de hæresi. igitur non loquuntur de errore iudiciali, sed personale Pontificis.

SECUNDO dico, canones illos non velle dicere Pontificem etiam, vt priuatam personam, posse errare: sed tantum non posse Pontificem iudicari: quia tamen non est omnino certum, an possit necne esse hæreticus Pontifex, idè ad maiorem cautelam, addunt conditionem, nisi fiat hæreticus.

SECUNDA ratio, si solus Pontifex potest infallibiliter definire dogmata fidei, ergo frustra fiunt Concilia, vel certè non sunt necessaria.

RESPONDEO, id non sequi. Nam etsi in Pontifice sit infallibilitas, tamen non debet ipse continere media humana, & ordinaria, quibus deueniri potest ad veram rei cognitionem, de qua agitur. medium autem ordinarium est Concilium maius aut minus, pro magnitudine, vel paruitate rei de qua agitur. id quod patet primo exemplo Apostolorum. Nam certè tam Petrus, quam Paulus poterant etiam soli quamlibet controuersiam infallibiliter definire, & tamen. Concilium conuocauerunt A. 609. decimo quinto.

DEINDE, definitiones de fide pendunt præcipue ex traditione Apostolica, & consensu Ecclesiarum: vt autem cognoscatur de orta aliqua quæstione, quæ sit totius Ecclesiæ sententia, & quam traditionem seruent Ecclesiæ Christi, non est alia melior ratio, quam si in vnum conueniant Episcopi ex omnibus prouincijs, &

quique referat Ecclesie sue consuetudinem.
 PRÆTEREA, vilissima sunt, & sepe necessaria Concilia. ut finis reuera imponatur controuersis, & decreta de fide non solum fiant, sed etiam seruentur. quando enim fit generale Concilium, omnes Episcopi subscribunt, & profitentur se amplecti illud de reuera, & sic deinceps in suis Ecclesiis predicantur: quando autem non fit generale Concilium, non est tam facile reducere ad praxim decretum de fide factum. Siquidem nonnulli ignorantiam decreti prætexunt, alij conuincuntur se non fuisse vocatos, alij etiam aperte dicunt Pontificem potuisse errare. Sed de hac re alio loco dicendum est. Vide librum primum de Concilijs cap. X. & XI.

TERTIA ratio, si infallibile esset Pontificis de fide iudicium, essent hæretici, vel saltem pernicioso errore tenerentur, & grauiter peccarent, qui pertinaciter contra definitionem Pontificis aliquid assererent: hoc est falsum. nam Cyprianus pertinaciter resistit Stephano Pontifici definienti hæreticos non rebaptizandos, & patet ex epistola eiusdem Cypriani ad Pompeium: & tamen non solum non fuit hæreticus, sed neque mortaliter peccauit. Nam mortalia peccata non delentur nisi per penitentiam, etiam si quis pro fide moriatur: & tamen Ecclesia Cyprianum, ut sanctum colit, qui non videtur vnquam respicuisse ab illo suo errore. Et confirmatur ex Augustino, qui lib. I. de Baptismo, cap. 18. & alibi dicit, Ecclesias nutasse de illa questione, & potuisse Cyprianum, & alios salua charitate dissentire inter se, donec non accessit generalis Concilij definitio: ergo non putauit Augustinus indubitatum esse Romani Pontificis iudicium.

RESPONDEO ad exemplum Cypriani, Cyprianum quidem non fuisse hæreticum, tum quia nec modò censetur manifestè hæretici, qui dicunt Pontificem posse errare, tum etiam quia sine dubio Stephanus Papa non definiuit tanquam de fide hæreticos non rebaptizandos, licet iusserit non rebaptizari, ut patet ex eo, quòd non excommunicauit Cyprianum, & alios contrarium sentientes, sicut etiam è contratio Cyprianus in Concilio LXXX. Episcoporum definiuit hæreticos rebaptizandos, tamen noluit hoc haberi tanquam de fide: discretè protestans, non propterea velle se separare ab iis, qui contrarium sentiebant.

NEQUE his repugnat, quòd, ut scribunt Eusebius lib. 7. historiae, cap. 4. & Augustinus lib. de vnico Baptismo, cap. 14. Stephanus Papa non solum imperauit, ne rebaptizarentur ab hæreticis baptizati, sed etiam censuit excommunicandos, qui non obedirent. Nam etsi censuit excommunicandos, qui non obedirent, tamen nihil illud fuit aliud, quàm comminatio. Constat enim ex Vincètio Lyrinensi in libro de prophanis vocum nominibus, & ex Augustino locis citatis, semper coniunctos fuisse Stephanum & Cyprianum.

Et per hoc responderetur etiam ad confirmationem. Fuit enim post Pontificis definitionem adhuc liberum aliter sentire, ut Augustinus dicit, quia Pontifex noluit rem ipsam de fide facere sine generali Concilio: sed solum voluit interim seruari antiquam consuetudinem. An autem peccauerit Cyprianus mortaliter, non obediendo Pontifici, non est omnino certum. Nam ex vna parte non videtur mortaliter peccasse, quia non peccauit nisi ex ignorantia: putauit enim Pontificem perniciose errare, & stante illa opinione tenebatur ei non obedire, quia non debebat contra conscientiam agere. Ignorantia autem Cypriani non videtur fuisse crassa, neque affectata, sed probabilis, & proinde excusans à mortali peccato. Ipse enim sciebat Pontificem non definiuisse tanquam de fide, & simul videbat secum sentire Concilium LXXX. Episcoporum.

QUOD CIRCA B. Augustinus lib. I. contra Donatistas, cap. 18. clare docet Cyprianum venialiter solum peccasse, & salua charitate, & idèd falce martyrij facile purgatum & cap. 19. dicit hoc eius peccatum fuisse quasi nauim in candore sanctæ animæ, quem vbera charitatis contegebant.

EX altera tamen parte videtur mortaliter peccasse, cum præcepto expresso Apostolico non paruerit, & sine modo Pontificem rectè sententem vexauerit. Nam etsi Stephanus non definiuit rem illam tanquam de fide, tamen serid præcepit, ut non rebaptizarentur hæretici, ut Cyprianus ipse fatetur in epistola ad Pompeium, cui mandato parere debuit Cyprianus, & subicere iudicium suum iudicio superioris sui, & saltem debuit non proferre verba contumeliosa, qualia protulit contra Stephanum Papam in epistola ad Pompeium, vbi vocat eum superbum, imperitum, cæca ac prauæ mentis, &c. Itaque B. Augustinus in epistola 48. ad Vincetium, aliter conatur Cyprianum defendere, asserens vel non esse ipsius ista scripta, vbi hæc inueniuntur, vel eum postea penituisse erroris, & mutasse sententiam ante mortem, licet retractatio non inueniatur.

QUARTA ratio, Concilium Africanum in epistola ad Cælestinum Papam asserit, minus posse errare Concilium provinciale in iudicio, quàm Romanum Pontificem: Nisi forte, inquit, quisquam est, qui credat, vnicuique posse Deum nostrum examinis inspirare iustitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilio sacerdotibus denegare. At certum est, Concilia provincialia posse errare: igitur multò magis Papa errare potest.

RESPONDEO, Concilium loqui non de iudicio fidei, sed de iudicio facti, id est, de causis Episcoporum, & Presbyterorum, qui de aliquo crimine accusantur. In huiusmodi autem causis fatemur non habere Pontificem assistentiam Spiritus sancti, per quam non possit errare. Adde, quòd non necessariò tenemur credere quidquid in ea epistola Episcopi illi dicant, præsertim, cum satis appareat eos commotos sceleribus Apitrij, qui ad Romanum pontificem confugerat, modum in verbis non nihil excessisse. Neque obstat, quòd Concilium Africanum sit confirmatum à Leone IV. distinctione vicesima, can. de libellis. Nam confirmata sunt decreta Concilij, non autem epistole.

VLTIMA ratio est Nili in suo libello de Primatu, qui hoc modo ratiocinatur. Potest Romanus Pontifex incidere in alia vitia, ut auaritia, superbia, &c. igitur & in vitium hæresis. Nam I. Tim. 1. Paulus dicit, quosdam circa fidem naufragium fecisse, quia antea bonam conscientiam amiserant. Item potest Papa malè viuendo factis negare Deum, iuxta illud Tit. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Igitur potest etiã verbo negare: nam facilius esse videtur verbo negare, quàm facto.

RESPONDEO ad primum argumentum, inde rectè colligi posse Papam ex natura sua incidere in hæresim: non tamen posita singulari Dei assistentia, quam Christus oratione sua illi impetrauit. Oruit autem Christus ne deficeret fides eius; non autem ne incidere in alia vitia.

AD secundum dico, Apostolum eo loco non intelligere qualibet mala opera, sed opera, que procedunt ab infidelitate cordis. Loquitur enim de Iudæis non sincerè conuersis ad fidem, qui etsi profiterentur se nosse Deum, tamen factis negabant, quia prohibendo certos cibos, ut natura sua immundos, restabantur se non verè nosse creatorem omnium rerum. Porro talia opera Papa nec facit, nec facere potest. Si verò per facta intelligantur, qualibet peccata, falsum est, facilius esse Deum negare verbo quàm facto. Nam qui negat verbo, negat simpliciter, & expressè; qui negat facto, negat implicitè, & quodammodo, non simpliciter.

CAPVT OCTAVVM.
 De erroribus, qui falso adscribuntur Romanis Pontificibus Petro, Lino, Anacleto, Telesphoro, Victori, Zephyrino, Urbano, Pòtiano, Cornelio, & Marcellino, qui non solum Pontifices, sed etiam Martyres fuerunt.

ENIAM vs nunc ad singulos Pontifices, quos aduersarij nostri errasse contendunt. Primus, Petrus est Romanorum Pontificum, quem non semel, sed bis circa fidem errasse scribit Nilus in suo libro de Primatu Romani Pontificis. Atque hoc argumento potissimum se demonstrasse putat, Romanos Pontifices in fide errare posse. Nullus enim Pontificum Romanorum maiora priuilegia à Deo accepit, quàm Petrus. Porro Petrum bis errasse, ex diuinis literis manifestum est. Nam & Christum negauit, Matt. 26. & Gentiles coëgit iudaizare, Galat. 2.

MAGDEBURGENSES, centuria secunda, lib. 2. cap. 10. columna 558. 559. & 560. præter hos duos errores, addunt etiam alios tredecim lapsus B. Petri, de quibus nos supra scripsimus lib. I. cap. 28.

RESPONDEMS, sanctum Petrum, cum Christum negauit, nondum Pontificem summum esse cepisse. Constat enim traditum ei fuisse à Christo Ecclesiasticum principatum Ioannis vltimo, cum ei Dominus post resurrectionem suam dixit, Simon Ioannis pasc oves meas. Itaque negatio illa Petri mueranda non est inter errata Pontificum Romanorum. Adde præterea, Christum à Petro negatum fuisse ore, non corde: proinde perdidisse Petrum confessionem fidei, non ipsam fidem, ut supra ostendimus cap. III.

QUOD autem aliquando sanctus Petrus coëgerit Gentes iudaizare, non fuit error prædicationis, sed conuersionationis, ut Tertullianus monet in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos. Non enim sanctus Petrus decreto aliquo sanciuit esse iudaizandum, sed contrarium potius docuit Act. 15. quia tamen aliquando Antiochia, ne offenderet Iudæos nuper conuersos ad fidem, segregauit se à conuiuio Gentilium. Exemplo suo coëgit quodammodo etiam Barnabam iudaizare. Nos verò non negamus, posse Pontifices exemplo suo præbere occasionem errandi; sed illud negamus, posse eos ex cathedra errore aliquem sequendum toti Ecclesie præscribere. Neque verò exempla Pontificum æquè perniciofa Ecclesie sunt, ac doctrina, cum Dominus nos instruxerit, dicens, Quæ dicunt, facite; quæ faciunt, facere nolite, Matth. 23. Vide quæ supra diximus cap. 28.

SECVNDVS Linus, qui sanctum Petrum proximè sequutus est in sede Pontificia, ridetur à Magdeburgensibus cent. 1. lib. 2. c. 10. colum. 627. quòd iusserit, ne fœmina in Ecclesiam ingrederentur capite linteis non cooperto. Sic enim loquuntur: Instituit, ne qua mulier, (dignum equidem Episcopali cura) nisi capite linteis operto templum ingrederetur. Sed quid si Linus addidisset, ut id fieret propter Angelos? sine dubio superstitionem esse clamassent. At non meminerant, credo, Centuriatores, Apostolum Paulum non iudicasse indignum sua cura, præcipere 1. Corinth. II. ut fœmina velato capite essent propter Angelos. Quod exponit Ambrosius in Ecclesia præcipuè esse seruandum ob reuerentiam sacerdotum, qui Angeli in scripturis appellantur.

TERTIO Anacleto reprehendunt Magdeburgenses in eadem centuria 1. lib. 2. c. 10. columna 628. quòd memoriam sancti Petri construxerit, & orauerit: scilicet B. Petrus tam malè meritis de Ecclesia fuerat, ut dignus esset, cuius memoria penitus interiret. Sed si beatus Anacleus reprehendendus est, quod quaecumque monumentum sancti Petri ossibus constituerit: quantum, quæso, peccatum fuit magni Constantini, qui tam sumptuosa basilica, totque donatis aureis & argenteis memoriam sancti Petri exornauit: Sed aliter de his re-

bus iudicarunt semper omnes homines pii, quàm nunc iudicent aduersarij.

CERTVS Caius scriptor nobilissimus, & Apostolicis temporibus vicinus, ut Eusebius refert lib. 2. historie, c. 25. sepulchra Petri & Pauli, trophea Apostolorum appellat, quibus Romana Ecclesia quasi columnis firmis communitur.

IOANNES Chryostomus homil. vlt. in epistolam ad Romanos, summo se teneri desiderio affirmat Romanam veniendi, ut sepulchris Petri, & Pauli aduolui posset. Et audi, quæso, quanto cum honore de vrbe Roma, & Apostolorum corporibus, ac sepulchris loquitur: Quemadmodum, inquit, corpus magnum & validum, duos habet oculos illustres (Roma) Sanctorum videlicet illorum corpora. Non ita cælum splendet, quando radios suos sol ex sese dimittit, quemadmodum Romanorum ciuitas duas illas lampades vbiq; terrarum effundens. Et infra: Qualibus coronis duabus ornatur vrbs ista? qualibus catenis circumta est? quales habet fontes? propterea celeberrimam urbem, non propter copiam auri, non propter columnas, non propter aliam phantasiam, sed propter columnas illas Ecclesie. Quis mihi nunc dabit circumfundi corpori Pauli affigi sepulchro, videre puluerem corporis illius? Et infra: Hoc corpus urbem hanc munit, quod quavis turri, innumerisque manibus, ac vallis turis est; & cum isto corpus etiam Petri. Nam & viuente honorauit. Ascendit, inquit, videre Petrum.

THEODOREVS quoque in epistola ad Leonem, cum ab alijs rebus multis Romam laudat, tum præcipuè ab Apostolorum sepulchris, quæ (ut ipse loquitur) fidelium animas illuminant. Omitto multa, quæ addi possent testimonia: Nam de reliquijs Sanctorum propria disputatio suo loco instituenda est.

QUARTO Telesphorum, qui nonus fuit à B. Petro, & glorioso martyrio consummatus est, teste Irenæo lib. 3. cap. 3. accusant Magdeburgenses centuria 2. cap. 10. columna 112. his verbis: Clericis, inquit, primum mandat, ut septem ante Pascha hebdomadibus à carne ieiunent, cum contra scriptum sit, nemo vos iudicet in cibo, & potu. Deinde Missas cumulat, & ritum earum auget, atque ad tempus alligat; cum neque propter numerum, neque ceremonias, neque tempus, cana Domini sit instituta. Clericorum item dignitatem, & sanctitatem nimidum effert supra plebeia, quasi non sit scriptum, omnes vos vnum estis in Christo IESV. Ita nec argui vult à populo sacerdotum, nec accusari: cumque legem firmissimum vocat sui ordinis murum, constitutum à se & Patribus contra persecutores. Hæc videlicet sunt errata Telesphori.

QUÆ quidem idèd iudicantur errata à Centuriatoribus, quia discrepant à regula Lutheri: sed si iustè iudicamus, nonne potius dicendum est, dogmata Lutheri, qui non patitur delectum ciborum, nec Missas, nec ordinem sacerdotum supra plebem, esse erronea, & falsa, quia discrepant à regula Telesphori: nam cum Telesphorus sanctus Martyr fuerit, & Apostolorum temporibus adèd propinquus, ut cum Petro, Paulo, & Ioanne loqui potuerit, nonne credibilis est, melius ab ipso cognosci potuisse Christi doctrinam quàm à Luthero, qui nec martyr fuit, & annis plusquam mille quadringentis ab Apostolicis temporibus abfuit? præsertim cum ratiuncula illa Magdeburgensium sine pueriles & milles soluta.

NAM quod adserunt ex Paulo, nemo vos iudicet in cibo & potu, non pugnat contra abstinentiam à carne, quæ assumitur, vel indicitur ad tempus ad edomandam corporis petulantiam; sed contra Iudaicam abstinentiam, qui certis cibis nunquam utebantur, eò quòd secundum legem veterem immundus erat. Sic enim ibidem ad Colossenses 2. Paulus ait: Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomonia, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum.

QVOD addunt, cœnam Domini non esse institutam propter numerum, nec propter ritum, nec propter tempus, non negamus. Sed quid inde efficitur? num propter ea erravit Telephorus, qui in Natali Domini voluit ter Missas celebrari? & addidit aliquos ritus, & tempus statuit, quo Missæ celebrandæ sunt? Nam etsi non est cœna Domini propter numerum, ritum, & tempus instituta, debuit tamen propter ipsam cœnam Domini rectè celebrandam numerus, ritus, & tempus determinari, nisi fortè tantum Sacramentum minus deceat ordo, quàm confusio.

QVOD denique adducunt ex Apostolo: *Omnes vos vnum estis in Christo Iesu*, ad Galat. tertio, nihil minus probat, quàm non esse sacerdotis laicis digniores: Nam quomodo sumus omnes vnum in Christo, explicat Paulus Rom. duodecimo, & primæ ad Corinthios duodecimo, ubi dicit non esse vnum corpus, ubi sunt varia membra, oculi, manus, pedes, alia aliis nobiliora & digniora.

QVINTO, Victor Papa XV. à Petro, aspersus olim fuit ab hæreticis quibusdam infamia, quasi Christum purum hominem esse docuisset, ut refert Eusebius lib. 5. hist. cap. 28. sed falsam fuisse illam calumniam, Eusebius ibidem demonstrat ex eo, quod constat principem illius hæreseos, nomine Theodotum, à Victore excommunicatum fuisse.

SEXTO, Zephyrinus Victoris successor, videtur hæresim Montani approbasse. Scribit enim Tertullianus in libro contra Praxeam Romanum Pontificem agnoscens prophetias Montani, & ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ, & Phrygiæ inferentem, à Praxea fuisse persuasum literas pacis reuocare, quas iam emiserat. Constat autem ex historiis, eo tempore Zephyrinum fuisse Romæ Pontificem. Quare Rhenanus in annotationibus ad Tertullianum ponit hoc loco in margine, Episcopus Romanus Montanizar. Neque dici potest, eo tempore nondum fuisse damnatam ab Ecclesia hæresim Montani. Nam, ut ibidem Tertullianus dicit, Praxeam persuasit Pontifici reuocare literas pacis, ea præcipua ratione, quia prædecessores eius hæresim illam antea damnauissent.

RESPONDEO, non esse omnino fidem habendam Tertulliano in hac parte, quandoquidem ipse Montanista erat. Sicut enim paulo ante Artemon falsè iactauerat, Victorem Romanum Pontificem secum sentire, ut ex Eusebio ostendimus: ita nunc Tertullianus Montanista Romanum Pontificem in Montani sententiam trahere conatur. Alioqui cur nec Eusebius, nec vllus alius notauit hunc errorem in Pontifice Romano?

QVIA tamen mendacia super aliquid verum ut plurimum fundari solent: credibile est, Zephyrinum Pontificem à Montanistis persuasum fuisse, doctrinam Montani non esse diuersam à doctrina Romanæ Ecclesiæ, & idè eundem Pontificem voluisse eis pacem reddere, quam abstulerant ipsius prædecessores, non quidem quod approbaret errorem, quam sui maiores improbauerat, sed quod arbitraretur falsè de illis erroribus fuisse accusatos Montanistas. Hoc autem non est errare circa fidem, nec Montanizare, ut mentitur Rhenanus, sed errare circa personam, id quod multis aliis sanctis viris accidit.

SCRIBIT enim Rufinus lib. 10. hist. cap. 11. Arium ut Constantino Imperatori persuaderet se esse Catholicum, tanto artificio scripsisse fidem suam, ut à Catholicis putaretur Catholica, & à suis tamen agnosceretur qualis erat. Et Leo epist. 86. ad Nicetam Aquileiensem, monet Episcopum illum, ut Pelagianos ad Ecclesiam redeuntis apertissimis verbis iubear hæresim abiurare, propterea quod soleant plerumque Ecclesiam decipere, ita composita Confessione fidei suæ, ut Catholici videantur, cum non sint. Tale aliquid videtur Zephy-

riano etiam Pontifici accidisse. SEPTIMO, Urbanum à Petro XVIII. Centuriatores his verbis reprehendunt: *Instituit Confirmationem post Baptismum, sed blasphemè dicit, per manus impositionem Episcoporum accipi Spiritum sanctum, & planè Christianos fieri.* cen. 3. cap. 10. col. 277. cuius eiusdem erroris reprehendunt etiam Cornelium, columna 282.

AT in primis mentiuntur ab Urbano institutam esse Confirmationem. Nam exstat vsus ipsius Act. 8. & 19. ubi super baptizatos Apostoli manus imponunt, ut accipiant Spiritum sanctum. Et præterea Tertullianus, qui antiquior Urbano, & Cornelio fuit, meminit Confirmationis pluribus in locis: in lib. de Resurrectione carnis: *Caro*, inquit, *abluitur, ut anima emaculetur: caro vngitur, ut anima consecretur.* Et in lib. de præscrip. loquens de Diabolo, qui imitatur Baptismum, & Confirmationem nostram: *Tingit*, inquit, *& ipse quosdam vrique credentes, & fideles suos: signat illic in frontibus milites suos.* Et in lib. de Baptismo: *Exinat*, inquit, *egressi de lauacro perungimur benedicta Vnctione.* Et paulò infra: *Deinde manus imponitur, per benedictionem aduocans, & inuitans Spiritum sanctum.* Videtne apud Tertullianum Vnctionem, signum in fronte, manus impositionem, aduentum Spiritus sancti? Quid igitur Urbanus instituerit potuit?

CONSTAT autem, Tertullianum antiquiorem Urbano fuisse: nam Tertullianus vixit tempore Seueri, & filij eius Antonini, & ex Hieronymo docent Magdeburgenses in eadem centur. 3. cap. 10. colum. 277. Quid, quod idem Centuriatores loco citato numerant inter nauos Tertulliani, quod post Baptismum agnouerit Vnctionem, & signum Crucis, necessaria? Quomodo igitur ista coherent, ut ab Urbano dicant esse institutum, quod ipsi antè posuerant inter nauos Tertulliani Urbano antiquioris?

DEINDE, quod addunt Centuriatores, blasphemum esse quod ait Urbanus, accipi Spiritum sanctum, & plenè Christianos homines fieri per impositionem manus Episcoporum, non eget refutatione, cum ipsi nullam adduxerint probationem. Præsertim cum illud idem dicat etiam Cornelius, ut ipsi fatentur, & etiam Cyprianus lib. 1. epist. 12. Cyrillus catechæsi tertia mystagogica, Augustinus in epistolam Ioannis, tractatu sexto, & alij Patres non raro.

OCTAVO est Pontianus Urbani successor, quem arguunt Magdeburgenses centur. 3. cap. 10. columna 278. quod scripserit, Sacerdotes proprio ore corpus Domini conficere, & populis tradere: ac per Sacerdotes Deum aliorum hostias acceptare, atque eorum peccata donare, & sibi eos reconciliare. Quam sententiam blasphemam vocant Centuriatores: sed nihil adferunt, unde probent esse blasphemam. Quare molestè ferre non debent, si nos Martyri sanctissimo, & ab Apostolorum successoribus instituto magis credamus, quàm Luthero, præsertim cum illud idem in omnium veterum Patrum scriptis passim legamus.

AVDIT enim Hieronymum in epist. ad Heliodorum, *Abstulit*, inquit, *ut de his quidquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus: qui clauis regni cœlorum habentes, quodammodo ante iudicij diem iudicant.*

AVDIT Augustinum in epistola 122. ad Victorianum ubi de sceminis captiuus inter Barbaros: *Ora*, inquit, *Deum pro eis, & roga, ut etiam ipsas doceat talia dicere, qualia sanctus Azarias inter cætera in oratione, & confessione sua fudit ad Deum. Sic enim sunt, ille in terra captiuitatis suæ, quomodo erant: illi in ea terra ubi nec sacrificare more suo poterant Domino: sicut nec iste possunt vel ferre oblationem ad altare Dei, vel inuenire ibi sacerdotem per quem offerant Deo.*

AVDIT Chryostomum in tertio libro de sacerdotio:

Corporis, inquit, *lepram purgare, seu verius dicam, non quidem purgare, sed purgatam ostendere, Iudeorum Sacerdotibus solis licebat: at verò nostris Sacerdotibus non corporis lepram, sed animæ sordes non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est.* Hæc ille. Quod igitur Pontianus ait, per Sacerdotes corpus Domini confici, aliorum hostias à Deo recipi, peccata hominum dimitti; dixerunt etiam probatissimi auctores, Hieronymus, Augustinus, Chryostomus, nec non cæteri omnes, quos de industria prætermisi.

NONVS est Cornelius, quem Magdeburgenses centuria 3. cap. 6. columna 145. & cap. 7. columna 165. affirmant, docuisse, in calice Domini solam aquam esse offerendam. Qui est exploratus error contra Euangelium: sed hæc impudentissima calumnia est. Solum enim hoc probant ex eo, quod Cyprianus lib. 2. epistola 3. ad Cornelium, multa disputat contra hunc errorem.

AT Cyprianus non dicit, hunc errorem esse illius, ad quem scribit, sed quorundam aliorum. Deinde, epistola illa non ad Cornelium, sed ad Cæcilium quandam Africanum Episcopum scribitur, ut omnia exemplaria restantur. Sed Magdeburgenses tunc fortè largius biberant, & scintillantibus ac tementibus oculis vnum legerunt pro alio. Adde, quod Alexander Papa Cornelij prædecessor decretum iam antè ediderat, ne in calice Domini quidquam aliud, quàm vinum aqua mistum offerretur.

DEINDE, si ex hac epistola alios reprehendunt, cur non seipfos etiam reprehendunt Centuriatores? Siquidem Cyprianus in hac epistola sæpius Eucharistiam vocat sacrificium, & nec solum aquam, nec solum vinum, sed vinum aqua temperatum, offerendum esse docet: Lutherani autem & Eucharistiam sacrificium esse obstinatissimè negant, & in calice solum vinum sine aqua consecrandum putant.

DECIMVS est Marcellinus, qui idolis sacrificauit, ut constat ex Pontificali Damasi, ex Concilio Sinuesano, & ex epistola Nicolai I. ad Michaëlem. At Marcellinus nec docuit aliquid contra fidem, nec fuit hæreticus, vel infidelis, nisi actu externo ob meritum mortis. Verum autem propter actum illum externum exciderit à Pontificatu, an non, parum refert, quandoquidem se ipse Pontificatu mox abdicauit, & paulò post martyrio coronatus est. Crediderim tamen, non excidisse eum ipso facto à Pontificatu, quia satis constabat omnibus, eum solo metu idolis sacrificasse.

CAPVT IX.

De iis, que Liberio & Felici II. obiciuntur.

NDECIMVS Pontifex, qui erroris arguitur, est Liberius, quamuis enim Magdeburgenses cent. 4. cap. 10. col. 1284. non audeant quidquam de Liberio definire: tamen Tilmannus Heshusius lib. 1. de Ecclesia, cap. 9. audacter affirmat, eum Ariana hæresi infectum fuisse. Et sanè testes habet suæ sententiæ grauissimos auctores; Athanasium in epist. ad solitariam vitam agentes; Hieronymum in Chronico & in Catalogo scriptorum, in Fortunatiano: & Damasum in vita Liberij.

RESPONDEO, de Liberio duo esse certa, vnum verò dubium. Primò, certum est eum ab initio Pontificatus vsque ad exilium, quod pro fide Catholica pertulit, acerrimum defensorem fuisse Catholice religionis. Id ita esse restantur omnes scriptores, qui de illis temporibus loquuntur, ut Ammianus Marcellinus lib. 15. historiae suæ, Athanasius in vtraque Apologia, Rufinus lib. 10. historiae, cap. 22. Sulpitius lib. 2. sacrae historie, Socrates lib. 2. historiae Ecclesiasticae, cap. 29. Sozomenus lib. 4. cap. 10. Theodoretus lib. 2. cap. 16. & 17. Nicephorus lib. 9. cap. 35. 36. & 37.

SECUNDò certum est, Liberium post reditum ab exilio fuisse etiam verè orthodoxum & pium. Nam, ut scribit Socrates lib. 4. cap. 11. postquam redierat ab exilio, Liberius noluit recipere ad Ecclesiam Macedonia nos, nisi apertè hæresim detestarentur.

PRAETEREA etiam post mortem semper sanctus est habitus, ut planum est ex verbis Ambrosij lib. 3. de virginibus, in principio, ubi sic ait: *Tempus est*, inquit, *foror sancta beate memoria Liberij præcepta reuoluerè, ut quò vir sanctior, sed sermo accedat gratior.* Item ex verbis Epiphaniij hæres. 75. *Enstadius*, inquit, *ad Liberium beatum Romæ Episcopum mà cum multis Episcopis legatum agebat.* Basilus quoque epist. 74. ad Episcopos Occidentis: *Quedam*, inquit, *ei proposita sunt à beatissimo Liberio.*

DEINQUE Siricius, qui tertius fuit à Liberio, in epistola ad Himericum, Liberium appellat venerandæ memoriæ prædecessorem suum. Quomodo, quales, Patres isti Liberium iam defunctum beatissimum vocarent, si in hæresi mortuisset? Vnum ergo remanet dubium, an videlicet medio tempore, id est, in ipso reditu ab exilio aliquid egerit contra fidem. Et quidem Sulpitius, Socrates, Sozomenus, & Nicephorus locis notatis indicant Liberium semper eundem fuisse, nec vnquam de fidei constantia aliquid remisisse.

ATHANASIVS verò & Hieronymus locis citatis apertè dicunt, eum tædio exilij inflexum tandem fuisse ad subscriptionem hæreseos. Quibus addi potest Hilarius qui in libro aduersus Constantium ita loquitur: *Veristi deinde vsque ad Romam bellum tuum, eripisti illinc Episcopum, & de te miserum, qui nescio an virum maiore impietate relegaueris, quam remisisti.* Rufinus autem lib. 10. cap. 27. hist. affirmat, se non potuisse cerè cognoscere, an Liberius subscripsisset.

E quibus sententiis secunda verior nobis esse videtur. Nam Athanasius, Hilarius, & Hieronymus auctores sunt tum antiquiores, tum etiam grauiores cæteris, & rem non vt dubiam, sed vt certam & exploratam narrant. Præterea legi ipse epistolam Liberij manuscriptorum ex Vaticana bibliotheca, quæ partim ad Imperatorem, partim ad Episcopos Orientales scriptæ erant, in quibus satis apertè significabat, se tandem Imperatoris voluntati acquiescere voluisse. Ad hæc, nisi fateamur, Liberium aliquo tempore defecisse à constantia in fide tuenda, cogimur Felicem II. qui Liberio viuentem, Pontificatum gessit, à numero Pontificum excludere, cum tamen hunc ipsum Felicem, vt Papam & Martyrem, Ecclesia Catholica veneretur. Denique Sozomenus lib. 4. hist. cap. 14. & Nicephorus lib. 9. c. 37. obsecutus quidem, tamen subindicant, Liberium in Concilio Syrmienfi, conuenisse cū Valente & Ursacio Arianis, & ea pace facta, sedem suam recepisse, adiutum etiam literis eiusdem Concilij. Sed quamuis hæc ita se habeant, non tamen Liberius aut hæresim docuit, aut hæreticus fuit, sed solum peccauit actu externo, quem admodum sanctus Marcellinus, & non fallor, minus peccauit, quàm sanctus Marcellinus.

QVOD hæreticus verè non fuerit, docet sanctus Athanasius loco citato, ubi dicit, Liberium inuitum & coactum vi tormentorum fecisse quod fecit, nec esse censendam eius sententiam, quam minæ & terrores extorserant, sed eam quam protulit, cum liberò haberet affectus, quod autem non docuerit hæresim, facillè probari potest. Nam, ut colligitur ex Athanasij verbis, & ex epistolis ipsius Liberij, duo mala Liberius commisit: Vnum, quod subscripsit in damnationem Athanasij; Alterum, quod cum hæreticis communicauit. In neutro autem fidem expressè violauit. Nam etsi hæretici persequebantur Athanasium causa fidei, tamen non causam fidei, sed crimina circa mores prætexebant: &

Liberius consentit in damnationem Athanasij, propter criminis illi obiecta, non propter fidem.

PARTI ratione cum hæreticis communicavit, quia Catholicos se fingeant. Nam in Epistolis suis Liberius ait, se communicasse cum Episcopis Orientalibus, quia inuenit eorum fidem congruere cum Catholica, & alienam esse ab Ariana perfidia.

PRÆTEREA Sozomenus lib. 4. cap. 14. & Nicephorus lib. 9. cap. 37. dicunt, in ea pace, quam fecit Liberius cum Episcopis Arianis, nihil aliud postulatum fuisse à Liberio, quam vt subscriberet Syriensis Confessione editæ contra Phorinum, & Confessione Antiochenæ editæ in Enceniis. Quæ Confessiones etsi non habent vocabulum *ipso*, tamen Catholicæ sunt, & eas exponit Hilarius in libro de Synodis, tanquam Catholicas.

ACCEDIT, quod, vt referunt Sozomenus & Nicephorus locis notatis, Liberius non modò non subscripsit Confessione Arianae, sed etiam Confessionem edidit antequam Syrmio discederet, in qua apertè excommunicabat eos, qui Filium Patri similem in substantia, & in aliis rebus omnibus esse negabant. Id quod ea de causa fecit, quia Ariani falsum rumorem sparserant, Liberium docere cœpisse, Filium non esse Patri consubstantialem.

DICIT aliquis, si ita est, quomodo ergo Hieronymus in Chronico, & in Catalogo scriptorum, in Fortunatiano, dicit, Liberium ad subscriptionem hærescos inflexum tandem fuisse?

RESPONDEO, Liberium etsi non expressè, tamen interpretatiuè in hæresim consensisse. Nam Athanasium damnari permisit, quem sciebat causa fidei persequutionem pati: & cum Valente & Ursacio communicauit, quos non ignorabat hæreticos esse, etiam illi aliud se esse simularent. Hoc igitur est, quod Hieronymus significare voluit.

DVODECIMVS, qui erroris in fide ab hæreticis accusatur, est Felix II. quem Arianum fuisse contendit Tilmannus Heshusius lib. 1. de Ecclesia, cap. 9. idque probat ex testimonio sancti Hieronymi, qui in Catalogo scriptorum, in Acacio sic ait: *Acacius, inquit, quem, quia iustus erat, uocabatur nuncupabant, Casariensis in Palestina Episcopus.* Et infra: *In tantum autem sub Constantio Imperatore claruit, vt in Liberij locum Romæ Felicem Arianum Episcopi opum constitueret.*

SED respondemus, Felicem nunquam Arianum fuisse, tamen cum Arianis aliquando communicauerit, eo videlicet tempore, quo verus Papa non erat: postea verò quàm verus Papa esse cœpit, non modò Arianum non fuisse, sed etiam Arianos publicè detestatum, & ob Ariatorum persecutionem coronam martyrij à Domino percepisse. Explicanda igitur est, quàm breuissimè fieri poterit, historia pontificatus Liberij & Felicis, ex qua mirabilis Dei prouidentia in Apostolica sede conseruanda apparebit.

LIBERIO in exilium ob fidem Catholicam deportato Romanus Clerus iurauit, nullum se alium, viuo Liberio, in Pontificè admissurum. Id testatur Hieronymus in Chronico, tamen verba transposita sunt. Illa enim verba (*Quo in exilium truso, omnes Clerici iurauerunt, &c.*) quæ ponuntur anno 351. poni debent post illa verba, *Liberius Episcopus Romanorum in exilium mittitur*, quæ ponuntur anno 361.

DEINDE opera Ariatorum, ac præsertim Acacij Casariensis Episcopi, Felix Diaconus Romanus Episcopus creatur in locum Liberij, qui propter hoc beneficium liberè cum eis communicabat, licet ipse Arianus non esset. Sic enim scribit Rufinus lib. 10. hist. cap. 22. *In eius (Liberij) locum Felix Diaconus suus ab hæreticis subrogatur, & non tam scè & diuersitate, quàm communi-*

nis & ordinationis conuenientia maculatur. Et Theodoratus lib. 2. hist. c. 17. *Successum, inquit, est Liberio à fidei quodam illius Diacono, nomine Felice, qui tamen fidem in Concilio Nicæno expositam ipse seruauit integram, tamen cum illis, qui eandem labefactare studebant, liberè communicauit. At propterea nemo ex Romæ habitatoribus in Ecclesiam, dum ille intus erat, ingredi voluit.*

IDEM quoque scribit Sozomenus lib. 4. historiae, cap. 10. nec ab his dissentit Hieronymus in Catalogo scriptorum in Acacio; nam vox illa (*Arianum*) addita ad nomen Felicis, videtur irrepisse aliunde. Siquidem codices antiqui manuscripti, illam non habent, vt notauit Marianus Victorius in hunc locum, nec translatio Sophronij in Græcum, illam habet. Et, quod ego maximi facio, Freculphus lib. 4. cap. 8. & Ado Viennensis in Chronico, referentes ad verbum totum hunc locum Hieronymi, non habent vocem, *Arianum*.

DENIQUE, non est vilo modo credibile, Hieronymum & Rufinum in historia vtrique notissima tantopere discrepare potuisse, vt vnus neget, quod alter affirmat. Sed quamuis etiam Felix Arianus fuisset (quod hætenus tamen probatum non est) nihil id sedis Apostolicæ obesset. Constat enim eo tempore, Felicem schismaticum Papam, non verum & legitimum Pontificem fuisse. Duo siquidem simul esse non possunt: Viuebat autem tunc, & verus Pontifex erat Liberius. Quocirca (vt ex Theodoro supra recitauimus) nemo Catholicorum Romæ cum Felice eo tempore communicare volebat.

POST biennium deinde successit lapsus Liberij, de quo supra diximus: tunc verò Romanus Clerus abrogata Liberio Pontificia dignitate, ad Felicem se contulit, quem Catholicum esse sciebat. Et ex eo tempore cœpit Felix verus Pontifex esse. Tamen enim Liberius hæreticus non erat, tamen habebatur, propter pacem cum Arianis factam, hæreticus, & ex ea præsumptione merito potuit ei Pontificatus abrogari, non enim homines tenentur, aut possunt corda scrutari: sed quem externis operibus hæreticum esse vident, simpliciter hæreticum iudicant, ac vt hæreticum damnant. Indicat hoc Hieronymus in Chronico, cum ait, per multos ex Romano Clero peierasse, & ad Felicem accessisse. Dicuntur enim peierasse, quia iuramentum non seruauerunt, quod susceperunt, de non recipiendo alio Pontifice.

PORRO, Felix iam verus Papa animaduertens periculum Ecclesiæ & fidei, Deo sine dubio inspirante, qui Ecclesiam suam non deserit, non solum recessit à communicatione Ariatorum, sed etiam coacto Concilio declarauit Imperatorem Constantium, & Episcopos Ursatum, ac Valentem, cum quibus Liberius pacem fecerat, verè esse hæreticos. Et propterea redeunte Liberio in urbem, Felix cum suis ab Arianis eiectus est, & non diu post mortuus, siue capite cæsus, siue confectus ætatis fuerit. Id enim non cerò constat.

HÆC verò ita se habere, id est, Felicem post lapsum Liberij verum Pontificem fuisse, & pro Catholica fide mortuum esse, his argumentis probatur. Primum, id apertè testatur Damasus, vel quicumque est auctor Pontificalis, in vita Felicis. Idem significare videtur sanctus Hieronymus in Chronico, cum ait de Romanis Clericis: *Post annum cum Felice eiecti sunt, quia Liberius, tadio victus exili, & in hæreticam prauitatem subscribens, Romam quasi victor intrauerat.* Hæc enim verba persecutionem significant contra Felicem motam, & ab iis motam, qui Arianis fauebant. Ex quo sequitur, ipsam Felicem pro fide Catholica passum esse persecutionem.

SECUNDO, omnia Martyrologia antiqua, tam excusa, vt Bedæ, Adonis, Vuardi; quàm etiam manuscripta IV. Kalend. Augusti ponunt memoriam sancti Felicis II. Papæ Martyris, qui Constantium hæreticum declarauit.

ADD E,

ADD E, quod sanctus Gregorius primus tam in Antiphonario, quàm in sacramentario, ponit integrum officium Ecclesiasticum legendum ad Missam in die sancti Felicis Pontificis & Martyris IV. Kal. Augusti: esse autem eum Felicem Romanum Pontificem, & proinde eum, de quo loquimur, testatur Micrologus lib. Ecclesiast. obseruationum, cap. 43. Cùm igitur Ecclesia Catholica à mille iam annis hunc Felicem colat vt Papam & Martyrem, non debet is excludi à numero Pontificum, etiam si nullam aliam rationem proferre possemus.

TERTIO, Felix Papa, sancti Gregorij atavus, ab antiquissimis scriptoribus dicitur Felix Papa IV. vt à Ioanne Diacono, lib. 1. de vita beati Gregorij, cap. 1. & à Leone Hostiensis lib. 1. Chronici Cassinensis, cap. 1. At quartus ille esse non potuit, nisi iste noster fuerit secundus. non enim sunt nisi duo Felices, præter hunc nostrum, ante Felicem quartum. igitur ante mille annos hic Felix in numero Pontificum habitus est: nec enim schismatici numerum faciunt.

QUARTO, cùm Romæ ambigeretur anno M. D. LXXXII. deberetne hic sanctus Felix in nouo Martyrologio collocari, casu inuenta fuit arca marmorea in Basilica sanctorum Cosmæ & Damiani, cum hac inscriptione in marmore incisa antiquis characteribus: **HIC IACET CORPUS SANCTI FELICIS PAPÆ, ET MARTYRIS, QUI CONSTANTIVM HÆRETICVM DAMNAVIT.** Et incidit hæc inuentio in diem XXVII. Iulij, hoc est, pridie eius diei, quo celebrari solebat memoria huius ipsius Felicis, quod non immeritò diuinitus contigisse creditum est.

IAM verò mortuo sancto Felice, Liberius iterum sibi conciliauit Romanum Clerum, & Catholicum Præfulem se præstitit, vt supra ostendimus ex Socrate in causa Macedonianorum. Quocirca omnium consensu iterum legitime sedere cœpit, ac sedit vsque ad mortem. Atque hæc est causa, cur in Catalogo Pontificum aliqui veterum non posuerint Felicem, vt Augustinus in epist. 165. & Opatrus lib. 2. quia videlicet, totum Felicis tempus in Pontificatu Liberij inclusum fuit.

DECIMVS TERTIVS est quidam Leo Papa, quem nonnulli dicunt huic Felici II. successisse, & Arianum planè fuisse, ac eodem mortis genere obiisse, quo Arius perit, nimirum effusione omnium intestinorum, dum aluum purgaret. Refert hoc Vincentius lib. 15. cap. 23. speculi historialis, & Conradus Halberstatensis in Chronico, Magdeburgenses cent. 4. cap. 10. in vita Felicis II. non putant hoc improbabile.

AT sine dubio iste Leo sanctus Pontifex fuit. Constat enim Leonem I. esse illum qui sedit tempore Concilij Chalcedonenfis, hoc est, annis circiter centum post tempora Felicis II. deinde scriptores omnes veteres, vt Hieronymus, Augustinus, Opatrus, Theodoretus, Rufinus, nec non recentiores, vt Sigebertus, Martinus, Polonus, Platina & quotquot sunt alicuius nominis, Liberio & Felice defunctis, Damasum substituunt.

FORTE orta est hæc fabula ex opinione concepta de Liberij hæresi, & persecutione in Catholicos, expulso Felice II. quia enim Liberius expulso Felice, instar Leonis sauire cœpit in Catholicos, vt ipsi falsò existimant, finxerunt homines otiosi quendam Leonem Pontificem Arianum sedisse post Felicem II. Sed hæc inter fabulas numeranda sunt.

CAPVT X.

De Siricio, Innocentio, & aliis septem Pontificibus.

DECIMVS QUARTVS est Siricius, quem Ioannes Caluinus accusat lib. 4. institut. capit. 12. §. 24. quod in epistola ad Hispanos coniugium

A pollutionem vocauerit. Sed Caluinus more suo impudenter mentitur. Non enim Siricius coniugium verum & legitimum pollutionem appellat, sed illicitam coniunctionem eorum, qui post peractam publicam pœnitentiam, iterum redeunt ad eandem coniunctionem; propter quam pœnitentiam egerant. Nemo autem pœnitentiam vnquam egit, quod inierit legitimum matrimonium.

DECIMVS QVINTVS est Innocentius I. quem Magdeburgenses cent. 5. cap. 10. in vita ipsius Innocentij, dicunt, grauius errasse, quod in epist. 2. cap. 12. præceperit, sacram virginem iam velatam, quæ nupsit, aut fornicata sit, non recipi ad pœnitentiam, donec viuat ille, cum quo ipsa peccauit. Videtur enim iniquum, mulierem pœnitentem non debere absolui, nisi priùs moriatur, qui eam seduxit.

ITEM, quod in ep. 18. ad Alexandrum Antiochenum scripserit, ratum quidem esse Arianorum Baptismum, sed non conferri per eos Spiritum sanctum, quia se ab Ecclesia separauerunt. Vbi videtur velle efficaciam sacri Baptismi pendere à bonitate ministri, quod est contra Ecclesiæ communem doctrinam.

ITEM, quod in epist. 22. c. 1. docuerit, Sacerdotem non posse esse eum, qui viduam in vxorem acceperit, cùm Moses in Leuitico præcipiat, vt Sacerdos virginem vxorem accipiat, quasi Christiani teneantur adhuc legibus iudicialibus Testamenti veteris.

RESPONDEO ad primum, Innocentium velle dicere, non debere recipi ad pœnitentiam eas virgines, quæ nolunt separari ab adultero, nisi post mortem eius; & hoc iustissimum est. Neque enim debent ab Ecclesia absolui ij, qui in peccato perseverare volunt.

AD secundum, dico, Innocentium loqui eo loco de iis, qui baptizantur, vel ordinantur ab hæreticis, cùm sint ipsi etiam polluti eadem hæresi. Eiusmodi enim verè recipiunt Sacramentum Baptismi, vel Ordinationis, sed non recipiunt Spiritus sancti gratiam, quæ in hæreticis esse non potest. Et in Ordinatione non modò gratiam non recipiunt ab hæreticis ordinari, sed nec ius legitime Ordines exercendi. Id enim ius per hæresim ordinator perdidit, nec tribuere potuit, quod ipse non habuit. Vide Glossam 1. quæst. 1. can. Arianos.

AD tertium dico, Innocentium non velle dicere, teneri nos legibus Iudaicis, sed velle argumentari à simili, vel potius à maiori, hoc modo: Tenebantur Sacerdotes in Testamento veteri ex diuino præcepto, non ducere vxorem viduam: Ergo multò magis conuenit, vt in Sacerdotibus nouæ legis Ecclesia requirat, ne viduarum fuerint mariti, propter excellentiam nimirum sacerdotij Christiani.

DECIMVS SEXTVS est Cælestinus, quem Nestorij hæresi infectum fuisse affirmat Laurentius Valla, in declamatione de falsa donatione Constantini. Sed Laurentius apertè mentitur, siquidem Cælestinus non modò non fuit vnquam de hac hæresi notatus, sed ipse est qui præcipuè illam hæresim condemnauit, vt patet ex Prospero in Chronico anni cccc. xxxj. & ex toto Concilio Ephesino. Deceptus est Valla æquiuocatione nominis. Fuit enim Cælestinus hæreticus Pelagianus, qui quædam communia cum Nestorianis habuit.

DECIMVS SEPTIMVS est Leo I. qui in epist. 79. ad Nicetum, dicit, eas mulieres, quæ putantes maritos suos esse defunctos, aut nunquam redituros ex captiuitate, nupsit aliis, non peccasse: tamen si mariti earum redeant, teneri eas ad primum coniugium renouandum. Si autem eas non velint, non teneri. Vbi duo videntur errores: Vnus, quod mulier non peccet, si nubat alteri viro, quando existimat primum maritum viuere, sed nunquam rediturum. Alter, quod mulier possit manere cum secundo marito, si primus eam nolit.

Hh 4

Notarunt hunc errorem Magdeburgenses centuria 5. cap. 10. in vita Leonis primi.

R E S P O N D E O, in neutro Leonem errasse. Nam cum dicit, non peccare mulierem, quæ nubit, viuente adhuc priore viro, loquitur de illa tantum, quæ nubit, quia putat primum maritum esse mortuum, vt ipse ibidem disertè explicat: de illa autem, quæ nubit, quia putat maritum suum nunquam rediturum, non dicit peccare, neque non peccare, quia existimabat rem per se esse notam, nimirum eam peccare.

Q V A N D O autem dicit, debere mulierem redire ad primum virum, si ipse eam velit; consequenter vult intelligi, debere virum redire ad mulierem, si ipsa eum velit, etiam si alioqui eam ille noluisse. Sunt enim pares in hac re vir & mulier. Itaque, si alter coniugum velit redire ad coniugium, tenetur alter necessariò parere: si autè neuter velit redire, poterunt separati manere, quoad vsum coniugij. Et hoc solum permittit sanctus Leo. Neque hinc sequitur, posse mulierem manere cum 2. marito. Nam idem Leo ibidem clarissimè dicit, primum matrimonium esse insolubile, & necessariò reformandum, posteriori soluto, quod verum esse non poterat.

D E C I M V S O C T A V V S est Gelasius, cuius duas sententias, secundum Catholicos, erroneas notarunt Centuriatores cent. 5. cap. 4. de cœna Domini, & c. 10. in vita Gelasij. Vna est in lib. contra Eutychem, cum carne Christi manere in Sacramento verum panem. Altera, apud gratianum de cõsecratione, dist. 2. canon. Comperimus: nõ posse sine ingenti sacrilegio sumi vnã partem Sacramenti Eucharistiæ sine altera. Aut enim Gelasius errauit in his duobus, aut nos erramus, qui contrarium sentimus, & sequimur.

R E S P O N D E O ad primum, librum illum non esse Gelasij Papæ, sed vel Gennadij, qui librum eiusdè tituli scripsit ad Gelasium Papam, vel Gelasij Cæsariensis Episcopi, cuius meminit Hieronymus circa finem Catalogi scriptorum Ecclesiasticorum. Siquidem Papa Gelasius scripsit quinque libros contra Eutychem, vt Trithemius refert. hic autem vnus tantum est exiguus libellus. Deinde hic auctor pollicetur, se ferè omnium veterum sententias collecturum de incarnatione Domini, & cum adducat XV. Patres Græcos, duos tantum Latinos proferat, Ambrosium & Damasum, & omittit Cyprianum, Hilarium, Hieronymum, Augustinum, Innocentium, Leonem, Prosperum, & similes, quos nunquam Gelasius Pontifex omisisset, immò neque alius Latinus auctor: videtur enim hinc manifestè colligi, hunc auctorem Græcum fuisse, non Latinum. Ad secundum dico, Gelasium in eo canone loqui solum de sacerdote sacrificante, qui non potest sine sacrilegio vnã tantum speciem sumere, quia imperfectum sacrificium redderet.

D E C I M V S N O N V S est Anastasius II. qui trium errorum accusatur. Primò, quòd sine consilio Episcoporum, Presbyterorum, & Clericorum totius Ecclesiæ, communicauerit Photino, qui communicauerat cum Acacio hæretico. Secundò, quòd voluerit occultè reuocare Acacium, quem damnauerat Felix & Gelasius Papæ. Tertio, quòd approbauerit Baptismata, & Ordines collatos ab eodem Acacio, propter quos errores & peccata dicitur idem Anastasius diuinitus morbo immisso repente extinctus. Hæc scribit author Pontificalis in vita huius Anastasij, & cum sequutus Tilmannus Heshusius lib. 1. de Ecclesia, cap. 9. immò & Gratianus dist. 19. can. Anastasius, & Magdeburgenses, cent. 6. cap. 10. in vita Anastasij.

R E S P O N D E O, falsissimum esse, quòd Acacium Anastasius reuocare voluerit. Constat enim ex Euagrio lib. 2. c. 23. & ex Nicephoro lib. 15. & 17. & ex Liberato c. 18. Acacium obiisse tempore Felicis Papæ, à quo tertius fuit Anastasius. Quomodo ergo Anastasius eum iamdu-

dum defunctum in suam sedem reuocare voluit? Sed dicunt quidam, saltem, voluisse reuocare eius nomen.

A T contrà, exstat epistola Anastasij huius Papæ ad Anastasium Imperatorem, in qua petit, vt Imperator iubeat nomen Acacij taceri in Ecclesia, quandoquidem iustissimè à Felice Papa prædecessore suo fuerit condemnatus. Quòd verò Gratianus dist. 19. canon. Ita Dominus dicit, errasse in hac epistola Anastasium, quia voluit esse rata Sacramenta Baptismi, & ordinis, quæ Acacius contulerat: id non Anastasium hæreticum, sed Gratianum imperitum ostendit. Quis enim ignorat Catholicorum, baptizatos ab hæreticis verè esse baptizatos: & similiter ordinatos, verè esse ordinatos, quando ordinator hæreticus verè Episcopus fuerat, & adhuc erat, saltem quantum ad characterem?

I L L V D verò de Photino fortè esse mendacium, sicut de reuocatione Acacij, sed verum sit, num propterea non erit Catholicus Anastasius? An non licet Summo Pontifici sine concilio omnium Episcoporum, Presbyterorum, & Clericorum totius Ecclesiæ, absoluere vnum excommunicatum? Quòd addunt, Anastasium Papam morte repentina à Deo immittà defunctum, videtur ortum ex eo, quòd constat, Anastasium hæreticum Imperatorem illo ipso tempore fulmine idem periisse, vt scribunt Beda, Cedrenus, & Zonaras, & Paulus Diaconus in eius vita: alioqui fabulam esse non dubium est.

V I C E S I M V S est Vigilus, quem Liberatus in Breuiario, cap. 22. refert, epistolam scripsisse ad Theodoram Imperatricem, & alios hæreticos, quæ confirmabat hæresim ipsorum, & anathema dicebat iis, qui consententur duas in Christo naturas.

R E S P O N D E O, multi existimant, hunc locum Liberati esse corruptum ab hæreticis, eò quòd in Pontificali contrarium videatur narrari. At cum vestigium nullum appareat corruptionis in libro Liberati, & reuera non pugnet narratio Liberati cum narratione Pontificali, alter respondendum est. Dico igitur, Vigilium scripsisse illam epistolam, & damnasse Catholicam fidem, saltem exteriori professione: sed hoc nihil obesse nostræ causæ. Nam id fecit, cum adhuc viueret Syluerius Papa, quo tempore Vigilus ipse Papa non erat, sed Pseudopapa. Neque enim duo simul veri Pontifices Summi esse possunt; & constabat tunc omnibus, Syluerium verum Pontificem esse, licet in exilio degeret.

S C I E N D V M est enim, Anthemium hæreticum depositum fuisse ab Agapeto Romano Pontifice de Episcopatu Constantinopolitano: deinde Imperatricem petiuisse à Syluerio Agapeti Successore, vt Anthemium restitueret: quo reculante, Vigilium, tunc Archidiaconum, promississe Imperatrici, se Anthemium reuocaturum, si posset Romanus Pontifex fieri: continuò autem, iussu Imperatricis, opera Belisarij fuisse sanctum Syluerium expulsum de sua sede in exilium, & Vigilium creatum Papam, seu potius Antipapam. Quo tempore non esset mirum, si errare in fide, & etiam hæreticus planè esse potuisset. Quanquam ne tunc quidem definiuit aliquid contra fidem tanquam Pontifex, neque animo hæreticus fuit. Siquidem epistolam scripsit nefariam quidem, & Christiano homine indignam: tamen in ea Catholicam fidem non damnauit palam, neque hæretico animo, sed occultè, propter cupiditatem præsidendi, vt Liberatus ibidem dicit, & ex epistola ipsa Vigilij apparet. Scribit enim, vt caueant, ne epistolam illam vllus videat, & vt sint omnia occulta vsque ad tempus. Erat enim Vigilus tunc in angustiis summis, in quas eum ambitio sua coniecerat. Nam si palam se hæreticum profiteretur, metuebatur Romanos, qui hæreticum sedere in Petri cathedra nunquam passuri videbantur: si è contrario Catholicum se profiteretur, metuebatur Imperatricem hæreticam; cuius opera Pontificatum

adeptus

adeptus fuerat. Itaque rationè illam excogitauit, vt Romæ Catholicum ageret, & interim per literas apud Imperatricem hæreticum simularet.

C O N T I G I T autem paulò post, vt Syluerius moreretur, & Vigilus, qui eousque in schismate fœderat, inciperet iam solus & legitimus Pontifex esse, nimirum confirmante & accipiente eum Clero, & populo Romano. Ab hoc verò tempore nullus inuentus est in Vigilio aut error, aut erroris simulatio, sed summa constantia in fide vsque ad mortem, vt appareat, cum ipso Pontificatu firmitatem fidei eum accepisse, & de leui palea in solidissimam petram commutatum fuisse. Nam cum Imperatrix Theodora hæretica fréta occultis literis, & promissione Vigilij, peteret ab eo, vt Anthemium Patriarcham prædictum, sicut promiserat, restitueret, ille rescipit, se temerè promississe, grauitèrque ea promissione peccasse, & idè non posse, nec velle implere quæ promiserat, ne peccata peccatis adderet.

Q V O C I R C A ab irata Imperatrice in exilium missus fuit, & miserè vexatus vsque ad mortem. Id quod non solum scribitur in Pontificali, sed etiam annotarunt Paulus Diaconus in vita Iustiniani, & Aimonius lib. 2. cap. 32. de gestis Francorum, & ipsi etiam Magdeburgenses centuria 6. cap. 10. in vita Vigilij; & idem etiam indicat breuissimè Liberatus, in fine cap. 22. vbi dicit, Vigilium ab illa ipsa hæresi, quam initio occultè fouerat, miserè afflictum postea fuisse.

D E N I Q U E Vigilium, post mortem Syluerij, verum & sanctum Pontificem fuisse, testantur omnes illi, qui illo ipso tempore viuentes scripserunt aliquid de Vigilio. Gregorius I. lib. 2. epist. 36. ad Episcopos Hybernæ: *Recordanda, inquit, memoria Vigilij Papa in vrbe regia constitutus, contra Theodoram tunc Augustam, vel Acephalos, damnationis promulgauit sententiam.* Cassiodorus lib. de diuini lectionibus, cap. 1. *Origenem, inquit, præsentis tempore à Vigilio Papa viro beatissimo constat esse damnatum.* Arator præfationum actorum Apostolicorum, quæ ipse carmine scripsit, & Vigilio Papæ dedicauit, sic incipit: *Domino sancto, beatissimo, Apostolico, & in toto orbe primo omnium Sacerdotum, Papa Vigilio.*

D E N I Q U E constat ex Euagrio lib. 4. c. 37. à Vigilio confirmatam fuisse V. Synodum generalem, in qua damnata est hæresis illa, quam Theodora fouebat, & de qua ipse Vigilus ab aduersariis accusatur.

P O S S E T etiam dici, epistolam illam Vigilij, cuius meminit Liberatus, fuisse confictam ab hæreticis. Liberatum autem credidisse falso rumori, què hæretici sparserant. Nam quòd hæretici confixerint epistolam quandam Vigilij Papæ nomine, ad Theodoram & Iustinianum, deprehensum fuit certis iudiciis in VI. Synodo, actione 14. sed quidquid de hoc sit, satis nobis est, eum nulla in re errasse, quo tempore verus Pontifex fuit.

V I C E S I M V S P R I M V S est sanctus Gregorius I. qui à Durando in 4. d. 7. q. 4. accusatur erroris, quòd in epist. 26. lib. 3. ad Ioannem Episcopum Caralitanum, permisit Presbyteris conferre Confirmationis Sacramentum, quod iure diuino solis Episcopis conuenit. Propter quem locum Gregorij Adrianus in quæst. de Confirmatione, art. vlt. asserit, Pontificem posse errare in definiendis dogmatibus fidei.

R E S P O N D E O primò, non beatum Gregorium, sed Durandum potius & Adrianum errasse. Siquidem Concilium Florètinum in instructione Armenorum, & Tridentinum ses. 7. canone vltimo, docent, Confirmationis ordinarium ministrum esse Episcopum. Ex quo sequitur, posse extraordinariè, etiam non Episcopum esse ministrum eius Sacramenti.

D E I N D E, Gregorius non decretum aliquod de hac re edidit, sed solum concessit quibusdam Presbyteris, vt absentibus Episcopis confirmarent: proinde, si in hac re

A Gregorius errasset, non doctrinæ, sed exempli seu facti error fuisset. Est etiam alius quidam error, qui sancto Gregorio attribuitur, sed falsò, de quo dicemus infra, cum agemus de Gregorio III.

V I C E S I M V S S E C V N D V S est Bonifacius V. quem grauitèr reprehendunt Magdeburgenses centuria septima, cap. 10. quòd ipse in epistola ad Eduinum Regem Anglorum, quam refert Beda lib. 2. hist. Anglorum, cap. 10. docuerit, Christum à solo originali peccato nos redemisse.

R E S P O N D E O, Centuriatores de suo addidisse illam vocem, *Solo*. Bonifacius enim sic ait: *Accedite ergo ad agnitionem eius, qui vos creauit, qui in vobis vitam insufflauit spiritum, qui pro vestra redemptione Filium suum vnigenitum misit, vt vos ab originali peccato eriperet.* Hæc ille. Vbi, quòd non meminerit aliorum peccatorum, causa fuit, quia peccatum originale est principale, & propter quod delendum principaliter Christus mortuus est. Vnde Ioan. 1. legimus: *Eccce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Græcè, *τὸ ἐμαρτύρησεν ὑμῶν*, id est, peccatum illud mundi, hoc est, peccatum originale, quod solum est commune toti mundo. Nam plurimi nullum aliud habent, vt omnes pueri.

C A P V T X I.

De Honorio primo.

V I C E S I M V S T E R T I V S est Honorius I. quem hæreticum Monothelitam fuisse contendit Nilus in lib. de primatu Romani Pontificis. Idem asserunt Magdeburgenses cent. 7. cap. 10. in vita ipsius, & cap. 11. colum. 553. inter manifestos hæreticos eum ponunt.

N E C solum hæretici, sed etiam nonnulli ex Catholicis Honorium hæreticum fuisse contendunt, vt Melchior Canus lib. 6. de locis, cap. vlt. Argumenta ipsorum hæc sunt. Primum, ex epistolis ipsius Honorij: extant enim duæ epistolæ Honorij ad Sergium, vna in VI. Synodo, act. 12. altera ibidem; act. 13. in vtraque autem Honorius approbat doctrinam Sergij Principis Monothelitarum, & iubet non debere dici Christum duas habere voluntates aut operationes.

S E C V N D V M, ex VI. Synodo, act. 13. vbi damnatur Honorius tanquam hæreticus, & comburuntur eius epistolæ, & in sequentibus actionibus omnibus repetitur eius damnatio.

T E R T I V M, ex VII. Synodo, act. vlt. vbi totum Concilium dicit anathema Honorio, Sergio, Cyro, & cæteris Monothelitis, & idem repetit in epistola, quam scribit ad clericos vniuersos.

Q V A R T V M, ex VIII. Synodo, act. 7. vbi legitur, & probatur epistola Concilij Romani sub Adriano II. vbi Pontifex cum Concilio asserit fuisse Honorium iudicatum post mortem à Concilio VI. quia de hæresi accusatus fuerat.

Q V I N T V M, ex epist. Agathonis Papæ, qui in epist. ad Constantinum Imperatorem, quæ habetur in quarta actione VI. Concilij generalis, anathema dicit Honorio, tanquam Monothelita.

S E X T V M, ex Leone II. qui in epistola ad eundem Imperatorem, quæ habetur ad finem Concilij, eundem Honorium execratur, tanquam qui sedem Apostolicam sua hæresi contaminauerit.

S E P T I M V M, ex variis scriptoribus Græcis & Latinis, qui Honorium fuisse hæreticum testantur. Id enim asserit Tharastus Episcopus Constantinopolitanus, in epistola ad Patriarchas, quæ habetur in VI. Synodo, act. 3. Item Theodorus Episcopus Hierosolyma, in epist. Synodica, quæ habetur in eadem VII. Synodo, act. 3. Item Epiphanius Diaconus Catholicus, in disputatione cum Gregorio hæretico, quæ habetur in 6. act. VII. Synodi, tom. 2. Pellus in carmine de septem Synodis. Beda

de

de sex ætatibus, in vita Constantini IV. Imperatoris, & liber Pontificalis in vita Leonis II.

At pro Honorio scripserunt Albertus Piglius lib. 4. Hierarchiæ Ecclesiasticæ, c. 8. Hosius lib. 2. contra Brentium, & Ioannes à Louanio in libro de perpetua cathedræ Petri protectione & firmitate, c. II. & Onofrius in annotatione ad Platinam in vita Honorij, quorum rationes multò sunt efficaciores, quàm aduersariorum, vt patebit in solutione argumentorum.

Ad primum ergo respondeo dupliciter. Primò, fortasse illas epistolas esse confictas, & insertas Concilio generali ab hæreticis; quod enim hoc non temerè dicatur, patet ex eo, quod constat in V. Synodo, fuisse à similibus hæreticis insertas epistolas fictitias Vigiliij Papæ Romani, & Mennæ Patriarchæ Constantinopolitani. Id quod deprehensum fuit in VI. Synodo, actione 12. & 14. dum relegerentur acta V. Synodi. Sunt enim inuenti tres quateriones ab hæreticis inserti, & in iis istæ epistolæ. Quid ergo mirum, si iidem artifices idem fecerint in VI. Synodo?

Secundo dico, in epistolis istis Honorij nullum contineri errorem. Honorius enim in his epistolis confitetur, quod ad rem attinet, duas in Christo voluntates & operationes: & solum prohibet nomina vnus vel duarum voluntatum, quæ tunc erant inaudita, idque prudentissimo consilio. Quod rem ipsam confiteatur, patet ex illis verbis secundæ epistolæ: *Præsertim naturas in vno Christo, vnitatem naturalem copulatas cum alterius communionem operantes, atque operantes confiteri debemus. Et diuinam quidem, quæ Dei sunt, operantem: & humanam, quæ carnis sunt, exequentem, non diuine, neque confusæ, aut conuertibiliter Dei naturam in hominem, nec humanam in Deum conuersam edocentes, sed naturarum differentias integras consistentes, &c.* Hæc confessio Catholicissima est, & Monothelitarum hæresim penitus destruens.

Quo d autem Honorius prudentissimo consilio prohibuerit nomina vnus, vel duarum operationum, probatur. Nam tunc initium erat huius hæresis, nec ab Ecclesia aliquid de his nominibus erat definitum. Tunc enim primum Cyrus Alexandrinus cœperat prædicare vnam in Christo operationem: è contrario verò Sophronius Hierosolymitanus opponens se Cyro, sollicitabat in Christo duas operationes. Retulit Cyrus hanc contentionem ad Sergium Constantinopolitanum, & vterque ad Honorium Romanum. Honorius igitur metuens, id quod postea euenit, ne ista contentio in graue aliquod schisma cresceret, & simul videns, sine his vocabulis posse fidem esse saluam, voluit conciliare vtramque opinionem, & simul tollere de medio scandali & contentionis materiam. Itaque scripsit in epistola prima, idè debere abstineri à vocabulo vnus operationis, ne videamur cum Eutychanis vnam naturam ponere in Christo: & rursum à duarum operationum vocabulo, ne videamur cum Nestorio duas personas ponere: Ne, inquit, aut duarum operationum vocabulo offensi, Nestorianos sectantes nos vesana sapere arbitrentur: aut certè si rursum vnam operationem fatendam esse censuerimus, stultam Eutychanistarum attonitis auribus demeritam fatentur putemur.

Deinde in epist. 2. docens modum loquendi, & concilians opiniones: *Auferentes ergo, inquit, scandalum nouellæ adinventionis, non nos oportet vnam vel duas operationes desinientes prædicare: sed pro vna, quam quidam dicunt, operatione, oportet nos vnum operantem Christum Dominum in vniuersis naturis veridicè confiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis vocabulo, ipsas potius duas naturas, id est, diuinitatis, & carnis assumptas in vna persona vniuersi Filij Dei Patris inconfusè, indiuisè, atque inconuertibiliter nobiscum prædicare propria operantes.* Hæc ibi: quæ certè non nisi lauda-

ri possunt.

At paulò infra apertè prædicat vnam tantum voluntatem his verbis: *Vnde & vnam voluntatem fatemur Domini nostri Iesu Christi.*

Respondeo, eo loco Honorium loquutum esse solum de humana natura, ac dicere voluisse, non fuisse in homine Christo duas pugnantis voluntates, vnam carnis, alteram spiritus, sed vnam tantum, nimirum spiritus. Caro enim in Christo nihil absolutè appetebat contra rationem. Hanc autem esse mentem Honorij, planum est ex ratione, quæ reddidit. Sic enim ait: *Vnde & vnam voluntatem fatemur Domini nostri Iesu Christi, quia profectò à Diuinitate assumpta est nostri natura, non culpa: illa profectò, quæ ante peccatum creata est, non quæ post præuersionem vitiosa.* Hæc ratio nulla est, si adferatur ad probandum in Christo Deo & homine vnam tantum esse voluntatem: efficacissima autem est, si inde probandum sit, non fuisse in Christo homine contrarias voluntates carnis & spiritus. Illa enim contrarietas ex peccato nata est, Christus autem sine peccato humanam habet naturam.

Deinde, quia poterat aliquis obiicere illa loca Euangelij: *Non veni facere voluntatem meam.* Et: *Non quod ego volo, sed quod tu, vbi videtur Christus, vt homo habuisse contrarias voluntates, nimirum vnam malam, qua volebat non pati, alteram bonam, qua volebat non impleri priorem illam voluntatem suam, sed impleri contrariam, quæ erat conformis Dei voluntati.* Responderet Honorius paulò infra: *Est, inquit, scriptum: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me, Patris, & non quod ego volo, sed quod tu vis pater, & alia huiusmodi. Non sunt hæc diuersa voluntatis, sed dispensationis humanitatis assumptæ. Ista enim propter nos dicta sunt, quibus dedit exemplum, vt sequamur vestigia eius, pius magister discipulos imbuens, vt non suam vnusquisque nostrum, sed potius Domini in omnibus præferat voluntatem, hoc est, non habuit Christus contrarias voluntates, ita vt opus illi fuerit, vnam vincere ac mortificare. Sed ita loquitur, ac si haberet contrarias voluntates, vt nos doceat mortificare propriam voluntatem, quæ sæpe aduersus Deum rebellare nititur.*

Et confirmatur testimonio grauitissimo sancti Maximi, qui tempore Honorij vixit. Is enim scripsit dialogum contra Pyrrhum Sergij successorem, qui adhuc est in Bibliotheca Vaticana. In eo dialogo introducit Pyrrhum hæreticum, proferentem pro se testimonium Honorij: deinde respondet ipse, Honorium semper fuisse Catholicum, & probat cum aliunde, tum ex testimonio Secretarij ipsius Honorij, qui epistolas illas scripserat ab Honorio dictatas, quem Secretarium tunc adhuc superstitem fuisse dicit. Testabatur autem Secretarius mentem Honorij non fuisse vnquam, negandi duas in Christo voluntates, et si quando videtur duas negare, id esse intelligendum de duabus contrariis & pugnantibus, in eadem humana natura, quæ in nobis ex peccato inueniuntur, quod in Christo non fuit. Sed ipsa verba sancti Maximi adscribamus.

Pyrrhus. Quid tu habes quod respondeas de Honorio, qui literis suis, quas ad Sergium superioribus temporibus scripsit, vnicam planè voluntatem Domini nostri Iesu Christi professus est? Maximus. Vra harum literarum verior, certiorque interpretatio habenda est, eiusne scriba, qui nonnisi Honorij illas scripsit, præsertim cum idem adhuc superstes sit, omni que virtutis splendore, & religionis disciplina, totius Occidentis partes ornari: an Constantinopolitanorum ciuium, qui nihil, nisi quod ipsi libet, loquuntur? Tyrribus. Verior eius qui scripsit, Maximus. At is ad Imperatorem Constantinum sic de illa epistola, iussu Ioannis Pontificis, scripsit. Sanè quòd vnam Domini nostri voluntatem diximus, non est accipiendum, quasi de duabus diuina & humane

nature

nature dictè voluntatibus, sed humana tantum. Cum enim Sergius scripsit, prædicare quosdam duas esse Christi voluntates contrarias: nos respicimus, Christum duas voluntates contrarias non habere.

Denique, cum in tota epistola Honorius contendat, non esse dicendam in Christo Deo & homine vnam, nec duas voluntates, quomodo ipse sui oblitus tam apertè vnam fateretur? non igitur vnam esse dixit, Dei & hominis: sed vnam solius hominis, vt & verba sequentia, & Secretarius, testantur. Habemus igitur, in ipsis epistolis nullum esse errorem.

Ad secundum dico, sine dubio Honorij nomen inter eos, qui damnantur à VI. Synodo, insertum esse ab æmulis Romanæ Ecclesiæ, & similiter quidquid aliud ibi dicitur contra Honorium. Hoc probo, primò, quia hoc testatur Anastasius Bibliothecarius in historia sua ex Theophane Isauro Græco.

Secundo, quia erat consuetudo Græcorum ferè ordinaria, corrumpendi librum. Nam (vt diximus) in hac ipsa VI. Synodo, act. 12. & 14. deprehenderunt plurimas corruptiones ab hæreticis factas in V. Concilio. Et Leo in epist. 83. ad Palæstinum, conqueritur de Græcis, quòd epistolam suam ad Flavianum, que adhuc viuente, corruperint. Gregorius lib. 5. epist. 14. ad Narsem, asserit, Constantinopolitanos corrupisse Synodum Chalcedonensem, & idem se suspicari de Ephesina. Et addit, codices Romanorum longè esse veraciores, quàm Græcorum: *Quoniam, inquit, Romani sicut non acumina, ita nec imposturas habent.*

Denique, Nicolaus I. in ep. ad Michaëlem, remittens Imperatorem ad epist. Adriani I. si tamen, inquit, non falsata more Græcorum, sed sicut à sede Apostolica missa est, penes Ecclesiam Constantinopolitanam, hæcenus conseruatur. Nec sine causa hoc dixit, nam quæ ipse allegat in epist. ad Phorium, ex epist. Adriani ad Tharasium, non habentur in illa ipsa epistola, vt legitur in VII. Synodo. Detraherunt enim Græci eum locum, quia contra honorem Tharasi faciebat. Si ergo corruperunt Græci III. IV. V. & VII. Synodum, quid mirum si etiam VI. corruperint? Præsertim cum constet paulò post VI. Synodum conclusam, iterum ascendisse Constantinopolim multos Episcopos, & edidisse Trullanos canones, quorum Episcoporum non alius scopus videtur fuisse, quàm taxandi & reprehendendi Romanam Ecclesiam.

Tertio, quia non poterat Concilium damnare Honorium tanquam hæreticum, nisi pugnaret cum epistola S. Agathonis, immò etiam secum, & planè contradictoria assereret. Nam Agatho Papa in epist. 1. ad Imperatorem, quæ lecta est in ipso Concilio, sessio. 4. sic ait: *Hæc est verè fidei regula, quæ & in prosperis, & in aduersis viuaciter tenet, atque defendit hæc spiritualis mater vestri tranquillissimi imperij, Apostolica Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramine Apostolicæ traditionis nunquam errasse probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit: sed, vt ab exordio fidei Christiana percepit ab autoribus suis Apostolorum Christi Principibus, illibata sine tenus permanet, secundum ipsius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, quam suorum discipulorum Principi in sacris Euangelij factus est, Petre, Petre, inquit, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra tranquilla clementia, quoniam Dominus & Saluator omnium, cuius fides est, qui fidem Petri non defecit, etiam promissit, confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis prædecessores fecisse semper, cunctis est agniti.*

Vbi nota, Agathonem non solum dicere fidem in sede Petri non defecisse, nec posse deficere, & proinde non posse Pontificem, vt Pontificem, aliquid contra

fidem decernere: sed etiam omnes suos prædecessores, quorum vnus est Honorius, semper restitisse hæresibus, & confirmasse fratres in vera fide. Et infra, posteaquam enumerauerat Agatho hæreticos Monothelitas, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, & Theodorum, ait: *Eximenda proinde, ac senis cunctibus liberanda est sancta Dei Ecclesia de talium Doctorum erroribus, vt Evangelicam atque Apostolicam Orthodoxæ fidei rectitudinem, quæ fundata est super firmam petri am huius beati Petri Apostolorum Principis Ecclesiæ, quæ eius gratia atque presidio ab omni errore illibata permanet, omnis Præsulum numerus, Cleri, ac populorum nobiscum conuiscatur, ac prædicet.* Hæc epistola à toto Concilio probata est, act. 8. & act. 18. vbi dicunt Patres, non tam Agathonem, quàm D. Petrum per Agathonem loquutum.

Ex his ergo sic arguuntur: Si Honorius fuit hæreticus Monothelita, qua fronte Agatho de hac ipsa hæresi disputans, scribit, nullum suorum prædecessorum vnquam errasse, & cum Ecclesiæ cæteræ erroribus suorum Præsulum maculate fuerint, solam Romanam permansisse illibatam?

Deinde, si Concilium fatetur, Petrum per Agathonem loquutum, ac dixisse, Romanos Pontifices semper confirmasse fratres suos in fide, & hæresibus nunquam succubuisse, qua temeritate idem Concilium in singulis ferè actionibus dicit anathema Honorio hæretico? Ergo necesse est, vel Concilium esse falsatum, vel epistolam Agathonis: vel Concilium secum, & cum Agathone pugnarè: sed hoc vltimum nemo vnquam asseruit, ne hæretici quidem: de secundo non fuit vnquam vlla suspicio, ergo necesse est tenere primum.

Ad hoc argumentum Nilus respondere conatur, sed frustra. Fortè, inquit, Agatho motus est, tum eo quòd ratio questionis tunc id postulauit, sicut sape fit, vt ita scriberet: *tum quòd reuera variis illa Ecclesia à vero aberrauerit.* Hæc ille.

At postulabat quidem ratio questionis, vt de sua auctoritate, & suorum prædecessorum laudibus aliquid diceret Agatho: sed num postulabat, vt impudentissimè mentiretur? Et nunquid non erat impudentissimum mendacium, quod ait Agatho, omnes suos prædecessores semper hæreticis restitisse, si Honorius illa ipsa hæresis, de qua tunc loquebatur, contaminatus fuerat? Nec satis est, variis errasse Romanam Ecclesiam, vt verè dici possit, nunquam errasse. Sed audiamus cætera: *Alioquin, inquit Nilus, si sic simpliciter, ac sine omni exceptione verè esset (nullum Romanorum Pontificum errasse) quomodo illud dictum constaret: Omnes declinauerunt, ac noxam faciunt: non est qui bonum faciat, non est vsque ad vnus.*

Gregoriam sanè rationem, quasi David de fide, & non de moribus loquatur. Non ait Psalmus: Non est qui bene credat, sed: *Non est qui faciat bonum: Nam in multis offendimus omnes,* ait Iacobus. Alioquin, si de fide ageretur, oporteret etiam Paulum, & Ioannem, & omnes Apostolos errare potuisse, etiam post acceptum Spiritum sanctum.

Pergit Nilus. Posset & illud hic restè dici, *Agathonem de præteritis temporibus esse loquutum, quòd in illa Romana Ecclesia non errauerit: non de futuris, quòd cum vnquam errare sit impossibile.* At Honorius, bone Nile, in præteritis temporibus fuerat. Præcessit enim multis annis Agathonem: & deinde Agatho nonne de futuro ait, fidem in sede Petri nunquam defecituram?

Ad id postremò Nilus: *Certè ante VI. Synodum ea Agatho scripsit, nec ea tunc adhuc satis cognorat, de quibus VI. legit Synodus: Nam valde quoque mirum esset, si sancta illa Synodus ea perspexisset, quæ vnus solus vir non satis cernere potuisset.* Hæc ille.

At si ita est, errauit igitur Agatho ex ignorantia. Cur ergo tota Synodus act. 8. & 18. illam epistolam approbat,

vt

ve à sancto Petro scriptam? Quid hoc est aliud, quàm dicere, tãram Synodum aut errorem approbasse, aut ipsam secum aperte pugnasse? ut illud omitam, nulli omnino melius cognita fuisse Honorij dogmata quàm Agathoni, cum illa ipsa causa ab Ioanne I V. Theodoro, Martino, aliisque prædecessoribus Agathonis, & Honorij successoribus sæpius examinata fuisset.

Q V A R T O, probatur ex epistola Nicolai ad Michaelem, ubi Nicolaus de Romanis Pontificibus ait: *Hos enim nec tenuis saltim rumor aspersit, aliquando cum praua sapientibus sapere, quanto minus concertare.* Hæc ille. At quomodo hoc verum est, si in publico, celeberrimo, frequentissimo generali Concilio sæpius acclamatum est, Honorio hæretico anathema?

Q V I N T O probatur, quia vel necesse est dicere Concilium hoc, ubi Honorium damnat, deprauatum fuisse ab æmulis, vel oportet asserere, hoc idem Concilium intolerabili errore, & impudentia laborasse: at hoc secundum ne hæretici quidem vnquam dixerunt: ergo dicendum est illud primum. Non potuisse autem Concilium sine intolerabili impudentia & errore, damnare Honorium pro hæretico, inde constat, quòd non habuit Concilium vllum indicium hæresis Honorij, nisi ex epistolis eius ad Sergium, ubi Honorius prohibet dici vnam vel duas in Christo operationes.

A T epistolæ illæ clarissimè testantur, Honorium sensisse, & docuisse, duas esse in Christo operationes, & solum voluisse abstinere à nominibus illis, Vnius, vel, Duarum, ad scandalum tollendum, & contentionem sedandam. Non potest autem damnari pro hæretico, qui rem ipsam confiteretur, licet nomen iusta de causa arbitretur tacendum, præsertim ante definitionem Ecclesiæ. Alioqui B. Hieronymus posset iam damnari pro hæretico, quia in epistola ad Damasum censuit, non esse dicendas in Deo tres hypostases, cuius contrarium postea non semel Ecclesiæ definiuit.

A C C E D A T postremo, quòd in Concilio Romano frequentissimo, quòd celebratum est à S. Martino I. Papa & Martyre, ante sextam Synodum, de hac ipsa causa Monothelitatum, damnati sunt nominatim Sergius, Cyrus, Pyrrhus, & Paulus; Honorij autem nulla mentio facta est. Nec potest hoc tribui acceptioni personarum, cum essent illi Episcopi sanctissimi viri, & præcipue S. Martinus, qui Concilio præsidebat: multò minus tribui potest ignorantia aut obliuioni. Quis enim melius nouit res gestas Pontificum, quàm eorum successores? Si igitur Romana Synodus non damnauit Honorium, quæ habuit autographa epistolarum eius, & testes viros verborum & factorum ipsius, quomodo credibile est, sextam Synodum id facturam fuisse ex solis epistolis?

Q V O D si aliquis adhuc non possit adduci, vt credat, corruptam esse V I. Synodum: is accipiat alteram solutionem, quæ est Ioannis à Turrecremata, lib. 2. de Ecclesiâ, c. 93, qui docet, Patres V I. Synodi damnasse quidem Honorium, sed ex falsa informatione, ac proinde in eo iudicio errasse. Quamuis enim generale Concilium legitimum non possit errare, vt neque errauit hoc sextum in dogmatibus fidei definiendis: tamen errare potest in questionibus de facto. Itaque tutò dicere possumus, hos Patres deceptos ex falsis rumoribus, & non intellectis Honorij epistolis, immeritò cum hæreticis connumerasse Honorium.

D I C E S, ergone tu melius Honorij epistolas intelligis, quàm intellexerint tot Patres? Respondeo, non quidem à me, sed à Ioanne I V. Martino I. Agathone, & Nicolao I. summis Pontificibus, & à toto Concilio Romano sub Martino congregato, eas epistolas melius esse intellectas, quàm à Græcis in Concilio sexto.

C V R igitur, inquit, legati Agathonis non reclamauerunt, cum Honorius damnaretur? Respondeo, id factum

A esse ad euitandum maius malum. Verebantur enim legati, si reclamarent, ne impediretur definitio rectæ fidei, & non posset tolli schisma, quòd annis L X. iam durauerat. nam damnabantur in eo Concilio Patriarchæ multi Constantinopolitani, Alexandrini, & Antiocheni, quorum successores non facillè acquiescissent, nisi etiam Honorius damnaretur, qui vnà cum illis accusatus fuerat. Atque hæc de secundo argumento.

A D tertium respondeo, Patres septimæ Synodi sequutos esse Synodum sextam, & solum repetiuisse quòd in ea legerant. Proinde deceptos fuisse ex sexta Synodo, quæ vel corrupta erat, vel per errorem Honorium damnauerat.

A D quartum respondeo, Adrianum cū Synodo Romana non aperte dicere, Honorium fuisse hæreticum: sed solum, dictum ei fuisse anathema ab Orientalibus, quia de hæresi fuerat accusatus. Vbi videtur Adrianum idcirco dixisse ab Orientalibus anathematizatum Honorium fuisse, quia sciebat, ab Occidentalibus, id est, à Concilio S. Martini non fuisse anathematizatum. Addidit autem Adrianus, etiam in causa Honorij non fuisse auctores Orientales sententiam dicere in Honorium, nisi Romanæ sedis consensus præcessisset: quia sciebat legatos Agathonis consensisse in damnationem Honorij, atque hæc quidem dicimus, si defendantur acta sextæ Synodi, tanquam integra. nam si dicamus esse corrupta, respondendum erit, Adrianum deceptum fuisse ex deprauatis illis actis sextæ Synodi.

D I C E S: At certè crediderunt ista Concilia Papam errare posse, cum Honorium hæreticum fuisse crediderint. Respondeo, credidisse solum eos Patres, Papam errare posse, vt priuatum hominem, quæ est opinio probabilis, quamuis contraria videatur nobis probabilior: id enim est de quo accusatur Honorius, quòd priuatis literis hæresim fouerit.

A D quintum dico, Canum his errare in hoc argumento. Primum, cum ait Agathonem anathema dixisse Honorio, nusquam enim in epistolis Agathonis inuenitur. Sed Canus deceptus videtur ex summa Conciliorum. nam auctor summæ Conciliorum contra fidem ipsarum epistolarum, quæ habentur integræ in Conciliorum tomo 2. addidit nomen Honorij. Deinde cum ait, hanc epistolam Agathonis scriptam esse ad Concilium sextum. Non enim ad Concilium, sed ad Imperatorem scriptæ sunt ambæ Agathonis epistolæ.

A D sextum dico, epistolam Leonis ab iisdem esse corruptam, à quibus corrupta est sexta Synodus. Siquidem epistola illa pars quædam Concilij censetur, & cum ipso Concilio circumfertur. Vel certè Leo sequutus est iudicium legatorum Agathonis, ne disturbaret negotium iam confectum. Sed non tenemur nos magis vnum Leonem sequi, quàm tot alios summos Pontifices, præsertim in questione de facto, quæ ad fidem non pertinet.

A D septimum, obiciunt auctores auctoribus, plures paucioribus, & antiquiores recentioribus. nam imprimis S. Maximus, qui tempore Honorij vixit, in Dialogo contra Pyrrhum, Theophanes Iaurus in historia, quam citat Onuphrius & Emanuel Callea in libro, quem scripsit pro Latinis contra Græcos, Honorium semper Catholicum fuisse testantur.

D E I N D E Photius etiam Græcus, & Romanæ Ecclesiæ infestus in libello de septem Synodis, ubi ad V I. Synodum venit, dicit damnatos fuisse, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum: at de Honorio nihil dicit tale. Similiter Zonaras in vita Constantini I V. referens nomina damnatorum in V I. Synodo, Honorium omitit. Quòd idem facit Paulus Diaconus in vita eiusdem Constantini I V.

D E N I Q U E historici Latini ferè omnes, vt Beda, Anastasius Bibliothecarius, Blondus lib. 9. decadis primæ,

Nau

Nauclerus, Sabellicus, Platina, & alij Honorium Catholicum, & sanctum Pontificem faciunt. Addidi etiam Bedam, etiam si Canus nolit. Nihil enim dubito, quin idem senserit, etsi in eius libro de sex ætatibus irrepperit nomen Honorij inter eos, qui recensentur damnati in V I. Synodò. Videtur enim aliquis sciolus addidisse nomen Honorij in libro Bedæ, eo quòd in V I. Synodo vbiq; inueniatur, cum nominibus Cyri, Sergij, &c. Nam quòd Beda Honorium pro viro sancto habuerit, etiam post eius mortem, patet tum ex lib. 2. histo. Anglorum, cap. 17. 18. 19. vbi sæpius tanquam de optimo pastore de Honorio loquitur: tum ex vita S. Bertolfi Abbatis, vbi nunc beatum, nunc S. Honorium vocat, & inter alia sic ait, *Erant, inquit, venerabilis præsul Honorius sagax animo, vigens consilio, doctrina clarus; dulcedine & humilitate pollens.* Et infra: *Præbuit optatum munus S. Papa patri memorato Bertolfo, privilegia scilicet sedis Apostolicæ, quatenus nullus Episcoporum in præfato cænobio quolibet iure dominari conaretur.* Hæc Beda de Honorio, quæ certè non diceret, si eum pro damnato hæretico habuisset, vt aduersarij volunt.

C A P V T XII.

De aliis septem Pontificibus.

V I C E S I M V S Q V A R T V S Romanus Pontifex inter eos, qui errasse dicuntur, est S. Martinus I. quem accusant Magdeburgenses cent. 7. c. 20. quòd in epist. ad Amandum docuerit, non esse dandam veniam Presbyteris, vel Diaconis post ordinationem suam peccantibus, quæ videtur esse species quædam Nouatianismi.

R E S P O N D E O, Martinus non loquitur de venia peccatorum, sed de restitutione ad sacra ministeria. Vult enim Presbyteros & Diaconos grauiter peccantes deponi à gradu suo, ac si resipuerint, & veniam petierint, absolui quidem à peccatis, sed nunquam restitui in suos gradus: quòd idem omnes veteres docent.

V I C E S I M V S Q V I N T V S est Gregorius III. quem Magdeburg. cent. 8. cap. 10. in vita ipsius accusant. Primum, quòd in epistola ad Bonifacium iusserit iterum consecrari ordinaros ab aliis, quàm ab iis quos Romanus Pontifex miserat. Sed hoc est apertum mendacium. Gregorius enim solum iubet iterum consecrari ordinaros à non veris Episcopis.

S E C V N D O, eundem accusant, quòd in alia epistola ad Bonifacium permiserit viro ducere aliam vxorem, si propter morbum aliquem propria vxor debitum ei coniugale reddere non valeat: quòd est expressè contra Euangelium. Vt etiam annotauit Gratian. 32. q. 7. can. Quòd proposuisti. Eiusdem erroris accusatur à nonnullis Gregorius I. propter epistolam eius ad Augustinum Anglorum Episcopum, in quo similia verba reperiuntur.

R E S P O N D E O, imprimis mirandum esse, cur hoc habent Lutherani pro errore, cum id etiam Lutherus docuerit, teste Ioanne Cochleò in septicipite, capite de matrimonio. Deinde dico, Gregorium non loqui de quacunque imbecillitate, sed de impotentia perpetua & naturali, per quam est inepta ad coniugium mulier. talia enim coniugia si ex errore contracta sint, censentur non esse coniugia, & Ecclesiæ iudicio soluuntur, vt habemus in decretalibus titul. de frigidis, cap. ex literis. ita responderet glossa in 20. dist. can. de libellis.

S E D contra hoc est, quòd Gregorius videtur iudicare primum fuisse verum matrimonium, & non tam soluendum, quàm ei secundum superaddendum. Scribit enim non debere virum à priore vxore subsidium auferre, id est, debere eam adhuc vt vxorè alere, & sustentare. Ideò posset etiam dici cum eadem glossa in 32. q. 7. can. proposuisti, Pontificem loqui de quacunque infirmitate, sed non concedere aliud coniugium tanquam iustum, sed tanquam minus malum. Minus enim malum

A videtur, vt aliquis vnam tantum concubinam habeat, quàm vt cum multis passim scortetur. Vel certè Pontificem ex ignorantia lapsum esse. Quòd posse Pontificibus accidere non negamus, cum non definiunt aliquid tanquam de fide, sed solum opinionem suam aliis declarant, vt hoc loco videtur Gregorius fecisse.

N E Q U E potest dici hunc Gregorij errorem esse manifestam hæresim contra Euangelium. Nam non docuit Gregorius, posse dimitti vxorem, & aliam duci, quòd est expressè contra Euangelium, & ius naturæ, sed docuit posse in quodam casu, cum licentia vxoris, duci à viro alteram vxorem, ita vt vnus duas habeat, sicut Abraham. Quòd quidem est falsum & definitum in Concilio Tridentino sess. 24. can. 2. sed non videtur fuisse tunc exploratus error, cum videamus B. Augustinum dubitauisse lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 29. an liceat vxori de licentia viri misceri alteri viro.

B E S T autem notandum, hanc sententiam non esse Gregorij I. sed solum huius Gregorij III. Nam epist. illa ad Augustinum est vna, & eadem cum ista ad Bonifacium, quam certum est esse Gregorij III. vnde non inuenitur inter opera B. Gregorij, sed solum in tomis Conciliorum. Vbi etiam Concilium Romanum de gradibus prohibitis circa matrimonium, tribuitur Gregorio I. & III. cum tamen reuera non possit esse nisi Gregorij III. vt patet ex Imperatoribus, qui nominantur in principio & fine Concilij.

V I C E S I M V S S E X T V S est Nicolaus I. quem nonnulli reprehendunt: quòd (vt refertur de consecr. dist. 4. canon. à quodam Iudæo) docuerit baptismum in nomine Christi collatum, sine expressione trium personarum, esse ratum. Id enim est contrarium non solum Euangelicæ institutioni, sed etiam aliorum Pontificum decretis, nimirum Pelagij, & Zachariæ, qui baptismum improbant eorum, qui tantum sunt baptizati in nomine Christi, & non expressè in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt patet in eadem dist. 4. can. multi, & can. in Synodo.

N E Q U E potest responderi, tempore Nicolai non fuisse adhuc definitum, an baptismus esset irritus, si conferretur in nomine Christi. Nam id fuerat definitum in Concilio Anglicano, à summo Pontifice Zacharia, qui Nicolaum præcessit, confirmato, vt patet ex canone, in Synodo, de consecr. d. 4.

R E S P O N D E O, Nicolaum non definiendo questionem de fide, illud dixisse, sed solum vt doctorem particularem exposuisse obiter opinionem suam. Nam quòd ille intendebat docere in illo canone, non erat de forma baptismi, sed tantum de ministro, de quo interrogatus fuerat. Itaque posteaquam responderat & definierat, baptismum esse ratum, etiam si à Iudæo, vel pagano detur, quæ erat præcipua quæstio, addidit obiter, baptismum esse ratum, siue in nomine trium personarum, siue in nomine solius Christi, detur. In quo sequutus est Ambrosij sententiam lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 3. vt ipse ibidem dicit. Quæ sententia falsa quidem est, meo iudicio, tamen non hæretica. Nam non inuenitur vlla certa definitio Ecclesiæ de hac re, & patrum sententiæ inueniuntur etiam variæ.

N E Q U E obstant canones illi Pelagij, & Zachariæ. Nam in primis Pelagius non definit quidquam, sed solum vt Doctor in epistola ad Gaudentium explicat opinionem suam. Zachariæ autem canon mihi valde suspectus est. Nam in primis Gratianus citat epistolam Zachariæ ad Bonifacium, cum hunc canonem ponit: at non inuenitur in epistolis Zachariæ ad Bonifacium, quæ existant in tomis Conciliorum, talis aliqua sententia.

D E I N D E Concilij illius Anglicani non meminit Beda in historia gentis suæ, vbi tamen aliorum Conciliorum Anglicanorum mentionem semper facit. Immo

ipse Beda contrariam sententiam sequitur. Nam in cap. 10. & c. approbat sententiam Ambrosij de baptismo in nomine Christi. Qui tamen nec potuit ignorare decreta Concilij Anglicani, si reuera fuit, cuius meminit Zacharias, cum ipse eodem tempore vixerit, & adhuc Zacharie superuixerit, nec vilo modo credibile sit, eum voluisse Concilio, in sua patria celebrato, & a sede Apostolica confirmato, contradicere.

ADMISSA autem auctoritate Concilij, & Zacharie, respondetur dupliciter. Primum cum Magistro in 4. d. 3. in illo concilio fuisse solum definitum, non esse ratum baptismum sine inuocatione trium diuinarum personarum. Non autem esse definitum, an ille tres personarum implicite an explicitè nominari deberent: & proinde non pugnare istum canonem cum sententia Ambrosij, & Nicolai, qui docuerunt, sufficere implicitam nominationem trium personarum in vno Christi nomine. Ad què modum etiam istum canonem Concilij intellexit D. Bernardus in epist. 340. & Hugo de S. Victore: & omnes alij Doctores illius ætatis, qui non obstante canone Concilij Anglicani, docuerunt, baptismum in nomine Christi esse ratum.

SECUNDO dicit potest, Concilium Anglicanum non esse verè & propriè probatum ab Apostolica sede, & ideo non facere rem de fide. Zacharias enim laudauit quidem Concilium Anglicanum, & eius decreta citauit ad suum propositum, non tamen propriè vt Pontifex, & ex intentione confirmandi acta Concilij, illud probauit. Aliud enim est Pontificem serio confirmare decreta Conciliorum, aliud verò ad aliquod aliud propositum ea commendare.

VICESIMVS SEPTIMVS est Stephanus VI. cui adiungitur XXVIII. Sergius III. nam vt ex Platina & alijs constat, Stephanus Papa irritauit acta Formosi Papæ prædecessoris sui, & ordinatos ab illo iterum iussit ordinari. Proinde sentit sacramentum pendere à virtute ministri, qui est error in fide manifestus. Quocirca Ioannes IX. irritauit postea acta Stephani VI. & approbauit acta Formosi. Sed rursus paulò post Sergius III. iterum irritauit acta Formosi, & proinde etiam Ioannis, & approbauit acta Stephani.

EX HIS Pontificibus contrariis inter se, necessariò aliqui errant, vt obseruauit diligenter Magdeburgenses centur. 9. cap. 10. in vita Stephani VI. & cent. 10. cap. 10. in vita Ioannis IX. & Sergij III.

RESPONDEO, errasse Stephanum VI. & Sergium III. sed in questione facti, non iuris: & malo exemplo, non falsa doctrina. Hæc enim est historia: Formosus Cardinalis & Episcopus Portuenfis à Papa Ioanne VIII. depositus, ac degradatus, & ad sortem laicorum redactus ex vrbe discessit, & iurauit, nunquam se vel ad vrbem, vel ad Episcopatum rediturum. Paulò post mortuo Ioanne VI. I. successor eius Martinus II. absoluit Formosum à iuramento incautè prolato, & dignitati pristina restituit. Non diu post idem Formosus, Papa creatur, vixit annis quinque, & apponitur ad patres suos.

SUCCEdit Stephanus VI. qui magno odio in Formosum incensus, & vel nesciens, vel non credens eum à Martino Papa fuisse absolutum à iuramento, publicè in Concilio Episcoporum decernit, Formosum nunquam fuisse legitimum Pontificem, & ideo irrita esse debere omnia eius acta: & qui ab illo sacros ordines acceperat, coegit iterum ordinari, tanquam nihil ab illo accepissent.

DISPLICIT hoc factum omnibus, & ideo Pontifices tres ordine succedentes, Romanus I. Theodorus II. & præcipuè Ioannes IX. conuocato alio Concilio Episcopali iudicauerunt Formosum verum Pontificem fuisse, & Stephani VI. sententiam irritauerunt.

SUCCESSIT postea Sergius III. & in omnibus Stephanum VI. imitatus est: præcipua ergo quæstio fuit,

an Formosus fuisse Papa legitimus, nec ne: in quilibet quæstionibus non negamus posse errare Pontifices, & de facto errasse Stephanum & Sergium.

SED obiciunt, Stephanus & Sergius non solum iudicauerunt, Formosum non fuisse verum Pontificem, sed etiam ordines sacros, quos ille contulerat, non fuisse ratos: qui est error manifestus contra fidem. Nam etsi Formosus non fuisse Papa, & semper mansisset depositus, & degradatus, tamen quia aliquando verus Episcopus fuerat, & erat quoad characterem: & ordinis potestatem, quæ non potest vilo modo auferri, error in fide est dicere, ordines sacros ab illo collatos, non fuisse veros ordines sacros.

RESPONDEO, Stephanum & Sergium non edidisse aliquod decretum, quo decernerent ordinatos ab Episcopo degradato, vel nominatim à Formoso degradato, esse iterum ordinandos: sed solum de facto iussisse iterum eos ordinari. Quæ iussio non ex ignorantia aut hæresi, sed ex odio in Formosum procedebat. Notat enim Sigebertus in Chronico anni DCCCIII. Stephanum VI. reclamantibus penè omnibus per vim exordinaisse à Formoso ordinatos.

VICESIMVS NONVS est Ioannes XIII. siue, vt alij dicunt, XIII. quem Magdeburgenses cent. 10. cap. 6. col. 294. accusant horrendi erroris, & sacrilegij, quòd contra Christi institutionem cœperit baptizare campanas: quòd etiam frequenter alij heretici nobis obiciunt. Mirum verò est, cur non etiam dicant campanas à nobis antea catechizari, & instrui, vt possint fidei Symbolum resonare.

VEL igitur rem ipsam, vel nomen baptismi campanarum reprehendunt. Si rem, apertè decipiuntur, vel mentiuntur: non enim campanas reuera baptizantur, sed solum benedicuntur, & dedicantur diuino cultui, eodem modo, quo templa, altaria, calices, & alia sacra vasa: vt patet ex Pontificali, vbi habetur benedictio campanarum, & nulla fit mentio vsquam baptismi, neque dicitur. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Sed solum funduntur preces ad Deum, vt in alijs benedictionibus.

SI nomen reprehendunt, sciant nomen baptismi non à Pontificibus, sed à vulgo, & quidem metaphoricè accommodatum campanarum benedictioni, quia nimirum vident campanas aqua benedicta aspergi, & eis nomina interdum imponi, vt distinguantur alij ab alijs.

TRICESIMVS est Syluester II. quem magum & necromanticum fuisse, & à diabolo discerptum in templo S. Crucis in Hierusalem, refert Martinus Polonus in Chronico, & ex eo Magdeburgens. cent. 10. cap. 10. & Tilmannus, lib. 1. cap. 9. de Ecclesia. Constat autem necromanticos vt plurimum esse infideles, & diabolum pro Deo colere.

RESPONDEO, sine dubio esse fabulas, quæ narrantur de magia, & morte Syluestri II. Nam nec vllus bonæ fidei auctor vetustus id pro certo affirmat, & extat adhuc in Ecclesia Lateranensi sepulchrum huius Pontificis, cum Epitaphio posito à Sergio III. Papa viro sancto, omnium scriptorum consensu, qui tantum quinque annis fuit posterior Syluestro: in quo Epitaphio laudatur Syluester tanquam optimus Pontifex.

OCCASIO fabulandi de magia huius Syluestri fuit, quia erat Syluester peritissimus geometriæ, de qua etiam libros scripsit: seculo autè illo, id est, nongentesimo, quo nullum fuit indoctus, & infelicis, qui Mathematicæ aut Philosophiæ operam daret, à vulgo magus putabatur. Vide Onuphrium in annotatione ad Latinam.

CAPVT XIII. De Gregorio VII.

TRICESIMVS PRIMVS, qui erroris arguitur ab aduersariis, est Gregorius Papa eius nominis septimus. Eum enim Magdeburgenses centur.



ii. cap. 10. reprehendunt vt hereticum, necromanticum, seditionum, simoniacum, adulterum, ac pessimum nõ solum omnium Pontificum, sed ferè omnium hominum. Et idcirco cum non Gregorium, vt vocabatur in Pontificatu, neque Hildebrandum, vt dicebatur ante Pontificatum, sed, Hellebrand, appellant, quod Germanicè inferni titionem significat.

EVNDEM Gregorium Theodorus Bibliander in Chronico vult esse ipsum Gog principem Magog: & omnes alij huius temporis heretici nullum Pontificem magis detestantur, quam istum, ac præsertim Tilmannus lib. 1. de Ecclesia, cap. 19. vbi apertissimè mentitur, ea quæ narrantur mala de Gregorio VII. haberi in libris Monachorum, Papæ quæ adulatorum, cum tamen & ipse Tilmannus, & Centuriatores nullum proferant testem, præter vnum qui fuit hostis iuratus Gregorij VII. omnia enim probant vnius Bennonis Cardinalis testimonio, qui illo tempore vixit, & vitam Gregorij VII. scriptam reliquit.

EGO autem huius Bennonis librum legens, & impudentissimorum mendaciorum plenissimè inueniens, alterum è duobus mihi persuasi, aut reuera nihil tale co tempore scripsisse Bennonem, sed aliquem Lutheranum esse huius libri auctorem, qui eum sub Bennonis titulo ediderit: aut certè Bennonem illum non tam scripsisse vitam Gregorij VII. quam sub nomine Gregorij VII. voluisse depingere ideam pessimi Pontificis, ad eum modum, quo Xenophon scripsit vitam Cyri Regis Persarum, qui non tam narrauit quid Cyrus egerit, quam quid agere debeat optimus princeps.

NON esse autem vllam fidem habendam huic Bennoni, perspicuum est ex eo quòd contrarium scribunt omnes alij auctores, qui illo ipso tempore aliquid de hac re ediderunt: quibus maior fides habenda est, quam Bennoni, tum quòd isti multi sint, ille vnus tantum, tum etiam quòd Benno fuerit Cardinalis non à vero Papa Gregorio VII. creatus, vt mentitur Bibliander in Chronico tabul. 13. qui Bennonem Gregorij Cardinalem, & ipsi Gregorio intimum fuisse dicit: sed ab Antipapa Clemente III. quem Imperator in odium Gregorij constituerat, vt patet ex libro Onuphrij de Pontificibus. Cum enim esset Cardinalis Antipapæ, non poterat bene loqui de vero Papa. Illi autem alij auctores neutri parti erant obstricti beneficio aliquo, & ideo rectius iudicabant. Esse autem contraria, quæ scribunt ceteri, iis quæ Benno scribit, facile demonstrari potest.

QUATVOR sunt ad quæ renocari possunt omnia, quæ scribit Benno. Primum est, Gregorium VII. per vim militarem, quam ipse sibi pecuniis comparauerat, inuasisse Pontificatum nullo Cardinalium subscribente, & sine vilo cleri, & populi consensu.

AT S. Anselmus Episcopus Lucensis, qui tunc viuèbat, in epistola ad Guibertum, qui in schismate fuit Antipapa dictus Clemens III. ita scribit: *Vt ergo, inquit, de B. Gregorio patre nostro dicam, quid de Cornelio scripsit B. Cyprianus: factus est Episcopus de Dei, & Christi eius indicio, de clericorum pene omnium, & vt verius dicam, omnino omnium testimonio, de plebis, que tunc aderat, suffragio, de sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Alexandri locus, id est, cum locus Petri, & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret, & c.* Hanc epistolam refert Abbas Vrspergensis in Chronico: & subiungit, istum Anselmum fuisse virum doctissimum, & sanctissimum, adeò vt viuus, & mortuus miraculis claruerit.

EXSTAT etiam apud Platinam forma electionis huius Pontificis in hæc verba: *Nos sancta Romana Ecclesia Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Presbyteri, presbiteribus Episcopis, Abbatibus, multi que tum Ecclesiastici, tum laici ordinis, eligimus hodie, X. Kalend. Maij in basilica san-*

cti Petri ad vincula, anno salutis M. LXXIII. in verum Christi vicarium Hildebrandum Archidiaconum, virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ, continentia, religionis, modestum, sobrium, continentem, & c. quæ forma diuina prouidentia conseruata videtur ad Bennonis mendacia coarguenda. Idem autem scribunt omnes alij auctores, quos infra citabimus.

DEINDE scribit Benno, Henricum III. infantem à Gregorio VII. excommunicatum, quod idem audent asserere Magdeburg. cent. 11. cap. 6. col. 264. At Stephanus Episcopus Halberstatis, vir sanctus & doctus, illo ipso tempore scripsit hæc verba in epist. ad Vvlarum Episcopum, teste Dodechino in additione ad Marianum Scotum, anno M. XC. & Trithemio in Chronico: *Audi, inquit, vera, non fucata: audi fortia, non facta: omnis qui dignitates spirituales diuendit: hereticus (simoniacus) est: Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Episcopatus, & Abbatias vendit. Etenim Constantiensem, Bambergensem, Moguntinensem, & plures alias, pro pecunia: Ratisponensem, Augustensem, & Strasburgensem, pro gladio: Abbatiam Fuldensem, pro adulterio: Monasterium verò Episcopatum, quod dicere & audire nefas est, pro sodomitica immunditia vendidit. Quæ si impudenter negare volueris, teste celo, teste terra, omnes etiam à furno redeuntes scio concludent hoc, dominus Henricus hereticus est. Pro quibus nefandis malis ab Apostolica sede excommunicatus, nec potestatem aliquam super nos, quia Catholicus sumus, potuerit exercere.* Hæc ille.

MARIANVS Scotus, qui ipso tempore Henrici IV. floruit, in Chronico anni M. LXXV. hæc, inquit, & similia mandata Henrici Regis flagitia videntes, & audientes fieri Catholici viri per id temporis in Ecclesia constituti, cum Propheta Helia zelo Domini zelantes pro domo Israel, directis Romam nuncijs ad Alexandrum Apostolicæ sedis antistitem, hæc ei, & alia quàm plurima, quæ in regno Teutonico, insipientibus simoniacis hereticis, Rege Henrico auctore & patrono, dicta & gesta sunt, tam literis, quam viva voce gemendo, ac dolens conquisi sunt.

ITEM Dodechinus Mariani continuator, anno M. C. VI. Henricum, inquit, hominem peruersum, & in isto iudicio ab Ecclesia celsum constat manifestè vendidit eum omnia spiritualia. Idem verò auctor anno M. XC. & M. XCIII. multa scelera horrenda prorsus Henrici IV. refert. S. quoque Anselmus Cantuariensis eiusdem temporis auctor in epistola ad Vvlarum quæ præcedit librum de azymo, Henricum IV. Neronis, Domitiani, & Diocletiani successorem vocat.

DEINQUE non pauca Henrici scelera refertur Lambertus Schaffnaburgensis, Abbas Vrspergensis in Chronico, Albertus Krantius lib. 5. Metropolis, & lib. 5. Saxoniarum, & Ioannes Auentinus lib. 5. annalium Boiorum: quibus auctoribus Magdeburgenses multum tribuere solent. Quid, quod Caluinus ipse idem fatetur: sic enim scribit lib. 4. instit. cap. 11. §. 13. Imperator Henricus eius nominis quartus, homo leuis & temerarius, nullius consilij, magnæ audaciæ, & vitæ dissolutæ, Episcopatus totius Germaniæ habebat in aula sua partim venales, partim prædæ expositos.

TERTIO scribit Benno, Gregorium Papam hereticum Berengarianum fuisse, hoc est, non certò credidisse in Eucharistia adesse verum Christi corpus. Sed certè nihil minus de hoc Pontifice dici potest. Nam (vt omittam quòd sanctus ab omnibus scriptoribus appellatur: quòd Leoni IX. & Nicolao II. qui Berengarium damnauerunt, semper communicauit, quòd nullus probatus auctor, ac ne Sigebertus quidem, qui parum ei fauif, tale aliquid asserere ausus est) hic ipse Gregor. in Concilio Turonensi tanquam legatus summi Pontificis præsidens eundem Berengarium confutauit. Sic enim Guimundus scribit lib. 3. de Eucharistia: *Ipsa (Ecclesia) per*

B. Leonem Papam hac Berengariana signenta mox in suo exortu damnauit. Deinde per hunc ipsum qui nunc praef. B. Gregorium Papam tunc Archidiaconum eiusdem Romane sedis in Concilio Turonensi conuicit: ipsi quoque Berengarium, ut videbatur, correptum, ac propria manus sacramento satisfaciendum, clementer suscepit. Reuersumque aliquando post ad uonitum suum, agente S. recordationis Nicolao Papa in generali Concilio, Romae iterum consultauit.

A C ne forte dicant, Gregorium, cum esset Archidiaconus, Catholicum fuisse, in Pontificatu uero haereticum factum, legatur Thomas Vvaldensis tomo 2. de Sacramentis, cap. 43. ubi recitat ad uerbum sententiam Gregorij huius Papae septimi, quam in Romano Concilio contra Berengarium tulit anno Pontificatus VI. ex qua luce clarius apparebit, mentum esse Bennonem.

QUARTO scribit Benno, Gregorium uirum deterrimum fuisse, simoniacum, magum, adulterum, homicidam, denique omnibus sceleribus coopertum: & historias quasdam narrat, quarum nulla exstant uestigia in bonis auctoribus, & eas tamen pro oraculis uendunt Illyricus, & Tilmannus.

A T contrarium scripserunt illo ipso tempore, & posterioribus seculis omnes ferè alij auctores. Ac, ut solum Germanos proferam, Trithemius in Chronico scribit hoc modo de conciliabulo Imperatoris: Ad hoc, inquit, concilium malignantium Gulielmus Abbas Hirsaugiensis uocatus, ire contempsit, quippe qui uicarium Christi sanctum & innocentem nouerat. Otho Frisingensis lib. 6. hist. cap. 32. Hildebrandus, inquit, semper in Ecclesiastico rigore constantissimus fuit. Et cap. 34. Forma, inquit, gregis factus quod uerbo docuit, exemplo demonstrauit, ac fortis per omnia athleta, murum se pro domo Domini ponere non timuit. Et cap. 36. Ecclesia tanto pastore, qui inter omnes sacerdotes, & Romanos Pontifices praecipui zeli & auctoritatis fuit orbata, dolorem non modicum habuit. Krantius in Metropoli lib. 5. cap. 20. Henricus IV. inquit, Ecclesiarum iura inuasit, Episcopos pro suo arbitrio instituens, destituitque summum Pontificem Gregorium VII. uirum sanctum infestatus est.

ABBAS Vrspergensis, non uidetur ausus fuisse nimis aperte Gregorium VII. laudare: tribus tamen in locis indicat sententiam suam. Primo, ubi uerbis clarissimi Henrici IV. vituperat: Anno, inquit, Domini M. LXXII. Henricus Rex adolescentiae usus libertate, Saxoniæ solum ex omni Romano Imperio cepit incolere, principes despiceret, nobiles opprimere, inferiores sustolleret: uenatu, lusu, ceterisque eiusmodi exercitiis, plusquam iustitiam faciendis, ut incusatus est, operam dare: Filias illustrium quibuslibet obscure natis coniugare, priuata praesidia, nimirum potentibus non satis fidens instituire. Et infra: Hic finis, hic interitus, haecque fors ultima Henrici, illo sub uocabulo, 4. Rom. Imperatoris, a suis appellati, a Catholicis uero, id est, cum suis B. Petro suisque successoribus fidem & obedientiam lege Christiana conseruantibus archipirata, simul & heresiarcha, nec non & apostata, persecutorque plus animarum, quam corporum, competentem dicebatur. Haec ille. Vbi dum Henricum ab adolescentia in tyrannidem declinasse docet, iustum Gregorij iudicium in eundem Regem fuisse demonstrat.

DEINDE infra, cum citasset uerba conciliabuli contra Gregorium, ac deinde defensionem S. Anselmi pro eodem Gregorio, ita subiungit Abbas, Hinc priori sententia ualde conuaria scripsit Anselmus Episcopus, uir literis apprime eruditus, ingenio acutissimus, facundia praecipuus: & quod omnibus maius est, in Dei timore, & sancta conuersatione nominatissimus, adeo ut tam in uita, quam post mortem referatur miraculis clarus. Haec ille. Qui certe dum anteponit Gregorij laudatorem reprehendentibus, mirum si non ipse etiam Gregorium tacite laudare uideatur.

DEINDE infra sic ait de successore Greg. VII. Desiderius Cardinalis Romanus, & Abbas Cassinensis uerus Christi famulus, haec multum corde simul & corpore reuerens, substituitur. Sed cum infirmitate graui laborans ad summum hunc apicem prouheretur, precibus obtinuit, ut infra non multos dies ex hac uita tolleretur. Quis autem dubitat hunc Desiderium, si uerus Christi famulus erat, non fuisse unquam approbatum causam Gregorij, nisi eam iustissimam esse cognouisset?

NAUCLERVS in Chronico, gener. 37. Vir, inquit, fuit Gregorius religiosus, timens Deum, in uirtute & aequitatis amator, in aduersis constans, qui propter Deum, in his quae ad iustitiam pertinebant, nihil timuisset perficere.

MARIANVS Scotus Fuldenis Monachus, qui tempore Gregorij VII. uixit, in Chronico anni M. LXXV. Gregorius, inquit, uerimoniae, & clamoribus Catholicorum iustis aduersus Henricum, & scelus eius immanitatem auditis, zelo Dei accensus, iam dictum Regem excommunicatum pronunciauit, maxime propter simoniam: quod factum Catholicis quidem uiris bene placuit, simoniacis uero ac fautoribus Regis nimium displicuit.

DODECHINVS Abbas continuator Mariani, anno M. LXXXV. Ipse, inquit, Vrbanus uenerabilis Papa Gregor. scripta & dicta contra schismaticos habita confirmauit. Et anno M. XC. beatæ memoriæ Papam, Gregorium nominat.

LAMBERTVS Schaffnaburgensis, qui eodem tempore uixit, in historia rerum Germanicarum: Hildebrandus, inquit, constantia, & inuictus aduersus auaritiam animus, omnia excluderat argumenta humana fallacia. Item: Signa, & prodigia, quae per orationes Gregorij Papae frequentius fiebant, & zelus eius feruentissimus pro Deo & Ecclesiasticis legibus satis eum contra uenenatas detractorum linguas commuebant. Item ibidem refert obitum Gulielmi Episcopi Traiectensis qui uia cum Bennone Gregorium oppugnauerat, Repente, inquit, grauissima agritudine correptus, miserabili uulatu coram omnibus ciferabatur, iusto Dei iudicio se & presentem uitam amisisse & aeternam, quod Regi ad omnia, quae perperam intendisset, operam suam summo animu praebisset, atque in spem gratiae eius, Romano Pontifici sanctissimo, & Apostolicarum uirtutum uero graues contumelias sciens & prudens innocenti irrogasset. Denique ibidem: Papa, inquit, ubi Missarum solennia celebrasset, proferens manu corpus Dominicæ ad Regem, palam ait. Ego iam pridem a te, tuisque fautoribus infimulor, sedem Apostolicam per simoniacam haeresim occupasse, & alius criminibus uitam maculasse. Quo igitur satisfactionis compendio, omnem omnibus scandali scriptulum austram, Deum precor, ut suo me hodie iudicio uel absoluat subiecti criminis suspitione, si innocens: uel subitanea morte interimat, si uerus. & mox partem Dominici corporis accepit, & comedit, qua liberrimè assumpta, cum populus innocentia Pontificis congratulatus in laudes Dei aliquandiu acclamasset, ad Regem conuersus, Fac, inquit, fili, si placet, quod me facere uidiisti. Rex post dilationem impetratam, recusauit modo se purgare, nec iniuria: ubi enim ad suos redierat, statim etiam ad ingenium rediit, nec prius quieuit, quam & B. Gregorium urbe expulisset, & Gilbertum Rauennatensem Episcopum eius loco supposuisset. Haec ille.

IOANNES Auentinus restat ex Germanis, qui hoc nostro seculo scripsit, & licet multa scribat in Gregorium nostrum ex auctore quodam sine nomine, ac propterea etiam sine auctoritate: tamen alicubi etiam ueritate uictus, Henricum reprehendit, & Gregorium laudat. Sic enim ait lib. 5. annalium Boiorum pagina 563. Henricum supra, amoribus, impudicitia, & adulterij flagra infamia, ne amici quidem negant. Et infra: Gregorium uirum sanctissimum per uicaciorum extitisse, Paulus Bernensis, qui eius uitam libris duobus complexus est, & reliqui eius partium accerrimi propugnatores produnt. Et infra

pag. 579. posteaquam descripsit crimina Gregorio ab aduersariis obiecta, ita subiungit, Aduersus hac Antonius Lucensis Episcopus (qui hymnos, & alia, quae de Seruato-ri nostri cruciatibus per scripta sunt, de Gregorio interpretatur) & Gulielmus Hirsumus, qui suam causam, seque iustos esse miraculis post mortem declararunt, pleraque scribere.

HABEMVS igitur innocentiam Gregorij probatam tripliciter, testimonio scriptorum, testimonio aduersarij morientis, & testimonio Dei à Pontifice inuocati. Vna solum superest calumnia Sieberti, qui in Chronico scribit, Gregorium VII. sensisse Presbyterum concubinarium, si forte sacrum facere uelit, non posse reuera consecrari, & idcirco interdixisse Christianis, ne concubinariorum Presbyterorum sacris interessent.

RESPONDEO, Siebertum fuisse ex sectatoribus Henrici IV. ut Trithemius refert in Catalogo scriptorū, & idcirco sensisse interpretatum interdixit Gregorij. Quid autem Gregorius iusserit, longè melius, & fidelius refert B. Anselmus Sieberto antiquior, & sanctior. Qui in epist. 8. ad Gulielmum Abbatem sic ait: De presbyteris, inquit, qui se aperte reprobos, & libidinis commercio Deo execrabiles exhibent, omnino tenendum est, quod Apostolica prouidentia Ecclesiastico iustoque rigore constituit, nempe nullatenus conueniunt, ut ibi reuerenter astant, ubi perinaciter aperta & impudenti libidine fetentes, Dei & Sanctorum prohibitionem contemnendo, sacris altaribus deseruiunt, immò non deseruiunt, sed quantum ad ipsos pertinet, turpiter commaculant. Non quo quis ea, quae tractant, contemnenda, sed ipsos potius tractantes execrandos existimet, ut qui Dei, & Angelorum praesentiam non reuerentur, uel hominum detestatione repulsi, sacra contaminare desistant. Haec ille. Qui rectissime decretum Gregorij tempore suo editum explicauit. Placet nunc Catalogum adscribere eorum auctorum, qui de Gregorio VII. honorifice scripserunt. Primum igitur ipsius Gregorij aetate scripti Leo Hostiensis circa annum M. LXXX. in lib. 3. historiae Cassinensis, multa de sanctitate huius Gregorij, in quibus etiam sunt caelestes reuelationes, & uisiones probatissimorum seruatorum Dei. Eodem tempore de Gregorio, ut sancto Pontifice, scripsit Marianus Scotus lib. 3. Chronici ab anno M. LXXV. usque ad annum M. LXXXIII. Item Lambertus Schaffnaburgensis in historia Germanica, non procul à fine. S. Anselmus Cantuariensis in epistola 8. & initio libri de azymo. S. Anselmus Lucensis in epist. ad Guibertum apud Abbatem Vrspergensem. Stephanus Halberstatensis in epist. ad Vvaltatum apud Dodechinum in addit. ad Marianum Scotum. Bernardus Corbeienis in Apologia pro Gregorio, teste Trithemio in Catalogo scriptorum. Guilmundus lib. 1. & 3. de Sacramento Eucharistiae. Denique Paulus Benriedentis, & Gerochus Reicherpergensis, quos pro Gregorio scripsisse, & propterea exilium passos, testatur Ioannes Auentinus lib. 5. annal. Boiorum. Hi igitur decem sancti & docti scriptores uidentem Gregorium defendebant: solus exstat ex scriptoribus illius aetatis Benno Pseudocardinalis, qui accuset.

DEINDE circa annum M. C. Siebertus in Chronico, etiam si Henrico Imperatori faueret, ut supra diximus, nullum tamen crimen Gregorio ascribere ausus est, eorum quae Benno & Centuriatores referunt, solum tribuit ei zelum inconsideratum, & errorem circa Sacramenti ministrum, à quo fati eum Anselmus purgauit. Porro idem Siebertus ibidem non tacet, pro Gregorio scripsisse Anselmum Lucensem, & huius Anselmi sanctitatem à Deo signis, & prodigijs demonstratam esse. Quod certe ad magnam Gregorij laudem pertinet. Non diu postea Gratianus circa annum M. C. L. decretum Gregorij retulit 15. q. 6. can. nos Sanctorum. Et pro Gregorio nostro egregie scripsit Otho Frisingensis, & generare, & eruditione, & uita probitate nobilissimus, lib. 6.

A histo. Itè Gulielmus Tyrius circa annum M. C. LXXX. libro 1. de bello sacro, cap. 13. & Gotfridus Viterbiensis in Chronico suo uniuersali, parte 17. Conradus Abbas Vrspergensis circa annum M. C. C. in Chronico, etsi nec aperte laudat, nec vituperat Gregorium, laudat tamen (ut diximus) occultius multis modis, nullo autem modo reprehendit. Eodem tempore Dodechinus in additione ad Marianum apertissime Gregorium laudat, & Henricum vituperat. Vincentius circa annum M. C. C. L. in speculo historiali lib. 25. cap. 44. miraculis, & dono prophetiae Gregorium VII. clariuise testatur. Et eundem cum honore citat sanctus Thomas 2. 2. quaest. 12. artic. 2. Martinus Polonus circa annum M. C. C. C. in uita eiusdem Gregorij. Et Ioannes Villanus lib. 4. historiae Florentinae, c. 21. Blondus circa annum M. C. C. C. decade secunda, lib. 3. Matthæus Palmerius in Chronico & Thomas Vvaldensis tomo 2. cap. 43. Sanctus Antonius circa annum M. C. C. C. L. secunda parte summae historialis titulo 16. cap. 1. §. 21. Platina in uita Gregorij, & Aeneas Syluius in compendio Blondi. Ioannes Trithemius circa annum M. D. in Chronico. Ioannes Nauclerus in Chronico gen. 37. Albertus Krantius lib. 5. Metropolis, & Sabellicus Enneade nona libro 3. & Volaterranus libro 22. Anthropologia, res gestas Gregorij, ut planè sanctissimi uiri, descripserunt. Qui sunt auctores triginta duo, quos uui Bennoni ad rerundendam Centuriatorum & Tilemanni impudentiam opponimus: necnon ad coarguendum Tilemanni mendacium, qui scribere ausus est, Gregorij VII. flagitia prodita esse in lucem à Monachis & adulatoribus Papae, cum nos contra ostenderimus, Gregorium ab omnibus laudari.

CAPVT XIII.

De ceteris Pontificibus, quibus error in fide falsò tribuitur.

TRICESIMVS SECVNDVS est Alexander III. qui capit. cum esses, de Testamentis, dicit esse alienum à diuina lege & Ecclesiae consuetudine, ut in testamentis requirantur plures tribus testibus, & ibidem sub poena excommunicationis praecipit, ne ullus rescindat Testamenta cum tribus testibus facta. At contrarium est in praxi totius orbis Christiani. Nec enim habentur rata Testamenta, nisi septem testibus adhibitis.

IDEM Alexander, capite licet, de sponsa duorum, dicit, quosdam suos praedecessores iudicauisse, matrimonium per uerba de presenti contractum, non tamen consummatum, posse dirimi per aliud matrimonium: se tamen contrarium sentire. Ex quo sequitur, uel Alexandrum, uel eius praedecessores errasse.

RESPONDEO ad primum cum glossa Canonistarum, Alexandrum non tradere eam legem nisi hominibus sibi subiectis in temporalibus, & spiritualibus, & proinde non derogare istum canonem legibus civilibus, nec praxi reliqui orbis Christiani. Vel si tradat legem omnibus Christianis, debere intelligi solum de causis pijs, de quibus Ecclesia iudicat: id est, uoluisse Pontificem, ut testamenta, non quidem omnia, sed illa solum, quae Ecclesiam, uel locum pium haeredem faciunt, ualeant, etiam si tribus tantum adhibitis testibus facta sint. Ad secundum dico, nec Alexandrum, nec eius praedecessores aliquid definiuisse, sed solum quid sentirent, explicuisse.

TRICESIMVS TERTIVS est Caecilius III. quem Alphonus de Castro lib. 1. de haeresibus cap. 4. affirmat, non posse ullo modo excusari ab haeresi, quod docuerit per haeresim ita matrimonium solui, ut liceat ei coniugium aliud inire, cuius prior coniugium in haeresim lapsus sit. tametsi enim nunc decretum hoc Caecilius non

exister, tamen fuit olim in antiquis decretalibus, capite, laudabilem, de conuersione infidelium: quod decretum Alphonsus vidisse se dicit. Esse autem hanc Cælestini sententiam hereticam, planum est, tum quia contrarium docuit Innocentius III. cap. quanto, de diuortijs, tum etiam quia idem definitum est in Concilio Tridentino sess. 24. canone 5.

R E S P O N D E O, nec Cælestinum, nec Innocentium, aliquid de ea re certi statuisse, sed vtrumque respondisse, quod sibi probabilius videbatur. Id quod manifestè colligitur ex verbis Innocentij, qui cum dicit, prædecesorem suum aliter sensisse, indicat, in opinione rem totam adhuc positam fuisse. Quod verò Alphonsus ait, epistolam Cælestini fuisse aliquando inter epistolas decretales, verum quidem est, sed non potest inde colligi, factum esse à Cælestino decretum planè Apostolicum, & ex cathedra, cum constet, multa esse alia in epistolis decretalibus, quæ non faciunt rem aliquam esse de fide, sed solum opiniones Pontificum de ea re nobis declarant.

T R I C E S I M V S Q V A R T V S est Innocentius III. qui capite, per venerabilem, qui filij sint legitimi, docet legem veterem nondum planè esse abrogatam: *Sanè, inquit, cum Deuteronomium secunda lex interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi decernitur, in Testamento nouo debeat obseruari.* At pugnat hoc decretum Innocentij cum decreto S. Petri, Actor. 15.

R E S P O N D E O, Innocentium eo loco non voluisse dicere, Deuteronomium hoc tempore debere seruari ad literam, sed quatenus quæ in eo dicebantur, figuræ erant Testamenti noui. Ideo enim existimauit Innocentius, dictum esse Deuteronomium secundam legem, quia multa continet ad legem nouam figuratè pertinentia.

T R I C E S I M V S Q V I N T V S est Nicolaus III. qui in capite, exiit, de verborum significatione in Sexto, definit Christum verbo & exemplo docuisse perfectam paupertatem, quæ consistit in abdicatione omnium rerum, nullo sibi dominio relicto, nec in particulari, nec in communi, ac proinde talem paupertatem esse sanctam & meritoriam. At hoc falsum esse & hereticum docet Ioannes XXII. in extrauagantibus suis, titulo de verborum significatione. Nam in extrauaganti, ad conditorem canonum, docet esse impossibilem talem paupertatem, qua quis in rebus vsu consumptibilibus abdicat se omni dominio, solo vsu retento: & in extrauaganti, cum inter nonnullos, declarat esse hereticum dicere, Christum talem paupertatem verbo aut exemplo docuisse. Et in extrauaganti, quia quorundam, idem docet, ac prolixius inculcat. Ioannes de Turrecremata lib. 2. summa, capite 112. conatur in omnibus hos Pontifices conciliare, sicut etiam ipse Ioannes nititur ostendere, se à Nicolao non dissentire.

A T profectò, nisi ego vehementer fallor, in omnibus conciliari nequeunt. Est igitur aduertendum, tres quæstiones tractari à Ioanne & Nicolao. Prima est, an in rebus vsu consumptibilibus possit separari vsus à dominio. Secunda, an paupertas, quæ omne dominium à se remouet, solo vsu relicto, sit sancta & meritoria. Tertia, an Christus talem paupertatem verbo & exemplo docuerit.

D E prima Ioannes respondet, non posse separari vsu à dominio in eiusmodi rebus: dominari enim est posse rem destruere. Proinde impossibile est, posse rem destruere vtendo, vt panem comedendo, & non esse dominum illius rei. At Nicolaus docet id fieri posse, & rectè. nam idem apertè docuit postea Clemens V. in Clementina, Exiit de paradiso, de verborum significatione, & ratio est manifesta, quia esse dominum, non est posse rem destruere quocumque modo, sed posse liberè destruere, quando, vbi, quomodo quis voluerit, &

A etiam donare, vendere, commutare, &c. constat autem omnes veros religiosos habere vsu panis, quem comedunt, & vini, quod bibunt, nec tamè posse illa donare, vendere, mutare, proicere, &c. dices, ergo errauit Ioannes.

R E S P O N D E O, verum est, sed non in re fidei, hæc enim quæstio ad fidem non pertinet, vt ipse Ioannes dicit in extrauaganti; quia quorundam, immò adhuc sunt de hac re variæ doctorum sententiæ.

D E secunda quæstione Nicolaus sentit, illam paupertatem esse sanctam & meritoriam, negat Ioannes. Et quanquam melius Nicolaus sentit, tamen nec Nicolaus hoc definiuit tanquam articulum fidei: nec Ioannes directè hoc impugnauit. Ioannes enim in illa extrauaganti, Ad conditorem canonum, solum intendit renunciare dominio earum rerum, quæ donantur Franciscanis, quod Romani Pontificis ea esse asseruerat Nicolaus, renuciare autem eiusmodi iuri potuit Ioannes.

D E tertia quæstione (quæ omnium grauissima est, & ad fidem pertinet) non dissentiant Nicolaus & Ioannes. Nam Nicolaus dicit, Christum aliquando perfectissimam illam paupertatem verbo & exemplo docuisse, aliquando autem paupertatem minus rigidam exemplo demonstrasse, tanquam communem omnium patrem, & doctorem. Ioannes autem definit esse hereticum asserere, Christum nihil vnquã hinc in terris habuisse proprij, nec in speciali, nec in communi. Quæ duo non pugnant: nam Nicolaus non negat Christum aliquando habuisse aliquid proprij saltem in communi, sed negat sempiternam vitam Christum egisse: Ioannes quoque non negat, Christum aliquando nihil habuisse proprij, nec in speciali, nec in communi, sed negat sempiternam vitam Christum egisse.

Q U O D autem Christus vtrumque docuerit, verbo & exemplo probatur, nam paupertatem omnimodam docuit Matth. 10. cum ait: *Nolite possidere aurum, nec argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram, nec duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Neque refert an hæc verba sonent præceptum, an consilium, & an possint exponi aliter quam de abdicacione omnis dominij. Nam satis est ad sententiam Nicolai saluandam, quòd hæc sit Christi doctrina, & quòd non repugnet ei iste sensus, vt reuera non repugnat. Etsi enim Christus subiiciens, *dignus est operarius mercede sua,* obligauit populos ad sustentandos prædicatores, & proinde concessit prædicatoribus, vt iure exigant sustentacionem à populis, non tamen obligauit ipsos prædicatores, vt quasi debitam exigant, vt patet ex Paulo 1. Corinth. 9. sed permisit eis viuere de suis laboribus, vel accipere tanquam donum sine vlla vsurpacione dominij, quod ex iustitia illis debebatur.

A C C E D I T, quòd in hoc sensu illa verba accepit S. Franciscus, cuius viri instituta & Deus plurimis miraculis, & Ecclesia vniuersa communi consensu approbauit.

Q U O D autem exemplo hoc idem Dominus ostenderit, patet ex illo Matth. 8. *Filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Et ex illo Luca 8: *Sequebantur eum mulieres, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.* Tunc enim Dominus cum Apostolis sine oculis vivebat ex solis fidelium eleemosynis.

Q U O D autem Dominus etiam alterum vitæ genus exemplo suo docuerit, patet ex Ioan. 13. vbi legitimus cum habuisse loculos, ex quibus in communi cum discipulis vivebat, nec dubium est, quin habuerint dominium earum pecuniarum, saltem in communi, quandoquidem ex eis eleemosynas facere etiam consueuerat, vt patet ex eodem loco. Quam vitam postea imitati sunt fideles, qui erant in Hierusalem sub Apostolis, vt patet Actor. 4. & ferè omnes ordines religiosi. Nam exceptis Franciscanis, omnes habent, saltem in communi, dominium rerum mobilium.

T R I C E S I M V S S E X T V S est Ioannes XXII. Papa, qui à multis reprehenditur, ac præsertim à Gulielmo Ockam in opere 93. dierum, & ab Adriano, in quæst. de confirmationè, circa finem, quòd docuerit, animas beatorum non visuras Deum ante resurrectionem.

E R A S M V S præfatione ad librum quintum Irenæi idipsum cum additamento affirmat. Sic enim ait, *In quo errore fuisse videtur Ioannes Pontifex Romanus eius nomine vicefimus secundus, coactus opera Theologorum Parisiorum ad Palinodiam coram Galliarum Rege Philippo, non sine buccina. Quod indicat Ioannes Gerson in serm. de Paschate.*

A D D I T Caluinus in institutio. lib. 4. cap. 7. §. 28. eundem Ioannem docuisse, animas esse mortales. *Atqui, inquit, si priuilegium quod obtinent, ratum esse volunt, expungant è numero Pontificum oportet Ioannem XXII. qui palam asseruit, animas esse mortales, vnaque cum corporibus intrare vsque ad diem resurrectionis. Atque, vt videtas totam sedem quam præcipuis suis fuluris tunc prorsus concidisse, nemo Cardinalium huic se tantè in sania opposuit. Sed schola Parisiensis Regem Gallie impulit, vt ad Palinodiam hominem cogeret. Rex eius communionem suis interdidit, nisi mox resipisceret: idque de more publicauit per præconem. Hac necessitate adactus ille, errorem abiurauit. Hæc ille. Non autem probat aliter, quam ponendo in margine, testis Ioannes Gerson, qui tunc vivebat.*

R E S P O N D E O in primis ad Adrianum: Ioannem hunc reuera sensisse, animas non visuras Deum, nisi post resurrectionem: cæterum hoc sensisse, quando adhuc sentire licebat sine periculo hæresis: nulla enim adhuc præcesserat Ecclesiæ definitio. Voluit autem Ioannes quæstionem definire, sed dum adhuc in præparatione, & consultationibus versaretur, mortuus est, vt testatur Benedictus XII. Ioannis successor, in extrauaganti quæ incipit, Benedictus Deus: quam totam refert Alphonsus à Castro lib. 3. contra hæreses, in verbo, Beatitudo.

R E F E R T autem Ioannes Villanus libro vndecimo historia, cap. 19. Ioannem Papam pridie ante mortem partim declarasse, & partim etiam reuocasse sententiam suam. Primum enim testatum, se nunquam, cum de hære loquutus erat, quæstionem definire, in animo habuisse, sed solum differere ad veritatem inuestigandam. Deinde addidisse, existimare se iam probabiliorem sententiam esse eam, quæ asserit, beatos frui visione diuina etiam ante diem iudicij: & hanc sententiam se amplecti, nisi aliquando aliud Ecclesiæ defineret, cuius definitioni suas omnes sententias libentissimè subiiceret. Hæc retractatio apertè docet, Ioannis Papæ mentem semper bonam, & Catholicam fuisse.

A D Caluinum dico, eum quinque mendacia impudentissimè paucissimis verbis protulisse. Primum, quòd Ioannes Gerson vixerit tempore Ioannis XXII. nam constat ex Ioanne Villano libro vndecimo, cap. 19. & omnibus historicis aliis, Ioannem XXII. obiisse anno Domini M. CCC. XXXIII. constat autem ex Tritemio de vitis illustribus, Gersonem natum esse anno M. CCC. LXIII. nondum ergo natus erat Gerson, quando Ioannes Papa diem suum obiit.

S E C V N D V M mendacium est, quòd Gerson dicat Ioannem Papam negasse animæ immortalitatem. Gerson enim nihil de istius Ioannis erroribus dicit, nisi in sermone de Paschate, qui habetur tomo quarto: qui solus locus citatur ab omnibus contra Ioannis errorem. Ibi autem sic loquitur Gerson, *Hoc fecit, inquit, latroni, qui verisimiliter nondum compleuerat penitentiam pro omnibus peccatis suis, qui fuit illa propria hora beatificatus, & vidit Deum facie ad faciem, sicut Sancti in Paradiso. Propter quod insuper apparet falsitas doctrinae Papæ Ioannis XXII.* Hæc ibi. Nec explicat ampliùs qualis doctrina fuerit, sed cum dicat apparere falsitatem doctri-

A næ Ioannis Papæ ex eo, quòd latro cum Christo crucifixus mox à morte vidit Deum, manifestè indicat Ioannem in hoc errasse, quòd crediderit animas Sanctorum non videre Deum mox à morte. Quòd autem negauerit animæ immortalitatem Ioannes Papa, neque Gerson, neque vllus alius scripsit ante Caluinum, ac ne ipse quidem Gulielmus Ockam, qui fuit Papæ Ioanni infestissimus.

S E D video cur Caluinus tam horrendum mendacium excogitauerit, quia nimirum error ille Ioannis Papæ de visione Dei, Caluino non est error, sed verissima doctrina. Ipse enim libro 3. institutionum, cap. 20. dicit solum Christum esse in cælo, reliquos Sanctos expectare in arrio quodam vsque ad mundi consummacionem. Et §. 24. dicit Sanctos mortuos vnà nobiscum adhuc esse fide coniunctos. Quòd si fidem habent, non igitur Deum vident. Quoniam igitur videbat Caluinus, quòd alij reprehendebant in Ioanne Papa, non posse à se reprehendi, & tamen nolebat vllam occasionem Pontificis accusandi prætermittere, confisit ad magistrum suum patrem mendaciorum, & ab eo insignem illam calumniam mutuatus est.

T E R T I V M mendacium est, quòd nullus Cardinalium se opposuerit Ioannis sententiæ. Hoc enim esse falsum patet, tum quia nec Gerson, nec vllus alius hoc dicit, tum quia plurimi sentiebant contrarium, vt patuit ex definitione, quæ mortuo Ioanne facta est à Benedicto XII. de consensu omnium Cardinalium, vt ex ipsa epistola Benedicti perspicuum est: nec erat causa, cur isti, qui contrarium sentiebant, mererent viuenti Ioanni contradicere. Siquidem Benedictus XII. in sua extrauaganti asserit, Ioannem Papam seuerè præcepisse Cardinalibus, aliisque Doctoribus omnibus, vt sincerè dicerent quid sentirent, vt veritas inueniri posset. Denique Ioannes Villanus, qui tunc vivebat, lib. 10. capite vltimo historia, scribit, maiorem partem Cardinalium repugnasse Ioannis Papæ opinioni illo viuente.

Q V A R T V M mendacium est, quòd Rex Gallie interdixit suis communionem Ioannis. Quòd enim Rex Gallie Philippus magis crediderit Parisiensibus Doctoribus, quam Ioanni Papæ, vt particulari l. octo, de illa quæstione differenti, testatur Gerson loco notato: at quòd propterea Rex Pontificem excommunicauerit, nullus narrat: nec est credibile Christianum Regem tale aliquid facere ausum.

Q V I N T V M mendacium est, quòd Pontifex abiurauerit errorem suum. Id enim nec Gerson scribit, nec vllus alius, nec debuit Papa errorem abiurare, cum in errorem nullum incidisset. retractauit quidem sententiam suam pridie ante mortem, sed suauiter assensum, non in iussu Regis. Vide Ioannem Villanum lib. 11. cap. 19. ex quibus etiam deteguntur Erasmi calumniæ. Neque enim verum est Ioannem adactum ad palinodiam, & multò minus verum est, id factum esse coram Rege Philippo.

T R I C E S I M V S S E P T I M V S est Ioannes XXIII. qui in Concilio Constantiensi sessione vndecima, accusatur hæresis perniciosissima. dicitur enim negasse vitam futuram, & carnis resurrectionem.

R E S P O N D E O, Ioannem XXIII. non fuisse Pontificem omnino certum & indubitatum, proinde non necessarium esse defendendum: erant enim eo tempore tres, qui Pontifices haberi volebant, Gregorius XII. Benedictus XIII. & Ioannes XXIII. nec poterat facile iudicari, quis eorum verus, ac legitimus esset Pontifex, cum non deessent singulis doctissimi patroni.

A D D O præterea, probabile vchementer, ac ferè certum esse, eum errorem falsè tributum fuisse Ioanni Papæ. Nam in primis cum in ea sessione Concilij enumerentur articuli, qui obiciebantur Ioanni Papæ, primum collocantur articuli LIII. qui omnes ad mores perti-

nent, & hi omnes suis certis testibus confirmantur. Deinde adferuntur alij quidam sine certis testibus, & horum penultimus est is, de quo nunc agimus.

IT A Q U E iste articulus non fuit probatus, nisi ex vulgi rumore, qui quoniam videbat Ioannem esse vitæ dissolutæ, existimare cœpit, atque etiam dicere, eum non credere vitam futuram, & carnis resurrectionem. Sed quis non videt, non rectè colligi hæresim ex malis operibus? Quot enim numerari possent, qui rectissimè credunt, & perditissimè viuunt? Deinde in sessione duodecima, recitatur sententia definitiua Concilij aduersus Ioannem Papam, & breuiter recensentur causæ damnationis, & depositionis eius: nulla autem mentio erroris, aut hæreseos fit. Quod certè est argumentum euidentis, non potuisse probari, quod Ioani Papæ fuerat obiectum circa hæreses. Si enim id probari potuisset, debuisset primo loco recenseri inter causas damnationis, cum nulla sit iustior causa iudicandi Pontificis, quàm nota hæreseos, immò nulla sit alia causa, ob quam iudicari ritè queat.

TRICESIMVS OCTAVVS est Benedictus XIII. quem nomine hæreseos damnauit Concilium Constantinense sessione tricesima septima. At iste Benedictus nec legitimus Pontifex fuit, cum Clementi VII. successerit, qui viuentis Urbano VI. vero Pontifice, sedem inuaserat: nec verè etiam fuit hæreticus. Id enim ei solum obiciebatur, quòd non crederet Concilium habere maiorem potestatem, quàm summus Pontifex habeat. in qua re nihil omnino Benedictus errauit, sed de hoc aliàs.

TRICESIMVS NONVS est Eugenius IV. cui Concilium Basileense sessione tricesima quarta, Pontificatù abrogauit, quòd is in hæresim incidisset. At iste quoque nulla in re à veritate aberrauit. Quocirca idem Concilium Lausantæ continuatum acta sua priora irritauit, & Nicolaum V. Eugenij successorem, vt verum Pontificem veneratum est, vt ex literis eiusdem Nicolai cognosci potest, quæ Basileensi Concilio adiungi solent in tomis Conciliorum.

QUADRAGESIMVS est Innocentius VIII. qui in eo peccasse videtur, quòd Noruegis permisit, vt sine vino sacrificium celebrarent, vt refert Raphaël Volateranus lib. 7. Geographiæ. Sed facillè responderi potest. Nam inprimis non edidit ipse decretum, quo vniuersæ Ecclesiæ declararet, licere sine vino sacrificium offerre. Itaque si errauit, errauit factò, non dogmate. Deinde non permittit, loco vini liquorem alium consecrari: quod fuisse materiam Sacramenti peruertere: sed id solum permittit, vt in altera tantum specie Eucharistiæ consecrarent, idque ob extremam necessitatem, cum in ea regione vinum conseruari non possit: quin statim accescat. Quod quidem aut nullus error est, aut certè exploratus error non est. Accedit, mirum videri posse, si eo tempore vini vsum non habuerint, aut conseruare non potuerint, cum hoc tempore adeò fit frequens, vt sine illo ne communicare quidem velint.

C A P V T X V.

Proponitur quæstio.

An summus Pontifex habeat iurisdictionem verè coactiuam, ita vt possit leges condere, quæ obligent in conscientia, & iudicare, ac punire transgressores.

DE **MONSTR**A VIMVS hæctenus summum Pontificem iudicem esse controuersarum, quæ in Ecclesia oriuntur: & iudicium eius certum atque infallibile esse. Sequitur nunc tertia quæstio: *An videlicet possit summus Pontifex cogere fideles, vt id credant, vel faciant, quod ipse iudicauerit.* Quod idem, seruata proportione, de Episcopis cæteris intelligitur. Sed antequàm ad rationes vel nostras, vel aduersariorum veniamus, operæpretium erit, pauca quædam annotare de statu ipso quæstionis, & sententia aduersariorum.

P R I M V M igitur annotandum est, nos non loqui de Pontifice, vt Princeps est temporalis certæ cuiusdam prouinciæ. Nam hoc modo certum est, posse eum ferre leges suis subditis, & in eos etiam gladio animaduercere. Neque hoc negant hæretici, posito quòd Pontifex sit Princeps temporalis, quanquam negant conuenire illi talem principatum exercere, de qua re in sequenti libro agemus: solum ergo nunc agimus de Pontifice, vt Pontifex est totius Catholice Ecclesiæ. Et quærimus, an ille habeat veram potestatem in omnes fideles in spiritualibus, vt habent Reges in temporalibus, ita vt sicut illi possunt condere leges ciuiles, & punire transgressores temporalibus pœnis, ita Pontifex possit condere leges Ecclesiasticas verè obligantes in conscientia, & possit transgressores punire saltem spiritualibus pœnis, vt excommunicatione, suspensione, interdicto, irregularitate, &c. Nam de potestate temporalis, seu ciuili, quæ siue directè, siue indirecè à Pontifici, vt talis est, conuenit, in sequenti libro differemus. Nunc solum de potestate spirituali, siue Ecclesiastica, cuius finis est vita æterna, disputare aggredimur.

A N N O T A N D V M est secundò, nos tantum quære de legibus iustis. Nam iniustæ leges non sunt propriè dicendæ leges, vt Augustinus docet lib. 1. de libero arbit. cap. 5. Vt autem iusta sit lex, quatuor conditiones requiruntur. Primò, ex parte finis, vt ad bonum commune ordinetur. vt enim Rex differat à tyranno, ex Aristotele lib. 8. Ethicorum, cap. 10. quòd ille communem, iste priuatam quærit utilitatem: ita etiam differat lex iusta à tyrannica. Secundò, ex parte agentis, vt sit ab habente auctoritatem: nemo enim potest legem imponere non sibi subdito. Tertio, ex parte materiæ, vt non prohibeatur virtus, nec præcipiatur vitium. Quarto, ex parte formæ, vt debito modo & ordine constituatur, & promulgetur lex, nimirum vt lex eam proportionem seruet in honoribus distribuendis, & oneribus imponendis, quam habent subditi in ordine ad Rem publicam.

Si enim Pontifex iuberet, vt æqualiter in quadragesima ieiunarent pueri, & viri maturi, fortes & debiles, sani & ægroti, lex iniusta esset: item si statueret, vt soli diuites, & nobiles ad Episcopatum admitterentur, non autem pauperes, & ignobiles, licet alioqui doctiores, & meliores, absolutè esset iniusta: quoniam alicubi aliquando propter aliquam circumstantiam posset esse iusta. Et si autem lex iniusta non sit lex, & ex vi sua in conscientia non obliget, tamen distinguendum est de legibus. Nam leges iniustæ ratione materiæ, id est, quæ sunt contrariæ diuino iuri, siue naturali, siue positiuo, non solum non obligant, sed etiam non debent villo modo seruari: iuxta illud Actuum 5. *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.* Id quod etiam docent, Hieronymus in caput sextum ad Ephesios, Augustinus in Psalm. 124. & sermone 6. de verbis Domini, & Bernardus libro de præcepto, & dispensatione. At quæ sunt iniustæ ex parte finis, vel auctoris, vel etiam formæ, seu modi, seruandæ sunt, quando sequeretur scandalum, si non seruarentur. Et potest hoc deduci ex illo Matthæi 5. *Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo, & alia duo: & si quis abstulerit tibi tunicam, da illi & pallium.* Est enim sensus, non vt hoc semper faciamus, sed vt parati simus id facere, quando cunctumque id erit necessarium ad gloriam Dei. Item ex illo 1. Petri 2. *Serui subditi estote dominis, non solum bonis & modestis, sed etiam dyscolis.*

A N N O T A N D V M est postremò, multis hæreticis sententiam illam placuisse, quæ docet, non esse in Ecclesia auctoritatem condendi leges, quæ obligent fideles in conscientia. Ita senserunt olim Valentes, teste Antonino, quarta parte, titulo 11. cap. 7. §. 2. summæ Theologicæ. Idem postea docuit Marsilius de Padua in lib. quem inscripsit Defensorem pacis, contra quem scribit

Pighius

Pighius lib. 5. hierarchiæ Ecclesiasticæ. Idem docuit postea Ioannes Vvicles, vt patet ex articulo 38. damnato, sessione octaua Concilij Constantiensis. Vnde colligebat, decretales Pontificum esse apocryphos, & homines stultos, qui illis cognoscendis dant operam. Idem postea Ioannes Huss, vt patet ex articulo 15. Idem postea docuit Ioannes de Vvesalia. existat enim adhuc libellus de damnatione articulorum huius Ioannis, facta Moguntia anno 1479. quorum primus erat non posse Ecclesiæ prælatos condere legem, quæ obliget in conscientia, sed solum exhortari ad seruanda Dei mandata.

D E N I Q U E, nostris temporibus idem docent Lutherani, & Caluinistæ omnes. Ac primùm Lutherus in libro de captiuitate Babylonica, capite de Baptismo, *Quo iure*, inquit, *Papa super nos leges constituit? Quis ei dedit potestatem captiuandæ libertatis nostræ, per Baptismum nobis donatæ, cum neque Papa, neque Episcopus, neque vllus hominum habeat ius vnius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi fiat eiusdem consensu?* Similia docet in libro de libertate Christiana, quem refellit Iodocus Clichthoueus lib. 1. sui Antilutheri: & in assertionem articulo 27. quem impugnat Ioannes Rossensis. Sed vehementissimè id egit in explicatione visionis Danielis.

A C, vt factis etiam leges Ecclesiasticas damnaret, anno 1520. totum corpus iuris canonici publicè combussit, vt scribit Ioannes Cochleus in vita Lutheri. Idem docet Philippus Melancthon in Confessione Augustana, art. 28. & in Apologia eiusdem. Et Caluinus lib. 4. institut. cap. 10. 11. & 12. quorum sententia ferè est eadem, & ad quædam capita reduci potest.

NA M primò docent, Episcopos, & proinde etiam Papam posse constituere certum ordinem in Ecclesia ad conseruandam disciplinam vtilem: vt definire, quo die sit eundem ad Ecclesiam, quomodo, & à quibus sint canendi Psalmi, vel legendæ Scripturæ in Ecclesia, &c. sed sic tamen, vt istæ constitutiones non obligent in conscientia, nisi ratione scandali, ita vt sit liberum seruare vel non seruare, modò absit scandalum aliorum. Non autem posse Papam, vel Episcopos constituere vllam veram legem, quæ non sit expressè in Scriptura.

SE C V N D O docent, non solum non posse Papam, aut Episcopos condere nouam legem, sed nec posse Christianos cogere ad seruandam legem Dei, iubendo ex auctoritate, vt illa seruetur, & nisi id fiat, in forma iudicij procedendo contra transgressores, sed solum exhortando, monendo, reprehendendo.

TE R T I O docent, esse quidem in Ecclesia potestatem excommunicationis, id est, reiciendi homines incorrigibiles à suo cœtu, sed hanc potestatem non volunt esse in Papa, aut Episcopo per se, sed solum in Ecclesia, id est, in cœtu ministrorum, idque populo consentiente. Nec mirum, illi enim Papam nolunt esse maiorem Episcopo, nec Episcopum Presbytero, quoad auctoritatem. Presbyteris autem nihil tribuunt, nisi posse prædicare, & Sacramenta ministrare iis hominibus, quibus iusserit secularis magistratus.

AT in Ecclesia Catholica semper creditum est, Episcopos in suis diocesis, & Romanum Pontificem in tota Ecclesia esse veros Principes Ecclesiasticos, qui possint sua auctoritate etiam sine plebis consensu, vel Presbyterorum consilio, leges ferre, quæ in conscientia obligent, iudicare in causis Ecclesiasticis, more aliorum iudicij, ac demùm punire. Quæ tria breuiter probada sunt.

C A P V T X V I.

Probatu testimonij verbi Dei, posse Pontifices veras leges condere.

IG I T V R Catholica sententia probatur multis argumentorum generibus, ac primò ex sacra Scriptura.

P R I M V S locus, Deuteronomij 17. *Qui superbiert,*

nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël. Iste locus vel à simili, vel à maiori debet etiam intelligi de Christianis Pœnitentibus. Nam sicut Iudaicus populus erat tunc populus Dei, ita nunc populus Christianus. Nec possumus dicere Principem Ecclesiasticum in lege noua debere esse minoris auctoritatis, quàm fuerit in lege veteri, cum è contrario hic omnia maiora, & augustiora esse videamus.

AT præcepta Pontificis Iudaicorum, erant vera imperia, non admonitiones, vel cohortationes, vt patet ex illis verbis: *Sacerdotis imperio*, & obligabat conscientiam: nam alioqui non fuissent tam seuerè puniti transgressores. Si enim non peccabant, qui non obediebant præcepto Pontificis, ergo sine culpa sua videbantur occidi.

RE S P O N D E N T, ex hoc & similibus locis tantum posse colligi, peccare in conscientia eos, qui contemptum superiorem suum, quique ob superbiam obedire nolunt. Sed hinc non sequi, peccare in conscientia illos, qui citra contemptum & scandalum, non seruant leges tales de rebus indifferentibus.

AT inprimis habemus, saltem in Pontifice esse auctoritatem veram præcipiendi, qualis est in Principe politico, quòd V Valenses, Marsilius de Padua, & alij negabant. Deinde ex hoc deducimus euidenter, leges Pontificis obligare in conscientia, etiam citra contemptum, & scandalum. Nam quicumque potest præcipere, potest etiam actum indifferentem præcepto suo facere necessarium, & per se bonum: At omittere actum necessarium & per se bonum, est peccatum in conscientia, etiam citra contemptum & scandalum.

PR O B A T V R propositio. Nam actus indifferens si præcipiatur, iam erit necessarius: alioqui frustra præcipitur. Et probatur hoc idem à posteriori: nam sequeretur, leges Dei positiuas non obligare in conscientia. Quare enim circuncisio obligabat Iudæos, & nos obligat Baptismus, cum sint actus ex se indifferentes? Nónne quia præceptum Dei accedens, facit illos esse actus religionis necessarios? Item quare Iudæi obligabantur in conscientia, non vesci carne suilla, ita vt maluerint mori Machabæi potius, quàm ea carne vti, cum tamen sit res indifferens caro suilla? Nónne quia præceptum Dei faciebat, illam abstinentiam esse actum temperantiæ necessarium? At Deus hoc nõ faciebat, quatenus Deus, sed tantum, quatenus legislator: ergo omnis verus legislator, & qui potest præcipere, præsertim nomine Dei, potest hoc idem facere. At Pontifex potest præcipere, vt iam ostendimus, & inferius etiam ostendimus: ergo potest rem indifferentem facere necessarium, ac proinde obligare in conscientia, etiam citra contemptum, & scandalum.

LO C V S secundus est Matthæi 16. *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis.* Hæc verba referri possunt & debent ad omnia, quæ secundum vsum Scripturæ dicuntur ligari. Nam generaliter loquitur Dominus, nec dicit, *Quemcumque ligaueris, sed, Quodcumque ligaueris.* Inuenimus autem Matthæi vicissimo tertio, ligare, significare legem imponere: *Alligati enim, digito autem suo nolunt ca monere.* Ergo Dominus Petro promissit, vt quidquid ipse ligauerit, id est, quam obligationem præcipiendo ipse fidelibus imposuerit, sit ligatum & in caelis, id est, se ratam illam habiturum: ergo præceptum Petri & præceptum Christi: ergo peccat qui non obtemperat. Et confirmatur testimonio Hieronymi in illud Matthæi 18. *Quæcumque alligaueritis: Potestatem, inquit, tribuit Apostolis, vt intelligant qui à talibus damnantur, humanam sententiam diuinam sententia roborari.*

TE R T I V S locus est Ioannis vicissimo primo, *Pasce oues meas.* Vbi exhibiturus Christus Petro, quod ei

promise

promiserat Marthae 16. vitur regio vocabulo, nimirum

Q V A R T V S locus est Ioannis vicesimo: Sicut misit me Pater & ego mitto vos. In quem locum Chryso- stomus: Sum eis, inquit, reliquit ministerium. & Theophylactus: Opus, inquit, meum suscipite. Dominus ergo reliquit Apostolis locum suum, ac ut sua fungeretur auctoritate in regno suo gubernando voluit. Quod etiam confirmatur ex illo Lucae 10. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Quae verba proprie ad Apostolos, & eorum successores pertinere docent, Cyprianus li. 4. epist. 9. & Basilus in constitutionibus monasticis, cap. 23. At Christus missus est à Patre cum potestate, non solum predicandi, & Sacramenta ministrandi, sed etiam praecipendi, & iudicandi, ut omnes faterentur: igitur eandem Apostolis, atque in primis Petro ipse tribuit. Neque potest responderi, haec dici omnibus Apostolis simul, non autem singulis. Nam Apostoli mox separandi erant ab iniuicem, & ituri in diuersissimas mundi partes: neque id Dominus ignorabat, ac proinde sine dubio, quod omnibus dedit, singulis etiã seorsim datũ esse intelligi voluit.

Q V I N T V S locus est Actorum 15. Petrus cum aliis Concilij Patribus, scribit Gentibus ad fidem conuersis, Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil vltra vobis imponere oneris, nisi haec necessaria, ut abstinentis vos ab immolatis simulacrorum, à suffocato, & sanguine, & fornicatione. Hæc Apostoli nouam legem condunt, ut Chryso- stomus annotauit, nam de suffocato & sanguine nihil præcepit Christus: neque sunt hæc iure naturæ bona, vel mala, sed indifferentia, qualia docent hæretici non posse ab Ecclesia fieri necessaria.

Q V O D autem hæc Apostolorum fuerit vera lex obligans in conscientia, saltem pro eo tempore, quo vige- bat, probatur. Primò, quia Apostoli vocant illam, onus: Nihil, inquit, vltra imponere oneris. Secundò, quia dicunt esse necessaria. Ergo necessariò obseruanda erant, & non liberè, vt volunt hæretici, seruandas esse Eccle- siae constitutiones. Tertiò, quia Lucas absolutè præcepta appellat in hoc ipso capite in fine. Dicit enim de Paulo: Pertransiens ciuitates præcipiebat eis custodire præcepta Apostolorum & Seniorum Et cap. 16. Tradebant eis custo- dire dogmata, quæ decreta erant ab Apostolis & Senioribus, qui erant in Hierusalem. Quarto, testimonio Chryso- stomi, homilia 33. in Acta. Vide, inquit, breuem epistolam, neque episcoperemata, neque syllogismos habentem, sed impe- rium. Erat enim legislatio Spiritus.

D E N I Q V E, quia in canonibus Apostolorum, cano- ne sexagesimo secundo, imponitur grauissima pœna præuaricatoribus hoc præceptum: nam sanguinem, aut suffocatum comedentes clerici deponuntur, laici ex- communicantur. Quod renouatum est in Concilio II. Aurelianiensi, canone 19. & 20. At pœna tam atrox non potest imponi, nisi pro mortali peccato.

R E S P O N D E T Caluinus lib. 4. instit. cap. 10. §. 21. & 22. Apostolos hæc lege nihil noui præcepisse, sed solum id, quod iure diuino semper fuit præceptum, nimirum ne alij aliòs offenderent, cum scandalo infirmorum, com- edendo idolothyta, vel sanguinem, vel suffocatum. Ac proinde non fuisse obligatos in conscientia Christianos ad abstinentiam idolothytorum, & sanguinis, & suffo- cati, sed solum ad non scandalizandum.

P R O B A T autem hoc Caluinus tripliciter. Primò, scopus decreti Apostolici erat liberare Gentiles à iugo caeremoniarum Iudaicarum: ergo euertebant suum de- cretum, si obligabant ad easdem caeremonias. Secundò, hoc præceptum nunc non seruatur, quia cessauit ratio scandali: ergo solum prohibebatur scandalum hoc præ- cepto. Tertiò, Paulus, qui interfuerat huic Apostolo- rum Concilio, & optimè illud intelligebat, ita illud ex- plicitur, 1. ad Corinth. 8. & decimo, vbi apertissimè docet,

A non esse illicitum comedere idolothyta, nisi inde infir- mi scandalizentur: Quidam, inquit, cum conscientia ip- sorum, cum sit infirma, pollutur. Et infra: Fideo ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolo vescibentem, nõane conscientia eius cum sit infirma, edificabitur ad man- ducandum idolothyta. Et peribit infirmus in sua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? Et cap. 10. Si quis dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Con- scientiam autem dico non tuam, sed alterius.

H A N C autem epistolam scriptam esse post Concilium illud Apostolorum, ex actis Apostolorum manifestè colligitur: nam Actuum 15. narratur Concilium, deinde Actor. 18. narratur primus ingressus Pauli in ciuitatem Corinthiorum. Constat autem scriptam esse epistolam postea, quàm Paulus iisdem Corinthiis prædicauerat. Ait enim cap. 2. Paulus: Et ego cum venissem ad vos, fra- tres, veni in sublimitate sermonis, &c.

S E D hæc facile refelli possunt: nam etsi finis præcepti Apostolici erat, ne scandalizarentur infirmi, tamen præ- ceptum ipsum non cadebat super vitiationem scandali, sed super abstinentiam ab immolatis, sanguine, & suffo- cato, quæ erat medium ad illum finem. Sicut omnium præceptorum diuinorum finis est caritas, & tamen præcepta ipsa particularia de non furando, non occiden- do, &c. non obligant ad diligendum, sed obligant ad ab- stinendum à re, & damno alieno.

E T quanquam ratio legis, vt Iureconfulti dicunt, si anima legis, & proinde quando generaliter cessat, & finis legis, lex debeat abrogari, & cessare: tamen quando non cessat ratio legis, nisi in aliquo particulari, lex adhuc viget, & cum sit generalis, obligat omnes, etiam illum, in quo non inuenitur ratio seu finis legis. Existat exemplo lex de ieiuniis.

F I N I S ieiunij est castigatio carnis, contra spiritum concupiscentis: idèd cum hæc ratio vniuersaliter cessat, quod erit post resurrectionem, cessabit etiam lex ieiuniorum: at nunc licet in vno, aut altero hæc ratio lo- cum non habeat, tamen etiam illi tenentur ieiunare, quia lex adhuc viget, & generalis est.

Q V O D autem res ita se habeat in hac Apostolica le- ge de immolatis, sanguine, & suffocato, probatur. Pri- mò, Chrysostomus dicit hæc esse nouam legem, & ex caeremonialibus præceptis Moïsi desumptam: at non scandalizare est lex antiquissima, & moralis: igitur non scandalum, sed cibos quosdam Apostoli prohibuerunt. Secundò, in toto Apostolorum decreto nulla fit men- tio scandali vitandi, sed absolutè præcipitur, vt absti- neant ab immolatis, sanguine, & suffocato: ergo præ- ceptum cadit super ista tria: alioqui licebit peruertere omnes leges, etiam diuinas.

D E N I Q V E sic intellexerunt Patres primæ Eccle- siae hoc præceptum. Nam Tertullianus in Apologetico, cap. 9. Ne animalium, inquit, quidem sanguinem in epulis esculentis habemus: qui propterea quoque suffocatis, & morticiniis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur, vel in ira viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christiano- rum botulos etiam cruore distentos admonetis, certissimi scilicet, illicitum esse penes illos. Vbi nota, Tertullianum non dicere Christianos abstinere à sanguine propter scandalum, sed ne contaminentur. Nimirum illi sangui- nem reputabant immundum, non quidem natura sua (vt postea Manichæi senserunt) sed propter prohibitionem Apostolicam, sicut etiam multa animalia in lege dicun- tur immunda quia prohibita.

N O T A etiam illud, quod Ethnici scientes Christia- nis illicitum sanguinis esum, conabantur eos cogere, vt illum ederent: ex quo euidenter apparet Christianos

A non solum propter scandalum Iudæorum horrentium sanguinem, sed simpliciter putauisse, sibi sanguinem fuisse prohibitum ab Apostolis. nam tale scandalum ces- sabat, quando ab Ethnicis tentabantur: Ethnicis enim li- berè vescabantur sanguine.

I T E M Origenes lib. 8. contra Celsum, disputans de cibis prohibitis dicit Christianos, ex præscripto Aposto- lorum, abstinere ab immolatis, sanguine, & suffocato: nec vllam mentionem facit scandali Iudæorum. Cyril- lus quoque, catechesi quarta, Confirma, inquit, certò ani- mam tuam ne quid manduces quod idolis est oblatum, &c. Quo loco Cyrillus disputat de cibis, & dicit, carnem & vinum esse indifferentia, & posse benè & malè respui, benè quidem, si id fiat propter corporis macerationem, vel alium bonum finem: malè, si id fiat ex opinione, quòd caro & vinum sint immunda. At vbi venit ad im- molata, & sanguinem, ac suffocata, ab Apostolis inter- dicta, nullam ponit distinctionem, sed absolutè docet, non esse comedenda, quia nimirum posito præcepto Apostolico erant simpliciter illicita.

E V S E B I V S lib. 5. hist. cap. 1. refert, cum Ethnici obi- cicerent Christianis, quòd clam vescerentur infantium carne & sanguine, S. Martyrem Blandinam respondisse: Multum erratis, o viri, quòd puetis infantium carnibus vesci eos, qui ne matorem quidem animalium sanguine vtuntur. Quibus verbis sancta Blandina indicauit, ne clam qui- dem, vbi nulla est occasio scandali, Christianos sangui- ne vti solitos.

B. A V G V S T I N V S in epist. 154. ad Publicolam, in fi- ne, ponit talem quæstionem: An viator victus famis ne- cessitate, si nihil vspiam inuenierit, nisi cibum in idolo positum, vbi nullus alius est hominum, potius mori de- beat fame, quàm cibum illum sumere? Respondet. Aut certum est, inquit, esse idolothytum, aut certum est non esse, aut ignoratur: si ergo certum est esse, melius Christiana vir- tute respuitur: si autem vel non esse scitur, vel ignoratur, si- ne vllò conscientia scrupulo in vsum necessitatis assumitur.

A T certè in isto casu à B. Augustino proposito, nul- lum locum habebat scandalum: & tamen iudicauit Au- gustinus, melius esse ab immolatis abstinere. Cuius rei nulla ratio reddi posse videtur, nisi auctoritas præcepti Apostolici. Et simile est, quòd scribit B. Leo, epist. 79. ad Nicetam, cap. 5. vbi dicit, agendam esse pœnitentiam ab iis, qui immolata idolis scienter comederunt, siue id fecerint terrore minarũ vici, siue famis necessitate coacti.

D E N I Q V E Concilij Gangrense, c. 2. vbi dicit, non habere spem salutis eos, qui vescuntur immolatis, san- guine & suffocato, habere autem spem salutis eos, qui vescuntur aliis carnibus, non potest vllò modo exponi de iis tantum qui vescuntur immolatis, sanguine, & suf- focato cum scandalo aliorum. Nam etiam, quia vescitur qualibet carne & quolibet alio cibo cum scandalo alio- rum, peccat. Ait enim Apostolus 1. ad Corinth. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æter- num, ne fratrem meum scandalizem. Habemus igitur præ- ceptum Apostolicum, verè in conscientia obligasse, etiam citra scandalum.

A D argumentum primum Caluini respondeo, non pugnare obligationem huius præcepti cum scopo & fi- ne illius decreti. Apostoli enim decreuerunt Gentiles esse debere liberos ab obseruatione legis Moisaicæ, non tamen ab obedientia suorum Prælatorum: hoc autem præ- ceptum de abstinentia ab immolatis, sanguine & suffo- cato, non impositum fuit tanquam ex lege Moïsi, sed vt Apostolicum & Ecclesiasticum. Præterea liberauerunt Apostoli Christianos ab obseruatione innumerabilium caeremoniarum. Solum autem vnã eamque facilem, & ad tempus breue duraturam imperauerunt.

A D secundum dico, nunc non seruari illud præ- ceptum, non quia cessauit ratio scandali quomodocun-

A que, sed quia cessauit vniuersaliter: & proinde iam (pre- ferrim in Occidente) lex illa abrogata est.

A D tertiam rationem respondent aliqui, quo tempo- re B. Paulus scripsit eam epistolam, legem Apostolicam abrogari cœpisse. Et idcirco Paulum monuisse, vt vescerentur quidem Corinthij idolothytis, sed scandalum euitarent: sed hæc solutio non est solida. Non enim vllò modo credibile est, legem illam tam citò abrogari po- tuisse, præsertim cum adhuc eo tempore vigeret ratio, ob quam lex lata fuerat immò: potius lex illa multis se- culis durauit, vt ex auctoribus citatis patet.

R E S P O N D E O igitur duobus modis. Primò fortas- se eo tempore, quo Paulus scripsit epistolam illam ad Corinthios, nondum p̄uenisse ad Corinthios præcep- tum Apostolorum de abstinentia ab immolatis, sangui- ne & suffocato. Nam Apostoli solum scripserant Eccle- siis Syriæ & Ciliciæ. Sic enim incipit epistola: Apostoli & seniores fratres iis, qui sunt Antiochia, Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus salutem. Corinthus autem non est in Syria, vel Cilicia, sed in Achaia, quæ est Europæ pro- uincia, cum Syria & Cilicia sint in Asia.

P R A T E R E A si Corinthij habuissent Apostolicum præceptum de abstinentia ab immolatis, cur, quæso, à Paulo quaesiuissent per literas an esset malum, vesci im- molatis? Quòd enim hoc petiuissent, euidentis est ex pri- mæ ad Corinthios c. 8. Dico igitur Corinthios non ha- buisse vllò tempore hoc præceptum. Nam nec accepe- rant à Concilio Apostolorum, & Paulus iudicauit expe- dire adhuc illis non tradere, propterea quòd eos valde superstitiosos nosset. Respondit igitur illis id, quòd re- spondendum erat secundum ius naturæ, nimirum eos non teneri ad abstinentiam immolatorum, nisi ratione scandali & periculi infirmorum.

S E C V N D O respondeo, fortasæ Corinthij habuerant præceptum Concilij Apostolorum, & nihilominus ali- qui ex ipsis confidentes in sua scientia, qua nouerant id- oolum nihil esse, & proinde non posse infici cibos ab immolatione idolis facta, audacter vescabantur immo- latis. Fuit hoc reuelatum ad Paulum, ille rescriptis obi- iurgans eos, & reddens rationem præcepti illius Aposto- lici: quòd nimirum rectè prohiberit immolatorum v- sum, tum propter scandalum infirmorum, tum propter periculum idololatrit. Itaq; tota Pauli disputatio versat- ur non circa præceptum, sed circa rationem præcepti.

N E Q V E sequitur, Paulus dicit immolata non esse mala ex se, sed solum ratione scandali & periculi: ergo si non adfit scandalum, neque periculum poterunt licitè comedi. Hoc, inquam, non sequitur. Nam etsi non sint mala, nisi propter illas duas causas, tamen poterunt absolutè prohiberi. Multa enim licita prohibentur, ne ad illicita nos trahant, & ea prohibitione posita sunt ab- solutè illicita.

S E X T V S locus est Rom. 13. Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit: non enim est potestas, nisi à Deo: que autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit po- restati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistit, ipsi sibi damnationem acquirit. Et infra: Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

H I C locus non solum intelligitur de Principibus se- cularibus, sed etiam de Ecclesiasticis. Id quòd faterur Caluinus lib. 4. instit. cap. 10. §. 5. & manifestum est ex se: nam Apostolus loquitur in genere de omnibus pote- statibus, ait enim: Non est potestas nisi à Deo, quòd æqui- ualet huic: Omnis potestas à Deo est. esse autè aliquam Ecclesiasticam potestatem, idem Paulus docet 2. Co- rin. 13. Hæc, inquit, absens scripsi, vt non præsens duris a- gam secundum potestatem, quam dedit mihi Dominus. Et etiam si Paulus ad literam solum loqueretur de secula- ribus, tamen à simili, vel à maiori idem deberet intelligi de Ecclesiasticis potestatibus.

Quod autem leges eorum, qui sunt potestate praediti, in conscientia obligent, patet ex illis verbis: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Item ex illis: Qui resistunt ipsi, sibi damnationem acquirunt. Quod de damnatione tam temporali, quam aeterna exponunt omnes, Chrysostrmus, Oecumenius, Theophylactus, Ambrosius, & ipse etiam Petrus Martyr Calvinista in hunc locum. Item ex illis: Ideo necessitate subditi estote, id est, non est liberum hoc, sed necessarium. Item ex illis: Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. id est, necessitate parendum vobis etiam intelligite, non solum propter metum poenae, sed etiam propter metum culpae, quam incurretis, conscientia teste.

Neque obstat, quod Chrysostrmus, & cum sequenti Theophylactus, & Oecumenius, per conscientiam intelligunt hoc loco conscientiam beneficiorum, ut sensus sit, Necessariò parendum est Principibus, non solum propter iram, id est, vindictam, sed etiam propter conscientiam, id est, quia conscij vobis estis, quam multa beneficia à Regibus accipiatis. Hoc, inquam, non obstat: nam communis expositio est de conscientia peccati, ut exponunt Theodoretus, Ambrosius, Beda, Anselmus, & alij in hunc locum; & Augustinus in epist. 54. ad Macedonium, & eandem expositionem recipiunt aduersarij, Calvinus, & Martyr. Et Apostolus hanc vocem (Conscientia) semper in hunc sensum accipit.

Respondet tamen Calvinus ad hunc locum lib. 4. institutionum, cap. 10. §. 5. obligationem conscientiae, de qua hic Apostolus loquitur, non referri ad singulas leges Principum, sed ad generale praecceptum Dei, quo tenemur honorare Principes, & etiam ad finem legum, id est, pacem, & dilectionem proximi.

At in primis nos supra ostendimus, euidenter sequi ex eo, quod tenemur obedire superioribus, quod etiam teneamur in conscientia leges ipsas eorum seruare, etiam citra contemptum, & scandalum.

Deinde cum Apostolus ait, Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, certè ad quae extendit illud, Propter iram, ad ea etiam extendit illud, Propter conscientiam. Illud autem, Propter iram, extendit Apostolus, non solum ad vitandum contemptum, & scandalum, sed etiam ad obseruationem legum in particulari. Princeps enim non solum punit contemptorem, sed etiam eos, qui in particulari non seruant suas leges. nam suspensio necar furem, homicidam capite plectit, falsarium cremari iubet, etià si non ex contemptu Principis, sed ex cupiditate pecuniarum illos peccasse constat, igitur eadem ratione, illud (Sed propter conscientiam) debet extendi ad violationem legum. Non enim Paulus dixit, necessitate subditi estote, non solum propter iram in particularium legum obseruatione, sed etiam propter conscientiam, in obseruatione generalis mandati de non contemnendo Principe: sed simpliciter & sine vlla distinctione coniunxit illa duo: Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

Et praeterea malum esse, superbire, & contemnere superiorem, est adèd manifestum, ut non fuerit opus B. Paulum tot verbis, & tam saepe id inculcare. non ergo hoc solum docet, sed id, de quo dubium esse poterat apud Christianos, ut rectè notant Chrysostrmus, & alij interpretes, nimirum teneri etiam Christianos in conscientia ad obseruanda praeccepta, & leges Principum etiam temporalium.

Sed etiam locus est 1. Cor. 4. vbi Paulus ait: Quid vultis in virga veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis? Vbi nomine virgae intelligit Chrysostrmus, & alij interpretes huius loci, & Augustinus lib. 3. cap. 1. contra epist. Armeniani, potestatem iudicariam puniendi peccatores. Christus enim ut Rex Ecclesiae habet virgam quae in Psal. 2. dicitur ferrea, quia est inflexibilis; & in Psal.

44. dicitur virga directionis phrasi Hebraica, id est, virga recta, quia iuste punit. Hanc autem virgam communicat cum Episcopis, qui nomine suo Ecclesiam regunt. Vnde Aug. lib. 2. de consen. Euang. cap. 30. ex hoc loco conciliat quandam contradictionem apparentem Matthaei & Marci. Matthaeus cap. 10. dicit Apostolis mandatum, ut non ferrent virgam. Marcus cap. 6. dicit mandatum, ut ferrent. Conciliat Augustinus, quia loquitur Matthaeus de virga corporali. Marcus de spiritali, id est de potestate Apostolica, propter quam debebantur Apostolis alimenta à populo. Sicut enim Regi propter virgam regiam debentur tributa, ita Episcopo propter similem virgam debentur decimae.

Respondet Petrus Martyr in comment. cap. 5. prima ad Corinth. esse quidem in Ecclesia virgam ad puniendum, tamen non esse in vno aliquo homine, ut in Papa, vel Episcopo, sed in cetera Ecclesia. Nam Paulus 1. Cor. 5. volens virga Ecclesiastica cadi incestuosum quendam, ait, Congregatus vobis, & meo spiritu, &c.

At idem Petrus Martyr ibidem dicit, ad virgam Apostolicam etiam pertinuisse Ananiae, & Saphyrae mortem, Elymae excacationem, & similia supplicia ab Apostolis inflicta. Certè autem Petrus solus Ananiam & Saphyram verbo occidit, & Paulus solus Elymam excacauit, non ceterus fidelium, quine ad consilium quidem adhibitus fuit.

Praeterea Paulus solus tradidit Satanae, id est, excommunicauit, & vexandum Diabolo permittit Alexandrum & Hymenaeum, ut ipse dicit 1. Tim. 1. & 2. Cor. 13. Praedico, inquit, quoniam si venerò iterum, non parco. Et ibidem: Ut non praesens durius agam secundum potestatem, quam dedit mihi Dominus. Certè virga & potestas sunt idem, & potestatem sibi, non ceteris fidelium datam, Paulus affirmat. Omitto quod Ambrosius solus excommunicauit Theodosium, & exempla eiusmodi prope infinita afferre possemus.

Neque obstat illud: Congregatis vobis, &c. Nam Paulus non voluit eos congregari, ut deliberarent, an deberet ille incestuosus excommunicari, sed ut publicè & cum solennitate publicaretur excommunicatio: sicut etiam modo excommunicationes solennes, quando aliqui nominatim excommunicantur, non feruntur, nisi praesente Ecclesia, sed tamen solus Praelati auctoritate. Quocirca Paulus etiam absens sine consilio & suffragio Ecclesiae, iam decreuerat tradere illum hominem Satanae, & scribit Conrinthiis, non eos consulens de hac re, sed praecipiens, ut congregata Ecclesia promulgent illum excommunicatum.

Octavus locus est 1. Timoth. 3. vbi Apostolus legem statuit, ne bigami ordinentur. Quam legem obligare in conscientia, etiam si planè postiuua sit & Ecclesiastica, planum est; patet tum ex praxi Ecclesiae, qua nunquam ausa est bigamos ordinare, tum ex Concilio Carthaginensi III. canone 69. vbi Episcopus, qui scienter ordinauerit bigamum, punitur grauissimè: priuatur enim ipsa auctoritate ordinandi.

Novus locus est 1. Timoth. 5. Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Hic apertissimè docet Apostolus, habere Episcopum suum tribunal etiam extra forum conscientiae, & more iudicum accusationes, & probationes audire, & secundum allegata, & probata iudicare. Sanè per presbyterum intelligit Chrysostrmus quemlibet hominem seniore, siue Sacerdotem, siue laicum. Ex quo intelligimus, etiam laicos in foro exteriori propter aliqua crimina ab Episcopo iudicari. Ambrosius autem intelligit nomine Presbyteri Sacerdotem, & fortè rectius: nec tamen propter hanc expositionem excluduntur laici à foro Episcopi, immò apertissimè includuntur. Vult enim Apostolus dicere, ut exponit Ambrosius, aduersus laicos

faciliùs

faciliùs accusatores admitti, & audiri posse: aduersus Presbyterum autem, propter Ordinis dignitatem, non debere id fieri, nisi ad sint duo aut tres testes.

Praeterea haec loca sunt alia multa, quae minùs quidem virgent, tamen suam habent efficaciam. Igitur decimus est, Lucae 10. Qui vos audit, me audit, quem de Episcopo propriè intelligi docent, Cyprianus lib. 4. epistola 9. & Basilius in constitutionibus, cap. 22.

Vndecimus locus est 1. Corinth. 11. Lando vos, quod praeccepta mea tenetis. Et 1. Thessal. 4. Scitis, quae praeccepta dederim vobis. Et ibidem: Qui haec spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui Spiritum suum sanctum nobis dedit. Et 2. Thessal. 3. Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & ne commisceamini illi.

Dodecimus Hebr. 13. Obedite praepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruigilant, tanquam pro animabus vestris rationem redduri. In quem locum Chrysostrmus scribens, dicit, melius esse, non habere praepositum quam habere, & ei non obedire; quia qui non habent, solum patiuntur damnum directionis pastoralis; at qui habent, & non obediunt, patiuntur illud idem damnum, & praeterea peccant, & puniuntur à Domino. Item Basilius in constitutionibus, cap. 22. exponens hunc locum, dicit, Apostolum subiunxisse, Id enim vobis non est utile, ut indicaret, graue damnum, & peccatum, ac punitioem sequi eos, qui non obediunt praepositis suis. Nam in Graco textu non habetur negatiue (Non expectat vobis) sed positiue, incommodum est, & inuicem, quod incommodum siue detrimentum, Basilius interpretatur poenam debitam ob culpam transgressionis. Atque haec ex Scripturis.

Secundo, probatur ex traditione Patrum: ac in primis nullum ferè est Concilium, quod non aliquid praecipiat, vel interdicit sub poena anathematis, vel depositionis. Pari ratione plene sunt epistola Pontificum, quae vel in tomis Conciliorum, vel in corpore Iuris canonici legi possunt, praecceptis, & censuris. Nos etiam attulimus praecipua loca ex epistolis antiquorum Pontificum, Leonis, Gelasij, Hilarij, Anastasij & Gregorij, in lib. 2. cap. 29.

His ergo omissis, adferemus testimonia veterum, solum de vna lege Ecclesiastica, quam haeretici maximè reprehendunt, & quod de illa vna probabimus, idem de omnibus aliis probatum erit.

Igitur quod lex ieiuniorum Quadragesimae, vel Quatuor temporum, aut Vigilium sit planè postiuua & Ecclesiastica, fatentur aduersarij: quod autem ea obliget in conscientia fideles, etiam citra contemptum, docent omnes veteres. Canon. 68. Apostolorum iubet Clericum deponi, & laicum excommunicari, si ieiunia indicta soluerit. Item Concilium Gangrense can. 29. iubet excommunicari eos, qui indicta ieiunia sine necessitate soluunt. Et Concilium Toletanum VIII. can. 9. eos priuatur sacra communione in Paschate, & iubet toto anno à carnisibus abstinere, qui Quadragesimae ieiunium violauerint. Et nota, non dicere Concilium, qui ex contemptu, sed qui ex intemperantia non ieiunant.

Basilius orat. 2. de ieiunio, Omnes, inquit, aequaliter, & praecceptum audiunt, & cum gaudio suscipiunt. Et infra: Vide ne propter paruum eduliorum voluptatem damnatum incurras, & te ipsum criminis desertoris reum statuas.

Chrysostomus hom. 6. ad populum Antiochenum: Aduenite, inquit, ieiunio, etsi nullus quis exhorretur, & infirma cruciet, & cogant vnum delibare, vel aliud quid ieiunij lege non concessum gustare, omnia quis mallet pati, quam prohibuitum tangere nutrimentum. Et hom. 2. in Genes. dicit, Quadragesimam inflectere omnium conscientiam, etiam Imperatorum ad obedientiam.

Ambrosius serm. 25. Non licet, inquit, peccatum est indictam fidelibus Quadragesimam violare, & ieiunia con-

secrata ventris voracitate dissoluere.

Hieronymus in epistola ad Marcellam de erroribus Montani: Nos vnam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum tempore nobis congruo ieiunamus. Non quod & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat, sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre. Nota necessitate.

Augustinus sermone 62. de tempore: Aliis diebus ieiunare remedium est, aut praemium, in Quadragesima non ieiunare peccatum est.

Leo serm. 3. de ieiunio decimi mensis: Pium, inquit, est agere non indictum, impium est negligere praedicatum.

Deni que Epiphanius haereti 75. & Augustinus haereti 63. ponunt Aërium inter haereticos, eo quod ieiunandum quidem esse diceret, sed non ex praeccepto Ecclesiae, sed quando vnicuique placet: Neque ieiunium, inquit Aërius apud Epiphanium, erit ordinatum: haec enim Iudaica sunt, & sub iugo seruitutis: iusto enim lex non est posita. Si verò omnino volo ieiunare, qualemcumque eligam diem à meipso, & ieiunabo propter libertatem. Eadem Lutheranorum oratio esse solet.

Tertio, probatur ratione: sunt necessariae aliquae verae leges ad Ecclesiam bene gubernandam, praeter leges diuinas, & ciuiles; omnis autem vera lex vim habet coactiuam: ergo sunt necessariae in Ecclesia leges Ecclesiasticae coactiuae: non sunt autem, nec fuerunt vnquam in Ecclesia aliae leges Ecclesiasticae, quam illae, quas summi Pontifices, aut Concilia à summis Pontificibus confirmata ediderunt: igitur leges Pontificum, & Conciliorum eiusmodi leges sunt coactiuae, ac verè, & propriè in conscientia obligantes. Sed probanda est propositio, & assumptio primi syllogismi: inde enim cetera pendunt.

Esse igitur necessariae aliquas leges Ecclesiasticas, facile probari potest. Nam eadem ratione sunt necessariae leges in Ecclesia, qua in omnibus aliis Rebus publicis. Ratio enim cur leges sint necessariae in omni Republica, est quia homines, ut bene viuant debent secundum rationem viuere, & tamen quia constant ex corpore & spiritu, ex ratione & sensu, vix possunt sine affectu secundum solius rationis ductum iudicare. Idèd igitur leges inueniuntur, quae nihil continent, nisi rationis iudicium, ut cum eas sequi homines coguntur, cogantur simul rationem sequi. iam haec ratio in Ecclesia etiam locum habet. Nam licet Christiani per gratiam Christi liberati sint à peccato, non tamen liberati sunt à concupiscentia, & passionibus, quae cum ratione perpetuò pugnant.

Dices, habent Christiani legem Evangelicam, quam sequantur. Respondeo, habent quidem, sed illa nimis est vniuersalis: nec sufficit dirigere omnes actiones nostras, nisi per determinationes Principum Ecclesiasticorum fiat aliquo modo particularis. Sicut etiam politicae Respublicae habent legem naturalem, & tamen quia illa est nimis generalis, non sufficit, nisi deducatur ad particularia per determinationes Principum.

Quare, quemadmodum in Republica ciuili necessariae sunt leges ciuiles, quae sunt quaedam quasi conclusiones deductae ex iure natura, vel determinationes iuris naturae: sic etiam in Ecclesia praeter legem Evangelicam, necessariae sunt leges Ecclesiasticae, quae sunt etiam veluti conclusiones deductae ex principiis Evangelij, vel determinationes. Exempli gratia, Euangelium dicit: Qui mihi ministrat, me sequatur. Inde Ecclesia deducit conclusionem. Ergo vile erit sancire legem, ne ad ministerium sacrum admittantur, qui noluerint esse continenteres.

Item, Euangelium iubet sumi Eucharistiam, sed non determinat quomodo, aut quando: igitur Princeps Ecclesiae determinat, ut saltem in Paschate sumatur: & Apostoli legem condunt, ut sumatur ante omnes alios

cibos, nimirum à ieiuniis. Hinc Augustinus in epistola 118. cap. 6. Non præcepit, inquit Dominus, quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos Ecclesias disposuimus erat, seruaret hunc locum.

RESSTAT nunc, ut probetur assumptio, videlicet, omnem veram legem esse coactiuam. Id verò probatur ex ipsa natura legis. Est enim lex regula quædam humanarum actionum à Deo immediate, vel mediare constituta; deuiare autem à regula, peccare est. Vnde Aristoteles lib. 10. Ethic. cap. 9. Lex, inquit, est sermo ab aliqua prudentia ac mente profectus, vim habens cogendi. Itaque essentia legis in hoc posita est, ut liget, & cogat, ita ut sit peccatum aliter agere. Quod item ostendit definitio peccati: quid enim est peccatum, nisi transgressio legis? Sic enim definitur peccatum ab Apostolo, primò Ioan. 5. & quæ sit legem à deo. Neque potest dici, legem non obligare ad non contemnendum. Nam lex, quæ obligat ad non contemnendum Principem, est lex quædam generalis, & diuina. Hæc autem, de qua nunc agimus, est particularis & humana: ut cum Pontifex dicit, ieiuna Quadragesimam, non obligat te ad non contemnendum superiorem, sed ad ieiunandum.

CAPVT XVII.

Soluntur argumenta aduersariorum ex Scriptura testimonio ducta.

UPEREST argumenta soluere. Primum sumunt ex illo Matth. vlt. Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandauimus vobis. Vbi notant non esse dictum docentes mandata vestra, sed mea. Inde autem colligunt, non licere Episcopis præcepta dare, hoc est argumentum Ioannis de VVessalia.

RESPONDEO, in iis, quæ mandauit Dominus, illud etiam esse, ut seruentur præcepta Prælatorum. Dominus enim ait: Qui vos audit, me audit, &c.

SECUNDUM ex illo Deut. 4. Non additis ad verbum quod ego loquor vobis, neque minuetis ex eo. Et cap. 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, non addas quidquam, neque minuas. Vbi sermo est de præceptis caeremonialibus, & iudicialibus. nam, c. 4. præcedit, Audi Israël præcepta atque iudicia. Et c. 12. Hæc sunt præcepta atque iudicia, &c.

IAM verò si Deus præcepit Israëlitis, ut nullum præceptum adderent ad ea, quæ in Scriptura Testamenti veteris continentur, quanto magis præcepisse censendum est, ne Christiani addant ad Euangelium, quod est longè perfectius Testamento veteri?

HOC argumentum Lutherus, Caluinus, aliique ferè omnes faciunt. Et Petrus Martyr tantifacit, ut in comment. cap. 8. ad Cor. in margine posuerit. Nota, bonum argumentum.

RESPONDEO, duobus modis posse intelligi additionem, vel detractionem ad præceptum fieri. Vno modo, quod addatur præceptum præcepto: ut si ad numerum decem præceptorum adderentur duo alia præcepta, & fieret duodecim, vel detrahatur duo præcepta de numero denario, & fiant solum octo. Alio modo, quod sine multiplicatione præceptorum plus fiat, quam præceptum iubeat, vel minus: ut si cum Deus iubeat in Paschate comedi vnum agnum à singulis familiis, aliqua familia duos agnos comedisset, vel dimidium tantum.

DICO igitur, Scripturam non prohibere additionem prioris generis, sed posterioris tantum, id est, non prohibere additionem ad numerum præceptorum, sed additionem ad opus præceptum. Id quod probò, quia inuenimus Iudæos addidisse ad numerum præceptorum tam caeremonialium, quam iudicialium.

DE caeremonialibus additis multa sunt exempla. nam Esth. 9. Scripsit Mardocheus, inquit Scriptura, ut quartadecimam & quintadecimam diem mensis Adar

pro festis susciperent, & reuertente semper anno, solemnè celebrarent honore. Et infra: Susceperunt Iudæi super se, & semen suum, & cunctos qui religioni eorum voluerint copulari, ut nulli liceat, duos hos dies absque solemnitate transigere. Item Iudith c. vlt. in fine: Dies, inquit, victoria huius festiuitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in presentem diem. Item 1. Mach. 4. Et statuit Iudas & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israël, ut agatur dies Dedicacionis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo. Quod festum est nouum & additum veteribus, Dominus quoque præsentia sua honorauit, ut patet Ioan. 10.

DE iudicialibus habemus exemplum 1. Reg. 30. vbi Dauid nouam legem condidit, ut æqua pars esset in bello descendendum ad prælium, & remanentium ad farcinas. Et factum est hoc, inquit Scriptura, ex die illo constitutum & præsumum, & quasi lex in Israël. Nec obstat, quod dicitur, quasi lex. Nā in Hebræo nō habetur, quasi lex, sed solum לעבוק דמישפט, lechok demischpat, quæ sunt illa duo vocabula, quæ habentur Deut. 4. & 12. non ergo prohibet Scriptura addi noua præcepta, sed prohibet addi, vel minui de ipso opere, & confirmatur hoc.

NAM Deut. 4. & 12. Moses non alloquitur Principes, quorum est leges condere, sed populum, cuius est obedire: ergo solum præcipit id, quod populo conueniebat præcipi, nimirum ut impleteret integrè opera, præcepta non addendo, vel minuendo. Quod clariùs explicuit idem Moses Deuteronomij 5. vbi loquens de eadem re: Facite, inquit, quæ præcepit Dominus Deus vobis, non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Certum est enim, hinc Mosè loqui de impletione præceptorum, non de ferendis nouis legibus.

EST autem hoc loco obseruandū cum Moses præcipit, non esse addendum ad id, quod lex præscribit, hoc debere intelligi de additione corruptente, non autem de perficiente opus præceptum. Nam cum lex dicit: Non furaberis, qui non tantum non aufert aliena, sed etiam donat sua, plus facit, quam lex præcipiat: nec tamen dicitur addere, quia non destruit præceptum, immò meliùs illud seruat. At cum lex dicit, solum sacrifices oues & boues, & aues mundas: si quis velit sacrificare etiam canes, & fues, & homines, ille addet, & corrumpet præceptum. Et hoc exemplum ponitur Deuter. 12. cum prohibetur additio, ne videlicet sacrificarent filios suos, si cur Gentiles faciebant.

SECUNDÒ, solum potest argumentum, etiam si admitteremus Scripturam prohibere additionem nouarum legum. Nam deberet intelligi ista prohibitio solum de additione legum contrariarum prioribus legibus, ut B. Thomas rectè monet in cap. 1. ad Gal. lect. 2. & 3. & patet ex legibus postea additis, ut iam ostendimus.

TERTIÒ, posset etiam dici, non esse eandem rationem Testamenti veteris, & noui: quia lex Testamenti veteris dabatur vni tantum populo, & ad certum tempus, nimirum vsque ad Christi aduentum, potuit facillè determinare omnia in speciali, ut etià fecit. Nam in speciali præscribit omnia, quæ tam ad cultum Dei, quam ad iudicia, & forenses contentiones pertinent. Et ideo non esset mirum, si prohiberet addi alias leges.

AT lex Evangelica datur toti mundo, id est, diuersissimarum nationum populis, & duratura est vsque ad finem mundi. Et ideo non poterat tam facillè determinare omnia in speciali, non essent adhuc necessariae leges aliæ, tam ciuiles, quam Ecclesiasticæ. Neque enim possunt diuersissimi populi conuenire in iisdem legibus & ritibus. Itaque Deus meliùs esse iudicauit, si in Euangelio, quod est commune omnibus, traderet communissimas leges de Sacramētis, atque articulis fidei alia magis specialia pro locorū & temporum diuersitate relinqueret instituta per Apostolos, eorūque, & successores.

TERTIVM argumentum sumit Caluinus ex Isaia cap. 33. vbi legitur: Dominus Iudex noster, Dominus Legifer noster, Dominus Rex noster. Aequalere autem hæc verba istis, Dominus solus est Iudex, Legifer, & Rex noster, patet ex epistola Iacobi cap. 4. Vnus est Legifator, & Iudex, qui potest perdere, & saluare.

RESPONDEO Isaia, & Iacobum loqui de Legifatore primario, qui sua propria auctoritate potest iudicare, & leges ferre: neque nos talem esse dicimus summum Pontificem, sed solum Deum, & Christum. Pontificem enim non Regem, nec Iudicem, aut Legislatorem primarium facimus, sed Vicariū Regis, & Iudicis ac Legislatoris Christi, qui possit Christi auctoritate leges cōdere. Quomodo etiam loquitur B. Cyprianus libro 1. epist. 3. vbi Pontificem dicit esse Iudicem loco Christi.

AT, inquit, Iacobus dicens: Vnus est enim Legifator & Iudex, qui potest perdere, & saluare, reddit rationem, cur debeant omnes homines seruare leges, & non dare: pinde excludit omnes alios legifatores, qui nimirum velint obligare cōsciētiās, & perdere præuaricatores & saluare obediētes. Sic enim loquitur: Nolite detrabere alterutrum. Qui enim detrabit fratri, & iudicat fratrem, detrabit legi, & iudicat legem. id est, qui detrabit fratri bonum facienti, ut cōdonanti iniurias, detrabit legi, quæ illud bonum præcepit. Si autē iudicas legē, non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim Legifator, & Iudex, qui potest perdere, & saluare. Vbi subintelligitur vna ppositio post illa verba: Si autē iudicas legē, non es factor legis, sed iudex, nimirum hæc, Debes autē tu, ò homo, esse factor legis non iudex. Et subiungitur ratio: Vnus est enim Legifator, & Iudex.

RESPONDEO, Iacobum alloqui omnes homines, quatenus subsunt aliquibus legibus: & velle dicere, nemini licere iudicare legem sui Superioris, eum vnus tantum sit legifator, & iudex: ita summus, & primarius, ut solum leges dare, non autem accipere debeat: & qui sic potest perdere, & saluare, ut ipse neminem timeat, & à nemine aliquid speret. Porro Papa, caterique Episcopi etsi iudicare, & leges ferre possunt, tamen iudicandi sunt etiam à Deo, & leges Dei seruare debent.

QUARTVM argumentum sumit Caluinus ex Isaia c. 29. Ed quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me: cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominis & doctrinis, ecce ego addam, &c. Vbi Dominus conqueritur, quod populus Israël timuerit se mandato hominum, id est, timorem seu cultum, & religionem Dei constituerit in hominum mandatis seruandis. Similia habentur Matth. 15. & Marci 7.

RESPONDEO, mandata hominum in Scriptura non vocari quælibet hominum præcepta, sed ea solum, quæ omnino sunt humana, ita ut nec Deo iubente, nec inspirante, nec eius auctoritate vilo modo constituta sint. Quæ sunt duplicia: nam quædam sunt contraria diuinis mandatis, quædam inutilia prorsus & vana. Id patet ex omnibus locis, vbi nominantur humana præcepta, ut Isaia 29. Matth. 15. Marci 7. ad Colossenses 2. primæ ad Timotheum 4. ad Titum primo.

PORRO Dominus ter inuenitur Phariseos reprehendisse propter traditiones humanas. Primò, Matth. 15. vbi arguit eos, quod seruauerint mandata humana contraria diuinæ legi. Nam Matthæi 15. postquam dixerat Phariseos præcepisse, ut filij darent templo, quod aliqui debitum erat parentibus, subiungit, Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Et mox adducit locum Isaie citatum. Quare sanctus Irenæus lib. 4. cap. 25. & 26. exponens hæc loca Isaie & Matthæi, dicit intelligenda esse de præceptis Phariseorum pugnantibus cum diuinis legibus.

SECUNDÒ, reprehendit Marci 7. traditiones seu mandata hominum, id est, quædam inutiles, & frivolas caeremonias solo spiritu humano adinuentas, quas tamen

Iudæi tanti faciebant, ut anteponerent diuinis mandatis. Relinquentes, inquit, mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, Baptismata vireorum & calicum, & atia similia his facitis multa.

TERTIÒ, reprehendit eisdem Matth. 23. quod bonas quædam leges plures facerent, quam diuinam legem. Vbi non vocat eas leges præcepta hominum, sed dicit, hæc oportuit facere, & illa non omittere. Solum enim in eo peccabat circa istas caeremonias tertij generis, quod in eis summam religionis constituerent, cum tamen externa essent. Isti similes erant cani Aesopico, qui propter umbram panis reliquit panem ipsum, ut pulchre Irenæus ait libro secundo, capite duodecimo, de hæreticis Valentinianis, qui maluerunt Angelum quendam pro Creatore habere, quam Deum.

PORRO mandata Pontificia & Ecclesiastica, etsi humana dici possunt, quia non sunt immediate à Deo, tamen nec vsquam in Scripturis dicuntur mandata hominum, nec reprehendi possunt, cum nec pugnent cum diuinis mandatis, nec sint inutilia, neque nos ea anteponi, sed postponi debere dicamus diuinis præceptis.

QUINTVM argumentum sumunt ex verbis Pauli, quibus liberi asseruntur Christiani à mandatis hominum, 2. Corinth. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Ad Galatas, 4. Non sumus ancilla filij, sed libera, qua libertate Christus nos liberauit. Et ad Galatas 5. State, & nolite iterum inigo seruitutis contineri.

RESPONDEO, libertatem Christianam in tribus consistere. Primò, in liberatione à seruitute peccati, de qua Paulus Rom. 6. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.

SECUNDÒ, in liberatione à seruitute legis diuinæ moralis. Nam lex sine gratia non potest impleri, & tamen minatur pœnā, nisi impleatur, atque ideo premit, ac tenet homines, tanquam seruos, sed gratia Christi liberat nos ab isto timore, & seruitute, non quidem eximendo nos ab obligatione implendæ legis, sed aspirando caritatem, per quam facillè & libetè legem impleamus. De qua Apostolus 2. Cor. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Et Gal. 3. Christus nos redemit de maledictio legis, factus pro nobis maledictum. Vnde Augustinus lib. de continentia, c. 3. Non sumus, inquit, sub lege bonum quidem iubente, non tamen dante, sed sumus sub gratia, quæ id, quod lex iubet, faciens nos amare: potest liberis imperare.

TERTIÒ, in liberatione à seruitute caeremonialium & iudicialium præceptorum Moysis, de qua Act. 15. Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, &c. Et Galat. 5. State, & nolite iterum inigo seruitutis contineri. Quod autem sumus liberati ab obedientia Prælatorum, nusquam legitur, sed contrarium potius, cum Paulus clamet, Obedite Præpositis vestris.

QUOCIRCA Petrus & Paulus præuidentes in spiritu hæreticos huius temporis, qui prætextu libertatis, neque ieiunia indicta ab Ecclesia, nec vllam aliam legem ferre possunt, frequentissimè inculcare voluerunt, ut obedientiam Superioribus etiam Ethnicis exhiberemus, 1. Pet. 2. Subiecti estote, inquit, omni humane creaturæ propter Deum. Et infra: Quasi liberi, non quasi velamen habentes malitiæ libertatem. Et 2. Pet. 2. De hæreticis, inquit, Libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. Et Paulus Galat. 5. Vos in libertatem, inquit, vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis.

CAPVT XVIII.

Soluitur argumentum ex comparatione legum.

EXTVM argumentum, si Deus voluit Christianos esse liberos à caeremoniis Iudaicis, aliisque posituius legibus Testamenti veteris, ergo etiam à caeremoniis, quas Pontifices introduxerunt, & ab aliis humanis legibus. Nam si debuimus habere leges posituias, præstitisset habere diuinas, quam humanas. Præterea nihil nobis prodesset, immò potius

obesse illa liberatio à legibus Iudaicis. Nam leges illæ dicuntur *inquit importabile* à B. Petro, Actor. 15. tum propter multitudinem, tum propter obligationem ad peccatum. Alioqui enim res ipsæ singulæ in se graues non erant, nedum importabiles: at leges positivæ Christianorum sunt decuplo plures, quàm essent illæ Iudaicorum, ut patet conferenti volumina Iuris canonici, & tomos Conciliorum cum Pentateucho Mosis. Si ergo istæ omnes leges ad pœnam æternam obligant, præstitisset nobis habere legem Mosis.

Et confirmat Caluinus argumentum suum testimonio beati Augustini, qui in epist. 119. c. 19. de ritibus Ecclesiasticis temerè introductis conqueritur, & ait, *Ipsam religionem quam paucissimis & manifestissimis celebrationum Sacramentis misericordia Dei liberam esse voluit, seruilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit conditio Iudaorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis presumptionibus subijciuntur.* Hæc ille.

Svbi vngit Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 10. §. 13. *Si in sculum nostrum incidisset sanctus ille vir, quibus querelis deplorasset eam, quæ nunc est, seruitutem? Nam & numerus est decuplo maior, & singuli apices centuplo rigidius, quam tunc, exiguntur. Ita fieri solet, ubi semel peruersi isti legislatores imperium occuparunt, nullum finem iubendi & vetandi faciunt, donec ad extremum morositatis perveniunt.*

Respondet, à cæremoniis & iudicialibus præceptis Mosis voluit Christus nos esse liberos, quia cæremonia illæ, figuræ erant Testamenti noui, & proinde, re ipsa præsentate cessare debuerunt; iudicialia quoque præcepta pertinebant ad politiam populi Dei secundum illum statum, & idcirco statu illo mutato, necesse fuit etiam ipsa præcepta mutari: *Translatio enim Sacerdotio*, inquit Apostolus ad Hebræos septimo: *necesse est ut legis translatio fiat.* Non autem sequitur debere nos nullas habere politicas & Ecclesiasticas leges, si illas Mosis habere non debemus.

Ad id, quod obiicitur de numero & grauitate legum Pontificiarum, Respondet, sine comparatione vlla esse pauciores & leuiore Pontificias leges illis Mosais. Nam leges absolutæ impostæ omnibus Christianis, vix inveniuntur aliæ, quàm quatuor: nimirum de seruandis Festis & de seruandis Ieiuniis, de Confessione singulis annis semel faciendâ, & de sacra Communione sumenda in Paschate. Cæteræ omnes, quibus pleni sunt tomi Conciliorum, & libri Iuris canonici, vel non sunt leges, sed admonitiones, vel piæ institutiones sine obligatione ad culpam: quales sunt plurimi ritus Christianorum. Nec enim peccant, qui citra contemptum, vel non recitat Angelicam Salutationem ter in die, vel non sumunt ramum oliuæ in die Palmarum, vel non aspergunt se aqua lustrali, cum templum ingrediuntur, vel non tundunt pectus tempore sacrificij, &c. & tamen his & similibus Ecclesiam grauari, Caluinus clamat.

Veri sunt leges conditionales, id est, impostæ iis, qui volunt ad sacros Ordines admitti, ut de Cælibatu: quæ non grauant Ecclesiam, cum nemo teneatur fieri Clericus vel Monachus: vel sunt regulæ præscriptæ non omnibus, sed solis iudicibus Ecclesiasticis, ut eas sequantur in causis diiudicandis; vel sunt censure, & pœnæ latæ in eos, qui ius diuinum violant, sine quibus disciplina nullo modo conseruari potest; vel sunt explicationes dogmatum fidei, aut Iuris diuini, quæ etiam nullum nouum onus Christianis imponunt. At leges Mosaiscæ omnibus & singulis Iudæis impostæ, innumerabiles erant, de Purificationibus, de Sacrificijs, de ciborum delectu, &c. Itaque non oportet comparare Pentateuchum cum tomis Conciliorum, & libris Iuris canonici, sed cum paruo Carechismo. Potest enim Chri-

stianus saluari, si solum Carechismum paruum nouerit. Quod autem attinet ad grauitatem legum, & leuitatem Ecclesiasticarum. Nam ex quatuor nostris legibus, nulla est, quæ non sit potius determinatio Iuris diuini, quàm noua lex penitus. Nam Iure diuino tenemur aliquod tempus dedicare cultui Dei, & aliquando ieiunare, confiteri, & communicare. Itaque Pontifices solum determinauerunt tempora: & proinde, si qua est difficultas in his legibus, magis referenda est in Ius diuinum, quàm in ius positium: & præcipue circa confessionis præceptum, quod habetur omnium durissimum. Nec enim Confessio peccatorum dura quibusdam est, quia fieri debet tali tempore, sed quia fieri debet absolutè. Neque de hoc dubitari potest.

Deinde, determinatio temporis Festorum, & Ieiuniorum à Pontificibus facta, mitissimam obligationem habet. Nam ad ieiunia non obligantur, nisi qui possunt, vnde excipiuntur pueri, senes, ægroti, &c. Similiter in festis tenemur à seruilibus operibus abstinere, & Missam audire, sed cum multis exceptionibus, nam non debent cessare opera necessaria, vel valde vtilia humanis corporibus, ut medicorum, pharmacopolarum, coquorum, &c. Pari ratione, qui impeditus iusta de causa, Missam non interfuit, non iudicatur deliquisse. At Iudæi ad eum seuerè tenebantur in Sabbathis vacare, ut ne ignem quidem accendere possent, vel cibos coquere. Et quidam qui solum ligna collegerat die Sabbathi, iussu Domini lapidatus fuit, Num. 15.

Ad Augustinum dico, malitiosè Caluinum verbis Augustini voluisse abuti. Ille enim non conqueritur de ritibus à Pontificibus institutis, sed de quibusdam consuetudinibus particularibus vulgi, & hominum rudium, quæ paulatim obtinent vim legis, quæ quando nimium crescunt, deberent Episcoporum auctoritate tolli, & abrogari: *Omnia, inquit, talia, quæ neque sanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur, neque in Concilijs Episcoporum statuta inveniuntur, neque consuetudine vniuersæ Ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix, aut omnino nunquam inueniri possint causas, quas in eis instituendis homines sequuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine vlla dubitatione rescandâ existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quàm paucissimis, &c. ut supra.*

Itaque vides, Augustinum omnino seruari velle eas leges, quas Episcopi in Concilijs stauerunt, vel vniuersæ Ecclesiæ consuetudo roborauit, eiusmodi autem sunt omnes illæ, quas nos Ecclesiasticas leges appellamus, nec enim in tomis Conciliorum, vel in voluminibus Iuris canonici seruauerunt, si non ab Episcopis, sed à priuatis nescio quibus hominibus latæ fuissent.

CAPVT XIX.

Soluitur argumentum ductum ab exemplis.

Septimum argumentum sumit Caluinus à tribus exemplis, quæ habentur in Scriptura. Nam 4. Reg. 16. refertur factum Achaz Regis & Vtrius Pontificis, qui addiderunt templo vnum aliud altare. Quod etsi videbatur ex se facere ad ornatum templi, tamen quia Deus hoc non iusserat, tanquam humanum inuentum reprobatur. Deinde cap. 17. refertur de iis, quos transtulit Rex Assyriorum de Babylone in Samariam, quod immisit à Deo leonibus puniti fuerint, quia coluerint Deum nouis cæremoniis, quas Deus non præceperat. Denique 4. Reg. 21. refertur de Manasse Rege, quod in eo præcipue peccauerit, quod in templo extruxit aras, quas nimirum Dominus non præceperat.

Respondet, admirabilem planè esse impudentiam Caluini, qui Achaz, & Manassem, & Babylonios docet in eo peccasse, quod cæremonias instituerint à

Deo non præceptas, cum Scriptura clarissimè dicat, istos omnes peccasse peccato idololatriæ. Nam Achaz reprehenditur, non quod altare nouum crederet in templo, sed quod altare crederet ad similitudinem altaris idoli, quod erat in Damasco: & quod altare Domini amouerit à loco suo, & noluerit sacrificia offerri in altari Domini, sed solum in altari illo nouo, & idolo consecrato. Manasses quoque non arguitur, quod aras in templo extruxerit, sed quod extruxerit eas vniuersæ militiæ cœli, id est, in honorem omnium syderum, & quod in templum Domini traduxerit idolum, quod antea in ludo manebat.

Quod enim non fuisset malum, erigere in templo aliud altare, etiam si Dominus hoc non imperasset, patet ex 3. Reg. 8. ubi legitur, Salomonem cum vidisset altare Domini aneum non capere omnia holocausta, quæ offerebantur, sanctificasse alium locum in templo, & ibi obtulisse etiam holocausta. Hoc enim Salomonis factum Deus nec imperauit, nec improbauit. Nisi potius approbasset dicendum sit, cum sequenti capite Salomoni per quietem apparuerit, eumque laudauerit, ac multa illi bona promiserit.

Porro Babylonios illos, qui habitabant in regione Samariæ, constat idololatrias fuisse. Sic enim Scriptura loquitur lib. 4. Reg. cap. 17. *Cumque ibi habitare cepissent, non timebant Dominum: & immisit in eos Dominus leones, qui interfecit eos.* Et infra: *Vnaquæque gens fabricata est Deum suum, posueruntque eos in phanis excelsis.* Et infra: *Et cum Dominum colerent, diis quoque suis seruiebant, iuxta consuetudinem Gentium, de quibus translati fuerant Samariam.* Hoc igitur peccatum Scriptura reprehendit, non autem, quod Deum nouis cæremoniis colerent.

CAPVT XX.

Soluitur argumenta duo desumpta ex ratione conscientie.

Argumentum octauum Caluini est, Paulus nullo modo permittit fideles conscientias in hominum seruitutem redigi. Ait enim prima ad Corinth. 7. *Prelio empti estis, nolite fieri serui hominum.* Vbi Paulus non præcipit, ne serui non obediant dominis suis in rebus exterioribus, nam ad Ephes. 6. ait, *Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore.* Neque præcipit, ne qui sunt liberi, serui non efficiantur, nam in eodem cap. ad Corinth. 7. ait, *Seruus vocatus es, non sit tibi cura, sed estis potes fieri liberi, magis vtere,* id est, etiam si possis liberari, melius tibi est, ut seruias, & vtaris conditione serui, ad conseruandam humilitatem. Igitur superest, ut prohibeat seruire hominibus cum timore peccati, & anxietate conscientie, quomodo soli Deo seruendum est.

Respondet, Paulum eo loco solum præcipere, ne seruiamus hominibus præcipue propter homines, sed propter Deum, ita ut magis Deo in hominibus, quàm ipsis hominibus seruiamus. Ita enim seipsum Paulus explicuit Ephes. 6. *Serui, inquit, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus.* Illi ergo sunt serui hominum (quod Apostolus prohibet) qui homines præcipue respiciunt, & ideò seruiunt, etiam si peccata præcipiant, & adulatùr eis, etiam quando domalè agunt. Vide Chrysostomum in 1. ad Corinth. 7. & Hieronymum in cap. 6. ad Ephes.

Non vni argumentum Caluini, Conscientia ad forum solius Dei pertinet. Ipse enim est, qui scrutatur renes & corda, non igitur possunt homines obligare in conscientia. Confirmo hoc argumentum. Non potest

homo damnare vllum ad inferos: non igitur potest obligare ad legem seruandam sub pœna mortis æternæ. Ridiculum enim esset, si quis obligaret ad pœnam, quam postea non posset infligere.

Respondet, duobus modis intelligi posse, conscientiam ad forum solius Dei pertinere. Vno modo, quia solus Deus potest videre hominum conscientias, & iudicare de actibus internis, qui exteri non patent, nec habent alios testes, quàm Deum, & conscientiam operantis, & hoc modo verissimum est, conscientiam ad solius Dei forum pertinere. Alio modo potest intelligi, conscientiam ad solius Dei forum pertinere, quia videlicet solus Deus possit legibus suis ita ligare hominem, ut si non faciat quod præceptum est, iudicet ipsemet in conscientia sua se malè facere. Et hoc modo falsum est, conscientiam non pertinere ad forum hominum. Nam, ut qui hoc modo obliget alium in conscientia, non requiritur ut possit videre eius conscientiam, nec ut scrutetur renes, & corda, nec ut iudicet de actibus internis: sed satis est, ut possit illi legitime imperare, & imperando ita illum obligare ad opus externum faciendum, ut si non faciat, intelligat, vel certè intelligere possit se malè agere.

Itaque Ioannes Caluinus lib. 4. instit. cap. 10. §. 5. æquiuocatione decipitur, aut decipere alios cupit, cum ita loquitur: *Neque enim cum hominibus, sed cum vno Deo negotium est conscientie nostris, quod pertinet illud vulgare discrimen inter terrenum & conscientie forum.* Cum totus orbis densissima ignorantie caligine obuolutus esset, hæc tamen exigua lucis scintilla residua mansit, ut humanis omnibus iudicij superiorum esse hominis conscientiam agnoscerent, quamquam quod vno verbo fatebantur, postea recipi labefactabant: *voluit tamen Deus testimonium aliquod Christiana libertatis tunc extare, quod ab hominum tyrannide conscientias eximeret.* Hæc ille.

At cum dicimus, conscientiam esse superiorem omnibus humanis iudicijs, nihil aliud dicere volumus, quàm eum, qui sibi benè conscius est, non debere metuere, ne à Deo damnetur, etiam si omnes homines, qui cor non vident, secus fortè de eius rebus gestis iudicent. Sed quorsum hæc? an propterea non peccabit, conscientie suæ testimonio, qui leges Ecclesiasticas violauerit?

Ad confirmationem respondeo, legem humanam non obligare sub pœna mortis æternæ, nisi quatenus violatione legis humanæ offenditur Deus, cuius ministri sunt omnes principes, non solum Ecclesiastici, sed etiam politici, ut enim tibi transgreditur leges proregis, consequenter offendit regem, & puniri potest à rege, etiam ea pœna, quam prorex infligere fortasse non potuisset: sic etiam, qui leges iustas principum non seruauit, qui quidem principes ministri Dei sunt, Sap. 6. Rom. 13. 1. Corinth. 4. etiam Deum offendunt, & ab eo puniuntur pœna æternæ mortis. Itaque si fingamus Deum non esse in rerum natura, qui leges iustas violabunt, peccabunt quidem in conscientia, sed nec Deum offendent, nec ad inferos damnabuntur.

Dices. Si ita est, sequitur, legem humanam, ut humanam, non ita obligare, ut transgressores dicantur peccare mortaliter.

Respondet, si legem humanam, ut humanam intelligas eam, quæ propriè non est diuina, nego transgressorem legis humanæ, ut humanæ, non peccare mortaliter: si verò legem humanam, ut humanam, intelligas eam, quam fert homo auctoritate non à Deo accepta, sed propria, vel ab hominibus solis collata, fateor talis legis transgressores non peccare mortaliter. Cæterum eiusmodi lex nulla est. Omnis enim vera potestas à Deo est, Rom. 13. & sine vera potestate nulla vera lex condi potest.

CAPVT XXI.

Soluatur argumentum ex Patribus.

ECIMVM argumentum sumitur ex aliquot Patrum testimoniis, quæ aliorum nomine retulit Ioannes de Turrecremata, lib. 2. cap. 45.

PRIMUM est Origenis, tract. 12. in Matthæum, ubi explicans illud Matth. 20. Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic: Sicut inquit, omnia carnalia in necessitate sunt posita, non in voluntate, spiritualia autem in voluntate, non in necessitate, sic & principes spirituales. Principatus eorum in diuisione subiectorum debet esse positus, non in timore corporali.

RESPONDEO, Origenem non excludere à principe Ecclesiastico coactiuam potestatem, sed tantum monere eiusmodi principes officij sui. Hoc enim interest inter principem secularem, & Ecclesiasticum, quod princeps secularis habet pro fine temporalem, & externam pacem Reipub. & ideo finem suum adeptus est, quando subditi quietè viuunt, siue id faciunt volentes siue inuitat: princeps spiritualis habet pro fine vitam æternam, & pacem tam externam, quam internam suorum subditorum, & propterea debet omnino procurare, vt subditi amore potius ducantur, quam timore: quanquam ubi non potest impetare, vt libenter, & ex amore bene viuant, debet etiam vim coactiuam adhibere, vt saltem timore pœnæ non perturbent externam Ecclesiæ pacem. Vnde Gregorius lib. 20. moral. cap. 6. Circa subditos inesse debet rectoribus & iuste consolans misericordia, & pœnitentiæ disciplina, &c.

SECUNDVM est Chryostomi lib. 2. de sacerdotio ante medium, ubi comparat Pontificem cum pastore ouium irrationalium, & ait: Neque enim homini licet tanta cum auctoritate homines curare, cum quanta oues pastor curat. Hic enim liberum est vincire, & à pabulo arcere, & prœtere, & secare, cum illic medicina, ac curationis suscipienda facultas posita minime sit in illo, qui medicinam adhibet, sed in eo tantum qui laborat, &c.

DEINDE, confert eundem Pontificem cum seculari magistratu. Et sic ait: Christianis minime omnium licet peccantium lapsus vi corrigere. Exteri quidem iudices cum facinorosos homines leges transgressos fuisse deprehenderint, magna se præditos auctoritate, ac potestate ostendunt, cœdemque vel inuitos, suos ipsorum mores mutare cogunt: hic vero non vim adferre, sed suadere tantum oportet, atque hac ratione meliorem efficere, quem emendandum susceperis. Neque enim nobis facultas tanta à legibus data ad delinquentes coercendos: ac ne si dedissent quidem, haberemus ubi vim huiusmodi, potentiamque exercere possemus, cum Christus eos æterna corona donet, non qui coacti, sed qui certo animi proposito à peccato abstinent.

RESPONDET Ioannes de Turrecremata, Chryostomum loqui de iis, qui foris sunt, id est, de Ethnicis, quos Ecclesia non potest cogere ad fidem. At nimis apertè Chryostomus loquitur de ouibus quæ intus sunt, & quæ Episcopo commissæ sunt. Dicendum igitur est, Chryostomum nunquam negare voluisse coactiuam Pontificum potestatem, cum ipse eam vbique disertè asserat. Nam homil. 70. ad populum prohibet, ne Christiani sibi subiecti vocent mulierculas quasdam gentiles quæ præfice dici solent, ad funera deploranda, & ait: Ne cogam eas vera, & propria mala desistere. Et infra: Si verò, inquit, quod absit, contempni fuerimus, minas ad rem deducere cogemur, vos quidem Ecclesiasticis castigantes legibus, illas verò sicut eis conueniet. Et infra: Nec vltus Ecclesiastica despiciat vincula. Non enim qui ligat est homo, sed Christus, qui nobis hanc contulit potestatem, & tanti dominos honoris constituuit. Et in epistola prima ad Innocentium Papam, rogat eum, vt Theophilum Episcopum Alexandrinum, & alios, per quos à sede sua iniuste expulsus fuerat, Ecclesiasticis legibus coerceret. Et

A homilia 83. in Matthæum, alloquens Presbyteros: Si, inquit, dux quippiam si consul, si ipse denique qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe, & coërce: maiorem tu illo habes potestatem. Quod si ipse pellere non audeas, mihi dicas, non permittam ista fieri. Habemus igitur Chryostomum sensisse, posse prælatos Ecclesiæ vincire oues suas & pellere de Ecclesia, & seuerè punire, quæ antea videbatur negasse.

A D illa igitur verba respondeo dupliciter. Primò, inter pastorem ouium irrationalium & rationalium hoc discrimen à Chryostomo poni, quod ille eam versetur circa morbos ouium naturales, potest sanare oues suas etiam illæ nolint: at iste, quia versatur circa morbos ouium voluntarios, non potest curare oues, nisi ipsæ velint, & ideo difficilior est huius, quam illius prouincia. Et similiter dico de potestate seculari. Index enim secularis versatur circa externas actiones, & ideo potest inuitum hominem cogere, vt mutet mores, nimirum externos: at Episcopus versatur circa mores internos, qui non possunt mutari inuito eo, qui illos habet. Nam etsi potest Episcopus excommunicare, aliisque pœnas infligere: tamen nihil ista proderunt, nisi velit is qui puniuntur. Et sic intelligo illa verba (neque enim nobis facultas tanta à legibus data ad delinquentes coercendos) non enim habet Episcopus facultatem cogendi hominem, vt mutet animum, sicut habet iudex cogendi hominem, vt mutet externos mores.

SECUNDÒ, dici potest, Chryostomum hoc loco solum agere de potestate sacerdotali in foro conscientie. Ibi enim non possumus corrigere pœnitentem, nisi ipse velit: summum enim quod possumus, est dimittere illum sine absolutione.

TERTIUM testimonium est sancti Augustini lib. 22. contra Faustum, cap. 27. ubi sic definit peccatum: Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam Dei. Hinc enim deducitur, transgressionem legis humanæ non esse peccatum. Similis etiam est definitio Ambrosij lib. de paradiso, cap. 8. Peccatum, inquit, est prauaricatio legis diuine.

RESPONDEO, omne peccatum esse contra legem Dei, non positiuam, sed æternam, vt Augustinus rectè docet. Omnis enim iusta lex, siue à Deo, siue ab homine detur, ab æterna Dei lege deriuatur. Est enim æterna lex, vt malum sit violare regulam.

QUARTVM testimonium est beati Bernardi lib. 1. de consideratione: Non monstrabunt, inquit, puto qui hoc dicent, ubi aliquando quisquam Apostolorum iudex sed erit hominum. Stetisse lego Apostolos iudicandos. Sedisse iudicantes non lego.

RESPONDEO, loquitur B. Bernardus de iudicio in causis ciuilibus. Nam alioqui ibidem sic ait: Quidni, inquit, contemnant iudicare de terrenis possessionibus hominum, qui in caelestibus & Angelos iudicabunt? Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas vestra. Quoniam propter illa, & non propter has accepistis clauis regni caelorum. Adde quòd Bernardus non tam disputat an liceat, quam an conueniat Pontifici, de terrenis litibus iudicare.

CAPVT XXII.

Proponitur questio postrema, an Christus iurisdictionem Ecclesiasticam soli Pontifici summo immediate contulerit.

RESTAT postrema questio de deriuatione potestatis Ecclesiasticæ à Pontifice summo ad Episcopos ceteros. Sciendum est, triplicem esse in Pontifice aliusque Episcopis potestatem. Vnam ordinis, alteram iurisdictionis interioris, tertiam iurisdictionis exterioris: quarum prima refertur ad Sacramenta conficienda, & ministranda: altera ad populum Christianum regendum in foro interiori conscientie: ter-

tia ad eundem populum regendum in foro exteriori.

DE prima & secunda non est questio nostra, sed solum de tertia. Nam de prima certum est apud omnes illam aequè immediatè habere à Deo Episcopus, ac ipsum summum Pontificem. Confertur enim per quandam consecrationem, quæ aequè operatur in vno atque in alio. Vide de hac potestate Ioannem de Turrecremata, lib. 1. cap. 93.

DE secunda est quidem aliqua dissensio inter auctores: nam Abulensis in libro, quem appellat defensorium, part. 2. cap. 2. existimat hanc potestatem conferri omnibus sacerdotibus immediatè à Deo, quando ordinantur. Quod autem nihilominus non possit quilibet sacerdos quoslibet Christianos absolueri, vel ligare, id factum esse, quia Ecclesia ad tollendam confusionem, diuisit diæceses, & vnum populum vni Episcopo subiecit, alium alij. At Ioannes de Turrecremata lib. 1. summæ, cap. 96. docet hanc potestatem non conferri à Deo ex vi ordinationis, sed ab homine per simplicem iniunctionem. Ambo tamen in eo conueniunt, quòd vsus huius potestatis pendeat à iurisdictione exteriori, & ideo factis erit de illa exteriori agere. Præterea duæ priores pertinent propriè ad materiam de clauibus Ecclesiæ, quæ hoc loco non disputatur.

SOLUM igitur de tertia agendum est, de qua etiam egimus in questionibus superioribus. Et quidem omnes in eo conueniunt, iurisdictionem Episcoporum saltem in genere esse de iure diuino. Nam Christus ipse ita ordinauit Ecclesiã, vt in ea sint Pastores, Doctores, &c. Sic enim Apostolus loquitur ad Eph. 4. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas, alios Pastores, & Doctores. Et præterea, nisi ita esset, posset Pontifex mutare hunc ordinem, & instituire, ne vllus sit in Ecclesia Episcopus, quod sine dubio non potest facere. At questio est, an Episcopi canonice electi accipiant à Deo suam iurisdictionem, sicut eam accipit summus Pontifex, an verò à Pontifice.

SUNT autem tres de hac re Theologorum sententiæ. PRIMA, eorum qui volunt tam Apostolos, quam ceteros Episcopos immediatè à Deo accepisse, & accipere iurisdictionem. Ita docet Franciscus Victoria in relectione secunda, de potestate Ecclesiæ, questione secunda: & Alphonsus à Castro lib. 2. cap. 24. de iusta hæreticorum punitione.

ALTERA est eorum, qui volunt, Apostolos non à Christo, sed à Petro: & Episcopos non à Christo, sed à Petro successore accepisse, vel accipere iurisdictionem. Ita Ioannes de Turrecremata lib. 2. c. 54. summæ de Ecclesia, & Dominicus Iacobatus lib. 10. de Concilio art. 7.

TERCIA est media, eorum, qui volunt Apostolos quidem accepisse à Christo immediatè omnem suam auctoritatem: tamen Episcopos non à Christo, sed à summo Pontifice eam accipere. Ita Caietanus in tractatu de auctoritate Papæ, & Concilij, cap. 3. Dominicus à Soto in 4. dist. 20. quest. 1. artic. 2. Franciscus Vargas in libello de hac questione: Heruæus in libro de potestate Papæ: & Gabriel in canonem Missæ, lect. 3. Et eadem videtur sententia veterum Scholasticorum, B. Bonaventuræ, Alberti, Durandi, atque aliorum in 4. dist. 18. aut 20. aut 24. quæ sententia verissima est, & ideo breuiter confirmanda.

CAPVT XXIII.

Apostolos à Christo iurisdictionem omnem accepisse.

QUOD igitur Apostoli acceperint à Christo immediatè suam iurisdictionem, primum testantur verba Dñi, Ioan. 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Quem locum sic exponunt Patres, Chryostomus & Theophylactus vt apertè dicant, factos esse his verbis Apostolos Christi vicarios, immò ipsum Christi officium, & auctoritatem accepisse.

A D D R Cyrillus in hunc locum, his verbis propriè Apostolos, creatos esse Apostolos, & orbis totius Doctores: & vt intelligeremus in Apostolica auctoritate contineri omnem potestatem Ecclesiasticam, ideo adiecisse Christum: Sicut misit me Pater. Si quidem Pater Filium misit summa potestate præditum. Cyprianus lib. de vnitatè Ecclesiæ: Loquitur, inquit, dominus ad Petrum: Tibi dabo clauis regni caelorum: & eadem post resurrectionem suam dicit, Pasce oues meas. Et quæuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parcm potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: ita vt vnitatem manifestaret, vnam cathedram constituit, &c. Vbi vides idem dari Apostolis per illa verba: Ego mitto vos, quod Petro fuerat promissum per illud: Tibi dabo clauis, & postea exhibitum per illud: Pasce oues meas. Constat autem per illa (tibi dabo clauis) & per illud (pasce oues) intelligi iurisdictionem plenissimam etiam exteriorem. Quomodo autem hæc non impediant Petri primatum, alibi satis ostendimus.

SECUNDÒ, idem ostendit electio Mathiæ in Apostolatam. Nam Actorum primo legimus Mathiam Apostolum non fuisse ab Apostolis electum, nec datam ei vllam auctoritatem, sed implorata diuinitus, & imperata electione eius, mox inter Apostolos annumeratum. Cerrè si Apostoli omnes à Petro habuerunt iurisdictionem, in Mathia maximè id ostendi debuisset.

TERTIÒ, probatur ex Paulo, qui ex professo docet, se auctoritatem ac iurisdictionem habuisse à Christo, & inde probat se verum esse Apostolum. Nam Galat. 1. ait: Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per IESVM CHRISTVM, & Deum Patrem. Et ibidem vt ostenderet, se non accepisse auctoritatem à Petro, vel aliis Apostolis, ait: Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex utero matris mee, & vocauit per gratiam suam, continuo non acquieui carni, & sanguini, neque veni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum: deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, &c. Et cap. 2. Mibi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.

QUARTÒ, probatur euidenti ratione. Nam Apostoli à solo Christo facti sunt, vt patet Luca 6. Vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Et Ioan. 6. Nunc ego vos duodecim elegi. Quod autem Apostoli habuerint iurisdictionem, patet tum ex gestis Pauli, qui 1. Corinth. 5. excommunicat, & 1. Corinth. 6. 7. 11. 14. & alibi passim leges constituit, tum quia Apostolica dignitas, est prima & suprema dignitas in Ecclesia, vt patet 1. Corinth. 12. & Ephes. 4. Et quosdam quidem posuit in Ecclesia, primum Apostolos, deinde Prophetas, &c. Vide Beatum Thomam in caput duodecimum primæ ad Corinthios.

QUOD autem ante Christi passionem Apostoli essent, nec tamen adhuc essent Episcopi, vel Sacerdotes, nec vllam haberent iurisdictionem, non est mirum. Dominus enim variis temporibus varias contulit Apostolis potestates, Et præcipuè Ioan. 20. absolui, quod ante passionem inchoauerat.

CAPVT XXIV.

Episcopos omnes à Papa iurisdictionem accipere.

QUOD verò omnis ordinaria iurdictio Episcoporum à Papa immediatè descendat, probatur, primò, ex figura Testamenti veteris. Nam Numer. 11. legimus, quòd cum Moses non posset solus regere totum populum, Deus iussit adesse septuaginta seniores, & auferens de spiritu Moysi, dedit illis, vt vnà cum Mose populum regerent. Vbi notandum cum August. quæ. 18. in librum Numeri, istam ablationem spiritus à Mose non significare diminutionem spiritus in Mose, quia tunc nihil profuisset Mose habere adiutores, si propterea ipse debiliior factus esset: sed

derivationem virtutis seniorum à Mosis virtute. Voluit enim Deus ostendere, in Mose residere totam auctoritatem, alios autem, si quam habent, à Mose habere. Constat autem Pontificem in Ecclesia cum locum habere, quomodo habuit Moses in populo Iudaorum.

SECUNDO, Regimen Ecclesiasticum est monarchicum, vt supra ostendimus: ergo omnis auctoritas est in vno, & ab illo in alios deriuatur. Sic enim se habent omnes Monarchiae. Respondent, Regimen Ecclesiasticum est monarchicum, sed temperatum ex Aristocratia, & ideo præter Monarchiam esse etiam alios præfectos inferiores, qui non sunt Vicarij summi Monarchæ, sed absoluti Principes. Essent autem Vicarij, si ab illo acciperent auctoritatem.

AT contra: nam Aristocratia Ecclesiæ requirit quidem vt Episcopi sint Principes, & non simplices Vicarij: sed non requirit, vt isti Principes instituantur à Deo, & non à Pontifice, sed solum vt Pontifex cogatur diuina lege in variis Ecclesiæ partibus diuersos Principes Ecclesiasticos constituere: quomodo si alicubi Rex teneretur in singulis prouincijs non cõstituere prætores, aut præfides, sed veros duces ac principes, qui prouinciam, vt suam regerent, cum dependentia tamen ad regem.

TERCIO, probatur ex illis quatuor similitudinibus, quibus vitur Cyprianus libro de Vnitate Ecclesiæ, vbi sedem Petri comparat capiti, radici, fonti, soli. Nam in omni corpore virtus membrorum deriuatur à capite, in omni arbore virtus ramorum oritur ex radice, in omnibus riuis aqua fluit ex fonte, omnium denique radiorum solarium lux est à sole.

QUARTO, probatur, ex inæqualitate iurisdictionum. Nam si Deus immediatè conferret Episcopis iurisdictionem, omnes Episcopi haberent æqualem iurisdictionem, sicut habent æqualiter ordinis potestatem: Deus enim non determinauit vnquam Episcoporum iurisdictionem: at modò vnus Episcopus habet vnum oppidum, alius centum oppida, alius multas prouincias: non igitur à Deo, sed ab homine datur eiusmodi iurisdictione. Idcirco enim ille magnum, iste paruum populum regit, quia ita placuit ei, qui iurisdictionem dedit, id est, principi totius Ecclesiæ.

QUINTO, si haberent Episcopi à Deo suam iurisdictionem, non posset Pontifex illam auferre, aut mutare. Non enim potest Pontifex aliquid agere contra Dei ordinationem: at certum est, Pontificem id posse facere, & sæpe fecisse. Vnde beatus Bernardus in epist. 131. ad Mediolanenses: *Potest, inquit, Romana Ecclesia nonos ordinare Episcopos, vbi haecenus non fuerunt, potest eos, qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit, ita vt de Episcopo Archiepiscopus creare liceat, & de conuerso si necesse visum fuerit.*

RESPONDEBUNT, Episcopos habere iurisdictionem à Deo, sed tamen sub Pontifice, & ideo licere Pontifici illam tollere, vel mutare.

AT contra: nam Apostoli habuerunt potestatem sub Petro, & tamen quia eam habuerunt immediatè à Christo, non poterat Petrus eam auferre, vel imminuere. Præterea ordinis potestatem habent omnes Presbyteri sub Pontifice, & tamen quia eam habent à Deo, non potest Pontifex eam ita tollere, vt ij, si velint, non possint ea vti. Nam Presbyter, etiam si Pontifex illum excommunicet, suspendat, interdicit, degradet, tamen si velit, verè consecrabit, denique in qualibet vrbe clerus, & populus subiectus est Episcopo, & tamen si quis de clero, vel populo, habet immediatè à Pontifice summo aliquam auctoritatem, non potest Episcopus illam tollere, vel imminuere. Eodem igitur modo si haberent Episcopi à Christo auctoritatem suam, non posset Christi vicarius eam tollere, & imminuere, vel dicant aduersarij, vbi Dominus ita subiecit Episcopos Pontifici, vt

voluerit etiam illa posse mutari, quæ ipsæmet eis contulerit.

RESPONDENT, posse saltem Pontificem auferre materiam subiectam Episcopo, id est, populum eius alteri subicere, & ea ratione non propriè illi auferre iurisdictionem à Deo datam, sed efficere indirectè, vt illam perdat.

AT cum potestas iurisdictionis relationem significet prælati ad subditum, ex relatiuis autem vno posito, vel sublato, & alterum ponatur, vel tollatur, si non potest Episcopo auferri iurisdictione, non potest fieri vt populus nõ sit ei subiectus. Denique mirum omnino esset, si diuina prouidentia, quæ suauiter cuncta disponit, nolisset per eum iurisdictionem dari, per quem augeri, minui, atque aded penitus tolli posse voluisset.

Sexto, si iure diuino Episcopi habent suam iurisdictionem, ostendere debent aliquod verbum Dei, in quo hæc eorum iurisdictione fundetur. At nihil adferunt, nec adferre possunt aduersarij, nisi verba Domini dicta ad Apostolos: illis autem verbis datur Apostolis amplissima iurisdictione in Ecclesiam vniuersam, quam certè non concedunt Episcopis aduersarij. Videntur igitur, quo firmamento sententiam suam defendant.

SEPTIMO, accedant grauisima testimonia duorum veterum, sanctissimorumque Pontificum. Innocentius I. in epistola ad Concilium Carthaginense, quæ est nonagesima prima inter epistolas Augustini: *A Petro, inquit, ipse Episcopatus, & tota auctoritas nominis huius emerit.* Et in epistola ad Concilium Mileuitanum, quæ est nonagesima tertia inter epistolas Augustini: *Arbitror, inquit, omnes fratres & Coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris auctorem deferre debere.*

LEO sermone 3. de assumptione sua ad Pontificatum: *Si quid, inquit, commune cum eo alijs voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid alijs non negauit.* Et epist. 89. *Huius numeris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium voluit pertinere, vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpore omne diffunderet.*

NEQUE obstat quòd Apostoli non acceperint à Petro iurisdictionem, nam hic Leo loquitur de modo ordinario, quo Deus Ecclesiæ principibus, id est, Episcopis confert dona sua, ac dicit, conferri ordinariè per Petrum. Apostoli autem extraordinario priuilegio à CHRISTO acceperunt suam iurisdictionem.

ACCORDANT vltimò verba Pontificis, quibus vitur in creandis Episcopis. Sic enim ait: *Providemus Ecclesiæ tali de tali persona, & præsumimus eum in Patrem, & Pastorem, ac Episcopum eiusdem Ecclesiæ, committentes ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.*

CAPVT XXV.

Soluntur argumenta aduersariorum.

AT contra obiiciunt, primò, nostram sententiam seipsam destruere. Nam Episcopi Apostolis succedunt, vt Pontifex Romanus Petro, ergo si Apostoli habent à Christo iurisdictionem, vt asserit nostra conclusio prima, sequitur etiam Episcopos habere à Christo, quod tamen negat secunda conclusio. Et è contrario, si Episcopi habent à Pontifice iurisdictionem, vt asserit secunda conclusio, ergo Apostoli habent à Petro, quod tamen negat prima conclusio. Nam successor ab eo habet suam iurisdictionem, à quo habuit prædecessor, alioqui non verè succedit, sed instituitur alio ordine. Succedere autem Episcopos Apostolis docet Augustinus in Psal. 44. exponens enim illud, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: Patres, inquit, missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt, constituti sunt Episcopi.* Hinc

etiam

etiam Concilium Florentinum in instruct. Armenorum, & Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 4. Episcopos in locum Apostolorum, successisse docent.

RESPONDEO, magnum esse discrimen inter successionem Petri, & aliorum Apostolorum. Nam Romanus Pontifex propriè succedit Petro, non vt Apostolo, sed vt pastori ordinario totius Ecclesiæ, & ideo ab illo habet Romanus Pontifex iurisdictionem, à quo habuit Petrus: at Episcopi non succedunt propriè Apostolis, quoniam Apostoli non fuerunt ordinarij, sed extraordinarij, & quasi delegati pastores, quibus non succeditur.

DICUNTUR tamen Episcopi succedere Apostolis, non propriè eo modo, quo vnus Episcopus alteri, & vnus Rex alteri, sed duplici alia ratione. Primò ratione ordinis sacri Episcopalis: secundò per quandam similitudinem & proportionem: quia nimirum sicut Christo in terris viuente, primi sub Christo erant Apostoli duodecim, deinde LXXII. discipuli, ita nunc primi sub Romano Pontifice sunt Episcopi, post eos Presbyteri, inde Diaconi, &c.

ITA verò succedere, & non aliter Episcopos Apostolis, probatur: nam nullà habent partè veræ Apostolicæ auctoritatis. Apostoli poterant in toto terrarum orbe prædicare, & fundare Ecclesias, vt patet Matthæi vltimo, & Marci vltimo, hoc non possunt Episcopi. Item Apostoli poterant scribere libros canonicos, vt omnes fatentur, hoc non possunt Episcopi. Apostoli habuerunt donum linguarum, & miraculorum, non habent Episcopi. Apostoli in totam Ecclesiam habuerunt iurisdictionem, non habent Episcopi. Præterea non succeditur propriè nisi præcedenti: at simul fuerunt in Ecclesia Apostoli, & Episcopi, vt patet de Timotheo, Tito, Euodio, alijsq; permultis. Si igitur Episcopi Apostolis succedunt, cui Apostolo successit Titus? cui Timotheus?

DENIQUE eodem modo succedunt Episcopi Apostolis, quo Presbyteri discipulis LXXII. vt patet ex Anacleto epist. 2. & ex Beda in cap. 20. Luc. At constat Presbyteros non succedere propriè discipulis LXXII. sed solum per similitudinem. Nam discipuli illi LXXII. non fuerunt Presbyteri, nec vllum ordinem, aut iurisdictionem à Christo susceperunt. Siquidem Philippus & Stephanus, & alij quinque Diaconi ordinati ab Apostolis, Actor. 6. erant ex discipulis LXXII. vt Epiphanius docet hæresi 20. quæ est Herodianorum. Certè autem non fuissent Diaconi ordinati, si iam antea fuissent Presbyteri.

SECUNDO, obiiciunt illud Act. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Item Ephes. 4. *Ipse dedit quosdam Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores, & Doctores.* Vbi nomine Pastorum, & Doctorum intelliguntur Episcopi, vt eo loco exponit Hieronymus. Et confirmatur ex Patribus: nam Dionysius lib. de Ecclesiastica hierarchia, c. 6. dicit Episcoporum hierarchiam immediatè terminari in Iesum, sicut inferiores ordines Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum terminantur in Episcopum. Cyprianus lib. 3. epist. 9. ad Rogatianum dicit, Episcopos à Christo fieri, à quo Apostoli creati sunt: Diaconos autem ab Apostolis, non à Christo institutos. Bernardus lib. 3. de consideratione: *Erras, inquit, si vt summam, ita & solam institutum à Deo æstimas vestram Apostolicam potestatem, &c.*

RESPONDEO, ad primum locum, dici Episcopos

constitutos à Spiritu sancto non immediatè, sed mediatè. Quia Apostoli inspirante Deo, & virtute accepta à Spiritu sancto illos Episcopos constituerunt. Quomodo etiam Act. 15. dicunt: *Vnum est spiritus sanctus, & nobis, & tamen de lege humana loquuntur, & Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo.* Nimirum mediatè vel immediatè.

AD secundum dico, ibi exprimi generalem Ecclesiæ ordinem, qui sine dubio de iure diuino est. Deus enim est qui instituit, vt in Ecclesia essent Apostoli, Prophetæ, Pastores, & Doctores, et si non omnibus immediatè auctoritatem ipse dedit.

AD tertium dico, Dionysium loqui de ordine Episcoporum, non de iurisdictione.

AD quartum dico, Cyprianum velle ordinem Episcoporum ab ipso Christo institutum esse, prouide iure diuino in Ecclesiam introductum. Ordinem verò Diaconorum ab Apostolis primum excogitatum fuisse, Cyprianus sententiæ partem posteriorem schola Theologorum communiter reicit, sed siue sit vera, siue falsa, nihil facit ad propositum nostrum.

AD quintum dico, Bernardum loqui eo modo, quo loquitur Paulus Rom. 3. cum ait: *Non est potestas nisi à Deo.*

TERCIO obiiciunt, si Episcopi à Pontifice habent iurisdictionem, ergo mortuo Pontifice cessat Episcoporum auctoritas, sicut præcio capite moriuntur omnia membra.

RESPONDEO, magnum esse discrimen inter caput naturale, & caput mysticum. Siquidem membra corporis naturalis conservari non possunt, nisi continuum influxum à capite recipiant: membra verò capitis mystici, præsertim ministeriales, & externi, pendunt quidem à capite vt fiant, non tamen vt conseruentur. Itaque Episcopalis iurisdictione semel collata, non amittitur moriente qui dedit, sed moriente qui accepit, aut auferente, qui potest auferre.

QUARTO obiiciunt, ad ordinem Episcopatus exercendum necessaria est iurisdictione: ergo Deus qui confert ordinem, confert etiam iurisdictionem.

RESPONDEO, vtrumque à Deo conferri, sed vnà immediatè, alterum mediatè: quia vnum, id est, potestatis ordinis requirit characterem, & gratiam, quam solus Deus efficere potest: alterum, id est, iurisdictione solum requirit superioris voluntatem.

OBICIUNT quintò, summus Pontifex Episcopos vocat fratres, & collegas: igitur ab vno communi Patre Deo Ecclesiæ præficiuntur.

RESPONDEO, primum vocari fratres ratione ordinis Episcopalis, in quo sunt æquales. Secundò, ratione iurisdictionis, quia assumuntur Episcopi à Pontifice ad suum ipsius onus sustentandum, non ad aliquod inferius ministerium.

OBICIUNT sextò, si debent omnes Episcopi à Pontifice accipere iurisdictionem, ergo plurimi Episcopi non fuerunt veri Episcopi: nec enim omnes Episcopos præsertim in Asia, & Africa, creauit Romanus Pontifex.

RESPONDEO, non esse opus, vt Pontifex immediatè creet Episcopos, sed satis esse, si mediatè, id est, per Patriarchas, & Archiepiscopos. Itaque initio Petrus constituit Patriarcham Alexandrinum, & Antiochenum, qui à Pontifice auctoritate accepta toti ferè Asia, & Africæ præerant, & Archiepiscopos creare poterant, qui postea crearent Episcopos.

LIBER

LIBER QUINTVS DE POTESTATE PONTIFICIS TEMPORALI

CAPVT PRIMVM

Proponitur questio de potestate temporali.

RESTAT postrema pars disputationis de Pontifice, quæ est de potestate ipsius temporali, de qua quidem questione tres inueniuntur auctororum sententiæ. Prima est, summum Pontificem iure diuino habere plenissimam potestatem in vniuersum orbem terrarum, tum in rebus Ecclesiasticis, tum in politicis. Ita docent Augustinus Triumphus in summa de potestate Ecclesiæ, quæst. 1. art. 1. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Ecclesiæ, cap. 13. & multi Iureconsulti, vt Hostiensis in cap. quod super his, de voto, & voti redemptione, Panormitanus in cap. nouit, de iudiciis, Syluester in summa de peccatis, verbo Papa, §. 2. & alij non pauci. Quin etiam Hostiensis vltierius progreditur. Docet enim per Christi aduentum omne dominium principum infidelium translatum esse ad Ecclesiam, & residere in summo Pontifice, vt vicario summi, & veri Regis Christi: & ideo posse Pontificem regna infidelium iure suo donare quibus voluerit fidelium.

ALTERA sententia in altero extremo posita duo docet. Primò, Pontificem, vt Pontificem, & ex iure diuino nullam habere temporalem potestatem, nec posse vilo modo impetrare principibus secularibus, nedum eos regnis, & principatu priuare, etiam si illi priuari alioqui mereantur.

SECVNDÒ docet, non licuisse Pontifici aliisque Episcopis accipere temporale dominium, quod nunc habent in quâdam vrbes, & prouincias, siue eiusmodi dominium donatum eis fuerit, siue illud usurpauerint. Prohibet enim ius diuinum, vni homini gladium spiritualem, & temporalem simul committi. Ita docent hæretici omnes huius temporis, ac præcipue Calvinus, lib. 4. institut. cap. 11. §. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & Petrus Martyr in cap. 13. ad Rom. ac Brentius in Prologomenis contra Petrum à Soto: Magdeburgenses autem cent. 1. lib. 2. cap. 4. colum. 435. ponunt inter notas Antichristi, quòd Pontifex duos gladios gerat vnde cunque illos habuerit. Ac deinde centur. 8. 9. 10. & 11. cap. 10. in vitis Pontificum de hoc maximè eos reprehendunt.

TERTIA sententia media, est Catholicorum Theologorum communis: Pontificem, vt Pontificem, non habere directè, & immediatè vllam temporalem potestatem, sed solum spiritualem: tamen ratione spiritualis habere saltem indirectè potestatem quandam, eamque summam in temporalibus. Ita Henricus quodlibet. 6. quæst. 23. Ioannes Driedo lib. 2. de libertate Christiana, cap. 2. Ioannes de Turrecremata libro 2. summa, cap. 13. & sequentibus, Albertus Pighius lib. 5. hierarchie Ecclesiasticæ, Thomas Vvaldenus lib. 2. doctri. fid. artic. 3. cap. 76. 77. 78. Petrus de Palude in libro de potestate Ecclesiastica, Caietanus in Apologia, cap. 13. ad 6. Franciscus Victoria questione secunda de potestate Ecclesiæ: Dominicus à Soto in 4. distinct. 25. quæst. 2. artic. 1. & Nicolaus Sanderus lib. 2. cap. 4. visibilibus Monarchiæ.

DE sancto Thoma, quid senserit, non est tam cer-

Atum. Nam in fine secundi sententiarum dicit, in Papa esse apicem vtriusque potestatis. Tamen in caput decimum tertium ad Romanos dicit, clericos exemptos à tributis priuilegio principum secularium, & 2. 2. quæst. 40. art. 2. dicit, prælatos posse disponere de bellis solum, quatenus ordinantur ad bonum spirituale, qui est finis potestatis ipsorum. Ex quibus colligitur, eum non sentire à cæteris Theologis.

Nos ergo tria tractabimus. Primò ostendemus, Pontificem iure diuino non habere directè temporalem potestatem. Secundò, habere eum aliquo modo, id est, ratione suæ spiritualis Monarchiæ, summam potestatem etiam temporalem. Tertio, non esse contra ius diuinum, quòd Episcopi habent etiam actu, & directè iurisdictionem temporalem in vrbes, & prouincias sibi donatas à regibus, vel alio iusto titulo acquisitas.

CAPVT II.

Papam non esse Dominum totius mundi.

QUOD ad primum attinet, tria ordine probabimus. Primò, Papam non esse Dominum totius orbis. Secundò, non esse Dominum totius orbis Christiani. Tertio, non esse Dominum vllius prouinciæ, aut oppidi, nullamque habere iure diuino iurisdictionem merè temporalem. Primum probatur, Papa non est Dominus earum prouinciarum, quas obtinent infideles. nam in primis Dominus Ioannis vltimo, solum oues suas Petro commisit: infideles autem non sunt oues. Deinde, non potest Papa iudicare infideles. 1. Corinth. 5. *Quid ad me de his qui foris sunt iudicare?*

DENIQUE, infideles, principes sunt veri & supremi principes suorum regnorum: nam dominium non fundatur in gratia, aut fide, sed in libero arbitrio, & ratione: nec descendit ex iure diuino, sed ex iure gentium, vt patet ex eo quòd Deus approbat regna gentium in vtroque testamento. Daniel. 2. *Tu es Rex regum, & Deus cali dedit tibi regnum, & imperium.* &c. Matth. 22. *Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari.* Nota, *Reddite non donate, quæ sunt Cæsaris, id est, quæ iure illi debentur, & Rom. 13. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal, &c.* Et iubet ibidem etiam propter conscientiam obedire principibus Ethnicis. At certè non tenemur in conscientia obedire illi, qui non est verus princeps.

Si igitur non est Papa Dominus earum prouinciarum, quas obtinent infideles, sequitur, eum non esse Dominum totius mundi, nisi eæ prouinciæ ad mundum non pertinere dicantur. Dicent, tenemur obedire principibus infidelibus, quia omnes principes sunt Vicarij Papæ. At contra: nam Papa non vellet habere tales vicarios: & si posset, libenter daret regna infidelium principibus fidelibus. Ridiculum autem est, dedisse Deum Papæ ius in regna totius mundi, & non dedisse illi vnamquam facultatem vtendi eiusmodi iure.

At, inquit, Papa est Monarcha spiritualis in toto orbe terrarum, & tamen nunquam potuit exercere hunc principatum in toto orbe terrarum.

RESPONDEO, Papam dici Monarcham spirituales in toto orbe, non quòd præsit omnibus hominibus, qui sunt in toto orbe, sed quòd præsit omnibus Christianis toto orbe diffusis. Et rursum etiam ex hypothesi, nimirum quia si totus mundus conuerteretur ad fidem, toti mundo planè spirituali iurisdictione Papa præset.

At Alexander VI. diuisit orbem nuper inuentum regibus Hispaniæ, & Lusitanæ.

RESPONDEO, non diuisit ad eum finem, vt Reges illi proficerentur ad debellandos Reges infideles noui orbis, & eorum regna occupanda, sed solum vt eò adducerent fidei Christiana prædicatores, & protegerent, ac defenderent tum ipsos prædicatores, tum Christianos ab eis conuersos. Et simul vt impediret contentiones & bella principum Christianorum, qui in illis nouis regionibus negotiari volebant.

CAPVT III.

Papam non esse Dominum totius orbis Christiani.

AM verò, quod secundo loco propositum fuit, non esse Papam Dominum totius orbis Christiani, probatur primum, quia si res ita se haberet, & quidem iure diuino, vt volunt, deberet id constare ex Scripturis, aut certè ex Apostolorum traditione. Ex Scripturis nihil habemus, nisi datas Pontifici clauis regni cælorum: de clauibus regni terrarum nulla mentio sit: traditionem Apostolicam nullam aduersarij proferunt. Præterea, Christus non abstulit, neque aufert regna iis quorum erant: nam Christus non venit destruere ea, quæ bene se habebant, sed perficere: ergo quando Rex fit Christianus, non perdit regnum terrenum, quod iure obtinebat, sed acquirit nouum ius ad regnum æternum. Alioqui obesset regibus Christi beneficium, & gratia naturam destrueret. Et confirmatur ex hymno Sedulij, quem tota Ecclesia publicè canit.

*Hofius Herodes impio
Christum venire quid times?
Non eripit mortaliam,
Qui regna dat cælestia.*

ITEM si Papa est Dominus totius orbis Christiani supremus, ergo singuli Episcopi sunt Principes temporales in oppidis suo episcopatu subiectis: siquidem id quod est Papa in Ecclesia vniuersa, est quilibet Episcopus in particulari. At Episcopus esse dominus vrbum, quarum sunt Episcopi, nec aduersarij concedunt, & est apertè falsum. Vnde Ambrosius in oratione de tradendis basilicis: *Si tributum, inquit, petit Imperator, non negatur, agri Ecclesiæ solunt tributum.* Et infra: *Tributum Cæsaris est? non negatur: Ecclesia Dei est. Cæsari vtique non debet addici.* Et in epist. Athanasij ad solitariam vitam agentes, Hofius Episcopus ait Imperatori: *Tibi Deus imperium, nobis autem ea quæ sunt Ecclesiæ Christus commisit.*

DENIQUE probatur ex confessione Pontificum. Leo epist. 38. ad Martianum, fatetur Imperatori Martiano à Deo ad imperium esse electum, & epist. 43. ad eundem, fatetur auctorem imperij Martiani Deum esse. Et similia in omnibus ferè epist. ad Theodosium, Martianum, & Leonem sibi inuicem succedentes Imperatores scribit.

GELASIVS in epist. ad Anastasium Imperatorem quæ habetur etiam in decreto d. 96. can. duo sunt: *Duo sunt, inquit, Imperator Augustus, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, &c.* Vbi notandum est, Gelasium non loqui solum de executione, sed de ipsa potestate, & auctoritate, ne dicant aduersarij (vt solent) Papam quidè habere vtramque potestatem, sed executionem aliis demandare.

GREGORIUS lib. 2. ep. 61. ad Mauritium: *Potestas, inquit, super omnes homines dominorum in epist. ad Michae-*

Alem: *Nolite præiudicium Dei Ecclesiæ irrogare. Illa quippe nullum imperio vestro præiudicium infert. Et infra: Idem mediator Dei, & hominum homo Christus IESVS, sic adhibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque distreuit, vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur.* Hic etiam Pontifex non de sola executione, sed de potestate & dignitate loquitur. Et etiam si de sola executione loqueretur, id nobis sufficeret. Nam quidquid Imperatores habet, dicit Nicolaus, à Christo eos habere. Peto igitur, vel potest summus Pontifex auferre à regibus & imperatoribus hanc executionem tanquam summus ipse Rex, & Imperator, aut non potest? si potest, ergo est maior Christo: si non potest, ergo non habet verè potestatem regiam.

PRÆTEREA Alexander III. cap. si duobus, §. denique, extra de appellationibus, rogatus an appellatio à iudice seculari ad Papam teneat, respondet, *Tenet quidem in his, qui sunt nostræ temporali iurisdictioni subiecti: in aliis verò secundum iuris rigorem credimus non tenere.* Item cap. caussam, 2. extra, qui filij sint legitimi: *Nos attendentes, inquit, quod ad regem perueniet, non ad Ecclesiam de talibus possessionibus iudicare, &c.*

DENIQUE Innocentius III. cap. solite, extra de maioritate, & obedientia: *Ad firmamentum, inquit, cæli, hoc est, vniuersalis Ecclesiæ, fecit Deus duo luminaria magna, id est, duas infinitas dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & regalis potestas: sed illa, quæ præest diebus, id est, spiritualibus, maior est: quæ verò carnalibus, minor: vt quanta est inter solem, & lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoscatur, &c.* Vbi nota quemadmodum non est idem sidus Sol & Luna, & sicut Lunam non instituit Sol, sed Deus: ita quoque non esse idem, Pontificatum & Imperium, nec vnum ab alio absolute pendere.

IDEM cap. per venerabile, extra, qui filij sint legitimi, dicit, Pontificem solum in patrimonio Ecclesiæ plenam habere in temporalibus potestatem: in aliis verò regionibus non item, & ibi. *Cum Rex, inquit, superiorè in temporalibus minimè recognoscat sine iuris alterius laesione in eo se iurisdictioni nostræ subicere potuit, in quo videretur aliquibus, quod per seipsum (non tanquam pater cum filiis, sed tanquam princeps cum subditis) potuit dispensare. Tu autem nosceris aliis subiacere, vnde sine ipsorum forsitan iniuria, nisi præstauerit nobis assensum, in hoc subdere te non posses.*

CAPVT IV.

Papam non habere vllam temporalem iurisdictionem directè.

SUPEREST nunc, vt demonstremus, Papam directè nullius loci esse Dominum temporalem iure diuino. Id verò hac ratione manifestè probatur. Christus, vt homo, dum in terris vixit, non accepit, nec voluit vllum temporale dominium: summus autem Pontifex Christi vicarius est, & Christum nobis representat, qualis erat dum hic inter homines viueret: igitur summus Pontifex, vt Christi vicarius, atque adeò vt summus Pontifex est, nullum habet temporale dominium.

VTRAQUE propositio huius ratiocinationis probanda est. Ac primum prima ipsa propositio explicanda, & probanda est. Nam ex hoc falso principio, quòd Christus homo fuerit Rex temporalis, nati sunt duo contrarij errores. hinc enim deducunt quidam tanquam ex præcipuo fundamento, Papam, qui est Christi vicarius, esse Regem & Pontificem simul: è contrario autem viciuiffa (vt refert Vvald. lib. 2. doct. fidei, art. 3. c. 76.) ex hoc eodem principio deducunt Reges esse Pontifi-

cibus maiores, & digniores, quia reges sunt vicarij Christi Regis, & Pontifices vicarij Christi Pontificis: Christus autē magis Rex fuit, quam Pontifex: nam descendit ex tribu regia Iudæ, & familia David, non ex tribu Leui, & familia Aaronis. Ac proinde hæreditaria successione fuit Rex non Pontifex.

VT igitur explicetur, & probetur hoc principium, aio, Christum fuisse quidem semper, vt Dei filium, Regem, & Dominum omnium creaturarum eo modo, quo est Pater eius: sed hoc regnum æternum esse, & diuinum, & nec tollere dominia hominum, nec posse Pontifici conuenire: fuisse præterea Christum vt hominem, Regem omnium hominum spirituales, & habuisse potestatem amplissimam spirituales in omnes, tam fideles, quam infideles in ordine ad salutem æternam, ita vt posset eos obligare ad fidem, & sacramenta sua suscipienda: futurum etiam post diem iudicij hoc spirituale Christi regnum, etiam sensibile & manifestum, & ita inchoatam esse gloriam huius regni in ipso capite nostro Christo, quando à mortuis resurrexit.

CÆTERVM hoc etiam non esse regnū temporale, qualia sunt nostrorum Regum, nec posse Pontifici communicari, quia præsupponit resurrectionē: potuisse denique Christum hominem, si voluisset, & si expedire sibi visum fuisset, accipere regiam auctoritatē: tamē noluisse, proinde nec accepisse, nec habuisse non solum executionem dominij & regni, sed nec auctoritatem, vel potestatem regni vilius temporalis, id quod probatur: nā si habuit, vel habuit ex hæreditaria successione, vel ex electione, vel iure belli, vel dono speciali Dei. Omne enim regnū aliquo horum modorū acquiritur, vel hæreditate, vel electione populi, vel iure belli, vel dono superioris.

NON habuit Christus homo regnum hæreditarium: nam etsi descendit ex familia regia, tamen non constat, an ipse esset magis proximus Dauidi, quam alij multi, qui de eadem familia erant: & præterea tunc regnū erat ablatum à familia David, idque Deo volente, qui etiam prædixerat ex Iechoniæ familia, vnde Christus descendit, nullum futurum Regem, nimirum temporalem, eo modo quo fuerat Dauid, & alij eius successores. Hieremias 22. de Iechonia sic legitur: *Hec dicit Dominus, scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium David: & potestatem habeat vltra in Iuda.* Constat autem ex Matth. 1. Christum descendere ex isto Iechonia.

EX quo manifestè sequitur, Christum non potuisse regnum temporale habere successione hæreditaria, nisi falsa esset propheta, quæ disertis verbis prædixerat fore, vt nemo vnquam deinceps haberet potestatem in Iuda de posteris Iechoniæ: nec potest responderi, posteros Iechoniæ habuisse ius regni, non tamen de facto sedisse in solio Dauid. Nam ad quid illud ius, quo nunquam vsuri erant? Et confirmatur ex Patribus: nam Hiero. in hunc locum, & Ambros. lib. 3. in Luc. c. 1. quærun, quomodo non pugnet hæc propheta Hieremias cum propheta Gabrielis Archangeli, qui Luca 1. ait: *Dabit ei Dominus Deus fidem Dauid patris eius.* Et respondent, idē nō pugnare, quod Hieremias loquatur de regno temporali & carnali, Gabriel de regno spirituali atque æterno. Quibus consentit Augustinus lib. 17. de ciuit. Dei, c. 7. vbi ait: *Qui populus regnum fuerat amisurus, Christo Iesu Domino nostro non carnaliter, sed spiritaliter regnauit.*

NON etiam Christus fuit Rex temporalis titulo electionis, vt patet ex illo Luca 12. *O homo, quis me iudicem constituit, aut dissonem inter vos?* hoc est, neque Imperator, neque Respublica me iudicem elegit. Et ex illo Ioan. 6. *Cum cognouisset, inquit Ioannes, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Apparet ergo eum noluisse accepta-

re electionem suam in Regem.

SED nec iure belli fuit Rex temporalis: nam bellum eius non fuit cum Regibus mortalibus, sed cum principe tenebrarum, vt patet ex Ioan. 12. *Nunc princeps huius mundi euictus foras.* Et Col. 2. *Expoliatis principatus, & potestates tradidit confidenter palam, triumphans illos in seipso.* Et 1. Ioan. 3. *In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.* Ergo iure belli acquisiuit Christus sibi regnum spirituale, vt regnet ipse in cordibus nostris per fidem & gratiam, vbi antea regnabat diabolus per vitia & peccata.

QVOD denique non fuerit Rex temporalis dono Dei speciali, patet ex illo Ioan. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Et ibid. *Regnum meum non est hinc.* Vt enim exponunt Patres, Chrysolomus, Theophylactus, Cyrillus, & August. in hunc locum, & Ambros. lib. 3. in Lucam prope finem. Dominus his verbis liberare voluit Pilatum à suspitione, qua credere poterat, se regnum temporale Iudæorum affectasse. Itaque sensus est, Ego quidem Rex sum, sed non eo modo, quo Cæsar & Herodes: nam regnum meum non est de hoc mundo, id est, non constat honoribus, opibus, potentia mundana, &c. Et confirmatur hæc ratio: nam Christus nunquam exercuit in hoc mundo regiam potestatem: venit enim ministrare, non ministrari, & iudicari, non iudicare: ergo frustra accepisset regiam auctoritatem: frustra enim est potentia, quæ nunquam redigitur in actum.

RESPONDENT, Christum exercuisse hanc potestatem, quando eiecit de templo euentes oues & boues. Ioan. 2. At in primis eicere de templo aliquos, non est Regis officium, sed Sacerdotum. Nam si Sacerdotes ipsum Regem, nempe Oziam vi de templo eiecerunt, 2. Paralip. 26. quanto facilius mercatores quosdam eicere potuissent? Sed præterea sciendum, Christum non eiecisse illos homines ex templo, quasi pontificia, vel regia potestate, sed more Prophetarum zelo quodam diuino, quo Phinees occidit scortatores, & Helias Prophetas Baal. Et propterea Iudæi Domino dicebant, *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?* hoc est, vnde scimus, te esse Prophetam, & à Deo missum cum tali potestate?

CONFIRMABITVR secundò eadem ratio. Nam auctoritas regia non erat Christo necessaria, neque vtilis, sed planè superuacanea & inutilis: nam finis aduentus eius in mundum, erat redemptio humani generis: ad hunc autem finem non erat necessaria temporalis potestas, sed solum spiritualis. Siquidem per ipsam spirituales poterat etiam disponere de rebus temporalibus omnibus eo modo, quo iudicabat expedire ad humanam redemptionem.

QVOD autem inutilis fuisset Christo talis potestas merè temporalis, ex eo intelligi potest, quod Christus debuit hominibus persuadere contemptum gloriæ, deliciarum, opum, & omnium rerum terrenarum, quibus tamen maximè affluunt Reges huius mundi. *Qui enim mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt,* Matth. 23.

CONFIRMATVR vltimò ex eo, quod omnia ferè loca Scripturæ, vbi de regno Christi agitur, intelligi debent necessariò de regno spirituali & æterno, ac proinde non potest ex Scripturis deduci, vllum fuisse Christi regnum temporale. Psal. 2. agitur de regno Christi, vbi dicitur, *Ego autem constitutus sum Rex ab eo.* Sed ibidem subditur, *Predicans præceptum eius,* vt ostendatur regnum spirituale. Item Daniel. 2. *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cali regnum, quod in æternum non dissipabitur.* Luc. 1. *Et regni eius non erit finis.*

AT regna temporalia non sunt æterna: etsi Christus fuit Rex Iudæorum, humano more, dum vixit in terris, certè desit eo modo regnare, quando ad Patrem ascendit. Quomodo ergo regni eius non erit finis? Et cum idem regnum occupatum fuerit paulò post à Romanis,

deinde

deinde à Saracenis, & nunc à Turcis teneatur, quo pacto impletum est, quod dixit Dauid, Et regnum eius alteri populo non tradetur? Non igitur Christus Rex fuit temporalis Iudææ, sed Rex spiritualis Ecclesiæ: cuius regni figura fuit regnum temporale Davidis & Salomonis: hæc enim ratione dedit Christo Pater sedem David patris sui, vt regnaret in domo Iacob in æternum.

SED iam explicanda est assumptio primi argumenti. Dicimus igitur, Papam habere illud officium, quod habuit Christus, cum in terris inter homines humano more viueret. Neque enim Pontifici possumus tribuere officia, quæ habet Christus, vt Deus, vel vt homo immortalis & gloriosus, sed solum ea, quæ habuit vt homo mortalis. Quia enim Ecclesia est hominibus constans, indiget capite visibili, & more humano viuente, idēd Christus quando desit more humano viuere, id est, post resurrectionem, reliquit Petrum loco suo, qui nobis exhiberet illam Christi gubernationem visibilem & humanam, quam Ecclesia habuerat ante Christi passionem, vt patet ex illis verbis, Ioan. 20. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.*

ADDE, quod neque habet Pontifex omnem potestatem prorsus, quam habuit Christus, vt homo mortalis. Ille enim quia Deus & homo erat, habuit quandam potestatem, quam dicunt excellentiæ, per quam præerat tam fidelibus, quam infidelibus: Papæ autem solum oues suas, id est, fideles, commisit. Præterea Christus poterat sacramenta instituere, & miracula facere propria auctoritate, quæ non potest Pontifex. Item poterat absoluerè à peccatis sine sacramentis, quod Papa non potest. Solum ergo Pontifici illam potestatem communicauit, quæ puro homini communicari poterat, & quæ necessaria erat ad gubernandos ita fideles, vt sine impedimento vitam æternam consequi possent. Sequitur igitur euidenter ex eo, quod Christus, vt homo mortalis, non habuit vllum temporale regnum, nec Pontificem, vt Christi Vicarium, tale aliquod regnum habere.

CAPVT V.

Soluuntur argumenta contraria.

ED occurrit quidam, atque obiciunt. Primò verba Domini, Matth. 28. *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Hinc enim colligi videtur, Christum habuisse spirituale & terrenum regnum. Vtriusque autem regni clauas Petro attribuit, vt Nicolaus ait in epist. ad Michaëlem: *Christus, inquit, beato Petro, vitæ æternæ clauigero terreni simul & celestis imperij iura commisit.*

RESPONDEO, potestatem, de qua hic loquitur Dominus, non esse potestatem temporalem, vt Regum terrenorum, sed vel tantum spirituales, vt B. Hieronymus & B. Anselmus exponunt, qui hunc esse volunt sensum eorum verborum: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra:* id est, vt sicut in celo Rex sum Angelorum, ita per fidem regnum in cordibus hominum, vel (vt addit Theophylactus) esse potestatem quandam summam in omnes creaturas, non temporalem, sed diuinam, vel diuinè simillimam, quæ non potest communicari homini mortali. Ad testimonium Nicolai dico in primis, illud citari à Gratiano distin. 22. Can. Omnes, sed non inueniri inter epistolas Nicolai Papæ.

ADDO secundò, si reuera ea sit Nicolai Papæ sententia, hunc habere sensum, Christus Petro terreni simul & celestis imperij iura commisit, id est, Christus Petro concessit, vt quod ille solueret, aut ligaret in terris, esset solutum aut ligatum & in cælis. Alludit enim Nicolaus ad verba Domini Matth. 16. Nec possumus aliter exponere, nisi velimus Nicolaum secum pugnare, qui in epistola ad Michaëlem disertè docet, Christum distinxisse actus, officia, & dignitates Pontificis & Im-

peratoris, ne aut Imperator iura Pontificis, aut Pontifex iura Imperatoris præsumeret vsurpare.

SECUNDò, obiciunt Scripturam Luca 22. vbi Dominus duos gladios Petro concedit. Cum enim discipuli dicerent, *Ecce duo gladij hic,* Dominus non ait, nimis est, sed, *satis est:* quare beatus Bernardus lib. 4. de considerat. & Bonifacius VIII. in extrauaganti, vnam sanctam, de maioritate & obedientia ex hoc loco deducunt, Pontificem duos gladios ex Christi institutione habere.

RESPONDEO, ad literam nullam fieri mentionem in eo loco Euangelij, de gladio spirituali, vel temporali Pontificis, sed solum Dominum illis verbis admonere voluisse discipulos, tempore passionis suæ in iis angustis, & metu ipsos futuros fuisse, in quibus esse solent, qui tunicam vendunt, vt emant gladium: vt ex Theophylacto, aliisque Patribus colligitur. Porro beatus Bernardus & Bonifacius Papa mysticè interpretati sunt hunc locum, nec volunt dicere, eodem modo habere Pontificem gladium vtrumque, sed alio, & alio modo, vt postea exponemus.

TERTIVM argumentum, omnes lites & contentiones, tam spirituales, quam temporales, ad iudicium summi Pontificis pertinent: nam id habetur expressè Can. Quicumque litem, & Can. Quicumque contentiones, n. quæst. 1.

RESPONDEO, ex illis Canonibus priorem esse Theodosij Imperatoris, qui ex pietate, non ex debito id honoris Ecclesiæ detulit: præterea non solum Romano Pontifici, sed omnibus Episcopis eo Canone datum esse, vt iudicare possent ciuiles causas, quæ ad ipsos deferrentur. Denique, iam esse abrogatum per alios Canones, vt glossa ibidem asserit. Posteriorem Canonem, perspicuum est, non esse Principis alicuius, qui posset leges condere, sed particularis Episcopi, incertæque auctoritatis, & propterea notati per vocem (Pala) & præterea posset intelligi sano modo, id est, de omnibus contentionibus, quæ non possunt terminari per seculares iudices, quia nimirum vel iudex non vult administrare iustitiam, vel altera pars non vult parere: tunc enim causa deuoluuntur ad iudicium Ecclesiæ per viam correctionis fraternæ, vt Innocentius III. rectè docet cap. Noquit, de iudicijs.

QUARTVM argumentum. Vacante imperio, summus Pontifex in administratione succedit, & imperiali vtitur potestate, donec alius fuerit Imperator electus, vt habetur ex Innocentio III. cap. Licet, de foro competentis, & ex Concilio Viennensi, Clement. pastoralis, de sententia & re iudicata: ergo signum est imperatoriam potestatem à summo Pontifice, tanquam à summo temporali Principe, dimanare.

RESPONDEO, Pontificem succedere Imperatori, vacante imperio, non in omnibus rebus, sed solum in auctoritate iudicandi, & terminandi eas causas, quæ à solo Imperatore iudicari solent, & quæ non patiuntur facillè moram. Ratio autem huius non est, quia Pontifex sit summus Princeps temporalis, sed quia causæ omnes, quæ nō possunt definiti per temporales iudices, deuoluuntur ad iudicem spirituales, vt infra dicemus, & iam ex parte diximus.

CAPVT VI.

Papam habere temporalem potestatem indirectè.

EXPLICANDA est sententia Theologorum, deinde etiam probanda. Quantum ad primum asserimus, Pontificem, vt Pontificem, etsi non habeat vllam merè temporalem potestatem, tamen habere in ordine ad bonum spirituale summam potestatem disponendi de temporalibus rebus omnium Christianorum. Id quod permulti explicant per similitudi-

nem ad artem fr̄nificatoriam, & equestrem, & similes. Vt enim duæ illæ artes sunt inter se diuersæ, quia distincta habet obiecta, & subiecta, & actiones: & tamen quia finis vnus ordinatur ad finem alterius, idè vna alteri præest, & leges ei præscribit: ita videntur potestas Ecclesiastica & politica distinctæ potestates esse, & tamen vna alteri subordinata, quoniam finis vnus ad finem alterius natura sua refertur.

A T hæc similitudo non est omnino conueniens. Nam in illis artibus inferior est solum propter superiorum, adèd vt sublato superiore tollatur continuè etiam inferior. Si enim non sit ars equestris, certè superuacua est ars fr̄nificatorum. At potestas politica non est solum propter Ecclesiasticam, nam etiam si Ecclesiastica non esset, adhuc politica esset, vt patet in infidelibus, vbi est vera potestas temporalis, & politica, & tamen sine ordine ad aliquam veram potestatem Ecclesiasticam & spirituales.

E S T igitur alia similitudo longè aptior in nobis ipsis, qua hoc ipsum explicat Gregorius Nazianzenus in oratione ad populum timore percussum, & Imperatorem irascentem. Vt enim se habent in homine spiritus & caro, ita se habent in Ecclesia duæ illæ potestates. Nam caro & spiritus sunt quasi duæ Respublicæ, quæ & separata & coniuncta inueniri possunt. Habet caro sensum & appetitum, quibus respondent actus, & obiecta proportionata, & quorum omnium finis immediatus est sanitas, & bona constitutio corporis: habet spiritus intellectum, & voluntatem, & actus, atque obiecta proportionata, & pro fine, animæ sanitatem, & perfectionem. Inuenitur caro sine spiritu in brutis: inuenitur spiritus sine carne in Angelis.

E X quo apparet, neutrum esse præcisè propter alterum: inuenitur etiam caro adiuncta spiritui in homine, vbi quia vnam personam faciunt, necessariò habent subordinationem & connexionem. Caro enim subest, spiritus præest: & licet spiritus non se misceat actionibus carnis, sed sinat eam exercere omnes suas actiones, vt in brutis exercet, tamen quando ea officium fini ipsius spiritus, spiritus carni imperat, eamque castigat, & si opus est, iudicat ieiunia, aliisque afflictiones, etiam cum detrimento aliquo & debilitatione ipsius corporis: & cogit linguam ne loquatur, oculos ne videant, &c. Pari ratione si ad finem spiritus obtinendum, necessaria sit aliqua carnis operatio, & ipsa etiam mors, spiritus imperare potest carni, vt se ac sua exponat, vt in martyribus videmus.

I T A prorsus politica potestas habet suos principes, leges, iudicia, &c. & similiter Ecclesiastica suos Episcopos, canones, iudicia. Illa habet pro fine temporalem pacem, ista salutem æternam. Inueniuntur quandoque separata, vt olim tempore Apostolorum: quandoque coniuncta, vt nunc. Quando autem sunt coniuncta, vnum corpus efficiunt, idèdque debent esse connexa, & inferior superiori subiecta & subordinata. Itaque spiritualis non se misceat temporalibus negotiis, sed sinit omnia procedere, sicut antequam essent coniuncta, dummodò non obstat nisi spirituali, aut non sint necessaria ad eum consequendum. Si autem tale quid accidat, spiritualis potestas potest & debet coercere temporalem omni ratione, ac via, quæ ad id necessaria esse videbitur.

V T autem magis in particulari explicemus hæc omnia, comparanda est potestas Papæ spiritualis cum personis iudicum, seu principum secularium, cum legibus eorum civilibus, & cum eorum foro & iudiciis.

Q V A N T V M ad personas, non potest Papa, vt Papa, ordinariè temporales Principes deponere, etiam iusta de causa, eo modo quo deponit Episcopos, id est, tanquam ordinarius iudex: tamen potest mutare regna,

A & vni auferre, atque alteri conferre, tanquam summus Princeps spiritualis, si id necessarium sit ad animarum salutem, vt probabimus.

Q V A N T V M ad leges, non potest Papa vt Papa ordinariè condere legem civilem, vel confirmare, aut infringere leges Principum, quia non est ipse Princeps Ecclesiæ politicus: tamen potest omnia illa facere, si aliqua lex civilis sit necessaria ad salutem animarum, & tamen Reges non velint eam condere: aut si alia sit noxia animarum saluti, & tamen Reges non velint eam abrogare.

I T A Q V E optima est regula, quam tradit glossa ad cap. possessor, de regulis iuris in sexto, quæ talis est, Quando de eadem re contrariæ inueniuntur leges Imperatoris, & Pontificiæ, si materia legis est res, animarum periculum concernens, abrogatur lex Imperatoria per Pontificiam. Et hoc modo lex Pontificia, quæ habetur cap. finali, de præscriptionibus, abrogauit legem Imperatoriam, quæ habetur in Codice de præscriptionibus XXX. vel XL. annorum, etiam cum mala fide, quia non poterat seruari sine mortali peccato. At quando materia legis est res temporalis, non concernens animarum periculum, non potest lex Pontificia abrogare legem Imperatoriam, sed vtraque seruanda est, illa in foro Ecclesiastico, ista in foro civili.

Q V A N T V M ad iudicia, non potest Papa, vt Papa, ordinariè iudicare de rebus temporalibus. Rectè enim Bernardus Eugenio lib. 1. de consider. dicit. *Habent hæc infima & terrena iudices suos, Reges, & Principes terræ. Quid fines alienos inuaditis? Quid falces vestram in alienam messem extenditis? Item: In criminibus, non in possessionibus potestas vestra.*

A T nihilominus in casu, quo id animarum salutem necessarium est, potest Pontifex assumere etiam temporalia iudicia, quando nimirum non est vllus, qui possit iudicare: vt cum duo Reges supremi contendunt, vel quando qui possunt & debent iudicare, non volunt sententiam ferre. Vnde ibidem Bernardus: *Sed aliud est, inquit, incidenter excurrere ista, aliud verò incumbere istis, tanquam dignis tali, & talium intentione rebus.* Et Innocentius III. cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, dicit, iurisdictionem temporalem solum casualiter Pontificem exercere.

C A P V T VII.

Rationibus probatur Theologorum sententia.

H E C igitur sententia dupliciter probari potest, rationibus & exemplis. Prima ratio eiusmodi est: Potestas civilis subiecta est potestati spirituali, quando vtraque pars est eiusdem Reipub. Christianæ: ergo potest Princeps spiritualis imperare Principibus temporalibus, & disponere de temporalibus rebus in ordine ad bonum spirituale. Omnis enim superior imperare potest inferiori suo.

Q V O D autem potestas politica non solum, vt Christiana, sed etiam vt politica, sit subiecta Ecclesiasticæ, vt talis est. Primò demonstratur ex finibus vtriusque. Nam finis temporalis subordinatur fini spirituali, vt patet: quia felicitas temporalis non est absolutè vltimus finis, & idèd referri debet in felicitatem æternam, constat autem ex Aristotele lib. 1. Ethic. cap. 1. ita subordinari facultates, vt subordinantur fines.

S E C V N D O, Reges & Pontifices, Clerici & Laici non faciunt duas Respublicas, sed vnam, id est, vnam Ecclesiam: sumus enim omnes vnum corpus, Roma. 12. & 1. Cor. 12. at in omni corpore membra sunt connexa, & dependentia vnum ab alio: non autem rectè afferitur, spiritualia pendere à temporalibus, ergo temporalia à spiritualibus pendent, illisque subiciuntur.

T E R T I O, si temporalis administratio impedit spirituale bonum, omnium iudicio tenetur Princeps temporalis mutare illum modum administrandi, etiam cum

detrimento

detrimento temporalis boni: ergo signum est subiectam esse temporalem potestatem spirituali.

N E Q V E satisfaceret, qui responderet, teneri Principem illum ad mutandam rationem suæ administrationis non propter subiectionem, aut subordinationem ad spirituales potestates, sed solum propter ordinem charitatis, quo tenetur antepone re maiora bona minoribus. Nam propter ordinem charitatis non tenetur vna Respub. pati detrimentum, ne simile detrimentum patiat alia Respub. nobilior. Et vnus priuatus, qui tenetur dare omnia sua bona pro conseruatione suæ Reipub. non tenetur tamen similiter facere propter Respub. alienam, quamuis nobilior. Cum ergo teneatur Respublica temporalis pati detrimentum propter spirituales, signum est, eas non esse duas diuersas, sed vnus & eiusdem partes, & vnam alteri subiectam.

N E Q V E etiam valet, si quis dicat, Principem temporalem teneri pati detrimentum pro bono spirituali, non propter subiectionem ad Respub. spirituales, sed quia alioqui noceret suis subditis, quibus malum est amittere spiritualia pro temporalibus. Nam etiam si non subditi, sed homines alterius regni patiantur notabile damnum in spiritualibus, propter administrationem temporalis alicuius Regis Christiani, tenetur ille mutare suum modum administrandi, cuius rei nulla alia ratio reddi potest, nisi quia sunt eiusdem corporis membra, & vnum alteri subiectum.

S E C V N D A ratio, Respub. Ecclesiastica debet esse perfecta, & sibi sufficiens in ordine ad suum finem. Tales enim sunt omnes Respublicæ bene institutæ: ergo debet habere omnem potestatem necessariam ad suum finem consequendum, sed necessaria est ad finem spirituales potestas vtendi, & disponendi de temporalibus rebus: quia alioqui possent mali Principes impune fouere hæreticos, & euertere religionem: igitur hanc potestatem habet.

I T E M, potest qualibet Respub. quia perfecta, & sibi sufficiens esse debet, imperare alteri Reipub. non sibi subiectæ, & eam cogere ad mutandam administrationem, immò etiam deponere eius Principem, & alium instituere, quando non potest aliter se defendere ab eius iniurijs: ergo multò magis poterit spiritualis Respub. imperare temporalis Reipub. sibi subiectæ, & cogere ad mutandam administrationem, & deponere Principes, atque alios instituere, quando aliter non potest bonum suum spirituale tueri: & hoc modo intelligenda sunt verba S. Bernardi lib. 4. de consider. & Bonifacij VIII. in extrauagant. Vnam sanctam, de maiestate & obedientia, vbi dicunt, in potestate Papæ esse vtrumque gladium. Volunt enim significare, Pontificem habere per se & propriè gladium spirituale, & quia gladius temporalis subiectus est spirituali, posse Pontificem Regi imperare, aut interdicerè vsum gladii temporalis, quando id requirit Ecclesiæ necessitas.

S I C enim habent B. Bernardi verba, quæ Bonifacius imitatus est: *Quid tu (inquit, Papam alloquens) denudò surpare gladium tentes, quem semel iussus es ponere in vaginam? quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini, dicentis sic: Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo & ipse tuo forsitan nutu, etsi non tua manu euaginandus, alioquin si nullo modo ad te perueniret & is dicentibus Apostolis: Ecce gladij duo hic: non respondisset Dominus: Satis est, sed, Nimis est. Perque ergo Ecclesiæ, & spiritualis scilicet gladius, & materialis, sed is quidem pro Ecclesia, ille verò & ab Ecclesia exercendus est. Ille sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum Sacerdotis, & iussum Imperatoris. Vbi etiam notandum, quòd cum hæretici reptehendunt Bonifacij extrauagantem, vt erroneam, arrogantem, tyrannicam (sic enim de ea passim loquuntur) monendi sunt, vt cogitent eadem*

A esse Bernardi verba in lib. de consider. vbi tamen sine adulatione loquitur, vt Caluinus lib. 4. instit. cap. 11. §. 16. dicat, ita loqui in libris illis Bernardum, vt veritas ipsa loqui videatur.

T E R T I A ratio, Non licet Christianis tolerare Regem infidelem, aut hæreticum, si ille conetur pertrahere subditos ad suam hæresim, vel infidelitatem: at iudicare, an Rex pertrahat ad hæresim, nec ne, pertinet ad Pontificem, cui est commissa cura religionis: ergo Pontificis est iudicare, Regem esse deponendum, vel non deponendum.

P R O B A T V R huius argumenti propositio ex c. 17. Deuter. vbi prohibetur populus eligere Regem, qui non sit de fratribus suis, id est, non Iudæum, ne videlicet pertrahat Iudæos ad Idololatriam, ergo etiam Christiani prohibentur eligere Regem non Christianum. Nam illud præceptum morale est, & naturali æquitate nititur.

R V R S V M, eiusdem periculi & damni est eligere non Christianum, & non deponere non Christianum, vt notum est: ergo tenetur Christiani non pati super se Regem non Christianum, si ille conetur auertere populum à fide. Adde autem istam conditionalem, propter eos Principes infideles, qui habuerunt dominium supra populum suum, antequam populus conuerteretur ad fidem. Si enim tales Principes non conentur fideles à fide auertere, non existimo posse eos priuari suo dominio. Quanquam contrarium sentit B. Thomas in 2. 2. q. 10. art. 10. At si isti iidem Principes conentur auertere populum à fide, omnium consensu possunt & debent priuari suo dominio.

Q V O D si Christiani olim non deposuerunt Neronem, & Diocletianum, & Iulianum Apostatam, ac Valentem Arianum, & similes, id fuit quia deerant vires temporales Christianis. Nam quòd alioqui iure potuissent id facere patet ex Apostolo prima ad Corinthios 6. vbi iubet constitui nouos iudices à Christianis temporalium causarum, ne cogentur Christiani causam dicere coram iudice Christi persecutore. Sicut enim noui iudices constitui potuerunt, ita & noui Principes & Reges propter eandem causam si vires adfuissent.

P R A E T E R E A tolerare Regem hæreticum, vel infidelem conantem pertrahere homines ad suam sectam, est exponere religionem euidentissimo periculo. *Quis enim est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Eccles. 10. vnde est illud: *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Et experientia idem docet: nam quia Hieroboam Rex idololatra fuit, maxima etiam regni pars continuè idola colere cepit. 3. Regum 12. & post Christi aduentum, regnante Constantino, florebat fides Christiana: regnante Constantio florebat Arianismus: regnante Iuliano, iterum restoruit Ethnicismus: & in Anglia nostris temporibus regnante Henrico & postea Eduardo, totum regnum à fide quodammodo apostatavit: regnante Maria, iterum totum regnum ad Ecclesiam rediit: regnante Helizabetha, iterum regnare cepit Caluinismus, & vera exulare religio.

A T non tenentur Christiani, immò nec debent cum euidenti periculo religionis tolerare Regem infidelem. Nam quando ius diuinum & ius humanum pugnant, debet seruari ius diuinum omisso humano: de iure autem diuino est seruire veram fidem & religionem, quæ vna tantum est, non multæ: de iure autem humano est, quòd hunc aut illum habeamus Regem.

D E N I Q V E, cur non potest liberari populus fidelis à iugo regis infidelis, & pertrahentis ad infidelitatem, si coniux fidelis liber est ab obligatione manèdi cum coniuge infideli quando ille non vult manere cum coniuge Christiana, sine iniuria fidei, vt aperte deducit ex Paulo 1. ad Cor. 7. Innocentius III. cap. Gaudemus, extra de diuortijs: Non enim minor est potestas coniugis in coniu-

gem, quam Regis in subditos, sed aliquando etiam maior. **Q**UARTA ratio, quando Reges & Principes ad Ecclesiam veniunt ut Christiani fiant, recipiuntur cum patre expresso, vel tacito, ut scepra sua subiciant Christo, & polliceantur se Christi fidem servaturos & defensores, etiam sub pena regni perdendi: ergo quando fiunt heretici, aut religioni obsunt, possunt ab Ecclesia iudicari, & etiam deponi à principatu, nec vlla eis iniuria fiet, si deponantur. Nam non est idoneus Sacramento Baptismi, qui non est paratus Christo servire, propter ipsum amittere quiddam habet: ait enim Dominus Luca 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Præterea Ecclesia nimis graviter erraret, si admitteret aliquem Regem, qui vellet impudè fouere quemlibet sectam, & defendere hereticos, ac evertere religionem.

QUINTA ratio, cum Petro dictum est, *Pasce oves,* Ioannis ultimo, data est illi facultas omnis, quæ est pastoris necessaria ad gregem tuendum: at pastoris necessaria est potestas triplex, nimirum, vna circa lupos, ut eos arceat omni ratione qua poterit. Altera circa arietes, ut si quando cornibus ludent gregem, possit eos recludere, & prohibere, ne gregem vterius præcedant. Tertia circa oves reliquas, ut singulis tribuat convenientia pabula. Ergo hæc triplicem potestatem habet summus Pontifex.

ERGO tria ducuntur argumenta ex hoc loco. Primum sit, Lupi, qui Ecclesiam Domini vastant, heretici sunt, ut patet ex illo Marthæ 7. *Attendite à falsis Prophetis, &c.* Si ergo Princeps aliquis ex ove, aut ariete fiat lupus, id est, ex Christiano fiat hereticus, poterit pastor Ecclesie eum arcerè per excommunicationem, & simul iubere populo, ne eum sequantur, ac proinde priuare eum dominio in subditos.

ALTERVM verò sit. Potest pastor arietes furiosos destruere ouile, separare & recludere, Princeps autem est aries furiosus destruens ouile, quando est Catholicus fide, sed adeo malus, ut multum obsit religioni & Ecclesie, ut si Episcopus vendat, Ecclesias diripiat, &c. Ergo poterit pastor Ecclesie eum recludere, vel redigere in ordinem ouium.

TERTIVM argumentum est. Potest pastor, ac debet omnes oues ita pascere, ut eis conuenit: Ergo potest ac debet Pontifex omnibus Christianis ea iubere, atque ea cogere, ad quæ quilibet eorum, secundum statum suum tenetur, id est, singulos cogere, ut eo modo Deo seruiant, quo secundum statum suum debent: debent autem Reges Deo seruire defendendo Ecclesiam, puniendoque hereticos & schismaticos, ut Augustinus docet in epist. 50. ad Bonifacium, Leo epist. 75. ad Leonem Augustum, & Gregorius lib. 2. epist. 61. ad Mauritium. Ergo potest, ac debet Regibus iubere, ut hoc faciant, & nisi fecerint, etiam cogere per excommunicationem, aliâque commodas rationes. Vide plura apud Nicolaum Sanderum lib. 2. cap. 4. de visibili Monarchia, vbi etiam multa ex iis, quæ diximus, inuenies.

CAPVT OCTAVVM.

Idem probatur exemplis.

VNC ad exempla veniamus. Primum est 2. Paral. 26. vbi legimus, Oziam Regem, cum Sacerdotum officium usurparet, à Pontifice fuisse de templo eiec-tum, & cum propter eadem peccatum lepra à Deo percussus fuisset, coactum etiam fuisse ex vrbe discedere, & regnum filio renunciare. Quod enim non sponte sua, sed ex sententia Sacerdotis vrbe & regni administratione priuatus fuerit patet: nam legimus Leuitici 13. *Quicumque, inquit, inquit, Lex, maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium Sacerdotis, solus habitabit extra castra.* Cum ergo hæc fuerit lex in Israël, & simul legamus 2. Paralip. 26. Regem habitasse extra vrbe in do-

mo solitaria, & filium eius in vrbe iudicasse populū terræ, cogimur dicere, fuisse eū ad arbitrium Sacerdotis separatum, & consequenter regnandi auctoritate priuatum. **S**i ergo propter lepram corporalem poterat Sacerdos olim Regem iudicare, & regno priuare, quare id non poterit modò propter lepram spiritualem, id est, propter hæresim, quæ per lepram figurabatur, vt Augustinus docet in quæstionibus Euangel. lib. 2. quæst. 46. præsertim cum 1. Corinth. 10. Paulus dicat, contigisse Iudæis omnia in figuram?

SECVNDVM est 2. Paralipomen. 23. vbi cum Athalia tyrannicè occupasset regnum, & foueret cultum Baal, Ioiada Pontifex vocauit centuriones & milites, & iussit eis, vt Athalia interficerent, quod & fecerunt: & pro ea Ioas Regem creauit, quod enim Pontifex non suaserit, sed iusserit, patet ex illis verbis 4. Reg. 11. *Et fecerunt centuriones iuxta omnia, quæ præceperat eis Ioiada Sacerdos.* Item ex illis 2. Paralip. 23. *Egressus autem Ioiada Pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis: Educite eam (Athalia Reginam) extra septa templi, & interficiatur foris gladio.*

QUOD autem causa huius depositionis & occisionis Athalia non solum tyrannis eius fuerit, sed etiam quod foueret cultum Baal, patet ex illis verbis, quæ ponuntur immediatè post eius occisionem. *Itaque (inquit Scriptura) ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam, & altaria, & simulacra illius confrugerunt: Matham quoque Sacerdotem Baal interfecerunt ante aras.*

TERTIVM exemplum est beati Ambrosij, qui cum Episcopus esset Mediolanensis, & proinde pastor & pater spiritualis Theodosij Imperatoris, qui Mediolani sedem suam ordinariè tenebat, primum excommunicauit eum propter cædem, quam Thessalonica à militibus sicuri imperauerat: deinde præcepit ei, vt legem ferret, ne sententiæ latæ de eade, vel bonorum publicatione, rata essent, nisi post triginta dies à sententiæ pronuntiatione, ut nimirum, si quid per iracundiâ præcipitanter dictasset, intra tot dierum spatium reuocare posset. Scribit hoc Theodoretus libro historiae quinto, cap. 17. Atqui non potuit Ambrosius excommunicare Theodosium propter cædem illam, nisi prius causam illam cognouisset, & diiudicasset, licet criminalis esset, & ad forum externum pertineret: non potuit autem cognoscere, & iudicare eiusmodi causam, nisi etiam in foro externo legitimus iudex Theodosij fuisset.

PRÆTEREA, cogere Imperatorem ad legem politicam ferendam, & præscribere ei formam legis, nonne manifestè ostendit posse Episcopum interdum temporali potestate uti, etiam in eos, qui potestatem super alios acceperunt? & si Episcopus quilibet id potest, quantò magis Princeps Episcoporum?

QUARTVM est Gregorij I. in priuilegio, quod concessit monasterio sancti Medardi, & habetur in sine epistoliarum: *Si quis, inquit, Regum, Antistitum, Iudicum, vel quarumcumque secularium personarum, huius Apostolicæ auctoritatis, & nostræ præceptionis decreta violauerit, cuiuscunque dignitatis vel sublimitatis sit, honore suo priuetur.*

QUINTVM est Gregorij II. qui Leoni Imperatori Iconomacho à se excommunicato prohibuit vectigalia solui ab Italis, & proinde multauit eum parte imperij. Fatentur id Magdeburgenses centuria 8. cap. 10. in vita Gregorij II. sed reprehendunt, Gregoriumque proditorum suæ ipsius patriæ fuisse dicunt. At nullum profuerunt scriptorem, qui factum hoc Gregorij vituperet, cum nos è contrariis habeamus multos, qui laudauerunt vt sanctum, & legitimum, nimirum Cedrenum, Zonaram, in vita Leonis Isauri, & omnes alios historicos, qui res gestas horum temporum conscripserunt.

SEXTVM est Zachariæ, qui rogatus à Primoribus Francorum, Childericum deposuit, & in eius locum

Pipinum Caroli Magni patrem, Regem creari iussit. Cuius causa fuit, quia propter socordiam Childerici, & religioni, & regno in Gallia extrema ruina imminere videbatur, vt patet ex Cedreno in vita Leonis Isauri, Paulo Diacono lib. 6. cap. 5. de gestis Longobardorum, & sancto Bonifacio Episcopo Moguntino in epistola ad Zachariam.

HOC etiam factum heretici agnoscut, & reprehendunt, vt Magdeburgenses centuria 8. cap. 10. vbi dicunt, Zachariam Papam quasi diuinam auctoritatem sibi protulerunt in antiquis scriptoribus reprehensorem: nos autem plurimos habemus approbatores, nimirum Adonem, Sigebertum, Reginonem in Chronicis, sed de hac re diximus plura contra Caluinum in secundo lib. cap. 17.

SEPTIMVM exemplum est Leonis III, qui imperium transtulit à Græcis ad Germanos, propterea quod Græci nullum auxilium laboranti Ecclesie Occidentali adferre possent. Ex quo factum est, vt licet Imperatoria dignitas absolutè considerata non sit à Pontifice, sed à Deo mediante iure Gentium, vt supra ostendimus ex Gelasio, Nicolao, & Innocentio III. tamen Imperatores qui fuerunt à tempore Caroli Magni, Pontifici debeant suum imperium.

QUOD enim hæc potestas sit nunc apud Germanos, à Pontifice est: & licet absolutè non esset necessarium, vt Papa confirmaret Imperatorem, nec vt Imperator Pontifici iuramentum fidelitatis præstaret: tamen à tempore translati imperij in Germanos, vtrumque requiritur, vt patet ex Innocentio III. cap. Venerabilem, extra de elec. & ex Clementina vnica, de Iurisdictione, neq; iniuste hoc requiritur. Qui enim potuit imperiū Germanis conferre, propter Ecclesie salutem, potuit etiam certas condiciones adiungere, propter eandem causam, ne videlicet contingeret hereticum, vel schismaticum creari.

AD hoc exemplum dupliciter respondent aduersarij, nam alij negant re factum, vt Pontifex imperium à Græcis transferret in Germanos: & in hoc numero sunt Magdeburgenses, qui centuria octaua, cap. 10. col. 751. sic aiunt: *Est hæc translatio præcipuum ex miraculis Antichristi.* Theodorus quoque Bibliander tabula decima suæ Chronologiae dicit, Leonem III, usurpata auctoritate, imperium à Græcis ad Germanos transtulisse. Alij verò asserunt, factum quidem iure, sed auctorem translationis non Pontificem, sed populum fuisse Romanum. Ita Marsilius de Padua, referente Pighio lib. 5. hierarchiæ Ecclesiasticæ, cap. 14.

AD primos respondeo, hanc translationem ritè & legitime factam fuisse, apertè constare. Primum, ex consensu totius orbis Christiani: semper enim omnes Christiani pro veris Imperatoribus habuerunt Carolum Magnum, eiusque successores: nec fuit vnquam vllus Rex Christianus, qui Imperatorem præcedere voluerit, tamen cum alioqui potentia, & regni antiquitate antecederet. Primi sunt Lutherani, qui sicut populum fide & religione spoliauerunt, ita quoque Imperatorem suum de sede sua deturbare moluntur.

SECVNDÒ, ex felici euentu huius translationis. Vt enim Deus ostenderet iure factum fuisse, multis victoriis Carolum ornauit, regnumque eius florentissimum & Ecclesie vtilissimum esse fecit.

TERTIVM, ex confessione Imperatorum Græcorum, qui non semel confessi sunt, Romanum Pontificem iure potuisse facere quod fecit. Nam imprimis cum audisset Irene Imperatrix, Carolum à Leone appellatum Imperatorem, non solum non reclamauit, sed etiam Carolo nubere voluit, & fecisset, nisi perdidit quidam Eunuchi impediuissent, vt scribunt Zonaras, & Cedrenus in vita eiusdem Irene.

DEINDE, mortua Irena, Nicephorus Imperator,

qui ei successerat, Legatos ad Carolum, tanquam Imperatorem, misit, vt scribit Ado in Chronico anni 83. & paulò post defuncto Nicephoro, Michael ei succedens, similiter Legatos ad Carolum misit, qui eum Imperatorem palam salutauerunt, vt scribit idem Ado in Chronico anni octingentesimi decimi. Nec solum Græci, sed etiam Persæ legatos & munera ad Imperatorem Carolum recens creatum miserunt, vt scribunt Regino lib. 2. & Otho Frisingensis lib. 5. cap. 31. rursum (vt scribit Blondus lib. 5. decad. 2. & Platina in vita Alexandri III.) Imperator Græcorum Emmanuel, cum audisset Pontificem Alexandrum III. ab Imperatore Frederico in extremas redactum angustias, eidem Pontifici obtulit auxilium, & pecuniarum ingentem vim, si vellet imperium Occidentis, Constantinopolitanis Imperatoribus, reddere respondit autem Pontifex, nolle se ea contingeret, quæ maiores sui de industria, & optima ratione diuisissent. Vbi notandum est, Emmanuelem non voluisse aliud à Pontifice, quam titulum Imperij. Satis enim sciebat, possessionem ipsam à Pontifice dari non potuisse, sed fuisse armis acquirendam: non autem solum titulum tanto pretio emere voluisset, si eum inanem, vel etiam falsum & illegitimum esse credidisset.

AD alios, qui dicunt, auctorem translationis non Pontificem, sed populum Romanum fuisse, facile est respondere: nam imprimis populus Romanus nunquam ferè habuit Imperatores creandi potestatem: sed antiqui Imperatores, vel iure hereditario habuerunt imperium, vt Octavianus, Tiberius, Caius, vel ab exercitu creabantur, vt creatus fuit Cladius, Vespasianus, & alij. Et fuisse hanc ordinariam consuetudinem, vt Imperator ab exercitu crearetur, testatur Beatus Hieronymus epist. ad Euagrium. Vnde exstat Canon, Legimus, distin. nonagesima tertia. Tempore autem Caroli Magni, nullus fuit exercitus Romanorum, qui eum Imperatorem creare potuerit. Soli enim in Italia erant exercitus Græcorum & Longobardorum, & ij omnes Carolo insensu: nec iure hereditario Carolum imperium habuit, vt patet.

DEINDE, si quam habuerunt Romani in Imperatore eligendo auctoritatem, eam certè amiserunt, quando imperij sedes Constantinopolim translata fuit. Nam deinceps per annos circiter D. hoc est, à Constantino Magno, vsq; ad Carolum Magnum nihil vnquam egit Senatus, populûsq; Romanus circa Imperatorū creationē.

PRÆTEREA auctores omnes qui de hac re scribunt, vt Zonaras, & Cedrenus in vita Irene, Paulus Diaconus lib. 23. rerum Romanarum: Ado in Chronico anni DCCC. Albertus Krantius in Metropoli lib. 1. cap. 14. Otho Frisingensis lib. 5. c. 31. Marianus Scotus, Hermannus Contractus, Lambertus, Sigebertus, Regino, Palmerius, Blondus, omnèque alij Chronologi, vel Historici, Leonem III. asserunt imperium à Græcis in Francos, seu Germanos transtulisse. Quod idem docet Innocentius III, cap. Venerabilem, de electione. *Ad vos, inquit, ius & potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenit, quæ Romanum imperium in persona magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos.* Et ibidem subiungit Principes Germaniæ id apertè cognoscere.

IESU etiam Carolus Magnus idem non obscure significauit, cum scriptū à se testamentum, quo filios suos hæredes imperij relinquebat, misit ad Leonem Papam, vt subscriptione sua firmaret, vt scribit Ado in Chronico anni DCCC. iv. Denique idem patet ex confessione Emmanuelis Græci Imperatoris, vt supra est annotatum.

OCTAVVM exemplum est Gregorij V. qui sanctionem edidit de Imperatore eligendo per septem Germaniæ principes: quæ vsque ad hanc diem seruat. Quod ita esse, præter Blondum decade 2. libro 3. Nauclerum generat. 34. Platina in vita Gregorij V. aliòque multos historicos, asserunt etiam Magdeburgenses cent.

10. c. 10. col. 5. 46 his verbis, Gregorius suam patriam insti-
guit aliqua dignitate ornatus, sanxit, ut penes solos Germa-
nos ius esset eligendi regem, qui post diadema à Romano Pon-
tificie acceptum imperator, & Augustus appellaretur. Sint-
que electores constituti, Moguntinus, Treuirensis, & Colo-
niensis Archiepiscopi, Marobio Brandeburgensis, Comes
Palatinus Rheni, Saxonia Dux, & Rex Bohemia.

UTRUM autem iure Pontifex id fecerit, non ape-
riunt. Sed si velint iure id factum, fateri cogentur Pon-
tificem esse Imperatorem, & principibus omnibus supe-
riorem, ut pater: si verò dicant non iure, sed tyrannicè,
iniuriam faciunt suis patronis, & protectoribus, nimirum
Duci Saxonie, Comiti Palatino, & Marchioni Bran-
deburgensi. Quid enim isti habent maius, quam elec-
torum? at non iure habent, si is qui dedit, dare non
potuit. Dedisse autem Pontificem extra controuer-
siam est.

EST autem hic annotandum, Onuphrium in lib. de
comitiis Imperialibus, contra communem historico-
rum sententiam scripsisse, sanctionem hanc de electio-
ne Imperatoris, non Gregorij V. sed Gregorij X. fuisse.
Quod etsi ei rei, de qua nunc agimus, non nocet, tamen
existimo non esse verum. Nam Innocentius III. qui se-
dit ante Gregorij X. annis LXX. in illo cap. Venera-
bilem, de electione, indicat iamdudum à sede Aposto-
lica concessum certis principibus Germanie ius eligen-
di Imperatorem, & Henricus Hostiensis, qui etiam ante
Gregorij X. tempora floruit, in commentario huius ca-
pituli dicit Innocentium loqui de septem electoribus.
Et Pelagius Alvarus, qui vixit, paulò post tempora Gre-
gorij X. ita ut ipsius memoria factum sit quid Gre-
gorius X. egit, ramentum lib. 1. art. 41. de planctu Ecclesie, af-
firmat à Gregorio V. institutam imperatoris electio-
nem, quæ nunc in usu est, & enumerat ibidem septem
electores, quos supra nominauimus.

NONVM exemplum est Gregorij VII. qui Henri-
cum IV. Imperatorem deposuit, & alium eligi iussit,
quod & factum est, ut ipsi etiam Magdeburgenses fa-
tetur. cap. 11. in vita Gregorij VII. rectè au-
tem factum hoc fuisse, & cum approbatione, & plau-
su omnium bonorum in libro superiore ostendimus,
ubi Pontifices aliquot à calumniis hæreticorum vindica-
uimus.

DECIMUM exemplum est Innocentij III. qui Otho-
nem IV. similiter deposuit, ut patet ex Blondo, decade
secunda lib. 6.

VNDICESIMUM est Innocentij IV. qui in Concilio
generali Lugdunensi consentientibus vniuersis Patti-
bus, deposuit Fredericum II. & vacauit tunc imperium
annis XXV. III. ut Matthæus Palmerius in Chronico
annotauit. Exstat adhuc tota sententia in Fridericum
lra. Cap. ad Apostolicæ, de sententia & re iudicata. in
sexto. Idem etiam Innocentius IV. dedit Regi Lusita-
nie coadiutorem quendam, qui regnum administraret,
quandoquidem regis negligentia, & respublica, &
religio in Lusitania detrimentum patiebatur. Id habe-
tur capite Grandi, de supplenda negligentia prælato-
rum, in sexto.

DVODECIMUM est Clementis VI. qui Ludoui-
cum IV. Imperatorem à Ioanne XXII. & Benedicto
XII. excommunicatum deposuit. Cuius historiam vide
apud Pighium libro hierarchie Ecclesiasticæ 5. cap. 14.
& 15. & apud Robertum Arboricensem tomo 2. theo-
remate septimo, de vtroque gladio.

ARGUMENTA aduersariorum partim soluta sunt in
2. lib. de Pontifice, partim ex dictis nullo negotio solui
possunt. Vide Ioannem de Turrecremata lib. 2. sum-
mæ, cap. vlt. & penultimo, & Albertum Pighium lib.
5. cap. 15. qui soluunt argumenta quedam, sed leuia, ac
facilia,

CAPVT IX.

Non pugnare cum verbo Dei, ut vnus homo sit princeps
Ecclesiasticus, & politicus simul.

QUANTVM ad tertiam partem quæstionis, quo-
niam aduersarij duo quadam docent de tem-
porali principatu summi Pontificis, quem ha-
bet. Primò, esse possessionem mero latrocinio occupa-
tam: Secundò, etiam si iusto titulo eum haberet, non
posse illum iure retinere, quod pugnet cum principatu
spirituali. Ita Caluinus lib. 4. inst. cap. 11. §. 8. & 11. Opor-
tebit nos probare vtrumque, nimirum posse Pontifici
conuenire eiusmodi principatum, & re ipsa iuste habere
& possidere, quod habet, & possidet.

ITEM quòd non repugnet, Pontificem simul esse
principem spiritualem, & temporalem alicuius prouin-
cie, probatur. Primò exemplis Sanctorum, qui inue-
niuntur reges, & principes fuisse. Nam in lege naturæ
Melchisedech fuit Rex, & Pontifex, ut patet ex Gen. 14.
& Hebr. 7. immò etiam olim semper primogenitus,
Rex, & Pontifex erat, ut B. Hieron. docet in quæstioni-
bus Hebraicis in illud Gen. 49. Ruben primogenitus meus.
Constat quoque Noè, Abraham, Isaac, Iacob præfuisse
suis, tam in iis quæ ad religionem, quam in iis, quæ ad
politicam vitam pertinebant.

DEINDE Moses, & summus Princeps temporalis,
& summus Pontifex fuit, ut ex diuinis literis perspicuum
est. Nam Exod. 18. dicitur: Sedit Moses, ut iudicaret popu-
lum. Et c. 32. iussit occidi plurimos de populo propter
peccatum idololatriæ. & c. 40. Adoleuit Domino incen-
sum, quod erat maximè proprium munus Pontificis, ut
patet ex lib. 2. Paral. cap. 26. item Levit. 8. consecrauit
Moses Aaronem in sacerdotem, sanctificauit taberna-
culum, & altare, obtulit sacrificia, & holocausta, quæ so-
lus sacerdos facere potest.

ITAMQUE Philo lib. 3. de vita Moysis, in vltimis verbis,
Hæc est, inquit, vita, hic exiit Moyses Regis, Legislatoris,
Pontificis, Prophetæ. Et Gregorius Nazianzenus in orat.
ad Gregorium Nyssenum: Moses, inquit, principum prin-
cipis, & sacerdotum sacerdos, Aaron pro lingua viebatur.
Denique Augustinus de regno Moysis ait q. 68. in Exo-
dum: Sedebat, inquit, iudiciaria sublimitate solus, populo vni-
uerso stante. De pontificatu autem q. 23. in Levit. Ambo,
inquit, summi Sacerdotes erant, Moyses & Aaron.

PRÆTEREA Heli & summus Pontifex, & iudex
politicus fuit annis XL. ut patet ex lib. 1. Reg. c. 1. & 4.
Denique Machabæi, Iudas, Ionathas, Simon, Ioannes,
& cæteri vsque ad Herodem simul Pontifices, & duces
politici fuerunt, ut patet ex lib. Machabæorum, & ex
Iosepho lib. 12. antiquit. & sequentibus.

PROBATUR secundò ratione. Primò, potestas Ec-
clesiastica, & politica nõ sunt contraria, sed vtraq; bona,
vtraq; à Deo, vtraque laudabilis, & vna alteri seruit: ergo
non pugnant inter se, ergo simul in eodem esse possunt.

SECUNDò magis diuersa sunt pax, & bellum, quam
bona temporalia, & spiritualia: at vnus & idem Rex si-
mul præest senatui, & exercitui, togatis, & armatis: ergo
multò magis poterit vnus præesse in temporalibus,
& spiritualibus rebus.

TERTIò, potest vnus Rex gubernare diuersissi-
ma regna, quæ diuersos mores, ritus, leges, consuetudi-
nes habeant: & pari ratione potest vnus Episcopus re-
gere plurimas Ecclesias, ut patet de Patriarchis antiquis
(ut omitam Romanum) quorum quilibet habuit sub se
plurimos Episcopos: ergo etiam poterit vnus homo re-
gere vnum episcopatum, & vnum principatum.

NAM vel est difficilius regere Episcopatum, quam
principatum, vel facilius, vel æquè difficile: si primum,
ergo si vnus regit duos Episcopatus, à maiori reget
vnum Episcopatum, & vnum principatum: si secundum,

ergo si vnus regit duos principatus, à maiori reget vnum
principatum, & vnus Episcopatum: si tertiu, ergo si vnus
regit duos principatus, vel duos Episcopatus, à simili po-
terit regere vnum Episcopatum, & vnum principatum.

QUARTO qui donauerunt Episcopo Romano, aliis-
que Episcopis principatus temporales, pij homines fue-
runt, & ea de causa præcipuè à tota Ecclesia commen-
dati sunt, ut pater de Constantino, & Carolo magno, &
Ludouico eius filio, qui inde pius appellatus est, quos
etiam aduersarij laudant: & contra, qui eiusmodi princi-
patu auferre conati sunt, ut Aistulphus Rex Longobar-
dorum, Henricus IV. & V. Otho IV. Fredericus I. & II.
ab omnibus historicis, ut impij, & sacrilegi notantur.

DE Aistulpho sic scribit Ado in Chronico anni dccc.
xxvii. Aistulphus, inquit, Longobardorum Rex nimis per-
fidè testamenta dono prædecessorum eius B. Petro collata
perrupit, & facultates Romanæ Ecclesie militibus suis dedit.
Et infra, Aistulphus, ut perfidus, omnia mentitus est. Et in-
fra, Aistulphus diuino iudicio dum venatum pergit, subito
percussus interit. B. quoque Bernardus epist. 242. ad Ro-
manos, vehementer increpat Romanos, quòd ab Eugenio
Papa discessissent, causa autem discessionis fuerat, ut
ex Platina, & historicis alijs patet, quia Romani vole-
bant subesse Pontifici in temporalibus, sed more veteri
per consules Rempub. gubernari volebant. De Henrico
IV. vide quæ supra notauimus lib. 4. cap. 13.

NEQUE optimi principes fuerunt solùm ij, qui A-
postolicam sedem ita ditauerunt, sed etiam plerique eo-
rum qui eiusmodi opes, & principatum receperunt. Nam
Leonem IV. miraculis claruisse scribit Platina, Leo-
nem IX. omnes Scriptorum sanctorum vocant, & miraculis
claruisse scribunt Sigebertus, atque Otho Frisingensis:
Gregorium VII. illustrem miraculis fuisse, atque etiam
vtrum optimum scribit Lambertus Schaffnaburgensis,
& nos de eodem modo diximus libro superiore. Cæ-
lestini V. vitam sanctissimam, & miraculis plenissi-
mam describit Petrus ab Aliaco Episcopus Cameracen-
sis. Denique Adrianum I. Leonem III. Nicolaum I. In-
nocentium III. aliòque nonnullos, scriptores omnes
laudant, quos tamen satis constat, hunc principatum vnà
cum Pontificatu administrasse.

DEINQUE probatur vltimò experientia. Nam etsi
absolutè fortè præstaret, Pontifices tractare solùm spi-
ritualia, & reges temporalia, tamen propter malitiam
temporum experientia clamat, non solùm vtiliter, sed
etiam necessariò, & ex singulari Dei prouidentia dona-
tos fuisse Pontifici, aliisque Episcopis temporales aliquos
principatus. Si enim in Germania Episcopi principes
non fuissent, nulli ad hanc diem in suis sedibus perman-
sissent, sicut ergo in testamento veteri diu fuerunt Pon-
tifices sine imperio temporali, & tamen vltimis tempo-
ribus, non poterat religio consistere, & defendi, nisi
Pontifices etiam Reges essent, nimirum tempore Machabæorum:
Ita quoque accidisse videmus Ecclesie, ut
quæ primis temporibus ad maiestatem suam tuendam
temporali principatu non egebat, nunc eodem neces-
sario indigere videatur.

IAM verò quod iure habeat summus Pontifex eum
principatum, quem habet, probari posset facile, quia do-
no principum habuit. Sic enim scribit Ado in Chronico
anni dccc. xxvii. Insuper Pipinus Rex Rauennam to-
tamque Pætaolim SS. Apostolis Petro, & Paulo tradidit.
Et exstat in decreto Gratiani dist. 63. constitutio Ludou-
ici I. Caroli magni filij in hanc formam, Ego Ludouicus
Romanorum Imperator Augustus statuo, & concedo per
hoc pactum confirmationis nostræ tibi B. Petro principi
Apostolorum, & per te vicario tuo domino Paschali Ponti-
fici summo, & successoribus eius in perpetuum, sicut à præ-
decessoribus vestris vsque nunc in vestra potestate, & ditio-
ne tenuistis, & disposuistis Romanam ciuitatem cum ducatu

A suo, & suburbis, & territorijs eius montanis, & mariti-
mis, littoribus, & portibus, seu cunctis ciuitatibus, castellis,
oppidis, ac villis in Thufie partibus.

ITEM Leo Episcopus Hostiensis lib. 1. Chronici
Cassinensis c. 9. Fecit, inquit, idem inclitus Rex (Pipinus)
cum filiis suis concessionem B. Petro eiusque vicario de ci-
uitatibus Italia ac territorijs per designatos fines. A Lunis
cum insula Corsica, inde in Suranum, in montem Bardone-
nem, Veracetum, Parmam, Rbergium, Mantuam, & montem
Silicis simulque vniuersum Exarchatum Raucennæ, sicut an-
tiquitus fuit, cum prouincijs Venetiæ, & Histria: can-
thumque ducatum Spoletinum, ac Beneuentanum. Et infra:
Demum idem Rex vnà cum Romano Pontifice in Italiam
ueniens, Raucennam & alias viginti ciuitates Aistulpho me-
morato sublatis Apostolica sedi subiecit. Idem Leo lib. 3.
cap. 48. Anno, inquit, incarnationis Dominice M. LXXIX.
Mathilda comitissa, Henrici imperatoris exercitum timens,
Liguriam, & Thusciam prouincias Gregorio Papæ, & S. R. E.
denotissimè obtulit. Et exstant Romæ authentica instru-
menta harum & similibus donationum. Sed etiam si ni-
hil horum exstaret, abundè sufficeret præscriptio dccc.
annorum. Nam etiam regna, & imperia per latrocinium
acquisita, tandem longo tempore fiunt legitima. Alio-
qui enim quo iure Iulius Cæsar occupauit Romanum
imperium? & tamen tempore Tiberij Christus ait Matt.
22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Quo iure Franci Gal-
liam, Saxones Britanniam, Gothi Hispaniam inuaserunt?
& tamen quis hoc tempore regna ab illis constituta ille-
gitima esse diceret?

CAPVT X.

Soluuntur argumenta contraria.

UPEREST argumenta soluere. Primò obiicit
Caluinus lib. 4. inst. c. 11. §. 8. illud Matthæi 20.
Reges gentium dominantur eorum, nos autem non
sic. Significat enim Dominus (inquit Caluinus) non modò
pastoris officium distinctum esse ab officio principis, sed res
esse magis separatas, quam ut in vnum hominem coire
queant. Et quoniam videbat Caluinus posse obiici
exemplum Moysis, subiungit: Nam quòd Moyses vtrumque
simul sustinuit, primum raro id miraculo factum est: deinde
fuit temporarium, donec res melius componerentur. Vbi autè
certa forma à Domino præscribitur, ciuilibus gubernatio ei re-
linquitur, sacerdotium iubetur fratri resignare, & merito, est
entim supra naturam, ut vnus homo vtrique oneri sufficiat.

RESPONDEO dupliciter, primò, Dominum hic so-
lùm instituere meros principes Ecclesiasticos, ac docere
debere eos, ut tales sunt, præesse subditis non more regum,
& dominorum, sed more patrum, & pastorum.
Non autem sequitur hinc, non posse vnum, & eundem
esse Episcopum, & Principem.

EXEMPLVM autem Moysis, quòd Caluinus conatur
eludere, omnino conuincit. Quòd enim ille dicit, raro
miraculo id factum esse, manifestè falsum ostendunt
exempla allata de Melchisedech, Heli, Iuda Machabæo,
& alijs. Quòd etiam addit, id esse factum ad tempus, do-
nec Aaron consecraretur, falsum esse ostendit D. Augu-
stinus q. 23. in Levit. vbi dicit, eodem tempore ambos
fuisse Pontifices Moysen, & Aaronem, & probatur ex eo
quòd deposuit Aaronem Moyses tanquam Pontifex,
consecrauitque Eleazarum filium Aaronis in locum
eius, ut habetur Num. 20.

ET præterea, si post Aaronem ordinatum nõ poterat
amplius in vnam personam coire principatus, & sacerdo-
tium, quomodo Heli per annos XL. fuit sacerdos, &
princeps? quomodo Machabæi per annos plusquam C.

DICO secundò, Dominum illis verbis non prohibere
Episcopis dominatum, qualis esse potest regum,
& principum piorum, sed qualis est regum ignorantium
Dei, qui tyranni potius sunt quam reges. Id quod patet
ex verborum Græcorum proprietate. Nam Matthæus

non ait : *κατακυριεύσασιν* id est, dominantur simpliciter, sed *κατακυριεύσουσιν*, id est, violenter dominantur. Sicut 1. Petr. 5. *Non dominantes in clericis, habetur, μηδ' ὡς κατακυριεύουτες τῶν κληρικών.* & Iosue 15, legimus; *Dixit Caleb, qui percussit Canaanites, & cepit eum.* Græcè, *καὶ κατακυριεύσας ἑαυτῶν*, id est, vi dominatus fuerit eius, &c. Vnde 2. Petr. 2. & in epist. Iudæ, videmus hæreticos reprehendi, quod *κατακυριεύουσι* contemnant.

SECVNDO obiicit ibid. §. 9. illud Luc. 12. *O homo quis me constituit Iudicem, aut diuisorem inter vos?* Dominus reiecit munus iudicandi tanquam non cōsentaneum muneri prædicatoris, & minister verbi, sicut etiam Apostoli Act. 6. dixerunt, *Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* At non potest hæc munera reicere, qui est Princeps.

AD verba Domini responderi posset, Dominum in hoc modo suscepisse personam Pontificis, non Principis temporalis, & illis verbis monuisse simplices Pontifices, ne se misceant alienis negotiis. At melius potest dici generaliter in utroque loco admoneri Pontifices & Principes, ne minutis, & vilibus officiis ita occupentur, ut omittere cogantur maiora. Hoc modo Iethro cum vidisset Moysen tota die sedere ad iudicandum, Exod. 18. sapienter eum admonuit, non ut deponeret principatum politicum, & seruaret solum Ecclesiasticum, sed ut constitueret minoris Iudices, qui satisfacerent populo in rebus leuioribus, & grauiora quæque tam politica, quam Ecclesiastica ad se referrent. Sic etiam B. Bern. lib. 1. de consider. iisdem verbis Domini in medium adductis hortatur Pontificem, ut iudicia rerum temporalium aliis dimittat, quem tamen sciebat iam tunc Principem temporalem fuisse.

SIC denique Apostoli ita omiserunt in Hierusalem curam ministrandi mensis, ut tamen præsidere etiam in temporalibus toti illi Ecclesiæ. Vnde Gal. 2. Petrus, & Iacobus, & Ioannes solliciti pro fratribus, qui erant in Hierusalem, rogant Paulum, & Barnabam, ut memores sint colligere aliquam eleemosynam, & mittere in Hierusalem. Illi vero id fecerunt, & collectam pecuniam ipsi detulerunt, non ad Diaconos præfectos mensis, sed ad seniores, ut habetur Act. 11.

TERTIÒ, obiicit Caluinus ibid. §. 11. verba D. Bernardi lib. 2. de consid. *Apostolis interdicitur dominatus: i ergo tu, & tibi usurpare aude aut dominans apostolorum, aut Apostolicus dominatum. Forma Apostolica hæc est, interdicitur dominatio, indicitur ministratio.*

RESPONDEO, Bernardum loqui de Pontifice, ut Pontifex est totius Ecclesiæ, & secundum id quod habet ex Christi institutione. Nam paulò antè dixerat: *Eslo, ut alia quacunque ratione hæc tibi vendices, sed non Apostolico iure, nec enim tibi ille dare, quod non habuit, potuit, &c.* Itaque vult Bernardus Pontificem, ut pastor est ouium, non debere eis dominari, sed eas pascere: at sicut nihilominus iisdem ouibus, ut sunt eiues Reip. dominatur princeps politicus, ita potest iisdem dominari eadem

A ratione Pontifex, si sit eorum politicus princeps.

QUARTO obiicit ibid. §. 14. verba B. Gregorij, qui lib. 4. epist. 44. dicit anathema Episcopo, qui iubet alicui agro more fiscali titulum imprimi.

RESPONDEO, nihil esse mirandum, si Gregorius noluit Episcopos, nec etiam præfectos patrimoniorum Romanæ Ecclesiæ, uti more fiscali in agris Ecclesiæ recuperandis. Nam nondum habuerat Ecclesiæ politicum principatum, sed possidebat bona temporalia ad eum modum, quo priuati ciues possident. Itaque æquū erat, ut agros, quos suos esse censēbat Ecclesiæ, si fortè ab aliis occuparentur, in iudicio legitimo eos repeteret: non autem more fiscali propria sibi auctoritate vendicaret.

QUINTO obiiciunt alij illud 2. Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Quæ verba dicuntur Episcopo. At non potest princeps non se implicare negotiis secularibus.

RESPONDEO, negotia secularia hoc loco non vocari regimen politicum, sed curam parandi victus, & proinde negotiationes, & mercimonia, & similia. Est enim Græcè, *τὸ βίον παρασκευάζειν*. id est, negotiis vitæ seu victus. Vbi etiam notandum, non haberi in Græco, nec in omnibus Latinis codicibus illud, Deo, sed generaliter *ἰδίᾳ παρασκευάζειν* τῶν τῶν βίον παρασκευάζειν. Et est sensus, Dixi ut labores, sicut bonus miles Christi. Porro bonus miles non est sollicitus circa victum, & corporis curam: sed comedit, & bibit quando potest, & quomodo potest: dormit humi, vestitur magis ferro, quam panno, &c. Itaque Apostolus non prohibet regimen politicum, sed nimiam sollicitudinem circa vitam corporalem: & ut bene monuit Chrysostomus, dicuntur hæc à Paulo, tam Episcopo quam aliis hominibus. Omnes enim, etiam Laici, etiam Reges, milites Christi esse debent.

Sexto obiiciunt verba Nicolai I. ep. ad Michaelē, ubi dicit fuisse quidem ante Christi aduentum eosdem Reges, & Pontifices, at Christum verum regem, & Pontificem ista disiunxisse: *Cum ad verum, inquit, ventum est, ultra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpauit, &c.*

RESPONDEO, Nicolaum noluisse negare, posse Pontifici conuenire temporale aliquod dominium. Nam ipse erat Pontifex, & simul princeps politicus Romæ, & Rauennæ, aliarumque ciuitatum, quas dudum acceperant maiores eius ab Imperatoribus: sed solum voluisse dicere, non conuenire ut idem sit Pontifex totius orbis, & simul Imperator etiam totius orbis. Non quòd hoc repugnet Euangelio, & nullo modo possit fieri, sed quia Christus ad conseruandam humilitatem, voluit Pontificem indigere Imperatoris defensione in temporalibus, & simul Imperatorem indigere Pontificis directione in spiritualibus. Quod autem Christus voluerit, patet ex eo, quòd reliquit imperium Tiberio, & Petro solum contulit Pontificatum.

Finis tertia Controuersie generalis.

QVARTA
CONTROVERNSIA
GENERALIS.

DE CONCILIIIS, ET
ECCLESIA MILITANTE,

QVATVOR LIBRIS
COMPREHNSA.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

De Conciliis, & Ecclesia.

P R A E F A T I O.

- Cap. I. Ordo disputationis.
II. Qui scripserint de Conciliis.
III. De nomine Concilij & origine.
IV. Partitio Conciliorum duplex.
V. Concilia generalia approbata.
VI. Concilia generalia reprobata.
VII. Concilia partim confirmata, partim reprobata.
VIII. De Concilio nec manifestè probato, nec manifestè reprobo.
IX. De utilitate, vel etiam necessitate celebrandum. Conciliorum.
X. Concilia generalia vtilia esse, & suo quodam modo necessaria, non tamen absolutè & simpliciter.
XI. Concilia Episcoporum aliqua simpliciter esse necessaria.
XII. Cuius sit congregare Concilia.
XIII. Soluuntur argumenta aduersariorum.
XIV. Explicantur dubitationes quædam.
XV. Quinam sint ad Concilium conuocandi.
XVI. Soluuntur obiectiones aduersariorum.
XVII. Quot Episcopi requirantur ad generale Concilium.
XVIII. Episcopos in Conciliis non Consiliarios, sed Iudices esse.
XIX. Cuius sit generalij Concilio præsidere.
XX. Soluuntur argumenta aduersariorum.
XXI. Explicantur conditiones, quas Lutherani requirunt in Concilio celebrando.

LIBER SECVNDVS.

De Conciliorum auctoritate.

- Cap. I. Argumentum & partitio huius libri.
II. Concilia generalia à Pontifice confirmata, errare non posse, ex Scripturis demonstratur.
III. Idem probatur ex Patribus.
III. Idem ostenditur argumentis à ratione ductis.
V. Concilia particularia, à Pontifice approbata, errare non posse.
VI. Soluuntur argumenta ex Scripturis depròpta.
VII. Soluuntur argumenta petita ex testimonio veterum Patrum.
VIII. Soluuntur argumenta ex Conciliorum erratis.
IX. Soluitur obiectio ducta ex ratione.
X. Concilia particularia, non probata à summo Pontifice, non omnino certam fidè facere.
XI. Concilia generalia, ante confirmationem summi Pontificis, errare posse, nisi Patres in definiendo sequantur Pontificis instructionem.
XII. An sit maior auctoritas Concilij, quàm Scripturæ.
XIII. An Concilium sit supra Pontificem.
XIII. Explicantur opiniones diuersæ.
XV. Summum Pontificem Caput esse totius Ecclesiæ.

- A XVI. Non esse in Concilio summam potestatem.
XVII. Summum Pontificem absolutè esse supra Concilia.
XVIII. Pontificem non posse subicere seipsum sententiæ coactiuæ Conciliorum.
XIX. Soluuntur argumenta aduersariorum.

LIBER TERTIVS.

De Ecclesia militante toto orbe diffusa.

- Cap. I. De nomine Ecclesiæ.
II. De definitione Ecclesiæ.
III. De non baptizatis.
IV. De Hæreticis, & Apostatis.
V. De Schismaticis.
VI. De excommunicatis.
VII. De prædestinatis.
VIII. De non perfectis.
IX. De magnis peccatoribus.
X. De infidelibus occultis.
XI. Proponitur altera controuersia: An Ecclesia sit semper visibilis, siue, an errare, & deficere possit.
XII. Ecclesiam esse visibilem.
XIII. Ecclesiam visibilem non posse deficere.
XIV. Ecclesiam non posse errare.
XV. Soluuntur argumenta, quibus astruitur Ecclesia inuisibilis.
XVI. Soluuntur argumenta, quibus aduersarij probant Ecclesiam posse deficere.
XVII. Soluuntur argumenta, quibus aduersarij probant, pastores Ecclesiæ omnes simul errare posse.

LIBER QVARTVS.

De notis Ecclesiæ.

- Cap. I. Tractationem de notis Ecclesiæ vtilissimam esse.
II. Refellitur sententia hæreticorum.
III. Proponuntur veræ notæ Ecclesiæ.
IV. Explicatur prima nota.
V. Nota secunda.
VI. Nota tertia.
VII. Nota quarta.
VIII. Nota quinta.
IX. Nota sexta.
X. Nota septima.
XI. Nota octaua.
D XII. Nota nona.
XIII. Nota decima.
XIV. Nota vndecima.
XV. Nota duodecima.
XVI. Nota decima tertia.
XVII. Nota decima quarta.
XVIII. Nota decima quinta.

LIBER

LIBER PRIMVS DE CONCILIIS, ET ECCLESIA.

P R A E F A T I O.



ACRORVM Conciliorum auctoritatem, qua semper in Ecclesia magna fuit, aduersus multiplices hæreticorum fraudes & calumnias, his libris pro viribus defensus, antequam ad rem ipsam aggrediar, pauca quedam putauit esse dicenda de summa, atque incredibili calliditate, quam ad hanc eleuandam auctoritatem Satana administri nostris temporibus adhibuerunt. Etenim quoniam sacrosancta Conciliorum auctoritas in Ecclesia Catholica, ut par erat, semper eminuit, & saepe in maximis rerum perturbationibus, ad dissipandas errorum tenebras, quasi fulgor quidam salutaris illuxit, non existimauit hostis humani generis posse diutius se discordias in Ecclesia serere, & schismata atque hæreses conseruare, & propagare, nisi iudicia Ecclesiastica de medio tolleret, & cathedrâ illam euertret, ex qua Christus ipse per homines sonans, & indicans, omnes fidei controuersias litèsq; componit.

ITAQUE Lutheranos excitauit homines ut ad fallendum paratos, ita proiectos ad mentendum: qui quidem, cum initio nullo modo fieri posse crederent, ut summus Pontifex ad indicendum generale Concilium adduceretur, ceperunt ipsi magna contentione simul & Pontificem grauitè accusare, & aduersus eundem Pontificem Concilij generalis opem implorare. Ita enim fore arbitrabantur, ut & quacunq; uellent scelera, atque flagitia, quamuis falsa, & incredibilia de Pontifice liberè spargere, & eum apud omnes Christianas nationes reum maximorum criminum facere sibi liceret: & ipsi interim, non Ecclesia hostes esse, ut re ipsa erant, sed viri amantes pietatis, fideique zelum habere, quippe qui Concilij auctoritatem agnoscerent, ab omnibus iudicarentur. Quocirca tot, & tam atrocibus calumniis, & maledictis, & uoce, & literis Christi vicarium onerauerunt, ut permultis magnisque nationibus planè persuaserint, eum non Christianum præsumere, sed Christi iuratum hostem, atque adeo ipsum verum, & propriè dictum Antichristum esse.

ORATIONEM certè immensam susciperem, si ea mendacia percensere uellem, quibus hæretici huius temporis in omnibus penè libris, & sermonibus suis Apostolica sedis Pontificem impudentissimè asperserunt: unum solum aut alterum exempli causa attingam. Martinus Lutherus in libro de Ecclesia propè extremo: Papa, inquit, Scripturam sacram, in cæno, & pulcre sepeluit, & doctrinam Christianam penè integram deleuit. Exstat libellus de primatu Papa scriptus nomine totius Synodi Smalchaldica, auctore, ut arbitror, Philippo: quo in libro, præclara illa Synodus Lutheranorum ab hoc mendacio exorditur: Papa, inquit, arrogat sibi auctoritatem condendi leges de cultibus, de mutatione sacramentorum, de doctrina: & vult suos articulos, sua decreta, suas leges existimari pares legibus diuinis. Et infra: Arrogat sibi Papa diuinam auctoritatem, quia sumit sibi ius mutandi doctrinam Christi, & cultus à Deo institutos, & suam doctrinam, & suos cultus vult obseruari, tanquam diuina.

AT quod Sacramentum, quem cultum à Deo institutum, quem doctrina articulum Papa mutauit? Et quis ille Pontifex fuit qui suas leges diuinis legibus exaquaui? an non videmus quotidie Pontificias leges, vel ab iisdem, qui tulerunt, vel à successoribus, si tempus id postulet, abrogari? Quæ verò diuina lex ab illo unquam Pontifice legitur abrogata? sed nolo in eiusmodi nugis tempus amittere. Hoc affirmo, similibus mendaciis plenos esse libros Lutheranorum, eaque apud illos, non res saltem dubias, sed, ut oracula certissima literis & sermone omnium celebrari. Qui tamen initio, ut dicebam, ne omnino alieni ab Ecclesia Catholica esse viderentur, quanto plus auctoritatis detrahebant Pontifici, tanto amplius Concilio tribuebant. Exstat Lutheri ipsius ad generale Concilium prouocatio. Exstant comitia imperialia Augustana, Norimbergensia, Spirensia, Ratisponensia, Vormatiensia, aliæque nonnulla, in quibus Lutherani generale Concilium sæpius postularunt.

AT ne fortè molestum sit, si tempus in tam variis tot comitiorum actis recitandis conteramus, proferam tibi, Lector, ipsorum protestantium testimonium, quod ad initium eius libri, qui Protestatio aduersus Concilium Tridentinum inscribitur, continetur. Profitemur, inquit, ac protestamur nos adherere, ac semper adherisse protestationi, & appellationi R. Patris D. Lutheri ab iniustissimo, violentissimoque iudicio Pontificis, ac omnium eius factionis iudicum, ad liberum, Christianum, legitimum, ac Spiritu sancto congregatum Conciliū. Qui processus, protestatio & appellatio fuit postea unanimiter ac multoties à nostris Ecclesiis renouatus, & in aliquot etiam imperialibus conuentibus ab omnibus statibus comprobatus. Hæc ipsorum sunt verba, quibus, ut vides, affirmant, Lutherum primò, deinde Ecclesias suas, postremò etiam principes sibi addictos, à Pontificis sententiis ad Concilij iudicium sæpius appellasse.

SED quandiu existimas, in sententia ista expetendi Concilij permanserunt? quandiu nullum futurum esse Concilium sperauerunt. Nam simul ac Paulus Pontifex eius nominis tertius, Concilium generale ad Tridentum indixit, & eiusdem concilij fundamenta iaci, & initia quadam apparere ceperunt, continuo illi mutata sententia, vel potius, quam antè simulauerant, aperitè prodita Concilium improbare, à Conciliis appellare: nec solum recentia, sed etiam vetera omnia reprehendere, & ipsum Tridentinum vixdum inchoatum inuictis, censuris, protestationibus,

bus,

us, calumniis quoque & mendaciis opprimere studuerit, ut si fieri posset, prius Concilium illud hereticorum astutia olueretur, quam Catholicorum diligentia coalesceret.

ITA vero esse, ut dico, testes mihi sunt omnes, qui legerunt librum de Conciliis à Luthero illo ipso tempore conscriptum, libellum Philippi Melancthonis de causis, cur Lutherani ad Concilium non accesserint: librum Professionis XXXIV. Ministrorum librum Illyrici de norma ac praxi Concilij: Denique Martini Kemnitij examen Tridentini Concilij: Concilium Caroli Molinæ super eodem non admittendo Concilio: antidotum Ioannis Caluini contra eiusdem venena Concilij. Sed operapretium erit ex istis ipsis, quos nominauimus, auctoribus, aliquid proponere, ut ex eorum verbis & testimonio cognoscas, quanti fiant ab illis Ecclesia Concilia, quæ paulo ante tantopere flagitauerant.

IGITUR Martinus Lutherus, cum fama accepisset, indictum esse Concilium, continuo arrepto calamo, librum confecit, atque inscripsit, de Conciliis, credo, ut ageret Deo gratias, & Ecclesia gratularetur, atque omnes ad Concilium inuitaret. Nihil minus: summa enim libri est, nihil esse opus Conciliis, cum etiam vetera illa sanctissima & celeberrima errauerint, & quilibet Parochi & Ludimagistri non minus possint in Ecclesia, quam quauis maxima, & numerosissima Concilia. Ordatur à Concilio illo sine controuersia antiquissimo & sanctissimo, quod Apostoli Hierosolymis celebrauerunt: & quoniam in eo Concilio Apostoli decreuerunt abstinentum esse à sanguine & suffocato, ad has angustias nos redigit, ut vel ab his cibis nos abstinemus, vel aperire fateamur liberum esse Concilio summo ac primo non obedire. Deinde, grauer exponit quanta calamitas esset, non uesci deinceps capreis, leporebus, cernis, cuniculis, anseribus, turdis, ceterisque auiculis: & quod miserius est, abstinere lucanicis, aliisque sarcimibus, & insculis etiam quibusdam, quæ non solum pipere conduntur, sed etiam sanguine, ut ipse loquitur, qui ista bene norat, vel liquido tinguntur, vel crasso, & coagulato infarciuntur.

QUA vero tam grauis iactura nullo modo subeunda Luthero esse uidebatur, inde efficit, non esse Apostolico decreto obtemperandum. Ex quo rursus ita concludit: ergo liberum est nobis omnia alia Concilia relinquere. & sic liberi sumus ab omnibus Conciliis. Praclare omnino: quasi uero quia non tenemur ea Concilij lege, quæ solum ad tempus data fuerat, iam nullis aliis Conciliorum legibus teneamur.

PERGIT deinde ad Nicænum I. Concilium, cuius in Ecclesia Catholica semper summa auctoritas fuit, ac de canonibus eius Concilij loquens: Hi omnes, inquit, articuli, articuli, scenum, stramen, ligna, stipulae fuerunt. Et infra: De illis ligneis articulis reliquæ manserunt, quasi aliqui titiones, nempe articulus de festo Paschatis. Hic nimirum est honor quem habet Lutherus antiquissimo & celeberrimo Concilio, ut eius decreta, ligna, fenum, stipulas titiones appelleret. Sed parum esset, si tantum non necessarios, ac supernuacanos eos canones diceret, & non etiam periculosos, impossibiles, inier se contrarios, ac pugnantibus esse contenderet. Quia enim uetat Concilium, ne qui se absciderunt, sacris ordinibus inuicentur, & simul imperat hominibus sacratis, ne ullam omnino domi suæ faminam habeant, præter matrem, aut sororem: Hic prorsus, inquit Lutherus, non intelligo sanctum Spiritum in hoc Concilio, si illi pro idoneis non sunt reputandi in ministerio Ecclesiastico, qui seipso castrant ad uitanda libidinum incendia: & rursus illi etiam non sunt idonei, qui ad euincendos carnis stimulos habent, aut ducunt uxores: quod res tandem cadet? An debet Episcopus, aut Concionator illum intolerabilem ardorem, & æstus amoris illiciti sustinere, & neque coniugio, neque castratione se ab his periculis liberare? Quasi uero, Luthere, nihil sit mediū inter coniugium & castrationem; quo pacto igitur Paulus, Ioannes, Iacobus, Apostoli ceteri, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, & quid enumero singulos homines? quo pacto, inquit, tot millia Sanctorum, neque se ipsi absciderunt, & tamen usque ad uitæ finem uxoribus caruerunt? nimirum precibus, ieiuniis, labore assiduo, non membrorum abscissione gloriosa certamina superantur.

SED audiamus quàm honorifice de hoc eodem Nicæno Concilio sub finem huius loci loquatur Lutherus, An uero, inquit, nihil aliud est negotij Spiritui sancto in Conciliis, quàm ut impossibilibus, periculosis, non necessariis legibus suos ministros obstringat, & oneret? Quæ cum ita sint, uides certe Lector, quanti faciat Lutherus, Conciliorum auctoritatem, cum decreta Nicæni Concilij, quo nullum est magis à Patribus omnibus laudatum, ligna, non necessaria, periculosa, impossibilia, inter se pugnantia, ac demum stramen, fenum, stipulas, titiones ore impudentissimo appellare non vereatur, quid, quod omnia Concilia ita extenuat, ut cum eis Parochorum industria, & Ludimagistorum auctoritatem comparet? Putas ne, inquit, adeo esse tenue, aut augmentum officium Parochi, aut Ludimoderatoris, ut non possint aliqua ex parte conferri ad Concilia: dicam & quiddam amplius, maius lumen accedit doctrinæ Christianæ ex Catechismo puerili, quàm ex omnibus Conciliis. Et infra: Et quid opus est uerbis, etiam si omnium Synodorum decreta possent per infundibulum demitti in cuius corpus, tamen nondum esses Christianus, quia nimis parum conferunt? Egregia sanè conclusio & digna tam graui Theologo, qui paulo ante tam seridè uidebatur Concilij generalis iudicium appellare. Omitto quod dicit de I. III. & I. K. Synodo, cum & similia sint prioribus. Ego breuitati studeam.

VENO igitur ad ea mendacia, quæ ad extenuandam Concilij Tridentini auctoritatem aduersarij sine ulla pudore effutunt, nec tamen omnia, nec etiam plurima, id enim infiniti operis esset, sed pauca de multis proferam. Illi Sycophantæ, inquit Lutherus in libro de Conciliis, qui parasitantur Papæ, adeo sunt dementati, ut hoc paradoxum audacissime defendant, Concilia potestatem habere condendi nouos articulos fidei, & mutandi veteres. At qui sunt isti Sycophantæ? Cur nemo nominatur? ubi, quando, quo teste dixerunt, aut scripserunt, posse à Conciliis fidei articulos immutari?

MATHIAS Illyricus in libro de norma ac praxi Concilij Tridentini: Clamant illi, inquit, Concilij

scilicet

scilicet Patres, Ecclesiam, id est, Pontificem cum suis spiritualibus esse supra scripturam, & Papam posse ex plenitudine potestatis contra Apostolum, & totum uetus Testamentum dispensare. Hæc ille. Sed exstat Concilium, legatur diligenter, nusquam inueniuntur eiusmodi portenta.

MARTINVS Kemnitius in examine Concilij Tridentini, ita diues mendaciorum est, ut quatuor sententias, quinque mendacia comprehenderit: Dicunt, inquit, Patres uidelicet Concilij, quod Papa habeat uoluntatem pro ratione, in his, quæ uult quod possit formam sacramentorum ab Apostolis traditam immutare: quod contra epistolas Pauli possit statuere: quod dispensare possit contra quatuor prima Concilia, & contra uerba Euangelij. Quis crederet tam impudentes homines reperiri potuisse, qui de Tridentino Concilio audacter mentirentur, cum & ipsius acta passim legantur, & adhuc uiuant plerique eorum, qui ipsi per se Concilio interfuerunt?

SED restat adhuc aliud splendidum omnino, & sepius repetitum aduersariorum mendacium. Multis de causis Lutherani Hosium Cardinalem uirum æterna memoria dignum implacabili odio prosequuntur, sed eo præcipue, quod legatus Apostolica sedis Concilio Tridentino præfuerit, atque eidem Concilio industria & sapientia sua non parum ornamenti, atque etiam emolumenti contulerit. ut igitur simul & Legati, & Synodi auctoritatem deprimerent, uerba quidem, quæ in Cardinalis in libro de expresso uerbo Dei, nomine Suenckfeldij heresiarchæ protulerat, & idè protulerat, ut indicaret, quàm tetri errores ex Lutherana heresi, quasi uenenati fructus ex corrupta radice pullulassent. Illa, inquam uerba, tanquam si Cardinalis ipsius sententiam contineret; boni isti uiri magna cum execratione ubique disseminauerunt. ac primum in libro Professionis XXXIII. Ministrorum ita legitur: Sed iam audiamus istius gloriosi gubernatoris præsentis conciliabuli uerba, quomodo, & secundum quam regulam ille cum suis sodalibus uelit de Ecclesiæ & religionis controuersis iudicare, & statuere: sic enim in blasphemiarum uerba erumpit, inquiens, Nos uero Dei de cælo sententiam expectabimus, ac tum istos pro sua, non pro Scripturarum sententia dimicantes, tum ipsas etiam Scripturas facessere iubebimus. Non oportet Legis, aut Scripturæ esse peritum, sed à Deo doctum. uanus est labor, qui Scripturæ impenditur. Scriptura enim creatura est, & egenum quoddam elementum: non conuenit Christiano nimium creaturæ additum esse. Quibus recitatis subiiciunt Protestantes: Hæc iste nefarius Antichristi Cardinalis legatus, & impij conciliabuli Gubernator, contra uiuentem Deum blasphematur.

ILLYRICVS uero in libro de norma & praxi Concilij Tridentini, postquam illa eadem uerba ex libro Cardinalis deprompta repetiuit, ita illi bene precatus est, Dominus Iesus, inquit, obstruat igne infernali ista blasphemia ora Antichristi, & eius mancipiorum, & vindicet gloriam ab eorum tyrannide. Quid tibi uidetur, candide Lector, an non est scelus inauditum, & audacia plene incredibilis, in causa tam atroci & tam perspicua, tam impudenter mentiri? Est in manibus liber, nec ulla est in uerbis eius obscuritas, & si testimonium auctoris requiritur, ego ipse doctissimum illum senem aliquando dicentem audiui. Ego ita sentiebam? ego talia scriberem si mea uerba essent, uerè dignus essem qui in medio foro cremarer. Et placuit tamen non uni, aut duobus, sed triginta quatuor simul Ministris uerba illa optimi uiri in alienum sensum ita detorquere, ut quæ Suenckfeldij sunt, Cardinalis ipsius esse crederentur: qui mihi similiter fecisse uidentur, ac si aliquis modò contenderet illa blasphemia uerba Iudeorum de Christo: Ecce homo uorax, & potator uini: non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit: reus est mortis, tolle, tolle, crucifige eum, atque alia his similia non esse uerba Iudeorum, sed Matthæi, aut Ioannis, quod in eorum euangelij reperiantur. Habes igitur quam parui æstiment Concilia aduersarij, & quot fraudibus, & calumniis eorum auctoritatem eleuare conentur; qui tam ex paucis ante annis generale Concilium tanquam unicum remedium præsentium disfidiorum expetere uidebantur.

SED dicit aliquis fortasse, optabant illi quidem, atque optant etiam nunc generale Concilium, sed non eiusmodi quale Tridentinum fuit. Ita est, optant illi generale Concilium, sed quale nunquam fuit. Explicat enim conditiones Concilij Philippus Melancthon in eo libello, quem inscripsit, de causis, cur Lutherani ad Concilium non accesserint: sed potissimum due sunt. Altera, ut ius suffragij etiam decisui habeant omnes homines docti, siue sacerdotes, siue laici sint: quod est in Ecclesia Christi ad hunc diem inauditum, nec talis Concilij ullum exemplum proferent, præsertim cum doctos homines uocent, qui dum loquuntur, aut scribunt, aliquot uerba Græca aut Hebraica, Latinis admiscant. Altera conditio est, ut detur ab Imperatore saluus conductus, non solum personis, sed etiam causis, hoc est, ut nec personæ possint puniri, si nolint obtemperare Concilio, nec fides, & confessio Lutheranorum possit damnari, etiamsi Theologi Lutherani eam defendere non potuerint: quæ conditio & cum superiore apertissime pugnat, & est ipsa per se inepta & ridicula. Nam si nec personæ, nec sententiæ nari possunt, nihil omnino in Concilio decernetur.

Quorsum igitur attinebat petere, ut etiam laici suffragium habeant decisuum, si nihil est in Concilio decidendum? Et quorsum tot sumptus, tot pericula, tot labores in Concilio congregando? Quorsum ex toto orbe terrarum Episcopi & Doctores uentur, ut ad Concilium ueniant? Quorsum tot dies in quæstionibus fidei proponendis, discutiendis, definiendis consumuntur, si posteaquam sunt omnia parata, adhuc licet unicumque Concilij decretum in controuersiam reuocare? Neque Philippus Melancthon solus hoc docet, docuit ante eum Martinus Lutherus, docuere post eum Ioannes Caluinus, Ioannes Brentius, Martinus Kemnitius, Lutherani & Caluiniſtæ omnes. Capite, inquit Lutherus articulo centesimo decimo quinto, ex quingentis articulis, hoc Euangelium, quia neque Papæ, neque Conciliis, neque ulli hominum commissum est, ut concludat, quid sit fides. Idè deo debet dicere, Papa tu concludisti cum Conciliis, nunc habeo ego iudicium, an acceptare queam, nec ne. Et Caluinus libro quarto institutionum, capite nono, paragrapho octauo: Quoties, inquit, Concilij

alicuius decretum profertur, expendi primum diligenter velim, quo tempore habitum sit, qua de caussa habitum, & quo consilio, quales homines interfuerint: deinde illud ipsum, de quo agitur, ad Scripturam amissim examinari, idque in eum modum, vt Concilij definitio pondus suum habeat, si que inftar praeiudicij: neque tamen examen, quod dixi, impediatur.

Itaque vult Calvinus, Concilij sententiam, praeiudicium, non iudicium esse, deque ea sententia posse, ac debere quoscunque, & maxime priuatos homines iudicare. Quod idem alius verbis Kemnitius, Brentius & ceteri omnes docent. Quid verò est hoc aliud, quam nolle iudicium vllum fieri? nolle controuersias vnquam finire? nolle pacem & concordiam, sed bella, schismata, dissensiones, lites vigere perpetuo? Sed bene habet, nisi aliud dicerent, facilius laterent: haeretici certè non haberentur. Nunc verò ita se produnt, vt planè nunc sint cacti, qui eos haeticos esse non vident. nam cum heresis ab electione dicatur, nulla est nota clarior, nullum certius signum hominis haetici, quam cum Ecclesiastico iudicio non acquiescit, sed ipse sibi est dux, ipse index, ipse dogma proprium eligit, quod sequatur. Fidei, obedientia comes est, mater humilitas. Haereseos soror, contumacia, mater superbia est.

Quae cum ita sint, nostrae iam partes erunt, vt quantum operae, industriae, laboris in Ecclesiastica auctoritate labefactanda hostes fidei ponunt, tantum nos in eadem asserenda, ac vindicanda ponamus: & quoniam ea in summo Pontifice, & Episcoporum Conciliis praecipue cernitur, & nos iam de Pontifice, quinque libris pro ingenij tenuitate, differuimus, nunc de Conciliis, quanta maxima poterimus claritate, Deo duce atque auspice, differemus.

CAPVT PRIMVM.

Ordo disputationis.

DISSERVIMVS haecenus de capite militatis Ecclesiae: nunc de ipsa Ecclesia differendum erit. Quia verò Ecclesia bifaria considerari potest, vt in Conciliis congregata cernitur, & vt toto orbe terrarum diffusa est: propterea nos quoque primum de Conciliis, tum de ipsa Ecclesia disputabimus. Praeposimus autem disputatione de Conciliis disputationi de Ecclesia, licet ordo naturae contra suadere videretur, quoniam disputatio de Conciliis magis connexa est cum disputatione de summo Pontifice, quae iam praecessit, quam disputatio de Ecclesia.

IGITUR controuersia de Conciliis duabus in rebus posita est, in definitione legitimi Concilij, & in eiusdem Concilij auctoritate. Haeretici enim huius temporis fingunt nouam formam Conciliorum, & iis deinde nullam ferè tribuunt auctoritatem. Nos tamè his duabus partibus addemus tertiã.

ITAEQUE in tres partes diuidetur vniuersa disputatio. In prima praemittemus quaedam, quae ipsi disputationi quasi aditum aperiant: qui scripserint de hac materia, quid sit Concilium, quod duplex: quot, & quae haecenus celebrata sint: quae omnia tractabimus sine contentione ad modum simplicis narrationis. In secunda definiemus, quid proprie postulet natura legitimi Concilij: vbi tractabitur de materia, forma, fine, & efficiente Conciliorum, necnon de iis, quae aduersarij requirunt in Conciliis. In tertia differemus de auctoritate Conciliorum, tum absolute, tum etiam per comparationem ad Scripturam, & summi Pontificis auctoritatem.

CAPVT II.

Qui scripserint de Conciliis

VT igitur ordiamur à primo, de hac materia tractat in primis libri ipsi Conciliorum, qui tamè negligenter conseruati sunt, & in multis vitis scatent, quae corrigenda sunt ex veterum lectione; deinde multa existant in decretis Gratiani, Iuonis, Bucardi, Martini Bracarenensis: item pauca quaedam legi possunt apud Hilarium libro de Synodis; Isidorum lib. 6. etymologiarum, cap. 16. Bedam in libro de sex aetatibus; in Constantino quarto: Freulphum in fine Chronici: Ioanem Pfellum & Phorium libro de septem Synodis.

PRAEETER hos veteres scripserunt multi recentiorum, vt Thomas VValdensis. li. 2. doctri. fidei, c. 26. & 27. Ioannes de Turrecremata lib. 3. summe de Ecclesia: Ioanes Gerson in tractatibus variis de potestate Ecclesiae & Conciliorum: Dionysius Carthusianus in libris tribus de Conciliis: Ioannes Eckius in enchiridio: Iodocus Clichtouaeus in

defensione Concilij Senonensis: & Iodocus Tiletanus in defensione Concilij Tridētini: Ioanes Cochlaeus in libro de Conciliis: Ioannes Roffensis contra articulum Lutheri 28. & 29. Caietanus in opusculis: Albertus Pighius li. 6. Hierarch. Ecclesiastica: Cardinalis Hosius in explanatione Symboli, ca. 24. & li. 2. contra prolegomena Brētij: Petrus à Soto in defensione suae confessionis contra Brētium: Ioannes Antonius Delphinus li. 2. de Ecclesia: Melchior Canus. li. 2. de locis Theologicis: Hugo in opere inscripto, Synodia Hugonia: Item Iacobarius in opere de Conciliis, & Gaspar Villapadens in disputationibus nouè pro Concilio Tridētino: Alphonsus à Castro li. 4. de haesibus: Gulielmus Lindanus lib. 3. ca. 7. Panopliae Euangelicae.

CAPVT III.

De nomine Concilij & origine.

ORRO Concilij nomine idem significatur in Ecclesia, quod nomine comitorum in regnis. nam quemadmodum cum oritur controuersia in Republica, conueniunt in vnum Principes Regni, vel Magistratus, ac statuunt quid factu opus sit: ita in Ecclesia cum oritur controuersia aliqua de religione, conueniunt Praesules Ecclesiarum, & simul collatis sententiis statuunt quod bonum videtur. Ita actum videmus Aetorum 15. vbi primum coeperunt Concilia Christiana celebrari, ac deinceps singulis aetatibus.

HANC autem originem Conciliorum, etiam Albertus Pighius li. 6. de caelesti hierarchia c. 1. contendat esse planè humanam, & naturali ratione excogitatã, probabilius tamen est diuinam esse. Nam Concilium Calcedonense in epistola ad Leonem, & v. Synodus Aet. 17. & Caecilius Papa in epistola ad Concilium Ephesinum, & Concilium Toletanum 111. non procul ab initio, docent Concilia esse demonstrata à Christo in illis verbis Matt. 18. *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, illic ego in medio illorum sum.*

DEINDE, credibile est Apostolos, qui pleni erant Spiritu sancto, non nisi ipso Spiritu sancto admonente primum Concilium congregasse: vnde etiam dicunt, *Vnum est Spiritui sancto & nobis*, Act. 15. Praeterea, etsi ratio naturalis dicitur, vt in rebus dubiis Princeps consulat homines peritos, tamè vt soli Episcopi conuocentur, & ij non sint consiliarij, sed iudices, non videtur solius humanae rationis inuentum. Denique certum est, Conciliorum celebrationem, quae omnibus seculis in Ecclesia fuit de Apostolica traditione descendere: Apostolicas verò traditiones ego quidem humana inuenta appellare non audeo. Sed haecenus de origine. Nunc de nominibus vno verbo.

NOMEN

NOMEN Latinum Concilij, inuenitur passim in testamento veteri, & nouo, pro congregationibus Iudaeorum; sed Graecè nomen, id est, *συνόδος* non inuenitur in Scripturis: vbi enim Latine legitimus Concilium, in Graeco textu vbiue est *συνέδριον*, vel *συνελευσις*. inuenitur autem nomen Synodi primum in canonibus Apostolorum canon. 38. vbi iubentur Episcopi singulis annis bis Concilia celebrare. Deinde inuenitur apud Eusebium lib. 5. hist. cap. 23. ac deinceps in omnibus auctoribus.

CAPVT IIII.

Partitio Conciliorum duplex.

SVNT autem quatuor genera Conciliorum: quaedam enim sunt generalia, quaedam nationalia, quaedam prouincialia, & quaedam diocesana. Membrorum trium primorum meminit Augustinus li. 2. de Baptismo contra Donatistas, cap. 3. vbi dicit Concilia prouinciarum, vel etiam maiora, qualia sunt regionum, emendari à Conciliis plenariis. Vltimi membri meminit Concilium Toletanum IV. cap. 25.

GENERALIA dicuntur ea, quibus interesse possunt & debent Episcopi totius orbis, nisi legitime impediatur, & quibus nemo rectè praesidet, nisi summus Pontifex, aut alius eius nomine. Inde enim dicuntur Oecumenica, id est, orbis terrarum totius Concilia.

NATIONALIA dicuntur, in quibus conueniunt Archiepiscopi, & Episcopi vnius regni, vel nationis, quibus praesert aliquis Patriarcha, vel primas, qualia sunt multa Concilia Romana, Toletana, & Africana: de quibus illud notandum est, ea licet sint reuera distincta à generalibus & prouincialibus, tamen vtrorumque nominibus interdum appellari.

VOCANTUR enim saepe Concilia vniuersalia, vt patet ex Conciliis Romanis sub Symmacho, vbi semper dicitur: *Symmachus Concilio generali praesidens*: & tamen aderant solum Episcopi Italiae. Sic in Concilio Toletano III. cap. 18. dicitur, *Praecipit haec sancta, & vniuersalis Synodus*: & tamen solum aderant Episcopi Hispaniae. Idem patet ex Concilio IV. Carthaginensi. Dicuntur ergo ista generalia, siue vniuersalia, quia sunt generalia in eo regno, non autem absolute. Dicuntur autem prouincialia ista eadem à Gratiano dist. 3. can. Porro, quia certis prouinciis continentur, non autem ad omnes Christianos pertinent, sicut verè generalia.

PROVINCIALIA dicuntur, in quibus conueniunt tantum Episcopi vnius prouinciae, quibus praesert Archiepiscopus, siue Metropolitanus, & huius generis sunt plurima in totis Conciliis. De his videtur loqui septima Synodus actio. 3. cum ait, *se amplecti etiam de iustis localium Conciliorum.*

DIOCESANA sunt, in quibus conueniunt tantum Presbyteri vnius Episcopatus, & iis Episcopus praesert, cuius generis paucissima existant, nec immerito: nam vix dici possunt Concilia, cum in eis ordinariè nullus sit, qui iurisdictionem habeat, praeter vnum Episcopum qui praesert.

ALTERA partitio Conciliorum complectitur item quatuor membra. quaedam enim sunt ab Apostolica sede approbata, atque ab Ecclesia vniuersa recepta: quaedam omnino reprobata: quaedam partim approbata, partim reprobata: quaedam nec approbata, nec reprobata. Quod membrum postremum in Conciliis particularibus potissimum locum habet.

CAPVT V.

Concilia generalia approbata.

CONCILIA generalia approbata numerantur hucusque decem & octo. Primum est Nicaenum, quod quidem celebratum est ab anno Domini CCC. XXVII. vsque ad annum CCC. XXX. qui fuit annus XV. Syluestri Papae, & vicissim Constantini Imperatoris. Conuenerunt Episcopi CCC.

XVIII. è quibus erant Patriarchae, Alexander Alexandrinus, Eustratius Antiochenus, Macarius Hierosolymitanus, & Metrophanes Constantinopolitanus: quamuis hi duo postremi non erant eo tempore Patriarchae, sed diu postea eam dignitatem adepti sunt. Quidam etiam Metrophanem non per se, sed per legatum Alexandrum, qui postea ei successit in Episcopatu adfuisse volunt. Vide Metaphrastem in oratione de rebus gestis apud Nicaeam. Ac duae potissimum controuersiae definitae sunt. Vna de die Paschatis: Altera de Diuinitate Christi aduersus haesim Arianorum, ipso Ario Principe haereseos, post annos decem in latrinis dum aluum purgaret, foede defuncto.

SED quia haec omnia in dubium reuocari possent propter discrepantes scriptorum sententias, paucis singula demonstranda sunt. Primum de tempore Concilij mira est opinionum varietas, sed veritas nostrae sententiae hac ratione confirmari potest. Constat Concilium Nicaenum finem accepisse anno 20. imperij Constantini. Id enim scribit Eusebius lib. 3. de vita Constantini, & Socra. lib. 1. hist. cap. 12. coepit autem Constantinus imperare anno Christi CCC. XI. vt ex Chronico sancti Hieronymi, ex Gregorio Haloandro, aliisque Chronologis patet. Efficitur igitur, vt anno Christi CCC. XXX. fuerit annus Constantini 20. & finis Nicaeni Concilij.

ITEM inchoatum est Concilium Paulino, & Iuliano consulibus, vt Socrates refert lib. 1. cap. 9. aliàs 13. & Nicephorus lib. 8. cap. 26. Durauit autem annis tribus, vt idem Nicephorus ibidem testatur. Porro consulatum Paulini, & Iuliani Cassiodorus annotauit anno XVII. Constantini, ex quo sequitur finitum Concilium fuisse anno 20. eiusdem, proinde inchoatum anno Christi CCC. XVII. finitum anno CCC. XXX. Sanè Onuphrius Panuinus, quia consulatum Paulini, & Iuliani ponit anno Christi CCC. XXV. hoc ipso anno ponit initium Synodi Nicaenae.

DEINDE incidisse Concilij tempus in Syluestri Pontificatum, non Syluestri, & Iulij, vt Photius docet in lib. de septem Synodis, vel Iulij solius, vt Sozomenus scribit lib. 1. cap. 16. & ex Sozomeno Caluinus lib. 4. in instit. cap. 7. §. 1. & Ioachimus Camerarius in historia Nicaenae Synodi, vbi se diligentissimum scriptorum veterum lectorem fuisse affirmat, facile demonstrari potest. Nam, vt supra diximus, anno 20. Constantini, finis Concilio impositus est, quod etiam fatetur Camerarius libro citato. Syluester autem creatus est Pontifex anno 6. Constantini, vt ex Chronico Eusebij, ac Hieronymi patet, & sedit in Apostolica sede supra XX. annos, vt Damasus, Onuphrius, & omnes omnino scriptores testantur: igitur annus 20. Constantini, & finis Nicaeni Concilij in Syluestri Pontificatum necessariò incidit.

PRAEETEREA Melchiae Syluestri praedecessor sedidit eodem Constantino imperante, vt testantur Optatus lib. 1. contra Parmenianum, & Aug. in epist. 162. & 165. & ipse etiam Constantinus apud Euseb. lib. 10. hist. cap. 5. non igitur potuit Syluester nisi post inchoatum Constantini imperium Apostolicam sedem adipisci; tenuit autem eam omnium consensu supra XX. annos. Ergo 20. anno Constantini, qui fuit postremus Nicaeni Concilij, non Iulius, sed Syluester Apostolicam sedem moderabatur. Quare rectè Damasus in pontificali, Hieronymus in Chronico, Theodoretus lib. 1. hist. cap. 3. sexta Synodus act. 18. & Concilium Florentinum sess. 3. aliisque permulti auctores Nicaenam Synodum Syluestri Papae temporibus factam esse scripserunt.

DE numero Episcoporum, qui eidem Concilio interfuerunt, videntur esse sententiae variae. Nam Euseb. lib. 3. de vita Constantini, dicit conuenisse Episcopos supra CC. L. Athanasius lib. de sententia Nicaenae Synodi ait fuisse Episcopos plus minus CCC. Eustratius apud

Tomus primus. M m 2

Theodoretum lib. 1. cap. 8. histor. dicit numeratos supra ccc. lxx. Sozomenus lib. 1. cap. 16. ponit circiter ccc. x. Vera tamen, & communis sententia est, fuisse ccc. xviii. Nam Epiphanius hæresi 69. scripsit, vsque ad sua tempora fuisse conseruata nomina singulorum Episcoporum, & fuisse præcisè ccc. xviii. Hilarius quoque in libro de Synodis propè extremo, & Ambrosius præfatione librorum de fide, mysticum & sacrum dicunt esse numerum Patrum Concilij Nicæni, & multò antea præfiguratum in illis ccc. xviii. militibus, quibus Abraham victoriam de quinque regibus reportauit. Denique Hieronymus in Chronico, Sulpitius lib. 2. histor. Theodoretus lib. 1. cap. 7. & omnes alij constanter hunc numerum ponunt.

Iam verò duas fuisse causas eius Concilij, quæstionem videlicet de Paschate, & quæstionem de Christi Diuinitate, restantur Eusebius lib. 3. de vita Constantini, Athanasius in libro de Synodis Arimini, & Seleucia, & Epiphanius hæresi 70. quæ est Audianorum.

DE NIQVE, vtrum Nicenum Concilium ante mortem probrosam Arij celebratum sit, non est omnino certum. Epiphanius enim hæresi 69. apertè scribit, Concilium post mortem Arij celebratum fuisse: at contrarium scribit historicus, Rufinus lib. 10. cap. 13. Soc. lib. 1. cap. 19. & 25. & ceteri: neque possunt hæsententiæ conciliari, si dicamus duos Arios fuisse, vt significat Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ. Nam etiam si duo Arij fuerint, vnus tamen est ille, qui perit in latrinis: hunc autem ipsum Epiphanius ante Concilium, Rufinus, & ceteri post Concilium ponunt, & sanè videntur historici meliùs sensisse, præsertim cum in V. Synodo tractatum sit, an liceat hæreticos post mortem damnare, quod certè in dubium venire non potuisset, si Arium iam mortuum Synodus Nicæna damnasset. Sed res non est tanti momenti, vt propterea oporteat nos plus temporis in ea consumere.

SECUNDA, Synodus est Constantinopolitana, quæ celebrata est aduersus Macedonium negantem Spiritus sancti diuinitatem, Theodosio seniore Imperatore, ac Damaso summo Pontifice. Conuenerunt autem Episcopi ex diuersis prouincijs c. l. de quibus Patriarchæ fuerunt, Nestorius Constantinopolitanus, Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, & Cyrillus Hierosolymitanus.

PORRO tempus Synodi huius secundæ incidit Prospero teste in Chronico, in consulatù Gratiani & Theodosij Augustorum, hoc est, in annum Domini ccc. lxxxiii. vel in annum sequentem, vt vult Socrates, qui lib. 5. historiæ, cap. 8. scribit Concilium conuenisse Coss. Syagrii & Eucherio, hoc est, in annum ccc. lxxxiv. vel si rationem Onuphrij sequaris in annum ccc. lxxxv. quos ex eodem Prospero & Cassiodoro, & alijs constat consulatum gessisse post consulatum Gratiani & Augustini. Pfellus in lib. de septem Synodis ponit interuallum annorum lvi. inter primam & secundam Synodum. Si autem ad numerum annorum ccc. xxvii. quo tempore diximus inchoatam fuisse Synodum primam, addas numerum annorum lvi. efficies numerum annorum ccc. lxxxiii. qui est numerus, quem Prosper in Chronico adnotauit.

EST verò animaduertendum, in hoc Concilio, neminem adfuisse ex prouincijs Occidentalibus. Siquidem Damasus Papa Romæ coegerat Synodum Occidentalium, atque ad eum locum inuitauerat Episcopos, qui Constantinopoli conuenerant, vt eo modo Romæ celebraretur Concilium plenissimum, sed quia Patres Orientales iustis de causis Romam venire non potuerunt, accepit Damasus excusationem eorum, & animis ac sententijs duæ illæ Synodi coniunctæ sunt, ac si vna & eadem fuissent. Atque propter huiusmodi coniun-

tionem habita est Synodus Constantinopolitana vna ex Occumenicis & legitimis Synodis. Vide Theodoretum lib. 5. historiæ, cap. 10.

TERCIA Synodus est Ephesina I. quæ coacta est Theodosio iuniore Imperatore, & Cælestino I. summo Pontifice. Conuenerunt Episcopi c. c. ex quibus Patriarchæ fuerunt, Cyrillus Alexandrinus, qui locum etiam Romani Pontificis obtinebat, Ioannes Antiochenus, & Iuuenalis Hierosolymitanus: quamquam Ioannes, quia se adhuc in itinere constituto Concilij decretum factum fuerat, initio dissentire cepit à Cyrillo, postea tamen reconciliati sunt, atque idem senserunt. Causa Concilij fuit Nestorij Episcopi Constantinopolitani noua hæresis, quæ Christum in duas personas diuidebat.

CELEBRATVM verò Concilium est Basio & Antiocho consulibus, vt Prosper in Chronico, & Socrates lib. 7. cap. 34. indicantur; is autem erat annus Domini cccc. xxxiv. Quid sequuti sint Pfellus, qui ponit solum interuallum annorum xl. inter secundam, & tertiam Synodum, & Onuphrius, qui adnotauit hanc Synodum celebratam anno Domini cccc. xxx. Coss. Theodosio XIII. & Valentiniano tertio, non possum dicere, præsertim cum in ipsa Synodo tomo secundum, cap. 1. disertis verbis legamus Synodum inchoatam post consulatum Theodosij XIII. & Valentiniani III. nec ignorare potuerit Onuphrius non esse idem Coss. Theodosio XIII. & Valentiniano III. & post consulatum Theodosij XIII. & Valentiniani III.

ADDE, quòd Vincentius Lyrinensis in libro de prophanis vocum nouitatibus propè extremo, qui ipso tempore vixit, ita loquitur: *Ante triennium sermè in Asia apud Ephesum celebratum Concilium est, viris clarissimis Basio Antiochobus consulibus.* Quid clariùs? De tota hac Synodo vide Liberatum in Breviario cap. 5. 6. 7. 8. & sequentibus. Socratem lib. 7. cap. 34. Euagrium lib. 1. cap. 4. & ipsam Synodum nuper ex Græco in Latinum sermonem conuersam, ac tomis duobus comprehensam.

QUARTA Synodus est Chalcedonenis, quæ collecta est aduersus hæresim Eutycheis Archimandrite, quæ vniam tantum in Christo naturam asserere post incarnationem. acta verò est hæc Synodus Leone I. Pontifice Maximo, & Mariano Augusto, consulatu eiusdem Martiani, vt ipsum Concilium testatur actione prima: incidit autem is Martiani consulatus in annum Christi cccc. lvi. iuxta computum Matthæi Palmerij, & Gregorij Haloandri, vel c. d. lxi. iuxta Marianum Scotum & Sigebertum, vel c. d. lxi. iuxta Onuphrium in libro de Romanis Pontificibus. Pfellus XXX. annos interponit inter tertiam & quartam Synodum, sed is, vt superiori numero detrahit annos decem, ac posuit XL. pro L. ita nunc addidit annos decem, ac posuit triginta pro viginti, nisi sit error Librariorum. Porro Episcopi adfuerunt dc. xxx. ex quibus erant Patriarchæ, Dioscorus Alexandrinus, qui tamen mox eiectus est, Maximus Antiochenus, Anatolius Constantinopolitanus, & Iuuenalis Hierosolymitanus. Vide Liberatum in Breviario cap. 11. & sequentibus, & Euagrium lib. 2. histor. cap. 2. 3. & 4.

QUINTA Synodus generalis non est, vt multi putant, ea quæ sub Agapeto & Menna celebrata est, quæque in secundo tomo Conciliorum sub nomine quintæ Synodi quatuor actionibus continetur, siquidem illa particularis fuit, & quintam Synodum antecessit, vt disertis verbis docent Ioannes Zonaras in vita Iustiniæni, & Nicephorus lib. 17. cap. 9.

COACTA est autem quinta Synodus vera apud Constantinopolim, Vigilio summo Pontifice, & Iustiano seniore Imperatore, anno 12. post consulatum Basilij, vt initio eiusdem Synodi legimus, qui est annus Dominicæ incarnationis D. LIII. vel D. LVI. iuxta

Pfellum,

Pfellum, qui annis CII. vult, posteriorem esse quintam Synodum quarta. Conuenerunt Episcopi C. LXV. vt idem Pfellus tradit, è quibus erat Patriarchæ Eutycheus Constantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, Domininus Antiochenus, & Eustochius Hierosolymitanus, qui tamen non per se, sed per Legatos interfuit. Summus autem Pontifex, nec per se, nec per Legatos interfuit. Synodum tamen per libellum confirmauit, vt Nicephorus scribit lib. 17. cap. 27.

CAVSSA congregandi Concilij fuit Origenis hæresis, quæ tunc inualecebat. Itaque damnatus est Origenes, & simul Didymus & Euagrius eius sectatores: necnon Theodorus Mopsuesteni, & Theodoretus Cyrensis scripta: & epistola, quæ dicebatur Ibæ ad Marim Perfam. Vide de hac Synodo Zonaram loco citato, Nicephorum lib. 17. cap. 27. sanctum Gregor. lib. 1. epist. 24. Euagrium lib. 4. cap. 38. & Liberatum in Breviario cap. 23. & 24. tamen si quæ Liberatus dicit, valde cautè legenda sunt: aut enim non sunt ipsius, aut ipse falsa alia relatione deceptus fuit. Certè non congruunt cum aliorum Catholicorum Patrum narrationibus.

SEXTA Synodus celebrata est apud Constantinopolim anno 12. Constantini IV. teste Paulo Diacono in vita eiusdem, qui quidem erat annus Domini D. C. LXXXI. vel D. LXXXV. iuxta Pfellum, qui annos C. XXIX. ponit inter quintam & sextam Synodum. Quod verò in ipso Concilio passim adscribitur annus 28. eiusdem Constantini, non est error Typographorum, vt censet Illyricus centuria 7. cap. 9. Nam etiam si non imperauerit Constantinus post mortem patris, nisi annis XVII. tamen imperauit etiam annis multis cum patre suo, vt Zonaras significauit, dum illum ait ab ipso patre coronatū fuisse ante discessum in Siciliam. Itaque Concilium numerat annos Constantini à prima coronatione. Paulus verò Diaconus à morte Constantis patris Constantini.

CONVENERVNT Episcopi CC. LXXXIX. vt idem Paulus Diaconus testatur, & consentit numerus, qui habetur in septima Synodo act. 3. Beda tamen in lib. de sex ætatibus, prope finem, Rhegino lib. 1. Ado Viennensis, & Freculphus in Chronico, solum 150. Patres numerant. Patriarchæ fuerunt duo, Georgius Constantinopolitanus, & Macarius Antiochenus. Nam Alexandrinæ & Hierosolymitanæ Ecclesiarum solum Legati quidam adfuerunt. Summus quoque Pontifex Agatho per Legatos suos interfuit, & præfedit.

IN ea Synodo damnata est hæresis eorum, qui vniam tantum in Christo voluntatem esse volebant. Vide de hac Synodo præter citatos auctores. Albertum Pighium in diatriba, & Franciscum Turrianum in apologia pro sexta & septima Synodo. Albertus enim has duas Synodos sextam & septimam, vt modò existant, adulterinas, & supposititias esse contendit. Contra, Turrianus veras & germanas esse docet. Quid nobis verius videatur in lib. 4. de Pontifice, cap. 11. iam explicauimus.

SEPTIMA Synodus apud Nicæam congregata est anno 8. Constantini & Irenæ, vt scribunt Paulus Diaconus lib. 23. rerum Romanarum, & Cedrenus in compendio historiæ. Fuit autem is annus Christi DCC. LXXXI. si Paulo Diacono credimus: vel D. CC. LXXXVI. si credimus Cedreno. Onuphrius ponit annum Constantini X. & Christi DCC. LXXXIX. Pfellus annos duntaxat LX. inter sextam & septimam Synodum esse voluit; quod nullo modo cum veritate coheret. Idè quidam mendum esse putant Librariorum, ac Pfellum ipsum annos centum scripsisse.

CONVENERVNT Episcopi, vt idem Pfellus habet CCC. L. è quibus Patriarcha vnus fuit Tharastus Constantinopolitanus: cæterorum Patriarcharum solum legati adfuerunt. Adrianus Papa per Legatos suos præse-

dit, ac vnà cum reliqua Synodo eos damnauit, qui sacras Christi & Sanctorum imagines omni honore spoliabant. De hac Synodo vide, si placet, quæ nos disseruimus, cum ageremus de Concilio Francofordiensi, in disputatione de cultu imaginum.

OCTAVA Synodus est Concilium quartum Constantinopolitanum, quod celebratū est Adriano II. summo Pontifice, & Basilio Augusto, anno tertio eiusdem Basilij, vt in ipsa Synodo, act. 1. significatur, qui annus erat Domini DCCC. LXX. Conuenerunt Episcopi CCC. LXXXIII. è quibus vnus Patriarcha Photius, ac deinde Ignatius Constantinopolitanus, cæteri per Legatos adfuerunt.

EST autem hoc loco animaduertendum, tres Synodos in causa Photij Constantinopoli celebratas. Vna tempore Nicolai primi Pontificis, & Michaëlis Imperatoris celebrata est, in qua depositus fuit Ignatius, & ordinatus Photius, cuius Synodi meminit Zonaras in vita Michaëlis: nec est dubium hanc fuisse prophanam Synodum, vt patet ex epistolis Nicolai primi, & Adriani secundi.

ALTERA Synodus est ea, quam nos diximus octauam, quæ existat, quamuis imperfecta, in tomis Conciliorum, in qua depositus Photio, iterum restitutus est Ignatius, atque huius Synodi meminit Zonaras in vita Basilij Imperatoris.

TERCIA est ea, quam tempore eiusdem Basilij celebravit per Legatos suos Ioannes octauus, Adriani successor, in qua Synodo, defuncto iam Ignatio, iterum restitutus est Photius, & si vera sunt, quæ Græci dicunt in Concilio Florentino sess. sexta, & quæ refert ex hac Synodo Franciscus Turrianus in libro de actis sextæ, septimæ, & octauæ Synodi, rescissa planè acta præcedentis Synodi sub Adriano, quin etiam statutum, vt tolleretur de Symbolo illa particula (Filioque) sed id nullam habet verisimilitudinem. Idcirco facile mihi persuadeco, aut esse omnia conficta, quæ dicuntur de Ioanne octauo, vt sanctus Antonius docet in summa historiali part. 31. tit. 22. cap. 13. §. 10. aut certè verum quidem esse, Photium à Ioanne octauo per Legatos restitutum in eadem Constantinopolitanam post mortem Ignatij: at cætera supposititia & adulterina esse, & à Græcis conficta, vt ex Manuele Callea Turrianus ostendit libro citato.

CONFIRMOR autem in hac sententiâ: tum quia Zonaras meminit quidem restitutionis Photij, non autem abrogationis Concilij octauæ, nec ablationis illius particule (Filioque) ex Symbolo: tum etiam, quia Græci in Concilio Florentino sessione 6. non agnoscent pro Synodo œcumenica Concilium illud sub Ioanne 8. etsi illis multum prodesse potuisset, si legitimum & germanum Concilium fuisset. Atque hætenus de Concilijs Orientalibus, nunc addemus breuiter Occidentalia.

NONVM Concilium est Lateranense primum Episcoporum DCCCC. & amplius, anno M. C. XXIII. contra Saracenos, pro recuperanda terra sancta, tempore Calixti secundi, & Henrici quinti Imperatoris. Platina, Onuphrius non existat.

DECIMUM est Lateranense secundum, Episcoporum mille, anno M. C. XXXIX. contra Antipapas, & pro iure Cleri, tempore Innocentij secundi, & Lotharij Imperatoris. Platina, Onuphrius non existat.

VNDECIMUM est Lateranense tertium, Episcoporum serè CCC. pro reformatione Ecclesiæ, & contra Valdenses anno M. C. LXXX. tempore Alexandri tertij, & Friderici primi Imperatoris. Platina, Onuphrius, item Gulielmus Tyrius, qui interfuit, lib. 20. de bello sacro, cap. 26.

DODECIMUM est Lateranense quartum, Patrum M. CC. LXXXII. ex quibus erant Episcopi C. D. LXXXIII. anno M. CCXV. contra varias hæreses, & pro

terra sancta, tempore Innocentij tertij, & Frederici secundi. Matthæus Palmerius, Onuphrius, Platina.

TERTIVM DECI MV M est Lugdunense primum, anno M. CC. XLV. contra Imperatorem Fridericum, & pro terra sancta, tempore Innocentij quarti, & Frederici secundi, Matthæus Palm. Platina, Onuphrius. Extant huius Concilij aliqua decreta in Sexto decretalium.

DECIMVM QVARTVM est Lugdunense secundum Patrum ferè mille, ex quibus Episcopi erant DCC. LXXIV. contra errorem Græcorum tempore Gregorij decimi, & Rodulphi Imperatoris. Matthæus Palmerius, Platina, Onuphrius. Extant ex hoc Concilio quædam in Sexto decretalium.

DECIMVM QVINTVM est Viennense, Episcoporum CCC. anno M. CCC. XI. contra varias hæreses, tempore Clementis quinti, & Henrici septimi Imperatoris. Palmerius, Platina, Onuphrius. Extant ex hoc Concilio decreta, quæ dicuntur Clementinæ.

DECIMVM SEXTVM est Florentinum (omitto Pisianum, Constantinense, & Basileense, de quibus postea) anno M. CDXXXIX. Patrum C. XLII. qui subscripserunt, & multorum aliorum, qui ante subscriptionem discesserant, vt in fine Concilij annotatur, contra errores Gregorij, tempore Eugenij quarti, & Alberti Imperatoris. Matth. Palmerius, Platina.

DECIMVM SEPTIMVM est Lateranense quintum, Patrum C. XIV. contra schismata, & pro variis negotiis, tempore Iulij secundi, & Leonis decimi, & Maximiliani Imperatoris. Cæpit anno M. D. XII. finem habuit anno M. D. XVI.

DECIMVM OCTAVVM est Tridentinum, anno M. D. XLV. inchoatum, anno M. D. LXXIII. finitum, contra hæreses Lutheranorum, tempore Pauli tertij, Iulij tertij, ac Pij quarti, & Caroli quinti, ac Ferdinandi Imperatorum. Numerus Patrum his verbis describitur à Gaspare Villapandæo, disputatione quinta de Concilio Tridentino. *Adfuit, inquit, sex Cardinales, quatuor Legati, Patriarchæ tres, Archiepiscopi triginta duo, Episcopi ducenti viginti octo, Abbates quinque, Generales Ordinum ministri septem, Episcoporum procuratores plurimi.*

Ex his Conciliis nullum est, quod non sit à Pontifice probatum, & à Catholicis recipiatur. Nam de primis octo Conciliis patet ex decreto dist. 16. can. Sancta octo. De nouem sequentibus Synodis, ex eo patet esse probatas, quòd in eis præfuerit summus Pontifex. De vltima patet ex confirmatione Pij quarti. At Græci tantum recipiunt prima septem Concilia, vt notum est ex Concilio Florentino sess. 5. & 6. Lutherani autem tantum recipiunt prima sex, vt patet ex Magdeburgensibus centur. 8. ca. 9. & cent. 9. cap. 9. Eutythiani, qui adhuc inueniuntur in Asia, tantum recipiunt prima tria. Nestoriani, qui etiam in Oriente reliqui sunt, tantum recipiunt prima duo. Trinitarij, qui in Hungaria & Polonia nunc versantur, nullum recipiunt.

CAPVT VI.

Concilia generalia probata.

PRIMVM generale, opinione Arianorum reprobatur, est Concilium Antiochenum anno CCC. XLV. in anno quinto Constantij, vt dicitur à Socrate lib. 2. cap. 5. & Sozomeno lib. 3. cap. 5. In quo dånatus est Athanasius, & via patefacta ad euerfionem Concilij Nicæni primi.

NOTANDVM est autem, à summa Conciliorum, & ab aliis confundi hoc Concilium cum aliis quibusdam, sex enim fuerunt Concilia Antiochena. Primum, & secundum contra Paulum Samofatenum, tempore Dionysij Papæ, circa annum CC. LXVI. Vidè Eusebium

lib. 7. hist. cap. 23. 24. 25. & 26. Tertium Arianorum, tempore Iulij primi anno CCC. XLV. vt supra diximus. Quartum est Macedonianorum pro sua heresi anno CCC. XLVII. tempore Liberij Papæ. Hieronymus in Chronico. Quintum est Catholicum prouinciale Episcoporum xxx. cuius canones 25. habentur in tomo primo Conciliorum. Videtur fuisse tempore Iouiniani, & Liberij. Vide Sozomenum lib. 6. cap. 4. Sextum est infernum actioni 14. Concilij Chalcedonenfis.

SEC VNDVM generale est Mediolanense, Episcoporum plusquam CCC. anno CCC. LIV. tempore eiusdem Constantij, in quo etiam obliquè fides Catholica damnata est. Rufinus lib. 10. cap. 20. Socrates lib. 2. cap. 29.

TERTIVM generale est Ariminense, Episcoporum de. sub eodem Constantio anno CCC. LXIII. vt notat Hieronymus in Chronico, in quo sublatum est de Symbolo nomen *dyuobus*. huius Concilij fuit quasi pars quedam Seleuciense in Oriente. Vide Augustinum lib. 3. contra Maximinum cap. 14. Hieronymum contra Luciferian. Ambrosium epist. 32. Rufinum lib. 10. ca. 21. Socratem lib. 2. cap. 29. Basilium epistola 52. ad Athanasium.

QVARTVM est Ephesinum secundum tempore Theodosij iunioris anno cccc. XLIX. in quo, factione Dioscori, occisus est S. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus, & legati Romani Pontificis Leonis fugati, ac demum heresis Eutythiana confirmata. Reprobata est hæc Synodus à Leone in epist. ad Clerum & populum Constantinopolitanum. Item ad Theodosium. Item ad Pulcheriam, quæ sunt 22. 23. 24. & 25. Vide Breviarium Liberati cap. 12. & Euagrium lib. 1. cap. 9. & 10.

QVINTVM est Concilium Constantinopolitanum sub Leone Isauro contra sacras imagines, anno DCC. XXX. qui fuit tertiusdecimus imperij eiusdem. Concilium est reprobatur: nam non interfuit vllus Patriarcharum, excepto S. Germano, qui tamen non consensit, & ideo à sua sede Constantinopolitana deictus est.

SEXTVM est Concilium Constantinopolitanum sub Constantino Copronymo, anno DCC. LV. Cõueniunt autem Episcopi CCC. XXXVIII. sed nullus adfuit Patriarcharum, excepto Pseudoepiscopo Constantinopolitano. Definitum est in Concilio, abolendas esse Christi & Sanctorum imagines. Reprobatur est hoc Concilium in VII. Synodo actione sexta. Vide de his duobus Conciliis Constantinopolitanis Paulum Diaconum lib. 21. & 22. rerum Romanarum, & Zonaram in Annalibus.

ILLVD etiam obseruabis, hanc Synodum falsò à nonnullis vocari tertiam Ephesinã, vt ab auctore summæ Conciliorum in principio VII. Synodi, & à Sixto Senensi libro quinto bibliothecæ sanctæ annotat. 247. Nam omnes antiqui eam vocant Constantinopolitanam: & id ipsum clarissimè patet ex isto ipso Concilio, quod infernum legitur in VII. Synodo actione sexta. Causa erroris videtur fuisse, quia isti prophane Synodo præfedit Theodosius Episcopus Ephesinus.

SEPTIMVM est Concilium Pisianum anno M. D. XI. congregatum ab Imperatore & Rege Galliæ, & aliquot Cardinalibus contra Iulium secundum, & reprobatur paulò post in Concilio Lateranensi sub Iulio II. sessione 2. & 3.

OCTAVVM numerari potest Concilium Vvitembergense, quod Lutherani generale vocant, CCC. Pastorum præfide Luthero anno M. D. XXXVI. Vide Cochlaeum in actis Lutheri, & Surium in commentario rerum in orbe gestarum, anno millesimo quingentesimo tricesimo sexto.

CAPVT VII.

Concilia partim confirmata, partim reprobata.

PRIMVM generale partim confirmatum, partim reprobatur est Sardinense Concilium, Episcoporum CCC. LXXVI. anno Domini CCC. LI. tempore Constantij & Iulij I. ex quibus CCC. Episcopi Occidentales fidem Catholicam confirmarunt, quam exponit Hilarius in libro de Synodis, reliqui LXXVI. Episcopi Orientales fidem Arianam scripserunt. Vide Socratem lib. 2. cap. 16. Sozomenum lib. 3. hist. c. 10. & II. & Theodoretum lib. 2. cap. 7. & 8.

SEC VNDVM est Concilium Syrmienfe, quod celebratum est annis quinque post Sardinense: hoc est, anno Domini CCC. XVI. Liberio summo Pontifice, & Constantio Imperatore. In hoc enim Concilio duæ formulæ fidei differentes inter se editæ sunt. Vnam composuit Græcè Marcus Aethesius, quam postea Iuliano illustre martyrium pertulit, quæ quidem ea esse videtur quam Hilarius in libro de Synodis propè extremum, vt Catholicam explicat. Alteram alij composuerunt Latinè plenam aperta blasphemia, quam Hilarius reprehendit in libro de Synodis, non procul ab initio. In eodem etiam Concilio Photini heresis damnata est, quam damnationem omnes Ecclesiæ probauerunt. Vide Socratem lib. 1. c. 24. & sequentibus, & Sozomenum lib. 4. cap. 5. & 6. vide etiam Epiphanium hæresi 71. qui tamen in eo lapsus videtur, quòd Sardinicam pro Symio accepserit.

TERTIVM est Concilium Quinisextum, in quo continentur canones Trullani. Sciendum est enim ex Tharasio disputante in septima Synodo act. 4. sextam Synodum, quæ tempore Constantini quarti celebrata est, nullos canones edidisse, sed post annos aliquot tempore Iustiniani Episcopus rediisse Constantinopolim, & in Palatio, quod dicitur Trullum, 102. canones edidisse, qui dicuntur Trullani, & à Balsamone vocatur Concilium Quinisextum, quia non est hæc Synodus quinta nec sexta, sed canones addidit quintæ & sextæ Synodo.

QVO tempore hæc Synodus habita sit, non est aded certum. Nam Theophanes quidam historicus, quem citat Franciscus Turrianus in libro de VI. Synodo, docet celebratam hanc Synodum anno 27. à veræ sextæ Synodi dissolutione, nimirum anno 2. Imperij Iustiniani instaurati. At Tharafius in septima Synodo act. 4. & Epiphanius in eadem Synodo act. 6. tomo I. dicunt post quinque annos à dissolutione Concilij hos canones editos: quod certè probabilius mihi videtur: nam alioqui non video, quæ fuerit illa erratica Synodus Constantinopoli à Iustiniano habita tempore Sergij Papæ, & quam idem Papa reprobauit, teste Beda libro de sex ætatibus: Paulo Diacono lib. 6. cap. 3. Othone Frisingensi lib. 5. cap. 13. Reginone lib. 1. & Adone Viennensi in Chronico. nam in anno XXVII. à dissolutione Concilij sexti, non sedebat Sergius, sed Constantinus Papa: & certè Beda, & Tharafius antiquiores Theophanes sunt: quin etiam Beda ipso tempore vixit, quo Sergius Papa sedebat.

HO s ergo canones dicimus partim reprobatos, quia non interfuit summus Pontifex, nec per se, nec per legatos, dum isti canones fierent. Et aperte Sergius Papa, qui tunc sedebat, reprobauit erraticam istam Synodum, vt ait Beda in libro de sex ætatibus in Iustiniano: partim autem approbatos, quia est canones illi ex se nullam vim habeant, tamen aliqui postea probati sunt à Pontifice, aut aliis legitimis Conciliis, qualis est canon 82. de pingendis imaginibus, receptus ab Adriano Papa, & VII. Synodo, vt patet ex ipsa septima Synodo act. 2. & 4. Vide quæ differuimus aduersus hanc Synodum Quinisextam lib. 2. de summo Pontifice, cap. 18.

QVARTVM est Concilium Francofordienfe, quod celebratum est anno DCC. XCIV. iuxta Reginonem lib. 2. Adriano I. Pontifice, & Carolo Magno Rege Francorum, quod Concilium ab Adriano confirmatum fuit, quantum ad eam partem, in qua definitur Christum non esse filium Dei adoptiuum: & ab eodem reprobatur, quantum ad alteram partem, in qua ex errore damnatur septima Synodus. Vide quæ nos dicimus in 2. lib. de Conciliis, cap. 9.

QVINTVM est Concilium Constantiense, Patrum ferè mille, ex quibus Episcopi amplius CCC. anno M. CD. XIV. inchoatum sub Ioanne XXIII. & anno M. CD. XVIII. finitum sub Martino quinto, & Sigismundo Imperatore, Plat. Palmerius. hoc Concilium quantum ad primas sessiones, vbi definit Concilium esse supra Papam, reprobatur est in Concilio Florentino, & Lateranensi vltimo: quantum ad vltimas sessiones, & ea omnia quæ probauit Martinus quintus, ab omnibus Catholicis recipitur.

SEXTVM est Concilium Basileense inchoatum anno M. CD. XXXI. & continuatum Basileæ, ac deinde Lauffannæ vsque ad annum M. CD. XLIX. quo tempore cessit Nicolaus V. Pontifici tam Concilium, quam Papa Felix quintus, in schismate ab ipso Concilio creatus. Vide acta Concilij, & Bullam annexam Nicolai V. Pontificis. Huius Concilij nihil est ratum & probatum, nisi quædam dispositiones circa beneficia, quæ à Concilio factæ fuerant, quas (pacis & vnitatis gratia) Nicolaus prædictus approbavit: concilium verò ipsum reprobatur in Concilio Lateranensi vltimo, sessione vndecima.

CAPVT VIII.

De Concilio nec manifestè probato, nec manifestè reprobato.

GENERALE nec approbatum, nec reprobatur, videtur esse Concilium Pisianum, quod anno M. CD. IX. deposuit Gregorius XII. & Benedictum XIII. & elegit Alexandrum V. siquidem sanctus Antoninus 3. part. tit. 22. cap. 5. 2. & 3. summæ historialis, asserit, conciliabulum illegitimum, non verum Ecclesiæ Concilium fuisse, & euentus idem ostendisse videtur: coactum enim Concilium fuit ad schisma tollendum, & tamen illud non sustulit, sed auxit. Si autem sine dubio fuisset reprobatur, etiam sine dubio Alexander VI. se non sextum, sed quintum appellasset.

ADDE, quòd est fermè communis opinio, Alexandrum, & qui ei successit, Ioannem fuisse veros Pontifices. Ac certè ex tribus, qui tum se pro Pontificibus gerebant, isti maximè vt veri Pontifices colebantur. Hæc de generalibus.

DE Conciliis particularibus vide tomos Conciliorum, & Gratiani decretum dist. 16. canon. sexta Synodus, & dist. 20. canone de libellis. Item Chronicon Onuphrij, & secundum librum Chronographi Guebrardi.

CAPVT IX.

De utilitate vel etiam necessitate celebrandorum Conciliorum.

HS igitur præmissis, explicanda sunt ea quibus legitima Concilia constant: ea verò ad quatuor causas reduci possunt, ad finem, efficientem, materiam & formam Conciliorum. Ac vt à fine, quæ prima causam est, incipiamus. Primum exponendæ breuiter erunt causæ ob quas Concilia celebrari solent, deinde ex iis iudicandum erit, vtrum Conciliorum congregatio sit necessaria, an solum vtilis. Porro causæ præcipuæ, ob quas Concilia celebrantur, sex numerari solent.

PRIMA causa est hæresis noua, id est, nunquam antea indicata. Propter quam causam coacta sunt prima septem generalia Concilia. Semper enim Ecclesia tanti facit periculum nouarum hæresum, vt non puta-

vide Plannoy
et sequi vira

perit aliter posse resisti, quam si omnes, aut certe permulti principes Ecclesiarum coniunctis viribus, & quasi agmine facto irruerent in hostes fidei.

SECUNDA est schisma inter Romanos Pontifices: hac enim de causa celebratum est concilium tempore Cornelij. Item aliud tempore Damasi, & rursus alia temporibus Symmachi, Innocentij II. & Alexandri III. & Pisanum, atque Constantiense temporibus Gregorij XII. & Benedicti XIII. nullum enim est potentius remedium Concilio, ut sepius probatum est.

TERCIA est, resistencia communi hosti totius Ecclesie: hoc modo coacta sunt concilia ab Urbano II. Calixto II. Eugenio III. aliisque Pontificibus pro bello contra Saracenos. Item ad deponendum Imperatorem celebrata sunt concilia à Gregorio III. contra Leonem III. Iconomachum, à Gregorio VII. contra Henricum IV. ab Innocentio VII. contra Fredericum II.

QUARTA causa est suspicio hæresis in Romano Pontifice: tunc enim deberet congregari generale concilium, vel ad deponendum Pontificem, si inueniretur hæreticus, vel certe ad admonendum, si in moribus videretur incorrigibilis: nam ut dicitur in octava Synodo, actio. ult. cano. 21. debent generalia concilia cognoscere controuersias circa Romanum Pontificem exortas, non tamen audacter in eum sententiam ferre: ob istam causam legitimus celebratum concilium Sinuesanum in causa S. Marcellini, & Romana concilia in causa Damasi, Sixti III. & Symmachi, & Leonis tertij & quarti, quorum nullus à concilio damnatus fuit: sed Marcellinus sibi ipse coram concilio penitentiam iniunxit, reliqui, se purgauerunt. Vide Platinam, & tomos conciliorum.

QUINTA causa est, dubitatio de electione Romani Pontificis. Si enim Cardinales non possent, aut non vellent Pontificem creare, aut certe omnes simul perirent, aut aliunde fieret verè dubium, ad quos pertineret eiusmodi electio, ad concilium generale spectaret discernere de electione futuri Pontificis: quamquam non est verisimile id aliquando euenturum.

SEXTA est, reformatio generalis abusu & vitiorum, quæ in Ecclesiam irrepunt: tamen enim solus Pontifex potest leges toti Ecclesie præscribere, tamen longè suauis res agitur, cum approbante concilio generali summus Pontifex eiusmodi leges præscribit. Hinc videmus omnia ferè generalia concilia canones edidisse de reformatione. Vide Ioannem de Turrecremata lib. 3. cap. 9. & 10.

CAPVT X.

Concilia generalia vtilia esse, & suo quodam modo necessaria, non tamen absolute & simpliciter.

EX his causis, ob quæ concilia congregari diximus, facile erit iudicare, sintne modo vtilia, an etiam planè necessaria concilia ad Ecclesie conseruationem. Et quidem de generalibus conciliis ita statuo, eiusmodi conciliorum conuocationes vtilissimas, & suo quodam modo necessarias, non tamen absolute, & simpliciter necessarias esse. Id quod mihi facile persuado. Primum ex eo, quod primis trecentis annis caruit Ecclesia conciliis generalibus, nec tamen perit. Quemadmodum enim annis illis ecc. Ecclesia sine conciliis generalibus incolumis mansit, sic etiam potuisset sine dubio aliis ecc. & rursus aliis d. c. atque aliis mille permanere: nam non desuerunt illo etiam tempore multæ hæreses, multa schismata, multa vitia, atque abusus, quæ tamen omnia Ecclesiam Catholicam, tamen conciliorum generalium præsidio destitutam, opprimere non potuerunt.

DEINDE accedit etiam illud, quod nulla ex enu-

A meratis causis generale concilium absolute necessarium esse conuincit. Nam primum emendatio vitiorum & abusu, (ut à postrema causa incipiamus) fieri potest satis commodè, tum per leges summi Pontificis, tum per conciliorum provincialium decreta, licet suauis id fiat, ut diximus, per concilia generalia.

ILLA autem causa de electione summi Pontificis fieri non posset, si moraliter, non metaphysicè loquimur, ut vnquam vsu veniat. Quis enim credat futurum aliquando, ut Cardinales, aut non velint, aut non possint creare Pontificem? quod si etiam id accideret, vix dubium esse posset, ad quos pertineret electio. Nam cum Romanus Episcopus euectus sit ad summum Ecclesie Pontificatum, eorum sine dubio est, summum Pontificem eligere, quorum est Romanum Episcopum eligere. Quorum autem sit Romanum Episcopum eligere, non magis dubium esse potest remotis Pontificum constitutionibus, quam ad quos pertineat aliarum ciuitatum Episcopos eligere. Sed de hac re alibi dicendum erit.

ILLVD constat, propter eiusmodi causam nullum hæcenus concilium generale conuocatum esse. Quod idem de quarta causa dici potest. Nam propter suspensiones de doctrina, & vita Pontificum, nunquam conuenerunt, nisi provincialia, aut nationalia concilia. Nec sanè videretur maiori Concilio opus esse: nam dum est verè Pontifex, non potest ab vilo concilio iudicari: nisi forte tribuat ipse concilio potestatem examinandi causam suam, & sententiam discretiuam, non tamen coactiuam ferendi: hanc autem potestatem æquè potest Papa tribuere concilio particulari, atque vniuersali.

IAM verò tertia causa duplici nomine non exigit necessariò generale concilium: primum quia non est absolute necessarium, ut communi hosti, qualis est Turca, resistatur. Si enim Ecclesia conseruari potuit sub immanissimis persecutionibus Neronis, Domitiani, Decij, Diocletiani, cur non posset etiam sub persecutione Turcarum? Deinde quis non videt etiam sine generali concilio posse bellum indici communi hosti, quemadmodum sæpe factum est?

DEINDE nec primam, aut secundam causam necessariò postulare concilij generalis conuocationem, testantur præterita tempora. Nam si ad extinguendas septem hæreses celebrata sunt septem concilia generalia, plusquam centum hæreses extinctæ sunt à sola Apostolica sede, cooperantibus conciliis particularibus, & si vnum schisma sublatum est per generale Concilium Constantiense, schismata supra quinque & viginti sine Concilio generali sublata sunt.

AT D. Augustinus lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 12. affirmat, paucas quasdam hæreses fuisse, ad quas superandas necessarium non fuerit Concilium plenarium Occidentis, & Orientis. S. quoque Leo in episto. 43. ad Martianum, laudat Martianum Augustum, quod Synodum generalem à se postulatam, etiam ipse necessarium iudicauerit.

SANCTVS Isidorus in præfatione Conciliorum scribit, ante Constantini tempora, Christianam Ecclesiam in varias hæreses diuisam fuisse, quod propter Imperatorum persecutiones non liceret Episcopis Concilia celebrare: vbi sine dubio de generalibus Conciliis loquitur. Constat enim ante tempora Constantini, multa Concilia particularia celebrata fuisse. Quare velle videntur Isidorus, Concilia generalia simpliciter esse necessaria ad hæreses extirpandas.

ITEM S. Eugenius Episcopus Carthaginensis, ut Victor testis est, libro 2. de persecutione Vandalica, cum vrgeretur à Rege Hunerico, ut de fide cum Ariani Episcopis conferret, respondit causam fidei communem esse toti Catholicæ Ecclesie, proinde conuo-

candos

candos esse Episcopos ex omnibus Ecclesie partibus, ac præcipue significandam rem totam esse Ecclesie Romanæ, quæ caput est omnium Ecclesiarum. Quæ responsione significauit Eugenius, ad explicandas questiones fidei Concilium generale omnino necessarium esse.

DEINDE antiqua illa quæstio, essentne rebaptizandi ab hæreticis baptizati: nunquam finiti potuit, donec accessit sententia Concilij generalis, etiam si multæ præcessissent Conciliorum particularium, & sedis Apostolicæ definitiones. videtur igitur ad controuersias fidei terminandas simpliciter necessaria Synodus generalis. De qua re sic loquitur S. Augustinus lib. 1. de Baptismo contra Donatistas, cap. 7. *Quæstio*, inquit, *huius obscuritas prioribus Ecclesia temporibus ante schisma Donati magnos viros, & magna charitate præditos Patres Episcopos ita inter se compulsi, salua pace, disceptare, & fluctuare, ut diu Concilium in suis quibusque regionibus diuersa statuta mutauerint, donec plenario totius orbis Concilio, quod saluberrimè sentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur.* Et cap. 18. *Hoc*, inquit, *de Baptismo p. d. credamus, quod vniuersa Ecclesia à sacris legibus regionibus remota custodit. In qua tamen, si aliud alij, & aliud alij, adhuc de ista quæstione, salua pace, sentirent, donec vniuersali Concilio vnum aliquid eliquatum sincerumque placuisset, humana infirmitatis errorem excusare vitiatum.* Et lib. 2. cap. 4. *Nec nos*, inquit, *tale aliquid auderemus asserere, nisi vniuersa Ecclesia concordissima auctoritate firmati, cui ipse sine dubio cederet, si iam illo tempore quæstionis huius veritas eliquata, & declarata per plenarium Concilium solidaretur.* Hæc Augustinus.

SED ad primum testimonium Augustini, non est difficile respondere: nec enim docet Augustinus, Concilia generalia vilo vnquam tempore fuisse simpliciter necessaria, sed solum necessaria quodam modo, hoc est, ut suauis, & maturius pax Ecclesie redderetur. Si quidem Augustinus quo in loco scripsit, ad hæresim quandam, hoc est, Arianam comprimendam, necessarium fuisse Concilium generale, in eodem scripsit, hæresim Pelagianam, aliasque plurimas sine Concilio generali comprimari potuisse. Si autem quæras, quare magis eueit generali Concilio causa Arianorum, quam Pelagianorum, non respondebit Augustinus, quia obscurior fuerit quæstio ab Ariani in Ecclesiam introducta, quam à Pelagianis: id enim non videtur esse verum, cum multò plura, & clariora sint in Scripturis testimonia pro diuinitate CHRISTI aduersus Arianos, quam pro peccato originali aduersus Pelagianos: sed quia Pelagianorum hæresis, Deo sic volente ac disponente, breui damnata fuit ab vniuersa Ecclesia, cum summa pace, & consensione id ipsum decreuerit Apostolica sedes Romæ, Concilia Orientalium in Palæstina, & Occidentalium in Africa. Hæresis autem Ariana multos Episcopos patronos ab ipso suo exordio habere cepit, qui non videbantur facile quieturi, nisi summa totius Ecclesie auctoritate obruerentur. Itaque ad hæresim Pelagianam extinguendam non fuit necessarium generale Concilium, necessarium autem fuit ad extinguendam hæresim Arianam: quoniam illa commodè, & facile ab Apostolica sede, cooperantibus Conciliis provincialibus variorum locorum, compressa est: hæc autem, et si tandem ab eadem Apostolica sede, & provincialibus Conciliis comprimi potuisset, non tamen æquè commodè ac facile.

DEINDE ad testimonium sancti Leonis responderi potest. Iudicauit enim sanctus Leo, necessarium Concilium generale Chalcedonenfè, ut eius auctoritate destrui posset id, quod perperam egerat Concilium generale Ephesinum secundum. At hanc non fuisse absolute necessarium, sed aliemale duntaxat, perspicuum est ex Concilij Ariminensis irritatione. Fuit enim Ariminense Concilium generale, & frequentissimum, ac lon-

gè celebrius Ephesino secundo, & tamen à Pontifice Damaso sine vilius generalis Concilij præsidio irritatum fuit. De qua re vide epistolam Damasi ad Episcopos Illyrici: & epistolam S. Basilij ad Athanasium.

EODEM modo exponere cogimus testimonium Isidori. nam quod ipse ait, ante Constantini Imperium Ecclesiam diuisam fuisse in varias hæreses, quia non dabatur Episcopis facultas congregandorum Conciliorum, & eo modo plebium docendum, si absolute intelligatur, apertissimè falsum est. Nam & ante tempora Constantini plurimæ hæreses sunt à Conciliis Episcoporum penitus sublata, & extinctæ: & post tempora Constantini, non desuerunt hæreses nouæ, quæ Ecclesiam longissimo tempore vexauerunt. Certè Nestorianæ, & Eutythianæ hæreses nunquam penitus eradicari potuerunt, & tamen post Constantini tempora exorta sunt, ut in eis extirpandis Concilia generalia sapius laborauerunt. Id igitur solum Isidorus significare voluit, tempore Constantini Concilia generalia celebrari cepisse, atque eam rem ad comprimendas hæreses vtilissimam exstitisse.

IAM verò quid sanctus Eugenius sibi voluerit, explicatibidem Victor Vticensis. Scribit enim Eugenium mentionem fecisse Concilij generalis, & transmarinarum Ecclesiarum, cum vocaretur ad conferendum de fide cum Ariani: non quod non essent in Africa viri doctissimi, qui eudè possent committi cum Episcopis Ariani, sed quod existimabat transmarinos doctores, si in Africam venissent, liberius acturos causam fidei, cum non essent subiecti Regi Vandalorum, cui Africani Episcopi subiecti erant.

Nec tamen mentitus est Eugenius, cum ait, causam fidei esse communem, & se non posse sine transmarinis Episcopis causam illam suscipere: nam etsi absolute licebat ei conferre cum Ariani de fide, ut sæpe alias in eadem regione contulerant Catholici cum Donatistis, tamen non expediebat eo tempore, & proinde nec licebat sine manifesto periculo. Itaque verè non poterat Eugenius sine transmarinis collegis prouinciam illam suscipere, non quia deerat auctoritas, sed quia deerat opportunitas: nec iniquitas, sed prudentia fuit, tyranni illius petitionem sententiæ ambiguitate eludere.

RESTAT vltima illa obiectio, de baptismo hæreticorum, quæ soluitur duobus modis. Primum enim fortasse non est verum, quod Augustinus putabat, quæstionem illam non potuisse finiri ante Concilij generalis sententiam. Nam Concilium generale primum fuit Nicænum tempore Constantini celebratum. Scribit autem S. Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos, illos ipsos Episcopos, qui cum Cypriano decreuerant: hæreticos esse rebaptizandos, postea contrarium protulisse decretum. Ex quo colligitur, eos Episcopos tandem sententiæ Stephani Romani Pontificis acquieuisse, qui tamen omnes mortui sunt ante tempora Nicæni Concilij.

DEINDE quoque Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, scribit Dionysium Alexandrinum in sententiam Cypriani de rebaptizatione concessisse: quod etiam indicat Eusebius lib. 7. hist. cap. 4. & tamen constat eundem Dionysium paulò post mutasse sententiam, nec fuisse ausum rebaptizare quandam hominem, quem certò constabat ab hæreticis baptizatum, vt idem refert Eusebius lib. 7. hist. cap. 8.

QUID, quod ipse etiam August. in episto. 48. ad Vincentium suspicatur Cyprianum retractasse sententiam suam? Itaque probabile est, etiam ante Nicænum Concilium, auctoritate sedis Apostolicæ, quæstionem illam apud omnes Catholicos fuisse finitam: sed etiam si quæstio finita non fuisset vsque ad Concilij plenarij determinationem, ut Augustinus dicit, non tamen inde colligere oporteret, non potuisse finiri: nam licet Apostolicæ

fedi

ledi cooperantibus prouincialibus Conciliis controuersiam illam finiendi auctoritas non deesset, maluerunt tamen sancti illi Pontifices differre in tempus aliud magis opportunum absolutam determinationem eius questionis, quam tot magnos viros ab Ecclesia separare, quia verò temporis opportunitas non antè se obtulit, quam cum Nicænum Concilium celebraretur, idcirco Augustinus toties repetit, in Concilio plenatio orbis terræ, quæstionem illam tandem esse finitam.

At, inquit, Stephanus Papa congregato Concilio quodam particulari iussit non rebaptizari, & excommunicandos censuit eos, qui rebaptizarent, vt scribit Dionysius Alexandrinus, Eusebio teste lib. 7. histo. cap. 4. & Augustinus libro de vnico Baptismo, cap. 14. Igitur quæstionem Papa cum particulari suo Concilio finire voluit, nec potuit. Proinde necessaria videntur omnino Concilia generalia.

RESPONDEO, vt lib. 4. de Pontifice, cap. 7. iam antè respondi, Stephanum quidem iussisse, ne ij rebaptizarentur, qui essent ab hæreticis baptizati, ac censuisse etiam rebaptizatores esse excommunicandos, non tamen re ipsa illos excommunicasse, id quod manifestè colligitur ex multis antiquis auctoribus. Nam ipse in primis Cyprianus in epistola ad Pompeium, non ait, Stephanum excommunicasse, sed excommunicandos putasse, qui cõtra facerent: Sacerdotes, inquit, Dei veritatem, Christi & Ecclesie vnitatem tuentes, abstinentes putat. Et in epist. ad Iubaianum dicit, se cum collegis suis contrarium sentientibus pacem habere: quod certè non diceret, si aut ab illis ipse excommunicatus fuisset, aut ipse eos excommunicasset: Nos, inquit, quantum in nobis est, propter hæreticos, cum collegis, & Cõepiscopis nostris non contempnimus, cum quibus diuinam concordiam, & dominicam pacem tenemus.

HIERONYMVS in Dialogo contra Luciferianos de Cypriano sic loquitur: In communionem eorum permansit, qui sententia sua contraierant. Augustinus lib. 1. de Baptismo, cap. 7. dicit magnos viros, & Ecclesie Patres atque Episcopos, hoc est, Stephanum, & Cyprianum, salua pace, & charitate discessisse. Pacianus epistola 2. ad Sympronianum, Cyprianus, inquit, in concordia omnium, in pace communit, in confessorum grege passus est. Vincentius Lyrinensis in suo libello: O rerum, inquit, mira conuersio, auctores eiusdem opinionis, Catholici: cõsuetatores verò, hæretici indicantur. Absoluuntur magistri, condemnantur discipuli, conscriptores librorum filij regni erunt: assertores verò gebenna suscipiet. Nam quis illud Sanctorum omnium, & Episcoporum, & Martyrum lumen beatissimum Cyprianum, cum ceteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum Christo? aut quis contra tam sacrilegus, qui Donatistas & ceteras pestes, qui illius auctoritate Concilij rebaptizare se iactitant, in sempiternum neget arsfuros esse cum diabolo?

CAPVT XI.

Concilia Episcoporum aliqua simpliciter esse necessaria.

VAMVS autem generalia Concilia non sint absolutè necessaria, tamen Concilia aliqua, siue generalia, siue particularia sint, omnino necessaria esse ad bonam Ecclesie gubernationem, vix in quæstionem reuocari posse dubito: Nam si necesse est, vt veniant scandala, vt ait Dominus Matth. 18. & oportet hereses esse, vt Apostolus ait, 1. Corinth. 11. certè necesse est etiam, vt in Ecclesia sit certum aliquod iudicium, quo & scandala tolli, & hereses damnari possint, alioqui breui tempore Ecclesia vniuersa in partes scindetur & periret: Nam omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Matth. 12.

ET SI verò summus Pontifex iudex est vice Christi, omnium controuersiarum, eiq; obtemperare de-

bet fraternitas vniuersa, vt Cyprianus loquitur lib. 1. epist. 3. & nos in libris de Pontifice multis argumentorum generibus demonstrauimus: tamen nõ debet Pontifex in controuersis fidei diiudicandis, aut solo suo iudicio fidere, aut expectare diuinam reuelationem, sed adhibere diligentiam, quantam res tota postulat, & ordinaria media: & tum demum expectare assistentiam Spiritus sancti, & directionem diuinam.

PORRO medium ordinarium, ac proinde necessarium, esse Concilium magnum, aut paruum, vnum, vel plura, prout ipse iudicauerit, facillè probari potest. Primum ex diuina illa promissione Matth. 18. Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. Hunc enim locum de Conciliis intelligit Synodus Chalcedonenensis in epistola ad Leonem, & alie Synodi, quas in sequenti libro adferemus.

SECUNDO, ex factò Apostolorum, qui cum possent etiam seorsim singuli definire controuersias, tamen ne viderentur negligere medium ordinarium, & à Christo ipso demonstratum, non sine Concilio controuersiam de legalibus Antiochiæ exortam, definire voluerunt. Actor. 15.

TERTIO, ex consuetudine totius Ecclesie, atque omnium seculorum. Semper enim fuit in Ecclesia ista consuetudo, vt ad res dubias explicandas Concilia Episcoporum haberentur. Et ipsi etiam Romani Pontifices nullam vnquam hæresim nouam sine nouo Concilio damnauerunt, vt cognoscere poterit, qui vel tomos Conciliorum, vel historias Ecclesiasticas euoluere voluerit. Quod autem semper, & ab omnibus factum est, quis negare audebit, ordinarij dici posse, & reuera esse?

SED accedat confirmatio ex Patribus. Cyprianus lib. 2. epist. 1. ad Stephanum: Necessè, inquit, habuimus, conuenientibus in vnum pluribus sacerdotibus, cogere, & celebrare Concilium. Gelasius in tomo de vinculo anathematis, Si precessit, inquit, consensus Pontificis, doceatur à quibus, & vbi ille sit gestus, si secundum Ecclesiasticam regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si maiorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus: vbi proculdubio requirendum est, si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, & depulsionem Catholici, quia noua est causa, fieri certissimum est.

DENIQUE, Concilium Toleranum XI. in ipsa prafatione multis verbis demonstrat Conciliorum in Ecclesia necessitatem. Sed illa summa est, si Concilia desint, necesse esse, vt omnia vitia, & erroribus continuo replentur. Itaque etsi posset Deus per absolutam potentiam suam Ecclesiam sine Conciliis conseruare, tamen secundum ordinariam prouidentiam eius, necessaria Concilia sunt ad bonam Ecclesie gubernationem.

CAPVT XII.

Cuius sit congregare Concilia.

XPVSVMVS de fine: nunc de causa efficiente explicemus oportet. Igitur conuenit inter nos, & aduersarios Concilia Diocesana ab Episcopo: prouincialia ab Archiepiscopo: nationalia à Patriarcha, vel Primatu conuocari debere. Id enim cum Augustino epist. 217. ad Victorianum, Catholici omnes verum esse fatentur. Idem fatetur Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 7. §. 8. & Illyricus cent. 4. cap. 7. col. 534.

At de Concilio generali maxima controuersia est: siquidem Catholici, munus conuocandi Concilia generalia ad Romanum Pontificem propriè pertinere volunt, sic tamen, vt possit etiam alius, Pontifice consentiente, Concilium indicare: quin etiam satis sit, si indicationem factam, ipse postea ratam habeat, & confirmet: at si nec ipse indicat Concilium, nec aliquis alius de eius mandato, vel consensu, nec ipse saltem approbet indicationem, illud non Concilium, sed conciliabulum fore.

HÆRETICI autem huius temporis eam auctoritatem Imperatori attribuunt. Ita distertè Lutherus libro de Conciliis pag. 58. vbi etiam dicit, ideò vocari Concilia vniuersalia, quia ab vniuersali omnium domino Imperatore cogebantur. Carolus Molinæus in consilio de Concilio Tridentino non recipiendo. §. 6. inde probat non esse recipiendum Tridentinum Concilium, quia non ab Imperatore, sed à Pontifice indictum fuit. Item libellus Protestantium, quo rationem reddunt, cur ad Concilium Tridentinum non venerint. Idem docent Caluinus & Magdeburgenses loco notato: nec non Brentius in Prolegomenis cõtra Petrum à Soto, & ante hos omnes Nilus in libro de primatu Papæ.

ESSE autem reuera Pontificis, non Imperatoris cõgregare Synodum generalem: primò demonstrari potest ex diuinis literis. Nam Conciliū Ecclesie nõ est legitimum, nisi congregetur in nomine Christi, vt dicitur Matth. 18. & Caluinus admittit lib. 4. institut. ca. 9. §. 1. & 2. congregari autè in nomine Christi, nihil videtur esse aliud, quàm cõgregari auctoritate Christi, hoc est, ab eo, qui à Christo habeat congregandi auctoritatem. Nam quòd Caluinus dicit, cõgregari in nomine Christi, esse ita congregari, vt solus Christus præsideat, & nullū collegam habeat, sed omnes subiectos, nec est secundum Scripturas, nec est nota sufficiens ad discernèda legitima Concilia: non est, inquam, secundum Scripturas: nam in Scripturis, illud, In nomine, vbi que ferè accipitur pro eo, quod est, ex auctoritate, vt Marci vltimo: In nomine meo demonia eijcient. Ioan. 5. Ego veni in nomine Patris mei. Matth. 7. Nõme in nomine tuo prophetauimus? Actor. 4. In qua virtute, aut in quo nomine hoc fecistis?

NECVLLUS fortasse occurret locus, vbi aliquid face- re in nomine Christi, significet Christum habere præsidem sine, collega.

SED quidquid de hoc sit, illud est certum, non posse hac nota discerni legitima Cõcilia: nam verum quidem est in legitimo Concilio oportere Christum ita præsidere, vt nullus sit ei collega, sed omnes subiecti: at quis iudicabit, quis discernet, an Christus ita præsideat, cum cogitur Concilium, an non: nec enim Christus visibili forma in Conciliis præsidet.

RESPONDET Caluinus, facillè id posse discerni: tunc enim Christum sine collega præsidere, cum totum confessum verbo, & spiritu suo moderatur, hoc est, cum nihil de suo capite, sed omnia secundum Scripturæ regulam Episcopi definiunt.

At hoc ipsum est ambiguum, & obscurum: nam & aduersarij in suis Conciliis, & Catholici in suis affirmant, se nihil ex proprio capite comminisci, sed omnia ex diuinis literis depromere. Quis igitur iudicabit, vtri verum Concilium faciant? quare si congregari in nomine Christi, est Christum præsidem habere, vt Caluinus exponit, fieri non potest, vt legitima Concilia à non legitimis vlla ratione discernamus. Maneat igitur quod diximus, congregari in nomine Christi, nihil aliud esse, quàm ab eo congregari, qui habet à Christo auctoritatem congregandi.

PORRO Christus cum in cœlum ascendit, ac visibilem suam præsentiam Ecclesie abstulit, non commisit Ecclesiam gubernandam, ac proinde etiam congregandam Tiberio, qui tunc imperabat, sed Petro Apostolo, cui dixit: Pafce oues meas. Igitur qui congregantur ab eo, qui Petro succedit, in nomine Christi congregantur: non autè ij, qui ab eo cõgregantur, qui succedit Tiberio.

AD hæc, Petrus, & qui Petro legitime succedit, pastor est omnium Christi ouium: proinde etiam, Regum, Imperatorum, Sacerdotum: omnes enim comprehendit, qui nihil excepit, cum ait, Simon Ioannis, pafce oues meas.

Vnde S. Leo serm. 3. anniuersario suæ assumptionis: De toto, inquit, mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cum eis Ecclesie Patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes sint, multiq; Pastores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. At quis non videt, ouine conueniat congregare Pastores, an Pastori potius congregare oues? Igitur cum Pontifex pastor sit, Imperator ouis, non ad Imperatorè, sed ad Pontificè spectabit munus Concilia Episcopalia conuocadi.

SECUNDO, Concilium generale ab eo iudici debet ex auctoritate, qui potest omnes cogere, at nullus vnquã Imperatorum totam Ecclesiam subiectam habuit, etiam quoad actiones ciuiles, vt eam habet Pontifex quoad actiones spirituales: nam Imperatores latissimè dominabantur tempore B. Leonis, & B. Properi, & tamen tunc maior erat orbis Christianus subiectus Papæ, quàm orbis Romanus subiectus Imperatori. Sic enim loquitur S. Leo sermo. 1. de SS. Petro, & Paulo. Per sacram B. Petri sedem caput orbis effeta (Roma) latius præsidet religione diuina, quàm dominatione terrena. Et Prosper libro de ingratis ita canit.

Sedes Roma Petri, que pastoralis honoris, Facta caput mundo, quidquid non possidet armis, Religione tenet.

NUMC autè Imperator, vix vnus prouinciæ Episcopos ad Conciliū cogere posset. nec enim Galli, Itali, Hispani Imperatori subiiciuntur, sed habent suos proprios Reges, vel Principes temporales. Quid si nullus esset Imperator, immò etiã nullus Princeps Christianus, num ideò Concilia fieri non possent?

TERTIO, Cõcilia prouincialia indicuntur à Metropolitanis, & nationalia à Primatu, vel Patriarcha, vt supra ostendimus, etiam testimonio aduersariorum: igitur Cõcilia generalia non ab Imperatore, sed à summo Pontifice indicenda sunt. Nam si Imperator indicare deberet generalia Cõcilia, deberet Rex, aut Dux, aut Magistratus ciuilis indicare Concilia prouincialia, vel nationalia. Vt enim se habet Imperator orbis terrarum ad Concilium generale, ita se habet Rex aut Dux vnus prouinciæ ad Cõcilium illius prouinciæ, vel nationis: quemadmodum igitur fatetur Cõcilia prouincialia non conuocari à Principe illius prouinciæ politico, sed ab Ecclesiastico, cur non eadem ratione fatentur, Concilia generalia non debere cogi à principe totius orbis terræ politico, sed ab Ecclesiastico?

ESSE autem Papam Romanum totius orbis Christiani Ecclesiasticum Principem, paulò antè ex magno Leone audiuimus, & nos in libris de Pontifice fusissimè demonstrauimus.

ADDE, quòd etiã nõ esset Romanus Pontifex, verus Princeps, & Monarcha Ecclesiasticus, vt nos docemus, sed esset solum primè sedis Episcopus, seu primus inter primarios Patriarchas, vt Nilus existimat: adhuc ad eum pertineret ius indicendi Cõcilia generalia. Primates enim nõ imperat propriè alijs Episcopis, & tamè quia primum locū inter Episcopos nationis suę tenet, iure suo Concilia nationalia indicare possunt. Nã ideò Metropolitanus indicit Synodum prouincialè, quia toti prouincię præest, at summus Pontifex toti orbi præest, vt patet ex Leone sermo. 3. de anniuersario die assumptionis suę ad Põtificatum, & epist. 84. ad Anastasium in fine.

QUARTO probatur, ex illo antiquissimo canone, quo statuitur præter sententiã Romani Pontificis nõ posse Cõcilia celebrari: huc enim canonè Apostolicum esse scribit B. Marcellus Papa in epist. ad Episcopos Antiochenæ prouinciæ. Eundè renouauit Cõciliū Nicenum primū, vt testatur Synodus Alexandrina in epist. ad Felicè, & Iulius I. in epist. ad Episcopos Oriëntales, cuius mencinerunt Socrates lib. 2. c. 13. Sozomenus lib. 3. c. 9. &

Nicephorus li. 9. c. 5. Si ergo sine Romani Pontificis consensu non licet Concilia celebrare, sequitur eius pontificium esse illa conuocare.

CALVINVS respondet loco notato, ex illo canone id solū effici, debuisse vocari ad Synodū etiā Romanū Pontificem, quia erat vnus ex præcipuis Patriarchis. At si ita esset, tunc etiā potuisset fieri canō, ne præter cōsensum Episcopi Alexandrini, vel Antiocheni cogeretur Conciliū: nam isti etiā erāt præcipui Patriarchæ, & Romano Pontifici æquales, vel maiores secundum Caluinum.

MAGDEBURGENSES cent. 4. c. 7. colum. 533. aliam excogitarunt solutionem. Dicunt enim verba Socratis nō significare, præter Romani Pontificis sententiā non debere celebrari Concilia, sed nō debere Ecclesias dedicari. Sic enim in Græco habetur, μη δεῖν παρὰ ἡμῶν ἐπισημῶς ῥάως κωνσταντίνου τὰς ἐκκλησίας. At fallitur Magdeburgenses: nam κωνσταντίνου τὰς ἐκκλησίας, nō potest significare, dedicare templa, sed canonicū cōtum conuocare, siue Cōcilium indicere, quomodo loquūtur Marcellus, & Iulius Pontifices, qui Latine videntur scripsisse, & quomodo in Socrate, & Sozomeno Latine veritē scripsit Theodoretus in historia Tripartita lib. 4. c. 9. & 19. quomodo etiā intellexit Nicephorus li. 9. ca. 5.

SEDE clarissimè res tota ex epist. Iulij, quam Socrates adducit, demonstrari potest: siquidem in eā epist. Iulius reprehendit Orientales, quod sine suo consensu Concilium Antiochiæ celebrassent. rationem autem reddere volēs, cur merito eos reprehederet, istum canonem in mediū adducit. Vel igitur canon de Cōcilij celebratione intelligi debet, vel stultum sanè fuisse Iulium necesse est: vtrum autem horum sit verius, quis non videt?

ADDE, quod nullus veterum meminit eiusmodi canonis, quo prohibentur Ecclesiæ dedicari præter sententiā Romani Pontificis, immò nec fuit vnquam, nec est nunc vnus in Ecclesia istius canonis.

QUINTO probatur, ex Concilio Chalcedonensi act. 1. vbi Dioscorus Alexandrinus iubetur non sedere inter Episcopos, eo quod Synodū facere ausus fuisset sine auctoritate Apostolica sedis: Quod, inquit, nunquā licuit, nunquam factum est. Simile quid habemus in Concilio VI. generali act. 6. vbi irritum iudicariū est Concilium quoddam Constantinopolitanum, quia sine consensu Romani Pontificis coactum fuisset ab Imperatore.

SEXTO probatur, ex Cōcilio Romano 4. sub Symmacho, in quo cum Rex Theodoricus diceret se Synodum cōuocasse, vt iudicaretur causa Symmachi Papæ, responderunt Episcopi omnes, à Papa, non à Rege debuisse vocari Synodum, etiā si Papa accusaretur. Rex verò ait, se ex voluntate, & consensu Pontificis Synodum conuocasse: Episcopi verò non prius acquieuerūt, quàm Rex literas Pontificis proferret, & Pontifex ipse præfens testaretur ita esse.

SEPTIMO probatur, testimonio antiquorū Pontificum. B. Leo epistola ad Turbium quæ est 39. c. 17. Deditimus, inquit, literas ad fratres, & Coepiscopos nostros, eisq; Concilij Synodi generalis indicimus. Pelagius II. in epist. ad Orientales: Generaliū Synodorum conuocandi auctoritas Apostolicæ sedis B. Petri singulari privilegio tradita est. Sixtus III. qui & Pelagium, & Leonem præcessit, in epist. ad Orientales: Valentinianus, inquit, Augustus nostra auctoritate Synodum conuocauit. Adrianus II. in epist. ad Basilijū Imperatorem, quæ lecta est in VIII. Synodo act. 1. Volumus, inquit, per tue pietatis industriam Constantinopolim numerosum conuocari Concilium.

HIS accedat Valentinianus Imperator, qui cum ab Episcopis rogaretur, vt permitteret eis Conciliū celebrare, respōdit, vt refert Sozomenus lib. 9. c. 7. Mibi qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosius perferuari: sacerdotes, quibus ista cura sunt, quocunq; voluerint loco conueniant.

ACCEDANT vltimò multi alij canones, qui habentur d. 17. & plurimæ rationes, quas facit Ioannes de Turrecremata lib. 3. c. 6. & Conciliū Lateranense vltimum sub Leone X. sess. II. Vbi asseritur Romani Pontificis esse, generalia Concilia indicere: quod decretum factum est vno anno, antequam Lutherana hæresis nasceretur.

CAPVT XIII.

Soluuntur argumenta aduersariorum.

UPEREST argumēta soluere, ex quibus etiam magis confirmabitur veritas. Argumēta Caluini, & Magdeburgensium sumuntur ex indictionibus primorum generalium Conciliorum, quæ ab Imperatoribus, nō à Pontificibus indicta fuerunt. De Nicæno I. ait Rufinus li. 10. histo. c. 1. Tum Constantinus apud urbem Nicænam Episcopale Conciliū conuocat. Constantinopolitanum I. testatur Theodoretus li. 5. historia. c. 9. à Theodosio seniore indictū fuisse. Ephesinum I. testatur Euagrius lib. 1. c. 2. histor. nutu Theodosij iunioris conuenisse. Chalcedonense, testatur B. Leo epist. 43. & aliis nonnullis, à Martino Imperatore impetratum. Sardicense quoque ab Imperatore Constantio indictum, testatur Theodoretus li. 2. ca. 4.

CONFIRMATVR hoc argumētum à Nilo testimonio S. Leonis I. Is enim in epistola 24. ad Theodosium Augustum supplicat Imperatori, vt iubeat intra Italianam prouinciale conuocari Concilium.

CONFIRMANT idem argumētum Magdeburgenses testimonio Liberij Papæ, qui apud Theodoretū lib. 2. c. 16. concessit, in Imperatoris potestate esse conuocare Concilia.

CONFIRMAT rursus Carolus Molinæus in Consilio de nō recipiēdis decretis Concilij Tridentini. §. 6. testimonio S. Hieronymi li. 2. Apologi cōtra Rufinū, vbi loquens de Synodo quadam, sic Hieronymus ait: Dic, quis Imperator hanc Synodum iussit conuocari?

ADAMVS quartā cōfirmationē, ex eo, quod simul cœperūt esse Imperatores Christiani, & cogi generalia Concilia. si enim absque Imperatoribus celebrari possunt, cur primis trecentis annis nulla celebrata fuerunt?

AD hæc respondeo, Primò ista argumenta posse à nobis merito contemni: nam aduersarij nostri nolūt argumenta peti efficacia ex traditionibus, aut consuetudine Ecclesiæ, sed solūm ex diuinis literis: ista autē argumēta omnia petita sunt ex mera traditione, & praxi Ecclesiastica, sine vilo Scripturæ testimonio.

SECVNDO dico, posse nos opponere consuetudinem consuetudini, si enim quatuor aut quinque Concilia Imperatores indixerunt, plura quàm duodecim indixerunt Pontifices, vt aduersarij etiam fatentur.

TERTIO dico, nullum esse Concilium generale Catholicum à solo Imperatore indictum, id est, sine consensu, & auctoritate Romani Pontificis, id quod breuiter de illis quinque sigillatim ostendo.

AC primum de Nicæno I. legimus in sexta Synodo act. 18. Constantinū, & Syluestrum magnam Synodum apud Nicæam cōgregasse. Damascus quoque in Pontificali scribit cum Syluestri consensu habitum esse in Nicæa Concilium. Et Rufinus li. 10. histo. c. 1. dicit Constantinum ex sententia sacerdotum Cōcilium indixisse. Ex quibus non solūm habemus quod volumus, sed etiam obiter colligimus falsum esse, quod ait Pighius lib. 6. c. 1. de Ecclesiastica hierarchia, Conciliorum generalium conuocationem esse inuentum magni Cōstantini, non enim hoc ipse per se excogitauit, sed sacerdotum sententiam sequutus est.

DE Cōstantinopolitano I. Theodoretus refert, Theodosium non tam illud indixisse, quàm literas Pontificis Damasi, quibus Concilium indicebatur, ad Episcopos misisse. Sic enim scribunt Episcopi congregati in illo

Conci

Concilio ad Damasum Pontificem apud Theodoretum lib. 5. histo. c. 9. Mandato, inquit, literarum superiore anno à vestra reuerentia ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum, ad iter duntaxat Constantinopolim vsque faciendum nos preparauimus. Licet ergo Theodosius indixerat Concilium, tamen indixit ex mandato Apostolicarum literarum.

DE Ephesino I. Prosper in Chronico indicat Synodum Ephesinā factam esse Cyrilli industria, & Cælestini auctoritate. Constat etiam ex Euagrion lib. 1. cap. 4. & ex epist. Cælestini ad Cyrillum, quæ habetur inter opera Cyrilli, & ex Photio in lib. de septem Synodis, Cyrillum profectum esse ad Concilium tanquam legatum Apostolicæ sedis, quod est argumentum certum eam Synodum non sine consensu Pontificis coactam esse.

DE Chalcedonensi patet ex epist. Martiani Imperatoris ad Leonem Papam, quæ habetur ante Concilium Chalcedonense in qua Imperator indicturus Cōcilium rogat Pontificem, vt ipse veniat, & Concilium faciat, vel si nolit venire per literas significet, quid agi velit, & in fine concludit, se scripturum ad omnes Episcopos, vt ad certum locū conueniāt: Et quæ Christianorum, inquit, religioni, atque Catholicae fidei prosint, sicut sanctitas tua secūdū Ecclesiasticas regulas definiuit, sua dispositione declarat.

EXSTAT etiam inter epistolas ad Chalcedonense Concilium pertinentes quadam epistola Episcoporum secundæ Mæsiæ ad Leonem Imperatorem, vbi sic aiunt, In Chalcedonensium ciuitate multi sancti Episcopi conueniunt per iussione Leonis Romani Pontificis, qui verè caput est Episcoporum.

DENIQUE Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ, dicit, solam Apostolicā sedem, vt Synodus Chalcedonensis fieret, sua auctoritate decreuisse. Vbi Magdeburgensium lapsus notandus est, qui cent. 5. c. 7. col. 786. non intelligentes quid illud (Sola) excluderet, putauerunt excludi Imperatorem, & ideò vociferantur Gelasium esse impudenter mentitū. Sed Gelasius per (Sola) non excludit Imperatorem, sed alias sedes Episcopales. Non enim sedes Alexandrina, vel Antiochena, vel Hierosolymitana, aut etiam Constantinopolitana: sed sola Romana sedes eā Synodū fieri voluit, & re ipsa effecit, quamquam non sine ope pij Imperatoris Martiani.

DE Sardinensi Concilio, quod à Iulio Papa indictum fuerit, potest intelligi ex Socrate li. 2. c. 16. vbi dicit, Orientales Episcopos culpam absentia suæ à Sardicensi Concilio in Iulium Episcopum Romanum contulisse, eo quod nimis angustum tempus præscriptum esset. Ex quo apparet, non ab Imperatore solo, sed etiam à Iulio Pontifice, & ab eo potissimum Concilium indictum.

HABEMVS ergo prima illa Concilia ab Imperatoribus indicta fuisse, sed ex Pontificum sententia, & consensu, cur autem tunc non solus Pontifex indixerit, vt postea factum est, ratio non erat, quia sine auctoritate Imperatoris Concilium coactum, non esset futurum ratum apud Christianos, vt somniant aduersarij, cum aperit dicat Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes, Quando vnquam iudicium Ecclesiæ ab Imperatore auctoritatem habuit? Sed propter multas alias iustissimas causas, quarum prima erat, quia tunc adhuc vigeat lex illa imperialis antiqua, quæ prohibebat omnia collegia, & frequentes hominum conuentus sine Imperatoris auctoritate, eo quod metuerent Imperatores, ne seditio aliqua fieret. Vide li. ff. de collegiis illicitis, & l. conuenticula. C. de Episcopis, & Presbyteris.

SECVNDA, quia etiam si lex illa non fuisset, cum Imperatores eo tempore in magna pace orbis terræ imperarent, non poterat fieri Concilium, nisi in aliqua vrbe imperiali, nulla autem ratio fuit, vt in aliquo loco ex toto orbe conuentus fiat sine licentia Domini illius loci, sicut etiā modò, si Conciliū non fieret in terris Pontificis

sed in Gallia, Hispania, vel Germania, sine dubio peteretur consensus eius, cuius est illa ciuitas, vel prouincia.

TERTIA, quia eo tempore Concilia generalia fiebant sumptibus publicis, præsertim quoad trāsfectiones Episcoporum ad locū Concilij: uehebantur enim equis, aut vehiculis ciuitatum, sine dispendio Ecclesiarum, vt constat ex libro tertio, de vita Constantini, vbi etiam Eusebius addit, toto tempore Concilij Imperatoris sumptibus omnes Episcopos vixisse. Idem etiam patet ex Theodoretō libro 2. capite 16. vbi cum Liberius peteret generale Concilium, respondit quidam, non sufficere censum publicum subuectioni Episcoporum. Item ex epistola Constantini IV. ad Pontificem Romanum, quæ habetur initio sextæ Synodi idem patet.

QUARTA ratio est, quia eo tempore Pontifex, etsi in spiritualibus esset caput omnium etiā Imperatorum, tamen in temporalibus subiiciebat se Imperatoribus, & ideò non poterat inuito Imperatore aliquid agere: & cum tantum debuisset petere ab Imperatore auxilium ad conuocandam Synodū, vel vt permitteret Synodum conuocari, tamen quia dominum suum temporale eum agnoscebat, supplicabat, vt iuberet conuocari Synodum: at post illa tēpora istæ omnes causæ mutatae sunt, nam nec illa lex nunc viget, nec Imperatores in toto orbe dominantur, nec sumptibus publicis fiunt Concilia, nec sunt Gentiles, qui impedire possint: & Pontifex, qui est caput in spiritualibus, non est subiectus in temporalibus, cum etiam ipse in suis prouinciis sit Princeps supremus temporalis, sicut sunt Reges & Principes alij, id quod diuina prouidentia factum est, vt Pontifex liberè munus suum exequi possit.

AD primam confirmationem ex Nilo, cuius librum in Latinam linguam Illyricus vertit: respondeo, duas fraudes in eo testimonio sancti Leonis, quod ipsi proferunt, inesse: vnā Nili, alteram Illyrici. Nam S. Leo in epist. 24. & 25. ad Theodosium disertis verbis petit generale Concilium, Generalem, inquit, Synodum inueis intra Italianam celebrari. Nilus autem hanc sententiā Græcè referens, pro generalem posuit ἰσχυρῶς, id est, propriam seu speciale, cum dicere debuisset ἰσχυρῶς. Et quia verbū illud Nili ἰσχυρῶς, potuisset in bonum sensum exponi, vt significaret Synodum speciale, id est, speciali de causa congregatam, Illyricus ad tollendam omnem ambiguitatem, illud Nili ἰσχυρῶς, vertit prouincialem, vt necessariò cogereur intelligere Synodum non generalem, sed particularem, à S. Leone postulatam ab Imperatore.

AT resellitur ista fraus, tum ex verbis Leonis iam citatis, tum etiam ex epistola Valentiniani ad eundem Theodosium, quæ habetur inter præambula ad Concilium Chalcedonense: vbi Valentinianus de eodem Concilio loquens dicit, S. Leonem voluisse intra Italianam ex toto orbe Episcopos conuenire.

DENIQUE illa ipsa epistola Leonis ad Theodosium, qua Concilium intra Italianam postulat, nomine Synodi prouincialis Romæ iam cōuocatae scripta est: sic enim habet inscriptio, Leo Episcopus & sancta Synodus, quæ in vrbe Romæ conuenit Theodosio semper Augusto. Si ergo Leo Synodum prouincialem iam intra Italianam conuocauerat, cur id ab Imperatore postularetur? Cur autem generalem Synodum ab Imperatore peteret, iam dictum est.

AD alteram confirmationem dico, mentiri Magdeburgenses, cum dicunt Liberium concessisse Imperatori potestatem conuocandi Synodum, id est, agnouisse illam potestatem propriam esse Imperatoris, vt ipsi intelligunt: nam in toto illo Dialogo Liberij cum Imperatore, nulla mentio fit huius questionis, cuius sit conuocare Synodum: sed tantum Liberius petit ab Imperatore potentissimo, & Ariano, ac proinde sibi infesto: vt fieret Synodus, quia sciebat inuito Imperatore fieri non posse.

AD tertiam confirmationem dico, Hieronymum

illud dicere, quia reuera nunc ob causas dictas Imperatores Synodos conuocabant, licet non sine consensu Pontificum.

AD quartam confirmationem, dico ante Constantinum non esse facta vlla generalia Concilia, non quia desset auctoritas, sed quia deerat opportunitas: nec enim Christianis licebat ex multis prouinciis in vnum locum conuenire propter assiduas persecutiones, vt adnotauit Iffidorus lib. 6. Etymologiarum, cap. 16.

CAPVT XIII.

Explicantur dubitationes quedam.

RAETER haec argumenta haereticorum solent Catholici quaedam dubia proponere. Vnu, an non liceat Concilium indici ab alio, quam a Papa, quando sit necessarium Ecclesiae, & tamen Papa nolit illud indicere. Alterum, an non liceat Concilium indici ab alio quam a Papa, quando Papa non debeat illud indicere, ed quod sit haereticus, vel schismaticus. Tertium dubium, an non liceat Concilium indici ab alio, quam a Papa, quando Papa non posset illud indicare, ed quod esset captiuus apud infideles, vel mortuus, vel insanus effectus, aut renunciaisset.

AD primum respondet Turcremata lib. 3. cap. 8. vix esse possibilem eum casum: non enim credibile est, vllum Pontificem fore tam malum, qui non velit Concilium celebrari, si aperte constet id esse necessarium Ecclesiae conseruationi, quod si etiam ipse ex se talis esset, tamen Deus, qui Ecclesiam conseruat, sine dubio, vel eius mentem mutaret, vel eum de medio tolleretur.

DICTI secundò, si nihil horum fieret, posse eum haberi tanquam suspectum de haeresi: nam vt dicitur distict. 83. canon. error, & aliis sequentibus, qui errori manifeste non resistit, cum possit & debeat, eum approbare censetur.

AD secundum, & tertium respondeo, in nullo casu sine Pontificis auctoritate posse conuocari veru & perfectum Concilium, de quali hic nos disputamus. quod videlicet auctoritatem habeat definiendi quaestiones fidei. Praecipua enim auctoritas est in capite, siue in Petro, cui imperatū est, vt confirmet fratres suos, & idè etiam pro eo Dominus orauit, ne deficeret fides eius. Luc. 22. Poterit tamen in illis duobus casibus congregari Concilium imperfectum, quod sufficere ad prouidendum Ecclesiae de capite. Ecclesia enim sine dubio habet auctoritatem prouidendi sibi de capite, quamuis non possit sine capite statuerè de multis, de quibus potest cum capite, vt rectè docet Caietanus in opusculo de potestate Papae, cap. 15. & 16. & multò ante Presbyteri Romanae Ecclesiae in epistola ad Cyprianum, quae est septima libri secundi in operibus Cypriani, Porro Concilium istud imperfectum fieri poterit, si vel iudicatur à collegio Cardinalium, vel ipsi per se Episcopi in locum vnu conueniant.

CAPVT XV.

Quam sint ad Concilium conuocandi.

DESSEVIMVS haecenus de causa finali, & efficienti Conciliorum: nunc de his, ex quibus Concilia praecipue constant, qui quasi materia dici possunt, differendum est. Sunt autem initio annotanda duo. Vnum est, Ecclesiam vniuersam quatuor contineri hominum generibus: sunt enim aliqui clerici, aliqui laici, & rursus ex clericis, alij praelati, alij non praelati: item ex laicis alij principes, alij priuati. haec distinctio, tamen ex parte ab haereticis huius temporis non recipiatur, tamen ex parte etiam recipitur, nam illi etiam fatentur esse quosdam certos homines dedicatos ministerio Verbi, quibus ex officio conuenit docere, & pascere populum, quos ipsi ministros vocant: & rursus inter eos alios esse maiores, quos vocant superintendentes, alios minores, quos tantum ministros appellant.

ALTERVM est, in Conciliis multis de causis aliquos interesse posse: alij, n. intersunt, vt iudices, qui dicuntur habere suffragium decisiuum: alij vt disputando examinent difficultates, qui dicuntur habere suffragium consultiuum: alij vt ministrent, quales sunt notarii, custodes: & alij vt defendant Concilium, & dent operam, vt intus & extra omnia sint pacata. Quaestio igitur est, qui sint ex illis quatuor hominum generibus vocandi ad Concilium, & qua de causa.

ADVERSARI nostri duo dicunt. Primum, ex omni genere hominum debere interesse eos, qui eruditi sunt, & omnes debere esse iudices, atque habere suffragium decisiuum, quidquid sit de aliis muneribus. Ita disertè scribit Lutherus in libro de Conciliis, par. 2. pagina 264. vbi vult ex omnibus locis debere congregari ad ecc. homines doctos in sacra Scriptura.

IDEM scribunt Protestantes in eo lib, quem inscripserunt, Causae cur electores, & ceteri Confessioni Augustanae additi, ad Concilium Tridentinum non accedant. Postquam enim dixerant, primam causam esse, quia Concilium fuerat indictum à Pontifice, ponunt secundam causam, quia in eo non habuerant suffragium nisi Cardinales, Episcopi, & Abbates, & generales ordinum, cum debuissent omnes viri docti etiam laici suffragium habere decisiuum.

IDEM prorsus docet Carolus Molinæus in suo consilio de concilio Tridentino non recipiendo, §. 28. Idem Magdeburgenses centuria prima, libro secundo, cap. 9. columna 548. vbi explicant historiam Concilij Apostolorum, de quo Act. 15. & dicunt in eo Concilio, postquam dictae sunt sententiae, à tota Ecclesia collata fuisse suffragia, & omnium iudicio definitum, hominem iustitiam sola fide sine operibus.

SECUNDò dicunt, Concilium Ecclesiae non constare nisi ex verè piis, & electis, id quod aperte docet Brentius in Confessione VVittembergensi, capite de Conciliis, vbi postquam dixerat Concilia debere cedere Scripturis, reddit rationem, quia de Scripturis certum sumus, quanam sint, & quod sint infallibilis veritatis: at de Conciliis non itè, quia non quilibet coetus hominum est vera Ecclesia, cum non omnium sit fides, neque omnes sint electi. idem etià tenentur dicere Cōfessionistae & Caluinistae, qui, vt supra vidimus, solos electos, & sanctos ad Ecclesiam pertinere volunt, & certè Concilium Ecclesiae non nisi ex hominibus Ecclesiae constat.

AT Catholicorum sententia est, solos Praelatos maiores, eosque omnes, id est, Episcopos in Conciliis generalibus & prouincialibus habere ius suffragij decisiui ordinariè: ex priuilegio autem & consuetudine, etiam Cardinales, Abbates, & Generales Ordinum, licet Episcopi non sint: ex Presbyteris autè & aliis Clericis minoribus tantum vocari aliquos viros doctos, qui iuuent in disputando, vel aliis ministeriis: Principes autem vocari, tum vt Concilium defendant, tum vt testes, & consilij decretorum Concilij, postea transgressores & contumaces poenis corporalibus puniant. Denique, ex priuatis Laicis tantum vocari aliquos, qui videantur vtilis, vel necessarii ad aliquod ministerium Concilij. Hanc sententiam esse Catholicorum, patet tum ex personis, quae interfuerunt Concilio Tridentino, tum ex Ioanne de Turcremata lib. 3. c. 12. & 15. & aliis Catholicis auctoribus.

NUNC ad probationem accedamus sententiae nostrae, & refutationem contrariae, ac primum sententia illa posterior non eget refutatione, tum quod refutanda sit in quaestione de Ecclesiae definitione, tum etià, quod tam falsa sit, vt seipsam destruat. nam quod dicit, Concilium constare ex electis & sanctis, affirmat aliquod esse Concilium, & nullum esse Concilium: nam ponit esse Concilium dum explicat, ex quibus hominibus constet, immò Brentius adè praesupponit esse, vt dicat,

magnam

magnam esse auctoritatem Conciliorum, & tamen cum dicit ex electis constare, cogitur dicere, nullu esse Concilium. Concilium enim facere, est homines inter se coniungi & coire in vnum: electi autem in hoc mundo non possunt inter se coniungi, cum nemo sciat, quanam sint electi, quòd si qui aduersariorum non requirunt in veris Ecclesiae, membris electionem, requirunt tamen internam fidem ac pietatem, ac proinde non poterunt vnquam ostendere vllum Concilium, quod certò dici possit Christianum Concilium, cum internam fidem ac pietatem in aliis nemo videat.

PRIOR autem sententia refellenda nunc est, ac primò, ratione desumpta ex Scriptura sacra: definire in Conciliis ea, quae sunt credenda, vel agenda, proprium est munus pastorum: id enim propriè est pascere, est enim docere, & docere ita, vt teneantur alij credere. Porro docere, esse pascere, patet Hieremiae tertio. Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascunt vos scientia, & doctrina. Item ad Ephesios quarto: Alios autem pastores & doctores. Vbi notat Hieronymus in hunc locum, & Augustinus epistola quinquagesima nona ad Paulinum, coniunctum esse nomen pastoris cum nomine doctoris, quia propriu est pastoru docere. At nò sunt pastores laici, nec Ecclesiastici quicunque, sed soli Episcopi, sic enim legitur Act. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Et Ioannis vltimo, Petro dicitur, Pisce oues meas.

SI quis autem contendat, omnes Christianos esse Episcopos, & quod dictum est Petro, omnibus Christianis esse dictum, is demonstrare debet, quanam sint illi, qui in Ecclesia dicuntur oues, si enim omnes sint pastores, vbi oues? quòd si quidam sunt pastores, id est, Episcopi, & quidam oues, id est, Laici, & soli pastores in Conciliis conuenire debent, vt definiant, quae sint bona pascua, quae verò noxia, certè sequitur, non Laicorum, sed Sacerdotum esse Concilia.

ADDE, quòd Philippus in locis, cap. de numero Sacramentorum, & Caluinus lib. 4. instit. cap. 14. §. 20. ponunt Ordinationem pastorum, qui dedicantur ad pascendum, id est, docendum populum, inter Sacramenta Ecclesiae. Et aperte dicit Caluinus, hoc Sacramentum non esse commune toti Ecclesiae, sed tantum quibusdam, qui per illud initiantur. proinde ex eorum confessione, Laici non ordinati non sunt pastores, sed oues tantum, ergo non conuenit eis docere, praesertim ea auctoritate, vt sit in Conciliis.

PROBATVR secundò, testimoniis veterum. Prima Concilia in Ecclesia celebrata fuerunt tempore Victoris Papae, super quaestione Paschatis. de iis sic loquitur Eusebius lib. 5. histor. c. 23. Ob quam causam, inquit, conuenit Episcoporum, & Concilia per singulas quasque prouincias conuocantur. Haec ille. Qui non quorumuis eruditorum, sed Episcoporum dicit, congregata esse Concilia: quod idem docent Cyprianus in initio epist. ad Iulianum: Hilarius lib. de Synodis, Ambros. epist. 32. Hieronymus lib. 2. Apolog. contra Rufinum: August. epist. 119. Leo epist. 16. & seq. Ruffin. lib. 10. hist. c. 1. Athanas. in epist. ad solitariam vitam agentes: alijque Patres, qui passim asserunt, Concilia Episcoporum esse.

PRÆTEREA, Theodosius iunior in epist. ad Ephesinam Synodum, quae extat in 1. tomo eius Concilij, c. 32. Illicitum est, inquit, eum, qui non sit in ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus.

PVLCHERRA quoque Imperatrix in epistola ad Strategum Bithyniae, quae habetur ante Conciliu Chalcedonense, iussit, vt Clerici, Monachi, & Laici: etiam vi repellentur à Concilio, exceptis paucis illis, quos Episcopi secum duxerant. In Concilio Chalcedonenfi, actio. 1. cum ad Martinum Archimandritam mitteretur, vt subscriberet, respondit, non esse suum, sed Episcopo-

rum tantum subscribere. Et in eodem Concilio cum pro Dioscuro Monachi & Laici ingressi essent, saepius Patres clamauerunt, Mitte foras superfluos, Conciliu Episcoporu est.

TERTIò, probatur ex Conciliis, haecenus celebratis: nam omnium Conciliorum decreta ab Episcopis solis facta esse, patet ex subscriptionibus, vbique enim inueniuntur soli Episcopi subscripsisse, exceptis paucis generalibus, quibus Imperator etiam subscripsit, sed alia forma, quam Episcopi: Episcopi enim definiendo, vt Iudices, Imperatores consentiendo, subscripserunt: & quibusdam etiam paucissimis, vt Florentino, Lateranensi, & Tridentino, quibus subscripserunt Abbates & Generales Ordinum: ceteri, quamuis optimi & doctissimi essent, nunquam sunt admissi, nisi ad consultandum, excepto Concilio Basileensi, vbi Presbyteri admissi sunt ad suffragium decisiuum, sed perperam, & contra morem omnis antiquitatis: nec illud Concilium fuit legitimum, vt supra diximus.

QUARTò, probatur rationibus: nam in primis negotia Ecclesiastica & publica, à personis Ecclesiasticis & publicis tractanda sunt, vt notum est: tales autem soli sunt Episcopi. Deinde, si omnes homines docti admitti deberent, vel nunquam essent Concilia generalia, quia vix possent omnes docti totius Ecclesiae conuocari, vel si tandem congregarentur, esset impossibile regere tale Concilium, propter nimiam multitudinem. Præterea tunc sine dubio plures essent in Concilio inferiores, quam superiores, & proinde tunc verè vinceret maior sententia meliorem, & in Ecclesia regerentur superiores ab inferioribus, non è contrario, quod absurdissimum est.

ITEM si ita esset, tunc facile posset vnus Princeps, in cuius regione sit Conciliu, definire quidquid vellet: posset enim facillimè colligere omnes Presbyteros & doctos homines suae prouinciae, & in Conciliu introducere, id quod nò possent alij Principes, qui longè absissent.

DEINQUE, nulla est Respublica, quae ratione naturali docente, non habeat aliquem ordinem in comitiis, ita vt non quicumque de plebe sed tantum Principes & capita ceterorum locum & suffragium habeant.

CAPVT XVI.

Soluntur obiectiones aduersariorum.

T obicitur primò à Protestantibus in libello, qui inscribitur, Causae, &c. testimonium I uca Act. 15. vbi S. Lucas loquens de primo Concilio Apostolorum, ait, Conueniunt Apostoli & Seniores videre de verbo hoc. Et infra, Tunc placuit Apostolis & Senioribus cum omni Ecclesia, vbi videmus, non solum Apostolos, sed etiam Presbyteros & Laicos in primo Concilio adfuisse.

RESPONDEO, in isto Concilio interfuisse Apostolos, tanquam iudices, ad definiendu: Presbyteros autem ad consultandum, plebem autè non esse vocatam, sed tamen adfuisse, & cōsensisse, non quidè definiendo, vel disputando, sed tantu audiendo, & non reclamando: quod ita esse probatur dupliciter. Primu, ex consuetudine Ecclesiae, quae est optima Scripturarum interpres: nam cum in omnibus Conciliis, quae post Apostolica tempora sunt celebrata, hunc ordinem obseruatum esse constet, vt soli Episcopi fuerint iudices, licet praesentes adfuerint multi alij, vel Clerici, vel Laici, idem omnino in Apostolico Concilio seruatum esse credere debemus. Nec enim Ecclesia vniuersa, ac praesertim primis illis temporibus, ab Apostolorum exemplo & traditione discessisset.

DEINDE, hoc idè ex ipso contextu demonstrari potest. nã quòd Apostoli & Presbyteri tantum vocati sint, patet ex eo, quod ibi dicitur, Conueniunt Apostoli & Seniores videre de verbo hoc: vbi nulla mentio fit plebis.

DEINDE, quòd tã Apostoli, quam Seniores loquuti sint, donec discutiebatur controuersia, colligitur ex verbis illis (& cum magna disquisitione fieret) quòd verò

post disputationem, in qua Apostoli & Presbyteri lo-
quuti erant, soli Apostoli sententias definitivas dixerint,
patet ex eo, quod soli, Petrus, Paulus, Barnabas, & Iaco-
bus introducuntur à Luca loquentes. Et quod nulli alij
sententias dixerint, patet ex continuatione textus: nam
post Petri sententiam, mox subditur, *Tacuit autem omnis
multitudo, & audiebat Paulum & Barnabam.* Deinde sub-
ditur, *Et postquam tacuerunt, nimirum Paulus & Barna-
bas, respondit Iacobus dicens, & mox finita Iacobi oratio-
ne, subiungitur, Tunc placuit Apostolis, &c.*

I T A Q U E mendacium est, quod Magdeburgenses
dicunt, omnes qui ibi erant, sententiam suam dixisse:
quod autè sequitur, *Placuit Apostolis & Senioribus cum
omni Ecclesia, intelligitur de consensu tacito, qui debet dari ab
omnibus, qui sunt in Concilio.* Vide Concilium Carthagi-
nense in operibus Cypriani. nã etiam in eo Concilio ad-
fuerunt cum Episcopis etiã Presbyteri, Diaconi, & Laici
permulti, & tamen soli Episcopi sententias dixerunt.

S E C U N D O, obijciunt iidem ibidem, Concilium
generale vniuersam Ecclesiam representat: ergo de-
bent esse ibi homines ex omni genere, id est, Episcopi,
Presbyteri, Principes, Priuati, Clerici, Laici, &c.

R E S P O N D E O, multis modis posse aliquid repræ-
sentari, sed optimum modum esse, quod per Principes
repræsentantur populi. Sic enim in comitiis generalibus
multorum statuum congregari solent consules vel do-
mini ciuitatis, sic in comitiis Ecclesiæ generalibus con-
gregantur omnes Episcopi: nam quilibet Episcopus per-
sonam gerit suæ Ecclesiæ, vt patet ex Cypriano lib. 4.
epistola 9. vbi dicit, Ecclesiam esse in Episcopo. Quare
Eusebius lib. 3. de vita Constantini, Concilium Episco-
porum ccc. xviii. vocat conuentum orbis terrarum. Et
Augustinus lib. 1. de Baptismo, cap. 18. eiusdem Concilij
Episcoporum consensum vocat totius Ecclesiæ consensum.

T E R T I O, obijciunt iidem ibidem, Communis caus-
sa communibus vobis & viribus inuanda est: sed causa
fidei est communis omnibus Christianis: nec enim mi-
nus fides ad laicos, quàm ad Clericos pertinet: igitur
ad Concilia etiam Laici conuocandi sunt.

R E S P O N D E O, causam fidei ad omnes pertinere
sed diuerso modo: nam ad Prælatos pertinet, vt docto-
res, ad cæteros vt discipulos: sicut in bello causa victo-
riæ ad totum exercitum pertinet, tamen Ducum est
præcipere & ducere exercitum, cæterorum pugnare.

S I quis obiiciat illa verba Nicolai primi in epistola
ad Michaëlem, quæ habentur etiam distin. 96. can. Vbi
nam, *Vbi nam, inquit, legistis, Imperatores antecessores ve-
stros synodalibus conuentibus interfuisse, nisi forte in quibus-
dam vbi de fide tractatum est, quæ vniuersalia est, quæ om-
nium communis, quæ non solum ad Clericos, verum etiam
ad Laicos, & omnes omnino pertinet Christianos?*

R E S P O N D E R I potest, Nicolaum ex eo, quod fides
communis est omnibus, rectè collegisse, Imperatorem
debere interesse, non quidem vt Iudicem, sed vt eum,
cui incumbit defendere communem fidem edictis ac
legibus, & si oporteat, etiam gladio.

Q U A R T O, obijciunt iidem, & Carolus Molinæus
locis notatis, necnon Brentius in Confessione VVit-
tembergica, capite de Conciliis, & Hermannus Hamel-
mannus lib. 3. prolegomenorum, c. 6. sepe vnius homi-
nis etiam Laici sententia præposita est sententiæ totius
Concilij, quia Scripturæ auctoritate magis munita erat,
& sine dubio etiã deinceps præponenda est: ergo debent
ad Concilium vocari etiam Laici, & quicunque alij:

A N T E C E D E N S probant. Primò ex Gratiano 36.
quæst. 2. canone vltimo, vbi legitur, Hieronymi aucto-
ritatem Scriptura sacra munitam, toti Concilio generali
præiudicasse.

S E C U N D O, ex Panormitano in cap. Significasti, de
electione, & ex Ioanne Gersono parte prima de exa-

A minatione doctrinarum, quorum ille dicit, vnius priuati
sententiam præponendam esse sententiæ Papæ, si ille
priuatus moueatur melioribus auctoritatibus Testa-
menti veteris & noui: iste autem docet, quemcunque
hominem doctum posse & deberet toti Concilio resi-
stere, si videat illud ex malitia, vel ignorantia errare.

C O N F I R M A T V R hoc argumentum, quia ratio
cur Episcopi præcipuè vocentur, est quia existimantur
esse doctiores cæteris: si ergo multi Laici inueniantur
doctiores Episcopis, vel æquè docti, cur non vocabun-
tur ad Concilium?

R E S P O N D E O ad primum, sententiam vnius priua-
ti posse anteponi sententiæ Concilij generalis ante de-
finitionem, dum causa discutitur: in discussione enim
eruditio, non auctoritas personæ primas tenet: præterea
etiam post definitionem, quando constat, Concilium
fuisse illegitimum: at nullo modo post definitionem
Concilij legitimi.

A D illud ex Gratiano, dico primò, mentiri Herman-
num, cum ait, secundum Gratianum anteponi Hiero-
nymum Concilio generali: non enim de generali, sed
de particulari loquitur Gratianus. Secundò dico, illa
verba, quæ Gratianus Hieronymo tribuit, nusquam in-
ueniri in operibus Hieronymi, nec videri eius verba.
Tertiò dico, Gratianum eo loco lapsum esse, non enim
pugnant Hieronymus & Concilium, vt Gratianus puta-
uit. Hieronymus enim tantum dicit, secundum legem
veterem licuisse raptori ducere in vxorem mulierem à
se raptam, si pater eius consentiat. Concilium autem
statuit, vt non obstante lege illa veteri, quæ iudicialis est,
& Christianos non obligat, non liceat raptori in vxo-
rem ducere eam, quam rapuit.

A D illud ex Panormitano, & Gersono dico. Primò,
eos loqui conditionaliter, sicut Apostolus, cum ait ad
Galatas primo: *Si nos, aut Angelus de caelo euangelizet,*
&c. Sicut ergo ex condicionali sententiâ Apostoli non
licet colligere, ergo Apostoli, & Angeli poterant euangeli-
zare aliquid contrarium Euangelio Christi: ita quo-
que ex eo, quod Panormitanus, & Gerson dicunt, licere
vnicuique resistere Concilio, aut Papæ, si eos errare vi-
deat, non licet colligere. Ergo absolute Concilia, &
Pontifices errare possunt, & idèd priuati homines ad
Concilium vocandi sunt.

D I C O secundò, eos loqui de resistentia quæ potest
ferri Concilio vel Papæ, tẽpore discussionis ante decisio-
nem, vel etiam postea, quando Concilium est illegitimum.

A D confirmationem dico, Episcopos quidem de-
bere eligi quàm doctissimos & optimos, tamen eos au-
thoritatem iudicandi habere, non quia docti sunt, sed
quia sunt personæ publicæ, id est, Principes habentes
Ecclesiasticam iurisdictionem: quemadmodum etiam
in Principibus & Iudicibus secularibus, requiritur qui-
dem iurisprudentia & probitas, tamen non propterea li-
cebit priuato homini meliori, & doctiori deturbare
Principem, aut Iudicem de sua sede, & eam occupare.

Q U I N T O, obicit Hermannus Hamelmannus lib. 3.
prolegomenorum, cap. 10. multa veterum testimonia,
quod coram populo tanquam iudice causæ fidei dispu-
tatae sunt. Sic enim disputarunt Apostolus Petrus &
Simon Magus, apud Clementem lib. 1. & 2. recognitio-
num, Archelaus Episcopus & Manichæus, apud Epi-
phanium hæresi 56. Syluester Papa & Iudæi, apud Zo-
naram in vita Constantini: Athanasius & Arius, apud
Vigilium Episcopum Tridentinum: Augustinus & Ma-
ximinus, apud Augustinum lib. 2. cap. 1. contra Maxi-
minum. Quod etiam in Nicæno Concilio multi fuerint
Laici docti & eloquentes, patet ex Nicephoro li. 8. cap. 14.

D E N I Q U E, quod populus sit iudex, disertè habet
Ambrosius in epist. 32. vbi sic loquitur, *Causam fidei,*
inquit, *in Ecclesia agendam quis abnuat? Si quis confidit,*

boc

huc veniat. Et paulò post, *Iste populus indicat, cuius in cor-
de lex diuina est, non humana: Lex non atramento scripta, sed
spiritu Dei viui.* Et infra, *Sed Auxentius, inquit, certus,
non ignarus vos esse fidei, vestrum refugit examen.*

P R O solutione duo notanda sunt. Primò duplex
esse iudicium, publicum & priuatum. Publicum est,
quod profertur à publico iudice cum auctoritate, ita vt
teneantur cæteri illi iudicio acquiescere. Priuatum est,
ea sententiâ, quam quisque eligit, vt veram, sed neminem
obligat: quomodo in disputationibus Theologorum
& Philosophorum auditores sunt iudices, & audita
enim vtraque parte, eligunt quod volunt, sed neminem
cogere possunt, vt similiter sentiat.

N O T A secundò, iudicium publicum in causa fidei
nunquam esse tributum populo, iudicium autem priua-
tum aliquando esse tributum etiam à piis & sanctis ho-
minibus, sed tunc solum, cum aliud fieri non potuit: te-
nentur enim populi sequi iudicium pastoru suorum: ta-
men quando hæretici impunè versantur cù Catholicis,
& multos seducunt, expedit quandoque publicas dispu-
tationes coram populo cum eis inire, & relinquere iudi-
cium populo, vt sequatur, quos viderit melioribus rati-
onibus niti, quomodo fecit Helias lib. 3. Regum, cap. 18.
qui cum nõ posset aliter reuocare populum à cultu Baal,
instituit certamen cum prophetis Baal, præfente populo,
& ait, *Qui exaudierit per ignem, ille sit Deus: si Dominus
est Deus, sequimini illum: si Baal est Deus, sequimini eum.*

H I S notatis, dico ad illa omnia loca, in illis disputa-
tionibus datum esse populo iudicium priuatum, non
publicum, & hoc quia non poterat aliter fieri. Id quod
ex illa epist. 32. Ambrosij intelligi potest. Sic enim ait:
*Veniunt planè si qui sunt, ad Ecclesiam, audiant cum populo,
non vt quisquam iudex resideat, sed vnusquisque de suo affe-
ctu habeat examen, & eligat quem sequatur.* Vbi vides ne-
gari populo iudicium publicum, tribui priuatum: cur
autem tribueretur priuatum causa erat, quia tunc Me-
diolani Imperator Arianus fauebat, nec poterat aliud ob-
tineri. Hoc in genere ad illa omnia loca dici potest.

I N particulari autem, ad illud de Nicæno Concilio,
sciendum est, Laicos non esse vocatos, nec interfuisse
actis Concilij, sed per se venisse, vt extra Concilium dis-
putarent cum Episcopis, quos audierant ex toto orbe
cò conuenisse. Vide Rufinum lib. 10. cap. 3.

C A P V T X V I I .

Quod Episcopi requirantur ad generale Concilium.

P R A T E R hæc argumenta hæreticorum, mo-
uente Catholicis vnum dubium de his, qui inter-
fere debent in Concilio. nam vel ad generale
Concilium faciendum requiruntur omnes Episcopi
totius orbis, vel aliqui tantum, si omnes, nullum fuit
ergo hæcenus Concilium generale, neque etiam vide-
tur deinceps futurum: si aliqui tantum, quinam illi sunt:
non enim videtur maior ratio de vno, quàm de alio.

R E S P O N D E O, non posse istam quæstionem solui
melius, quàm ex consuetudine Ecclesiæ, & ex iis Con-
ciliis, quæ omnium consensu generalia fuerunt, qualia sunt
quatuor prima. Ex consuetudine autem Ecclesiæ colligi-
mus, quatuor conditiones & sufficere, & requiri ad
generale Concilium.

P R I M A est, vt euocatio sit generalis, ita vt inno-
scentat omnibus maioribus Christianis prouinciis. Id enim
constat semper fuisse seruatum, adeò vt septima Syno-
dus act. 6. idèd iudicauerit Concilium Constantinopo-
litano contra imagines, non fuisse generale, quia non
exiit sonus eius in omnem terram.

S E C U N D A, vt ex Episcopis nullus excludatur, vn-
decunque veniat, modò constet eum esse Episcopum, &
non excommunicatum.

T E R T I A, vt adfint per se, vel per alios, quatuor præ-
cipui Patriarchæ, præter summum Pontificem, videlicet

A Constantinopolitanus, Alexadrinus, Antiochenus, Hie-
rosolymitanus, quia istis suberant omnes alij Episcopi.
id patet tum ex vsu, tum ex septima Synodo, act. 6. vbi
cenfetur Constantinopolitanum contra imagines non
fuisse generale Concilium, quia non habuit Patriarchas:
& in octaua Synodo actione nona, recipitur cum gaudi-
o Vicarius Patriarchæ Alexandrini, tanquam sine illo
aliquid defuisset Synodi plenitudini.

P O R R O hæc tertia non omnino necessaria, sed tan-
tum ad bene esse iudicabatur. nam Synodus tertia sine
Patriarcha Antiocheno damnauit Nestorium Constau-
tinopolitanum, & Synodus Chalcedonenfis sine Pa-
triarcha Alexandrino omnia ferè conclusit: & nunc non
sunt necessarij isti Patriarchæ, quia hæretici, vel certè
schismatici sunt.

Q U A R T A, vt saltem ex maiori parte Christiana-
rum prouinciarum aliqui adueniant, & si quidem Con-
cilium sit in Oriente, semper visum est sufficere, si ex
prouinciis omnibus Orientis Episcopi conueniant mul-
ti, ex toto autem Occidente mittantur aliqui à summo
Pontifice, qui suppleant aliorum locum. Et è contrario,
si celebretur in Occidente, conueniant ex omnibus prou-
inciis Occidentis multi, ex Oriente autem pauci ali-
qui veniant nomine aliorum.

S I C in Concilio Nicæno primo ex Occidete solum
fuerunt duo Presbyteri missi ex Italia, vnus Episcopus
ex Gallia, vnus ex Hispania, vnus ex Africa. In Concilio
secundo & tertio nulli fuerunt ex Occidente: sed tamen
Pontifices Damasus & Cælestinus Concilia illa confir-
marunt, nomine suo & aliorum Episcoporum Occiden-
tis, quos ipsi Romæ collegerant. In Concilio quarto so-
lum fuerunt legati Leonis, & præterea missi ipse consen-
sum aliorum Episcoporum Hispaniæ, Galliæ, & Italiae,
qui in suis prouinciis celebratis Conciliis ad Leonem
scripserant, se in omnibus sententiam eius sequi. Vide
tomos Conciliorum.

E contrario verò ad Concilia Occidentis, vt Latera-
nense sub Innocentio III. Lugdunense sub Gregorio X.
Viennense sub Clemente V. ac nuper Tridentinum, ve-
nerunt Episcopi frequentes ex toto Occidente, ex
Oriente verò pauci quidam duntaxat.

E X quo sequitur, posse interdum Concilia nationalia
esse multò maiora generalibus, quo ad numerum Epi-
scoporum, & tamen minora quo ad auctoritatem. nam
Concilium secundum, tantum habuit centum quinqua-
ginta Episcopos ex vartis prouinciis & nationibus, &
Concilium Carthaginense nationale ex sola Africa, tem-
pore B. Augustini, habuit Episcopos ducetos & septem-
decim, vt refert Prosper in Chronico anni cccc. xx.

C A P V T X V I I I .

*Episcopi in Conciliis non Consiliarios,
sed Iudices esse.*

S Q U I R T A postrema quæstio de forma Con-
ciliorum, quæ tamè bipartita erit. Primò nam-
que explicandum occurrit, an Concilia habeant
formam iudicij, an tantum inquisitionis. Secundò, hoc
definito, quod habeant formam iudicij, quis debeat esse
ordo inter iudices. vt enim in corpore forma dicitur fi-
gura, siue ordo omnium membrorum suo loco posito-
rum, ita in cætu hominum forma dicitur ordo quidam
quo præest, qui debet præesse, subest qui debet subesse.

E S T ergo prima pars quæstionis, An Concilia sit
verum iudicium, & Episcopi veri iudices, ita vt standum
sit eorum sententiæ, quia ipsi sic statuerunt, quomodo
statut sententiæ Prætoris in causis politicis: an verò
tantum sit inquisitio quædam, & tantum valeat decre-
tum Concilij, quantum valet eius ratio, quomodo lo-
quimur de decisionibus Doctorum, quas vel in scholis,
vel in suis commentariis faciunt.

H A E R E T I C I huius tēporis in hoc ferē omnes conueniunt, quōd Concilia non sit, nisi inquisitio, & quōd solus Christus, & verbum eius scriptum habeat suffragium decisiuum: & ideo dicunt, non esse attendendum numerum suffragiorū, & sepe magis sequendum vnum, qui pro se Scripturā adferat, quā totum reliquū Concilium. Et inde etiā deducunt, licere vnicuique examinate decreta Concilij & recipere, vel nō recipere, vt voluerit.

I T A Lutherus docet in assert. articulo 29. & apud Cochleum in quingentis articulis art. 15. Idem vult Caluinus lib. 4. cap. 9. §. 8. institutionum. Idem scribit Brentius in Confessione VVittembergica, capite de Scriptura, & capite de Conciliis. Kemnitius quoque in examine quartae sessionis Concilij Tridentini, passim Catholicos reprehendit, quōd tribuant Episcopis pratoriam auctoritatem iudicandi de controuersis.

D E N I Q U E libellus Protestantium, vbi explicant causas, cur ad Conciliū non venerint, diserte docet, non debere in Concilio conueniri, vt votis & suffragiis questiones definiantur, sed vt inter tam multos aliquis reperiat, qui ex Scriptura ostendat, quid sequendum sit, & alique talem praeponendum Concilio numerosissimo, etiam si arenaum numerum vinceret. Hac sententia ostendunt haeretici, quā parui faciant Concilia, & quōd verē nihil aliud cupiāt, quā quaestiones nūquam finire.

N O S ergo dicimus, cōfessum Episcoporum in Conciliis legitimis esse verum iudicium cōfessum, & eorum decreta, & leges necessariō sequendas. Probatu primō tribus Scripturis. Prima est Deuteronomij 17. vbi iubetur, qui dubia habent, recurrere ad Sacerdotum Concilia. & Quinon obediēt eorum sententia, morte condemnentur. Secunda Matthaei 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus & Publicanus. Hic enim locus, etsi varias explanationes admittat, tamen cū Concilium legitimum omnium cōsensu maximē propriē dici possit Ecclesia, non potest vllō modo rejici haec explicatio, qua asserimus, Dominum iussisse vt sententia legitimi Concilij obediatur.

T E R T I A Act. 15. & 16. vbi Paulus pertransiens ciuitates varias, praecipiebat eis custodire dogmata, quae erāt decreta ab Apostolis in Concilio Hierosolymitano.

D E quo Concilio tria notanda sunt. Primum est, in eo Concilio non ex Scripturis, sed ad suffragia Apostolorum definitam esse quaestionem. Non enim quaestio erat, vt aduersarij fingunt, an sola fides iustificet, sed an Circūcisio, & caeterae legales caeremoniae essent necessariae Christianis. Id quod manifestē colligitur tum ex occasione synodi, de qua sic loquitur S. Lucas Act. 15. Surrexerunt quidam de haeresi Pharisaeorum, qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circumcidere, praecipere quoque seruare legem Moysi. Conueneruntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc, &c. Tum ex epistola Concilij, in qua nihil mandatur, nisi abstinentia à sanguine, suffocato, & immolatiis, & liberantur Gentes ab omnibus aliis iudaicis caeremoniis. Certē autem nihil horum in Scripturis habebatur, vbi enim, quāso, scriptum erat, vt Gentes non seruarent legalia, excepto mandato de abstinentia à sanguine, suffocato, & immolatiis?

A L T E R V M est notandum, Apostolorum sententiam non fuisse permissam examini discipulorum, sed amplius imperatum fuisse, vt obediēt, vt clarissime constat ex locis citatis Act. 15. & 16. quare aduersarij, qui Conciliorum sententiam examini volunt ab vnoqueque homine priuato, cum Scriptura manifestissime pugnant.

T E R T I V M est, Concilij Apostolici definitionem veram legem fuisse obligantem in conscientia: de qua re supra differuimus in quarto libro de Pontifice: & sane id satis Lucas ostendit, cum modō praecpta, modō decreta & dogmata appellat.

S E C V N D O, probatur ex ipsis Conciliis: nam Concilia omnia dicunt anathema non obtemperantibus: vocant sua decreta canones, siue leges Ecclesiasticas: cum subscribūt, Episcopi dicunt: Ego N. definiēs subscripsi. Praeterea in Concilio Chalcedonenfi actione quarta, cum decem Episcopi Aegyptij nolent acquiescere iudicio maioris partis, pro haereticis habebantur: quae omnia sunt apertissima argumēta quōd Concilia sint vera iudicia.

P R O B A T V R tertio: nam si non esset in Conciliis agendum suffragiis, sed disputationibus tantum, perpetua fieret, vt soli Episcopi sententiam ferrent, cum minus disputandi sit hominum eruditorum, siue sint Episcopi, siue non. Cuius contrarium iam supra ostendimus. Frustrā etiam vocarentur Episcopi aliqui rudes & simplices, quales aliquos fuisse in Concilio Nicæno, scribit Rufinus lib. decimo hist. capite tertio.

A D D E, quōd Protestantes in illo suo libello aperte secum pugnant: nam in eo libello docent debere etiam Laicos cum Episcopis habere suffragium decisiuum: & ibidem paulō post dicunt, non debere in Conciliis aliquid definiiri ex multitudine suffragiorum, sed tantum ex testimoniis Scripturarum. Multa alia asseremus postea cum disputabimus, an Concilia possint errare.

A T obiciunt exemplum Paphnutij, qui apud Socratem lib. 1. cap. 8. & Sozomenum lib. 1. cap. 22. toti Concilio Nicæno volenti prohibere Sacerdotibus vsum vxorum, solum liberē restitit, & praeualuit. Lutherus articulo 15. ex quingentis, apud Cochleum in septicipite tricesimo quarto: Res, inquit, est insana, quōd Concilia concludere & statuere volunt, quid credendum sit: cum saepe nullus vir ibi sit, qui diuinum Spiritum, vel modicum olfecerit, sicut contigit in Concilio Nicæno, vbi trahabant, & volebant leges condere super statu Ecclesiastico, ne essent in matrimonio: ibi iam omnes erant falsi: tunc procedebat vnus tantum homo Paphnutius, & resistit hoc votum, dixit, Non ita, hoc non est Christianum: tunc totum Concilium oportuit ab ista conclusione desistere.

R E S P O N D E O primum, incertam esse hanc narrationem, cum eius non meminerint antiquiores, Eusebius, Athanasius, Epiphanius, Rufinus, &c. Secundō, si vera sit narratio, Paphnutiū ante definitionem Concilij restitisse, vt ipsimet auctores testantur, proinde hoc exemplum non esse ad propositum. Tertio dico, Paphnutium non allegasse Scripturā, sed solum auctoritate sua contendisse, & ideo, iudicio aduersariorum, non debuisse audiiri. Quarto addo, Paphnutiū solum cupiuisse, non interdici vsum vxorum, qui eas habebant: tamen hortatam esse Synodū, vt feruere interdiceret Sacerdotibus & Monachis, ne post sacrā Ordinationem, vel Professionem vxores ducerent: vt ibidem Socrates & Sozomenus testantur. ex quo mirum est, si non confundantur Lutherani, qui contra Paphnutij sententiam vxores ducunt, etiam si Monachi & Sacerdotes fuerint.

A D D O postremo, Concilium statuisse planē contrarium eius, quod isti ex Paphnutio referunt. Nam statuit canone tertio, ne in domibus Sacerdotum sint vllae feminae, praeter matrem, sororem, vel amitam. Vnde Epiphanius haeresi 59. dicit, esse contra canones vt Sacerdos, aut Diaconus, vel Subdiaconus liberos gignat: quocirca Lutherus more suo secum pugnant, in lib. de Conciliis, parte prima, aperte dicit Concilium Nicænum prohibuisse Sacerdotibus vsum vxorum: ac se non intelligere Spiritum sanctum in eo Concilio, cum & castrationem prohibeat, & contubernium feminarum.

O B I C I V N T secundō aliqui Catholicī: Si omnes Episcopi essent iudices, teneretur Pontifex, qui Concilio praesidet in decretis faciendis sequi maiorem partem Episcoporum: at falsum est, cum Damasus irritauerit acta Concilij Ariminensis, quibus maior pars Episcoporum consenserat, vt pater ex epistola Damasii ad

Episco

Episcopos Illytici, & Leo irritauerit quoddam decretū Concilij Chalcedonenfis, cui etiam maior pars Concilij assenserat, vt ipse Leo testatur epist. 53. 54. & 55.

R E S P O N D E O primō, nunquam fortasse adhuc accidisse, vt Pontifex sequeretur maiorem partē in Concilio, quando remota fraude & dolo, sententias dixerunt: quod dico propter Concilia Ariminensē & Chalcedonense, quae fraude non caruerunt: nā in Ariminensē deceptos fuisse Catholicos verbi Graeci obscuritate, testatur Rufinus lib. 10. c. 21. in Chalcedonenfi autem fuisse fraudem, pater ex act. 16. eius Concilij, vbi vicarij Romani Pontificis conueniunt, quōd se absentibus fraudulenter factum esset illud decretum.

D I C O secundō, Praesidem Concilij, vt praesidem, debere sequi in decreto formando maiorem partem suffragiorum: tamen Pontificem, non vt Praesidem, sed vt Principem Ecclesiae summum posse retractare illud iudicium: & consequenter, si ipse sit Praesens Concilij, posse, non vt Praesidem, sed vt Principem summum, non sequi maiorem partem, quemadmodum in temporalibus iudiciis debet praesēs a rege constitutus, sequi maiorem partem iudicium: tamen Rex, tanquam superior, potest totum iudicium irritare. Et hoc maximē locum habet in Pontifice, cuius est confirmare, & dirigere fratres suos, & ad hoc habet assistentiam Spiritus sancti, ne erret, iuxta illud Lucae 22. Rogauit pro te, &c. Vide Ioannem de Turrecremata lib. 3. ca. 63. & 64. & Canum lib. 5. cap. 5. quae st. 2.

C A P V T XIX.

Cuius sit generali Concilio praesidere.

A L T E R A pars quaestionis est: an debeat aliquis praesidere, & quis ille sit. Haeretici nostri temporis docent, ordinarium Praesidem Conciliorum debere esse Imperatorem, vel alique ab eo missum, vel si nullum ipse mittat, debere ab ipsa Synodo constitui. Et re ipsa, dicunt in Conciliis generalibus antiquis non praesuisse ferē vnquam Romanum Pontificem, sed vel Imperatorem, aut eius Legatos, vel antiquiorum Patriarcham, aut Episcopum eius loci, vbi fiebat Concilium. ita docent Magdeburgenses cent. 4. cap. 7. col. 536. Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 7. §. 1. & 2. Carolus Molinarius in consilio de Concilio Tridentino non recipiendo, §. 4. vbi aperte mentitur cum ait, Legatos Pontificis post omnes Episcopos in Conciliis semper sedisse, cum in nullo Concilio inueniatur vltimo loco sedisse, Hermannus Hamelmannus lib. 3. prologomenorum cap. 8. & Brentius in prologomen. contra Petrum à Soto.

C A T H O L I C I omnes id munus proprium esse docent summi Pontificis, vt per se vel per Legatos Synodo praesideat, & tanquā supremus Iudex omnia moderetur. Dicimus autem, per se vel per Legatos, quia summus Pontifex nunquam interfuit Conciliis Orientalibus per se: neque id factum est casu, sed certa ratione, vt pater ex epistola Leonis 17. ad Theodosium, & 47. ad Concilium Chalcedonense, vbi dicit, se non venire ad Synodum, quoniam id non patitur consuetudo, nec vlla praedecessorum habet de hac re exempla.

A D D E, quōd Vigilius Papa erat Constantinopoli, cum fieret in ea ciuitate Concilium quintū generale, & tamen noluit interesse, sed per libellum confirmauit acta Concilij, vt scribit Photius in libro de septem Synodis. Ipsi etiam Imperatores cum indicebant Concilia, alios omnes Episcopos per edictum praecipiendo vocabant, Romanum autem inuocabant, vt dignaretur venire, si ei placeret, vt pater ex epistola Martiani Imperatoris ad Leonem Papam, quae habetur ante Concilium Chalcedonense. Quae autem sit ratio huius rei, incertum est. Ioannes de Turrecr. lib. 3. c. 11. ponit aliquot rationes, quae mihi non multum probantur.

E o o suspicor, has duas fuisse causas inter alias, vnam,

quia nō videbatur conuenire, vt caput sequeretur membra, cum potius membra sequi debeant caput: itaque propterea interfuit Papa Conciliis Romanis, & quibusdam aliis, quae ipse conuocauit ad se, id est, ad locum, vbi ipse erat, non autem voluit, neque debuit ire ad Concilia alibi congregata.

A L T E R A ratio est, quia in conciliis Orientalibus semper interfuit Imperator, aut aliquis eius Legatus: & quibus nec Imperator nec legatus eius praesideret Concilio propriē vt Iudex, tamen praesidebat saltem quoad locum materialem: & etiam si summus Pontifex ibi fuisset, adhuc voluisset ille eo modo praesidere, vt pater ex Concilio Florentino, in initio, vbi Graeci omnino contendebant, vt in summo loco sederet eorum Imperator, & summum Pontificem praederet.

A T quamuis vtrunque tolerabile sit, vt Principes seculares in Concilio sedeant ante alios Episcopos, tamen nullo modo conuenit, vt ante ipsum summum Pontificem: ne ergo vel hoc tolerandum esset, vel tumultus excitandus, Pontifex non ibat ad ea Concilia, sed legatos tantum mittebat.

S E D his omisiss, ad summum Pontificem iure pertinere praesidentiam in Conciliis generalibus, probatur primō, ratione ex scriptura petita. Summus Pontifex est pastor, & pater Ecclesiae vniuersae, adeō vt etiam Episcopi & Principes omnes, respectu summi Pontificis, oves, & filij dicantur, vt notū est ex illo Ioannis vltimo: *Pasce oves meas*. Et confirmatur ex eo, quod Concilia vocant Pontificem patrem, & ipse vocat Episcopos in Conciliis congregatos aliquando filios, vt pater ex Theodoro lib. 5. hist. cap. 10. vbi Damasus respondens Episcopis Concilij secundi generalis, sic incipit: *Quod, inquit, Apostolica sedi debitam reuerentiam exhibetis, vobis ipsis magno honori est filij honoratissimi*. Item epist. Concilij Antiocheni ad Iulium, quae sic incipit: *Domino beatissimo & honorabili Patri Iulio, &c.* Et Stephanus Archiepiscopus Carthaginensis, cum tribus Conciliis ita scribitur: *Domino beatissimo & sancto patri Patri Damaso, &c.* Et Concilium Chalcedonense in epistola ad Leonem: *Rogamus, inquit, tute decretis nostrum honora iudicium, vt firmitas tua, filiis, quod decet, adimpleat*. At quis quāso, ambigere potest, vtrum patres filijs, & pastores ouibus praesidere debeant, an filij patribus, & oues pastoribus.

S E C V N D O, probatur ex Concilio Apostolico, Act. 15. in quo Petrus praesedisse affirmat Hieronymus in epistola ad Augustinum, quae est vndecima inter epistolas Augustini: & idem ex eo colligitur, quōd Petrus primus surgit, primus loquitur, primus quaestionem definit, & omnes, vt Hieronymus dixit, sententiam eius sequuntur.

P R O B A T V R tertio, ex actis octo generalium Conciliorum: nam quōd alius Romanus Pontifex praeserit, etiam aduersarij fatentur. Primum generale fuit Nicænum, de praeside huius Concilij, quatuor sunt opinionēs. Aliqui volunt praesedisse Imperatorem: ita Brentius. Alij Eustathium Antiochenum: ita Magdeburgenses loco notato, & Lutherus in libro de Conciliis, parte secunda. Alij Athanasium: ita Caluinus loco etiā notato. Alij Hosium Episcopum, & Vitum ac Vincentium Presbyteros Legatos Romani Pontificis.

P R I M A opinio falsissima est. Nam in primis Constantinus post omnes Episcopos subscripsit, vt testatur Basilius Imperator in fine V III. Synodi: at tales primo loco subscripsit. Deinde Constantinus non ausus est sedere, nisi in sede humiliori, quā esset Episcoporum, & annuentibus Episcopis, vt colligitur ex Theodoro libro 1. cap. 7. hist. & Eusebio lib. de vita Constantini.

P R A E T E R E A, Constantinus in ipso Concilio professus est, se debere ab Episcopis iudicari, eiusque subiectum

N n 4

esse, non præpositum, ut scribit Ruffinus lib. 10. cap. 2. Quomodo igitur non secum ipse pugnaverit, si in Episcopali iudicio præsidere voluisset?

A D hac Ambrosius epist. 32. dicit, Constantium in Concilio Nicæno non se fecisse iudicem, sed liberum reliquisse iudicium Sacerdotibus. Item Athanasius in secunda apologia dicit, non posse haberi Synodum, in qua non Episcopus, sed comes aliquis præfuderit. Et in epistola ad solitariam vitam agentes, arguit vehementer Constantium, quod in Conciliis primas partes tenere veller: Si, inquit, iudicium Episcoporum est, quid cum eo commune habet Imperator? Et in præcedentibus refert Hosium scripsisse eidem Constantio. Ne, inquit, nobis in hoc genere præcipere, sed ea potius à nobis discere, tibi Deus imperium commisit: nobis ea, quæ sunt Ecclesie, concedidit. Et non procul à fine, Quis enim, inquit, videns eum in decernendo principem se facere Episcoporum, & præsidere iudicis Ecclesiasticis, non merito dicat, illum eam ipsam abominatorem desolationis esse, quæ à Daniele prædicta est? Vbi aperte vocat Constantium Antichristum, quia ausus est præsidere in iudicio Ecclesiastico.

SCRIBIT quoque Suidas in vita Leontij, quod cum Leontius Constantium in Concilio præsentem, & loquentem videret, dixit ad eum, mirari se, quod ille propriorum negligens, id est, bellorum, aliorumque civilium negotiorum, se in alienis, id est, Ecclesiasticis tam curiosum præberet. At certè nec Athanasius, nec Hosius, nec Leontius reprehendisset in Constantio, quod Synodis præsidere voluisset, si antea pater eius Constantinus in Concilio Nicæno præfudisset.

QUOD Eustathius non fuerit præses probatur. Primo, in subscriptione Eustathius non inuenitur primus, nec secundus, nec tertius, sed inter alios inferius positus. Secundò, quia cum esset in Concilio Alexander Alexandrinus Episcopus; Antiocheno maior, & dignior, nulla ratio sinebat, ut ipse præcederet.

At inquit Magdeburgenses, apud Eusebium lib. 3. de vita Constantini, legimus eum, qui primus sedebat à dextris Imperatoris, orationem habuisse de laudibus Imperatoris. Eum autem qui orationem habuit, constat, fuisse Eustathium, ex Theodoro lib. 1. hist. cap. 7.

RESPONDEO, Eustathium fuisse primum dextræ ordinis Episcoporum, ut Eusebius dicit, non tamen primum immediatè post Imperatorem. Constat enim ex Athanasio in epistola ad solitariam vitam agentes, Hosium fuisse Principem eius Concilij, & proinde ante Eustathium sedisse.

ITA QUÆ (si coniectare licet) tres ordines sedij erant in Concilio: vnus à dextris, alter à sinistris, & tertius in capite aulæ totius: & quidem in hoc tertio sedebat medijs Imperator inter Episcopos Hosium Legatum Pontificis, & Alexandrum Episcopum Alexandrinum, nec non Vicum & Vincentium, Legatos item Apostolicos. Deinde primus ordinis eius, qui erat à dextris, sedebat Eustathius Episcopus Antiochenus. Alterius autem ordinis, qui erat à sinistris, sedebat primus Macarius Episcopus Hierosolymæ: atque hac ratione seruabatur ordo dignitatis inter primarios Patriarchas, quem certè valde probabile est seruatum fuisse in ea Synodo: vel certè, si id placet, respondere possumus, Eustathio datum esse locum digniore ob antiquitatis & sanctitatis eius meritum, sed non propterea eum Concilio præfudisse. Nam alioquin Imperator præfudisset in Concilio IV. & V. qui in summo loco sedebat. Itaque non tam ex loco, quam ex subscriptione colligenda est præsentia: sepe enim honoris gratia ille sedet primus, qui reuera primum locus non tenet.

QUOD verdè Athanasius non fuerit præses, vix eget probatione: solus enim Caluinus, & sine vlla ratione id asserit: & præterea constat, Athanasium tunc fuisse

A Diaconum, & iuisse ad Concilium cum Episcopo suo Alexandro, & nec sedisse, nec subscripsisse. Vide Ruffinum lib. 10. Historiæ, cap. 14. & Sulpitium lib. 2. sacre Historiæ, Gregorium Nazianzenum oratione in Athanasium, & ipsum Athanasium in secunda Apologia.

PORRO Diaconum sedere, nedum præsidere in Synodo Episcoporum, nisi locum teneat Episcopi sui, est omnino inauditum. Non autem tenebat locum Episcopi Athanasius, cum Episcopus ipse Alexander adesset præfens: denique inter subscriptiones inuenitur quidem subscriptio Alexandrini Episcopi Alexandri, proxime posita post subscriptionem Romanorum Presbyterorum, at subscriptio Athanasij nusquam reperitur.

QUOD ergo præfides fuerint Legati Pontificis Episcopus Hosius, Vitus, & Vincentius Presbyteri, probatur primò ex subscriptionibus. Hi enim tres primi omnium subscripserunt. Secundò, ex Cedreno in compendio historiarum, & Photio in libro de septem Synodis, qui dicunt, Syluestrum per suos Legatos Concilio Nicæno auctoritatem contulisse. Tertio, ex Athanasio in epistola ad solitariam vitam agentes, ubi dicit, Hosium Principem fuisse in eo Concilio, & ipsum esse, qui composuit Symbolum, quod dicitur Nicænum.

CUM autem Hosius fuerit simplex Episcopus, & proinde inferior omnibus Patriarchis, qui erant in eo Concilio, sine dubio nunquam habuisset primum locum, nisi vicem gessisset Romani Pontificis. Itaque in præfatione quadam Concilij Sardicenis, quæ habetur in primo tomo Conciliorum, & fortasse est Dionysij exigui viri doctissimi, disertis verbis habetur, Hosium Cordubensem in Nicæno Concilio Legatum egisse Romani Pontificis, quod etiam ex codice Græco intelligi potest, qui in Vaticana Bibliotheca habetur: cuius testimonium vide in lib. 2. de Concilio Nicæno, edito ab Alphonso Pisano, Societatis Iesu, Colonia anno M. D. LXXXI.

SECUNDVM Concilium generale fuit Constantinopolitanum primum, in quo constat non præfudisse Imperatorem, sed tantum misisse ad Episcopos literas Romani Pontificis, quibus ad Concilium vocabatur, ut patet ex epistola Concilij ad Damasum, apud Theodoretum lib. 5. c. 9. constat etiam non præfudisse Romanum Pontificem, sed Nestorium Episcopum Constantinopolitanum; cuius rei causa est, quia Romanus Pontifex non interfuit, nec per se, nec per Legatos. Pontifex enim Damasus conuocauerat quidem Episcopos Orientis Constantinopolim, sed ex eo loco postea volebat eos Romam venire, ubi ipse coegerat Synodum Episcoporum Occidentalium, ut Romæ heret plenissimum Concilium.

CÆTERVM, Orientales excusauerunt se iustas ob causas, & coniuixerunt se animis, & sententiis cum Occidentalibus, non autem præsentia corporali. Vide epistolam Damasij ad Concilium Constantinopolitanum, & Concilij ad Damasum, apud Theodoretum, lib. 5. c. 9. & 10. quod autem, si Damasus adfuisse, sine dubio præfudisset, patet ex eisdem epistolis, ubi illi Damasum, ut caput suum agnoscunt, & ipse filios eos vocat.

TERTIVM Concilium fuit Ephesinum I. in quo certum est, non præfudisse Imperatorem, sed Romanum Pontificem per legatos suos. Quod non Imperator, nec aliquis nomine eius, patet ex epistola ipsius, videlicet Theodosij Iunioris ad Synodum Ephesinam, quæ habetur tomo 1. eius Concilij cap. 32. ubi dicit se misisse Candidianum Comitem ad Concilium, non ut misceret se quæstionibus Ecclesiasticis, sed ad Synodi defensionem. Vide epistolam Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem.

QUOD Romanus Pontifex Cælestinus præfuderit per Legatum suum sanctum Cyrillum, restantur omnes historici: Euagrius lib. 1. cap. 4. Photius in libro de septem Synodis: Prosper in Chronico: Nicephorus lib. 14. c. 34.

& Liberatus Abbas in Breuiario, c. 15. Denique Iustinianus in edicto, & Nicolaus primus in epistola ad Michaelem: & ipse Cælestinus in epistola ad Cyrillum, quæ extat in hac Synodo, tomo 1. cap. 16. & inter opera Cyrilli.

AT Caluinus respondet, Cælestinum aliquo artificio quæsiuisse saltem nomen præfidentia, cum rem habere non posset, & ideo idem mitteret illos suos, Cyrillo qui alioqui præfutura erat, vices suas delegasse, ut saltem per illum præfiderere videretur.

AT figmentum istud Caluini, quod sine vlla ratione profert, facile refellitur. Primum, ex Prospero, qui dicit, Nestorio præcipuè restituisse Cyrilli industriam, & Cælestini auctoritatem.

SECUNDO, ex epistola Cælestini, qua videmus mandari Cyrillo vices Romani Pontificis, multò antè, quàm Legati cæteri mitterentur.

TERTIO, ex Nicephoro loco notato, qui dicit adeo magni fecisse Orientales hoc priuilegium datum Cyrillo à Cælestino, vt deinceps Cyrillus mitram, & nomen Papæ, atque vt Iudex orbis vniuersi appellaretur, acceperit, & hæc ornamenta etiam ad successores transierit.

QUARTO, ex epistola Cyrilli ad Constantinopolitanos, in qua dicit, quod si Nestorius intra terminum à sancto Cælestino Papa præscriptum, non respuerit, communionem Ecclesie priuabitur.

QUINTO, ex ipsa Synodo, quæ vt refert Euagrius lib. 1. cap. 4. & ex ipsa sententia, quæ habetur tomo 2. cap. 10. huius Synodi, cum damnationem in Nestorium pronunciare veller, præmisit, se cum aliis Ecclesie canonicis, tum præcipuè literis Papæ Cælestini, necessariò compulsum ad tam seueram sententiam.

DENIQUE, extat epistola Synodi ad Cælestinum, in qua referunt iudicio ipsius Cælestini causam Ioannis Episcopi Antiocheni, vt ipse in eum sententiam ferat. quæ omnia sunt certa argumenta, quod Cælestinus re ipsa fuerit Præses, & princeps in eo Concilio.

QUARTVM Concilium est Chalcedonense, in quo initio, id est, in prima actione Imperator Martianus interfuit, & sedit primo loco, non tamen præfedit, vt Iudex, vt ipsemet testatur est in oratione ad Synodum, quæ extat actione prima, ubi ait, se venisse ad confirmandam fidem, sicut olim fecerat Constantinus Magnus, id est, non venisse ad explicandam fidem, & controuersias iudicandas, sed ad hoc, vt fides à Concilio explicata, firma ac rata consisteret, defensa videlicet Imperatoris ope, & auctoritate.

INTERFERVNT denique nomine Imperatoris in alijs actionibus quidem iudices seculares, qui non erant Iudices controuersiarum fidei, sed tantum, an omnia fierent legitime, sine vi, & fraude, & tumultibus. Quia enim in Concilio Ephesino secundo Dioscorus Episcopus militibus introductis, vi coegerat Episcopos ad subscribendum: In hoc Concilio interfuerunt vel Imperator, vel Vicarij eius ad impediendam violentiam. Id quod ex toto Concilio apparet: nunquam enim sententiam ferunt, nunquam subscribunt, & in omnibus sententijs Episcoporum acquiescunt.

PRÆFERVNT autè seuera, vt Iudices Ecclesiastici Legati Leonis Papæ. Ipsi enim in omnibus actionibus primi nominantur, primi sedent, primi loquuntur, primi subscribunt, ipsi sententiam definitiuam in Dioscorum profertur, nomine Papæ, & totius Concilij, actione 3. his verbis: Sanctissimus ac beatissimus Papa caput vniuersalis Ecclesie Leo, per nos legatos suos sancta Synodo consentiente, Petri Apostoli prædij dignitate, qui Ecclesie fundamentum, & petra fidei, & celestis Regni tanquam nuncupatur, Episcopali dignitate Dioscorum nudauit, & ab omni sacerdotali opere facit extorrem.

DENIQUE B. Leo, & Concilium totum id fatetur. Leo epistola 47. ad Concilium Chalcedonense, sic ait:

A In his, inquit, fratribus Paschasino, & Lucentio Episcopis, Bonifacio, & Basilio Presbyteris, qui ab Apostolica sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas existimet præfiderere. Concilium Chalcedonense in epistola ad Leonem, qua habetur actione tertia in quibusdam exemplaribus, in alijs post finem Concilij: Quibus, Episcopis Concilij, tu quidem sicut membris caput præeras in his, qui tuum tenebant ordinem, beneuolentiam præferens: imperatores verdè ad ornandum decentissimè præfidebant, & c.

CALVINVS respondet, in hoc quidem Concilio præfudisse Legatos Pontificis Romani, sed ex priuilegio Imperatoris, quod extorserat Leo Papa: Cum enim fuisset Concilium Ephesinum secundum, inquit Caluinus, non est ausus Leo petere primam sedem in Concilio, sed misit legatos & paschus est eos subesse Dioscoro Alexandrino Episcopo Præfidi: quia verò res male cessit, & Dioscorus non rectè nauim gubernauit, Leo illa occasione accepta petiit ab Imperatore, vt permitteret aliud Concilium fieri, cui Legati sui præfessent. Imperator, quia videbat non esse in Oriente vltos idoneos Episcopos tanto oneri, ex defectu personarum permisit Romanis Legatis præfidentiam.

HÆC historia quam Caluinus sine vlla probatione recitat, plena est mendacijs, nam in primis, quod Leo non sit ausus petere primam sedem in Concilio Ephesino, mendacium est. Scribit enim Liberatus in Breuiario capite duodecimo, Legatos Romani Pontificis noluisse in Concilio sedere, cum vidissent præfiderere Dioscorum, & non datam sanctæ sedi Romane præfessionem.

PORRO Dioscorum extorsisse contra fas ab Imperatore præfidentiam illam, scribunt Zonaras in vita Theodosij, & Euagrius lib. 1. cap. 10. Vnde etiam Leo epist. 24. 25. & 26. ad Theodosium & Pulcheriam, frequenter repetit, Dioscorum in ea Synodo sibi vindicasse principatum: ubi etiam testatur, Flavianum Episcopum Constantinopolitanum appellasse à Concilio illo ad Apostolicam sedem, & libellum appellationis tradidisse Legatis Romanis, quomodo ergo non auderet Leo in eo Concilio præfidentiam petere, à quo ad se tanquam ad maiorem appellabatur?

DEINDE, quod Leo petierit ab Imperatore, vt sui Legati præfessent in Synodo Chalcedonensi, & quod Imperator id concessit defectu personarum Orientalium, mendacia impudentissima sunt: nihil enim tale ab vilo narratur, immò videmus Leonem Legatos misisse absolute, vt præfiderent, nullius consentu petito, nedum venia vel permissione.

QUINTVM Concilium fuit Constantinopolitanum secundum, in eo præfedit non Menas (vt falsò Caluinus docet) Concilium enim à Mena celebratum, non generale, sed particulare fuit, vt supra demonstrauimus: sed Eutychius Menæ successor, qui tamen agnouit, & professus est, præfidentiam debitam fuisse Romano Pontifici, si is interesse Concilio voluisset.

VNDÈ Zonaras in vita Iustiniani: Sub hoc, inquit, quintum Concilium est coactum centum sexaginta quinque Episcoporum, quorum Princeps fuit Vigilus Papa Romanus. Et ipse Eutychius Patriarcha in epistola ad Vigilium, quæ habetur in fine primæ collationis quintæ Synodi, Petimus, inquit, præfidente nobis vestra Beatitudine, de viribus capitulis queri & conferri.

QUÆ verba Patriarchæ Eutychij nò solum mendacium Caluini refellunt, qui scripsit, Menam in eo Concilio præfudisse, sed etiam alterum Illyrici, qui centuria 6. capit. 9. columna quingentesima nona asseruit, Vigilium Papam noluisse in Synodo interesse, se coegerit secundus Eutychio assidere. At quæ hoc timere potuit, cum ipse Eutychius præfidentiam illi offerret?

SEXTVM Concilium fuit Constantinopolitanum tertium, in eo Præfides fuerunt Legati Agathonis Romani Pontificis, Petrus & Gregorius Presbyteri, ac Ioannes

Diaconus. Id enim affirmat Zonaras in vita Constantini quarti, & præterea ex ipsa Synodo patet, ubi in singulis actionibus isti primi omnium nominantur, loquuntur, subscribunt. Interfuit in hac Synodo etiam Imperator Constantinus, cum nonnullis viris illustribus, & præfedit, id est, primo loco sedet, sed non fuit vlllo modo iudex, aut formaliter Præses: nam nullam sententiam tulit, & vltimus omnium subscripsit, non definiens, sed consentiens.

SEPTIMUM Concilium est Nicanum secundum, in quo sine controuersia Præsides fuerunt Legati Papæ Adriani primi, Petrus Archipresbyter, & Petrus Abbas Sancti Sabbæ. Isti enim primi nominantur, & primi subscribunt. Imperator nihil in hac Synodo egisse legitur.

OCTAVUM Concilium est Constantinopolitanum quartum, in quo etiam sine controuersia Legati Adriani secundi præfederunt, videlicet, Donatus & Stephanus Episcopi, & Marinus Diaconus qui primi nominantur, & subscribunt, & in ipsa prima actione rogati à Concilio, vt ostenderent literas Papæ, quibus daretur eis præfidentia, mox exhibuerunt literas Adriani.

DENIQUÉ ad finem Concilij ita subscribit primus: *Ego Donatus Dei gratia Episcopus Hostiensis, locum obrinens Domini mei Adriani vniuersalis Papæ, huic sanctæ & vniuersali Synodo præsidens, omnia, que superius leguntur, promulgavi, & manu propria subscripsi.*

IMPERATOR autem Basilius adfuit quidem, sed in sine Concilij apertè testatus est longa oratione non esse suum, nec vllius hominis Laici, miscere se Ecclesiasticis iudiciis, & tandem subscripsit post omnes Patriarchas, non definiens, sed suscipiens, & consentiens: præfatus etiam antea se debuisse subscribere post omnes Episcopos, vt olim fecerunt Constantinus, Theodosius, & Martinianus: tamen se subscripsisse immediatè post Patriarchas, quia tali eum honore Episcopi afficere voluerunt.

SI ergo his addamus reliqua generalia Concilia, in quibus omnibus sine controuersia Pontifex Romanus præfedit, habebimus ex continua Ecclesiæ consuetudine, propriè ad Romanum Pontificem pertinere munus, in Conciliis generalibus præfidenti.

DE cæteris, quæ ad formam pertinent Conciliorum, vt de ordine, quo ceteri sedere debent, de vestibus Episcoporum in Synodo: de modo procedendi, &c. Vide Ioannem de Turrecremata libro tertio, capite vicesimo sexto, & vicesimo septimo, & Conciliū Toletanū quartum, capite tertio, Toletanum vndecimum, cap. 1. & initium Conciliorum Constantinensis & Basiliensis.

CAPVT XX.

Soluntur argumenta aduersariorum.

ARGUMENTA Caluini sumuntur à praxi Ecclesiæ. Proponit enim quinque Concilia, in quibus Pontifex Romanus non præfuit. Videlicet Nicænum, cui præfuit Athanasius: Quintum generale, cui præfuit Menas: Ephesinum secundum, cui præfuit Dioscorus: Carthaginense sextum, cui præfuit Aurelius, etiam si adessent Legati Pontificis: & Aquilense, cui non Damascius, sed Ambrosius præfedit. Sed ad prima tria iam est responsum.

AD quartum dico, solum in generali Concilio debere necessariò Romanum Pontificem præfidere: in prouincialibus enim, vel nationalibus, qualia sunt omnia Carthaginensia, non negamus, deberi præfidentiam Archiepiscopo, vel Primati eius loci. Porro Legati R. Pontificis non fuerunt ad illud Concilium missi, vt præfiderent, sed vt quædam tractarent cum eo Concilio nomine Romanæ Ecclesiæ.

AD quintum dico, argumentum consisti ex duobus mendaciis Caluini, quæ sunt maior & minor propositio: ex quibus quid potest colligi, nisi mendacium? Primum mendacium est, quòd Aquileiense Concilium fuerit generale: nam primò si fuisset generale, fuisset secundum,

& proinde Constantinopolitanum, quod postea sequutum est, non fuisset secundum, sed tertium: deinde vix interfuerunt Episcopi XXX. qui certè non sufficiunt ad generale Synodum faciendum.

DENIQUÉ, in epistola huius Concilij ad Imperatoré, dicunt Patres, non fuisse opus congregare Conciliū generale, sed abundè satis fuisse ad id, pro quo vocati erant, paucos illos Episcopos, præsertim cum essent ex variis prouinciis Occidentis. Itaque Concilium fuit prouinciale, sed adiutum etiam aliquot Legatis quorundam aliarum prouinciarum.

SECUNDUM mendacium est, quòd Ambrosius præfederit: nam primus nominatur Valerianus Episcopus Aquileiense, secundus Ambrosius Mediolanensis, quod est argumentum, Valeriano datum esse primum locum: neque his repugnat, quòd Ambrosius in eo Concilio ferè solus disputat cum hæreticis: munus enim discutiendi non præfidi, sed Episcopo doctissimo demandari solet.

BRENTIVS argumenta petit ex Testamento veteri, in quo constat præcipuos Iudices, etiam in rebus spiritualibus fuisse Principes, siue Reges, vt patet de Moyse, Iosue, Dauide, Salomone, Ezechia, Iosia: accedit quod Deus commisit Principibus custodiam legis diuinæ, vt dicitur Romanorum decimo tertio: *Si malè egeris, time: non enim sine causa gladium portat.* Ergo principum est iudicare de lege Dei, quomodo sit seruanda, & punire transgressores. Sed hoc argumentum iam est à nobis solutum in libro tertio de verbo Dei, & in libro primo de Pontifice. Quia tamen non piguit aduersarios eadem argumenta sæpius repetere, nec nos pigebit solutiones quoque sæpius repetere.

RESPONDEO igitur primò, Mosè non solum Principem, sed etiam summum Sacerdotem fuisse, vt patet ex Psalmo nonagesimo octauo: *Moyse & Aaron in sacerdotibus eius*, Iosue autem, Dauidem, Salomonem, & aliquos alios non solum Reges, sed etiam Prophetas fuisse, quibus Deus quædam extraordinariè committebat, quæ ad Sacerdotes alioquin ex officio spectabant: hoc modo Salomon Rex amouit Abiathar à Sacerdotio, & constituit Sadoc pro eo. 3. Regum 2. id enim fecit, non vt Rex, sed vt Propheta ex diuina inspiratione: vnde subiungitur ibidem causa. *Vt impletur sermo Domini, quem loquutus est super domum Heli, in Silo.*

SED non propter ista extraordinaria, delenda est ex Deut. c. 17. lex illa generalis, qua iubentur omnes in dubijs circa legem recurrere ad Sacerdotes, neque illa Malachia 2. *Labra sacerdotum custodient scientiam, & legem requirunt ex ore eius.*

DICO secundò, alios Reges Synagogæ, qui boni fuerunt, nunquam se miscuisse in negotijs sacerdotalibus eius, & si quando se miscuerunt punitos fuisse, vt patet de Rege Iosaphat optimo, qui 2. Par. 19. apertè distinguit officia, & dicit: *Amarias Sacerdos & Pontifex in omnibus, que ad Deum pertinent, præsidebit: porro Zabadias, qui est Dux in domo Iuda, super ea opera erit, que ad Regis officium pertinent.* E contrario autè Ozias Rex 2. Paralip. 26. cum Sacerdotis officium usurpare voluisset, mox à Deo percussus, leprosus factus est, & permansit vsque ad mortè.

AD confirmationem dico, Reges esse custodes Legis diuinæ, sed non interpretes, & proinde ad eorum officium pertinere, vt legibus & edictis suis iubeant eam fidem teneri, quam Sacerdotes tenendam docent, & hæreticos ab Ecclesia iudicatos coercerent pœnis temporalibus, vt Augustinus docet in epist. 48. 50. & 166. & pij Imperatores Constantinus, Theodosius, Martinianus, alique id sæpe fecerunt, vt patet ex Legge, Cunctos populos, C. de summa Trinitate & fide Catholica, & ex toto titulo de hæreticis, in eodem Codice.

ARGUMENTA Hermannii sumuntur ex variis exemplis veterum. Primum est ex disputatione Athanasij cum

Ario

Ario, præfidente Probo Iudice, homine laico, & nondum Christiano, quem Imperator Constantinus deputauerat, quæ quidem exstat imperfecta in operibus Athanasij, sed perfecta in operibus Vigilij Episcopi Tridentini, qui floruit circa annum Domini cccc.

RESPONDEO, nunquam fuisse talem disputationem re ipsa habitam, sed Vigilium eam composuisse per modum Dialogi, vt eo modo scriberet contra Arianos, vt ipsemet faretur libro 5. contra Eutychem, non procul ab initio, & præterea res ipsa clamat: nam disputatio habetur inter quatuor homines, Sabellium, Arium, Plotiū, & Athanasium tunc Episcopum, vt patet ex epistola Imperatoris, quæ initio disputationis fingitur missa ad Probum. At Sabellius obiit antequam vllus ex aliis tribus orbi innotesceret, vt patet ex Eusebio lib. 7. hist. capite 5. Arius quoque obiit tempore Constantini, antequam Constantinus regnare inciperet, vt patet ex Socr. lib. 1. c. 25. ergo non potuit cum Athanasio congregari, tempore Constantij, vt hic fingitur.

QUOD verò quidam dicunt duos fuisse Arios, & cum posteriore tantum disputasse Athanasium, refellitur ex ipsomet Vigilio, qui initio huius disputationis apertè testatur, se loqui de illo Ario, qui Arianam hæresim primus excogitauit.

SED dices etiam si Dialogus sit fictus, tamen apparet, nõ esse visum absurdū Vigilio, si iudex laicus præfesset disputationi de religione. Respondeo, Vigilium ita Dialogum composuisse, vt ostenderet tantam esse vim Catholice veritatis, vt etiam sub iudice non Christiano vincere possit.

SECUNDUM exemplum est desumptum ex Zonara in vita Constantini, ubi legimus, ad petitionem Helenæ, quæ conabatur pertrahere Constantinum filium à fide Christi ad Iudaismum, disputasse Syluestrum cum Iudæis coram quibusdam senatoribus, tanquam iudicibus, ex mandato Constantini.

RESPONDEO, videri incertam istam narrationem: omnes enim veteres Helenam laudant, vt fœminā Christianissimā, & non solum Catholicis, sed etiam Magdeburgenses cent. 4. colum. 694. rideant hanc narrationem, vt fabulosam, & ex Chronico Eusebij colligitur anno cccxxv. lignum crucis Dominicæ ab Helena inuentum, & Marianus Scotus sub annum cccxxvij. scribit illam disputationem incidisse opera Helenæ, tunc Christum persequentis, quæ nullo modo cohærent.

TERTIUM exemplum sumitur ex Optato Mileuitano, & Augustino, qui multis in locis scribunt, Donatistas in causa Cæciliani ab Imperatore iudices postulasse: Imperatorem autem dedisse eis Romanum Episcopum cum aliis quibusdam Episcopis, sed eos appellasse, & ab Imperatore accepisse alios iudices in Gallia, quos rursus appellantes Imperator ipse iudicauit: ergo summus Iudex in causis Episcoporum est Imperator.

RESPONDEO bene habet quòd hæretici argumentantur ex gestis hæreticorum maiorum suorum: nam quòd malè fecerint recurrendo ad Imperatorem tanquam iudicem, & quòd peius fecerint rursus ad eum appellando, Opratus, Augustinus, & Imperator ipse, testes sunt. Augustinus epist. 48. dicit, hinc meritò reprehendi Donatistas, quòd apud Imperatorem accusauerint Cæcilianum, cum potius eum apud Episcopos transmarinos conuincere debuissent: & ibidem addit, Imperatorem ordinariū egisse, qui Donatistas ad se venientes remisit ad iudicium Melchias Romani Episcopi.

OPTAVS libro 1. contra Parmenianum refert, Imperatorem sic exclamasse: *O rabida furoris audacia, sicut in causis Genitium fieri solet, appellationem interposuerunt.* Itè Augustinus in epist. 162. *Qua in re, inquit, quemadmodum dicitur illos Constantinus audiuisset, atque vltimam, vt eis ipse cessit, vt de illa causa post Episcopos iudicaret, à*

sanctis Antistitibus veniam postea petiturus, sic & illa aliquando cederent veritati. Vbi vides Constantinum ægrè tulisse ad se appellari, & iudicasse post Episcopos coactum, vt vel sic frangeret furorem Donatistarum, cum viderent se ab omnibus condemnari: & præterea intellexisse Constantinum se non posse iure suo iudicare, sed tantum ea spe, quòd postea Episcopi veniam illi darent, à quibus eam petiturus erat. Quæ autem fuerit mens Constantini extra hos articulos necessitatis, patet ex Rufino lib. 10. hist. cap. 2. ubi asseruit se debere iudicari ab Episcopis, non eos iudicare.

QUARTUM exemplum est sumptum ex Breuiculo collationū circa principium, ubi sic Augustinus loquitur: *Cum Catholici Episcopi, & partis Donati, iussu Imperatoris disputando inter se gestis apud Tribunū, & Notarium Marcellinum cognouissent, contulissent, &c.* Et in fine Breuiculi asserit, Marcellinum, vt iudicem, sententiam tulisse pro Catholicis contra Donatistas.

QUINTUM exemplū sumitur ex Sozomeno li. 4. c. 5. & ex Epiphano hæresi 71. ubi scribit Photinum petiisse, & impetrasse ab Imperatore iudices, coram quibus causam suam ageret.

RESPONDEO ad quartum exemplum, ex doctrina ipsius Augustini, collationem illam cum Donatistis extraordinariam, & quadam necessitate susceptam fuisse: nam vt scribit idem Augustinus lib. 3. contra Iulianum cap. 1. cum Pelagiani vellent opera Imperatoris cogere Catholicos ad collationem eo modo, quo antea Catholici cogèrant Donatistas: Augustinus respondit Catholicos eam collationem modo extraordinario cum Donatistis necessariò habuisse, eò quòd illi totam Africam infestarent, nec possent aliter reprimi, vel ad Concilium cogi, nisi per temporales potestates, vt tunc factum est.

DICO præterea, illud iudicium non fuisse tale, quale est de quo nos agimus: non enim ita iudicauit Marcellinus, vt eius sententia totam Ecclesiam obligauerit, sed tantum vt repræfessit audaciam Donatistarum: sententia enim Marcellini fuit, Donatistas ita à Catholicis confutatos, vt non habuerint quod respondere possent. Sicut etiam cum Augustinus disputauit cum Pascetio Ariano, arbitro Laurentio, vt patet ex epistola Augustini 174. & 178. sententia Laurentij non faciebat rem de fide, sed tantum valebat ad confusionem Pascetij, qui victus pronunciabatur, & idem dicendum est de disputatione Photini hæretici, & de similibus disputationibus. Numquam enim in ecclesia habitæ sunt pro legitimis definitionibus, qualia sunt decreta Conciliorum.

SEXTUM exemplum sumptum est ex Socrate libro 5. cap. 10. & Sozomeno lib. septimo, cap. 12. ubi legimus, Imperatorem Theodosium iussisse, vt singuli Principes variarum religionum, id est, Catholici, Ariani, Eunomiani, adferrent ad se scriptam formulam fidei suæ: quod cum factum esset, Imperatorem impensè Deum orasse, vt animum suum dirigeret in vera fide eligenda, & tum demum lectis omnibus confessionibus solam Catholicam approbasse, & eam seruari iussisse.

RESPONDEO, Theodosium non suscepisse aliquam nouam controuersiam definiendam, neque se iudicem vlllo modo fecisse in causa fidei: quod patet. Primò, quia illa quæstio iam definita erat in Concilio Nicæno, cuius ipse ad eò strenuus sectator erat, vt noluerit baptizari ab Episcopo Theflalonicensi, nisi prius intelligeret eum esse fidei Nicænae, vt est apud Socratem lib. 5. capite 6. non ergo dubitare potuit, an esset verior fides Ariana, an fides Catholica.

SECUNDUM, quia Ambrosius in epistola tricesima secunda dicit, non esse Imperatorum in causa fidei iudicare, & hoc probat testimonio Constantini, Valentiniiani senioris, & Theodosij, item in Concilio Aquileiensi, idem Ambrosius dicit Imperatorem Theodosium libertum

reliquisse

reliquisse iudicium sacerdotibus. Theodosius igitur nihil iudicavit in causa fidei, sed tantum legit scetiariorum confessiones, ut eis acquiesceret, eisque satisfaceret, ne videretur eos inauditos sine ratione damnare.

QVOD autem scribit Socrates, Theodosium à Deo per orationes postulasse, ut se dirigeret in eligenda fide, falsum esse arbitror. nam cum oraverit secretò, ut idem Socrates affirmat, quis potest scire, quid oraverit? & præterea certum est eum non sic orasse, quia sic orando peccasset peccato infidelitatis, dubitando de fide, quam semel acceperat; & tamen eum in hoc facto nihil peccasse, sed laudabiliter egisse, omnes fatentur. Oravit igitur, non ut dirigeretur in eligenda fide, sed ut dirigeretur in eo negotio, ne aliquid imprudenter ageret, & fortasse à Deo venia petiit, quod alieni ius occupare videretur, & simul oravit, ne deciperetur legendo confessiones tot hereticorum.

SEPTIMUM exemplum sumitur ex Theodoro lib. 5. cap. 23. ubi legimus, quòd cum Romani Pontifices nollent Flavianum esse Episcopum Antiochenum, tamen Theodosius Imperator aliter iudicavit, & iussit Flavianum Antiochiæ esse Episcopum.

RESPONDEO, hanc historiam mirificè ostendere Romani Pontificis primatum, & nihil planè obesse præfenti causæ. Dico igitur, Pontificem iure noluisse, ut Flavianus esset Episcopus, Imperatorem autem, quod fecit, ex potentia, non ex iustitia fecisse. Id quod probò, quia, ut Socrates refert lib. 5. cap. 5. cum esset schisma in Ecclesia Antiochena, & simul sederet Meletius, & Paulinus, placuit tandem omnibus, ut simul sederent; sed cum alter moreretur, alter solus Episcopus esset, nemine succedente Episcopo mortuo, idque iureiurando confirmaverunt; at nihilominus mortuo Meletio in eius locum Flavianus successit, vivente adhuc Paulino: quod contra iuramentum; & proinde illicitum fuisse omnibus notum erat. Quid ergo mirum, si id Romano Pontifici Damaso displicebat?

QVOD CIRCA Diuus Ambrosius in epistola 78. ad Theophilum Alexandrinum de hac re loquens, sic ait: *Scribit Sanctitas tua, Flavianum ad imperialium rescriptorum suffragia remeavisse. Frustra ergo, tantorum sacerdotum sisus labor: iterum ad huius seculi iudicia revertendum. Et infra: Sanè referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum Romanæ Sacerdotem Ecclesia.*

PRÆTEREA Chrysostronus quoque Antiochiæ non à Flavianio, sed ab Euagrio Paulini successore Presbyter ordinatus est, ut est apud Socratem lib. 6. cap. 3. quòd ille nunquam passus esset, si Flavianum pro vero Episcopo habuisset. Item Theophilus Alexandrinus Episcopus, ut refert Socrates lib. 5. cap. 15. Romanum Pontificem per Legatum suum rogavit, ut Flavianio peccatum, quod admisisset, dimitteret. Et similem operam apud Pontificem postea nauasse Chrysostronum, patet ex Sozomeno lib. 8. cap. 3. Ex quibus clarissimum est, Flavianum peccasse, & iudicem eius, ac superiorem fuisse Romanum Pontificem. Item Hieronymus in epist. ad Damasum, de nomine hypostasis, loquens de eodem schismate, petit à Pontifice, equinam eorum Episcoporum communicare debeat; & asserit se ei communicaturum, qui cum Romano Pontifice coniunctus sit.

PRÆTEREA tres optimi & sanctissimi Pontifices, Damasus, Siricius, Anastasius, ut scribit Theodoretus lib. 5. cap. 23. liberrimè in ea causa Imperatorem increparunt, ac dixerunt, eum quidem satis diligenter opprimere tyrannos, qui contra se insurgunt: at ius, qui contra Dei legem tyrannidem exercunt, impunitatem concedere. Quam oburgatione tam atrocem nunquam certè Pontifices tam sancti adhibuissent, nisi Imperatorè grauitè errare vidissent. Quid, quòd Imperator ea oburgatione permotus, ut ibidem Theodoretus refert, non succensit Romanis Pontificibus, sed Flavianum bis Ro-

A mam nauigare iussit, ut coram Pontifice se purgaret. DENIQUE, ut ibidem Theodoretus refert, etiam si Imperator de potentia, ut diximus, non de iustitia, Flavianum Episcopum esse volebat, tamen nunquam finita est causa illa, neque Episcopi Occidentis & Ægypti, Flavianio communicare voluerunt, donec Euagrio iam mortuo Pontifex Romanus Flavianio delictum condonauit, & legatos eius se admitturum promisit: & ipse Episcopos illustrissimos, & Presbyteros ac Diaconos Antiochenos, Legatos Romam misit.

HABEMVS ergo quid requiratur ad legitimum Concilium. Nunc breuiter appendicis loco annectemus, quale Concilium requirant Protestantes in eo libro, quem inscribunt, Causæ cur Electores, Principes, alique addicti Confessioni Augustanæ ad Concilium Tridentinum non accedant.

CAPVT XXI. Explicantur conditiones, quas Lutherani requirunt in Concilio celebrando.

B V THERANI, qui se Protestantes vocant, octo conditiones proponunt Concilij celebrandi, de quibus quoniam satis plenè disseruit Gaspar Villapandæus, nos eas breuissimè refellemus.

PRIMO ergo, requirunt, ut antequam fiat Synodus, irritentur omnia acta Concilij Tridentini.

SECUNDO, ut Concilium fiat in Germania: est enim canon Ecclesiasticus apud Cyprianum lib. 1. epist. 3. ut illic lites iudicentur, ubi exorta sunt.

TERCIO, ut Pontifex Romanus non indicat Concilium, nec ei præsit, sed sit altera pars litigantium: quòd quidem ipse est qui accusatur, & nemo debet simul esse iudex, & pars.

QVARTO, ut ex sola Scriptura diuina sententiæ ferantur, non ex traditionibus, vel canonibus.

QUINTO, ut decisio non fiat penes suffragiorum pluralitatem, sed ut iuxta normam verbi diuini pronuncietur.

SEXTO, ut Romanus Pontifex absoluat omnes prælatos à iuramento fidelitatis, quo ei obstricti sunt.

SEPTIMO, ut Theologi principum ac statuum Confessionis Augustanæ, non minus, quam Episcopi in Concilio sententiæ, ac voces decisiuas proferre permittantur.

OCTAuo, ut detur saluus conductus ab Imperatore, non solum personis, sed etiam ipsi causæ principali: id est, ut nec personæ possint puniri, si nolint Concilio assentiri, nec fides, & Confessio Lutherianorum possit damnari, etiam si Theologi Lutherani eam defendere non possunt. Cum his conditionibus dicunt, se Concilium toto pectore optare, & hoc verè pium, & liberum Concilium se vocare.

PRIMA conditio est iniqua, quia nihil debet irritum haberi, nisi legitimo iudicio damnatum. Concilium autem Tridentinum est quidem accusatum ab hæreticis, sed non damnatum in vilo legitimo iudicio. Sicut ergo Concilium Ephesinum secundum damnatum est in Concilio Chalcedonensi, & Constantinopolitanum contra imagines, damnatum est in septima Synodo, ita Concilium Tridentinum si damnandum esset, deberet in alia Synodo examinari, & iudicari, non autè ante Synodi iudiciu irritari.

SECUNDA conditio est etiam iniqua, ut enim Lutherani iure sibi videntur petere, ut Concilium non fiat in Italia, ubi prævalent Catholici: ita Catholici iure postulare possunt, ut non fiat in Germania, ubi prævalent Lutherani, & sanè non poterat locus eligi melior, atque aptior, quam Tridentum, quod est in finibus Germaniæ, & Italiæ, etiam si Ethnicis hominis iudicio questio ista relinqueretur.

AD canonem autem qui est apud Cyprianum dico, intelligi eum canonem de particularibus causis, id est, de criminibus particularium hominum, quæ debent iudicari, ubi sunt commissa, quia ibi facilius testes inueniri

possunt:

possunt: de causis fidei, quæ ad totam Ecclesiam pertinent, alia ratio est.

VND E questio exorta Antiochiæ de legalium cessatione, Hierosolymæ in Concilio Apostolorum terminata est. A. 407. 15. & hæresis Ariana, exorta Alexandria in Ægypto, iudicata est Nicææ in Bithynia: hæresis Nestorij exorta Constantinopoli, damnata est Ephesi: hæresis Eutychetis nata Constantinopoli, damnata Chalcedone: hæreses Origenistarum Didymi, & Euagrii, in V. Synodo iudicatæ sunt apud Constantinopolim, ubi minimè nata fuerant: hæresis Monothelitarum, quæ nata erat Alexandria, Cyro auctore, damnata est primò Romæ in Concilio S. Martini Papæ: deinde Constantinopoli in sexta Synodo: denique hæresis Iconoclastarum, quæ Constantinopoli vel exorta, vel mirificè aucta & confirmata fuerat, apud Nicæam Bithyniæ, & antea etiam Romæ in Concilio iudicata & damnata est.

ADDE, quòd habuerunt etiam Lutherani in media Germania Concilia prouincialia non pauca, ut Coloniense, Moguntinum, & alia, in quibus damnati sunt. Neque obicere debent aduersarij, ista Concilia Papistarum fuisse: idem enim omnes hæretici obicere potuissent: semper enim in Ecclesia id seruatum est, ut controuersias iudicarent Episcopi, qui tunc erant, & non propter nouas quæstiones noui crearentur Episcopi.

TERCIA conditio iniqua est, quia Romanus Pontifex non potest priuari iure suo indicendi Concilia, & eis præsidendi, in cuius possessione iam fuit per M. D. annos, nisi prius in legitimo iudicio conuincatur, non esse summus Pontifex.

QVOD verò dicunt, non debere eundem esse iudicem, & partem, dico habere locum in priuatis hominibus, non in principe supremo. Princeps enim supremus donec non declaratur, vel iudicatur legitime excidisse à principatu, semper est summus iudex etiam si cum ipso litigetur.

ITAQUE solent priuati, qui cum principe suo litigant, interdum appellare ab ipso principe malè informato, vel eundem meliùs informandum, & confirmatur hoc ex antiquis historiis, nam cum Marcellinus peccasset, & propter ipsum Concilium congregatum fuisset, Episcopi omnes dixerunt, eum non posse ab vilo damnari, sed ipsum debere esse iudicem, & reum, ut refert Nicolaus I. in epist. ad Michaëlem. Item Sixtus III. cum accusaretur de adulterio, Concilium congregauit Imperator, Pontifice consentiente, sed in eo Concilio nemo ausus est Pontificis causam discutere, nisi prius ipse dixisset, velle se ut causa discuteretur, & si in suo arbitrio esset iudicari, vel non iudicari, id patet tum ex actis Concilij, tum ex epistola eiusdem Sixti ad Episcopos Orientis.

DENIQUE in Concilio IIII. Romano sub Symmacho legimus, Episcopos omnes dixisse, Concilium non potuisse iure iudici, nisi à Pontifice, etiam si ipse esset, qui accusabatur. Ad hæc, nonne Arius cum Alexandro de fide litigabat? & tamen in Concilio Nicæno sedit Alexander, quia Episcopus erat, ut iudex. Item in tertia Synodo præfedit iudicio Episcopali Cyrillus, qui tamen altera pars litigantium à Nestorianis dicebatur.

ITA quoque in quarta Synodo, præfederunt Lega-

A ti Leonis, cum tamen tota causâ inter Leonem, & Dioscorum versaretur. Accedit quòd Pontifex in Concilio non est solus iudex, sed habet multos collegas, id est, omnes Episcopos, qui si eum conuincere possent de hæresi, possent etiam eum iudicare, & deponere, licet iniurum. Nihil ergo habent hæretici, cur conquerantur, si Romanus Pontifex Concilio præfedit, antequam damnatus esset.

QVARTA conditio iniqua est, quia non debent semel definita in dubium iterum reuocari, iuxta legem Martiani Imperatoris, l. nemo, C. de summa Trinitate, & fide Catholica. Constat autem in VII. Synodo generali definitum esse, traditiones non scriptas esse recipiendas.

QVAMVIS autem ista conditio sit iniqua, posset tamen admitti, donec iterum in Synodo legitime non esset definitum, eas esse recipiendas pro verbo Dei. Hinc enim est, quòd Tridentinum Concilium, antequam ad alia progredieretur, definiuit Scripturas, & traditiones Apostolicas pro verbo Dei recipiendas.

QVINTA conditio tollit penitus formam Conciliorum, ut supra ostendimus, & propterea non potest fieri, ut aliquando ad finem controuersiarum deueniatur, nisi detur locus maiori parti suffragiorum, cum enim vtraque pars proferat Scripturarum testimonia, quomodo potest cognosci, quæ sit Concilij sententia, nisi colligantur suffragia, & plurium sententia valeat.

SEXTA conditio est iniqua, & impertinens. Iniqua, quia non debent inferiores liberari ab obedientia superiorum, nisi prius ille legitime deponatur, vel declaretur non esse superior: quemadmodum iniquum esset, ut quotiescunque fiunt comitia imperialia, Imperator deberet liberare à iuramento fidelitatis omnes Principes sibi subiectos, quòd autem non sit nouum, Episcopos iuramentum obedientiæ præstare Pontifici, patet ex B. Gregorio lib. 10. epist. 31. & ex capite, significasti, extra de electione. Item ex Concilio Toletano II. cap. 10. Impertinens autem, quia istud iuramentum non tollit Episcoporum libertatè, quæ in Conciliis necessaria est. iurant enim se fore obedientes summo Pontifici, quòd intelligitur donec Pontifex est, & dum iubet ea, quæ secundum Deum, & sacros canones iubere potest: sed non iurant, se non dicturos, quòd sentiunt in Concilio, vel se non deposituros eum, si hæreticum esse conuincant.

SEPTIMA conditio, si intelligatur de voce propriè decisiuâ in forma iudicij, repugnat quintæ conditioni, & est contra formam omnium Conciliorum, ut supra ostendimus: si intelligatur improprie, & vocetur vox decisiuâ, Scriptura diuina in testimonium alicuius sententiæ in medium allata, conditio est æquissima, & nunquam negata Protestantibus, immò eis ter oblata in Concilio Tridentino, nimirum sess. 13. 15. & 18.

VLTIMA conditio pro prima parte, id est, quòd attinet ad saluum conductum personarum, oblata est Protestantibus, ut patet ex iisdem locis Concilij Tridentini, id est, sess. 13. 15. & 18. Pro secunda parte est prorsus inepta, & ridicula: est enim ac si aperte dixissent, volumus vexari Episcopos totius Christiani orbis, & sumptus facere, ac labores maximos pati, ut ad Concilium veniant, & tamen cum venerint, nolimus quidquam statui, neque lites vnquam finiri.

LIBER SECVNDVS DE CONCILIORVM AVCTORITATE.

CAPVT PRIMVM.

Argumentum & partitio huius libri.

DE Concilij definitione & causis hucufque pro instituti operis breuitate disputatum est: restat auctoritas. Et quoniam tu ex ipsis Conciliis, quae extant, tum ex lib. 4. de Pontifice constat, posse Concilia Episcopalia iudicare controuersias, tum fidei, tum morum, quae in Ecclesia pro tempore oriuntur, hac omnia quaestione, illud solum explicandum suscipiemus: Sintne certa, & infallibilia Conciliorum iudicia?

ERIT autem haec de auctoritate Conciliorum disputatio bipartita. Primum enim consideranda erit auctoritas Conciliorum absolute, deinde comparata cum aliis similibus principis fidei, id est, cum Scriptura, Pontificiisque decretis.

DE auctoritate absolute considerata duae sunt quaestiones. Vna, an Concilia a summo Pontifice confirmata possint errare. Altera, an Concilia a Pontifice nondum confirmata, sed alioquin omnino legitima, errare possint. Nam de Conciliis reprobatis, vel partim probatis, partim reprobatis, nihil est quod dicamus, cum illa sine dubio errauerint, de istis autem idem sit iudicium, quod de aliis, quae vel confirmata sunt, vel reprobata.

CAPVT II.

Concilia generalia a Pontifice confirmata, errare non posse ex Scripturis demonstratur.

AVT à prima quaestione principium faciamus, haereticus huius temporis nullum Concilium esse voluit, quod errare non possit. Ita Lutherus asserit art. 28. & 29. & in lib. de Conciliis. Brentius in Confessione VVittembergensi, capite de Conciliis. Caluinus lib. 4. in tit. ca. 9. §. 8. & in minori in tit. cap. 8. §. 163. & sequentibus, Catholici vero omnes constanter docent Concilia generalia a summo Pontifice confirmata errare non posse, nec in fide explicanda, nec in tradendis morum praecipis toti Ecclesiae communibus.

DE Conciliis vero particularibus videtur esse aliqua dissensio inter Catholicos: cum enim istorum Conciliorum firmitas tota ferè pendeat ex firmitate Pontificis, si qui dicunt Pontificem errare posse, consequenter dicere debent, etiam eiusmodi Concilia errare posse, quae ut facilius, & clarius explicentur, duas propositiones constituemus.

SIT igitur prima propositio. Fide Catholica tenendum est, Concilia generalia a summo Pontifice confirmata, errare non posse, nec in fide, nec in moribus. Probatum primò, testimonio diuinae Scripturae, quae ad quatuor classes reduci possunt. In prima erunt testimonia propria: in secunda illa, quae probant, Ecclesiam non posse errare: in tertia illa, quae probant, Papam non posse errare: in quarta illa, quae probant Episcopos omnes, & Doctores Ecclesiae non posse errare.

TESTIMONIA propria sunt tria. Primum est Matth. 28. Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. Caluinus non adeo magni facit hoc testimonium, propterea quod ex eo videatur probari posse, etiam Concilium duorum hominum non posse errare. Sed is hoc testimonium non contemnet, qui obseruauerit, argumentum sumi non simpliciter ex his verbis,

sed ex his verbis continuatis cum superioribus, & propterea addita argumentatione à minori ad maius. Dixerat enim antea Dominus de homine incorrigibili: Dic Ecclesiae, & si Ecclesiam non audierit, sit tibi veluti Etbnicus & Publicanus. At ne quis Ecclesiam, siue congregationem praetorum contemnendam putaret, adiunxit continuò: Amen dico vobis, quacumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo, &c.

ET ne quis dubitaret de assentientia Dei, quando Episcopi congregati aliquem damnant, vel absoluunt, subiungit: Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego in medio illorum sum. Quorum verborum haec sententia est, Si duo vel tres congregati in nomine meo, obtinent semper quod petunt à Deo, nimirum sapientiam, & lumen quod sufficit eis ad cognoscenda ea, quae ipsis necessaria sunt, quanto magis Episcopi omnes congregati in nomine meo, semper obtinebunt, quod iuste petunt, id est, sapientiam, & lumen ad iudicanda ea, quae ad totam Ecclesiam dirigendam pertinent.

ITAEQUE siue pauci, siue multi, siue priuati, siue Episcopi congregentur in nomine Christi, omnes habent Christum praesentem, & adiuuantem, & obtinent quod eis conuenit obtinere. Sed in congregatione paucorum & priuatorum adest Christus, ut eos adiuuet in rebus paruis, & priuatis: in congregatione autem Episcoporum adest, ut eos adiuuet in rebus magnis, & publicis.

ITA hunc locum exponit, & hoc argumento vtitur Concilium Chalcedonense in epistola ad Leonem, quae est post finem tertiae actionis eiusdem Concilij. Item sexta Synodus act. 17. Toletanum tertium non procul ab initio. Item Innocentius Papa apud Gratian. dist. 20. can. de quibus. Caestinus in epistola ad Ephesinum Concilium primum, & Cyril. in expositione Symboli Niceni circa principium.

ALTER LOCUS est Ioan. 16. Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Et ne putemus hoc dici solum Apostolis, & non etiam successoribus, cap. 14. aperte Dominus testatur Spiritum sanctum mansurum cum Apostolis in aeternum, id est, cum eis, & cum successoribus perpetuo. At Episcopos seorsum existentes non docet Spiritus sanctus omnem veritatem, ergo saltem Episcopos omnes in vnum congregatos docebit omnem veritatem: & sanè cum non sit in Ecclesia maior aliqua cathedra, per quam Deus nos doceat, quam summi Pontificis cathedra, adiuncto consensu generalis Concilij: si haec etiam cathedra falli potest cum vniuersam Ecclesiam docet, nescio quomodo vera sit illa promissio, Docebit vos omnem veritatem.

TERTIVS locus est Act. 15. vbi primum Concilium confidenter ait, Visum est spiritui sancto, & nobis. Si autem illud Concilium, ex quo formam acceperunt omnia alia Concilia, asserit decreta sua, esse decreta Spiritus sancti, certè idem asserere possunt caetera legitima Concilia, quae vniuersae Ecclesiae regulas credendi, & operandi praescribunt. Illi enim Concilio adfuit Spiritus sanctus, quia id necesse erat pro Ecclesiae conseruatione: at non minus aliis temporibus nouis haeresibus exorientibus id necessarium fuit, atque etiam erit.

SECUNDA classis testimoniorum continet omnia illa loca, quibus probatur Ecclesiam non posse errare,

neque

neque in credendo, neque in docendo, qualia sunt illa: Super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non praeualebunt aduersus eam. Matth. 16. Et, Ego vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi. Matth. vlt. Et, Ecclesia Dei vniuersa est columna & firmamentum veritatis. 1. Tim. 3. & similia.

EX his enim locis manifestè colligitur, Concilia generalia probata non posse errare, idque duobus modis.

PRIMO, quia tota auctoritas Ecclesiae, formaliter non est nisi in praetatis, sicut visus totius corporis formaliter est tantum in capite: ergo idem est, Ecclesiam non posse errare in definiendis rebus fidei, & Episcopos non posse errare: atqui, vt diximus, singuli seorsum errare possunt, igitur congregati in vnum errare non poterunt.

SECUNDO, Concilium generale repraesentat Ecclesiam vniuersam, & proinde consensum habet Ecclesiae vniuersalis: quare si Ecclesia non potest errare, neque Concilium Oecumenicum legitimum, & approbatum potest errare. porro Concilio generali vniuersam Ecclesiam repraesentari, Caluinus negat, sed facildè demonstrari potest. Nam in primis 3. Regum cap. 8. aperte vocatur tota Ecclesia Israel, ceterus principum, qui cum Salomone conuenerant: nam nec fieri poterat vt omnis Israel qui superabat numerum mille millium hominum, esset in eo templo simul: & initio capitis legitimum conuenisse ad regem sacerdotes: & capita singularum trium.

PRATEREA Athanasius in epist. de Synodis Ariminens. & Seleucia, & in epist. ad Episcopos Africanos. Epiphanius in fine Anchoratus: Euseb. lib. 3. de vita Constantini: August. lib. 1. contra Donatistas, cap. 18. & lib. 2. cap. 4. & lib. 4. cap. 6. Gelasius in epist. ad Episcopos Dardaniae: Greg. lib. 1. epist. 24. ad Ioannem Eulogium, aliòque Patriarchas: denique octaua Synodus act. 5. vocant Concilium generale, conuentum orbis terra, vel consensum totius Ecclesiae.

PRATEREA Martinus V. in fine Concilij Constantiensis iubet interrogari suspectos de haeresi: An non credant, Concilium generale vniuersam Ecclesiam repraesentare. Item B. Cyprianus lib. 4. epist. 9. cum ait, Ecclesiam esse in Episcopo, sine dubio intelligit in omnibus Episcopis esse omnes Ecclesias.

DENIQUE, si in quolibet regno siue republica, id quod senatus, siue comitia statuunt, totius regni vel reipublicae dicitur, cur non idem dicatur de Ecclesiasticis decretis, quae sunt consensu omnium Episcoporum?

TERTIA classis testimoniorum continet illa loca omnia, quae probant Romanum Pontificem non posse errare in fide, quale est illud Luc. 22. Rogauit pro te, vt non deficiat fides tua, & si quae sunt alia, quae alibi explicata sunt. ex his enim colligitur euidenter Concilium à Papa confirmatum errare non posse, etsi enim sunt aliqui Catholici, qui existimant Pontificem errare posse, illi tamen dicunt tunc solum posse errare, quando non adhibet omnem diligentiam: at cum generale Concilium conuocatur, sine dubio adhibet omnem diligentiam in re illa inuestiganda: quid enim amplius facere potest? ergo saltem tunc omnium consensu non errabit.

QUARTA classis testimoniorum continet illa loca, quae docent Episcopos habendos esse, vt pastores: audiendos, vt Magistratos: sequendos, vt Duces: qualia sunt Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Et Hebr. 13. Obedite praepositis vestris, & subiacete eis. Item illa, vbi dicuntur pastores Act. 20. & Ephes. 4. cum enim illi iubentur pascere, nos iubemur eos sequi ad pascea: praesertim cum ad eum finem dicantur ab Apostolo constituti in Ecclesia Pastores, vt non circumferamur omni vento doctrinae. Item illa, quibus vocantur Doctores, Matthaei vltimo: Docete omnes Gentes. Et 1. Timo. 3. & ad Tit. primo: si quidem quo praepcepto illi iubentur docere, eodem nos

iubemur audire. Item illa vbi dicuntur speculatores: Speculatores domus Israel dedi te. Ezech. 33. quem locum de Episcopis exponunt Hieronymus, & Gregorius in Ezechielem.

QUARE non immeritò etiam dicuntur oculi Episcopi in Concilio Toletano 8. cap. 4. & ab Ambrosio libro de dignitate Sacerdotali, cap. 6. & profectò, si iubentur Episcopi tanquam speculatores & oculi nobis viam ostendere, & nos iubemur per eam viam incedere, quam illi nobis ostenderint. Denique illa, vbi Episcopi dicuntur patres, & caeteri dicuntur filij, vt Gala. 4. & 1. Ioan. 2.

EX quibus omnibus locis ita possumus ratiocinari. Si nos iubemur à Deo audire & sequi Episcopos, vt Praepositos, Pastores, Doctores, Speculatores, Patres, certè vel illi nos fallere non poterunt, vel nos poterimus culpam in Deum reiciere. At sine dubio singuli Episcopi errare possunt, & aliquando errant, & inter se quandoque dissentiunt, vt nesciamus, quis nam eorum sequendus sit: ergo saltem omnes simul, praesertim in nomine Domini congregati, quando vno ore nos docent, errare non poterunt.

CAPVT III.

Idem probatur ex Patribus.

AVT secundò testimonium, & traditio veterum Patrum, Ecclesiae, & Patres multa de Conciliis passim scribunt, vnde constat, eos sensisse, Concilia generalia errare non posse. Affirmant primum, Concilij generalis sententiam esse in causa fidei vltimum Ecclesiae iudicium, à quo appellari non possit, quodque nullo modo irritari, vel retractari queat. Hinc autem apertissimè sequitur, eiusmodi Concilia non errare. nam alioquin iniquissimum esset cogere Christianos; vt non appellent ab eo iudicio, quod erroneum esse potuit.

PORRO haec prima sententia frequentissima est apud veteres. Athanasius in epist. ad Episcerum, quam etiam recitat Epiphanius haere. 77. miratur, quomodo illi audeant quaestionem mouere de rebus in Nicano Concilio definitis, cum non possint decreta eiusmodi Conciliorum mutari, nisi errando. Augustinus in epist. 162. dicit vltimum iudicium Ecclesiae esse generale Concilium. Leo epist. 50. ad Marrianum petit, vt semel definita in Conciliis generalibus non retractentur, id quod lege sua sanxit idem Marrianus l. nemo, de summa Trinitate, & fide Catholica. Idem docet idem Leo epist. 61. ad Conciliū Chalcedonense, & epist. 62. ad Maximū Antiochenum. Item Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniae. Idem statuitur in Concilio Ephesino circa finem, & in Concilio Chalcedonenfi act. 5. can. vltimo.

SECUNDO docent Patres & Concilia, esse haereticos & excommunicandos omnes, qui non acquiescunt Conciliis plenariis: ex quo manifestè sequitur, eos putasse Concilia non posse errare; atque in primis omnia Concilia generalia dicunt anathema contradicentibus, vt Athanasius testatur de Nicano in epistola ad Episcopos Africae & de aliis patet in actis eorum.

GREGORIUS Nazianzenus in epist. priore ad Chelidonium, cum Apollinaristae negarent se esse haereticos, & dicerent se in Concilio quodam Catholico receptos, sic ait: Ostendat, inquit, hoc, & nos acquiescimus: perspicuum enim erit eos rectè doctrina assensuri, nec enim se alter res habere potest, si id consecuti sunt. B. Leo epist. 78. ad Leonem Augustum, docet, non posse inter Catholicos computari eos, qui resistunt Nicano, vel Chalcedonenfi Concilio: & idem Leo epist. 77. ad Anatolium iubet quendam Atticum Presbyterum, aut acquiescere Chalcedonenfi Concilio, aut excommunicari.

BASILIVS epist. 28. in qua explicat fidè, docet suspectis de haeresi proponenda esse decreta Niceni Concilij: inde enim apparebit haereticine illi sint, an Catholici.

PRAETEREA Augustinus lib. 1. de Baptismo cap. 18. hac tantum ratione excusat de haeresi Cyprianum, quod adhuc eo tempore non existerit generale Concilium, quo definiti potuissent quaestio illa de Baptismo haereticorum. Item Gregorius lib. 1. epist. 24. dicit anathema non recipientibus generalia Concilia quinque, quae sola illo tempore celebrata erant.

TERTIO Patres docent, esse divina & à Spiritu sancto edita decreta legitimum generalium Conciliorum. Ex quo sequitur, ut non possint esse obnoxia errori. Ita Constantinus in epistola ad Ecclesias apud Euseb. lib. 3. de vita Constantini, vocat caelestia mandata Concilij Nicæni decreta. Athanasius in epistola ad Episcopos Africanos, Verbum, inquit, Domini per Oecumenicam Nicææ Synodum manet in æternum.

GREGORIUS Nazianzenus oratione in Athanasium, dicit, ad Concilium generale Nicænum Episcopos à sancto Spiritu congregatos. Cyrillus lib. 1. de Trinitate, vocat decretum Concilij generalis Nicæni diuinum, & sanctissimum oraculum. Leo epist. 53. ad Anatolium, & 54. ad Martianum Imperatorem affirmat Nicæni Concilij canones per sanctum Spiritum ordinatos. Et epist. 37. ad Leonem Augustum asserit, Chalcedonense Concilium per Spiritum sanctum congregatum fuisse. Gregorius lib. 1. epist. 24. affirmat se venerari quatuor prima Concilia, sicut quatuor Euangelia. Nicolaus I. in epistola ad Michaëlem, decreta Conciliorum vocat diuinitus inspiratas sententias. Denique Concilia ipsa affirmant, se in Spiritu sancto congregata.

QUARTO docent, potius esse moriendum, quam recedendum à decretis generalium Conciliorum, ita Ambrosius epist. 32. Sequor, inquit, tractatum Nicæni Concilij, a quo me nec mors, nec gladius poterit separare. Hilarius autem re ipsa exilium passus est propter Nicænam fidem, ut ipse testatur in fine libri de Synodis: & Victor Africanus in libris tribus de Vandalica persecutione, deseribit plurima celeberrima martyria Sanctorum, qui pro fide in Concilio generali explicata mortui sunt. Hieronymus libro contra Luciferianos loquens de Athanasio, Hilario, Eusebio, aliisque sanctis Confessoribus: Quomodo poterant, inquit, aduersum Synodum Nicænam fieri, propter quam exilia sustinuerunt?

CAPVT IIII.

Idem ostenditur argumentis à ratione ductis.

ACCEDAT postremo etiam naturalis ratio. Primum, si concilia generalia possent errare, nullum esset in Ecclesia firmum iudicium, quo controuersiae componi, & vnitas in Ecclesia seruari posset, nihil enim est maius generali Concilio, legitimo, & approbato.

SECUNDO, si non esset infallibile iudicium eiusmodi Conciliorum, possent merito reuocari in dubium omnes damnatae haereses. Diceret enim Arius errasse Nicænum Concilium: Macedonius, Constantinopolitanum: Nestorius, Ephesinum: Eutyches, Chalcedonense.

TERTIO, nulla esset certitudo de multis sacrae Scripturae libris: nam de Epistola ad Hebraeos, 2. Petri, 2. & 3. Ioannis, Iacobi, & Iudae, de Apocalypsi, quos libros etiam Caluinista recipiunt, tamdiu est dubitatum, donec à Concilio res declarata est.

QUARTO, si omnia Concilia possent errare, illud certe sequitur, ut omnia intolerabilem errorem admiserint, ac proinde nullo honore digna sint: nam error intolerabilis est, proponere aliquid credendum, tanquam articulum fidei, de quo non constat, an sit verum, vel falsum: at Concilia praecipua, ut Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense ediderunt noua Symbola fidei, aut certe nouas sententias, quas voluerunt haberi, tanquam articulos fidei: quis autem

A dicere audebit, illa Concilia quatuor intolerabilem errorem continere, nullòq; honore digna esse, cum ea videamus etiam ab aduersariis cum honore suscipi, & non raro in testimonium verae doctrinae adduci? Restat igitur, ut firma, & infallibilia esse credamus eorum iudicia.

CAPVT V.

Concilia particularia, à Pontifice approbata, errare non posse.

ALTEA propositio. Concilia particularia, à summo Pontifice confirmata, in fide & moribus errare non possunt. Hæc propositio non est æquæ certa, ac prior: illam enim nemo Catholicorum negat; hanc verò, non desunt, qui negent. Itaque ea solum de causa non affirmamus, hanc propositionem fide Catholica esse tenendam, quod auctores, qui contrarium sentiunt, nondum videamus ab Ecclesia damnatos pro haereticis. Constat etiam ex Eusebio lib. 7. hist. cap. 2. 3. & 4. Cornelium Papam cum nationali Concilio omnium Episcoporum Italiae statuisse, non debere haereticos rebaptizari: & eandem sententiam postea approbasse etiam Stephanum Papam, & iussisse, ut haeretici non rebaptizarentur. Et simul constat ex eodem Eusebio ibidem, Cyprianum contrarium sensisse, & mordicus defendisse, id quod etiam ipse fatetur in epistola ad Pompeium, ubi arguit Stephanum Papam erroris, & tamen Cyprianus semper est habitus in numero Catholicorum.

SED quidquid de hoc sit, de quo alibi diximus, cum ageremus de Pontifice, certè temerarium, erroneum, & proximum haeresi est, existimare, Concilia particularia à Pontifice confirmata posse errare. Id quod primum probatur argumentis illis, quibus supra demonstrauimus, summum Pontificem in iudicandis iis rebus, quae ad fidem, vel bonos mores pertinent, non posse errare. Si enim summus Pontifex errare non potest, certè nec Concilium, quamuis exiguum, ab illo comprobatum.

SECUNDO idem probatur ex eo, quod si eiusmodi Concilia errare possent, plurimae haereses, quae damnatae sunt à solis Conciliis particularibus, iterum reuocari possent in dubium, ut Pelagianorum, Priscillianistarum, Iouinianorum, & aliorum.

TERTIO, hæcenus non est inuentum aliquod Concilium eiusmodi, quod errauerit.

QUARTO in VII. Synodo Aët. 3. & VIII. Synodo Aët. vlt. can. 1. dicunt Patres se venerari, & recipere etiam localium Conciliorum decreta, immò in eadem septima Synodo vocantur eiusmodi decreta diuinitus inspirata. Superest, ut argumenta aduersariorum proponamus, & diluamus.

CAPVT VI.

Soluntur argumenta ex scripturis de prompta.

ADVERSARIJ quatuor argumentorum genera nobis obiiciunt. Vnum ex Scripturis petunt: Alterum ex testimoniis Patrum: Tertium ex ipsis Conciliis, quae vel cum aliis Conciliis, vel cum Scripturis non raro pugnare videntur: Quartum ex naturali ratione. Sed primum nullas ferè habet vires, ideò breuissimè refutabitur.

OBIIICIT igitur Caluinus lib. 4. instit. cap. 9. §. 3. illa loca Testamenti veteris, in quibus omnes Pastores, & Sacerdotes, atque Prophetae reprehenduntur non solum improbitatis, sed etiam ignorantiae, & erroris. Quale est illud Isa. 56. Speculatorum eius ceci omnes, neque quidquam nouerunt, omnes canes muti, nec valent latrare, iacentes dormiunt, & amant dormitionem, & Pastores ipsi nihil sciunt, nec intelligunt. Item illud Osee 9. Speculator Ephraim cum Deo, laqueus aucupis, odium in domo Dei. Et illud Hier. 6. A propheta vsque ad sacerdotem, quisque se feratur mendacium. Et cap. 14. Propheta mendacium prophetant in nomine meo. Denique illud Ezech. 22. Coniu-

ratio

ratio Propetarum in medio eius, sicut leo rugiens, & qui rapit praedam, sacerdotes eius violauerunt legem meam, & prophetauerunt sancta mea.

SED hæc omnia tribus modis soluntur. Primum enim frequentissimum est in sacris literis, ut propter aliquos malos reprehendantur omnes, propter aliquos bonos laudentur omnes, quo videlicet vehementior sit tum vituperatio, tum commendatio. Annotauit id sanctus Augustinus lib. de vnitate Ecclesiae, cap. 12. & multa ex diuinis literis exempla peti possent, sed vnum hoc loco sufficiet. Scribit Apostolus ad Philippenses cap. 2. Omnes querunt, quae sua sunt, non quae IESU CHRISTI. Et tamen cap. 1. iam dixerat quosdam ex contentione, quosdam ex charitate Christum annuciare. Et cap. 3. ait: Imitatores mei estote, & obseruate eos, qui ita ambulabant, sicut habetis formam nostram: multi enim ambulabant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem & stens dico inimicos crucis Christi. Et quae sequuntur.

SI igitur quidam ex charitate Christum annuciabant & ambulabant secundum Apostoli formam, ita ut etiam digni essent, quos Philippenses imitarentur, & obseruarent: non igitur omnes querebant, quae sua sunt, & tamen suo quodam modo, id est, per figuram intelligentiam, omnes querebant, quae sua sunt, vt Apostolus loquitur. Non igitur allata Scripturae testimonia cogunt, ut intelligamus Pastores, & Sacerdotes, & Prophetas Testamenti veteris aliquo tempore omnes simul mendaces & sceleratos fuisse, sed tantum aliquos.

DEINDE cum nihil horum dicatur in Concilio Sacerdotum, sed in Pastores, & Prophetas, qui separatim populum decipiebant, non videntur ea testimonia ad rem nostram facere: alia enim ratio est Pastori in Concilio congregatorum publica auctoritate, & qui Dei nomine inuocato quaestiones diligenter excutiant: alia verò dispersonum, & qui dum in locis quilibet suis sedent, proprio iudicio indulgent.

QUARE eadem Scriptura, quae tam frequenter in Pastores malos inuehitur, & à falsis Prophetis cauendum esse monet, eadem tamen eos, qui de aliqua re dubitant, ad Concilium Sacerdotum mittit, ac praecipit, ut id obseruent, quod dixerint ij, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus. Deut. 17.

DENIQUE etiam si nihil horum haberemus, tamen non continuò liceret omnia, quae dicuntur in Scripturis aduersus Prophetas, & Sacerdotes Testamenti veteris, illa omnia transferre ad Sacerdotes Testamenti noui, praesertim in Concilio congregatos: certiores enim, & maiores promissiones Dei habet Ecclesia, quam Synagoga. Nec enim de Synagoga vsquam legimus, quod de Ecclesia Christus dicit Matth. 16. Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non preualebunt aduersus eam. Nec id quod Apostolus ait 1. Timoth. 3. Eam esse columnam & firmamentum veritatis. Neque de Caypha scriptum est, sed de Petro: Rogauit pro te, ut non desiccat fides tua. Luc. 22.

OBIIICIT secundò idem Caluinus ibidem §. 4. hæc loca Testamenti noui, 2. Petri 2. quemadmodum fuerunt in populo veteri Pseudoprophetae, sic & inter vos erunt falsi Doctores, sectas perditionis insinuant. Act. 20. Scio quòd post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces, non parcentes gregi, & ex vobis ipsi erunt, qui loquentur peruersa, ut abducant discipulos post se. Matth. 24. Et multi Pseudoprophetae surgent, & seducunt multos.

AT sanè mirum est, si Caluinus dum hæc proponeret, non ad se ipse oculos reflectebat, ac dicebat: Quid si ego ipse vnus sum de numero horum infelicium Pseudoprophetarum? clarissimè enim Christus, Petrus, ac Paulus, describunt haereticos sub nomine fallorum Prophetarum, qui repugnantes doctrinae, quae per Episcopos ordinaria successione in Ecclesia praesidentes con-

A feruatur, sectas non metuunt introducere, ut abducant discipulos post se, & faciant sibi nomen in terra, ut alij Lutherani, alij Caluinista nominantur. Tantum verò abest, ut de Conciliis Episcoporum intelligi debeant ea loca, quae monent, ut à falsis Prophetis caueamus, ut potius ea de causa ordinaria Concilia fiant, ut falsi Prophetae detegantur, & confutentur, & tanquam lupi rapaces ab ouili Christi procul arceantur.

CAPVT VII.

Soluntur argumenta petita ex testimoniis veterum Patrum.

DE RO FERUNT secundo loco Patrum testimonia: ac primum Caluinus adducit in medium S. Gregorium Nazianzenum, qui in epistola ad Procopium ita loquitur: Ego, si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, ut omnia Episcoporum Concilia fugiam, quoniam nullius Concilij finem latum, suuissimumque vidi, nec quod de pulsione malorum potius, quam accessionem, & incrementum habuerit.

RESPONDEO, non negat Nazianzenus legitima Concilia certam fidem facere, sed queritur suo tempore nullum Concilium fieri potuisse omni ex parte legitimum, id quod verissimum est. Nam Gregorij ætas incidit in tempus medium inter Concilium primum, & secundum generale, quo tempore plurima facta sunt Concilia, quae propter multitudinem Episcoporum haereticis fauentium infantum exitum habuerunt, qualia fuerunt Seleucienfe, Tyrense, Ariminenfe, Mediolanense, Syrmienfe, &c.

CUM ergo suo tempore tot vidisset mala Concilia, & nullum bonum, & tamen vocaretur à Procopio nomine Imperatoris ad Concilium quoddam, duas excusationes adhibuit: vnã, quod desperaret se legitimum Concilium eo tempore visurum: alteram, eamque praecipuam, quod morbo grauissimo detineretur, ut quotidie putaret se moriturum. Confirmatur hæc solutio ex Basilio, qui eodem tempore floruit, id est, post primum Concilium, & ante secundum. Et scribens in epist. 52. ad Athanasium, dicit videri sibi impossibile, ut eo tempore fieret legitimum Concilium, & ided oportere scribi ad Romanum Pontificem, ut ipse sua auctoritate irritaret acta Concilij Ariminenfis.

DENIQUE, quid senserit Gregorius de legitimis Conciliis, perspicuum est, tum ex eius sententiis supra citatis, tum etiam ex eo quod ad eò strenuus praedicator fuit Nicæni Concilij, ut templum, in quo ipse Constantinopoli concionabatur, à uariis, id est, resurrectione vocatum sit, quia ibi resurrexerit opera Gregorij fides Nicæna, per Arianos antea quodammodo extincta, ut refert historia Tripartita lib. 9. cap. 9. tum denique, quia postea interfuit ipse Concilio secundo generali, ut patet ex subscriptione, & ex oratione, quam habuit ad C.L. Patres.

ALTERVM testimonium est Augustinus, qui lib. 3. contra Maximinum, cap. 14. ait: Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminenfe, tanquam praedicatoris proferre Concilium, nec ego huius auctoritate, nec tu illius detineris, &c.

RESPONDEO, Augustinum non velle dicere non teneri vilo modo Maximinum auctoritate Concilij Nicæni, sed non teneri in illa disputatione, quia Augustinus id permittebat: quia enim Maximinus obiiciebat Nicæno Concilio Concilium Ariminenfe, & Augustino non videbatur operapretium tunc tempus consumere in ostendendo Concilium Nicænum fuisse legitimum, & Ariminenfe illegitimum, cum haberet meliora argumenta ex Scripturis, ait Nunc nec ego huius, nec tu illius auctoritate teneris, id est, nolo nunc teneamur Conciliorum auctoritatibus: omitramus Concilia, ad Scripturas veniamus.

QUOD autem Augustinus alioqui putauerit, Concilium Nicænum summæ fuisse auctoritatis, & oportet

tuisse omnes illi acquiescere, patet ex verbis præcedentibus, ubi sic ait, *Hoc est illud quod in Concilio Nicæno adversus hæreticos Arianos à Catholicis Patribus veritatis auctoritate, & auctoritatis veritate firmatum est, &c.* Quid enim est veritas auctoritatis, nisi vera, & certa auctoritas?

A **A** **R** **V** **D** testimoniūm proferunt ex lib. 2. de Baptismo, cap. 3. ubi Augustinus dicit, *Concilia plenaria priora à posterioribus emendari: nec dici potest, eum loqui de plenariis improprie, id est, nationalibus: nam paulo antè dixerat, Concilia regionalia, & provincialia debere cedere plenariis, & tunc subdit, inter ipsa plenaria, priora à posterioribus emendari.*

H **I** **C** exultat Hermannus lib. 3. c. 16. Prolegomenorum: *Si enim, inquit, priora illa antiquissima, emendatione indigent, quot erroribus lætæbunt ista recentiora?*

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O** primò, fortè loqui Augustinum de Conciliis illegitimis, quæ per posteriora legitima emendantur, ut accidit Concilio Ephesino secundo, quod in Chalcedonensi emendatum est.

S **E** **C** **V** **N** **D** **O** dico, si de legitimis loquatur, agere eum de quæstionibus facti, non iuris: in quilibet quæstionibus non dubium est, Concilium errare posse: & certè Augustinus videtur de eiusmodi quæstionibus agere: nam præcipua quæstio Catholicorum cum Donatistis erat de Cæcilianiano, libròsne sacros tradidisset hostibus fidei, an non?

P **O** **T** **E** **S** **T** etiam tertio dici, si contendat aduersarij eum loqui de vniuersalibus quæstionibus, Concilia priora emendari per posteriora, quoad præcepta morum, non quoad dogmata fidei: præcepta enim mutantur iuxta tempus, locorum, & personarum mutationes, & illæ mutationes dicuntur emendationes, non quòd res mala esset eo tempore, quo est instituta, sed quòd mala esse cœperit mutatis circumstantiis.

V **T** **R** **A** **Q** **U** **E** solutio satis confirmatur ex verbis Augustini, qui dicit tunc emendari Concilia, quando experimento aliquo aperitur, quod clausum erat. Experimento enim aperitur quæstiones de facto, vel de moribus, non quæstiones iuris vniuersales.

T **E** **R** **T** **I** **O**, proferat Caluinus Leonem, qui epist. 53. ad Anatolium, & 54. ad Martianum, & 55. ad Pulcheriam, agnoscit Chalcedonensem Synodum legitimam fuisse, & tamen non dubitat ei attribuere ambitionem, & inconflatam temeritatem: ergo putabat legitimum Concilium posse errare.

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O**, Concilium legitimum posse errare in his quæ non legitime agit, & de facto errasse, quando ab Apostolica sede reprobatur: tale est id, de quo reprehenditur Concilium Chalcedonense à Leone. Ut enim patet ex vltima actione eiusdem Concilij, & ex epistola 61. eiusdem Leonis, quæ est ad Conciliū Chalcedonense, decretum illud, quo anteponitur Episcopus Constantinopolitanus Alexandrino & Antiocheno, factum est absentibus Legatis Romanæ sedis, non sine fraude, & à Leone improbatum fuit, quia contrarium erat Nicæni Concilij constitutioni.

A **D** hæc addit Hermannus lib. 3. cap. 13. Prolegomenorum, Isidorus, qui apud Gratian. d. 50. can. Domino sancto, asserit, cum Concilia inter se dissentiant, standum esse antiquioribus, magis quæ probatis: quæ regula cõtraria est regulæ D. Augustini, qui posteriora Concilia anteponebat prioribus, & præterea ex ea colligitur, Concilia inter se aliquando pugnare, & proinde aliqua eorum errare.

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O**, Isidorus loquitur de Conciliis, quorum non est certa auctoritas, quæ videlicet non sunt à Pontifice expressè confirmata, quæ Concilia inter se pugnare posse, & errare, non negamus. neque pugnat Isidorus cum Augustino: nam Isidorus loquitur de fidei

A doctrina, Augustinus de quæstionibus facti, vel morum præceptis.

L **V** **T** **H** **E** **R** **V** **S** in libro de Conciliis, pag. 74. probat Concilia inter se pugnare, ex titulo decreti Gratiani, concordantia discordantiarum. Respondet, loquitur de discordantiis apparentibus, non veris: nam si veræ essent, concordari non possent.

A **D** **D** **V** **N** **T** quidam alij vltimò Gratianum, quid. 18. can. 1. dicit, Concilia Episcopalia esse inualida ad definiendum, & constituendum, non autem ad corrigendum. Respondet, vocat Episcopalia Concilia Gratianus, non qualibet Concilia, sed tantum provincialia, illa enim propriè sunt Episcopalia, in quibus soli Episcopi, non Archiepiscopi, aut Patriarchæ conueniunt: ista autem Concilia ordinariè non instituntur ad dogmata fidei constituenda: id enim proprium est generalium Conciliorum, sed tantum ad restituendam disciplinam Ecclesiasticam, & mores corrigendos. Itaque ex se, & ordinariè inualida sunt ad constituenda dogmata fidei, si tamen aliqua vigente necessitate definiant aliquid de fide, & eorum decretum à sedè Apostolica approbetur, nihil obstat, quo minus valida esse possint.

C A P V T V I I I .

Soluuntur argumenta ex Conciliorum erratis.

N **U** **M** **E** **R** **A** **N** **T** deniq; aduersarij errores Conciliorum, & præcipue Hermannus lib. 3. cap. 15. & 16. Prolegomenorum, & liber Protestantium, qui inscribitur: *Causa cur electores, &c.* Sed è maximo numero errorum, solum tertia pars eget aliqua discussione. Trium enim generum errores in Conciliis aduersarij obseruarunt. Quosdam errores veros & crassos, sed Conciliorum illegitimos & à Pontificibus reprobatorum, ut Ariminensis, Seleucienensis, Ephesini II. quos frustra enumerant, cum nihil faciant contra nos. Vide quæ diximus de Conciliis reprobatis lib. 1. c. 7. & 8.

A **L** **I** **O** **S** deinde errores non veros, sed fictos Conciliorum legitimos, & probatorum: omnia enim quæ ipsi non probant, vocant errores. Hoc modo dicunt errasse Concilium Chalcedonense, in quo sanctimonialia prohibentur votum continentia violare, & Concilium Carthaginense quintum, in quo statuitur, ne altaria erigantur sine reliquiis Martyrum: sed dum hæc dicunt, assument quod probandum erat.

A **L** **I** **O** **S** deniq; errores obseruant in veris, legitimisque Conciliis, qui reuera speciem aliquam erroris habere videntur, id est, eiusmodi sententias videntur continere, quæ & nostro & illorum consensu iudicantur erroneæ, atque hos duntaxat examinare, & diluere debemus.

P **R** **I** **M** **O** loco Caluinus adducit Concilium CD. Prophetarum, qui omnes errarunt ipso Deo protestante se misisse spiritum mendacem in ore ipsorum, 3. Regum 32. Sed quale, quæso, Concilium illud fuit?

P **R** **I** **M** **V** **M** non erant illi Prophetæ Domini: nam cum CD. illi Prophetæ sententias suas dixissent, legitimus quæsiuisset Regem Iosaphat à Rege Achab, an non esset aliquis Prophetæ Domini, per què Dominus interrogari posset? Achab autem respondisse: *Remansit vnus, sed ego odi illum*: Deinde Concilia, non Prophetarum, sed Sacerdotum esse debent. Denique Concilium illud, ab Achab Rege, non à summo Pontifice coactum fuit, proinde nihil mirum, si errauit.

P **R** **O** **P** **O** **N** **V** **N** **T** secundo Caluinus & Brènius Concilium Iudæorum præside summo Pontifice Caipha, in quo excommunicati sunt, qui constabantur IESVM esse Christum, Ioan. 9. & postea Christus reus mortis iudicatus est, Ioan. 11. & Marc. 14.

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O**, quidam aiunt quæstionem fuisse de facto, non de iure, quam Concilium illud iudicauit,

videli

videlicet, num IESVS necandus esset: in eiusmodi autem iudiciis Concilia errare posse, non dubium est. At quæstio illa etiam si de facto esset, tamè inuoluebat quæstionem de fide grauissimam, nimirum an IESVS esset verus Messias, & Dei filius, atque aded Deus verus. Quocirca errauit in fide perniciosissimè Caiphas cum vniuerso Concilio, cum iudicauit IESVM blasphemasse, qui se Dei filium appellauerat.

A **L** **I** **I** dicunt, Pontificem, & Concilium errasse, quantum ad errorem propriæ mentis, non tamen errasse in sententia, quam protulit. Verè enim IESVS erat reus mortis, quia peccata nostra in seipso purganda suscepit, & verè expediebat eum mori pro populo. Quare Ioan. cap. 11. Dicit Caipham propheta, se. At licet verba Caiphæ bonum sensum recipiant, nõ tamen omnia, cum enim ait de Christo: *Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus?* Certè tunc non prophetauit, sed blasphemauit.

A **L** **I** **I** dicunt, Concilium illud errasse, quia non processit secundum morem legitimi iudicij: sed tumultuaria conspiratione, subornatis falsis testibus, Christum damnauit: id quod aded notum erat omnibus, ut etiam Pilatus sciret per inuicem eum fuisse traditum sibi à Pontificibus, ut habemus Matth. 27. atque hæc quidem responsio probabilis est. Quia tamen non est inferiorum iudicare, an superiores legitime procedant, nec ne, nisi manifestissimè constet intolerabilem errorem committi: & credibile est, Deum non permisurum, ut Concilia, quibus summus Pontifex præsidet, non legitime procedant. Ideò respondemus, Pontifices & Concilia Iudæorū non potuisse errare antequam **C** **H** **R** **I** **S** **T** **V** **S** veniret, sed eo præsentè potuisse, immò fuisse prædictum erraturus Iudæos, & **C** **H** **R** **I** **S** **T** **V** **M** negaturos, Isaiæ 6. Daniel. 9. & alibi.

T **E** **R** **T** **I** **O** videtur Lutherus reprehendere Concilium Apostolorum, de quo Act. 15. dicit enim in assertion. artic. 29. Iacobum mutasse Petri sententiam. Constat autem sententiam Petri, qui iudicauerat non debere Gentes cogi ad legalia, fuisse bonam & veram: nam eam tuetur Paulus in tota epistola ad Galatas: ergo sententia Iacobi, quam Synodus tota sequuta est, fuit mala, & falsa, quæ nimirum iussit Gentes abstinere à sanguine, & suffocato, quod nihil aliud est, quàm iudaizare.

I **T** **E** **M** Lutherus in libro de Conciliis, parte prima, multa dicit de hac lege Apostolorum, & quamuis non audeat asserere fuisse malam, tamen inde probat, Concilium nihil prodesse, quia non potest defendi ista lex, nisi dicamus Concilium non obligare.

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O**, non deunt veteres, qui negent Concilium Apostolorum quidquam præcepisse de abstinencia ab usu sanguinis, & suffocatorum animalium. Irenæus enim lib. 3. cap. 12. hunc locum bis adducens, semper omittit suffocatum, & nomine sanguinis videtur intelligere homicidium. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum circa finem aperte dicit, Apostolos tantum præcepisse, ut abstinerent ab idololatria, fornicatione, & sanguinis effusione. Chrysostomus, & Oecumenius in hunc locum, intelligunt per suffocatum, homicidium.

N **H** **I** **L** **O** **M** **I** **N** **V** **S** tamè in omnibus codicibus Græcis, & Latinis inuenimus sanguinem, & suffocatum: & constat ex Tertulliano in Apologetico capite nono, & ex Concilio Gangrensi canone secundo, per multos annos seruatum in Ecclesia hoc præceptum, ita ut non viderentur Christiani sanguine, nec suffocatis animalibus. Et præterea nulla erat ratio, cur Apostoli prohiberent homicidium: solum enim voluerunt prohibere quædam, de quibus Gentiles dubitabant, an essent peccata, homicidium autem esse peccatum apud omnes semper in confesso fuit.

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **M** **V** **S** igitur, Apostolos in primis prohibuisse fornicationem, quia illa non videbatur pecca-

A **tum** Gentilibus, cum nullis legibus puniretur: deinde imperasse abstinencia ab immolatis simulacrorum, sanguine, & suffocato, non ut legis veteris obseruantiam, sed ut sua, id est, Apostolica præcepta, idque in eum finem, ut facilius Ecclesia, ex Iudæis, & Gentibus coalesceret: non enim potuissent in illis initiis Iudæi ferre Gentilium societatem, si eos vidissent vesci carnibus immolatiis, aut sanguine, aut suffocato, à quibus illi valde abhorrebant. Postea verò quàm Ecclesia creuit, & finis ille legis cessauit, lex etiam per se cessauit.

D **E** **Q** **U** **A** **R** **E** sic loquitur sanctus Augustinus libro 32. contra Faustum, cap. 13. *Si hoc tunc Apostoli præceperunt, ut ab animalium sanguine abstinere Christiani, ne præfocatis carnibus vescerentur, elegisse mihi videntur pro tempore rem facilem, & nequaquam obseruantibus onerosam, in qua cum Israëlitis etiam Gentes propter angularem illum lapidem, duos parietes in se condentem aliquid communiter obseruarent.* Et infra: *Transacto verò illo tempore, quo illi duo parietes, vnus ex Circumcisione, alter ex præputio venientes, quamuis in angulari lapide conuenirent, tamen suis quibusdam proprietatibus distincti manserunt: & ubi Ecclesia Gentium talis effecta est, ut nullus Israëlita carnalis appareat, quis iam hoc Christi præceptum, ut iudæos, vel minores auiculas non comedant, nisi quarum sanguis effusus est: aut leporem non comedant, nisi manu à ceruice percussus, nullo cruento vulnere occisus est? Et qui fortè pauci adhuc tangere ista formidant, à cæteris irridentur.* Hæc ille.

I **T** **A** **Q** **U** **E**, neque Concilium errauit, neque Iacobus Petri sententiam mutauit, sed antequam res definitur, putauit addendum sententia Petri hoc præceptum posituum, & temporale, & postea ex communi sententia res definita est. Vide Hieronymum in epistola ad Augustinum, quæ est vndecima inter epistolas Augustini, ubi dicit, Iacobum, & omnes alios Petri sententia acquiescisse.

Q **V** **A** **R** **T** **O**, proferunt Concilium Neocæsariense, confirmatum à Leone III. distinct. 20. can. De libellis, & receptum in Concilio Nicæno primo, ut dicitur in Concilio Florentino, sessione septima. nam in hoc Concilio, canone septimo, inuenitur exploratus error, quo prohibentur secunde nuptiæ. Presbyterum (inquit Concilium) conuiuium secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum præcipiatur secundis nuptiis penitentia tribuere. Quis erit ergo Presbyter, qui, propter conuiuium, illis consentiat nuptiis, quas tamen Paulus concedit, ad Cor. 7. *Si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino?*

R **E** **S** **P** **O** **N** **D** **E** **O**, Concilium loqui de eo, qui duas simul uxores habet, ut exponit rectè Glossa 31. quæst. 1. canone de his qui frequenter. Vel secundo dici potest, non prohiberi secundum matrimonium, sed solennitatem secundi matrimonij, cui solennitati propriè conuenit nomen nuptiarum. Celebritas enim nuptiarum tantum tenet in Ecclesia fieri consuevit, nimirum quando virgines coniunguntur, ut Isidorus testatur lib. 2. de officiis, cap. 19. ubi dicit solum in primis nuptiis dari annulū, & velum quoddam, partim album, partim rubeum, quod flammeum dicebatur: à quo velo nuptias dictas, quia nimirum eo velo obnubuntur capita nouarum nuptiarum, testatur Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 9. Canon igitur ille prohibet, ne Presbyter celebritati secundi matrimonij intersit, quin potius penitentiam iniungat iis, qui contra morem Ecclesiæ in secundo matrimonio eiusmodi celebritatem adhibuerint.

Q **V** **I** **N** **T** **O**, proferit Nicænum Concilium primum, de quo Lutherus in libro de Conciliis, parte prima, dicit, se non intelligere Spiritum sanctum in isto Concilio: nam in vno canone dicit, non esse idoneos ad Sacerdotium eos, qui se castrauerunt: in altero prohibet, ne

Sacerdotes habeant uxores, & tandem ita concludit pag. 92. *At verò nihil aliud est negotij spiritui sancto in Conciliis, quam ut impossibilibus, periculosis, non necessariis legibus, suos ministros obstringat, & oneret?* Ibidem Lutherus refert canonem erroneum Nicæni Concilij de rebaptizandis Paulianis, & similem Concilij Iconij ex lib. 7. histor. Eusebij, cap. 6.

ITEM Lutherus ibidem, Brentius, & Hermannus, damnatam esse militiam asserunt in eodem Concilio, quam tamen constat ex approbatione Ioannis Baptistæ, Luc. 3. esse licitam. Sic autem habet canon 11. Concilij: *Qui verè per Dei gratiam vocati, primò quidem ostenderunt fidem suam, deposito militia cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut & pecunias darent, & ambirent redire rursus ad militiam: isti decem annis sint inter penitentes, postquam triennio fuerint inter audientes, id est, Catechumenos.*

RESPONDEO Concilium Nicænum tanta semper apud omnes Patres fuisse auctoritatis, ut mirum sit, Lutheri in mentem venire potuisse, ut aliquid aduersum hoc Concilium scriberet. Sed nimirum ita oportuit hæreticos prædicandum ea vituperant, quæ omnis Catholica Ecclesia semper probauit. Sed ad rem.

DISCERNITUR Lutheri iniunctam Ecclesiasticis viris legem committit, ideòque Concilium errasse clamat. At nobis Lutherus errat, & verbo, & facto, non Concilium: de qua re propria instituitur suo loco disputatio.

QUOD autem reprehendit canonem de rebaptizandis Paulianis, ignorantiam suam prodit. Pauliani enim, cum purum hominem Christum crederent, & Trinitatem apertè negarent, non baptizabant in nomine Trinitatis, proinde nec verè baptizabant. Porro Concilium Iconij particulare fuit, & improbatum à summo Pontifice, sicut Concilium Carthaginense sub Cypriano celebratum, qualia Concilia nos minimè defendimus.

IAM quod attinet ad militiam, Nicæna Synodus non prohibet militiam, nisi quatenus aliquando signum est idololatriæ: sciendum enim est olim cingulum militiæ fuisse rem magni honoris, & etiam commodi, propter magna privilegia concessa militibus: & propterea antiquos illos Imperatores Ethnicos, tempore persecutionis cõsueuissent auferre cingulum militiæ, & exauctorare eos, qui Christiani inueniebantur, & fidem negare volebāt, quod patet ex Eusebio lib. 8. historie, cap. 4. vbi dicit, initium persecutionis Diocletiani cõpisse à Christianis, quibus militiæ negabatur, nisi immolarent idolis. Et libro 9. cap. 10. dicit, Licinium quoque initio suæ persecutionis, Christianos de Palatio, & de omni militia expulisse. Item ex Rufino, qui lib. 10. historie, cap. 31. vbi de Iuliano ait, militiæ cingulum non dari, nisi immolantibus, iubet; & lib. 11. cap. 2. dicit, Valentinianum à Deo recepisse imperium, quia pro eius fide, tempore Iuliani, militiæ cingulum spreuerat.

QUONIAM ergo tunc quidam Christiani milites ardore fidei cingulum abieciabant, malentes potius sine honore, quam sine fide viuere: deinde autem seducti à diabolo, iterum acciebant cingulum, parati fidem negare: ideò Concilium in hos tam seueram pœnitentiam constituit.

HÆC ita esse patet. Primò, ex Theodoro Balsamone, & Zonara, qui ita exposuerunt in commentariis horum canonum. Secundò, ex Rufino, qui lib. 10. histor. cap. 6. enumerans canones Nicæni Concilij, hunc ita ponit: *Qui propter confessionem militiam abiecerant, &c.* Tertio, ex ipso canone: nam toto canone agitur de lapsis: & primùm quidem iis, qui ob metum vitæ, aut opum amittendarum lapsi fuerant, negando fidem, iniungit Concilium pœnitentiam decem annorum: deinde iis, qui militiam ambierant, quam pro fide contempserant, iniungit tredecim annorum pœnitentiam, quia nimirum isti gra-

uius lapsi erant: priores enim simpliciter negauerant, isti autem post gratiam confessionis negauerant, in quo maior ingratitude erga Deum inuenitur.

SEXTO, profert Hermannus Hamelmannus Concilium Arelatense secundum, in cuius secundo canone, sic dicitur: *Assumi aliquem ad sacerdotium, in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit præmissa conuersio, non oportet.* Hic duos errores notat Hermannus Hamelmannus. Vnū, quòd non liceat Sacerdotibus uti suis vxoribus, cum id sit contra Concilium Gangrense, in cuius can. 4. excommunicantur ij, qui nolunt interesse sacrificio, quod offertur à Presbytero coniugato. Est autè Gangrense Concilium receptum à Leone IV. dist. 20. canon. De libellis. Immo etiam contra Concilium Nicænum, in quo approbata est sententia Paphnutij, qui censuerat, non debere prohiberi Ecclesiasticos à consuetudine cum propriis vxoribus, ut patet ex Socrate lib. 1. cap. 8. ex quo sequitur, necessariò errare Concilium Arelatense, vel Concilium Gangrense & Nicænum.

ALTERVM errorem notat in illa voce, *Conuersio*, non enim conuertimur nisi à malo: qui ergo iubet coniugatum conuerti, coniugium damnat, quæ est hæresis damnata in eodem Gangrensi Concilio, can. 1.

RESPONDEO, illa Concilia non pugnare inter se, nec vllum errasse: nam Concilium Gangrense edidit canones contra eos, qui putabant, nuptias, & esum carniū absolute esse mala, & à diabolo, quæ fuit hæresis Manichæi, & postea Eustathij Sebastei, contra quem Gangrense Concilium celebratum est.

QUIA ergo hæretici isti ita horrebant nuptias, ut etiam Presbyteros, qui uxores habuerant, etiam si iam eas non haberent (saltem quasi uxores) ferre non possent: ideò Concilium etiam istum canonem addendum putauit. Vnde in ipso canone sic habemus: *Quicumque discerni à Presbytero, qui uxorem habuit, quod non oportet, eo ministrante, de oblatione percipere, anathema sit.* Vbi videtur agi de eo, qui habuit uxorem, non qui habet.

AD illud de Concilio Nicæno supra respondimus, non fideliter narratam esse historiam à Socrate: ac ut alia nunc argumenta prætermittamus, id satis colligitur ex isto Concilio Arelatensi, hoc enim Concilium celebratum est mox finito Nicæno Concilio, & in eo recepti sunt canones Nicæni, ut patet ex eo, quòd ferè omnes in hoc Concilio repetuntur. Cum ergo etiam istum hæc inueniamus, sine dubio, vel hæc etiam fuit in Concilio Nicæno, vel saltem non est ei contrarius: nulli enim vnquam Catholici repugnauerunt Nicæno Concilio.

AD vltimum dico, conuersionem non solum dici à statu malo ad bonum, sed etiam à bono ad meliorem: quare Gregorius lib. 2. epistol. cap. 100. vocat conuersionem, professionem Monachatus, & exstat titulus in Iure canonico de conuersione coniugatorum.

SEPTIMO, profert Hermannus Hamelmannus Syrmienense Concilium, quod videtur receptum, quia damnata est in eo hæresis Photini, & tamè apertè in eo Concilio confirmata est hæresis Ariana. Idem dici potest de Sardicensi, quod receptum est à Leone III. dist. 20. canon. De libellis. Et tamen beatus Augustinus lib. 3. cõtra Creconium, cap. 34. dicit: *Disce, inquit, quod nescis; Sardicense Concilium Arianorum fuit, &c.*

RESPONDEO, hæc argumenta procedere ex ignorantia historiarum: multæ siquidem confessiones editæ sunt in Concilio Syrmienensi, præter Photini damnationem, aliæ Catholice, aliæ hæreticæ, vnde supra docuimus, & perspicuum est ex Hilario in libro de Synodis, Sardicense autem mox in duas partes diuisum fuit, & quidem vna pars, quæ erat Occidentalium trecentorum Episcoporum, cum quibus etiam erant Legati Iulij Papæ, pro fide Catholica & Athanasio restituito fuit, ut patet ex Hilario libro de Synodis, & ex

Athanasio in Apologia secunda, atque hanc partem confirmauit Leo III.

ALTERA pars fuit Orientalium septuaginta Episcoporum, qui seorsim conuenientes fidem Catholicam, & Athanasium damnauerunt. Et de hac loquitur Augustinus, qui etiam non videtur legisse aliud ex Concilio Sardicensi, quàm id, quod Orientales miserant ad Africam, ut vnirent sibi Donatistas.

OCTAVO, profert idem Hermannus Hamelmannus Concilium Laodicænum, in cuius primo capite statuitur, ut secundum indulgentiam reddatur communicatio iis, qui secundis nuptiis iuncti sunt. Ex quo videtur, Concilium antea abstulisse communionem iis, qui secundò uxorem duxerant, & postea illam eis reddere condonando peccatum: id enim significat, secundum indulgentiam.

RESPONDEO primò, fortasse loquitur Concilium de iis, qui in secundo matrimonio adhibent lennitatem, ut diximus de Concilio Neocæsariensi. Secundò dico, Concilium non errasse, etiam si loquatur de secundo matrimonio, sed errorem potius correxisse, apparet enim ex hoc loco, aliquos Episcopos particulares, ex zelo, non secundum scientiam negasse communionem bigamis, quorum errorem Concilium corrigi, & iubet bigamis communionem restitui: nam etiam ideò initio canonis vocat nuptias bigamorum liberas & legitimas.

ILLUD verò, *Secundum indulgentiam*, sumptum est ex Paulo primæ ad Corinthios septimo, qui ait: *Vsum coniugij se non imperare, sed indulgere, ut ergo Paulus, cum ait, se indulgere vsum coniugij, non vult dicere, se ignoscere peccatum, sed se concedere minus bonum, quamuis optaret maius bonum ab illis teneri: ita Concilium hoc dicit, se indulgere secundas nuptias, id est, concedere, ut minus bonum, quamuis cuperet magis eligi viduitatem, quæ est bonum quoddam excellentius coniugio.*

NOND, profert Hermannus Hamelmannus Concilium secundum generale, in cuius canone quinto, duo inueniuntur errores, pugnantes cum aliorum Conciliorum decretis: Vnus est, quòd primatus Ecclesiasticus sit Romani Pontificis. Alter, quòd post Romanum Pontificem debeat esse immediatè Episcopus Constantinopolitanus, quæ duo iterum renouata sunt in Concilio Chalcedonensi, act. vltima.

PRIMVS error pugnat cum Concilio Nicæno, in cuius canone septimo tribuitur primatus Episcopo Hierosolymitano, & cum Concilio tertio Carthaginensi, capite vicesimo sexto, vbi decernitur, neminem debere vocari Principem Sacerdotum, aut summum Sacerdotem.

SECUNDVS error pugnat cum Concilio Nicæno, canone sexto, vbi tribuitur secundus locus Alexandrino, tertius Antiocheno Episcopo, quem canonem frequenter citat Leo primus in Epist. 53. 54. & 55.

RESPONDEO, primum non esse errorem, nec pugnare cum vllò Concilio. Quod autem adducit Hermannus ex canone septimo Concilij Nicæni, nihil valet: ibi enim tribuitur Hierosolymitano Episcopo aliquis honor, non tamen primatus in omnem Ecclesiam, immò apertè subiicitur in eo Concilio sedes Hierosolymitana, non solum sedi Romanæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ, sed etiam Cæsariensi, quæ Palæstina Metropolitana sedes erat, ut patet tum ex canone sexto & septimo ipsius Concilij, tum ex Leone locis notatis, & ex sancto Hieronymo in epistola ad Pammachium de erroribus Ioannis Hierosolymitani.

QUOD verò addit ex Concilio Carthaginensi, adhuc magis est impertinens: nam Concilium illud nationale fuit, nec ferebat leges vniuersæ Ecclesiæ, sed tantum Episcopis Africa. itaque non prohibuit, nec potuit prohi-

bere, ne Romanus Pontifex diceretur Princeps Sacerdotum, vel summus Sacerdos, sed tantum ne ita appellaretur vllus Metropolitani Africa.

SECUNDVS error non propriè potest dici error; decretum enim illud de honore sedium, sicut à Concilio Nicæno factum fuerat, ita poterat ab alio simili Concilio mutari: tamen quia sine iusta ratione mutabatur à Concilio Constantinopolitano, & postea à Chalcedonensi, Pontifices Romani Damasus & Leo illud probare noluerunt, neque eorum Põtificum temporibus decretum illud executioni mandatum est, ut patet ex Leone epist. 53. ad Anatolium, vbi loquens de decreto Concilij Constantinopolitani: *Frustra, inquit, quorundam Episcoporum profertur consensus, cui tot annorum series negant esse. Et in epist. 55. ad Pulcheriam, loquens de decreto Concilij Chalcedonensis: Confessiones, inquit, Episcoporum, Canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, in irritum mitimus, & per auctoritatem B. Petri Apostoli generali prorsus definitione cassamus.*

DETERO, profert Hermannus Hamelmannus Concilium Carthaginense tertium, can. 47. vbi numerantur in canone Scripturarum aliquot libri Apocryphi, vt Tobias, Iudith, Baruch, Sapientia, Ecclesiasticus, & Machabæi, contra auctoritatem Concilij Laodicæni, cap. vlt. vbi isti omnes libri reiciuntur à canone.

RESPONDEO in primis, Concilium Carthaginense esse maioris auctoritatis, quàm Laodicænum: tum quia posterius, tum etiam quia nationale fuit, Episcoporum quadraginta quatuor, & præterea confirmatum à Leone quarto, distinct. 20. canone, De libellis: Laodicænum autem fuit provinciale Episcoporum viginti duorum, & non confirmatum à Pontifice. Itaque hæc posset habere locum, quod ait Augustinus, *Concilia priora emendari à posterioribus.*

DICO tamen secundò, neutrum Concilium errasse. Nam Concilium Laodicænum posuit in canone eos libros, de quibus Episcopi eius Concilij certi erant, alios autem omisit, non quidem negans, eos esse canonicos, sed nolens rem dubiam definire: Concilium autem Carthaginense re magis discussa definiuit id, quod prius Concilium reliquerat sub dubio.

VNDERO, profert Concilium Toletanum I. in cuius canone 17. scribitur, posse admitti ad communionem eum, qui concubinam habet, modò non sit vxoratus, & est hoc Concilium, iussu Leonis primi celebratum, ut patet ex cap. 21.

RESPONDEO, hoc loco concubinam vocari vxorem ductam sine dote, & externa solemnitate, ut rectè à Gratiano notatum est, dist. 34. canon. Omnibus: quod est conforme iuri ciuili, ut patet ex nouella decima octaua Iustiniani, Quomodo Genes 25. Agar & Cethura dicuntur concubinæ Abraham, quæ tamen veræ uxores erant, ut patet ex Genes decimosexto de Agar, & Gen. 25. de Cethura.

AT obiciet, quia beatus Leo, qui hoc Concilium fieri iussit, & probauit in epist. 92. ad Rusticum Narbonensem, cap. 4. loquens de vxore & concubina, dicit, Concubinam non esse verè vxorem, neque coniunctionem cum ea esse Sacramentum, vel Matrimonium: & propterea eam mulierem, quæ nubit viro habenti concubinam, non peccare, quasi nubat homini coniugato, quia vir habens concubinam, non potest vocari coniugatus: & ibidem asserit, Agar non fuisse veram vxorem Abraham, sed tantum concubinam: quod etiam videtur sensisse Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 4.

RESPONDEO, Leonem aliter accipere nomen concubinæ, quàm Patres eius Concilij acceperint: ipse enim vocat concubinam eam, quæ assumitur ad confortium thori, sine mutuo consensu perpetuò viuendi: Concilium autem vocat concubinam eam, quæ ducitur

not. can. Sum.

cum eo consensu, sed priuam expresso, non per publica instrumenta.

A r, in quibus, si Leo fuit auctor huius Concilij, quomodo absolute negauit, concubinam dici posse uxorem?

R E S P O N D E O, Leonem non fuisse auctorem totius Concilij, sed tantum ultimi canonis. Initio enim Concilij dicitur, Concilium hoc congregatum tempore Honorij & Arcadij Imperatorum, quo tempore nondum erat Pontifex Leo: ipse enim creatus est tempore Theodosij Iunioris, triginta tribus annis post mortem Arcadij, vt patet ex Chronico Prosperi. Deinde in ultimo capite ponitur quedam explicatio fidei, quae dicitur facta iussu Leonis Papae: quae non possunt cohaerere, nisi dicamus Concilium Toletanum habitum fuisse ante tempora Leonis: sed postea, tempore Leonis factam fuisse illam explicationem fidei, & annexam eidem Concilio, quia iidem Episcopi huic explicationi subscripserunt, qui antea in Concilio fuerant: & certe magna coniectura huius rei esse potest, quod videamus, ante illam explicationem fidei poni Episcoporum subscriptiones, quibus finitur Concilium: & deinde rursus alias eorundem subscriptiones post illam explicationem fidei. Itaque sapienter Leo non confirmauit, nisi vltimum illum canonem in hoc tempore factum.

D V O D I C O, proferunt Hermannus Hamelmannus Concilium Vngaricum, in cuius canone tertio inuenitur exploratus error. Tubentur enim fures occulti explorari per sacrae Eucharistiae perceptionem, quem esse errorem docet beatus Thomas parte tertia, quaestione octogesima, artic. 6. ad 3.

R E S P O N D E O, Concilium fuisse prouinciale, non confirmatum, immo potius reprobatum, quoad illum canonem, a summis Pontificibus, vt ibidem beatus Thomas ostendit.

D E C I M O T E R T I O, proferunt alij canones VI. Synodi: illi enim canones videntur recepti: nam Adrianus I. in epistola ad Tharasio, quae est in secunda actione VII. Synodi, dicit, hos canones diuine & legaliter praedicatos. Item Nicolaus I. epistola ad Michaelem, & Innocentius II. cap. a multis, extra de etate ordinandorum, & VI. Synodus actione secunda, tertia, quarta, quinta, & sexta, his canonibus vtuntur.

A r inueniuntur in his canonibus magni errores: nam canone secundo recipitur Concilium sub Cypriano de rebaptizandis haereticis, quod erroneum fuisse probat Augustinus passim in libris septem de Baptismo: item canone 72. iudicantur irrita, & soluenda coniugia Catholicorum cum haereticis, qui est expressus error: est enim peccat Catholicus ducens haereticam uxorem, & contra: ramentum matrimonium est sacramentum propter characterem baptismi, quem haereticus retinet, & ideo tale coniugium solui non potest.

R E S P O N D E O, non solum hos duos, sed etiam multos alios canones esse erroneos in istis canonibus, sed non sunt editi isti canones ab vno legitimo & probato Concilio. Constat enim ex Tharasio in VII. Synodo, actione quarta, hos canones non esse editos a VI. Synodo, quae fuit tempore Agathonis, & Constantini, sed post multos annos tempore Iustiniani secundi Imperatoris, cui Concilio non adfuit Romanus Pontifex, nec per se, nec per Legatos, neque postea Concilium confirmauit, sed aperte reprobauit, vt testatur Beda in libro de sex aratibus in Iustiniano, & Paulus Diaconus in vita eiusdem Iustiniani, & Platina in vita Sergij.

A d verba Adriani respondeo, illum solum recitare sententiam Tharasio, nec refellere, quia ille canon octogesimo secundus de picturis, vtilis erat eo tempore ad quaestionem de qua agebatur.

A d Nicolaum respondeo, verba eius esse pro nobis, dicit enim, se citare illum canonem Graecorum, quo-

modo Paulus citauit verba Ethnicorum Poetarum.

A d Innocentium dico, eum nihil ibi definire de his canonibus, sed tantum citare vnum canonem ex istis: quod autem citauerit nomine VI. Synodi, factum est, vel quia sic vocantur communiter, licet verum non sint: vel quia Innocentius ex Gratiano, dist. 32. canone, Si quis, hunc canonem accipit: Gratianus autem saepe in hac parte errauit, tribuens opera iis, quorum non sunt.

A d VII. Synodum dico, semper citari hos canones a priuatis hominibus in ea Synodo inter disputandum, non tamē aliquid definiti a tota Synodo: nam definitio Concilij habetur actione septima tantum: ibi autem nulla fit mentio horum canonum. Vide F. Turrianum in libro de VI. Synodo, & ea quae nos differuimus de his canonibus lib. 2. de Pontifice, cap. 14.

P R O F E R V N T decimoquarto, Hermannus Hamelmannus lib. 3. prolegomenorum, cap. vltimo, Caluinus lib. 1. institutionum, cap. 11. §. 14. & sequentibus, & lib. 4. cap. 9. §. 9. necnon Magdeburgenses centuria octaua, cap. 9. Synodum septimam, Nicenam secundam, quam dicunt pugnare cum duobus Conciliis: vno priore, id est, Constantinopolitano, sub Constantino Copronymo: altero posteriore, Francofordiensi, sub Carolo Magno: ita vt siue sit sequenda regula beati Augustini lib. 2. de Baptismo, cap. 3. qui vult priora Concilia a posterioribus emendari, siue regula S. Isidori apud Gratianum dist. 50. can. Domino sancto, qui docet, antiquiora Concilia recentioribus anteposenda: necessarium sit hoc Nicenam esse reiiciendum.

Q U O D pugnet Nicenam secundam cum antiquiore Constantinopolitano, patet ex ipso Niceno II. actione sexta, vbi fatentur Patres tempore superioris Imperatoris definitum fuisse in Concilio Constantinopolitano, imagines non esse vno modo colendas: quod verò pugnet cum Concilio Francofordiensi posteriore, in quo etiam Legati Romani Pontificis fuerunt, probant aduersarij, primum ex Adone, Aimoino, Abbate Vrspergensis, Platina, aliisque historicis: qui vbi loquuntur de temporibus Caroli & Adriani, dicunt, in Synodo Francofordiensi damnatam VII. Synodum Graecorum.

S E C V N D O, probant ex libris quatuor Caroli Magni, qui nuper prodierunt, id est, anno M. D. XLIX. iis enim libris Carolus Magnus totis viribus contra imagines & VII. Synodum pugnat, & ibidem legimus, hos ipsos libros in Francofordiensi Synodo approbatos.

R E S P O N D E O, Nicenam Synodum cum nullo legitimo Concilio pugnare. Ac primum, quod attinet ad Constantinopolitanum sub Imperatore Constantino Copronymo, constat illud non fuisse generale, nec legitimum vno modo, cum in eo non interfuerit Romanus Pontifex, nec per se, nec per legatos: vt Ioannes Zonaras & Cedrenus referunt in vita Constantini Copronymi, & idem fatentur Magdeburgenses centuria octaua, cap. 9. colum. 551. sine Pontifice autem Romano non posse Oecumenica Concilia celebrari, patet ex regula Niceni Concilij, quae est apud Socrate lib. 2. cap. 13. Quid, quod nec adfuerunt tres alij praecipui Patriarcha, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, vt ex eiusdem Zonara, Cedreno, & Magdeburgensibus patet: Quomodo ergo generale Concilium dici potest, cui neque Oriens, neque Occidens, neque Meridies consensit, sed pauci duntaxat Episcopi ex Aquilone?

D E N I Q U E, quotquot existant historici, tum Graeci, vt Zonaras, Pfellus, Photius, Nicetas, Cedrenus, tum Latini, vt Regino, Sigebertus, Ado, Paulus Diaconus, Vrspergensis, aliisque permulti: omnes Concilium hoc vel aperte reprehendunt, vel inter Concilia Ecclesiae non numerant.

D E Concilio autem Francofordiensi, quo praecipue nituntur aduersarij, dico tria. Primum, quicquid illud

Concilium definitum, non esse magnificandum: nam sine dubio illi anteposendum est Concilium Nicenum secundum, quod certum est fuisse vniuersalius, antiquius, & sine controuersia a summo Pontifice approbatum. Nam constat ex ipso Concilio, adfuisse Legatos Papae Adriani: & rursus approbatum a Leone tertio, patet ex luone quarta parte, cap. 147.

D I C O secundò, si verum est quod dicunt Centuriatores centur. 8. cap. 9. colum. 639. nihil nobis eam Synodum obesse: nam ipsi dicunt, Synodo Francofordiensi non consensisse, sed repugnasse Adrianum & legatos eius: certum est, Synodum, cui repugnat Romanus Pontifex, nullius esse auctoritatis, vt patet, tum ex Gelasio, in tomo de vinculo anathematis, tum experientia. Nulla enim Synodus vnquam habita est legitima, cui Romanus Pontifex repugnauerit.

Q U I D, quod ipsa Synodus Francofordiensi hoc ipsum docet: nam vt ex Carolinis libris patet, Synodus Francofordiensi decreuit, iudicium vltimum controuersiarum ad Romanum Pontificem pertinere, & hoc praecipuo argumento refellit Synodum septimam, quia existimauit sine auctoritate Romani Pontificis celebratam: Ergo Synodus Francofordiensi testimonio Magdeburgensium seipsam destruit.

P R A E T E R E A ibidem Magdeburgenses dicunt, Synodum Nicenam ab Adriano confirmatam, Concilium autem Francofordiense reprobatur Synodum factam sine Papae auctoritate: ergo iudicio Magdeburgensium, non est Nicena nostra, sed aliqua alia, quae reprobatur in Concilio Francofordiensi.

D E N I Q U E, ibidem docent Magdeburgenses, in Synodo Francofordiensi non esse definitum, vt imagines tollantur è templis, sed vt in templis quidem maneat, at non adoretur: cur ergo ipsi è templis imagines tollunt: cur frangunt: cur non seruant Francofordiense decretum? Ex quo etiam refellit mendacium Apologiae Anglorum, quae docet, in Concilio Francofordiensi decretum, vt imagines deleantur: at è contrario Synodus Francofordiensi, testimonio librorum Carolinorum, Hincmari, & ipsorum Magdeburgensium, anathema dixit iis, qui imagines delere volunt.

P R A E T E R E A, res ipsa idem ostendit: nam si ea Synodus id statuisset, cur non esset factum? Quis enim resisteret in Occidentali Ecclesia decreto Episcoporum omnium, & Regis potentissimi? non esse autem factum, certo certius est: nulli enim historici id referunt: immò Ionas Aurelianensis, tanquam rem nouam, & sacrilegam refert, quod Claudius Taurinensis in sua dicecesi imagines delere voluerit.

T E R T I O dico, rem esse incertissimam, quid statutum sit de imaginibus in Synodo Francofordiensi: nam antiqui auctores non sibi constant: nam in primis ipsum decretum Francofordiense, quod citatur in praefatione librorum Carolinorum, testatur in Synodo Francofordiensi damnatam Synodum, quae Constantinopoli conuenit, & imagines adorari iusserat. Vbi cum nominat Constantinopolim, videtur loqui de Synodo haereticorum contra imagines: at cum dicit, ibi decretum, vt imagines adorentur, videtur loqui de Synodo Catholicorum.

P A R I ratione libri ipsi Carolini dicunt, in Synodo Francofordiensi damnatam Synodum, quae facta fuerat Constantinopoli in Bithynia sine auctoritate Papae, pro imaginibus adorandis: vbi cum nominat Constantinopolim, & dicit à Synodo abfuisse Papae auctoritatem, videtur loqui de Synodo haereticorum: cum autē dicit in Bithynia, & pro imaginibus Synodum celebratam, videtur loqui de nostra Nicena. Nam Nicæa est Metropolis Bithyniae, Constantinopolis autem in Thracia est.

I A M verò Hincmarus Rhemenfis, capite vicesimo libri contra Hincmarum Laudunensem, qui ipso ferè

tempore floruerat, dicit, in Synodo Francofordiensi damnatam Synodum, quae Nicæa conuenit, sine Papae auctoritate, vbi etiam duo contraria coniungit, vt patet. Aimoinus libro quarto, capite 85. de gestis Francorum, & Abbas Vrspergensis in Chronico anni DCC. XCIII. scribunt, in Synodo Francofordiensi damnatam septimam Synodum Graecorum, quae conuenit Constantinopoli sub Constantino & Irene. Vbi etiam ipsi contraria iungunt inter se. Multi autem historici recentiores dicunt, in Synodo Francofordiensi damnatam Synodum de tollendis imaginibus, quam Graeci septimam generalem dicebant. Ita Platina in vita Adriani, Blondus decadis secundae libro primo, Sabellicus libro 8. Aeneadis octauae, Paulus Aemilius libro secundo de gestis Francorum.

P R O P T E R hanc confusionem Alanus Copus Dialogo quarto & quinto docet, in Synodo Francofordiensi solum damnatam Synodum Constantinopolitanam haereticam, Nicenam autem non solum non damnatam, sed etiam confirmatam: quam sententiam optarem esse veram, sed tamen suspicor esse falsam.

P R I M O, quia libri illi Carolini licet falsò inscribantur Carolo, vt dicemus, tamen sine dubio scripti sunt tempore Caroli, vt patet ex refutatione eorundem librorum, quam edidit Adrianus primus: scripti videntur in Concilio Francofordiensi, & acta continere Synodi Francofordiensi. Id enim asserit Hincmarus eius temporis auctor, & ipsi libri hoc pra se ferunt. quod autem Synodus, quae in his libris refertur, sit verè Nicæna secunda, dubitari non potest, si legantur vel ipsi libri, vel Adriani responsio.

S E C V N D O, quia auctores antiqui omnes conueniunt in hoc, quod in Concilio Francofordiensi sit reprobata Synodus VII. quae decreuerat, imagines adorandas. Ita Hincmarus, Aimoinus, Regino, Ado, & alij passim docent: dicere autem hos omnes mentiri, vel libros eorum esse corruptos, vt Copus dicit, videtur mihi paulò durius.

T E R T I O, quia si isti auctores loquerentur de falsa VII. Synodo, id est, de Synodo Constantinopolitana contra imagines, certè meminisset etiam in suis historiis Synodi Nicenae verè VII. at non meminere vilius Concilij VII. nisi istius, quod reprobatum dicunt.

N E Q U E obstat, quod libri Carolini, vt Abbas Vrspergensis & Aimoinus dicunt, reprobant Synodum Constantinopoli habitam: nam Abbas sequutus est libros Carolinos, vt etiam Aimoinus: auctor autem eorum librorum vel lapsu memoriae, vel ex imperitia posuit Constantinopoli pro Nicæa: nam alioqui cum dicat, Synodum celebratam in prouincia Bithynia, vbi Nicæa est, non Constantinopolis, satis indicat, se de Nicæa loqui: & similiter Abbas, & Aimoinus cum dicant, Synodum celebratam sub Constantino & Irene, clarè demonstrant se loqui de Nicæna Synodo, etiam si per errorem nominent Constantinopolim.

N E Q U E etiam obstat, quod Hincmarus & libri Carolini dicant, Synodum reprobatam in Concilio Francofordiensi fuisse coactam sine auctoritate Papae, quod est falsum de Nicæna, & verum de Constantinopolitana. Nam Hincmarus sequutus est libros Carolinos, vt ipse indicat: auctor autem eorum librorum hoc mendacium finxit, cum aliis multis, vt imponeret Synodo Francofordiensi, vt mox dicemus.

N E Q U E obstat vltimò, quod Platina, Blondus, Sabellicus, & Paulus Aemilius dicant, reprobatam Synodum de tollendis imaginibus: nam in primis isti omnes recentiores sunt. deinde, quod ipsi dicunt, non pugnat cum antiquorum historicorum dictis: nam in Synodo Francofordiensi duae Synodi reprobatae fuerunt, nimirum Constantinopolitana contra imagines, & Nicæna

pro imaginibus, ut patet ex libris Carolinis, & ex Hincmaro: & fortasse haec est causa, cur antiquorum historicorum aliqui nomen Nicæam, aliqui Constantinopolim, cum dicunt Synodum Græcorum reprobant in Concilio Francofordiensi.

VIDE TUR igitur mihi, in Synodo Francofordiensi verè reprobant Nicænam II. Synodum, sed per errorem, & materialiter, eo modo prolixo quo olim Synodus Ariminensis damnauit homouisionem. Nam auctor librorum Carolinorum imposuit Synodo, duosque mendacia illi obtruxit. Vnum mendacium fuit, in Synodo Nicæna definitum fuisse, ut imagines adorarentur cultu latræ. Alterum, decretum illud factum à Græcis sine consensu Papæ Romani. His duobus mendaciis pro veritate habitis, Synodus Francofordiensi reprobauit, & merito, Nicænam Synodum, tanquam prophanam & illegitimam.

QVOD illa duo fuerint persuasa Concilio, patet ex ipsis libris Carolinis: nam in præfatione disertè habetur hoc modo: *Allata est in medium*, (scilicet in Synodo Francofordiensi) *questio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt, in qua scriptum habebatur, ut qui imaginibus Sæctorum, ita ut Desicæ Trinitati, seruitiū aut adorationē non impenderet, anathema indicaretur, qui supra, sanctissimi Patres nostri omnimodis orationē, & seruitutem eis impendere venientes, contempserūt, atque consuetudines, condēnarunt.* Hæc ibi. In ipso etiā opere introducitur Constantinus Episcopus Cypri, in Concilio Nicæno anathema dicens iis, qui non adorant imagines eo cultu, quo adoratur sanctissima Trinitas. En clarè primum mendacium.

IDEM auctor clarè docet, ad summum Pontificem pertinere iudicium controuersarum fidei, & idè Synodum illam pro adorandis imaginibus nihil valere, quod Pontificis auctoritate caret.

PRÆTEREA auctores illi antiqui, qui dicunt, reprobant esse falsam Synodum, quæ decreuerat, imagines esse adorandas, sine dubio per illud, adorandas, intelligit adorandas cultu latræ: nam ipsi quoque docent, imagines esse venerandas, & tamen execrantur illam Synodum, quæ iubet imagines adorari. Ado in Chronico anni dccc. xvi. dicit, Romæ in die exaltationis Crucis, à toto populo Crucem osculari, & adorari solitā, & etiā in Chronico anni dccc. xvii. vocat imaginē venerandam, quam euerterat Philippicus hæreticus, & restituerat Theodosius Catholicus Imperator. Rhegino libro primo Chronici, sub finem, agnoscit Crucis adorationem: & deturbationem imaginū per Leonem Iconomachum factam, scelus appellat. Ioannes Auentinus lib. 4. annalium, dicit, Carolo Magno Imperatore designato, imaginem eius in templo ab omni populo veneratam, ipso præsentem.

AVAS Vrspergensis in Chronico, inuehitur in Leonem Isaurum, & Constantinum Copronymum, propter imaginum deiectionem, eosque vocat impios, & Antichristi præcursores: & è contrario Gregorij Papam laudat, & sanctum virum fuisse dicit, qui propter imagines Christi & Sanctorum Imperatorem excommunicauit.

QVOD autem verè mendacia sint, quod Synodus Nicæna caruerit Papæ auctoritate, & quod decreuerit imagines adorandas cultu latræ, certissimum est. nam in ipso Concilio Nicæno II. actio. 2. recitantur epistolæ Papæ Adriani pro imaginibus, & in omnibus actionibus semper primi subscribunt Legati Romani: deinde quod ad cultum attinet, in 1. act. Basilii Ancyranus, qui antea fuerat hæreticus, cum respiceret, & confessionem Catholicam ederet, toto Concilio audiente & probante, dixit se imagines quidem colere, non tamen latræ, cum ea soli debeat Deo. Similiter Constantinus Episcopus Constantiæ Cypri in VII. Synodo, act. 3. loquutus est. Similiter loquuntur etiam ceteri act. 4. & 7.

NON QUAMVIS videri debet, quod auctor librorum

Carolinorum tam manifesta mendacia obtruserit Synodo Francofordiensi de Nicæna Synodo paulò antè habitam. nam si nunc Magdeburgenses & Caluinus scribere audent, nos colere imagines diuinis honoribus planè, ut Deos, cum tot libri Catholicorum, & ipsum generale Concilium Latinum, & in Germaniæ finibus Tridenti celebratum, disertè clament contrarium, quid mirum, si idem confictum sit de Synodo Græca, quam paucissimi legere poterant, & quæ in Oriente celebrata fuerat.

SIC dicat, Ergo saltem Concilium Francofordiense, quod frequentissimum fuit & legitimum, errare potuit. Respondeo: potuit errare, & errauit non in iuris, sed in facti questione, & propterea non mirum si errare potuit: nam non consenserunt Legati Romani, ut Magdeburgenses dicunt. Papa autem non solum non consensit, sed etiam refutauit Francofordiense decretum, ut patet ex libro Adriani de imaginibus ad Carolam, ubi refutantur omnia mendacia illorum librorum Carolinorum.

QVOD autem ex libris Caroli adferunt, in quibus præcipuum firmamentum causæ suæ constituunt, dico eos libros, neque esse Caroli, neque eiusmodi, quibus vlla fides haberi possit.

QVOD Caroli non sint, probatur primò, quia exstat liber Adriani Papæ I. ad Carolum, in quo libri isti accuratè refelluntur, ex quo Adriani libro perspicuè intelligitur, libros istos ab aliquo hæretico compositos, & à Carolo ad Pontificem missos, ut eis responderet. Essè autem Adriani hunc librum, qui exstat in 3. tomo Conciliorum, cum aliunde, tum etiam ex Luone intelligi potest, qui multa ex hoc libro nomine Adriani in quartam partem sui decreti transfudit.

SECUNDò, constat ex historiis Græcorum & Latinorum, ut Zonara, & Cedreni in vita Leonis Isauri, necnon Pauli Diaconi in vita eiusdem, Romanos Pontifices Gregorium III. Adrianum I. & Leonem III. defecisse à Græcis Imperatoribus, eos excommunicasse, vètigalia eis tribui ex Italia prohibuisse, seque in tutelam Francorum contulisse, atque in eos tandem imperium transtulisse, ea de causa præcipuè, quod Græci Imperatores hæresi Iconomachorum patrocinarentur, cum è contrario Francorum Reges in fide antiqua constantes essent. Quomodo ergo verisimile est, Carolum Imperatorem eadem hæresi laborasse, & pro errore Græcorum contra Romanum Pontificem scripsisse?

SED verba Zonaræ audiamus: *Igitur, inquit, Papa Gregorius iussit, Imperatoris obedientiam obperueram illius opinionem, pacem cum Francis fecit, cum prius sepe dedisset operam, ut Leonem per literas ab odio Dei reuocaret, atque ad cultum sacrarum imaginū reduceret.* Et infra in vita Irenes: *Adriano veteris Romæ Papa mortuo, Leo successit, vir reuerendus & honorabilis, qui cum se ad Carolum Francorum Regem contulisset, ab eo tempore Roma Franci potiri sunt, Carolo à Leone coronato, & Romanorum Imperatore appellato.* Nam Papa Gregorius nihil sibi rei esse voluit, cum impiis Ecclesiæ Constantinopolitanæ gubernatoribus, & pacem cum Francis fecit.

TERTIò, scribit Ionas Aurelianus lib. 1. de cultu imaginum (floruit autem Ionas tempore Ludouici Pij Caroli filij) Claudium Taurinensem eius hæresis patronum toto tempore, quo vixit Carolus, nunquam fuisse ausum mutare. Idemque ibidem, virum piissimum, ac sanctæ memoriæ Carolum Augustum appellat. Si ergo Iconomachi, viuente Carolo, non audebant hæresim suam prædicare, si defensores imaginum Carolum ut piū ac sanctum venerabantur, quanta impudentia est, libros contra imagines Caroli attribuerè?

QUARTò, scribit Paulus Aemilius lib. 2. hist. Francorum, necnò Rhegino in Chronico, in Concilio quodam Gentiliaci coacto; Pipinum Regem, Caroli Magni patrem, Græcorum errorem contra sacras imagines,

Impera

Imperatoris Græci Legatis præsentibus, confutasse, ex eodem quoque Paulo constat, non diu postea ad Concilium, quod Romæ Stephanus Papa celebrauit contra eūdem Græcorum errorem, misisse Carolum Magnum Episcopos duodecim, ex præcipuis Regni, qua ergo audacia aduersarij Christianissimum Principem in Iconoclastam transformare nituntur? præsertim cum Paulo Aemilio in hac parte assentiantur Magdeburgenses ceteri. 8. cap. 9. col. 570.

QVINTò constat ex historicis omnibus, & ex ipsius Caroli epistolis, & carminibus, immò ex ipsis rebus gestis, Carolum & Adrianum semper coniunctissimos fuisse. Exstat adhuc Adriani epistaphium ab Imperatore Carolo non minus eleganter quam pie descriptum, apud Onuphrium in additione ad Platinam, cuius hoc est initium,

*Hic pater Ecclesiæ, Rome decus, inclitus auctor
Adrianus requiem Papa beatus habet.*

*Vir, cui vita, Deus pietas, lex gloria, Christus:
Pastor Apostolicus, promptus ad omne bonum.*

Et infra:
*Post patrem Carolus lacrymans hæc carmina scripsit:
Tu mihi dulcis amor, te modò plango pater.
Tu memore esto mei, sequitur te mens mea semper,
Cum Christo teneas regna beatapoli.*

NUM credibile est igitur, Carolum alterius religionis ac fidei fuisse, quam Adrianus & in ipsum Adrianum tam acriter scripsisse, cum eum tantopere coluerit, & post obitum laudaret?

DENIQVE certum est, Carolum hominem Græcè & Latine peritum, prudentem & ingeniosum fuisse: libri autem isti hominis barbari, imperiti, leuis, ac penè stulti esse videntur. Nam Constantinopolim urbè notissimam in Bithynia esse dicit, cum nemo nesciat esse in Thracia, nisi fortè quia frequentes ibi terræmotus fiunt, solum mutauerit.

DEINDE, Concilium pro cultu imaginum Constantinopoli celebratum asserit, cum tamen Nicææ celebratum nemo sit, qui nesciat, nisi qui nihil legit. Et, quod grauius est, per calumniam & mendacium multa tribuit isti libri Nicænis Patribus, quæ nunquam dixerunt, & interdum quæ aduersarij dixerant, quale est illud, quod Eucharistia sit imago corporis Christi, quod non solum Patres Nicæni non defendunt, ut iste auctor somniat, sed etiam ex professo refellunt.

VNDÈ accepit Caluinus alterius mendacij occasione. Quia enim Iconomachi dixerant, vnam solum imaginem adorandam, id est, Eucharistiam, atque hoc dicitum Pseudocarolus Nicæna Synodo tribuerat, Caluino placuit, ita rem totam immutare, ac dicere, *Ceteram ne suo solemnè, plaudite, fabula careat, additur clausula* (nimirum à Concilio Nicæno) *Gaudeant, & exultent, qui Christi habentes imaginem, sacrificium illi offerunt.* Quod est mendacium impudentissimum. Concilium enim Nicænum tantum abesse, ut voluerit imaginibus sacrificium offerri, ut disertè in actione septima declarauerit, non veram latræ, sed honorariam tantum adorationem imaginibus deservit.

ACCEPTAT postremò, quod liber iste tanquam alter Melchisedech, est sine patre, sine matre, sine genealogia: prodiit enim repente in lucem, nec scitur quado, aut ubi, aut quomodo, aut à quo repertus, nec habet nomen auctoris, nec impressoris, nec loci ubi impressus est. Quæ sunt omnia argumenta atque indicia fraudum.

SED esto, sit liber Caroli Magni, quid tandem aduersarij obtinebunt? prolixè nihil. Auctor enim huius libri disertè oppugnat omnia ferè dogmata Caluinistarum. aperte enim docet, ad Romanum Pontificem pertinere vltimum iudicium de controuersis fidei, & eum non à Concilio, sed à Deo ipso primatum habere. idem

vult exorcismum adhiberi in Baptismo, templa dedicari certo ritu, orandum esse pro defunctis, Sanctos inuocandos, reliquias venerandas, chrisimatis, aquæ, salisque benedicti usum in Ecclesiâ retinendum, in Eucharistia verè esse corpus Christi, idque adorandum, & tanquam verum ac proprium sacrificium offerendum: quæ sunt omnes exploratæ hæreses apud aduersarios.

Si ergo volunt nos credere huic auctori, cum docet Nicænam Synodum errasse, credant eadem ipsi cum asserit tam multa, quæ iam enumerauimus. Quod si etiam constaret, Carolum ipsum hunc librum scripsisse, & in omnibus cum Caluinistis conuenire, quid haberent aliud, quam testimonium vnius hominis laici, & militis? quod opponere velle Concilio generali Episcoporum, stultitia est manifesta. Nā, ut rectè ait Damascenus oratione secunda de imaginibus, *Christus nõ cõmisi Ecclesiâ Regibus & Imperatoribus, sed Episcopis & pastoribus.*

DECIMOQVINTò, proferunt Concilia duo inter se contraria, quibus tamen præfuerunt Romani Pontifices. Nam Concilium Romanum sub Stephano VII. irritauit omnia acta Formosi Papæ prædecessoris sui; deinde Concilium Raennense sub Ioanne IX. irritauit acta Concilij sub Stephano, & approbavit acta Formosi. Vide Sigbertum in Chronico anni dccccliii. Matt. Palmerium in Chronico anni dccc. xcix. & Platinam in vitis horum Pontificum.

RESPONDEO, quæstionè fuisse de facto, id est, an Formosus fuisset verus & legitimus Papa: & quia Stephanus malè informatus, censuit eum non fuisse Papam, acta eius irritauit. Quia verò Ioannes postea re meliùs inuestigata, inuenit contrarium, correxit errorem Concilij prioris, iuxta regulam Augustini, qui dicit, *Concilia priora aliquando emendari à posterioribus*, nimirum in huiusmodi casibus particularibus,

DECIMOSEXTò, proferunt Concilium Romanum sub Nicolao I. in quo definitum est, non solum Sacramentum corporis Christi, sed etiam & ipsum verum Christi corpus tractari, & frangi manibus Sacerdotum, & fidelium dentibus atteri, ut patet ex can. Ego Berengarius, de consecrat. distinctione secunda. At hic est error manifestus contra resurrectionem gloriosam Christi, de qua dicit Apostolus, *Christus resurgens à mortuis, iam non moritur*, Roman. sexto. Si enim corpus Christi verum frangitur, & teritur, certè corruptitur & moritur.

RESPONDEO, nunquam fuisse quæstionem, an Christi corpus verè, ut est in se, frangeretur manibus, & detibus tereretur. certum enim est, & semper fuit, Christi corpus incorruptibile non existens, non posse frangi, & teri, nisi in signo, siue Sacramento, ita ut dicatur frangi, ac teri, cum signum eius, id est, species panis frangitur, & teritur.

AT quæstio fuit, an signum, quod frangitur, & teritur, sit nudum signum, an verò contineat Christi corpus reuera. & quia Berengarius docuerat esse nudum signum, idè Concilium constituens formam abiurationis huius erroris, voluit eum dicere, non solum Sacramentum, sed etiam verum Christi corpus frangi, & teri. quorum verborum hic est sensus, Non teritur, & frangitur nudum signum, sed etiam verum Christi corpus, id est, sed signum habens realiter coniunctū Christi corpore, siue, sed etiam verum Christi corpus ibi præfens, existens, frangitur, & teritur, non tamè in se, sed in signo. Quomodo etiam intelligimus, cum Chryostomus homilia 83 in Marthæum, ait, *O quot, inquit, dicit, vellem eius formam, eius calceamenta videre. Ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis.*

DECIMOSEPTIMO, profert Hermannus Concilium Lateranense sub Innocentio III. in quo definitum est, habendum esse pro articulo fidei, panem & vinum

in Sacramento transubstantiari in corpus & sanguinem Christi. At in Concilio Ephesino dicitur anathema omnibus proferentibus aliud Symbolum.

RESPONDEO primò, Lateranense Concilium non composuisse vllum Symbolum, sed tantum definiisse vnam quaestionem de fide, sicut fecerunt multa Concilia post Ephesinum. Secundò dico, Concilium Ephesinum dixisse anathema proferentibus aliud Symbolum, id est, contrarium Nicæno, non autem aliud, id est, nouum, & explicatius. Tertio dico, Concilium Ephesinum, prohibuisse noui Symboli compositionem Episcopis, & Conciliis particularibus, non autem summo Pontifici, aut Concilio generali: nemo enim in parem, vel maiorem habet præcipiendi auctoritatem.

DE SIMO OCTAVO, proferunt Conciliū Constantiense & Basileense: nam illud sess. 13. excommunicauit omnes communicantes sub vtraque specie, istud autem concessit vtramque speciem Boëmis.

RESPONDEO, quidquid sit de horum Conciliorum auctoritate, dico ea non pugnare inter se: nam Constantiense excommunicat eos, qui communicant sub vtraque specie sine licentia Ecclesie. Sic enim intelliguntur præcepta maiorum: non enim qui præcipit, priuat se auctoritate dispensandi. Concilium autem Basileense dispensauit cum Boëmis, eisque licentiam dedit communicandi sub vtraque specie.

VLTIMO, proferunt eadem Concilia, Constantiense & Basileense, quæ statuunt, Conciliū esse supra Papam, cuius contrariū habetur in Concilio Lateranensi, sess. II. sed de hac re infra dicemus in fine huius libri.

CAPVT IX.

Solutur obiectio ducta ex ratione.

BITICVNT postremò eam rationem. In omni cætu multitudinis sæpè accidit, vt maior pars vincat meliorem: igitur in Conciliis Ecclesie, vbi definiuntur omnia ad plura suffragia, facile fieri poterit, vt contingat error.

DEINDE etio, Concilia legitima non possint errare: tamen quis nouit, an vllum fuerit vnquã legitimū Concilium? Nec enim est Concilium legitimum, nisi Episcoporum fidelium: quis autem scire potest, an qui in Concilio conueniunt, habeant veram fidem, & veram ordinationem?

DENIQUE, in antiquis Conciliis cõuenisse Episcopos ex multis provinciis, quaestionem propositam diligenter examinaffe, subscripsisse deinde sponte sua, non aliqua vi externa coactos, & alia eiusdẽ generis fecisse, quæ requiruntur ad legitima Concilia, vnde nouimus, nisi ex fide historicorum? At historici (diuinis exceptis) non rarò mentiuntur, & certè non firmam & infallibilem fidem faciunt. Restat igitur, vt Conciliorum decreta sint omnia dubia.

RESPONDEMVVS, in cætibz humanis aliquando id accidere, vt maior pars vincat meliorem: in Concilio autem Ecclesie, vbi Spiritus sanctus præsidet, & vbi Christus est in medio eorum, qui in nomine ipsius congregati sunt, & vbi ille adest, cui dictum est ab ipsa Veritate: Rogauit pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, non est, quod tale aliquid timeatur. nam etiam si maior pars resistat meliori, vt factum est in Concilio Ariminensi, & Ephesino secundo, tamen nunquam vincit: mox enim irritantur eiusmodi Conciliorũ acta ab eo, cui conuenit ex officio fratres cõfirmare, quemadmodum in prædictis Conciliis Ariminensi & Ephesino secundo factum videmus.

AD alterã obiectiõne respondeo, non esse necessariū, vt sciamus Episcopos, qui ad Conciliū cõueniunt, habere verã fidem, & veram ordinationem, sed satis esse, si non constet cõtrarium. Nam etiam si summus Pontifex, quod fieri non posse credimus, & omnes Episcopi, qui ad ali-

A quod generale Concilium à summo Pontifice conuocantur, essent corde hæretici, & sola externa professione Catholici, nec verè accepissent sacri ordinis inuisibilem characterẽ, sed nudam impositionem manuum, tamen certi sumus, Deum nunquã permissurum, vt eiusmodi Conciliū in decretis suis formãdis erraret: assistit enim Concilio Spiritus sanctus, non tam propter ipsum Conciliū, quã propter Ecclesiam vniuersam, qua diuino præcepto tenetur, Episcoporum sententiam non discutere, sed venerari. Itaque ne erraret Ecclesia vniuersa, diuina prouidentia faceret, vt etiam Concilium illud Episcoporum fictorum, vellent, noller, verissimam fidem Ecclesie sequendam proponeret.

PRONDE, vt conuentus aliquis Episcoporum legitimus sit, & dicatur, id solum requiritur, vt Episcopi illi conueniant, qui in Ecclesia ordinariè præsidunt, & Episcopi veri atque Catholici palam ab omnibus habentur, quidquid sit de iis, quæ in cordibus eorum latent.

QVIA tamen nõ solum scimus Deo curẽ esse salutem Ecclesie suæ, sed etiam ex Scripturis didicimus, Dei prouidentiam suauiter omnia disponere, propterea certò credimus, Deum non permissurum, vt in Concilio, quod ab Ecclesia legitimum creditur, conueniant Episcopi, aut omnes, aut pro maiori parte non legitimi, aut nõ Catholici: esset enim vehementer durum, ac violentum (etsi non impossibile Deo, qui etiam per iumentum aliquando corripuit Prophetã insipientiam) vt Concilium totum hæreticorum, repugnante voluntate ac sententia, decrẽtum Catholicum conderet.

AD postremam obiectiõnem quidam respondent, vt Vega in Cõc. Trid. li. 3. c. 39. Cõciliū esse legitimum, fide Catholica teneri à fidelibus, nõ quia id historici testantur, sed quia ipsum Concilium hoc definiuit: solent enim Cõcilia initio auctoritate definire, suum conuentum esse legitimum, & in Spiritu sancto congregatum.

AT profectò non videtur hæc solida responsio. Primum, quia vetera Concilia non solebant initio testari, suum cõuentum esse legitimum, & in Spiritu sancto congregatum: Concilia verò quædam posteriora, vt Constantiense, Basileense, Lateranense, Tridentinum, & alia, id quidem testantur, sed non tanquam decrẽtum aliquod formant de fide. Nusquam enim inuenitur inter canones propriè dictos, alicuius Concilij aliquis canon, quo definiatur illud ipsum Concilium esse legitimum, à quo canones illi conditi sunt.

SECUNDO, aut constat nobis aliunde Concilium aliquod fuisse legitimum, dum definire vellent, se esse legitimum, aut non constat. Si constat, frustra cõditur tale decrẽtum: si non constat, iam de ipso decrẽto dubitare incipiemus. si enim ambigo, an fuerit legitimū Concilium antequam definirẽ se esse legitimum, ambigo etiam, an non errauerit in eo ipso decrẽto, quo se legitimum esse pronunciauit.

ALII igitur respondent, Concilium aliquod esse legitimum iis, qui tunc adsunt præsentibus, euidentibus esse posse sine alia probatione. Vident enim cõuenisse in vnum Episcopos, qui habentur ab omnibus veri Episcopi, & cõuenisse ex variis provinciis, & vocatos ab eo, qui habet auctoritatẽ, & si quid aliud requiratur ad legitimum Concilium, id etiam videre possunt: nihil enim inuisibile, vt supra diximus, requiritur.

POSTERIS autẽ, vel absentibus, id ipsum est notum ex humana fide, sed certissima, & quæ euidentia naturali aliquo modo comparari possit. Nam ex epli gratia, Nicænum Cõciliū fuisse legitimum non solum vnus aut alter historicus testatur, sed multi & varij scriptores eius temporis: & temporum consequentiũ, & Ecclesie, quæ nunc est, id ipsum asserit, nec est, aut fuit, qui contrarium sentiat, aut senserit.

QVARE, quemadmodum fuisse quondam Cõsulem

Ciceronem, Iulium Cæsarem Dictatorem, Octavianum cum Antonio prælio nauali decertasse, & alia id genus, etsi ex fide humana pendeant, tamen ad eã certa sunt, vt euidentiam quandam habere videantur. Sic etiam Cõcilia Ecclesie, quæ nos legitima fuisse dicimus, tot habent testimonia omnium ætatum, vt nihil dubitationis in animis nostris relinquunt, quò minus credamus, talia fuisse, qualia dicuntur.

QVARE cum ex fide Catholica habeamus, Concilia legitima à summo Pontifice confirmata, non posse errare, & ex naturali euidentia, aut ex fide humana certissima sciamus, Concilium Nicænum, Cõciliū Constantinopolitanũ, Ephesinũ primũ, & alia huiusmodi legitima, & à summo Pontifice approbata fuisse, id certè sequitur, vt huiusmodi Conciliorum decreta certa fide credamus. Vide, si placet, de hac re Melchiorum Canum libro 6. de locis, ca. vlt. in solutione decimi argumenti.

CAPVT X.

Concilia particularia non probata à summo Pontifice, non omnino certam fidem facere.

SEQUITVR iam altera quaestio, num videlicet Concilia à summo Pontifice non cõfirmata, certam fidem faciant: quæ non est controversa inter Catholicos & hæreticos, & vix etiam inter Catholicos. id eã rem totam breuiter explicabimus, ac primùm de Conciliis particularibus, deinde de generalibus agemus.

DE provincialibus igitur duo ex communi sententia Catholicorum asserimus, posse eiusmodi Cõcilia absolute errare, tamen magnè esse auctoritatis, ita vt temerarium sit, eis non acquiescere. Quòd eiusmodi Concilia possint errare, testis est Carthaginense Concilium sub Cypriano, quod fuit nationale, celeberrimũ, legitimum, Episcoporum octoginta quinque, quorum pleriq; Martyres, aut Confessores erãt, vt patet ex epistola Cypriani ad Iubaianum, & tamen errauit.

SECUNDO, testis est quinta Synodus Romana sub Symmacho, vbi legitimus, Cõcilia provincialia, quia præsentiam Papæ non habent, valentudinem perdidisse.

TERCIO, Prosper in Chronico anni cccc. xx. dicit hæresim Pelagianã à Concilio Africano ductorũ decem & septem Episcoporum damnatam, non prius ab Ecclesia totius orbis damnatã, quã Zozimum Papã decreta Concilij illius probasset. Vnde etiam Augustinus libro secundo retractat. ca. 50. non dicit, hæresim Pelagianã à Conciliis Africanis, quæ particularia erant, damnatã, sed à Pontificibus Innocentio, & Zozimo, cooperantibus Africanis Conciliis.

QUARTO, cur Concilia generalia errare non possint, duplex est causa præcipua. Prima, quia Concilium generale totam Ecclesiam repræsentat, & id eã ipso errante tota Ecclesia erraret. Secunda, quia Concilium generale non fit sine summo Pontifice, pro quo Christus orauit, vt non deficeret fides eius: At nulla harum causarum locum habet in Concilio particulari.

SED contra obiicit: nam ca. Ad abolendam, extra, de hæreticis, excommunicantur omnes illi, qui iudicantur hæretici ab Ecclesia Romana, vel à Concilio provinciali, aut diocæsano: Concilia igitur provincialia & diocæsana, faciunt dogmata de fide: alioqui non esset hæreticus, qui ea negaret.

RESPONDEO, duobus modis posse iudicari de hæresi: Vno modo, de ipsa hæresi secundum se, & quasi in abstracto, vt cum quaeritur, an sit hæreticũ, hoc aut illud dicere: Altero modo, in ordine ad hominẽ hæreticum, vt cum quaeritur, an hic incidit in hæresim ab Ecclesia damnatã. Quamuis igitur Concilia provincialia, vel diocæsana, non possint dogmata fidei cõstituire, tamen possunt iudicare, an aliquis incidit in hæresim manifestã, sicut etiam iudicant inquisitores. Ad hunc finem

A collectum fuit Concilium Aquileiense tempore Ambrosij: nihil enim ibi definitum est, nisi Palladium quendam verum esse Arii discipulũ, & de hoc videtur præcipuè agere caput illud, Ad abolendam, de hæreticis. Etsi enim hoc iudicium non sit infallibile, tamen sufficit ad excommunicandum.

PRAETEREA secundò dico, posse etiam Concilia particularia censere de hæresi secundum se, quando res est facilis, & in qua omnes ferè Doctores cõueniunt: quo modo Concilium Antiochenum olim iudicauit de hæresi Pauli Samosatani apud Eusebium lib. 7. histor. cap. 24. conueniunt enim vndique Episcopi, non tanquam ad rem dubiam, sed tanquam ad manifestum lupum de ouili Christi eiciendũ. Etsi enim hoc iudicium non sit prorsus infallibile, tamen debet priuatim homines acquiescere eiusmodi iudicio & si secus egerint, meritò excommunicantur, donec non iudicauerit aliter Apostolica sedes, vel Concilium vniuersale.

DENIQUE tertio dico, posse etiam Concilia particularia definire dogmata verè dubia, & eorum decreta esse firma, si id faciant ex commissione Apostolicæ sedis, vt fecerãt Patres Concilij Africani secundi, & Toletani primi, tẽpore Leonis I. Synodi Cõplutensis, tempore Sixti IIII. de quo vide summam Conciliorum. Vel saltem si decisionem suam mittant ad Romanum Pontificem, & ab eo confirmationem accipiant: quomodo constat factum esse in Conciliis Mileuitano & Carthaginensi, ex Augustino epist. 90. 91. 92. 93. Immo credibile est, nullum Concilium particulare definiuisse aliquid de fide, sine approbatione Apostolicæ sedis. de his omnibus intelligi potest illud cap. Ad abolendam.

QVOD autem Concilium particulare non expressè confirmatum, faciat argumentum ad eã probabile, vt temerarium sit ei nõ acquiescere, planum est. Primò, quia in VII. Synodo act. 3. & in VIII. Synodo act. vlt. can. 1. honorantur Synodi locales, & suscipiuntur: nec fit mentio ibi confirmatorũ, vel non. Secundò, quia plurima horum Conciliorũ, vt Toletana, Bracharensia, Arelantia Hispania, &c. videntur ipso vsu Ecclesie quodammodo probata. Tertio, quia si aliquot sancti Patres casu in eandem sententiam conuenientes, faciunt argumentum probabile, quantò magis L. aut LX. Episcopi simul conuenientes, & inuocato Spiritu, aliquid communi consensu statuentes?

CAPVT XI.

Concilia generalia, ante confirmationem summi Pontificis, errare posse, nisi Patres in definiendo sequantur Pontificis instructionem.

AM verò de Cõciliis vniuersalibz, variè sunt opinioniones. Parisenses enim, & illi omnes, qui docet Concilium esse supra Papam, & aliqui præterea alij existimãt, Concilia generalia legitima non posse errare, etiam ante confirmationem Pontificis. Cõtrarium docent alij, vt Caietanus in Apolog. parte 2. ca. 21. Turrecremata li. 3. ca. 32. 33. 34. & 38.

NOTA duo: primò, Legatos aliquãdo mitti ad Concilium cũ instructione sedis Apostolicæ, sicut legitimus factum in Concilio IV. VI. & VII. aliquando sine instructione, vt factum est in Concilio Tridentino, cuius ratio est, quia in illis primis Conciliis vna tantum quaestio tractabatur, & id eã facile poterat Pontifex explicare Legatis, quæ esset sententia sua de illa quaestione. At in Cõcilio Tridentino tot quaestiones, & tam variè tractanda erãt, vt nõ posset commodè eiusmodi instructio haberi.

SECUNDO nota, posse quatuor modis contingere, vt fiat generalis Concilij definitio. Primò, vt Patres consentiant, & definiant, dissentientibus Legatis Apostolicæ sedis. Secundò, vt definiant consentientibus Legatis, sed contra instructionem Pontificis agentibus. Tertio, consentientibus omnibus, etiam Legatis, sed qui non habue-

runt certam instructionē. Quartò, consentientibus omnibus cum Legatis habentibus, & sequentibus Papæ instructionem.

A c de primo, & secundo modo nulla est difficultas. Constat enim talia Concilia errare posse, nam in primis, de facto erravit Concilium Ephesinum secundum, quod repugnantibus Legatis Papæ Leonis definire voluit, ut patet ex epistol. B. Leonis 24. & 25. &c. Item Concilium Constantinopolitanum tempore Nicolai I. erravit, cum Legati Nicolai contra instructionem Papæ egerint, ut patet ex epistol. Nicolai ad Patriarchas, & ceteros Episcopos Orientis: & ex Zonara in vita Michaëlis Imperatoris.

S E C V N D O, eiusmodi Concilia, non solum non confirmata, sed etiam reprobara dici debent: idem enim est siue Pontifex expressè Concilium reprobet, siue Concilium agat contra Pontificis sententiam. Constat autem Concilia reprobara à Pontifice nullam habere auctoritatem, ut multis exemplis ostendit Gelasius in tomò de Anathemate, & in epistola ad Episcopos Dardaniæ.

T E R T I O, non possunt dici legitima Concilia, quæ pugnant cum suo capite: & similiter quæ consentiunt Legatis agentibus contra informationem, quia tunc Legati non agunt, ut Legati, cum non agant nomine Pontificis: differre enim D. Leo in epistol. 45. ad Pulcheriam, & Agatho in epistol. ad Imperatorem, quæ lecta est in 6. Synodo act. 4. affirmant se non dare auctoritatem Legatis, nisi agant secundum sibi traditas regulas.

D E tertio modo res est sub opinione. Ego tamen existimo tale Concilium posse errare, neque esse infallibile eius iudicium ante confirmationem Pontificis. Primò, quia sententia eius Concilii non est vltimū iudicium Ecclesiæ, & tamen si non posset errare, esset vltimum & irretactabile iudicium, non esse autem vltimum iudicium horum Conciliorum, planum est. Nam eiusmodi Concilia ad Pontificem mittuntur, & Pontifex Concilium approbare potest, vel reprobare, ut patet ex Gelasio in epistol. ad Episcopos Dardaniæ, & ex Nicolao in epistol. ad Michaëlem, & ex praxi Conciliorum petentium confirmationem: de qua re Turrescremata lib. 3. c. 34. ac nominatim ex Bulla Pij IV. in qua confirmat Tridentinum Concilium.

P R A E T E R E A secundò, firmitas Concilii nascitur ex consensione, & coniunctione corporis cū capite. at caput nondum aperuit sententiam suam: est enim Legati præsent nomine Pontificis, tamen non sunt reuera Pontifices, nec sciunt, quæ sit mens Pontificis, nec habent illud priuilegium non errandi, quod habet Pontifex.

T E R T I O, Concilium Basileense sessione 2. vna cum Legato Pontificis cōmuni consensu statuit, Concilium esse supra Papā, quod certè nunc iudicatur erroneum.

Q U A R T O, potest errare Concilium, quod aliquid definit contra instructionem Pontificis, ut de facto erravit Concilium Constantinopolitanum, consentientibus etiam errori Legatis Nicolai I. ergo potest etiam errare, quando nulla habetur instructio: nam non tenentur Episcopi in Concilio sequi illam instructionem, alioqui non essent iudices, neque essent libera suffragia.

A T obiciunt, eiusmodi Concilium est generale legitimum, & vniuersalem Ecclesiam representans, ergo errare non potest.

R E S P O N D E T. Canus, Concilium non posse errare eo modo, quo Ecclesia non potest errare, id est, sicut Ecclesia non potest errare in iis, in quibus omnes de Ecclesia conueniunt, sic etiam Concilium non potest errare in iis in quibus omnes de Concilio conueniunt.

A T contra, nam Ecclesia potest errare quoad fidem personalem, & ideo in eo solum non potest errare, in quo omnes conueniunt. At Concilium non potest errare in iudicio de fide, id est, in decreto formando. Est autem verum decretum Concilii, quod fit à maiori parte: alio-

qui nullum esset legitimum Concilii decretum, cū semper aliqui dissentiant. ergo Concilium absolute dicitur errare, quando errat maior pars, quæ format decretum. Quare alia ratione soluendam esse obiectionē existimo.

D I C O igitur Concilium illud non posse errare, quod absolute est generale, & Ecclesiam vniuersam perfecte repræsentat: eiusmodi autem Concilium non est, antequam adsit sententia summi Pontificis. Nam Episcopi ceteri repræsentant quidem corpus Ecclesiæ, & quod illi faciunt, corpus Ecclesiæ facere censetur: at Legati Papæ non ita repræsentant caput Ecclesiæ, id est, ipsam Papam, ut quod ipsi faciunt, absolute censetur Legati Papæ, alioqui nulla requireretur confirmatio: sed solum repræsentant Pontificem, tanquam vicarij, & internuncij ipsius, qui ad ipsum referre debeant, cum oriuntur dubia, & sententiam eius expectare, & exequi. Itaque tale Concilium cū non repræsentet absolute auctoritatem capitis, nō nisi imperfectè totam Ecclesiam repræsentat.

Q U O D si quis omnino velit eiusmodi Concilium absolute totam Ecclesiam repræsentare, is respondere poterit, Concilium generale non censeri prorsus absolute, nisi post confirmationem Pontificis: cū autē dicitur Concilium generale non posse errare, & eius decreta certam fidem facere, id esse intelligendum, quando absolute fuerit penitus, & ab omnibus obsignatum.

O B I C I V N T secundò, quod Concilia dicant anathema contrarium sentientibus, antequam confirmetur.

R E S P O N D E O, illa quidem dicere anathema, sed intelligere, illud vim habiturum, si fuerit à Pontifice confirmatum: sicut quædam Iudex, à quo appellari potest, fert sententiam mortis in aliquem, intelligitur, illum debere mori, nisi Princeps sententiam retractet.

D E quarto modo vix dubium esse potest: videtur enim esse certum, tale Concilium non posse errare, primū enim in tali Concilio inuenitur expressus consensus capituli, & membrorum, ac proinde totius Ecclesiæ, quæ sine dubio errare nō potest, neque obest, quod instructio illa à Pontifice data non videatur definitiua sententia Apostolicæ sedis: nam quando Concilium consentit cum Pontificis sententia, formaturque decretum à Legatis nomine Pontificis, tunc incipit esse sententia definitiua, & vltima, non solum Concilii, sed etiam Pontificis: neque potest Pontifex eam retractare: nam certò intelligit, sententiam suam fuisse à Deo quando à Concilio approbatur, ut dicit D. Leo in epistol. 63. ad Theodoretum, *Quæ, inquit, Dominus nostro prius ministerio definerat, vniuersa fraternitatis irretactabili firmavit assensu, ut verè à se prodire ostenderet, quod prius à prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis iudicium recepisset, ut in hoc quoque capiti membra concordent, &c.*

Q U O D vt melius intelligatur, sciendū est, Pontificem mittere solere Legatos instructos de sententia Apostolicæ sedis cum ea conditione, vt si Concilium consentiat iudicio Apostolicæ sedis, formetur decretum: sin minus, differatur decreti formatio, donec Romanus Pontifex consultus respondeat. Id quod patet ex Concilio Chalcedonensi: nam act. 3. cū Concilium consensisset iudicio Pontificis circa depositionem Dioscori, mox Legati his verbis formauerunt decretum. *Sancitissimus ac beatissimus Papa, caput vniuersalis Ecclesiæ Leo, per nos Legatos suos, sancta Synodo consentiente, Petri Apostoli præditus dignitate, qui Ecclesiæ fundamentum, ac petra fidei, & celestis regni ianitor nuncupatur, Episcopali dignitate Dioscorum nudauit, & ab omni sacerdotali opere feuit extorrem.*

D E I N D E actione 16. cū Concilium aliquid statueret velle contra instructionem Pontificis, Legati dixerūt debere prius id significari Apostolicæ sedi, quando ergo Concilium definit aliquid, sequens expressam sententiam Pontificis, idem est, ac si confirmatum esset.

A C C E D I T ad hæc, quod Concilium Chalcedonense

in epistola ad Leonē, quæ habetur Act. 3. dum petit confirmationem decretorum, aperte dicit, se scribere Pontifici, & petere confirmationem, quoniam præter decretum de fide contra Dioscorum, alia etiam quædam statuerunt sine expressa Pontificis sententia: itaque solum petunt confirmationem eorum, quæ definerant præter Pontificis sententiam.

I P S E etiam Leo in epistola 61. ad Concilium Chalcedonense, quæ illud confirmat indicat non fuisse opus sua confirmatione, nisi quia dubitabant aliqui, an reuera cum eius consensu factum fuisset decretum Concilii: quæ eō, ratione confirmauit Pontifex multa alia similia Concilia, non quia errare potuerant, sed vt omnibus certius constaret, quæ Legati egerant, verè ex mandato expresso Pontificis egisse.

D E N I Q U E eiusmodi Concilii, non expectata alia confirmatione Pontificis, mox fit exequutio, id est, damnatur, qui contrarium sentiunt, vt manifesti hæretici, & deponuntur ab episcopatu, vel sacerdotio. Ita in Nicæno Concilio damnati sunt & in exilium acti sex Episcopi vnā cum Ario, vt scribit Rufinus lib. 10. hist. c. 5. In Ephesino Concilio damnatus, & depositus est Nestorius vt Euagrius testatur lib. 1. cap. 4. In Chalcedonensi, actione tertia depositus est Dioscorus. & actione 4. decem Episcopi Egyptij iudicantur hæretici, quia nolébāt acquiescere decreto prolato actione 3.

I N Concilio VI. act. 8. & 12. damnatur, & deponitur & in exilium eicitur Macharius Patriarcha Antiochenus cum aliquor suis discipulis, & actione 15. damnatur, & deponitur Polychronius Presbyter. At si Concilia ista ante confirmationem Pontificis errare potuissent, non fuissent illi manifesti hæretici, qui ante confirmationem resistebant.

C A P V T XII.

An sit maior auctoritas Concilii, quam Scripture.

D I X I M V S de auctoritate Conciliorum absolute considerata: nunc de eadem dicendum est per comparisonem ad alia fidei principia, id est, ad verbum Dei scriptum, (nam de traditionibus eadem est oratio) & ad Pontificem. Et quidem hæretici huius temporis passim clamant nos subiicere Scripturam Conciliis. Caluinus lib. 4. inst. ca. 9. §. 14. *Subiicere in eodem modo, inquit, Dei oraculo hominum censuræ, vt ideo rata sint, quia placuerunt hominibus, blasphemia est, & indigna, quæ commemoretur.* Similia apud alios passim inueniuntur.

C A T E R V M hæc non nostra blasphemia, sed ipsorum impostura est. Catholici enim Scripturam sacram non subiiciunt, sed anteponunt Conciliis: neque in hoc vlla controuersia est. quod si interdum Catholicis aliqui dicunt, Scripturam pendere ab Ecclesia siue à Concilio, non intelligunt quoad auctoritatē, & secundum se, sed quoad explicationem, & quoad nos. Obseruandum est igitur, multiplex esse discrimen inter Scripturam sacram & Conciliorum decreta, ex quibus intelligitur, Scripturam præponi Conciliis.

P R I M V M est, quod scriptura est verbū Dei immediate reuelatum, & scriptum quodammodo Deo dictante, iuxta illud 2. Petri 1. *Spiritu sancto inspirate loquuti sunt sancti Dei homines.* Et 2. Tim. 3. *Omnis Scriptura diuinitus inspirata.* Quod tamen nō sic intelligendū est, quasi semper scriptores sacri nouas reuelationes habuerint, & scripserint ea, quæ antea ignorabant: constat enim Euangelistas, Matthæum, & Ioannem scripsisse ea, quæ viderunt: Marcum, & Lucam ea, quæ audierunt, vt Lucas ipse faretur initio Euangelij. *Sicut tradiderunt, inquit, nobis qui ab initio ipsi viderunt.*

D I C V N T V R igitur scriptores sacri habuisse immediatā reuelationē, & scripsisse ipsius Dei verba, quia vel noua quædā, & antea incognita eis reuelabantur à Deo,

iuxta illud Psal. 50. *Incerta, & occulta sapientie tue manifestasti mihi.* Vel Deo immediate inspirabat, & mouebat scriptores ad scribenda ea, quæ viderat, vel audierat, & eos dirigebat, ne aliquo modo errarent. Vt enim dicitur verè epistola principis quæ à principe dicitur, etiam si is, qui eam scripsit, antea sciebat, quæ scripturus erat: ita dicitur, & est immediatum Dei verbum, quod scriptum est ab Euangelistis, Deo inspirante, & dirigente, licet scripserint ea, quæ viderant, vel audierant.

A T Concilia non habet, neque scribunt immediatas reuelationes, aut verba Dei, sed tantum declarant, quodnam sit verbum Dei scriptum vel traditū, & quomodo intelligi debeat, & præterea ex eo per ratiocinationem deducunt conclusiones. Itaque Concilia cū definiunt, qui sint libri canonici, & diuini, non faciunt eos esse infallibilis veritatis, sed declarant solum esse tales.

S I C etiam Concilium Tridentinum sess. 13. ca. 1. cū definit, verba illa, *hoc est corpus meum*, intelligi proprie, non figuratè: non edit, sed declarat verbum Dei. Et cū Nicænum Concilium definiuit Christum esse homo-ousion Patri, deduxit conclusionem ex scripturis, in quibus disertè continetur vnum esse Deū, & Patrem esse Deum, ac Filium esse Deum: ex quibus sequitur, necessariò Patrem, & Filium eiusdem esse substantiæ, & diuinitatis. Et similiter Concilium sextum, cū definiuit in Christo duas esse voluntates, diuinam & humanam, deduxit conclusionem ex scriptura, in qua habetur, Christum esse perfectum Deum, & perfectum hominem.

A T E R V M discrimen ex hoc primo oritur, & est: quod scriptores sacri non debuerunt multum laborare in suis libris edendis: satis enim erat, si laborarent scribendo, vel dictando, si edebant vaticinia: vel ad summum reuocando ad memoriam, quæ viderant, vel audierant, & cogitarent verba, quibus ea scriberent, si scribebant historias, vel epistolas, vel aliquid simile.

A T Patres in Conciliis debent rem ipsam quærere, id est, conclusiones inuestigare, disputando, legendo, cogitando. Vnde Act. 15. legimus in primo Concilio magnam conquisitionem fuisse factam. Idem testatur de Nicæno Concilio Rufinus lib. 10. cap. 5. *historiæ ecclesiasticæ, quo circa Act. 15. dicunt Patres Concilii, visum est Spiritui & nobis, id est, Spiritu sancto nostram industriam & diligentiam adiuuante, ac scriptores sacri soli Deo tribuunt ea quæ scribunt, ac propterea tam sapè repetebant Prophetæ illud, Dicit Dominus.*

T E R T I V M est, quod in scriptura nullus potest esse error, siue agatur de fide, siue de moribus, & siue affirmetur aliquid generale, & toti Ecclesiæ commune, siue aliquid particulare, & ad vnum tantum hominem pertinens. tam enim est certum de fide, siue gratia Spiritus sancti neminem saluari, quam Petrum, Paulum, Stephanum, & quosdam alios verè Spiritū sanctum habuisse & saluos esse: vtrumque enim eadem scriptura verissima testatur, at Concilia in iudiciis particularibus errare possunt.

Q U A R T V M est, quod in scriptura non solum sententia, sed etiam verba omnia, & singula ad fidem pertinent. Creduimus enim nullum esse verbum in Scriptura frustra, aut non rectè positum: at in Conciliis maxima pars actorum ad fidem non pertinet. Non enim sunt de fide disputationes, quæ præmittuntur, neque rationes, quæ adduntur, neque ea, quæ ad explicandum, & illustrandum adferuntur, sed tantum ipsa nuda decreta, & ea non omnia, sed tantum quæ proponuntur tanquam de fide.

I N T E R D V M enim Concilia aliquid definiunt, non vt certum, sed vt probabile, vt Concilium Viennense, quod decreuit tenendum, vt probabilius, infantibus in Baptismo infundi gratiam, & virtutes, vt habetur clement. vnic. de summa Trinitate, & fide Catholica,

Quando autem decretum proponatur tanquam de fide, facile cognoscitur ex verbis Concilij: semper enim dicere solent, se explicare fidem Catholicam: vel hæreticos habendos, qui contrarium sentiunt: vel quod est communissimum, dicunt anathema, & ab Ecclesia excludunt eos, qui contrariū sentiunt. Quando autem nihil horum dicunt, non est certum rem esse de fide.

D E N I Q U E, in ipsiis decretis de fide non verba, sed sensus tantum ad fidem pertinet: non enim est hæreticum dicere in canonicis Conciliorum aliquod verbum esse superuacaneum, aut non rectè positum, nisi forte de ipso verbo sit decretum formatum, vt in Concilio Nicæno decreuerit recipiendam vocem, *μωβου*, & in Ephesino vocem *διωβου*.

Q U I N T V M est, quòd scriptura non eget approbatione Pontificis, vt sit authentica, sed tantum vt innotescat eius auctoritas: at Concilia etiam legitima, & generalia non sunt rata nisi à Pontifice confirmantur, vt ostendimus quæstione superiori.

S E D obicitur quidam, Gratianus d. 19. can. in canonicis, affirmat epistolas Pontificum decretales numerari debere inter Scripturas canonicas: & d. 20. can. decretales, dicit Conciliorum canones eiusdem esse auctoritatis cum epistolis decretalibus: ergo etiam canones Conciliorum numerantur inter canonicas Scripturas: nõ ergo Scripturæ præponuntur Conciliis.

P R A E T E R E A S. Gregorius lib. 1. epist. 24. dicit se venerari quatuor prima Concilia, vt quatuor libros Euangeliorum.

R E S P O N D E O ad Gratianum dupliciter. Primum, eum esse deceptum ex deprauato codice, quem ipse habuit B. Augustini: tribuit enim illum canonicum Augustino li. 2. doct. Christi, c. 8. codices autem veri, & emendati B. Augustini, nõ habent vt Gratianus refert, sed longè aliter: nõ enim Augustinus dicit epistolas eas esse Scripturæ canonicas, quas Apostolica sedes dare, vel accipere solet, vt Gratianus legit: sed iudicium de Scripturis sanctis pertinere ad Ecclesias, atque ad eas potissimum, quæ Apostolicas sedes, vel epistolas accipere meruerunt: quales sunt Roma, in qua sedet Petrus, & ad quam scripsit Paulus: Ephesus, in qua sedet Ioannes, & ad quam scripsit idem Paulus, & alia quædam.

D I C O secundò, Gratianum, etiam hoc errore posito non voluisse dicere, decreta Pontificum esse propriè Scripturas sacras, & canonicas, vt sunt Euangelia, vel Psalmi: sed esse Scripturas sacras, vt distinguantur à prophanis: & canonicas, vt distinguantur à scriptis sacris Patrum, quæ non sunt regulæ, nec habent auctoritatem obligandi, licet enim canones Pontificum & Conciliorum distinguantur, & postponantur Scripturæ diuinæ, tamè suo modo sunt & dici possunt scripta sacra, & canonica, quomodo VII. Synodus actio. 3. vocat decreta Conciliorum diuinitus inspiratas constitutiones. Immo Innocentius cap. cum Marthæ, extra de celebratione Missarum, vocat Scripturam sacram sententiam illam Augustini: *Inimiam facit Martyri, qui orat pro Martyre*, scrm. 17. de verbis Apostoli.

Q U O D autem Gratianus senserit Conciliorum decreta non esse æquanda diuinis Scripturis propriè dictis, patet ex 36. causa. q. 2. c. placuit, vbi Hieronymi sententiam, quia munita erat testimonio diuinæ Scripturæ, anteponit Concilij decreto.

A D Gregorij respondeo illud, sicut, sonare similitudinem, non æqualitatem, vt illud Mat. 5. *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est*. Vt si æqualitatem sonet, dicendum erit, non comparari à Gregorio Concilia cum Euangeliis in omnibus, sed tantum in ipsa certitudine eorum quæ in Scripturis dicuntur, & in Conciliis definiuntur. Cui enim vtraque sint infallibilis veritatis, æquè certa dici possunt, sed iam quandoquidem Conci-

lia non sunt maioris auctoritatis, quàm Scripturæ, restat vt illud explicemus, vtrum saltem maior sit Concilij Occumenici, quàm summi Pontificis auctoritas.

CAPVT XIII.

An Concilium sit supra Pontificem.

Q U A E S T I O hæc exorta est tẽpore Concilij Pisani, quia cum duo Pontifices, qui simul sedebat in schismate; Gregorius duodecimus & Benedictus decimus tertius, non videbantur serid cogitare de tollendo schismate per spontaneam abdicationem, quem admodum ante Pontificatum vterque vouerat, & iurauerat: Cardinales vtriusque partis secesserunt Pisam, & tractare cœperunt, an sibi liceret inuitis Pontificibus illis Concilium generale conuocare & eos Pontifices deponere. Meminit Antoninus huius disputationis, quæ Florentiæ habita est, tertia parte summæ historialis tit. 22. cap. 5. §. 2.

D E I N D E, cū paulò post fieret Conciliū Constantiense, & Ioannes XXIII. qui solus ad Concilium accesserat, à Concilio clam discessisset, atque ita Concilium sine capite remansisset, tractare Patres cœperunt, an Conciliū posset inuitū Pontificem iudicare, & deponere. Sed maxime cõtrouersia creuit tẽpore Concilij Basileensis, quia enim Eugenius Papa quartus Concilium Basileense inchoatū dissoluere volebat, & impedire, ne vltius progrediretur, cœperunt Patres querere, an tenerentur obedire Pontifici, an Pontifex potius teneretur obedire ipsi, id est, generali Concilio, & quoniam paulò ante videbant duos Pontifices Ioanem XXIII. & Benedictū XIII. depositos fuisse per Concilium Constantiense, & sic impositum sine maximo schismate: cœperunt merere, ne si Pontifex nõ teneatur obedire Concilio, iterū schisma renouaretur, & sine vilo remedio Ecclesia remaneret. Itaque hac occasione tunc plurimi in eam sententiam iuerunt, vt Concilium esset supra Pontificem.

S E D dum voluerunt schismatibus viam præcludere, ipsi nouum schisma fecerunt, creato Pseudopapa Felice quinto, qui postea cognito errore abdicauit se Pontificatum: & quauis postea in Concilio Florentino, & Lateranensi vltimo videatur quæstio definita, tamen quia Florentinum Concilium non ita expressè hoc definiuit, & de Concilio Lateranensi, quod expressissimè rem definiuit, nõnulli dubitant, an fuerit verè generale: idèò vsque ad hanc diem quæstio superest, etiam inter Catholicos.

O B S E R V A N D V M est autè, duobus modis posse comparari Papam cum Concilio: Vno modo, vt sumatur ab vna parte solus Papa verus, & indubitatus, ab altera Concilium generale, cui præsit Papa per se, vel per legatos, ita vt nihil definiatur sine cõsensu ipsius. Altero modo, vt sumatur ab vna parte solus Papa, ab altera Concilium generale, cui Papa nec per se, nec per suos legatos præsit. Intellego autem non præsidere per suos legatos, etiam quando legatus quidem ab eo missus præest Concilio, sed agit contra ipsius Pontificis voluntatem: tunc enim non est verè eius legatus, licet pro tali se gerat.

Q U A E S T I O præsens, licet nonnullis videatur præcipuè versari circa priorem comparationem, quippè qui existimant Concilium sine Papa non esse verum Concilium, & proinde sine dubio Papam esse maiorem tali Concilio: tamen reuera quæstio præcipua est de posteriore cõparatione. Quod patet, primò, quia ista quæstio introducta est propter Pontificum depositionem, id est, ad inquirendum an Papa etiam inuitus à Concilio iudicari, damnari, & deponi possit.

A D hunc autè finem superuacanea est illa quæstio, an Conciliū cū Papa sit maius solo Papa: nõ siue sit maius, siue minus, nunquã iudicabit, neque damnabit, neque deponet inuitum Papam. Quomodo enim hoc illud Concilium faceret, quod nihil agit sine consensu Papæ? Num Papa seipsum inuitum volet iudicari, & damnari?

S E C V N D O

S E C V N D O idem patet ex Concilio Basileensi. nam Basileenses Patres, qui definiunt Concilium esse supra Papam, suum Concilium Basileense asserunt esse supra Eugenium Papam, eo tẽpore, quo in Concilio neque Papa, neque eius legatus aderat, quin etiam Papam omnibus modis repugnantem deponere aggressi sunt.

H A E ergo est præcipua quæstio, & sola tractanda: nõ ex huius explicatione patebit etiam quid sit dicendum de priori. Qui enim docent Papam esse supra Concilium sine ipso celebratum, idem docent parum esse auctoritatem in solo Papa, & in Concilio cū Papa intenuè, licet extenuè sit maior in Concilio: & proinde non posse à tali Concilio Papam iudicari, vel damnari, nec eiusmodi Concilij decretis eum obligari coactiuè, sed tantum directiuè, & posse in eis dispensare, exceptis decretis de fide, quæ immutabilia sunt. Ratio horum est, quia par in parum non habet potestatem.

Q U I verò docent Concilium sine Papa esse supra Papam, docent etiam consequenter, Concilium cum Papa esse supra Papam, & obligare Papam: tamen si ipsi idem fatentur, posse Papam tanquam ministrum Ecclesiæ dispensare in præceptis Concilij generalis: sed si malè dispensauerit, posse corrigi & puniri postea à Concilio generali. Hac ergo prima comparatione omiſsa, sola secunda tractanda est.

CAPVT XIV.

Explicantur opiniones diuersæ.

O R R O de proposita quæstione tres inuenio doctorū sententiæ. Prima est, Concilium esse supra Pontificem, id quod asserunt in primis omnes hæretici huius tẽporis: & nominatim Hermãnus Hamelmãnus id probare conatur multis argumentis li. 3. c. 13. Prolegomenorum. Idem asseruit Cardinalis Cameracensis, Ioannes Gerson, Iacobus Almainus, & alij nõnulli in suis tractatibus de potestate Ecclesiæ. Item Nicolaus Cusanus in tractatu de concordantia canonica, lib. 2. cap. vlt. Panormitanus in capite significasti, extra de electione, & ibidem magister eius Cardinalis Florentinus, item Abulensis in caput 18. Matth. q. 108. & in defensorio trium conclusionum, & quidam alij.

V T autem hæc sententia intelligatur, notandum est, duo esse fundamenta huius opinionis. Primum est, Papam non esse propriè caput Ecclesiæ vniuersæ simul congregatæ, id quod non eodem modo intelligunt hæretici, & alij auctores. Hæretici enim volunt Papam nullo modo esse caput Ecclesiæ totius, sed tantum Episcopum suæ Ecclesiæ particularis, & ad summum Patriarcham Occidentis.

A T alij auctores citati docent Papam esse caput & pastorem singulorum Christianorum, & singulorum Ecclesiarum si seorsim sumantur, non autem totius Ecclesiæ simul congregatæ in Concilio generali. Tunc enim Ecclesia accipit quasi formam quandam corporis, & tota potestas, quæ erat sparsa in variis membris ibi vnitur: ita vt compare Papam cum cæteris Christianis seorsim sumptis, sit comparare membrum nobilissimū cum minus nobili: at comparate Papam cum Concilio sit comparare partem cum suo toto, & proinde minus cum maiore.

E T ne dicamus, Concilium sine Papa non esse totum perfectum, sed corpus sine capite, addunt secundū fundamentum, quod est, supremam Ecclesiasticam potestatem esse tam in Concilio, quàm in Papa, sed in Concilio principalius, immediatius, & immobilis. Dicunt enim Christum immediatè omnem potestatem soluendi, & ligandi tribuisse Ecclesiæ, & cum Ecclesia semper duret, immobiliter in ea semper manere hanc potestatem: quia tamen non potest Ecclesia semper congregata manere, & exercere per se hanc potestatem, instituit Christus summū Pontificem, tanquam instrumentum gene-

rale ad omnes actiones Ecclesiæ, & in eo posuit hanc potestatem summã, vt eam exerceat nomine Ecclesiæ.

D I F F E R V N T quidè inter se hi auctores, quòd aliqui ponunt hanc potestatem formaliter, & subiectiuè in solo Pontifice: in Ecclesia autem ponunt eam, vt in fine, quia est propter Ecclesiam: & vt in regulante, quia Ecclesiæ est regulare, & dirigere Papam, cum ipsa non possit errare, Papa autè possit: ac denique vt in supplète, quia deficiente Papa propter mortem naturalem, aut civilem, Ecclesia supplet eius officium.

A L I I verò volunt esse formaliter, & subiectiuè principaliter in Ecclesia, instrumetaliter in Pontifice: conueniunt tamen in eo omnes, vt doceant esse hanc potestatem immediatè in Ecclesia, & proinde mortuo Papa vel deposito, vel nolente adesse Concilio, Concilium non propterea esse corpus imperfectum, sed perfectum, & habere potestatem Papalem definiendi de fide, sancienti leges, dandi indulgentias, & c. ex quibus deducit, Concilium esse supra Papam, & posse ipsum iudicare, & punire, & idem esse quætere, an Papa sit maior Concilio, ac si quæreretur, an pars sit maior suo toto.

D E N I Q U E volunt Papam esse in Ecclesia id, quod est Dux Venetiarum in republica Venetã, vel magister generalis in aliqua religione. Constat enim Ducem Venetū esse supra singulos magistratus, & supra singulos senatores, & ciuitates Venetas, non tamè supra totum senatum simul collectum: & quãdo moritur Dux, certum est totam auctoritatè etiã ducalem esse in senatu. Quomodo etiam magister generalis est supra singulos religiosos, etiam priores, & prouinciales, tamen non est supra congregationem generalem, cum ei parere debeat, non imperare.

S E C V N D A opinio est aliquorū Canonistarum, qui volunt Papam quidem esse supra Concilium, & à nemine iudicari posse inuitum, tamen posse ipsum sese subicere Concilio, & dare illi supra se potestatem: & si hoc fecerit, acquiescere debere sententiæ Concilij, etiam si de ipsius depositione ageretur. ita docet gloss. in can. nos si incompetent. 2. q. 7. & in can. in Synodo. d. 63.

V T I M A sententia est ferè communis, quòd videlicet Papa ad eò sit supra Concilium, vt non possit etiam se subicere eius sententiæ, si propriè de sententiæ coactiuam agatur. Hęc sententiã videtur esse omnium Scholasticorum veterū, vt Alberti, B. Thomæ, D. Bonauenturæ, Richardi, Paludani, & aliorū in 4. dist. 19. vbi de clauibus agitur, tamen ex professò ipsi de hac re non disputarunt.

E X P R E S S E autè hoc docent S. Anto. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 4. summæ historial. & 2. p. t. 3. c. 11. summæ Theologica: Ioãnes de Turrecremata lib. 2. c. 93. & 104. summæ de Ecclesia: Aluarus Pelagius de plactu Ecclesiæ, lib. 1. art. 6. Dominicus Iacobatus li. 10. de Conciliis, art. 7. in quo subtilissimè quæstionè disputat, & soluit sexaginta tria argumenta aduersariorum: Cardinalis Caietanus in tractatu de comparatione Papæ, & Conciliorum, & in Apologia pro tractatu prædicto: Albericus Piguius libro 6. de hierarchia Ecclesiæ: Franciscus Ferrariensis in lib. 4. contra Gentes, ca. 76. Augustinus de Ancona in tractatu de potestate Ecclesiæ: & Petrus de Monte in libro de potestate Papæ, & Concilij: Franciscus Turrianus in tribus libris, quos de hac quæstione scripsit: & canonistæ ferè omnes in capite significasti, de electione, & can. si Papa, dist. 40. Ioannes Ant. Delphinus lib. 2. de Ecclesia, ca. vlt. Thomas Campegius in tractatu de potestate Romanæ Pontificis, cap. 22. & sequentibus: Nicolaus Sanderus lib. 7. de vitiis monarchia, vbi agit de Concilio Constantiensi, pag. 540.

CAPVT XV.

Summum Pontificem caput esse totius Ecclesiæ.

I A M verò, vt rei veritas declaretur, adferemus ac demonstrabimus aliquot propositiones, quarum hæc sit

P P 4

Prima, Romanus Pontifex est pastor, & caput non solum omnium Ecclesiarum particularium, sed etiam totius vniuersalis Ecclesiae simul congregatae a Christo, immediatè constitutus. Hæc est contra primum fundamentum aduersariorum, quæ tamen probata est fuisse in libris de Pontifice, tamen etiam hoc loco breuiter probanda est.

IGITUR probatur primò ex scriptura. Petrus est fundamentum Ecclesiae, à Christo positum, iuxta illud: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Matth. 16. Proinde caput, ac pastor: nam quod est in domo fundamentum, est in corpore caput, & in grege pastor. Vt enim fundamentum non pedit à domo, sed domus à fundamento: ita etiam caput non pedit à corpore, sed corpus à capite: & pastor non pedit à grege, sed grex à pastore. Quòd autem per Ecclesiam eo loco intelligatur Ecclesia vniuersalis, etiam congregata, vt est generale Concilium, probatur ex cap. Matth. 18. vbi de eadem sua Ecclesia Christus dicit: Si eos non audierit, dic Ecclesiae. Quo loco per Ecclesiam intelligunt aduersarij generale Concilium.

PRÆTEREA Ecclesia congregata, siue Concilium propriissimè est Ecclesia Christi, vt etiam aduersarij cōcedunt: nam Ecclesia est cōgregatio fidelium, ergo quò magis fideles sunt congregati, & vniti, eò magis propriè sunt Ecclesia, at stultum est, cum aliquid de alio absolute pronuncietur, excipere id, quod propriissimè per illud significatur: ergo cum Christus dicit, super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, stultè excipitur Ecclesia vniuersalis congregata, cum ea propriissimè sit Ecclesia.

DEINQUE Ecclesia Christi, semper est congregata formaliter, quia est vniū regnum, vna familia, vnus grex, licet dispersa videatur quantum ad locum: igitur si Pontifex est pastor, & caput Ecclesiae, nõ certè dispersa, quæ nulla est, sed congregata Ecclesiae est pastor, & caput.

ITEM habetur ex illo Ioan. vltimo: Pasce oues meas. Nã et si aduersarij dicant, Dominum dixisse, Pasce oues meas, non Ecclesiam meam, tamen Ecclesia in oratione de Pontifice sic explicat: Deus omnium fidelium pastor, & rector, famulū tuū N. què pastor Ecclesiae tuæ præesse voluisti, &c. Præterea, vel Ecclesia cōgregata, siue Cōcilium generale pertinet ad oues Christi, vel non: si pertinet, ergo Ecclesia congregata, & Concilij generalis pastor est Petrus: si non pertinet, ergo Christiani per cōgregationem desinunt esse oues Christi, quod est absurdissimum.

SECVNDÒ probatur ex Concilijs: nam Concilium Chalcedonense in epist. ad Leonem disertis verbis fateatur S. Leonem caput fuisse totius illius Concilij quod fuit omnium maximum, & in quo tota Ecclesia congregata conspiciatur: Quibus, inquit, tu quidem vt caput præeris. Idem Concilium Lugdunense, vt habetur capite, vbi periculum de electione in sexto, vocat Pōtificem rectorem vniuersalis Ecclesiae, non igitur solum particularium Ecclesiarum est rector, similiter in Cōcilio Florentino definitum est, Pontificem esse totius Ecclesiae caput, & accepisse à Domino plenissimam potestatem vniuersalem Ecclesiam regendi: Concilium Cōstantiense sess. 15. damnauit hæresim Ioannis Huss, dicentis non esse Papam caput Ecclesiae.

PROBATVR tertio rationibus: Primò, Papa est vnum caput, ergo vniū corporis caput: at Ecclesiae particulares seorsim sumptæ non sunt vnum corpus: ergo Papa est caput Ecclesiae vniuersalis.

SECVNDÒ, Ecclesia vniuersalis est vnum corpus visibile: ergo habere debet vnum caput visibile, alioquin videbitur monstrum, at non est fingere alium quam Papam: ergo Papa caput est totius Ecclesiae simul.

TERTIÒ, Papa est immediatū vicarius Christi, vt habetur in Concilio Lugdunensi, & Florentino citatis, necnon in Concilio Cōstantiensi sess. 8. vbi damnatur hæresis VViclefi dicentis, Papam non esse immediatū

A Christi vicariū: neque id aduersarij negat: ergo præ est iis omnibus loco Christi, quibus Christus ipse inuisibiliter præ est, & quibus etiam præ esset visibiliter si visibiliter adesset: Christus autem præ est, & præ esset visibiliter si adesset visibiliter, non solum Ecclesijs particularibus, sed etiam toti Ecclesiae vniuersali, & generalibus Concilijs: igitur etiam Papa præ est Ecclesiae vniuersali.

CAPVT XVI.

Non esse in Concilio summam potestatem.

ITEM altera propositio. Summa potestas Ecclesiastica nõ est in Ecclesia, vel in Cōcilio, remoto Papa, aut formaliter, aut suppletiuè. Hæc est cōtra alterū fundamentum aduersariorum. Et quidem non esse formaliter in Ecclesia, vel in Concilio summam potestatem, qualis est in Papa, ex scripturis aperte colligitur. Nam secundum Scripturas Ecclesia non est democratia, vel aristocratia, sed monarchia siue regnum Christi, iuxta illud Psal. 2. Ego autem consiliatus sum Rex ab eo super Syon montē sanctum eius. Et Luc. 1. Regni eius nõ erit finis. Et Ioan. 18. non dixit Christus cum interrogaretur: Ergo Rex es tu? non sum Rex, aut regnum meum nõ est in hoc mundo: sed ait: Regnum meum non est ex hoc mundo, id est, est quidem in hoc mundo, sed non est tale regnum quale tu putas, quale est Herodis, & similibus regum. Denique scriptura passim vocat Christum regem, & Ecclesiam regnum eius: ex quo sequitur, vt ab vno regi debeat, non à multis ipsa Ecclesia, quemadmodum gubernantur omnia regna.

QUOD autem nõ sit suppletiuè hæc auctoritas in Ecclesia, ostenditur hac ratione. Nõ habet Ecclesia hæc auctoritatem à seipsa nec ab alio: igitur nullo modo habet. Quod à seipsa non habeat, manifestè probat discrimen, quod est inter regnum Christi & regna cætera: nõ enim est Ecclesia tale regnum, qualia sunt regna huius mundi, in quibus summa potestas est in rege, sed à populo profecta, & deriuata, & proinde radicaliter, & suppletiuè eadem potestas est in regno. Nam in regno Christi summa potestas est in Christo, & non deriuata vllò modo à populo: in regnis enim hominum, potestas regis est à populo, quia populus facit regem, qui alioqui esset homo priuatus, sicut cæteri omnes enim homines naturaliter sunt liberi, & æquales, nec potest vnus cæteris imperare nisi illi se ei subicerent, & super se potestatem ei concederent.

AT Christus est Deus, & homo: & quatenus Deus, est naturaliter Dominus, & rex omnium creaturarū: quatenus homo, habet à Deo omnè potestatem: nec ipse ab Ecclesia factus est Rex, sed ipse potius fecit Ecclesiam esse suum regnū. Apo. 4. Fecisti nos Deo nostro regnū, hinc est, quod in Scriptura, regnū Christi, quod est Ecclesia, ne putaretur tale, qualia sunt cætera, comparatur etiam familia, Matth. 24. Quis est fidelis seruus, & prudens, què constituit Dominus super familiam suam? & Heb. 3. Moses erat fidelis in tota domo Dei tanquam seruus, Christus autem erat fidelis in tota domo sua tanquam Dominus. Constat enim patrèfamilias non habere à familia vllam auctoritatem, sed ex se, quia non ipse à familia constituitur pater, sed ipse facit sibi familiam gignendo filios, emendo seruos. Vnde patrèfamilias, etiam pessimus sit, nunquam potest à familia iudicari, vel expelli, sicut potest Rex, quando degenerat in tyrannum. Comparatur etiam ouili Ioannis 10. item corpori, & sponsæ. Eph. 4. & 5. vt intelligamus, quòd sicut non accipit auctoritatem pastor ab ouibus, nec caput à corpore, nec vir ab vxore, ita neque Christus ab Ecclesia.

EX his habemus Ecclesiam ex se nullam habere auctoritatem, sed omnè esse in Christo & iis, quibus Christus eam communicauit. Quòd autem non habeat ab alio, nimirum à Christo, probatur. Nam Christus legitur

quidem

quidem dedisse Petro clauis regni cælorum Matth. 16. & eundem præfuisse ouili suo, Ioannis vltimo: dedit etiam Apostolis cæteris potestatem prædicandi, baptizandi, peccata dimittendi, & alia quædam faciendi, quæ ad munus Episcopale spectant: sed hanc potestatem Christus singularis dedit, ita vt potuerit quisque eorum illa omnia exercere sine congregatione aliorum, vt notum est: at quòd ipsi Ecclesiae, id est, fidelium vniuersitati in se, id est, ratione suæ totalitatis aliquid potestatis tribuerit, nusquam legitur: immò è contrario legimus præcipi populis vt obediant, & subiciantur pastoribus suis, Hebr. 13. & alibi.

QUOD si Ecclesiae vniuersitati nõ est data vlla auctoritas, ergo neque Concilio generali, quatenus Ecclesiam vniuersalem representat. Ergo in Concilio non est auctoritas summa, siue Papalis, sed tantum Episcopalis, seu Archiepiscopalis, prout sunt personæ, quæ ibi cōueniunt. siquidem summa seu Papalis auctoritas non ponitur in Concilio ab aduersariis, nisi quatenus Concilium gerit vicem Ecclesiae vniuersæ. Si ergo Ecclesia vniuersa secluso Papa non habet Papalem auctoritatem, ergo multò minus Concilium habet.

PROBATVR secundò: nam si Concilium generale sine persona Papæ haberet Papalem auctoritatem formaliter, vel suppletiuè, non indigeret confirmatione Papæ: id autem est falsum. Constat enim omnia generalia Concilia Catholica confirmationem petisse.

TERTIÒ, Concilium sine Papa potest errare etiam in fidei decretis, vt patet in Concilio Syrmiesi, cui subscripsit Hosius: item Mediolanensi, Ariminensi, Ephesino, Constantinopolitano, sub Leone I sauro, & alio sub Cōstantino Copronymo. At si Concilium cum Papa non potest errare: ergo non potest sine Papa omnia illa, quæ potest cum Papa.

NEQUE potest responderi, errasse illa Concilia, quòd non fuerint legitima: nam plerisque nihil defuit, nisi Pōtificis assensus: immò Ephesinum secundum fuit omnino simile Basileensi: vtrumque enim fuit indictum à Pontifice, in vtroque adfuit legatus Pontificis circa initium, ab vtroque recessit paulò post Legatus Pontificis, in vtroque fuit Pontifex excommunicatus: quæ omnia de Basileensi patet ex gestis eius ab Aenea Syluio descriptis. De Ephesino autem patet ex epistola Leonis 12. 13. 15. 21. 22. & ex Concilio Chalcedonensi act. 3. & nihilominus errasse Concilium Ephesinum aduersarij negare non possunt.

QUARTÒ, si in Ecclesia esset summa potestas principaliter, in Papa instrumentaliter, vt in ministro Ecclesie, vt ipsi dicunt, sequeretur Papam non esse immediatū Christi vicariū, sed mediatū: immediatè enim vicaria Christi esset Ecclesia, Papa autem esset immediatū vicarius Ecclesiae, quod est expressè contra Cōcilium Cōstantiense sess. 8. vbi damnatur hæresis VViclefi dicentis non esse Pontificem immediatū Christi vicariū.

CAPVT XVII.

Summum Pontificem absolute esse supra Concilium.

ITEM propositio. Summus Pontifex simpliciter & absolute est supra Ecclesiam vniuersam, & supra Cōcilium generale, ita vt nullum in terris supra se iudicium agnoscat. Hæc etiam est ferè de fide, & probatur primò, ex duabus præcedentibus: nam si Papa est caput Ecclesiae vniuersæ, etiam simul congregata, & Ecclesia vniuersa etiam simul congregata non habet vllam potestatem ratione suæ totalitatis: sequitur Papam supra Concilium esse, & supra Ecclesiam, non contra.

SECVNDÒ probatur ratione, in Scripturis fundata: nam omnia nomina, quæ in Scripturis tribuuntur Christo, vnde constat eum esse supra Ecclesiam, eadem omnia tribuuntur Pontifici: ac primū, Christus est patrèfamilias in domo sua, quæ est Ecclesia, Pōtifex in eadem

est summus œconomus, id est, patrèfamilias loco Christi. Luc 12. Quis est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, &c. Hic enim per dispensatorem siue œconomum, vt Græcè habetur, intelligunt Episcopum, Ambrosius in hunc locum, & Hilarius & Hieronymus in cap. 24. Matth. vbi similis habetur sententia.

ET quamuis Patres non loquantur expressè de Episcopo Romano, tamen sine dubio sententia Scripturæ illa est: vt Episcopi particulares sunt summi œconomi in suis Ecclesijs, ita esse Episcopum Romanum in Ecclesia vniuersa. Vnde Ambrosius in illud 1. Tim. 3. Vt scias quomodo te oporteat conuersari in domo Dei, &c. Domus Dei, inquit, Ecclesia dicitur, cuius hodie rector est Damasus. Et Chryostomus lib. 2. de Sacerdotio circa initium, hunc ipsum locum, Quis est fidelis seruus, &c. de Petro exponit.

QUOD autè œconomus summus sit supra familiam, & ab ea iudicari, ac puniri non possit, patet ex hoc eodem loco. Dominus enim ait, Què constituit Dominus super familiam suam. Et ibidè: Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, morà facit Dominus meus venire, & caperit percutere seruos, & ancillas, edere, & bibere, & inebriari, veniet Dominus serui illius in die, quā nõ sperat, & diuidet eum, partē q̄ eius cū infidelibus ponet. Vbi vides dominū seruare suo iudicio seruū illum, & nõ committere iudicio familiæ. Idè etiam docet vsus omnium familiarum: nulla enim familia est in qua liceat inferioribus famulis etiā simul congregatis punire, vel expellere œconomum, etiam si pessimus sit: id enim ad solum Dominum totius familiæ pertinet.

ALTERVM nomen Christi est Pastor, Ioannis 10. Ego sum pastor bonus, &c. Idem communicat Petro, Ioannis vlt. Pasce oues meas. Constat autè pastor è ita præ esse ouibus, vt nullo modo ab eis iudicari possit.

TERTIVM est, Caput corporis Ecclesiae. Eph. 4. idè communicatur Petro, vt habemus in Concilio Chalcedonensi act. 3. vbi legati sententiam pronunciant in Dioscorum: & in epistola Concilij ad Leonem. Porrò caput à membris regi, & non ea potius regere, contra naturam est: sicut etiam est contra naturam, quòd membra sibi caput prædicant, cum fortè grauius ægrotat.

QUARTVM est Vir, seu sponsus, Ephel. 5. Viri diligite vxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, &c. Idem conuenit Petro: nam in Concilio generali Lugdunensi, vt habetur capite, vbi periculum, de electione, in sexto, loquès Cōcilium de electione Romani Pōtificis: Acceleret, inquit, vtilis, & pernecessaria totius mundi prouisio, idoneo celeriter eidem Ecclesiae sponso dato. Est autem contra Apostolum Ephel. 5. & contra naturæ ordinem, vt sponsa præ sit sponso, & non potius subsit.

PROBATVR secundò ex verbis expressis Conciliorum, & Pontificum. cum enim controuersia ista sit de potestate Conciliorum, & Pontificum: si inter se Concilia, & Pontifices conueniunt, quid opus est, vt nos litigemus? Primum ergo exstat Concilium Sinuesianum sub Marcellino, in cuius fine legimus: Prima sedes à nemine iudicabitur Paulò post existit Cōcilium Romanum sub Syluestro, in cuius vltimo canone similiter legimus: Nemo iudicabit primam sedem.

PRÆTEREA ex Concilio Chalcedonensi colligitur Pōtificè esse maiore Cōcilio. nam act. 3. recitantur multæ epistolæ scriptæ ex varijs locis ad Concilium, quæ omnes ita incipiunt: Sanctissimo & beatissimo vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sancto vniuersali Cōcilio congregato in Chalcedonensi ciuitate, &c. Nemo autem in toto Concilio fuit, qui reclamauit, ac dixerit, non debere anteponi Pontificem toti Concilio. Immo in fine illius actionis exstat epistola Concilij ad eundem Leonem, in qua eum, & caput, & Patrem suum agnoscunt.

PRÆTEREA

PRÆTEREA in eadem actione damnatus est Dioscorus cum tota Synodo Ephesina secunda, tum ob alias causas, tum præcipue quia iudicare, & damnare ausus fuerat Romanum Pontificem Leonem. Ut enim Nicolaus I. ait in epistola ad Michaëlem, non tam ob hæresim damnatus est Dioscorus, quam ob horrendam præsumptionem, qua in summum Pontificem sententiam dictare ausus fuerat. Vbi notandum, quod si Dioscorus, qui erat Patriarcha Alexandrinus, id est, primus post Romanum, cum generali Concilio non potuit iure iudicare Romanum Pontificem, certe sequitur euidenter Concilium non esse supra Pontificem. Cur enim non potuit Pontificem iudicare, si erat supra ipsum, immo eius iudex, vt aduersarij voluit?

ITEM Concilium Romanum quintum sub Symmacho recepit, & approbavit tanquam sua decreta, librum Ennodij Diaconi, in quo sic legimus, *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari: Sedis istius præsidem suo sine questione reseruari arbitrio: voluit Petri Apostoli successores cælo tantum debere innocentiam.*

IN octaua Synodo generali actio. 7. legimus, Romanum Pontificem de omnium Ecclesiarum præsulibus iudicasse, de eo verò neminem vnquam iudicasse. Intellege, legitime, ita vt fuerit receptum ab Ecclesia eiusmodi iudicium. Scribunt Platina in vita Leonis III. & Paulus Amilius lib. 3. histor. ad Francorum, cum Carolus Magnus Romam venisset ad cognoscendam causam Leonis pontificis, cui multa crimina obiecta fuerant, & simul conuenisset ingès Concilium Episcoporum, omnes Episcopos vna voce clamasse non licere vlli hominum iudicare summum Pontificem, tum verò Carolum destitisse à munere illo iudicandi, & Leonem iuramento seipsum purgasse.

PRÆTEREA Cõcilij Lateranense sub Alexadro III. vt habetur capite, licet, extra de electione: *In Romana Ecclesia, inquit, aliquid specialiter constituitur, quia non poterit ad superiorè haberi recursus.* Vbi Cõcilium docet, maiori cautela debere eligi Romanum Pontificem, q̃ alios Episcopos, quia si eligatur malus Episcopus, potest ille corrigi, & deponi per Romanum Pontificem: si autem eligatur malus Pontifex summus, non est remedium vllum: non enim habet superiorem, à quo deponi possit.

ITEM in Constantiensis Concilio edita est Bulla Martini V. ipso approbante Concilio, in qua iubentur suspecti de hæresi interrogari, an non credant Romanum Pontificem habere in Ecclesia Dei supremam potestatem, at certe suprema est, qua nulla est maior, & cui nulli æqualis.

DENIQUE Lateranense vltimum sub Leone X. sess. II. differtè & ex professo docuit, Pontificem esse supra omnia Concilia, & reprobavit cõtrarium decretum, editum in Concilio Basileensi: *Solum, inquit, Romanum Pontificem, tanquam super omnia Concilia auctoritatem habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissoluedorum plenum ius, & potestatem habere, nedum ex sacre Scripturæ testimonio, dictis sanctorum Patrum ac aliorum Romanorum Pontificum, sed propria etiam eorundem Cõciliorum confessione manifestè constat.*

AD hunc locum nihil potest responderi, nisi vel non fuisse Concilium generale, vel non fuisse ab Ecclesia receptum, vel non definitiisse hoc tanquam de fide. Sed non fuisse generale, vix dici potest: nam etsi fuerunt Episcopi paucissimi, nam ad centum non peruenierunt, tamen Concilium omnibus patebat, & omnes vocati fuerat, & in eo summus Pontifex verus, & indubitatus præsidebat.

QUOD autè nõ fuerit receptum, saltem ab omnibus, parum refert: nam decreta Conciliorum, non indigent approbatione populi, cum ab eo non accipiunt auctoritatem. Verum est quidem, decreta de moribus, si non recipiantur, & Pontifex conuincatur, tandem consuetudine

abrogari: sed hoc non accidit ex eo quod indigeant populi approbatione, sed quia decreta mutabilia sunt: & cum Pontifex videt longo tempore ea non feruari, & tacet, censetur ipse abrogare. At decreta de fide immutabilia sunt, nec possunt vilo modo abrogari, posteaquam semel statuta sunt: tale autem est hoc, de quo agimus. Quod verò Concilium hoc rem istam non definit, propriè, vt decretum fide Catholica tenendum, dubium est, & idèd non sunt propriè hæretici, qui contrarium sentiunt, sed à temeritate magna excusari non possunt.

ACCEDANT iam tertio Pontifices. Leo ep. 84. ad Anastasium, in fi. *Magna, inquit, Dei dispositione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursum quidam in maioribus vrbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliore, per quos, ad vna Petri sedis vniuersalis Ecclesie cura cõfluere, vt nihil vnquã à suo capite distideret.* Iam si cura vniuersalis Ecclesie ad Petrum pertinet, certè etiam Concilij, quod vniuersalis Ecclesie vicem gerit.

GELASIVS in epistola ad Episcopos Dardaniæ: *Cum ista, inquit, per mūdum nouit Ecclesia, quod sacrosancta Romana sedes fas de omnibus habeat iudicandi, nec cuique liceat de eius iudicare iudicio.*

NICOLAUS I. in epist. ad Michaëlem, idem repetit: *Pater, inquit, profectò sedis Apostolicæ, cuius auctoritate maior non est, iudicium à nemine fore retractandum.*

GREGORIUS lib. 9. epist. 39. ad Theotistam Patriçia: *Si, inquit, B. Petrus cum à fidelibus culparetur, auctoritatè, quam in sanctam Ecclesiam acceperat, attendisset, respondere poterat, vt Pastorem suum oues reprehendere non auderent, sed si in querela fidelium aliquid de sua potestate diueret, doctor mansuetudinis non fuisse: humilis ergo eos ratione placauit.*

PASCHALIS Papa, vt habetur ca. significasti, extra de electione. *Aunt, inquit, in Concilio statutum non inueniri: quasi Romana Ecclesia legem Concilia vlla præsererit, cum omnia Concilia per Romanam Ecclesiam auctoritatem & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis, Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas.*

INNOCENTIUS III. ferm. 2. de consecratione Pontificis, *In tantum, inquit, mihi fides necessaria est, vt cum de ceteris peccatis Deum iudicem habeam, propter solum peccatum, quod in fide committitur, possem ab Ecclesia iudicari.*

BONIFACIVS VIII. in extrauaganti, Vnam sanctam, titulo, de maiortate & obediencia: *Si deniat, inquit, terrena potestas, iudicabitur à potestate spiritali: Si deniat spiritalis, minor à maiori: Si verò suprema, à Deo solo, non ab homine poterit iudicari.*

ACCEDAT testimonium S. Bonifacij Episcopi Moguntini, qui etiam si summus Pontifex non fuerit, fuit tamen summæ auctoritatis. Is ergo, vt habetur dist. 40. can. Si Papa, *Cum istos, inquit, iudicaturus, à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à fide demius.*

PROBATVR quartò ex appellationibus à Cõcilio ad Papam: sine controuersia enim semper à minore ad maiorem appellatur: appellari autem à Concilio ad Papam, non cõtrà, perspicuum est, ex Gelasio in epistola ad Episcopos Dardaniæ: *Ad sedem, inquit, Apostolicam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permittus.*

ET ne putemus eum loqui de appellatione ab aliquo Episcopo, non à Concilio: subdit, sæpè Romanos Pontifices soluisse eos, quos inique Concilia ligauerant, cuius rei extant exempla clarissima. Nam Athanasius Episcopus Alexandrinus, & Paulus Episcopus Constantinopolitanus, à Concilio depositi, ad Iulium Papam appellauerunt, & ab eo in suas sedes restituit sunt, vt auctor est Sozomenus lib. 3. hist. cap. 7. similiter Flavianus Episcopus Constantinopolitanus appellauit

à Concilio Ephesino II. generali, ad Leonem Papam, vt testatur Leo epist. 21. ad Theodosium Augustum. Item Theodoretus Episcopus Cyri appellauit à Cõcilio eodem Ephesino II. ad eundem Leonem, vt patet ex Liberato in Breuiario ca. 12. & ex ipsa epist. Theodoret, quæ exstat ad finem operis Leonis. Denique Ioannes Chrysofomus à Concilio depositus appellauit ad Innocentium Papam, vt testatur Gelasius vbi supra, & idem colligitur ex epistolis Chrysofomi ad Innocentium.

PROBATVR quintò, ex approbatione & reprobatione Conciliorum. nam omnia reuocantur tandem ad examen Romani Pontificis: & quæ ille probat recipiuntur, quæ improbat reiciuntur, vt testatur Gelasius in eadem epistola ad Episcopos Dardaniæ, & quidem quod ad petitionem Conciliorum approbauerit Pontifex multa Concilia, patet ex gestis ipsis Conciliorum, præcipue primi, II. III. IV. & VI.

QUOD autem Pontifices aliquando Conciliorum decreta reprobauerint, quod est apertum signum superioritatis, ex Basilio patet, qui in epistola ad Athanasium, quæ est 12. scribit, videri sibi bonum, vt rogetur Romanus Episcopus, vt mittat aliquos in Græciã, qui eius nomine irriterit Concilium Ariminense. Ipse etiam Damascus in epistola ad Episcopos Illyrij reprobatur Concilium illud. Similiter Leo in epist. 55. ad Pulcheriam: *Confessiones, inquit, Episcoporum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, in irritum mittimus, & per auctoritatem B. Petri Apostoli generali prorsus definitione cassamus.* B. Greg. lib. 4. epist. 34. *Cũ ista, inquit, acta vilius Synodi, sede contradiçente Apostolica soluta sunt.*

CAPVT XVIII. Pontificem non posse subicere seipsum sententiæ cõcilio Conciliorum.

ARTICULVS I. Summus Pontifex non potest committere, neque Concilio, neque vlli homini supra se iudicij cõcilio, sed tantum discretiui.

Nota, in iudicio profectò quedam reperiri. Primò, potestatem discutiendi causam, & discernendi ac iudicandi quid agendum sit. Secundò, potestatem cogendi eum, qui cecidit causa, ad obtemperandum sententiæ contra se lata. Vtrumque inuenitur in iudice propriè dicto, qualis est princeps, vel prator à principe constitutus. Primum autem solum reperitur in arbitris, quorũ sententiæ etiam si tenentur homines stare ex iure naturæ, quia tenemur seruare promissa: non tamen ex vi sententiæ, quia non possunt arbitri cogere.

IA ergo summus Pontifex non potest iudicè propriè dictum supra se constituere, sed tantum quodammodo arbitros, quorũ sententiæ si non obtemperauerit, faciet quod non debet, non autem quod non potest.

PRIMA pars probatur. Primò, quia potestas Papæ super omnes, est iure diuino, vt patet: at non potest Papa dispensare in iure diuino.

SECUNDO, quia non potest inferior cõmittere alicui iudicium reseruatam superiori. Nõ enim potest Episcopus committere suo pœnitentiario, vt absoluat in casibus reseruatatis Papæ: at iudicium in causa Pontificis est reseruatum Deo, vt supra docuimus.

TERTIÒ, quia sequeretur Papam esse superiorem, & non superiorè, respectu eiusdè, quæ est implicatio contradictionis. Id autè sequi, hac ratione ostenditur. Summus Pontifex, cum se ac suam causam iudicio alicuius committit, non desinit esse Papa: ergo nec desinit esse superior, quocũque Christiano: at nihilominus non est superior, sed inferior, si cogi potest: erit igitur simul superior, & non superior.

SECUNDA pars patet ex Sixto III. Leone III. Symmacho, Leone IV. & aliis, qui cum accusarentur, causas suas in Concilio Episcoporum discuti voluerunt, vt patet ex can. madastis, & can. auditum, 2. & 5. & ex Concilio

IV. sub Symmacho: quos tamen Episcopi iudicare ausi non sunt. Vnde in Concilio IV. sub Symmacho, omnes Episcopi cum subscribunt, affirmant, se totum iudicium Deo relinquere.

CAPVT XIX. Soluuntur argumenta aduersariorum.

SUPEREST argumenta soluere. Ac primũ Hermannus li. 3. c. 12. Prolegomenorum, obiicit aliquot exempla veterũ. Secundò argumenta quedam ex Gerfone. Tertio, aliud quoddam ex Concilio Basileensi. Primum exemplũ est Marcellini, qui in Concilio Sinuesano ab Episcopis datus, & depositus fuit.

RESPONDEO primò, Marcellinum fuisse accusatum de actu infidelitatis, in quo casu potest Cõcilium discutere causam Pontificis, & si mueniat, reuera esse infidelem, potest declarare eum esse extra Ecclesiam, & sic damnare.

SECUNDO, dico Episcopos quidem damnasse Marcellinum, sed postea quàm ipse primus se ipse dannaue- rat, id est, abdicauerat se Pontificatu: nam antea sæpè clamauerant: *Prima sedes à nemine iudicabitur, tu reus, tu iudex, noli à nobis iudicari, &c.* Vide Nicolaum I. epistola ad Michaëlem.

SECUNDO, ex plũ est Miltiadis Papæ, post cuius sententiã iudicauit eandem causam Episcopus Arelatensis, vt testatur August. in epist. 162. ad Glorij & Elenfij, vbi etiam addit Augustinus: *Ecce, inquit, putemus illos Episcopos, qui Romam iudicauerunt, non bonos iudices fuisse.* Restabat adhuc plerumque Ecclesie vniuersæ Concilium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, vt si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur.

RESPONDEO, ad illud de Episcopo Arelatensi ex eodem Augustino ibidem, cam causam iterum iudicatam fuisse, non quia oporteret, sed quia voluit Imperator acquiescere Donatistis perentibus aliud iudicij, si forte in duobus iudiciis condemnati sanarentur.

AD illud de generali Concilio dico, Augustinum nõ conferre Papam sine Concilio, cum Cõcilio sine Papa, vt nos modò conferimus: sed conferre Concilium particulare, cui præsit Papa, cũ Concilio generali, cui etiam præsit Papa. Potest autem sine dubio causa iudicata à Pontifice in Concilio particulari, iterum ab eodem iudicari in Concilio generali, præsertim in quæstione facti, quæ pender ex informationibus, & in qua errare potest Ecclesia, qualis erat quæstio, de qua tũc agebatur: immò etiã ordinariè, indico Cõcilio generali, olim sicbant Concilia particularia prius in singulis provinciis, & etiam Romæ, & deinde res definita in illis Conciliis particularibus iterũ tractabantur in Cõcilio generali, & tunc dabatur vltima, & definitiua sententiã à Pontifice, Concilio assentiente.

TERTIUM est Liberij, quem Imperator deposuit, & postea restituit in suam sedem, iubens, vt simul cum Felice Romæ Ecclesiã regeret, quod idem iussit Cõcilium Syrmiense literis datis ad Felicem, vt refert Sozomenus lib. 4. cap. 14.

RESPONDEO, Imperatorem Arianum id fecisse iniuste & tyrannicè, quomodo etiam Nero Petrum, & Paulum interfecit. Concilium autem Syrmiese non iussit, sed tantum literas exhortatorias misit ad Felicem, vt pateretur secum sedere Liberium. Adde, quod Concilium illud præcipue Arianorum fuit, & nullius momenti.

QUARTUM est S. Leonis, cuius epistolam in Concilio Chalcedonensi multi Episcopi examinarunt, vt refert Euagrius lib. 2. c. 13. & ipse etiam Leo epist. 63. gloriatur epistolam suam à Concilio approbatam fuisse.

RESPONDEO, hinc non sequi Concilium esse supra Papam: nam Leo epistolam suam miserat ad Cõciliũ,

non ut continentem ultimam, & definitivam sententiam, sed, ut instructionem tantum, qua adiuti Episcopi melius iudicarent. Postquam autem omnes consenserunt epistolae Leonis, tum demum edita est definitio ultima nomine Pontificis, & Concilij. Hæc de exemplis.

SECVNDO proponit argumenta Geronis, ac primū est illud: Matth. 18. dicitur, si peccaverit in te frater tuus, &c. dic Ecclesie. Sed Papa est etiam frater noster, cum sit Christianus, & dicere debeat, Pater noster qui es in caelis: potest igitur Papa ad iudicium Ecclesie vocari, proinde ab Ecclesia iudicari, ac puniri potest: non autem quidquam agit Ecclesia, nisi per praelatos suos: igitur a praelatorum Concilio Papa iudicari potest.

RESPONDEO, nomine Ecclesie, vel intelligi Episcopum, ut exponit hoc loco Chryostomus, & Innocentius III. capite Noui, extra, de iudiciis, & praxis Ecclesie demonstrat: quotidie enim Episcopo denunciantur ij, de quibus Dominus ait, Dic Ecclesie: vel certè fideliā cœtum cum suo capite. Nam ut Cyprianus ait in epist. ad Florentinum, quæ est nona lib. 4. Ecclesia est plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhaerens.

QUARE in quocunque Episcopatu deferendi sunt peccatores ad Ecclesiam, & Episcopum eius loci: sed si is Episcopus peccet, non potest deferri ad eam Ecclesiam, nisi debeat deferri ad seipsum, cum ipse sit caput eiusdem Ecclesie, sed deferendus est ad Ecclesiam aliquam altiore, cui præest Archiepiscopus, vel Patriarcha: si verò peccet Patriarcha, deferri non potest ad Ecclesiam suam, sed ad maiorem, id est, ad Romanam Ecclesiam, vel generale Concilium, cui summus Pontifex præsidet: quòd si ipse summus Pontifex peccet, iudicio Dei referendus est, non enim est vlla Ecclesia, ad quam deferri possit, cum sine ipso non inueniatur Ecclesia cum capite.

SECVNDO iterum instat. Hæc verba dic Ecclesie, dicta sunt Petro: ergo etiam Petrus, & eius successor debet deferre peccatores aliquando ad Ecclesiam: debet igitur agnoscere tribunal Ecclesie quoddam suo maius.

RESPONDEO, quando hæc dicta sunt Petro, non fuisse eum adhuc Pontificem, sed hominem priuatum. proinde illud ei dictum, quod iis conuenit, qui superiores, aliquem agnoscunt. Adde præterea, suo quodam modo posse Pontificem hoc præceptum implere. primum enim debet eum, qui peccauit, corripere priuatum: deinde adhibere testes: postremò dicere Ecclesie, id est, sibi ipsi, ut præsidet, & Ecclesie, cui ipse præest: id est, publicè eum excommunicare. Quomodo intellexit hunc locum B. Gregorius lib. 4. epist. 38. ad Ioannem Constantinopolitanum Episcopum.

ARGUMENTVM secundum. Papa est membrum Ecclesie, ergo est minor suo toto, quod est Ecclesia: & potest, & debet amputari, si inficiat Ecclesiam, quia de iure nature est, ut membra inficientia totum corpus abscindantur.

RESPONDEO ad primam consequentiam, vel accipitur Ecclesia cum Papa, vel sine Papa, quando colligitur: ergo Papa, ut membrum est minor Ecclesia, quæ est totum: Si accipiat Ecclesia sine Papa, falsum est illam esse totum. nõ enim est totum, sed pars, & quidem maior, quam caput magnitudine molis, minor autem magnitudine virtutis, siue auctoritatis, ut patet in quolibet corpore.

QUOD autem aduersarij dicunt, auctoritatem capitis manere in Ecclesia suppletivè, iam est refutatum antea.

SI autem accipiat Ecclesia cum Papa, tunc, ut aliàs diximus, maior est auctoritas Ecclesie extensivè, quam Papa solius, intensivè autem æqualis. Sicut ens, ut comprehendit Deum & creaturas, non est maius bonum, quam sit solus Deus intensivè, tametsi extensivè est ma-

A ius, quia sunt plura bona: sicut etiam Christus, ut homo, est caput homogeneum Ecclesie, & proinde pars eius & tamen non est maior Ecclesia tota, quam Christus solus.

AT contra instat: Semper potentia agendi principalis est in toto, quam in partibus, quæ sunt instrumenta totius: principalis enim dicitur homo videre, quam oculus. quare cum Ecclesia inclusio etiam Papa, sit quoddam totum, & Papa sit pars quædam, & instrumentum huius totius, sequitur, principalis convenire ipsi Ecclesie summam potestatem Ecclesiasticam, quam Papæ.

RESPONDEO, aliud esse iudicium de corpore Ecclesie, & de corporibus naturalibus: nam in corporibus naturalibus virtus procedit ab essentia ad potestas: idè principalis dicitur totum agere, quam vlla pars, seu potentia: at in corpore Ecclesie virtus non procedit ab essentia ad potestas, seu partes, sed ab extrinseco. Papa enim, qui est caput Ecclesie, non habet ab Ecclesia, sed à Deo auctoritatem, & idè principale agens, non est Ecclesia, sed Deus.

SECVNDO, dici potest, principale agens in quolibet corpore semper esse ipsum suppositum, quod sustentat & mouet omnia membra. Porro suppositum corporis Ecclesie est Christus. Ut enim cum diximus, hoc est corpus Petri vel Pauli: illud Petri vel Pauli, sonat suppositum: ita cum dicimus, Ecclesia est corpus Christi, illud Christi sonat suppositum. Neque obstat quòd Christus sit etiam caput Ecclesie: nam Christus ut influens in omnia membra, dicitur caput: ut autem sustentat & mouet omnia, dici potest suppositum: & hoc modo concedimus, Papam esse instrumentum corporis Ecclesie, quoddam minus ipso toto, ut nimirum in toto Christum ipsum ut suppositum, includimus.

AD alteram consequentiam posset dici primò, de iure nature esse, ut abscindantur membra putrida, sed excepto capite. Melius enim est habere caput putridum, quam nullum. Sed hæc solutio parum valet: nam in corporibus naturalibus debet excipi caput, quia eo amputato, totum corpus moritur. At corpus Ecclesie non moritur moriente Papa: unde etiã videmus in Rebus publicis temporalibus, si Rex degeneret in tyrannum, licet sit caput Regni, tamen à populo deponi, & eligi alij. Dico ergo secundo, in corpore naturali & Rebus publicis temporalibus posse abscindi membra inficientia totum corpus, quia ab ipso corpore pendent, & vim habent: at non eadem ratio est corporis Ecclesie, cuius caput non à corpore, sed à Deo auctoritatem accipit: sicut etiam non licet familie deponere summum æconomum, licet pessimum, quia non à familia, sed à Domino institutus est.

AT inquit: ergo sola Ecclesia sine remedio manet, si habet malum Pontificem, & poterit Pontifex impunè omnes vexare, & perdere, & nemo resistere poterit.

RESPONDEO, non mirum, si manet Ecclesia sine remedio humano efficaci, quandoquidem non nititur salus eius præcipuè humana industria, sed diuina protectione, cum eius Rex Deus sit. Itaque etiam si Ecclesia non possit deponere Pontificem, tamen potest, ac debet Domino supplicare, ut ipse remedium adhibeat: & certum est Deo fore curæ eius salutem, qui talem Pontificem vel conuertet, vel de medio tollit, tanquam Ecclesiam destruat.

NEC tamen hinc sequitur, non licere resistere Pontifici Ecclesiam destruenti: licet enim eum seruata reuerentia admonere, & modestè corripere, repugnare etiam vi & armis, si Ecclesiam destruere velit. Ad resistendum enim & vim vi repellendam, non requiritur vlla auctoritas. Vide de hac re Ioannem de Turrecremata, lib. 2. c. 106.

TERTIVM argumentum Geronis ab Hermanno

relatum

relatum, sumitur ex Concilio Constantiensi. Concilium Constantiense sess. 4. definit, Concilium generale habere à Christo immediatam auctoritatem, cui omnes obedire tenentur, etiam si Papalis dignitatis existat. Vel hoc Concilium est approbatum, vel non: si est approbatum, ergo verum est, & recipiendum, quod definiuit: si non, ergo perperam deposuit Ioannem XXI. Gregorium XXI. & Benedictum XII. & elegit Martinum V. cui postea omnes alij Pontifices successerunt.

ADDE, quòd Martinus V. Papa in vlt. sessione confirmavit omnia decreta circa fidem huius Concilij Constantiensis: hoc autem decretum ad fidem pertinere videtur.

RESPONDEO dupliciter. Primò Concilium Constantiense esse legitimum & approbatum, sed nõ pugna- re cum iis, quæ diximus. Non enim definiuit absolutè, Concilia generalia habere à Christo potestatem supra Pontifices, sed tantum in casu, id est, tempore schismatis, quando nescitur, quis sit verus Papa: nam dubius Papa habetur pro non Papa, & proinde habere super illum potestatem, non est habere potestatem in Papam. Ita Turrecremata, Campegius, & Sanderus locis notatis.

SECVNDO, responderi potest, non fuisse Concilium Constantiense, cum id asseruit, eiusmodi, ut quaestiones de fide definire posset: nam imprimis non erat tunc generale Concilium, cum tantum adesset tertia pars Ecclesie, id est, ij tantum Prælati, qui obediebant Ioanni: nam qui obediebant Gregorio & Benedicto, repugnabant iis, quæ à Synodo fiebant. Deinde non aderat tunc certus Papa in Ecclesia, sine quo dubia de fide definire non possunt: in Concilio autem nullus erat Papa. Ioannes enim XXIII. qui Concilium inchoauerat, iam inde recesserat, cum quarta sessio haberetur.

NEQUE verum est, quòd Martinus quintus confirmauerit hoc decretum. Ipse enim disertè dixit, se confirmare tantum ea decreta de fide, quæ facta erant concilialiter, id est, more aliorum Conciliorum, re diligenter examinata: constat autem hoc decretum sine vilo examine factum à Concilio Constantiensi. Itaque Martinus cum confirmauit decreta de fide concilialiter conclusa, intelligebat tantum de damnatione hæresum VViceffi & Huff.

NEQUE sequitur, si Concilium in hoc errauit, errasse etiam in deponendo Gregorio XXI. Ioanne XXI.

A & Benedicto XII. Nam etsi Concilium sine Papa non potest definire noua dogmata fidei, potest tamen iudicare tempore schismatis, quis sit verus Papa, & provide- re Ecclesie de vero Pastore, quando is nullus, aut dubius est: & hoc est, quod rectè fecit Concilium Constantiense.

ADDE, quòd Ioannes & Gregorius non inuiri depositi sunt: nam ipsi etiam sponte renunciarunt Papatu, ut patet ex actis Concilij Constantiensis sess. 12. & 14. Benedictus autem non cessit, sed post eius obitum Clemens VIII. successor ipsius cessit Martino V. quem omnis Ecclesia, ut verum Pontificem, venerabatur, id quod sufficit, ut Martinus esse posset verus Papa.

VLTIMO, adfert Hermannus Concilium Basileense, quod sessione tricesima tertia definiuit; fide Catholica esse credendum, Concilium esse supra Papam. Fuit autem hoc Concilium indictum à Martino V. ut haberetur sessio prima, & deinde ab Eugenio declaratum sessione decima sexta, legitime continuatum à sua inchoatione, denique à Nicolao quinto confirmatum cum actibus suis.

RESPONDEO, Concilium Basileense legitime inchoatum, sed illegitimè terminatum. Est autem mendacium expressum Hermanni, quod sit confirmatum à Nicolao V. cum actibus suis. Nicolaus enim, ut apparet ex Bulla eius, eidem Concilio annexa, solùm confirmauit ea, quæ egerat Concilium circa beneficium, & censuras Ecclesiasticas. Quæ autem definiuit Concilium Basileense de sua auctoritate supra Pontificem, nullus Pontifex probauit: sed reprobaui ex professo inprimis Eugenius Papa, ut patet ex Concilio Basileensi sessione tricesima octaua: deinde Leo X. in Concilio Lateranensi vltimo, sessione vicefima secunda: item Ecclesia tota, quæ Eugenium à Basileensibus deposi- tum, semper habuit pro vero Pontifice: denique Basileenses ipsi, & Papa Felix, quem ipsi creauerunt: nam Papa Felix tandem cessit Nicolao Eugenio successori, & Basileenses, qui Lausannam Concilium transtulerant, tandem sese Nicolao subiecerunt, ut in eadem Bulla Nicolaus testatur. Multa alia argumenta proponi, & solui poterant, sed ea soluta sunt in libris de Pontifice. Vide etiam quæ dicemus de Concilio Basileensi, in lib. 1. de Ecclesia, cap. 16.

LIBER TERTIVS DE ECCLESIA MILITANTE, TOTO ORBE TERRARVM

D I F F V S A.

C A P V T P R I M V M.

De nomine Ecclesie.



CONTRORSIA de Ecclesia militante, multas habet partes. Primum enim de ipsa secundum se agendū erit: tum de membris eius, hoc est, de Clericis, de Monachis, de Laicis. Rursum autè de Ecclesia militate secundum se considerata, de qua nunc disputare aggredimur, tres sūt præcipuè controuersie. Prima est, de nomine & definitione Ecclesie. Secunda, de qualitate, seu de visibilitate eiusdem. Tertia, de notis, quibus ea certè cognosci potest.

A prima nunc exordiemur, si tamen antea propter studiosos nomina eorum auctorum notauerimus: qui de Ecclesia scripserunt, seu potius eorum, quorum nomina legimus: nec enim omnes legimus. Igitur scripserunt de hoc argumento B. Aug. lib. de vnitae Ecclesie: B. Cyprianus librum eiusdem tituli, necnon Opratus

D libros sex contra Parmenianum. Ex recentioribus, scripsit Thomas Vvaldensis tom. 1. lib. 2. doct. fid. cap. 8. 9. 10. &c. Ioan. de Turrecremata summam de Ecclesia: Ioannes Driedo in lib. 4. de dogm. Ecclesiast. cap. 2. Albertus Pighius controuersia 3. Cardinalis Hofius in confessione, in explicatione Symboli, & lib. 5. contra prolegomena Brentij: Petrus à Soto 1. parte defensionis sue contra Brentium: Ioannes à Dauentria in confut. 7. art. Confessionis Augustanæ: Ioannes Cochlaus Philippica 4. & in lib. de Scripturæ & Ecclesie auctoritate: Ioannes Eckius initio sui enchiridij: Alphonfus à Castro lib. 6. contra hæres. Melchior Canus lib. 4. de locis: Ioannes Antoaius Delphinus in libris tribus de Ecclesia: Ioannes à Louanio explicat. Symboli, & omnes alij, qui Symbolum exposuerunt: Francisc. Turrianus in libris duobus de Ecclesia, & ordinari. Ministr. Post quos, anno

M. D. L. X. V. I. ineunte, nos hæc ipsa, quæ nunc emittimus in lucem in scholis disputauimus: à quo tempore scripserunt etiam alij, sed non vacauit per alias occupationes eorum libros euoluere.

VENIO nunc ad propositam disputationem: ac vt primum de nomine, deinde de re ipsa dicamus: Ecclesie nomen est Græcum, deduciturque à verbo εκκλησια, quod est euoco. Itaque Ecclesia est euocatio, siue cœtus vocatorum. Dicitur autem populus Dei, cœtus vocatorum, quia nemo ad hunc populum se adiungit per se, & suo proprio instinctu, sed omnes quotquot veniunt, à Dei vocatione præueniunt. Est enim vocatio primum beneficium, quod sancti à Deo recipiunt. Quos vocauit, inquit Apost. Rom. 8. hos iustificauit: quos iustificauit, hos & magnificauit. Et Act. 2. Quoscumque aduocauerit Dominus Deus noster. Hinc toties Apostolus Christianos appellat vocatos, in omnibus ferè epistolis.

SUNT autem tria circa hoc nomen notanda. Primum, nomen Ecclesie cum aliquo adiuncto posse, & in bonam & in malam partem accipi: dicitur enim, Ecclesia malignantium. Psal. 25. Et, Ecclesia Sanctorum, Psal. 88. Absolutè autem positum hoc nomen, non intelligi nisi de Ecclesia Christi, excepto vno loco Act. 19. vbi de populo Ethnicorum dicitur, Erat enim Ecclesia confusa.

SECUNDO, nota cum Augustino in Psal. 81. in illud: Deus stetit in Synagoga Deorum, tamen eadè sit Ecclesia veteris Testamenti & noui, quoad essentiam: tamen quia status Ecclesie noui Testamenti est longè excellentior, idèd etiam nomina esse distincta. nam populus veteris Testamenti propriè dicitur Synagoga, id est, congregatio: populus noui Testamenti nusquam dicitur Synagoga, sed semper Ecclesia, id est, euocatio. Congregari enim cõmunè est hominibus cum bestijs, at euocari proprium est hominum. Neque refert, quòd populus Iudeorum in Testamento veteri passim vocatur etiam Ecclesia: nam tam Synagoga, quam Ecclesia apud Hebræos dicitur à congregando קהל edab, quòd vertimus Synagoga, dicitur à קרא, Iudæ cõgregare. Similiter קהל chahal, id est, Ecclesia, dicitur à קהל congregari. Itaque sunt nomina duo, sed idem prorsus significant.

TERCIO, quemadmodum ciuitas nunc significat cœtum hominum, nunc locum, in quo cœtus ille habitat, ita etiam Ecclesiam in Scripturis nunc significare cœtum fidelium, vt Rom. 16. Salutant vos omnes Ecclesie Asiæ: nunc locum ipsam, in quo fideles congregantur, vt Iudith 6. Omnis populus per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt. quamquam nos nunc solum de Ecclesia, vt cœtum fidelium significat, disputamus.

CAPVT II.

De definitione Ecclesie.

HÆc de nomine. De re autem ipsa quinque sunt hæreticæ sententiæ. Prima, quòd Ecclesia sit prædestinatorum congregatio, ita vt soli, & omnes prædestinati sint de Ecclesia. Ita Ioannes VViclef apud VValdenses tom. 1. lib. 2. cap. 8. & 9. Ioannes Huss. art. 12. 3. 5. 6. vt habetur in Concilio Constantiensi sess. 15. è quibus sic habet art. 5. Præstitus etsi aliquando sit in gratia secundum presentem iustitiam, tamen nunquam est pars sanctæ Ecclesie, & prædestinatus semper manet membrum Ecclesie, licet aliquando excidat à gratia aduentitia, sed non à gratia prædestinationis.

SECUNDA, quòd Ecclesia sit hominum perfectorum nullum peccatum habentium multitudo. Ita quondam Pelagiani, vt B. August. refert lib. de hæresibus, cap. 88. In id etiam, inquit, progredimur, vt dicant, vitam iustorum in hoc seculo nullum omnino habere peccatum, & ex his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici. Eandem tribuit Anabaptistis huius temporis Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 1. §. 13.

TERCIA, quòd Ecclesia sit iustorum congregatio,

A seu potius eorù, qui nunquam lapsi sunt circa fidei confessionem. Distinguitur autem hæc à superiore, quòd prior opinio quoslibet peccatores excludebat, hæc autem non excludit, nisi insignes peccatores. Ita scribunt olim Nouatiani, vt auctor est Cyprianus lib. 4. epist. 2. & Donatistæ apud Augustinum lib. de hæres. cap. 69. existimo enim falli Caluinum, vbi supra, & alios, qui putant, Nouatianos & Donatistas exclusisse omne genus peccatorum. Clarè enim Cyprianus lib. 4. epist. 2. & Epiphanius in hæres. Catharorum, dicunt, eos retinuisse in Ecclesia fraudatores, mæchos, & similes: solumq; exclusisse eos, qui in persecutione lapsi fuerant.

NEQVE cum hoc pugnare videtur, quod habent Ambros. lib. 1. de pœnit. cap. 1. & 2. & Theodoretus lib. 3. de fabulis hæreticorum: Nouatianos sustulisse potestatem remittendi peccata omnia, exceptis leuissimis. Nam etiam si non absoluebant graues peccatores, tamen in suo cœtu eos retinebant, nisi lapsi essent circa fidem. Et August. lib. 3. contra Parmenianum, cap. 2. docet Donatistas non horruisse omnia, sed solum leuissimas scelera, quale erat illud, quod obiciebant Catholicis, consensisse traditoribus diuinorum librorum.

QUARTA, est Confessionistarum, quieti nomine damnant Pelagianos, Nouatianos, & Donatistas, tamen eorum sententia composita est ex hæresi Pelagianorum, Nouatianorum, & Donatistarum. Docent enim primum cum Pelagianis non solum Confessionistæ, sed omnes Lutherani, & Caluinistæ, nullum esse peccatum veniale ex natura sua, sed omnia esse mortalia ex se, venialia autem ex misericordia Dei, qui ea credentibus non imputat. Ita docuit Lutherus in assert. art. 32. Melancthon in locis, cap. de discrimine peccati mortalis & venialis. Caluinus lib. 2. Instit. cap. 8. §. 58. & 59.

SECUNDO, docet Confessio Augustiana artic. 7. Ecclesiam esse Sanctorum congregationem, qui verè credunt, & obediunt Deo. Et in Apologia Philippus conatur ostendere, peccatores non pertinere ad Ecclesiam, nisi nomine. Similia docet Brentius in Prolegomenis contra Petrum à Soto.

NEQVE obstat, quod & Philippus, & Brentius ibidem dicunt, malos esse admixtos bonis. nam ipsi duas Ecclesias fingunt: Vnam veram, & ad quam pertinent priuilegia, quæ narrantur in scripturis, & hæc esse Sanctorum congregationem, qui verè credunt, & obediunt Deo, & hæc non esse visibilem, nisi oculis fidei: alteram externam, quæ nomine tantum est Ecclesia, & hæc esse congregationem hominum conuenientium in doctrina fidei, & vsu Sacramentorum, & in hac bonos & malos inueniri. Itaque malos nunquam volunt esse partes veræ Ecclesie, & proinde cautè Philippus non dicit, Ecclesiam constare ex malis & bonis, sed dicit, malos admisceri Ecclesie. Et Brentius dicit malos esse aliquo modo in Ecclesia, sed non de Ecclesia.

LVTHERVS in lib. de Concilijs & Ecclesia, parte tertia, dicit Ecclesiam esse populum sanctum Christianum: & vt ostendat se loqui de sanctitate singulorum membrorum, inde probat, Papam & Cardinales non esse de Ecclesia, quia sancti non sunt. Si ergo soli iusti sunt partes veræ Ecclesie, & omnia peccata, quâtuuis leuia, sunt peccata mortalia, & faciunt hominem iniustum: sequitur solos perfectos, & omni peccato carentes esse de Ecclesia, quæ erat opinio Pelagianorum.

TERCIO, dicunt Confessionistæ, in quo etiam cum omnibus Lutheranis conueniunt, omnia opera hominis, etiam iustificati esse peccata mortalia. Id indicat Confessio Augustiana, art. 6. & 20. sed clariùs Lutherus in assert. art. 32. ex quo videtur sequi, nullum hominem esse de Ecclesia.

NAM si soli iusti sunt de Ecclesia, & nulli sunt omnino in mundo iusti, quippe cum omnium hominum

opera

opera sint peccata: quinam, quæso, Ecclesiam faciunt? Sed ipsi rem totam facillè explicant, dum dicunt, opera quidem hominis iusti omnia esse peccata mortalia, sed tamen non imputari, si adsit fides, & proinde eum, qui habet fidem, simul esse iustissimù, & in omni opere peccare. In quo aliquo modo conueniunt Confessionistæ cum Donatistis & Nouatianis. Vt enim illi non excludant ab Ecclesia omnes peccatores, sed tantum eos, qui idololatriam cõmiserant: ita isti nõ omnes peccatores excludunt, sed tantum eos, qui non verè credunt: putant enim, vt diximus, nullum crimen imputari credentibus.

QUINTA sententia est quasi constata ex omnibus istis. Docet enim, Ecclesiam constare ex solis iustis prædestinatis. Ita Caluinus, qui tria docet. Primum, fidem semel habitam, nõquam in æternum perdi posse, & proinde omnem, qui habet fidem, necessariò esse prædestinatùm: id habet in instit. lib. 3. capit. 2. §. 8. 9. 10. 11. quod idem antèa expressè docuerat Iouinianus apud Hieronymum lib. 2. contra Iouinianum.

SECUNDO docet, veram Ecclesiam à solo Deo cognosci posse, eiuque fundamentum esse diuinam electionem, quæ nimirum constat ex fidelibus, qui necessariò sunt de numero electorum, id habet lib. 4. cap. 1. §. 2. & in minori institutione cap. 8. §. 4. & sequentibus.

TERCIO, docet esse præterea quandam Ecclesiam externam, in qua sint boni & mali, &c. vt supra dixerunt Confessionistæ, id habet eodem lib. & cap. in sequentibus sectionibus. Idem etiam sentire videtur Bucerus, qui in lib. 1. de regno Christi, cap. 5. definit regnum Christi, procuratorem salutis electorù Dei, quos Deus in terris colligit. Idem Tilmannus Heshusius lib. de erroribus Pontificiorum, loco 12. & lib. 1. de Eccl. cap. 3.

NOTA autem sententia est, Ecclesiam vnam tantum esse, non duas, & illam vnam & veram esse cœtum hominum eiusdem Christianæ fidei professione, & eorundem Sacramentorum communione colligatum, sub regimine legitimorum pastorum, ac præcipuè vnius Christi in terris Vicarij Romani Pontificis. Ex qua definitione facillè colligi potest, qui homines ad Ecclesiam pertineant, qui verò ad eam non pertineant. Tres enim sunt partes huius definitionis. Professio veræ fidei, Sacramentorum communio, & subiectio ad legitimum pastorem Romanum Pontificem.

RATIONE primæ partis excluduntur omnes infideles tam qui nunquam fuerunt in Ecclesia, vt Iudei, Turcæ, Pagani: quæ fuerunt, & recesserunt, vt hæretici & apostatæ. Ratione secundæ, excluduntur catechumeni & excommunicati, quoniam illi non sunt admissi ad Sacramentorù communionem, isti sunt dimissi. Ratione tertiæ, excluduntur schismatici, qui habent fidem & Sacramenta, sed non subduntur legitimo pastori, & idèd foris profitentur fidè, & Sacramenta percipiunt. Includuntur autem omnes alij, etiam si reprobi, scelesti & impij sint.

ATQVE hoc inter sententiam nostram, & alias omnes, quòd omnes aliæ requirunt internas virtutes ad constituendum aliquem in Ecclesia, & propterea Ecclesiam veram inuisibilem faciunt: nos autem, etsi credimus in Ecclesia inueniri omnes virtutes, Fidem, Spem, Charitatem, & cæteras: tamen vt aliquis absolute dici possit pars veræ Ecclesie, de qua Scripturæ loquuntur, non putamus requiri vllam internam virtutem, sed tantum externam professionem fidei, & Sacramentorum communionem, quæ sensu ipso percipitur. Ecclesia enim est cœtus hominum ita visibilis & palpabilis, vt est cœtus populi Romani, vel Regnum Gallie, aut Respublica Venetorum.

NOTANDVM autem est, ex Augustino in breuiculo collationis, collatione tertia, Ecclesiam esse corpus viuum, in quo est anima & corpus. Et quidem anima sunt interna dona Spiritus sancti, Fides, Spes, Charitas, &c.

A Corpus sunt externa professio fidei, & communicatio Sacramentorum. Ex quo fit, vt quidam sint de anima & de corpore Ecclesie, & proinde vniti Christo capiti interius & exterius: & tales sunt perfectissimè de Ecclesia: sunt enim quasi membra viua in corpore: quamuis etiam inter istos aliqui magis, aliqui minus vitam participant, & aliqui etiam solum igitium vitæ habeant, & quasi sensum, sed non motum, vt qui habent solam fidem sine charitate.

RVSVM aliqui sint de anima, & non de corpore, vt catechumeni, vel excommunicati, si fidem & charitatem habeant, quod fieri potest.

DENIQVE, aliqui sint de corpore, & non de anima, vt qui nullam habent internam virtutem, & tamen spe, aut timore aliquo temporali profitentur fidem, & in Sacramentis communicant sub regimine pastorum: & tales sunt sicut capilli, aut vngues, aut mali humores in corpore humano.

DEFINITIO igitur nostra solum comprehendit hunc vltimum modù existendi in Ecclesia, quia hæc requiritur vt minimum, vt quis possit dici esse pars visibilis Ecclesie. Probandum igitur est ordine, non pertinere ad Ecclesiam, non baptizatos, hæreticos, & apostatas, excommunicatos, & schismaticos. Deinde pertinere ad Ecclesiam, non prædestinatos, non perfectos, peccatores etiam manifestos, infideles occultos, si habeant Sacramenta, professionem fidei, & subiectionem, &c.

CAPVT III.

De non baptizatis.

DE infidelibus non baptizatis sine dubio Paulus loquitur primè ad Corinth. 5. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? vbi generaliter eos omnes foris esse dicit, qui non dederunt nomina sua Christo per Baptismum, sed aliquas alias religiones sequuntur.

DE catechumenis est paulò maior difficultas, quia sunt fideles, & saluari possunt, si moriantur in eo statu, & tamen extra Ecclesiam nemo saluatur, sicut nec extra arcam Noè, iuxta illud Concilij Lateranensis cap. 1. vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. At nihilominus, certum est, catechumenos non esse in Ecclesia actu & propriè, sed tantum in potentia, quomodo homo conceptus, sed nondum formatus, & natus, non dicitur homo, nisi potentia. Nam legimus Act. 2. Qui ergo receperunt verbum, baptizati sunt, & apposta sunt in die illa anima circiter tria millia. Item Concilium Florentinum in instructione Armenorum docet, homines fieri membra Christi, ac de corpore Ecclesie, cum baptizantur. Idem & Patres docent.

GREGORIUS Nazianzenus oratione in sanctum Lauacrum dicit, catechumenum esse in vestibulo pietatis, nec adhuc posse vocari fidelem, nisi intus ingrediat per baptismum. Ioannes Chryostomus homi. 24. in Ioannem, dicit, catechumenum alienum esse à fidei, & nihil habere commune cum eo, non ciuitatem, non mensam, &c. Tertullianus lib. de præscriptionibus, reprehendit in hæreticis, quòd non distinguant catechumenos à fidelibus.

CYRILLVS lib. 12. in Ioannem, c. 50. docet, catechumenos esse apud Christianos id, quod erant incircumcisi apud Iudæos qui propterea non poterant vesci agno Paschali. Augustinus tract. 4. in Ioannem, & alibi distinguit Catechumenos à fidelibus. Quod etiam alij Patres faciunt. Constat autem Ecclesiam esse fidelium congregationem.

DENIQVE, catechumeni non habent ius ad vlla Sacramenta, neque ad alia, quæ sunt communia vniuersæ Ecclesie. Non igitur actu, & propriè sunt catechumeni de Ecclesia. Quomodo igitur, inquires, saluantur, si sunt extra Ecclesiam? Auctor libri de Ecclesiasticis

dogmatibus, cap. 7. aperte responder, Catechumenos non saluari. Sed hoc nimis durum esse videtur. Certè Ambrosius in oratione de obitu Valèntiniani disertis verbis affirmat, Catechumenos posse saluari, de quorum numero Valentinianus erat cum de hac vita migraret.

ALIA igitur querenda solutio est, Melchior Canus ait, Catechumenos posse saluari, quia etsi non sunt de Ecclesia, quæ propriè dicitur Christiana, sunt tamen de Ecclesia, quæ comprehendit omnes fideles ab Abel vsque ad mundi consummationem. At non videtur satisfacere. Nam post Christi aduentum nulla est vera Ecclesia, nisi illa quæ propriè dicitur Christiana; si ergo Catechumeni de ista non sunt, de nulla sunt.

RESPONDEO igitur, quòd dicitur, extra Ecclesiam neminem saluari, intelligi debere de iis, qui neque re ipsa, nec desiderio sunt de Ecclesia: sicut de Baptismo communiter loquuntur Theologi. Quoniam autem Catechumeni si non re, saltem voto sunt in Ecclesia, idè saluari possunt. Neque repugnat similitudo arce Noè, extra quam nemo saluabatur, etiam si voto in ea fuisset: nam similitudines non in omnibus conueniunt. Quocirca 1. Pet. 3. Baptismus comparatur arce Noè: & tamen constat, sine baptismo in re, aliquos saluari.

AT, inquit, Augustinus tract. 4. in Ioannem dicit, Catechumenos esse in Ecclesia: Verum est, sed ibidè separat eos à fidelibus, Voluit ergo dicere, esse in Ecclesia non actu, sed potentia; quod idem ipse explicuit initio libri secundi de Symbolo, ubi comparat Catechumenos hominibus conceptis, non natis.

CAPVT III. De Hereticis & Apostatis.

HERETICOS & Apostatas baptizatos Alphòsus de Castro lib. 2. de iusta hereticorum punitione, cap. 24. docet esse membra & partes Ecclesie, etiam si palam falsam doctrinam profiteantur. Quæ sententia, vt est aperte falsa, ita facillimè refutari potest. Nam primò, Scriptura hoc indicat, cum ait 1. Timoth. 1. quidam circa fidem naufragauerunt. Quo loco per metaphoram naufragij, intelligit hereticos fracta vna parte nauis Ecclesie, ex ea in mare decidisse: quod etiam significatur illa parabola Domini de reti, quod præ multitudine scindebatur, Luc. 5.

PRÆTEREA ad Tit. 3. Hereticum hominem post vnam & alteram correptionem deuota, sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. Vbi Apostolus Episcopo præcipit, vt hereticum vitet, quod certè non iuberet, si esset intra Ecclesiam. Debet enim pastor non vitare, sed curare eos, qui ad suum gregem pertinent. Et addit rationem, quia talis pertinax hereticus, est proprio iudicio condemnatus, id est (vt Hieronymus exponit) non est eiectus ab Ecclesia per excommunicationem, vt multi alij peccatores, sed ipse seipsum ab Ecclesia eiecit. Item 1. Ioannis 2. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, id est, ex nobis exierunt, quia erant nobiscum in eadem Ecclesia, sed non erant ex nobis, secundum diuinam electionem, vt Augustinus exponit libro de bono perseuer. cap. 8.

SECUNDO, probatur hoc idem ex capite octauo & decimono Concilij Nicæni, ubi heretici dicuntur posse recipi in Ecclesia, si redire velint, cum certis tamen conditionibus. Item ex Concilio Lateranensi, vnde extat cap. Firmiter, de summa Trinitate, & fide Catholica, ubi Ecclesia dicitur fidelium congregatio. Constat enim hereticos nullo modo esse fideles.

TERTIÒ, ex Patribus, Irenæus lib. 3. cap. 3. dicit, Polycarpum multos hereticos ad Ecclesiam conuertisse, quo sequitur, eos antea fuisse de Ecclesia egressos. Tertullianus libro de præscriptione, dicit, Marcionem cum ad Ecclesiam redire vellet, conditionem ac-

cepisse, vt ceteros, quos peruerterat, Ecclesie restitueret. Cyprianus in epistola ad Iubaianum, dicit, hereticos cum sint extra Ecclesiam, tamen vindicare sibi Ecclesie auctoritatem more simiarum, quæ cum homines non sint, tamen homines videri volunt.

HERONYMVS in Dialogo contra Luciferianos, circa finem: Sicubi audieris, inquit, eos, qui dicuntur Christi, non à Domino IESV CHRISTO, sed à quoquam alio nuncupari, vt putat Marcionistas, Valentinianos, Montenses, siue Campenses, scito non Ecclesiam Christi, sed Amichristi esse Synagogam.

AVGVSTINVS lib. 4. contra Donatistas, cap. 10. dicit, interdum accidere, vt hereticis foris existens non agat contra Ecclesiam, & Catholicus intus existens contra Ecclesiam agat, &c. Et libro de vnitare Ecclesie, cap. 4. Qui non credunt, inquit, Christum in carne venisse, de Virgine MARIA, ex semine David, aut in corpore ipso resurrexisse, in quo crucifixus & sepultus est, non trique sunt Ecclesia, &c.

ACCEDIT postremò, quòd cum Ecclesia sit multitudo vnita (est enim populus quidam, siue regnum, siue corpus vnum) & ista vnio præcipuè in professione vnus fidei, & earundem legum ac rituum obseruatione consistat: nulla ratio permittit, vt eos de Ecclesia corpore esse dicamus, qui cum eo nullam omnino coniunctionem habent.

AT contra obiiciunt aliqui. Primò, quia Matth. 13. in parabola de zizaniis, in eodem agro inueniuntur tria, granum, palea, & zizania, quæ significant bonos Catholicos, malos Catholicos, & hereticos, vt Augustinus exponit quæst. 11. super Matthæum, & Hieronymus, & Chrysostomus in hunc locum. Quòd autem ager sit Ecclesia, docet Cyprianus lib. 3. epist. 3. & Augustinus lib. 2. contra Cresconium, cap. 34.

RESPONDEO. Aliqui intelligunt per zizania non hereticos, sed homines malos, qui sunt in Ecclesia: Cypri loco notato, & lib. 4. epist. 2. & August. sæpe, non tam ex sua sententia, quàm ex Cypriani mente loquens. Quòd autem Cyprianus per zizania non intelligat hereticos, inde intelligi potest, quòd in illis ipsis locis, ubi dicit, zizania esse in Ecclesia, dicit, hereticos non esse in Ecclesia: & præterea ex intentione Cypriani, qui in illis locis scribit contra Nouatianos, qui volebant admittere lapsos penitentes in Ecclesiam, meruentes, ne communicarent peccatis aliorum: quibus Cyprianus ostendit ex parabola Domini, in Ecclesia non solum esse homines fortes, sed etiam imbecilles, qui aliquando labuntur, sicut in agro simul cum frumento sunt etiam zizania.

AT licet hæc expositio non sit contemnenda, neque nobis contraria, melius tamen responderetur cum Augustino quæst. 11. super Matthæum, per agrum non significari Ecclesiam, sed mundum vniuersum: Dominus enim exponens parabolam ait, ager est mundus. Porro nomine zizaniorum, etsi rectè intelliguntur heretici, tamen fortè magis ad literam intelligeremus omnes malos in genere, siue sint heretici, siue non. Scopus enim parabolæ est, ostendere semper in mundo futuros aliquos malos, nec posse vlla humana diligentia mundum purgari ante diem iudicij. Vnde Dominus ait, zizania esse filios nequam, & illos omnes, qui tandem in ignem æternum deiiciuntur.

SECUNDO, obiiciunt illud secundè ad Timotheum secundo: In magna domo sunt vasa aurea, & argentea, & lignea, & fictilia. Vbi nomine domus, videtur Paulus intelligere Ecclesiam, & nomine vasorum ligneorum & fictilium, hereticos. Dixit enim paulò antè: Quorum sermo, vt cancer serpit, ex quibus est Hymeneus & Philetus, qui à veritate exciderunt. Nomine autem domus intelligi Ecclesiam, docet Cyprianus libro tertio, epistola

3. & lib. 4. epistola 2. & Ambrosius in commentario huius loci, & Augustinus lib. 4. de Baptismo, cap. 12.

RESPONDEO, varias hinc esse veterum expositiones. Vna est Græcorum, Chrysostomi & Theophylacti, qui nomine domus non intelligunt Ecclesiam, sed mundum, sicut diximus de agro, in quo sunt zizania. Altera est Latærorum, Cypriani, Ambrosij, Augustini, qui nomine domus intelligunt Ecclesiam: & licet Augustinus & Ambrosius per vasa lignea & fictilia velint significari hereticos: tamen Augustinus idem explicat lib. 3. de Baptismo, cap. 19. quomodo sit intelligendum, eos esse in Ecclesia, ubi dicit eos esse in Ecclesia, antequam per obstinationem & pertinaciam separentur, & ad hoc tempus respexisse Apostolum: ita vt non tam heretici, quàm errantes dicantur esse in Ecclesia. Addit etiam, posse dici, eos esse in Ecclesia, postquam exierunt, propter Sacramentorum administrationem, quia etiam ipsi quedam Sacramenta verè administrant: quod est dicere, eos esse in Ecclesia secundum aliquid, non simpliciter. Ambrosius autem accipit Ecclesiam largo modo, & magis vulgari, quàm proprio, prout videlicet eos omnes complectitur, qui quouis modo nominantur Christiani. Ad quem modum Pagani dicere solent, in cœtu Christianorum multas esse dissidentias opiniones ac sectas.

AT secundum Cyprianum (cuius expositionem veteriorem puto) per vasa lignea, & fictilia non intelliguntur heretici, sed infirmi fideles, ac debiles, qui facile seducuntur. Quod enim ait Apostolus: In magna domo sunt vasa aurea, &c. non refertur ad illud, quorum sermo, vt cancer serpit, ex quibus sunt Hymeneus & Philetus, qui à veritate exciderunt, sed ad illud, Et subuerterunt quorundam fidem. Vult enim Apostolus dicere, quòd si illi quosdam subuerterunt, non propterea periculum est, ne omnes subuertantur. Nam in Ecclesia sunt fortes, & sunt debiles, &c.

SIBI, inquit, Augustinus, qui intelligit per vasa lignea & fictilia hereticos, dicit, se permotum ad hoc sentiendum ex verbis Cypriani in epistola ad Antonianum, quæ est secunda libri quarti.

RESPONDEO, Augustinum existimauisse à Cypriano referri illa verba Apostoli: In magna domo sunt vasa aurea, &c. ad illa: Quorum sermo, vt cancer serpit, sicut ipse referebat. Ceterum Cypriani verba nihil tale sonant: & sanè Cyprianum non voluisse dicere, hereticos esse in Ecclesia, patet ex eadem epistola, ubi aperte dicit, Nouatianum, quia hereticus est, extra Ecclesiam esse.

ARCVMENTVM tertium, hereticos Ecclesia iudicare, & punire potest: igitur sunt intus. Nam, quid mihi est, inquit Paulus 1. Corinth. 5. de iis, qui foris sunt, iudicare? Præterea heretici retinent characterem baptismi, & sacerdotij: igitur sunt Christiani, & sacerdotes.

RESPONDEO, hereticos, licet non sint de Ecclesia, tamen debere esse: & proinde ad eam pertinere, vt oues ad ouile, vnde fugerunt. Sicut solet dici, ista ouis est illius ouilis, quando tamen vagatur extra ouile. Potest autem Ecclesia iudicare de iis, qui re ipsa intus sunt, vel certè esse debent: sicut pastor reuera potest ouem, quæ extra ouile erat per montes, cogere iterum ad ouile: & Imperator potest desertorem militiæ, qui transfugit ad castra hostium, vt cogere ad sua castra, aut etiam suspendere. Apostolus autem loquitur de iis, qui ita foris sunt, vt nunquam fuerint intus.

AD illud de characterè dico, hereticos retinere extra Ecclesiam characteres illos indebiles, sicut retinent oues perditæ characterem inustum in dorso, & desertores militiæ signa militaria: sed non propterea sunt de Ecclesia, quia non sufficient characteres illi ad constituendum aliquem in Ecclesia: alioquin etiam in inferno esset Ecclesia. Et tamen S. Thomas tertia parte, quæst. 8. art.

3. dicit, damnatos nec actu, nec potentia esse membra Christi. Præterea, non propriè vnit hominem cum capite, sed est signum potestatis & vnionis cuiusdam: & idè in inferno, illo signo cognoscuntur, qui fuerunt membra Christi. Quòd autem non vniant, patet: nam non vnit exterior, cum sit res inuisibilis: nec interior, cum non sit actus, nec habitus operatiuus. Vnde diuus Thomas primam vnionem internam ponit in fide.

CAPVT V. De Schismaticis.

DE Schismaticis nonnulli Catholicorum dubitant, an sint de Ecclesia: immò esse eos de Ecclesia affirmat Alphonsus de Castro loco notato. Sed facile est contrarium ex sacris literis, & Patrum traditione docere. Nam in primis cum dicitur Luc. 5. scindebatur autem rete, per scissionem retis, & egressionem piscium ex reti, intelligitur schismata Ecclesie: & egressio hereticorum & schismaticorum de Ecclesia, vt exponit August. tract. 122. in Ioan.

PRÆTEREA Scriptura vocat Ecclesiam: Vnum ouile, Ioan. 10. Vnum corpus, Rom. 12. Vnam sponsam, vnam amicam, vnam columbam, Cantic. 6. Schisma autem scindit id, quod erat vnum in partes, vt patet ex ipso nomine. Nam scissura, scindere est, & σχισμῶν, scissura: ergo schismatici non sunt in Ecclesia, nec de Ecclesia. Nam pars scissa à corpore, non est amplius pars eius corporis. Vnde pulchre Cyprianus libro de vnitare Ecclesie dicit, Ecclesiam significari per vestem Christi inconstabilem, quæ scissa non fuit, vt intelligeremus Ecclesiam scindi posse, sed non eo modo, quo scinduntur vestes, ita vt omnes partes æquè maneat partes vestis: sed quomodo scinditur ramus ab arbore, qui statim moritur, arbore viuente: & riuus à fonte, qui mox arefcit, fonte fluente: & riuus à Sole, qui cõtinuò deficit, Sole, vt erat, permanente. Vel si contendas, partem scissam ab Ecclesia, esse etiam Ecclesiam quandam, multas Ecclesias facies, quod est contra Scripturas paulò antè notatas.

PROBATVR secundò ex decretis Pelagij Pape, qui ex professò probat, schismaticos non esse de Ecclesia, 24. q. 1. can. pudenda, & can. schisma. Accedit etiam testimonium totius Ecclesie, quæ in Paraclete orat pro hereticis & schismaticis, vt eos Deus ad Ecclesiam Catholicam reuocare dignetur. Quod certè non faceret, si eos in Ecclesia esse crederet. Huic etiam pertinet testimonium Catechismi Romani, cuius non est exigua auctoritas in Ecclesia Dei. Disertis autem verbis Catechismus prædictus in explicatione Symboli Apostolici, schismaticos ab Ecclesia separat.

PROBATVR tertio ex Patribus. Irenæus lib. 4. cap. 62. posteaquam dixerat in superioribus capitibus, vtrum spiritualem iudicare omnes hereticos & schismaticos, & enumerauerat in particulari multas hæreses, & subiunxerat de schismate propriè dicto, concludit in summa: Iudicabit, inquit, omnes eos, qui sunt extra veritatem, id est, extra Ecclesiam.

SANCTVS Cyprianus lib. 4. epist. 9. ad Florentium Pupianum: Ecclesia, inquit, est plebs sacerdotij adunata, & pastori suo grex adharens: vnde scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo, & si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse, &c. At certè schismatici cum Episcopo non sunt, igitur nec in Ecclesia sunt.

CHRYSOSTOMVS homil. 3. in epist. 1. ad Corinthios: Schismatis, inquit, significantiæ satis eos arguit, vel potius satis est eius appellatio, quæ vehementer eos tangat. Non enim plures integre partes factæ sunt, sed vna perit. Siquidem integris Ecclesiis multas eas constituerunt. Et homil. vndecima in epistola ad Ephesios docet, schismaticos similes esse manui à corpore præcisæ, quæ mox desinit esse membrum: & ibidem dicit, schismaticos in altera esse Ecclesia, licet in fide & dogmatibus cum

vera Christi Ecclesia consentiant.

HIERONYMVS in caput 1. Amos: Schismatici, inquit, separant quidem deceptam multitudinem ab Ecclesia Dei: tamen hoc non faciunt credulitate, qua heretici, &c. Et in caput 3. ad Titum: Inter heresim, inquit, & schisma hoc interesse arbitramur, quod haeresis peruersum dogma habeat: schisma propter Episcopalem disensionem ab Ecclesia pariter separat. Vbi nota illud: Pariter.

AVGVSTINVS libro de fide & Symbolo, cap. 10. Credimus, inquit, & sanctam Ecclesiam, utique Catholicam: nam & heretici, & schismatici congregationes suas Ecclesias vocant: sed heretici de Deo falsa sentiendo ipsam fidem violant, schismatici autem disensionibus iniquis a fraterna charitate distant, quamvis ea credant, qua credimus. Quapropter nec hereticus pertinet ad Ecclesiam Catholicam, quae diligit Deum, nec schismaticus, quoniam diligit proximum.

OPTAVVS lib. 1. contra Parmenianum, de schismaticis loquens: Deserta, inquit, matre Catholica, impij filij dum foras excurrunt, & se separant, ut vos fecistis, a radice matris Ecclesiae, invidiae falcibus amputati, errando rebelles abscedunt. Et lib. 2. comparat schismaticos cum ramis, riuulis, & radiis praecisis ab arbore, fonte, Sole.

FVLGENTIVS de fide ad Petrum, cap. 38. & 39. Firmissime tene, inquit, & nullatenus dubites, non solum Paganos, sed etiam Iudeos, hereticos, & schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicam, presentem sument vitam, in ignem aeternum ituros. Denique idem habent Thomas VValdensis tomo primo, lib. 2. cap. 9. doctrinalis fidei antiquae: Ioannes Driedo lib. 4. de Scripturnis & dogmatibus Ecclesiasticis, cap. 2. parte 2. & alij ex recentioribus.

PROBATVR vltimo ratione, nam de ratione Ecclesiae est, ut sit vna vnione membrorum inter se, & cum suo capite: hanc autem vnionem schismaticus tollit, dum se a communione capitis, & aliorum membrorum separat. Quod autem vnitas essentialis Ecclesiae consistat in illa coniunctione membrorum inter se, & cum capite, probatur: na multiplex vnitas inuenitur in Ecclesia. Prima est vnitas ratione eiusdem principij, id est, Dei vocantis, Ioan. 6. Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, &c.

SECUNDA vnitas ratione eiusdem vltimi finis, quod significatum est Matthaei 20. in illo vno denario omnibus operantibus promisso.

TERCIA, est ratione eorundem mediolorum, id est, Fidei, Sacramentorum, Legum, iuxta illud Ephes. 4. Vna Fides, vnum Baptisma.

QUARTA est ratione eiusdem Spiritus sancti, a quo tanquam externo & separato Rectore vniuersa Ecclesia gubernatur, 1. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus.

QUINTA est ratione eiusdem capitis, tanquam interni & coniuncti Rectoris: omnis enim Ecclesia eidem Christo, & eius Vicario tanquam capiti parat, Ephes. 1. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Et Ioannis vltimo, Simon Petre, pascue oues meas.

SEXTA est ratione connexionis membrorum inter se, & praecipue cum capite, ut est principale membrum, Romanorum duodecimo, Vnum corpus sumus, alter alterius membra.

IAM vero inter has vnitates, illae, quae faciunt propriam Ecclesiam vniam, sunt duae vltimae: nam per primam, Ecclesia non tam est vna, quam ex vno. Per secundam, non tam est vna, quam ad vnum. Per tertiam, non tam est vna, quam per vnum. Per quartam, non tam est vna, quam sub vno. Per quintam & sextam, proprie est vna, id est, vnum corpus, vnus populus, vna societas. Schisma autem opponitur his vnitatibus postremis: tunc enim est schisma, quando vnum membrum non vult amplius esse membrum illius corporis, nec sub illo capite, quare tollit vnitatem essentialiam, atque Ecclesiam ipsam: Schi-

maticus igitur non est de Ecclesia.

AT obiciunt primo: Ecclesia est Catholicorum congregatio, ut Papa Nicolaus definit de consecrat. distinct. 1. can. Ecclesia: At schismatici sunt Catholici, igitur sunt de Ecclesia.

RESPONDEO primo, schismaticos etsi fidem Catholicam habeant, tamen non proprie dici Catholicos, nisi eam fidem in Ecclesia Catholica profiteantur, ut patet ex Augustino & Optato locis notatis. Secundo dico, non esse plenam definitionem Nicolai Papae: neque eum voluisse definire Ecclesiam, sed tantum excludere hereticos ab Ecclesia. Sicut etiam Innocentius fecit, cum ait, Ecclesiam esse fidelium congregationem, cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica.

SECUNDO obiciunt, schismatici etsi nolint subesse Pontifici, tamen volunt subesse Christo summo capiti: & licet nolint communicare huic Ecclesiae, quae est in terris, tamen volunt communicare Ecclesiae, quae est in caelis, quae est melior pars Ecclesiae: non igitur tollunt Ecclesiae vnitatem, nec sunt absolute extra Ecclesiam.

ET confirmatur argumentum a simili. Nam si quis non vellet esse sub episcopo suo particulari, nec communicare cum Ecclesia particulari, quae sub illo Episcopo est, & tamen vellet esse sub Romano Pontifice, & communicare cum Ecclesia vniuersali, is non posset dici esse extra Ecclesiam.

RESPONDEO, neminem posse, etiam si velit, subesse Christo, & communicare cum Ecclesia caelesti, qui non subest Pontifici, & non communicat cum Ecclesia militante. Christus enim ait: Qui vos audit, me audit, i. u. ca. 10. Et praeterea, ut Christus est summum caput, quoad influxum interiore: ipse enim influit in sua membra sensum & motum, id est, fidem & charitatem: ita Papa in Ecclesia militante est summum caput, quoad influxum exteriorum doctrinae fidei & sacramentorum, Ecclesia quoque triumphans vnita est, immo potius vna est cum militante, & proinde nemo potest velle separari ab vna, quin separetur ab altera.

AD confirmationem similiter respondeo, eum, qui separat se ab Ecclesia & Episcopo particulari, necessitate separari ab Ecclesia & Episcopo vniuersali: nisi forte idem se aliquis separet ab Ecclesia & Episcopo particulari, quod illa Ecclesia & ille Episcopus heretici aut schismatici sint. Recte enim Cyprianus lib. 4. epist. 9. Frustra, inquit, sibi blandiuntur, qui pacem cum Sacerdotibus Dei non habentes, obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt, cum Ecclesia, quae Catholica vnica est, scissa non sit, neque diuisa, sed sit vnique conuicta, & coherentium sibi inuicem Sacerdotum glauino copulata.

CAPVT VI. De excommunicatis.

DE excommunicatis, quod in Ecclesia non sint, docent Catechismus Romanus in explanatione Symboli: Thomas VValdensis tom. 1. lib. 2. cap. 9. doctrin. fid. antiquae: Ioannes de Turrecremata lib. 1. cap. 3. summae de Ecclesia: Ioannes Driedo lib. 4. cap. 2. part. 2. de Script. & dogmaticis Ecclesiasticis, & alij nonnulli. Et probatur primo ex illo Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Vbi Dominus de excommunicatis loquitur secundum omnium expositionem. At Ethnici non sunt de Ecclesia. Item ex illo 1. Corinth. 5. Cur non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestri, qui hoc opus fecit? Et infra: Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Item, Auferte malum ex vobismet ipsis, &c. Quibus omnibus verbis describit Apostolus, quid sit excommunicari. Iubet enim excommunicari eum, qui vxorem patris sui habuerat.

SECUNDO, probatur ex Iure canonico, n. quaest. 3.

can.

can. Canonica: Canonica instituta, & sanctorum Patrum exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores, auctoritate Dei & iudicio sancti Spiritus, a gremio sanctae matris Ecclesiae, & a consorcio totius Christianitatis eliminamus.

TERTIÒ, ex Patribus. Eusebius lib. 5. histor. cap. 24. narrans, quemadmodum Victor Papa excommunicauerat omnes Arianos: Literas, inquit, mittit, quibus omnes simul absque discrezione ab Ecclesiastico fœdere segregaret. Et infra: Ireneus, inquit, Vigorem arguit, quod non recte fecerit, abscondere a corporis vnitate tot & tantas Ecclesias Dei.

EPIPHANIUS haec. 42. quae est Marcionis, loquens de Marcione, qui antequam esset haereticus, virginitatis professor erat, & tamen corruptus mulierem, quae virginitatem quoque profitebatur, & ideo a patre suo excommunicatus fuit. A proprio, inquit, patre ab Ecclesia eiecitur. Erat enim pater ipsius propter excellentem pietatem illustris, & in Episcopatus ministerio honeste viuens perseuerabat.

HILARIUS in cap. Matth. 18. in illud: Sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, dicit, Deum sic egisse cum populo Israél, ut Christus monet agendum. Primo enim corripuit populum inter se & ipsum solum, quando apparuit illi cum maiestate in monte Sinai. Secundo, adhibuit secum duos testes, id est, Legem & Prophetas. Tertiò, dixit Ecclesiae, id est, misit Christum summum Praesulem Ecclesiae, qui Iudeos obiurgaret. Vltimo, cum illi Ecclesiae Praesulem non audirent, neglexit eos, ac deseruit, ut Ethnicos & Publicanos. Quibus verbis ostendit, fieri Ethnicum & Publicanum, quod fit per excommunicationem, esse, eiici de populo Dei, & non amplius a Deo gubernari peculiari illa prouidentia, qua gubernatur Ecclesia.

CHRYSOSTOMVS & Theophylactus in hunc locum, exponunt, eiici de Ecclesia, quod hic dicitur, fieri ut Ethnicum & Publicanum. Hieronymus in caput tertium ad Titum, dicit, alios peccatores per Episcoporum excommunicationem propelli extra Ecclesiam, quod per seipso sponte eunt haeretici & schismatici.

AVGVSTINVS lib. de vnitate Ecclesiae cap. vltimo, dicit, excommunicari esse visibiliter separari a corpore Ecclesiae. Item lib. de corrept. & gratia, cap. 15. dicit, per excommunicationem separari ab omnibus sanis moribundam, ne per plures serpentem dira contagia. Citatur etiam ex Augustino haec sententia, n. q. 3. can. Omnis Christianus, qui a Sacerdotibus excommunicatur, Satana traditur. Quomodo? quia scilicet extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus. Cui subscribit Anselmus, qui in cap. quintum primae ad Corinthios, dicit tradere hominem Satanae, esse per excommunicationem eum de Ecclesia pellere.

PROBATVR vltimo ratione: Primo, per excommunicationem priuanti homines omni commercio spiritali, quod habent homines Ecclesiae inter se, ut docet Tertullianus in Apologet. cap. 39. igitur non sunt amplius in coetu Ecclesiae. Quid enim est, si eum aliquem priuari ciuitate, nisi priuari omni commercio, quod est inter homines illius ciuitatis? Secundo, excommunicatio eum locum habet in Ecclesia, quem poena mortis habebat in Testamento veteri, & quem habet in temporalibus Rebus publicis: at per mortem separantur homines plane a tota Republica. Augustinus quaest. 39. in Deuter. Hoc, inquit, nunc agit in Ecclesia excommunicatio, quod agebat tunc interfecit. Vbi confert quod dicebatur Deuter. 24. Auferte malum de medio tui: cum eo, quod dicit Apostolus 1. Corinth. 5. Auferte malum ex vobismet ipsis.

TERTIÒ, nulla est poena grauior, quam Ecclesia infligere possit, excommunicatione, ut beatus Augustinus docet, libro de correptione & gratia, cap. 15. ergo per excommunicationem eicitur homo de Ecclesia.

Nam grauius est proici de Ecclesia, quam quaelibet poena, quae de manentibus in Ecclesia sumitur.

QUARTÒ, excommunicatio non potest ferri, nisi in contumaces, & incorrigibiles, ut B. Augustinus docet lib. de vera religione, cap. 6. Et idem etiam omnes Theologi deducunt ex illo Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Igitur excommunicatio est eieccio de Ecclesia: si enim excommunicatio esset poena aliqua infra eiectionem, ferretur etiam quandoque in homicidas, adulteros, & alios facinorosos, licet non contumaces. Adde, quod cum absoluntur excommunicati, dicitur: Restituo te vnitati Ecclesiae, & membrorum participationi. Quod signum est perspicuum, excommunicatum separatam fuisse ab Ecclesia vnitate.

AT contra obiciunt. Primo, potest homo excommunicatus retinere baptismum, fidei professionem, & subiectionem Praelatis legitimis, atque aded esse amicus Dei, si nimirum sit iniuste excommunicatus: potest etiam iuste excommunicatus poenitentiam agere, & habere illa tria antequam absoluaur: igitur in Ecclesia erit, etiam manens excommunicatus.

RESPONDEO, talem esse in Ecclesia animo, siue desiderio, quod sufficit illi ad salutem, non tamen esse corpore, siue externa communicatione, quae proprie facit hominem esse de Ecclesia ista visibili, quae est in terris. Augustinus lib. de vera relig. cap. 6. Saepè etiam sunt diuina prouidentia expelli de congregatione Christiana etiam bonos viros. Quam contumeliam, vel iniuriam vnam cum patientissimè pro Ecclesiae pace tulerint, neque vllas nouitates, vel schismatis, vel haeresis moliti fuerint, docebunt homines quam vero assidue, & quanta sinceritate charitatis Deo seruandum sit. Hos coronat in oculo Pater in oculo videns.

SECUNDO obiciunt, quia Augustinus libro contra Donatistas, post collationem, cap. 20. dicit: Neque enim a populo Dei separamus, quos vel degradando, vel excommunicando ad humiliorem poenitendo locum redigimus.

RESPONDEO, suspicor locum esse corruptum, & sic legendum esse: Neque enim a populo Dei non separamus. Nam statim sequitur: Et vbi hoc facere, pax & tranquillitas Ecclesiae gratia non permittitur, non tamen ideo Ecclesiam negligimus, sed toleramus quae nolimus, ut perueniamus quod volumus, utentes cautela praeccepti Domini, ne cum voluerimus ante tempus colligere zizania, simul eradiceamus & triticum.

QUOD si locus hic non sit corruptus, responderi potest, per populum Dei hoc loco non intelligi solam Ecclesiam militansem, sed absolute numerum omnium saluandorum: siue sint in Ecclesia, siue esse possint. Non enim per excommunicationem intendunt Pastores separare homines a numero saluandorum, sed potius ea correptione iuuare eorum salutem.

TERTIÒ, excommunicatio est medicina quaedam spiritalis instituta in vtilitatem eorum, qui excommunicantur. Vnde Apostolus secunda ad Thessalonicenses vltimo, ait: Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commiscamini cum illo, ut confundatur, & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite, ut fratrem.

RESPONDEO, excommunicatio etiam si abscondit hominem ab Ecclesia, tamen non aufert potentiam, ut non possit iterum inferi in Ecclesiam is, qui praecisus est, si poenitentiam agere velit. Idcirco Ecclesia per excommunicationem separat quosdam a suo corpore, sed in vtilitatem eorum, quia cupit eos illa confusionem humiliari, & humiliatos iterum in suum corpus recipere.

CAPVT VII. De praedestinatis.

IAM vero, quod non solum praedestinati, sed etiam reprobi ad Ecclesiam pertinere possint, contra Vvicleffum, & Huls, & Caluinum, probatur:

Primò ex parabolis Domini apertissimis. Comparatur enim Ecclesia Matthæi 3. aræ: *Permutabis, inquit, aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Certè nomine aræ non potest intelligi, nisi Ecclesia, in qua tamen inveniuntur paleæ, quæ si comburentur igni inextinguibili, certè non significant electos.

ITEM Matthæi decimotertio, comparatur sagena missæ in mare, ex omni genere piscium congreganti, quorum tandem aliqui mittuntur in caminum ignis, qui certè non erant de prædestinatis.

ITEM Matthæi vicesimo secundo, comparatur conuiuio nuptiali, ad quod intrauerunt boni & mali, & post eam mali non habentes vestem nuptialem, proiciuntur in tenebras exteriores: & ideò concludit Dominus: *Multi sunt vocati, pauci electi.* id est, multi sunt in Ecclesia, quæ est euocatio quædam, siue cætus vocatorum, qui tamen non sunt de electis.

ITEM Matthæi vicesimo quinto, comparatur decem virginibus, quarum quinque prudentes intrabunt in die iudicij cum sponso ad nuptias, quinque fatuæ excludentur. Et ibidem comparatur ouili, in quo sunt oues & hædi: & illæ, Domino ipso explicante, significant electos, isti reprobos. 1. ad Corinth. 5. Paulus iubet expelli de Ecclesia incestuosum: & tamen non poterat illum facere reprobum ex prædestinato, immò nec volebat: nam eiecit illum, vt humiliatus rediret, & saluus fieret in die Domini, vt ibidem dicitur.

ITEM secundæ ad Timotheum 2. *In magna autem domo sunt vasa aurea, & argentea, & lignea, & fictilia, quædam in gloriam, & quædam in contumeliam.* Nec dubium esse videtur, quin vasa in gloriam sint electi: vasa in contumeliam reprobi, etiam si in eadem domo sint.

CONFIRMATVR hoc idem ex Cypriano libro 3. epistola 3. & lib. 4. epistola 2. qui apertissimè docet, in eadem Ecclesia esse triticum, & zizania, & vasa aurea, & lignea, cum certum sit, zizania comburenda, & lignea vasa esse in contumeliam. Item ex Augustino, qui tractatu 45. in Ioannem: *Secundum præscientiam, inquit, & prædestinationem, quam multa oues foris, quam multi lupi intus?* Vbi prædestinatos multos dicit esse extra Ecclesiam, & reprobos multos intra Ecclesiam: quod idem repetit lib. 2. contra Cresconium, cap. 34.

ACCEDANT præterea exempla Pauli & Iudæ. Nam Ioannes Huls dicebat, Paulum semper fuisse de Ecclesia, Iudam nunquam fuisse de Ecclesia. Ipse autem Paulus 1. ad Timoth. 1. ad Galat. 1. & 1. ad Corinth. 15. affirmat, se persecutum esse Ecclesiam Dei, & idem de eo affirmat Lucas Actor. 9. Quæro igitur, vel Ecclesia, quam Paulus persequeretur, erat vera Dei Ecclesia, vel non: si vera, igitur Paulus aliquando non fuit membrum veræ Ecclesiæ. Quomodo enim erat de illa Ecclesia, quam totis viribus oppugnabat? si non erat illa vera Ecclesia, ergo mentiuntur Paulus & Lucas, cum eam absolūtè Dei Ecclesiam vocant.

QUARE B. Augustinus serm. 1. de conuersione sancti Pauli, rectè docet, Paulum licet prædestinatū, prius fuisse lupum, deinde ouem. Et Chrysostomus homil. 6. in secundam ad Timotheum, dicit, Paulum fuisse vas fictile, sed esse verum in aureum: & Iudam fuisse vas aureum sed conuersum in fictile.

PORÒ Iudæ reprobos erat, vt patet ex actis Apostolorum primo, & tamen de vera Ecclesia aliquando fuit: nam vt dicitur ibidem, fuit Apostolus ex duodecim, & Episcopus vocatus à David Propheta, Psal. 108. quæ non possunt esse vera, nisi aliquando de Ecclesia fuerit. Vnde Augustinus in Psal. 3. dicit, Iudam filium Christi fuisse, & tamen persequutum esse patrem suum, quomodo Absalon persequeretur Dauidem. Et libro de vnitare Ecclesiæ, cap. 13. dicit, Iudam in Ecclesia fuisse, in

A qua erant ceteri Apostoli.

ACCEDAT quoque ratio: nam si sola prædestinatio facit hominem esse de Ecclesia, sequitur, Turcas, Iudæos, hæreticos, & quoslibet impios, si prædestinati sint, nunc esse de Ecclesia, & viua membra Christi: & contra, quoslibet sanctos & pios baptizatos, si non sint prædestinati, non esse de Ecclesia, nec de corpore Christi: at vtrumque est falsissimum, & cõtra expressas Scripturas. Nam quod non baptizati, & hæretici non sint de Ecclesia, supra ostendimus: quod autem impij non sint viua membra, dicitur ad Romanos octauo: *Qui Spiritum Christi non habet, hic non est eius*, nimirum viuum membrum. Quod autem impij non habeant Spiritum Christi, sed spiritum diaboli, patet ex operibus eorum. Non enim sunt patientes, casti, &c. quæ sunt opera Spiritus: sed sunt adulteri, homicidæ, blasphemæ, &c. quæ sunt opera carnis, ad Galatas sexto.

B E contrario autem quod omnes pij baptizati sint membra Christi, habetur 1. Cor. 12. *Omnes nos vno spiritu in vnum corpus baptizati sumus.* Et Gal. 3. *Omnes enim filij Dei estis per fidem in Christo Iesu, quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Et tamen non est credibile omnes Corinthios, & Galatas fuisse prædestinatos.

DENIQUE Augustinus in epistola ad Dardanum: *In compagem, inquit, Christi, tanquam in vnam structuram templi Dei, quæ est Ecclesia, nati homines, non ex operibus iustitiæ, quæ fecerunt, sed renascendo per gratiam transferuntur, tanquam de massa ruine ad adificij firmamentum.* Et lib. 2. contra Cresconium, cap. 21. ostendens impios non pertinere ad membra viua Christi: *Abst, inquit, vt intrare possint limites horti conclusi, cuius ille custos est qui non potest falli: qui tamen si consitentur, & corriguntur, tunc intrant, tunc mundantur, tunc in arboribus horti conclusi, tunc in membris vnica columba numerantur.*

C PROBATUR. Vltimò ex incommodis: nam si soli prædestinati essent de Ecclesia, omnia essent incerta: nam nemo tunc cognosceret fratres suos, & nec pastores cognoscerent oues suas, nec ab illis cognoscerentur: cum nemo sciat qui sint prædestinati: & præterea nemo sciret, quæ sint veræ Scripturæ, quæ vera sacramenta, quæ vera fides, &c. omnia enim pendent ex testimonio veræ Ecclesiæ.

AT contra obiiciunt. Primò illud Cantic. 4. *Hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuentis, &c.* quæ sine dubio dicuntur de Ecclesia: & tamen exponit Augustinus illa omnia de solis electis, lib. 5. de Baptismo, capite vicesimo septimo.

D RESPONDEO. Primò, sæpe Scripturam per figuram intellectionis attribueret aliquid toti, quod solum conuenit parti: sicut Marth. 27. dicuntur latrones, qui erant cum Domino crucifixi, blasphemasse contra eum, cum tamen constet ex Lucæ 23. vnum tantum eorum blasphemasse. Philip. 2. *Omnes quæ sua sunt querunt,* tamen tales non erant permulti sancti, qui tunc vivebant, & præcipuè Philippenses.

SECUNDÒ dico, quæ dicuntur in Canticis de sponsa, non necessariò intelligenda esse de Ecclesia. Quidam enim ea intelligunt de Ecclesia, quidam de B. Virgine, quidam de qualibet anima perfecta, quod probabilius videtur: nam cap. 6. dicitur: *Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus: vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri sue, electa genitrici sue.* Quo loco si per vnica illam sponsam intelligas Ecclesiam, quid intelliges per reginas, concubinas, & adolescentulas, quas omnes fouet sponfus & diligit: igitur per matrem intelligitur Ecclesia, per reginas, concubinas, & per adolescentulas, intelliguntur animæ imperfectiores, fideles tamen & bonæ. Dicitur enim cap. 1. *Propterea adolescentula dilexerunt te:* at per vnica, per-

fectam,

Afectam, sponsam, & columbam, intelligitur anima perfecta.

SIC etiam in eo quod dicitur cap. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Si per amicam intelligas Ecclesiam, quid intelliges per cæteras filias? num congregationem infidelium? absit: loquitur igitur de anima perfecta, quæ inter multas peccatrices in eodem horto Ecclesiæ commoratur. Augustinus epist. 48. *Dicuntur, inquit, spinæ propter malignitatem morum, dicitur filia propter communionem Sacramentorum.*

ARGUMENTVM secundum, Arca Noè figura fuit Ecclesiæ, vt Augustinus docet lib. 5. de Baptismo, cap. vltimo: at in Arca non fuerunt nisi qui saluandi erant ex aquis, ergo in Ecclesia non sunt nisi prædestinati.

B RESPONDEO, similitudines non in omnibus conuenire, alioqui omnis baptizatus esset etiam prædestinatus, quia 1. Petri 3. comparatur baptizatus cum Arca Noè: & non solum boni, sed etiam mali saluarentur: quia in Arca saluata sunt animalia munda, & immunda: in eo igitur Arca conuenit cum Ecclesia, quod sicut extra arcam nemo saluari potuit, ita nec extra Ecclesiam, vt Augustinus loco notato, Cyprianus lib. de vnitare Ecclesiæ, & Hieronymus in epist. ad Damasum, de tribus hypostasibus, docent: nec est querenda alia similitudo.

ARGUMENTVM tertium, Christus non est caput, nisi eius Ecclesiæ, quam saluabit, & quam exhibebit sibi in die iudicij gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, vt dicitur Ephes. 5. at soli prædestinati erunt salui, & gloriosi: igitur soli prædestinati ad Ecclesiam Christi pertinent.

C RESPONDEO, cum dicitur, Christus non est caput, nisi eius Ecclesiæ, quam saluabit, illud, *Eius Ecclesiæ,* potest significare, eius partis Ecclesiæ, quam saluabit, & tunc propositio est falsa: nam est caput totius corporis sui, licet quædam membra desitura sint esse membra, & in æternum peritura.

POTEST etiam significare illud, *Eius Ecclesiæ,* totam Ecclesiam, vt distinguitur ab aliis congregationibus infidelium, & tunc propositio est vera, sed consequentia est mala. Quamuis enim aliqua membra huius Ecclesiæ non saluentur, non propterea sequitur, Christum non saluare Ecclesiam suam, cuius est caput.

ARGUMENTVM quartum, Corpus mysticum simile est corpori vero, sed totum corpus Christi verum cum omnibus suis partibus saluum, & gloriosum est, igitur etiam corpus mysticum in omnibus suis membris & partibus saluari debet.

D RESPONDEO primò, similitudines non in omnibus conuenire. Secundò, sicut corpus Christi verum saluum est, & gloriosum, quoad omnes partes formales, non tamen quoad omnes materiales: fluebant enim & mutabantur in Christo partes materiales, vt in nobis fieri videmus: ita etiam corpus mysticum saluum futurum est, quoad omnes partes formales, quæ sunt Apostoli, Prophetæ, Pastores, Doctores, &c. ex omni enim genere hominum aliqui saluantur, non tamen quoad omnes partes materiales, quæ sunt homines singulares.

ARGUMENTVM quintum, Ecclesia est vnum ouile, Ioan. 10. at oues non sunt nisi prædestinati, vt Augustinus docet tractatu 45. in Ioannem: igitur soli prædestinati sunt de Ecclesia.

RESPONDEO, nomen ouis in Scripturis interdum significare solos prædestinatos, vt Marth. 25. vbi separantur oues ab hædis, & Ioan. 10. *Oues mea vocem meam audiunt.* Interdum tamen significare omnes in genere tam bonos, quam malos, qui sunt in Ecclesia, vt Ioannis vltimo: *Pasce oues meas.* Et Psal. 73. *Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ.* Et Ezech. 34. describuntur oues Dei, aliæ pingues, aliæ macilentæ, aliæ sanæ, aliæ ægrote, &c. & quidem secundum hanc significationem argumen-

A tum non habet vllam vim.

AT secundum priorem respondemus, in ouili non esse solas oues, sed etiam hædos, vt patet Marth. 25. vbi separantur oues ab hædis, cum antea simul fuissent in eodem ouili. Ouile autem dicitur, etsi non solas oues contineat, à meliore parte. Quemadmodum Roma dicitur ciuitas, licet etiam multos non ciues complectatur.

B ARGUMENTVM sextum Ioan. 10. *Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili.* Et Ioan. 11. *Iesus moriturus erat pro gente, & non solum pro gente, sed etiam vt filius Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.* In quibus locis prædestinati dicuntur oues, & filij Dei, etiam cum in erroribus gentilitatis versarentur: quare prædestinati semper sunt de Ecclesia. Item 2. Timoth. 2. *Firmum Dei fundamentum stat, habens signaculum hoc, nouit Dominus, qui sunt eius.* Et 1. Ioan. 2. *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum.* Igitur etiam antequam exirent, non erant ex nobis, sed videbantur esse.

ET confirmatur ex Augustino libro de corrept. & gratia, cap. 9. vbi tractans loca citata, sic ait: *Quidam, inquit, filij Dei, propter susceptam vel temporaliter gratiam, dicuntur à nobis, nec sunt tamen Deo.* Et infra: *Ex nobis, inquit, exierunt, sed non erant ex nobis, hoc est, & quando videbantur in nobis, non erant ex nobis. Item, non erant filij, etiam quando videbantur in professione, & nomine filiorum.* Et infra: *Quia ergo non habuerunt perseuerantiam, sicut non verè discipuli Christi, ita nec verè filij Dei fuerunt, etiam quando esse videbantur, & ita vocabantur.*

C PRÆTEREA lib. 3. doctrinæ Christianæ, cap. 32. arguens Ticonium, qui vocauerat corpus Domini mysticum, id est, Ecclesiam, corpus bipertitum: *Non ita, inquit, debuit appellari. Non enim reuera Domini corpus est, quod cum illo non erit in æternum.*

D RESPONDEO, notandas esse pro explicatione horum locorum duas distinctiones. Prima est, hominem posse dici Christi ouem, filium, membrum, duobus modis: vno modo secundum prædestinationem: altero modo secundum præsentem iustitiam. Hæc distinctio habetur apud Paulum: nam Rom. 8. dicit, *Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Et tamen 2. Timoth. 2. dicit de prædestinatis, *Nouit Dominus qui sunt eius.* Itaque vnus, & idem potest esse Christi membrum, & non esse. Erit enim eius, si sit prædestinatus, & non erit eius, si interim spiritum eius non habeat.

ITEM docet Augustinus lib. 4. de Baptismo, cap. 3. *Secundum præscientiam, inquit, multi etiam qui aperte foris sunt, & hæretici appellantur, multis & bonis Catholicis meliores sunt.* Et tract. 45. in Ioan. *Secundum præscientiam, inquit, & prædestinationem quam multa oues foris & quam multi lupi intus?* Similia vide de bono perseuer. cap. 8. & de corrept. & gratia, cap. 9.

INTEREST autem inter hæc, quod qui sunt oues, aut filij, aut membra, solum secundum prædestinationem, non sunt actu, sed solum potentia tales. Prædestinatio enim nihil ponit in homine, sed est actus in ipso Deo manens: at qui sunt tales secundum præsentem iustitiam, sunt actu & simpliciter tales, quia in se reuera habent id, vnde tales appellantur: id quod aperte docet Augustinus tract. 45. in Ioan. *Quid est, inquit, quod dixi, quam multa oues foris? quam multi luxuriantur casti futuri? quam multi blasphemant Christum, credituri in Christum? & hi oues sunt. Veruntamen modò alienam vocem audiunt, alienos sequuntur. Item quam multi intus laudant, blasphemantur? casti sunt, fornicaturi? stant casti? & non sunt oues: de prædestinatis enim loquimur.* Hæc ille. Vbi vide, quomodo dicat, in futuro, luxuriantur, casti futuri, &c. nam eodem modo potest dici, foris sunt, intus futuri: & ex hac distinctione satis sit illis locis Scripturæ adductis. Dicuntur enim ibi oues, & filij Dei quidam, qui adhuc

non

non erant in Ecclesia, quia tales erant secundum prædestinationem, & in potentia, non autem actu & simpliciter.

PARITERATIONE, cum dicitur 2. Timoth. 2. *Novit Dominus, qui sunt eius.* Sermo de illis est qui sunt eius per prædestinationem, non autem de tota Ecclesia. Nam ibidem subiungit: *In magna autem domo sunt vasa aurea & argentea, & lignea, & fictilia.* Et similiter dicuntur reprobi, qui exierunt de Ecclesia, non fuisse ex nobis, quia non fuerunt ex nobis secundum prædestinationem, licet fuerint secundum Sacramentorum communionem. Quomodo etiam intelligi debet, quod ait auctor operis imperfecti in Mathæum homil. 20. vbi dicit, eum, qui ab Ecclesia cadit, nunquam fuisse Christianum: intelligit enim secundum prædestinationem.

ALTEA distinctio est, posse aliquem dici verè filium Dei, aut membrum corporis Christi duobus modis: vno modo veritate essentia, siue formæ: altero modo veritate finis, vel ut alij dicunt, veritate permanentia. Veritate essentia est filius Dei, qui habet charitatem. 1. Ioan. 4. *Omnia qui diligunt, ex Deo nati sunt.* Et similiter veritate essentia est membrum Christi, qui de eodem spiritu vivit. 1. Corinth. 12. *In vno spiritu omnes vos in vnum corpus baptizati estis.*

AT veritate finis dicitur filius Dei, qui assequetur hæreditatem: & qui non assequetur, videtur filius, sed non est: finis enim filiationis est hæreditas: quod si filius, & hæres per Deum, Galat. 4. sic etiam veritate finis est membrum qui saluabitur: nam ad hoc vniuit sibi Christus Ecclesiam, tanquam corpus capiti, ut eam saluaret, ut dicitur Ephes. 4.

ITAEQUI qui est in gratia, & tamen non est prædestinatus, est verè filius, & membrum veritate essentia, & non est verè filius, nec membrum veritate finis. Et contra, qui non est in gratia, & tamen est prædestinatus, non est verè filius, nec membrum veritate essentia, & tamen est verè utrumque veritate finis. De prima veritate intelligitur illud: *Qui servat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est.* 1. Ioan. 2. de secunda intelligitur illud Ioan. 8. *Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.*

QUIBUS notatis, facile intelliguntur loca Augustini, vbi dicit iustos non prædestinatos non esse verè filios nec membra. Loquitur enim de veritate finis, non de veritate essentia. Nam ipse in iisdem locis se explicat. Libro de corrept. & gratia, c. 9. postquam dixerat probos non prædestinatos non esse verè filios, subiungit, *Non quia iustitiam simulauerunt, sed quia in ea non permanserunt.* Et libro 3. doctrinæ Christianæ, cap. 31. reddens rationem cur dixerit, non verè pertinere ad corpus Christi eos, qui cum illo non erunt in æternum. Nunc, inquit, in vno sunt, non tamen semper in vno erunt: ipse est quippe ille servus commemoratus in Evangelio, cuius Dominus cum venerit, dividet eum, & partem eius cum hypocritis ponet.

CAPVT VIII.

De non perfectis.

NON perfectos in Ecclesia, contra Pelagianorum, & Anabaptistarum sententiam, esse posse, facile probari potest, nam si non essent in Ecclesia, si qui habent aliquam imperfectionem, nulla fuisset, neque esset, neque futura esset Ecclesia in terris. Nam excepto Christo, & B. Virgine, qui soli non faciunt Ecclesiam, nulli sunt, quamuis sanctissimi in hac vita, qui non habeant aliqua venialia peccata, quæ tamen non tollunt iustitiam, nec faciunt hominem Deo inimicum, vt Pelagianij putabant.

Id quod testantur in primis diuinæ literæ. Psal. 31. *Tu remissi impieratem peccati mei: pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.* Quid est enim, pro hac, nisi pro remissione? & sanctus igitur est aliquis, & tamen habet, quod sibi postulat remitti. 3. Reg. cap. 8. *Nec enim*

est homo, qui non peccet. Prouerb. 24. *Septies in die cadet iustus & resurget.* Eccles. 7. *Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Math. 6. iubentur omnes dicere, *Dimitte nobis debita nostra.* Iacobi 3. *In multis offendimus omnes.* 1. Ioan. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Quæ certè testimonia clariora sunt, quam vt explicatio- ne vlla indigeant.

Idem testatur Concilium Mileuitanum can. 7. & 8. vbi definitur, iustos dicere, non solum humiliter, sed etiã veraciter, & non solum pro alijs, sed etiam pro se, *dimitte nobis debita nostra.*

Idem testantur veteres Patres, S. Cyprianus sermo. de eleemosyna: *Quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est.* S. Gregorius Nazianzenus oratione 2. in Iulia: *Omni prorsus peccato vacare, supra humana naturæ modum Deus constituit.* B. Ambrosius serm. 16. in Psal. 118. *Non potest, inquit, hoc iustus negare, quia nemo sine peccato est.* B. Chrysostomus in Psal. 39. *Nec ex perfectis, inquit, vniuersa constat Ecclesia, sed habet etiam otio, & socordia deditos, &c.* S. Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos, iustos, inquit, esse concedo, sine omni autem peccato esse non assentior. Et lib. 3. ferè toto hoc idem probat, vbi tamen admittit, posse ad aliquod breuissimum tempus esse hominem sine omni peccato, non tamen diu.

BAVSTINVS libro de spiritu & litera, cap. vlt. docet posse hominem, ex privilegio Dei singulari, viuere sine omni peccato: tamen et ipsa neminem esse, qui sic viuat, aut vixerit, excepto Christo. Idem dicit lib. de natura & gratia, c. 34. vbi tamen excipit etiam B. Virginem, & epist. 89. & 95. & toto lib. de perfect. iustitia, ac de eodem lib. 1. contra duas epistolas Pelagii, c. 14. *Nullus in Ecclesia, inquit, rectè posset ordinari minister, si dixisset Apostolus, si quis sine peccato est, vbi dixit, si quis sine crimine est, aut si dixisset, peccatum nullum habentes, vbi dixit, nullum crimen habentes. Multi quippe baptizati fideles sunt sine crimine, sine peccato autè in hac vita neminem dixerim.* B. Gregorius lib. 21. moral. c. 9. *in hac vita ait quidem, multi sine crimine, sine peccato esse nullus valet.*

ARGUMENTA in contrarium multa sunt, sed non omnia hinc soluenda. Quæ enim adferuntur ad probandum, per quodlibet peccatum perdi iustitiam, vel posse hominem viuere sine omni peccato, non egebunt solutione, cum paulò post ostēderimus, in Ecclesia esse optimos, & pessimos viros.

Dvotantum sunt propria huius loci. Vnum ex Cantic. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Alterum ex Ephes. 5. *Et exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi.* Quem locum de Ecclesia Catholica huius temporis intelligēdum esse docet Concilium Toletanum VI. c. 1. explicans enim confessionem fidei, loco illius, sanctam Ecclesiam, ait Ecclesiam sine macula, aut ruga.

RESPONDEO ad primum: siue intelligatur illud de Ecclesia ratione vnius partis tantum, id est, ratione animarum iustarum, siue de anima perfecta, quod magis probò, animam iustam dici totam pulchram: vel per hyperbolem, quæ familiaris est amantibus: vel quia anima iusta, & perfecta mortalibus caret peccatis, quæ propriè maculam relinquunt: & vitat venialia quantum licet per humanam fragilitatem, & si quæ committit, mox delere studet. Id enim etsi non est esse immaculatum simpliciter, est tamen esse immaculatum pro statu huius vitæ, vt Augustinus explicat libro de perfectione iustitiæ. Quomodo etiam nemo est perfectus in hac vita absolute, & tamen multi in Scripturis dicuntur perfecti, quia erant tales pro statu huius vitæ. Genes. 5. *Noè vir iustus fuit atque perfectus.* Philip. 3. *Quicumque perfectus sumus, hoc sentiamus.* Immodè etiam dicuntur immaculati, qui sine dubio venialibus non carent. Psal. 17. *Et ero immaculatus cum*

eo Psal. 118. *Beati immaculati in via.* Ephes. 1. *Elegit nos in ipso, vt essemus sancti & immaculati in veritate.*

Ad secundum dico. Primò intelligi posse de ecclesia, non vt nunc est, sed vt erit post resurrectionem, vt exponunt S. Hieronymus in cap. 31. Hieremias circa finem. S. Augustinus lib. de perfect. iustit. & alibi. & B. Bernardus serm. 3. de festo omnium Sanctorum. Neque obstat Concilium Toletanum: nam etsi illa verba intellexit Concilium de Ecclesia huius temporis, tamen non definiuit, sic necessariò esse intelligenda.

Dico tamen secundò, probabilius esse quod loquatur Apostolus de Ecclesia huius temporis, sed tribuat per Synecdochen toti Ecclesie, quod vni parti cõuenit. Qui enim fuit nunc in Ecclesia iusti, sunt gloriosi per gratia pulchritudinem, quæ est gloria inchoata: sunt sine macula, vt paulò antè expositum est, & sunt sine ruga, quia per Baptismum renouati sunt, depositoque vetere homine induerunt nouum: rugæ enim signa sunt vetustatis. Ita hunc locum intelligunt, præter Concilium Toletanum iam citatum, Chrysostomus, Hieronymus, & Theophylactus in commentario.

CAPVT IX.

De magnis peccatoribus.

AM verò in vna vera & Catholica Christi Ecclesia non solum imperfectos, sed etiam graues peccatores esse, & non solum occultos, sed etiã manifestos, contra errorem Nouatianorum, Donatistarum, & Confessionistarum, probatur: Primò ex parabolis Euangeliorum de area, de reti, de conuiuio nuptialis, de decem virginibus, & de ouili, supra citatis, quibus Catholici ita confutarunt olim Donatistas, vt planè non inuenerint vllò modo quò exirent, vt Augustinus refert in breuiculo collationis, explicatis collationè tertiæ diei.

PRÆTEREA sunt alia loca apertissima Math. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, corripe eum, &c. si eos non audierit, dic Ecclesie, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Hic negari non potest, quin sermo sit de vera Ecclesia: nam Christus loquitur de Ecclesia sua, & in hac Ecclesia constat inueniri peccatores, & tales peccatores, qui sæpe non emendantur per correptionem fratrum, nec etiam adhibitis duobus testibus: & tamen in Ecclesia manent, donec ab ipsa Ecclesia per sententiam Prælati eiciantur.

ITEM Math. 23. Dominus præcipit de præpositis malis, vt faciamus quod dicunt, non quod faciunt. & c. 24. describit præpositum malum, qui percurrit conuersos, comedit, & bibit cum ebriosis, &c. & dicit: *Veniet Dominus eius in die, qua non sperat, & diuidet eum, partemque eius cum hypocritis ponet.* Vbi de præpositis Ecclesie agi docent, Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus, & alij in hunc locum.

ITEM in epistola 1. ad Cor. c. 1. Paulus dicit scribere se Ecclesie Dei, quæ est Corinthi, & mox ibidem subdit: *Significatum est mihi, quod contentiones sunt inter vos, &c. Et c. 5. Audietur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt uxorem patris sui aliquis habeat, &c. Quid hic dicent? non esse hanc veram Ecclesiam? at Apostolus dicit esse Ecclesiam Dei, non fuisse istum peccatorem grauissimum, & manifestum? Apostolus hoc dicit, non fuisse in illa Ecclesia? at Apostolus iubet, vt expellant eum per excommunicationem, Tollatur, inquit, de medio vestri, &c.*

PRÆTEREA Apocal. 2. & 3. scribit Ioannes septem Ecclesiis Asiæ, & ferè singulas reprehendit de rebus non leuibis. Et vt notat August. lib. 2. contra Parmenianum c. 10. non solum Ecclesias, sed etiam præpositum reprehendit significatum per Angelum Sardenis Ecclesie. *Nomen, inquit, habes, quod viuas, sed mortuus es, esto vigilans, &c.*

ADDE, quòd tempore Testamenti veteris nunquam defuerunt grauissima peccata in populo Dei, & tamen

nusquã legimus, quòd Moses, aut Samuel, aut alij Prophetæ, qui diuersis temporibus fuerunt, aut Maria, Anna, Elizabeth, Simon, Zacharias, Ioannes Baptista, & alij iusti, quos Dominus inuenit in populo Iudæorum, separauerint se à reliquis pessimis hominibus, quantum ad templum, altare, sacrificia, & alia, quæ religionis sunt: ergo in eadem cõgregatione manebant boni & mali, quod argumentum valde vrget, & meritò, S. Augustinus in breuiculo, collatione tertia.

PROBATUR secundò ex testimonio Ecclesie Catholice, quæ erat tempore B. August. B. Augustinus enim in breuiculo collationum refert collationem celeberrimam Carthagine habitam inter CCCVI. Episcopos Catholicos, quorum vnus ipse erat, & CC. XCVI. Episcopos Donatistas. Tot enim fuisse indicat Augustinus in collatione primæ diei. Deinde in collatione tertiæ diei refert, Donatistas coactos fateri, esse in Ecclesia bonos & malos, prolata à Catholicis illa parabola de reti pisces bonos & malos congregante: sed dixisse adhuc Donatistas, tantum occultos malos esse in Ecclesia, sicut in reti: dum est in mari, non discernuntur à piscatoribus pisces boni à malis, sed in littore discernuntur, & mox separantur.

AD hoc autem dicit respondisse Catholicos, propterea Ecclesiam comparatam etiã esse aræ, in qua discernuntur paleæ à frumento, immò magis apparent paleæ, quàm frumenta: & etiam aræ Noè, in qua etiam post egressum corui, quo significatur hæretici, adhuc remanserunt palàm animalia munda, & immunda.

ADDE etiã Augustinus, quòd cum calumniaretur Donatistæ, Catholicos duas Ecclesias facere, vnã in terris, quæ haberet bonos & malos, alteram in caelis, quæ non haberet nisi bonos, responderunt Catholicos, se non duas Ecclesias facere, sed distinguere duo tempora Ecclesie: *Eandem, inquit, ipsam vnã & sanctam Ecclesiam dixerunt nunc esse aliter, tunc aliter futuram: nunc habere malos mixtos, tunc non habituram, sicut non idè duo Christi sunt, quia aliquando mortalis, aliquando immortalis fuerit Christus.* Quæ sunt notanda contra nostros Confessionistas, & Calvinistas qui duas Ecclesias fingunt.

PROBATUR tertio testimonijs Patrum. Cyprianus libro 3. epistola 3. ad Maximum, *Impeditur, inquit, non debet aut fides, aut charitas nostra, vt quoniam xizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus.* Gregorius Nazianzenus in oratione prima Apologetica, ante medium, comparat Ecclesiam ingenti belluæ ex varijs belluis composita, id est, magnis, paruis, feris, mitibus, &c. vt ostendat maximum esse laborem piscopi, qui regere debet tot hominum genera, perfectos, & imperfectos, bonos, & malos.

CHRYSOSTOMVS multa similia dicit de peccatis eorum, qui ab Episcopis reguntur, libro tertio de sacerdotio. Idem in Psal. 39. in illud: *Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, &c. Nec ex perfectis quidem vniuersa constat Ecclesia, sed habet eos etiam, qui otio, & socordia se dedunt, mollitque & dissolutam vitam amplectuntur, & libenter seruiunt voluptatibus, & quoniam est vnum corpus tanquam ex vna persona, hæc & illa pronunciat.*

HIERONYMVS in Dialogo contra Luciferianos vltima medium, *Arca Noè, inquit, Ecclesie typus fuit: vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac vniuersarum, & gentium, & morum homines sunt: vt ibi pardus, & hædi, lupus, & agni, ita & hic iusti, & peccatores, id est, vasa aurea & argentea, cum ligneis & fictilibus commorantur.*

AVGVSTINVS in tract. 6. in Ioan. Nos, inquit, fate- mur, in Ecclesia Catholica, & bonos & malos esse, sed tanquã grana & paleas. Idem habet libro 2. retract. c. 18. libro post collationem cap. 7. & 20. libro de vnitæ Ecclesie cap. 13. lib. 18. de ciuit. Dei, cap. 49. & alibi.

FVLGENTIUS lib. de fide ad Perru, c. 43. Firmissimè tene, & nullatenus dubites arcam Dei esse Catholicam

Ecclesiam, & intra eam vsque in finem seculi frumento mixtas paleas contineri, id est, bonis malos Sacramento- rum communione misceri, Gregorius hom. ii. & 38. in Euangelia, docet, & probat multis argumentis, malos esse in Ecclesia.

PROBATVR vltimo ratione: nam si soli boni essent in Ecclesia, frustra esset Sacramentum penitentiae, quod solis iis administratur, qui sunt de Ecclesia. Præterea nemo certo sciret, qui sint de Ecclesia, incertum est enim qui sunt reuera boni, & qui non, item mox atque Prælati in aliquo peccatum incidissent, non essent amplius de Ecclesia, nec Prælati: & proinde non oporteret eis amplius obedire: & similiter subditi mox atque peccarent, non essent amplius de grege, & proinde liceret pastoribus curam eorum non agere: ex quo summa confusio, & perturbatio oriretur.

AT obiciunt primò Scripturam Isaia 52. Non adiciet vltra, vt pertranscat per te incircumcisus, & immundus. Et ibidem, Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius. Quem locum exponens Apostolus 2. Corinth. 6. addit: Et recipiam vos, dicit Dominus. Itaque Deus in Ecclesiam non recipit, nisi eos, qui separant se ab imundis, & peccatoribus. Et rationem reddit ibidem Paulus, dicens: Que enim participatio iustitia cum iniquitate? que conuentio Christi ad Belial. 1. Corinth. 10. Vnus panis, & vnus corpus multi sumus. At panis non efficitur nisi ex frumento, non ex paleis, & frumento. Rom. 8. qui spiritum Christi non habet, hic non est eius. & 1. Cor. 12. In vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. Ergo qui non habet spiritum, vt sunt omnes peccatores, non est membrum Christi, si dicas, non est membrum viuum, tamen est membrum. Cõtrà, quia membrum mortuum non est membrum, nisi æquiocè: ergo non est membrum verum, igitur non est membrum simpliciter.

RESPONDET ad primum B. Augustinus libro cõtra Donatistas post collationem c. 8. & 20. & in breuiculo collationis tertiam dicit, intelligi de Ecclesia triumphante, quod dicitur, Non adiciet vltra, vt pertranscat per te incircumcisus, & immundus. Et quod additur, Recedite, exite, &c. intelligi de separatione, quæ debet fieri animo, & moribus, non autem de corporali discessione ab eodem templo, & Sacramentis, &c.

AT melius Cyrillus in hunc locum Isaia, à quo non videtur Hieronymus multum discrepare, docet secundum historicum sensum, agi de temporali persecutione Iudæorum, vt sensus sit, cum à captiuitate redieris, non adiciet vltra, id est, in longum tempus, aliquis infidelis persequitur per terras tuas, eas vastando pertransit: secundum mysticum autem sensum agi de Ecclesia, & prædicere Isaia, fore, vt portæ inferi non præualeant aduersus eam. Incircumcisus enim, & immundi hostes Ecclesiae præcipue sunt dæmones, pari ratione quod sequitur, recedite, recedite, &c. secundum historicum sensum intelligitur de Iudæis, quos hortatur Isaia, vt exeant de Babylone cum finitum fuerit tempus captiuitatis: secundum mysticum sensum intelligitur de Christianis, qui debent post Baptismum separari ab infidelium cõtibus, templis, sacrificiis, coniugiis, & ceteris rebus, quæ quoquo modo ad religionem pertinent. Et hoc modo intellexit hunc locum B. Paulus, & citauit 2. Corinth. 6. non enim de commercio cum quibusvis peccatoribus, sed solùm cum infidelibus agit: Nolite iugum, inquit, ducere cum infidelibus, quæ pars fidelis cum infidelis? quis autem consensus templo Deorum idolis?

AD illud de vno pane, qui ex solo tritico fit, respondeo, similitudines non in omnibus conuenire, in hoc autem consistit similitudo panis, & Ecclesiae, vt Cyprianus explicat epistol. 6. libri primi ad Magnũ, & Irenæus lib. 3. c. 19. quod sicut ex multis granis pet aquam fit vnus panis, ita ex multis hominibus per aquam Baptismi, vel

per Spiritum sanctum, qui etiam dicitur aqua Ezechiel. 36. & alibi, fit vnus populus Dei. Nemo enim est in Ecclesia, qui non sit baptizatus, & non participet aliquod donum vel internum, vel externum Spiritus sancti. Quæquam non est etiam verum, panem semper constare ex solo tritico. Interdum enim vel ex negligentia, vel ex malitia eorum, qui panem faciunt, admiscetur etiam grana lolij, sicut in vino sæpè ex malitia vendentium admiscetur aqua.

DE NI QVE, idem ostenditur ex ipsis verbis Pauli: nam dicit, vnus panis, & vnum corpus sumus, qui de vno pane participamus. At de vno participant boni & mali, alioqui non arguerentur à Paulo 1. Corinth. 11. qui indignè communicant.

AD vltimum dico, malos non esse membra viuia corporis Christi, & hoc significari illis Scripturis. Ad id quod addebatur, Igitur sunt æquiocè membra, &c. à multis solet concedi, malos non esse membra vera, nec simpliciter, corporis Ecclesiae, sed tantum secundum quid, & æquiocè. Ita Ioannes de Turrecremata lib. 1. c. 57. vbi id probat ex Alexandro de Ales, Hugone, & B. Thoma. idem etiam docent Petrus à Soto, Melchior Canus, & alij, qui tamen etsi dicant malos non esse membra vera, dicunt nihilominus verè esse in Ecclesia, siue in corpore Ecclesiae, & esse simpliciter fideles, seu Christianos. Neque enim sola membra sunt in corpore, sed etiam humores, dentes, pilli, & alia quæ non sunt membra. Neque fideles aut Christiani dicuntur tales à charitate, sed à fide, siue à fidei possessione.

AT si ita est, sequitur, Pontificem malum non esse caput Ecclesiae: & alios Episcopos, si mali sint, non esse capita suarum Ecclesiarum. Caput enim non est humor, aut pilus, sed membrum, & quidem præcipuum: at hoc est contra Concilium Constantiense, in quo sess. 15. damnatur error XXII. Ioannis Hufs, quo asserbat pastorem malum esse æquiocè pastorem: & error XXX. quo asserbat Prælatum malum non esse verè Prælatum.

RESPONDEO igitur, membra posse considerari duobus modis. Vno modo, vt sunt res quædam secundum se, siue secundum essentiam, ac substantiam suam alio modo, vt sunt instrumenta operatiua. Nam exempli gratia oculus hominis, & oculus bouis, vt sunt substantiæ quædam, differunt specie, ratione diuersæ animæ: at vt instrumenta operatiua, sunt eiusdem speciei, quia idem habent obiectum.

DICO igitur Episcopum malum, Presbyterum malum, Doctorem malum, esse membra mortua, & proinde non vera corporis Christi, quantum attinet ad rationem membri, vt est pars quædam viui corporis: tamen esse verissima membra in ratione instrumenti id est, Papam & Episcopos esse vera capita, Doctores veros oculos, seu veram linguam huius corporis, &c. & ratio est, quia membra constituuntur viuia per charitatem, qua impij carent: at instrumenta operatiua constituuntur per potestatem siue ordinis, siue iurisdictionis, quæ etiam sine gratia esse potest. Nam etsi in corpore naturali non possit membrum mortuum esse verum instrumentum operationis: tamen in corpore mystico potest. In corpore enim naturali opera pendent ex bonitate instrumenti, quia anima nõ potest bene operari, nisi per bona instrumenta, nec opera vitæ exercere, nisi per instrumenta viuia: at in corpore mystico opera non pendent ex bonitate, aut vitæ instrumenti. Anima enim huius corporis, id est, Spiritus sanctus æquè bene operatur per instrumenta bona, & mala, viuia, & mortua, &c.

OBIECTIO secunda, Ecclesia in simbolo dicitur sancta, igitur non constat, nisi ex sanctis. Nec sufficit, dicitur, responsio eorum, qui dicunt Ecclesiam dici sanctam, quia vna pars est sancta. Nã tunc etiã dici posset Ecclesia scelerata, quia vna pars, immò maior pars est scelerata.

RESPON

RESPONDEO, Ecclesiam dici, & verè esse sanctam, quia omnia, quæ ad ipsam constituendam pertinent, sunt sancta. Tria requiruntur ad Ecclesiam constituendam. Primò, Baptisma, quod sanctum esse nemo negare potest. Secundò, professio Christiana: id est, fidei, & morum, siue dogmatum, & præceptorum Christianorum: quam professionem sanctam esse, & solam ipsam esse sanctam, certissimum est. Nec enim Iudæorum, Turcarum, Ethnicorum, Hæreticorum professio sancta est, sed solùm professio Christianorum. Tertio, vniò membrorum inter se, & cum capite, saltem externa, & quoad ea, quæ ad religionem pertinent: quæ vniò etiam sine dubio est sancta.

DICITVR etiam sancta propter sanctos, quos habet, & non propterea dici debet etiam scelerata: nam denominatione fit à meliori: & præterea, quia habere sanctos est proprium Ecclesiae, quia ipsa sola habet verè sanctos: at habere malos non est proprium Ecclesiae: id enim etiã aliis cõtibus conuenit. Denique sancta dici potest, quia tota est consecrata Deo: & quia caput eius Christus, est sanctus sanctorum.

OBIECTIO tertia, non habet Deum Patrem qui Ecclesiam non habet matrem, vt Cyprianus docet libro de vnitæte Ecclesiae, & similiter, non habet Ecclesiam matrem, qui Deum non habet patrem. Sed nulli improbi Deum habent patrem: Nam qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Rom. 8. & Ioã. 8. dicitur improbis, Vos ex patre Diabolo estis. Et 1. Ioan. 3. In hoc sunt manifesti filij Dei, & filij Diaboli, omnes qui non est iustus, non est ex Deo. Ergo soli boni habent Ecclesiam matrem: ergo soli boni sunt in Ecclesia.

RESPONDEO cum Augustino libro contra Adimantum c. 5. nomè filij tribus modis accipi in Scripturis. Vno modo dicuntur filij ratione productionis, siue illa sit propriè generatio, siue creatio, siue regeneratio: sic Dominus Christus propriè dicitur filius Dei, quia à Deo patre generatus, dicuntur etiam omnes homines filij ratione creationis. Deut. 32. Nunquid non ipse est pater vnus, qui fecit, & creauit te? Necnon ratione nouæ regenerationis dicuntur filij omnes iusti, & soli iusti, vt in locis notatis Rom. 8. & 1. Ioan. 3.

SECUNDÒ dicuntur filij aliqui ratione imitationis, quomodo Galat. 4. & Rom. 4. vocat Apostolus filios Abrahamæ, eos qui fidem Abrahamæ imitantur, & Mar. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt, vt sitis filij patris vestri, &c. Et hoc modo soli boni sunt filij Dei, mali omnes filij Diaboli, vt dicitur Ioan. 8. & 1. Ioan. 3. locis notatis.

TERTIÒ modo dicuntur filij ratione doctrine, quomodo 1. Cor. 4. Apostolus vocat Corinthios filios, quia eos docuerat Euangelium, & Gal. 4. Filioli mei, inquit, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et hoc modo omnes qui sunt in Ecclesia, sunt filij Dei, & Ecclesiae, quia tenent veram doctrinam Dei, & Ecclesiae: tamen possunt esse boni, & mali. Vnde Isaia 1. Filios enutritui, & exaltati, ipsi autem spreuerunt me. Et Can. 2. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Vbi filia dicuntur animæ Christianæ, sed malæ.

HIS notatis, ad argumentum respondetur. Si de filiis doctrinæ agatur, falsam esse assumptionem: non enim est verum, solos iustos esse filios Dei, si solius doctrinæ ratio habeatur: si verò agatur de filiis Dei per regenerationem at imitationem, malam esse postremam illam consecutionem. Ergo soli boni sunt in Ecclesia. in Ecclesia enim non sunt soli filij, sed etiam serui, quamquam isti non manent in domo in æternum, filij manent in æternum. Ioan. 8. & hoc est ad mentem B. Cypriani. Is enim non voluit dicere, non esse in Ecclesia nisi filios, sed non esse illos filios extra Ecclesiam, sicut non sunt vlli boni extra, licet sint aliqui mali intrus. volebat enim tertere hæreticos & schismaticos, ac monere eos, ne putarent, se pos-

se esse bonos, aut filios extra Ecclesiam. ARGUMENTVM quartum ex Cyp. li. r. ep. 6. ad Magnũ: In Ecclesia Dei, inquit, non nisi cõcordes at que vniuerses habitant, loquente in psalmis Spiritu sancto, & dicente, Deus, qui inhabitare facit vniuerses in domo. Ergo peccatores, qui cõ aliis rixas, & contentiones mouent, non sunt in Ecclesia.

RESPONDEO, loqui Cyprianum non de quacunque concordia, sed de illa, quæ opponitur schismati propriè dicto, agit enim ibi de Nouatianis schismaticis, alioqui dissensiones alias in Ecclesia esse posse, & re ipsa sæpe inueniri, testatur idem Cyprianus in serm. de lapsis, vbi inter alia peccata, quæ erant in hominibus de Ecclesia, ponit etiam, odii pertinacibus inuicem disidere.

ARGUMENTVM quintum ex Chrylostomo & Theophyl. in 2. Tim. 2. vbi dicunt illud, in magna domo sunt vasa aurea, &c. non posse intelligi de Ecclesia, sed de mundo, quia in Ecclesia, non sunt vasa, nisi aurea & argentea.

RESPONDEO, non negant, malos esse posse in Ecclesia, sed dicunt non esse necessarium, vt sint in Ecclesia, quia enim Apostolus dicit in magna domo sunt vasa aurea & argentea, fictilia & lignea, & notum est, in magna domo hæc omnia esse necessaria, ne quis putaret Ecclesiam non posse consistere sine malis, dicunt hi Patres, nomine domus non intelligi Ecclesiam, sed mundum: nã Ecclesia non indiget malis, immò quando erit in optimo statu suo, id est, in celo, nullos habebit malos: at mundus ornatur ex malis, non quidem per se, sed per accidens: si enim non essent mali, in mundo non exerceretur iustorum patientia, nec Dei iustitia.

ARGUMENTVM sextum ex Hieronymo, qui in cõment. ad Ephes. 5. in illud, Ecclesia subiecta est Christo: Ecclesia, inquit, Christi gloriosa est, non habens maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi: qui ergo peccator est, aut aliqua sorde maculatus, de Ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subiectus dici.

RESPONDEO, significat Hieronymus non posse malos de ea parte Ecclesiae appellari, quæ solos perfectos continet: nam Hieronymus in c. 1. ad Galat. exponens illud, Paulus Apostolus, &c. Ecclesiam Galatiæ, volens explicare, quomodo cohareant inter se verba Apostoli, qui nunc totas Ecclesias videtur laudare, nunc totas vituperare, ac reprehendere, dicit Ecclesiam dupliciter accipi, id est, non duas esse Ecclesias, sed de vna diuersimodè Scripturas loqui: interdum enim tribuit Scriptura toti Ecclesiae, id quod est proprium perfectorum, vt carere macula, & ruga: interdum id quod est proprium imperfectorum, vt peccare, & correptione indigere. Cum ergo laudatur Ecclesia, respiciendum est ad eam partem, quæ perfectos continet: cum reprehenditur, ad eam quæ continet imperfectos.

ARGUMENTVM septimum, Pacianus epistola tertia, ad Sympronianum dicit, in Ecclesia non esse maculam, aut rugam, quia peccatores, donec non penitent eos vitæ prioris, non sunt in Ecclesia, cum autem penitent, iam sani sunt, &c.

RESPONDEO, non loquitur de omnibus peccatoribus, sed solùm de peccatoribus, qui in hæresim labuntur: nam antea dixerat, Ecclesiam carere macula, & rugis, quia caret hæreticis.

ARGUMENTVM octauum ex Augustino, qui lib. 2. contra Cresconium capit. 21. Ac per hoc, inquit, etiam nesciente Ecclesia, propter malam pollutamque conscientiam damnati à Christo, iã in corpore Christi non sunt, quod est Ecclesia, quoniam nõ potest Christus habere membra damnata. Similia habet lib. 2. contra Petilianum, capit. vlt. lib. 4. de Baptismo. cap. 3. lib. 6. cap. 3. lib. 7. cap. 49. 50. & 51. libro de vnitæte Ecclesiae capite vltimo, lib. 3. doctrinæ Christianæ, cap. 32. & alibi.

RESPONDEO, propter hæc loca non solùm Bræcius & Caluinus, sed etiã aliqui Catholici fingunt duas Eccle-

Tomus primus.

R r

fiat, sed verè fingunt: nam nec Scripturæ, nec Augustinus vquam meminerunt duarum Ecclesiarum, sed vnus tantum. Certè in breuiculo collationum, collatione tertia, cum Donatistæ calumniarentur Catholicos duas Ecclesias facere, vnam, quæ solos bonos, aliam, quæ bonos cum malis contineret, responderunt Catholici, se nunquam duas Ecclesias somniasse, sed tantum distinguere partes, vel tempora Ecclesiæ: partes quidem, quia aliter boni, aliter mali ad Ecclesiam pertinent: boni enim sunt pars interior, & quasi anima Ecclesiæ, mali sunt pars exterior, & quasi corpus: & dabant exemplum de homine interiore, & exteriore, qui non sunt duo homines, sed duæ partes eiusdem hominis.

TEMPORA autem distinguentes dicebant, Ecclesiam aliter esse nunc, aliter futuram post resurrectionem: nunc enim habet bonos & malos, tunc non habebit, nisi bonos: & ponebant exemplum de Christo, qui cum semper sit idem, tamen ante resurrectionem suam fuit mortalis, & passibilis, postea immortalis, & impassibilis, quam doctrinam idem Augustinus alibi saepe confirmat, & variis similitudinibus explicat.

NAM libro septimo contra Donatistas, capite quinquagesimo primo, dicit bonos sic esse in domo Dei, quæ est Ecclesia, vt ipsi sint domus Dei constructa ex viuis lapidibus: malos sic esse in eadem domo, vt ipsi tamen nõ sint domus. Et libro de vnitæ Ecclesiæ, capite vltimo, dicit malos esse præcisos ab Ecclesia animo, non tamen corpore: quod est dicere, pertinere ad hominem exterioriorem Ecclesiæ, non tamen ad interiorem. Et libro tertio doctrinæ Christianæ, cap. 32, explicans illud Cantic. I. Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Notat non esse dictum, nigra fui, seu formosa sum, sed nigra sum & formosa: quia ipsa, vna, & eadem Ecclesia nunc est nigra, sicut tabernacula Cedar, propter peccatores, quos in se habet: & simul est formosa, sicut pelles Salomonis, id est, sicut tentoria regis, propter bonos, quos in se habet.

INDEM Augustinus tract. 3. in Ioannis epistolam, docet malos esse quidem in Ecclesiæ corpore, non vt membra, sed vt humores corruptos, qui manent in pectore, qui reuera sunt in corpore, & tamen sunt etiam verè separati à membris corporis. Ex his respondetur, quando Augustinus dicit malos non esse in Ecclesiâ, debere intelligi non esse eo modo quo sunt boni, id est, non esse vt membra corporis vni.

SED obiciet, quia beatus Augustinus libro tertio de Baptismo, capite decimo octauo, & lib. 1. capite 21. & 22. & lib. 6. capite 3. & libro 7. capite 51. docet, solos sanctos esse illam Ecclesiam quæ est fundata super petram, & cui datæ sunt clauis regni cælorum, & de qua dicitur. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.

RESPONDEO, Augustinum nihil aliud significare voluisse, quàm omnia priuilegia, quæ sunt à Deo concessa Ecclesiæ vniuersæ, propter solos sanctos concessa esse, id est, in vtilitatem, & commodum eorum, qui salutem æternam consequuntur. nam alioqui idem Augustinus frequentissimè repetit, malos etiam Christianos vtiliter Sacramenta administrare, ac proinde regenerare homines, soluere, ligare, &c.

ITATQVE tract. 5. in Ioannem confert malos ministros canali lapideo, per quem transit aqua ad areolas, & cum nihil ipse vtilitatis acquirat, tamen causa est, vt herbæ, & flores in areolis nascantur, & crescant. quod idem fusiùs docet libro secundo contra Parmenianum capit. 10. & 11.

OBIECTIO nona est Magdeburgensium centuria prima, lib. 1. capite 3. colum. 171. vbi ex Scripturis probant duas esse Ecclesias, vnam bonorum, aliam malorum. Sic enim distinguitur, Matthæi quinto, iustitia discipulorum

à iustitia Phariseorum: Ma thæi sexto, distinguuntur pij ab hypocritis: Matthæi septimo, distinguuntur castus euntium per viam angustam, à cæteris euntium per viam latam, & ibidem distinguitur domus fundata super petram, à domo fundata super arenam, constat autem, Ecclesiam malorum non esse vnam sanctam Christi Ecclesiam: igitur vera Christi Ecclesia solos bonos amplectitur.

RESPONDEO, in nullo horum locorum distingui duas Ecclesias, sed solùm diuersas qualitates eorum, qui in vna atque eadem Ecclesia sunt. quemadmodum enim Matthæi 13. distinguntur boni pisces à malis, & tamen in eodem reti, quod Ecclesiam significat, tam isti, quàm illi erant: ita quoque in eadem Ecclesia, quæ constat professione eiusdem fidei, & communicatione eorundem Sacramentorum, quidam sunt, qui ambulat per viam latam vitiorum, quidam per viam angustam virtutum: quidam sunt verè pij, quidam hypocritæ: quidam iustitiam Pharisæicam, quidam Apostolicam sequuntur.

DENIQVE, quidam sunt veluti domus fundata super petram, quidam autè veluti domus fundata super arenam. Nec enim hoc loco duæ domus duas Ecclesias significant, nisi velimus tot Ecclesias facere, quot sunt homines, sic enim Dominus ait: Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui adificauit domum suam supra petram, &c.

OBIECTIO decima, Si Christi corpus Ecclesia est, nõ possunt esse partes ac membra huius corporis, in quibus Christus nihil operatur: nihil autem operatur in impijs & hypocritis: non igitur qui eiusmodi sunt, ad Christi Ecclesiâ pertinere possunt. Item oportet omnino distinguere Christi regnum à regno Diaboli, sed omnes impij ad regnum Diaboli pertinent: soli igitur pij pertinent ad regnum Christi, quod est Ecclesia.

RESPONDEO, non esse necesse, vt Christus in omnibus suis membris aliquid operetur. sunt enim quedam membra mortua, & arida, quæ solùm adherent reliquis externa coniunctione: et si autem Christi regnum distinctum sit à regno Diaboli, possunt tamen iidem homines ad vtrumq; regnum pertinere: qui enim malis moribus præditi, in fide Catholica, & coniunctione cum cæteris fidelibus perseverant, ad regnum Christi pertinent, quantum ad fidei professionem: ad regnum autem Diaboli, quantum ad morum peruersitatem. Quare sanctus Augustinus in Psal. 47. homines impios, qui sunt in Ecclesia, dicit esse filios, & alienos: filios propter formam pietatis, alienos propter amissionem virtutum.

CAPVT X.
De infidelibus occultis.

RESTANT postremò infideles occulti, id est, ij, qui nec fidem internam, nec vllam Christianam virtutem habent, & tamè exterius propter temporale aliquod commodum fidem Catholicam profitentur, & communionem Sacramentorum veris fidelibus permiscetur: quos quidem nullò modo ad veram Ecclesiam pertinere non solùm Confessionistæ, & Calvinistæ docent, sed etiam aliqui ex Catholicis, quorum vnus est Ioannes de Turrecremata, lib. 4. de Ecclesiâ, par. 2. c. 20. Quanquam hic auctor nihil fortasse aliud dicere voluit, nisi requiri fidem, vt quis vnus dici possit interna vniõne corpori Christi, quod est Ecclesia, quod quidem verissimum est.

NOs tamen modum loquendi plurimum sequimur, qui docent, eos, qui sola externa professione coniuncti sunt cum fidelibus cæteris, esse veras partes, atque ad eam membrâ, licet arida & mortua, corporis Ecclesiæ. Vide Thomam Vvaldensem tomo 1. lib. 2. cap. 9. num. 10. & cap. 11. num. 5. Ioannem Driedonem lib. 4. de Ecclesiasticis Scripturis, & dogmatibus c. 2. par. 2. Petrus à Soto in Confessione Catholica, quam opposuit Confessioni

Vvitembergenf, capite de Ecclesia, & capite de Concilijs, & in Apologia pro eadem Confessione parte 1. cap. 11. Hofium Cardinale, lib. 3. contra Prolegomena Brentij & Melchiorum Canum lib. 4. de locis Theologicis, capite vltimo, ad argumentum duodecimum.

AC primùm hæc sententia demonstrari potest ex illis verbis Ioannis, Et nunc Antichristi multi facti sunt: ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum. 1. Ioan. 2. Hoc enim loco Ioannes de hæreticis loquitur, quos Antichristos vocat, & dicit eos, antequam exirent, non fuisse ex nobis, id est, non fuisse Catholicos animo ac voluntate, sed hæreticos, atq; Antichristos: & tamen ex nobis exiuisse, quia et si non erant ex nobis animo, ac voluntate, erant tamen ex nobis externa professione: sed posteaquam se prodiderunt, & in apertum schisma proruperunt, iam deserunt omnibus modis esse ex nobis.

ET quamquã sanctus Augustinus aliquando illa verba: Non erant ex nobis, exponit de prædestinatione, tamen in commentario huius loci exponit de hæreticis occultis. Sic enim ait Tractatu tertio in epistolam Ioannis, Omnes hæretici, omnes schismatici ex nobis exierunt, id est, ex Ecclesia exeunt, sed non exierunt, si ex nobis essent, antequam exiret, ergo non erant ex nobis, si antequam exirent, non erant ex nobis: multi intus sunt, non exierunt, & tamen Antichristi sunt. Et infra, Et qui intus sunt, certè sunt, in corpore Domini nostri IESU CHRISTI. quandoquidem adhuc curatur corpus ipsius, & sanitas perfecta non erit, nisi in resurrectione mortuorum, sic sunt in corpore Christi, quomodo humores mali, quando euomuntur, tunc releuatur corpus, sic & mali quando exeunt, tunc Ecclesia releuatur: & dicit, quando eos euomit, atque proicit corpus, ex me exierunt humores isti, sed non erant ex me. Quid est non erant ex me? non de carne mea præcisus sunt, sed peccus mihi premebant cum inessent. Eodem modo exponit lib. 3. de Baptismo, cap. 13. & Tractatu 61. in Ioannem, quorum locorum verba infra adferemus.

SECVNDÒ demonstratur hoc idem ex testimonijs eorum Patrum, qui communi consensu docent, eos qui sunt extra Ecclesiam nullam habere auctoritatem, aut iurisdictionem in Ecclesiâ. Vide Cyprianum lib. 1. epist. 6. & lib. 2. epist. 1. Opatrum lib. 1. contra Parmenianum. Ambros. lib. 1. de penitentia, c. 2. Hieron. in Dialogo cõtra Luciferianos. Augustinum in Ench. c. 65. & Cælestinum Papam in epist. ad Clerum Constantinopolitanum, & in altera ad Ioannem Antiochenum, qua habetur in primo tomo Concilij Ephesini cap. 18. & 19. & citantur etiam à Nicolao I. in epistola ad Michaclem.

ET tanè ipsa ratio manifestè hoc idem docet: quo pacto enim cogitari, aut fingi etiam potest, vt is habeat iurisdictionem, & proinde sit caput Ecclesiæ, qui non est membrum Ecclesiæ: quod enim vnquam fuit caput, quod non fuerit membrum: certum est autem, quidquid vnus, aut alter senserit, occultum hæreticum, si Episcopus, aut etiam summus Pontifex esset, non amittere iurisdictionem, nec dignitatem, aut nomen capitis in Ecclesia, donec aut ipse se ab Ecclesia publicè separet, aut conuictus hæreticos inuitus separetur: nam propterea Cælestinus, & Nicolaus locis citatis dicunt, Episcopum hæreticum, ex quo hæreses predicare cepit, neminem potuisse soluere, vel ligare, quia nimirum antequam publicè predicare inciperet, etiam si corde iam cõcepisset errorem, adhuc poterat soluere, & ligare. Quod item confirmatur ex canon. Au diuimus, 24. q. 1. vbi sic legitur: Si autem ex corde suo nonam hæresim consenserit, ex quo talia predicare cepit, neminem damnare potuit.

ADDE, quòd si oculi hæretici nullam habere possent iurisdictionem, redderetur incerti omnes actus, qui ex iurisdictione dependent, quod non parùm Ecclesiam vnuerfam perturbaret. Iam ergo si is, qui non est in Ec-

clesia, non potest habere auctoritatem in Ecclesiâ, & hæreticus occultus habere potest, & aliquando re ipsa habet auctoritatem in Ecclesiâ, certè hæreticus occultus esse potest in Ecclesia.

TERTIÒ idem probatur ex Origene, Augustino, & Gregorio. Origenes homil. 21. in Iosue: Etiam hic, inquit, in Hierusalem, id est, in Ecclesia sunt quidam Iebusei, qui & fide, & actibus peruersi sunt. Nec dubium est, quin loquatur de occultis, nam statim adiungit, Neque enim dicimus de iis, qui manifestè, & euidenter criminosi sunt, vt nõ de Ecclesia expellantur.

AUGUSTINVS libro 3. de Baptismo, c. 18. Huius, inquit, fraternæ charitatis inimici, siue apertè foris sint, siue intus esse videantur, Pseudochristiani sunt, & Antichristi, inuentis enim occasiõibus foras exeunt. Sed etiam si occasiones desint, cum intus videntur, ab illa inuisibili charitatis compage separati sunt. Hæc Augustinus, qui cum de occultis hæreticis dicit, eos videri esse in Ecclesia, non significat, eos non esse reuera, sed non esse eo modo, quo esse videtur. Videntur enim esse vniti interna & externa coniunctione mēbris cæteris, & tamen non sunt vniti, nisi coniunctione externa. Nam si reuera nullo modo essent intus, sed tantum esse viderentur, pari ratione non verè exiret, quando apertè se produnt, sed exire viderentur. Augustinus autem dicit, inuentis occasiõibus foras exeunt, & addit, eos esse separatos quidem, etiam antequam exeant, sed ab inuisibili charitatis compage, non ab externa Ecclesiæ communionem, quemadmodum intelligi debet etiã, quod idem Augustinus dicit lib. 4. c. 16. vbi dicit, hæreticos occultos separatos esse iudicandos, licet ipsi non exeant. loquitur enim de separatione interna, non de externa: neq; proprium est hoc, apud Augustinum, hæreticis occultis, sed omnibus peccatoribus, quos Augustinus affirmat non esse in corpore Christi, vt patet ex locis citatis capite superiore.

PERGIT loco notato Augustinus: Vnde, inquit, Ioannes dixit, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nõ ait, quòd exeundo alieni facti sunt, sed quòd alieni erant, propter hoc eos exisse declarauit. Dicit & Apostolus Paulus, de quibusdam, qui circa fidem aberrauerant, in vna magna domo eos fuisse, credo quòd nondum exierant.

ITEM lib. 4. cap. 10. Aut si zizania, inquit, sola dicenda sunt, quæ vsque in finem in maligno errore perdurant, & foris multa frumenta sunt, & intus multa zizania. Quorum verborum hic videtur esse sensus, vt intelligamus, extra Ecclesiâ esse multos manifestos hæreticos, non de externa: neq; conuertentur ad veram fidem: & intus in ipsa Ecclesia esse multos occultos hæreticos, qui nunquam conuertentur.

IDEM habet lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 35. Meminerit sande, inquit, in ipsis inimicis suis latere ciues futuros, sicut ex illorum numero etiam Dei ciuitas habet secum cõnexos communionem Sacramentorum. Vbi illud est obseruandum, de inimicis, qui sunt extra Ecclesiam, Augustinum dixisse, eos esse ciues futuros, quia modò non sunt ciues, sed erunt tempore suo: at de inimicis, qui latent intra Ecclesiam, nõ dixisse inimicos futuros, sed præsentis: iam enim sunt in ipsa Ecclesia, cum tamen pertineant ad numerum inimicorum.

RVRSVM tractatu 61. in Ioan. tractans illud Ioan. 13. vbi legitur Christum exeunte Iuda turbatum fuisse, Hoc nobis, inquit, Dominus significare sua turbatione dignatus est, quòd scilicet falsos fratres, & Dominici agri illa zizania, ita necesse est vsque ad messis tempus inter frumenta tolerari, vt quãdo ex eis aliqua separari etiam ante messis vrgens causa compelli, fieri hoc sine Ecclesiæ perturbatione nõ possit. Hæc perturbationem sanctorum suorum, per schismaticos, & hæreticos futuram, quodammodo prænuucians Dominus præfigurauit in seipso, cum exiuro inde homine malo, & cõmixturem frumenti, in qua diu fuerat toleratus, separatio ne apertissima relicto, turbatus est, non carne, sed spiritu.

Et infra declarat, quomodo Iudas vnus esset ex discipulis Domini, & tamen iam typum gereret hereticorum: Vnus, inquit, numero. non merito: vnus specie, non virtute: commixtione corporali, non vinculo spiritali: carnis adiunctione, non cordis sociis vnitate. Et infra. Vtrumque verum est, & ex nobis, & non ex nobis: secundum aliud ex nobis, secundum aliud non ex nobis: secundum communionem Sacramentorum ex nobis, secundum suorum proprietatem criminum non ex nobis.

ITEM libro de gestis cum Emerito cap. 1. Quidam, inquit, adhuc corde positi in parte Donati, presentiam nobis exhibent corporalem, carne intus, spiritu foris.

DENIQUE in libro de catechizandis rudibus, c. 17. distinguit tria genera Christianorum, hereticos occultos, malos Catholicos, bonos Catholicos. Sunt, inquit, qui propterea volunt esse Christiani, vt aut promerentur homines, a quibus temporalia commoda expectant, aut quia offendere nolunt, quos timent: sed isti reprobi sunt, est ad tempus eos portat Ecclesia, sicut area vsque ad tempus ventilationis paleam sustinet. Si non se correxerint, & propter futuram sempiternam requiem Christiani esse ceperint, in fine separabuntur: nec sibi blandiantur, quod in area esse possunt cum frumento Dei, quia in horreo cum illo non erunt, sed igni debito destinabuntur: sunt etiam alij meliori quidem spe, sed tamen non minore periculo, qui iam Deum timent, & non irident Christianum nomen, nec simulato corde intrant Ecclesiam Dei, sed in ista vita expectant felicitatem. Vbi manifeste vides, ex collatione horum duorum generum hominum, primum illud esse eorum, qui Deum non timent, sed irident Christianum nomen, & ficto corde intrant Ecclesiam, & tamen in ea sunt, & manent, ac numerum faciunt, donec aperta discessione non separantur.

GREGORIUS lib. 13. moral. c. 5. explicans illa verba Iob. 16. Ruga mea testimonium dicunt contra me: Quid, inquit, per rugas nisi dupliciter designatur: Ruga vnaque sunt sancta Ecclesie omnes, qui in ea dupliciter viuunt, qui fidem vocibus clamant, operibus denegant. Hi nimirum pacis tempore quia huius mundi potestatibus eandem fidem honori esse conspiciunt, fideles se esse mentiuntur: sed cum sanctam Ecclesiam subita aduersitatis procella turbauerit, illico ostendunt quod in perfida mente moluntur. Et infra. Sed quia nunc intra sinum fidei multos etiam reprobos tenet, cum tepus persecutionis exarserit, ipsos hostes patitur, quos predicationis verbis alere ante videbatur. Dicat ergo, ruga mea testimonium dicunt contra me, id est, ipse me insequendo increpant, qui nunc in meo corpore positi dupliciter sua in se malitiam non emendant. Et infra. Etiam pacis sue tempore sancta Ecclesia falso quoniam patitur, dum sunt in ea multi, qui de aternitatis promissione dissident, & tamen se fideles esse mentiuntur: sed cum malitiae tempus eruperit, is qui nunc metuens derogat ad contradicendum, ante faciem venit, quia verbis vera fidei aperis vocibus obsistit.

QUARTO probatur ratione, ac primum similitudo corporis humani id quod quarimus luadere potest. Est enim Ecclesia similis corpori humano, vt Apostolus docet Rom. 12. & 1. Cor. 12. in corpore autem humano multa ac varia esse videmus partium genera, ita vt quaedam viuant, & sentiant: quaedam viuant, non sentiant: quaedam nec viuant, nec sentiant, vt notum est. Igitur in Ecclesia quoque nihil impedit, quo minus sint aliqui, qui habeant fidem, & charitatem, quidam solam fidem: quidam ne ipsam quidem fidem, sed externam duntaxat coniunctionem.

DEINDE si ij, qui fide interna carent, non sunt, nec esse possunt in Ecclesia, nulla erit inter nos, & hereticos amplius questio de Ecclesie visibilitate: proinde (quod ego certe magni facio) superuacaneae erunt tot eruditissimorum hominum disputationes, quae hactenus prodierunt. Omnes enim qui hactenus scripserunt, id obiciunt Lutheranis, & Caluinistis, quod Ecclesiam inuisibilem faciant. Nullam autem futuram amplius quaestionem, ita probo.

LUTHERANI & Caluinista signa visibilia quaedam & externa Ecclesiam statuunt, nimirum predicatione verbi Dei, & Sacramentorum administrationem: & constanter docent, vbiunque haec signa conspiciuntur, ibi esse etiam veram Christi Ecclesiam, quia tamen solos iustos, & pios ad Ecclesiam veram pertinere volunt, & nemo potest certo scire, qui sint: verè iusti & pii inter tam multos, qui iustitiam & pietatem exterius per se ferunt, cum certum sit multis vbiq; esse hypocritas, & falsos fratres: Idcirco nostri rectè concludunt, eos facere Ecclesiam inuisibilem.

PORRO Lutheranis, & Caluinistis iustitia in sola fide consistit, idemque est apud eos, Ecclesiam esse coetum iustorum, & piorum, & esse coetum verè credentium: quis non igitur videt, nos cum illis planè conuenire, si omnes illos ab Ecclesia excludamus, qui veram fidem in corde non habent?

ADHAEC necesse est, vt nobis certitudine infallibili constet, qui coetus hominum sit vera Christi Ecclesia: cum Scripturae traditiones, & omnia planè dogmata ex testimonio Ecclesiae pendeant, nisi certissimi sumus, quae sit vera Ecclesia, incerta erunt profus omnia.

AT non potest certitudine infallibili nobis constare, quae sit vera Ecclesia, si fides interna requiritur in quolibet membro, seu parte Ecclesiae: quis enim certo nouit, in quibus sit ista fides: non igitur fides, vt aliquid aliud inuisibile, & occultum requiritur, vt quis aliquo modo pertineat ad Ecclesiam.

RESPONDENT quidam ad hoc argumentum dupliciter.

PRIMò, satis certò posse cognosci coetum hominum fidelium, ita vt etiam videri dicatur, si effectus fidei conspiciantur, qualis est protestatio, & confessio fidei: nam etiam hominem verè & propriè videre dicimus, cum tamen animum non videamus nisi in suis effectibus.

SECUNDò addunt, non esse necessarium, vt constet nobis distinctè qui sint illi homines, qui Ecclesiam faciunt, sed satis esse si assignemus quendam coetum hominum, intra quem certò sciamus, vel credimus esse omnes illos, qui ad Ecclesiam pertinent. Siquidem si cui ostenderetur populus Romanus vnuerfus in foro, aut in theatro, vbi tamè essent etiam aliqui externi admitti, verè diceretur illum vidisse populum Romanum, tamen si discernere non potuisset Romanos ab externis.

SED neutra solutio videri satisfacere: ac prior quidem facile refellitur: nam cognitio illa ex effectibus non est certa, sed coniecturalis, neque exemplum hominis conuincit: nam in primis effectus vitae in homine naturales sunt, & necessarii, effectus autem fidei liberi sunt, ac voluntarij, proinde multò minus certi.

DEINDE nec ipsum hominem ita videmus, vt certitudine infallibili nobis constet, cum quem videmus esse hominem: siquidem fieri potest, vt cum nos hominem videre credimus, Angelum, aut daemone videamus in forma humana. Certè Abraham, Loth, Tobias, & alij in testamento veteri non rarò homines esse crediderunt, qui Angeli erant: nos autem infallibilem certitudinem de Ecclesia habere volumus, qualem habemus, non de ipso homine, sed de figura, & externis coloribus, ac lineamentis corporis humani, in quorum visione decipi non possumus.

POSTERIOR verò solutio multis de causis non satisfact. PRIMò, quia potest fieri, vt ad eò crescat aliquando numerus hypocritarum, vt plures sint heretici occulti, quam veri ac perfecti Catholici: tum autem non posset quisquam verè dicere, hic coetus est Ecclesia Christi, quandoquidem in eo coetu, quem ostendit, maior pars ad Ecclesiam non pertinet, nec ipse scit, qui sint illi pauci, qui Ecclesiam faciunt: & quamuis sperandum sit, maiorem partem eorum qui profitentur fidem, esse sinceros, id tamen non est certum.

SECUNDò, quia cum nunquam tota Ecclesia in vnum locum conueniat, ita vt possimus certò dicere, in hoc coetu est Ecclesia, sed sparsa sit per varia loca, & de nulla parte certi sumus, an non sit tota illa pars sine vera fide, quocumque iuerimus, semper erimus dubij, an communicemus cum vera Christi Ecclesia.

NEQUE his repugnat, quod alibi scriptissimus, Romanam Ecclesiam particularem non posse destitui vera fide: nam nec ipsa Romana Ecclesia particularis tota simul alicubi conuenit, sed sparsim congregatur in variis basilicis, quae sunt in Romana ciuitate, nec certò scimus certitudine infallibili in eo coetu, ad quem nos fortè accedimus, non esse omnes sine vera fide in corde.

TERTIò, quia posset etiam fieri, vt totum generale Concilium esset extra Ecclesiam: quid enim magnum esset, si inter tot millia profitentium Christi fidem, trecen- ti, vel quadringenti homines, qui ad Concilium conueniunt, fide vera carerent? ita nimirum res alioqui notissima, & quas certissimas esse oportet, in dubium reuocabuntur. Certè BRENTIUS, vt in disputatione de Concilijs annotauimus, ea ratione Conciliorum auctoritatem eleuat, quia non sumus certi, an vllus eorum Patrum fidem veram in corde habuerit, & proinde in Ecclesia Dei fuerit: non enim est columna & firmamentum veritatis falsa Ecclesia, sed vera.

QUARTò, quia si non scimus distinctè, qui sint, qui Ecclesiam constituunt, non tam scimus, quae sit Ecclesia, quam vbi sit, seu potius vbi laeare Ecclesia, quod quidem non satis est ad Ecclesiam visibilitatem saluandam, de qua in sequenti capite disputandum erit: sed iam quid aliqui obiciant, videamus.

OBICIUNT PRIMò, fundamentum & quasi formam Ecclesiae esse fidem, cum legamus prima ad Corinth. 3. Quasi bonus architectus fundamentum posuit, & fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id, quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS. Ad Ephel. 2. Super edificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide CHRISTO IESU. Ephel. 4. Vnus Deus, vna Fides, vnum Baptisma.

RESPONDEO, formam Ecclesiae non esse fidem internam (nisi Ecclesiam inuisibilem habere velimus) sed externam, id est, fidei confessionem, id quod apertissimè docet S. August. lib. 19. contra Faustum, cap. 11. & experientia idem testatur: illi enim admittitur ad Ecclesiam qui profitentur fidem. In locis autem allegatis fides non dicitur forma, vel fundamentum Ecclesiae, sed fundamentum iustitiae, vel doctrinae: quae est in Ecclesia. adde, quòd Scripturae, sicut in Ecclesia ponunt fidem, ita etiam ponunt charitatem, & omnia dona Spiritus sancti, & tamen nemo Catholicorum docet, non esse de Ecclesia eos, qui charitate & donis Spiritus sancti carent.

OBICIUNT SECUNDò, definitionem Concilij Lateranensis, quae habetur cap. Summe, de sum. Trinitate & fide Catholica: vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nemo saluatur: cui similis est definitio Nicolai Papae, quae habetur de consec. dist. 1. can. Ecclesia. Ecclesia est Catholicorum collectio: non sunt autem fideles & Catholici, qui fidem in corde non habent, etsi eam ore profiteantur.

RESPONDEO, non esse has Ecclesiae definitiones: nam Concilium Lateranense solùm asserere voluit Ecclesiam esse vnam, non autem quid sit Ecclesia accuratè describere. Appellauit autem Ecclesiam fidelium, quia hoc nomine distinguuntur Christiani baptizati, tum ab eis, qui manifestè infideles sunt, tum etià a catechumenis. Propriè enim apud veteres catechumeni non dicebantur fideles, vt supra ostendimus. Itaque idem est, ac si Concilium dixisset, Christianorum Ecclesia vna est, non multa.

ADDE SECUNDò, posse etiam nomen fidelis accipi pro eo, qui fidem publicè profitetur, quemadmodum

A mox dicemus de nomine, Catholicus.

ADDE TERTIò, verissimè etiam dici potuisse, Ecclesiam fidelium, id est, eorum, qui veram fidem habent in corde, vnam esse: Ecclesia enim praecipue, & ex intentione fideles tantum colligit: cum autem admiscerentur aliqui ficti, & qui verè non credunt, id accidit praeter intentionem Ecclesiae. Si enim eos nosse posset, nunquam admitteret, aut casu admissos continuò excluderet.

PORRO in verbis illis Nicolai Papae: Ecclesia est Catholicorum collectio, necessariò cogimur dicere, vocari Catholicos eos, qui fidem Catholicam profitentur, quicquid sit de fide interna: iuber enim Nicolaus, vt non fiant Ecclesiae, id est, vt ipse exponit, Catholicorum collectiones sine nutu sedis Apostolicae. Planum autè est, non aliter fieri posse Catholicorum collectiones, quam conuocando in vnum locum eos, qui habentur, & dicitur Catholicus, id est, eos, qui publicè Catholicos se esse profitentur.

OBICIUNT TERTIò, testimonia Patrum, qui dicunt hereticos non esse verè Christianos, quales sunt Tertullianus libro de pudicitia. Cyprianus lib. 4. epist. 2. Athanasius serm. 2. contra Arianos, & Augustinus libro de gratia Christi, cap. 11. at Ecclesia Christi non nisi Christianorum esse potest: non igitur ad Ecclesiam pertinent, qui veram fidem non habent.

RESPONDEO, eos Patres loqui de manifestis hereticis, qui nec in corde, nec in ore Christi fidem habent: Christianus enim nomen est professionis, & illi dicuntur Christiani, qui Christi legem ac fidem publicè colunt ac sequuntur.

OBICIUNT QUARTò, ante Christi aduentum non solùm Synagogam Iudaeorum ad Ecclesiam Dei pertinuisse, sed omnes praeterea Gentiles, qui per orbem terrae dispersi, vnum Deum sincere colebant. Ex quo videtur sequi, vt fides sit Ecclesiae viuiculum, & proinde, qui fidem non habet, ad Ecclesiam non pertineat.

RESPONDEO, omnibus seculis eos omnes, & solos Ecclesiam Dei constituisse, qui simul colligati erant confessione, & protestatione, siue ea per sacrificia, siue alio modo fierent, vnius fidei in vnum Deum creatorem calij, & terrae.

OBICIUNT VLTIMò, Potissima causa, cur in Ecclesiae membris includantur heretici occulti, illa esse videtur, vt constet nobis infallibili certitudine, quinam coetus hominum sit Ecclesia: at haec certitudo haberi nequit, etiam si heretici occulti ad Ecclesiam pertinere dicantur: quod his argumentis confirmatur.

PRIMò, non sunt Ecclesiae membra qui non sunt baptizati: at nemo scit certò, qui sint verè baptizati, tū quia character baptismi est inuisibilis, tum etiam quia, cum exterior baptismus exhibetur, pauci ad sunt, qui vident, ac proinde caeteri fide humana contenti esse debent.

SECUNDò, Ecclesia non potest esse sine Episcopis & presbyteris, vt Hieron. docet contra Lucifer. At quis nouit certò, qui sint veri Episcopi, & presbyteri, cū id pendeat ab intentione ordinantis, & à characterè inuisibili?

TERTIò, excommunicati non sunt de Ecclesia, vt nos supra docuimus: at multi sunt excommunicati occulti, nimirum excommunicati à iure ipso facto, & non promulgati corà populo: ex quo cogimur dubitare, cum aliquem videmus, sit ne ille de Ecclesia, an non.

QUARTò, saepe accidit, aut certè accidere potest, vt heretici manifesti alicubi simulent se Catholicos, item Iudaei, Turcae, Pagani miscent se fidelibus, & tamen aut ipsi de Ecclesia non erunt, aut Ecclesiam esse dicemus coetum hereticorum, & Paganorum hypocritarum.

RESPONDEO ad primum, ad hoc, vt aliquis sit de corpore Ecclesiae, non requiri characterem, sed externum baptismum, nec externum baptismum requiri, vt quis ceat, & sit de Ecclesia: sed tantum vt admittatur. Si quis enim petit admitti ad Ecclesiam, id non fiet sine baptismo.

Tamen si quis dicat se baptizatum, & non constet contrarium, admittitur ad Sacramenta cetera, & per hoc erit de corpore Ecclesie: & signum huius est, quia si postea innotescat, illum non fuisse baptizatum, si quidem culpa ipsius id sit factum, expelletur de congregatione, nec recipietur, nisi post penitentiam baptizetur. At si non culpa eius, non repellatur, sed perficitur in eo, quod deerat, nec iudicabitur non fuisse in Ecclesia, sed iudicabitur intrasse aliunde, quam per ordinariam potestatem.

Vnde Innocentius III. cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato, iudicavit, Presbyterum non baptizatum verè fuisse in Ecclesia, & iussit pro eius anima offerri sacrificium, ut pro aliis fidelibus. Et Dionysius Alexandrinus, ut habemus libro 7. capite 8. hist. Eccles. iudicavit quandam fuisse verè in Ecclesia, quem constabat non verè baptizatum, sed tantum percepisse alia Sacramenta, ut baptizatum.

Ad secundum dico posse in Episcopis duo considerari. Primum, quod locum Christi teneant, & quod propterea debeamus illis obedientiam, & quod ipsi non possint nos decipere in iis, quæ necessaria sunt ad salutem. Secundò, quod habeant potestatem Ordinis & Iurisdictionis.

Si primo modo considerentur, certi sumus certitudine infallibili, quod isti, quos videmus sint veri Episcopi & Pastores nostri. Nam ad hoc non requiritur, nec fides, nec character ordinis, nec legitima electio, sed solum, ut habeantur pro talibus ab Ecclesia. Cum enim sint Episcopi propter Ecclesiam, non contra: Deus assistit eis, qui pro talibus habentur, ne errent in Ecclesia docenda.

Si secundo modo considerentur, non habemus certitudinem, nisi moralem, quod isti sint verè Episcopi, quamquam certum est certitudine infallibili, quod aliqui saltem sint veri, alioqui Deus Ecclesiam deseruisset: sed ad hoc, ut teneamus Ecclesiam certam & conspicuam, quantum ad capita, & membra, sufficit prima consideratio.

Ad tertium dico, excommunicatos occultos esse de Ecclesia, numero, non merito: de facto, non de iure.

Ad quartum dico, in primis difficile esse, ut eiusmodi homines non continuò detegantur, sed tamen etiãsi longo tempore deludant Ecclesiam, nihil inde incommodi accidere posse: nam Ecclesia non eos numerat inter suos, nisi ratione professionis externæ (nec enim de internis homines iudicant) professio autem illa externa sanctissima est, licet ab illis male vsurpetur.

Itaque sunt illi de Ecclesia corpore, dum fidelibus iunguntur eo vinculo professionis & obedientiæ, quod Ecclesiam vniuersam ligat, & in vnum corpus redigit. Nec tamè sequitur, Ecclesiam propterea esse ceterum hereticorum, & Paganorum hypocritarum: nam etsi pauci quidam tales in Ecclesia sunt, tamen certissimum certitudine fidei diuinæ, in eadem Ecclesia multos esse verè fideles, pios, & electos, quemadmodum etiam in corpore humano inueniuntur & vngues & capilli, qui non viuunt, & nemo tamen inde colligit, corpus humanum nihil esse, nisi vngues & capillos.

CAPVT XI.

Propositur altera controuersia: An Ecclesia sit semper visibilis, siue, an errare, & deficere possit.

EXPLICAVIMVS, quid sit Ecclesia: nunc dicendum est, qualis sit. Dissensio inter nos, & hereticos in tribus consistit. Primum enim illi dicunt veram Ecclesiam esse inuisibilem soli que Deo cognita. Quo loco nota ex Friderico Staphilo in prima Apologia parte tertia, Lutheranos initio Ecclesiam inuisibilem fecisse: deinde tamen, cum viderent absurda quæ inde sequebantur, secreto consilio statuisse, ut Ecclesia visibilis diceretur. Itaque ceperunt omnes docere Ecclesiam esse

visibilem: sed sic tamen, ut nomine visibilis, re inuisibilis esset.

Ac primum Lutherus in libro de seruo arbitrio, cum ei Erasmus obiecit non esse credibile, Deum tam longo tempore deseruisse Ecclesiam, respondit, Deum nunquam deseruisse Ecclesiam, sed non esse Ecclesiam Christi illam, quæ vulgò dicitur Ecclesia, id est, Papam, Episcopos, Clericos, Monachos, & ceteram Catholicorum multitudinem. sed Ecclesiam esse quosdam paucos pios, quos, quasi reliquias, Deus cõseruat. Et semper hoc fuisse in mundo, ut vera Ecclesia non esset illa, quæ dicebatur Ecclesia, sed pij quidam pauci. Et in lib. contra Catharinum dicit, Ecclesiam esse spirituales & sola fide perceptibilem. In libro de abroganda Missa priuata, part. 1. sic loquitur idem Lutherus: *Quis, inquit, Ecclesiam nobis monstrabit, cum sit occulta in Spiritu, & solum credatur: Sicut dicitur: Credo Ecclesiam sanctam.*

Iam Magdeburgenses cent. 1. lib. 1. c. 4. col. 170. distinguunt duas Ecclesias, & columna 178. dicunt, veram Ecclesiam esse ceterum exiguum plerumque: falsam verò, numerosissimum, quia ad veram soli illi pertinent, qui intrant per portam angustam, id est, verè pij: quæ proinde sit inuisibilis: & col. 181. dicunt, tempore Christi fuisse de Ecclesia vera Pastores, Magos, Zachariam, Simeonem, Mariam, Annam: non autem Pontifices, & Sacerdotes: quia nimirum illi pij, isti impij erant.

Philippus Melancthon in locis, loco duodecimo, qui est de Ecclesia, reperit aliquoties Ecclesiam esse visibilem: tamen ibidem dicit, in controuersis sequendum esse verbum Dei iuxta confessionem veræ Ecclesie: hanc autem veram Ecclesiam dicit non esse Pontifices, & Sacerdotes, nec maiorem partem Concilij, sed quosdam pios, & electos à Deo illuminatos. Et ibidem dicit, tempore Eliæ Ecclesiam veram fuisse, Eliam, Helisæum, & paucos alios illis adhaerentes, non autem ceteram Iudeorum multitudinem. Et tempore Christi Ecclesiam fuisse Zachariam, Simeonem, Mariam, Pastores, quia nimirum pij erant.

Brentius in Confessione Vvitemberg. cap. de Conciliis, dicit, habere Ecclesiam Dei promissionem: tamen non esse standum iudicio Conciliorum, quia pauci sunt ibi electi, & quia sæpè maior pars vincit meliorè. Et in Prolegomenis: *Vide, inquit, quod faciat (Petrus à Soto) Ecclesiam visibilem, & sensibus corporeis perceptam. Delendus igitur erit articulus Symboli Apostolici, Credo Ecclesiam sanctam Catholicam, & erit sic reponendus: Vnde, & sentio Ecclesiam sanctam Catholicam.*

Item Caluinus lib. 4. institut. cap. 1. §. 7. *Bisariam, inquit, de Ecclesia sacra litera loquuntur: Interdum enim cum Ecclesiam nominant, eam intelligunt, quæ est reuera coram Deo, & c.* Et infra de hac loquens: *Nobis, inquit, inuisibilem solius Dei oculis conspicuam credere Ecclesiam necesse est.* Et §. 3. *Ceterum, inquit, ad amplexandam eo modo Ecclesie unitatem, nihil opus est Ecclesiam ipsam oculis cernere, aut manibus palpare.*

Secundò docent, visibilem Ecclesiam interdum ita errare in fide, & moribus, ut penitus deficiat ita Caluinus in præfatione institut. *Sed non parum, inquit, à vero aberrant, dum Ecclesiam non agnoscunt, nisi quam presenti oculo cernant.* Et infra: *Fremunt, inquit, nisi Ecclesia digito semper ostendatur.* Et infra, *Quin potius, inquit, permittamus Deo, ut quando ipse solus nouit, qui sui sunt: interdum etiam Ecclesia suæ exteriori notitiam ab hominum aspectu auferat.*

Tertio docent, Ecclesiam veram, id est, inuisibilem, non posse quidem deficere, nec errare in iis, quæ necessariò ad salutem pertinent: tamen in aliis errare posse. Ita Caluinus lib. 4. c. 8. in tit. §. 13. & alibi. Nos contrariò asserimus, ac singula suis argumentis confirmamus.

CAPVT XII. Ecclesiam esse visibilem.

RIMVM igitur, quod vera Ecclesia sit visibilis, probatur primò ex scripturis omnibus, vbi quæque inuenitur nomen Ecclesie: nam semper nomine Ecclesie visibilis congregatio significatur: nec vnum saltem locum Caluinus proferre potuit, nec prouulit, vbi hoc nomen tribueretur congregationi inuisibili. Certè cum dicitur Num. 20. *Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem.* Ecclesia vocatur populus ille notissimus Israel, qui exierat de Aegypto. Sic 3. Reg. 8. de visibilis Ecclesia manifestè loquitur Scriptura, cum dicit: *Cõuertitque Rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesie Israel, omnis enim Ecclesia Israel stabat.* Mat. 16. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* nomine petra, ut intelligas Christum, aut fidei confessionem, ut heretici volunt, siue Petrum, ut nos credimus, semper fundamentum Ecclesie est aliquid sensibile, ut patet: ac proinde Ecclesia ipsa est sensibilis, siue visibilis: nam etiam nunc neque Christum, neque Petrum videamus, tamen tunc vterque sensibus corporeis expositus erat ad videndum: & nunc vterque videtur, non in se, sed in Vicario, aut successore suo: Sicut Regnum Neapolitanum non ideo est inuisibile, quia Rex abest: nam Rex videtur in suo Prorege. Mat. 18. *Dic Ecclesie, si Ecclesiam non audivit, & c.*

Certe neutrum seruari posset, si esset Ecclesia inuisibilis. Act. 20. *Attendite vobis, & mineros gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Quomodo poterant regere Ecclesiam, quam non nouerant? Act. 15. *illi quidem deducti ab Ecclesia pertransibant Phœnicem.* Et ibidem, *Cum venisset Hierosolimam, suscepti sunt ab Ecclesia.* Et c. 18. *Ascendit Paulus, & salutauit Ecclesiam.* Quomodo ista conueniunt Ecclesie inuisibili? 1. Cor. 15. Gal. 1. & Phil. 3. Paulus dicit, se persequutur Ecclesiam Dei: at notum est, quos persequebatur, ex Act. Apost. c. 9. Denique 1. Tim. 3. *Hæc tibi scribo, fili Timothee, ut scias, quomodo te oporteat conuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viui, & c.* At sanè non poterat in ea conuersari, nisi sciret quænam esset.

Secundò, probatur ex aliis scripturis, vbi non nominatur, sed tamè aperte describitur Ecclesia, Psal. 18. *In sole posuit tabernaculum suum.* exponit August. tract. 2. in epist. Ioannis: In manifesto posuit Ecclesiam suam, ut sicut Sol non potest omnino latere, ita nec Ecclesia possit abscondi. Item Isaia 2. Danielis 2. & Michæ 4. comparatur Ecclesia monti magno, & conspicuo, qui nullo modo potest latere, secundum communem expositionem Hieronymi in ea loca, & Augustini tractatu primo in epistolam Ioannis. Item illud Matthæi quinto: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Augustinus libro de vnitatem Ecclesie. c. 14. & alibi passim exponit de Ecclesia. Denique, parabole Euagelicæ de area, de reti, de ouili, de conuiuio, & c. omnes ostendunt Ecclesiam veram, quæ est regnum cælorum, esse visibilem.

Probatv tertio, ex ipso ortu, & progressu Ecclesie: nam, ut omitterem statum Testamenti veteris, in quo aded visibilis erat Ecclesia, ut in ipsa carne portaret visibile signum Circumcisionis. In testamento nouo sine dubio Ecclesia Christiana tota erat in principio in Apostolis & discipulis Christi, qui aded visibiles erant, ut super illos visibiliter Spiritus sanctus descenderit in die Pentecostes. Deinde, istis additi sunt visibiles vna die homines ad tria millia, & rursus ad quinque millia per fidei Confessionem, & Baptismum, ut patet Act. 1. 2. 3. & 4. at deinceps semper illi omnes, & soli habiti sunt de Ecclesia Christi, qui ad illos primos se adiunxerunt per Baptismum, & Confessionem fidei, & inde non recesserunt per hæreses, aut schismata, vel expulsi non sunt per excommunicationem.

Quarto, probatur ex ipsa ratione Ecclesie: Eccle-

si enim est societas quedam, non Angelorum, neque animarum, sed hominum. Non autem dici potest societas hominum, nisi in externis & visibilibus signis consistat: nam non est societas, nisi se agnoscant ipsi, qui dicuntur socij: non autem se possunt homines agnoscere, nisi societatis vincula sint externa & visibilia. Et confirmatur ex more omnium humanarum societatum: nam in militia, in ciuitatem, in regnum, & alia similia non aliter homines adscribuntur, quam signis visibilibus. Vnde Augustinus lib. 19. contra Faustum, cap. 11. *In nullum, inquit, nomen religionis seu verum, seu falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, vel sacramentorum visibilium consortio colligentur.*

Quinto, tempore Christi, ut voluit Philippus & Illyricus, Ecclesia solam erat in Zacharia, Simeone, Anna, Maria, & paucis aliis piis: non autem in Pontificibus, & cetera multitudine Iudeorum. At constat, quod Zacharias, Simeon, & ceteri communicabant cum Pontificibus in templo, sacrificijs, & c. Nam Zacharias in eodem templo sacrificabat: Anna ab eo templo non recedebat: Maria ibat singulis annis ad templum illud: Christus ipse mittebat leprosos ad Sacerdotes, & dicebat: *Quæ dicunt, facite, ergo, vel malè faciebant isti communicando. Falsa Ecclesia: vel malè faciunt Lutherani non communicando nobiscum, & non obediendo Pontifici.*

Sextò, probatur ex necessitate: nam tenemur omnes sub periculo aeternæ mortis veræ Ecclesie nos adiungere, & in illa perseuerare, id est, capiti eius obedire, & ceteris membris communicare, ut patet ex Cypriano de simplicitate Prælatorum, Hieronymo in epistola prima ad Damasum de nomine hypostasis, & Augustino libro 4. de Baptismo, ca. 1. At hoc fieri non potest, si est Ecclesia inuisibilis.

Sextimo, ex dictis questione superiore: si enim Ecclesia est congregatio hominum, vntium Sacramentis iisdem, & fidei Christi profitentium, sub regimine legitimum pastorem, ut ibi probatum est, sequitur necessariò eam esse visibilem.

Vltimo, testimonijs veterum, Origenes homil. 30. in Mattheum: *Ecclesia, inquit, plena est fulgore ab Oriente usque ad Occidentem, & c.* Cyprianus libro de vnitatem Ecclesie: *Ecclesia, inquit, Domini luce perflusa, radios suos per orbem terrarum spargit, & c.* Chryostomus homil. 4. in ca. 6. Mat. *Facilis est, inquit, Solem extinguere, quam Ecclesiam obscurari.* Augustinus libro 3. contra epistolam Parmeniani, c. 5. *Nulla, inquit, est securitas unitatis, nisi ex promissis Dei Ecclesia declarata, quæ supra montem, ut dictum est, constituta, abscondi non potest.* Tractat. 1. in epistolam Ioannis. *Nunquid digito ostendimus Ecclesiam fratres mei? nõne aperta est? Et tract. 2. Quid amplius dicitur sum, quam cecos, qui tam magnum montem non vident? Qui contra lucernam in candelabro positam, oculos claudunt?*

CAPVT XIII.

Ecclesiam visibilem non posse deficere.

IAM, quod Ecclesia ista vera & visibilis non possit deficere, faciliè probari potest. Notandum autem est, multos ex nostris tempus terere, dum probant absolute Ecclesiam non posse deficere: nam Caluinus, & ceteri heretici id concedunt, sed dicunt, intelligi debere de Ecclesia inuisibili. Probare igitur volumus Ecclesiam visibilem non posse deficere: & nomine Ecclesie non intelligimus vnum, aut alterum, sed multitudinem congregatam, in qua sint Prælati, & subditi.

Primum ostenditur ex scripturis, vbi aperte nominatur Ecclesia, Mat. 16. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Cui similis est ille 1. Timoth. 3. *Ut scias, quomodo te oporteat conuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis.* In vtroque

loco agitur de Ecclesia visibili, ut ostendimus, & tamen ad idem ipsam veritatem asseret, portas inferorum non prauertitur contra eam Ecclesiam.

SECUNDO, ex aliis locis, ubi aperta est promissio sine nomine Ecclesia, Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Quae verba ad Ecclesiam visibilem dicta sunt, nimirum ad Apostolos, & discipulos ceteros, quos in die ascensionis suae Dominus alloquutus est: & cum illi homines non essent permanentes in corpore usque ad mundi consummationem, necesse est dicere hanc promissionem pertinere ad eorum successores.

ITAEQUE hunc locum de Ecclesia perpetua duratione intelligunt Leo I. in ep. 31. ad Pulcheriam Augustam, & Leo II. in epist. ad Constantinum Augustum. Praeterea Ephes. 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores, & Doctores ad edificationem Sanctorum in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, & mensuram aetatis plenitudinis Christi. Vbi Apostolus docet, mensura in Ecclesia ista ministeria pastorum & doctorum, & copiam aedificationem corpo. is Christi, & proinde visibilem Ecclesiam, usque ad diem iudicij: nam quando sola esset in mundo Ecclesia inuisibilis, non inuenirentur ista ministeria, quae non possunt exerceri, nisi se pastores & oues agnoscat: & notandum, quod licet veteres intelligant hunc locum de spirituali mensura corporis mystici: recentiores autem de corporali mensura corporum beatorum, quae dicunt futurae tantae magnitudinis, quantae fuerint vel fuissent in perfecta sua aetate: tamen omnes intelligunt hunc locum de nouissimis diebus, quando complebitur numerus electorum. Vide Augustinum libro 22. de ciuit. Dei, c. 15. 17. & 18. vbi vtramque explanationem tangit.

PRAEETEREA Psal. 47. Deus fundauit eam in aeternum, id est, Ecclesiam suam, quae est Ciuitas eius, ut August. exponit, & res ipsa clamat: nam totus Psalmus est, de fundatione Ecclesiae Christianae, tanquam nouae & visibilis Ciuitatis. incipit enim, Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius: Fundatur exultatione vniuersae terrae, &c. Item Isaia 6. (quod caput intelligi de Ecclesia noui Testamenti, docuit Christus Luc. 4. cum in Synagoga citauit, & exposuit de aduentu suo initium huius capitis Spiritus Domini super me, &c.) sic habetur: Et factus est super me sermone eius: & scietur in Gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. Profecto tam est perspicuus hic locus, ut expositione non egeat: Quomodo enim inuisibilis erit ille coetus, de quo dicitur: Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.

ACCEDANT tertio testimonia ex parabolis, quibus omnium consensu significatur Ecclesia: Area enim, in qua sunt grana, & palcaerete, in quo sunt boni, & mali pisces: & ager, in quo sunt frumenta, & zizania: & conuiuium, in quo sunt boni, & mali discumbentes: & ouile in quo sunt oues, & hodi, significant Ecclesiam visibilem, ut etiam haeretici fateantur. Nam Ecclesia inuisibilis non habet malos, & bonos, sed tantum bonos, secundum eorum sententiam. At eadem parabola docent, istam Ecclesiam visibilem nunquam interitura usque ad diem iudicij: nam Matth. 3. dicitur: Ipse permundabit aream suam, & triticum congregabit in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. quod sine dubio non fiet ante diem iudicij. Et Matth. 13. dicitur, Simite vtramque crescere usque ad messem. Et infra: Messis autem consummatio seculi est. Et infra: Sic erit in consummatione seculi, exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &c.

QUARTO, probatur ex Scripturis, quae loquuntur de regno Christi Psal. 88. Thronus eius sicut Sol in conspectu

meo, sicut Luna perfecta in aeternum, & restis in caelo fidelis. Ibidem. Et ponam in seculi seculi semen eius, & thronum eius sicut dies caeli. Daniel. 2. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus caeli Regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & Regnum eius alicui populo non tradetur, &c. Et Luc. 1. Et Regnum eius non erit finis.

ISTA loca non possunt intelligi nisi de vera, & visibili Christi Ecclesia nunquam interitura. Nam Regnum Christi sine dubio est vera eius Ecclesia. Neque regnum dici possunt aliquot homines occulti, & dispersi, & separati ab inuicem, qui se non nouerunt, qualis est Ecclesia inuisibilis Lutheranorum: Regnum enim est multitudo hominum congregatorum, qui se inuicem nouerunt.

PRAEETEREA in Psal. 88. vbi dicitur Christi regnum aeternum, dicitur etiam, quod in eo sint boni, & mali, ac proinde, quod Ecclesia sit visibilis. Si autem dereliquerint filij eius, inquit, legem meam, & iustitias meas non custodierint, &c. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo, &c. Quem locum pulchre exponit de flagellis Ecclesiae sanctus Cyprianus in serm. de lapsis. In illo etiam capite secundo Danielis, vbi dicitur, Regnum Christi perpetuum, legimus quoque illud, Regnum esse montem magnum implemtem omnem terram, quem Isaia c. 2. & Mich. cap. 4. vocabant montem manifestum, secundum LXX.

QUINTO probatur testimoniis veterum: Origenes & Chryllostomus locis citatis id affirmant: sed clarius Augustinus, & Bernardus. Augustinus in Psal. 101. concione 2. disputans contra Donatistas, qui totam Ecclesiam visibilem perisse dicebant, & in solis quibusdam iustis in Africa remansisse. Sed, inquit, illa Ecclesia, quae fuit omnium Gentium, iam non est, perit: hoc dicunt, qui in illa non sunt. O impudentem vocem! illa non est, quia tu in illa non es. Vide, ne tu idem non sis: nam illa erit, et si tu non sis. Et infra Ecclesiam ita loquentem introducit: Quamdiu ero in isto seculo? annuncia mihi, propter illos, qui dicunt, fuit, & iam non est: apostatauit, & perit Ecclesia de omnibus Gentibus: & annunciauit, nec vacua fuit vox ista: quis annunciauit mihi, nisi ipsa via? Quando annunciauit. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Similia habet in Psal. 147. & libro de vnitatem Ecclesiae, cap. 13. & 20. & alibi.

NEQUE responderi potest, loqui Augustinum de Ecclesia inuisibili: nam illam non perisse, nec perituram Donatista admittunt, & ad se trahunt illud: Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi, ut Augustinus refert loco uocato in Psal. 101. Bernardus serm. 79. in Cant. in illud. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meae. Ista est, inquit, & tunc, & deinceps non deficiit genus Christianum, nec fides de terra, nec charitas de Ecclesia: Pecerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in eam, & non cecidit, eod quod fundata esset super petram, petra autem erat Christus. Itaque nec verborum Philosopherum, nec caulationibus haereticorum, nec gladius persecutorum, potuit ista, aut poterit aliquando separari a charitate Dei, &c. Nec possunt haec intelligi de Ecclesia inuisibili: nam illam non persequuntur gladij tyrannorum, nec verborum Philosopherum, nec caulationes haereticorum. Itaque visibilis Ecclesia non deficiet. Accedat Vincentius Lyrinensis, qui in suo comitorio tanquam errorem grauissimum reprehendit Nestorij sententiam, qui dicebat, totam Ecclesiam errasse in mysterio Incarnationis, eod quod caecos Doctores sequuta esset.

VLTIMO probatur hoc idem naturali ratione. Primum enim, si aliquando sola maneret in mundo Ecclesia inuisibilis, aliquando etiam esset impossibilis salus iis, qui sunt extra Ecclesiam. Nam non possunt saluari, nisi in

Ecclesiam ingrediantur: quemadmodum tempore Noe peribant necessarii, qui non habebant aditum ad arcam: at non possunt ingredi in Ecclesiam, quam ignorant, igitur non habent remedium.

PRAEETEREA, de ratione vniuersae verae Ecclesiae est, ut sit visibilis: ergo si Ecclesia visibilis perit, nulla vera Ecclesia remanet.

DENIQUE, vel homines illi occulti, qui Ecclesiam inuisibilem constituunt, profitentur palam fidem suam, & abstinent ab idolorum cultu, vel non: si profitentur, ergo non est Ecclesia inuisibilis, sed maxime visibilis, sicut erat tempore Martyris: si non profitentur, ergo nulla est Ecclesia: nam non est Ecclesia vera, in qua nulli sunt boni, & qui saluentur: non autem sunt boni, nec saluati, qui non consentunt fidem, sed ea in corde retenta, exterius profitentur perfidia, & idololatriam, cum ad Romanos decimo dicat Apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et Mat. 10. Omnis qui negauerit me coram hominibus, negabo eum coram Patre meo. Ergo implicat contradictionem, Ecclesiam esse, & care omnino forma visibili, nisi ponatur extra mundum, vbi nunquam sit necessarium fidem confiteri.

CAPVT XIV.

Ecclesiam non posse errare.

VEREST ut probemus, Ecclesiam non posse errare vilo modo, etiam non apostatando a Deo. Est tamen prius paulo diligentius explicanda sententia aduersariorum, & nostra.

CALVINVS igitur dicit, istam propositionem, Ecclesia non potest errare, esse veram, si intelligatur cum duplici restrictione. Prima est, si Ecclesia non proponat dogmata extra Scripturam, id est, si reiciat traditiones non scriptas, & solum proponat fideliter quae habentur in Scripturis.

SI autem queratur, an certissimum quod Ecclesia proponet semper fideliter, quae sunt in scripturis. Respondet, adhibens secundam restrictionem, Ecclesia semper proponere fideliter, quae habentur in scripturis: in rebus necessariis ad salutem, non tamen in aliis: ac proinde semper remanere in Ecclesia nauos aliquos errorum.

SECUNDA restrictio est, ut illud, Ecclesia non potest errare: intelligatur de sola Ecclesia vniuersali, non autem extendatur ad Episcopos, qui sunt Ecclesia representatiui, ut nostri loquuntur: quilibet enim Episcopus gerit personam suae Ecclesiae particularis: & proinde omnes Episcopi gerunt personam totius Ecclesiae: ita habet Calvinus lib. 4. c. 8. §. 12. 14. 15. maioris institutionis, & in minori institutione c. 8. §. 146. 148. 149. & 150. vbi tamen mendaciter & fraudulenter explicans sententiam nostram, dicit, nos asserere, Ecclesiam non posse errare siue vtatur verbo Dei, siue non: cum tamen ipse non ignoret nos non loqui de verbo Dei absolute, sed tantum de verbo scripto, ac dicere, Ecclesiam non posse errare siue proponat, quae habentur in scripturis, siue dogmata extra Scripturam.

NO STRA igitur sententia est, Ecclesiam absolute non posse errare, nec in rebus absolute necessariis, nec in aliis quae credenda, vel facienda nobis proponit, siue habeantur expressae in scripturis, siue non: & cum dicimus, Ecclesiam non posse errare, id intelligimus tam de vniuersitate fidelium, quam de vniuersitate Episcoporum, ita ut sensus sit eius propositionis: Ecclesia non potest errare, id est, id quod tenent omnes fideles tanquam de fide, necessarium est verum & de fide: & similiter id, quod docent omnes Episcopi, tanquam ad fidem pertinens necessarium est verum, & de fide.

HIS explicatis, probatur haec veritas. Primum de Ecclesia vniuersa, ut continet omnes fideles, ac primum ex illo primae ad Timotheum tertio: Ecclesia Dei est columna, & firmamentum veritatis.

RESPONDET Calvinus, Ecclesiam dici columnam & firmamentum veritatis, quia conseruat tanquam fidelissima custos praedicationem verbi Dei scripti, non quod in nulla re errare possit.

AT contra: nam in primis hoc modo officinae librarium essent columnae veritatis, quae diligentissime custodiunt omnes Scripturas: deinde Apostolus non meminit hanc Scripturarum, sed simpliciter dicit, Ecclesiam esse columnam & firmamentum veritatis.

PRAEETEREA, multo amplius est, esse columnam, quam simplicem custodem: nam columnae innititur domus, & ea remota, cadit. Sic igitur Apostolus vocans Ecclesiam columnam veritatis, vult significare veri aem fidei, quoad nos, nisi Ecclesiae auctoritate: & verum esse quicquid Ecclesia probat, salum quidquid illa improbat. Adde, quod etiam Ecclesia fuit columna quando non erant Scripturae: ex quo sequitur, non dici columnam propter custodiam Scripturarum.

DENIQUE si de custodia ageretur, melius arca, quam columna Paulus comparasset Ecclesiam: nec enim columna, sed arca libros custodiunt.

PRAEETEREA secundò, Ecclesia gubernatur a Christo, tanquam a capite & sponso suo, & a Spiritu sancto tanquam ab anima, ut patet ad Ephes. 1. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius. Et Ephes. 4. Vnum corpus, & vnus Spiritus. Eph. 5. Vir caput est mulieris, sicut Christus caput Ecclesiae. Ergo si Ecclesia in dogmatibus fidei, vel morum erraret, Christo & Spiritui sancto error tribueretur. Quocirca Ioannis 16. Dominus ait, Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.

RESPONDET Calvinus, Christum & Spiritum sanctum docere Ecclesiam omnem veritatem simpliciter necessariam, semper tamen relinquere aliquem nauum. Neque sequitur, tribui propterea Christo, aut Spiritui sancto errorem, sicut eis non tribuitur ignorantia, quae sine dubio aliqua est in Ecclesia.

RESPONDEO, sicut vir, qui est caput mulieris, non tenetur remouere ab vxore omnem ignorantiam, tenetur tamen remouere omnem errorem, ex quo magnum aliquid malum oritur, licet vxor excusetur per ignorantiam: ita etiam Christus tenetur remouere omnem errorem ab Ecclesia, ex quo magnum oritur malum: talis autem est omnino error circa fidem. Nam magnum est malum, quod Ecclesia falsa fide Deum colat, cum praecipue cultus diuinus in Fide, Spe, & Charitate consistat, ut Augustinus docet in Enchiridio cap. 3.

TERTIÒ, obligamur sub anathematis poena, credere Ecclesiae in omnibus, ut patet Mat. 18. Quod si Ecclesiam non audierit sit tibi velut Ethnicus & Publicanus: & Concilia omnia dicunt anathema non assentientibus: Ecclesiae decretis: at iniquum esset, sub tam graui poena obligari ad assentiendum rebus incertis, & interdum falsis.

RESPONDET Calvinus, ided Christum iussisse, ut Ecclesiam audiremus, quia sciebat Ecclesiam nihil docturam extra verbum Dei scriptum.

AT, contra: nam, ut omitam plurima, quae diximus in disputatione de traditionibus, vera Ecclesia docet, epistolam ad Romanos esse verbum Dei, epistolam ad Laodicenos non esse verbum Dei: & idem de Euangelio Marci & Nicomedis, & similibus dici potest, quae nusquam scripta sunt: non igitur est verum, Ecclesiam nihil docere extra verbum Dei scriptum.

QUARTO, Ecclesiam esse sanctam docet Symbolum Apostolorum: ista autem sanctitas proprie in professione dogmatum consistit: ergo Christiana professio nihil continet, nisi sanctum, id est, verum, quoad fidei doctrinam, & iustum, quoad praecipua morum: & in hoc reuera excellit omnibus professionibus Philosophorum, Ethnicorum, Iudaorum, haereticorum: Omnes enim habent dogmata aliqua falsa ad multa veris.

QVINTO, si esset vera Caluini sententia, maxima pars dogmatum fidei in dubium reuocari posset: nam multa sunt de fide, quae non sunt absolute necessaria ad salutem. Sanè credere historias Testamenti veteris, vel Euangelia Marci & Lucae esse canonica scripta, imò vllas esse diuinas Scripturas, non est omnino necessarium ad salutem: nam sine hac fide multi saluati sunt, antequam Scripturae scriberentur: & postea tempore noui Testamenti, multae barbarae nationes, de quibus scribit Irenaeus lib. 3. cap. 4. At hoc est absurdissimum, nec vlllo modo admitteret Caluinus posse dubitari de Scripturis: non igitur verum est, solum in rebus necessariis ad salutem, Ecclesiam non posse errare.

PROBATVR vltimò ex Patribus, qui, vt supra ostendimus, in quaestione de iudice controuersatum, omnes ad Ecclesiam promouant in quaestionibus fidei quibuscunque: quod certè nullo modo facerent, si Ecclesiam falli posse existimarent. Tertullianus libro de praescript. Age, inquit, omnes Ecclesia errauerint, nullam respexerit Spiritus sanctus.

AUGUSTINVS lib. I. contra Cresconium, capit. 33. Scripturarum à nobis tenetur veritas, cum id facimus, quod vniuersae iam placuit Ecclesiae, quam ipsarum Scripturarum commendat auctoritas, vt quoniam sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quaestiois, Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta Scriptura demonstrat. Et epist. 118. Disputare contra id quod vniuersa Ecclesia sentit, insolentissima insania esse dicit.

IAM quòd etiam Ecclesia representatiuè non possit errare, probatur. Primò, quia si omnes Episcopi errarent, tota etiam Ecclesia erraret, quia tenentur populi sequi suos Pastores, dicente Domino Luc. 10. Qui vos audit, me audit. & Matth. 23. Quaecumque dixerint, facite.

SECVNDÒ, ex epistola Concilij Ephesini ad Nestorium, vbi cogitur Nestorius, si Ecclesiae satisfacere velit, iuramento confirmare, se ita sentire, vt sentiant Orientis & Occidentis Episcopi. Item ex Augustino, qui lib. 1. de Baptismo, c. 18. vocat decretum Concilij generalis, Ecclesiae vniuersae consensum, & meritò: nam Ecclesia non docet, nec decernit quidquam, nisi per suos Pastores, sicut quodlibet corpus per suum caput. Vnde etiam 3. Reg. 8. congregatio Sacerdotum & Seniorum vocatur omnis Ecclesia Israel. Et Chrysostomus exponit illud Matth. 18. Dic Ecclesiae, id est, Praelato. Sed de his plura in materia de Conciliis.

CAPVT XV.

Soluuntur argumenta, quibus astruitur Ecclesia inuisibilis.

VEREST, vt argumenta aduersariorum diluamus, ac primò, Ecclesiam esse, inuisibilem, his testimoniis probant. Hierem. 31. Dabo legem meam in cordibus eorum, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Vbi Deus distinguit Ecclesiam noui Testamenti ab Ecclesia Testamenti veteris, quòd illa fuerit cœtus quidam externus, & propterea habuerit legem scriptam in tabulis externis, & lapideis: ista autem sit populus quidam interior, & propterea legem habeat scriptam in cordibus.

IDEM habetur Luc. 17. Regnum Dei non venit cum obseruatione: neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim Regnum Dei intra vos est. Et Ioan. 4. Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Ergo Ecclesia noui Testamenti non consistit in aliquo signo exteriore: nec est alligata locis & caeremoniis corporalibus. Et Heb. 12. Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, sed ad Syon montem, & ciuitatem Dei, viuentis, &c. Vbi comparat Synagogam monti Sinai visibili & tangibili, Ecclesiam autem monti Syon spiritali. Item 1. Petr. 2. Et ipsi tanquam lapides viuini superaedificamini domus spiritalis, sacerdotium sanctum

offerentes spirituales hostias Deo: at hac domus est Ecclesia. Denique Ecclesiam esse, est articulus fidei: ergo non videtur Ecclesia, sed creditur.

RESPONDEO ad primum locum, Hieremiam non conferre Ecclesiam cum Synagoga, sed Testamentum nouum cum veteri, vt eo loco patet: & quauis Testamentum nouum proprie sit charitas, quae est lex in corde scripta, Testamentum vetus proprie sit doctrina exterior, siue lex scripta in lapidibus, tamen non sequitur, Ecclesiam noui Testamenti esse inuisibilem: vt enim corpus cuiuslibet animalis visibile est, & tamen habet multa intus, quae non videntur, vt cor, hepar, spiritus vitales, & similia: ita Ecclesia visibilis habet multa inuisibilia, Fidem, Spem, Charitatem, &c. & quauis haec dona inuisibilia sint necessaria in Ecclesia, & in sola Ecclesia, non tamen in omnibus eius partibus: sicut sensus est necessarius in animali, & solo animali, & tamen non est in omnibus eius partibus.

AD secundum dico, per Regnum Dei Luc. 17. intelligi vel gratiam, per quam Deus nunc regnat in cordibus hominum, vt exponit Theophylactus, vel ipsum Christum, vt Beda exponit: loquitur enim eo loco Christus de vtroque suo aduentu. Interrogauerunt enim Pharisei, quando veniet Regnum Dei, id est, Regnum Messiae: Dominus autem responderet, Messiam venisse, & rursus etiam venturum in die iudicij.

ITAEQUE de aduentu primo ait: Regnum Dei non venit cum obseruatione: ecce enim Regnum Dei intra vos est, id est, iam aduenit Messias, iam praesens est. De secundo subiungit: Et dicent vobis, Ecce hic, aut ecce illic, nolite exire: sicut enim fulgur coruscet de sub calo, & cito erit aduentus Filij hominis.

AD tertium, dico eo loco doceri, praecipuum cultum Dei in Ecclesia in eternum futurum, sed non propterea sequitur, Ecclesiam ipsam esse inuisibilem, vt iam diximus: neque etiam sequitur, omnem cultum externum esse reiciendum, & externa templa esse destruenda. Dominus enim eo loco non agit de loco orationis, sed de modo & ritu. Si enim dicere voluisset, veros Dei cultores non amplius adoratos Deum in Hierusalem, neque in monte Garizim, falsum dixisset. Constat enim Petri & Ioanem, post acceptum Spiritum sanctum, ascendisse in templum Hierosolymitanum ad horam orationis nonam, vt dicitur in Actis Apost. 3. Constat etiam, semper fuisse postea in Palaestina Christianos, qui Deum adorauerunt in Hierusalem, & in monte Garizim, & vbiunque eos esse contingebat. Loquitur ergo de ritu adorandi, siue orandi, & sensus est, neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem, id est, neque ritu Samaritanorum, neque ritu Iudaeorum, sed ritu Christianorum adorabitis: qui ritus est adorare in spiritu & veritate quod duobus modis exponitur.

CHRYSOSTOMVS, Cyrillus, Euthymius in hunc locum, opponunt illud, in spiritu caeremoniis Iudaeorum, quatenus corporales erant, illud, in veritate, iisdem caeremoniis, quatenus figurae & vmbrae erant rerum futurarum. Theophylactus, B. Thomas, & Caietanus opponunt illud, in spiritu, ritui Iudaeorum, qui praecipue externus & corporalis erat: illud, in veritate, ritui Samaritanorum, qui falsus & erroneus erat: illi enim simul colebant Deum verum, & Deos falsos. Itaque Dominus dicit, ritum populi Christiani fore praecipue spiritualem, & simul verum ac purum ab omni errore, licet spiritualis ritus non excludat corporales caeremonias, quatenus profunt ad spiritualem cultum promouendum.

AD quartum dico cum Chrysostomo, Theophylacto, D. Thoma, & aliis, Apostolum ibi per montem Syon spiritualem, & ciuitatem Dei viuentis, non intelligere Ecclesiam militantem, sed triumphantem, quae ex beatis spiritibus constat. Confert enim Synagogam cum Ecclesia, ac dicit, homines Testamenti veteris accessisse

ad montem Sina corporeum, vt aliquo modo per corporeas imagines ibi Deum viderent: at homines noui Testamenti accessisse non res, sed spe, ad montem Syon spiritualem, id est, ad gloriam beatorum, vbi Deus videtur facie ad faciem, vnde ibidem subditur: Et multorum millium Angelorum frequentiam, & spiritus iustorum perfectorum, &c.

AD quintum respondeo, duobus modis dici aliquid spirituale. Vno modo, secundum substantiam, quomodo Ephes. 6. dicuntur spiritualia nequitiae in caelestibus. Altero modo, secundum ordinationem ad Spiritum, quia ordinatur aliquid ad spiritum, vel spiritus in eo dominatur. Quomodo 1. Cor. 2. dicitur homo spirituales, & 1. Cor. 15. corpus spirituales, & 1. Pet. 2. vocantur hostiae spirituales, omnia bona opera, vt eleemosyna, & ieiunia. B. Petrus ergo cum dicit, Ecclesiam esse domum spiritualem, intelligit hoc secundo modo: vult enim, Ecclesiam non esse domum ex lignis & lapidibus, sed ex hominibus Deo consecratis aedificatam.

AD sextum posset dici, in Symbolo non poni tantum, Credo Ecclesiam, sed, Credo sanctam Ecclesiam. Porro sanctitatem Ecclesiae sine dubio inuisibilem esse. Sed melius dico, in Ecclesia aliquid videri, & aliquid credi. Videmus enim eum cœtum hominum, qui est Ecclesia, sed quòd ille cœtus sit ipsa vera Christi Ecclesia non videmus, sed credimus. Vera enim Ecclesia est, quae profitemur Christi fidem. Quis autem euidenter scit, nostram fidem esse Christi: id quidem firma ac certissima fide credimus: sed aliud est credere, aliud videre: immò ipsum credere, definitur ab Apostolo, argumentum non apparentium.

QVOD vt melius intelligatur, notandum est omnem sententiam de fide nasci, vel ex duabus propositionibus de fide, & tunc totam conclusionem ineudentem esse: vel ex vna de fide, altera euidentis, & tunc conclusionem partim esse euidentem, partim ineudentem. Talis est ista conclusio, Isti homines, qui nunc profitentur fidem sub Romano Pontifice, sunt Ecclesia Christi: nam oritur ex hoc syllogismo, Ecclesia Christi est cœtus hominum profitentium Christi fidem, sub regimine legitimorum Pastorum. Sed isti qui subsunt hodie Romano Pontifici, sunt talis cœtus: igitur sunt Ecclesia Christi. In quo syllogismo maior est de fide, & proinde ineuidens. Minor est euidens: nam nihil ponimus in minore, quod non oculis, aut auribus percipiatur. Rectè ergo inde inferitur conclusio partim euidens, & partim ineuidens.

DENIQUE, res illa, seu (vt logicè loquamur) incomplectum illud, de quo praedicatur Ecclesiae ratio ac definitio, visibile quiddam est: at complexum, seu connexio praedicati cum subiecto, sola fide tenetur.

NON defunt exempla, quibus hoc illustretur. Siquidem hominè illum, qui est Christus Dei Filius, Apostoli videbant, sed credebant. Vnde Ioan. 20. dicitur de Thoma: Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Et in Symbolo dicitur: Credo vnum Baptisma, licet videamus, & sentiamus Baptisma, id est, aquae asperisionem, & verborum prolationem. Non enim videmus, sed credimus illam aquae asperisionem, & verborum prolationem esse Baptisma Christi, id est, Sacramentum quoddam.

CAPVT XVI.

Soluuntur argumenta, quibus aduersarij probant Ecclesiam posse deficere.

IAM quòd Ecclesia possit deficere, & aliquando deficere, probant his argumentis. Primò, initio mundi in solis Adamo & Eva Ecclesia tota consistebat saltem in virtute: at vterque fidem amisit, & à Deo apostatauit, vt patet tum ex Gen. 3. tñ ex Patribus, Ambr. lib. de Paradiso, c. 6. Aug. Enchirid. c. 45. & Prospero lib. de gratia Dei, contra collatorem, ante medium.

SECVNDÒ, tempore Moysi tota Ecclesia à Deo apo-

statanuit. Nam Aaron summus Pontifex proposuit vitulum adorandum, & torus populus clamauit: Hi sunt Dij tui Israel. Exod. 32.

TERTIÒ, tempore Eliae tota Ecclesia visibilis defecerat. Nā 3. Reg. 19. Elias dicit: Relictus sum ego solus. Et Dominus ad eum, Reliqui mihi septem millia virorum in Israel, qui non curuauerunt genua ante Baal: hos autem occultos fuisse non dubiū est, cum eos ne Elias quidè cognosceret.

QUARTÒ, ex Isai. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui: Israel autem me non cognouit. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Et Hier. 2. Confusi sunt domus Israel ipsi, & Reges eorum, & Principes eorum, & Sacerdotes, & Prophetae, dicentes ligno: Pater meus es tu, quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquisti me, dicit Dominus. Et 2. Par. 15. Transibunt dies multi in Israel sine Deo vero, sine Sacerdotibus, & sine Lege.

QVINTÒ, praedictū est, Ecclesiam istam visibile cessaturā. Dan. 9. Deficiet hostia, & sacrificiū. Luc. 18. Filius hominis cū venerit, putas inueniet fidem in terra? Secūda ad Thes. 2. Nisi venerit discessio prima, & reuelat⁹ fuerit homo peccati.

ITAEQUE nobis Caluinus dictum esse existimat id, quod legimus Hier. 7. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, Templum Domini. Vt enim antiqui illi Iudaei non credebant Prophetis praedicientibus desolationem, quia videbant se habere templum Domini, & externas caeremonias: ita nos gloriamur, quòd habeamus antiqua templa, Episcoporum successiones, Apostolicam sedem, & interim non attendimus ad Scripturas, quae nobis desolationem aperte praediciunt.

SEXTO, Concilium Basileense generale deposuit Eugenium tanquam haereticum, & omnes ei adherentes, & elegit Felicè: deinde tamen Concilio concluso & soluto, iterum Eugenius in sedem irrepit sine vlla canonica electione, & ab eo nati sunt quotquot postea fuerunt Papae, Cardinales, & Episcopi: ergo saltè ab eo tempore Ecclesia Romano Pontifici adhaerens, non fuit vera Ecclesia: & cum nulla fuerit alia visibilis, sequitur, visibilem Ecclesiam periisse.

HOC argumentum Caluinus in praefatione insit, ponit in vltimo loco tanquam fortissimum, & addit hac verba: Et deprehensi haereant necesse est, aut igitur aliter Ecclesiam definiant, aut omnes à nobis schismatici habebuntur.

SEPTIMO, proferunt Patrum testimonia: ac primum Hilarius lib. contra Auxenium, circa finem: Malè, inquit, vos parietum amor cepit, malè Ecclesiam Dei in rebus, aedificijsque veneramini, malè sub his, pacis nomen ingeritis: montes mihi, & lacus, & carceres, & voragines sunt tutiores. Vbi dicit, ad eum tempore fuisse obscuratam veram Ecclesiam, vt solum in latebris & cauearnis inueniretur.

DEINDE Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos de eodem tempore loquens: Ingenuit, inquit, totus orbis, & se Arianum esse miratus est. Item Basilus ep. 69. & 70. & Bernardus serm. 33. in Cantica, ita deplorant vitia Praelatorum omnium sui temporis, vt fatis ostendant, eo tempore omnes declinasse in viam suam, & nullam fuisse visibilem Ecclesiam. Denique, Chrysostomus homil. 49. in Matthæum, docet, interdum nullum esse visibile signum, quo vera Ecclesia cognoscat, & ideo tunc solum ad Scripturas esse recurendum.

RESPONDEO ad primum, si primos parentes peccasse, est Ecclesiam defecisse, tunc non solum visibilem, sed etiam inuisibilem Ecclesiam defecisse, quòd est contra aduersarios. Dico secundò, tunc non fuisse Ecclesiam: nec enim duo homines sunt Ecclesia, sed tantum fuisse initium Ecclesiae, & initium tam materiale, quam formale. Nam Adam fuit principium Ecclesiae materiale, quia primus omnium fuit de Ecclesia: fuit etiam formale principium, quia fuit caput siue Doctor & Rector populi

Dei, dum vixit. Porro caput Ecclesie non potest quidem errare, dicendo falsam doctrinam, tamen potest errare male viuendo, & male etiam sentiendo, vt priuatus homo: atque hoc tantum videmus accidisse Adamo: male enim aliquando vixit, & forte etiam male de Deo sensit, tamen non male docuit.

A d secundum, de peccato Aaronis & populi in cultu vituli aurei, dico, eo tempore neque caput, neque corpus Ecclesie defecisse: nam caput erat solus Moses, que certum est non errasse. Aaron siquidem nondum erat Pontifex: nam postea factus est, vt patet Exodi 40. Non etiam corpus defecit: nam omnes Leuitae immunes fuerunt ab eo peccato, vt patet ex eodem 32. cap. vbi Moses dicit: *Si quis est Domini iungatur mihi, congregatique sunt ad eum omnes filij Leui.*

A d tertium, de tempore Elie, negatur consequentia & antecedens huius argumenti. Consequentia quidem, quia non est eadem ratio populi Iudaeorum & populi Christianorum; nam populus Iudaeorum non erat Ecclesia vniuersalis, vt est populus Christianorum, sed particularis & propterea etiam extra illum populum inueniebantur fideles & iusti, vt Melchisedech, Iob, & postea Cornelius, Centurio, & Eunuchus Candacis Reginae, & alij nonnulli. Itaque etiam si vniuersa Synagoga Iudaeorum defecisset, non continuo omnis Ecclesia Dei in terris defecisset. Sed antecedens etiam negatur. Non enim ostendi potest, vnquam Synagogam Iudaeorum defecisse omnino vsque ad Christi aduentum, quo tempore etiam non tam defecit, quam mutata est in melius.

A d illud ergo de Elia dico, Eliam non loqui de omni populo Iudaeorum, sed solum de illa parte, qua subiecta erat Regi Samariae. Constat enim ex eodem lib. 3. Regu, tempore Eliae regnasse in Hierusalem Asia, & post eum Iosaphat, optimos Reges, & sub ipsis fuisse in Hierusalem populum & Sacerdotes, manifestissime in vera religione persistentes. Vnde Dominus cum ait, *Reliqui mihi septem millia virorum*, addidit, *In Israel.* Israel enim tunc dicebatur ij, qui erant sub Rege Samariae, sicut ij, qui erant sub rege Hierusalem, dicebantur Iuda.

E x quo apparet euidenter, deceptum esse Philippum Melanchthonem, qui in locis communibus, cap. de Ecclesia, dicit, tempore Eliae Ecclesiam fuisse in solo Elia & Helisaeo, & paucis Sacerdotibus. Quem etiam in errore sequutus est Caluinus praefatione institutionum, qui hoc argumento de Elia praecipue nititur.

A d quartum, respondet Aug. lib. de vnit. Eccles. cap. 18. & lib. contra Donatistas, post collationem, cap. 20. vbi docet, Prophetas & Apostolos interdum reprehendere vniuersum populum, quasi nemo ibi sit bonus, cum tamen permulti sint boni, & de contrario interdum consolari omnes quasi omnes sint boni, cum constet ibi multos esse malos. Ezech. 3. dicitur: *Omnis domus Israel attrita fronte est, & duro corde.* Et tamen cap. 9. dicitur: *Signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctas abominationes, quae sunt in medio eius.* Ad Gal. 3. *O insensati Galatae, quis vos fascinavit non obedire veritati?* Et tamen cap. 6. ait: *Fratres, etsi praecipuus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.*

A d illud ex Paralipomenon respondeo, imprimis solum intelligi de regno Israel, non de regno Iuda. Deinde fortasse loqui scripturam de tempore, quod erat futurum post Messiae aduentum: nunc enim transeunt dies multi in Israel sine Deo, sine Sacerdote, sine lege.

A d quintum dico, nos non gloriari in templis, & successione Episcoporum, & Apostolica sede secundum se, sed propter Christi promissionem, qui ait: *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Et porta inferi non praeualebunt, &c. Qualem promissionem Iudaei nunquam habuerunt.*

N E Q V E verum est, alicubi in scripturis praedictam

A esse Ecclesiae ruinam, sed potius contrarium vbiq; Quare ad illud Danielis, etsi Hilarius cap. 25. in Mattheum, & Hippolytus atque Apollinaris apud Hieronymum in cap. 9. Danielis, intelligunt eam Prophetiam de tempore Antichristi, tamen sine dubio decepti sunt. Loquitur enim Daniel apertissime de euerfione Hierusalem, & cessatione sacrificij Iudaeorum. Sic enim exponit Chrysostomus, & Theophylactus, & Hieronymus in cap. 24. Matthaei, August. epist. octogesima ad Hefychium, necnon Eusebius lib. 8. Euangelicae demonstrationis, cap. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, Tertullianus lib. contra Iudaeos, cap. 5. & communis opinio Hebraeorum, ac Iulius Africanus apud Hieronymum, in caput 9. Danielis.

E t hanc solutionem coguntur admittere haeretici: nam ipsi dicunt, nunc esse tempora Antichristi, & fuisse iam a multis seculis, & tamen non cessant hostia & sacrificium. ergo debent intelligere hunc locum Danielis non de tempore Antichristi, sed de euerfione Hierosolymae, quod sane ex Euangelio euidenter colligitur. Quod enim Matth. cap. 24. ait: *Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat, tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes. Idem sic exposuit Lucas c. 21. Cum videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius, tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes.*

A d illud Luc. 18. *Putas inueniet fide in terris* dico, Dominum non loqui de fide simpliciter, sed de eximia quadam fide, quae in paucis reperitur, & in paucissimis reperitur in vltimis diebus. Ita exponit Hieronymus in Dialogo, contra Luciferianos, & Augustinus lib. de vnitae Ecclesiae, cap. 13. vel dicamus cum Theophylacto, loqui Dominum de fide absolute, & velle dicere paucos futuros fideles tempore Antichristi, non tamen nullos, nec tam paucos, vt non faciant Ecclesiam.

A d illud Pauli dico, discessionis nomine, vel intelligi ipsum Antichristum, vt Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, & Aug. lib. 20. de ciuitate Dei, c. 19. exponunt, quem volunt appellatum discessionem per metonymiam, quia erit causa, vt multi discedat a Christo: vel defectionem a Romano imperio, vt Ambrosius, Sedulius, & Primasius exponunt, quae est valde probabilis sententia: vel demum discessionem ab Ecclesia non generalem, sed particularem, id est, non omnium, sed multorum: vel omnium quidem, sed occultorum haereticorum: vt enim pulchre exponebant quidam veteres apud Aug. lib. 20. de ciuit. Dei, c. 19. sicut modò multi, qui aliquando fuerunt in Ecclesia herto animo, tandem aperte discedunt per manifestam haerese professionem, ita veniente Antichristo, omnes prorsus, qui tunc inueniuntur in Ecclesia occulti haeretici, ab Ecclesia discedent, & Antichristo se adiungent.

A d sextum dico, Basileense Concilium initio quidem fuisse legitimum: nam & legatus aderat Romani Pontificis, & Episcopi plurimi: at quo tempore Eugenium deposuit, & Felicem elegit, non fuit Concilium Ecclesiae, sed Conciliabulum schismaticum, seditiosum, & nullius prorsus auctoritatis. Sic enim appellatur in Concilio Lateranensi vltimo, sess. 11. & proinde Eugenius semper fuit verus Pontifex: & mendacium est apertissimum Caluini, quod dicit, hoc Concilium vsque ad finem perdurasse in eadem auctoritate & dignitate.

N A m imprimis, quo tempore Concilium in Pontificem sententiam pronuntiare ausum est, non erat in Concilio Legatus Pontificis, & Episcopi praecipui omnes discesserant, sed Cardinalis quidam Arelatenfis assumpserat sibi munus praesidendi: & quia Episcopi paucissimi erant, introduxerunt in Synodum ingentem multitudinem Presbyterorum, ita vt contra omnem

formam

formam antiquorum Conciliorum, non Episcoporum, sed Presbyterorum Synodus esset.

D E I N D E eodem tempore agebatur Florentiae Concilium alterum, in quo praesidebat summus Pontifex, & cum eo sedebant Episcopi Latini & Graeci sine comparatione plures, quam essent Basileenses, & vna cum Episcopis aderat Imperator Graecorum, & Legatus Imperatoris Latinorum, vt nullo modo dubitari posset, vtrum ex duobus esset verum Concilium Ecclesiae generale.

T E R T I O, Deus quoque sententiam suam dicere volens, tam horribili peste Basileam tunc affligebat, vt maior pars eorum Patrum, qui ibi erant, vel extincti, vel secedere coacti fuerint. Quae omnia refert Aeneas Syluius in historia Concilij Basileensis, cui ipse interfuit, & quam ediderunt nuper haeretici Basileenses, tanquam sibi fauenter, propter damnatum Eugenium, cum reuera illis plurimum noceat. Adde, quod Concilium Basileense Lausannae continuatum, subiecit se Nicolao, vt patet ex epist. Nicolai quinti.

N V N C ad loca Patrum. Ad Hilarium dico primo, id quod respondit olim August. epist. 48. Donatistis idem testimonium obicituribus, Ecclesiam quidem interdum obscurari multitudine scandalorum, sed ita tamen, vt etiam tunc in suis firmissimis emineat: sicut reuera eo tempore, de quo loquitur Hilarius eminebat Ecclesia in Iulio, Athanasio, Hilario, Eusebio Vercellensi, ac deinde in Damasio, Ambrosio, Basilio, Gregorio Nazianzeno, aliisque non paucis firmissimis atque constantissimis Ecclesiae columnis.

D I C O secundò, Hilarium loqui eo loco tantum de Ecclesia Mediolanensi, in qua multi simplices venerantur Auentium, vt Catholicum, cum tamen esset Arianus: nam mira calliditate agebat Auentius, vt ab Arianis agnosceretur Arianus, & tamen a multis simplicibus crederetur Catholicus. Vult igitur Hilarius, non esse credendum Auentio, etiam si Episcopus videretur, & in templo concionaretur, & melius esse, in carceribus & speluncis manere cum recta fide, quam in templo Dei cum haereticis.

H O c autem, quod dicitur de vna ciuitate, vna Basilica, & vno Episcopo, non potest trahi ad Ecclesiam vniuersam. Potest enim fieri, vt vnus Episcopus in vna vrbe, & vno templo doceat haerese, non tamen vt omnes Episcopi in omnibus vrbebibus & templis mundi totius, idem faciant.

A d locum Hieronymi respondeo, in verbis Hieronymi duas esse figuras: vnam intellectionis, cum ait: *Ingeniuit orbis*: vocat enim orbem magnam partem orbis, non totum orbem: alteram abusionis, cum ait, *Arianum se esse miratus est*, vocat enim Arianos improprie eos, qui per ignorantiam subscripserant haerese. Loquitur enim de illa multitudine Episcoporum, qui ex toto orbe conuenientes Arimini, ab Arianis decepti, decreuerunt, tollendum esse nomen *episcoporum*, quod quid significaret, non intelligebat: qui sine dubio non fuerunt haeretici, nec errantes, nisi materialiter: quemadmodum si quis nostrum blasphemam sententiam proferret lingua extranea, putans esse piam aliquam preationem, non proprie blasphemus dici posset. Quocirca iidem Episcopi, vt admoniti sunt, & fallaciam agnouerunt, continuo errorem etiam correxerunt, & cum lacrymis poenitentiam egerunt blasphemiam, licet sola lingua prolata: & tum videlicet ingeniuit orbis, & se Arianum esse miratus est.

A d Basilium dico, eum non deplorare in illis epistolis vitia Catholicorum, sed miseriam Ecclesie, propter infestationem haereticorum: quae enim dicuntur eo loco aduersus Episcopos, non dicitur aduersus Episcopos Catholicos, vt Breuius putauit, sed aduersus Episcopos Arianos.

E t sane credibile est, Brentium non ex ignorantia, sed ex malitia peccasse. Nam ibidem, vt apud Episcopos Ca-

A tholicos, doceat non esse veram Ecclesiam, refert ex lib. 11. Rufini hist. Eccl. cap. 6. Mosem Eremitam sanctum noluisse vilo modo ordinari ab Episcopo Alexandrino, qui erat post Romanum Pontificem primarius Patriarcha.

A t in eodem lib. & cap. Rufinus dicit, illum Episcopum Alexandrinum fuisse Arianum, & fauissimum persecutorem Catholicorum, & propterea Mosem noluisse ab eo, sed ab aliquo Catholico ordinari: ita vt nulla ratione fraus & impudentia Brentij tegi, vel excusari queat.

A d Bernardum dico, eum reprehendere vitia morum, non vitia doctrinae, & non propterea credidisse, Episcopos illos malos non fuisse verè Episcopos. Ipse enim sermone 66. in Cateca, refellit ex instituto Apostolicos haereticos, qui dicebant, Episcopos malos non esse Episcopos.

A d Chrysostomum iam responsum est supra, verba illa desumpta esse ex opere imperfecto, quod vel habet auctorem haereticum Arianum, vel fuit ab haereticis deprauiatum. Vide homil. 48. vbi aperte vocat haereticos homouianos.

C A P V T X V I I.

Soluuntur argumenta, quibus aduersarij probant, pastores Ecclesie omnes simul errare posse.

V O D Ecclesia, vel saltem omnes pastores Ecclesie simul errare possint, probant. Primo, quia tempore Michae Prophetae omnes, qui erant cccc. excepto Michae errauerunt, vt patet lib. 3. Reg. 22. & proinde Ecclesia, quae illos sequebatur, vt debebat, decepta fuit. Secundo, Isa. 56. *Speculatores eius caeci omnes, nescierunt vniuersi, &c.* Tercio, in passione Domini summus Sacerdos, cum omnibus sacerdotibus & senioribus populi condemnauerunt Christum esse reum mortis. Marc. 14. & totus etiam populus a sacerdotibus seductus, clamauit ad Pilatum, *Crucifige eum*, Marc. 15. Eodem tempore Apostoli omnes fidem amiserunt, nam Dominus Marc. vlt. *Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, &c.* Et Matth. 26. ait, *omnes vos scandalum patiemini in me.*

A D D E, quod non defunt etiam Catholici, qui dicant in passione Domini non mansisse veram fidem, nisi in sanctissima Virgine Maria: idque significari credunt vna illa candela, quae sola accensa conseruatur, in triduo ante Pascha in officio nocturno. Ita Alexander Aletis 3. parte q. vlt. arti. 2. & Ioannes de Turrecremata lib. 1. de Ecclesia, cap. 30. & lib. 3. cap. 61. Sed haec satis leuia sunt, nec magno negotio resellentur.

A d primum dico, illos cccc. Prophetas manifestè fuisse Pseudopphetas, neque id ignorasse, vel ipsum Achab, qui eos cõsulebat: nam ibidem cum diceret Rex Iosaphat: *Non est hic aliquis Propheta Domini, per quem interrogemus Dominum?* Respondit Achab, *Remansit vnus, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi nisi malum.* Certò si quis nunc in media Saxonia consuleret cccc. ministros Lutheranos de fide iustificante, & postea vnum Catholicum, non esset mirum, si maior pars erraret.

E t sicut nunc non sequitur, totam Ecclesiam errare etiam si errarent cccc. ministri Lutherani, quia praeter Saxoniam, & vicina quaedam loca, sunt alia multa, vbi vera fides praedicatur: ita non sequitur omnes Doctores Iudaeorum tempore Achab errasse, etiam si errauerint cccc. Prophetas, qui in Samaria erant: nam praeter eos Prophetas erant in Iudaea multi alij Prophetas, & (quod potissimum est) erant sacerdotes in Hierusalem, quibus ex officio incumberebat respondere ad consulta de lege Domini.

A d secundum dico, verba illa Prophetarum esse figurata, & dirigi quidem ad omnes, non tamen reuera intelligi debere de omnibus, sed de multis, vt supra diximus.

A d tertium dico, Sacerdotes, & Pontifices non habuisse priuilegium non errandi in docendo populo, nisi vsque ad tempora Christi: Christo autem praesente, &

docente parum oberat illorum error. Immo hoc videtur praedictum per Hieremiam cap. 18. cum ait: *Peribit lex a sacerdote, verbum a propheta, consilium a sapiente.* Quamuis propter honorem sacerdotij Deus prouidit, vt sententia Pontificis Caiphæ in aliquo sensu, licet à Caipha non intento, esset vera & iusta. Nam Ioan. 11. dicitur, quia erat Pontifex anni illius, prophetauit, de qua re plura diximus in lib. 2. de Conciliis.

Quod ad populum attinet, qui clamauit, *Crucifige*, dico eum populum non fuisse omnes Iudeos, sed aliquos tantum, & forte minore partem: nam in ipsa vrbe Hierusalem erat Nicodemus, & Ioseph ab Arimathia, & multi alij quibus id displicebat: & extra Hierusalem in tota reliqua Iudæa, & in toto orbe terrarum erant plurimi Iudæi dispersi, qui nihil sciebant de morte Christi, & proinde in vera fide, & religione permanebant.

Ad illud de Apostolis dico, primum Apostolos tunc non fuisse Episcopos nisi designatos, vt patet, sed solum Ecclesiae materiales, quæ errare possunt: neque in eis solis Ecclesia consistebat: nam status Ecclesiae Christianæ cum obligatione ad ingrediendum in eam incepit in die Pentecostes, quado peractis omnibus mysterijs redemptionis ceperunt Apostoli in Hierusalem publicè promulgare fidem Christi, & Baptisma. Itaque etiam si Apostoli omnes tempore passionis Christi errassent circa fidem, nihil obfussit eorum error Ecclesie vniuersali.

Dico secundò, non esse probabile, quod Apostoli fidem amiserint: nam non leguntur reprehensi, nisi de fide resurrectionis, illam autem non potuerunt amittere, cum eam non habuerint, nisi postquam Dominus resurrexit: etsi enim antea Christus sæpè illis prædicauerat se resurrecturum, tamen ipsi putauerant eum loqui figuratè, & non intellexerant, neque crediderant. Siquidem Luc. 18. cum dixisset Dominus, *Occident eum, & tertia die resurget.* Subiungit Lucas, *Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.* Et Ioan. 20. legimus, Petrum & Ioannè, auditò à Magdalena sublatu esse corpus Domini de monumento, mox cucurrisse ad monumentum, & visis lintaminibus & sudario credidisse, nimirum Christi corpus fuisse ab aliquo sublatum. Nam, inquit Ioan. nondum sciebant Scripturas, quia oporteret eum à mortuis resurgere, id est, ideò crediderunt ab aliquo sublatum, quia non sciebant eum debuisse resurgere.

Præterea Luc. 22. dictum est Petro, *Rogauit pro te, vt non deficiat fides tua.* Quomodo igitur credibile erit eadè nocte fidem Petri defecisse, ita vt non saltem in corde eius remaneret: nam quod in ore non permanferit certu est.

LIBER QVARTVS DE NOTIS ECCLESIAE.

CAPVT PRIMVM.

Tractationem de notis Ecclesia vtilissimam esse.

SUPEREST controuersa de notis veræ Ecclesiae, quæ controuersia vtilissima est: omnes enim consentunt, in sola vera Ecclesia esse veram fidem, veram peccatorum remissionem, veram spem salutis æternæ, adeò vt Cyprianus de simplicitate Prælatorum dicat: *Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vniuersales noluerunt: ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestiis, animas suas ponant: non erit illa fidei corona, sed pena perfidiae: occidi talis potest, coronari non potest.*

SIMILIA docent omnes Patres, nec hæretici ea negant: nam idcirco omnis hæresis ad se solam trahit ve-

DENIQUE, Maria Magdalena summa charitate flagrabat in illo triduo, vt patet ex Ioan. 19. & 20. at sine fide non potest esse charitas: ergo non amiserat Magdalena fidem in Christum, quam antè habuerat: ergo non in sola B. Virgine fides permanferit.

Quod autem dicitur Marci vltimo, *Exprobrauit incredulitatem*, non significat eos amisisse fidem, quam habuerant, sed tardos fuisse ad credendum, quod nondum crediderant: quod quidem aliquod peccatum fuit, sed non propriè infidelitatis, illud verò Marc. 26. *Omnes vos scandalum patiemini in me: in nocte ista, significat peccatum, quod commiserunt Apostoli fugiendo, & nimis timendo, & vacillando, etiam circa fidem, ex occasione Dominicæ passionis: nec enim omnis vacillatio est infidelitas, sed solum vacillatio deliberata.*

MIROR autem Ioannem de Turrecremata, qui propter argumentum leuissimum de candela, dicit esse contra fidem vniuersalis Ecclesiae, asserere non in sola B. Virgine mansisse fidem in die passionis Domini. Nam Rupertus lib. 5. de diuin. offic. cap. 26. dicit vltimam candelam tempore suo confueuisse etiam extinguì, & addit cap. 28. illis tribus noctibus post omnia lumina extincta, iterum postea ex lapide nouum ignem accendi solitum: & quidem per omnia lumina, quæ paulatim extinguiebantur, significari prophetas, quos diuersis seculis Iudæi occiderunt, & illos occidentes sibi ipsi tenebras mentis faciebant: per vltimam verò significari Christum, quem cum occiderant, sibi ipsi tenebras densissimas pepererunt: per nouum autem lumen, quod singulis illis tribus noctibus ex lapide excutiebat, significari nouum lumen Christianorum, quod ex lapide Christo à Iudæis percusso in mentibus nostris ortum est.

Quod si neglecta consuetudine, antiquæ Ecclesiae vim faciant in eo vsu, qui nunc est, vltimam candelam non extinguendi, potest cum Abulensi responderi q. 14. prologi in Matthæum, per illam candelam significari B. Virginem, in qua sola, vt piè creditur, fuit in illo triduo fides explicita resurrectionis. Ex quo tamen non sequitur in alijs fuisse errorem, vel infidelitatem, quia non tenebantur credere explicitè resurrectionem nisi post legitimam eius promulgationem & probationem: & præsertim illi, qui aberant à Hierusalem, & nihil de Christo audierunt: & sanè videtur periculosum dicere in sola Virgine mansisse veram fidem, tum quia Ecclesia periisset: non enim vna persona potest dici Ecclesia, cum Ecclesia sit populus & regnum Dei: tum etiam quia tunc illi qui aberant à Hierusalem, & vsque ad illud tempus habuerant veram fidem, mox illam amississent sine sua culpa,

Dram Ecclesiam, & alios omnes extra Ecclesiam ponit, vt his verbis Lactantius docet lib. 4. cap. vlt. diuinarum institutionum: *Sola Catholica, inquit, Ecclesia est, quæ verum cultum retinet. Hic autem est fons veritatis, hoc est domicilium fidei, hoc templum Dei: quò si quis non intrauerit, vel à quo si quis exierit, à spe vitæ, ac salutis æternæ alienus est. Sed tamen singuli quique hæreticorum cætus se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant.* Itaque si in hac controuersia conueniremus, reliquæ omnes facillè componerentur. Duo igitur tractanda sunt. Primò refellenda sententia hæreticorum huius temporis de notis veræ Ecclesiae. Secundò, explicanda & defendenda sententia Catholicorum.

CAPVT II.

Refellitur sententia hæreticorum.

VANTVM ad primum Lutherus, in lib. de Conciliis & Ecclesia, in vltima parte libri proponit has septem notas. Primò, veram, & incorruptam prædicationem Euangelij. Secundò, legitimam administrationem Baptismi. Tertio, legitimum vsum Eucharistie. Quarto, legitimum vsum clauium. Quintò, legitimam electionem ministrorum, qui doceant, & Sacramenta ministrent. Sextò, oratione publicam, & psalmodiam, & catechismum, sed lingua, quæ intelligatur ab omnibus. Septimò, mysterium crucis, id est, tribulationes intus, & extra, ita vt intus sit mœstitia, pusillanimitas, terroris, foris, paupertas, contemptus, & vt habeantur ab hominibus hæretici, cacodæmones, catharmata.

NOTANDVM verò est, Lutherum valde cauisse, ne vllam notam reciperet earum quæ sunt in Symbolo Constantinopolitano, cum tamen omnia vetera Concilia per eas notas, maximè per Apostolicam Ecclesiam se discerni vellent ab omnibus sectis.

PORRO ceteri solent duas tantum proponere, quæ complectuntur primas quinque notas Lutheri, id est, prædicationem synceram verbi Dei, & syncerum vsum Sacramentorum: & ex his duabus quælibet facta probat apud se esse veram Ecclesiam. Ita docet Confessio Augustana art. 7. & in Apologia eiusdem: item Brentius in Confessione Vvittembergensi cap. de Ecclesia: & Ioannes Caluinus in instit. lib. 4. cap. 1. §. 9. 10. & 11. Centuriatores centur. 1. lib. 1. cap. 4. col. 173. & 174. & cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 379. 380. & 381. his duabus addunt alias duas, quæ possunt reduci ad quintam & septimam Lutheri, id est, Constantiam in confessione fidei, siue perseuerantiam: & obedientiam erga ministros verbi, quatenus verbum ipsum administrant.

HÆ notæ non sunt vllò modo sufficientes: nam imprimis non declarant, quæ sit vera Ecclesia secundum hæreticos, nisi probabiliter: non enim hinc scire possumus, qui sint electi, vel iusti, & potius discimus, vbi lateat Ecclesia, quàm quæ sit: præterea, neque hoc sufficienter declarant, id quod de singulis facillè probari potest.

A c primùm de prima, tribus rationibus. Primum enim notæ debent esse propriae, non communes. si enim velim designare tibi certum hominem, quem nunquam vidisti, vt mox atque eum videris, discernas ab alijs, non debeo dicere, Est quidam qui habet duos oculos, duas manus, &c. nam hæc sunt communia omnibus: neque etiam debeo eum designare per notas, quæ licet sint ei propriae secundum rem, tamen non sunt propriae opinionione aliorum, cum multi sibi illas vendicare soleant: sic enim nunquam ille, qui quaeritur, inueniretur.

I AM verò syncera prædicatione veritatis est nota communissima omnibus sectis, saltem opinione ipsarum: nam vel debet esse prædicatione pura ab omni errore, vel solum ab essentialibus, & fundamentalibus. Si detur primum, ex hac ipsa nota colligemus, apud nullos Lutheranos esse Ecclesiam: nam ipsi fatentur suas Ecclesias non catere nauis. Lutherus lib. de Ecclesia clarè dicit, verbum Dei esse notam, licet aliàs magis, aliàs minus purè prædicetur: & Caluinus idem fatetur lib. 4. instit. cap. 1. §. 12. Si secundum, iam erit nota communis multis sectis. Certè Lutherani, & Zvingliani non dissentiant de fundamento præcipuo fidei, vt de Trinitate, & Incarnatione: immò etiam Pelagiani veram Ecclesiam habuissent, qui in primarijs articulis, antequam Nestorianos peperissent, non dissentiebant, vnde etiam Celestinus apud Augustin. lib. 2. de peccato originali cap. 22. hac ratione conabatur ostendere se non esse extra Ecclesiam: & tamen Lutherani, & Caluinistæ nullos magis execrantur, quàm Pelagianos, & nos ideò

potissimum ponunt extra Ecclesiam, quia Pelagianos putant.

PRÆTEREA hoc secundo modo, etiam si re ipsa aliquibus non conueniat hæc nota, vt Anabaptistis, tamen omnibus conuenit opinione sua: quæ enim secta vnquam fuit, quæ non diceret se habere synceram prædicationem veritatis: certè Augustinus libro contra epistolam fundamenti, cap. 4. dicit, Catholicam quidem Ecclesiam multis notis facillè cognosci, sed hæreticos nihil habere, nisi veritatis pollicitationem, id est, quod apud se sit vera, & syncera prædicatione.

SECUNDò, notæ debent esse notiores ea re cuius sunt notæ, alioqui enim non sunt notæ, sed ignotæ. iam aduersarij non volunt solum externam prædicationem verbi esse notam Ecclesiae, sed prædicationem, & receptionem. Ibi enim dicunt esse veram Ecclesiam, vbi prædicatur, auditur, & creditur verbum. At quis nosse potest, vbi verè credatur verbum: præterea etiam de externa prædicatione, sine dubio notius est, quæ sit vera Ecclesia, quàm quæ sit vera prædicatione verbi: nam id ab Ecclesia discimus, vt Irenæus, Tertullianus, Augustinus, & omnes veteres docent.

Irenæus lib. 3. cap. 4. *Quid enim, inquit, & si de aliqua modica questione disceptatio orta fuisset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, & ab eis sumere de presenti questione, quod certum, & re liquidum est?*

TERTULLIANVS lib. de præscript. *Quid, inquit, prædicauerint Apostoli, quid illis Christus reuelauerit, & hic perferibam, non aliter probari debere, nisi per eandem Ecclesiam, quas ipsi Apostoli condiderunt: si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam quæ cum illis Ecclesie Apostolicis, & maribus, & originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, reliquam verò omnè de mendacio præiudicandam.*

ITEM ratione ostenditur: nam vera prædicatione, est prædicatione & interpretatio veræ Scripturæ diuinæ: quæ sit autem vera scriptura, & quis eius verus sensus, non possumus scire, nisi ex testimonio veræ Ecclesiae, vt Augustinus docet lib. contra epistolam fundamenti, c. 5. & libro de vtilitate credendi, cap. 14. & ipse quoque Brentius in confessione Vvittembergensi, cap. de scriptura, qui confitetur Ecclesiam habere ius testificandi de vera scriptura, & etiam interpretandi veram scripturam, & Caluinus lib. 4. cap. 1. §. 5. vult Ecclesiam esse fidelem custodem verbi Dei. & Philippus in locis, capite de Ecclesia, requirit testimonium veræ Ecclesiae ad dirimendas lites.

AT prius debet esse notus custos Theauri, quàm Theaurus: & Doctor, quàm doctrina, cum à Doctore petatur doctrina, non contra: ergo potius Ecclesia est nota veræ prædicationis, quàm vera prædicatione sit nota veræ Ecclesiae.

TERTIò, veræ notæ sunt inseparabiles à vera Ecclesia: sed Ecclesie Corinthiorum, & Galatarum, ad quas scribebat Paulus, veræ Ecclesie erant, & tamen ibi non erat aliquando syncera prædicatione verbi, vt ex Apostolo cognosci potest, qui dicit se scribere Ecclesiis Dei, quæ sunt Corinthi, vel in Galatia, 1. Cor. & Gal. 1. & tamen 1. Corinth. 15. arguuntur Corinthij, quòd docerent non esse futuram resurrectionem, & Galatæ per totam ferè epistolam reprehenduntur, quòd docerent, seruandam esse legem Moysi cum Euangelio.

S ED dices, quomodo erant istæ veræ Ecclesie, cum hæresim docerent? Respondeo, aliud esse errare, & paratum esse ad descendendum, & cum didiceris, ad obediendum: aliud nolle discere, & cum audieris veritatem, nolle acquiescere: neutrum horum esse potest in Ecclesia vniuersali: in Ecclesia autem particulari esse potest illud primum: in neutra autem illud secundum, sed solum in Synagoga Satanae, & Ecclesiis malignantium.

R VRSVM, esse potest pura doctrina ab omni errore

in falsa Ecclesia: nam schismatici puri, ut quondam Luciferiani & Donatistae initio integram habent doctrinam, & tamen sunt extra Ecclesiam: si dicant non habere integram doctrinam, quia doctrina vera docet mandandum in vera Ecclesia unitate: contra: nam tunc petetur principium, cum in ipsa nota ponatur esse in vera Ecclesia. Praeterea schismatici credunt oportere esse in vera Ecclesia, & obedire vero capiti, licet non faciant: & proinde non errant in fide, sed deficiunt in charitate.

At obiiciunt pro hac nota, Brentius, Philippus, & Caluinus, quaedam loca scripturae. Ioan. 10. *Oves meae vocem meam audiunt*: Ergo ibi est Ecclesia, ubi auditur verbum Dei. Item ad Ephes. 5. *Mundans eam lauacro in verbo vitae*. Ecclesia mundatur verbo, ergo ubicunque est verbum mundans, ibi est Ecclesia. Ita Philippus in Apologia.

At Caluinus lib. 4. cap. 1. §. 9. contentus est illo Matth. 18. *Vbi sunt duo vel tres, &c.* Brentius in confessione, cap. de Ecclesia profert illud Ioan. 10. *Illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est*. Et illud 15. cap. *Vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis*. Illa enim est Ecclesia, quae est munda coram Deo. Et illud Rom. 1. *Euangelium virtus Dei est in salutem omni credenti*.

Ad DIT Chrysostomum homil. 49. in Matth. *Qui ergo vult cognoscere, quae sit vera Ecclesia Christi, vnde cognoscat, nisi tantummodo per scripturas?* Et Augustinum epist. 166. *In scripturis didicimus Christum, in scripturis didicimus Ecclesiam, &c.* Item lib. de unitate Ecclesiae, cap. 2. *Quaestio inter nos versatur, ubi sit Ecclesia: quid ergo facturi sumus, in verbis nostris eam quaesituri, an in verbis capituli sui? puto quod potius in illius verbis eam quaerere debeamus, qui veritas est, & optime nouit corpus suum*. Et cap. 3. *Non audiamus, haec dico, haec dico, sed audiamus, haec dicit Dominus*. Et infra: *Nolo hominis documentis, sed diuinis oraculis sanctam Ecclesiam demonstrari*.

RESPONDEO. Primus locus non docet ubi sit Ecclesia, sed docet, qui sint electi, nimirum qui corde persecuterantur audiunt, & retinent verbum, ut exponit Augustinus: cum autem non possit sciri, qui corde audiant, non potest haec esse visibilis nota Ecclesiae, sed est nota vnicuique, ut saltem coniecturaliter cognoscat suam electionem.

SECUNDVS locus nihil probat: nam illa mundatio est inuisibilis, nec Paulus ibi vult docere, quae sit, vel ubi sit Ecclesia, sed quid boni Deus contulerit Ecclesiae.

TERTIVS, non demonstrat ubi sit Ecclesia, sed ubi sit Christus. Vbi enim est vera Ecclesia, ibi est Christus: praeterea si congregari in nomine Christi sit nota Ecclesia, certe non erit congregari quomodocunque in nomine Christi: sic enim omnes haereses, & schismata congregantur in nomine Christi: sed erit congregari ab illis, qui funguntur Christi auctoritate, quales sunt Episcopi legitime ordinati, & succedentes aliis & aliis usque ad Apostolos, quos Christus primò reliquit loco suo, & sic ista nota coincidit cum nostris, de quibus postea.

QUARTVS locus nihil probat. Primò, quia ibi dicuntur Dei soli Principes, quibus Deus aliquid commisit: id enim est fieri ad aliquem verbum Dei. Secundò, quia verbum Dei non facit Deos, si tantum praedicatur, sed si recipiatur, & credatur: hoc inuisibile est, ut patet.

QUINTVS locus est similis secundo: vnde idem Brentius dicit Ecclesiam esse mundam coram Deo, id est, non coram hominibus: & non aduertit ex hac nota sequi, illam fieri Deo manifestam, non nobis.

SEXTVS locus nihil probat: nam effectus Euangelij est inuisibilis.

SED instat Caluinus. Verbum Dei est ferax, & ubicunque praedicatur fructificat, ergo ubicunque praedicatur, ibi est aliqua Ecclesia.

RESPONDEO. Si quid probat haec ratio, tantum

probat, ubi praedicatur, ibi esse aliquos bonos: sed nos illos non nouimus. Sed neque hoc probat: nam verbum Dei semper fructificat, cum legitime praedicatur, id est, à praedicatoribus missis ab ordinaria potestate: alioqui videmus praedicari inter hereticos variarum sectarum, ubi non fructificat nisi lolium. Ad locum Chrysostomi iam saepe respondimus.

Ad loca Augustini respondeo, ex Scriptura probari, ubi sit Ecclesia, non tanquam ex nota Ecclesiae, sed quia Scriptura docet, quae sint notae, dum docet, qualis illa sit, ubi coeperit, quomodo creuerit.

DICES, saltem scriptura est notior, quam Ecclesia, quandoquidem inde probatur Ecclesia.

RESPONDEO, simpliciter Ecclesiam esse priorem, & notiozem, quam sit scriptura: nam Ecclesia fuit ante scripturam, & ipsi data est scriptura à Deo, & ipsa eam aliis tradidit, & explicat: tamen aliquando ex hypothesi scripturam esse notiozem, quando videlicet scriptura est recepta, & clarè loquitur, & oritur quaestio de ipsa Ecclesia: sicut interdum è contrario Ecclesia est recepta, & nota, & quaestio oritur de scriptura: & sic vnum probatur ex altero: verbi gratia, quando disputabatur de Baptismo haereticorum, quia scriptura obscurè loquitur, & Ecclesia nota erat, Augustinus probabat secundum Scripturas ratum esse baptismum haereticorum, quia Ecclesia illum habet pro rato. Contra, cum disputabatur de Ecclesia, an esset in sola Africa, quia scriptura receptè & clarè erant. Inde Augustinus probabat: idem nos facimus, cum deducemus notas Ecclesiae ex scripturis, sed non propterea scriptura simpliciter notior, quam Ecclesia.

SECUNDA nota iisdem argumentis refutatur: nam primò eam sibi omnes vendicant: nam praeter Catholicos, Caluinistae ideò separati sunt à Lutheranis caeteris, quòd vtrique putant, se solos habere verum sacramentum Eucharistiae. Anabaptistae autem separati sunt ab vtrisque, quia se solos putant habere verum usum baptismi. Praeterea Pelagiani habebant omnia sacramenta, & similiter omnes schismatici.

SECUNDO, legitimus vsus sacramentorum minùs notus est, quam sit Ecclesia. Nam ille est legitimus sacramentorum vsus, qui est conformis scripturae, ut ipsi docent. Scripturae autem pendunt ab Ecclesia, non contra, ut saepe diximus.

TERTIO, Ecclesia Corinthiorum erat vera Ecclesia, & tamen i. Corinth. ii. reprehenduntur Corinthij, quòd non sincere tractarent praecipuum sacramentum: & similiter Ecclesia Africanae, quae erant sub Cypriano, & sub illis 86. Episcopis, quorum sententias ipse refert in epistola ad Quirinum, verè Ecclesiae erant, ut B. August. lib. 6. cap. 7. de Baptismo, & B. Hieronymus contra Luciferianos, docent: & tamen non sincere tractabant sacramentum Baptismi, ut idem Hieronymus & Augustinus ibidem docent.

TERTIA nota refutanda, est oratio, & psalmodia, quae est sexta Lutherana. Refellit autem, quia si loquatur de inuocatione, quae ex corde procedit, inuisibilis nota est: si de externa tantum inuocatione & psalmodia, est nota communissima: nam hoc tempore omnes sectae, etiam Anabaptistarum, dicunt orationem Dominicam, & canunt Psalmos lingua vulgari, & idem olim faciebant Ariani, ut refert Socrates lib. 6. cap. 8. & Ambrosius de tradendis basilicis: immò hoc tempore nota verè Ecclesiae ferè dici potest, canere Psalmos lingua Latina, quia hoc relictum videtur ferè soli antiquae, & Catholicae Ecclesiae, quae non mutatur quotidie, ut sectae haereticorum.

QUARTA nota refellenda est septima Lutherana: nimirum interna mœstitia, & pusillanimitas, externa persecutiones, & vocari haeretici: ac de internis falsis-

suma

suma nota est, nam obscura sunt, si interna sunt. Item pusillanimitas, est vitium, & Paulus vbiq; hortatur ad internam legitimitatem, & dicit regnum Dei esse gaudium in Spiritu sancto. Vide Rom. 14. Coloss. 3. Philip. 4. Ephes. 5. De externis non est nota perpetua: nam Ecclesia in principio & in fine passa est magnas angustias: at in medio florentissima fuit: & omnia praedicta sunt. Vide Augustinum epist. 50.

QUINTA nota est Centuriatorum, quòd ea sit vera Ecclesia, in qua inueniantur qui perseverant in confessione fidei usque ad mortem. Quae reselletur primò, quia non magis nota est confessio verè fidei, quam vera scripturae praedicatio, & legitimus sacramentorum vsus.

SECUNDO, quia ex hac nota colligeretur, veram Ecclesiam non posse esse vllò modo apud Lutheranos. Ipsi enim dicunt, per mille secula ante Lutheri aduentum cessasse confessionem verè fidei, & Ecclesiam conseruatam in latebris, & fuisse prorsus inuisibilem: ergo Ecclesia Lutheranorum est noua, & proinde falsa.

TERTIO, quia hanc notam videmus in omnibus sectis, & in nulla minùs, quam in coetu Lutheranorum: nam in primis Ecclesia nostra habet innumerabiles martyres, qui perseverarunt constantissimè in confessione fidei: deinde Montanistae valde gloriabantur de suis martyribus, ut patet ex Eusebio lib. 5. histor. cap. 18. tum ex Terrulliano in lib. de fuga in persecutione, quem scripsit, cum Montanista esset contra Catholicos, obiiciens eis quod malè facerent fugiendo.

ITEM Messaliani apud Epiphanium heres. 80. ideò dicti sunt etiam Martyriani, quia gloriabantur valde de numero martyrum suorum. Idem de Donatistis constat. S. Augustinus epist. 68. *Puebant inquit, ut latrones, honorabantur ut martyres*. De Anabaptistis, qui erant tempore B. Bernardi, scribit ipse serm. 66. in Cantica: *Mirabantur, inquit, aliqui, quòd non modò patienter, sed etiam leti ducerentur ad mortem*.

DE Adamitis scribit Aeneas Syluius libro de histor. Boemorum, cap. 41. viros eum sceminis coniugibus suis legos atque canentes, proparare solitos ad ignem. Hoc verò tempore nostro nemo ignorat in hac obstinatione moriendi pro perfidia, primum locum tenere Anabaptistas, secundum Caluinistas, extremum ac penè nullum meros Lutheranos, qui tamen hanc notam verè Ecclesiae soli proponunt.

CAPVT III.

Proponuntur vera nota Ecclesiae.

IS igitur notis breuiter refutatis, restat ut veras notas proponamus. Est autem initio obseruandum, Ecclesiam Catholicam esse quasi solem quandam, qui radios lucis clarissimos ex omni parte diffundit, ut facillimè per eos cognosci possit. Habet enim plurimas notas, siue testimonia, ac signa, quae eam discernunt ab omni falsa religione Paganorum, Iudaeorum, haereticorum: & non quidem efficiunt euidenter verum, ipsam esse veram Dei Ecclesiam, sed tamen efficiunt id euidenter credibile: nec enim est idem euidenter verum, & euidenter credibile.

NAM euidenter verum dicitur, quod vel in se, vel in suis principiis videtur: euidenter credibile illud dicitur, quod non videtur, nec in se, nec in suis principiis, habet tamen tot, & tam graua testimonia, ut quilibet vir sapiens meritò id credere debeat: ut si iudex videat hominem à latrone occidi, vel vulnerari lethaliter, & postea mori, habet euidentiam veritatis, quod ille latro sit homicida: si autem eadem fieri non videat, sed habeat viginti testes viros grauissimos, qui dicunt se vidisse, habet euidentiam credibilitatis.

DICIMVS ergo, notas Ecclesiae, quas adferemus, non facere euidentiam veritatis simpliciter, quia alio-

qui non esset articulus fidei, hanc Ecclesiam esse veram Ecclesiam: neque vlli inuenirentur, qui id negarent, sicut nemo inuenitur, qui neget sententias, quas Mathematici demonstrant: sed tamen efficiunt euidentiam credibilitatis, iuxta illud Psal. 92. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*. Apud eos autem, qui admittunt Scripturas diuinas, & historias, ac Patrum veterum scripta, faciunt etiam euidentiam veritatis. Tamen enim articuloz fidei veritas non potest nobis esse euidentis absolutè, tamen potest esse euidentis ex hypothesi, id est, supposita veritate Scripturarum: quod enim à Scriptura euidenter deducitur, est euidenter verum, suppositis scripturis.

PROBATIO hęc notè à variis variè nominantur, & numerantur. Beatus Augustinus libro contra epistolam fundamenti, cap. 4. sex notas ponit, Beatus Hieronymus contra Luciferianos in fine, duas. Vincentius in suo commonitorio, tres.

EX recentioribus Driedo lib. 4. cap. 2. parte 2. de Eccles. dogmat. & Petrus à Soto prima parte defensionis, cap. 44. & sequentibus, alias tres. Cardinalis Hosius in explicatione Symboli, quatuor. Nicolaus Sanderus lib. 8. de visibili monarchia, cap. 50. alias sex. Michaël Medina lib. 2. de recta fide ponit decem, & lib. 7. cap. 26. addit vndecimam. Cunerus Petri in libello de notis Ecclesiae ponit (ni fallor) duodecim: nec enim, cum hæc scriberemus, libellum eius habebamus in manibus.

NOs quindecim notas proponemus, quæ, si quis velit, poterunt aliquo modo reuocari ad illas quatuor, quæ communiter à recentioribus assignantur ex Symbolo Constantinopolitano: Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam.

CAPVT IIII.

Explicatur prima nota.

PRIMA nota, est ipsum Catholicæ Ecclesiae & Christianorum nomen: nam, ut S. Augustinus docet libro contra epist. fundamenti, cap. 4. etiam si omnis haeresis velit videri, & dici Catholica Ecclesia, tamen cum interrogantur haeretici à paganis, ubi ad Catholicam conueniatur, nemo audet domum suam ostendere. & Cyrillus cateches. 18. dicit: *Si iueris in aliquam urbem, non petas, ubi sit Ecclesia, vel domus Dei: nam etiam haeretici dicunt se habere domum Dei, & Ecclesiam: sed petas, ubi sit Catholica Ecclesia: id enim nomen proprium est huius sanctæ Ecclesiae matris omnium nostrum*: quasi dicat, si hoc petas, nullus haereticus suam Ecclesiam ostendet.

PACIANVS in epistola ad Sympronianum, quæ est de nomine Catholico: *Certe, inquit, non est ab homine mutatum, quod per seculata non cecidit. Catholicum istud, nec Marcionem, nec Apellem, nec Montanum sonat, nec haeticos sumit auctores*. Et infra: *Christianus mihi nomen est, Catholicus verò cognomen: illud me nuncupat, istud ostendit*. Et ibidem pulchre dicit, nomen Catholicum conuenire capiti principali, & trunco illius arboris, vnde multi rami variis temporibus excinduntur: sectæ enim haereticae sunt rami, id est, partes quaedam ab arbore Ecclesiae praecisa: ipsa autem arbor, quæ sua radice nititur, & semper eadem manet, & est quid totum, Catholica dicitur. Similiter nulla est haeresis, quæ non accipiat nomen ab aliquo homine auctore suo, & nomen Christianum iis relinquat, à quibus discedit. Sic i. Corinth. 3. schismaticorum alij dicebant, *igo sum Pauli, alij, ego Apollo, alij, ego verò Cepha*.

IVSTINVS in Tryphone: *Et sunt, inquit, distincti cognominibus, denominati à quibusdam viris, ut quisque fuit auctor alicuius nouae doctrine: ex iis alij vocantur Marcionista, alij Valentimiani, alij Basilidiani, alij Saturniniani, alij alio vocabulo, quisque à primo inuente sui dogmatis*.

IRENAEVS lib. 1. cap. 20. *Habent, inquit, & vocabu-*

la, a principe impiissima sententia Simone, dicti Simoniani. LACTANTIUS lib. 4. cap. 30. Cum Marcioniste aut Ariani nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso humana & externa vocabula induerunt.

ATHANASIVS serm. 2. contra Arianos: Nunquam, inquit, populus ab Episcopis suis, sed a Domino, in quem creditum fuit, nomen accepit: certe a beatis Apostolis preceptoribus nostris appellationes adepti non sumus, sed a Christo Christiani sumus, & nuncupamur: illi vero qui aliunde originem suae fidei deducunt, merito auctorum suorum cognomina pra se ferunt. Quapropter cum a Christo omnes Christiani esse scimus, & dicemur, explosus est Marcion inventor haereseos; reliqui autem qui remanserunt, Christiani titulum retinuerunt: qui vero Marcionem sequuti sunt, non iam inde Christiani, sed Marcioniste appellati sunt. Ita quoque Valentinus, Basilides, Manichaeus, & ceteri sectatoribus suis nomina impertierunt.

CHRYSOSTOMVS homil. 33. in acta Apostolorum. Illi habent quosdam a quibus appellantur: prout enim haereticarum nomen, ita & secta vocatur: nobis autem nullus vir nomen dedit, sed fides ipsa.

HIERONYMVS contra Luciferianos in fine: Sicubi audietis eos, qui dicuntur Christiani, non a Domino IESU CHRISTO, sed a quoquo alio nuncupari, ut Marcionistas, Valentinos, & ceteros, non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse Synagogam. Iam ergo si nunc dicuntur alij Martionistae, vel Lutherani, alij Zvingliani, alij Caluinistae, &c. nos autem ab aliquo certo homine nemo vnquam vocavit, constat nostram solum esse veram Ecclesiam.

AT, inquit, vos vocamini passim, Papistae, Romani, vel Romanenses.

RESPONDEO, etiam olim fuisse vocatos Catholicos homouianos, sed ista ipsa nomina veritati attestantur: non enim sunt nomina alicuius noui auctoris, & haereticarum, ut sunt ipsorum nomina: sed homouianus significat eum, qui credit filium Patri consubstantialem, quod est dogma verissimum: Papista deducitur a Papa, qualis fuit etiam Petrus, & Christus ipse, ut notum est. Romanus autem, & Romanensis, etiam ante M. C. annos idem erat, quod Catholicus, ut patet ex Ambrosio in oratione de obitu Satyri.

ADDE, quod Chrysostomus homil. 33. in Acta dicit, non esse malum si Catholicus denominetur ab iis, qui Ecclesiam gubernant nomine Christi, modo non denominentur ab aliquo homine particulari, sicut haeretici faciunt: ubi videtur prauidisse nos vocandos quandoque Papistas. Adde quod non vocamur Papistae, nisi a Lutheranis in Germania, & vicinis regionibus: non sic autem vocamur in Graecia, Asia, Africa, Indiis, ut interim omittam Italiam, & Hispaniam.

CAPVT V.

Nota secunda.

ECVNDATA nota est, antiquitas: nam sine dubio vera Ecclesia antiquior est quam falsa: quemadmodum Deus ante fuit, quam esset diabolus. Quocirca Matth. 13. prius seminatam legimus fuisse bonum semen, quam zizania: & Ecclesia dicitur Catholica, quia omni tempore fuit: & similiter dicitur Apostolica, quia fundata ab Apostolis, & proinde antiquissima.

IAM quod nostra Ecclesia sit antiquior omnium paganorum conuenticulis, immo quod nostra scriptura sit antiquior ipsis Diis Gentilium, demonstrat Tertullianus in Apolog. cap. 19. & 20. & Beatus Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 17. & 38. Quod autem nostra Ecclesia, quam aduersarij Papisticam vocant, sit illa ipsa quam Christus instituit, & proinde vetustior omnibus sectis haereticorum, hac ratiocinatione concludi potest.

A IN omni insigni mutatione religionis semper ista sex demonstrari possunt. Primò, auctor eius. Secundò, dogma aliquod nouum. Tertio, tempus, quo cepit. Quarto, locus ubi cepit. Quintò, quis eam oppugnauerit. Sextò, exiguus aliquis cœtus, vnde paulatim alijs accedentibus cepit: nam illa omnia inuenimus in ipsa Christi Ecclesia, quæ tamen non fuit noua Ecclesia, sed solum mutatio quædam status Ecclesie secundum Prophetarum prædictiones. Primò enim scimus, auctorem fuisse Christum, vnde Christiani dicimur. Secundò cepisse tunc explicitè credi noua dogmata Trinitatis, & Incarnationis. Tertio cepisse ista prædicari anno xv. Imperij Tiberij Cæsaris. Quarto cepisse in Iudæa. Quintò mox oppugnatam fuisse hanc religionem a Scribis, a Phariseis, deinde a Gentilibus summa vi. Sextò scimus, initio fuisse multo pauciores Christianos, quam essent Iudæi, cum separatio facta est. Si ergo in hac mutatione status eiusdem Ecclesie illa sex ostendi possunt, multò magis eadem poterunt demonstrari in quauis perfecta mutatione. Iam vero nos illa omnia, de singulis haereticorum sectis facillimè demonstramus: nihil autem horum aduersarij vnquam de nostra Ecclesia, post Apostolica tempora demonstrare potuerunt.

B AC vt exemplis rem illustremus. Ariariorum auctorem scimus fuisse Arium quendam, Presbyterum Alexandrinum. Nestorianorum verò Nestorium, Episcopum Constantinopolitanum. Lutherianorum autem Martinum Lutherum, Presbyterum, & Monachum ordinis S. Augustini.

SECUNDO scimus, quæ dogmata inuenierint. Arius enim docuit Filium Dei esse creaturam. Nestorius in Christo esse duas personas. Lutherus iustificari homines per solam fidem specialem, id est, per hoc solum, quod se iustos putent: item negauit Eucharistiam esse sacrificium.

C TERTIO scimus tempora. Cepit enim Ariana hæresis anno Domini ccc. xxi. Nestoriana anno c. d. xxxi. Lutherianorum anno m. d. xvii.

QUARTO scimus loca. Cepit Arianismus in Aegypto. Nestoriana hæresis in Thracia. Lutherana in Saxonia.

QUINTO scimus, Arianos mox oppugnatos fuisse a Syluestro Pontifice, a Concilio Nicæno, ab Athanasio, Hilario, & alijs. Nestorianam a Pontifice Celestino, Concilio Ephesino, Cyrillo, aliisque permultis. Lutherianam a Leone X. Pontifice, a Concilio Tridentino, ab Academicis omnibus Catholicis, & Doctoribus plurimis.

Sexto scimus, initia harum hæresum valde exigua fuisse, & multò plures initio separationis sine comparatione fuisse Catholicos toto orbe terrarum diffusos, quam erant Ariani, Nestoriani, vel Lutherani, quod ne ipsi quidem negant.

D QVOD verò nihil horum de nobis ostendere possint, perspicuum est: nam primò, nunquam obiecerunt nobis auctorem nostræ sectæ, nec ab vllò particulari homine nos appellauerunt: quod certè libentissimè facerent si possent.

SECUNDO, nunquam ostenderunt primam originem vllius dogmatis nostri, immò Centuriatores in singulis centuriis, cap. 4. circa finem, annotant, qui auctores defenderint nostra dogmata, quæ nunc ipsi oppugnant: nec originem inueniunt, nisi tempore Apostolorum: nam etiam Iustinum, & Irenæum numerant inter nostros fautores, quos constat proximè insequitos Apostolorum tempora. Et cap. 5. in singulis centuriis enumerant omnes hæreses cuiuslibet seculi, & qui resisterint: nec vnquam annotarunt aliquam hæresim ex cogitatam a Romanis Pontificibus, sed potius omnes hæreses ab illis condemnatas.

N V N C quidem nobis multas hæreses obiciunt. Nam Tilmannus Heshufius scribit librum de sexcentis hæresibus Papistarum: sed illæ hæreses, exceptis mendacijs Tilmanni, sunt antiquissima dogmata, quod vel ex Centurijs facillimè probari posset: nam Illyricus nostra dogmata in omnium Patrum libris inuenit: sed in Patribus vocat nauos, in nobis hæreses: scilicet, hæc est astutia aduersariorum, vt ostendant nos esse extra Ecclesiam, nostra dogmata vocant hæreses: vt non videantur ipsi separati ab Ecclesia Patrum, eadem dogmata in illis vocant nauos.

TERTIO, nunquam designare potuerunt tempus certum nostræ defectionis ab Ecclesia. Dicunt quidem, post primos quingentos annos cepisse valde inualefcere hanc sectam, tamen quando cepit, absolute nunquam dixerunt.

QUARTO, nunquam ostenderunt, quo loco cepit: nam post primos quingentos annos floruit Gregorius, cum quo totum orbem terrarum communicasse, ex epistolis eius quas ad omnes prouincias mittit, cognosci potest. Item post Gregorij obitum celebratum est Concilium sextum generale, & ex quo manifestè colligitur, totum Orientem, & Occidentem eo tempore cum Romano Pontifice, vt membra cum suo capite, coniuncta fuisse.

QUINTO, nunquam ostenderunt, quis eam oppugnauerit, tanquam nuper ortam: & quæ Concilia contra eam celebrata fuerint.

OBICIUNT quidem Concilium Constantinopolitanum sub Copronymo, quod videtur fuisse generale, & damnauit imagines quas Romani defendebant. At non fuit hoc verum generale Concilium, cum non haberit vllum verum Patriarcham. Præterea istud Concilium non damnauit dogma tunc exortum, sed dogma antiquum, & in tota Ecclesia receptum: nam non statuit, vt non reciperetur cultus imaginum, sed vt aboleretur, & vt imagines è templo auferrentur. Vide Cedrenum, Zonaram, & Paulum Diaconum.

SEXTO, non potest vllò modo ostendi, quod vnquam nostra Ecclesia separauerit se ab aliqua maiore, ita vt qui adhærebant Romanæ sedi essent paucissimi, reliqui Christiani multò plures: nam ex epistolis B. Gregorij, quas scribit ad Episcopos Orientis, Africae, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, constat omnes ferè Christianos cum eo communicasse.

HOC argumento ab antiquitate semper vsi sunt veteres Patres contra hæreticos, ad ostendendam veram Ecclesiam.

D TERTULLIANVS libro de præscript. Qui estis vos, inquit, vnde, & quando venistis? ubi tamdiu latuistis? Optatus lib. 2. cõtra Parmenianum. Vestra, inquit, cathedræ originem ostendite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vendicare. Hilarius lib. 6. de Trinitate ante medium: Tardè mihi, inquit, hos pissimos Doctores atas nunc huius seculi protulit, serò hos habuit fides mea, quam tu erudisti, magistros, inauditis ego his omnibus in te credidi, &c.

HIERONYMVS in epist. ad Pammachium, & Oceanum: Quisquis, inquit, assertor es nouorū dogmatum, quæ so te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostolico ore laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod antè nescimus? vsque in hanc diem sine vestra ista doctrina Christianus mundus fuit. Et libro contra Luciferianos in fine. Ex hoc ipso, inquit, quod posterius instituti sunt, eos se esse indicant, quos suos Apostolos præmiciant. Denique Augustinus lib. contra epistolam fundamenti, cap. 4. antiquitatem inter notas Ecclesie ponit.

AD hoc argumentum quatuor adferunt solutiones. Primò, respondet Caluinus lib. 4. instit. cap. 2. §. 3. non posse ex antiquitate inuictum argumentum duci: nam Isaac fuit senior, quam Isaac, & tamen dictum est, eiice

A ancillam, & filium eius. At Isaac non fuit figura falsæ religionis, sed solum Testamenti veteris, quod erat bonum, & a Deo: Sed quia status hominum eius Testamenti erat seruorum, qui timore ducuntur, debuit ei succedere Testamentum nouum perfectius, ad quod pertinent liberi, qui ducuntur amore. Gal. 4. Scriptum est, quia Abraham duos filios habuit, &c. quæ sunt per allegoriam dicta: hæc enim sunt duo Testamenta, &c.

SECUNDO dicunt, non posse ostendi de nostra Ecclesia, quo tempore, quo loco, per quem auctorem præcisè cepit, &c. non quod reuera non sit noua, sed quia non facta est simul ista mutatio, sed paulatim irrepserunt errores non aduertentibus, immò etiam dormientibus pastoribus. At etiam aliæ mutationes non factæ sunt totæ simul, sed paulatim, vt patet de Luthero, qui initio non negabat nisi indulgentias, &c. & tamen scimus de singulis quando, & quomodo ortæ sint.

PRÆTEREA Matth. 13. non dicuntur zizania nata dormientibus hominibus, sed seminata dormientibus hominibus: mox autem nata apparuisse, & cognita fuisse: quomodo igitur nostræ hæreses per mille ferme annos detectæ non sunt? sanè non solum pastores, sed etiam Deus valde dormiuisset, si per tot secula nunquam excitasset aliquem, qui istis erroribus resisteret: & delectandum esset ex Euangelio illud: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

TERTIO, dicunt, quod licet non possit ostendi, quando cepit initium huius deprauationis, tamè potest ostendi, quando insignis mutatio facta est: nam initio anni DC. Papa in Antichristum apertè mutatus est, quando videlicet Romanus Pontifex obtinuit a Phoca Imperatore, vt caput Episcoporum diceretur: & quando aperuit Pantheon templum omnium Deorum: ita docent Magdeburgenses cent. 7. capit. 1. & concordant plerique aduersariorum. Nam etiam Theodorus Bibliander in tabulis suæ Chronologiæ initio anni DC. ponit apparitionem Antichristi, id est, Papæ: & Lutherus in supputatione temporum, vult S. Gregorium fuisse vltimum Papam: & passim Caluinistæ, & Lutherani vsque ad primos D. vel DC. annos extendunt Ecclesie puritatem.

AT in primis post annum D. C. LXX. diu post tempora Phocæ celebratum est Concilium sextum generale, quod aduersarij vt sacrosanctum recipiunt, vt patet tum ex alijs, tum ex Confessione Tigurinorum, & ex Centurijs Magdeburgensium: in eo autem Concilio præcipuè partes fuerunt Romani Pontificis Agathonis: nam eius sententiam per legatos & epistolas ipsius explicatam, omnes sequuti sunt, vt etiam prolixè describunt Centuriatores cent. 7. cap. 9. vel ergo Papa nondum erat Antichristus, vel tota Ecclesia, & sanctum generale Concilium Antichristum venerata & sequuta est.

PRÆTEREA falsum est, quod Phocas primus tribuerit Romano Pontifici nomen capitis Ecclesie: nam Iustinianus senior, qui ferè centum annis fuit ante Phocam, in epistola ad Ioannem II. Papam, disertis verbis vocat eum caput omnium Ecclesiarum, & hoc idem habetur in epistola eiusdem Ioannis II. responsua ad Iustinianum, ubi Papa repetit summam literarum Imperatoris, & habetur vtraque epistola in Codice lib. 1. tit. 1. leg. 4. & 5. nec id ignorabant Centuriatores: nam cent. 6. cap. 10. colum. 670. meminerunt legis quartæ Codicis, quæ ex epistola Ioannis Papæ sumpta est. Itaque contra conscientiam suam mentiuntur.

PRÆTEREA ante tempora Iustiniani Concilium Chalcedonense in epist. ad Leonem, vocat eum caput omnium Episcoporum: & ipse S. Leo I. serm. de sanctis Petro, & Paulo, sic Romam alloquitur: Persæram B. Petri sedem caput orbis efficit, latius præsidet religionem diuinam, quam dominatione terrena. Et infra: Minus est quod tibi bellius

labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit. Phocas igitur non primus hoc nomen tribuit Romano Pontifici, sed primus compescuit superbiam Episcopi Constantinopolitani, qui se Romano Pontifici equare volebat.

A D illud de Ecclesia, quæ dicitur Pantheon. Dico primò, argumentum esse contra aduersarios: nam Daniel. II. legitur Antichristum pugnaturum contra omnes Deos, & solum in occulto adoraturum Deum Maozim, & 2. Theffal. 2. dicitur eleuaturum seipsum supra omne, quod dicitur Deus. Ergo si Papa aperuit templum omnibus Diis, hoc ipso non est Antichristus. Præterea, antequam templum Pantheon consecraretur Deo in memoriam omnium Sanctorum, iam erant Romæ templa S. Petri, Pauli, Laurentij, Sebastiani, &c.

S E D obiicit Melancthon in cõfessione & Apolog. artic. 21. inuocationem Sanctorum non fuisse ante Gregorij tempora: ergo tunc cœpit. Respondeo, mendacium esse: nam plurimi Patres, & in iis Ambrosius in lib. de uidijs, meminerunt inuocationis Sanctorum: sed de Antichristo, & inuocatione Sanctorum suis locis fuscè differuiamus.

Q U A R T O, respondet Caluinus in præfat. inquit. siati Ecclesiam non esse nouam, sed antiquissimam, immò illam ipsam, quam Christus fundauit, tamen non esse uisam per multa seculà, & nunc demum apparuisse. At contra est argumentum quod facit B. Augustinus contra Donatistas libro tertio, de Baptismo, cap. 2. aut ista Ecclesia, quæ nunc apparuit, antea perierat, & nunc rursus exiit: aut non perierat, sed tantum latuerat, & nunc extulit caput.

N O N primum, quia tunc non potuissent renasci ipsi, si mater perierat. Si perit, unde ergo, inquit B. August. Donatus apparuit de qua terra germinauit? ex quo mari emerit? de quo gælo cecidit? Et præterea falsa erunt promissiones Christi Matth. 16. Porta inferi non preualebunt aduersus eam. Et Matth. ult. Ego uobiscum sum usque, &c.

N O N secundum, quia tunc uel ista Ecclesia latens profitebatur suam fidem, uel non profitebatur: si profitebatur, ergo non erat latens, sed manifesta: & si manifesta, quomodo nemo aduertebat? quomodo non capiebantur, & coëcebantur ab inquisitoribus, qui longo tempore ante Lutheri ætatem esse cœperunt in Ecclesia? quomodo nullum uestigium, nulla memoria exstat: si autem non profitebatur fidem, sed uerè & propriè latebat, (quam partem ipsi defendere coguntur) ergo illa non fuit Ecclesia: ac proinde nulla fuit in mundo uerè Ecclesia: nam ut ipsi dicunt, cõfessio fidei est nota uerè Ecclesie: & Rom. 10. Ore fit cõfessio ad salutem.

P R A T E R E A si ita est, quomodo apparente Luthero, & Caluino, nemo fuit, qui se illis adiungeret, nisi quos ipsi deceperunt? si multi Lutherani, & Caluinistæ latebant, debuisse multi prædicante Luthero, & Caluino, mox cognoscere socios suos, & ad eos currere, etiam non vocari; at non ita factum est: nam omnes ferè qui sunt Lutherani & Caluinistæ fatentur se antea fuisse ex nostris, & nihil cogitasse de noua illa doctrina. Immo Lutherus ipse fatetur, se aliquando non fuisse Lutheranum, sed Monachum Catholicum, & Missas celebrasse per quindecim annos ferè, ac deuotè. Vide librum de Missa angulari, uel Ioannem Cochlaeum in actis Lutheri anni M.D. XXXIV. Item lib. 2. Lutheri contra Zwinglium, uel Septicipitem Ioannis Cochlaei, cap. 24.

D E N I Q U E, si ita Ecclesia laruisse, ut Caluinus dicit, se queretur Ecclesiam Christi fuisse peiorem, & miseriores omni secula hæretica, & ipso etiam populo Iudeorum post euerisionem Hierosolymæ: quod certè est blasphemum, cum Deus per Prophetas passim prædicet gloriam Ecclesie, & polliceatur se cum ea semper futurum. Quod illud sequatur, patet: nam omnis hæretica secula habuit sua templa, suos Episcopos, sua sacramenta;

& similiter Iudei post euerfam Hierusalem semper habuerunt aliquas Synagogas, ubi libere exercuerunt suas cæremonias, ut patet ex Gregorio libro septimo epistola quinta, nec unquam coacti sunt generaliter adorare Deos alienos.

A T Ecclesia, quam latentem fingit Caluinus per annos ferè mille, nulla habuit tẽpla, nulla sacra, nullos Episcopos, nec habuit unum angulũ terræ, ubi libere exerceret actus religionis suæ: & quod peius est, coacta est seruire Diis alienis, adorare idola, sacrilegijs communicare, quæ est horribilior, & longior captiuitas, quam unquam fuerit Iudeorum, immò est ista Ecclesia deformior ipsis ruinis Synagoga.

CAPVT VI.

Nota tertia.

T E R T I A nota est duratio diuturna, nec unquam interrupta. Ecclesia enim dicitur Catholica, non solum quia semper fuit, sed etiam quia semper erit, iuxta illud Dan. 9. Regnum quod in æternum non dissipabitur. Et Act. 5. Si est ex hominibus Concilium hoc aut opus, dissoluatur: si uerò ex Deo est, non poteritis dissoluere.

D E Hæreticis autem S. Paulus dicit: Sed ultra non proficiet. 2. Timot. 3. & B. Cyprianus libro quarto, epist. 2. dicit, schismaticos semper inter initia feruere, incrementa uerò habere non posse, sed statim cū praua sua amulatione deficere. Et B. Augustinus Psal. 57. in illud: Ad nihilum uenient, tanquam aqua decurrens. Non uos terreat, inquit, fratres, quidam fluuij, qui dicuntur torrentes: decurrit aqua, ad tempus perstrepat, mox cessabit, diu stare non possunt. Multa hæreses iam emortuæ sunt, curreverunt in riujs suis quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt riuus, uix eorum memoria reperitur, uel quia fuerint.

I A M uerò constat Ecclesiam nostram durasse ab initio mundi hucusque: uel si de statu noui Testamenti loquamur, durasse à Christo hucusque per M.D. LXXXVII. annos, frustra eam oppugnantibus primò Iudeis, dein de paganis, uel timò hæreticis: nec solum durasse, sed etiam ex persecutionibus creuissè. Ut enim aquæ diluuij palatia Regum obruebant, atque deiiciebant, arcem uerò Noè semper magis ac magis attollebant: ita persecutiones regna temporalia facillè destruant, Christi regnum, quod est Ecclesia, non modò non destruant, sed etiam illustrent.

I T A Q U E Iustinus in Tryphone, dicit persecutionem id esse Ecclesie, quod est uinejs putatio: ut enim uinejs putatione ad ueritatem prouocantur, ita quoque Ecclesia persecutionibus crescit: & Tertullianus cap. ult. Apologerici, sanguinem martyrum eleganter semen Christianorum uocat, quod explicasse uidetur Leo serm. 1. de SS. Petro, & Paulo, cum ait, Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager segete ditior uestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.

Q U A M V I S autem hæretici huius temporis non cõcedant nostram Ecclesiam M. D. LXXXVII. annis durasse, concedunt tamen durasse sine ulla interruptione à Gregorio I. hucusque, id est, annos ferè mille: quod tempus etiam si solum esset, adhuc esset longius, quàm fuerit ætas uilius hæresis: sed tamen falsum est non diutius durasse: ipsi enim non possunt ostendere per uillam historiam, aut ueterum scripta, factam esse mutationem religionis in Ecclesia Romana tempore S. Gregorij.

D E I N D E nostram Ecclesiam esse ueram Ecclesiam probati potest etiam hoc argumento: nam ante Lutheri tempora, non erant in mundo nisi hæ religiones, Paganismus, Iudaismus, Mahumetismus, Græcismus, Nestorianismus, Hussitarum hæresis, & Romana Ecclesia: sed

certum

certum est non fuisse ueram Ecclesiam Christi apud uellam ex prædictis seclis, ut etiam Lutherani fatentur: ergo fuit apud Romanam Ecclesiam, aut certè perit de mundo omnis uera & uisibilis Ecclesia: quod non posse fieri supra docuimus. At uerò seclæ omnes hæreticæ breui defecerunt præter eas, quæ nunc exorta sunt.

R E F E R T Theodoretus in lib. de hæreticis fabulis, septuaginta sex diuersas hæreses usque ad sua tempora exortas, & lib. 3. eiusdem operis testatur omnes illas extinctas fuisse, paucissimas exceptis. Augustin. in lib. de hæresibus numerat 88. hæreses, ex quibus plurimas perisse testatur in expositione Psal. 57. Nos numeramus usque ad tempora Lutheri CC. hæreticorum diuersissimas familias: ex his autem non supersunt, nisi reliquæ quedam Nestorianorum, & Eutychanorum in Oriente: & Hussitarum in Boemia: reliquæ omnes funditus interierunt. Et mirabilis ualde est in hac re prouidentia Dei, quòd fuerint hætenus usque ad Lutheri tempora, ut minimum CC. hæresiarum, quorum multi habuerunt multos Episcopos, multas Ecclesias, multos potentissimos Patronos, & Imperatores, & Reges, & scripserunt libros innumerabiles, uel uiderentur nunquam posse deficere: & tamen ita defecerunt, ut iam non supersint nec ipsi, nec libri eorum, nec dogmata, nec nomina, aut uestigia uilla, nisi in libris Catholicorum. Itaque si Catholici non scripserunt eorum nomina in suis libris, nesciremus quidem eos fuisse unquam in hoc mundo.

Q U A M firmis radicibus nixa uidebatur hæresis Ariana temporibus Athanasij & Hilarij: At nunc ubi, quæso, est enauit uel puluis, quem proicit uentus à facie terræ. Ante annos ducentos regnabat in Gallia hæresis Albigenis, quæ præter vires doctrinæ, magis abundabat copijs militum, & potentia, quàm nunc hæresis Caluinistarum, ut cognosci potest ex lib. 6. Pauli Aemilij de rebus Gallorum: & tamen ubi nunc sunt Albigenes? quotusquisque est, qui eos uel nominare audierit?

P O R R O Lutherani uix nati aerecere cœperunt: cœpit regnum Lutheri anno M.D. XVII. sed uix septem annis pacificè regnauit: nam anno M.D. XXV. furexit Zwinglius, & post duos alios annos surrexerunt Anabaptistæ, qui maiorem partem Lutheranorum à Luthero separatum, ad se traxerunt. Qui uerò manserunt Lutherani, ita immutarunt Lutheri doctrinam, ut uix uili iam inueniantur puri Lutherani, de quo grauiter conqueritur Illyricus in præfationibus omnium Centuriarum.

S E D nec Zwinglius diu regnauit: nam anno M.D. XXXVIII. surrexit Caluinus, qui ita breui inualuit, ut uix pauca quedam oppida Helueticorum Zwinglianis reliquerit. Ipsi quoque Caluinistæ per Libertinos in Gallia, per Puritanos in Anglia, per Trinitarios in Polonia, & Samofatenos in Transyluania, quotidie magis ad paucitatem rediguntur.

P O R R O Caluinus, ut erat sagax, regnum suum non fore diuturnum prauidit, & prædixit in præfatione Catechismi Geneuenis, quem ad ministros suos in Frisia Orientali misit: De posteritate, inquit, ego sic sum anxius, ut tamen uix cogitare audeam, nisi enim mirabiliter Deus è celo succurrerit, uidere mihi uideor extremam barbariè impendere orbem: atque utinam non, uel post sentiant filij nostri fuisse hoc uerum potius uaticinium, quàm coniecturam. Quæ Caluini anxietas satis apertè declarat seclam ipsius rem esse planè humanam, non spiritum Dei, sed industria quadam, atque artificio humano excogitatum, ac denique longissimè abesse à spiritu eius, qui dixit: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non preualebunt aduersus eam.

C E N T U R I A T O R E S quoque in præfatione secundæ Centuriæ idem uaticinantur de suo Lutherismo: Maxime, inquit, in doctrina variationes, & inclinationes impendere uidentur, & sic merentur hominum peccata, quæ sunt

in dies atrociora: ac tempora quidem Germanici Prophetæ Martini Lutheri, cuius uoce & ministerio lux Euangelij quasi è tenebris Aegyptiacis reuocata est, propemodum Apostolorum ætati respondent: nunc uerò ipso sublato, quasi alteram Euangelij ætatem ingressi sumus, ubi plures phanatismi incipiunt pullulare, & paulatim regnare. Et præfatione Centuriæ quintæ, postquam ostenderunt præcipuos articulos de libero arbitrio, de fide iustificatè, de bonis operibus, nò defendi amplius à Lutheranis plurimis Luthericè, sed Papisticè, subiungunt: Perit iam, idque repletè, ueritas patefacta: Philosophia, Papiasmus, & alia seclæ, longè latèque in templo Dei primam cathedram occupant.

C O N C L U D I M U S ergo cum S. Hieronymo in extremo Dialogo aduersus Luciferianos: Brucem, inquit, aperiamque animi mei sententiã proferã, in illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata, usque ad diem hæc durat. Et cum S. Augustino lib. de utilitate credendi, c. 17.

Dubitabimus, inquit, nos illius Ecclesie condere gremio, quæ ab Apostolica sede per successiones Episcoporum frustra hæreticis circumlatramibus culmen auctoritatis obtinuit.

CAPVT VII.

Nota quarta.

Q U A R T A nota est amplitudo, siue multitudo, & uarietas credetium. Ecclesia enim uerè Catholica non solum debet amplecti omnia tempora, sed etiam omnia loca, omnes nationes, omnia hominum genera. Sic enim explicat, quid sit esse Catholicum, Vincetius Lyrinensis in suo commonitorio, ubi dicit eos propriè esse Catholicos, qui tenent id, quod semper, quod ubique, quod ab omnibus creditum est. Et sic prædictum erat Psal. 2. Dabo tibi gētes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terre. Et Psal. 71. Dominabitur à mari usque ad mare, &c. Et Dominus ipse Lucæ ult. & Act. 1. dicit prædicandum Euangelium in omnes gentes initio factò à Hierusalem.

S V N T autem aliqua obseruanda, antequam ex hac nota argumentum depromamus. Primum est ex Augustino lib. de ueritate Ecclesie, c. 6. & Beda in c. 6. Câr. ut Ecclesia sit Catholica in primis requiri, ut nò excludat uilla tẽpora, loca, uel hominũ genera: in quo distinguitur à Synagoga, quæ erat Ecclesia particularis, non Catholica, quia erat alligata uni tempori, id est, usque ad aduentum Messie: item uni loco, id est, tẽplo Salomonis, extra quod non poterant sacrificare: & uni familiæ, id est, filiis Iacob.

S E C U N D O, nota ex August. epist. 80. ad Helychium, ut sit Ecclesia Catholica, non requiri, ut sit in omnibus hominibus totius mundi, sed tantum, ut innotescat omnibus prouincijs, & in omnibus fructificet, ita ut in omnibus prouincijs aliqui sint de Ecclesia: donec enim hoc fiat, non ueniet dies Domini, ut patet ex Matth. 24.

T E R T I O ex Driedone lib. 4. c. 2. par. 2. de Eccle. dogmat. nota, non requiri, ut hoc fiat simul, ita ut uino tempore in omnibus prouincijs necessariò esse oporteat aliquos fideles: satis enim est, si fiat successiue. Ex quo id sequitur, quòd si sola uia prouincia retineret ueram fidem, adhuc uerè & propriè diceretur Ecclesia Catholica, dummodò clarè ostenderetur, eam esse ueram & eandem cum illa, quæ fuit aliquo tempore, uel diuersis in toto mundo: quemadmodum nunc quilibet Diocesis dicitur Catholica, quia est continuata cum alijs, quæ faciunt ueram Ecclesiam Catholicam.

A T, inquit, hoc est incidere in errorem Petiliani & Donatistarum, qui dicebant, Ecclesiam quidem fuisse in toto orbe, sed postea petiisse ex omnibus prouincijs, & in sola Africa remanisse, quos Augustinus reprehendit Psal. 101. concione secunda.

R E S P O N D E O, Donatistas errasse in duobus. Primum, quòd uellent, Ecclesiam tantum fuisse in Africa, eo tempore, quo manifestè in toto mundo adhuc fructificabat. Secundò, quòd suam Ecclesiam Africanam non

poterant

poterant continuare cum illa, quæ in toto orbe fuerat: nam in illa semper fuerunt boni & mali, vt Augustinus probat: ipsi autem non volebant nisi bonos.

VLTIMO nota, quod est Ecclesia nõ necessariò debuit simul esse in omnibus locis, tamen hoc tempore debet necessariò vel esse, vel fuisse in maiori parte orbis terræ. Nam Ecclesia omnium consensu etiam hæreticorum, iam senescit: ergo in sua adolescentia, & iuuentute non creuisset, quomodo nunc in senectute cresceret? Oportet igitur, vt iam creuerit, atque occupauerit, si non totum orbem terrarum, at certe magnam partem.

IAM verò notam Ecclesiam maximam partem orbis occupasse, & esse verè Catholicam, ita probatur. Nã tempore Apostolorum in toto mundo fructificare cœpit, vt Paulus dicit Coloss. 1. Item tempore Irenæi erat sparsa per totum orbem, id est, per omnes prouincias tunc cognitæ. Id quod ipse refert lib. 1. c. 3. Idem postea refert de suo tempore Tertullianus lib. contra Iudæos, cap. 3. Idem postea Cyprianus lib. de vnitæ Ecclesiæ. Idem postea Athanasius lib. de humanitate Verbi. Idem postea Chrysostomus & Hieronymus in c. Matth. 24. & Augustinus in epist. 78. & 80. ad Hefychium, nec non Theodoretus in lib. de legibus, & Leo Magnus serm. 1. de sanctis Petro & Paulo, ac S. Prosper, qui in lib. de ingratia, ita cecinit:

*Sedes Roma Petri, quæ pastoralis bonæ
Fæstia caput mundo, quidquid non possidet armis,
Religione tenet.*

SED hæc fortasse non negabunt aduersarij: at nos idem ostendemus de posterioribus temporibus. Tempore B. Gregorij Ecclesiam nostram fuisse in toto orbe terrarum planum est, vt supra etiam adnotauimus ex epist. ipsius Gregorij ad Episcopos Orientis, Africæ, Hispaniæ, Galliarum, Angliæ, Siciliæ. Item ex Beda in c. 6. Cantuarum, nec non ex Bernardo, qui disputans coram Rege Siciliae Rogerio, assererat, Romano Pontifici suo tempore paruisse Orientem & Occidentem totum: item Fraciam, Germaniam, Angliam, Iberos, & plurimas barbaras nationes. Vide in vita S. Bernardi lib. 2. cap. 7.

DE NIQUO, nostro tempore Ecclesia Romana præter Italiam, & Hispaniam totam, præter Galliam, Germaniam, Angliam, Poloniam, Boëmiam, Hungariam, Græciam, Syriam, Æthiopiã, Ægyptum, in quibus multi inueniuntur Catholici: in ipso nouo orbe habet Ecclesias sine admixtione hæreticorum, in omnibus quatuor partibus mundi: ad Orientem, in Indiis: ad Occidentem, in America ad Septentrionem, in Iaponia: ad Meridie, in Brasilia, & exteriori parte Africa. At sectæ hæreticæ nunquam totum orbem, aut certe dimidiam eius partem occuparunt.

SECTA Mahumeti, cum hæresibus Nestorij & Eutycheis, quæ adhuc viget in Oriente, nunquam ad Occidentem transferunt. Hæreses autem Lutheranorum nunquam transierunt mare: nec Asiam, aut Africam, Ægyptum, aut Græciam viderunt. Ex quo intelligimus, illustrè esse mendacium, quod habetur in principio præfationis Concordiæ Lutheranorum, anno M.D. LXXX. editæ: dicunt enim, Confessionem Augustanam in toto orbe terrarum percubuisse, & in ore & sermone omnium esse cœpisse. At ex tribus partibus orbis terræ, duæ maiores, Asia & Africa, nec nomē huius Confessionis audierunt in Europa multæ prouinciæ, vt tota Græcia, Italia, Hispania, vel nesciunt quid sit Confessio Augustana, vel execrantur: Gallia, Heluetia, & Britannia, non recipiunt, nisi nomine tenus: immò rara est ciuitas, quæ ab vna aliqua secta hæretica tota possideatur: & quamuis videantur hæretici hoc tempore magnam partem Septentrionis obtinere, tamen non tenentur omnia illa loca ab vna, secta, sed à plurimis, quæ inter se non minùs pugnant quàm nobiscum.

IT A QUO pulchre August. in lib. de pastor. c. 8. docet

Ecclesiam esse vbiq; & hæresim vbiq;e. Sed Ecclesiam esse vnam & eandem vbiq;e, hæreses autem non eandem sed diuersissimas, quæ se inuicem non nouerunt, & proinde nullam earum esse Catholicam. Quocirca rectè eas comparat sarmentis præcis, quæ vbi cadunt, cum præciduntur, ibi manent: cum interim Ecclesia tanquam vitis viua vbiq;e palmites suos extendat. Hinc etiam ipse passim hoc argumētum vitur. vt lib. contra epist. fundamenti, cap. 4. & de vtilitate credendi, cap. 14. & 17. & alibi.

NE QUO sperare possunt hæretici, se eam suã aliquando occupaturam esse totum orbem: nam nõ debet nunc incipere Ecclesia crescere, cum iam senescit, vt supra diximus, & si Augustinus absurdissimum censuit, quod hæresis Donatistarum post annum Domini CCC. ex Carthagine esset propaganda in omnem terram, libro de vnitæ Ecclesiæ, cap. 14. & 15. quanto magis absurdum erit nunc post annum M.D. LXXXVIII. si credatur è VVittemberga vel Geneva in omnem terrã esse diffundenda?

CAPVT VIII.

Nota quinta.

VINTA nota est successio Episcoporum in Romana Ecclesia ab Apostolis deducta vsque ad nos: hinc enim dicitur Apostolica. Ac propterea omnes veteres hac successione, tanquã argumento euidentissimo vsi sunt ad veram Ecclesiam ostendendam. Irenæus libro 3. c. 3. enumerat Episcopos Romanos à Petro, vsque ad Eleutherium, qui suo tẽpore sedebat, ac dicit, per hanc successione confundi omnes hæreticos. Tertullianus in lib. de præscript. Edant, inquit, hæretici origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successione ab initio decurrerunt, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris habuerit auctorem & antecessorem. Hoc enim modo Romanorum Ecclesia Clementem à Petro ordinatum refert: consingant tale aliquid hæretici. Eusebius in historia & in Chronico & Hieronymus ac Prosper, qui Chronicum Eusebij continuarunt, diligentissimè annotant successione Romanorum Episcoporum, vt inde cõtinuatio Ecclesiæ manifesta sit. Epiphanius hæc. 27. quæ est Carpocratis, enumerat ordine Pontifices Romanos, & subiungit: Et ne quis, inquit, miretur, quod tam exactè singula recensemus. Per hæc enim semper claritas ostenditur.

OPRATVS Mileuitan. lib. 2. contra Parmenianum, enumerat omnes Romanos Pontifices à Petro vsque ad Siricium, qui tunc sedebat, vt ostendat non esse Ecclesiam apud Donatistas, qui per similem successione ad Apostolos ascendere non poterant: & subdit: Vos, inquit, vestra cathedræ originem ostendite, qui vobis vultis simillam Ecclesiam vendicare.

DE NIQUO Augustinus in epist. 165. ad Generosum, ad eundem finem enumerat Pontifices Romanos à Petro vsque ad Anastasium, qui tunc sedebat. Et in Psalmo contra partem Donati: Numerate, inquit, Sacerdotes, vel ab ipsa sede Petri: & in ordine illo Patrum quis cui successerit, videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superba inferorum porta. Et lib. contra epist. fundamenti, c. 4. Tene me, inquit, in Ecclesia ab ipsa sede Petri Apostoli, cui ascendas oues suas Dominus commendauit, vsque ad presentem Episcopatum, successio Sacerdotum.

SI ergo veteres tanti fecerunt ad veram Ecclesiam ostendendam cõtinuationem XII. vel XX. aut XL. Pontificum, quanti nos facere debemus cõtinuationem non interruptam Pontificum CC. & amplius: præsertim cum videamus defecisse alias Apostolicas sedes, Antiochenam, Alexandrinam, & Hierosolymitanam, in quibus postea quàm à Persis, vel Saracenis, ea loca Romanis adæpta sunt, quod accidit ante annos DCCC. aut nulla, aut obscurissima fuit successio. Et in ipsa vrbe Roma toties mutata esse formam temporalis dominij, nunc

Imperatoribus, nunc Regibus Gothorum, nunc Exarchis Græcorum, nunc etiam Consulibus, siue iustè, siue iniustè dominantibus: & ipsam vrbe aliquoties euerfam, & tamen sedem Petri nunquam defecisse, neque euerfam fuisse, sed immobilem semper permansisse.

SED vt vis huius argumēti melius intelligatur, aliqua notanda sunt. Primum est, non posse vilo modo Ecclesiã esse sine Pastoribus & Episcopis, vt rectè docet Cyprianus in epist. 9. lib. 4. vbi dicit Ecclesiam esse plebem Episcopo adunatam, & Episcopum esse in Ecclesia, & Ecclesiam in Episcopo. Quare Hieronymus lib. contra Luciferianos, Ecclesia, inquit, non est, quæ non habet Sacerdotes. Id quod apertè probatur ex Paulo Ephes. 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios Pastores & Doctores, ad consummationem Sanctorum, in adificationem corporis Christi, donec occurrant omnes, &c. vbi docet Apostolus futuros pastores in Ecclesia vsque ad diem iudicij: tunc enim occurrerunt Domino in vnitæ fidei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

ESSE autem Episcopos Pastores huius gregis, docet idem Apostolus apud Lucam Actor. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Sed nec Lutherus id negat, quin potius in lib. de Eccles. & Conc. inter notas Ecclesiæ ponit, habere veros pastores. Ex quo sequitur, eam non esse veram Ecclesiam, quæ aut nullos, aut non veros habet pastores.

NOTA secundò, illos solos in Ecclesia semper habitos fuisse veros Episcopos, qui ab Apostolis per legitimã successione & ordinationem descendisse ostendebantur. Omnes autem alios fures & latrones, quippe qui non per ostium intrassent, sed ascendissent aliunde: nam constat, Christum, à quo Ecclesia noui Testamenti cœpit, duodecim Apostolos tantum elegisse Episcopos & Sacerdotes, & eis commississe omnem auctoritatè pascendi & gubernandi Ecclesiam: Apostolos autem postea elegisse atque ordinasse alios Episcopos, & eis tradidisse similem potestatem, alios deinceps ordinandi: id quod ex historiis non solum antiquis Eusebij & similibus, sed etiã ex ipsis Centuriis Magdeburgensiu apertè ostenditur. & hinc est quod Paulus, qui extra ordinem Apostolus à Christo post ascensionè in celũ factus est, non fuisse agnitus in Ecclesia pro tali, nisi prius in ipsa Ecclesia baptizatus fuisset, & ab Apostolis dexteris accepisset, immò & ab illis ordinatus fuisset, vt patet ex Act. 9. & 13. & Gal. 1.

IT A QUO sicut in populo Testamento veteris, qui per carnalem generationem propagabatur, nulli erat de populo illo Dei, nisi qui descendebant à duodecim filiis Iacob: nulli Sacerdotes, nisi qui descendebant à Leui per Aaron. Et idcirco diligentissimè tunc conseruabatur genealogiæ, vt patet ex toto veteri Testamento: ita in populo Testamento noui, qui spiritali generatione multiplicatur, nulli sunt Christiani, nisi per Apostolos, vel eorum successores, aut ab eis missos conuersi: nulli Episcopi, nisi qui eisdem legitimè succedunt, & idè tam diligenter annotantur à nostris Episcoporum successiones.

NOTA tertio, duo requiri, vt aliquis Episcopus dicatur ab Apostolis legitimè descendere, & proinde esse legitimus Episcopus. Vnum est successio, alterum est ordinatio. Quantum ad successione, id requiritur, vt is qui verus Episcopus haberi cupit, succedat alicui Apostolo, quomodo Clemens succedit Petro, & Polycarpus Ioanni: vel certè vt succedat alicui, quem aliquis Apostolus fecerit Episcopum, quomodo Ignatius succedit Euodio, & Anianus Marco, quos Petrus fecerat Episcopos: vel demum, si Episcopatus est nouus, vt fiat Episcopus ab eo qui habet Apostolicam auctoritatè, qui est solus Rom. Pontifex. Nam, vt B. Augustinus scribit in epist. 162. in Romana Ecclesia semper viguit Apostolica

cathedræ principatus.

RATIO huius est, quia institutio nouorum Episcopatum non potest pertinere ad vllum, qui habeat definitam regionè, quales sunt Episcopi particulares, sed ad eum, qui toti Ecclesiæ præest, & cui propriè cura incumbit Ecclesiam propagandi: quales fuerunt omnes Apostoli, Petrus quidem ex officio, & ceteri ex delegatione: & quicunque aliter intrat, non est de Ecclesia Apostolica, cum non possit ostendere originem suam ab Apostolis. Nec tamen ob id negamus, quin etiam Patriarchæ & Metropolitanis aliquando possint nouos Episcopatus erigere, quod sanctum Athanasium in Oriente, & sanctum Bonifacium in Germania fecisse constat, modò à sede Apostolica facultatem habuerint.

QUANTVM ad ordinationem autem, requiritur, vt qui sit Episcopus, ordinetur à tribus Episcopis, qui & ipsi sint ab aliis ordinati, & illi ab aliis, donec ad Apostolos veniant. Id clarè habetur can. 1. Apostolorum, vbi præcipitur, vt Episcopus ordinetur à duobus vel tribus Episcopis, id est, à duobus assistentibus Metropolitanis, vel à pluribus. Item Anacletus epist. 2. docet, Iacobum ordinatum fuisse Episcopum Hierosolymæ, à Petro, Iacobo, & Ioanne, & eodem modo à tribus, vt minimum, omnes alios ordinari debere. Idem habetur in Concilio Nicæno 1. c. 4. & in Carthag. IV. c. 2. immò Apostolus hoc ipsum indicat, cum 1. Tim. 4. scribit: Noli negligere gratiã quæ in te est, quæ data est tibi cum impositione manuum Presbyterij. Siquidem nomine Presbyterij, intelligit cœterum Episcoporum, qui simul cum ordinante imponebãt manus super caput ordinandi, vt exponunt Chrysostomus, Theophylactus, & Occumenius: neque mirum est, Episcoporum cœterum vocari Presbyterium: nomen enim Presbyteri commune erat olim Presbyteris & Episcopis, vt patet ex epistola Irenæi ad Victorem, quæ est apud Eusebium lib. 5. hist. c. 24. vbi Irenæus vocat Presbyteros Romanos Pontifices, Victorè, Anicetum, Pium, Telephorum, & Xistum.

IT A QUO dubium esse non potest, quin requirantur ordinari tres, vt minimum, Episcopi, ad noui Episcopi ordinationem, nisi fortè ex dispensatione cum vno Episcopo ordinante adsint Abbates infulati, qui vicem Episcoporum gerant, vt aliquando fieri solet ob Episcoporum raritatem.

NOTA quarto, antiquos hæreticos consueuisse, vt plurimum Ecclesiam imitari in ordinatione Episcoporum, vt patet ex Cyprian. lib. 1. epist. 3. & Aug. epist. 165. & idè sanctos Patres non reprehendisse in eis, nisi defectum successione: & ex eo solum probasse, eos non esse veros Episcopos, quippe qui ad Ecclesiam Apostolicam non pertinerent, cum ab Apostolis per successione nõ ducerent originem. Nostri autem temporis hæretici nec utrumque habent, id est, nec ordinationem, nec successione, & propterea longè inuerecundius, quàm vlli vnquam alij hæretici, sibi nomen & munus Episcopi vsurpant.

EX quo argumentum insolubile sumitur hoc modo: Ecclesia non potest esse sine Episcopis, vt ostendimus: Apud Lutheranos non sunt Episcopi: nam non habent ordinationem, nec successione ab Apostolis: Igitur apud eos non est Ecclesia.

ET quidem quod nec Lutherus, qui habitus est Episcopus VVittembergensis: nec Zvinglius, qui habitus est Episcopus Tigurinus: nec Oecolapadius, qui in ipso sepulchri Epitaphio vocatur primus Basileæ Episcopus: nec Caluinus, qui dictus est Episcopus Geneuensis: nec vlli alij ordinati sint à tribus Episcopis, neque ex dispensatione ab vno assistentibus Abbatibus, notissimum est, nec ipsi negant. Ergo saltem Patribus Nicæni & Carthaginensis Concilij, immò & ipsi Apostolis, qui statuerunt Episcopum à tribus Episcopis debere ordinari, isti non sunt Episcopi, cûque conuenit, quod Cyprianus

lib. de simplicitate Praelatorum ait: *Si sunt, qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione praesciunt, qui se praepositos sine vlla ordinationis lege constituunt, qui nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumunt.*

R E S P O N D E T Brentius: Nos legitime vocati sumus à populo & magistratu, & ab eis Episcopatum accepimus, & non nos intrusimus. At contra: nam hic non disputamus de electione Episcopi, quam scimus variè variis temporibus celebratam. Constat enim, Apostolos & veteres Romanos Pontifices misisse Episcopos ad varias ciuitates, sine vilo consensu populorum requisito. Constat etiam, aliquando populum simul cum Clero Episcopum elegisse, aliquando solum Clerum. Cæterum quomodocunque fieret electio, semper fuit necessaria ordinario, quam non populus, sed soli Episcopi, & quidem tres, vt minimum, regulariter conferebant, quod mo nescit, nisi qui nihil legit. Dicit ergo Lutherus, à quibus Episcopis ordinatus fuerit Antistes VVitembergensis: dicant etiam cæteri, à quibus fuerint ordinati: sed nec dicunt, nec dicere possunt.

D E I N D E, quod non successerint in Episcopatu antiquis Episcopis certissimum est: tum quia in omnibus vrbibus, vbi isti se fecerunt Episcopos, erat antea, & sunt etiam modò in plerisque locis Episcopi Catholici, qui legitime successerunt antiquis: non autem succeditur, nisi Episcopis defunctis, aut legitime depositis: tum etiam, quia ipsi fatentur, se primos esse earum vrbium Episcopos.

C E R T E Basilæe exstat adhuc epitaphium ad sepulchrũ Oecolampadij, vbi dicitur, vt paulò ante notauit, & ego ipse legi, non sine ritu: Oecolampadius primus illius vrbis Episcopus. vide lib. monum. in sig. doct. vrbiorum. De istis ergo dici potest, quod ait Cyprianus lib. 1. epist. 6. ad Magnum: *Novatianus, inquit, in Ecclesia non est, neque Episcopus computari potest, qui Apostolica traditione contempta, nemini succedens, à seipso ordinatus est.* Et infra, *Aut pastor haberi quomodo potest, qui manente vero pastore, & in Ecclesia Dei, ordinatione succedanea, preside, nemini succedens, & à seipso incipiens alienus sit, & prophanus?* Et lib. 4. epist. 2. ad Antonianum: *Cornelius, inquit, Episcopus factus est, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri, & gradus cathedrae sacerdotialis vacaret, quo occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato, quisquis iam Episcopus fieri voluerit, fors fiat necesse est.* His similia sunt, quæ supra citauimus de successione legitima, ex Irenæo, Tertulliano, Epiphano, Oprato, & Augustino.

S E D obiicit primò, Episcopi Papistæ deseruerunt veram fidem, ergo non sunt amplius Episcopi, ergo merito possunt pij Ministri loca eorum occupare.

R E S P O N D E O ad hoc Brentij argumentum (admissio quod sit dubium, vbi sit vera fides, quâquam apud nos certissimum est esse) Episcopos Catholicos, qui per tot secula possederunt sedes suas pacificè, non posse eis priuari, nisi legitime iudicentur, & damnentur. Nam in omni controuersia melior est conditio possidentis: constat autem, Episcopos Catholicos in nullo legitimo iudicio esse damnatos, quis enim eos damnauit, præter Lutheranos: at ipsi accusatores sunt, non iudices. Quis enim eos constituit iudices nostros? Præterea etiam nostri iam damnati essent, non cõtinuò illi succedunt, cum nemo eos Episcopos instituerit, qui habuerit instituendi Episcopos auctoritatem: nec veri sint Episcopi, cum eos nemo ordinauerit, qui habuerit ius ordinandi, vt supra ostendimus.

S E C V N D O, obiicit Brentius ibidem, id est, in Prolegomenis contra Petrum à Soto. Caiphas legitime successit antiquis Pontificibus, & potuisset vsque ad Aaroneum deducere maiores suos, & tamen nõ petierit Apostoli, vt à Caipha ordinarentur: sed Caipha, & omnibus illis Pontificibus, qui legitime succedebant inuitis, facti

sunt Episcopi & Pontifices sine vlla successione: ergo etiam modo cum ordinarij Episcopi imitantur Caipham, licet sine eorum ordinatione & successione Episcopatum gerere.

R E S P O N D E O, sacerdotium Aaronicum fuisse temporale, & solum durasse vsque ad inchoationem noui Testamenti: deinceps autem cõpisse sacerdotium secundum ordinem Melchisedech à Christo institutum, cuius sacerdotij cum primitiæ fuerint Apostoli, non debuerunt succedere Caipha, sed esse principium noui sacerdotij, vt patet ex Psalmo 109. *Tu es Sacerdos in æternum.* & ex cap. 7. ad Hebræos.

S I C V T ergo ab Aaron vsque ad Christum non fuerunt veri Sacerdotes, nisi qui successerunt Aaroni, ita ab Apostolis vsque ad finem mundi non erunt veri Sacerdotes, nisi qui Apostolis succedent. Verum tamen est, quod, vt cum honore sacerdotij Aaronicum deferretur ad sepulturam, Apostoli illud honorabant, vt patet ex Cypriano lib. 1. epist. 3. ad Cornelium, & lib. 4. epist. 9. ad Florentium Pupianum, vbi adducit illud ex Act. 23. *Nesciebam fratres, quia Princeps Sacerdotum est.*

T E R T I O, obiicit Caluinus lib. 4. inst. c. 2. §. 2. & 3. cur nõ enumeremus etiam successiones Episcoporum Africae, Ægypti, & totius Asiae: & respondet ipsemet nobis insultans, quia perit ibi sacrosancta ista successio.

R E S P O N D E O, vel Caluinus ex eo, quod perit successio in illis locis, vult concludere, ibi non esse Ecclesiam, vel esse Ecclesiam, si primum, pro nobis facit: nam si ibi non est Ecclesia, quia ibi non est successio: ergo hic est Ecclesia, quia hic est successio: si secundum, respondemus, eos, qui ibi ad veram Ecclesiam pertinent, nõ posse quidem ostendere successionem continuam Episcoporum suorum particularium, sed posse ostendere successionem continuam Episcoporum vniuersalium, qui sunt Romani Episcopi, quibus illi subiectos se esse fatentur. Hęc enim est causa, cur veteres Episcopi magis solliciti fuerint de successione Rom. Pontificis, quam de sua.

I R E N Æ V S erat Episcopus Lugdunensis in Gallia, Opratus & Augustinus erant Episcopi in Africa, Epiphanius Salamina in Cypro, Eusebius Cæsareæ in Palaestina: & tamen nullus eorum texere voluit suæ Ecclesiae successionem, sed Romanæ tantum Ecclesiae. Satis enim illis videbatur ostendere continuam successionem in Ecclesia principali, cuius ipsi se membra esse gaudebant.

Q V A R T O, obiicit idem Caluinus. In Ecclesia Græca adhuc seruatur successio non interrupta Episcoporum, & tamẽ non est illa vera Ecclesia, secundum opinionem nostram: non igitur successio est nota veræ Ecclesiae.

R E S P O N D E O primum, non posse ostendi in Ecclesia Græca certam successionem: nam imprimis fatetur Caluinus, in Asia, in Ægypto, & proinde Antiochie, Hierosolymæ, & Alexandria interruptam fuisse successionem: sola restat Constantinopolitana Ecclesia ex Patriarchalibus, quæ nõ videtur vnquã caruisse proprio Patriarcha.

A T Constantinopolitana Ecclesia non est Apostolica, nec ostendit certam originem ab Apostolis: tamen enim Nicephorus Patriarcha in Chronologia conatur deducere ab Andrea Apostolo successionem Episcoporum Byzantij, tamen nulli veteres id tradunt, nec vnquã à Patribus Ecclesia Byzantina, siue Constantinopolitana dicta est Apostolica: & Patres Concilij Constantinopolitani primi in epistola ad Damasum Romanum Pontificem, aperte fatentur, Ecclesiam illam nouellam esse.

I T A Q U E habet quidem Ecclesia Constantinopolitana qualemcunque successionem à tempore Constantini hucusque, non autem ab Apostolicis temporibus; quod præcipuè quaeritur.

D I C O secundò, argumentum à successione legitima adferri à nobis præcipuè, ad probandum non esse Ecclesiam, vbi nõ est hæc successio, quod quidem euidentis est:

ex quo tamen non colligitur necessariò, ibi esse Ecclesiam, vbi est successio. Itaque hoc argumento probamus euidenter, non esse Ecclesiam apud Lutheranos.

Q V O D autè apud Græcos non sit Ecclesia, probamus alio modo, quia nimirum conuicti sunt legitime in tribus plenarijs Concilijs, Lateranensi, Lugdunensi, & Florentino, de schismate & hæresi: ac præcipuè de hæresi circa processionem Spiritus sancti à Filio, quam esse manifestam hæresim Lutherani, & Caluinistæ etiam confitentur.

A D D E vltimò, quòd omnes Ecclesie illæ Patriarchales habuerunt per longa tempora Episcopos manifestos hæreticos, & proinde irrupta est veterum Pastorum successio.

Q V I N T O, obiicit idem Caluinus, veteres Patres, qui ostendunt Ecclesiam ex successione Pontificum Romanorum, id facere, quia illis temporibus constabat non fuisse mutatam fidem & religionem in Ecclesia Romana: at nunc contrarium constat.

R E S P O N D E O, vel intelligit Caluinus, eo tempore constitisse Catholicis tantum, vel Catholicis simul & hæreticis, quòd in Romana Ecclesia non esse mutatam religio. Si primum assumat, nihil dicit: nam etiam hoc tempore Catholicis constat, non esse in Romana Ecclesia mutatam religionem: si secundum asserat, aperte mentitur: nulli enim fuissent hæretici, si semper omnes putassent, in Romana Ecclesia esse veram fidem. Præterea Donatistæ Romanam Ecclesiam oppugnabant, vt nunc faciunt Lutherani & Caluinistæ.

O P T A T V S lib. 2. contra Parmenianum: *Vnde est, inquit, quòd claus Regni vobis Donatistæ vsurpare contenditis, qui contra cathedram Petri vestris presumptionibus audacis sacrilegis militatis?* Et Augustinus lib. 2. contra Petil. c. 51. *Cathedra tibi quid fecit Ecclesia Romana, in qua Petrus sedit, & in qua nunc Anastasius sedet? Cur appellas cathedram pestilentia, cathedram Apostolicam?* Et tamen Optatus & Aug. à successione ista contra Donatistas argumentantur, vt supra vidimus.

C A P V T I X.

Nota sexta.

S E X T A nota est Cõspiratio in doctrina cum Ecclesia antiqua. Vera enim Ecclesia dicitur Apostolica, teste Tertulliano lib. de præscript. nõ solum propter successionem Episcoporum ab Apostolis, sed etiam propter doctrinæ consanguinitatem, vt ipse loquitur, quia videlicet doctrinam retinet, quam Apostoli tradiderunt: certum autem est, antiquam Ecclesiam primis quingentis annis veram Ecclesiam fuisse, & proinde Apostolicam doctrinam retinuisse.

Q V A R T E laudatur Theodosius Imperator à Sozomeno lib. 7. hist. c. 12. quòd hac arte compescuerit hæreticos sui temporis. Iussit Principes sectarum conuenire, deinde petiit, an existimaret, antiquos Patres, qui Ecclesiam rexerant ante diffidium illud, quod tunc de religione ortum fuerat, rectè sensisse, & verè sanctos & Apostolicos fuisse: quod cum illi cõcessissent, subiunxit: *Examinemus ergo doctrinam vestram ad illorũ scripta, & si cum illis consenserit, retineatur, sin minus abijciatur.*

I A M duobus modis possemus ex hac nota probare nostram esse veram Ecclesiam, non autem aduersariorũ. Primò, proferendo sententias veterum, quibus singula nostra dogmata confirmaremus, aduersariorum refutaremus: sed hic modus prolississimus esset, & multis calumnijs & obiectionibus obnoxius. Altera via est breuior & certior, nimirum ostendendo primum ex confessione aduersariorũ, nostra dogmata esse doctrinam omnium veterum. Deinde, dogmata aduersariorum habita fuisse in Ecclesia antiqua pro exploratis hæresibus. Sic enim constabit, doctrinam nostram conspirare cum doctrina

veterum Catholicorum, doctrinam verò illorum conspirare cum doctrina veterum hæreticorum.

A C primum Caluinus in sua institutione cum nostra oppugnat, passim fatetur, se repugnare toti antiquitati: ex quo sequitur, nostra esse omnino antiquitati cõsentanea. Sic igitur ait lib. 2. c. 2. §. 4. *Semper apud Latinos nomen liberi arbitrij existit, apud Græcos verò aërè & aërè, vocabulũ multò arrogantius.* Et infra §. 8. *Ego verò neque ipse huiusmodi vocem vsurpare velim, & alios, si me consulant, abstinere optarim.* Ibidem dicit, omnes veteres, excepto Augustino, in hac re plus æquo extulisse humanas vires, & de libero arbitrio aut variasse, aut vacillasse, vt nihil certi ex eorum scriptis sumi possit.

I T A profitetur, se nullum veterum, excepto Augustino, sequitur: & paulò post etiam Augustinum deserit. Nam li. 2. c. 3. §. 7. reprehendit illam Augustini sententiã, ex epist. 106. voluntatem nostram cooperari gratia, non vt præuiam, sed vt pedissequam, atqui, ait Caluinus, nec vt pedissequam cooperari, sed simpliciter totum fieri à gratia. Et libro tertio, c. n. §. 15. *Ac ne Augustini quidem, inquit, sententia per omnia recipienda est, qui gratiam ad sanctificationem refert, quia in vita nouitatem regeremur per spiritum.*

I T A Q U E in articulo de gratia & libero arbitrio fatetur Caluinus, se toti antiquitati repugnare. Item lib. 2. c. 14. §. 3. *Excusari non potest veterum error, inquit, qui dum ad Mediatoris personam non attendunt, totius ferè doctrinæ, quæ in Euangelio Ioannis legitur, ieiunium obseruant sensum, seseque implicat multiloquijs.* Docet hoc loco Caluinus, Filium Dei subiectum esse Patri etiam ratione Diuinitatis: & quia omnes veteres cõtrarium docent, ipse ait, omnès errasse, neque eorum errorem excusabilem esse.

I T E M lib. 2. c. 16. §. 9. *Fabula, inquit, de loco subterraneo qui dicitur Limbus, tametsi magnos auctores habet, tamen nihil aliud, quam fabula est.* Vocat magnos auctores, antiquos Patres: nam scholasticos Doctores non solent appellare, nisi Sophistas.

I T E M lib. 3. c. 3. §. 10. *Ab vno Augustino, inquit, sumunt Lectores, si quid de sensu antiquitatis habere volunt.* Porro inter illum & nos, hoc discriminis videri potest, quòd ipse morbum concupiscentiæ, tunc demum peccatum fieri docet, cum appetitioni cedit voluntas: nos autem illud ipsum pro peccato habemus, quòd aliqua omnino cupiditate contra legem Dei homo titillatur, immò ipsam prauitatem, quæ huiusmodi cupiditates nobis generat, asserimus esse peccatum. Hic aperte omnibus Patribus se fatetur contrarium, atque ipsi etiam Augustino, in questione de concupiscentia, quæ præcipua quaestio est: nam ex hoc fundamento deducunt non esse in nobis veram iustitiam, sed tantum imputatiam, & nulla esse bona merita, immò omnia opera esse peccata.

I T E M lib. 3. cap. 4. §. 38. *Omnes ferè veteres, inquit, quorum libri exstant, aut hac in parte lapsi sunt, vbi de satisfactione agitur, aut nimis asperè & dure loquuti sunt.*

I T E M lib. 3. c. 5. §. 10. *Ante mille & trecentos annos vsu receptum fuit, vt precesiones fierent pro defunctis. Sed veteres omnes, fateor, in errorem abrepti sunt.*

I T E M lib. 3. ca. 15. §. 2. *Vt si sunt, fateor, passim vetustissimi Doctores nomine meriti.* Et infra dicit, pessimè consuluisse fidei sinceritati, qui hoc nomen inuenit.

I T E M lib. 4. c. 4. §. 10. *Peccauit antiquitas immodica seueritate, quòd plus requireret in Episcopo, quam Paulus requirat, ac presertim successu temporis calibatam.*

I T E M lib. 4. ca. 12. §. 8. *Excusari nullo modo potest immodica veterum austeritas, quæ & prius à Domini præscripto dissidebat, & erat mirum in modum periculosa, cum peccatori penitentiam solennem nunc in septem, nunc in quatuor, nunc in tres annos, nunc in totam vitam indiceret.* Nota, Caluino ita videri hoc asperũ, quia ipse putat, per fidem

fic iustificari hominem, vt nihil poena luendum restet: quod si verum esset, rectissime accusaret omnes veteres: proinde sequitur, sententiam nostram de poena remanente post remissionem culpa, iudicio Caluini sententiam esse omnium veterum.

ITEM lib. 4. ca. 12. §. 20. Non in totum excusare audeo veteres, quin et superstitionis quaedam semina iecerint, & occasione praeberint tyranni, quae postea exorta est, & tunc passim inualuerat superstitionis Quadragesimae observatio, quia et vulgus eximium aliquod obsequium praestare se Deo in ea existimabat, & pastores eam commendabant pro sancta Christi imitatione. Et infra, Fuit igitur meraxanda, & superstitionis plena, quod titulo ac colore imitationis Christi ieiunium ordinabant. Ibid. §. 23. Quod sacerdotibus interdicitum fuit coniugium, id factum est impia tyrannide, quando autem fuerit interdicitum, notat ipse in margine ponens, Syricus in epistola ad Episcopos Hispaniae. Porro Syricus ferè ante annos m. cc. ledit. Et infra subiungit de hac lege: Haec quae videbatur reuerentiam sacerdotio conciliare, magno plausu etiam antiquitus recepta esse fateor.

ITEM lib. 4. cap. 15. §. 20. Quod multis ab hinc seculis, adeoque ab ipso ferè Ecclesiae exordio vsu receptum video, vt in periculo mortis laici baptizarent, si Minister in tempore non adesset, non video quam firma ratione possit defendi.

ITEM lib. 4. c. 18. §. 21. Excusari non posse arbitror veteres, quin aliquid in actionis modo peccauerint: imitati sunt enim Iudaicum sacrificandi morem magis, quam aut ordinauerit Christus, aut Evangelij ratio sinebat. Haec Caluinus.

IAM Centuriatores in singulis ceteris ad finem quarti capitis, annotat, omnes ferè Doctores illius seculi, docuisse ea dogmata, quae nos hoc tempore tuemur, quae ipsi nauos sanctorum Patrum vocant. Et quia de omnibus dicere nimis longum esset, annotabo solum aliqua pauca ex secunda, tertia, quarta, & quinta, Centuriis.

IN secunda ergo Centuria cap. 4. colum. 59. de libero arbitrio, dicunt, id ab omnibus Patribus eius seculi concessum fuisse: Eodem, inquit, modo, Clemens liberum arbitrium vbique asserit, vt appareat in eiusmodi tenebris, non tantum fuisse omnes eius seculi Doctores, verum etiam in posterioribus eas libere creuisse & auctas esse.

NOTANDUM autem est, Lutheranos habere articulum de libero arbitrio pro fundamento totius suae doctrinae. Lutherus enim in assert. artic. 36. dicit, hunc articulum esse optimum, & summam rerum suarum, adeo vt articuli de Papatu, de Conciliis, aliisque similibus rebus nugae dici possint. Itaque in praecipua controuersia, & in ipsa summa rei omnes veteres (testibus Magdeburgensibus) nobis fauent. Deinde colum. 60. Doctrina, inquit, de iustificatione negligentibus & obscuris ab his Doctoribus tradita est: videlicet, non docent nos sola fide iustificari. Et Centuria tertia, ca. 4. colum. 83. Ideas, inquit, in Doctorum huius seculi scriptis, non obscura vestigia inuocationis Sanctorum. Et columna 85. Martyrium immodicè extulerunt omnes huius aetatis Doctores. Nolunt enim Lutherani esse martyrium genus quoddam Baptismi, aut vilo modo expiari peccata per martyrium.

CENTURIA quarta, columna 295. ponunt testimonia veterum ferè omnium illius seculi, vt Athanasij, Basilij, Nazianzeni, Epiphaniij, Ephrem, Ambrosij, & Prudentij, pro inuocatione Sanctorum, quam ipsi tamè idolatriam vocant.

CENTURIA quinta, colum. 500. Sicut, inquit, prioribus aliquot seculis doctrina de libero arbitrio deprauata est, ita hoc etiam, &c. Et infra, Etiam si autem interdum bene, & sanè videntur loqui, tamen tandem liberum arbitrium in rebus etiam spiritualibus in ipsa conuersione statumt. Et colum. 506. Nimirum haec etas bonis hominum operibus adscripsit, id quod ex deprauato articulo iustificationis emanat, &c. Et statim citant omnium veterum illius seculi, etià Augustini, multa testimonia, quod opera sint meri-

toria, quod ipsi pro magno errore habent.

PORRO eleganter aduersus istos, qui omnes antiquos errasse dicunt, loquitur Tertullianus lib. de praescriptionibus: Age, inquit, num omnes Ecclesiae errauerint, nullam respexerit Spiritus sanctus, vti eam in veritatem deduceret, ad hoc missus à Christo, ad hoc postulatus de Patre, vt esset Doctor veritatis. Neglexerit officium Dei villicus, Christi Vicarius, sinens Ecclesias aliter interim intelligere, aliter credere, quod ipse per Apostolos praedicabat, & quid verisimile est, vt tot ac tante in vnam fidem errauerint. Audeat ergo aliquis dicere, errasse eos, qui tradiderunt? quoquo modo sit erratum, tandiu vtiq; errauit error, quoadu haereses non erant. Aliquos Marcionitas & Valentinianos liberanda veritas expectabat, interea peperam euangelizabatur, tot millia millium peperam tincta, &c.

NUNC ad alteram partem, vt accedamus, praemittendum est, in Ecclesia antiqua illos errores habitos esse communiter ab omnibus pro exploratis & damnatis haeresibus, qui ponuntur in Catalogo haeresum ab Irenaeo, Hieronymo, Epiphanio, Philastrio, Augustino, Theodoro, Damasceno, aliisque probatis auctoribus: nam illi cum essent viri sancti & docti, nunquam fuissent ausi, simpliciter in Catalogum haereson referre ea dogmata, de quibus in Ecclesia dubitari sciuisent. Et praeterea neminem legimus, qui vnquam contradixerit his Patribus, tanquam qui non iuste aliquem notassent haereseos. Hoc praemisso, aggrediamur Catalogum.

SIMONIANI docebant, saluari homines secundum gratiam Simonis, quem Deum faciebant, & non secundum operas iustas, inquit Irenaeus libro primo, cap. 20. Euenomiani similiter docebant, non posse homini vlla peccata nocere, modò fide habear, vt Augustinus testatur, libro de haeres. cap. 54. qui etiam libro de fide & operibus, cap. 14. dicit, hanc haeresim de sola fide sufficiente ad salutem sine operibus, ortam esse tempore Apostolorum, ex non intellecto Paulo: & propterea contra hanc haeresim stylum praecipue direxisse alios Apostolos in suis epistolis, id est, Petrum, Ioannè, Iacobum, & Iudam. Arhaec eadem est sententia omnium sectariorum huius temporis.

LUTHERVS in libro de captiuitate Babylonica, cap. de Eucharistia: Non alia via, inquit, potest homo cum Deo conuenire, aut agere, quam per fidem: opera ille nihil curat. Ibidem: Tam dius est Christianus, vt non possit perire, etiam si velit, quantumcumque malè viuat, nisi nolit credere.

ET SI autem Caluinus, Brentius, & alij quidam conantur nonnihil temperare hanc sententiam, dum dicunt, opera bona esse necessaria, tanquam effectus fidei, tamen adhuc haerent in eodem errore: nam etiam posita ista necessitate, docent opera non mereri vilo modo vitam aeternam, etiam si Deus ea requirat, tanquam testimonia fidei. Hac autem erat impiissima haeresis Simonis, qui dicebat, hominem saluari per gratiam, non per operas iustas.

PRAETerea posita illa necessitate operum, docent omnes sectarij: Si quis post omnia scelera patrata habeat actum fidei, nullum ei peccatum imputari, quod nihil est aliud, quam quod Eunomius & Lutherus docent.

DEINDE, Florini haeresis fuit, Deum esse causam peccatorum, quam Irenaeus apud Eusebium lib. quinto historiae, cap. 20. dicebat esse plus quam haeresim, quam etiam tribuit Vincencius Lyrinensis in suo commonitorio Simoni Mago.

EANDEM sine vilo pudore docet Caluinus lib. 1. insti. cap. 18. §. 2. Non solum permittit, inquit, sed etiam voluntate Dei homines peccare, ita vt nihil ipsi deliberando agitent, nisi quod Deus apud se decreuerit, & arcana directione cõstituit. Et lib. 3. cap. 23. §. 24. dicit, Dei non solum prauiuione &

permissione, sed etiam voluntate in peccatum lapsum esse Adam. Et infra cap. 24. §. 14. Quod, inquit, aliqui verbum Dei audire contemnuunt, ipsorum est prauitas, sed in hanc prauitatem à Deo additi sunt, vt in eis potentiam suam & seueritatem ostendat.

ITEM aperte docuit Lutherus in libro de seruo arbitrio, vt dicit, illud velle, quod Iudas voluit Christum prodere, fuisse opus Dei, nec fuisse in manu Iudae, aut vllius creaturae, mutare illa voluntate. Similiter docuit Petrus Martyr in commento capitis secundi, libri primi Regum: & Philippus Melancthon in commentario capitis octauo ad Romanos, vbi dicit, ita fuisse opus Dei Iudae prodicionem, ac Pauli conuersionem: quae commentaria adeo dicuntur placuisse Luthero, vt diceret, Philippum secundum esse à Paulo: hunc tamen errorem Philippus retrahit, tum in Locis, tum in Apologia, art. 19. Confessionis Augustanae.

III. Origenis haeresis fuit, perdidisse Adamum imaginem Dei, ad quam creatus fuerat: testis est Epiphanius haeres. 64. Idem docet Caluinus lib. 2. institutionum, c. 1. §. 5. Per peccatum, inquit, primi hominis oblitterata est caelestis imago. Item Origenis fuit error infernum nihil esse, nisi conscientiae horrorem, teste Hieronymo, in epistola ad Auitum. Idem docet Caluinus lib. 3. institut. capite vltimo §. vltimo.

IV. Peptiani haeretici, vt ait August. lib. de haeres. c. 27. tantum dant mulieribus principatum, vt sacerdotio quoque apud eos honorentur. Lutherus artic. 13. exiis, quos Leo X. damnauit, dicit, in Sacramento Pœnitentiae aquè absolueri posse mulierem, vel puerum, atque Episcopum, vel Papam: & iam re ipsa Caluinitis in Anglia mulier quaedam est summus Pontifex.

V. Proculus haereticus apud Epiphanius haeres. 64. dicebat, peccatum in renatis semper viuere: concupiscentiam enim verè esse peccatum, nec tolli per Baptismum, sed sopiri per fidem: quod idè postea docuerunt Meclianiani haeretici apud Theodoretum lib. 4. de haeretis fabulis. Haec est ipsissima sententia Lutheri art. 2. & 31. atque in assertionibus eorundem articulozum. Item Philippi in locis communibus, cap. de peccato originis. & Caluini lib. 4. insti. c. 15. §. 10.

VI. Nouatianorum error praecipuus erat, non esse in Ecclesia potestatem reconciandi homines Deo, nisi per Baptismum: postea etiam addiderunt, non debere baptizatos inungi Chrismate ab Episcopo. Ita refert Theodoretus lib. 3. de haer. fabulis, & S. Cornelius Papa apud Eusebium, lib. 6. cap. 33. hist.

QUAE sententia pro parte priore expressè Caluinitarum est. Nam Caluinus lib. 4. insti. cap. 19. §. 17. sic ait, nullum esse Pœnitentiae Sacramentum, praeter Baptismum: Quod verò Hieronymus ait, Pœnitentiam esse secundam tabulam post naufragium, planè impium est, & excusari non potest. Pro altera parte est omnium Lutheranorum. Lutherus de captiuitate Babylonica cap. de Eucharistia, tria tantum agnoscit Sacramenta, Baptismum, Pœnitentiam, & Panem: tamen infra c. de extrema Vnctione, reicit Pœnitentiam. Confessio Augustana art. 12. differtè reicit Confirmationem. Et Caluinus lib. 4. insti. c. 19. §. 5. & sequentibus, dicit Christum nostrum esse oleum, Diaboli mendacis pollutum: & propterea Caluinitae ex illo ocreas suas inungunt, cum possunt.

VII. Sabellius docuit, vnã tantum esse personam in Deo, non tres: testis Epiphanius haer. 57. Idem docuit nostro tempore Michael Seruerus lib. 1. de Trinitate sine vllis ambagibus, & nunc ea sententia in multis locis regnat.

VIII. Manichaeorum, inquit Hieronymus in praefatione Dialogorum contra Pelagianos, est hominum damnare naturam, & liberum auferre arbitrium. Et August. de haeres. c. 48. Peccatorum originem, inquit, non tribuunt Manichaei

libero arbitrio. Idem aperte sectarij omnes. Lutherus art. 36. dicit, liberum arbitrium esse rem de solo titulo: in assertionibus autem eiusdem articuli dicit, esse titulum sine re, & omnia ex necessitate absoluta euenire. Et propterea libro, quem scripsit contra liberum arbitrium in Erasimum, nomen posuit de seruo arbitrio.

CALVINVS lib. 2. inst. c. 2. 3. & 4. non permittit homini liberam electionem vlla in re, adeo vt ne ipsum quidem nomen tolerare possit. Hoc tamen est magis impius Caluinus Manichaeo, q̃ Manichaeus Deo malo tribuat peccatorum originem, Caluinus Deo bono.

MANICHAEI praeterea accusabant passim Patres Testamenti veteris, vt Abraham, Sampsonem, Saram, Rebeccam, & similes, vt Augustinus testatur lib. 22. contra Faustum, & duobus libris contra aduersarium Legis & Prophetarum. Idem Caluinus. Nam lib. 3. cap. 2. §. 31. inst. Sara, inquit, multis modis peccauit, cum ancillam vno suo supposuit, Rebecca verò varijs fraudibus, & imposturis Dei veritatem corripuit, cum malo artificio filij benedictionem procurat, maritum decipit, filium mentiri cogit. Item lib. 3. cap. 5. §. 8. Superstitione & praepostero zelo non caruit factum Iudae Machabaei, qui oblationem misit pro mortuis in Hierusalem. Item lib. 3. cap. 14. §. 11. dicit, Abraham fuisse idololatram. Item lib. 3. cap. 20. §. 15. In Sampsonem, inquit, cum ait, Robora me Domine, &c. vitiosa cupiditas vindieta dominata est. Item lib. 4. c. 15. §. 22. Posteaquam docuerat, mulieri in nullo casu licere baptizare, subdit, Nec in exemplum trahi debet, quod Sephora sult a mulier filij circumcidit, in quo multis modis grauiter peccauit.

IX. Donatistae Ecclesiam ex solis iustis constare volebant: atque inde deducebant, Ecclesiam visibilem petri esse de orbe terrarum, & in sola Africa remansisse, vt Augustinus docet libro de vnitae Ecclesiae, capite 12. Idem Catholicos crudelissimè trucidabant, oderant praecipue Monachos, & Episcopos, quos I haritas vocabant, & imprimis Episcopum Romanum, cuius sedem cathedram pestilentiae appellabant, altaria frangebāt, Ecclesias spoliabant, sacros calices vendebant, Eucharistiam canibus dabant sacrum Chrismata proiciebant, vt patet ex Augustino lib. 2. contra Petilianum, capite 51. & 61. & lib. 3. cap. 40. & epistola 163. & alibi. Idem ex Oprato lib. 2. & 6. contra Parmenianum.

EANDEM esse doctrinā, & vitam Caluinitarum certum est: nam Ecclesiam ex solis bonis constare, docet Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 1. §. 7. quod etiam docet articulus septimus Confessionis Augustanae, Ecclesiam visibilem à multis seculis petri esse, & nunc solum esse in Septentrionalibus partibus, vbi ipsi sunt, docent omnes, & praecipue Caluinus lib. 4. institut. cap. 2. §. 2.

PORRO nihil corū, quae blasphemè, vel crudeliter, vel sacrilegè dixerunt Donatistae, vel egerunt in Catholicos, & Sacramenta, atque altaria, &c. omisisse Caluinitas, sed multò plura, & maiora dixisse, & egisse, patet ex historia Suriij, & ex libro, qui nuper prodit, qui inscribitur, de furoribus Gallicis, & alijs auctoribus fide dignis.

X. Ariani docebant Filium Dei esse Patre minorem, vt est apud Epiphanius haer. 69. Deinde, iidem Ariani non recipiebant vilo modo traditiones non scriptas, vt docet Maximinus Episcopus Arianorum apud Augustinum lib. 1. cap. 2. & vlt. contra Maximinum, quam haeresim postea imitati sunt multi alij, vt Nestorius, Dioscorus, Eutyches, vt habetur in VII. Synodo, & c. 1.

DENIQUE, iidem Ariani plura, & maiora sacrilegia patrarunt in Sacramenta, Altaria, Sacerdotes, Monachos, Sanctimonialia, &c. quam Donatistae, vt patet ex Athanasio in Apologia pro fuga sua, Rullino lib. 11. hist. c. 3. Theodoro lib. 4. hist. cap. 19. & 20. & Victore Vicensi lib. 2. & 3. de Vandalica persecutione.

PRIMUM errorem Arianorum aperte docent hoc tempore multi, qui Trinitatē dicuntur, vt agnosci potest

ex Prothetibus Valentini Gentilis. Quamuis autem Lutherus, Philippus, Caluinus, & similes habeant Arium pro heretico, tamen negare non possunt, quin in suis scriptis huius erroris semina iecerint, unde postea orti sunt isti noui Ariani, quos ipsi impugnant, ut nos demonstrauimus in praefatione librorum de Christo.

DEINDE, alterum errorem docent omnes huius temporis heretici. Sacerdotes enim huius temporis omnes traditiones reiiciunt, ut patet ex Brentio in prolegomenis: Caluino lib. 4. inst. c. 8. §. 8. & aliis. Porro illa crudelia, & sacrilega facinora Arianorum, si tantum nomina mutantur, sunt illa ipsa, quae Caluinistae faciunt.

XI. Aëriani heretici, teste Epiphano, haeresis 75. & Augustino lib. de haeres. cap. 33. tres errores docuerunt. *Ora- re, inquit Augustinus, vel offerre pro mortuis oblationem non oportere, nec statuta solemniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisque uoluerit ieiunandum, ne videatur esse sub lege. Denique, presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni.* Addit Epiphanius, eos esse contrarios consueuisse feria sexta, & in Quadragesima, ac praecipue in hebdomada sancta vesci carnibus; & si quando ieiunare uolebant, potius die Dominico, quam alio die ieiunare solitos.

EADEM docent, & faciunt Caluinistae, & Lutherani ferè omnes. Caluinus instituit lib. 3. c. 5. §. 6. 7. & seq. disputat ex professo contra orationem pro defunctis. Idem lib. 4. c. 12. §. 20. disputat contra ieiunia Quadragesimae, & superstitiosum uocat. Denique lib. 4. c. 3. §. 8. inquit, *Episcoporum, ac Presbyterorum, Pastorum, ac Ministrorum eadem functio, & prouincia est.*

CENTURIATORES Cent. 4. c. 5. col. 401. cum in aliorum hereticorum erroribus numerandis soleant omittere eos, quos suos etiam esse cognoscunt, cum ad Aërii uenerunt, quia uidebant hos tres errores tantum, tantquam proprios Aërii, ab Epiphano, & Augustino annotatos fuisse, non potuerunt eos omittere. Itaque posuerunt illos quidem, sed mox addiderunt, si nihil aliud sit, hos non uideri errores, sed contrarios potius. Faterentur igitur, has tres sententias sibi cum Aërio esse communes, neque negant, in antiqua Ecclesia pro damnatis haeresibus habitas esse. Ex quo sequitur, ut etiam Centuriatores, licet tum nondum nati, antiquae Ecclesiae heretici fuerint.

XII. Iouinianus, non posse peccare asseruit hominem post Baptismum, si uerè baptizatus fuerit, id est, si reuera fidem, & gratiam Dei acceperit: deinde ciborum delectum, & ieiunia non esse meritoria, praetera coniugium uirginitati dignitate, & merito aequari: unde etiam aliquot Sanctimonialia eius hortatu nupsierunt. Item praemia beatorum esse paria. Denique B. Mariam in partu carnis uirginitatem amisisse. Ita referunt Hieronymus libr. 1. & 2. contra Iouin. & Augustinus libr. de haeres. cap. 82.

PRIMVS horum errorum est etiam Caluini lib. 3. instit. c. 2. §. 11. & 12. ubi dicit ueram fidem, quae a gratia separari nequit opinione ipsius, semel habitam, nunquam amitti posse: & ideo non esse electorum.

SECUNDVS eiusdem Caluini est lib. 4. c. 12. §. 19. ubi arguit omnes ueteres, quod laudauerint ieiunium, quasi esset meritorium. Idem error Iouiniani habetur in Confessione August. art. 24. & in locis Philippi, cap. de mortificatione.

TERTVS error est Martini Lutheri in epithalamio, ubi exponens c. 7. 1. ad Corint. quatuor comparationes facit. Prima est castitatis cum matrimonio absolute, & sic fateatur castitatem esse nobilius donum. Secunda, castitatis cum matrimonio coram Deo, & sic dicit esse aequalia. Tertia, mulieris coniugatae cum uirgine, & ait, *Oportet admit ammus mulierè coniugata coram Deo praestare uirginitatem.* Quarta, status coniugatorum cum statu religioso-

rum & Ecclesiasticorum profretium cœlibatum: & dicit, statum coniugatorum ex natura sua esse spirituales, diuinum, cœlestem, & quasi aurum: statum uero cœlibatum esse secularem, terrenum, & quasi lutum. Similia habet Confessio Augustana art. 23. & Caluinus lib. 4. instit. c. 13. §. 3. & seq. De his duobus erroribus Centuriatores Cent. 4. c. 5. col. 381. dicunt, perperam reprehendi Iouinianum à Hieronymo & Augustino, cum ipsi potius, si contrarium senserunt, fuerint heretici.

QUARTVS est Lutheri in sermone de natali B. Mariae, & in Commentario primae epistolae Petri, ubi dicit, omnes Christianos esse aequè sanctos ac iustos, atque est mater Dei. Ex quo sine dubio sequitur: fore omnes aequè beatos.

QUINTVS error Buceri ac Molinae est. Hic enim Bucero auctore, in tertia uersione Euangelicæ parte affirmat, Iesum nascentem adaperuisse uulua B. Mariae.

XIII. Vigilantium multa etiam docuit. Primò, Sactorum reliquias non esse uenerandas. Secundò, orationes mortuorum pro aliis non exaudiri, ex quo sequitur, frustra Sanctos inuocari. Tertio, Ecclesiasticos debere esse uxoratos. Quarto, non expedire relinquere omnia, & dare pauperibus, & ad religionem relicto seculo properare. Ita refert Hieronymus in libro contra Vigilantium.

EADEM omnia docet nunc Sacerdotes. Lutherus in sermone de sancta cruce dicit, reliquias Sactorum esse fidelium seductionem, & ideo sub terram penitus condidenda. Et in libro de abroganda Missa, parte tertia, affirmat, non maiorem esse Deo curam de sancto sepulcro Domini, quam de bobus, de quibus Apostolus ait: *Nunquid est Deo cura de bobus?* Idem Lutherus libro de Eucharistia ad Valdeses dicit, stultam & perniciosam esse Sactorum inuocationem. Idem in epithalamio dicit, Matrimonium iure diuino esse praecipuum omnibus, etià Ecclesiasticis & Monachis, qui non sentiunt se habere donum continentiae. Vocat autem ipse donum continentiae, non gratiam, qua non consentimus tentationibus carnalibus, sed qua non tentamur, qualem ferè nulli habet. Denique, idem ferè in libro de votis monasticis ex professo dehortatur à religione, & solum permittit, ut foeminae LX. annorum, & uiri LXXX. uel XC. annorum in monasteriis maneant. Eadem docet Confessio Augustana: nam contra Sactorum inuocationes, agit articulo uicesimo primo, contra clericorum continentiam & Monachorum, articulo 23.

SIMILITER Caluinus contra inuocationem Sactorum agit lib. 3. institutionum, c. 20. §. 21. ubi etià dicit Papistas in suis Litaniis, Hymnis & Profis, in quibus sanctis mortuis nihil non tribuunt, nullam Christi mentionem facere, quod est mendacium crassissimum. Contra reliquiarum uisitationem agit lib. 4. c. 13. §. 7. & in libro, quem inscripsit, Admonitionem de reliquiis: & reipla Caluinistae combusserunt, & in flammam proiecerunt corpora Sactorum Irenaei, Martini, Hilarij, Bonauenturae, &c. Contra cœlibatum Clericorum, & Monachorum professionem, disputat Caluinus lib. 4. 13. totis capitibus.

DENIQUE, Centuriatores non uoluerunt numerare Vigilantium inter hereticos, sed scribunt de eo Cœtura quarta, c. 8. col. 602. ubi dicunt fuisse contentionem inter duos sanctos Presbyteros, id est, Vigilantium & Hieronymum de reliquiis, inuocatione Sactorum, &c. sed Hieronymum clamoribus tantum egisse, Vigilantium autem solidis rationibus, ubi etiam impudentissimè censuram quandam Erasmi in librum Hieronymi contra Vigilantium tribuunt Gregorio, quasi Gregorius desiderasset in Hieronymo modestiam. Sed de his aliàs.

XIV. Pelagiani duo inter alia docebant. Primò,

non

non esse in hominibus peccatum originale, & praecipue in filiis fidelium, ita refert Augustinus lib. 6. contra Iulianum, c. 2. & 3. & lib. 4. ad Bonifacium, c. 2. & 4. Secundo, per quodlibet peccatum, quamuis leuissimum, perdit iustitiam, ac proinde omne peccatum esse mortale. Ita refert D. Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos. Primum horum dicitur docet Zwinglius in libro de Baptismo, Martinus Bucerus in caput tertium Marthae, & Caluinus lib. 4. institutionum, c. 15. §. 20. nisi quod Zwinglius negat simpliciter peccatum originale in quolibet homine, & tantum uult miseriam quaedam per Adam nos contraxisse: Bucerus autem & Caluinus, solum in filiis fidelium negant peccatum originale, quos dicunt Sanctos nasci, & saluari etiam sine Baptismo. Errorem alterum docent omnes Sacerdotes. Lutherus asserit, ar. 32. Philippus in locis c. de discrimine peccati mortalis & uenialis, Caluinus lib. 2. instit. c. 8. §. 58. & lib. 3. c. 4. §. 28. & caeteri omnes omne peccatum natura sua uolunt esse mortale.

XV. Nestoriani docuerunt, in Christo duas esse personas, & duas naturas, ita Theodoretus lib. 4. de haeret. fabulis, iudè omnes ueteres contemnebant, teste Vincenzio Lyrenensi, id quod egregie praestat Lutherus, Caluinus, & alij omnes: errorem autem praecipuum Nestorij docet hoc tempore Theodorus Beza siue ex ignorantia, siue ex malitia, qui in libro de hypostatica duarum in Christo naturarum unione, dicit se duas uisiones hypostaticas in Christo ponere, unam animae cum carne, alteram diuinitatis cum humanitate.

XVI. Eodem tempore fuerunt aliqui, nescio an etiam ipsi Nestoriani essent, qui docuerunt, in Eucharistia non manere Corpus Christi, si seruetur in alteram diem, quos Cyrillus in epistola ad Calosyrium Episcopum insanire dicit. Hunc errorem rursus excogitauit Bucerus, docet in Eucharistia non esse Christi corpus, nisi quando sumitur. Vide Cochleum tra. 8. lib. 3. Miscellaneorum, Idem postea docuit Philippus Melancthon in locis c. de cœna Domini, & Caluinus lib. 4. instit. c. 17. §. 39.

XVII. Eutychiani docuerunt, unam esse in Christo naturam, sicut unam personam: ita refert Theodoretus lib. 4. de haer. fabulis. Eadem hoc tempore multi instaurarunt. In primis Gaspar Syuenckfeldius in libro de diuina Maiestate humanitatis Christi, asserit, post ascensionem Christi humanam eius naturam conuersam esse in diuinam, & iam esse uerum Deum, non creaturam. Idem uel aliquid aliquantò peius uidetur sensisse Brentius, qui in sermone de ascensione Domini docet, Christi humanitate ab ipsa incarnatione semper fuisse ubique. Idem docet Iacobus Smidelinus in disputatione Tubingensi, cap. 34. de qua re uide tertium librum nostrum de Christo. c. 11. 12. & seq.

XVIII. Xenaias Persa primus palam asseruit, Christi & Sactorum imagines non esse uenerandas: testis Nicephorus lib. 16. c. 27. Idem nunc Caluinus lib. 1. institutionum, c. 11. toto, ubi etiam §. 7. non uult ullo modo erigi signum crucis, in quo se fratrem diaboli ostendit, nisi quod diabolus ipsum impietate vincit. Diabolus enim crucem execratur, quia timet, & timendo honorari: Caluinus execratur, quia despicit atque irridet. Ibi etiam §. 13. dicit, primis quingentis annis nullas fuisse imagines in templis Christianorum, quod est insigne mendacium, etiam ipso Caluino teste. nam in praefatione instit. dicit, Epiphanium in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum scribere, se in templo uidisse imaginem Christi, aut nescio cuius Sancti pendere. Et praeterea Laetantius in carmine ad crucifixum, Basilium in oratione in Barlaam, circa finem Nysseni oratione in Theodorum, non procul ab initio: Paulinus in uita Felicitis: Prudentius de sancto Cassiano: Euodius lib. 2. de miraculis sancti Stephani, Athanasius ad Antiochum, quaestione 16. docent, suo tempore imagines Sactorum fuisse in templis: istos autem

omnes uixisse ante mille & ceterum annos, notissimum est. adde, quod Nicephorus lib. 14. cap. 2. dicit, imaginem B. Mariae à sancto Luca depictam, positam fuisse in templo, quod Pulcheria soror Theodosij Constantinopoli extruxit in honorem B. Virginis.

XIX. Lampetiani docuerunt, monasteria debere esse libera, id est, sine votis perpetuis: ita refert Damascenus libro de ceterum haeresibus, circa finem. Idem hoc tempore Lutherus, qui in libro de votis monasticis dicit, non posse uoueri pie in monasteriis, nisi hac forma: *Uoueo castitatem, paupertatem, & obedientiam usque ad mortem, liberè, id est, ut mutare possim, quando uolo.*

XX. Quorundam, qui negabatur, Eucharistia uerè esse carnem Christi, & tantum esse uolebat figuram, seu imaginem corporis Christi: ita refertur in septima Synodo, actione 6. tomo tertio: & logè antea ex Ignatio, idem refert Theodoretus in Dialogo, qui dicitur Impatibilis. Hanc haeresim docent hoc tempore, Zwinglius in libro de uerbis cœnae domini, & Caluinus lib. 4. instit. c. 17. §. 12. **HABEMVS** haec hactenus uiginti Haeresiarum haereses, quae damnatae sunt ab Ecclesia, quae fuit primis DCC. annis: quas haereses cum nos pro haeresibus, aduersarij nostri pro articulis fidei habeant, sequitur nostram doctrinam conspirare cum doctrina antiquae Ecclesiae, Aduersarij autem cum haeresibus antiquis.

CAPVT X.

Nota septima.

SEPTIMA nota est unio membrorum inter se, & cum capite: nam Ecclesia esse unum corpus, unam sponsam, unum ouile, passim Scripturae docent: ad Romanos duodecimo: Cantic. 6. Ioannis 10. & in Symbolo Constantinopolitano, diximus unam Ecclesiam. Praecipua autem unitas corporis consistit in coniunctione membrorum cum capite, & inter se. de ueraque unione dicendum est, & primò de prima. sed quonia de capite Ecclesiae, qui est Romanus Pontifex, alibi differuimus, hic solum aliquot in medium allatis testimonijs Patrum, ostendemus, apud ueteres semper fuisse habitam pro uera Ecclesiae coniunctionem cum Romano Pontifice.

IRENAEVS lib. 3. cap. 3. aperte dicit, ad Romanam Ecclesiam, propter potentioris principalitatem, necesse esse omnem conuenire Ecclesiam, id est, eos, qui undique sunt fideles.

CYPRIANVS lib. 1. episto. 3. *Post ista, inquit, ad uisum super Pseudopiscopo sibi ab haereticis constituto, nauigare audent, & ad Petri Cathedram atque Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis, & prophanis literas ferre, nec cogitare, eos esse Romanos, ad quos perfidia habere non possit accessum.* Et lib. 4. epistola octaua de cathedra Romani Pontificis loquens: *Scimus, inquit, hortatos nos esse, ut Ecclesia Catholica matricem, & radicem agnoscerent, & tenerent.*

AMBROSIVS in oratione de obitu Satyri: *Rogauit inquit, si cum Episcopis Catholicis, id est, si cum Ecclesia Romana consentiret.*

HERONYMVS in epistola ad Damasum de hypostasis nomine: *Hic, inquit, in tres partes scissa Ecclesia, me ad se rapere festinat, ego interim clamito: Si quis cathedrae Petri iungitur, meus est. Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi haerere se dicunt. Possem credere, si hoc unus assereret: nunc aut duo metuntur, aut omnes. Et in epistola superiori: Ego, inquit, beatitudinatus, id est, cathedrae Petri conuentione consocior: super illam petram aedificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est: si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnate diluuium. Non noui Vitalè, Meletium respicio, ignoro Paulinè: quicumque tecum non colligit, spargit, id est, qui Christi non est. Antichristi est. Et in epitaphio Marcellae scribit, sanctum Athanasium, & eius successorem Petrum, & Alexandrinus*

Episcopos, persecutione Arianae haereseos declinantes, tamquam ad tutissimum sui communionis portum, Romanam confugisse.

OPERTVS lib. 2. contra Parmen. à principio per aliquas paginas docet, veram Ecclesiam dotem primam, & precipuam esse cathedram Petri, quae Romae est: & inde probat, Donatistas non pertinere ad Ecclesiam veram, quia non essent coniuncti cum Syricio, qui tunc sedebat in cathedra Petri.

AVGVSTINVS in epist. 162. loquens de Caecliano Episcopo: Qui, inquit, possit non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret Romana Ecclesia, in qua semper Apostolica cathedra viguit principatus per communicatorias litteras esse coniunctum. Et in Psal. contra partem Donati: Venite, fratres, si vultis, ut inseramini in vite: dolor est, cum vos videamus praecisos ita iacere: numerate sacerdotes, vel ab ipsa Petri sede: in ordine illo Patrum: quis, cui successerit, videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superba inferorum porta.

LEO epist. 87. ad Episcopos Viennensis provinciae: Praedicationis, inquit, Evangelij Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet, ut exortem se mysterij intelligeret esse divini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere.

HIS adde experientiam: videmus enim omnes illas Ecclesias, quae ab isto capite se diuiserunt, tanquam ramos praecisos à radice, continuè aruisse. Certè Ecclesiae Asiae, & Africae, quae quondam ita florebant, ut numerosissima Concilia celebrarent, & semper haberent multos homines, vel doctrinam, vel sanctitatem, vel utroque Deum munere clarissimos, ab eo tempore, quo à Romana Ecclesia schisma fecerunt, nulla Concilia celebrarunt, nullos habuerunt homines fama sanctitatis, aut doctrinae toti orbi notos, & nunc in summa ignorantia versantur.

VENTIAMVS nunc ad consensionem membrorum inter se. Certum est, Concordiam esse signum Regni Dei, quod stare debet in aeternum: Discordiam autem Regni Diaboli, quod tandem ruere debet. Vnde Matth. 12. Omne Regnum in seipsum diuisum, desolabitur. Et 1. Cor. 14. Non est dissensionis Deus, sed pacis. Et D. August. lib. 18. de ciuit. Dei, c. 52. dicit, diabolum cupiuisse per haereticos effecere, ut in Ecclesia Christi essent liberae dissensiones, quomodo erant in Academicis Philosophorum: ut sicut illae per multas diuisiones tandem intereunt, & ab inuicem consumuntur, ita fieret in Ecclesia.

IAM ex hac nota clarissimè est, nostram Ecclesiam solam esse veram Dei Ecclesiam: siquidè in nostra Ecclesia in primis omnes Scriptores sacri mirificè inter se consentiunt, licet fuerint homines diuersi, & in locis, temporibus, ac linguis diuersis scripserint: quod pro re planè diuina B. Aug. obseruat lib. 18. ciuit. Dei, c. 41. deinde omnia legitimorum Conciliorum, & Pontificum decreta, etiam in omnibus dogmatibus inter se conueniunt, licet edita sint à diuersis hominibus, diuersis locis, temporibus, occasionibus, & contra diuersissimas, immò sepe contrarias haereseos, quod est apertum signum vnus & eiusdem Spiritus sancti, hanc Ecclesiam gubernantis.

Hoc autem esse verum, ostendit diligentia haereticorum, qui licet omnia diligenter euoluerint, tamen non inuenerunt quidquam vilius momenti, quod reprehendere possent: ut in disputatione de Concilio ostendimus.

DENIQUE, nunc omnes Catholici toto orbe dispersi de omnibus dogmatibus fidei sentiunt idem, nec possunt aliter sentire, cum omnes subiiciant sensum suum sensui vnus, & eiusdem summi pastoris, ex cathedra Petri cum consilio aliorum pastorum Ecclesiam dirigetis.

Quo d autem nulla vnquam fuerit secta Gentilium, vel haereticorum, in qua talis consensus esset, facile potest ostendi. Ac primum de Paganorum sectis, docet Augu-

A stinus sermone 11. de verbis Domini, ad eandem religionem apud eos Iunonem, & Herculem, aliosque Deos inter se dissidentes, & etiam belligerantes pertinuisse. De Philosophis notum est omnibus, adeo ut Basilij oratione prima de opere sex dierum dicat, non esse opus ut nos pugnemus contra Philosophos, cum illi mutuis dissensionibus sufficiant ad suam ipsorum doctrinam euertendam: de quo etiam vide Theodoretum libro de fide, & Augustinum lib. 18. de ciuitate Dei, c. 41.

EVDVM fuisse morem omnium haereticorum, certissimum est: nam Irenaeus lib. 1. c. 21. & seq. docet, haereticum Simonis primi haeresiarum mox diuisam, & inde natas esse sectas Menandrianorum, Basilidianorum, Saturnianorum, &c. Item lib. 1. c. 5. scribit de Valentianis, quod cum essent plurimi, vix duo, aut tres inter se conueniebant in omnibus dogmatibus. De Donatistis scribit Augustinus lib. 1. de Baptismo, c. 6. haereticum Donatistarum in multa minutissima frustra concilia fuisse suo tempore.

MARCIONITAS mox diuisos fuisse, & inde natos Lucianistas, Appellianos, & Seuerianos docet Epiphanius lib. 1. tomo 3. contra haereseos. Montanistas diuisos esse in Pepuzianos, Artotyritas, Phrygatas, &c. scribit Epiphanius lib. 2. to. 1. Manichaeos quoque in sectas diuisos testatur Augustinus lib. de haer. cap. 46. Messalianos autè diuisos in Martyrianos, Sathanianos, Enthusiasias, docet Epiphanius haer. 80. & Theodoretus lib. 4. de haer. fa. Ariani mox diuisi sunt in Acacianos, Macedonianos, Eunomianos, ut patet ex Rufino lib. 10. hist. cap. 25. Idem etiam Ariani singulis ferè annis fidem mutabant, ut scribit Hilarius in utroque libro ad Constantium. Pari ratione Eutychniani ita diuisi fuerunt, ut omnes ferè sectae quae postea extiterunt in Oriente, sint proles Eutychnianorum, ut patet ex Euagrio lib. 3. & 4. hist. & ex Damasceno libro de centum haeresibus.

DENIQUE nostro tempore constat ex Friderico Staphylo in libello de Concordia discipulorum Lutheri, Lutheranos vix dum natos, diuidi coepisse in Anabaptistas, Confessionistas, & Sacramentarios, & rursum singulas sectas in alias & alias vsque ad 34. & hoc quidè tempore Staphyli: nunc autè numerantur ferè 100. diuersissimae sectae ab vno Luthero prodeuntes, id quod fit magna prouidentia Dei: nam hoc modo haereseos seipsas consumunt: diuisio enim earum non est Mathematica, quae procedit in infinitum. Vnde Ia. 19. dicitur, Cœcurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios. Et Hilarius lib. 7. de Trinitate, Bellum haereticorum, inquit, pax est Ecclesiae.

ADDE, quod iidem etiam auctores haeretici secum non consentiunt, quae est certissima nota falsae doctrinae, ut ipsemet Lutherus ait in lib. de votis monasticis: Mendacia, inquit, certius dignoscere non potes, nisi quando sibi metipsis contraria sunt. A Deo enim ita ordinatum est, ut impij semper seipsos confundant, & quod mendacia non consentent, sed semper contra se metipsa testentur.

PORRO Lutheri contradictiones innumeras collegit Ioanes Cochlaeus in septicipite, vbi ad finem adiecit 36. varias sententias vnus Lutheri de vno articulo, id est, de communione sub vtraque specie. Confessionem quoque Augustanam, quam omnes pro sacrosancta habent, ita immutat, & variè ediderit, ut nesciant ipsi, quae sit vera confessio Augustana: de qua re consule Harmoniam Andreae Fabricij Leodij, vbi videbis praeter caetera editionem anni XXX. & editionem anni XL. quarum vna duplo est maior altera.

SED ad hoc argumentum aduersarij respondent ut possunt. Calvinus in primis in praefatione institutionis dicit, non esse mirum, si ex religione sua mox oriatur diuisiones, & sectae contrariae: nam id accidit etiam Ecclesiae Apostolorum. ex ea enim prodierunt Simoniani, Nicolaitae, &c. semper enim Diabolus, vbi videt bonum se-

men seminari, accedit & superfeminat zizania.

DENDE, idem Calvinus lib. 4. institutionum, c. 13. §. 14. dicit, ex hac nota colligi, non esse apud nos veram Ecclesiam: nam tot sunt apud nos schismaticorum conuenticulae, & diuisiones, quot sunt monasteria: olim enim Monachi vnebant quidè separati ab aliis, sed non percipiebant Sacramenta separati, immò concurrebant ad Ecclesias ordinariorum ministrorum, & ibi cum reliqua plebe sacris intererant: nunc autè singula monasteria sibi priuati altare erexerunt, & Sacramenta percipiunt separati à populo Christiano, quod etià nominibus testatur, cum alij Benedictini, alij Franciscani, alij Dominicani dicantur.

TERTIO addit alij, plures apud nos esse sectas, Thomistarum, Scotistarum, & similibus, quam apud illos.

RESPONDEO ad primū, hoc esse discrimen inter diuisionem haereticorum ab Ecclesia, & diuisionem ab aliqua haeresi, quod in Ecclesia Catholica inuenitur certa regula componendarum controuersiarum, id est, sententia summi pastoris, vel Concilij plenarij, & idè non oritur ex doctrina Ecclesiae dissensio, sed ex sola malitia Diaboli.

PRÆTEREA vndeunque oriatur, mox datur, & eiectio haeretico scissura refarcitur: nec ulterius in ipsa Ecclesia progreditur. At apud haereticos non est vlla regula finiendarum controuersiarum. Quisque enim se preponit aliis, & quisque vult esse iudex aliorum, & inde fit, ut ordinariè quilibet noua haeresis statim pariat alias, & alias, donec per multas diuisiones consumatur, ita ut miraculum videatur, si aliqua haeresis diutius duret.

ITAQVE Ecclesiae doctrina per se gignit vnionem, & cōiunctionem animorum: haeresis verò per se, & ex propria sua natura diuisiones, & schismata germinat. Cum ergo videamus more aliarum haereseos, sectam Lutheranam mox diuisam fuisse in tam multas alias sectas, & quotidie magis & magis diuidi, nec sperari ab illis vllum finem diuisionum, meritò iudicamus eos haereticos, & tandem penitus interitum nomen Lutheranum.

AD secundum argumentum dico, in primis esse mendacium Caluini, quod autem qui Monachum non habuerint proprium altare, sed acceperint Sacramenta in Ecclesiis ordinariorum parochorum: nam Epiphanius in epistola ad Ioannē Hierosolym. testatur, se in monasterio sancti Hieronymi ordinare presbyterum Paulinianum, qui in ipso monasterio Sacramenta conficeret caeteris Monachis, quia sanctus Hieronymus pra humilitate nimia non audebat sacrificia altaris offerre. Irè Cassianus collatione decima octaua quae est Abbatissae Pyamonis capite 15. narrat in ipsa eremo habuisse Monachos suos Presbyteros, etiam Monachos, qui Sacramenta caeteris ministrabant.

AVGVSTINVS lib. de moribus Ecclesiae, cap. 31. & 33. docet, non solum in solitudine, sed etiam in vrbus, ut Mediolani, & Romae habuisse Monachos in suis caenobijs praepositum Presbyterum, qui sine dubio idè Presbyter erat, ut in caenobio Sacramenta conficeret, & non cogerentur Monachi egredi à monasterijs, ut irent ad Ecclesias. Denique Ioannes Damascenus in historia de Barlaam, & Iosaphat scribit, Barlaam eremitam in sua cella sacrificium Missae celebrasse, praesente solum ministro suo Iosaphat.

DICO secundò, schismaticum non fieri vllum propter diuersum altare materialiter, sed formaliter: alioqui omnes parochi essent schismatici, quia habent diuersa altaria in eadem ciuitate: & omnes Episcopi essent schismatici, quia habent altaria diuersa in ciuitatibus diuersis. Soli igitur illi schismatici sunt, qui ita erigunt altare proprium, ut altare aliorum prophanum censeant.

DENIQUE Monachos huius temporis non esse schismaticos ex eo perspicuum est, quod parent vni summo Pontifici: ordinantur Presbyteri ab Episcopis ordinariis, denique frequentantur à populis. Porro nomina illa, Benedictinorum, Franciscanorum, Dominicanorum, de-

sumpta sunt non ab auctore doctrinae, sed ab institutore seuerioris disciplinae, ut notum est.

AD tertium dico, Thomistas, & Scotistas, non dissentire, nisi in iis rebus, quae ad fidem non pertinent, ut beatus Augustinus dicit de dissensionibus doctorum sui temporis lib. 1. contra Iulianum, & praeterea semper subiicit se, & sua Ecclesiae definitioni omnes Catholici. Proinde etsi verbis interdum pugnare videantur, re tamen ipsa in rebus fidei omnes conueniunt, cum omnes id vnū credere se profiteantur, quod in Ecclesia Catholica Romana credendum esse iudicatum fuerit.

AT haeretici de rebus fidei praecipuis dissentiunt, & vnus habet alium pro haeretico, & tamen eundem Lutherum patrem agnoscunt, de quo vide Hostij lib. 1. contra Brentium, & Canisium in praefatione librorum Vegae Coloniae excusorum: neque id aduersarij inficiari vlla ratione possunt. Siquidè primò non negat, Anabaptistas haereticos esse Lutheranis, & Zvinglianis, & contra, & tamen ex eodè Luthero omnes prodierunt: deinde Zvingliani sunt haeretici Lutheranis caeteris, ut patet ex testamento Brentij, & multis Lutheri libris: at Zvingliani, & Calvinistae non audent Lutherum execrari, & tamen in rebus grauissimis ab eo dissentiunt, ut patet ex libris Caluini, Bezae, Martyris de caena Domini, & de loco corporis Christi.

RVRSVS inter Confessionistas Lutheranos, rigidi & molles grauissimè contendunt: id apparet ex libris Ioannis Vvigliandi & Illyrici contra Georgium Maiorem, & Philippum Melancthonem, & horum contra illos.

CENTURIATORES in praefatione quinta Centuriae de se sic aiunt: Etsi sunt aliqui adhuc Doctores Ecclesiae Dei in variis locis dispersi, tamen non tantum à filiis huius seculi, quibus hoc solenne est, sed etiam à proprijs synergis, & confratribus iridentur, molestantur, affliguntur, debilitantur, & franguntur, dum eos Stoicos & seditiosos proclamant, dum seditiosis & haereseos crimina eis impingunt.

IOANNES Vvigliandus in lib. de erroribus Georgij Maioris: Tu, inquit, Georgi, es ille vir, qui turbat Israèl, non nos, qui te monemus de falsis erroribus pugnantibus cum verbo Dei: nam ista zizania & tetros errores, in Ecclesia Dei libris editis longè lateque disseminas, ac plantas. Nos verè Ecclesiam Dei hortamur, ut in vera, & semel agnita, atque accepta puritate doctrina à Deo per salutare organum Lutherum perstet. Et infra: Non sunt lana neque linum, de quibus disceptatur: sed de grauissimis doctrinae Christianae capitibus, quae à Maiore, & alijs fœdè deprauantur. Et infra post quartum errorem: Maior, inquit, ingenti audacia gloriatur, se ne pilum quidem de doctrina Lutheri discessisse, & interim totam Lutheri doctrinam de seruo arbitrio, reprobè menti & Diabolo in cathedra Lutheri sedens attribuit. Et infra post septimum errorem: Hos perniciosos errores, inquit, Maioris vir Dei Lutherus tum in scriptis suis, tum disputationibus publicè refutauit & exposuit.

PRÆTEREA inter ipsos rigidos, quaestio grauissima orta est de peccato originis: nam Illyricus contedit peccatum originis esse substantiam: & contrariam sententiam vocat spectra Pelagiana. Cōtrà verò Ioannes Vvigliandus, Tilmannus Heshufius, & alij scribunt contra Illyricum, ut cōtra manifestum Manichaeum. Certè Heshufius initio antidoti cōtra Illyricum, docet istam quaestionem ad fundamenta fidei pertinere.

DENIQUE ex eadem prouincia Saxonica, intra decem annos prodierunt contradictoriae sententiae publico nomine editae, de re omnium grauissima. Nam in Synodo Dresdensi anno M. D. LXXI. celebrata, communi consensu expulserunt sententiam Brentij, Illyrici, & aliorum de persona Christi, & tamen illam ipsam sententiam à se damnatam anno M. D. LXX. X.

in libro Concordie publicè receperunt, & tam Synodus, quam Concordia VVitembergæ impressa sunt, & eiusdem Principis auctoritatem præ se ferunt.

CAPVT XI.

Nota octaua.

NOTA nota est Sanctitas doctrinæ. Vera enim Ecclesia non solum est Catholica Apostolica, vna, sed etiam sancta, vt habet Symbolum Constantinopolitanum. Constat autem sanctam dici ecclesiam, quia professio eius est sancta, nihil continens falsum, quoad fidei doctrinam: nihil iniustum, quoad doctrinam morum. vnde in Psal. 18. appellatur lex Domini immaculata, testimonium fidei, præceptum Domini lucidum.

Ex hac nota euidenter ostenditur, nullam esse veram Ecclesiam, nisi nostram: nulla enim est secta vel Paganorum, vel Philosophorum, vel Iudæorum, vel Turcarum, vel Hæreticorum, quæ non contineat aliquos exploratos errores, & rectæ rationi manifestè contrarios.

DE Paganis multorum Deorum cultoribus ostendit, quàm absurda, ac curpia senserint, Minutius Felix in Octauio, Arnobius lib. 4. 5. 6. & 7. contra Gentes, & Augustinus lib. 7. de ciuitate Dei, per totum: nec vllus de hac re hoc tempore dubitat.

DE Philosophis antiquis idem docet Theodoretus in libro de legibus, qui est nonus ad Græcos, vbi docet, Lycurgi legibus permittit adulteria: legibus Perfarum, permittit incestas nuptias cum matribus, filiabus, sororibus: legibus Massagetarum, morituros & fenes à propinquis deuorari: legibus Tiberanorum, deiici fenes ex altis ruitibus: legibus Hircanorum, proici cadauera hominum canibus: legibus Scytharum, cû mortuis sepeliri vitios, qui ab eis dilecti fuerant: legibus Platonis quæ vifæ sunt omnium optimæ, horrida vitia præscribi, vel laudari, vt communionem vxorum, nefandam libidinem, extinctionem conceptuum, cades infantium, & similia.

DE Mahumetanis idem patet ex Alcorano: nam capite secundo docet omnes saluari in suis legibus, si eas seruent, Iudæos, Christianos, Turcas, cap. 5. 28. 47. 48. & aliis passim docet beatitudinem futuræ vitæ consistere in cibo, & potu, & vxorum multitudine: nec vnquam in toto Alcorano metio fit actioem spiritualium visionis, vel amoris Dei: capite 43. dicit Deum & Angelos orare pro Mahumeto: similia absurdissima passim leguntur in Alcorano.

DE Iudæis, qui post Christi aduentum scripserunt, manifestum est ex libris ipsorum: nam in primis in doctrina Talmud, quæ est ipsorum verbum Dei non scriptum, inueniuntur innumerabiles errores, de quibus videri de Sixto Senensens lib. 2. Bibliothecæ sanctæ. R. Salomon, quem Iudæi maximi faciunt, in commēt. c. 2. Gen. in illud, Hoc nunc os ex osibus meis, dicit Adamū cū omnibus bestiis, & feris carnaliter congressum, nec potuisse libidinem explere quousque ad Eua: amplexus peruenit. Idem in c. 28. Num. in illud, In kalendis autem offeretis holocaustum Domino. Ipse legit holocaustum Domini, & dicit præceptum esse offerri holocaustum in die nouilunij pro peccato Dei, quod commisit cū diminuit lumen lunæ: quam fabulam narrat idem R. Salomon in caput primum Genes. in illud, Duo luminaria magna. Idem in caput quartum Deuteron. in illud, Creauit Deus hominem, dicit Adamum fuisse tam procerum, vt capite cœlum tangeret, dum esset in terra: similia passim occurrunt in libris Iudæorum.

DE Hæreticis antiquis idem ostendi potest: nulla enim fens fuit hæresis, quæ non haberet manifestos errores. Gnostici inter alia frequentari debere docebant scortationes, & luxuriam omnem exerceri, tamen vitari conceptum: & si conceptus casti sequebatur, extrahebant

de vtero prægnantis, & contusum in mortario, ac melle & pipere conditum deuorabant, & hoc modo magnum Pascha se celebrare dicebant. Ita refert Epiphanius hæres. 26.

CARPOCRATIANI docebant, teneri vnūquemque ad omnia genera scelerum perpetranda: & si cū moriebantur, non patrauerant omnia, dicebant animas remitti ad corpora, idque toties, donec implet scelerum mensuram: & hoc modo exponebant illud Euangelij, Non exies inde, donec reddideris nouissimū quadrantem. Ita Epiphanius refert hæres. 27.

MONTANISTÆ sacrificium efficiebant ex sanguine anniculi infantis, quæ minutis vulneribus æreis aciculis totum exprimebant incredibili crudelitate. Testis est Augustinus in hæres. 26.

MANICHÆI docebant, æquale peccatum esse præcidere folium de arbore, atque hominem interficere. Idem asseriebant partes diuinæ essentia teneri captiuas à principibus tenebrarū, & ex iis aliquas liberari, alias in æternum damnandas. Aug. hæres. 46.

DONATISTÆ, vt seipos Martyres facerent, de montibus ipsi se præcipitabant, vel aquis præfocabāt, vel in ignem coniciebant, vel mortem minabantur, & inferebant iis, qui eos occidere nollent. Testes Augustinus epist. 50. & Theodoretus lib. 4. de hæres. fabulis. Eius generis infinita adduci possent.

SECTARI nostri temporis docēt, omnē hominem iustificari sola fide speciali, qua quisque certò credit, se propter Christum coram Deo esse iustum: quòd cum quolibet paradoxo comparari potest, non enim est id supra vel præter rationem, sed planè cõtra omnem rationem. Quæro enim, Incipio credere me esse iustum, vel sum iustus, vel iniustus: si iustus, igitur iustificor per fidē illam, quæ est posterior mea iustitia: si iniustus, ergo ista fides est falsa: ergo non est fides diuina iustificans, nisi dicamus homines iustificari per mendacium.

PRÆTEREA Lutherani omnes, maximè spiritum præcūm & inuocationem extollunt, & tamen hæc fides tollit orationem Dominicā: nā si certò credo, me nullum habere peccatum, mentior si cum hac fide dico, dimitte nobis debita nostra. Præterea Caluinista Anabaptistas omnino damnant, nec censent posse eos iustificari, nec saluari, nisi conuertantur ab erroribus suis, & tamē sciūt Anabaptistas certò credere se esse iustos, ergo coguntur dicere eos simul, & iustos, & non iustos esse.

PRÆTER hoc dogma cõmune, singuli habent sua propria dogmata, plena manifestæ absurditatis. Anabaptistæ præter alia multa habēt nocturna cõuenticula, in quibus nuptias caninas exercēt, vt colligitur ex articulis eorū, quos Ioannes Cochlaus refutauit, & apertè etiam propriis sororibus iunguntur. Art. II. Anabaptistarum est, nemo debet publicè prædicare: art. 17. post sermonem fiat adhortatio, vt crescāt, & multiplicentur. art. 19. licet fratri germanam sororem in vxorem accipere.

LUTHERANI habēt quasi proprium errorē illū manifestissimū, quòd infantes, dum baptizantur, vtatur ratione, audiāt verbum Dei, credāt, diligāt: quod in Synodo VVitembergensi anno M.D.XXXVI. publicè definitur: quod tamē apertè repugnat veritati, vt Augustinus epistola quinquagesima septima ad Dardanū scribat, iniuriam facere humanis sensibus, qui hoc dicūt. Quomodo enim credibile est infantē, qui plorat, & reluctatur quātum potest, dum abluatur, intelligere, quid agatur.

PORRO Caluinistæ habent tanquā propriam sententiam illam non modò pietati, sed etiam rationi apertissimè repugnātem, quòd omnia absoluta necessitate eueniant, quòdque Deus sit causa peccatorum: à qua Lutherani penè omnes iam discesserunt.

AT Ecclesia nostra Catholica nullum errorem, nullam turpitudinem, nihil contra rationem docet, et si

multa

multa supra rationem. Proinde sola est absolutè sancta, eiq̃e soli conuenit, quod in Symbolo dicimus, Credo sanctam Ecclesiam. Quam rem ostenderunt aduersus Paganos, Iustinus in vtraque Apologia: Tertullianus in Apologet. cap. 36. & sequentibus: Ambrosius lib. 1. 2. & 3. contra Gentes: Minutius Felix in Octauio: Augustinus in libris de ciuitate Dei: Contra Paganos autem & hæreticos omnes, idem ostendit accuratissimè beatus Thomas in libris contra Gentes.

CONCLVDAMVS igitur cum sancto Augustino lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 28. Nihil in Christianis Ecclesiis turpe, & flagitiosum spectandum, imitandumque proponitur, vbi verè Dei aut præcepta vifinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulautur. Er lib. 22. c. 7. Persuadeatur veritas noua consuetudini, sed non contraria rationi.

CAPVT XII.

Nota nona.

NOTA nota est Efficacia doctrinæ: sola enim vera Ecclesia habet doctrinam, non solum immaculatam, sed etiam conuertentem animas, vt dicitur Psal. 18. & sermonem viuum penetrantem vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, Heb. 4. Jam Philosophi antiqui tamesi magnam sapiētiam ostentarent, & summa eloquentia leges suas populis suaderent, nunquam tamen vel vicina oppida ad suas leges trahere potuerūt, vt docēt Athanasius lib. de humanitate Verbi, & Theodoretus libro de legibus, quia non erant verba eorum verba viua, sed mortua, non spiritus Dei, sed spiritus hominum.

MAHUMETANI autem traxerunt quidem multos, sed terrore armorum, non vi, & efficacia doctrinæ. Quare ipsemet Mahumetus in Alcorano cap. 18. & 19. col. 20. bello cogendos homines ad fidem. Porro hæretici nunquam leguntur conuertisse vllos Ethnicos, aut Iudæos ad fidem, sed solum peruertisse Christianos, quod etiam notauit Tertullianus in lib. de præscriptio. hæres. De verbi, inquit, administratione quid dicam? Cū hoc sit negotium illis non Ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi, nostra suffodiant, vt sua edificent, &c.

AT, inquit, Freculphus in Chronico tomo 2. lib. 4. c. 20. refert ab Arianis tempore Valentis Imperatoris totam gentē Gothorum à paganismo ad fidem cõuersam.

RESPONDEO, non ab Arianis Gothos esse conuersos, sed miserè deceptos. Gothi enim cū iam de finibus suis egressi sub Romani imperij auspiciis militarent, & multa præclara de Christianis audirent, sua sponte, nemine impellente, ab Imperatore petierunt Episcopos, à quibus docerentur, parati ad credendum quidquid eis diceretur: Imperator verò, quia Arianus erat, Arianos Episcopos misit, atque ita Gothi miserè decepti, cū Christiani fieri vellent, Ariani facti sunt: non tamen vlla virtute, aut miraculis Ariatorum, quæ enim difficultas est instillare venenum homini parato ad illud sumentum.

ADDE quòd Freculphus non integrè historiam hæc refert. constat enim ex Socrate lib. 4. cap. 27. Sozomeno lib. 6. cap. 37. Theodoro lib. 4. cap. vlti. maiorem partem illorum Gothorum fuisse Christianam, & Catholicam, & ab Arianis postea deceptam. Non igitur conuertunt homines ad fidem hæretici, nec possunt. nam hæretici habent quidem Scripturam, sed non habent verum sensum Scripturarum, qui propriè est gladius spiritus: verba enim nō tam gladius, quàm vagina sunt, qua gladius spiritus continetur. Cū ergo illi non pugnent gladio, sed vagina tantum, quid mirum, si non feriant corda infidelium? Neque etiam mirum est, quòd Catholicos peruertant: nam proni sunt homines ad descensum, ad viam

latam & facilem, quam illi aperit. Et Deus id fieri sinit propter ingratitude corū, qui semel sunt illuminati, & lumini accepto, bonis operibus non respondent.

AT Ecclesia verè sancta, & Apostolica olim breuissimo tempore per homines contemptibiles externa specie, siq̃e armis, & sine pompa verborum totum mundum traxit, id est, homines magnos, paruos, doctos, indoctos, iuuenes, fenes, viros, fœminas: & traxit, non ad delicias huius seculi, sed ad res credendas supra omnem rationem, & ad crucem, & angustias, & vitam perfectissimam repugnantem carni, & sanguini, & hæc omnia propter præmium nullum in hac vita, sed solum in futura: & hoc ita persuasit, vt maluerint plurimi potius amittere omnes opes, honores, amicos, affines, & vitam ipsam, quàm Christi fidem: de quo vide Athanasius, & Theodoretum locis notatis, & Aug. lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 5. vbi ponit inter præcipua miracula, quòd pauci Apostoli sola Verbi diuini efficacia, sine eloquentia, aut armis totum mundum subegerint.

DEINDE à tempore beati Gregorij vsque ad nostra tempora conuersos multos à nostris, probari potest testimonio aduersariorum: nam quòd sexto seculo iussu beati Gregorij Anglos paganos non hæretici, qui tunc etiam non deerant, sed Monachi Pontificij ad fidem Christi conuerterint, testantur Centuriatores cent. 6. cap. 2. col. 37.

DEINDE tempore Canonis Papæ, sanctus Kilianus à Papa missus cõuertit Fræcones, vt dicunt ipsimet Centuriatores cent. 7. cap. 2. col. 31.

DEINDE tempore Gregorij I. & Gregorij III. ac Zachariæ Pontificum, conuersa est magna pars Germaniæ ad fidem, non per hæreticos iconomachos, quibus tunc mundus abundabat, sed per sanctum Bonifacium Episcopum, & Martyrem, quem Papa Gregorius II. miserat, vt fatentur Centuriatores cent. 8. cap. 2. col. 20. vbi honorificè de eo loquuntur his verbis: Hoc seculo postquàm illuxit tēpus, quod Dominus sua misericordia prestauit, maiori cum fructu res successit: nam excitauit Dominus Vinofrudum, quem Romani dixerunt Bonifacium, cum suis Collegis ad Ecclesie sue in Germania propagationem, & opus manuum eorum ipse gubernauit, & promouit, &c.

HIC erant obliti Centuriatores sanctum Bonifacium fuisse Papistam, propterea tam bene de eo loquuntur. Nam in præfatione eiusdem Centuriæ blasphemii & ingratiissimi in suum Apostolum sic loquuntur: Hunc ad rem habet Papa, suos dromones egregios, peritissimos eiusmodi aucupiorum, audaces, temerarios, qui præmia, & honoribus illecti & irretiti, sedulam operam in omnibus nationibus, & regnis nauant. Et infra: Talis fuit dromo, Bonifacius ille, Germanorum Apostolus dictus, qui in hoc summo studio, arte, ac vi incubuit, vt vnuerfam Germaniam in potestatem Papæ Romani redigeret. Esti autem in nonnullis locis Ethnicam idololatriam aboleuisse narratur, tamen religionem Christianam non seminavit puram, & incorruptam. Et infra, Ea fuit insolentia inflatus iste pseudoapostolus, vt non modò monitores omnes ex alio despiceret, verum etiam apud tyrannum illum Romanum inuidiosè deserret tanquam hæreticos, & turbatores Ecclesie, &c. ecce quomodo tractant Apostolum Germaniæ, de quo omnes historici eius temporis honorificentissimè loquuntur.

DEINDE centuria 9. cap. 2. col. 15. fatentur Monachos Corbeienfes conuertisse Vvandalos: & col. 18. fatentur Bulgaros, Sclauos, Polonos, Danos, Morauos, eo seculo conuersos, subiectos fuisse Romanis Pontificibus: ex quo apparet à Papistis fuisse conuersos. Item Centuriato. cap. 2. col. 18. & 19. plures reges, & populos ad fidem conuersos, docent opera Henrici I. Imperatoris, & Adalberti Boëmorum, ac Methodij Morauorum, Archipræsulum, quos omnes Papistas

fuisse

fuisse negare non possunt, cum constet eos Pontificibus Romanis subiectos fuisse.

DENIQUE Centuria II. cap. 2. col. 27. docent Hungaros magna ex parte hoc seculo conuersos, & Episcopos illi Genti datos, a Romano Pontifice confirmatos fuisse, petere hanc eorum confirmationem S. Stephano Hungarorum Rege nuper conuerso.

POST illa tempora non defuerunt etiam in Ecclesia Catholica similes conuersiones: siquidem Adrianus Pontifex quartus ante suum Pontificatum ab Eugenio Papa missus, Noruegiam ad fidem conuertit, ut Platina, aliique testantur: & ni fallor, ipsi etiam Centuriatores cent. 12. quam una cum 13. editam audio, sed nondum vidi. Ab vno S. Vincetio ordinis Prædicatorum constat esse conuersos ad fidem viginti quinque millia, partim Iudæorum, partim Sacerdotum, ut scribit B. Antoninus 3. parte hist. tit. 23. cap. 8. 7. 4. qui floruit eadem ætate.

DENIQUE, hoc nostro seculo in nouo orbe multa millia Gentilium Catholici conuertuntur: Iudæorum quoque singulis annis conuertuntur: & baptizantur Romæ aliqui a Catholicis Pontifici Romano addictis: nec desunt etiam Turcæ, qui tunc Romæ, tum alibi a Catholicis conuertuntur: Lutherani verò vix vnum aut alterum conuertunt, cum tamen comparent se cum Apostolis, & Euangelistis, & habeant in Germania plurimos Iudæos, & in Polonia & Hungaria vicinissimos Turcas. Rectissime igitur B. Aug. lib. 13. contra Faustū cap. 12. comparat hæreticos cum perdicibus, quæ congregant pullos, quos non pepererunt: cum è contrario Ecclesia sit columba fecundissima, quæ quotidie parit novos pullos.

CAPVT XIII. Nota decima.

DECIMA nota est Sanctitas vitæ auctorum, siue primorum Patrum nostræ religionis. Ecclesia enim vera non solum habet doctrinam sanctam, & efficaciam, sed etiam Doctores sanctos, & signorum gloria clarissimos, nunc de probitate, postea de miraculis dicemus.

Iam ergo si quis consideret magistros Ecclesie Catholice, primum Patriarchas, & Prophetas, deinde Apostolos, tum doctores, qui contra singulas hæreses dimicauerunt, denique institutores ordinum religiosorum, inueniet omnes tam sanctos, castos, pios, sobrios fuisse, ut aduersarij nihil habeant, quod reprehendant, nisi nimiam sanctitatem, ut B. Augustinus ait de Monachis sui temporis lib. de moribus Ecclesie, cap. 31. & idem Augustinus lib. 2. in Iulianum de Catholicis Doctoribus ait: Isti sunt Episcopi, & Pastores docti, graues, sancti, veritatis acerrimi defensores, qui Catholicam fidem in lacte suxerunt, in cibo sumperunt, cuius lac, & cibum paruis, magnisque ministrauerunt: Talibus post Apostolos sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, edificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Adde, quod Bernardum, Dominicum, & Franciscum, sanctos fatetur fuisse, Lutherus cap. 2. lib. de captiuitate Babylonica, Philippus in Apologia art. 5. & 27. & alij ex aduersariis.

At Ethnicorum Doctores fuerunt vel Poetæ leues, vel Philosophi superbi, utriusque autem impurissimi: nam præcipuos sapientes Græcorum supra modum impudicos fuisse, adeo ut etiam apud suos essent infames, præcipue propter vitia contra naturam: testis est Athenæus lib. 13. cap. 27. & ex nostris Theodoretus lib. de Legibus: & aperte etiam B. Paulus Rom. 1. Mahumero autem nihil incontinentius fingi potest: nam ipse in Alcorano cap. 43. dicit se à Deo priuilegium accepisse coniungendi sibi omnes feminas, quas dilexisset, quamuis consanguineæ essent.

De hæresiarachis plurima dici possent, sed vnum est

vitium omnibus commune, superbia. Aug. lib. de pastoribus, cap. 8. Diuersis locis, inquit, sunt diuersa, sed vna mater superbia oēs genuit, sicut vna mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toto orbe diffusos. Et certe nulla hæresis inuenitur ex intentione, & per se inueta, sed per accidens ex aliqua mala occasione, ut solent monstra generari.

De Theobute primo omnium hæreticorum scribit his verbis Hegesippus apud Eusebiū lib. 4. hist. cap. 22. Tunc, inquit, Ecclesia Virgo vocabatur, quia nondum fuerat adulterini verbi subreptione corrupta: sed Theobutes quidam, qui a repulsa meruit Episcopatus, cepit initio perturbare omnia, & corrumpere.

POST hunc surrexit Simon Magus, quem constat ex Actor. 8. Episcopalem auctoritatem ambuisse, & data pecunia emere voluisse. Vbi verò exclusus fuit, hæresim nouam excogitasse, ut qui in Ecclesia non poterat, saltem extra eam principatum gereret.

PAULO post Simonem exstitit Valentinus, de quo sic Tertullianus libro contra Valentinianos, non procul ab initio: Sperauerat, inquit, Episcopatum Valentinus, quia ingenio poterat & eloquio, sed alium ex Martyrij prerogatiua loci potuit indignatus, de Ecclesia authentica regule abruptis, ut solent animi pro prioratu exciui presumptione vltionis accendi.

EXORITVR deinde Marcion, de quo sic Epiphanius hæres. 42. circa initium, Aemulatione, inquit, elauit Marcion, vbi non accepit presidentiam, & ingressum Ecclesie, excogitavit sibi ipsi consilium. Et infra, Aemulatione, inquit, igitur commotus, & ad magnam indignationem, & superbiam elatus, fissuram efficit, sibi ipsi hæresim erigens, ac dicens: Ego fundam Ecclesiam vestram, & mittam fissuram in ipsam in æternum, & reuera fissuram immisit non paruum: sed non Ecclesiam fidit, verum seipsum, & eos, qui ipsi obediunt.

DE Montano sic scribit Theodoretus lib. 3. de hæreticis fabulis, inquit, ambitione, & primum locum obtinendi cupiditate motus, seipsum Paracletum vocauit, &c.

DE Nouatiano idem scribit ex Cornelio in epist. ad Flavianum Euseb. lib. 6. hist. cap. 33. Refert, inquit, quod Episcopatus cupiditate, quam intra se latenter gerebat, in hac omnia deciderit. Sabellius, inquit Epiphanius, hæres. 57. ad maiorem fastum ac demeritiam delatus, seipsum dixit esse Moysen, & fratrem suum Aaronem.

ARIVS, ut ait Theodoretus lib. 4. de hæreticis fabulis, in principio, cum esset relatus in numerum Presbyterorum Alexandrinæ Ecclesie, & magnum Alexandrini in pontificali cathedra sedentem videret, inuidie stimulo percitus est, cumque aduersus eum pugna committenda materiam quaereret, occasionem inuenit dogmatum impietatem.

DE hæresi Semianorum sic loquitur Epiphanius hæres. 73. Itaque ad conuersionem deueniunt, inquit, iidem viri cum sodalibus suis, propter odia quadam & aemulationem humanam, rixantes inter se, & de principatu iugantes.

DE Aërio idem Epiphanius hæres. 75. Cum autem, inquit, venisset Eustathius ad Episcopatum, Aërius magis concupiscebat, sed non peruenit ad ipsum: hinc oritur aemulatio.

NESTORVM scribit Theodoretus lib. 4. hæret. fabularum, magis partem ætatis egisse occupando fauorem populi fusa veste, simulato pallore, compositis verbis, donec tandem ad Episcopatum peruenit.

DE Sabbatio item hæresiaracha scribit Socrates lib. 5. hist. cap. 20. Qui etiam, inquit, adipiscendi Episcopatus desiderio flagrabat. Ioannem Viclestum, quia Episcopus esse non potuit, hæresiaracham factum scribit Thomas Vvald. lib. 2. doct. fid. cap. 60.

EDDEM modo sectas huius temporis exortas esse ex ambitione, superbia, inuidia, odio, aduersarij certe negare non possunt: nam initium primū omnium hæresum huius temporis constat fuisse inuidiam, & ambitionem Lutheri ægrè ferentis munus promulgandarti indulgentiarum à sui ordinis Monachis, ad Monachos ordinis

Prædica

Prædicatorum transfatus fuisse, ut scribit Ioan. Cochlaeus in actis Lutheri anno M. D. XVII. vnde (ut idem refert paulò post in actis anni M. D. XIX.) in 1. disputatione, quæ Lipsiæ habita est inter Lutherū, & Eckiū, exclamauit Lutherus. Hæc causa nec propter Deum coepa est, nec propter Deum finietur. Idem in epistola ad Argentinenses dicit, se libenter negaturum fuisse in Eucharistia esse corpus Christi, si Scripturæ non essent tam clare, quia ea ratione videret se multum Papatui posse incommo-
IDEM in lib. contra Regē Angliæ tanta superbia iactat se, & sua, ut dicat Reges, Principes, Pontifices, &c. non esse dignos, qui soluat suorum corrigiæ calcamentorum: & se pro sancto viro velle haberi, velint nolint homines: & se non magnifacere mille Cyprianos, & mille Augustinos: & in lib. de Missa angulari, ut Patrem suū esse ostenderet, eū, qui est Rex super omnes filios superbiæ, dicit se à Diabolo doctum, quod Missa esset res mala, & rationibus Diaboli conuictum aboleuisse Missam.

DENIQUE tantus fuit Lutheri fastus, ut etiā à suis tollerari non potuerit. Sic enim de eo scribit Cōradus Gernerus in vniuersali sua bibliotheca: Illud, inquit, non est dissimulandum, virū esse Lutherum vehementer ingenij, impatientem, & qui nisi per omnia sibi consentientes ferre nesciat. Et infra: Dominus faxit, ne contentione, & impudētia oris obstit Ecclesie sue, cuius olim crepundia tā felicitate promouit. TIGRINIVERO Ministri in responsione ad librū, quē inscripserat Lutherus contra Zvinglium, sic aiunt: Prophetae, inquit, & Apostoli, Dei gloria, non priuato honori, non sua pertinacia, & superbia studeant: Lutherus autē sua querit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & in omnibus correptionibus suis plurimum maligni spiritus, quā minimū verò amici & paterni animi deprehenditur. Similes sunt Lutheri discipuli omnes, & quorū libris si iactationes, mem-dacia, scōmata, maledicta, conuitia tollerentur, ex maximis voluminibus vix libelli perexigui effici possent.

QUOD verò attinet ad populū, sunt quidē in Ecclesia Catholica plurimi mali, sed ex hæreticis nullus est bonus: & quāquam res ipsa notissima est iis, qui norunt mores vtriusque, tamen non est cōtēnendū Lutheri testimonij ab ipsa veritate extortū: is in postilla super Euāg. Dominicæ primæ Aduertus sic ait: Mundus indies sit deterior: sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni misericordia remoti, magis immodesti, & indisciplinati, multo que deteriores, quā fuerint in Papatu. Hæc ille. Testimonium hoc verū est, cui non absimile est testimonij Iacobi Andreæ Smidolini in cōcione 4. super cap. 21. Lucæ, cuius concionum partem habes apud Petrum Canisium lib. 1. cap. 4. de corruptelis verbi Dei.

INTER alia sic loquitur de Lutheranis suis Smidelinus: Vt totus mundus agnoscat eos non esse Papistas, nec bonis operibus quidquam fidere: illorum etiam operum nullum exerceat penitus: Ieiunij loco comesationibus, & perpotationibus nocte diēque vacant: vbi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt & excoriāt: preces verunt in iuramenta, blasphemias, & diuini nominis execrationes, idque tam perditū, ut Christus ne ab ipsis quidem Turcis hodie tantopere blasphemetur. Deum pro humilitate regnat passim superbia, fastus, elatio: atque hoc vniuersum vitæ genus ab illis Evangelicum dicitur institutum. Hæc ille.

ADAM & tertij testimonium Erasmi, qui & res eorum optime nouerat, & ab eorum doctrina non omnino abhorreere visus est. Is igitur in epistola ad Vulturium Neocomum, quam scripsit anno M. D. XXIX. Circumspice, inquit, populū istum Evangelicum, & observa, num minis illic indulgeatur luxu, libidini & pecunia, quā faciant ij, quos detestamini. Profer mihi, quem istud Evangelium ex comesatore sobrium: ex seroci mansuetum: ex rapaci liberalem: ex maledico benedicum: ex impudico rēdididit vrecundum. Ego tibi multos ostendam, qui fi-

Et sunt scriptis deteriores. Vide, si placet, Ioannem Cochlaeum præfatione libri de actis & scriptis Martini Lutheri.

CAPVT XIV. Nota undecima.

UNDECIMA nota est gloria miraculorum. sunt autē duo fundamenta præmittēda. Vnum, quod miracula sint necessaria ad nouam fidē, vel extraordinariam missionem persuadēdam. Alterum, quod sint efficacia, & sufficientia, nam ex priore deducemus non esse apud aduersarios veram Ecclesiam: ex posteriore deducemus eam esse apud nos.

QUOD igitur miracula sint necessaria, probatur primò, Scripturæ testimonio. Exod. 4. cū Moyses mitteretur à Deo ad populū, ac diceret: Non credēt mihi, neque audiet vocem meam. Non respōdit Deus, debent credere, & velint nolint, sed dedit illi potestatem faciendi miracula, & ait, Vt credant, quod apparuerit tibi Dominus, &c. Et in nouo Testam. Matth. 10. Euntes predicatē dicentes: Appropinquat regnum celorum, infirmos curate, mortuos suscitāt, leprosos mundate, demones eicite. Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.

PRÆTEREA qui mittitur, debet ostēdere testimonio eius à quo mittitur, suam auctoritatē, alioqui nemo tenetur cum recipere: omnis autē, qui mittitur ad prædicandum, vel mittitur à Deo per ordinarios prælatos, vel extraordinariē à solo Deo: & quidem qui mittitur per ordinariū prælatum, debet ostēdere testimonium ordinarij prælati, nimirum literas eius sigillo munitas: qui verò mittitur à solo Deo, debet ostēdere sigillum Dei, quod nihil est aliud, quā miraculum. Sic enim dicitur Marci vlti. Illi verò profecti predicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et Heb. 2. Constante Deo signis, & virtutibus.

DENIQUE adeo est hoc verū, ut non solum B. Aug. lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 8. dicat miracula fuisse necessaria, ut mundus crederet, sed etiam Philippus Melancthon id concedat: nam in c. 3. Matt. dicit, quando magne sunt tenebræ, vocari nouos doctores, & semper addi à Deo miracula, ut certo sciamus à Deo esse missos.

Iam quod attinet ad secundum, quod miraculum sit testimonium sufficientē, & vbi est verū miraculum, ibi sit vera fides, facile probari potest: siquidem vera miracula non possunt fieri, nisi Dei virtute: dicitur enim miraculū, quod superat vires omniū creaturarū, & idē omnibus creaturis est mirabile, & propterea etiam in Scripturis dicuntur testimonia Dei, ut supra vidimus: quare, quod miraculo confirmatur, Dei testimonio cōfirmatur: Deus autem non potest esse testis mendacij: igitur quod miraculo confirmatur, verum sit necesse est.

NEQUE repugnat, quod vera miracula non sēper fiunt ad confirmandā fidem, sed interdum ad illustrandā sanctorum vitā: nam cum miracula fiunt ad gloriam alicuius sancti demonstrandā, illa miracula ostendunt eū hominē verē esse sanctum. Cum autem nemo sit verē sanctus sine vera fide: Quia iustus ex fide viuit. Hebr. 10. eadem miracula ostendunt, & confirmant veram fidem.

HIS iactis fundamentis facile erit colligere apud Ethnicos, Turcas, Iudæos, Hæreticos, non esse veram fidem: nulla sunt enim apud eos vera miracula, & tamen omnes illi nouam doctrinam prædicant, & non sunt missi ab ordinariis prælatis.

DE Paganis notum est: nam solum leguntur quedam leuia, quæ facillimè arte dæmonis fieri possunt, qualia sunt, quæ refert Valerius Maximus lib. 8. de statuis, de brutis loquētib; deque Virgine Vestali aquam cribro hauriente: & M. T. de augure, qui nouacula

cotem

corem seidit, lib. 1. de diuinatione: quae omnia quomodo à demonibus facillimè fierent, ostendunt Tertullianus in Apolog. cap. 22. & 23. & B. Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 16.

D E Iudæis post Christi aduentum notum est, non habuisse eos vlla miracula, & id vnum de piscina, quod adhuc durabat Christo prædicante, postea interiisse.

D E Mahumetanis testatur Damascenus lib. de centum hæres. circa finem, Mahumetum nullo testimonio probare potuisse suam legem. Et in Alcorano ipse fateatur Christo miracula, sibi gladium esse datum: tamen ca. 64. dicit, raptum semel in luna nescio quod miraculum fecisse, non enim clarè explicat: expositores autem dicunt aliquando lunam in duas partes fuisse diuisam, tunc Mahumetum eam in manus accepisse, & reparatam ad cœlum remisisse, sed neminem fuisse, qui videret hoc miraculum, nisi autorem, id est, Mahumetum.

D E falsis Prophetis, & hæreticis non minis est certum eos, & sæpè miracula facere conatos, & semper spe sua esse frustratos. Nota est historia Prophetarum Baal, qui ignem de cœlo deducere voluerunt per inuocationem Baal, nec tamen potuerunt: quod tamen verus Propheta Helias per inuocationem veri Dei nullo negotio effecit, lib. 3. Reg. ca. 18.

P A R I ratione delusum Simonem Magum scribit Hegesippus lib. 3. de excidio Hierosol. cap. 2. nam & mortuum excitare & per aërem volare tentauit, sed nihil ei successit. Manichæum frustra conatum filio Regis aegrotanti sanitatem afferre, scribit Epiphanius hæresi 66. Cyrolam Patriarcham Artianorum planè excæcasse miserum quendam, qui se cæcum finxerat, & ab eo præsidium implorabat, scribit Gregorius Turonicus lib. 2. hist. Francorum, cap. 3. Eunomianum quendam à S. Machario victum in contensione de suscitacione hominis mortui scribit Ioan. Cassianus collatione 15. cap. 3. Polychronium Monothelitam frustra sudasse in excitatione alterius cuiusdam defuncti, testantur publica acta sextæ Synodi, actio. 15.

D E Donatistis quod contra se miracula fecerint, dum ampullam Chrisinatis proiecerunt in saxa, quæ angelica manu sustentata frangi non potuit: & dum Eucharistiam canibus dare voluerunt, & ipsi ab iisdem canibus discerpti sunt, scribit Optatus lib. 2. contra Parmenianum.

D E Timotheo Æluro Eutychemiano scribit Theodorus lector lib. 1. collectaneorum, per multas noctes eum habitu nigro indutum, per cellas Monachorum discursisse, dicentem se esse Angelum à Deo missum, vt illis significaret, ne Proterio (is erat vir sanctus, & Catholicus Episcopus Alexandria) cõmunicarent: sed eius loco Timotheum Ælurum Episcopum designarent.

D E quodam Iconomacho scribit Paulus Diaconus lib. vlt. rerum Romanarum, eum in sepulcro quodam inclusum, inde Constantinum Iconomachum laudibus in cœlum vehere cõpisse, vt nimirum ita quasi mortuorum responsis hæresis confirmaretur.

D E nostri seculi hæreticis idè omnino constat. Nam in primis Lutherus bis tentauit miraculum facere, voluit aliquando de quadam discipula sua Diabolum eiicere, sed periculum fuit, ne ipse à dæmone occideretur. Vide Staphylum, qui interfuit, in absoluta responsione.

R VRSVM (vt scribit Ioan. Cochleus in actis Lutheri anno M. D. XXXIII.) Nefenum in Albi miserè submersum, spe miraculi Lutherus vanis immurmurationibus frustra in vitam reuocare tentauit. Sed quamuis viuenti miracula non successerint, idem tamen post mortem miraculo insigni claruit: nam eius cadaver cum deferretur in media hyeme, quo tempore corpora mortua in multos dies conseruari solent, & esset inclusus in arca stannea optimè clausa, vt Wittenbergæ sepeliretur, tamen eorum odorem spirare cœpit, vt nemo eum ferre poterit. Proinde coacti fuerunt corpus relinquere in

itinere. Vide historiam de morte Lutheri, quæ solet annexi libro Cochleii de vita, & actis eiusdem Lutheri.

A L I V D miraculū refert Felicianus Ninguarda in lib. contra Annam Burgensem, & Lindanus in Dubitatio, & Alanus Copus lib. 6. Dialogorum cuiusdam Ministri, qui in finibus Poloniae, & Hungariae anno M. D. LVIII. excitare voluit hominem nomine Matthæum, quem ipse persuaserat vt se mortuum fingeret, & reuera mortuum effecit. Simile narratur de Caluino ab iisdem, sed fufius à Hier. Bolfeco in vita Caluini c. 13. ex quo hinc pauca inferere placuit.

P R A E T E R E A, inquit, non debeo vram eius, & subtilem machinationem, qua tum vsus est, cum quædam, cui Bruleo nomen, & patria Ostunum, in vitam reuocare cogitaret, molireturque, vt sancti atque gloriosi Dei Propheta, miraculorumque patris nomen sibi & famam pararet. Historia talis est: is quem dixi, Bruleus Ostuno Genenam dimigrat, & cum inops esset ipse, & vxor eius, Caluini gratiam aucupabantur, vt ei cõmendati peculij pauperum fierent participes. Eis Caluinus viæ subsidia benignè pollicetur, si ipsi contra suam operam sibi non negarent ad rem quandã, quam per eos fieri vellent, sed opus esse fide, & magna taciturnitate. Vicissim illi ad id, quod iubere vellent, promptos se offerunt, & quemadmodum à Caluino instructus fuerat, miser hic Bruleus morbum simulat. Ministri pro concione populo cõmendat, vt precibus inuarent, & elemosynas paupertati succurrerent: non diu post personam mortui induit, & mortuum se simulat. Hic Caluinus clam admonitus, quasi tum omnium rerum ignarus deambulati prodit: sed comitatus magna ceterua amicorum: postquam eò ventum esset, ubi clamores, & eiulatus vxoris, quæ miseriam, & desolatam egrèquid exprimebant, exaudiret, quidnam hoc esset, sciscitatus, domum ingreditur, ibi in genua ipse, & reliqua cetera pronoluitur, precibusque alta voce profusus Deum obtestatur potentiam suam ostendere, & mortuo huic vitam restituere, gloriamque suam sic vniverso populo declarare vellent, similique manifestum facere se (Caluinum) peculiarem, sibi que gratum seruum esse, & à se ad Euangelij sui ministerium, atque Ecclesie reformationem singulariter, & verè vocatum: post quas preces ad mortuum appropinquat, & miseri hominis manu apprehensam Dei nomine imperat, vt se erigat: repetit iterum, sepiusque eosdem sermones voce etiam altius eleuata. Quid sit? neque audit, neque loquitur, neque se commouet mortuus: iusto enim Dei iudicio, qui fucos, mendacique detestatur, is, qui se mortuum simulabat, verè esse mortuus reperitur est. Et vxor, quidquid eum ageret, quomodocumque impelleret, neque vocem extorquere, neque vt se commoueret, efficere potuit, sed totus frigebat, rigebat totus. Quo animaduerso plorare, & ululatus serio edere, & ex animo caput vxor, & in Caluinum inuicta, impostorem eum, sicarium, latronem, qui maritum interemisset, appellans, ex ordine rem, quo modo erat gesta, clara, atque voce exposuit. Et infra, Negent hoc quanti uelint Caluini macchia, exploratum, & cognitum satis fuit, veritasque rei probata, immò per ipsam vxorem confirmata.

P O S S V M V S ergo his opponere quod ait Tertullianus in li. de prescrip. Si aliu Deum prædicant, cur eiusdem rebus & literis vtuntur, cõtra quem prædicant? si eundem, quomodo aliter? alioqui probent se novos Apostolos: dicant Christi iterum descendisse, & dedisse eis virtutem eadem signa, cõdèdi. Volo igitur, inquit, virtutes eorum proferre, nisi quod agnosco maximam virtutem eorum, qua Apostolos in peruersum emulantur: illi enim de mortuis suscitabant, isti de viujs mortuos faciunt.

R E S P O N D E T Caluinus in præfat. insti. & alij, alios iniuriam eis facere, quod ab eis miracula exigimus, cum ipsi doctrinam antiquam, & innumeris miraculis ab Apostolis, & Martyribus confirmatam prædicent.

A T contra: nam in primis ostendimus supra doctrinam

eorum esse nouam, pugnantem cum tota antiquitate: deinde constat eos saltem aliter docere, quam doceant ordinarij pastores Ecclesiae: constat etiam eos non misissos ab ordinarijs pastoribus: ergo non tenemus eos recipere, nec ruid possumus, nisi suam missionem, & apostolarum probent diuino testimonio.

R E S P O N D E T, Ioannem quoque Baptistam missura fuisse extraordinariè, & tamen signum nullum fecisse, vt dicitur Ioan. 10.

A T in primis etij Ioannes ipse non fecit miracula, tamen in eo facta sunt à Deo multa, & magna. Primum, quod natus de anu, & sterili: deinde, quod pater eius obmutuit, & postea soluta est lingua eius in natiuitate filij: quod in vtero exultauit: quod à puero in desertis locis vixit. Luc. 1. deinde Ioannes erat filius sacerdotis, & proinde sacerdos, & ordinarij minister.

P R A E T E R E A nihil docuit contra communem doctrinam, neque se à cæteris sacerdotibus, & populo separauit: & quamquam Principes, & Pharisei eum odissent, quia Christum prædicabat: tamen interrogati à Christo Matth. 21. quid sentirent de Baptismo Ioannis, non sunt ausi illud improbare.

D E N I Q V E Iosephus lib. 18. antiquit. cap. 10. testatur Ioannem à Iudæis habitum inter præcipuos viros, iustitiæ & probitatis causa. Vnde mendaciu est, quod Centuriatores dicunt centur. 1. lib. 1. cap. 10. col. 363. Ioan. habitum à sacerdotibus, & Phariseis pro hæretico.

V E N T A M V S nunc ad alteram partem, ac nostram Ecclesiam esse veram Dei ecclesiam demonstramus ex miraculis: quæ singulis ætatibus habuit plurima, & testatissima: ac primum de vndecim primis seculis planum est ex X I. tomis histor. Ecclesiasticæ Magdeburgensium. In singulis enim centurijs illis, cap. 13. annotant ex auctoribus illorum temporum omnia miracula, & in singulis seculis inueniunt miracula plurima in confirmationem dogmatum nostrorum, vt confessionis Sacramentalis, reliquiarum, imaginum, Eucharistiæ, pontificatus, monachatus, inuocationis sanctorum, &c. ipsi enim hos titulos ponunt, & quamuis postea subiungant, illa omnia fuisse demonum illusiones, vel falsas narrationes, tamen nihil afferunt, quo id probent, nisi quod ea miracula pugnant cum Euangelio Lutheri.

P R O B E R I T tamen breuiter annotare, quomodo omnibus seculis Ecclesia miraculis claruerit, vt etiam nunc intelligamus eam esse veram Ecclesiam, quæ antiqua similis est, id est, in qua durat hoc donum.

P R I M O seculo habemus miracula Christi, & Apostolorum in Euangelis, & Actis.

S E C V N D O seculo habemus miracula Christianorum militum in exercitu M. Antonini, de quo vide Tertullianum in lib. ad Scapulum, & in Apologet. c. 5. Eusebium lib. 5. hist. c. 5. & Orosum lib. 7. hist. c. 15. & ipsam epistolam Imperatoris ad Iustini opera adiunctam.

T E R T I O seculo habemus miracula Gregorij Thaumaturgi: de quibus vide Basilium lib. de Spiritu sancto, cap. 29. Gregorium Nyssenum in vita eius: Hieronymum de virtis illustribus: & Rufinum lib. 7. hist. cap. 25.

Q V A R T O seculo habemus miracula Antonij, Hilarij, Martini, Nicolai, & aliorum, scripta ab Athanasio, Hieronymo, Sulpitio, & alijs.

Q V I N T O seculo habemus miracula plurima, quæ describit Aug. facta suo tempore lib. 22. de ciuit. Dei, c. 8.

S E X T O seculo habemus miracula, quæ narrat Gregorius in Dialogis, ubi narrat duo facta à Romanis Pontificibus Ioanne, & Agapeto lib. 3. cap. 2. & 3.

S E P T I M O seculo miracula facta in Anglia à S. Augustino, & focijs, de quibus Gregorius lib. 9. epist. 58. & Beda lib. 1. hist. cap. 31. Item ab Osualdo Rege per Iiugum crucis lib. 3. cap. 2.

O C T A V O seculo miracula S. Guthberti, & S. Ioan-

nis in Anglia, teste Beda lib. 4. & 5. hist.

N O N O seculo miracula Tharasi, scripta ab Ignatio Nicæno. Item alia innumerabilia omnis generis facta in ciuitate Sueffionensi in translatione reliquiarum S. Sebastiani martyris, quæ facta est anno Domini DCCCXVI. de qua vide anales Francorum, scriptos summa fide ab auctore, qui illo ipso tempore floruit.

D E C I M O seculo miracula S. Romualdi, scripta à B. Petro Damiani: Item S. Venceslai Regis Boëmorum, S. Valtrici, & S. Dunstani, de quibus vide Surium.

V N D E C I M O seculo miracula S. Eduardi Regis & Virginis, S. Anselmi, Gregorij Papæ VII. & aliorum. Post illa vndecim secula.

D V O D E C I M O seculo claruerunt in Ecclesia Catholica miraculis B. Malachias, & B. Bernardus. De Malachia Episcopo legato Pont. Rom. sic scribit Bernardus in vita eius, posteaquam narrauit multa eius miracula. Quo, inquit, antiquorum genere miraculorum Malachias non claruit? si bene aduertimus pauca ipsa, quæ dicta sunt, non prophetia defuit illi, non reuelatio, non gratia sanitatum, non mutatio mentium, non denique moriuorum suscitatio.

B E A T V S autem Bernardus Monachus, & pater Monachorum, ac Romanis Pontificibus addictissimus, pluribus miraculis claruit, quam vllus sanctorum, quorum vita scriptæ extant: nam vna die in Constantiensi diocesi constat eum illuminasse cæcos vndecim, curasse mancos decem, & claudos decem & octo: vt scribit Gofridus, qui cum ipso vixit, lib. 4. cap. 4. vitæ eius; & præterea omnes quinque libri plenissimi sunt miraculis, vt difficile sit eorum numerum iniire.

D E C I M O T E R T I O seculo claruerunt in Ecclesia Catholica multi, sed præcipuè B. Franciscus, cuius vitam miraculis plenissimam scribit B. Bonauentura. Item B. Dominicus, cuius vita, etsi negligentius scripta fuit, tamen constat eum tres mortuos excitasse. Claruerunt eodem seculo miraculis B. Petrus Martyr, & B. Thomas ex ordine Prædicatorum, & B. Antonius, ac B. Bonauentura ex ordine Minorum: de quibus vide Antonium 3. parte hist. tit. 23. & 24. & ad finem eius seculi claruit miraculis plurimis S. Cælestinus V. Pontifex Romanus, tam ante Pontificatum, quam postea, vt scribit in eius vita Petrus Cardinalis Cameracensis.

D E C I M O Q V A R T O seculo claruerunt miraculis etiam multi, sed præcipuè S. Bernardinus, S. Catharina Senensis, S. Nicolaus Tolentinas, de quibus vide Antonium, vbi supra.

D E C I M O Q V I N T O seculo claruit S. Vincentius, viuus & mortuus miraculis plurimis, ad eò vt B. Antonius 3. parte hist. tit. 23. dicat, constare de xxxviii. mortuis per eum excitatis. Idem etiam B. Antonius eodem seculo miraculis claruit, cuius vita extat apud Surium.

D E N I Q V E hoc nostro seculo claruit in primis sanctus Franciscus de Paula plurimis miraculis, vt in Bulla Canonizationis scribit Leo X. Pont. quæ Bulla extat apud Surium: claruit etiam in Indijs omni genere miraculorum beatus pater Franciscus Xauerius Societatis Iesv Presbyter. Constat enim ex Indicis literis, quas ij, qui cum eo versabantur, huc miserunt, ab eo paralyticos, surdos, mutos, cæcos esse curatos, mortuum quoque ad vitam reuocatum: & cum mortuus deferretur ad Insulam Goam ex Malacca, maris tempestatem sedatam: denique corpus eius post XV. menses à morte integerrimum, & suauiter olens repertum, cum tamen iacuisset per multos menses calce obrutum: nec dubium est, quin vique ad hanc diem integrum & incorruptum conseruetur.

C O N F E R A N T V R ista cum Lutheri vita, & morte: Lutherus deserit monasterium, ducit vxorem post votum continentia, bellum indicit Papæ: Franciscus

ingreditur ordinem religiosum, seruat diligentissimè votum continentia: obligat se Papæ voto obedientia peculiari, & ab eo missus in extremas mundi oras proficiscitur. Certè ista contrariis itineribus incedunt, vt necesse sit alterum eorum aberrare à recta via. Quis poterit melior esse iudex, quàm Deus, qui scrutatur renes, & corda? Quomodo autem potuit Deus apertius sententiam suam explicare, quàm tribuendo vni donum singulare miraculorum, & conseruando corpus eius præter naturæ ordinem perpetuò incorruptum: cum interim alter ne vnam quidem muscã excitare potuerit, & corpus eius præter naturæ etiam ordinem subito putrescere cœperit, idque in hyeme, quando gelu omnia rigeant, & ita putrescere, vt intra arcam stanneam fœtor contineri nequiverit?

MERITO igitur Aug. lib. de vtilitate credendi, cap. 17. & lib. contra epistolam fundamenti, cap. 4. dicit, se teneri in Ecclesia vinculis miraculorum: & Richardus de S. Victore lib. 1. de Trinitate, cap. 2. audeat dicere: *Domine, si error est quod credimus, à te decepti sumus: ista enim in nobis vis signis & prodigijs confirmata sunt, quæ non nisi à te fieri poterunt.*

SE D responder Caluinus in præfatione institutionis, & Magdeburgenses in singulis ferè Centurijs miracula Sanctorum nostrorum vel esse ficta, vel imaginaria, id est, vel non ita res contigisse, & falsò narrari ab historicis: vel, si contigerunt, esse præstigias demonum. Quocirca Magdeburgenses centu. 5. cap. 10. col. 1393, dicunt, si vera sunt, quæ de miraculis B. Martini scribit Sulpitius, B. Martinum sine dubio fuisse necromanticum: & quidem esse hæc miracula ficta, non probant, sed dicunt solùm.

FVRSÆ autem demonum præstigias, ex eo probare nituntur, quòd vera miracula confirmant Euangelium, Marci vltimo: ista autè euertunt Euangelium, & confirmant idololatriam, id est, reliquiarum, & imaginum cultum, Sanctorum inuocationem, Missam, & alia id genus.

AD VNT secundò, ex miraculis non sumi argumentum firmum ad probandam veram fidem, id quod probant quatuor argumentis. Primò, quia etiam Antichristus faciet signa, & prodigia magna, Matth. 24. Apocalyp. 13. & 2. Thesal. 2.

SECUNDò, quia Augustinus tractat. 13. in Ioan. dicit, non esse credendum Donatistis, etiam si miracula faciant: vbi per contemptum vocat eos mirabilarios: & libro de vnitare Ecclesiæ, cap. 16. postquam docuit non esse credendum miraculis Donatistarum, addit, nec etiam miraculis Catholicorum: *Quæcumque, inquit, talia in Catholica sunt, ideo sunt approbata, quia in Catholica sunt: non ideo ipsa manifestatur Ecclesia, quia hæc in ea sunt.*

TERTIò, quia olim ad sepulchrum Hieremias fiebant miracula, opera demonum, quod inde patet, quia fiebant in eorum vtilitatem, qui Hieremiam pro Deo, sacrificiis, diuinis que honoribus colebant.

QUARTò, quia ex Suetonio constat Vespasianum Imperatorem cæco lumen, & claudò gressum aliquando reddidisse: item ex Socrat. lib. 7. histor. cap. 17. profuerunt Centuriatores Magdeburgenses centu. 5. cap. 13. col. 1463. miraculum Pauli Episcopi Nouatiani: nec tamen inde colligere licet veram fuisse religionem, quam Vespasianus, aut Nouatiani colebant.

SE D respondeamus ad singula. Ad primum, cum negant facta esse miracula, quæ à nostris referuntur, respondeo, impudentissimè negari: stultum enim est credere potius Caluino, & Illyrico de historicis antiquis, quibus non interfuerunt, quàm Bernardo, Bonauenturæ, Antonino, qui interfuerunt. Præterea, vt sanctus Augustinus respondit Paganis negantibus historias miraculorum nostrorum lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 18. si li-

ceat absque vlla ratione negare facta olim miracula, peribit fides omnium librorum, & tollerit non solùm nostra, sed etiam omnis alia religio: omnes enim, qui Dij habentur, operibus mirabilibus, à doctis viuis conscriptis, diuinitatem suam, siue veram, siue falsam, mundo persuaferunt.

AD secundum, cum dicunt esse præstigias Demonum. Respondeo inprimis hæc esse veterem calumniam, sic enim Scribæ, & Pharisei loquebantur de miraculis Christi, Matth. 12. & Pagani de miraculis martyrum, quos magos, & necromanticos vocare solebant. Et Ariani, Eunomiani, Vigilantiani de miraculis Catholicorum, vt testantur Ambrosius in ser. de SS. Geruasio, & Prothasio, Hieronymus contra Vigilantium, & Victor lib. 2. de persecutione Vandalica. Deinde nullã habet probabilitatem, quòd SS. Martinus, Franciscus, & alij quidam, qui simplicissimi erant, magica arte vterentur.

SE D, inquit, ista miracula euertunt Euangelium. Respondeo, verum est, sed Caluini, non Christi: vel probent ipsi quod tam audacter affirmant. Nec minus facile refelluntur illa argumenta postrema, quibus probant miracula non facere certam fidem.

AD primum respondeo, miracula Antichristi fore mendacia, vt Apostolus dixit 2. Thes. 2. id est, non vera & solida, sed apparentia, vel mirabilia hominibus: non tamen absolute miracula, qualia arte Demonis fieri possunt, id patet ex Apoc. cap. 13. vbi pro maximis Antichristi miraculis ponitur, quòd faciet ignem de cælo descendere, & vt imago bestie loquatur: hæc autem facillima esse Diabolo, palam est: at miracula Sanctorum sunt, illuminationes cacorum, curationes claudorum, excitationes mortuorum, quæ non nisi eius virtute fieri possunt, de quo canimus in Psal. 135. *Qui facit mirabilia magna solus.*

AD secundum dico, miracula Donatistarum, quæ Augustinus contemnit, non fuisse miracula talia, qualia Sanctorum sunt, sed occultas quasdam visiones tantùm, quas sine vilo teste iactabant se vidisse: qualis fuit visio Zvinglij, qui in libro qui inscribitur subsidium de Eucharistia, dicit se vidisse spiritum, sed non potuisse discernere, essetne albus, an niger: qualis est etiam visio, quæ narratur in libro, qui inscribitur querela, vel somnium Lutheri, vbi Lutherus narratur apparuisse quibusdã Lutheranis, tristiq; vultu conquestus, quòd tam se, quàm doctrinã suam discipuli sui breui essent deserturi. Itaque non sine causa ea miracula S. Augustinus vocat fabulas.

QUOD autem Augustinus maximi faciat vera miracula, patet ex lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 8. vbi contra Paganos adducit miracula maxima, facta ad reliquias Sanctorum, præcipuè Stephani Protomartyris.

AD id, quod Augustinus dicit, Ecclesiam nõ demonstrari ex miraculis, sed ex Scripturis. Respondeo, Augustinum contrario modo loqui in libro contra epistolam fundamenti, cap. 4. & 5. vbi dicit, Ecclesiam demonstrari ex miraculis, nõ ex Scripturis, immò Scripturas demonstrari ex Ecclesia. Ne igitur secum pugnet, dicendũ est, in vtroque loco eum loqui ex hypothesi: quia enim Manichæi admittebant miracula, & negabãt scripturas: nam veterem dicebant esse à diabolo, nouam dicebant esse totam corruptam à falsariis: Aug. in lib. contra epistolam fundamenti Manichæorum, ex miraculis demonstrat Ecclesiam, deinde ex Ecclesia demonstrat scripturam. Sed quia Donatistæ credebant scripturæ tam veteri, quàm nouæ, & iactabant suas visiones, contententes miracula Ecclesiæ: ideo Augustinus contra Donatistas alia via procedit, & ex scripturis demonstrat Ecclesiam, deinde per Ecclesiam vult iudicari de miraculis.

EST autem obseruandum, rectè demonstrari ex miraculis Ecclesiam, & ex Ecclesia miracula, sed diuerso genere demonstrationis: quemadmodum ex effectu demonstratur causa, & ex causa effectus: nam ex mira-

culis

culis demonstratur Ecclesia, non quoad euidentiã, vel certitudinem rei, sed quoad euidentiã, & certitudinem credibilitatis. Cuius rei ratio est, quia ante approbationem Ecclesiæ, non est euidens, aut certum certitudine fidei de vilo miraculo, quòd sit verum miraculum: tamen est tale, vt euidenter faciat rem credibilem. Et quidem, quòd non sit euidens, patet, quia tunc fides esset euidens: quòd non sit certum certitudine fidei, patet, quia non constat nobis certitudine, cui non possit subesse falsum, illam non esse illusionem demonis: demon enim etsi non potest facere verè miracula, tamen potest facere apparenter etiam maxima quæque.

CVR ergo (inquires) tenebant credere Christo prædicanti, qui eius miracula videbant? Respondeo, quia homo non potest saluari sine fide Christi: & ideo tenetur accipere eam fidem, vt medium ad salutem suam necessarium. Noluit autem Deus obligare homines, vt crederent incredibilibus, sed solùm quando per miracula, & similia motiua fides facta est credibilis: At ex Ecclesia demonstratur miraculum, quoad certitudinem rei, quia, quando Ecclesia declarat miraculum factum, esse verum miraculum, certi sumus ita esse.

AD tertium dico, mendacium esse Caluini, quod populi coluerint Hieremiam sacrificiis, diuinis que honoribus: nam nullum testem adducit huius rei, nisi quod in margine ponit (Hieronymus præfatione in Hieremiam.) Cæterũ, neque in præfatione Hieronymi in Hieremiam, à se translata, neque in præfatione commentariorum Hieremias vlla mentio fit huius historia. Præterea extat alia quædam præfatiuncula in Biblijs Benedicti, Hieremias præfixa, ad quam videtur Caluinus respexisse: sed ea non est Hieronymi, neque in ea fit mærio sacrificiorum, diuinorum que honorum: sed solùm, quòd miracula facta sint ad sepulchrum eius. Denique Epiphanius & Isidorus in vita Hieremias, dicunt quidem miracula facta, sed de sacrificiis, diuinis que honoribus nihil dicunt.

AD quartum respondeo, nec cæcum verè, nec verè claudum à Vespasiano esse curatum: nam, vt scribit Cornelius Tacitus libro 4. historiarum, interrogati Medici, an morbi duorum illorum curabiles essent, responderunt, esse curabiles. *Medici, inquit, variè disserere, huic non exesam vim luminis, & redituram, si pellantur obstantia: illi elapsos in prauum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari.* Igitur mirum non est, si morbi curabiles naturaliter, opera diaboli curati fuerint.

ADDE, quòd, vt Tertullianus docet in Apologet. cap. 22. credibile est, totum illum morbum fuisse à diabolo, qui insidens in oculo vnus, & alterius tibia, impediēbat vsum eorum membrorum, idque eo sine vt videretur sanare, cum desineret nocere.

AD postremum de miraculo Nouatiani respondeo, miraculum factum esse non in confirmationem fidei Nouatiani, sed Catholicis baptismi: id enim pro miraculo scribit Socrates, quod cum ad Paulum Episcopum Nouatianum venisset quidam Iudæus impostor, vt ab eo baptizaretur, & apud se baptismum irrideret, continuò tota sacri fontis aqua euauit: At non fuisse hoc miraculum Nouatiani erroris, sed veri baptismi, perspicuum est ex eo, quod idem Socrates subiungit, cognitum paulò post fuisse, eum Iudæum iam antea baptizatum ritu Catholico ab Attico Episcopo Constantinopolitano. Itaque Deus, quia noluit irideri baptismum in Ecclesia ritè susceptum, non permisit, impostorem Iudæum ab hæretico Episcopo iterum baptizari.

CAPVT XV.

Nota duodecima.

DVODECIMA nota est Lumen propheticum: sicut enim Christus Marc. vlt. promittit Ecclesiæ donum miraculorum, ita etiam Ioel. 2. exponente Petro Act. 2. promittit donum prophetiæ; quod

certè est maximum: cum certum sit, neminem cognoscere futura contingentia, excepto Deo. Isa. 41. *Annunciate que ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos.* Et è contrario Deut. 18. ponitur tanquam nota falsæ doctrinæ, si Propheta prædixerit aliquid, & non euenerit.

IAM apud Ethnicos & hæreticos nulla fuerunt vetera vaticinia, sed multa falsa, nisi fortè fierent in testimonium nostræ fidei, vt fuerunt vaticinia Sybillarum & Balaam. Etenim Ethnici habuerunt plurima oracula Apollinis, tamen illa, vel per ambages respondebant, quando scilicet Apollo non sciebat reuera, quid esset futurum: vel ea prædicebant, quæ demones ipsi facturi erant: vel ea quæ cœpta erant fieri, ignorantibus nunciabant tanquam futura: vel demum ea prædicebant, quæ naturales habent causas nobis ignotas, illis autem notas propter maiorem naturæ subtilitatem: de qua re vide S. Athanasium in vita S. Antonij, S. Augustinum libro de diuinatione Demonum, & Theodoretum lib. de oraculis.

HÆRETICI quoque, quotiescunque aliquid prædicere voluerunt, decepti sunt: id patet de falsis Prophetis in Testamento veteri, lib. 3. Reg. cap. 22. Tempore autem noui Testamenti fuit olim Montanus, qui Propheta videri voluit cum duabus Prophetis Prisca & Maximilla, & prædixerunt bella, & nescio quæ alia runc futura: sed planè contrarium accidit, vt notat Eusebius lib. 5. histor. cap. 16. & 18.

NOSTRIS temporibus Lutherus, quem Lutherani constanter Prophetam Germanicum, & Heliam vocant, apud Cochleum in actis Lutheri, anni M. D. X X V. prædixit fore, vt, si ipse adhuc per duos annos suam doctrinam prædicaret, euanesceret Papa, Cardinales, Episcopi, Monachi, Moniales, turres, campanæ, Missa, &c. & tamen prædicauit postea non duos, sed ferè X XII. annos, obiit enim anno M. D. X L V I. & tamen non euauit Papa, Cardinales, Episcopi, Monachi, &c. Ibi dem Cochleus refert de Thoma Muncero, qui se Geleonem vocabat, & infinitos rusticos armauerat contra Principes Germaniæ, quòd prædixerit certam victoriam suis, & se in manica excepturũ omnes globos tormentorum bellicorum, & tamen paulò post cæsi sunt ferè omnes rustici, & Thomas captus, & securi percussus. Idem Cochleus in actis Lutheri, anni M. D. X X X I I I. scribit, tam constanter asseruisse Lutheranorum Prophetas, illo anno futurum diem vltimi iudicij, & ipsum etiam diem designasse, vt multi nec arate, nec serere voluerint: qui tamen mendaces inuenti sunt.

AT in Ecclesia Catholica præter Prophetas testamenti veteris, & eos, qui fuerunt primis quingentis annis à Christi aduentu, vt Agabum, de quo in Act. 11. & Gregorium Thaumaturgum, de quo Basilus lib. de Spiritu sancto, cap. 29. & Antonium, de quo Athanasius in eius vita: & Abbatem Ioannem, de quo August. lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 26. fuerunt etiam posterioribus seculis, quibus iuxta Lutheranos perierat apud Romanos Ecclesia, veri Prophetæ, & quidem Monachi, ac Romano Pontifici addicti. De sancto Benedicto ita scribit Gregorius libro secundo Dialog. cap. 15. *Benedictus, inquit, Regem de suis actibus increpauit, atque in paucis sermonibus cuncta, quæ illi erant euentura, prænuunciavit, dicens: Multa mala facis, multa mala fecisti, iam aliquando ab iniquitate conuiesce. Equidem Romam egressurus es, mare transurus: nouem annis regnans, decimo morieris.* Quæ omnia completa se vidisse, ibidem Gregorius testatur.

DE S. Bernardo scribitur in eius vita lib. 4. cap. 3. eum quatuor hominibus prædixisse conuersionem, tribus de ea nihil cogitantibus, quarto etiam ab ea re alienissimo: quæ omnia, sicut prædixerat, euenerunt. Sed mirabile est prorsus, quod ibidem de nobili quodam

viro narratur. nam cum pro eius conuersione, vt S. Bernardus oraret, quidam illius filius peteret, respondit Sanctus, Ne timeas, ego illum probatum monachum in hac claraualle sepeliam. Quot sunt in hac vna sententia vaticinia? nam & Monachum illum aliquando futurum, & in ordine monastico vsque ad mortem perseveraturum: & sancte ac pie diem extremum clausurum: idque ante ipsum Bernardum, & in Claraualle, & ipsius Bernardi manibus sepeliendum: sex vaticinia sunt inter se diuersa: & omnia tamen, nec sine singulari Dei prouidentia, impleta. Sic enim auctor pergit: Et perfectus, inquit, Monachus factus est, & a Patre sancto (sicut ipse praedixerat) in Claraualle sepultus: tanquam enim mori illo absente non posset, quinque mensibus infirmus, & celeberrimum, immo continuum responsum oris in seipso habens sustinuit, donec Pater sanctus rediret, qui vt olim promiserat, eum traderet sepulturae.

S. FRANCISCVS (vt scribit in eius vita B. Bonaventura) cum Christianus exercitus certa die cum Saracenis pugnaturus esset, admonuit Duces, ne eo die pugnarent: sibi enim a Deo reuelatum, victoriam hostibus eo die cessuram. Sed cum contemnerent Duces B. Francisci monita, caesi, fusi que sunt Christiani inaudita strage. Addi possent multa alia eiusdem generis: ferre enim nulli conuenit in Ecclesia sancti homines, qui simul cum miraculis, non etiam hoc dono claruerint. Sed haec pauca hoc loco sufficient.

CAPVT XVI. Nota decimatertia.

DECIMATERTIA nota est confessio aduersariorum. Tanta enim est vis veritatis, vt etiam aduersarios cogat interdum sibi testimonium dare, iuxta illud Deuteron. 32. Non enim est Deus noster, vt diximus, & inimici nostri sunt iudices. Iam nusquam inueniuntur Catholici laudasse, aut approbasse doctrinam, aut vitam vllorum Ethnicorum, aut haeticorum. Scimus enim, vnam tantum esse veram fidem, & sine ea nullam esse veram iustitiam. Itaque nos constanter asserimus, errare omnes, qui doctrinam nostram non sequuntur. At non sic de nobis loquuntur Pagani, Iudaei, Turcae, haetici.

DE Paganis multa testimonia sunt. Plinius II. in epist. ad Traianum, lib. 10. epistolarum, scribit, Christianos omnia vitia detestari, sapientissimeque viuere, & hoc solum in eis posse reprehendi, quod nimis facile pro Deo suo vitam profundant, quodque horis antelucanis surgant ad canendas laudes Christo.

TERTVLLIANVS in Apologet. cap. 1. & 2. testatur, Paganos noluisse discuti causam Christianorum, sed damnari sine discussione, quia sciebant, se in eis nihil mali reperiuros, & cap. 5. & 6. affirmat, eos Imperatores, qui sunt habiti optimi, fauisse Christianis: vt M. Aurelium, Vespasianum, Antoninum Pium: eos autem persecutiones mouisse, qui sunt habiti pessimi, etiam ab ipsis Gentilibus, vt Neronem, & Domitianum.

EXSTAT quoque epistola M. Aurelij Imperatoris, in qua testatur, in Germania, cum per dies quinque siti laboraret exercitus, & essent Romani circudati ab incredibili multitudine Germanorum, vt esset impossibile humanis viribus euadere, tunc se ad Deos patrios confugisse, sed frustra: deinde aliquot milites Christianos, qui erant in exercitu, rogasse, vt etiam ipsi Deum suum orarent. Porro vix illos in genya ad orationem procubuisse, cum statim de caelo in Romanos quidam iucundissimus imber deiecit: in hostes vero ignis & granda permixta. cuius epist. meminit Tertullianus in Apolog. cap. 5. & in lib. ad Scapulam, & nuper inuenta est, & impressa in oper. Iustini.

DE NTQVE S. Antonium, S. Hilarionem, & S. Mar-

tinum fuisse honori & reuerentia Paganis, scribit Athanasius, Hieronymus, & Sulpitius, in eorum vitis.

DE Iudaeis habemus in primis testimonium Iosephi lib. 18. antiq. cap. 6. vbi affirmat, Christum plusquam hominem fuisse, & vere Messiam esse. Philo scripsit librum insignem de laudibus eorum Christianorum, qui sub Marco Euangelista in Aegypto viuabant: quem librum scriptum de laude Christianorum, non de secta aliqua Iudaica, vt putant Centuriatores Cent. 1. lib. 2. cap. 3. col. 18. testatur Eusebius lib. 1. hist. cap. 16. Epiphanius haeref. 29. Hieronymus de viris illustribus, in Philone. Sozomenus lib. 1. cap. 12. & Beda praefatione in Marcum.

MAHVMEVS in Alcorano, c. 2. docet, Christianos saluari, & cap. 4. dicit, Christum maximum esse Prophetarum, & ipsam Dei animam habere. Testatur quoque S. Bonaventura, Sultanum Aegypti, licet Mahumetanum, in summo honore ac reuerentia habuisse B. Franciscum, quem tamen sciebat Christianum & Catholicum esse.

ITEM de haeticis dici potest: nam B. Benedictum Catholicum a Rege Torila Ariano summo honore affectum, vt verum Dei seruum & Prophetam, scribit S. Gregorius lib. 2. Dialog. c. 15. Et Lutherus, iam haeticus existens sic scribit in lib. contra Anabaptistas, qui in odium Papae reiciunt baptismum paruulorum. Nos, inquit, fatemur sub Papatu plurimum esse boni Christiani, immo omne bonum Christianum, atque etiam illinc ad nos deuenisse. Quippe fatemur, in Papatu veram esse scripturam, sacram, verum baptismum, verum sacramentum altaris, veras clauas ad remissionem peccatorum, verum predicandi officium, verum Catechismum, vt sunt, oratio Dominica, decem precepta, articuli fidei. Dico insuper sub Papatu veram Christianitatem, immo verum nucleum Christianitatis esse. Haec ibi, vbi si nobis nucleum tribuit, certe sibi nihil seruat, nisi caricem vel putamina.

CALVINVS insit, cap. 10 §. 17. vocat Bernardum Pium scriptorem. At certe Papista fuit Bernardus, & nemo est pius sine vera fide. Philippus in Apolog. art. 5. & 27. Confess. Augustanae, vocat S. Bernardum, Dominicum, & Franciscum, quod idem facit Lutherus in lib. de abroganda Missa, prope finem. Item vt scribit Cochleus in actis Lutheri, anni M. D. XXXI. cum post multa praelia inter Catholicos & haeticos Heluetios pax componeretur, in 1. art. Concordiae haetici scribebant, se velle deinceps dimittere, confederatos suos quietos circa veram, indubitam, & Catholicam fidem suam: Catholici autem scribebant, se velle dimittere confederatos suos quietos circa fidem eorum: nihil vero addebant de vera, indubitata, vel Catholica.

CAPVT XVII. Nota decimaquarta.

DECIMAQUARTA nota est infelix exitus, seu finis eorum, qui Ecclesiam oppugnant. Est enim Deus punit suos, & flagellat, tamen tandem proicit virgam in ignem. Deuteron. trigesimo secundo. Laudate Genes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum. De misero fine Pharaonis, primi persecutoris Ecclesiae, legimus Exod. decimo quarto, de Dathan, & Abiron primis schismaticis legimus Numeri 16. de Iesabel, 4. Reg. 9.

DE Antiocho, 2. Machab. 9. de Pilato, quod seipsum interfecerit, scribit Eusebius lib. 2. hist. cap. 2. & vltimo, refert breuiter cladem Iudaeorum, quam Iosephus late prosequitur in libro de bello Iudaico.

DE Herode Ascalonita, qui obiit scatenus vermibus, cum prius occidisset uxorem, & filios, & seipsum occidere voluisset, scribit Iosephus lib. 17. antiquitatum, cap. 9.

DE

CAPVT XVIII.

Nota decimaquinta.

VTIMA nota est felicitas temporalis, diuinitus collata, qui Ecclesiam defenderunt: nunquam enim Catholici Principes ex animo Deo adhaeserunt, quin facillime de hostibus triumpharent. Nota sunt in primis victoriae in testamento veteri Abrahae, Moysi, Iosuae, Gedeonis, Samueis, Dauidis, Ezechiae, Iosuae, Machabaeorum. In Testamento nouo Constantinus, qui primus publice ex Imperatoribus Ecclesiam defendit, eo ferè modo Maxentium vicit, quo Moses Pharaonem. Vide Eusebium lib. 9. hist. cap. 9. de eo sic ait Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 25. Constantinum imperatorem non supplicentem demonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis impluit numeribus, quanta optare nullus audeat: Finissem orbem Romanum vnus Augustus tenuit, & defendit, in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est: grandaeus agritudine & senectute defunctus est: filios imperantes reliquit.

DE Theodosio seniore scribit idem Augustinus ibidem, capite 26. ei, quod verè pius & Catholicus esset, aded prosperè omnia successisse, vt in praелиis hostium tela in auctores, Deo agente, retorquerentur. Adit Theodoretus lib. 5. hist. cap. 24. sanctos Ioannem & Philippum Apostolos apparuisse in equis albis in eodem praelio pro Theodosio Imperatore pugnantem.

DE Honorio etiam planè Catholico, & Romano Pontifici addictissimo, vt patet ex eius epistolis ad Bonifacium Papam, scribit Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 23. ita Deum pro illo pugnassee, vt vno praelio multò amplius, quam centum millia Gothorum prosternerentur, & Rex ipse Radagaisus cum filiis caperetur, & occideretur, ex Romanis ne vno quidem vulnerato, nedum extincto.

DE Theodosio iuniore scribit Socrates lib. 7. hist. cap. 18. exercitu eius pugnante cum Barbaris, & ipso interim in vrbe praecibus apud Deum vacante, circiter centum millia Saracenorum ab Angelis acta in Euphratem, miserimè periisse.

IVSTINIANVS senior, donec Catholicus fuit, felicissimè imperauit, ita vt Italiam, Africam, aliisque multas prouincias Romano Imperio restituerit, vt patet ex Euagrio lib. 4. hist. cap. 16. & sequentibus. At, vbi haeticus factus est, & edictum proponere voluit de sua haerese recipienda, mox repentina morte sublarus est, & Ecclesiam magno metu liberauit, vt idem Euagrius scribit lib. 4. cap. vltimo.

HERACLIVS quoque, vt ex Ioanne Zonara, aliisque historicis cognosci potest, dū Catholicus esset, praecclarissimam victoriam de Persis reportauit, & crucem Domini recepit, quando res Romanae desperatae omnino esse videbantur: At cum in haesim incidit Monothelitarum, omnia illi infelicitè successerunt, & ipse nouo atque inaudito morbi genere extinctus est.

CONSTAT item ex Graecorum historiis, Imperatores Orientales ab eo tempore, quo propter dissidium circa imagines se ab Ecclesia Romana separauerunt, semper indices deterioris se habuisse, donec tandem Imperium penitus amiserunt. In Occidente verò ex Latinorum historiis manifestè colligitur, semper Imperatores magis, vel minus floruisse, vt magis vel minus Romanae Ecclesiae addicti fuerunt.

TEMPORE Vrbanus II. ad annum Domini M. XC VIII. Christiani in bello sacro a Papa indicto pro recuperatione Hierosolymae, cum essent Antiochia in summa desperatione, eò quod propè adesset infinitus exercitus Turcarum & Persarum, & ipsi pauci essent & diuturna fame propè enecti, ita vt etiam viri fortissimi baculis innixi incederent, nec equos haberent,

nisi paucissimos, ita ut præcipuus Princeps Godefredus equo commodato vteretur, & multi Principes in asinis equitare cogentur: tandem Deus reuclauit, ubi esset lancea, & ea prælata, in bello victoriam dedit, ita ut occiderint centum millia Turcarum, & ex ipsis vix quatuor millia ceciderint. Cecidit etiam ros diuinitus in illos, qui animis & corporibus vires addidit. Denique apparuerunt tres viri sancti pro illis de celo pugnantes. Vide Paulum Æmilius libro 4. Gulielmum Tyrium lib. 6. prope finem, & Dodechinum Mariani Scoti continuatorem.


TEMPORE Innocentij III. in Gallia ab octo millibus Catholicorum cæsa sunt vno prælio centum millia Albigensum hæreticorum, ut scribit Æmilius lib. 6. hi-

storiam Francorum. NOSTRIS temporibus anno M. D. XXXI. quinque prælia commiserunt pro fide Catholici Heluetij cum hæreticis Heluetiis, & semper Catholici vicerunt, cum tamen essent numero & armis multo inferiores: vide Ioannem Cochleum in actis Lutheri, anni M. D. XXXI. CAROLVS V. miraculo diuino victoriam retulit de Lutheranis anno M. D. XLVII.

IN Gallia quoque & Belgio multas victorias Catholici de hæreticis, non sine miraculo, reportarunt: immò vix vnquam fuerunt hæretici superiores, quando iusto prælio dimicatum est. Atque hæc de notis Ecclesiæ, & vniuersa hac disputatione pro instituta breuitate dicta sint.

Finis quartæ Controuersie generalis.

LAVS DEO, VIRGINI QVE MARIÆ.



QVINTA
CONTROVERNSIA
GENERALIS.

DE MEMBRIS ECCLESIAE
MILITANTIS.

TRIBVS LIBRIS
EXPLICATA.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

De Clericis.

PRÆFATIO.

- CAP. I. De nomine Clerici & Laici.
 II. Proponitur quæstio de institutione Ministrorum Ecclesiæ.
 III. Non pertinere ad populum ius ordinandi Pastores siue Ministros.
 IIII. Non esse populi, sed Episcoporum vocare Ministros.
 V. Electionem Ministrorum non fieri à solo Deo.
 VI. Non decuisse Christianos Sacerdotes carnali successione propagari.
 VII. Ius eligendi Pontificem, cæterósque Ecclesiæ Ministros, non conuenire populo iure diuino.
 VIII. Electionem Episcoporum, nõ pertinere iure diuino ad Clerum, sed ad summum Pontificem.
 IX. Rationem eligendi summum Pontificem, per solos Cardinales, esse omnium optimam.
 X. Ad quos electio summi Pontificis pertineret, si Cardinales nulli essent, &c.
 XI. De numero ordinum Ecclesiasticorum.
 XII. De antiquitate Ordinum.
 XIII. De officiis Ministrorum.
 XIII. De distinctione Episcopi & Presbyteri.
 XV. Soluuntur obiectiones.
 XVI. De Cardinalibus.
 XVII. De Chorepiscopis.
 XVIII. De cœlibatu Sacerdotum: si iure diuino annexus sacris ordinibus cœlibatus, an non.
 XIX. Cœlibatum iure Apostolico rectissime annexum ordinibus sacris.
 XX. Soluuntur argumenta Caluini.
 XXI. Soluuntur argumenta Philippi.
 XXII. Soluuntur argumenta Magdeburgensium.
 XXIII. De bigamia.
 XXIV. Soluuntur obiectiones Lutheri.
 XXV. De decimis.
 DVBIUM I. An præceptum de soluendis decimis possit contraria consuetudine abrogari.
 II. An Laici pauperes teneantur decimas dare Clericis diuitibus.
 III. An exulari possint à peccato, qui nullas decimas soluunt, vbi non est consuetudo soluendi.
 IV. Qua ratione ostendi possit, iustam esse determinationem Ecclesiæ, quòd Christiani decimam partem suorum fructuum Ecclesiæ tribuant.
 Cap. XXVI. De possessionibus, quæ dono Laicorum possidentur à Clericis.
 XXVII. De donis secularibus.
 XXVIII. An Clerici sint liberi à iugo potestatis secularis.

LIBER SECVNDVS.

De Monachis.

PRÆFATIO.

- Cap. I. De nomine Monasticæ.
 II. De natura siue definitione religionis.
 III. De variis ordinibus religiosorum.
 IIII. De confirmatione religionum.
 V. De origine religionum.
 VI. Mendacia deteguntur, & calumniæ refutantur.
 VII. Quid sit Consilium perfectionis?
 VIII. Ponuntur variæ sententiæ de Consiliis.
 IX. Afferuntur Consilia Euangelica testimoniis Scripturæ.
 X. Idem asseritur exemplis.
 XI. Idem asseritur testimoniis Patrum.

- XII. Idem confirmatur naturali ratione.
 XIII. Soluuntur obiectiones.
 XIII. Explicatur nomen & definitio voti.
 XV. Explicatur status quæstionis.
 XVI. Omne quod fit ex voto, esse cultum Dei.
 XVII. Non fuisse Iudæorum proprium vota facere, sed cum Christianis id etiam esse commune.
 XVIII. Soluuntur obiectiones.
 XIX. Non esse propriè votum promissionem, quæ fit in Baptismo.
 XX. Paupertatem voluntariam rectè Deo voueri.
 XXI. De voto obedientiæ.
 XXII. Afferitur votum continentiæ ex illis verbis Lucæ primo: Quomodo fiet istud, &c.
 XXIII. Idem asseritur ex illis verbis Matthæi decimonono: Sunt eunuchi, qui se castrauerunt, &c.
 XXIV. Idem asseritur ex verbis Apostoli primæ ad Timotheum quinto: Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt.
 XXV. Idem asseritur ex Conciliis.
 XXVI. Idem asseritur ex responsis Pontificum & Imperatorum.
 XXVII. Idem asseritur testimonio Patrum.
 XXVIII. Idem asseritur ratione.
 XXIX. Soluitur obiectio prima aduersariorum.
 XXX. Soluitur secunda obiectio.
 XXXI. Soluitur tertia obiectio.
 XXXII. Soluitur quarta obiectio ex ratione naturali.
 XXXIII. Soluitur obiectio quinta ex Conciliis.
 XXXIV. Soluitur obiectio sexta ex Patribus.
 XXXV. Quòd iuniores vouere possint.
 XXXVI. Licere filiis ingredi Religionem parentibus inuitis.
 XXXVII. Licere coniugatis ex consensu vouere continentiam.
 XXXVIII. Per vota solemnia solui Matrimonium ratum non consummatum.
 XXXIX. De Eremitis.
 XL. De habitu & tonsura Monachorum.
 XLI. Licere Monachis manibus laborare.
 XLII. Non teneri Monachos ad laborem manuum.
 XLIII. Licitum esse Monachis viuere ex bonis patrimonialibus in communi.
 XLIV. Licitum esse Monachis viuere ex rebus spontè oblati & donatis.
 XLV. Licere Monachis ex mendicatione viuere.
 XLVI. Soluuntur obiectiones.

LIBER TERTIVS.

De Laicis, siue Secularibus.

- CAP. I. Ordo totius disputationis.
 II. Proponitur prima quæstio: An politica potestas sit bona, & Christianis licita?
 III. Ex Scripturis asseritur politicus Magistratus.
 IIII. Idem asseritur exemplis Sanctorum.
 V. Idem asseritur ex fine principatus.
 VI. Idem asseritur ratione ducta ab efficiente.
 VII. Idem asseritur ex antiquitate.
 VIII. Principatum siue dominium in impiis esse posse.
 IX. Proponitur quæstio de potestate magistratus.
 X. Licere Christiano Principi leges condere.
 XI. Legem ciuilem non minùs obligare in conscientia, quàm legem diuinam.
 XII. Iudicia publica exercere non esse illicitum Christianis.
 XIII. Licere Christiano magistratui gladio punire perturbatores Reipublicæ.
 XIII. Licere Christianis aliquando bella gerere.
 XV. Quot sint, & quæ iusti belli conditiones.
 XVI. Licere bellum gerere Christianis contra Turcas.
 XVII. Ad magistratum non pertinere iudicium de Religione.
 XVIII. Ad Magistratum pertinere defensionem Religionis.
 XIX. Non posse conciliari Catholicos cum hæreticis.
 XX. Libros hæreticorum abolendos esse.
 XXI. Possè hæreticos ab Ecclesia damnatos temporalibus pœnis, & etiam morte mulctari.
 XXII. Soluuntur obiectiones.

PRÆFATIO
IN LIBROS TRES
DE MEMBRIS ECCLESIAE
MILITANTIS.



ECCLESIA Catholica, optime Lector, vni trinoque Deo militans, atque, vt Scripturae loquuntur, terribilis, velut castrorum acies ordinata, tribus potissimum ordinibus militum, Christo auctore, distinguitur. Alij siquidem in hoc diuino exercitu Clerici, alij Laici dicuntur. Quidam etiam sunt, tum ex Clericis, tum ex Laicis, qui certis symbolis ac functione ab utriusque distincti, tertium ordinem faciunt, ac Regulares, siue Monachi nominantur.

ORDO primus ac nobilissimus Clericorum vel Duces habet, vel ducum ipsorum famulos & ministros. Licet enim Imperator Ecclesia primus ac summus, Christus ipse sit, tamen quod non solum in terris, sed etiam in caelis, & apud inferos magnos exercitus habeat, quodque solis caelestibus praesentiam suam, vt par est, aspectabilem praebeat, Vicarium Imperatorem, ac Ducem exercitui, qui est in terris, Apostolum Petrum, eiusque successores summo cum imperio & potestate praefecit. Ergo Romanus Pontifex haec Apostolorum Principis, castra caelestia in terris ducit, Christumque ipsum nobis mortalibus, quodammodo representat.

PROXIMI sunt Episcopi, qui Tribunorum militarium locum sortiti, imperant etiam ipsi, non totis castris, sed agmini quisque suo. Si quidem in partem sollicitudinis, vt nostri loquuntur, vocati sunt, non in plenitudinem potestatis. Sub his Presbyteri, quos Parochos dicimus, quasi quidam Centuriones singulis cohortibus praesunt, Diaconi, Subdiaconi, Lectores atque Administratores ceteri, vel signa atque aquilas gerunt, vel tubis, ac tympanis accendunt ad praelium, vel huc atque illuc celeriter discurrentes, mandata Imperatoris ac Ducum ad milites perferunt.

PORRO Laici, hoc est, populus ipse fidelis, longè latèque toto campo diffusus, atque aduersus Diabolum sub Christi signis in acie constitutus, quasi quadratum agmen efficit, atque statarias legiones. Omnes enim in Baptismo ad Christi militiam nomen dederunt, eiusque caractere insigniti, Sacramentum perceperunt. Omnes per sacram Confirmationem ad praelium inuacati, crucis signo muniti, atque armis caelestibus donati, instructique sunt. Denique, omnes de mensa Domini opulentiissimo commeau, amplissimi que mercedis pignore in Eucharistia percepto, bellum aeternum Diabolo, atque omnibus eius copiis indixerunt.

IAM verò Regulares ac Monachi, neque vno in loco degunt, neque iisdem muneribus distinguuntur, sed alij in montibus & turribus quasi vigiles quidam perpetuò excubant, & clamore propè assiduo hostes exterrent: alij tanquam deuoti milites ante ipsam aciem longè progrediuntur, castraque hostilia audacter infestant: quidam etiam sunt, quos Anachoretas nominare solemus, qui diuina quadam virtute prae seorsim à ceteris in aperto campo, locisque desertis ad singulare certamen hostem pronocant, nec raro eundem Christi ope gloriosè prosternunt.

HAEC igitur est Ecclesia Dei viuus, haec sunt castra Sanctorum, tribus militum ordinibus ab ipsa Dei sapientia diuino plane consilio disposita atque distincta, qua quidem licet aduersus omnes hostiles acies insuperabilia atque insuicta consistant, neque ullam siue humanam, siue diabolicam vim sub omnipotentis Imperatoris praesidio pertimescant: non tamen Satanas sibi ipse deest, circuit, querit, obseruat, insidiatur, nullam nocendi elabissinit opportunitatem: non potest ille Dei exercitum profligare, conatur tamen: non sperat victoriam, at non desinit laceffere: non fundet unquam Christi copias, nec delebit, at confundere & perturbare nouis ac variis stratagematum formis, & libris, & sermonibus hereticorum, non cessat. Hinc enim haeretici huius temporis plane omnes Clericos cum Laicis ita confundunt, vt ne nomen quidem Clericorum (de qua re paulò post agemus) superesse patiantur.

DESIGNANT illi quidem certos homines, quibus docendi munus, Sacramentorumque administrationem permittunt, quos etiam Ecclesiae Ministros vocant: at eos nec populis cum potestate praesse, nec legibus continentia astringi, nec à tribunalibus politicis liberos esse volunt: sed Laicorum more iungere connubia, filios procreare, seculi huius negotia exercere, ad forum & iudicia pertrahi, inuitis etiam summis Antistitibus iubent. Nam de consecratione atque unctione Pontificum, de tiaris, infulis, pedis, de palliis, tunicisque sacratis, de corona capillorum, de reliquo apparatu, qui ad officium exornandum Ministrorum Dei, atque ad ornatum Ecclesiasticum à cultu prophetauo distinguendum pertinet, nihil commemorare necesse est. Haec enim omnia adeò confidenter aspernantur, ac de medio tollunt haeretici, ac si ea certissimis rationibus, cum ne probabiles quidem attulerint, superstitionem redolere Iudicium demonstrassent. Monachos autem in uniuersum omnes, siue Anachoretas, siue Caenobites illi sint, nec minus omnia Monastica instituta, ritus, vota, consuetudines, vestes, functiones, & ipsa etiam vocabula execrantur. Neque aliud esse vult Calvinus, libro quarto institutionum, capite decimotertio, Monasteria Caenobitarum, nisi lupanaria sceleratorum, vel conuenticula schismaticorum: Anachoretas autem, Magdeburgenses Centuriatores, centuria quarta, capite sexto & decimo, monstra quadam humana, vel vrsos potius, ac Mysanthropos appellandos censuerunt.

SOLI restant Laici, quibus etsi mirum in modum adulentur Lutherani, vt ea ratione maior Clericis, ac Monachis constetur inuidia, verumtamen adsunt Anabaptiste, qui nec Laicis parcunt, dum iurisdictione magistratus, magistratibus vrbes, vrribus genus humanum spoliant, atque ad eam formam regimen uniuersum reuocant, que non modò Reipublica ipsorum, sed ipsi etiam generi humano, si passim vsu recipiatur, extremam ruinam, atque exitium possit asferre. Sed enim haud scio, plùsne Laicis Anabaptista noceant vexando, ac detrahendo, ac cumulando, & blandiendo Lutherani. Detrahunt illi populo Christiano politicam potestatem, sine qua salus Reipublicae terrena in apertum discrimen interitumque vocatur. Augent contra Lutherani eundem populum etiam Ecclesiastica potestate, vt nimirum ducantur Pastores ab ouibus, & imperent Imperatoribus milites, atque interim pereat res Christiana, pereat Christi regnum, pereant anima, quarum salutem propria vita, & sanguine Dei Filius emerat.

QUAE cum ita sint, ad omnes pertinet, qui in Ecclesia Catholica Doctoris munere funguntur, impiis haereticorum conatibus vel Satana potius consiliis, & furori occurrere, & omnes Ecclesiae partes, omnia membra, omnes ordines pro viribus protegere, ac tueri: à nobis verò non modò charitas Christiana, & omnis à maioribus impositum flagitat, sed etiam cogit ordo disputationum, vt ad eas controuersias explicandas aggrediamur, quae sunt de tribus illis Ecclesiae partibus, id est, Clericis, Laicis, Monachis, ab haereticis huius temporis excitatae. Quando enim pro capite militantis Ecclesiae, proque ipsa Ecclesia, tum in Conciliis congregata, tum etiam diffusa toto orbe terrarum, pro nostrarum virium tenuitate pugnauerimus, illud vnum est reliquum, vt pro membris eiusdem Ecclesiae, pro nostra virili parte dimicemus, & Christo duce, atque imperatore, omnia hostium tela clypeo veritatis, & gladio verbi Dei discutiamus.

LIBER PRIMVS
DE CLERICIS.
ORDO DISPUTATIONIS.



SITUR disputatio de Clericis (nam ab ea exordium esse, cum antiquitatis, tum etiam dignitatis ordo nos admonet) octo partibus continetur. Primum enim, de ipso nomine Clericorum differendum erit. Deinde, de vocatione, siue electione ad sacrum Ministerium. Tertio, de distinctione, numero & officio Ministrorum. Quarto, de celibatu hominum sacrorum. Quinto, de solennibus precibus, & laudibus, certis horis, certoque ordine concinendis. Sexto, de Ecclesiastica tonsura, vel rasura capillorum. Septimo, de possessione temporalium honorum, siue politico, siue Ecclesiastico iure acquiritorum. Octauo, de exceptione Clericorum à tribunalium civilium potestate. Nihil autem de Sacramento Ordinis, nihil item de Ecclesiastica iurisdictione hoc loco dicendum erit, quod ea partim ad quaestiones de Sacramentis, partim ad quaestiones de Pontifice, & Conciliis pertinere videantur.

CAPVT PRIMVM.

De nomine Clerici & Laici.



VID hæc nomina Clerici atque Laici sibi velint, nemini dubium esse puro: tamen trita sunt, ac peruulgata. Quis enim ignorat id esse *ἄλλοι* Græcis, quod populū Latinis? Idem illis *ἄλλοι*, quod sortem, siue hæreditas nobis: Inde igitur laici dicti sunt quasi plebei, ac populares, quibus nulla pars functionis Ecclesiasticæ demandata est: Clerici autem quasi Domini fors, & hæreditas, qui diuino cultui consecrati, procurandæ religionis, ac rerum sacrarum, Deo ipso iubente, prouidentiam, ac sollicitudinem susceperunt. Clericus, inquit S. Hieronymus in epist. ad Nepot. interpretetur primò vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse quod dicitur: si enim *ἄλλοι* Græcis, fors Latine appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus fors, id est, pars Clericorum est. Cur autem hæreditas sortis nomine appelletur, illa ratio reddi solet, quod hæreditas in plures sorte plerumque diuidatur: unde est illud Propheta Psal. 77. *Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.*

ACCEDIT quòd licet ad vnum aliquem hæreditas tota perueniat, id tamen non electione, sed sorte fit: nascuntur enim ut plurimum, nō sunt hæredes. quis autem laborauit, quis operam dedit, ut huius potius quam illius filius & hæres nasceretur? Atque huc Apostolus Paulus, Chryl. teste, respexit cum ait, scribens ad Colos. *Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum* Et rursum ad Eph. *In quo nos sorte vocati sumus.* Non quòd (ut Lutherani volunt) æterna beatitudo nullis meritis acquiratur, sed quòd ad gratiam & adoptionem filiorum Dei sine vilo opere nostro vocemur. Falluntur enim Pelagiani, qui priores partes homini, posteriores verò Deo tribuunt in conuersione ac penitentiâ peccatoris. Quomodo enim sorte vocamur, si nos ipsi Deum vilo nostro vel opere vel conatu præueniamus.

NE MO igitur gratiam inuocat, nisi præuentus à gratia: nemo igitur Deum, nisi prius electus à Deo: nemo diligit, nisi prius dilectus: apertus ille conuertit, errantes reuocat, inuenitur à nō querentibus, palam apparet non interrogantibus: quia tamen quòd nobis fors est, Deo prouidentia & prædestinatio est; propterea sapienter Apostolus simul iungit vtrumque, cum ait: *In quo nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum voluntatis eius.* Sed de his hæc tenus.

HABEMVS igitur quid Clericorum ac Laicorū nomen significet. Hinc autem primò inter nos, & hæreticos quæstio nascitur, rectene an secus quidam inter Christianos Clerici, quidam Laici nominentur. Lutherani enim & Calvinistæ, tamen minimè negant, quod ad rem attinet, ministerium verbi & Sacramentorum non ex æquo ad omnes pertinere, & habet ipsi quoque suos quosdam ministros & pastores, siue (ut ipsi loquuntur) superintendentes, quibus totam ferè religionis suæ curam permittunt: tamen quòd eorum contentiones, & schismata ab odio Clericorum & Laicorum fauore initium duxerint, & vocabulū Cleri non obscure excellentiam quandam ac dignitatem præ se ferre videatur, nullo modo ferunt, ut Ministri Ecclesiastici Clerici, cæteri Laici appellentur.

ITA QVE Lutherus in lib. illo planè Tartareo de abroganda Missa priuata par. r. tractans illud D. Petri, non dominantes in cleris, quod, inquit, nostra translatio habet non dominantes in Cleris, interpretis incuria fuit, que fecit ut Cleri hoc loco intelligerent, quos nunc à laicis discernit impabominum traditio. Et infra, Hoc dixisse contenti sumus,

A Christianum populum esse simplicem, in quo prorsus nulla secta, nulla differentia personarum, nullus clericus, nullus laicus, nullus vnctus, nullus rufus, nullus monachus esse debeat. Et Calvinus in 4. lib. suæ instit. cap. 4. §. 9. Hæc, inquit, appellatio aut errore, aut certè ex praua affectione nata est, cum tota Ecclesia clerus, id est, hæreditas Domini à Petro dicatur. Et in comment. c. 5. prioris epist. B. Petri, *Vitiam, inquit, nunquam Patribus venisset in mentem, ut hac voce vterentur.* Hæc illi: à quibus ego libenter quærerem, quo tempore, quo loco, quibus auctoribus hanc appellationem natam esse putent.

SI enim paucis antè annis, in angulo nescio quo, ac aliquo ambitioso atque indocto artifice vocabulorum fabricatam esse hanc vocem demonstrare possent Lutherani, possemus & nos vicissim facili credere, ex errore, aut prauo affectu, aut etiam impia traditione natam esse: sin autem ex diuinis literis deprompta hæc appellatio, in ore omnium Conciliorum, omnium Patrum, totius Ecclesiæ, orbis terrarum vniuersi, omnibus ætatibus, ac seculis fuit, quis poterit satis hominum istorum audaciam, impudentiamque mirari?

ET quidem si de Conciliorum decretis, & SS. Patrū voluminibus agitur, non tam quærendum est, vbi Clericorum & Laicorum nomē & distinctio habeatur, quam vbi non habeatur: ita passim in singulis propè paginis tū Patrum, tum Conciliorum veterum appellatio illa occurrat, quam ex errore, aut prauo affectu, vel impia traditione natam esse Lutherus & Calvinus affirmant.

PRODEAT ex vetustis scriptoribus Tertullianus, qui non modò antiquissimus, sed etiam doctissimus fuit. Is igitur in lib. de Monogamia hoc modo loquitur: *Cum extollimur, inquit, & inflamur aduersus Clerum, tunc vnum omnes sumus, tunc omnes Sacerdotes, quia Sacerdotes nos Deo & Patri fecit: cum ad peræquationem disciplina sacerdotalis pronocamur, deponimus infulas, & impares sumus.* Et infra, *Laici verò quia Monogamia nō conuenit, cætera quoque aliena sunt.* Quid potuit clariùs aduersus Lutherum & Calvinum Tertullianus dicere, quam arrogantes ac superbos esse laicos, qui extolluntur, atque inflantur aduersus Clericos? Sed fortasse singulorum hominum testimonium sine temeritate contemnamur.

PRODEAT igitur, non ex hominibus singulis, sed ex cœtibus hominum Concilium I. Nicænum, œcumenicum, vetustissimum, frequentissimum, celeberrimum, cuiusque auctoritas tanta semper apud omnes veteres fuit, ut ab Eusebio lib. 3. de vita Constantini, & Aug. lib. 1. de Baptismo, c. 18. orbis terræ Concilium appelletur: ab Athanasio in epist. ad Episc. Africæ, & Leone epist. 53. ad Anatholium, cum oraculis Spiritus sancti: à Gregorio verò lib. 1. epi. 24. cum ipso Euangelio conferatur, in ea igitur tanta Synodo, quam neque erroris, neque prauis affectus, multò etiam minùs impietatis possumus reprehendere, nisi vitiorum eorumdem Ecclesiam totam, & orbem terræ vniuersum reprehendamus: in ea, inquam, Synodo appellatio Clericorum in singulis ferè canonibus inculcatur. Sic habet Canon I. *Si quis in aegritudinem, vel à medicis seclusus, vel à Barbaris castratus est, placuit ut iste permaneat in Clero, si quis autem sanus seipsum abiecit, hic etiam si est in Clero, cessare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinare.* In II. verò canone III. VIII. in XVII. in XVIII. & XIX. nihil ferè tractatur aliud, quam de ordinationibus Clericorum, quod idem in omnibus omnino Conciliis passim occurrit.

QUOD in ipsis etiam Apostolorū canonibus à S. Clemente descriptis, distinctio, & nomen Clericorum

& Laicorum non semel legitur? Canon. XII. *Si quis cum dånato Clerico, ut cum Clerico, orauerit, dånatur.* Can. XIII. *Si quis Clericus aut laicus à communione suspensus, &c.* Can. XV. *Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut quilibet de numero Clericorum relinquens propriam parochiam pergat ad aliam, hunc vterius ministrare non patimur, præsertim si vocatus ab Episcopo redire contempserit, veruntamen tanquam laicus ibi communicet.*

QUOD hic Calvinus, & Lutherus dicent: ignorabant Patres Nicæni, ignorabat Clemens Pontifex, ignorabant Apostoli Christianum populum simplicem esse debere, ut nullus in eo Clericus, nullus sit laicus? An potius impia traditione, errore, prauoque affectu Ecclesiæ Ministri eiusmodi nomen indiderunt?

AT, inquit, non multum nos laboramus quid homines dicant: iam dudum enim valere iussimus verba hominum. Verbum Dei uero proferatur ad medium, si cõtrouersia finienda est. Videamus igitur quid habeat verbū Dei, quanquam opus non esset, cum de re constet, magno pere de nomine litigare. Apud Hieremiam cap. 12. ita Spiritus sanctus loquitur: *Cleri eorum non proderunt eis.*

AC ne fortè de istis ipsis verbis Dei litigandum sit, profero testes omni exceptione maiores, Origenem, Epiphanium, Hieronymum, qui non modò Scripturarum diligentissimi tractatores fuerunt, sed etiam penè soli inter omnes Ecclesiæ Patres Hebraicæ linguæ, qua Hieremias volumen scriptum esse constat, scientiam habuerunt. Sic igitur Origenes hom. 7. in Hierem. exponit hæc verba, *Cleri eorum non proderunt eis.* Hæc, inquit, ante me alij exposuerunt, & quia non improbo interpretationem eorum, consentiens eandem profero: *Nos qui putamus aliquid esse, id est, qui in clericatus vobis ordine præsidemus, in tantum, ut quidam de minori gradu ad hunc locum cupiant peruenire, nosse debetis, non statim in eo esse saluandos, quia Clerici sumus: multi enim & Presbyteri pereunt, & laici beatissimi reperuntur.*

S autem Epiphanius ad initium eius Epistolæ, quam ad Ioanem Episcopum Hierosolymæ scripsit, *Oportebat, inquit, nos dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam, sed cõstodia mandatorum Dei, & obseruatione diligentissima hoc esse quod dicimus: si enim S. Scriptura loquitur, Cleri eorum non proderunt eis, quæ arrogantia clericatus cõducere se habere poterit, qui non solum cogitatione & sensu, sed etiam sermone peccamus?*

EODEM modo S. Hieronymus in commentario huius loci dicitur, inquit, hoc & Ecclesiasticis: quid enim eos inuare poterit Episcopi nomen, & Presbyteri, vel reliquus ordo Ecclesiasticus, cum magis grauentur dignitatibus suis, & potentes potenter tormenta patiantur? Idem quoque Hieronymus in epist. ad Nepotianum, *Obsecro, inquit, te, & repetens iterum, iterumque monebo, ne officium clericatus, genus antiquæ militiæ putes, id est, ne lucra seculi in Christi queras militia, ne plus habeas quam quando Clericus esse cepisti, & dicatur tibi, Cleri eorum non proderunt eis.* Habemus igitur verbum Dei, in quo, Origenes, Epiphanius & Hieron. testibus, Episcopi & Presbyteri, cæteri que ordines Ecclesiastici, clerici nominantur.

SED accedat postremò Dei ipsius grauissimum testimonium, non solum verbo prolatum, sed etiam horribili quodam prodigio: quasi sigillo proprio consignatum. Quòd enim hoc tempore Lutherus & Calvinus aduersus Clericos clamant, idem olim Datan & Abyron aduersus Sacerdotes Testamenti veteris clamabant: *Sufficiat vobis, atebant illi Num. c. 16. quòd omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus, cur eleuamini super populum Domini? Quid verò Lutherus & Calvinus dicunt? Sufficiat vobis est, cur eleuamini super laicos? cur soli vobis Cleri vocabulū vsurpatis?*

AT qualem exitam reperit contentio illa veterū schif-

maticorum? Acerbum omnino, & luctuosum, siquidem continud, ut Scriptura eodem loco narrat, ad imperium Domini, qui schismata, & seditiones aduersus ministros suos ferre non potest, dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos, cum vxoribus, cum liberis, cum tabernaculis, cum cœtisque opibus, descenderuntque viui in infernum, operi hūmo, & perierunt de medio multitudinis. Hæc videlicet iustissima pœna illorum est, qui diuersos in Ecclesia gradus, ordinemque pulcherrimum, ab ipsa Dei sapientia constitutum, confundere, ac perturbare nituntur, ut ad ea inferorum detrudantur loca, vbi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

SED eorum obiectionulas, licet frigidas, & ieiunias, breuiter diluamus. Christianus populus, inquit Lutherus, simplex debet esse, vbi nemo sit clericus, nemo laicus: nã ut Apostolus ait ad Galat. 3. *Non est Indæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque femina: omnes enim vos vnum estis in Christo IESV.*

VNVM & simplicem Christianum populum esse debere, negari non potest: sed interest qua vnitate, qua simplicitate: *Vnum Dominus, inquit Apostolus ad Ephes. c. 4. vna fides, vnum Baptisma, vnus Deus & Pater omnium.* Hęc est vnitas, hæc simplicitas populi Christiani, vbi vnus sint omnes fidei, idem dicant, idem sentiant omnes, nec sint in eis schismata. Qua simplicitate cum omnino careant Lutherani, quippe quibus tot penè sunt sectæ, quot ciuitates: tot symbola, quot capita: viderint ipsi quam bene Christianus populus dici possint.

PORRO distinctio Clericorum & laicorum cum hac simplicitate non magis pugnat, quam pugnet membrorum distinctio cum corporis vnitate. Vnum est corpus humanum, nec tamen totum est auris, nec totum manus, nec totum pedes, alioquij, ut verbis vtar Apostoli primæ Corinth. 12. *Si totum corpus oculus, vbi auditus? si totum vbi dicitur, vbi odoratus? & si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multi quidem sunt mēbra, vni autē corpus.* Sic prorsus in Ecclesia alij Clerici, alij Laici, alij Monachi sunt: & rursum Clericorum alij Sacerdotes, alij Ministri: Laicorum alij Principes, alij Priuati: Monachorum alij anchoritæ, alij cœnobitæ. Sed hæc membrorum ac partium varietas est: corpus verò vnum, quoniam vnum omnes Dominum habemus, vnam fidem, vnum baptisma, vnum Deum Patrem, vnam Ecclesiam matrem: vno spiritu viuimus, vno pane nutrimur.

NE QVE verò his repugnant verba illa Pauli, *Non est Indæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque femina.* Tamen eadem ratione dicere potuisset, non est laicus, neque clericus. Neque enim illis verbis excludere voluit Apostolus ab Ecclesia diuersitatem sexuum, nationum, conditionum, sed admonere, non ista esse quæ filios Dei faciant, sed fidem qua per dilectionem operatur: sic enim ait, *Omnes vos filij Dei estis per fidem, que est in Christo IESV. Quicumque enim in Christo IESV baptizati estis, Christum induistis: non est Indæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque femina.* Itaque nihil obest sexus, si adsit fides: nihil prodest, si absit: & laicus cum charitate, Dei filius est, & Clericus sine charitate mancipium Diaboli est. Sunt igitur in Ecclesia Clerici, sunt laici, sunt liberi, sunt serui, sunt masculi, sunt feminae: sed hæredes regni sempiterni, non istæ graduum, siue conditionum, siue sexuum differentie, sed fides cum spe & charitate constituit.

AT B. Petrus in epist. sua priore c. 5. totam Ecclesiam Clerum appellat, cum ad Episcopos ait: *Tascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Ex errore igitur, inquit, impie traditione, aut prauo affectu ab honore

Tomus primus. X x

Clerici nominis deiectione sunt laici.

SED hæc obiectio nec difficulter, nec vno modo soluitur. Primum omnino probabile est, quod S. Hieronymus in ep. ad Nepotianum, & Oecumenius in commentario huius epistolæ docent, Cleri appellationem hoc loco positam, non ad Ecclesiam vniuersam, sed ad eos tantum esse referendam, qui propriè Clerici vulgò nominantur, tamen enim ad Episcopos gregem vniuersam Cleri, tum laici pertinent, tamen quia tantò maius periculum erat, ne Episcopi Clericis dominari vellent, quàm laicis: quãtò Clerici magis subiecti, atque obsequentes Episcopis, vt proprii eorum administri, ex ipsa sua professione debent esse, quàm laici: propterea B. Petrus Episcopos monet, vt vniuersum quidem gregem diligenter pascant, sed in pascendis laicis caueant turpe lucrum, in Clericis regendis fugiant dominandi cupiditatem.

AD DE, quòd nomen Cleri deriuatum est ad Christianos à Iudæis, & sine dubio S. Petrus alludit ad Leuitas Iudæorum, qui Num. 18. & Deuter. 18. dicuntur esse de sorte Domini, & Dominus dicitur esse eorum fors & hereditas, quia donauit eis quodammodo partem suam, id est, decimas, & oblationes filiorum Israël. Porro Leuitis non respondent in Ecclesia noui Testamenti omnes Christiani, sed soli sacerdotes, eorumque ministri. Petrus nomine Cleri non omnes Christianos, sed solos ministros Ecclesiasticos intellexit.

QUOD si hæc interpretatio ab aduersariis obstinatè reiciatur, nihil est cur magnopere contendamus, potest enim eadè appellatio Cleri diuersa ratione cum vniuersa Ecclesiâ, tū solis tēpli Ministris aptissimè conuenire. Nam vt Ecclesiâ vniuersâ, fors atque hereditas Christi est, quòd eam acquisierit sanguine suo, & simul tamen quædam certa Ecclesiæ portio, altaris, ministerio consecrata, magis propria ratione fors, & hereditas eiusdem Christi dici potest, non secus atque olim Synagoga Iudæorum vniuersâ in libris Prophetarum passim hereditas Domini vocabatur, quòd eam vniuersam Deus ex Ægypto liberasset, & quodammodo redemisset, & tamen solam tribum Leuiticam, quam rebus sacris præfecerat, speciali quadam ratione sortem suam, & hereditatem idem Dominus appellabat.

CAPVT II.

Proponitur questio de institutione ministrorum Ecclesiæ.

SEQVITVR altera questio de institutione Episcoporum, aliorumque Ecclesiæ Ministrorum, quæ sanè cum grauissima, tum etiam vtilissima est, non ad id modò, de quo agimus in præsentia, sed etiam ad veram Dei Ecclesiam cognoscendam. Illud autem in initio præmittendum est, appellatione creationis Episcoporum tria contineri: electionem, ordinationem, & vocationem seu missionem. Electio nihil est aliud, quàm designatio certæ personæ ad Ecclesiasticam præfecturam: Ordinatio sacra caremonia est, qua certo ritu futurus Episcopus inungitur & consecratur: Missio seu vocatio iurisdictionem tribuit, ac re ipsa Pastorem, ac Præsulem facit.

EXISTIT igitur inter nos & aduersarios controuersia, cui potissimum ius sit in Ecclesia Episcopos creandi, id est, eligendi, vocandi, atque initiandi. Rursum obseruandum est, electionem multis ac variis modis fieri posse, nam aut Deus solus eligit, quomodo Aaron, & Petrus electi fuere, aut Deus per homines. Cum autem per homines Deus eligit, aut id facit naturali propagatione, quomodo filij Aaron, & nepotes olim ad sacerdotium perueniebant, aut certè voluntaria electione. Quòd si voluntaria electione, aut vnus, qua ratione Clemens à Petro electus dicitur: aut plurius, & si plurius, aut populi, aut clerici, aut vtriusque.

SVNT autem tres de hac questione sententia. Prima

A Ioannis Viclef, & Ioannis Hufs qui teste Thoma Vvaldensi lib. 2. doct. fidei, cap. 39. & 40. docebant, solius Dei munus esse eligere Pastore Ecclesiæ: quòd soli pij, & prædestinati, Episcopi & Pastores esse possint, & solus Deus nouerit, qui sint impij, & prædestinati. Vide in Concilio Constantiensi s. s. 8. & 15. articulos horum hereticorum.

ALTERA sententia est Martini Lutheri, Ioannis Caluini, Mathiæ Illyrici, Ioannis Brentij, Martini Kemnitij, aliorumque huius temporis Sectariorum, qui electionem, & vocationem, iure diuino ad Ecclesiam vniuersam, hoc est, ad Clerum & populum spectare volunt, ita prorsus vt sine populi consensu ac suffragio nemo legitime electus, aut vocatus ad Episcopatum habeatur. Porro ordinationem, quæ per manus impositionem fieri solet, solis Pastoribus tribuunt. Nec enim fieri possent, vt totus populus manus imponeret, sed ita tamè ad solos Pastores munus hoc referunt, vt illi nomine totius Cleri ac populi nouis pastoribus manus imponant, ac verè dici possit totus Clerus ac populus non solum eligere ac vocare Pastores, sed eosdem etiam initiare, & ordinare. Sed verba ipsorum audiamus.

MARTINVS Lutherus in libro de potestate Papæ: *Hunc ritum, inquit, per multas epistolas Cyprianus commemorat semper suffragium populi, & iudicium propinquorum Episcoporum, ita allegans, vt hanc ex Deo ordinationem esse cum fiducia pronunciet. Et infra, Nec referre est necesse, quãto felicius hodie is ritus diuinus seruaretur, præsertim tot sacerdotibus malis regnantibus, & inuito populo impositis. Idem fusè atque ex verbo Dei, vt ipse iactat, in eo libro demonstrat, quem inscripsit de instituendis ministris, ad Boëmos.*

IOANNES Caluinus lib. 4. institutionis Christianæ, cap. 3. §. 15. *Habemus, inquit, esse hanc legitimam ex verbo Dei ministri vocationem, ubi ex populi consensu & approbatione creantur, qui visi fuerint idonei. Præesse autem electioni debere alios Pastores, ne quid vel per leuitatem, vel per mala studia vel per tumultum à multitudine peccetur.*

MATHIAS Flaccus Illyricus præter eum librum quem scripsit de electione Episcoporum, in quo totis viribus contendit, ius eligendi, atque instituendi Episcopos, neque summo Pontifici, neque Regibus, neque Canonicis permittendum esse, sed multitudini fidelium, cui conuenit iure diuino, esse restituendum. Scripsit etiam multa cum collegis suis Magdeburgensibus Centuriatoribus in historia Ecclesiastica, centuria 1. lib. 2. cap. 4. col. 391. *Habet, inquit, Ecclesiâ in quolibet loco, hoc est, totus cætus tum, vt nunc vocamus, laicorum, tum clericorum coniunctim potestatem eligendi, vocandi, & ordinandi ministros idoneos.* Non dissimilia sunt quæ scribunt, Ioannes Brentius in Prolegomenis aduersus Petrum à Soto, & Martinus Kemnitius in examine Concilij Tridentini in disputatione de ordinis sacramento. Hæc igitur eorum sententia est, ex qua non obscurè colligi putant nullos esse apud nos Episcopos ritè vocatos, quòd iam dudum nostri in Episcoporum electionibus plebem excluderint à ferendo suffragio.

CONTRA autem Doctores Catholici summa consensione docent, ius Episcopos ordinandi ac vocandi ad plebem nullo modo pertinere posse: ius autem eligendi fuisse aliquando, & aliquo modo penes populum, sed Pontificum concessione vel conuentione, non lege diuina: ex quo nos longè verius colligemus, nullam esse apud hereticos veram ordinationem, nullam vocationem, nullam electionem: proinde, nullos Episcopos, nullam Ecclesiam. Vt autem hæc omnia distinctè, atque ordine demonstremus, præpositis aliquot sententiis seu propositionibus, disputabimus primum de ordinatione, tum de vocatione, postremò de electione.

CAPVT

CAPVT III.

Non pertinere ad populum ius ordinandi Pastores, siue Ministros.

IT igitur hæc prima nostra propositio, seu sententia. *Ordinationem tum Episcoporum, tum aliorum Ecclesiæ Ministrorum, non ad plebem, sed ad solos Episcopos pertinere.* Testantur id passim diuine Scripturæ, testantur decreta Conciliorum, testantur veteres Patres, testantur denique mos populi Dei, & exempla maiorum. Aaronem & filios eius sacerdotes primos Testamenti veteris solus Moses Sacerdos, & Pontifex ordinauit, & consecrauit. Leu. 8. Moses autem Sacerdotem fuisse testatur Dauid in Psal. 98. *Moses, inquit, & Aaron in sacerdotibus eius.* Testatur Philo lib. 3. extremo de vita Mosi: *Hæc, inquit, fuit vita obitusque Mosi, Regis, Legislatoris, Patis, & Pontificis.* Testatur Hieronymus li. 1. in Iouinianum, testatur Augustinus in commentario Pl. 98. testatur Gregorius Nazianzenus oratione ad Gregorium Nyssenum, testatur denique S. Leo epist. 88. ad Episcopos Germaniæ & Galliæ.

IN Testamento nouo, vbicumque mentio fit manus impositionis, quo ritum etiam apud aduersarios ordinatio celebratur, semper ea Apostolis, cæterisque Episcopis, nunquam verò plebi tribuitur. Act. 6. Soli Apostoli per manus impositionem Diaconos ordinarunt. i. ad Tim. 4. *Noli, inquit, Apostolus, negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyterij.* Quo loco presbyterium, Episcoporum cætum significat, vt testantur omnes ferè interpretes, ac præsertim Græci, Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus. *Non de presbyteris, inquit, Chrysostomus, hic loquitur, sed de Episcopis, neque enim profectò Presbyteri ipsi ordinantur.* Item in eodem loco loquitur Apostolus ad Episcopum: *Manus tuæ nemini imponeris.* Ac rursus 2. ad Timotheum 1. *Resuscites, inquit, gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum mearum.*

ITA QUÆ ex diuini literis satis probatur, munus ordinandi proprium esse Episcoporum, quod idem ex plurimis Conciliorum decretis confirmari possent: sed quoniam res est perpicua, & notissima, eum solum canonem hoc loco ad memoriam reuocabo, quo Episcopum à tribus Episcopis ordinandum esse, definitum est: qui canon primus est inter canones Apostolorum, & rursus quartus est inter canones Concilij I. Nicani, œcumenici, maximi, ac celeberrimi. Denique duodecimus est Concilij II. Carthaginens. tricesimus nonus III. secundus IV. & quartus VI. Quæ Concilia etsi non œcumenica, sed nationalia fuerint, fuere tamen frequentissima, & S. Augustini præsentia ac suffragio illustrata.

ACCE DAT, quod veteres Patres constanter docent, solius Episcopi esse initiare sacris, siue Presbyteros, siue Diaconos, siue ipsos etiam Episcopos, neque id villo modo Presbyteris licere. Vide Epiphanium heresi 75. quæ est Aërii, Ioannem Chrysostomum cum cæteris Græcis in commentario tertij & quarti capitis prioris epistolæ ad Timotheum. Hieronymum in epistola ad Euagrium. Augustinum in breuiculo, collatione tertia, capite 5. Quòd si Presbyteris non licet Episcopos aut Presbyteros ordinare, quòd id munus solis Episcopis conueniat, quanto minus id clericis inferioris gradus, aut etiam laicis licebit?

ACCE DAT postremò antiquissima, ac perpetua Ecclesiæ vniuersæ consuetudo, quæ optima iuris interpret esse solet. Nam, vt verbis vtar Euangelicis, à seculo non est auditum, vt Episcopum non Episcopus ordinaret, neque huiusce rei vllum vnquam vel institutum ex disciplina, vel exemplum ex historiis, vel etiam vsurpatio ex hæretica licentia profereretur. Nam apud Lutheranos quoque & Caluinistas, qui ritus Ecclesiasticos penè omnes sustulerunt, ij solum manus imponunt, & Pastores, seu Ministros faciunt, qui Pastores, & Episcopi, licet re

A vera non sint, tamen haberi, & appellari volunt. Quare quod attinet ad ordinationes, non Clerus, & populus vniuersus, sed soli Pontifices Episcopos, & presbyteros creant.

SED, inquit: Etsi Clerus ac populus per se manus Episcopis non imponat, id tamen non eo fit, quòd defuit multitudini auctoritas, sed quòd ad vitandam confusionem, quæ necessariò existeret, si tot manus super vnus hominis caput imponendæ essent, visum est melius vt paucis Pastoribus ea cura demandaretur. Itaque auctoritas ordinandi ministros, totius multitudinis est, exequutio verò, Pastorum: sed cum Pastores, quod faciunt, totius Cleri, ac populi auctoritate, & nomine faciant, ipse etiam Clerus, & populus ordinare, & consecrare ministros dici potest.

AT certè falluntur, vel fallere volunt aduersarij, dum ita ratiocinantur. Nam tribus modis potest intelligi, quòd ipsi dicunt, auctoritate, ac nomine totius Cleri & populi, à Pastoribus ordinari Pastores. Primum, quomodo nomine totius corporis lingua loquitur, oculi vident, aures audiunt, & de cæteris membris ad eundem modum. Quod enim pars corporis facit, toti etiam corpori tribui solet, licet reliquum corpus neque præter vnquam, neque præstare possit, quòd est illius partis proprium. Videri oculis totus homo, sed ita videt, vt nulla ratione queat lingua, manibus, pedibus, aliòque membro videre. Quòd si hoc modo vellèt aduersarij ab vniuersa multitudine per suos Pastores ordinari ministros, non esset cum eis magnopere contendendum. Nihil enim potestatis vel auctoritatis in ipsa multitudine ponent, præter eam quam habent Pastores, qui in membris, ac partibus eiusdem multitudinis numerantur. Sed non id solum illi querunt, neque hac moderatione contenti sunt.

ATTERO igitur modo potest intelligi, auctoritate populi Antistites à Pastoribus ordinari, vt videlicet in ipso populo, remotis etiam omnibus Pastoribus, sit vera ordinandi potestas, neque aliud impediât quo minus populus re ipsa Pastoribus manus imponat, quàm confusio multitudinis: quomodo prætoris in viribus, auctoritate ac nomine Principis, pro tribunali sedent, ac ius ciuibus dicunt. Ita enim prætor in iure dicendo locum Principis obtinet, vt possit tamen Princeps, si velit, per se ius dicere.

AT neque hic modus aduersariis probari debet, si ipsi sibi constare velint. Nam si sola confusio multitudinis impediât, quo minus populus ordinaret ministros, posset certè idem populus munus ordinandi paucis hominibus de suo corpore, id est, etiam non Pastoribus demandare: id non modò Conciliorum decretis, & perpetua consuetudine, & omnium Patrum testimoniis, sed etiam aduersariorum exemplis, & verbis, & ipsi rationi repugnat. Nam, vt paulò antiè diximus, in hereticorum cæteribus non quiniis de populo, sed soli Pastores manus imponere ordinandis ita solent, vt si secus fiat, irrita censeatur ordinatio: & Ioannes Caluinus lib. 4. institut. cap. 3. §. 16. ita omnino faciendum esse ex Apostolorum consuetudine bis verbis docet. *Licet nullum exister certum præceptum de manuum impositione, quia tamen fuisse in perpetuo vsu Apostolis videmus, illa tam accurata eorum obseruatio præcepti vice nobis esse debet.* Et infra: *Hoc postremò habendum est, non vniuersam multitudinem manus imponisse suis Ministris, sed solos Pastores.* Hæc ille, & sanè cum potestas ordinis, quæ ad ordinandos ministros necessaria est, per ordinationem accipiatur: quis capere potest, vt vel populus vniuersus, vel pauci de populo, nulla prius ordinatione accepta, manus imponere, & ordinare ministros possint?

RESTAT igitur modus tertius, quo possit intelligi quòd aduersarij dicunt, auctoritate multitudinis Pastores à Pastoribus ordinari, nimirum, licet non habeat

multitudo ordinis potestatem, habeat tamē iurisdictionis, & proinde ius Pastorum imperandi, vt certis hominibus à se designatis manus imponant.

SED quoniam de hac potestate iurisdictionis, quam aduersarij populo tribuunt, in sequenti capite disputandum erit, nunc solum ex iis quæ dicta sunt, quæque ab aduersariis affirmantur, argumentum, ni fallor, indissolubile colligemus. Ecclesiam eos nullam habere: est autem hoc argumentum. Non sunt veri Pastores, qui non sunt per manus impositionem à veris Pastoribus ordinati. Id Caluinus ex Apostolo. um perpetua consuetudine, quæ nobis pro lege, vt ipse ait, esse debet, rectissime collegit. Lutherus autem, Zvinglius, Caluinus, & ceteri qui Pastores primi apud suos habentur, non fuerunt per manus impositionem à veris Pastoribus ordinati. Nam si secus, à quibus obsecro? fuisse, an à nostris? non à suis, ipsi enim sunt primi, neque enim ante Lutherum vlli fuerunt Lutherani, neque ante Zvinglium Zvingliani, neque ante Caluinium Caluinistæ, qui eos Pastores ordinate possent. Non item à nostris, siquidem in Ecclesia Catholica, vnde recesserunt, neque Lutherus, neque Zvinglius, neque Caluinus Episcopi fuerunt, sed tantum Presbyteri. Porro Presbyteri, qui Caluino Ministri sunt, non Pastores, non habent ordinandi potestatem: Quid facit, inquit Hieronymus in epistola ad Euagrium, excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat? Et Caluinus Hieronymo subscribens paulò antè dixit, à solis Pastoribus, id est, Episcopis Ministros ordinari.

ADDE etiam, quòd ordinationem Catholicam aduersarij nihili faciunt: sic enim Caluinus de nostra ordinatione loquitur lib. 4. instit. c. 5. §. 3. Ordinationem nihil aliud est, quam merum ludibrium. Et Martinus Kemnitzer loco notato, non magis ratas esse contendit hoc tempore Catholicorum Episcoporum ordinationes, quam olim fuisse Apostolicis temporibus Annæ, & Caiphæ Pontificum Iudæorum.

QUOD si primi illi aduersariorum Episcopi, & Pastores, veri Pastores, & Episcopi non fuerant, certè nec secundi, nec tertij, nec ceteri, qui primis illis successerunt. At Ecclesia sine Episcopis, & Pastoribus esse non potest, vt idem Caluinus verè affirmat lib. 4. instit. cap. 3. §. 4. Sequuntur, inquit, Pastores, & doctores, quibus carere nunquàm potest Ecclesia. Hac ille. Est enim Ecclesia, vt S. Cyprianus eam definiit in epist. 9. lib. 4. plebs Episcopò adunata, & Pastori suo grex adherens. Sequitur igitur, vt aduersarij, qui veros Episcopos, & Pastores non habent, neque veram Ecclesiam habeant.

HOC argumentum S. Hieronymus in Dialogo aduersus Luciferum. Hilarius quendam hæresiarcham aperitissime confutauit. Hilarius, inquit, cum Diaconus de Ecclesia recesserit, solusque, vt putat, turba sit mundi: neque Eucharistiam conficere potest, Episcopos, & Presbyteros non habens, neque Baptisma sine Eucharistia tradere: & cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interit, & secta, quia post se nullum Clericum Diaconus potuit ordinare: Ecclesia autem non est, quæ non habet Sacerdotes.

VNUM duntaxat effugium inuenit Caluinus: scribit enim lib. 4. instit. c. 3. §. 4. Ecclesia constituta, non nisi à Pastoribus Pastores ordinandos esse. At cum Ecclesia vel primum constituitur, vel iterum renouatur ac restituitur, solere Deum extraordinario modo excitare Apostolos, & Euangelistas, in quorum numero se & Lutherum sine dubio vult haberi. Quamquam, inquit, non nego, quin Apostolos postea quoque, vel saltem eorum loco Euangelistas interdum excitari Deum, vt nostro tempore factum est: talibus enim, qui Ecclesiam ab Antichristi defectione reducere, opus fuit: munus tamen ipsum nihilominus extraordinarium appello, quia in Ecclesiis rite constitutis locum non habet. Sed hoc miserum est profugium. Nam Ecclesia semel à Christo bene constituta non potest ruere, nec de-

ficere ad Antichristum cum non sit fundata super arenam, sed supra firmam petram. Matth. 16. quocirca non eget nouis Apostolis, & architectis.

DEINDE, si Lutherus & Caluinus noui Apostoli fuissent, venissent omnino cum signis, & miraculis Apostolorum: sic enim veri Christi Apostoli legationem suam probauerunt. Alioqui cur potius Lutherum recipimus, quam Manichæum? Caluinum, quam Arium? Eodem enim modo omnes venerunt. Adde, quòd primi Apostoli omnes per impositionem manuum ordinati fuerunt, Petrus quidem à Christo, ceteri à Petro, vt Ioannes de Turrecremata ostendit lib. 2. cap. 31. & nos in lib. de Pontifice, cap. 2. docuimus, dum S. Petri prerogatiuas enumerarem.

CAPVT IV.

Non esse populi, sed Episcoporum, vocare Ministros.

SEQUITUR altera propositio. Vocatio seu missio Ministrorum non ad populum pertinet, sed ad Episcopos, & potissimum ad summum Pontificem. De hac propositione satis multa dicta sunt in lib. de Pontifice, vbi demonstrauius Ecclesiasticam iurisdictionem non esse in ipso cœtu fidelium, sed in capite, id est, in summo Pontifice: & ab eo ad Episcopos ceteros deriuari. Probat igitur hac propositio primum ex verbo Dei. legitimus enim Petro collatam potestatem Mat. 6. & Ioan. 21. Tibi dabo clauem. Et, Pascite oues meas. Et rursum Apostolis Ioan. 20. Ego mitto vos, & quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Multi uero in fidelium Christus auctor omnis Ecclesiasticæ iurisdictionis nihil vnquam tribuisse legitur.

DEINDE idem hoc probatur ex Apostolica consuetudine. Nam Act. 14. Paulus, & Barnabas Episcopi, & Apostoli constituebant per ciuitates Presbyteros, & ad Tit. 1. Huius rei gratia, inquit Apostolus, reliqui te Crete, vt constituas per ciuitates Presbyteros, sicut ego constitui tibi. Et ipsi etiam Centuriatores cent. 1. lib. 2. c. 2. fatentur primos Episcopos post Apostolos ab Apostolis constitutos.

DEINDE idem colligitur ex sequentibus. Demonstratur enim sumus paulò infra, electionem Ministrorum populo non conuenire: ex quo certè sequitur maiori ratione, vocationem eidem populo non conuenire. Obiectiones aduersariorum omnes simul tum refelluntur, cum de electione disputabitur.

CAPVT V.

Electio Ministrorum non fieri à solo Deo.

HIS igitur de ordinatione, & vocatione præmissis, ad electionem, de qua præcipua quaestio est, veniamus, sitque hæc tertia propositio. Electio Ministrorum Ecclesie non fit à solo Deo. Hæc propositio asseritur aduersus errores Ioannis Vviclef, & Ioannis Huls, qui damnati sunt in Concilio Constantensi, nam sels. 8. damnatur hic articulus Vviclef, qui est octauus, Si Papa sit prescitus, & malus, non habet potestatem super fideles. Et rursus iste, qui est articulus quadragesimus, quique ex octauo deducitur, Electio Papæ à Cardinalibus per Diabolum est introducta. Sels. autem 15. damnantur hi articuli Ioannis Huls. Articulus 22. Papa vel prelatatus malus, & prescitus, est æquiuocè Pastor. Articulus 26. qui deducitur ex 22. Non eo ipso quo electores, vel maior pars eorum consenserit, viua voce secundum ritum hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa: vnde electores bene vel malè elegerint, operibus electi debemus credere. Hæc ille.

REFELLITUR iste error, ac sententia nostra comprobatur. Primum exemplo ipsius Dei, qui non semper eligit prædestinatos ad gubernacula politica, vel Ecclesiastica. Nam 1. Reg. 10. Saulem Deus elegit, qui tamen postea reprobatus fuit: & Christus Ioan. 6. Iudam elegit, quem constat minimè prædestinatum fuisse: Nonne, inquit, ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis Diabolus est?

SECUNDO exemplis Apostolorum, qui Act. 6. elegerunt Diaconos, & inter eos Nicolaum, qui postea fuit hæresiarcha: ex quo apparet eos non laborasse in electione, essentem prædestinati, an reprobi, quos eligebant, cum satis intelligerent id sciri non posse.

TERTIÒ ex patribus. Origenes hom. 4. in librum Iudicum docet, ac demonstrat, sape diuinam prouidentiam ad puniendam peccata populorum efficere, vt impij sedeant ad gubernacula Regnorum, tum etiã Ecclesiarum.

CHRYSOSTOMVS autem in hom. postrema in ep. ab Hebræos, Augustinus lib. 2. c. 4. contra epistolam Parmeniani, & Bernardus serm. 66. in Cantica, docent, homines malos veros Episcopos esse posse si legitime eligantur. id quod etiam confirmat S. Bernardus ex testimonio illo Ioan. 11. de Caipha, Cùm esset Pontifex anni illius prophetauit. Fuit enim Caiphas, etiam iniquus, & reprobus, verissimus Pontifex, cum eius dignitatis gratia Deus ei dederit, vt prophetaret.

QUARTÒ ratione: si solus Deus eligeret Pastores Ecclesie, aut id faceret sola sua voluntate, sine vilo signo externo, & visibili, aut certè visibili aliquo signo: si primum affirmetur, quid nobis eiusmodi electio prodesset? nunquam enim sciremus quis Ecclesia esset Pastor si secundum, aut signum illud esset prodigiosum, ac præter ordinem naturæ, vt columna descenderet: aut cælestis aliquis fulgor, aut certè loco signi accipiendæ essent sortes: quomodo Apostoli Act. 1. cupientes S. Mathiam eligi à solo Deo sortibus vsi sunt. At prodigia illa columbæ & luminis rarissima esse solent: certè hoc tempore minimè ea videmus.

SORTIBVS autem vii cum humano consilio res transigi potest, nullo modo licet. Nam aut fortes existimantur gubernari à casu, aut à cælo, aut à Diabolo, aut à Deo. Si à casu, stultum est homines ratione præditos vel sortibus eligere Pastores suos, & committere fortunæ temeritate, quod poterant consilij maturitate definire: si à cælo, superstitutionis vitium est vii sortibus in eiusmodi electionibus: neque enim cælum vim habet moderandi liberas actiones, quales sunt iacere sortes, vel educere: si à Diabolo, impium, & sacrilegum est, rerum sacrarum auctorem Diabolum facere: si denique à Deo, peccatum est tentationis Dei, expectere, atque expectare à Deo, vt ipse sortes dirigat, quando neque ipse id se facturum promisit, neque deest humanum consilium. Quocirca Ecclesia rationem eligendi prælatos sortibus merè d improbanit, capite Ecclesia, extra de Sortilegiis quam rationem reprehendunt etiam Hieronymus in c. 1. Ionæ, & Beda in c. 1. Acto.

At, iniquus, Salomon Prou. 26. asserit sortes à Deo gubernari, cum ait: Sortes mittuntur in sinu, à Domino autem temperantur. Respondeo, Salomonem dicere voluisse omnia gubernari à diuina prouidentia, etiam si nobis plandè casu quodam fieri videantur, vt id quod sorte aliqui contingit. Porro diuina prouidentia in sortibus cernitur, non quòd semper qui sorte eligitur sit melior, sed quòd siue melior, siue peior sit, non sine Dei prouidentia eligatur: qualis prouidentia in omnibus aliis euentibus, quamuis maximè fortuitis, cernitur. Proinde non tollit ista communis prouidentia casum, neque facit vt melius sit sorte præpositos Ecclesie eligere, quam suffragiis.

NUMQUID his repugnat exemplum S. Mathie, qui sorte electus fuit. Nam in primis non fuerunt fortasse illa sortes proprie dictæ, sed cælestis aliquod lumen super Mathiam à Deo effusum, vt indicare videtur Dionysius Areopagita de Ecclesiastica hierarchia c. 5. parte 3.

AVT certè sortes illæ veræ, ac proprie fuerunt, sed priuilegium, atque inspiratio Dei peculiaris causa fuit, cur iis Apostoli vterentur. Quia enim Apostoli ceteri à Christo electi fuerant, ne videretur S. Mathias ceteris inferior, voluit fortasse idem Christus per se illum elige-

re. Iaque inspirauit Apostolis, vt forte vterentur. Sed priuilegium, vt Hieronymus notauit in c. 1. Ionæ, non debet trahi in exemplum ordinarium electionum.

AVT postremò sine vilo priuilegio sortibus Apostoli in ea electione vt voluerunt, quod Mathias, & Barnabas ad eò essent pares sanctitate, & doctrina, vt humano iudicio discerni non posset vter præpotendus esset. In eiusmodi enim casibus licitus est sortium vsus, tum quia non tentatur Deus eam id ab eo exquiri, quod humano iudicio declarari non potest, tum quia nullum est periculum, quicumque forte exeat, etiam si plandè casu exiret, quando pares sunt, de quibus præficiendis agitur, & tollitur materia querimoniarum, nullique fit iniuria.

QUARTÒ sortibus vtendum esse in eiusmodi casibus, docet S. Aug. lib. 1. doctrinæ Christianæ, c. 28. & in epist. 180. ad Honoratum, quomodo apud Iudæos ex multis sacerdotibus sorte eligebatur vnus, qui certò tempore thus Domino adoleret: vnde est illud Luca 1. Sorte exiit, vt Zacharias incensum poneret, &c. Atque ad hunc ritum respectisse Apostolos in electione S. Mathie testantur Ambrosius in caput 1. Luca, & Beda in caput 1. Actorum.

CAPVT VI.

Non decessisse Christianos sacerdotes carnali successione propagari.

QUARTA propositio. Non decessisse Christianos Sacerdotes carnali successione propagari. Confirmatur hæc sententia. Primum ex figura, quæ in lege naturæ præcessit. Nam Melchisedech, secundum cuius ordinem Christus & Christiani Sacerdotes esse dicuntur, idcirco sine patre, sine matre, sine genealogia fuisse describitur, ad Hebræos 7. vt intelligeremus Sacerdotes Christianos non debere nasci, sed fieri.

SECUNDO idem probatur ex prophetia Isaia 66. Assumam, inquit Dominus, ex eis Sacerdotes, & Leuitas. In quem locum obseruat S. Hieronymus, id eò dixisse Prophetam, assumam ex eis, quia in Testamento nouo, de quo apertissimè eo loco loquitur Isaia, non erant Sacerdotes nascituri ex vna aliqua familia, sed assumendi ex omnibus Gentibus.

TERTIÒ, idem probatur ex differentia Testamenti noui, ac veteris: vt enim in Testamento veteri populus Dei propagabatur per carnalem generationem ex Iacob, in nouo autem propagatur per spirituales regenerationem ex Christo: ita quoque pat erat, vt in Testamento veteri Sacerdotes carnali successione propagarentur, in nouo autem spirituali electione assumerentur. Item quæ admodum sacerdotum Aaronicum carnale fuit, quippe quod potum in bobus, & ouibus mactandis occupabatur, Christianum autem sacerdotum spirituale est, cum in hostia spiritali, ac diuina sacrificanda occupetur: etiam æquum erat, vt sacerdotum propagatio in Testamento veteri carnalis, in nouo spiritalis esset.

ADDE, quòd illi vxores, & liberos habebant: proinde facile potuit illa ratio institui, vt parentibus filij succederent: nostra autem cælibes esse debent, præsertim secundum ritum Ecclesie purioris: quare non potest vilo pacto fieri, vt Sacerdotum Christianorum successione carnalis generationis consequatur.

QUARTÒ idem probatur naturali ratione: Christianæ enim Reipublicæ (quæ sanè perfectissima est) perfectissima ratio conuenit instituendi Ministros: at longè melior est ratio per electionem, quàm per generationem nam si electio valeat, semper optimi, & doctissimi pastores præfici possunt Ecclesiis: si autem generatio locum habeat, cogemur non rarè pueros habere Episcopos, aut viros improbos & imperitos.

NUMQUID verò rectè obici potest, etiam nunc eligi sape improbos & imperitos, aut adolefciculos ac penè pueros: id enim non accidit ex natura rei, sed vitio eligenti-

tium, quod facile emendari potest. At generatio naturaliter affert secum eiusmodi incommoda, quae nullum omnino remedium adhibent. Moneatur igitur, melius esse Pastores Ecclesiae eligi, quam nasci.

CAPUT VII.

Ius eligendi Pontificem ceterisque Ecclesiae ministros non conuenire populo iure diuino.

VINTA propositio, Ius eligendi summum Pontificem, ceterisque Ecclesiae Pastores, & Ministros, non conuenit populo iure diuino: sed si quid aliquando in hac re populus potuit, id totum habuit ex conuentione, vel concessione Pontificum.

HAEC propositio proprie statuitur aduersus Lutheranos, & Caluinistas, & probatur. Primum, exemplo Aaronis, & testimonio D. Pauli: scribit enim Apostolus ad Heb. 5. Neminem assumere sibi debere honorem nisi uocetur à Deo, tanquam Aaron: qui à solo Mose fuit electus in Pontificem, sine ullo vel consensu, vel consilio multitudinis.

SECVNDò idem probatur exemplo & verbo Christi: Christus enim Ioan. 10. Apostolis ait: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Quocirca uoluit, ut ea potestate, eaq; ratione Apostoli gubernarent Ecclesiam, qua ipse eam gubernauerat eo tempore, quo praesentiam suam mundo exhibuerat. At ipse Apostolos primum duodecim, ac deinde discipulos septuaginta duos elegit, sine consilio, aut suffragio ullo multitudinis.

TERTIò ex iure diuino, tum naturali, tum etiam scripto: nam iure diuino scripto Episcopi sunt pastores populi, populi sunt oues, Ioan. 10. Act. 21. Petri 5. Ratio autem naturalis apertissime docet, ouibus non conuenire, ut pascantur regant, sed regantur, atque pascantur. At eligere pastores, ad gubernationem & regimen pertinere certissimum est: non igitur populo conuenit Pastores eligere.

QUARTò idem probatur exemplo Apostolorum, qui Episcopos passim eligebant sine ullo suffragio multitudinis, ut vel ex eo constat, quòd Episcopos à se creatos mittebant ad populos absentes, & infideles. NEQUE ualet quidquam responsio Kemnitij, qui in examine Tridentini Concilij in disputatione de Sacramento ordini, scribit, Episcopos, quos Apostoli mittebant ad infideles, eligi solitos à plebe illius Ecclesiae ubi ordinabantur. Nam qui dicunt iure diuino pertinere electiones ad populum, eam rationem reddunt, ne populus accipiat pastorem, quem neque nouit, neque cupit. Proinde uolunt iure diuino pertinere ad populum Episcopi proprii, non alieni electionem. Deinde quo iure vnus populus Episcopum alterius populi eligere potest? Denique unde probat Kemnitius, Episcopos, quos Apostoli mittebant, à populo eius Ecclesiae electos fuisse, ubi ordinabantur?

QUINTò probatur eadem nostra conclusio ex Concilio veterum decretis, & I. Laodicensium Concilium c. 13. sic habet: Non est permittendum turbis electionem eo-

rum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi.

Nec ualet Caluini responsio, qui canonem istum ita interpretatur, ut uelit non excludi eo canone turbas ab electione, sed solum constitui ut non sola turba eligant, sed intersint etiam seniores. Cum enim semper intersuerint seniores, nihil omnino Concilium stauisset, si uera esset Caluini interpretatio.

AD hac in Conc. Martini Papae apud Martinum Bracarensem c. 1. Decretorum ita legitur: Non licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur, sed in iudicio Episcoporum sit. Item Concilium Nicenum II. can. 3. sic habet: Omnem electionem, quae fit à magistratibus Episcopi, uel Presbyteri, uel Diaconi, irritam manere. Oportet enim eum qui est promouendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi.

DENIQUE Concilium IV. Constantinopolitanum, quod est octauum generale can. 20. Sicut, inquit, & uersalis Synodus definit, neminem laicorum principum, uel potentum semet inserere electioni, uel promotioni Patriarchae, uel Metropolitanis, aut cuiuslibet Episcopi, praesertim cum nullam in talibus potestatem, quemlibet potentium, uel laicorum laicorum habere conueniat, sed potius scilicet, ac attendere sibi, usque quòd regulariter à collegio Ecclesiae suscipiat finem electio futuri Pontificis.

SEXTò idem probatur exemplis, seu testimoniis veterum, qui post Apostolo floruerunt. S. Hieronymus in epist. 81. ad Euagrium: Alexandria, inquit, à Marco Euangelista usque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper vnus ex se electum, in excelsiori gradum collocatum Episcopum nominabant. Hac ille: quo satis aperte docet Alexandria antiquissimis temporibus Episcopos non à populo, sed à Presbyteris eligi solitos. Rufinus lib. 10. hist. c. 9. scribit, Frumentium à S. Athanasio creatum piscipum Indorum, Indis ipsis ea de re nihil neque scientibus neque cogitantibus. Piphanius in epistola ad Ioanem Episcopum Hierosolymae scribit à se Paulinianum S. Hieronymi fratrem Presbyterum ordinatum, & directum ad monasterium, ut in eo fungeretur munere sacerdotali, cum tamen de ea re nihil à se eiusdem monasterij fratres scripsissent.

S. AUGUSTINVM Anglorum Apostolum B. Gregorius Episcopum designauit, atque ab Arelateni Episcopo ordinari iussit, si Angli fidem recipere, neque electionem, au postulatam nem vllam Anglorum expectauit. Vide Bedam lib. 1. historię gentis suae, B. quoque Gregorius II. S. Bonifacium Germanis Episcopum ordinauit, nihil ea de re scientibus, cogitantibusue Germanis. Vide ipsius vitam nuper editam, atque eiusmodi exempla plurima possent afferri.

SEPTIMò idem probatur ex incommodis, quae popularem electionem consequuntur. Primum, populares imperiti sunt, nec possunt, etiam si maxime uelint, iudicare an aliquis sit idoneus sacerdotio necne. Valentinianus Augustus, ut refert Theodoretus lib. 4. hist. c. 6. cum ad eum deferretur ab Episcopis electio Episcopi Mediolanensis, respondit: Maior res est quam ut nobis conueniat, vos autem gratia diuina praediti, & illius splendore fulgentes melius eligetis. Hac ille. At quantum magis id posset ac deberet dicere imperita multitudo, si saperet? Quo pacto enim, quae iudicabunt mercatores, agricola, camentarij, ceterique opifices, num quis habeat eruditionem, & prudentiam Episcopo necessariam?

DENIQUE, si populus ius habeat eligendi, necesse erit, ut semper ij praeficiantur quos praefici cupient peiores, & stultiore: nam maior pars uincet: plures autem sunt in qualibet ciuitate mali, quam boni, plures stulti, quam sapientes. Quare S. Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio grauiter queritur, quòd suo tempore Episcoporum electiones in manu populi essent, ac dicit non esse mirandum, si pessimi quique praeficiantur, & optimi uiri interim ne-

gligan

gligantur, cum eorum sit eligere, qui nihil norunt nisi de rebus temporalibus iudicare.

DENIQUE, electio popularis obnoxia est tumultibus, ac seditionibus, ut S. Augustinus dicit in epist. 110. & 225. ubi refert historiam turbulentissimae commotionis popularis in electione Piniani. Rufinus quoque lib. 11. hist. c. 11. narrans dissensionem populi Mediolanensis in Episcopo designando: Dissensio, inquit, grauis & periculosa urbi propria maturum parabat exitium. Sed insignis contentio praeter ceteras fuit in electione S. Damasi: tanto enim ardore animi partes concurrerunt, ut in quodam templo CXXXVII. homines necarentur, ut scribunt Ammianus Marcell. lib. 27. Hieron. in Chronico, & Rufin. lib. 11. hist. cap. 10.

AT, inquit Caluinus, si tam est incommoda haec ratio eligendi, cur eam veteres patiebantur? Quòd ergo eam non uoluerint à medio, argumento est non potuisse tolli, propterea quòd esset iure diuino constituta.

RESPONDEO, eam rationem eligendi ad suffragia populi, paulatim in Ecclesiam irrepsisse, proinde debuisse etiam paulatim suauiterq; de medio tolli: inquit enim, hoc est, Apostolicis temporibus, insciente populo Pastores eligebantur. Deinde cepit populus adhiberi ad testimonium dandum de uita, & moribus eligendi. Vnde est illud Tertulliani in Apol. c. 19. Praesertim probati quique seniores, honorem istum non petiunt, sed testimonio adepti. Tum ut populi magis diligerent suos Episcopos, capiti sunt ij, tantum ordinari, quos populus postuisset. Vnde est illud S. Leonis in epist. 87. vel 89. Expectauerunt uota ciuium, testimonia popularum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum, quae in sacerdotum solent ordinationibus ab his, qui norunt Patrum regulas, custodiri. Vbi S. Leo populis tribuit uota, id est, desideria, & testimonia, Clericis autem electionem.

TANDEM obtinuit in quibusdam locis consuetudo, ut etià ius suffragij sibi populus vsurparet, ut intelligi potest ex lib. 3. Chrysostomi de sacerdotio. Sed posteaquam hoc aliquamdiu toleratum est, & apparuit eius rei confusio, & indignitas, tum etiam paulatim sublata est populo electio, & postulatio, solumque relictum est testimonium uita, & morum. Nam etiam nunc ordinantur Episcopi & presbyteri coram populo: & Episcopus, qui ordines collaturus est, per Diaconum populum alloquitur, ac petit, ut si quis est qui aliqui habeat aduersus ordinandos accedat, & dicat. Superest argumenta soluere.

MATHIAS Illyricus in lib. de electione Episcoporum collegit omnia ferme argumenta, quae à Luthero, Brentio, Caluino, & aliis excogitata fuerant. Sex autem primo loco ex uerbo Dei argumenta depromit.

PRIMUM eiusmodi est: Clauis regni caelorum non solum Papae, aut Episcopis, sed toti Ecclesiae datae sunt. Nam quòd dicitur Mat. 16. Tibi dabo clauis, &c. S. Augustinus tract. 124. in Ioan. interpretatur dictum esse Petro, ut is personam gerebat Ecclesiae. Praeterea Mat. 18. toti multitudini dicitur: Quaecumque alligaueritis super terram, &c. Illis enim hoc dicitur, quibus dicitur paulò ante: Si peccauerit in te frater tuus, uade, corrip eum, &c. At nomine clauium significatur omnis potestas Ecclesiastica: igitur tota multitudo fidelium potestatem habet à Christo eligendi, & uocandi, atque etiam ordinandi Ministros.

RESPONDEO, de hoc argumento multa diximus in I. lib. de Pontifice, c. 12. idcirco paucis hoc loco rem totam expediemus. Igitur uerba illa Mat. 16. Tibi dabo clauis, sententia nostra manifestè fauent, neque illi repugnat S. Augustinus interpretatio. Nam propterea S. Augustinus, Apostolum Petrum in persona totius Ecclesiae accepisse clauis, quia in totius Ecclesiae commo- dum, & utilitatem eas accepit, & etiam quia non ipse solum illis usus erat, sed transmissurus ad successores, & communicaturus cum aliis omnibus Episcopis, & Presbyteris.

IN altero autem loco, Quaecumque alligaueritis, &c. promittitur Ecclesiae potestas ligandi, & soluendi, sed quae in Praelatis sit, non in reliqua multi tudine. Verè enim dicitur Ecclesia soluere, & ligare, quia Praelati eius soluunt & ligant, quemadmodum dicitur homo loqui, & uidere, licet non nisi lingua loquatur, & oculis uideat. Id autem ita esse, ex ipso illo loco deducitur: nam posteaquam iusserat, ut qui correptione fraterna, adhibitis etiam duobus aut tribus testibus non moueretur, deferretur ad Ecclesiam, & ne quis Ecclesiae tribunal contemnendum putaret, adiecit eam promissionem: Quaecumque alligaueritis, &c. quare illi Ecclesiae dicitur: Quaecumque alligaueritis, de qua dictum est: Dic Ecclesiae.

ILLVD autem, Dic Ecclesiae, exponitur à Chrysostomo in commentario eius loci, ac si dictum esset: Dic praelato Ecclesiae: ceteri quoque Doctores per Ecclesiam eo loco positam, intelligunt Praelatum, aut Concilium Praelatorum, & vsus Ecclesiae idem confirmat: semper enim qui ad Ecclesiam deferuntur, ad Episcopum aut Concilium deferuntur.

SECVNDVM argumentum tale est: Imperator Dominus Ioan. 10. ut non audiamus uocem alienorum. Et rursus Mat. 7. ut fugiamus falsos Prophetas: & Apostolus ad Gal. 1. iubet anathematizari eos, qui docent aliquid praeter Euangelium. Igitur populus Christianus diuinitum habet mandatum, quo tenetur bonos Pastores quaerere, & uocare, & perniciosos reicere.

RESPONDEO, populum debere quidem discernere uerum à falso Propheta, sed non alia regula, quam diligenter attendendo, an is, qui praedicat, dicat contraria iis, quae dicebantur à praedecessoribus, uel iis, quae dicuntur ab aliis ordinariis Pastoribus, & praesertim ab Apostolica sede, & Ecclesia principali: nam imperatum est populo, ut audiat Pastores suos. Luc. 10. Qui uos audit, me audit. Et Mat. 23. Quae dicunt, facite. Non igitur debet populus iudicare suum Pastorem, nisi noua audiat, & à doctrina aliorum Pastorum aliena.

PRATEREA, hoc est quod Paulus monet ad Gal. 1. ut anathematizemus, qui docent noua, & contraria iis quae ante euangelizata sunt. Adde, quòd populus cum sit rudis, non potest aliter iudicare de doctrina Pastoris. Si enim per se potest iudicare, nõ egeret praedicatoribus, ex quo deducitur, debuisse hominibus huius temporis suspectam esse doctrinam Lutheri, Caluini, & similiarum qui per se ueniebant, & praedicabant noua, & pugnantia cù doctrina omnium Pastorum Ecclesiae. Nam cum Pastor ordinatus, & aliquis alius, qui praedicat non uocatus, contraria doceat, debet omnino populus Pastorem suum potius sequi, quam illum alterum, qui non est Pastor, etiam si forte contingeret, ut Pastor erraret. Nam cum ipse populus non possit de ea re iudicare, cur non potius credet illi, cui iustus est obedire. Quamquam non est credibile, Deum permitturum, ut ordinarius Pastor ita erraret, ut decipiat simplicem populum: facile enim apparet, an doceat contraria ceteris Pastoribus.

OBSERVANDVM est praeterea, populum posse quidem ea regula, quam posuimus, internoscere uerum Prophetam à falso, sed non propterea posse falsum Pastorem, si is sit Episcopus, deponere, & alium eius loco substituere. Nam Dominus & Apostolus tantum iubent, ut falsi Prophetae non audiantur à populo: non autem ut populus eos deponat: & certè vsus Ecclesiae semper hoc habuit, ut haeretici Episcopi à Concilio Episcoporum, uel à summis Pontificibus deponerentur. Ex his secundum argumentum manet solutum.

TERTIVM argumentum est hoc: Episcopi non sunt Domini, sed Ministri Ecclesiae. 1. Corinth. 3. & 1. Petri 5. Et praeterea Ecclesia est columna, & firmamentum ueritatis. 1. Tim. 3. Igitur summum tribunal est penes Ecclesiam, non penes Episcopos: proinde ipsa potest eligere,

X x 4

& vocare Ministros.

RESPONDEO, Episcopos esse Ministros Ecclesiarum, quia pro ea laborant, non illi obediendo, sed eam regendo, sicut praesidendo, ut aliis diximus. Duplex enim est genus Ministrorum, cum alij seruiant obediendo, ut mancipia alij imperando, ut praedagogi, & omnis magistratus: porro Episcopos seruire populo regendo, & imperando, patet Act. 20. & ad Hebr. 13. Est autem Ecclesia columna veritatis, quia semper audit Petrum, pro quo Dominus orauit, ne deficeret fides eius.

ARGUMENTVM quartum sumunt ex Act. 1. vbi non solum Apostoli, sed tota Ecclesia elegit Mathiam, & Barnabam, ut ex eis Deus vnum assumeret.

RESPONDEO cum Chryostomo in hunc locum, id factum esse ex concessione Petri, non ex necessitate. Quid, inquit Chryost. an non licebat ipsi Petro eligere? licet, & quidem maxime: verum id non fecit, ne cui videretur gratificari. Præterea illa non tam electio fuit, quam postulatio quædam, qua cupuerunt à Deo aliquem eligi in locum Iudæ. Denique, ab exemplo vno non deducitur aliquid esse de iure diuino. Nos quidem efficaciter probamus, non esse de iure diuino, ut populus eligat: quando exemplis ostendimus, aliquando sine populi suffragio Episcopos fuisse electos, quia non potest rectè fieri contra ius diuinum. At non efficaciter probamus esse de iure diuino id omne, quod aliquando factum legitur.

QUINTVM argumentum ex Act. 6. vbi de multitudine credentium dicitur: Et elegerunt Stephanum, &c.

RESPONDEO primò: ab hoc exemplo non probari, id esse de iure diuino. Secundo dico, id etiam esse tributum populo ex concessione Apostolorum, ut Lucas ipse aperte testatur. Tertio dico, locum hunc non esse ad propositum. Nos enim agimus de electione Pastorum, qui præficiuntur Ecclesiæ regendæ: isti autem Diaconi erant præficiendi mensis.

ARGUMENTVM sextum Act. 14. Et cum constituisent illis per singulas ciuitates Presbyteros, verbum Græcum χειροτονήσαστες, significat, cum elegissent per suffragia. Nam χειροτονία, est quasi χεῖρας τέτασι, id est, manus tendendo, seu oratione in signum suffragij, vti enim constat ex M. T. in oratione pro Flacco, signum suffragij apud Græcos erat attollere manus. Cum ergo Paulus & Barnabas elegerint Episcopos ad suffragia populi, manifestum est, eos præfuisse quidem electioni, sed non solos elegisse.

RESPONDEO ad hoc argumentum, quod est precipuum fundamentum Illyrici, Caluini, Kemnitij, & aliorum, verbum χειροτονία tria significare posse. Primò, eligere per suffragia, ut ratio ipsa etymologiæ docet, & vsus etiam prophætarum auctorum.

SECUNDO, eligere ac decernere quocunque id fiat modo. Nam etiam si etymologia ab extensione manuum sumpta sit, tamen deriuatur postea verbum ad omnem electionem & sanctionem, ut multis alijs verbis accidit. Nam Act. 1. Lucas dicit: Cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Græcè est, ἔπεσε ἡ κλῆρα ἐπὶ μαθίαν, id est, suffragiis additus est. Nam κλῆρα, est dare suffragium, & ἀπολογεῖσθαι, est ipsum suffragium: & tamen B. Mathias non suffragiis, sed sorte electus est. Itaque κλῆρα eo loco accipitur pro cooptare, quocunque modo id fiat. Et Act. 10. Dedit enim manifestum fieri non omni populo, sed rebus præordinatis à Deo. Græcè, ἀπέδειξε τὸν θεὸν ὅτι ἠρέσκει τὸν λαόν, nec tamen Deus suffragiis elegit, quibus ostenderet Christum rediuinum.

TERTIÒ, significat apud Ecclesiasticos, ordinare per manuum impositionem. Nam Chryostomus homil. 14. in Acta exponens illud, Et cum orassent, imposuerunt illis manus. Sic ait, τὸ εἶναι χειροτονία. Et homil. 10. in primam Tim. querit, cur Apostolus, cum præcepit de Episcopis, transtulit ad Diaconos, omisissis presbyteris: & respondet,

A quia Episcopi & presbyteri sunt iidem, nisi quòd Episcopi ordinant, Presbyteri non ordinant. τὸ δὲ χειροτονία μόνον ἀρᾶσθαι. Eodem modo Concilium Nicænum in epistola ad Alexandrinos apud Theodoretum libro primo histor. capite nono, vtiur vocè χειροτονία, pro ordinatione: si igitur accipiamus illud Act. 14. χειροτονήσαστες, secundo modo, vel tertio, argumentum solutum est: si autem accipiamus primo modo, tunc notandum est χειροτονία, non significare eligere per suffragia ab alijs data, sed eligere proprio suffragio, & patet ex etymologia, & ex vtu auctorum. Nam Demosthenes in orat. contra Timocratem tribuit populo χειροτονία. Sic enim ait, ἡ δὲ χεῖρας ἔτασι τὸν λαόν, & τὸν θεόν. Similiter Cicero in orat. pro Flacco, de populo dicit, Porrexerunt manus, plephisma natum est. Cum ergo Lucas dicit de Paulo & Barnaba, χειροτονήσαστες ἡ ἀλλήλους, non vult dicere, Paulum & Barnabam ad suffragia populi creasse Episcopos, sed ad suffragia propria tantum: nisi velint aduersarij illud, χειροτονήσαστες, referri ad populum repugnante rota sententia Scripturæ. Nam de quibus dicitur, Cum constituisent Presbyteros, de iisdem dicitur, Commendauerunt illos Deo in quem crediderant, quæ sine controuersia ad Apostolos tantum referuntur.

B ARGUMENTVM septimum sumunt, Lutherus, Caluinus, Kemnitius, & Illyricus ex Cypriano, qui lib. 1. ep. 4. sic ait: Propter quod plebs obsequens præceptis Dominicis, & Deum metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi, quod & ipsum videmus de diuina auctoritate descendere, ut Sacerdos plebe præsentem, sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, &c.

C RESPONDEO dupliciter. Primò, Cyprianum non velle dicere, descendere ex iure diuino, ut Episcopus à populo eligatur, sed ab exemplis diuinis, ut patet ex sequentibus. Nam probare volens, hoc descendere de diuina auctoritate, probat solum tribus exemplis Scripturarum; quia nimirum Eleazarus, Numer. 20. coram populo ordinatus est; & similiter Mathias, Act. 1. & septem Diaconi, Act. 6. At exempla Scripturarum non faciunt, rem esse de iure diuino, sed præcepta Dei sunt, quæ hoc faciunt.

SECUNDO dico, Cyprianum hoc loco nihil tribuere populo circa electiones Sacerdotum, nisi ut ferant testimonium de vita & moribus ordinandorum: quod etiã nunc seruatur in Ecclesia Catholica. Dicit autem Cyprianus, populum habere potestatem eligendi, & suffragium ferendi, quia potest dicere, si quid nouerit boni vel mali de ordinando, & sic testimonio suo efficere, ut eligatur, vel non eligatur. Itaque habet populus secundum Cyprianum sententiam, potestatem eligendi & suffragium ferendi, quia potest dicere, si quid nouerit boni vel mali de ordinando, & sic testimonio suo efficere, ut eligatur, vel non eligatur. Itaque habet populus secundum Cyprianum sententiam, potestatem eligendi & suffragium ferendi, quia potest dicere, si quid nouerit boni vel mali de ordinando, & sic testimonio suo efficere, ut eligatur, vel non eligatur.

D SECUNDO, eligere ac decernere quocunque id fiat modo. Nam etiam si etymologia ab extensione manuum sumpta sit, tamen deriuatur postea verbum ad omnem electionem & sanctionem, ut multis alijs verbis accidit. Nam Act. 1. Lucas dicit: Cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Græcè est, ἔπεσε ἡ κλῆρα ἐπὶ μαθίαν, id est, suffragiis additus est. Nam κλῆρα, est dare suffragium, & ἀπολογεῖσθαι, est ipsum suffragium: & tamen B. Mathias non suffragiis, sed sorte electus est. Itaque κλῆρα eo loco accipitur pro cooptare, quocunque modo id fiat. Et Act. 10. Dedit enim manifestum fieri non omni populo, sed rebus præordinatis à Deo. Græcè, ἀπέδειξε τὸν θεὸν ὅτι ἠρέσκει τὸν λαόν, nec tamen Deus suffragiis elegit, quibus ostenderet Christum rediuinum.

TERTIÒ, significat apud Ecclesiasticos, ordinare per manuum impositionem. Nam Chryostomus homil. 14. in Acta exponens illud, Et cum orassent, imposuerunt illis manus. Sic ait, τὸ εἶναι χειροτονία. Et homil. 10. in primam Tim. querit, cur Apostolus, cum præcepit de Episcopis, transtulit ad Diaconos, omisissis presbyteris: & respondet,

que

que actum de eius conuersatione perspexit.

ARGUMENTVM octauum sumit Illyricus ex Nicæno Concil. Nam in epist. eiusdem Concilij ad Alexandrinos, apud Theodoret. lib. 1. cap. 9. hist. habentur hæc verba: Dignum est, vos potestatem habere, & eligendi quemlibet, & nomina eorum dandi, qui Clero sunt digni, & absoluè facere omnia secundum leges & sanctiones Ecclesiarum. si quem verò contigerit requiescere in Ecclesia, tunc prouehi in honorem defuncti eos, qui nuper assumpti sunt, solummodo si videantur digni, & populus eos elegerit, concedente simul & designante maxime Alexandrinæ ciuitatis Episcopo.

RESPONDEO, ex hoc testimonio nihil aliud colligi posse nisi iam tum cœpisse consuetudinem, ut populus electioni admisceretur, quod nos minime negamus. Non autem inde colligitur, id esse de iure diuino, quod aduersarij erant probandum. sed notanda est hoc loco duplex fraus Illyrici. Nam Cōc. Nicænum initio huius testimonij ab Illyrico citati, nō loquitur de plebe, sed de Episcopis, atque illos dicit habere debere potestatem eligendi, & omnia faciendi secundum leges Ecclesiarum: Illyricus autem sic peruertit, & immutauit verba, ut videatur Cōcilium tribuere plebi omnem potestatem gubernandi Ecclesiam: deinde ad finem eius testimonij Concilium dicit debere eligi Episcopum à populo, sed confirmari electionem ab Episcopo Alexandrino (nam de Episcopis, Ægypti agitur) & prouide tribuit Concilium præcipuam auctoritatem Episcopo in electionibus: Illyricus autem immutauit verba, ut videretur Episcopus nihil amplius posse, quàm populus. vide totum locum.

ARGUMENTVM nonum Illyrici, Caluini, & Kemnitij sumitur ex ep. Concilij II. generalis ad Damas. quem recitat Theod. lib. 5. hist. c. 9. vbi sic legitur. Reuerendissimum & Deo amabilem Nestarium Episcopum ordinauimus coram vniuersali Concilio cum omni concordia, sub aspectu etiam Deo amabilis Imperatoris Theodosij, vniuersique Cleri, cum hæc cernente pariter ciuitate. Similia profert Caluinus ex Leone ep. 89. & Greg. lib. 2. ep. c. 69. Addit Kemnitius vnum testimonium ex Amb. lib. 10. ep. 82. & alia, quæ non ex fontibus citat, sed ex decreto Gratiani, d. 23. 2. 4. 62. 63. 67. & 8. q. 1. can. Licet, multa etiam eiusdem generis citat Illyricus in suo lib. de electione Episcoporum.

RESPONDEO primò, ex nullo horum testimoniorum colligi esse de iure diuino, ut populus eligat. Secundo in his omnibus, vno vel altero exceptis, nullam fieri mentionem electionis, sed solum postulationis vel testimonij. Tertio, nos non negare, quia aliquando populus elegerit, sicut etiam nunc in quibusdam locis eligunt Reges, sed id iuris habere eos, vel habuisse ex concessione Pontificum, non ex iure diuino.

EX quibus apparet, quàm splendide mentiatur Caluinus lib. 4. inst. c. 5. §. 2. cum dicit, ritum eligendi Episcopos sine suffragio populi, pugnare cum verbo Dei & cum multis Conciliorum decretis, quæ statuerunt, irritam esse electionem si aliter fiat. Nā nec vllum verbum Dei attulit, nec vllum Concilij decretum: nec vllum asserti potest, in quo habeatur quod ipse dicit.

ARGUMENTVM decimum Illyrici, sumitur à consuetudine Ecclesiarum. Dicit enim fuisse vsum istum in Ecclesia per annos ferè M. CCC. & solum à tempore Frederici II. qui obiit anno M. CCC. L. introductum, ut Laici excluderentur ab electione. Probat autem, quod tandiu durauerit consuetudo eligendi ad suffragia populi ex Gregorio IX. qui sedit tempore Frederici. Exstat enim in decretali us epistolis à Gregorio IX. editis, tit. de electione cap. Mellaua, mentio huius rei; nec non in epistola eiusdem Gregorij ad Episcopum Breuenensem, apud Kranzium lib. 8. Metropolis, cap. 3. Denique ita concludit Illyricus hoc argumentum: Quare nullum profusum est dubium, quin electio ante annos CCC. & deinceps

A quoque aliquando à Laicis citra omnem controuersiam sit factitata.

RESPONDEO, Illyricum egregiè mentiri. Nam in primis, Apostolorum tempore, & deinceps multis annis nihil potuit in electionibus populus, nisi testimonium vite dare, ut ex supra dictis patet. deinde consequentibus seculis irrepit plebs ad suffragia, sed nec tam longo tempore, nec citra controuersiam, ut Illyricus dicit. Nam Gregorius IX. in epist. citata ad Breuensem Episcopum clarissime dicit, Canonorum fuisse electionem, licet accesserint etiam vota, id est, desideria & postulationes populi.

PORRO caput, Messana, est contra ipsum Illyricum; nam illud caput non est Gregorij IX. ut Illyricus falso dicit, sed Honorij III. Gregorio antiquioris, & in eo capite prohibetur feuerissime, ne Laici eligant. Edicto, inquit Honorius, perpetuo prohibemus, ne per Laicos cum Canonicis Pontificis electio præsumatur: quòd si forte præsumpta nullam obtineat firmitatem, non obstantem contraria consuetudine que dici debet potius corruptela. Hæc ille. Non igitur citra controuersiam Laici ante annos trecentos eligebant.

PRAETEREA, electio Alexandri III. ante annos CD. per solos Cardinales facta est, ut cognosci potest ex Radenico lib. 2. de rebus gestis Frederici I. c. 10. & sequentibus. Item electio Gregorij VII. ante annos quingentos, per solos Cardinales facta est, ut patet ex decreto electionis illius apud Platnam.

DENIQUE, quomodo citra controuersiam vsque ad annum M. CC. Laici elegerunt, cum, ut supra citauimus, Concilium octauum ante annos DCC. & Concilium septimum ante annos DCCC. & Concilium Martini Papæ ante annos DCCC. & Concilium Laodicenum ante annos M. CC. interdixerint, ne Laici eligant.

C ARGUMENTVM vndecimum est eiusdem Illyrici, qui politicas rationes quædam profert, sed ineptissimas, qualis illa est, quòd Canonici & Monachi ferè semper eligant Episcopos, aut Abbates Papistas, rarè aut nunquã Lutheranos, scilicet, valde expediret Ecclesiis & Monasterijs, ut ab iis gubernarentur, qui nihil oderunt magis, quàm Clericos & Monachos, addit etiam, valde esse incommodum, quòd cum Episcopi & Abbates Germaniæ sint etiam Principes temporales, à se tantum aut octo interdu hominibus eligantur, quasi Imperator non sit Princeps longè maior, qui tamen à se tantum aut septem Electoribus creatur.

CAPVT VIII. Electionem Episcoporum non pertinere iure diuino ad Clerum, sed ad summum Pontificem.

Sexta propositio. LECTIO Episcoporum non pertinet iure diuino ad Clerum, sed ad summum Pontificem, ut vel ipse eligat, vel præscribat eligendi modum.

PROBATVR primò, quoniam ex Euangelio nihil aliud habemus, nisi Ecclesiam vniuersam S. Petro esse commissam, Ioannis vlt. Itaque ad illum pertinet, prouidere Christianis de iis, qui curam eorum gerant. Deinde, si ad Clerum pertineret electio iure diuino, ad totum Clerum pertineret. Non enim ius diuinum desinit, ut hi potius, quàm illi ex Clericis eligant, at non omnibus Clericis conuenire electionem, satis probatur ex eo, quòd eadem ferè incommoda acciderent ob multitudinem Clericorum, quæ accidebant in electione populari. Quocirca multis iam seculis soli Clerici primatij eligunt, quod tamen fieri non potuisset, si iure diuino omnes Clerici electores fuissent. Denique, S. Petrus, qui ius diuinum certè non ignorabat, non solos in Ecclesia Romana successorem sibi deligit Clementem, neque expectauit, ut is à Clericis eligeretur, sed etiam ad plurimas prouincias Episcopos misit. Vide Damasum

in Pon

in Pontificali, Innocentium I. in epist. ad Decentium, & Ioannem III. in epistola ad Germanos. Vide etiam de tota re Caietanum de potestate Papæ & Concilij, cap. 13.

CAPVT IX.

Rationem eligendi summum Pontificem per solos Cardinales esse omnium optimam.

Septima propositio.

RATIO eligendi summum Pontificem per solos Cardinales, est omnium optima, & merito conseruanda, et si absolute posset Pontifex eam mutare, si vellet.

SECUNDA pars est euidens, quia de iure positio est, vt Cardinales eligant. Probatur prima pars huius conclusionis. Primò, inductione. Non debet Pontifex creari per sortes, nec per carnalē successionem, nec per solius prædecessoris nominationem, nec ad suffragia populi, nec ad suffragia totius Cleri, vt iam probatum est: ergo ad suffragia primorum ex Clero: tales sunt Cardinales: sunt enim præcipui Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Romanæ Ecclesiæ.

SECUNDO, nulli melius iudicare possunt, qualis debeat esse Episcopus eligendus, quam ij, qui sunt Episcopi Consiliarij, & cum eo Ecclesiam regunt, & optimè norunt Ecclesiastica negotia: tales sunt Cardinales: igitur ad eos rectissime pertinebit electio.

TERTIÒ, ex duratione: nulla enim forma electionis diu durare potuit: præter istam per solos Cardinales. Cõstat enim anno M. C. LXXIX. vsque ad hoc tempus per annos CD. semper electos Pontifices à duabus partibus Cardinalium, iuxta decretum Alexandri III. promulgatū in Concilio Lateranensi, vt habemus cap. Licet, extra de electione, nec tamen tunc cõp̄it electio fieri per solos Cardinales, sed diu antea videatur incepisse. Nam in illo cap. Licet, Alexander III. aperte indicat iam antè cõp̄isse morem istum, vt soli Cardinales eligerent: & solum se constituere, vt non sufficiat maior pars Cardinalium, sed requirantur due partes. Porro ante hoc tempus per M. C. annos, XVII. mutationes inueniuntur in electione Romani Pontificis, vt quidam annotarunt.

QUARTO probatur experientia, quia nunquam fuerunt pauciora schismata, quam hoc tempore. Annotauit Onuphrius in libr. de Pontificibus Romanis, schismata XXIX. in Ecclesia Romana, ex quibus XXVI. fuerunt vsque ad Alexandrum, toto reliquo tempore solum tria, ex quibus etiam tribus vnum solum accidit vitio Cardinalium, nimirum illud, quod factum est tempore Urbani VI. Nam illud alterum, quod accidit tempore Ioannis XXII. ab Imperatore Ludouico IV. excitatum est, postremum verò temporibus Eugenij à Conc. Basileensi.

QUINTO probatur, nam hæc forma eligendi temperata est ex omnibus aliis bonis & legitimis formis: sciendum est enim quinque modis præcipue consueuisse eligi Episcopos. Primus modus fuit, vt ipse summus Pontifex per se eligeret, qui modus præsertim seruabatur olim in nouis Episcopatibus erigendis, nouisque Episcopis mittendis.

SECUNDOVS modus fuit, vt Episcopum eligerent Episcopi omnes eiusdem prouinciæ vel maior eorum pars, postulato tamen testimonio & consensu Cleri & populi eius loci, cui Episcopus dabatur: & eodem modo eligebatur Metropolitanus, & Patriarchæ & ipse summus Pontifex, nimirum ab Episcopis vicinis seu prouincialibus, & hic modus antiquissimus fuit, & durauit satis diu. De hoc modo loquitur Cyprianus lib. 1. epist. 4. Apud nos, inquit, & ferè per vniuersas prouincias tenetur, vt ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui Præpositus ordinatur, Episcopi eiusdem prouinciæ proximi quique conueniant, & Episcopus delegatur plebe præsentē, quæ singulorum vitam plenissime nouit, & vniuersusque actum de eius conuersatione perspexit. Idem lib. 4. epist. 2. testatur, Cornelium Papam

A electum fuisse à plurimis Episcopis, de testimonio & suffragiis totius Cleri & populi. De eodem modo legimus in Concilio Nicæno can. 4. Episcopum debere constitui ab omnibus Episcopis prouinciæ, & si id fieri nequit, saltem per literas debere haberi consensum absentium omnium vel maioris partis, vt exponit c. 6. eiusdem Concilij. Idem habetur in Concilio Antioch. can. 19. & in decretis collectis à Martino Bracar. cap. 2.

TERTIVS modus fuit, vt eligeret Clerus & populus ciuitatis. Hic modus fuit in vsu tempore Chrylologi, Ambrosij, Augustini, Leonis, Gregorij, vt patet ex locis supra citatis.

QUARTVS modus fuit, vt Imperatores & Reges, vel soli, vel cum Clero & populo eligerent. Constat enim Iustinianum Sen:orem post recuperatam Italiã noluisse quemquam creari Romanum Pontificem, sine sua approbatione, quod seruatum est vsque ad Constantinum IV. qui iuri suorum prædecessorum in hac parte cessit, vt ex Platina, & aliis cognosci potest. Cõstat item, Carolo Magno ius eligendi Romanum Pontificem & alios Episcopos concessum ab Adriano I. & deinde simile ius concessum Orthoni à Leone VIII. vt patet ex Gratiano dist. 63. can. Adrianus, & can. in Synodo.

QUINTVS modus fuit, vt soli Canonici, id est primarij Clerici Episcopum eligerent, qui modus seruatur à longo tempore in multis Germaniæ locis.

EX his quinque formis. Prima, non potest reperiri in electione summi Pontificis, quia non expedit, vt prædecessor eligat successorem: reperitur tamen aliquo modo, quatenus hæc forma electionis ab ipsius Pontificis decreto manuit. Secunda, reperitur in hac forma, quantum ad id, quod erat in ea præcipuum; nam eligunt nunc Episcopi vicini, vt tunc eligebant, nimirum sex Episcopi Cardinales. Tertia, non reperitur, quia erat omnium maximè incommoda, vt supra ostendimus. Quarta, non reperitur etiã, quia quod Imperatores se miscuerint electioni, factum est vel vi, & quasi tyrannide Imperatorum, vt quando Græci Imperatores volebant creari Pontificem sine suo iussu, immò etiam nisi pecuniariam summam accepissent: quam consuetudinem tyrannicam fuisse affirmat sanctus Gregorius in comment. Psalm. 4. penitentialis, vel quia Pontifices ipsi id necessarium indicabant ad Ecclesiæ defensionem, vt quando Carolo Magno & Orthoni id Pontifices concesserunt. At nunc nec Imperatores tyrannicè se ingerunt electioni, nec id requiritur ad Ecclesiæ defensionem: immò enim vix inuenitur aliquis pius Imperator, qui hoc iure sibi concessit, vt voluerit: & de contrario extat aperta renunciatio huic iuri facta à Ludouico Caroli filio, can. Ego Ludouicus, dist. 63. & ab Orhone I. cap. Constitutio, eadem distinctione. Quinta denique reperitur, nam quod sunt Canonici in aliis vrbibus, id sunt Presbyteri & Diaconi Cardinales in Vrbe.

CAPVT X.

Ad quos electio summi Pontificis pertinet, si Cardinales nulli essent.

Octaua propositio.

SI nulla extaret Pontificia constitutio de electione summi Pontificis, vel casu aliquo omnes electores à iure designati, id est, omnes Cardinales simul perirent, ius electionis ad Episcopos vicinos, & Clerum Romanum pertineret, cum dependentia tamen aliqua à Concilio generali Episcoporum.

IN hac propositione non videntur omnes conuenire, quidam enim existimant, secluso iure positio, ius eligendi deuolui ad Concilium Episcoporum, vt Caietanus tractatu de potestate Papæ & Concilij, capite decimo tertio, & 21. & Franciscus Victoria relect. 2. quest. 2. de potestate Ecclesiæ.

ALII, vt refert Syluester verbo Excommunicatio, 9.

§. 3. docet, ad Clerum Romanum pertinere ius eligendi in illo casu. Sed conciliari possunt hæc duæ opiniones. Nã ad Episcoporum Concilium pertinet sine dubio primaria auctoritas eligendi in illo casu, siquidem, mortuo Pontifice, non est in Ecclesia vlla maior auctoritas, quam generalis Concilij: & si Pontifex non esset Episcopus Romanus, nec alicuius particularis loci, sed solum generalis Pastor totius Ecclesiæ, ad Episcopos pertineret, vel eligere successorem, vel designare lectores: tamen posteaquam vnitus est Pontificatus orbis Episcopatu vsque ad vrbem, immediata auctoritas eligendi in illo casu deberet ab Episcopis totius vrbs permitti Episcopis vicinis, & Clericis Romanæ Ecclesiæ, quod probatur dupliciter.

PRIMÒ, quia ab omnibus Episcopis vicinis, & Clericis Romanis translatum est ius eligendi ad Cardinales, qui sunt quædam pars Episcoporum & Clericorum Romanæ Ecclesiæ: ergo Cardinalibus deficientibus deberet redire ius eligendi ad omnes Episcopos & Clericos Romanæ Ecclesiæ.

SECUNDO, quia hæc est antiquissima consuetudo, vt ex Cypriano supra ostendimus, vt Episcoporum tam Romanum, quam alios eligant Episcopi vicini, præsentem Clero. Nec vnquam est auditum, quod Episcopi, aut Archiepiscopi totius orbis cõuenirent ad electionem summi Pontificis, nisi in casu, in quo dubitatur, qui sint legitimi electores. Hoc enim dubium à Concilio generali explicari debet, vt factum est in Concilio Constantensi.

CAPVT XI.

De numero Ordinum Ecclesiasticorum.

SEQUITUR tertia questio de distinctione Clericorum, quæ sanè quæstio tribus in rebus posita est. Dissentimus enim ab aduersariis de numero, de antiquitate, & de officio Clericorum. Ac, vt à numero incipiamus, Ioannes Caluinus lib. 4. institutionum, c. 4. & cap. 19. & Martinus Kemnitius in examine 23. sess. Concilij Tridentini, reprehendunt numerum septenarium ordinum, quem Catholicis passim afferunt: ac docent, tres tantum esse veros ordines; Episcoporum, quos ipsi Pastores libentius vocant: Presbyterorum, quos Seniores, vel Doctores, vel Ministros verbi appellant: & Diaconorum.

EX cæteris ordinibus simpliciter auferunt ordinem Exorcistæ, reliquos agnoscunt quidem, sed neque ordines esse volunt, neque certo numero contineri. Dicunt enim, Lectores, Acoluthos, Ostiarios, & similes, fuisse ministros quosdam, quos pastores liberè assumebant pro necessitate Ecclesiæ, id est, plures aut pauciores, prout Ecclesiæ magnitudo, aut paruitas requirebat. Id verò probant ex eo, quod variè à Patribus isti ordines numerantur. Ex quidem Caluinus lib. 4. c. 4. §. 1. Hieronymum producit testem, qui in commentario c. 19. Isaiæ, quinque ordines numerat, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Fideles, & Catechumenos.

KEMNITIUS autem testes producit. Primò, Dionysium Areopagitam, qui in quinto capite Ecclesiastica Hierarchiæ tres tantum facit ordines, Pontificum, Sacerdotum, & Ministrorum. Secundò, Canones Apostolorum, vbi numerantur quinque ordines, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Lectorum, & Cantorum. Tertio, Ambrosiũ, qui in commentario capitis quarti ad Ephesios, numerat etiam quinque, sed loco Cantorum ponit Exorcistas. Quarto, Ignatium in epistola ad Antiochenos, & Epiphanium in fine Panarij, qui plures numerant, quam septem, addit enim non vniuersas, id est, laborantes. Addit etiam Ignatius Confessores. Quintò, Canonistas, qui apud Gratianum distinct. 23. & 25. addunt Psalmistam, Non igitur, inquit Kemnitius, Catholicism dogma est de septem illis ordinibus. Hæc illi.

PORRO Catholicis certum ac statum numerum esse volunt eorum, qui propriè ordines Clericorum nominantur.

Est autem obseruandum, duobus modis accipi solere apud auctores ordinem Ecclesiasticum. Vno modo propriè, alio modo communiter. Propriè illi dicuntur ordines, qui certo ritu sacro & solenni conferuntur ab Episcopo, & ad certum ministerium sacrificio diuino exhibendum referuntur. Qua ratione septem duntaxat ordines numerantur, videlicet, Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, Acoluthus, Lector, Exorcista, & Ostiarius. Et si enim Episcopus & Presbyter distinguuntur, tamen quantum ad sacrificium, idem omnino mysterium exhibent, proinde vnum ordinem, non duos faciunt, sicut etiam Lector, & Cantor, seu Psalmista.

QUARE Cornelius Papa in epistola ad Fabianum apud Eusebium lib. 6. hist. c. 33. dicit, in Ecclesia Romana suo tempore, id est, ante annos mille trecentos, fuisse Presbyteros XLVI. Diaconos septem, Subdiaconos septem, Acoluthos XLII. Exorcistas cum Lectoribus, & Ostiariis, quinquaginta duos, vbi nullam facit mentionem Cantorum, vel laborantium, vel aliorum, quos alij numerant, quia nimirum illi nec habent propriam ordinationem, nec referuntur distincta ratione ad sacrificium.

IN Concilio item Romano, sub Syluestro capite 3. numerantur iidem septem ordines. In Concilio autem Carthaginensi quarto, canone 2. & sequentibus, præter ordines iam nominatos, in epistola c. Cornelij, & in Concilio Rom. additur vltimo loco Psalmista, seu Cantor: sed ibidem Concilium monet Psalmistam non ordinari ab Episcopo, sed etiam sine licentia Episcopi, sola iussione Presbyteri, posse officium canendi suscipere. Hidorus lib. 7. Etymologiarum, capite 12. & in epistola ad Ludifredum: Rabanus lib. 1. de institutione Clericorum, capite 6. & sequentibus: Amalarius libro 2. de officiis Ecclesiasticis, capite 7. & sequentibus: Hugo de sancto Victore libro secundo de Sacramentis, parte tertia, capite quinto, eosdem septem ordines numerant, & explicant. Idem facit Magister sententiarum, quem omnes Theologi sequuntur in 4. d. 24.

DENIQUE eosdem numerat Concilium Florentinũ in instructione Armenorum: & Trident. sess. 24. cap. 2. & Ecclesiæ vsus idem testatur: non enim alij ordines præter istos conferri solent. Nam prima tonsura non est ordo, cum nullum habeat officium annexum, sed est preparatio ad ordines, vt est Catechismus ad Christianismum.

COMMVNITER autem dicuntur ordines illi omnes, qui quomodocunque dedicantur diuinis obsequiis, etiã si non referantur ad sacrificium: hæc modo etiam Monachi, virgines, & viduæ Deo sacratæ, nec non laborantes in sepeliendis defunctis, ordines aliquando dicuntur à Patribus, nam de ordinatione Monachi scribit Dionysius cap. 6. Ecclesiastica Hierarchiæ: de ordine verò laborantium in sepeliendis mortuis, Epiphanius in Compendiaria doctrina. Habebatur enim actio quædam religiosa, sepultura mortuorum. De ordine Diaconissarum, virginum, aut viduarum, quæ seruebant Ecclesiæ in institutione mulierum, quæ baptizandæ erant, idem Epiphanius ibidem.

EX his autem facile erit explicare loca, quæ ab aduersariis afferuntur contra numerum septenarium ordinum. Ac primò ad locum Hieronymi, à Caluino adductum, respondeo, S. Hieronym. eo loco non loqui de ordinibus Clericorum sed de ordinibus Christianorum: id est, ponit primo loco Clericos, deinde Laicos, quos fideles vocat, vltimo Catechumenos. Porro ex Clericis nominat tres tantum, id est, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, quia volebat perficere numerum quinarium. Explicat enim illud Esaiæ, Erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaanitide, ac per eas ciuitates Ecclesiam Christianam intelligi volebat. Itaque ad perficiendum quinarium numerum, ex omnibus Clericis tres primos posuit, in quibus omnes alij continentur, quos idem

Hieronymus alibi distinetè ponit. Nam Subdiaconorum meminit ac Lectorum, in epist. 2. ad Nepotianum. Denique Exorcistarum & Ostiariorum in commentario c. 2. epist. ad Titum in postremis verbis.

Ad locum Dionysij à Kemnitio productum, respondeo, Dionysium non voluisse exponere numerum ordinum, sed numerum Hierarchiarum. Tres enim sunt Hierarchie in Ecclesia militante, ut etiam tres sunt in Ecclesia triumphante. Prima est Pontificum, secunda Sacerdotum, tertia Diaconorum. Diaconi enim, etiam si ministri dicuntur, & sunt, si comparentur ad Sacerdotes, tamen sunt etiam Principes, & Præsules, si comparentur ad plebem, & ideo dicuntur Hierarchie: Ordines autem inferioris non præstant populo, sed tantum ministrant Diaconis & Sacerdotibus.

Quod autem Diaconi præstant, docet Ignatius in epist. ad Trallianos: *Subiecti, inquit, estote Episcopo, similiter & Presbyteris, atque Diaconis.* Item Hieronymus in caput 2. ad Titum: *Non solum, inquit, Episcopi, Presbyteri & Diaconi debent magnopere providere, ut cunctum populum, cui præsidet, conuersatione, sermone, ac scientia præcedant, verum & inferior gradus, Exorcista, Lectores, & Edictui, & omnes omnino, qui domui Dei seruiunt.* Docet id etiam Ioannes Chrysostomus, qui hom. 83. in Matth. Diacono suadens, ut Imperatorem arceat à communionem, si indignè adeat: *Cohibe, inquit, & coërce, maiorem tu illo habes potestatem.* Et hæc etiam ratio est, cur Episcopi ordinariè assumerebantur ex Presbyteris, aut Diaconis Ecclesiæ, non ex inferioribus ordinibus, ut patet ex Leone epist. 84. ad Anastasium, cap. 6. quam etiam puro causam esse, cur in Romana Ecclesia soli Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, sint Cardinales.

Ad locum ex Canonibus Apostolorum respondeo, Clemetrem in canonibus Apostolorum nusquam voluisse omnes ordines numerare, sed data occasione, modò unum, modò alium ordinem nominasse. eundem autem Clementem plures ordines agnouisse, perspicuum est ex can. 17. ubi dicit: *Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut quilibet de numero Clericorum, &c.*

Ad testimonium Ambrosij respondeo, Ambrosium in comment. c. 4. ad Ephesios, solum quinq; ordinum mentionem fecisse, quia volebat de ordinibus explicare verba illa Pauli, alios dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores, & Doctores: & quia Paulus solum quinq; nomina posuit, idcirco conatus est etiam ipse quinq; ordines numerare. Itaque per Apostolos intellexit Episcopos, per Prophetas Presbyteros, per Euangelistas Diaconos, per Pastores Lectores, per Doctores, vel, ut ipse legit, Magistros, Exorcistas.

Ad testimonium Ignatij & Epiphaniij respondeo, illos Patres numerasse non solum ordines propriè dictos, sed etiam alios.

Ad testimonia Canonistarum respondeo, illos facere nouem ordines, quia distinguunt Episcopum à Presbytero, & Lectorem à Cantore, quod Theologi non faciunt, sed in re non est dissensio. Theologi enim solum considerant ordines, ut se habent ad sacrificium: quomodo (ut diximus) Episcopus & Presbyter, Lector & Cantor non distinguuntur: Canonistæ autem considerant ordines, ut Hierarchiam constituent, & idcirco rectè distinguunt Episcopum à Presbytero, atque hæc de primo.

CAPVT XII. De antiquitate Ordinum.

HONNES Caluinus, de Ordinum, præcipue minorum, antiquitate ita loquitur lib. 4. instit. c. 19. §. 27. *Primitiue, inquit, Ecclesiæ incogniti fuerunt, & multis postea annis excogitati.* Sed falsam esse hæc Caluini sententiam testatur Clemens, & Ignatius, Apostolorum discipuli: vterque enim eorum ordinum me-

minit Clemens, lib. 8. constit. omnium ferè ordinum etiam minorum ritus declarat. Ignatius autem in epistola ad Antiochenos ita concludit, *Saluto, inquit, sanctum Presbyterum vestrum, saluto sanctos Diaconos, saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas.*

Ad hæc, tempore sancti Cypriani, omnes ordines erant in Ecclesia, nec tamen tunc ceperunt. Nam, ut de re antiqua & vbiq; recepta loquuntur auctores illius temporis, qui sanè non multum aberant ab Apostolicis temporibus. Cyprianus lib. 2. epist. 10. *Exemplaria, inquit, eadem nunc quoque per Mettium Hypodiakonum à me missum, & Nicephorum Acoluthum transmissi.* Libro 2. epist. 7. & lib. 4. epist. 5. scribit se ordinasse lectores Aurelium, & Celerinum. Libro 5. epist. 14. *Presbyter, inquit, de Clero, & Exorcista, & Lector Lucianus scripsit.*

Eodem tempore scripsit epistolam sanctus Cornelius, ad Fabianum Antiochenum, ex qua hæc sunt verba apud Euseb. lib. 6. historia Ecclesiastica, c. 33. *Is ergo qui Euangelium vendicabat, nesciebat in Ecclesia Catholica vni Episcopum esse debere, vbi videbat esse Presbyteros XLVI. Diaconos septem, Subdiaconos septem, Acoluthos XLII. Exorcistas, & Lectores cum Ostiariis LII.* Omittit Concilium Laodicenum can. 24. & Carthaginense IV. can. 2. & sequentibus, in quibus omnium ordinum mentio fit; quorum hoc celebratum est ante annos M. C. illud ante annos M. CC. ex quibus satis colligitur rem esse longè antiquiorem, quam putet Caluinus.

CAPVT XIII. De officij Ministrorum.

RESTAT officium, in quo etiam non parum à nobis Kemnitius, & Caluinus dissentiant. Dicamus de singulis seorsim. Exordium in Ecclesia sumitur à prima tonsura, quæ quidè non est ordo, cum nullum habeat certum officium annexum, sed est quædam dispositio, ac præparatio ad ordines. Profiterent enim se ordinibus initiandos, & à seculi negotiis ad militiam Ecclesiasticam transiuros, qui ita condentur. Porro de ritu tonsuræ & rasuræ erit infra propria disputatio.

Prims igitur ordo, Ostiariorum est, de quo ordine ferè conuenimus. Fatetur enim Caluinus libro 4. instit. cap. 4. §. 9. officium Ostiariorum apud veteres fuisse aperire & claudere fores Ecclesiæ, proinde curam habere ipsius templi, ceterum postea libro eodem, c. 19. §. 27. reprehendit, quod solenni ritu Ostiarios ordinem Episcopi apud nos: Existimât enim ipse non esse certum ordinem Ecclesiasticum, sed officium tantum, quale est eorum, qui ianitores sunt in prophanis domibus. At nihil ipse affert, quo sententiam suam prober: nos autem habemus testimonia supra citata, in quibus Ostiariorum ordo inter ordines Ecclesiæ numeratur; ac præterea in Concilio Carthaginensi quarto, canone 9. præscribitur forma, & ritus ordinandorum Ostiariorum, & est ille ipse quo nunc vtitur Ecclesia: *Ostiarius, inquit Concilium, cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus clauem Ecclesiæ de Altario dicēs, Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ bis clauibus reconduntur.* Itaque Caluinus dum hæc ridet, non solum modernos Papistas, ut ipse loquitur, ridet, sed etiam Ecclesiam Catholicam, quæ est, & quæ erat in CHRISTO, ante annos M. C.

Secundus est ordo Lectorum, quorum officium erat legere ex pulpito in Ecclesia quicquid legendum erat ex vitroque Testamento; nam etiam Euangelia legi à Lectoribus consueuisset, testatur Cyprianus libro 2. epistola 5. ubi loquens de Aurelio ordinato Lectore: *Nihil, inquit, magis congruit voci, quæ Dominum gloriosa prædicatione confessa est, quam celebrandis diuinis*

lectionibus personare, & post sublimia verba, quæ Christi martyrum proloquuta sunt, Euangelium legere, vnde Martyres sunt. Hæc ille. Credibile tamen est, Lectoris officium non fuisse, ut legeret Euangelium tempore sacrificij (id enim Diaconorum fuisse paulò post ostendemus) sed solum extra illud tempus.

lectionibus personare, & post sublimia verba, quæ Christi martyrum proloquuta sunt, Euangelium legere, vnde Martyres sunt. Hæc ille. Credibile tamen est, Lectoris officium non fuisse, ut legeret Euangelium tempore sacrificij (id enim Diaconorum fuisse paulò post ostendemus) sed solum extra illud tempus.

Calvinus fatetur quidem hoc fuisse officium Lectorum, lib. 4. c. 4. instit. §. 9. Sed dicit non fuisse gradum, neque ordinem certum in Ecclesia, sed solum solitos Episcopis quibusdam ex domesticis suis ministris iniungere, ut in Ecclesia legere Scripturas, ut eo modo innotescerent plebi, & discerent ferè conspectum hominum.

At non solum Concilium Carthaginense IV. can. 8. præscribit ritum solennem ordinandi Lectores, sed etiam S. Cyprianus lib. 2. epist. 3. lib. 3. epist. 22. & lib. 4. epistola quinta, apertè significat, Lectoratum fuisse ordinem, & gradum in Ecclesia; nam passim vocat gradum, & honorem Ecclesiasticum. Item dicit, Celerinum initio ex humilitate refugisse eum gradum, sed tandem diuina reuelatione admonitum acquiruisse.

Ad hæc excusat multis verbis, quod quosdam ordinauerit Lectores, urgente necessitate, sine consilio, & consensu expresso Cleri.

Dentque dicit, se prius quendam Saturum nomine fecisse Clero proximum, quod ei permisset in Paschate legere in Ecclesia, cum ordinatus non esset; denique verò eum in Clerum cooprasse, atque ad ordinem Lectoris promouisse. vbi vides aliud esse legere in Ecclesia, quod solum Caluinus agnoscit: aliud verò promoueri ad ordinem Lectoris.

Tertius, ordo Exorcistarum est, ad quorum officium pertinet exorcismos Ecclesiæ legere super Energumenos, & eo modo preparare illos, ut sacrificij diuini participes fieri possint. Olim siquidem, quia frequentissimè demones pellebantur de corporibus humanis, concurrebant plurimi Energumeni ad Ecclesiam, ita ut essent quasi greges Energumenorum, ac propterea iste ordo institutus fuit.

Visse reuera ordinem certum Ecclesiasticum Exorcistarum, & non solum donum, & gratiam gratis datam, ut vult Caluinus, patet ex testimoniis supra citatis, Ignatij in epist. ad Antiochenos, Cornelij Papa in epistola ad Fabianum, apud Eusebium lib. 6. histor. cap. 33. & Cypriani lib. 5. epist. 14. Concilij Romani sub Syluestro, can. 3. & Concilij Laodiceeni can. 24. vbi Exorcista inter ordines numeratur: sed præcipue id ostenditur ex Concilio Carthaginensi IV. can. 7. vbi sic legitur: *Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo, Accipe, & commenda memoria, & habeto potestatem imponendi manum super Energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum.* Concilium item Laodicenum canone vicesimo sexto prohibet, ne quis exorcizet neque publicè, neque priuatim, nisi ab Episcopo ad eum ordinem prouectus sit.

Ex quibus Concilij intelligimus, quam apertè mentiatur Caluinus, cum ait lib. 4. instit. cap. 19. §. 24. *Fingitur illis Exorcistis potestas data imponendi manus super Energumenos.* Quomodo enim fingimus, quod ex tam antiquis Concilij comprobamus?

Adde etiam testimonium Sulpitij, qui in libro de vita diui Martini cap. 4. ita scribit: *Tentauit Hilarius imposto Diaconi officio sibi Martinum archiepiscopus, & ministerio vincire diuino, sed cum sapissimè restitisset, indignum se esse vociferans, intellexit vir altioris ingenij, hoc eum modo posse constringi, si id ei officij imponeret, in quo quidem locus iniurie videretur; itaque Exorcistam eum esse precepit, quam ille ordinationem ne despexisset tanquam humiliorem videretur, non repudiavit.*

Quartus ordo Acoluthorum est, quorum id est proprium, ut cum cereo accenso sequantur Diaconum

ad locum Euangelij, & vrceolos, atque ampullas ad sacrificium præparent, ac Subdiacono porrigant. Inde enim dictus est Acoluthus, quasi pedissequus, ab *ἀκολούθειον*, quod est sequor, & etiam cerofetarius à gestando cereo.

Hic verò Caluinus risum tenere non potest, sic enim ait lib. 4. instit. cap. 19. §. 23. *Sed, inquit, in primis spectabilis est arguita, qua in Acoluthi nomine philosophantur, cerofetarium appellantes, verbo, ut arbitror, magico, certe inaudito Gentibus ac linguis omnibus.* Et supra cap. 4. §. 9. *Vocabant, inquit, Acoluthos, qui Episcopo in domesticis obsequiis adessent, eumque perpetuo comitarentur, primum honoris causa, deinde ne qua suspicio oriretur.* Hæc ille. Itaque vult Acoluthos nihil aliud olim fuisse, nisi Episcoporum quasi Cubicularios. At ipse quidem nullo teste probat quod dicit: proinde viderit ipse, an non finxit Acoluthi officium ex capite suo. Nos autem Acoluthatum, ordinem fuisse, & gradum Ecclesiasticum, probamus ex testimoniis plurimis supra citatis, Cornelij, Cypriani, Concilij Romani, & Concilij Carthaginensis.

Porro ad officium eius pertinuisse cereos, & vrceolos quæ Caluinus ridet; testatur Concilium Carthaginense IV. canone 6. *Acoluthus, inquit Concilium, cum ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat cerofetarium cum cereo, ut sicut se ad accendenda Ecclesiæ lumina mancipari: accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.* Hæc ibi. Vides etiam vides nomen cerofetarij non esse magicum, neque omnibus Gentibus, & linguis inauditum, nisi tot sanctos Patres, & cum eis diuum Augustinum, qui Concilio intererat, Magos, & nullius Gentis, aut linguæ homines esse velis. Idem quoque nomen est apud Iudorum lib. 7. etymologiarum cap. 12. apud Amalarium lib. 2. cap. 10. Apud Rabanum libro 1. de institut. Clericorum, capite 9. apud Hugonem libro 2. de Sacramentis, part. 3. capite 5. & apud alios multos, qui nec Magi erant, nec vllius Gentis, aut linguæ.

Quintus ordo Subdiaconorum est, ad cuius officium propriè pertinet ministrare Diacono in sacrificio, ac propterea dum ordinatur accipit calicem vacuum & patinam, ut habemus in Concilio Carthaginensi IV. can. 5. & in Concilio Toletano IV. can. 27. Eiusdem est epistolas B. Pauli ad Missam legere, ut Concilium Remense ca. 4. docet. Meminerunt huius ordinis omnes auctores supra citati. Proinde falsum est quod scribit Caluinus lib. 4. instit. c. 4. §. 5. Subdiaconorum officium nil aliud fuisse, nisi iuuare Diaconos in elemosynis distribuendis, pauperibusque curandis.

Sextus ordo Diaconorum est, quos oblationibus colligendis, & opibus Ecclesiæ administrandis præpositos fuisse, inter Catholicos, & hæreticos constat. id enim testantur Acta Apostolorum cap. 6. Idem patet ex Leone in sermone de sancto Laurentio: ex quo officio fortasse factum est olim, ut Diaconi insolescerent aduerfus Presbyteros: semper enim officia pecuniaria adamata præ ceteris fuisse videntur. Reprehendunt Diaconorum arrogantiam Concilia nonnulla, Nicanum ca. 14. Laodicenum canone 20. & Toletanum IV. canone 38. Item Patres, Cyprianus lib. 3. epist. 9. Hieronymus in epist. 85. ad Euagrium, & lib. 14. in Ezechielem exponens caput 48. & Bernardus lib. 4. de consideratione.

Sed præter hoc officium habebant etiam Diaconi alia nonnulla, quæ aduerfarij non agnoscunt. Prims, Diaconorum erat Sacerdoti sacrificanti assistere, ac ministrare, & populo distribuere Eucharistiam: ac propter sacrum hoc ministerium potissimum sacram ordinationem accipiunt. Videmus enim Acoluthum 6. per impositionem manuum ordinari Diaconos, quia sacra cæremonia non est credibile Apostolos vfuros fuisse, si solum ministerium mensarum Diaconis committere voluissent: antea enim

viduæ ministrabant mensis, nec tamen certo ritu ordinabantur.

PRAETEREA Clemens lib. 2. capite 14. constit. significat Diaconos Sacerdoti ministrare solitos in sacrificij oblatione: quod etiam aperte docet Cyprianus in sermone 6. qui est de lapsis. Idem cognoscimus ex historia Sancti Laurentij, apud Ambrosium lib. 1. de officiis, cap. 41. Inducit enim S. Laurentium sic loquentem ad D. Sixtum: Quod progredieris sine filio patris? Quod Sacerdos sancte sine Diacono operas? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueveras. Et infra: Cui commisisti consummandorum consortium Sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas?

IDEM patet ex liturgia Chrysothomi, & ex hom. 83. super Matth. Idem ex sancto Gregorio, qui in epistola ad Leandrum, quæ præfigitur libris eius in Iob, nihil aliud Diaconatum, nisi sacri altaris ministerium vocat. Denique Isidorus, Rabanus, Amalarius, Hugo, & alij supra citati, qui describunt officia omnium ordinum, hoc docent, quod nos diximus.

SECUNDO, Diaconorum erat tempore sacrificij Euangelium legere. Id testatur præter supra dictos auctores S. Hieronymus in epist. 48. ad Sabinianum: Tu, inquit, exanguis & pallidus, ut suspicione omni careres, Euangelium Christi, quasi Diaconus lectitabas. Testatur etiam S. Gregorius in Synodo Romana, quæ habetur lib. 4. epist. cap. 88. vbi prohibet, ne Diaconi cantent in Ecclesia, excepto Euangelio, tempore sacrificij. Idem etiam testatur Concilia antiqua, Vasense canone 4. & Remense can. 5.

TERTIÒ, Diaconorum erat baptizare, prædicare, reconciliare publicos pœnitentes, Eucharistiam deferre, & præbere laicis, ac breuiter omnia facere, quæ Episcopi & Presbyteri faciunt, excepta cõsecratione corporis Domini, & ordinatione Clericorum, & aliis officiis, quæ requirant potestatem ordinis. nam Diaconos baptizare posse, patet exemplo Philippi Diaconi, Actor. 8. vnde Tertullianus in lib. de Baptismo: Ius, inquit, dandi Baptismum summus Sacerdos habet, debinc etiam Presbyteri, & Diaconi. Posse item Diaconos prædicare: docet exemplum Stephani & Philippi Diaconorum, Actor. 7. & 8. Item exemplum sancti Vincentij Martyris, qui cum Diaconus esset, prædicabat tamen, vt Augustinus testatur sermone secundo de S. Vincentio.

DENIQUE Gregorius lib. 4. epist. cap. 88. docet, ad Diaconum etiam pertinere officium prædicationis, & ipsum etiam Gregorium adhuc Diaconum, prædicasse testatur Ioannes Diaconus in eius vita libro primo, capite quadragesimo primo. Rursus Diaconos aliquando recõciliare solitos pœnitentes in absentia Episcopi, & Presbyterorum, docet Cyprianus lib. 3. epist. 7. Item Eucharistiam præbere laicis in absentia Presbyterorum posse Diaconos, docet Concilium Nicænum canone 14. Testatur item Iustinus in Apologia secunda extrema, Diaconos deferre solitos Eucharistiam ad absentes.

EST tamen obseruandum, hæc omnia, ac præcipuè officium prædicandi, propriè Episcoporum esse, ita vt ne Presbyteris quidem prædicare liceat, nisi ex Episcopi mandato, aut consensu. Episcopi enim propriè Apostolis succedunt, Apostoli autem sunt qui Act. 6. dicunt, Non est bonum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, scribit etiam Possidius in vita B. Augustini cap. 5. Valerium Episcopum concessisse sancto Augustino Presbytero suo prædicandi potestatem, quod ipse, cum Græcus esset, minus commode Latino populo prædicare posset. Legimus quoque in Concilio Vasensi can. 4. factam ab Episcoporum Concilio Presbyteris potestatem prædicandi. In Concilio autem Vasensi can. 4. præcipitur etiam vt Diaconi, quando non est Presbyter, qui prædicet verbu, Homilias sanctorum Patrum loco concionis recitent.

SEPTIMVS ordo, Sacerdotum est, de quo grauis

controuersia inter nos, & hæreticos versatur, quæ in sequenti capite disputanda est.

CAPVT XIV.

De distinctione Episcopi & Presbyteri.

PRIMO igitur quaestio; Sine Presbyter idem omnino quod Episcopus, ac præsertim iure diuino. Fuit antiqua hæresis Acrij, teste Epiphano hæ. 75. & August. lib. de hæresibus, cap. 53. nihil interesse inter Episcopum, & presbyterum, quam hæresim propterea ille videtur excogitasse, vt se ipse cõsolaretur quod Episcopus factus non esset, vt aperte significat Epiphanius. Eandem hæresim postea sequutus est Ioannes V. Viclefus, teste Thoma V. Valdeni lib. 2. doct. fidei, art. 3. c. 60. & nostris temporibus Lutherani & Caluinista. siquidem Ioan. Caluinus lib. 4. instit. cap. 4. §. 2. sic loquitur: Quibus docendis munus iniunctum erat, eos omnes nominabant Presbyteros, illi ex suo numero in singulis ciuitatibus vnum eligebant cui specialiter dabatur titulum Episcopi, ne ex æqualitate, vt fieri solet, dissidia nascerentur: neque tamen sic honore, & dignitate superior erat Episcopus, vt dominium in collegas haberet, sed quas partes habet consul in senatu, vt referat de negotiis, consulendo, monendo, hortando, alijs præeat, auctoritate sua totam actionem regat, & quod decretum communi concilio fuerit, exequatur. Id muneris sustinebat Episcopus in Presbyterorum cœtu, atque id ipsum pro temporum necessitate fuisse humano consensu inductum, fatentur ipsi veteres. Hæc ille. Non dissimilia habent Martinus Kemnitius in examine sess. 23. Concilij Tridentini, necnon & Erasmus annotatione ad 4. caput 1. ad Timotheum.

AT ecclesia Catholica distinctionem agnoscit, ac docet iure diuino Episcopatum Presbyterio maiorem esse, tum ordinis potestate, tum etiam iurisdictione: sic enim loquitur Conciliu Trident. sess. 23. c. 4. Proinde sacrosancta Synodus declarat præter ceteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & positos, sicut Apostolus ait, à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei, eosque Presbyteris superiores esse, &c. Et cap. 6. Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam diuina ordinatione institutam, que constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, anathema sit. Et cap. 7. Si quis dixerit Episcopus non esse Presbyteris superiores, &c. anathema sit.

EANDEM sententiam docent, & defendunt Theologi Doctores apud Magistrum in lib. 4. sent. d. 24. & S. Tho. 2. secundæ quæst. 184. art. 6.

NOs igitur omissa illa quaestione, quæ ad disputationem de Sacramentis pertinet, sine vnus ordo, vñ vnus Sacramentum Episcopatus, & Presbyterij, an duo: tria demonstrare conabimur. Primò, iure diuino maiorem esse Episcopum Presbytero, quod attinet ad ordinis potestatem. Secundò, maiorem esse etiam quantum ad iurisdictionem. Tertiò, Episcopos in veteri ecclesia non fuisse in cœtu Presbyterorum, quasi consules in senatu, sed quasi Reges ac Principes in cœtu Consiliariorum.

QVOD ad primu attinet, facile probari potest, Episcopum maiorem esse Presbytero, quantum ad ordinis potestatem, idque iure diuino. Nam solus Episcopus ordinare potest Presbyteros, & eo modo generare Patres Ecclesiæ, vt Epiphanius ratiocinatur aduersus Aërium. Presbyteri autem ordinare non possunt, sed solum baptizare, & eo modo filios Ecclesiæ generare, id autem ita esse docet Damascus in epist. 3. item Concilium Antiochenum cap. 10. & Ancyranum canone 12. Epiphanius hæ. 75. Chrysothomus, Theodoretus, Theophylactus, & Oecumenius, in 3. & 4. cap. 1. & ad Tim. Item S. Hieronymus in epist. 85. ad Euagrium: Quid facit, inquit, Episcopus excepta ordinatione, quod Presbyter non faciat? Denique S. Leo epist. 88. idem docet, & Ecclesiæ consuetudo. Numquam enim est auditu, quod Presbyteri Presbyteros,

aut

aut Diaconos, nedum Episcopos ordinauerint.

EST autem ex iure diuino, vt soli Episcopi ordinent, inde colligitur, quod habebatur irritum, si quid in ea re fecissent, qui veri Episcopi non erant. Sic enim scribit Gregorius II. in ep. ad Bonifacium. Presbyteri, quos reperisti, si incogniti fuerint viri illi, qui ordinant, & dubium est eos Episcopos fuisse, aut qui eos ordinauerint, si bona actionis virique Catholici sint, & ipsi Presbyteri in ministerio Presbyteratus suscipiant, & consecrentur, & sic ministerio sacro fungantur. Et ante eum Damascus in epist. 3. loquens de Chorepiscopis, qui cum solum Presbyteri essent, Pontificum more ordinare audebant: Vacuum, inquit, est & inane, quidquid in predicto sacerdotij summi egerint ministerio. At certe si iure diuino Presbyteri ex ipsa sua ordinatione, id est, ex characterē suo sacerdotali haberent, vt ordinare possent, non esset irritum quod facerent, tametsi prohibente Ecclesia facerent. Præterea cum ordinatio sacramentum sit (vt etiam Caluinus admittit) & Sacramenta oia à Deo sint instituta, certe qui maior est ordinis potestate, quæ per Sacramentum ordinationis accipitur, is quoque maior sit ex diuina institutione necesse est.

IDEM argumentum fieri potest ex confirmatione baptizatorum, & templorum atque altarium cõsecratione. Constat enim solos Episcopos, vt ordinarios Ministros, confirmationis Sacramentum posse conferre, necnon templa & altaria consecrare, neque id Presbyteris licere, vt S. Leo docet in ep. ad Episcopos Germaniæ & Galliæ, & ante eum Damascus in ep. 3. de Chorepiscopis, & ante vtrumque Dionysius cap. 4. & 5. Ecclesiastica hierarchia vbi dicit solum Episcopum diuina ordinatione Christum consecrare: quin etiam videmus Actor. 8. Apostolos ipsos, quibus Episcopi succedunt missos, vt per manus impositionem, darent Spiritum sanctum iam baptizatis.

QVOD ad secundum attinet de potestate iurisdictionis Episcopos iure diuino Presbyteris esse maiores. Probamus primò ex figura Testamenti veteris, quanquam hoc argumentum, vt etiam sequens de distinctione Apostolorum & discipulorum, probat etiam de potestate ordinis: nam in Testamento veteri erat vnus summus Sacerdos Aaron, & qui ei succedebant: erant præterea minores Sacerdotes, omnes videlicet filij Aaron, & qui ab illis descendebant; ac denique erant Leuitæ ceteri, qui à Leui originem ducebant, sed non per Aaronem. Constat autem iure diuino fuisse distinctos hos tres gradus, Pontificum, Sacerdotum, & Leuitarum: ita vt Pontifex maior esset Sacerdotibus, & Sacerdotes Leuitis: nam & cõsecrationes eorum distinctæ erant, & vestes, & officia, vt patet Exod. 28. & 40. Leuit. 8. & Numeri 3. 4. & 20.

QVOD autem iurisdictione penes Pontificem esset, nõ autem penes cæterum minorum Sacerdotum, patet ex lib. Deuter. c. 17. Qui superbiebit nolens obedire sacerdotis imperio, ex sententia iudicis moriatur. quod etiam fatentur Centuriatores Magdeburgen. cent. 1. lib. 1. cap. 7. col. 257. In ecclesia, inquit, populi Indæici, vnus tantum erat lege diuina Sacerdos summus, quem omnes cõgebantur agnosce-re, etque parere. Idem quoque fatetur Caluinus lib. 4. instit. c. 6. §. 2. Illic, inquit, vnum Antistitem præfecit, quem omnes respicerent, quod melius in vnitatem continerentur. At Episcopi id sunt in ecclesia, quod erant Pontifices in Testamento veteri: id Presbyteri apud nos, quod illic minores Sacerdotes: vt etiam id Diaconi nostri, quod illorù Leuitæ: vt docet, Damascus in epist. 3. de Chorepiscopis: Hieronymus in epist. ad Euagrium 85. Leo epist. ad Episcopos Germaniæ & Galliæ, 88. Concilium Hispalense II. can. 7. & alij permulti grauissimi auctores.

EST sanè nulla ratio permittit, vt distinctior fuerit hierarchia in Testamento veteri, quàm in nouo, cū illud vmbra, istud imagini comparetur ab Apostolo ad Hebr. 10. Sequitur igitur, vt sicut in testamento veteri iure diuino

Pontifices Sacerdotibus minoribus auctoritate præstabant, ita etiam Episcopi in Ecclesia Presbyteris præstent.

SECUNDO probatur hoc idem ex distinctione Apostolorum & discipulorum LXX. Nam episcopos Apostolis succedere, Presbyteros autè septuaginta discipulis, docent constanter omnes Patres. Vide Concilium Neocaesariense can. 13. Damascus in epist. 3. de Chorepiscopis, Anacleto epist. 2. Hieronymus in epist. ad Marcellam de erroribus Montani, Augustinum tract. in Psalmos 44. Leonem epist. 88. Isidorum lib. 2. de diuinis officiis, Bedam in caput 10. Luca, & alios.

PORRO, Apostolos iure diuino maiores fuisse discipulis septuaginta, satis aperte colligitur. Primum, ex institutione distincta, & diuersa. Apostolos enim solum duodecim Dominus esse voluit, Luc. 6. & eos semper ferè secum habebat, ac priuatim instituebat; Discipulos autem LXXII. Luca 10. instituit. Præterea Ioan. 20. solis Apostolis dixit: Sicut misit me Pater, & ego misit vos. Denique Act. 1. Cum ex Iuda apostasia numerus duodecimarius imminutus esset, assumptus est Mathias, in eum solenni quadam cæremonia, cum tamen esset ille antea ex numero discipulorum.

TERTIÒ, probatur hoc idem ex illis Domini verbis Matthæi 24. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Hæc enim verba S. Hieronymus & ceteri Patres in hunc locum, de episcopis dicta esse volunt: ex quo intelligimus, ipso Domino instituyente, Episcoporum propriam esse curam, & gubernationem: Ecclesiæ: quod etiam pertinet locus ille Actor. 20. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.

QUARTO, probatur ex antiquitate: nam si iure humano Episcopi Presbyteris præstent, inueniretur certè principium aliquod huius institutionis post Apostolica tempora. At ipso tempore Apostolorum is erat Ecclesiæ vltus, vt Presbyteri Episcopis subessent: nam 1. Tim. 5. Apostolus ita scribit: Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Vbi videmus Episcopum Apostolorum tempore, iudicem Presbyterorum, proinde verum Principem, ac superiorem fuisse.

ITEM Ignatius Apostolorum discipulus in epist. ad Philadelphienfes ita scribit: Boni sint Sacerdotes, & sermone Ministri, melior autè est pontifex, cui credita sunt sancta Sanctorum, cui soli commissa sunt secreta Dei. Clemens quoque Ignatij æqualis, in Apostolorum canonibus can. 40. Presbyteri, inquit, & Diaconi præter Episcopum, nihil agere pericent: nam Domini populus illi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem.

DENIQUE Dionysius Areopagita Pauli Apostoli discipulus cap. 5. Ecclesiastica hierarchie, describens hierarchiam diuinitus institutam, primò loco Pontifices, secundò Sacerdotes, tertio Ministros ponit. Irenæus, qui proximus Apostolicis temporibus fuit, lib. 3. cap. 3. Habemus, inquit, annuere eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi, & successores eorum. Nam si recondita mysteria scisissent Apostoli, quæ seorsim, & latenter ab reliquis perfectos docebant, iis vel maxime traderent ea, quibus etiam ipsas Ecclesias committerebant, &c. Vbi Episcopi dicit commissas esse Ecclesias, vt Apostolorum successoribus. Tertullianus antiquissimus Latinorum, in lib. de Baptismo, Ius habet, inquit, dandi Baptismum summus. Sacerdos qui est Episcopus, debinc Presbyteri, & Diaconi, sed non sine Episcopi facultate.

QUANTVM ad tertium, quod Episcoporum auctoritas non sit in cœtu Presbyterorum, quasi Consulibus in senatu, sed vt principis in Consilio Consiliariorum sibi subiectorum, primu colligitur ex testimoniis iam citatis B. Pauli, in epist. ad Timotheum, Clementis, Irenæi, Tertulliani; deinde ex Conciliis. omnia siquidem Concilia, tum generalia, tum prouincialia etiam antiquissima, quo-

rum meminit Eusebius lib. 5. hist. cap. 23. & 25. a folis Episcopis celebrata sunt.

CONSTAT autem in Conciliis maxime exerceri iurisdictionem, cum leges in eis ponantur, & pena prauaricatoribus decernantur. Item ex eo, quod multis in locis legitur Presbyteros ab Episcopis excommunicatos, nullquam autem Episcopos à Presbyteris. Vide Concilium II. Carthaginense, canone 8. & 9. Denique ex eo, quod foli Episcopi folium, siue thronu habent in ecclesia, quod est potestatis indicium, vnde & imperare Principum more dicuntur à Patribus. Vide Chrysostomum in libro de sacerdotio, Ambrosium in libro de dignitate sacerdotali, & Gregorium Nazianzenum in oratione ad Principem irascentem, & populum timore percussum. Sed iam obiectiones diluamus.

CAPUT XV. Soluuntur obiectiones.

PRIMO loco obieciunt testimonium B. Pauli, ex quo idem videtur esse Episcopi & Presbyteri, Philip. 1. Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconibus. Certè hoc loco Presbyteri dicuntur Episcopi: non enim in vna vrbe multi fuissent Episcopi, si Episcopi nomen summum aliquem Sacerdotem significaret. Deinde quare non dixit Paulus, cum Episcopo, Presbyteris, & Diaconibus, si Presbyteri ab Episcopis eo tempore distinguebantur?

RESPONSO. Ambrosij cõmentarius nõ refert illud, cum Episcopis & Diaconibus, ad eos quibus scribitur, sed ad eos qui scribunt, ita vt Episcopi hoc loco dicantur Paulus & Timotheus, & hic sit sensus: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis cõ Episcopis, id est, cõ Paulo, Timotheo, & eorũ Diaconibus, gratia vobis, & pax, &c. Sed nimis dura expositio videtur.

EPIPHANIVS in libro de hæresibus, hæresi septuagesima quinta, dicit Paulum ita scribere solitum, quod eo tempore ob ministrorum penuriam multis in locis non essent Presbyteri vlli, sed Episcopi soli cum Diaconibus. Possunt enim Episcopi etiam Presbyterorum officio fungi. At hæc Epiphanius explicatio, tum haberet locum, si Paulus diceret, cum Episcopo & Diaconibus, aut si non ad vna ciuitatem, sed ad multas simul scriberet. Sed cum ipse ad vnam vrbe[m] scribat, & hic sit sensus: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis cõ Episcopis, id est, cõ Paulo, Timotheo, & eorũ Diaconibus, gratia vobis, & aliquot Presbyteri?

THEODORETUS in commentatio huius loci, & fusiùs in caput tertium primè ad Timotheum scribit, Apostolorum tempore veros Episcopos, nõ Episcopos, sed Apostolos dici solitos: Presbyteros autè Episcopi nomine tunc appellari consueuissent. Nam ad Romanos 16. Paulus Andronicũ Apostolum vocat: & Phil. 2. Epaphroditũ Apostolũ Philippensium appellat, qui videlicet Episcopi erat: postea tamen omisso Apostoli nomine, Episcopos solũ Episcopos, Presbyteros autè solũ Presbyteros appellari cepisse. Quæ obseruatio Theodoretus si vera sit, nõ solũ obiectioni desumptæ ex hoc loco, sed etiam ex omnibus alijs locis satisfacit. semper enim dicere poterimus, Paulum nomina Episcoporum Presbyteros accepisse.

FACTUM est sancti Ioannis Chrysostomi & aliorũ multorum cõmentarius, qui docent, a postolorũ tempore nomina illa, Episcopus & Presbyter, cõmunia fuisse omnibus Sacerdotibus, tam maioribus, quos nunc Episcopos dicimus, quã minoribus, quos nunc Presbyteros appellamus, licet res ipsa & potestates distincte essent. Itaque Paulum nomine Episcoporum cõplexum esse omnes sacerdotes, vt hic sit sensus: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconibus, id est, cõ Sacerdotibus, & eorũ Ministris.

ADDE, quod videtur B. Paulus vniuersum Clerum salutare voluisse, sed ne cogere singulari ordine numerare, generatim id fecit: omnes enim ordines ad duo primaria genera reuocantur, ad Sacerdotes, & Ministros: quorum illud subdiuiditur in duas species Analogas, in summos Sacerdotes, & simplices Sacerdotes. Istud verò in sex alias species, in Diaconos, Subdiaconos, Acoluthos, Lectores, Exorcistas, & Oñtarios. Quamuis autem nunc nomen Episcopi tantũ principali analogato, id est, summo Sacerdoti, tribui soleat, & nomen Diaconi tantũ principali ministro; tamen conuenit suo modo nomen Episcopi minoribus etiam Sacerdotibus: nam & illi superintendunt, & regunt populum saltem in foro conscientia, & ex delegatione Episcopi, & nomen Diaconi conuenit suo modo ordinibus etiam inferioribus, cum omnes ministrent Sacerdoti.

ALTERA obiectio sumitur ex c. 1. ep. 1. ad Titũ, vbi sic Apostolus loquitur: Huius rei gratia reliqui te Crete, vt constituas per ciuitates Presbyteros, sicut ego disposui tibi. Et paulò infra: Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, &c. quo loco videmus Presbyteros Episcopos esse. Sed eadem adhiberi potest responsio, quæ ad locum superiorem adhibita est: nomina enim eo tempore communia erant.

TERTIA obiectio sumitur ex tertio capite prioris epistolæ ad Timotheum, vbi B. Paulus posteaquam præcepta quadam Episcopis dederat, continuò Presbyteris omiſſis tráit ad Diaconos; quare videtur pro isdem habuisse Episcopos, & Presbyteros. Respondeo, B. Paulum generatim instruere voluisse Clerum vniuersum, ac propterea sub nomine Episcoporum comprehendisse etiam Presbyteros, sub nomine Diaconorum omnes inferiores Ministros: eadem enim præcepta omnibus conueniebant.

QUARTA obiectio ex capite 4. prioris ad Timotheum, vbi Paulus ait: Noli negligere gratiam Dei, quæ in te est, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyterij. Ex quo loco Kemnitius affirmat, S. Hieronymum demonstrasse, posse Episcopum à Presbyteris ordinari: proinde nihil interesse inter Episcopum & Presbyterum; sed impudenter mentitur Kemnitius. Nam S. Hieronymus in epistola ad Euagrium (quam Kemnitius citat) discretis verbis affirmat Presbyteros ordinare non posse. Quid facit, inquit, Episcopus excepta ordinatione, quod non etiam faciat Presbyter? Ad duxit autem S. Hieronymus locum illum Apostoli, vt ostenderet Episcopos in Scripturis interdum appellari Presbyteros. sic enim exposuit verba illa: Per impositionem manuum Presbyterij, ac si dictum esset, per impositionem manuum, qua Presbyteratum accepisti, cum tamen constet, Timotheum non Presbyterum simplicem, sed Episcopum fuisse; quomodo etiam exposuit Anselmus, & quidam alij Latini, & ipse etiã Calvinus li. 4. inst. c. 3. extremo. Quanquam nobis verior videtur Græcorum expositio, qui nomine Presbyterij intelligunt chorum, siue cõtum Presbyterorum, id est, episcoporum, qui nouo Episcopo manus imponunt: sic enim exponit Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, & Oecumenius.

QUINTA obiectio ex c. 20. Act. vbi B. Paulus mittens Ephesum, vocauit ad se maiores natu Ecclesie, id est, Presbyteros, & tamen dum eos alloquitur, Episcopos appellat, dicens: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiã Dei. Itè ex cap. 5. prioris epistolæ B. Petri, vbi Petrus Presbyteros sic alloquitur: Seniores, qui in vobis sunt, obsecro cõsenior & vestis Christi passionum, &c. pascite, qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes nõ coactè, &c. Vbi illud Seniores, in Græco textu est πρεσβυτερος, illud autem Prouidentes, in Græco est προϊστατες. Denique ex epist. 2. & 3. S. Ioannis, in quibus Apostolus se Presbyterum vocat, cum sine vlla dubitatione Episcopus fuerit. Sed ad hæc omnia vno verbo respondetur. Nomina eo tempore fuisse communia, &

propterea

propterea in his omnibus locis veros etiam Episcopos Presbyteros appellari, his addunt Patrum testimonia.

EST igitur sexta obiectio ex S. Hieronymo, qui in comment. 1. cap. epist. ad Titum ita scribit: Idem est presbyter qui Episcopus, & antequam Diaboli insinectũ studia in religione ferent, & dicretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cephes, communi Presbyterorum Concilio Ecclesie gubernabatur. postquam verò vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de Presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis Ecclesie cura pertineret, & schismaticum semina tollerentur. Et infra: Sicut ergo Presbyteri sciunt se ex Ecclesie consuetudine et, qui sibi prepositi fuerint, esse subiectos, ita Episcopi nouerint se magis consuetudine, quã dispositionis Dominice veritate Presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere. Similia habet idem Hieronymus in epist. 85. ad Euagrium.

HÆC S. Hieronymi verba aliqui piè interpretari conantur, vt S. Thomas, qui in 2. secundæ q. 184. art. 6. scribit Hieronymum loqui solum de nominibus Episcopi & Presbyteri, non de ipsa re. At certè verba illa citata, Communi Presbyterorum consilio Ecclesie gubernabantur. Et illa (Magis consuetudine, quã dispositionis Dominice veritate Presbyteris esse maiores, &c.) aliud significant, quã solam communitatem vocabulorum.

IOAN. Anton. Delphinus lib. 2. de Ecclesia docet, ex Hieron. sententia initio nascentis Ecclesie omnes Presbyteros fuisse Episcopos. Non quod idem sit Episcopatus & Presbyteratus, sed quod vtraque dignitas omnibus Sacerdotibus primo illo tempore daretur. Deinde autem ad schismata euitanda cœpisse aliquos solum Presbyteros ordinari, & hoc modo ex Ecclesie consuetudine factum esse, vt Episcopi maiores Presbyteris essent.

AT hæc etiam solutio non plenè satisfacit; S. enim Hieronymus tueri conatur Presbyterorum dignitatem, qualis erat suo tempore, aduersus insolentiam Diaconorum, vt patet ex epist. ad Euagrium; inde autem demonstrare nititur dignitatem Presbyterorum esse maximam, quod eadem sit cum Episcopali. Nihil autem ad hoc probandum afferret, si solum doceret primos Presbyteros idè fuisse Episcopis pares, quod haberent etiam episcopalem potestatem, nec essent simplices Presbyteri.

DEINDE, si idè primi Presbyteri fuissent pares Episcopis, quod essent etiam ipsi veri Episcopi, distinctio, quæ ex Hieronymi sententia postea exorta est, inde accidisset, quod aliqui simplicem Presbyteratum in ordinatione postea accepissent. At S. Hieronymus contrarium significat: docet enim Episcopatum esse nouum, & ex Ecclesie consuetudine non simplicem Presbyteratum: sic enim ipse ait, Communi Presbyterorum consilio Ecclesie gubernabantur: postquam verò vnusquisque, &c.

MICHAEL Medina in lib. 1. de sacrorum hominum origine, & continentia cap. 5. affirmat sanctum Hieronymum idem omnino cum Aërianis sensisse, neque solum Hieronymum in ea hæresi fuisse, sed etiam Ambrosium, Augustinum, Sedulium, Primasium, Chrysostomum, Theodoretum, Oecumenium, & Theophylactum. Atque ita, inquit Medina, isti viri aliqui sanctissimi, & sanctarum Scripturarum consultiissimi, quorum tamen sententiam priùs in Aërio, deinde in Vvaldensibus, postremò in Ioanne VViclefo, damnauit Ecclesia. Et infra: Ergo in Hieronymo & Græcis illis Patribus olim propter eorum honorem & reuerentiam hæc sententia aut dissimulabatur, aut tolerabatur in illis: contra in hereticis, quod in alijs quoque multis ab Ecclesia declinarent, tanquam heretica semper est damnata. Hæc ille.

CARTERVM hæc Medina sententia (vt leuissimè dicam) valde est inconsiderata. Nam primum iniuriam facit tot clarissimis Patribus, quos sine vlla causã, vt mox ostendam, Aërianos facit. Deinde iniuriam facit Ecclesie,

quam acceptionis personarum nota inurit. Nam cum omnes citati auctores post Aërium vixerint, cur, quãso, Ecclesia vnã atque eandem sententiam in Aërio damnauit, in Patribus tolerauit? Nõne Aërio potius ignoscendum fuit, qui ante definitionem Ecclesie peccasse videbatur, quã Patribus illis, qui damnatam iam hæresim sequuti sunt? Denique iniuriam facit communi causã Doctorum Catholicorum. Quæ enim fronte sanctos Patres aduersus hæreticos adferemus, si eam sententiam ab Ecclesia damnatam dixerimus, quã omnes ferè Patres, tum Græci, tum Latini docuerunt?

AT (inquit Medina) Vvaldenses hæretici Hieronymi testimonio vtebatur: idem igitur illi, & Hieronymus senserunt. Egregium profectò argumentum: hoc modo concludere licebit, etiam idem sentire Lutherum, & Paulum: nam Pauli testimonij passim vtitur Lutherus. Mentiantur igitur Vvaldenses, cum Hieronymũ auctorẽ sequi se dicunt.

SED instat Medina, Aërius non ignorabat, secundum Ecclesie leges Episcopum Presbytero esse maiorem, sed iure diuino pares esse affirmabat. Quare cum Hieronymus apertissimè dicat, non Dominicæ dispositionis veritate, sed sola consuetudine Ecclesiastica Episcopos maiores Presbyteris esse, nihil omnino inter Aërij & Hieronymi sententiam interesse videtur.

RESPONDEO, tantum distare Hieronymũ ab Aërio, quantum Catholicus ab hæretico, & cælum ab inferis distat. Nam in primis S. Hieronymus vbiq; agnoscit Episcopum esse maiorem Presbytero, quantum ad ordinis potestatem, & hoc sine dubio iure diuino, vt patet ex epist. ad Euagrium, vbi sic ait: Quid facit Episcopus, excepta ordinatione, quod non faciat etiam Presbyter? At Aërius id discrimen non agnoscebat, vt ex Epiphanio potest intelligi, hæresi 75.

DEINDE quãtum ad potestatem iurisdictionis, Aërius, vt etiam Lutherani, & Calvinistæ, non modò negabat iure diuino maiorem esse Episcopum Presbytero, sed etiam contendebat non rectè facere Ecclesiam, quæ Episcopos Presbyteris anteponat. At S. Hieronymus, etsi iure diuino agnoscere non videtur discrimen inter iurisdictionem Episcopi & Presbyteri, tamen agnoscit hoc ipsũ discrimen tanquam legitime, immò & necessariò ad schismata vitanda ab Apostolis introductum. Non enim vult S. Hieron. ante paucos annos ex temporum corruptela natum esse Episcoporum principatum, sed ab eo tempore, quo cœpit dici in Ecclesia, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephes: quæ verba Apostoli Pauli sunt 1. Corinth. 1. Proinde in ipsis Ecclesie primordiis, cum adhuc viuerent Apostoli, in toto orbe ab ipsis Apostolis, Ecclesiarum regentibus, vult S. Hieronymus iurisdictionem Ecclesiasticam ad Episcopos esse delatam. Itaque nihil commune est Aërio & Hieronymo, Neque vllò modo credibile est S. Hieronymum Aërij sententiam fuisse sequuturum, quam sciebat iam à S. Epiphanio refutatam.

EST autem hoc loco obseruandum, S. Hieronymum in illa sua sententia non adèd constantem videri, vt valdè probabile sit, eum non omnino certum fuisse. Dicit enim in explicatione capitis primi ad Titum consuetudinem, quæ Episcopos Presbyteris anteposuit, cœpisse ab eo tempore quo dictum est. Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephes, & tamen Presbyteros Episcopis pares esse colligere nititur ex epistola ad Titum, & ad Philippenses, & ex epistolis Petri & Ioannis, quæ scriptæ sunt post epistolam priorem ad Corinthios, vbi illa verba habentur, Ego sum Pauli, ego Apollo, &c. Deinde in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis in Iacobo, dicit Iacobum continuò à Christi ascensione ordinatum Episcopum Hierosolymorum. Non igitur fuit vnquam illud tempus, quo Ecclesie sine Episcopis à presbyteris gubernabatur.

PRAETEREA idem Hier. in ep. ad Euagrium comparat Episcopum Aaroni, Presbyteros filios Aaronis & in

epistola ad Marcellam de erroribus Montani, Episcopus Apostolis succedere dicit. At certe Aaron iure diuino maior erat ordine & iurisdictione filii suis, & Apostoli omnibus aliis Christi discipulis.

D E N T Q V E in lib. 1. aduersus Iouinianum, idem Hieronymus affirmat ab ipso Christo vnum electum ex duodecim, id est, Petrum, ut capite constituto, schismatum tolleretur occasio. At si Christus voluit inter ipsos Apostolos vnum eminere, cur non credemus etiam voluisse eum, ut inter Presbyteros vnus emerere? Ac de S. Hieronymo satis, ut etiam de Anselmo & Sedulio, qui in commentario capituli primi epistolae ad Titum, ad verbum Hieronymi sententiam retulerunt.

S E P T I M A obiectio sumitur ex Ambrosio, qui in commentario capituli quarti ad Ephesios ita scribit: *Timotheum Episcopum a se creatum, Presbyterum vocat, quia primi Presbyteri Episcopi appellabantur, ut recedente eo, sequens ei succederet; demum apud Aegyptum Presbyteri conseruant, si praesens non sit Episcopus: sed quia ceperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendum, inmutata est ratio, prospiciente Concilio, ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum, multorum sacerdotum iudicio constitutum, &c.*

S E D hic locus non habet difficultatem. Nam (ut interim omniam, commetaria illa non videri ab Ambrosio edita) auctor eorum commentariorum loquitur solum de ratione successionis Episcoporum, ac docet, initio nascentis Ecclesiae, antiquissimum Presbyterum consueuisse ordinari Episcopum, eoque mortuo succedere solitum, sine alia electione, antiquissimum item Presbyterum: sed non negat auctor iste primum illum Presbyterum, cum Episcopo succedebat, debuisse iterum consecrari, & nouam potestatem ac iurisdictionem accipere.

N E Q V E femel idem auctor clarissime docet, multum interesse inter Episcopum, & Presbyterum; nam in eodem commentario capituli 4. ad Ephesios sic ait: *In Episcopo omnes ordines sunt, quia primus Sacerdos est, hoc est, Princeps est Sacerdotum. Et in cap. 3. prioris ad Timotheum, Episcopi, inquit, & Presbyteri vna ordinatio est, vterque enim Sacerdos est, sed Episcopus primus est, ut omnis Episcopus Presbyter sit, non tamen omnis Presbyter Episcopus; hic enim Episcopus est, qui inter presbyteros primus est; demum Timotheum Presbyterum ordinatum significat, sed quia ante se alterum non habebat, Episcopus erat: vnde, & quemadmodum Episcopum ordinat, ostendit: neque enim fas erat, aut licebat, ut inferior ordinaret maiorem, nemo enim tribuit quod non accepit. Hac ille. Vbi vides maiorem esse Episcopum Presbytero, & ideo à Presbytero Episcopum ordinari posse, quod Presbyter non habeat Episcopalem ordinationem.*

O C T A V A obiectio ex Chryostomo in commentario cap. 3. prioris ad Timotheum, vbi sic legitur hom. 11. *Inter Episcopum atque Presbyterum interest ferme nihil, quippe & Presbyteris Ecclesiae cura permixta est, & quae de Episcopis dixit, ea etiam Presbyteris congruunt: sola quippe ordinatione superiores illi sunt, atque hoc tantum plus quam Presbyteri habere videntur. Idem docent, & verbis ferè iisdem, Primasus, Theophylactus, & Oecumenius, in commentario eiusdem loci.*

R E S P O N D E O, ex istis ipsis verbis aperte colligi maiores esse Episcopos Presbyteris, cum Episcopi ordinare possint, Presbyteri non possint, ut auctores citati vna voce testantur.

A T, inquit, saltem quoad iurisdictionem pares sunt Episcopis Presbyteri, quandoquidem nihil habent Episcopi, quod Presbyteri non habeant, excepta ordinatione.

R E S P O N D E O, hos auctores cum nihil tribuit Episcopo, quod non sit cum Presbyteris commune, excepta ordinatione, loqui de iis rebus, quae nullo modo Presbyteris conueniunt: tale autè nihil est, nisi ordinatio praecipue

Sacerdotum. Nam potestas iurisdictionis, ex commissione Episcopi, potest etiam Presbyteris conuenire: immò etiam confirmare baptizatos possunt Presbyteri ex dispensatione. At ordinatio Sacerdotum ita propria Episcoporum est, ut nullo modo Presbyteris permitti possint.

Q V O D autem Chryostomus senserit, Apostolorum tempore Episcopum à Presbytero distinctum fuisse, colligitur etiam ex homil. 1. in epistolam ad Philipenses, vbi exponens illud, & Diaconibus. *Quid, inquit, hoc sibi vult: itane vnus ciuitatis plures erant Episcopi? Nequaquam: sed hoc titulo designat Presbyteros: tunc enim temporis adhuc vocabulum erat commune.*

N O N A obiectio ex Theodoro, qui in commentario capituli 1. ad Philipenses aliquoties repetit, Presbyteros fuisse, quos Paulus Episcopos appellat.

S E D hoc iam antea explicatum est, Theodoretus enim docet quidem, olim presbyteros Episcoporum nomen habuisse: sed ibidem addit veros Episcopos nomine Apostolorum eo tempore appellari solitos, ita ut semper & rectè nomine maiores fuerint Episcopi Presbyteris, ex sententia Theodoretus. Quare idem auctor in caput tertium prioris ad Timotheum ita scribit: *Sed tamen, etiam si Presbyteris has leges constituit diuinus Apostolus, clarum est, quod has leges oportet primos seruare Episcopos, ut qui sint maiorem dignitatem assequuntur.*

D E C I M A obiectio ex Augusti, qui in epist. 19. ad Hieron. sic ait: *Quamuis enim secundum honorum vocabula, quae iam Ecclesiae vsus obtinuit, Episcopatus Presbyterio maior sit, in multis rebus, tamen Augustinus Hieronymo minor est.*

R E S P O N D E O, illud (iam obtinuit) non opponit tempori antiquo ipsius Ecclesiae, sed tempori quod fuit ante exortum Ecclesiae nostrae Christianae. Itaque non est sensus, Olim Episcopi, & Presbyteri erant aequales, sed iam vsus obtinuit, ut Episcopatus Presbyterio maior sit: sed hic est sensus: Ante Christiana tempora, nomina ista Episcopus & Presbyter, non erant honoris vocabula, sed officij, aut aetatis: nunc autem honoris ac dignitatis nomina sunt: & secundum haec nomina Augustinus Hieronymo maior est, quamuis aliis multis nominibus, Augustinus Hieronymo minor sit.

V N D E C I M A obiectio: Presbyteri succedunt Apostolis non minus quam Episcopi, ut patet ex Clemente lib. 2. constit. cap. 32. & Ignatio in epist. ad Smyrnenfes. Non igitur sunt Presbyteri Episcopis inferiores.

R E S P O N D E O, Episcopos & Presbyteros variis modis à Patribus comparari, sed semper seruata proportione, & distinctione. Aliquando dicunt Episcopum tenere locum Dei, Presbyterum locum Christi, Diaconum locum Apostolorum. Ita Clemens lib. 2. constit. cap. 30. & Ignatius in epist. ad Trallianos. Aliquando Episcopo dant locum Christi, Presbyteris locum Apostolorum, Diaconis locum Discipulorum LXXII. Ita Clemens loco citato lib. 2. cap. 31. & Ignatius ad Smyrnenfes. Aliquando Episcopis dant locum Apostolorum, Presbyteris locum LXXII. discipulorum, ut Patres supra citati.

D V O D E C I M A obiectio: Christus Presbyteros ordinauit in caena, ut Catholici omnes docent: at Episcopos nusquam legitur ordinasse: Non igitur Episcopatus iure diuino est introductus.

R E S P O N D E O à Christo B. Petrum ordinatum fuisse Episcopum, à B. Petro Iacobum & Ioanem, ab his tribus ceteros Apostolos, ut in libro primo de summo Pontifice, cap. 23. supra ostendimus.

C A P V T X V I.
De Cardinalibus.

De Cardinalibus Romanae Ecclesiae pauca quaedam addenda sunt, ut Ioanni Caluino etià de hoc ordine Clericorum breuiter respondeamus. Dicemus autem primò, de antiquitate, & significatione

nominis Cardinalium. Secundò, de antiquitate, & varietate officij Cardinalium. Tertio, de comparatione Cardinalium cum Episcopis. Haec enim tria Caluinus attingit lib. 4. instit. cap. 7. §. 30.

Si quis autem plura cognoscere velit, legat ex Theologis Aluarum Pelagium lib. 2. de planctu Ecclesiae, art. 16. August. triumphum in summa de potestate Ecclesiae, q. 10. Thomam VValdensem lib. 2. doctrinalis fidei, art. 3. c. 54. Ioan. de Turrecremata lib. 1. summa de Ecclesia, c. 81. 82. 83. & 84. S. Antonium in summa Theologica, 3. parte, tit. 21. Ioan. Antonium Delphinum lib. 2. de Ecclesia.

E X Canonistis, Andream Barbatum in tract. de praesentia Cardinalium ad Bessarionem. Martinum Laudensem in tract. de Cardinalibus, Dominicum Iacobatum lib. 1. de Conciliis art. 12. & Ioannem Hieronymum Albanum in lib. de Cardinalibus.

E X Historicis, Onuphrium Panuinum in lib. 1. de Episcopatus, Titulis, & Diaconis Cardinalium.

V T igitur à primo incipiamus, Caluinus loco notato, ante Gregorij tempora dicit se non legisse nomen Cardinalium: at in Concilio Romano sub Syluestro canone 6. legimus septem fuisse Diaconos Cardinales in Romana Ecclesia; praecessit autem Syluester Gregorium annis ferè trecentis; neque tamen tunc primum caput hoc nomen; non enim Concilium illud instituit Cardinales, sed solù iussit, ut praeter Cardinales Diaconos Rom. Ecclesiae essent etiam duo Diaconi ad examen Praesentiarum.

P O R R O nomen Cardinalis idem ferè significare videtur quod Principalis, siue is, à quo alij pendet, ut à cardine ostia dependere solent. Hinc enim & virtutes Cardinales, & venti Cardinales, & puncta caeli Cardinalia dicitur solent, & August. lib. 1. de Baptismo, cap. 6. Primarios Donatistas, Cardinales Donatistas appellauit. Cur autem Electores Pontificis Cardinales dicantur, non omnes explicant eodem modo.

C A L V I N V S loco notato docet, hoc nomen tempore S. Gregorij proprium fuisse Episcoporum, proinde non rectè nunc tribui Presbyteris & Diaconis, aut solis Episcopis Romanae Curiae: *Hic titulus, inquit, Gregorij aetate in solos Episcopos coeperebat, nam quoties meminit Cardinalium, non Romanae Ecclesiae, sed aliis quibuslibet eos attribuit, ut in summa nihil aliud sit sacerdos Cardinalis, quàm Episcopus. Hac ille. At Caluinus in exploratù errorem incidit, nam S. Gregorius lib. 5. epist. 11. ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum meminit Diaconorum Cardinalium, & lib. 11. epist. 34. ad Ioannem Episcopum Syraculanum meminit Presbyterorum Cardinalium, & Ioannes Diaconus lib. 3. vita S. Gregorij cap. 7. enumerat Episcopos, quos S. Gregorius ex Presbyteris Cardinalibus fecerat: Non igitur verum est, idem esse apud Gregorium, Episcopum & Cardinalem.*

L E O I X. Pont. Max. in epist. ad Michaelem cap. 32. dicit, Clericos Romanae Ecclesiae Cardinales vocari, quòd summo Pontifici proximè adhaerent, qui est veluti cardo totius Ecclesiae. Nam ut cardine officij vertitur, & regitur, ac sustentatur, sic etià à summi Pontificis prouidentia, & firmitate tota Ecclesia pendet. Haec verò explicatio rectè docet, cur Cardinales Romanae Ecclesiae dicantur praeter ceteris, & per Antonomasiam Cardinales: at non explicat, cur simpliciter dicantur Cardinales, cum constet etiam alibi esse, & fuisse qui dicerentur Cardinales, ut patet ex Gregorio, locis citatis, lib. 5. epist. 11. & lib. 11. epist. 34. & ex Concilio Meldensi can. 54.

O N V P H R I V S in libro de Cardinalium titulis existimat, Presbyteros & Diaconos Cardinales dictos esse eos, qui praerant aliis Presbyteris vel Diaconis eiusdem Ecclesiae, quales principales Presbyteri vel Diaconi in illa Ecclesia: erant enim plures Presbyteri in eadem Ecclesia, sed Praeses tantum dicebatur Cardinalis.

H A E C Onuphrij explicatio non videtur vera; nam in

eodem titulo plures erant aliquando Cardinales, ut patet ex Synodo S. Gregorij, quae habetur lib. 4. regist. cap. 88. vbi ponuntur subscriptiones Presbyterorum Cardinalium, & inter eas tres inueniuntur tituli sancti Balbinae, duo sancti Damasi, duo sancti Syluestri, duo sanctorum Apostolorum: Non igitur istantùm Cardinalis dicebatur, qui praerat titulo.

P R A E T E R E A, tempore S. Syluestri, septem tantum Romae erant Diaconi Cardinales: nam adhuc recens erat eo tempore Canon XIV. Concilij Neocaesariensis, vbi definitur, in qualibet ciuitate, quamuis magna, septem tantum debere esse Diaconos, & tamen illi omnes Romae dicebantur Cardinales, ut patet ex Concilio Romano sub Syluestro canone 6. Non igitur Diaconus Cardinalis erat, qui praerat aliis Diaconis eiusdem Ecclesiae.

A D D E proptremò, quòd iuxta hanc Onuphrij explicationem, nulla ratio reddi posset, cur dicerentur quidam Episcopi Cardinales; non enim dici possunt Episcopi Cardinales, quòd praesint aliis Episcopis suae diocesis, sicut Presbyter Cardinalis, quòd praesint Presbyteris sui tituli: nam non sunt in vna diocesi plures Episcopi.

E X I S T I M O igitur nomen Cardinalis primò impositum esse loco, & à loco deriuatum ad personas. Dicebantur enim tituli Cardinales, quaedam Ecclesiae principales, vbi Baptisma conferebatur: & dicebantur Ecclesiae vel tituli Cardinales, ad differentiam aliorum locorum sacrorum minus principalium. Inde autè Presbyter, qui eam Ecclesiam regebat, dicebatur Presbyter Cardinalis. Pari ratione Diaconi Cardinales erant loca quadam principalia in vrbe, distincta iuxta numerum regionum, & qui in eis residebant Diaconi, dicebantur Cardinales, ab Ecclesia videlicet Cardinali, dicebantur Cardinales, postmodum dicti sunt Episcopatus Cardinales, & inde Episcopi Cardinales sex illi, qui ad eligendum Pontificem conueniebant, & eidem Pontifici à consiliis erant praeter ceteros orbis Christiani Episcopos.

Q V O D autem à loco ceperit hoc nomen, cognosci potest ex Concilio Meldensi can. 54. vbi sic legitur, *ut titulos Cardinales in vrbe, vel suburbis constitutos Episcopus canonicè ordinet, & disponat.* Item ex Ioan. Diacono in vita S. Gregorij lib. 3. c. 11. vbi sic ait: *Cardinales videntur in Praesentibus ordinatos forentibus, in praesentibus Cardinem Gregorius vocabat.* Vbi Cardinem vocat Cardinalem titulum siue Ecclesiam. Ac de nomine quidem haec tenus. Si quis autem velit cognoscere nomina, & numerum titularum, Diaconiarum, & Episcopatum Cardinalium, Onuphrium consulat in libro de Cardinalibus.

I A M de officio, & officij antiquitate breuiter dicamus. Tria sunt officia Cardinalium: Primum est commune cum Episcopis, Presbyteris & Diaconis ceteris, omnes enim Cardinales aut Episcopale aut Presbyterale, aut Diaconale officium habent: Alterum officium est, summum Pontificem eligendi: Postremum eidem Pontifici perpetuò assistere, eumque in regenda vniuersa Ecclesia consilio, & industria adiuuare. Ex his officiis primum negari non potest, quin sit antiquissimum. Neque id negat Caluinus, quin potius hoc solum agnoscat: sic enim scribit loco citato lib. 4. c. 7. §. 30. *Et sanè nihil officij tunc habebant, nisi ut in doctrina, & Sacramentorum administratione Episcopo adessent ac subessent.* Haec ille.

A T Caluinus secum pugnare mihi videtur; nam eodem lib. 4. instit. cap. 4. §. 2. docet, antiquissimis temporibus eum fuisse vsum in Ecclesia, ut Presbyteri eligerent Episcopum, & cum illo ita Ecclesiam communi consilio regerent, ut nihil plus Episcopus haberet in actu Presbyterorum, quam Consul in senatu: *Presbyteri, inquit, ex suo numero vnum eligebant, cui specialiter dabant titulum Episcopi.* Et infra: *Quas partes habet Consul in senatu, eas habet Episcopus in Presbyterorum actu.* Haec ille. Quod si verum est, certe sequitur, ut, quod nunc Roma

Cardinales faciunt, dum Episcopum ex suo numero eligunt, aut tanquam senatores quidam Ecclesiastici cum eo Ecclesiam regunt, antiquissimum sit, ac proinde omnia tria officia sunt antiquissima.

Est autem hoc loco obseruandum, Omnia quidem tria Cardinalium officia esse antiquissima, & ab ipso tempore Apostolorum inchoata, sed tamen non esse æquè antiquum, vt soli Cardinales duobus officiis posterioribus fungantur. Nam à tempore Apostolorum per multos annos, immò etiã per aliquot secula, quia pauci erant Presbyteri, & Diaconi omnes simul ad electionem Episcopi, & ad concilia vocabantur, neque erat opus tunc distinguere à Cardinalibus nõ Cardinales, sicut etiam in aliis Ecclesiis non distinguebantur Canonici à nõ Canonici.

Quare Cyprianus cum aliquoties scribat ad Romanum Clerum, non scribit ad solos Cardinales, sed ad omnes Presbyteros & Diaconos Romanæ Ecclesiæ: & similiter illi cum Cypriano respondent, Presbyteri & Diaconi oēs respondēt. Vide lib. 2. ep. 7. & li. 3. ep. 5. & 21.

Deinde autem cum creuisset multitudo Cleri, vocabantur quidem omnes ad electionem faciendam, sed non omnes ad concilia vocabantur, sed aliqui principales, qui Romæ, & alii quibusdam in locis Cardinales dicebantur. Id constat ex Synodo Gregorij lib. 4. registri, cap. 88. Nam solum Concilio interfuerunt ex Presbyteris 34. & ij Titulares omnes, id est, Cardinales. ceterum autem est, tunc Romæ fuisse multo plures Presbyteros, quàm triginta quatuor. Nam si tempore sancti Cornelij circa annum Domini c. c. l. in medio persecutionum, regnantibus idololatriis, tamen erant Romæ quadraginta sex Presbyteri, vt ex epistola eiusdem Cornelij refert Eusebius lib. 6. hist. cap. 33. certè multo plures erant tempore sancti Gregorij, circa annum Domini d. c. quando nullus in vrbe erat Paganus.

Denique, postremis quingentis annis neque ad concilia, neque ad electionem admissi sunt omnes Clerici, quòd nimis multi essent, sed soli Cardinales, vt supra ostendimus, cum de vocatione Ministrorum ageremus.

Quantum ad tertium, de comparatione Cardinalium cum Episcopis, fusè tractant supra citati auctores: sed in hoc tamen ferè omnes conueniunt, quòd si consideremus ordinis potestatem, maior sit Episcopus Presbytero, vel Diacono Cardinali. Nam Episcopus ordinat Presbyteros, confirmat baptizatos, aliãque id genus facit, quæ Cardinales Presbyteri, vel Diaconi facere non possunt. Quæ etiam ratione summus Pontifex Episcopum se vocat, non Cardinalem: & Episcopos omnes appellat venerabiles fratres, Cardinales autem dilectos filios, quomodo vocat etiam Laicos.

Parè ratione si consideremus iurisdictionem in propria Ecclesia, id est, Episcopi in suam Diocesim, & Cardinalis in suum titulum, aut Diaconiam, maior est Episcopus Cardinalis Presbytero, vel Diacono. Nam in primis maior est ordinariè Diocesis Episcopi, quàm titulus Cardinalis, ac præterea Episcopus in sua Diocesi amplissimam habet iurisdictionem, tanquam proprius & ordinarius Pastor, ferendi leges, dispensandi, puniendi, indulgendi, &c. At Cardinalis Presbyter & Diaconus, cum in suo titulo sit veluti Parochus Episcopo subiectus, nihil potest, nisi quantum Episcopus ei permiserit.

At si consideremus regimè Ecclesiæ vniuersalis, maior est Cardinalis Presbyter, vel Diaconus, Episcopo nõ Cardinali. Nam Episcopi simplices nunquam adhibentur ad regimen vniuersalis Ecclesiæ, nisi rarissimè, id est, cum ad generale Concilium conuocantur. At Cardinales ferè quotidie præstò sunt Pontifici, neque vllum negotium maioris momenti sine eorum concilio peragitur. Et quia hinc fit, vt Episcopi à Cardinalibus, vt summi Pontificis cooperatores, iudicentur, creentur, deponantur, non autem contra Cardinales ab Episcopis, propterea ablo-

lutè Cardinalis Episcopum non Cardinalem præcedit, atque hanc rationem vt præcipuam affert etiam Eugenius Pontifex 4. in epist. ad Archiepiscopum Cantuariensem, quæ exstat apud Dominicum Iacobatum lib. 1. de Concilijs, art. 12. & ante Eugenium S. Bernardus lib. 4. de consideratione, de Cardinalibus loquens: *Veniamus, inquit, ad collaterales, & coadiutores tuos, hi seduli tui, hi intimi tui* Et infra: *An non eligendi de toto orbe, orbem iudicaturi?* Et in epist. 188. ad Cardinales scripta: *Nulli dubium, inquit, quin ad vos specialiter spectet tollere scandala de regno Dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas.* Et infra: *Agite pro loco teneris, pro opus tunc distinguere, pro potestate quam accepistis, &c.* vbi apertissimè agnoscit S. Bernardus maiorem in Cardinalibus, quàm in Episcopis potestatem.

Sed occurrit Caluinus loco notato, lib. 4. cap. 7. §. 13. & obiicit tria testimonia: *Vide, inquit Caluinus, fuisse tunc Episcopos minores, quos nunc longè antecellunt. Notum est illud Augustini epistola decima nona ad Hieronymum; quamquam secundum honorem vocabula, quæ iam Ecclesia vsus obtinuit, Episcopatus Presbyterio maior sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Hic certè Romana Ecclesia Presbyterum ab alijs minimè discernit, sed omnes ex æquo postponit Episcopis: idque eousque fuit obseruatum, vt in Concilio Carthaginiensi, cum duo adessent Legati Romane sedis, vnus Episcopus, secundus Presbyter, hic in vltimum locum reiectus fuerit. Verùm ne nimis vetera prosequamur, exstat Concilium sub Gregorio habitum Romæ, in quo Presbyteri vltimo loco sedent, & seorsum subscribunt, Diaconi locum nullam in subscriptione habent.* Hæc ille.

Sed Augustini testimonium ad rem non facit; non enim negamus Episcopatum Presbyterio maiorem esse, sed dicimus, Presbyterum Cardinale Episcopo non Cardinali esse maiorem, non quòd Presbyter sit maior Episcopo, sed quòd Cardinalis maior sit non Cardinali. Nam alioqui Episcopus Cardinalis, Presbyterum Cardinalem, & Presbyter Cardinalis Diaconum Cardinalem, semper præcedit.

At, inquit Caluinus, *Augustinus non quemuis Presbyterum, sed Hieronymum Presbyterum Romana Ecclesia Episcopo postponit.*

Respondet, sanctum Hieronymum nõ Romanæ Ecclesiæ, sed Antiochenæ Presbyterum fuisse; id enim ipse testatur in epistola 61. ad Pammachium, de erroribus Ioannis Hierosolymæ Episcopi; neque repugnat quòd ipse aliquando Romæ fuerit, & Damasum Pontificem iuuerit in epistolis scribendis, vt ipse testatur in epistola ad Ageruchiam de Monogamia. Nam etsi Romæ fuerit, non tamen habuit Romæ titulum aliquem proprium, siue Ecclesiam regendam, vt Cardinales habent. quocirca cum iam ex Roma rediisset, & in Syria degeret, quãdo scripsit epistolam ad Pammachium aduersus Ioannè Hierosolymitanum, non tamen ait, se Romanum, sed Antiochenum Presbyterum fuisse.

Est sanè, si potuisset verè dicere, se Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem esse, vel fuisse, libenter dixisset. Cupiebat enim Ioanni Episcopo Hierosolymæ demonstrare, se Presbyterum fuisse maioris cuiusdam Ecclesiæ, quàm Hierosolymitana esset, & proinde se non reliquisse suam Ecclesiam, vt in Ecclesia Hierosolymitana aliquid quæreret. Ob id, inquit, & ego Antiochiam, & ille Constantinopolim, vrbes celeberrimas, deseruimus: non vt te in populis prædicantem laudaremus, sed vt in agris & in solitudine adolescentis peccata desuantes, Christi in nos misericordiam descecteremus. Hæc ille. Cum igitur constet semper Romanam Ecclesiam Antiochenæ prælatam fuisse, certè sanctus Hieronymus libenter dixisset, si id verè dicere potuisset: ob id & ego Romam, & ille Constantinopolim, &c.

Neque etiam testimonium Concilij V. Carthagenensis valde est ad rem. Nam etsi in eo Concilio Presbyter Romanus sederit post Episcopos, tamen in Concilio Nicarno, in Ephesino, in Chalcedonensi, in 6.7. & 8. Synodo generali, Romani Presbyteri sederunt ante Episcopos sed quamquam hæc ita se habent, fateor tamen, olim Episcopos quoscunque prælatos fuisse Cardinalibus non Episcopis, immò etiam Cardinalatum gradum fuisse ad Episcopatum, vt Onuphrius rectè docet in libro de Cardinalibus, & apertissimè colligitur ex lib. 1. cap. 7. vitæ sancti Gregorij.

Postea tamen mutatus est ordo, & cepti sunt Cardinales Episcopis anteponi, & Episcopatus gradus esse ad Cardinalatum: cuius mutationis duplex ratio assignari potest. Vna, quòd ad solos Cardinales deuoluta sit electio summi Pontificis. Nam quo tempore Pontifices eligebant Imperatores, vel Clerus & populus, non est mirum, si non tanti fierent Cardinales. At posteaquam ceperunt soli ipsi eligere, & etiam soli ipsi, vt plurimum eligi, non sine causa cepit dignitas Cardinalitia pluris fieri, quàm antea.

Altera causa est, quòd soli Cardinales ceperint adesse summo Pontifici in Concilijs. Nã antea Cardinales neque soli, neque primarij cõsiliarij Pontificis erant, siquidem primis sexcentis, vel octingentis annis summi Pontifices ad grauiora negotia Ecclesiæ diiudicanda cogebant Concilia nationalia Episcoporum Italicis, quibus Concilijs intererat quidem Cardinales Presbyteri, sed tamen primus locus Episcoporum erat. Id cognosci potest ex tomis Conciliorum, vbi plurima inueniuntur Concilia Romana, siue Lateranensia, celebrata ab anno Domini trecentesimo ad octingentesimum.

Quocirca non erat ratio, cur eo tempore Cardinales Presbyteri Episcopis anteponebantur, cum eo tempore non minus, immò magis Pontificem iuauerit in Ecclesia vniuersali regenda Episcopi, quàm Cardinales. At postea creuerunt negotia Ecclesiæ Romanæ, præsertim cum accessisset principatus temporalis, tempore Pipini & Caroli Magni: proinde egebat summus Pontifex consiliariorum ope multò sapius, quàm antea. Neque poterat tam sæpe conuocare Concilia Episcoporum, quàm necesse erat. Concilia enim vix tertio quoque anno cogi poterant, Pontifex autem quolibet anno sapius egebat consilio.

Itaque vsu docente & necessitate cogente, his postremis annis sexcentis vel septingentis ceperunt paulatim omitti Concilia Episcopalia, & res tota redigi ad senatum Cardinalium. Potuisset autem hoc fieri, & rectè factu esse, in dubium reuocari non potest: nã non tenetur Pontifex hos potius, quàm illos in consilium adhibere.

Deinde, hac ratione multa commoda consequuta sunt. Primum, quòd habeat nunc summus Pontifex senatum in promptu, ita vt possit etiam singulis diebus, si velit, de rebus grauisimis deliberare. Alteru, quòd hoc fiat sine detrimento Ecclesiarum particularium. Nec enim possent Concilia Episcoporum sæpe cogi sine detrimento Ecclesiarum, quibus absentia Pastorum perniciosus est. Tertium, quòd habeat consiliarios magis instructos, & exercitatos, cum hæc sola & assiduè tractent: facta autem legitime hac mutatione consilij Pontificij ab Episcopis & Cardinalibus ad solos Cardinales, nimirum esse non debet, si etiam facta est mutatio dignitatum.

Sed placet, ad finem huius loci repugnantia verborum Caluini in extrema disputatione capitis septimi, libri quarti institutionis, annotare. Nam in vltimo paragrafo miratur Cardinalium amplitudinem: *Nescio, inquit, quid factum sit, vt ita subito in tantam amplitudinem emergerint.* Et mox infra: *Nunc adeo mutata fors est, vt facti sint Regum & Cesarum cognati. Nec dubium est, quin nã cum suo capite sensim creuerint, donec ad hoc dignita-*

tis fastigium euecti fuerunt. Hæc ille. Qui tamen continuo subiungit contrarium. *Imperi, inquit, in illis oportuit, quod de talibus ait Malachias, vos recessistis de via, & offedere fecistis in lege plurimos: propterea ecce ego dedi vos contemptibiles & viles omni populo.*

At quomodo, quæso, ista coherent, vt in summum fastigium amplitudinis creuerint Cardinales, ita vt Regum, ac Cesarum cognati facti sint, & tamen contemptibiles ac viles euaserint omni populo? Sed de his satis.

CAPVT XVII.

De Chorepiscopis.

De distinctione, & officio Clericorum eorum, qui etiam hoc tempore locum suum habent in Ecclesia: nunc addendum visum est aliquid de Chorepiscopis, quorum nomen & officium olim in vsu erat, nunc autem penè interitisse videtur.

Ignitur Chorepiscopi dicebantur olim Presbyteri quidam, qui in pagis, aut oppidulis curam animarum gerebant loco Episcoporum, vt nunc ferè Parochi faciunt. Dicebantur autem Chorepiscopi, vel, vt Damasus indicat in epistola tertia, quasi villarum Episcopi: nam *χώρα*, Græcè oppidum ac regionem significat: vel potius, vt Concilium Neocæsariense canone 13. & Antiochenum can. 8. docent, quasi Vicarij Episcopi, vel Vicarij Episcoporum, seu loco Episcoporum constituti: *χώρα* enim locum etiam significare potest.

Porro eiusmodi Chorepiscopi non poterant Presbyteros & Diaconos ordinare, nec Chrismate fidelium frontes inungere, nec templa, aut altaria consecrare, cætera ferè omnia præstare poterant, quæ præstant Episcopi, vt cognosci potest ex Concilio Ancyrano can. 12. & Antiocheno can. 10. & Hispalensi I. can. 7. item ex Damaso in epist. 3. Leone epist. 36. alijs 88. & Ioanne I. I. in epistola ad Episcopos Germania & Gallia.

Sed quæstio hoc loco occurrit, An Subdiaconos ordinare Chorepiscopi aliquando licuerit. Nam in Concilio Antiocheno can. 10. id eis licuisse disertis verbis alleritur. Contra autem, id eis minimè licuisse, Damasus Papa in epist. 3. æquè disertis verbis affirmat. Concilia & Pontifices ceteri supra citati negant licere Chorepiscopis Presbyteros vel Diaconos ordinare: de Subdiaconis ceterisque ordinibus nihil expressè dicunt.

Respondet, quosdam fuisse Chorepiscopos, qui verè Episcopalem consecrationem acceperat, sed Chorepiscopi dicebantur, quòd non haberent propriam Ecclesiam, sed in aliena Diocesi ministrarent, quales sunt hoc tempore Episcopi quidam Titulares, qui & Suffraganei dici solent. Alios verò Chorepiscopos fuisse, qui nihil aliud, nisi Presbyteri essent, sed, vt diximus, in pagis, ac villis, seu etiã oppidulis Episcopum aliquo modo repræsentarent. De prioribus loqui videtur Concilium Antiochenum, vt etiam Damasus annotauit in epistola 3. nam ita incipit Canon: *Chorepiscopi, qui manus impositionem ab Episcopis acceperunt, & vt Episcopi sunt ordinati, &c.* vbi non de omnibus Chorepiscopis loquitur Concilium, sed de illis tantum, qui à pluribus Episcopis ritu Pontificum, sunt consecrati: præterea in eodem canone Concilium non solum his Chorepiscopis permittit, vt Subdiaconos absolute ordinent, sed etiam vt Presbyteros & Diaconos ordinare possint, si id Episcopus loci permiserit: ex quo certè sequitur, eos Chorepiscopos veros Episcopos fuisse.

Porro in fine illius canonis, vbi legitimus (Chorepiscopus ab Episcopo loci ordinatus est) nõ de istis Chorepiscopis agitur, sed de illo altero genere: voluit enim Concilium legem statueri, vt deinceps Chorepiscopus ordinetur ab vno Episcopo, & proinde Presbyter sit, non Episcopus. De quo genere Chorepiscoporum loquitur Damasus in epistola 3. cum dicit, non licere Chorepiscopis ordinare Subdiaconos.

CAETERA autem Concilia & patres, qui negat Choroepiscopis licere ordinare Diaconos, & de Subdiaconis nihil dicunt, videntur nomine Diaconorum etiam Subdiaconos accepisse, cum sit uterque sacer ordo, & saepe apud veteres eodem nomine appellatur. Quod si evidenter ostendi possit, concessum aliquando fuisse Choroepiscopis secundi generis, ut Subdiaconos ordinarent, dicendum erit, id fuisse privilegium & dispensationem quandam, qualis etiam fuit quibusdam in locis, ut Presbyteri, absente Episcopo, Confirmationis Sacramentum exhiberent, ut Ambrosius scribit in epistola ad Ephesios. Atque haec de distinctione & officio Clericorum.

CAPVT XVIII.

De calibatu Sacerdotum; si iure diuino annexus sacris ordinibus calibatus, an non?

REQVITVR quarta Disputatio, qua est de calibatu, seu continentia hominum sacrorum, qua quidem trimembris erit. Primum enim explicandum occurrit, si iure diuino annexus calibatus ordinibus sacris. Deinde, si constiterit non ita esse, utrum saltem iure Apostolico, ac rectissime id factum sit. Postremo, num bigami Apostolica lege arceantur a sacris ordinibus.

AC, ut a primo incipiamus. Ioannes Maior in 4. distinctione 24. quaest. 2. de iure diuino esse putauit, quod votum Sacerdotum solenne sit, ac proinde indispensabile esse. Idem ferè docuit Clichtoueus libro de continentia Sacerdotum, cap. 4. & sequentibus, ubi duo dicit, quae nescio, an inter se bene cohaereant. Vnum est, de iure diuino esse, ut qui est sacris ordinibus initiatus, non possit vxorem ducere, neque in hoc vllam dispensationem cadere posse. Alterum est, eos, qui vxores duxerunt, non posse sacris ordinibus initiari, nisi deinceps continere velint, esse praecipuum Ecclesiae, & à Syricio Papa primum editum, nec vnquam ab Ecclesia Orientali receptum fuisse. Itaque licuisse in tota Ecclesia Sacerdotibus uti vxoribus, quas ante ordines duxerant, vsque ad tempora Syricij; in Ecclesia autem Orientali, & nunc licere, & semper licuisse.

AT B. Thomas in 2. 2. quaest. 88. art. 11. disertè docet, votum continentiae esse annexum ordinibus sacris ex solo Ecclesiae decreto, ac proinde dispensabile esse. Idem docet Caietanus in opusculis, tomo 1. tractatu 27. & Sotus lib. 7. de iustitia, quaest. 6. art. 2. ubi etiam docet, quod ego verissimum puto, decretum hoc, quod votum est annexum ordinibus, non quidem proprie diuinum esse, sed tamen esse Apostolicum, & in tota Ecclesia à temporibus Apostolorum longo tempore esse seruatum; sed quia hoc multis rationibus in sequenti capite contra haereticos confirmabimus, nunc solum breuiter probandum est, non iure diuino, sed humano duntaxat prohiberi esse coniugium Sacerdotibus, & proinde in hoc dispensari posse.

PROBATVR primò, ex altero eorū, quae Clichtoueus esserit: non est de iure diuino, ut coniugati, si ordinètur, ab vxoribus suis abstineant: igitur neq; est de iure diuino, ut Sacerdotes non ducant vxores. Nam matrimonium non pugnat cum ordinibus ratione essentiae suae, sed ratione officij seu exercitij coniugalis. si enim Deus prohibuisset Sacerdotibus coniugium, cetè prohibuisset propter actum coniugalem, qui hominem reddit totū carnalem, & ineptū ad diuina; necnon propter sollicitudinem domus, & liberorū, quae plurimas parit distractiones: non autem propter solum Sacramentum coniugij, vel propter contractū matrimonij, qui celebratur solo consensu animorum: & est res breuissima & honestissima. Si ergo licuit Sacerdotibus iure diuino habere vxores, quas ante ordinationem duxerant, & eis uti maritorum more, cur, quæso, non licuisset etiam post ordinationem ducere?

ADDE, quòd rationes, quas Clichtoueus pro se adducit, omnes sumuntur à puritate munerum sacerdotium, cui certè non repugnat, vxorem ducere, vel duxisse, sed ei cohabitare.

NON esse autem iure diuino prohibitum, ne Sacerdotes vtantur vxoribus, quas duxerant ante ordinationem, conceditur à Clichtoueo; sed propter quosdam alios, qui de ea re dubitant, probatur apertissime ex eo, quòd Ecclesia Romana multis iam seculis permisit Græcis Sacerdotibus vsū vxorū, quas ante ordinationem duxerant, ut patet ex cap. Cum olim, de Clericis coniugatis. Adde Gregorij testimonium lib. 1. epistola 42. ubi permittit Subdiaconis, ut liberè vtantur vxoribus suis, quas duxerant ante ordinationem, libet prohibeat deinceps eiusmodi ordinari, nisi continentiam voueant.

SECVNDò, probatur, quia in tota Scriptura nullum tale extat præceptum. Nam in testamento veteri Sacerdotibus licitum erat vxores ducere: in nouo autem nihil de hac re Dominus loquutus est. Apostolus quidem in epistolis ad Timotheum, & Titum, iubet Episcopos & Diaconos eligi castos: sed quod Apostolus præcipit, non diuinum, sed Apostolicum præceptum est, de quo postea agemus.

PROFERVNT illi ex Deut. cap. 33. benedictionem Moysi, in qua dicitur de Leuitis, id est, ut ipsi exponunt, de Sacerdotibus Christianis: *Qui dixerunt patri suo & matri, Nescio vos, & filios suos nescierunt.* At istud, diuinum varicinium, non diuinum præceptum est; iure enim lege diuina, siue humana agat, ut Sacerdotes vxoribus careant, impletur varicinium Moysi.

PROFERVNT deinde illud Christi Luca 21. *Vide, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius mundi: quod ad Sacerdotes præcipue spectare, testatur Leo, sermone 8. de ieiunio decimi mensis.* Sed in hoc apertè falluntur, qui hoc argumentum adducunt. Nam Leo in isto ipso loco, ad omnes fideles, Christi præceptum pertinere dicit: sed ad nos præcipue, quibus dies Domini iam est vicinior. Deinde, cum Paulus 1. ad Timotheum 3. iubeat Episcopum eligi: *Qui domi suae bene praesit, & filios habeat subditos in omni castitate,* nec tamen contraria CHRISTO doceatur, certè non iubet CHRISTVS vlli, ne habeat curam vxoris, ac liberorum, sed ne grauetur nimia sollicitudine.

AT, inquirunt, ratio naturalis dicitur, ministerium purissimum à continentibus esse peragendum.

RESPONDEO, dicitur id quidem rationem, sed ut rem convenientem, non ut omnino necessariam.

TERTIò, probatur, ex Concilio Ancyrano, cap. 10. ubi dicitur posse Diaconos cum licentia Episcopi vxores ducere, etiam post susceptū Diaconatum; ergo non est de iure diuino; nec enim Episcopi in iure diuino dispensant. Estque hoc Concilium antiquissimum, & confirmatum à Leone Papa distinct. 20. can. de libellis.

ACCEDAT postremo, quòd Còcilia, & Patres in sequenti capite producendi, passim testantur, hanc legem esse Ecclesiasticam; quod etiam legimus in Concilio Tridentino, sessione 24. can. 9.

CAPVT XIX.

Calibatum iure Apostolico rectissime annexum ordinibus sacris.

IAM verò de altera quaestione, An rectè factum sit, ut calibatus perpetuus sacris ordinibus annexeretur, duo sunt refutandi errores; Vnus Græcorum, alter Lutheranorum. Prior error est; Oportet Clericos, antequam ordines sacros suscipiant, vxores ducere, quia post sacros ordines susceptos, non licet id facere, & nimis magno periculo fornicandi se exponit, qui sine vxore viuit.

HYIVS erroris aliqui auctorem faciunt Nicolaum

VNUM ex septem primis Diaconis, sed quidquid de hoc sit, constat Vigilantium hunc errorem expressè docuisse, de quo sic B. Hieronymus initio libri contra Vigilantium: *Prò nefas, inquit, Episcopos sui sceleris dicitur habere consortes, si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius vxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam.* Hunc errorem receperunt Patres Concilij Trullani, circa annum Domini septingentesimum, ut patet ex can. 13. ubi prophana illa Synodus damnat nominatim canones Romanæ Ecclesiae, & contrarium statuit: nimirum, ut Clerici ante Subdiaconatum vxores ducant, & cum eis viuant postea, in sacris ordinibus constituti.

TEMPORÈ huius Synodi cepit mos Græcorū, qui nunc est. Auctus autem est & confirmatus tempore Leonis IX. quando dissidium Græcorum à Latinis maximè creuit in multis aliis articulis. Vnde exstat liber Humberti Cardinalis eo tempore scriptus de hac re, contra Nicetam Abbatem, qui hunc morem Græcorum tunc acerrimè defendebat.

POSTERIOR error longè grauior est; Non solum licere ante ordinationem, sed etiam post ordinationem vxorem ducere. Huius erroris fundamenta quædam iecit Iouinianus, qui docuit, virginitatem non præstare matrimonio: inde enim sequebatur, frustra Sacerdotes velle carere vxoribus. Vnde etiam quædam Sanctimoniales, Iouiniano audito, nupserunt, ut B. Augustinus refert lib. de hæresibus, cap. 82. Hæc tamen hæresis mox extincta fuit, nec vsque ad deceptionem alicuius Sacerdotis peruenit, ut ibidem Augustinus ait.

PRIMVS autem qui docuit apertè, licere post ordinationem vxorem ducere, fuit Ioannes VViclefus, ut refert Thomas VValdensis tomo 2. de Sacramentis, cap. 128. & 129. & tomo 3. de Sacramentalibus cap. 66. & 67. Eum sequuti sunt Lutherus in libro de abroganda Missa priuata, Pomeranus in lib. de coniugio Episcoporum, Magdeburgenses in Centuriis singulis, cap. 7. & nominatim Centuria 11. cap. 7. columna 389. ubi dicunt, hanc esse hæresim maximè pestiferam omnium, quæ vnquam Christianum regnum perturbauerunt. Idem Beza & Martyr in prima ad Corinthios 7. Philippus Melancthon in Confessione Augustana, art. 23. & in Apologia eiusdem articuli: Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 12. §. 23. Brennius in Confessione VVittembergensi, cap. de coniugio. Præterea Erasmus in declamatione de laudibus matrimonij, vile esse iudicat, si Sacerdotibus ius coniugij concedatur: & idem sensisse videtur Panormitanus, Catholicus aliqui & doctus auctor, in cap. Cum olim, de Clericis coniugatis.

AVDIÒ Kemnitium in tertia parte examinis Concilij Tridentini de calibatu Sacerdotum copiosè tractasse, sed eum librum nondum videre potui. Ac si ex aliis eius operibus coniectura facienda est, nihil aut parum admodum addit ad ea, quæ Centuriatores & Caluinus collegerunt.

CONTRA hos errores probandum nobis est, votum continentiae annexum esse ordinibus sacris, ita ut nec ducere vxores, nec vxoribus antea ductis uti liceat post ordinationem: positum quidem iure, sed antiquissimo, & æquissimo, & quod nullo modo expedit, ut hoc tempore relaxetur.

PROBATVR primò, Scripturis: ac primùm Paulus in ep. ad Titum, cap. 1. *Oportet, inquit, esse Episcopum hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem.* Vbi notandum pro eo, quod nos habemus sobrium, Græcè esse *σωφρονος*, quod, ut Hieronymus in hunc locum dicit, ambiguum est, & prudentem, sobrium, castum, significare potest: hoc autem loco significat castum.

QUIA verò castitas etiam coniugatis communis est, idè Apostolus addit etiam, continentem: quod ibidem B. Hieronymus exponit, ab vxoris amplexibus. Idem in

A epist. 2. ad Timotheum, cap. 2. *Labora, inquit, sicut bonus miles Christi Iesu, nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Hic Apostolus Episcopo præcipit, ut strenuè militet Deo: deinde dicit, non posse eum bene militare Deo, si se implicauerit negotiis secularibus, qualia certè esse nuptias, nemo negare potest. Nam, ut sanctus Basilii pulchre docet in proæmio constitutionum Monasticarum: *Nuptiae pedicæ sunt.*

IDEM Apostolus prima ad Corinthios septimo iubet, coniugatos vacare ex consensu ad tempus ab opere nuptiarum, ut orationi instare possint; ex quo per bonam consequentiam deducit B. Hieronymus in caput primum ad Titum, & lib. 1. in Iouinianum, eum præcipere Episcopis & aliis hominibus sacris, ut perpetuò à nuptiarum opere vacent, cum quotidie orationi insistere debeant. Quo eodem argumento ex hoc loco vtuntur, Origenes homilia 23. in Numer. & Epiphanius in hæresi Catharorum.

PRÆTEREA, in veteri Testamento, continentiam ab vxoribus videmus imprimis fuisse requisitam in iis, qui Deo propinquaturi, vel rem aliquam sanctam tractaturi erant. Nam Exodi duodecimo præcipitur, ut comesturi agnum Paschalem renes suos accingerent, quo significabatur, ut Gregorius exponit homil. 22. super Euag. debere eos carnis voluptatem edomare, qui agnum Paschalem comedunt. Exodi 19. cum populus legem à Deo accepturus esset, ait illis Moses: *Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris.* Quo testimonio vtitur Ambrosius lib. 1. de officiis, cap. vlt. ad probandam continentiam Clericorum.

ITEM Exodi vicesimo octauo præcipit Deus, ut Aaron & filij eius cum ingrederentur tabernaculum, faminalibus lineis à renibus vsque ad femora tecti essent; quo exponit Beda lib. 3. de tabernaculo, cap. 9. significatum esse, debere Sacerdotes noui Testamenti, aut virgines esse, aut contracta cum vxoribus sœdera dissoluisse.

ITEM I. Regum 21. noluit Achimelech Sacerdos dare Dauidi panes propositionis comedendos, nisi prius intellexisset, eum ab vxore aliquandiu se continuisse. Ex quo deducit beatus Hieronymus in caput primum ad Titum, perpetuam requiri in Sacerdotibus continentiam, etiam ab vxoribus, qui corpus Christi, quo ille panis propositionis significabatur, conficiunt, edunt, aliisque tradunt.

DENIQUE ex lib. 1. Paralipomenon cap. 24. & Luc. 1. colligitur, Sacerdotes veteris Testamenti per vices suas ministrare solitos, & toto eo tempore, quo ministrabant in tabernaculo, à domo & vxore abfuisse. Ex quo deducunt, Syricius Papa epistola ad Himericum, & Innocentius 1. in epist. ad Victricium, necnon Beda in caput 1. Luca, quòd si illi tempore, quo ministrabant, ab vxoribus ablinebant, omnino decere, ut Sacerdotes nostri, qui non per vices, sed semper ministrant, semper ab vxoribus se contineant.

HOC vltimum argumentū soluere conatur Caluinus lib. 4. c. 12. §. 23. ac dicit, Sacerdotes Leuiticos *ad vxores Christi fuisse, id est, figurā Christi gessisse, & quia Christi excellentiam & sanctitatem exactè referre non poterant, iustos fuisse ultra humanum morem se purificare.* Nunc autem id necessarium non esse, cum per Christi aduentum figuræ atque vmbra cessauerint.

AT solutio parum valet; nā sicut Leuitici Sacerdotes Christi venturi figuram gerebant, ita nunc Sacerdotes Christiani Christum, qui venit, representant. Sacerdos enim, dum sacra mysteria peragit, Christi personam sustinet, & propterea sacrificas, non dicit; Hoc est corpus Christi, sed, *Hoc est corpus meum.* Ipse enim Christum eo loco agit, id quod etiā veltium sacrarū ornatus designat.

DEINDE, non est illa primaria causa, cur Sacerdotes Leuitici deberent abstinere ab vxoribus, quia gerebant

Christi figurá, sed quia Domino ministrabant. Exod. 19. *Sacerdotes, qui accedunt ad Deum, sanctificentur, ne percussat eos.* Nam aliqui David semper erat Christi figura, & tamen tunc solium iustus est abstinere ab vxore, quando panem sanctum comesturus erat, vt diximus. Denique, si illi, quia Christum significabant, debuerunt vitra humanum modum se purificare, quanto magis purificari debebunt, qui Christum ipsum quotidie tractant?

PROBATVR secundò, testimoniis Conciliorum antiquorum totius Ecclesie. Ac primò Ecclesie Orientalis habemus Concilium Ancyranum celebratum ante annos M. CC. canon. 10. vbi dicitur, *Diaconos qui in ipsa ordinatione non protestantur se velle vxorem habere, non posse post ordinationem eam ducere.* Si autem protestentur, posse ducere, quia tunc censetur Episcopus cum eis dispensasse. Item Concilium Neocaesariense, paulò post celebratum, cap. 1. *Presbyter, inquit, si vxorem duxerit, ordinem suo moueat.* Concilium Nicænum I. canone 3. interdicit Episcopo, Presbytero, & Diacono, ne domi mulierem vllam habeat præter matrem, sororem, amitam. Nulla vxoris mentio fit, quæ tamen primo loco poni debuit, si cum ea habitare liceret. Item, cur prohibetur Clericis cohabitatio mulierum, si vxorati esse possunt? Nonne vxores ancillas habere possunt in eadem domo? Denique Synodus Trullana canone 6. prohibet, ne Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Subdiaconi post ordinationem suam vxorem ducant: & can. 48. præcipit, vt Episcopus non cohabitare vxori.

ECCLESIAE Africanæ habemus inigne testimoniù. Concilium enim Carthaginense I. canone 2. *Omnibus placet, inquit, vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contrahant, pudicitie custodes etiam ab vxoribus se abstineant.* Et ratio ibi redditur, *Vt quod, inquit, Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Hoc testimonium nõ solum refellit Lutheranos, sed etiam eos ex Catholicis, qui volunt hoc decretum de sacerdotum continentia à Syricio incespisse; isti enim Patres ab Apostolis incespisse dicunt. Item Concilium Carthaginense V. canone 3. & Concilium Africanum canone 37. idem constituunt.

ECCLESIAE Italicae habemus Conciliù Romanum sub Syluestro I. quod canone 8. prohibet Subdiaconis, ne vxores vllò modo ducere audeant.

ECCLESIAE Gallicæ habemus concilium Arelatense II. ante annos M. CC. celebratum, in quo, canone secundo cauetur, ne vllus coniugatus ad sacerdotium assumatur, nisi continentiam ab vxore promiserit. Item Concilium Turonense I. can. 1. & 2. & Turonense II. can. 20. Agathense cap. 9. & Aurelianense III. can. 2. *Vt nullus, inquit, Clericorum à Subdiacono & supra, propria, si forte iam habeat, misceatur vxori.*

ECCLESIAE Hispanicae habemus Conciliù Elibertinum ante tempora Syricij, can. 33. *Placuit, inquit, in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis, abstinere se à coniugibus, & non generare filios.* Toletanum II. c. 1. & Toletanum IV. cap. 26. & Toletanum VII. c. 6. etiam Subdiaconis vsum vxorum prohibent.

DENIQUE Ecclesie Germanicae habemus Conciliù Aquigranense tempore Ludouici I. cap. 6. Concilium Vvormaciense cap. 9. *Placuit, inquit, vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi abstineant se ab vxoribus, & non generent filios.* Denique Concilium Moguntinum tempore Arnulphi Imperatoris cap. 10. statuit, vt nulla penitus mulier, ne soror quidem, aut mater, cum Ecclesiasticis habitare permittatur.

Ex his apparet mendacium esse apertissimum, quòd Philippus dicit in ipsa Confessione Augustana, articulo 23. cui tor Principes subscriperunt, in Germania ante annos C. D. primum esse legem cælibatus impostam Clericis. Nam Concilia citata, sunt in Germania ante an-

nos DCC. celebrata, vel etiam amplius. Nec minus mendacium est, quod in Apologia dicit, legem de cælibatu Clericorum in nullo Concilio reperiri, sed à solo Romano Pontifice contra Synodorum sententiam indutam esse.

TERTIÒ probatur, testimoniis veterum Pontificum; Clemens I. in canonibus Apostolorum canone 27. Innuptis autem qui ad Clerum promoti sunt, præcipimus, vt si voluerint, vxores accipiant, sed lectores, cantoresque tantummodò: quod autem de lectoribus, & cantoribus dicitur, idem de aliis minoribus ordinibus intelligitur, cum sit omnium eadem ratio. Calixtus I. apud Gratianum distinctione 27. can. Presbyteris: Presbyteris, inquit, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis continentias habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicitur. Syricius in epist. ad Himericum cap. 7. (quod etiam Caluinus fatetur) prohibet cum vxore commercium iis qui sunt in sacris. Idem paulò post confirmauit Innocentius I. in epistola ad Victricium c. 9. & in epistola ad Exuperium cap. 1. Idem Leo I. in epistola 82. ad Anastasium Episcopum Thessalonicae cap. 4. & in epistola 90. ad Rusticum Narbonensem, cap. 3. Idem Gregorius I. in epistola 42. lib. 1. & epist. 34. lib. 3. Idem Zacharias Papa in epistola vltima, ad Bonifacium Episcopum Germania, ante annos DCCC. Vnde etiam apparet clariùs Philippi mendaciù.

SED placet verba referre Leonis I. in epistola ad Anastasium, quia non solum Lutheranos, sed etiam Græcos euidenter coarguunt. Ad Græcos enim scribit hoc modo: *Omnium, inquit, Sacerdotum tam excellens est electio, nec hæc, quæ in aliis membris Ecclesie vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Cum enim extra Clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati, & procreanti filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectè continentie puritatem, vt Subdiaconis quidem carnale commercium conceditur, vt & qui habent sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares & innupti. Quod si in hoc ordine, qui quartus extat à capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secundo, tertioque seruandum est, ne aut Leuitico ministerio, aut Presbyterali honore, aut Episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate vxoria, necdum frangisse detegitur?* His adde expressa testimonia veterum Imperatorum, quæ estant Codice de Episcopis, & Clericis leg. eum qui, & frequentibus, item in Authenticis de Monachis.

PROBATVR quartò, testimoniis veterum Patrum Græcorum & Latinorù. Origenes hom. 23. in lib. Numeri: *Certum est, inquit, quia impeditur sacrificium indescens iis, qui coniugalibus necessitatibus seruiunt: vnde videtur mihi quòd illius solius est offerre sacrificium, qui indescens & perpetuus se deuouerit castitati.*

EVSEBIVS lib. I. demonstrationis Euangelicæ c. 9. *Veruntamen, inquit, eos qui sacrati sint, atque in Dei ministerio, cultuque occupati, continere deinceps seipfos à commercio vxoris decet, &c.*

EPHANIUS ad finem operis cõtra hæreses. *Sanctum, inquit, sacerdotium ex virginibus, vt plurimum, aut ex solitariis, aut si hi ad ministerium non suffecerint, de his qui se à propriis vxoribus continent, & si quis ab initio continens viduus fuerit, habere potest locum Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi.* Item hæresi 55. quæ est Catharorum: *Sed, inquit, & adhuc viuentem & liberos gignentem vnus vxoris virum Ecclesia non suscipit, sed eum, qui se ab vna continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum & Presbyterum, & Episcopum, & Hypodiaconum: maxime vbi sincere sunt Canones Ecclesiastici. At dices mihi, in quibusdam locis adhuc liberos gignere Presbyteros, & Diaconos, & Hypodiaconos: At hoc non est iuxta Canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit.*

CHRYSOSTOMVS homilia 2. de patientia Iob: *Dixit, inquit, vnus vxoris virum, non ea ratione, vt id nunc*

in Eccle

in Ecclesia obseruetur. oportet enim omni prorsus castitate Sacerdotem ornatum esse.

GREGORIUS Nyssenus lib. de virginitate cap. vlt. *Quomodo, inquit, Dei sacerdotio fingeris, qui ad hoc ipsum, vt munus offerres, vnus es? Quomodo hæc ipsa Deo offerres, qui legi non obtemperas prohibenti, ne sacra impurus faciat? ac si Deum tibi apparere expetis, quid causæ est, cur Moysen non audias, qui populo edicit, vt à nuptiis purus sit, quo Dei affectum comprehendat?*

CYRILLVS catechesi duodecima: *Si, inquit, qui apud IESVM bene fungitur sacerdotio, abstinet à muliere: ipse IESVS quomodo ex viro, & muliere proditurus esset?*

OEVMENIUS in caput 3. primæ ad Timotheum, in illud, Vnius vxoris virum: *Non statuit, inquit, vt ab vxore pendeat Episcopus, aut vxorem necessariò habeat, sed si fiat, inquit, è mundanis, non sit saltem bigamus, ita tamen vt vocatus ad Episcopi munus, illud compleat, quòd qui habent vxores, sint tanquam non habentes.*

IAM ex Latinis Cyprianus, siue quicumque est auctor in lib. de singularitate Clericorum, affirmat sibi à Domino reuelatum, non debere Clericos domi suæ habere mulieres; id quod etiam toto eo libro probat. Neque obstat, quòd in extremo libro (vt Petrus Martyr notauit) sic loquitur: *Si quis habet matrem, vel filiam, vel sororem, vel cognatam, vel cognatam, sic habeat, vt nulla ancilla intersit, &c.* Nam loquitur de coniuge quæ simul voverit continentiam. Similis habetur locus in Concilio II. Arelateni can. 3. *Si quis de Clericis à gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam secum vxorem habere præsumperit, à communionem alienus habeatur.* Alioqui si Cyprianus vxorem Clericis concederet, qua vti liceret, pugnaret cum toto suo libro, & cum ipso titulo, de singularitate Clericorum.

AMBROSIVS lib. I. de officiis, capite vltimo: *Inoffensum, inquit, exhibendum, & immaculatum ministerium, nec vllò coniugali coitu violandum cognoscimus, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio coniugali, sacri ministerij gratiam recepistis, quod idè non præterit, quia in plerisque additioribus locis, cum ministerium gererent, vel etiam sacerdotium, filios susceperunt.* Idem in epist. 82. ad Ecclesiam Vercellensem: *Habentem, inquit, filios, dixit Apostolus, non facientem, &c.* Et in caput primum epistolæ primæ ad Timotheum: *Deinceps, inquit, ab vni femina colibentur, &c.*

HIERONYMVS libro in Vigilantium circa initium: *Quid facient, inquit, Orientis Ecclesie? quid Aegypti, & sedis Apostolicæ, quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continent, aut si vxores habuerint, mariti esse desistunt? Idem in fine Apologiæ pro libris contra Iouinianum: Episcopi, inquit, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui aut certè post sacerdotium pudici.*

AVGVSTINVS lib. de adulterinis coniugijs, cap. 20. *Solemus, inquit, eis proponere continentiam Clericorum, qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur inuiti, eamque susceperunt vsque ad debitum finem, Domino adiuuante, perducunt.* Vide totum locum.

AVCTOR quæstionum veteris, & noui Testamenti, qui non est Augustinus, vt titulus præ se fert, sed aliquis antiquior, quæstione vltima sub finem: *Si licet, inquit, & bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet vxores habere? Et prolixè causam reddit.*

GREGORIUS præter decreta supra citata lib. 6. cap. 1. in lib. Regum errare dicit eos, qui propter verbum Pauli: *Vnusquisque vxorem suam habeat,* putant licere Ecclesiasticis vxores habere.

GREGORIUS Turonicus lib. 4. hist. cap. 4. refert quemdam comitem, qui dimissa vxore fuerat sacris initiatus, quia postea ad vxorem redire voluit, ab omnibus Episcopis excommunicatum fuisse.

ISIDORVS lib. 2. de offic. diuinis, c. 10. *Placuit, inquit, sanctis Patribus, vt qui sacra mysteria cõtrahant, casti sint & continentes ab vxoribus, & ab omni carnali immunditia liberi.* Hæc de Subdiaconis dicit. Similia docet de Diaconis, & Presbyteris cap. 5. & 8. ex quibus locis intelligi possunt ea verba cap. 2. *Castimoniam corporis perpetuò seruent, aut vnus matrimonij vinculo fœderentur.* Hæc enim dicitur de Clericis in vniuersum, tum maioribus, tum minoribus. Debent enim omnes Clerici aut perpetuò esse continentes, si maioribus ordinibus initiati sint, aut vnus matrimonij vinculo copulari, si minoribus.

D. Anselmus in epistola 8. asserit rectè à Gregorio VII. prohibitum fuisse, ne vlli interessent sacris sacerdotum coniugatorum. Beda lib. 3. de tabernaculo, cap. 9. *Nemo potest, inquit, vel sacerdotium suscipere, vel ad aliarum ministerium consecrari, nisi aut virgo permanserit, aut contracta cum vxore matrimonij fœdera soluerit.*

DENIQUE, vt recentiores omittam, Arator Subdiaconus Vigilij Papæ ante annos mille libro in Acta Apostolorum cap. 30. posteaquam explicuit rationem, cur sacerdotibus veteris legis permitteretur, vt solum ad tempus ab vxoribus se continerent, subdit:

Ecclesie nunc alma fides sine fine pudicos Pontifices iubet esse suos, &c.

HIS testimoniis accedant exempla eorundem: nam à tempore Apostolorum, omnes Episcopi, Presbyteri aliique Ecclesiastici, quorum vitas habemus, & quos vnquam laudatos audiimus, continentes fuerunt, neque vllum exemplum probati viri in contrarium afferri potest.

MAGDEBURGENSES quidè diligentissimè quæsierunt omnibus seculis aliquos, qui vxorem duxerint post susceptos ordines, & multa exempla proferunt, Centuria 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. initio capitis septimi, sed nullum eorum aliquid valet. Nam vel exempla illa debent intelligi de vxoribus, quas antea duxerant, vt de Gregorio patre Gregorij Nazianzeni: vel intelliguntur de minoribus Clericis, vt quod proferunt ex Concilio Toletano IV. cap. 42. vel sunt exempla eorum qui reprehenduntur, vt quæ proferunt exempla Zachariae ad Bonifacium: vel sunt expressa mendacia, vt cum dicitur Cent. 5. c. 7. Presbyteros Macedonia duxisse vxores, teste Innocentio I. epist. 22. nihil enim tale Innocentius dicit.

PHILIPPVS in libro de cælibatu ad Regem Angliæ, probat, veteres Episcopos matrimonio vnus ex epistola Polycratis apud Eusebium lib. 5. historiae, cap. 24. scribit enim Polycrates septem ex parentibus suis fuisse Episcopos, seque octauum esse. At deceptus Philippus est ex versione Ruffini. Græca enim vox *ovvrvvay*, quæ est apud Eusebium, non parentes, sed cognatos significat. Sed fac esse parentes, num propterea sequitur eos in Episcopatu matrimonio vfos?

Ex hac autem tanta nube testium tria deducuntur. Primò, errare Clichtouæum & alios, qui putant legem continentie impostam Clericis primùm à Syricio. Nam Clemes, Origenes, Eusebius, Ephanius, & aliqua Concilia citata, antiquiora sunt Syricio. Secundò morem Græcorum, quem nunc habent, non fuisse primis sexcentis annis, vt patet ex iisdem auctoribus, necnon ex Chrysoftomo, Hieronymo, & Leone locis citatis. Tertio, mendacium esse, & quidem impudèntissimum Caluini lib. 4. instit. cap. 12. §. 25. vbi dicit omnes veteres Patres approbasse coniugium in ordine Episcopali; nam Patres plurimi citati, & concilia plurima contrarium statuunt, & nullum exemplum in contrarium adferri potest.

PROBATVR ià quintò ratione; cum enim cõiugium vehementer impediatur Ecclesiastica munera, æquum fuit, vt sacerdotibus, aliisque sacratis hominibus coniugia prohiberentur: nã Ecclesiasticorum munera sunt sacrificare, orare, docere, exhortari, Sacramenta ministrare,

curam pauperum gerere, & similia, quae ritè exerceri non possunt, ut Apostolus ad Titum cap. 1. docet, nisi sacerdos sit hospitalis, benignus, sobrius, iustus, sanctus, continens, doctus.

Iam verò matrimonium impedit in primis, ut Hieronymus dicit libro primo in Iovinianum, munus sacrificandi, quia summa quaedam puritas, & sanctitas in eo requiritur, ut Chrysostomus explicat libro sexto de sacerdotio: in actu verò coniugij negari non potest, quin admixta sit quaedam impuritas & pollutio, nò quae peccatum sit, sed quae ex peccato tamen nata sit. Quamvis enim Caluinus, loco notato, vociferetur contra Syricium, qui coniugium sacerdotum pollutionem vocavit, tamen non solum coniugium sacerdotum, quod sacrilegium est, non coniugium, sed etiam sanctorum matrimonium sine pollutione quadam & turpitudine non exerceri satis testatur rebellio membrorum, & verecundia humana in illo actu: quae secretum semper quarit, ut notavit B. Augustinus libro 14. de civitate Dei, cap. 17.

DEINDE, impedit studium orationis, & lectionis, in quo assidue sacerdos versari debet. Oratio enim requirit mentem eleuatam, purgatam, & tranquillam; actus autem coniugij, ut B. Augustinus docet lib. 14. de civitate Dei, cap. 17. maxime hebetat aciem mentis, & deprimat ad inferiora, & perturbat, & animam ipsam carnalem quodammodo facit.

TERTIÒ, impedit efficaciam praedicationis, ut Ambrosius docet lib. 1. de officiis cap. vlt. quomodo enim efficaciter exhortabitur viduas, & virgines, qui liberis perpetuo operari dat?

QUARTÒ impedit curam pastorem; nam qui uxorem & liberos habet, de illis semper cogitat, & affectus, quo oves suas prosequi deberet, in uxore & filiis totus consumitur, & tamè (ut Ambrosius docet lib. 1. de officiis cap. 7.) plus diligendi esset filij spirituales, quam carnales.

QUINTÒ, impedit curam pauperum, & illam hospitalitatem, & benignitatem, quam Apostolus tantopere commendat: nam qui uxorem, & liberos habet, debet eis thesaurizare, & raro inveniuntur coniugati qui superfluum habeant. Adde, quòd cum Clericus non possit filiis relinquere beneficia, & tamen omnis Pater cupiat bene prospectum filiis suis, cogentur esse avarissimi, & vendere Sacramenta.

SIXTÒ, impedit Sacramentorum administrationem: tunc enim vix distinguerentur Clerici à Laicis, & esset sicut populus, sic sacerdos, quòd experientia testatur: nam tempore Gregorij VII. cum in Germania coepissent sacerdotes uxores ducere, tantus contemptus Sacramentorum sequutus est, ut passim Laici Sacramenta administrarent, ut Ioannes Nauclerus, & alij referunt. Itaque merito D. Epiphanius haeresi 59. dicit, propter honorem sacerdotij necessariam esse continentiam. Superest argumenta soluere. Ac primum soluam argumenta Caluini eodem ordine, quo ipse proponit.

CAPVT XX.

Soluuntur argumenta Caluini.

ARGUMENTVM primum. Deus reliquit matrimonium liberum: ergo nulli homini licuit id prohibere, & confirmatur ex Apostolo primo Tim. quarto, ubi notam haereticorum esse dicit prohibere nuptias.

RESPONDEO, concedimus totum argumentum: neque enim Ecclesia prohibet matrimonium, aut cogit vllum ad caelibatum absolute suscipiendum, sed solum requirit eam conditionem in iis, qui initiari volunt sacris mysteriis, quam si quis nolit accipere, potest non accipere, sed non initiabitur. Quomodo non censetur Ecclesia prohibere iudicia forensia, nec officium tortoris, etiam si nolit talia ab Ecclesiasticis fieri.

AD locum Apostoli dicimus cum Hieronymo lib. 1.

in Iovinianum, & Augustino lib. 30. contra Faustum, cap. 4. & 6. Ambrosio, Chrysostomo, aliisque in hunc locum, notari ab Apostolo eos, qui absolute nuptias ut malas prohibebant, quales fuerunt Tatianus, Marcion, & Manichaeus.

SED forte obiciunt, quia Apostolus dicit id futurum in nouissimis diebus. Respondeo, nouissimos dies intelligi totam hanc vltimam aetatem, quae est à Christo usque ad iudicium. Nam Apostolus ait: Nos sumus in quos fines saeculorum deuenerunt. 1. Corin. 10. Et, Filij nouissima hora est. Ioan. 2.

ADDE, quòd vox Graeca non est *καταστροφαι*, sed *βραχαι* id est, non in vltimis, sed in posterioribus temporibus; neque id negare possunt aduersarij, nisi velint Manichaeos, & Encratitas ab Apostolo notatos non fuisse, qui tamen apertissime nuptias prohibebant. nec enim illi in vltimis temporibus fuerunt.

SED obicit Petrus Martyr in libro de caelibatu, & votis monasticis, sanctum Augustinum, qui libro secundo de moribus Manichaeorum, capite decimo octauo, & in epistola 74. ad Deuterium, testatur Manichaeos non prohibuisse nuptias nisi electis suis, qui erant apud eos, quasi Sacerdotes, & Monachi: & tamen dicit eos notari ab Apostolo, cum ait, doctrinam esse demoniorum, prohibitionem nuptiarum.

RESPONDEO, idem Augustinus lib. 30. contra Faustum, cap. 6. scribit, à Manichaeis interdictas nuptias simpliciter, quia etsi eas permittebant auditoribus suis, id faciebant, quia non poterant aliud obrinere. Nec ideo inquit, vos dicatis non prohibere, quia multos vestros auditores in hoc obedire nolentes, aut non valentes, salua amicitia toleratis. Haec ille. Nos etiam non solum toleramus Christianos coniugatos, sed etiam laudamus. Ac praeterea Manichaeis auditoribus suis sic nuptias permittebant ad explendam libidinem, ut tamen conceptum, & liberiorum procreationem cauendam esse monerent. Quod est nuptias apertissime detestari. Catholici autem ideo potissimum nuptias laudant, quòd ad procreationem liberorum à Deo instituta fuisse noscuntur.

ARGUMENTVM secundum; Apostolus 1. Tim. 3. & Tit. 1. cum absoluti Episcopi ideo exprimeret, inter reliquas dotes, & virtutes, quas in eo requirebat, ausus est coniugij ponere: ait enim *vnus vxoris viri* esse eligendū.

RESPONDEO, falsissimum est quòd Apostolus inter dotes, aut virtutes absoluti Episcopi ponat coniugium: ad quòd probandum sufficere deberet, quòd quotquot SS. Episcopi haec tenus fuerunt, omnes continentes fuerunt, ut supra diximus: quos certe nullo modo credibile est, aut non intellexisse verba Pauli, aut ei obtemperare noluisse. Praeterea cum idem Paulus 1. Corin. 7. hortetur ad continentiam, & dicat *bonum esse inuuptis & viduis, ut sic permaneant. & qui nubunt, bene faciunt, qui non nubunt, melius faciunt*; quomodo credibile est, eundem Paulum inter dotes, & virtutes Episcopi posuisse, ut uxorem habeat?

ADDE, quòd nò solum Chrysostomus, & alij Patres in hunc locum docent, Paulum non tulisse legem, vel Episcopi habeant uxores, sed solum ut non habeant, vel habuerint plures quam vnā: sed etiam Martinus Lutherus in propositionibus de digamia, contedit ista verba: *Vnus vxoris virum*, esse accipienda negatiue, non positiue, ita ut non teneatur Episcopus habere vnā, sed teneatur non habere plures feminas vnā cum vxore.

AT, inquit Caluinus, Paulus ibidem, ubi descripsit, quales debeant esse Episcopi & Diaconi, describit etiam quales debeant esse eorum uxores.

RESPONDEO, Paulum, ubi dicit: *Mulieres similiter pudice, &c.* vel loqui de mulieribus generatim, ut Ambrosius exponit, vel de Diaconissis, quae viduae erant, ut Chrysostomus & Theophylactus docent, vel si loquatur de vxoribus Episcoporum & Diaconorum, loqui de vxoribus,

ribus, quas acceperant ante ordinationem, non quas postea accepturi essent.

ARGUMENTVM tertium, Apostolus Heb. 13. citra exceptionem securè pronunciat, *honorabile esse inter omnes coniugium*: Cur non etiam inter Sacerdotes?

RESPONDEO, argumentum facile in ipsum retorqueri potest: si enim coniugia omnium sunt honorabilia, etiam coniugia consanguineorum in primo aut secundo gradu erunt honorabilia, & coniugia adolescentium iniussu parentum contracta erunt honorabilia, quae tamen Caluinus improbat lib. 4. cap. 19. §. 37. Infit.

DICO igitur, tribus modis posse exponi illud, *In omnibus, Graecè ἐν παντι*. Primò, ut in omnibus, idem sit, quòd omni ex parte, id est, coniugium honorabile est in omnibus, quae coniugij sunt, siue Sacramentum, siue fides, siue prolem consideres. Ita Oecumenius in hunc locum. Secundò, ut in omnibus, significet, apud omnes, id est, nemo debet coniugium reprehendere, etiam si virginitatem ipse profiteatur; ita videtur accepisse Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. Denique, in omnibus, id est, in omnibus legitime coniunctis, quicumque illi sint, siue senes, siue iuuenes, siue nobiles, siue obscuro, siue Graeci, siue Hebraei, &c. Ita Theophylactus in hunc locum, & haec videtur magis literalis expositio, sed parum refert.

ARGUMENTVM quartum, Apostoli exemplo suo docuerunt, nullius quamvis excellentis functionis sanctitate indignum esse coniugium: nam eos uxores non solum habuisse, sed etiam circumduxisse testatur Paulus 1. Cor. 9. cui loco etiam addi potest illud Philip. vlt. *Rogo te etiam Germane compar adiuna illas, &c.* Posset enim commodè verri, Germana coniunx, quòd Graecè scriptum est.

RESPONDEO, non esse omnino certū, qui ex Apostolis vxorem habuerint, & qui non habuerint. Tertullianus lib. de Monogamia, & B. Hieronymus lib. 1. in Iovinianum existimant, praeter Petrum, cuius socrum in Euangelio legitimus, nullum alium Apostolorum vxorem habuisse. S. Ignatius in epistola ad Philadelph. dicit Petrum & Paulum, & reliquos Apostolos coniugatos fuisse, excepto Ioanne, quanquam in Vaticano codice, & quibusdam aliis vetustis non habetur nomen Pauli. Clemens quoque Alexandrinus lib. 3. Stromatum circa medium, aliquos Apostolorum, & nominatim Paulum, vxorem habuisse asserit ex locis citatis.

SED quidquid de hoc sit, certum est eos ex Apostolis qui vxorem habuerunt, postquam vocati à Christo fuerunt, officio coniugali renunciaisse, ut beatus Hieronymus docet libro primo in Iovinianum, & satis colligitur ex capite decimo nono Matth. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequimur sumus te*. Statim enim Dominus explicans, quid sit relinquere omnia, dicit: *Omnes qui reliquerint patrem, aut matrem, aut uxorem, &c.*

AD locum igitur illum 1. Corin. 9. ubi dicitur: *Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut ceteri Apostoli, fratres Domini, & Cephas?* Dico Apostolum non de vxoribus, sed de piis feminis loqui, quae sequebantur Apostolos, & eis ministrabant, sicut etiam Dominum sequebantur, Lucæ 8. Ita ferè omnes Graeci & Latini exponunt, ut Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Ambrosius, Haymo, & alij in hunc locum. Necnon Tertullianus libro de Monogamia, beatus Hieronymus lib. 1. in Iovinianum, beatus Augustinus libro de opere Monachorum, cap. 4. & 5. Et certè proprietatis linguae Graecae hoc satis ostendit. Nam dicit *ἀδελφὴν γυναῖκα περιελαβὼν*, sine vilo articulo. Si enim de vxore loqueretur, diceret *τὴν γυναῖκα*, vxor enim certa quaedam mulier est.

ADDE, quòd Clemens Alexandrinus, qui vnus ex veteribus exposuit hunc locum de vxoribus Apostolorum, ibidem addit, quòd etsi uxores erant, tamen cessa-

uerat inter eos coniugale officium, & loco fororum, non loco vxorum ab Apostolis habebantur, quòd nobis sufficit contra haereticos.

OCCURRIT Petrus Martyr in c. 9. r. ad Corinth. ubi probat tripliciter Apostolum loqui de vxoribus. Primò, quia alioqui non diceret, sorores mulieres, sed sorores tantum, cum constet omnè sororem esse mulierem.

SECUNDÒ, quia non diceret, potestatem circumducendi mulierè, quòd sonat auctoritatem, sed diceret consueuisse mulieres sequi, ut legimus Luc. 8.

TERTIÒ, quia si illae mulieres aluissent Apostolos ex suis facultatibus, falsum esset quòd Apostoli accepissent sumptus à populis: ergo loquitur de vxoribus, quae sequebantur Apostolos viros suos, & non eos alebant, sed ab eis alebantur ex sumptibus populorum.

AD primum dico, sic vocari sorores mulieres, sicut Act. 1. dicitur viri fratres, nisi quòd Paulus, ut sepe solet, mutauit ordinem, & dixit sororem mulierem, pro mulierem sororem.

AD secundum dico potestatem, de qua Paulus loquitur, non fuisse in mulieres, sed in actionem eas circumducendi, si sequi vellent; vel si in mulieres erat potestas, dicam Apostolos habuisse auctoritatem in eas mulieres, non virorum in vxores, sed doctorum in discipulas.

AD tertium dico vel eas mulieres non fuisse diuites, & non ministrasse pecunias, sed obsequium tantum, accipientes pecunias à populis, quibus Apostoli praedicabant, vel fuisse diuites, & aluisse Apostolos, sed non semper fuisse cum Apostolis, & ideo Apostolos aliquando fuisse nutritos à populis, aliquando ab illis mulieribus.

AD locum ex Phil. 4. dico duo. Primò, non de vxore Pauli hic agi, sed de viro aliquo, quem Paulus vocat Germanum comparem, seu coniugem, aut coniugalem: *ὄψον* enim significat eum, qui idem iugum trahit. vocat autem eum coniugem, vel quia erat maritus alicuius ex feminis anrea nominatis, id est, Euodiae aut Syntyches, ut Chrysostomus & Theophylactus dicunt: vel quia erat socius suus in Euagelij praedicatione, ut Theodoretus, & Haymo docent: vel certè est nomen proprium viri, ut vult Oecumenius.

QUOD autem ita sit, id est, quòd non loquatur de vxore, suadent haec rationes. Prima, quia plurimi veterum asserunt Paulum non habuisse vxorem, ut Hieronymus in epistola ad Eustochium de virginitate, Hilarius in Psal. 127. Augustinus libro de gratia, & libero arbitrio, cap. 4. Epiphanius haeresi 58. Valerius, Ambrosius in cap. 7. prioris ad Corinth. & in exhortatione ad virgines, Tertullianus in vtroque libro ad vxorem. Item Chrysostomus, Theodoretus, alique veteres omnes in hunc locum, excepto Clemente Alexandrino.

SECUNDA, quia, ut Theophylactus notauit, si de vxore loqueretur, non diceret *vxore*, sed in genere feminino *γυναῖκα*. non enim tam politus erat Apostolus, ut Atticis nomen vteretur.

TERCIA, quia, ut dicit Oecumenius, non est credibile vxorem Pauli habitasse Philippis, & nò potius in Iudaea, vel certè in Thraeo Cilicia, vnde Paulus oriundus erat.

QUARTA, quia, ut Ambrosius notauit in 1. Corin. 7. Paulus adolescens à Domino vocatus est, quo tempore non est credibile eum vxorem habuisse, & certum est postea non accepisse.

QUINTA, quia, ut notauit Theodoretus, Paulus 1. Corinth. 7. ponit se inter eos qui non habebant uxores: *Inuuptis & viduis*, inquit, dico, bonum est illis si sic permanserint: sicut & ego, quòd si non se continent, nubant. At epistola ad Corinthios scripta est ante epistolam ad Philippenses, ut idè Theodoretus ostendit in praefatione commentarij in epistolas. Igitur vel Paulus accepit vxorem, postquam scripserat ad Corinthios, quòd est incredibile, aut non habuit vxorem, cum scriberet ad Philippenses.

Dico secundò, quòd si constaret Paulum loqui de vxore sua, tamen certum etiam nobis esse deberet, eum ab vxore separatum fuisse, quoad thorum. Quòd enim Paulus vitam continentem duxerit, cum Euangelium prædicabat, euidenter deducit ex I. Cor. 7. B. Augustinus libro de gratia & libero arbitrio, c. 4.

ARGUMENTVM quintum & vltimum Caluini sumitur ex historia Socratis lib. 1. c. 8. & Sozomeni lib. 1. c. 22. vbi dicunt, quòd cum Nicænum Concilium legem ferre vellet, ne liceret Clericis cum vxoribus suis dormire, surrexit Paphnutius confessor, & contradixit, & Synodus tota in eius sententiam iuit, & continentiam ab vxore in arbitrio cuiusque reliquit.

RESPONDEO, hoc testimonium aliquid habere momenti pro sententia Græcorum, sed nullum penitus pro errore Lutherorum. Nam vterque auctor in eodem loco testatur Paphnutium adiecisse, bonum sibi videri, vt secundum antiquos Canones prohibeatur Clericis, ne post ordinationem villo modo vxores ducant, sed solum permittantur vti illis, quas ante ordinationem acceperunt. Nõne hoc totum contra Lutheranos est, qui post sacerdotium vxores ducunt?

At neque pro Græcorum errore magnum est præsidium in hoc testimonio Socratis, & Sozomeni; nam vel totum est falsum quod isti de Paphnutio tradunt, vel certe (quod magis credo) tale aliquid tunc accidit, sed non bene ab istis narratum est. Fortasse voluerunt Patres Concilij grauiore pœnas constituere in Clericis incontinentes, quales tunc aliquos fuisse ex Epiphano, & Ambrosio locis notatis intelligi potest, & Paphnutius suadet non esse id faciendum.

At quòd Concilium statuerit, continentiam esse relinquendam in arbitrio Clericorum, nullam habet apparentiam, nec debet illis auctoribus credi. Primò, quia Sozomeni historia à S. Gregorio reprobatur lib. 6. epist. 31. Quia, inquit Gregorius, multa mentiuntur. Socrates autem, vt omittam cœtera, lib. 5. suæ historiae, cap. 21. tria clara mendacia dicit. Primò, licuisse suo tempore vnicuique celebrare Pascha quando vellet, nec de hac re Ecclesiam aliquid certi statuisse. At constat Nicænam Synodum statuisse, vt Pascha semper celebraretur prima Dominica post quartam decimam lunam primi mensis: cuius Canonis meminerunt Epiphanius hæres. 70. Andrianorum, & Ambrosius lib. 10. epist. 83. Eusebius in vita Constantini, Athanasius in libro de Synodis Arimini, & Seleucia.

Secundò dicit, in Romana Ecclesia non ieiunari ante Pascha nisi tres hebdomadas, & tamen vocari Quadragesimam. At S. Leo qui eodem tempore vixit, quo Socrates, serm. 4. de Quadragesima dicit, Romæ ieiunari XL. dies: & idem dicit Gregorius ho. 16. in Euangelia, & certissimum est.

Tertio dicit, Romæ non ieiunari in Sabbathis, cum tamen contrarium sit certum ex Augustino epist. 86. & 118. ad Ianuarium. Si ergo in historia sui temporis Socrates tam aperte mentiuntur, vel certe refert quæ non scit, quæ fides adhiberi illi potest in historia Concilij Nicæni, quod annis plusquam centum ante eius ætatem celebratum est?

Præterea, historia ista de Paphnutio manifestè pugnat cum verbis Epiphanij contra hæres. 59. vbi ait, esse contra Canones Ecclesiasticos, quòd Sacerdos vel Diaconus liberos gignat, & cum verbis Hieronymi lib. contra Vigilantium, vbi dicit, in Oriente, & Aegypto non esse licitum Sacerdotibus & Diaconis vxoribus vti, quod sanè falsum est, si Nicæna Synodus in Oriente paulò ante celebrata, vxorum vsum illis concessit. vel ergo Epiphanius, & Hieronymus, vel Socrates & Sozomenus, mentiuntur. At certè magis credendum est Epiphano, & Hieronymo viris sanctis, & qui vicini fuerunt

A temporibus Concilij Nicæni, quàm Socrati & Sozomeno hæreticis, & multò recentioribus.

DENDE, quomodo cohæret ista narratio de Paphnutio cum canone tertio Concilij Nicæni, vbi prohibetur Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ne vllam domi mulierem habeant præter matrem, fororem, amitam? & hoc argumento conuictus Lutherus in lib. de Conciliis parte prima dicit, Patres Concilij noluisse sequi sententiã Paphnutij, quamuis etiam contrariũ Lutherus alibi scripserit.

DENIQUE, quĩ fieri potest, vt nec Rufinus, qui multa de Concilio Nicæno & Paphnutio scripsit libro 1. historiae Ecclesiasticæ, nec vllus alius ex veteribus ante Socratem huius rei meminerit, nec vllum vestigium tantæ rei in actis Concilij exstet? Quòd autem quidam dicunt, Suidam, qui huius rei meminit in vita Paphnutij, fuisse paulò post tempora Constantini, aperte falsum est: nam Suidas aliquot seculis Socrate posterior est, quippè qui scribit etiam vitam Ioannis Damasceni.

CAPVT XXI.

Soluuntur argumenta Philippi.

VNC ad argumenta Philippi veniamus. Argumentum primum; Coniugium est de iure diuino. Genes. 1. Crescite & multiplicamini. Et de iure naturæ, vt patet ex naturali appetitu generandi; at ius diuinum & naturæ non potest tolli vlla humana lege: ergo, &c.

Et confirmatur. Nam sicut nemo potest obligari à se, vel ab alio ad non comedendum, quia hoc esset contra naturalem inclinationem conseruandi indiuiduum, ita nemo potest obligari à se, vel ab alio ad non ducendam vxorem, quia id esset contra naturalem inclinationem conseruandi speciem.

RESPONDEO, verbum Domini non præceptum sonare, sed naturæ institutionem exprimere; nam etiam auibus, & brutis animantibus ibidem Deus dixit: Crescite & multiplicamini: quibus tamen nihil propriè præcipi potest. Præceptum autem naturæ esse de coniugio in eundo, concedi potest, sed quia est affirmatiuum, non obligat nisi in casu necessitatis, id est, quando periculum immineret, ne humanum genus periret. Et per hoc respondetur ad confirmationem.

NAM sicut non tenemur comedere, nisi quando periculum est, ne pereat indiuiduum, ita non tenemur ducere vxorem, nisi quando periculum esset, ne species humana periret. Ad quod respicientes Patres dixerunt, illud; Crescite & multiplicamini, tunc fuisse præceptum singulis hominibus, quando terra erat vacua, vt in exordio mundi, & mox à diluuiio. Nunc autè cum terra plena sit cœlum esse replendum, quod melius continendo, quàm nubendo fit; etsi enim hanc solutionem Philippus ridet tamen est Tertulliani lib. de Monogamia ante medium, Cypriani lib. de habitu Virginum, Hieronymi lib. primo in Iouinianum, & Augustini de sancta Virginitate, capite nono. & ipse textus hoc docet; nam postquam Deus dixit, Crescite & multiplicamini, subdit, quasi rationem reddens: Et replete terram. Itaque tunc solum vim præcepti illa verba habent, cum terra est vacua.

DENIQUE, si Philippus vult iure diuino & naturali, quocumque tempore teneri homines omnes ad coniugium, iniuriam facit Christo, Mariæ, Ioanni, innumèrisque aliis sanctissimis viris.

ARGUMENTVM secundum, Apostolus præcipit omnibus, qui donum continentia non habent, vt nubant, I. Corinth. 7. Propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat.

RESPONDEO, Apostolum loqui de coniugatis, qui cum in Paganismo vxores duxissent, post conuersione ad fidem, dubitabant an deberent vxoribus vti; iis enim respondet vt vnusquisque vxorem suam etineat, & coniugale debitum inuicem reddant. Ita Tertullianus lib. 1.

de Monogamia, & Beatus Hieronymus libro primo in Iouinianum: & patet ex sequentibus. Nam paulò post addit: Dico autem non nuptus, & viduis, bonum est eis si se permanserint. Et, Solutus es ab vxore, nolĩ querere vxorem.

ADDE etiam, non esse hoc præceptum Apostoli, sed consilium, vel permissionem potiùs, sicut illa eiusdem capituli: Si non se continent, nubat & si nupsit virgo, non peccauit, &c. Est enim sensus Apostoli, vt Hieronymus ibidem & Chryostomus, & Ambrosius, & alij in hunc locum exponunt. Bonum est mulierem non tangere, & vel vxorem non ducere, vel post eam ductam ex consensu ab officio coniugali abstinere; tamen si timeris fornicationem, bene facitis vxori adhærendo, quia melius est carere perfectione virginitatis, quàm incidere in flagitia fornicationum.

ADDE tertio, hæc omnia dici iis, qui votum continentia non habent. Qui enim vouerunt continentiam, iis non dicitur: Vnusquisque vxorem suam habeat, & virgo si nupsit, non peccauit. Sed dicitur, Redde Altissimo vota tua. Psal. 49. Et, Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt. I. Tim. 5. Hanc exceptionem discretè ponunt Hieronymus libro primo in Iouinianum in illud: Si nupsit virgo, non peccauit. Chryostomus in commentario eiusdem loci. Epiphanius hæres. 61. eadem verba exponens. Item Augustinus in Psal. 83. tractans eadem verba. & Gregorius lib. 6. c. 1. in lib. Regum, tractans illud: Vnusquisque vxorem suam habeat.

ARGUMENTVM tertium; Lex Pontificia, quæ cœlibatium sacerdotio adiunxit, dissentit à Conciliis antiquis, proinde iniqua censenda est. Quæ autem sint illa Concilia, ipse non dicit: Nos tamen adducamus quæcunque adduci possunt. Primò, est Canon Apostolorum sextus: Episcopus aut presbyter vxorem propriam nequaquam obtentu religionis abiciat.

SECUNDÒ est Canon Concilij Gangrensis quartus: Quicumque discedit à Presbytero, qui vxorem habuit, quòd non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

TERTIÒ est Canon decimus tertius sextæ Synodi, qui discretè reprobat morem Romanæ Ecclesiæ, quo iubentur profiteri continentiam, qui sacris initiantur.

QUARTÒ est Canon tertius Concilij V. Carthaginensis, in quo statuitur, vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi se abstineant ab vxoribus in propriis terminis, id est, in ordine vicis suæ, vt exponunt Trullani patres Canone iam citato.

QUINTÒ est Canon aliter, dist. 31. vbi Stephanus Papa dicit, in Orientali Ecclesia Ecclesiasticos viros matrimonij copulari, nec eum morem reprehendit: ergo falsum est, quòd sæpe diximus, nunquam esse auditum, quòd licuerit post sacram ordinationem vxorem ducere.

VLTIMÒ est Canon B. Augustini 35. q. 1. can. cum igitur, vbi dicitur: Ecclesia post Apostolica instituta, quædam consilia perfectionis addidit, vt pote de continentia Clericorum, &c. Ergo hoc consilium, non præceptum est. Hæc fortè sunt omnia quæ ex iure Canonico pro sententia hæreticorum adduci possunt.

AD primum respondet Humbertus Cardinalis in libro contra Nicetam, & habetur hæc responsio sub nomine Leonis I. X. dist. 31. canon. omnino, Apostolos iussisse, vt non abiciant Clerici vxores à cura sua, etsi reliquerint quoad thorum: debent enim adhuc eas alere, & eis in omnibus prouidere. id quòd exposuit Concilium Trullanum can. 98. vbi dicitur, quòd Episcopi vxor debet in monasterio aliquo degere, & prouidentia Episcopi viri sui frui. Necnon Concilium Turonense II. can. 8. vbi dicitur quòd Episcopus coniugatus debet habere vxorem vt fororem, & eius curam gerere, absque tamen vlla suspitione carnalis commercij.

ADDE, quòd iste ipse Canon pro nobis facit: nam

A Græca vox, pro qua habemus religionis est ἀλλόθια, quæ cautionem propriè significat. Itaque sensus est, Episcopus aut Presbyter nequaquam prætextu cautionis vxorem abiciat, id est, ne curam vxoris dimittat, eo prætextu quòd tenetur ab ea se continere, &c.

AD secundum dico, anathema dici eis, qui putant matrimonium ex se esse malum, & propterea existimant non licere sacra facere ei, qui vxorem habuit, etiam si ab illa se contineat. Id ita esse, patet, tum quia in ipso primo Canone dicitur anathema iis, qui putant nuptias absolute esse malas, & in hoc can. 4. non dicitur, qui vxorem habet, sed qui vxorem habuit.

AD tertium dico, illos Canones non esse vllius approbati Concilij. Nam vera sexta Synodus nullos Canones edidit, vt patet ex VII. Synodo actione 4. & 5. sed post VI. Synodum quidam Episcopi conuenerunt Constantinopoli, & in palatio Imperatoris Iustiniani II. quòd Trullum dicebatur, Canones istos ediderunt nomine sextæ Synodi. vide quæ dicta sunt lib. 1. de Consiliis cap. 7.

CÆTERVM hos Canones nõ solum nullus Romanus Pontifex probauit, sed etiam aperte improbauit Sergius Papa, qui tunc sedebat, vt Beda scribit, in libro de sex ætatibus in Iustiniano, & Paulus Diaconus lib. 8. c. 9. de rebus Romanis. Vocat autem Beda erraticam Synodum cœtum illorum Patrũ, qui hos Canones ediderunt.

ADDE, quòd etiam isti Canones aliquid valerent, nihil tamen iuuarent causam Lutherorum: non enim permittunt, vt vlli Clerico post sacrorum ordinum susceptionem liceat vxorem ducere, quòd Lutherani faciunt, sed solum vt liceat vti vxore ante ordinem ducta, & hoc etiam non permittunt Episcopis, sed solum inferioribus Clericis, vt patet ex canon. 6. 12. & 48.

AD quartum dico, verba Latina Concilij non esse in propriis terminis, sed secundum priorum statuta, vel secundum propria statuta. id est, secundum legem conditam in Conciliis prioribus Carthaginensibus, ac præcipue in II. Carthaginensi can. 2. Græci autem hæc verba malè intelligentes verterunt ἅπλως ἰδίως ἑσως. Quamquam etiam hæc Græca verba non malè reddi possent, secundum proprias definitiones, sed cum Latinum sit Concilium, non Græcum, non multum laborandum est de Græca lectione.

PROHIBERI autem in hoc Concilio omnem vsum vxorum sacris hominibus, patet ex Augustino lib. 2. de adulterinis coniugijs. c. 20. qui Augustinus illi Concilio interfuit. Item ex eo quòd iste Canon loquitur eodem modo de Episcopis, & de alijs. At Patres Trullani non permittunt Episcopos misceri vnquam suis vxoribus.

AD quintum dico; primum, Canonem illum fortè nullius esse auctoritatis; nam nec dicit Gratianus, quous sit Stephanus ille, qui eum Canonem edidit, cum plurimi fuerint Pontifices eius nominis, nec vllius Stephani epistola exstat, vbi ille Canon habeatur.

DICO secundò, absque villo dubio Auctorem eius Canonis, cum dicit Orientales Clericos matrimonio copulari, non velle dicere, vxores ducunt, sed matrimoniale officium exercet, vt glossa explicat. Nam cum certum sit ex Conciliis plurimis, & ex ipsa praxi, & confessione Græcorũ, nunquam fuisse licitum, nec nunc haberi licitum in Græcia, vt in sacris existentes, ducant vxores, vel ille Stephanus falsum dicit, vel tantum intelligit, vt nos diximus, matrimonio copulantur, id est, matrimonij copulam exercent. Porro hoc ipsum etsi Romanæ Ecclesia non probat, & abulum esse iudicat, tamè permittit Græcis: & si errore aliũ non haberet, facile pax obponeret.

AD vltimum dico, ea verba non esse beati Augustini, sed Gratiani, qui sua verba cõ verbis B. Augustini inuauit, vt sæpe facere solet. Legatur apud Augustinum lib. 15. de ciuitate Dei, c. 16. Præterea quòd Gratianus dicit, bo-

num sensum habet: cum enim ait Ecclesia addidisse que- dam consilia perfectionis, & in eis numerat continentiam Clericorum, vult dicere, Ecclesia imposuisse Clericis continen- tiam precepto seruandam, quae alioqui solum erat consilium perfectionis, nec enim credibile est tam in- eptum fuisse Gratianum, vt putauerit continentiam non fuisse consilium perfectionis ante Ecclesiae definitionem.

A. I. V. M. Canonem profert Petrus Martyr in libro de caelibatu, & votis, ex epistola 87. aliis 85. S. Leonis, vbi sic legitur: *Dicem enim Apostolo, vt inter alias Chris- ti. auisim regulas is Episcopus ordinatur, quem vnus vxoris virum fuisse, aut esse constaret, tam sacra semper est habita ista preceptio, vt iam de muliere sacerdotis eligenda, eadem intelligatur seruanda conditio: ne forte illa priusquam in matrimonium eius veniret, qui aliam non habuisset vxorem, alterius viri esset experta coniugium.* Ex hoc loco duo deducit Martyr, posse fieri Episcopum, non solum qui habuerit, sed etiam qui habeat vnam vxorem: & posse Episcopum vxorem ducere, si non habeat. At mira est impudentia huius hominis: nam idem Leo in epist. 84. ad Anastasium capite 3. & 4. disertis verbis iubet, Episcopum ita vnus vxoris virum esse posse, vt tamen ab illa perpetuo se contineat. quod verò in quibusdam exem- plaribus legitur, *De muliere sacerdotis eligenda*, mendum est manifestum. Sic enim legi debet, & legitur in codici- bus melioribus, *De muliere sacerdotis eligendi.*

A. R. G. V. M. E. N. T. V. M. quartum Philippi. Continentia res est difficillima, nec omnibus datur, vt patet Matth. 19. *Non omnes capiunt verbum hoc.* Ergo non debuit ita indis- ferenter omnibus Clericis imponi.

R. E. S. P. O. N. D. E. O., sicut non omnium est donum continen- tia, ita nec omnes debent esse sacerdotes, sed so- lum ij, qui videntur hoc donum habere.

S. E. D. D. I. C. E. S., Quid si aliquis putet se posse continere, & postea experiat se non posse, quando ordines accepit?

R. E. S. P. O. N. D. E. O., illos habere donum continentiae, qui volunt, & cupiunt continere: quibus autem Deus dedit velle, dabit etiam perficere, si ipsi velint. Proinde nemo potest dicere se non habere donum, quod se habere pu- tabat: nam illa voluntas continendi propter Deum, est ipsam donum continentiae.

A. D. H. A. E. C., nonne etiam coniugati saepe coguntur, vel propter absentiam, vel propter aegritudinem longis- simam coniugis, abstinere se ab vxore? & tamen non licet eis aliam vxorem ducere, quantumvis vrantur aestu libi- dinis: quod exemplum affert D. Augustinus lib. 2. de adul- teriis coniugis, c. 19. & 20. contra eos qui contra ius vxorẽ ducunt eo praetextu, quod continere non possint.

A. D. D. E., quod nemo est qui continere non possit, si velit, vt docent Patres. Tertullianus in fine libri de mo- nogamia, Nazianzenus oratione 31. Basilus de virgin. vl- tra mediu. Chrysostomus & Hieronymus in c. 19. Matth. & Augustinus lib. 6. confels. ca. 11. sed oportet remedia necessaria non negligere, quae tria sunt, oratio, ieiunium, & periculorum euasio.

N. A. M. tentatio carnis, vel oritur ex suggestione dae- monis, vt patet in Antonio, Hilarione, Benedicto, & si- milibus, qui in eremo, & perpetuis ieiuniis viuentes ta- men tentabantur: & tunc necessaria est oratio, quia dae- mon fortior nobis est, nec possumus eum vincere, nisi auxilio fortioris, qui est Deus: propter hoc dicitur Sap. 8. *Nemo potest esse continens nisi Deus det.*

V. B. oritur ex abundantia cibi & potus. nam cum natura accepit quod sufficit ad nutritionem, reliquum conuertit in materiam generationis, inde nascitur pru- ritus carnis, & contra hoc necessarium est ieiunium, vt carnis terat superbiam, potus cibi que parcitas.

V. I. denique oritur ex aspectu, & colloquio scemi- narum, nam res vix vel auditæ, si naturæ conueniant, imaginationem naturam mouent, & imaginatio appe-

titum. Hinc tot leges Conciliorum prohibentium Clericis sceminarum contubernium, de quo etiam vide Basili- um c. 3. monastic. constit.

C. V. M. igitur Lutherani hæc tria abiecerint, videlicet, orationem Canonicarum horarum, ieiunia omnia, & etiam feria 6. carnibus vescantur, ac demum quilibet domi suae mulierem habere velit, quid mirum si conti- nere non possunt? Certè Lutherus ipse in singulis pran- diis & cenis, largissimè epulabatur, & vnum sextarium vini dulcis hauriebat, vt est in epistola quadam ad finem operis Ioannis Cochlaei de vita Lutheri.

A. R. G. V. M. E. N. T. V. M. quintum & vltimum; Caelibatus iste Clericorum prodigiosas libidines parit, mundum concubinis, & Ecclesiam scandalis replet, ergo, &c.

R. E. S. P. O. N. D. E. O., falsum esse, quod caelibatus ista pa- riat, sed abusus est caelibatus, qui ista parit. Apostolus enim 1. Cor. 7. fructus caelibatus esse dicit, cogitare quæ Dei sunt, sanctum esse corpore & spiritu, sine intermissio- ne Domino assidere. Non igitur vltus, sed abusus caeli- batus prodigiosas libidines parit. Si autem propter abu- sus res bonæ tollendæ essent, caelum, & terra etiam tol- lenda essent, quia eis quidam abutuntur, putantes esse Deos; necnon Decalogus tollendus esset, & omnia Sa- cramenta, quia etiam eis multi abutuntur. Ita respondet Gregorius Nazianzenus oratione in Basilium non pro- cul à principio, illis qui execrantur Philosophiam natu- ralem, & scripta gentium, propterea quod quidam eis abutuntur. Nec tamen admittimus tot esse concubina- rios, & impuros inter Ecclesiasticos, quot hæretici dicunt, qui omnes alios ex se metientes, nullos putant esse ca- stos, certè plurimi sunt qui quotidie celebrant, & de qui- bus nulla mala suspicio auditur.

P. R. A. E. T. E. R. hæc argumenta, respondendum videtur etiam quæstionæ Philippi: *Olim, inquit, Canones sus- pendebant Sacerdotes, qui vxores duxissent ab officio, vos autem suspenditis ab arboribus.*

R. E. S. P. O. N. D. E. O., in primis, hinc sequi Lutherum, & alios qui post sacerdotium vxores duxerunt, suspensos fuisse ab officio ex sententia veterum Canonum, & idem cum officio fungi voluerint, & tamen coniuges retinere, rebelles & contumaces fuisse aduersus Ecclesiam, ac proinde meritò ab arboribus suspendi potuisse.

D. I. C. O. præterea, Canones veteris Ecclesiae, alios mi- tiores, alios seueriores fuisse, nam Concilium Neocæsa- riense can. 1. iubet Presbyterum ordine moueri, si vxorem ducat; at Concilium Toletanum I. can. 1. iubet sacer- dotem, qui vxorem duxit, vt sacrilegij reum ab Ecclesia haberi extraneum, & Toletanum VII. canon. 6. iubet eiusmodi homines recludi in monasteriis, vt ibidem sub grauibus penitentiae oneribus vsq; ad finem vitæ degant.

A. D. D. E. vltimò Presbyteros nunquã in Ecclesia tã se- uerè puniri, quia vxores ducunt, vt Philippus dicit: sed quia post votum solent ducunt, & proinde non vxores, sed concubinas sub coniugij nomine ducunt, & matrimonium simul ac sacerdotium pollunt, cui intemperantiæ cum etiam hæresim addunt, ac dicunt, vota non esse seruanda, quid mirum si digni sunt, qui ab arboribus suspendantur?

A. D. D. A. M. V. S. Hieronymi testimonium lib. 1. aduersus Iouinianum: *Certè confiteris, inquit, non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat, alioquin si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damna- bitur.* Hæc ille. Porro adulteri penam Hieronymi tem- pore, & quidem ordinariam, fuisse vltimum supplicium, patet ex ep. 49. eiusdem Hieronymi, de muliere septies icta, & ex lib. 1. contra Iouinianum, vbi sic ait: *Quotidie moechorum sanguis effunditur, & inter ipsas leges, securæ, ac tribunalia flagrans libido dominabitur.* Quare Hierony- mi sententia, Episcopi liberis operam dantes, non solum suspendi possunt ab officio, sed etiam, vt adulteri, capite cadi. Sed iam ad Magdeburgenses veniamus.

CAPVT XXII.

Soluuntur argumenta Magdeburgensium.

M. A. G. D. E. B. U. R. G. E. N. S. E. Centur. 9. cap. 10. col. 540. 541. & 542. colligunt decem argumenta contra caelibatum Clericorum ex vna epistola S. Valtrici Episcopi Augustani ad Nicolaum Papam, quæ nuper excusa est Basileæ, & inserta in illo opere, quod inscribitur Orthodoxologia sanctorum Patrum; sed ex iis argumentis, nouem sunt eadem cum illis, quæ iam soluimus, à Caluino & Melancthone proposita, vnum solum soluendum superest, quod sumitur ex qua- dà miserabili narratione. Scribit enim iste sanctus Val- tricus hanc historiam: *Beatus Gregorius Magnus Papa I. aliquando suo quodam decreto vxores sacerdotibus ademit. Deinde paulò post cum idem Gregorius iussisset ex piscina sua pisces aliquot capi, pisces pro piscibus sex millia capitum infantium suffocatorum repererunt; quam eadem infantium cum intellexeret S. Gregorius ex oculis fornicationibus, vel adulteris sacerdotum natam esse, continuo renouauit de- cretum, & peccatum suum dignis penitentiae fructibus pur- gauit.* Hanc narrationem, quia vehemèter odiosam reddi- dit legem de caelibatu Clericorum, saepe alibi inculcant iidem Magdeburgenses, vt Centuria 6. c. 7. col. 388. & c. 10. col. 686.

R. E. S. P. O. N. D. E. O. primò, si quid valet huius sancti Valtrici auctoritas; ea magis premi Lutheranos, quam nos. Nam in hac epistola fatetur, Romanum Pontificem esse caput omnium, & ei ab omnibus deberi obedi- entiam. Irem asserit Pontificem debere cogere Presbyte- ros & Monachos, ne vlllo modo vxorem ducant, & si du- xerint post votum continentiae, debere separari.

D. I. C. O. secundò, eam epistolam videri confictam; & confictam ab aliquo imperitioso defensore coniugij Ecclesia- sticorum; nam in primis tempora nullo modo cohærent. nam sanctus Valtricus creatus est Episcopus anno Do- mini DCCC. XXIII. vt Hermannus Contractus, & Abbas Vrspergensis docent; vel anno DCCCC. III. vt dicitur scriptum esse in Chronico Augustanæ Eccle- siæ; Nicolaus autè Papa I. obiit anno DCCC. LXVII. vt Onuphrius annotauit in libro de Romanis Pontifici- bus: non ergo potuit scribere Episcopus Valtricus ad Papam Nicolaum, qui iam dudum obierat.

D. I. C. E. N. T., scripsit fortasse antequam fieret Episcopus: at in principio epistolæ se Episcopum vocat: præterea con- ueniunt auctores S. Valtrici LXXXIII. annos vixisse. L. in Episcopatu, & XXXIII. ante Episcopatum; ex quo sequitur eum natum esse anno Domini DCCC. LXX. vel DCCC. XCI. iuxta alios, ergo inter obitum Nico- lai, & ortum Valtrici sunt anni vt minimum tres, nam secundum alios sunt XXI. nisi episcopus scripserit ipse an- tequam nasceretur, vel ad Nicolaum post eius mortem, non potest esse epistola S. Valtrici ad Nicolaum.

D. I. C. E. N. T., non esse Nicolaum I. sed II. ad quem scri- bit S. Valtricus. at id minus fieri potuit; nam obiit S. Valtricus ferè circiter centum annis ante initium Ponti- ficatus Nicolai II. obiit enim S. Valtriciº anno DCCCC. LIII. vel DCCCC. LXXIV. & Nicolaus II. crea- tus est Papa anno M. LIX.

D. I. C. E. N. T., duos esse Valtricos Episcopos Augustanos. Vnum enim ponunt Magdeburgenses Cent. 9. c. 10. col. 540. alterum Cent. 10. ca. 10. col. 602. Sed prio- rem illum consinxerunt ipsi Centuriatores; non enim aliunde probant illum aliquando existisse quàm ex epi- stola ad Nicolaum. Munsterus enim lib. 3. de Germania Catalogum recensens Episcoporum Augustanorum, nul- lum Huldericum, vel Valtricum ponit ante S. Valtri- cum, qui vixit post tempora Nicolai, vt supra ostendi- mus. Quocirca Magdeburgenses illius prioris Hulderici à se conficti neque patriam, neque parentes indicant, ne- que auctorem vllum citant, qui de eius Episcopatu te-

sterur, vt in aliis facere solent.

P. R. A. E. T. E. R. A., quod iste auctor dicit S. Gregorium ademisse vxores sacerdotibus, falsum est, & magis adhuc falsum quod refeciderit huiusmodi decretum. Quod ve- rò in piscina Gregorij sex millia capita sunt inuenta, falsis- simum. Nec enim vllum exstat vestigium harum rerum in omnibus B. Gregorij operibus: immò ipse lib. 1. epist. 42. meminit decreti sui prædecessoris, qui iusserat, Sub- diaconos Siculos separari ab vxoribus, & viuere caelibes vt reliqui Subdiaconi in tota Ecclesia viuerebant, & ibi- dem téperat rigorem decreti: iubet enim permitti vxores Subdiaconis, qui eas duxerant ante ordinationem, sed non ordinari rursus alios nisi prius vouerint conti- nentiam. Itaque nihil ipse noui statuit, sed solum mitiga- uit rigorem sententiæ sui prædecessoris.

P. R. A. E. T. E. R. A., si ex decreto Gregorij nata est illa cæ- des sex milliũ infantium, certè in Sicilia nata est, ad quã solum pertinet Gregorij decretum. Quomodo autè ve- rissimile est paucissimos Subdiaconos, Sicilia breuissimo tempore sex millia infantium genuisse? & quomodo illa sex millia capita ex Sicilia in Romanam piscinam Gre- gorij saltauerunt? quomodo autem intellectum est illa esse capita filiorum Clericorum, nõ Laicorum? denique cur de historia tam admiranda nihil scripsit Ioannes Dia- conus, Beda, Sigebertus, Ado, Freculphus aliique tam multi? Itaque non immeritò suspicatur Staphylus hanc epistolam confictam sub nomine S. Valtrici, in respon- sione ad fictas dissensiones, quas inter Catholicos esse falsò criminatur Illyricus, qui etiam addit Augustæ inter opera S. Valtrici, nullam syllabam de hac re exstare.

D. E. T. O. T. A. hac disputatione, vide Michaëlem Medicum in libris quinque de continentia hominum sacrorum, Claudium Espencaum in libris eiusdem argumenti. Io- docum Clichtouæum in libro de caelibatu Sacerdotũ, Hostiũ in Dialogo de hac re, Aialam de traditionibus par- te tertia, Didacum Payuam libro vltimo, Ioannem Cochlaeum de votis contra Caluinum, Alphonsum à Castro lib. 13. de hæresibus, verbo sacerdotium, hæresi 4. Alber- tum Pighium cõtrouersia 15. Vide etiam solutiones alio- rum argumentorum, quæ huc etiam referri potuissent, infra lib. 2. de Monachis, cap. 29. & seq.

CAPVT XXIII.

De Digamia.

D. O. S. T. R. E. M. A. restat quaestio, num Apostolica le- ge prohibitum sit, ne qui post primæ vxoris obi- tum alteram duxit, ad sacros ordines admittatur. Tota autem controuersia de verbis illis beati Pauli est: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum.* Et rursus: *Diaconi sint vnus vxoris viri.* 1. Ti- moth. 3. & Tit. 1. Tres autem eius loci expositiones præ- cipuè reperiantur.

P. R. I. M. A. Lutheri est in libro de captiuitate Babylo- nica, capite de ordinis Sacramento, & fultus in propo- sitionibus de Digamia Episcoporum, vbi docet, beatum Paulum illis verbis solum prohibuisse, fornicationem, & adulteria, vt sensus sit: *Oportet Episcopum esse vnus vxoris virum*, id est, oportet episcopum sola vxore legitima, siue vna, siue pluribus esse contentum, non indulgere scor- tationibus; ita vt vocabulum viri, non significet mari- tum, sed aliquid commune ad maritum, & adulterum; & addit, non modò non esse prohibitam à Paulo pluralita- tem vxorum successiuè, sed neque simul, nisi fortè apud Gentiles propter scandalum: nam apud Iudæos, vbi erat consuetudo plures vxores ducendi, non existimat Lu- therus interdictum fuisse Christianis Episcopis multas simul vxores habere.

A. L. T. E. R. A. sententia est aliorum, qui existimant à Paulo prohiberi multitudinem plurium vxorum simul, non tamen successiuè. Ita docent Magdeburgenses, etiam alioqui rigidi Lutherani esse soleant, cent. 1. lib. 2. cap. 4.

col. 451. & 452. & Calvinus in caput tertium prioris ad Timotheum, & in caput primum epistolae ad Titum.

TERTIA sententia Catholicae Ecclesiae est, quae semper verba illa B. Pauli ita intelligenda esse docuit, ut prohibitum sit sacris ordinibus initiare eos, qui quouis modo bigami fuerint, quam sententiam probare possumus tribus argumentis.

PRIMUM, ex capite quinto prioris ad Timotheum, ubi de viduis legitur, Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit vnus viri vxor. Ex hoc enim loco refellitur imprimis Lutheri sententia; nam eadem phrasi dicitur, vnus viri vxor, & vnus vxoris vir: certum autem est illud, Vnus viri vxor, non posse significare, ut vidua non fuerit adultera, vel scortatrix: nam scortum non dicitur vxor, si ad adulterum aut scortatorem referatur, sed adultera, vel meretrix.

DEINDE continentia ab adulterio, & scortatione non solum requiritur in muliere, quo tempore vir eius viuuit, sed etiam postea dum in viduitate degit, & tamen Paulus non loquitur hoc loco nisi de tempore, quo vir eius viduae viuerebat: non enim dicitur vxor vnus viri fuisse, nisi quando virum habebat, igitur illis verbis, Quae fuerit vnus viri vxor, non potest significari, ut eligatur vidua, quae non fuerit scortatrix, aut adultera, sed quae vnum solum maritum habuerit.

EX eodem loco refellitur etiam sententia Centuriatorum, Caluini, Pomerani, & aliorum, qui volunt Paulum prohibuisse, ne habeat Episcopus vel Diaconus duas simul vxores. Nam (ut diximus) eadem phrasi, & in eadem epistola, & ab eodem Apostolo iubetur esse Episcopus vnus vxoris vir, & vidua vnus viri vxor: at nulla ratio permittit, ut Paulus iubere voluerit, ne vidua eligatur, quae fuerit vxor multorum virorum simul, id enim frustra Paulus iussisset, cum nusquam, & nunquam fuerit eiusmodi usus, ut vna mulier esset plurium virorum vxor.

HABERVNT quondam Iudaei multas vxores, ut etiam nunc habent Turcae, at nunquam est auditum, ut vna mulier plures maritos habuerit. Nam ut ait S. Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 12. Cur vnus vir haberet plures vxores, ratio erat, ut plures filij nascerentur; at cur vna mulier sit vxor plurium virorum, nulla esse potest ratio, non enim pariet mulier nisi semel in anno siue habeat vnum, siue centum viros, immo meretrices nullos pariunt ordinari.

ALTERA ratio ducitur ex tempore, quo haec Paulus scripsit; nam eo tempore non erat consuetudo, neque apud Iudaeos, neque apud Gentiles, & multo minus apud Christianos, ut vnus vir duas simul vxores haberet: proinde quod non fiebat, non erat cur tam serio prohiberetur; & quidem quod ad Gentiles attinet, satis patet ex eo quod in Imperio Romano, quo tunc orbis terrarum regebatur, semper infamis, & prohibita fuit polygamia plurium vxorum simul. Vide, digestis de his qui notantur infamia, lege prima. Item, Codice de incestis nuptiis L. neminem, & ad L. Iuliam, de adulteriis, L. cum quis; tamen enim leges istae paulo posteriores sunt Apostolicis temporibus, tamen indicant prohibitionem polygamiae, multo esse antiquiorem.

PRIMUM, qui publica lege concessit polygamiam plurium vxorum simul, fuit Valentinianus Senior, ut Socrates refert libro quarto, capite vicefimo sexto; sed non diu ea lex durauit, cum constaret, Imperatorem non alia de causa eam legem tulisse, quam ut tegeter intemperantiam suam.

QUOD vero attinet ad Christianos, nec non etiam Iudaeos, ex testamento nouo facile colligi potest, non fuisse apud eos consuetudinem, ut quis duas vxores haberet; semper enim de coniuge in numero singulari loquitur Scriptura Testamenti noui, Matth. 5. Qui dimiserit vxorem suam, Cap. 19. Si licet homini dimittere vxorem suam.

Et ibidem: Omnis, qui reliquerit domum, vel agros, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, &c. Luca decimoquarto: Qui non odit patrem, & matrem, & vxorem, & filios, &c. Prioris ad Corinthios septimo: Vnusquisque suam vxorem habeat. Item, Alligatus es vxori, noli quarere solutionem, solutus es ab vxore, noli quarere vxorem. Ad Ephesios quinto: Vnusquisque vxorem suam, sicut seipsum diligit. Quin etiam Luca primo legitur, Zacharia vxore sterili vsque ad senectutem permanente, non tamen superduxisse alteram, quod haud dubie fecisset, si eo tempore id fieri licuisset. Scribit quidem Iosephus libro decimo septimo antiquitatum, capite secundo, Herodi Regi nouem vxores fuisse: at priuati homines etiam apud Iudaeos iam diu desierant plures vxores accipere.

TERTIA ratio est auctoritas Pauli, qui semper hunc locum de monogamia ita intellexerunt, ut non liceat eum Episcopum vel diaconum creari, qui duas vxores, etiam diuersis temporibus, habuerit. Tertullianus libro 1. ad vxorem: Quantum fidei deirabant, quantum obstrepant sanctitati nuptiae secunda, disciplina Ecclesiae, & praescriptio Apostoli declarat, cum digamos non sinit praesidere, cum viduam allegi in ordinationem, nisi vniueram non concedit. Neque dubium est, quin per digamos intelligat eos, qui duas vxores habuerunt, non simul, sed vnam post alteram, nam de hac digamia in toto libro loquitur: hortatur enim vxorem suam, ut se mortuo non ineat secundas nuptias. Similia habet in lib. de monogamia, & in lib. de exhortatione, castitatis.

NEQUE his repugnat, quod idem Tertullianus in libro de monogamia Catholicis obiicit digamiam Sacerdotum: Quot, inquit, ex digamia praesident apud vos? Nam vel aliqui digami ex dispensatione praesidebant: vel certe aliqui, qui alteram habuerant ante Baptismum, qui multorum opinione non habebantur digami, etsi apud alios in quibus Tertullianus erat, digami censerentur: vel tandem vitio & abusu id fiebat; nec enim defendimus, nunquam esse factum, id quod fieri non debere dicimus.

EPHRAIMI vs haeres. 56. Catharorum: Quae ad sacerdotium tradita sunt, propter eminentiam celebrationis sacerdotum, ea equaliter ferri ad omnes putauerunt. Cum audierint, quod oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, continentem, similiter & Diaconum, & Presbyterum: reuera enim non suscipit sancta Dei praedictio post Christi aduentum eos, qui amputis, mortua ipsorum vxore, secundis nuptiis coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem ac dignitatem, & haec certo sancta Dei Ecclesia cum sinceritate obseruat. Haec ille. Vbi apertissime loquitur de digamia plurium vxorum successiuam, cum eos digamos appellet, qui mortua vxore aliam ducunt, & cum Catharos reprehendat, qui ex hoc loco Pauli etiam Laicos interdicebant secundas nuptias.

AMBROSIVS lib. 10. epist. 82. ad Ecclesiam Verceilensem tractans hunc locum Pauli; Vnus vxoris vir: Qui, inquit, coniugium iterauerit, culpam non habet coniugati, sed praerogatiua exiuit Sacerdotis. Haec ille. Vbi apertissime reicit Lutheri atque Caluini sententiam, qui volunt, ab Apostolo prohiberi vel duas simul vxores, vel adulterias; haec enim qui admittunt, culpam habent coinquinari, & non solum praerogatiua exuuntur Sacerdotis. Similia habet Ambrosius libro primo de officiis, capite vltimo, & libro de dignitate sacerdotali, cap. 4.

HERONYMVS in commentario primi capitis epistolae ad Titum, per vnus vxoris virum monogamum intelligit. Quod autem monogami nomine intelligat eum, qui nec simul, nec successiuè plures habuerit, perspicuum est ex illis verbis: Apostolus, inquit, de Episcopis & Presbyteris haec praecipiens, vtique in ceteris, relaxauit, non quod hortetur ad secunda matrimonia, sed quod necessitati carnis indulgeat. Haec ille. At certe non indulget Apostolus Laicis ut fornicentur, aut duas simul vxores ducant, sed

solum,

solum, ut vxore defuncta, iterum ineant matrimonium; igitur hoc ipsum Sacerdotibus prohibet, ne plures etiam successiuè vxores habeant.

S. AVGVSTINVS lib. de bono coniugali, cap. 18. tractans hunc locum, Vnus vxoris vir: Non absurde, inquit, visum est, eum qui excessit vxorum numerum singulare, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam Sacramenti amisisse, non ad vitae bona meritum, sed ad ordinationis Ecclesiasticae signaculum necessarium. Haec ille. Vbi cum dicit, numerum singularem vxorum excedere, impedimentum esse ordinationis, nec tamen esse peccatum, aperte indicat, se loqui de eodem tempore, non vno tempore, sed diuerso. Nam eodem tempore plures vxores habere, Christiano nullo modo licet ex Augustini sententia.

IDEM Augustinus lib. 22. contra Faustum, cap. 47. Quid, inquit, tandem criminis est, quod de pluribus simul habitis vxoribus, obiicitur sancto viro Iacob? si natura consulas, non lasciuendi, sed gignendi causa illis mulieribus utebatur, se morem, illo tempore, atque in illis terris hoc factitabatur, si praecipuum, nulla lege prohibebatur: nunc vero cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia, & moribus, & legibus non licet? Idem quoque habet in libro de bono coniugali, cap. 7. & lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 12.

SANCTVS Ioannes Chrysostronus homilia secunda in epistolam ad Titum: Castigat, inquit, hoc ipso etiam impudicos, dum non eos permittit post secundas nuptias ad Ecclesiae regimen, dignitatemque Pastoris assumi: nam qui defunctae vxori benevolentiam nullam seruasse deprehenditur, quo pacto hic Ecclesiae praecipuum esse optimus poterit? Nostis enim professi omnes, quod etsi per leges secunda nuptiae permittuntur, multis tamen ea res accusatiombus patet, nullam ergo occasionem praebere subiectis praesulem vult. Haec ille. Vbi clarissime significat, vnus vxoris virum à B. Paulo dici eum, qui post obitum primae vxoris, secundam non duxit, quomodo exponunt etiam ceteri, ut Theophylactus & Oecumenius: tum Latini, Sedulius, Anselmus, Primasius, Haymo, sanctus Thomas, & ceteri in commentariis huius loci.

IDEM etiam disertis verbis docent veteres summi, sanctissimique Pontifices; Syricius in epistola prima ad Himericum, capite vndecimo; Leo primus in epistola 85. aliàs octogesima octaua ad Episcopos Africae, cap. 1. Gelasius primus in epistola prima ad Episcopos Lucaniae, Brutij, & Siciliae, cap. 5. Hilarius in Concilio Romano; & Innocentius in epistola vicefima secunda. Vnus est Theodoretus, quantum legere potui, ex omni numero veterum; qui per vnus vxoris virum, intellexerit eum, qui duas aut plures simul vxores non habet; ita enim exponit in commentario capitis tertij prioris epistolae ad Timotheum: sed non est rata eius auctoritas, ut tot sanctis Pontificibus, & omnibus aliis Patribus anteponi debeat.

HI s accedit quartò & vltimò, totius Ecclesiae consuetudo. Nam, ut Innocentius scribit in Epistola vicefima secunda, cap. 1. in toto Oriente, & Occidente hoc seruabatur, quod etiam nunc feruari videmus, ut bigami non ordinentur. Neque solum vbique, sed etiam semper hoc seruatum esse, planum esse potest ex Leone epistola octogesima octaua ad Afros, ubi dicit, semper hoc esse seruatum; nec non ex eo, quod huius rei mentio fit in Canonibus Apostolorum, canone decimo septimo & decimo octauo, & in antiquissimis Conciliis, ut Neocaesariensi, canone octauo, & in Nicano primo, teste Ambrosio in epistola octogesima secunda. Deinceps etiam semper esse seruatum, patet ex decreto Grariani, distinctione vicefima sexta, & ex decretalium volumine, titul. de bigamis, ubi multa ponuntur testimonia Pontificum, & Patrum diuersarum aetatum; quod autem semper & vbique seruatum est, sine dubitatione vlla ab Apostolica traditione descendit.

CAPVT XXIV. Soluuntur obiectiones Lutheri.

EDIAM ad argumenta Lutheri respondeamus. Prima obiectio; Apostolus iubet, Episcopum eligi irreprehensibilem, siue, ut ad Titum loquitur, sine crimine, quod est Graecè ἀνεγκλίμτος. Is autem est eiusmodi, qui non potest palam argui alicuius criminis. Explicat verò statim Apostolus, quae sint crimina, quibus carere debet Episcopus, & ait: Vnus vxoris vir, filios habens fideles, igitur vnus vxoris vir non significat monogamiam, quae opponitur polygamiae plurium vxorum successiuè, quae nunquam fuit crimen, sed eam, quae opponitur fornicationi & adulterio, quae vera sunt crimina.

RESPONDEO, potest hoc loco nomine criminis non solum peccatum intelligi, sed quidquid ab hominibus reprehendi solet; neque enim sola peccata reprehenduntur, sed etiam ea, quae signum praebent incontinentiae, aut alterius vitij: talem autem esse quamlibet bigamiam certissimum est. Nam idcirco in Concilio Neocaesariensi canone 7. prohibentur Sacerdotes interesse nuptiarum digamorum, & etiam apud Gentiles bigami Pontifices esse non poterant, ut Tertullianus refert libro primo ad vxorem, & Seruius in illud quarti Aeneidos:

Huic vni forsitan potius succumbere culpa.

Culpa, inquit, propter antiquum ritum, quo repellentur à sacerdotio bis nuptae.

APOSTOLVS igitur vult, Episcopum nullius rei, quae malam speciem praeseferat, apud homines posse notari, & idem monogamum esse iubet. Ita hunc locum Chrysostronus exponit; possumus tamen nomine criminis intelligere etiam peccatum graue ac lethale, ut vult sanctus Augustinus tractatu quadragesimo primo in Ioannem, & libro primo contra duas epistolas Pelagianorum capite decimoquarto; sed si ita accipiamus nomen criminis, non debemus exponere verba sequentia beati Pauli, quasi iis explicetur quid sit, esse irreprehensibilem, siue sine crimine; sed ita, ut eis declaratur, Episcopum non solum sine crimine esse debere, sed etiam multis praclaris dotibus ornatum, ut monogamia, sobrietate, doctrina, &c.

SECUNDA obiectio; Si Episcopus monogamus esse deberet, aut ratio huius rei esset moralis, videlicet ob maiorem continentiam, aut certe spiritualis siue mystica, videlicet ob significationem coniugij vnus Christi cum vna Ecclesia; at neutrum dici potest. Nam si ratio esset moralis, multo magis requireretur in Episcopo ne esset adulter, aut concubinaris, quam ne esset bigamus, & tamen videmus adulteros, & concubinaris non repelli à sacerdotio, digamos autem repelli; si verò ratio sit mystica, multa sequuntur absurda. Nam in primis ceterae dotes Episcoporum, quae à Paulo numerantur, omnes sunt morales, ut sobrietas, hospitalitas, doctrina, & ceterae. Cur non etiam ista erit moralis, vnus vxoris vir?

SECUNDO, si idem Episcopus debet esse monogamus, quia eius coniugium significat matrimonium Christi cum Ecclesia, igitur etiam Laici debebunt esse monogami, quia eorum quoque coniugium significat Christi coniugium.

TERTO, si illa est ratio, igitur debebit Episcopus ducere virginem, & eam semper virginem conseruare; ita enim Christus fecit.

QUARTO, debebit Episcopus priorem vxorem repudiare, & posteriori adherere, Nam Christus, Synagoga repudiata, adhæsit Ecclesiae: quocirca Episcopus, ut Christum imitetur, non monogamus, sed bigamus erit.

QUINTO, debebit idem Episcopus necessariò vxorem habere, eaque ne ad punctum quidem temporis carere; Christus enim Ecclesia sponsa sua nunquam caret.

RESPONDEO, rationem, cur Episcopi, Presbyteri, & Diaconi debeant esse monogami, partim esse moralem,

partim

partim mysticam; tamen enim multæ rationes reddi solent à Patribus, tamen omnes reuocantur ad duas illas in argumento aduersarij notatas. Vna igitur causa est moralis, videlicet minor suspicio incontinentiæ, siue perfectior continentia. Hanc reddidit Tertullianus locis citatis, & Chrysostomus in commentario locorum beati Pauli: atque ad hanc reuocatur causa, quam reddit Epiphanius hæresi quinquagesima nona, vbi dicit, monogamum esse debere Episcopum ob excellentiam sacerdotij. Ad eandem reuocari potest ea, quam reddit Ambrosius libro primo de officiis, capite vltimo, vbi dicit, monogamum esse debere Episcopum, vt liberius hortari possit homines ad continentiam.

A L T E R A causa est mystica, videlicet perfecta significatio coniugij Christi cum Ecclesia; qui enim secundam vxorem duxit; significat quidem coniugio suo Christi coniugium, sed non ita perfectè, vt is, qui vnam solum habuit; non enim significat, Christum esse vnum vnus Ecclesiæ sponsum.

D I C E S, peccat igitur, qui secundam vxorem ducit; nam falsum significat, Christum videlicet plurium esse sponsum Ecclesiæ.

R E S P O N D E O, id non sequi. Nam secundæ nuptiæ non sunt institutæ ad significandum Christum bis maritum esse: idè quæ id non significant, quanquam nec significant, eum esse vnum vnus, sed simpliciter significant ipsam coniunctionem, abstracto ab vna vel pluribus. Itaque nuptiæ digamorum nihil falsi significant, sed carèt quodam perfectione significationis, quam habent nuptiæ monogamorum. Atque hanc causam reddunt sanctus Augustinus libro de bono coniugali, cap. decimo octauo, & sanctus Leo in epistola octogesima octaua ad Afros, & huc etiam pertinet ratio illa Epiphaniij de excellentia sacerdotij.

V T igitur respondeamus ad singulas partes obiectionis: Si ratio, inquit, moralis est, igitur maiori ratione prohibentur adulteria & concubinatus, quam digamia.

R E S P O N D E O, prohiberi quidem etiã ista: non enim voluit adulteros, aut concubinos Episcopos eligi, qui iussit eligi homines sine crimine, irreprehensibiles, sobrios, castos, &c. sed tamen negamus magis ista prohiberi, quam digamiã in Episcopo deligendo. Nam ista prohibentur vna solum ratione, & ea non primaria: digamia verò duabus rationibus prohibetur: quòd autem primaria ratio non sit illa moralis, ob signum incontinentiæ, sed altera mystica ob significationem, patet ex eo, quòd digami censentur etiam illi, qui vnam vxorem habuerunt, sed viduam vel alio modo corruptam, vt constat ex citatis locis canonum Apostolorum, Concilij Neocæsariensis, Innocentij, Leonis, & aliorum, ac præterea etiam si longè turpior sit concubinatus, quam digamia, tamen digamia ex natura sua signum est incontinentiæ magis diuturnæ, firmissimæque inhaerentis.

A D primum alterius partis respondeo, rectè monogamiam numerari cum cæteris moralibus dotibus, tum quia etiam ipsa est moralis dos, tum etiam quia nihil incommodi habet, numerari dotem mysticam cum moralibus, cum omnes Episcopo necessariae sint.

A D secundum, negamus id sequi, vt etiam Laici debeant esse monogami. Non enim necesse est, vt Laici ea perfectione sint præditi, qua præditi esse debent Episcopi; quare satis est, si matrimonium Laicorum significet coniugium Christi cum Ecclesia, licet non significet illud, vt est vnus cum vna, vt supra diximus.

A D tertium, negamus etiam sequi, vt Episcopus debeat vxorem semper virginem seruasse. Nã Christi sponsa Ecclesia duo priuilegia habet: nam & virgo est, iuxta illud 2. ad Corinthios II. *Respondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo;* & simul fecundissima est, & plurimos quotidie filios parit per lauacrum regenerationis.

A Duo autem ista priuilegia simul nullum coniugium humanum repræsentare potest, illo excepto, quod fuit inter beatam Virginem & sanctum Iosephum. Idcirco satis est, si Episcopi coniugium, alterum eorum significet, nimirum aut fecunditatem Ecclesiæ, si filios ex vxore habuerit, aut virginitatem, si forte vxorem virginem conseruauerit, vt aliqui sancti viri fecerunt.

A D quartum, negamus, Christum repudiasse vnquam sponfam suam, vt acciperet aliam. Nam Christus, vt homo, non accepit vnquam nisi vnam sponfam, id est, Ecclesiam Christianam, quam ipse ex latere suo perfosso sibi formauit, vt quondam Adam vnam Euan ex latere suo educam, vxorem accepit. Idem verò Christus, vt Deus ab initio mundi Ecclesiam sibi coniunxit in matrimonium, neque vnquam eam dimisit. Et si enim videtur Christus repudiasse Synagogam, quia sunt hoc tempore Iudæi sine Deo, & quia beatus Paulus, ad Galatas 4. exponit de Testamento veteri illud Genesis 21. *Eiue ancillam & filium eius.* Tamen reuera Ecclesiam testamenti veteris Christus non repudiavit, sed renouauit, & pulchram reddidit, & ex ancilla liberam fecit, & hoc modo eiecit ancillam, id est, statum illum seruilem, quomodo si aliquis ancillam vxorem acciperet, ac post aliquantum temporis eam liberaret. Quare beatus Paulus ad Romanos II. *Nunquid, inquit, Deus repulit populum suum? Absit. Nam ego Israëlita sum; non repulit Deus plebem suam, quam præcinit;* &c. Itaque solum pars quædam obstinatorum Iudæorum recessit ab vnitæ veræ Synagogæ: reliqui manserunt, & per eos continuatum est coniugium Christi cum Ecclesia.

B **A D** quintum, negamus Episcopum semper ac necessariò vxorem habere debere, immò meliùs facturum dicimus, si nunquam vxorem duxerit. Nam cum Christus & virgo & maritus sit, si Episcopus vxorem nõ habeat, Christum virginè repræsentabit, si vxorè habeat, Christi coniugium significabit. Itaque monogamia in Episcopo requiritur, si coniugatus fuerit, non absolutè.

T E R T I A obiectio, quod Paulus ait I. ad Timotheum 3. *Episcopum esse oportere vnus vxoris virum,* simile est ei, quod idem ait I. ad Corinth. 7. *Vnusquisque vxorem suam habeat:* at in his posterioribus verbis non prohibentur secundæ nuptiæ, sed adulteria, & fornicationes.

R E S P O N D E O, probandam esse Lutherò propositionem argumentis; non enim sunt omnino similes duæ illæ sententiæ. Nam in priori determinatur numerus coniugij, cum vnus vxoris mentio fit; in posteriore non determinatur: habebit enim verè vnusquisque suam vxorem, si legitimam coniugem habeat, etiam si forte non sit prima, sed secunda.

S E D instat Lutherus, & probat, sententias illas esse similes. Nam primæ ad Timotheum tertio Paulus ait: *Diaconi sint vnus vxoris viri,* vbi illud, *Vnius,* non potest determinare numerum, alioquin sensus esset, vt multi Diaconi vnam vxorem communem haberent. Ponitur igitur illa vox, *Vnius,* pro, Solius, vt sensus sit, Diaconi solius vxoris suæ viri sint, non mulierum cæterarum.

A T indigna est obiectio, cui respondeatur. Quis enim non intelligit illud: *Diaconi sint vnus vxoris viri,* diuise accipi debere, non coniunctè? Iste igitur sensus est: Diaconi, id est, quilibet Diaconus sit vnus vxoris vir.

Q U A R T A obiectio: Apostolus Paulus I. ad Corinthios 7. se in numero viduorum ponit, & tamè I. ad Corinthios 9. ait: *An non habemus potestatem sororem vxorem circumducendi, sicut Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Poterat igitur Paulus, licet viduus esset, vxorem ducere: quomodo enim potuisset sororem vxorem circumducere, si non potuisset eam priùs ducere?

R E S P O N D E O, hoc argumentum multis modis peccare. Primum enim, beatus Paulus non se inter viduos numerat, sed inter eos, qui vxore carebant, siue eam

nunquam.

numquam accepissent, siue iam amisissent, *Innuptis, inquit, & viduis dico, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego.* Deinde, non dicit idem Apostolus habere se potestatem sororem vxorem circumducendi, sed sororem mulierem, vt interpretes omnes tradunt, de qua re superiore quæstione disputauimus.

O B I E C T I O quinta. Poterat Paulus, si voluisset, aperte dicere, Episcopum debere esse monogamum, ergo cum non dixerit, Episcopum debere esse monogamum, sed vnus vxoris virum, cogere voluit Lectores, vt intelligerent verba sua non de singularitate nuptiarum, quod sonat nomen monogamie, sed de singularitate mulieris, quod significat illud *Vnius vxoris vir.* Non igitur interdicit Episcopo B. Paulus secundas nuptias, sed aliarum mulierum commercium, præter commercium legitimæ vxoris.

R E S P O N D E O, si ita caquillari liceat, nunquam finitendas quæstiones, dixit Apostolus; quod intelligeret: non debuit omnes loquendi formas excutere. Adde vocem, Monogamum, apud Græcos non esse in vsu, sed à Latinis primum vsurpari cæptam, etsi ex Græcis vocibus compositam. Proinde non esse mirum, si Paulus, qui Græcè scripsit, ea non fuerit vsus. Adde etiã hanc ipsam vocem, licet propriè ab vnus nuptiis deductam, tamen vsitate etiam: accipi pro eo, qui habet vnam vxorem, siue ea prima fuerit, siue secunda: ex quo sequitur, vt idem omnino sit Monogamus quod vnus vxoris vir.

S E X T A obiectio, Ambrosius libro de dignitate sacerdotali, capite quarto illa verba: *Vnius vxoris vir,* exposuit de coniugio spiritali Episcopi cum Ecclesia, atque ait, Apostolum id iubere, vt Episcopus vnam Ecclesiam regat, non multas. Non igitur, si Ambrosio credimus, interdicitur Sacerdotibus digamia.

H I E R O N Y M V S quoque in epist. ad Oceanum, defendit acerrimè Cæterum Hispanum Episcopum, qui duas vxores habuerat, & ad legem Apostoli, in quam peccasse Episcopus ille accusabatur; respondet, posse illud; *Vnius vxoris vir,* multis modis intelligi. Nam primum hic potest esse sensus: Sit Episcopus vnus vxoris vir, id est, vnã habeat vno tempore, & licet ea mortua, alteram ducat, nunquam tamen simul habeat duas. Deinde etiam, nomine vxoris accipi potest Ecclesia, vt ille sit vnus vxoris vir, qui vni præpositus Ecclesiæ est. Et rursus, nomine vxoris mulier potest accipi, vt idè sit vnus vxoris vir, quod vnus mulieris vir, vt non tam secundæ nuptiæ, quam multarum simul mulierum commercium prohibeatur.

A D D E R E possumus testimonium sancti Augustini lib. de bono coniugali, capite decimo octauo, vbi opponit Sacerdotem Testamenti veteris, qui multas vxores habere poterat, Sacerdoti Testamenti noui, qui vnam solum habere potest. At ille multas simul habere poterat, igitur iste plures vno tempore habere prohibetur, non autem vnam post alteram.

A D Ambrosij testimonium facile erit respondere, siquidem ipse in illo ipso loco, qui nobis obiicitur, scribit, ad literam prohiberi digamiam vxorum Sacerdotibus. Mystice autem posse etiam exponi de digamia Ecclesiæ; quocirca idem Ambrosius in epistola octogesima secunda, & lib. I. de officiis, capite vltimo, & in commentariis in Paulum, non meminit huius mysticæ expositionis, sed exponit simpliciter de vera Monogamia.

A D Hieronymum verò vt respondeamus, obseruandum est, cõtrouersiam fuisse inter veteres Patres; An qui vnam vxorem habuit ante Baptismum, eaq; mortua, alteram duxit post Baptismum, bigamus censendus esset necne? Nam sanctus Hieronymus in epistola ad Oceanum contèdit, eiusmodi hominem non esse bigamum, propterea quòd per Baptismum sit factus nouus homo ex veteri, & nihil ei nocere possit eorundem, quæ fecit ante Baptismum. Et sanè huic sententiæ multum fauet canon deci-

A mus septimus Apostolorum, qui diserte prohibet Episcopum fieri, qui post Baptismum bis nuptias celebravit.

C O N T R A verò, Ambrosius, Innocentius, & Augustinus locis citatis contendunt; omnino habendum bigamum, qui duas vxores habuit, siue ante Baptismum, siue post Baptismum. Nam Baptisma diluit peccata, non soluit coniugia; & renouat hominem, quantum ad virtutem virtutum, non quantum ad ea, quæ rectè se habent. Atque hæc sententia tandem præualuit, & ab vniuersa Ecclesia recepta est.

N E Q U E obstat canon Apostolicus; fortasse enim eo tempore propter hominum paucitatè dispensabatur Apostoli cum illis, qui ante Baptismum vxorem vnam, vel plures habuerant, modò non habuissent plures post Baptismum. Neque enim est hoc præceptum Apostoli omnino indispensabile. Hieronymus igitur nõ defendit Episcopum polygamum, nec docet, à beato Paulo permissam polygamiam Sacerdotibus, sed solum contendit, eum, qui vnam tantum vxorem habuit, post Baptismum non esse polygamum, licet habuerit alteram ante Baptismum.

E T quamvis Hieronymus tres illas expositiones loci Paulini adducat, quæ in obiectione propositæ sunt, non tamè eas approbat, vt veras & germanas. Nam primam illam de polygamia plurium vxorum simul, dicit se adducere, vt malo cuneo malum nodum scindat. Alteram de polygamia Ecclesiæ, dicit esse coactam, & duram expositionem. *Quidam, inquit, coactè interpretantur vxores pro Ecclesiis, viros pro Episcopis.* Denique tertiam illam de viro vnus mulieris, & simul duas superiores, reitice apertissimè, cum sic ait: *Hæc vniuersa profervimus, non quòd verè & simplici intelligenti resistamus, sed vt doceamus te Scripturas sanctas sic intelligere, vt scriptæ sunt, nec euacuare Baptismum Saluatoris, & totum patibuli sacramentum irritum facere.* Hæc ille. Vbi tres illas expositiones vni, simplici & veræ opponit; quam autem vocet simplicem & veram, intelligi potest ex commentario eius ad caput primum epistolæ ad Titum, vbi simpliciter exponit vnus vxoris virum esse eum; qui post obitum primæ vxoris, secundam non duxit.

A D locum Augustini respondeo, antithesim sacerdotum testamenti veteris, & noui in eo solum positam esse, quòd illi habuerunt plures vxores, isti vnam; non autem in eo, quòd illi habuerunt plures simul, isti non plures simul. Id, quod ex duobus colligi potest; nam Augustinus dicit, idè Sacerdotes noui Testamenti non posse habere plures vxores, quia significant Christi coniugium cum vna Ecclesia; at Ecclesia vna est omnino non vna post alteram. Deinde idem Augustinus ibidem dicit, non esse peccatum, habere nunc duas vxores, sed tamen esse impedimentum ordinationis. At habere duas simul tempore noui Testamenti, peccatum esse, idem Augustinus docet libro de bono coniugali, cap. 7. Igitur cum dicit, Sacerdotem Testamenti noui non posse habere, nisi vnam vxorem, intelligit, nec simul; nec successiuè.

S E P T I M A obiectio nostra est, vt res meliùs intelligatur, si bigamia prohibita esset Sacerdotibus ob defectum significationis, certè bigamus esset, qui plures vxores legitimas habuisset, licet cum vna tantum matrimonium consummasset; nam matrimonium integrum est & perfectum etiam sine copula coniugali. At contrarium definit ius canonicum cap. Debitum, de bigamis.

A D hæc illa sola bigamia prohibita esset, quæ ex duobus veris matrimoniis constaret, at non ita est; nam cap. Nuper, de bigamis, censentur bigami etiam illi, qui vnam vxorem legitime duxerunt, & alteram non legitime; cum tamen posterius non fuerit verum matrimonium: immò etiam qui post votum solenne vnam vxorem ducunt, bigami censentur, & illi quoque, qui fornicariã ducunt, licet vnam; vbi nullo modo fingere licet duo matrimonia, nisi quis fornicationè matrimonium appelleret.

& con

& confirmatur: Nam si vir fornicarius ducat uxorem virginem, non est bigamus; si vero vir castus ducat fornicariam, bigamus est: Non igitur fundamentum bigamiae est defectus significationis, nã in hoc paria sunt illa coniugia, in quibus aut vir, aut mulier fornicationem admisit.

RESPONDEO, tres sunt species bigamiae, vt interpretes iuris Canonici recte docent in titulum de digamis. Prima species est digamia vera & propria, ea videlicet, quae ex duobus veris matrimoniis oritur. Contingit autem tribus modis hæc digamia. Primò, ex parte viri tantum, cum vir habuit duas veras uxores. Secundò, ex parte uxoris tantum, cum vxor habuit duos veros maritos. Tertio, ex parte vtriusque, cum viduus viduam ducit; & de hac specie nulla dubitatio est. Constat enim, semper in ea defectum significationis adesse, cum aut vir non sit vnus vnus, aut vxor non sit vna vnus.

SECUNDA species est digamia interpretatiua, id est, quae verè ex natura rei non est digamia, sed iuris interpretatione habetur ac reputatur digamia. Contingit autem hæc digamia quotiescunque aliquis ducit secundam uxorem, aut vxor secundum virum de facto, non de iure, siue primum coniugium de iure, siue tantum de facto fuerit, vt patet ex titulo de digamis: licet enim hic non sit verè defectus significationis, tamen Ecclesia extendit pœnam bigamorum etiã ad istos, & fortè sanctus Paulus, cum ait, Episcopi sint vnus vxoris viri, intelligi voluit id de iure, vel de facto, ita vt interdixerit, ne quis ordinetur, qui fuerit plurius vxorum vir, siue de iure, siue de facto.

TERCIA species est digamia metaphorica, id est, quae cõsurgit ex duplici coniugio, quorum alterum, non verum, sed metaphoricum fuerit; sic enim Ancyratum Concilium can. 19. inter digamos haberi iubet eos, qui post votum continentiae ad matrimonium transferunt, siquidem votum continentiae genus est matrimonij animae cum Deo, licet metaphorice. Porro isti prohibentur ordinari, non quòd verè bigami sint, sed quia Ecclesia pœnam bigamorum ad eos extendere voluit.

Ex his ad primum respondeo, bigamiam non oriri, nisi ex matrimonio consummato. Nam vt recte dicit Innocentius Papa cap. Debitum, de digamis, Matrimonij ratum, sed non consummatum significat coniunctionem Dei cum anima per gratiam; matrimonium autem consummatum significat coniunctionem Christi cum Ecclesia per naturae conformitatem. Nam Apostolus ad Ephesios quinto tum dixit; Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia, cum paulò antè dixisset: erunt duo in carne vna. Bigamia verò nascitur ex defectu significationis coniugij Christi cum Ecclesia, non Dei cum anima.

AD id verò, quod obiicitur de bigamia eorũ, qui habuerunt plures uxores de facto, non de iure, iam responsum est in explicatione specierum bigamiae.

AD illud verò de eo, qui ducit fornicariam, quidã respondent, ideò bigamum esse, qui ducit fornicariã, licet bigamus non sit fornicarius, qui ducit virginẽ, quia Episcopus representat Ecclesiam, sponsa Episcopi representat Christum; constat autè, in ipsa Ecclesia nõ deesse aliquas corruptelas, in Christo verò nihil eiusmodi esse posse.

AT hæc solutio pugnat cum Apostolo Paulo, qui ad Ephesios quinto comparat vtrum cum Christo, & sponsam cum Ecclesia: Viri, inquit, diligite uxores vestras, sicut Christus Ecclesiam.

ALI, in quibus est Dominicus à Soto in quartũ sentent. diffinit. 27. quæstione tertia, articulo primo, dicunt causam illius discriminis esse, quia matrimonium sumit speciem suam à termino ad quem, ac proinde matrimonium viri tunc solum vitatur, cum in vxore est vitium; illa enim est terminus ad quem, respectu viri, & contra, quando vitium est in viro, tunc vitatur matrimonium

A ex parte uxoris, & si illa esset capax ordinationis, fieret irregularis, si nuberet viro fornicario.

AT hæc solutio acutior, quàm verior esse videtur; nã si ex termino ad quem, tantum nasceretur bigamia, certè qui duceret secundam uxorem virginem, non esset bigamus; nam in eiusmodi matrimonio nullum est vitium in termino ad quem, sed totum est in termino à quo, id est, in ipso viro, qui bis matrimonium contrahit: atqui nulla est magis propria bigamia, quàm ducere duas uxores, licet virgines. Sicut igitur æquè oritur bigamia, si viduus ducat virginem, & si virgo ducat viduam, vt patet, ita quoque bigamia esset, cum vir fornicarius ducit virginem, si bigamia esset, cum vir castus ducit fornicariam.

RESPONDEO igitur, prohiberi esse ne ordinetur qui ducit fornicariam, non quòd ea sit bigamia, neque ob illud Apostoli præceptum, Vnus vxoris vir, sed quia sic placuit Ecclesiae ob dignitatem sacerdotij; nam indignum est tam graui persona matrimonium cum fornicaria, non autem indignum est viro fornicatio, si uxorem virginem ducat; esse autem huius rei causam, nõ bigamiam, sed dignitatem sacerdotij, ex eo probari potest, quod can. 8. Apostolorum, vbi prohibetur sacerdos fieri, qui duxit fornicariam, prohibetur etiam is fieri sacerdos, qui duxit ancillam, vel comœdiarum actricem, vbi nullum locum habet bigamia, sed sola infamia. Atque hæc de cõsulatu dicta sufficiant.

SEQUENTUR nunc disputationes, quinta & sexta videlicet; quinta de horis canonicis, & sexta de ritu tonsuræ, siue rasuræ Clericorum; sed quia de horis canonicis in disputatione de oratione commodius tractari poterit, de ritu verò tonsuræ differemus in sequenti libro, qui erit de Monachis, nunc ad septimam disputationem nos conferemus.

CAPVT XXV.

De decimis.

SEPTIMA quæstio erat de temporalibus bonis Clericorum. Sunt autem tria bonorum genera, de quibus ambigi potest, an Clericis cõueniant. Primo loco sunt decimæ, quæ debentur Clericis ex iustitia. Secundo, sunt agri, domus, ac possessiones cæteræ, quas dono Laicorum, maxime Principum, Ecclesia possidet. Tertio, sunt bona, quæ habentur titulo planè seculari, vt hæreditate paterna, emptione, venditione, &c. de singulis ordine dicemus. Ac primum, de decimis quatuor inuenio errores.

PRIMVS error fuit Ioannis VViclefi, qui, vt refert VValdensis lib. 2. doctrinalis fidei, art. 3. cap. 64. & 65. docebat decimas esse puras elemosynas, & nullo iure deberi Sacerdotibus. Eundem errorem sequuntur hodie Anabaptistæ Trinitarij: Nam in libello, quem ediderunt anno M.D.LXVIII. Albæ Iulix de Antithesibus veri & falsi Christi, tertiam Antithesim faciunt hæc: Talsus Christus sicut ipse est Deus æternus, & diuissimus, sic dedit suis Sacerdotibus decimas, & multa bona temporalia. Christus autem verus, qui homo temporalis, & pauper fuit, pauperes etiam vult Ministros.

ERROR est manifestus: facile enim doceri potest, esse de iure naturæ & diuino quòd aliquid soluatur laici Sacerdotibus, & præterea de iure Ecclesiastico, vt id quod soluitur sit pars decimæ. Quòd sit de iure naturæ probatur: Nã certè ratio dicitur, vt ius, qui pro populo laborant, populus alimenta præbeat; vnde enim deducimus deberi Regibus tributa, & militibus stipendia; & iudicibus aliisque ministris publicis salaria: inde etiã deducere possumus, deberi sacerdotibus decimas, vel aliquid earum loco. Itaque tempore legis naturæ videmus Abraham dedisse decimas Melchisedeche sacerdoti, qui tunc erat, Genes. 14. in quem locum scribès Chryostomus homil. 35. in Gen. dicit Abrahamum hoc factò Doctorem nostrum fuisse, ac monuisse, quid nos facere debeamus.

QVOD

QVOD autem de iure diuino sit, probatur ex vtroque Testamento, ac primùm Lenit. vltimo, Numer. 18. Malach. 3. & alibi, Deus iussit decimas Leuitis dari, quæ quidem præcepta licet non obligent Christianos, vt iudicialia erant, obligant tamen quatenus moralia, id est, quòd pars aliqua fructuum sit Sacerdotibus danda; id enim aperte docet Clemens libro 2. const. Apostol. can. 29. 38. & 39. & libro 8. & cap. 36. vbi dicit, et si Christiani sunt liberi à caeremoniis legis veteris, non tamen à decimis, & oblationibus: immò nunc magis teneri ad hæc omnia Christianos, cum debeat eorum iustitia abundare plus quàm Scribarum & Phariseorum.

ITEM B. Hieronymus in c. Malach. 3. sic ait: Quod, inquit, de decimis, primitiisque diximus, quæ olim dabantur à populo Sacerdotibus atque Leuitis, in Ecclesia quomodo populis intelligite, quibus præceptum est nõ solum decimas, & primitias dare, sed & vendere omnia, quæ habet, & dare pauperibus: quod si facere nolumus, saltem Iudeorum imitemur exordia, vt pauperibus partem demus ex toto, & Sacerdotibus, ac Leuitis honorem debitum deferamus: quod qui non fecerit, Deum fraudare, & supplantare conuincitur. Vbi tamen nota, quòd et si B. Hieronymus dicat esse præceptum vendere omnia, & dare pauperibus, tamen intelligit esse præceptum non absolute, sicut de soluendis, sed si quis perfectus esse velit; nam de isto subdit, Quod si facere nolumus, &c. De decimis autem dicit: Quod qui non fecerit, Deum fraudare, & supplantare conuincitur.

ITEM B. Augustinus serm. 219. de tempore, eundem locum Malachiae tractans: Deus, inquit, qui dignatus est totum dare, decimã à nobis dignatur repetere, nõ sibi, sed nobis sine dubio profuturã: sic enim per prophetã ipse promissit, dicens: Inferte omnem decimam in horreis meis, vt sit cibus in domo mea, & probate me in his, dicit Dominus. Fortè non est B. Augustini iste sermo, tamè insignis est sine dubio, & antiqui alicuius Patris: nam inde tanquam ex Augustino multa sunt adscripta in decreto 16. q. 1.

ITEM B. Gregorius ho. 16. in Euangelia: Sicut, inquit, offerre in lege iubemini fratres charissimi, decimas rerum: ita ei offerre contendite & decimas dierum. Deinde in Testamento nouo habemus, Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. In quem locum Hieronymus & Augustinus lib. 50. homil. hom. 48. dicunt præcipere Dominum, vt reddantur Cæsari tributa, & Deo decimæ: præterea Matth. 10. Dignus est operarius mercede sua. Cor. 9. Nescitis, quoni. m. qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participant ita & Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Et ibidem: Quis militat suis stipendiis vnquam? & si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?

DE quo loco tractans Augustinus tract. in Psal. 146. & inde exponens illa verba Psalmi, Qui parat terre pluuiã, producens in montibus fenum, dicit populos, qui tanquam terra accipiunt pluuiam doctrinæ à Sacerdotibus, debere illis producere fœnum tẽporalium bonorũ. Accipe, inquit, pluuiam, & da fenum: et enim ista omnia, quæ Ecclesie ad necessitates seruientium Deo dantur à diuitibus, quid sunt nisi fenum? Et infra: Debetur pluuiæ fructus, debetur seruo cibus, sicut Dominus ait: Manducate quæ ab ipsis sunt: & ne putarent aliquid de suo donare: dignus est, inquit, operarius mercede sua. Et infra: Exime aliquã partem reddituum tuorum, decimas vis, decimas exime, quanquam parum sit: dictum est enim quia Pharisæi decimas dabant, & quid Dominus: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Phariseorum non intrabitis in regnum caelorum.

NOTA, tempore B. Augustini multos in Africa non consueuisse decimas soluere, sicut modò in quibusdam

aliis partibus, & ideò eos B. Augustinũ ad decimas cohortari, sicut etiam facit ho. 48. ex lib. 50. homiliarum. Maiores nostri, inquit, idèd copius omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæsari censum reddebant: modò autem quia decessit deuotio Dei, accessit indictio fisci: Nolumus pariri cum Deo decimas, modò autem totum tollitur.

SUPEREST, vt iura Ecclesiastica proferamus. Ac primùm multa sunt antiqua Cõcilia, in quibus id aperte præcipitur, vt Arelanenfe primum cap. 17. ante annos mille. Item Matisconense, II. c. 5. eodem seculo celebratũ dicit leges diuinas de soluendis decimis longis temporibus in Ecclesia custoditas, etiam deinceps esse custodiendas. Forouliense cap. vltimo idem habet. Moguntinum tempore Caroli Magni c. 38. Moguntinum sub Rabano c. 10. Moguntinum tempore Imperatoris Arnulphi cap. 17. excommunicari iubet eos, qui decimas dare neglexerint, Remense cap. 38. tempore Caroli Magni, Valentini tempore Lotharij cap. Arelatenfe IV. capite 9. Cabilonense II. cap. 19. Metense cap. 2. Triburionense cap. 13. quæ omnia ante annos DCC. vel DCCC. vel mille acta sunt.

PRÆTEREA sunt Concilia generalia, Lateranenfe, sub Innocentio III. cap. 53. 54. 55. 56. statuit, vt decimæ ante tributa, & census persoluantur, & alia quædam. In Concilio Viennensi, vt habetur in Clement. cupientes, de pœnis, excommunicantur ipso facto religiosi, qui in concione aliquid dicunt, vnde retrahant populum à soluendis decimis. Concilium Constantiense sess. 8. damnauit articulum VViclefi, quòd decimæ sint puræ elemosynæ, ac demum Concilium Tridentum, sess. 25. cap. 13. docet solutionem decimarum debitam esse Deo, & iubet vt excommunicentur, qui eas subtrahunt, aut ne ab aliis dentur impediunt, nec debere absolui, donec integre restituant. His accedant plurima decreta Pontificum summorum, quæ habentur 16. q. 1. & 7. & extra de decimis, nec non in sexto & Clemetinis, & extrauaganantibus eodem titulo.

ALTER error est eiusdem VViclefi, quòd scilicet decimæ non modò sint puræ elemosynæ, sed etiam nullo modo dandæ sint malis Sacerdotibus; existimauit enim VViclefus, eum qui elemosynam facit peccatori in peccato eius communicare, de quo errore plura dicemus in tractatu de elemosyna: nunc breuiter refellitur error præsens. Primò, ex illo Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Vbi ita S. Hieron. scribit: Quod ait, inquit, reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, numerum, tributum, & pecuniam: & quæ sunt Dei, Deo, decimas, primitias, & oblationes, ac victimas sentiamus. At certum est, tempore Domini non solum Cæsarem impium, & infidelem, sed etiam Sacerdotes improbissimos, ac deprauatissimos fuisse.

SECUNDò ex Innocentio III. in ep. ad Episcopum Vercellensem, & habetur c. tua nos, de decim: Pretextu, inquit, nequitia Clericorum nequeit decimas, nisi quibus ex mandato diuino debentur, pro suo arbitrio erogare, cum nulli sit licitum aliena cuique concedere, præter Domini voluntatem.

DEINDE tertio, quia decimæ non dantur Clericis, quia boni sunt, sed quia Clerici sunt, sicut tributa dantur Regibus, non quia probi, sed quia Reges.

TERTIVS error est quorundam, qui dicuntur Fratricelli, siue Pseudoapostoli, qui inter alios errores, quos refert Ioan. Turrecremata lib. 4. q. 2. cap. 37. summæ, docebant non posse percipere decimas eos, qui non viuunt in paupertate more Apostolorum; error est sine vllo fundamento; nam ratio, cur debeantur Clericis decimæ, est, quia laborant in populi vtilitatem. hæc autem ratio non minùs in diuite quàm in paupere inueniri potest. Accedit quòd Dominus Matth. 22. iussit dari decimas Sacerdotibus Iudeorum, qui in paupertate non viuabant,

QUARTVS error est multorum Canonistarum, qui contendunt decimas; etiam quo ad determinationem quantitatis esse de iure diuino, nec posse vlla humana lege, aut consuetudine aliam statui quantitatem. Ita Glossa in c.1. de decimis, in sexto, Innocentius in rubrica de decimis, Panormitanus in capite in aliquibus, de decimis, & Hostiensis in sua summa tit. de decimis, §. 7. quos alij ferè omnes sequuntur. Argumentum eorum est, quia plurimi Canones, ac præsertim c. in aliquibus, de decimis, dicunt decimas deberi iure diuino.

AT sine vilo dubio error est manifestus, vt non solum Theologi omnes, sed etiam ex Canonistis docent Syluest. verbo Decima, q. 4. & Nauarrus in Man. Conf. cap. 21. num. 28. nec semel tantum, sed bis peccant multi Canonistarum, semel, quia falsum defendunt: iterum quia damnant ferè hæreseos omnes Theologos, qui contrarium sentiunt; cum è contrario ipsorum sententia facillimè conuincit possit erroris.

PROBATVR igitur præceptum de soluendis decimis, quãtã ad determinationem talis quãtãtis non esse nunc de iure diuino. Tale præceptum nusquam inuenitur Christianis impositum, nec in noua, nec in veteri lege; & quòd non in noua, patet: quòd non in veteri, probatur: nam præceptum legis veteris, quo ad illã determinationem, nõ erat morale, nec propriè cæremoniale, sed iudiciale, vt Alexander docet 3. parte q. 51. in 3. & B. Thomas in 2. 2. q. 87. art. 1. quos omnes Theologi sequuntur.

ET quòd non sit morale, patet, quia moralia semper obligauerunt, lex autem de decimis non fuit ante tempora Moysis, nec ratio dicitur, vt sacerdoti dentur decem partes, sed vt detur, quantum satis est ad eius sustentationem. vnde Gen. 28. Iacob vouit se daturum decimas Deo omnium quæ possideret, si Deus eum dirigeret in via, &c. At impium fuisset vouere decimas cum tali conditione, si absolute fuisset obligatus eas soluere.

PRÆTEREA si moralis fuisset ista determinatio decimarum, certè etiam morale esset præceptum, quòd ibidem additur, vt qui decimas habent, nullum aliud patrimonium habeant, atque ita iure diuino tenerentur Clerici dimittere patrimonium.

QUOD autem non sit propriè cæremoniale, sed iudiciale, probatur; nam non ordinatur immediatè ad colendum Deum, sed ad æquitatem inter homines constituendam; idè enim iussit Deus dari decimam partem omnium bonorum Leuitis, nõ octauam aut vicissimam vt esset proportio inter opes Leuitarum, & aliorum. Erat enim familia Leui vna ex duodecim tribubus Israël, vel potiùs ex tredecim; nam etiam si duodecim fuerint filij Israël, tamen Ioseph duas tribus fecit, id est, Ephraim, & Manasse, & secundum æquitatem tertiam decimam partem bonorum habere debuissent, tamen quia erant cæteris nobiliores, & quia Deus prouidebat non defuturos transgressores, qui non integrè soluerent, idcirco attribuit eis partè decimã, id est, amplius quàm cæteris, vt sic ad æqualitatè veniretur, non obstantibus transgressoribus.

NEQUE obstat quòd Innocentius Papa c. Tua nos, de decimis, dicit decimas Deum requirere ad professionem supremi dominij, ex quo videtur sequi, quòd sit præceptum cæremoniale; nam non dantur decimæ immediatè, & per se ad hunc finem, vt profiteantur, qui eas daunt se agnoscere supremum dominium Dei, sicut faciunt, qui sacrificium offerunt, sed solum mediatè, & per aliud, quia nimirum dantur Deo per suos ministros; datur enim Sacerdotibus, vt ministris Dei. Constat autem ex fide Catholica legem veterem post Christi aduentum esse abrogatam, quatenus positua erat; vt Apostolus Gal. 3. Ephes. 2. Heb. 7. & alibi disertè docet, & idem confirmabat decretalis vnica de purificatione post partum, quã Canonistæ ignorare non possunt; non igitur lex illa de soluenda decima parte bonorum cum sit iudicialis ad

A Christianos pertinet, ex vi Testamenti veteris.

AD argumentum ipsorum respondemus, quòd cum facti Canones dicunt, iure diuino deberi decimas, tribus modis intelligi possunt. Vno modo, vt sensus sit, deberi iure diuino quoad substantiam, non quoad quantitatem, siue iure diuino addita Ecclesia determinatione, sicut dicimus, festa iure diuino sanctificanda esse etiam nunc: & hoc modo intelligo Concil. Matifcon. II. cap. 5. vbi dicit, legè diuinã de soluendis decimis esse seruandam.

ALTERO modo, vt sit sensus, Deum imposuisse decimam Christianis non verbo, sed exemplo; nam dũ eas Iudæis imposuit, simul ostendit, quid etiã Christianos facere par esset; quomodo quidã Patres dicunt, quadragesimam indicam esse à Domino, quia nimirum exemplo nos docuit ieiunare quadragesimam. Vide Ambros. serm. 36.

TERTIO modo, vt sit sensus, deberi iure diuino, id est, iuxta determinationem quantitatis, quæ haberetur in iure diuino, & quamquam non ex vi iuris diuini, sed ex iuris Ecclesiastici; & hoc modo intelligi debent verba capituli, in aliquibus de decimis, quæ talia sunt: *Illæ quippe decimæ necessariò soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata.* Est enim sensus, Illæ decimæ necessariò soluendæ sunt, quæ debentur vel iuxta quantitatem, lege diuina determinatam, quam Ecclesia innouauit; vt sit, vbi soluitur integræ decimæ, vel iuxta quantitatem consuetudine loci determinatam; vt sit, vbi soluitur minus quàm decima, & tamen vocatur decima. Et nota ex hoc textu, quo Canonistæ maximè nituntur, sumi argumentum optimum contra ipsos: Si enim decimæ quoad quantitatem deberentur iure diuino, vbiq; integrè soluendæ essent, nec diceret textus iste, alicubi debere solui iuxta consuetudinem. Atque hæc de erroribus. Sequitur vt dubia quædam explicemus.

DV B I V M P R I M V M.

An præceptum de soluendis decimis possit contra-ria consuetudine abrogari.

RESPONDEO, certum est, præceptum de soluendis decimis, quã parte diuinum & naturale est, nõ posse vlla lege humana vel consuetudine contraria aboleri: ac proinde certum est, Ecclesiam habere ius petendi decimas, etiam vbi consuetudo est, vt non soluantur. In hoc enim omnes Theologi & Canonistæ conueniunt. Dubium autem est, an præceptum de decimis, quatenus positium, & humanum est, possit mutari consuetudine. Sotus lib. 9. quæst. 4. art. 1. de iustitia, dicit non posse, & hanc putat mentem esse Beati Thomæ.

CONTRARIUM puto verum cũ Syluestro, verbo decima, q. 4. & Nauarro in Man. Cõfess. c. 21. num. 28. Nec dubito hanc esse mentem B. Thomæ: nam B. Thomas in 2. 2. q. 87. art. 1. docet, præceptum de decimis, quatenus humanum est, posse ab Ecclesia mutari, ita vt teneatur populus non decimam, sed duodecimam, vel octauã soluere. At non minorem vim habet consuetudo legitime præscripta, quàm lex quælibet humana, vt cum cæteris, docet ipse etiam Sotus lib. 1. q. 7. art. 2. de iustitia.

PRÆTEREA B. Thomas quodlib. 2. art. 8. postea quã docuit consuetudine nõquam abrogari legem de soluendis decimis, subiungit rationem, quia lex ista diuina & naturalis est, ergo B. Thomas non negat legem de decimis, quatenus Ecclesiastica est, posse mutari consuetudine, sed solum quatenus naturalis, & diuina est.

His accedit cap. in aliquibus. de decimis, vbi dicitur soluendas esse decimas secundum determinationem, aut legis diuinæ, aut consuetudinis approbatæ. Hic tamè obseruandum est, quòd sicut consuetudo tollit legem, ita lex tollit consuetudinem, si iustis de causis feratur, ab eo qui habet auctoritatem. Itaque vbi nunc est consuetudo soluendi solum tricesimã aut quinquagesimã loco decimæ, non tenetur soluere quidquã amplius: tamè si nunc Pontifex, aut Concilium iustis de causis iterum legem

ferat,

ferat, vt integræ decimæ soluantur vbique, non obstante consuetudine, sine dubio tenerentur soluere, sicut omnium iudicio tenentur soluere, qui in eis locis agunt, vbi non est consuetudo soluendi minus, quàm decimam.

DV B I V M S E C V N D V M.

An laici pauperes teneantur decimas dare Clericis diuitibus.
RATIò dubitationis est, quia sicut laicus tenetur alere Sacerdotem, quia Sacerdos est, ita Sacerdos tenetur alere laicum, quia pauper est.

RESPONDET B. Tho. quodlib. 6. art. 10. sine dubio debere pauperè laicũ dare decimas Clerico diuiti, quia obligatio decimarum ad iustitiam commutatiã pertinet, in qua nõ consideratur cõditio personæ, sed equalitas rei ad rē; qui enim verbis gratia emit, debet soluere quantum res valet, siue ipse sit diues, siue pauper. Neque argumentum in contrarium valet; quia non tenetur Clericus hunc pauperem potiùs alere, quàm alium.

DV B I V M T E R T I V M.

An excusari possint à peccato, qui nullas decimas soluant, vbi non est consuetudo soluendi.

RESPONDEO, tribus modis peccare posse, qui nullas decimas soluant, vt Syluester, vbi supra, & alij docent. Primò, si Ecclesia propter defectum decimarum notabiliter patiatur, tunc enim siue ipsa decimas petat, siue non, tenetur populus omnino ei prouidere. Secundò, si Ecclesia iure petat decimas, siue egeat notabiliter, siue nõ, tenetur populus soluere, etiã si consueuerit non soluere. Tertio, si populus eo animo esset, vt non soluere, etiam si iustissimè eas à se peti intelligeret.

EXTRA hos casus sine vilo dubio excusantur, quia vt B. Thom. dicit, Ecclesia dũ nõ petit decimas, cõsetur eas condonare; non autem peccat qui non soluit debitũ sibi condonarum; alioqui Apostolus peccare fecisset Corinthios, qui stipendia sibi debita ab eis accipere volebat, ne impedimentum poneret Euangelio, 1. Cor. 9. S. etiam Augustinus in peccato fouisset populum suum, quem ad soluendas decimas nõ coegat, etiam si hortaretur, vt patet ex tractatu in Psal. 146. & ex hom. 48. ex 50. homiliis.

DV B I V M Q V A R T V M.

Qua ratione ostendi possit, iustam esse determinationem Ecclesie, quòd Christiani decimam partem suorum fructuum Ecclesie tribuant.

NON disputamus, an hoc sit iustum, quod Ecclesia statuit; id enim insolentissimè insanie esset, vt B. Augustinus scripsit in ep. 118. sed qua ratione id esse iustum ostendi possit: nam in veteri lege idè iustum erat, quia Leuitæ erant pars duodecima, vel tertia decima totius populi Hebræorum: at Clericus in noua lege non videtur esse ceteris pars Christianorum; quia igitur æquitate decimam partem habere debet omnium bonorum, quæ sunt in orbe Christiano?

CALETANVS in 2. 2. q. 87. respondet se non posse aliam rationem reddere, quàm idè iustum esse, vt Clericus habeat decimam partem, quia debet pauperes alere, qui sine vilo numero sunt: sed quamuis hæc ratio optima sit, cum videamus canones passim id præcipere, vt Clerici ex decimis alant pauperes, tamen non est hæc sola ratio, cur iusta sint decimæ.

PRIMUM enim non est verum Leuitas fuisse tertiam decimam partem populi Iudaici, & nostrum Clericum nõ esse centesimam partem populi Christiani; nam Hebræi numerati sine Leuitis Num. 1. erant sexcenta tria millia quingenti quinquaginta, & non numerabatur pueri ante annos viginti, neq; senes: nã cum his sine dubio erant plus quàm duplo plures, id est, circiter mille millia, & trecenta millia: Leuitæ autè omnes ab infante vsque ad senem numerantur Num. 3. viginti duo millia tantum.

IAM igitur addendo Leuitas cæteris Hebræis, & diuidendo totum numerum per viginti duo millia, effi-

ciuntur partes diuise sexaginta, ergo Leuitæ non erant pars tertia decima, sed vix sexagesima totius populi. Porro Clerus Christianorum fortè maior est, quàm sexagesima pars Christiani populi. Nulla est enim ferè ampla familia, ex qua non sit aliquis Ecclesiasticus, & nullus est pagus, vbi non sit templum vnum, aut plura, & aliquot Sacerdotes.

DEINDE, Christianus Clerus maioribus laboribus & sumptibus obnoxius est, quàm tribus Leuitica erat apud Iudæos, vt omittam dignitatem sacerdotij nostri incomparabiliter maiorem, quàm sacerdotij Aaronici; tunc vnum erat templum, vnus Pontifex, & pauci quidam Sacerdotes ex sola familia Aaron, qui per vices in templo ministrabant, reliqui omnes erant turba famulorum: at nunc sunt innumera templa conseruata sumptibus Ecclesie, sunt etiam plurimi Episcopi & Prælati, necnon innumeri Sacerdotes, qui docti esse debent, & proinde multum in studiis ex patrimonio suo insumere, & postea non per vices, sed perpetuò Ecclesie ministerijs adesse, quos certè honestè pro status sui conditione viuere oportet ex Ecclesie bonis.

His accedit, quòd multi sunt liberi à soluendis decimis, multi ex malitia non soluant, aut certè non plenè & fideliter, sæpè etiã Reges & Principes non solum non soluant, sed etiam impetrant ab Ecclesia decimarum partem in subsidium belli, aliorumq; publicorum sumptuum.

DEINDE, cum populus Christianus debeat esse perfectior, quàm Iudaicus, vt dicitur Matt. 5. si ille decimam suorum bonorum dabat Deo, cur non tantundem saltem faciet Christianus? Itaque verum est, quod loco notato dicit B. Thomas, hanc determinationem Ecclesie respectu populi esse humaniorem ac benigniorem, quàm rigor iustitiæ absolute pateretur.

CA P V T X X V I.

De possessionibus, quæ dono Laicorum possidentur à Clericis.

DE possessionibus Ecclesiasticis fuit error Ioanis VViclefii, apud Thomam VValdensem lib. 4. doct. fidei, art. 3. qui docbat non licere Clericis habere villas possessiones, & peccasse tã qui eas donauerunt Ecclesie, quàm qui eas receperunt. Fundamenta eius hæc sunt. Primum, quia Sacerdotes Testamenti veteris prohibebantur habere possessiones, vt patet Nu. 18. Dixit Dominus ad Aaron, in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars, & hereditas tua. Item Deut. 10. Quamobrem nõ habuit Leui partem, nec possessionem cum fratribus suis, quia ipse Dominus possessio eius est. Et Iosue 13. Tribui autem Leui non dedit possessionem, quoniam Dominus Deus Israël ipse possessio eius.

SE C V N D V M, quia Matt. 10. Dominus iubet Apostolis, vt nihil possideant, non pecuniam, non duas tunicas, &c. Ibidem dicit: Nõ est discipulus super magistrum. Christus autem nullam possessionem habuit. Item Luca 14. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. At certè discipuli Christi, Clerici omnes esse debent.

AT hunc errorè manifestum esse, probatur. Primò, de sacerdotibus, & Leuitis Testamenti veteris; nam etsi in partitione terræ non erant habituri agros, & vineas, erant habituri tamen & possessuri vrbes ad habitandũ, & suburbana ad alenda pecora: poterant etiam agros & vineas emere, & etiam ex oblationibus populi habere, vt modò habet Ecclesia. Nam Num. 35. dicitur: *Præcipe filiis Israël, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum, quæ à muris ciuitatum forissecus per circuitum mille passuum spatium tenduntur.* Et Iosue 21. id legimus impletum.

NEQUE obstat quòd Lyranus in 35. Numer. dicit eas vrbes fuisse Sacerdotum quoad vsum, dominium autem earum fuisse penes alios: & probat de Hebron, quæ data

est sacerdotibus. Ios. 21. & tamen Dominus eius erat Caleb de tribu Iuda. Ios. 14. Hoc non obstat; nam Lyranus fallitur, vt patet ex Leu. 25. vbi legimus vrbes & suburbana Sacerdotum esse eorum possessione, & posse illas vendere, & redimere domos, vt alij faciebant, & de Hebron legimus Ios. 21. solos agros, vt vineas, quae erant in territorio Hebron, fuisse Caleb; vrbes autem & suburbana, Sacerdotum. Item Leui. vlt. praecipitur, vt si quis agrum Domino vouerit, eum Sacerdotes possideant. 3. Reg. 2. dicit Rex Abiathar Sacerdoti, Vade ad agrum tuum. Itē Hieremias Sacerdos erat, & tamen Hieremias 32. scribit ipsemet se emisse ac possedisse agrum, qui fuerat patruelis sui. Et Acto. 4. legimus Barnabam fuisse Leuitam, & vendidisse agrum quem habebat. Ex his facile est respondere ad primum argumentum V. Viclefi.

QUANDO enim Scriptura dicit, Sacerdotes non debuisse habere quidquam, sed Dominum esse eorum hereditate, vult dicere, non debuisse eos habere quidquam aliorum, tanquam filios Iacob, & ex paterna hereditate; sed solum habere debuisse ea, quae debebantur Deo, cuius ipsi ministri erant; & sic factum est, nam tota terra Palaestina quasi quaedam hereditas diuisa fuit in duodecim partes pro numero tribuum, exclusa omnino tribu Leui, quae erat decima tertia.

NAM etsi duodecim tantum fuerint filij Iacob, tribus tamen fuerunt XIII. quia Ioseph duas tribus faciebat, nimirum Ephraim & Manasse; deinde terra iam diuisa, & Leui exhaereditato, Deus voluit sibi tanquam proprio Regi Iudaeorum dari loco tributi decimam partem omnium fructuum, & XLVIII. ciuitates cum suburbanis suis, & haec omnia donauit ipse Leuitis: quae portio Leuitarum, vt supra diximus, maior fuit quacunque portione aliarum tribuum; nam habuerunt decimam partem, cum ipsi vixissent sexagesima pars totius populi, & hoc significat illa verba: *Ego Dominus hereditas Leuitarum sum.*

VI nota mirā Dei prouidentiam erga Sacerdotes: Iacob exhereditauit filium Leui, propter peccatum ipsius, vt patet Gen. 49. *Diuidam illos in Iacob, & dispergam eos in Israël.* Deus autem ratam habuit sententiā Iacob, sed eam impleuit cum summo honore Leuitarum, & totius populi utilitate. nam dedit ipse Leuitis suā hereditatē & totus populus maximum commodum inde consequutus est. si enim fuissent Leuitae collecti in vnū locum, vt erāt aliae tribus, non potuissent omnes populi facile ab eis doceri: dispersi autem in omnes tribus, facile omnib. adesse, cōsque instituere in lege Domini potuerunt.

PROBATVR iam hoc idem de Sacerdotibus noui Testamenti; nā etsi in Scripturis nihil legimus de possessionibus Ecclesiarum, legimus tamen in antiquissimis Pontificum, & Cōciliorum decretis, & in libris sanctorum Patrum. Pius Papa primus in epist. 2. dicit, sacrilegium esse, qui Ecclesiae praedia & donaria diripit. Urbanus I. in epist. ad omnes episcopos dicit, initio Ecclesiae cōsueuissent pios homines vendere possessiones, & pretiū donare Ecclesiis. Deinde tamen iudicari esse commodius, si possessiones ipsae donaretur Ecclesiae, vt eo modo non solum praesentibus, sed etiam futuris prouideretur.

SVNT etiā Concilia omnium Ecclesiarum, quae prohibent alienari possessiones Ecclesiae, & earum curam Episcopo committunt. Vide Concilium Antiochenum c. 25. & Ancyranum c. 15. Item Concilium Carthaginense IV. c. 32. & Carthaginense V. capite quarto. Item Cōcilium Hispalense primum, cap. 1. Toletanum IV. canone 32. & 68. Item Agathense cap. 49. & 51. Item Moguntinum sub Arnulpho Imperatore c. 12. Denique Romanum VI. sub Symmacho. Praeterea meminerunt Ecclesiasticarum possessionum Ambrosius epist. 32. Chrysostrum hom. 37. ad populum Antiochenum: August. serm. 1. & 2. de communi vita Clericorum: Prosper lib. 2. de vita cōtēplatiua c. 9. Greg. lib. 4. epist. 33. & alij Patres passim.

A D illud Mat. 10. *Nihil tuleritis in via, &c.* Respondeo, illa verba dici Apostolis pro eo tempore, quo in itinere erant futuri in terra promissionis ante Christi passionē: tunc enim, vt expeditiores essent, non debuerunt ferre secum quidquam, praesertim cum neque pauperum, neque Ecclesiarum tunc curā haberent. At vbi cōperunt Apostoli post Christi ascensionem figere sedes in certis locis, & habere curam Ecclesiarum, & pauperum, nō timuerunt recipere bona temporalia, vt patet Acto. 4. 5. & 6. vbi Apostoli recipiebant multas pecunias, vt inde alerent & se, & alios.

A D illud: *Non est discipulus super magistrum.* Respondeo, Dominum loqui eo loco de tribulationibus, à quibus non fuerunt immunes Apostoli, cum eorum Dominus, & magister multa passus sit, neque esse ditiores, esse esse maiorem, sed potius minorē; nam apud Deum ille est maior, qui est melior, melior autem est, qui est pauperior, cū Dominus dicat: *Si vis perfectus esse, vade omnia qua habes, &c.* Matth. 19.

A D postremum responderet Aug. epist. 5. ad Marcellinum, Dominum loqui de preparatione mentis. Nā ibidem explicans quid sit renunciare omnibus, dicit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Et tamen non tenemur, nec possumus, parentes, filios, uxorem, & multo minus vitam odisse, nisi in praeparatione animi.

C A P V T XXVII.

De bonis secularibus.

QUANTVM ad tertium de secularibus bonis, Thomas V. Valdensis lib. 4. doct. fidei, art. 3. c. 42. docet, Clericos debere bona propria, vel erogare pauperibus, vel in cōmune ponere, & probat aliquot sententiis Patrum, qui non permittunt Clericis, vt habeant vlla bona propria, qualia sunt patrimonialia, sed solum bona communia, nimirum Ecclesiastica. Origenes hom. 16. in Gen. exponens cap. 47. de sacerdotibus Pharaonis. Hieronymus in epist. ad Neporianum, de vita Clericorum, vbi dicit Clericum, qui habet partem in terra, non futurum partem Domini, nec Dominum partē eius. Similia & duriora habet B. Bernardus in declamatione super illud Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia: *Clericus, inquit, qui habet partem in terra, non habebit partem in caelo.*

VERVM Tamen certum est, non obligari Clericos propter Clericatum ad dimittendum patrimonium, probatur primò Scriptura. Nam I. Tim. 1. iubet Apostolus eligi *Episcopum hospitalem, & qui domui suae bene praesit, & filios subditos habeat;* at haec omnia praesupponunt diuitias proprias. Praeterea Philemon habuit seruum, & diues erat, vt apparet ex epistola ad Philemonem, & tamen Episcopus erat, vt Hieronymus & Anselmus docent in eam epistolam: Hieronymus enim vocat eum Evangelistam, Anselmus verò nominat Episcopum.

PRÆTEREA Eusebius lib. 3. histor. cap. 19. scribit de consanguineis Domini, quod habuerint possessiones quasdam, licet modicas, ex paterna hereditate, & tamen fuerint Ecclesiae Duces, id est, Episcopi. Item can. 40. Apostolorum, sic ait: *Sint manifesta res Episcopi, si tamen habeat proprias, manifesta Domini, vt potestatem habeat de propriis moriens Episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere.* Idem habet Concilium Agathense can. 48. & Martinus Bracarense can. 15. suorum decretorum, & Hispalense Concilium I. can. primo.

PRÆTEREA Ambrosius in ep. 33. ad Marcellinam dicit se, cum rogaretur, vt Ecclesiam vnā Arianis traderet, obtulisse patrimonium suum, patrimonium autem Christi se tradere noluisse. B. Augustinus sermone 1. de moribus Clericorum, dicit eos Clericos, qui professi fuerant vitam communem, si postea resiliant à proposito,

& propria

& propria habere velint, grauius peccare propter voti violationem, vbi indicat alios Clericos, qui non vouerunt vitam communem, posse habere propria. B. Prosper lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 12. dicit sine vilo peccato posse Clericum viuere ex proprio patrimonio.

A D locum Origenis, Hieronymi & Bernardi responderi potest, loqui eos de illis Clericis, qui dant operam augendis opibus, & non contenti rebus necessariis, etiā superflua retinet: illi enim proprie dicuntur habere, & querere possessionem in terra, qui non cōtinent victu, & vestitu, semper flagrant habēdi cupiditate, certē Hieronymus dicit Clericum non debere quidquam in terra possidere, addit, vt possit, inquit, cum Propheta dicere pars mea Dñs, & vt sit verus Leuita. At propheta David, qui ait: *Pars mea Dominus, Rex ditissimus erat, & similiter veri Leuitae diuites erāt externis opibus, sed non affectu.*

POSSET autē dubitari, an qui bona patrimonialia habet, possit simul bona Ecclesiastica habere: Nā S. Prosper lib. 2. de vita cōtēplatiua, cap. 9. 10. 11. & 12. docet non posse Clericum sine grauisimo peccato viuere ex bonis Ecclesiasticis si habeat bona propria, vnde sufficēter alatur, & probat hac ratione. Bona Ecclesiastica non dantur Clericis in praemij laboris, sed solum, vt sustententur, & necessaria ad vitam habeāt, quia praemium laboris est vita aeterna, & simonia esset dare spiritalia pro temporalibus: & cōfirmat ex can. 41. Apostolorum vbi dicitur, vt Episcopus accipiat ex bonis Ecclesiae pro sua sustentatione, si tamē indiget: & idē reperitur in Cōcilio Antiocheno, c. 25. quare qui ex patrimonio viuunt, nec eget sustentatione, nō potest percipere fructus honorum Ecclesiasticorum.

A T cōtrarium docet Glossa, & Ioan. de Turrecremata in can. Clericos, 1. q. 2. & ratio est, quia Matth. 10. dicitur: *Dignus est operarius mercede sua, &c.* Cor. 9. *Quis militat suis stipendiis vnam?* Ergo potest Clericus laborans pro Ecclesia percipere alimēta, & parcere suis propriis reb. Adde, qd praxis est, & fuit pro hac opinione secunda: nā B. Prosper loco notato dicit sententiā suā vifam esse duram per multis, & idē durā, quia noua esset. Itaq; etiam tunc plurimi Clerici patrimonium suum seruabant, & nihilominus portionem decimarum habere volebant.

EX his opinionibus prima est tior, & si secunda fortasse est verior nisi hoc modo cōcilietur, vt dicamus sanctum Prosperum loqui de illis, qui planē sufficētem habent sustentationem ex patrimonio, aut beneficio, tunc enim alterū est superfluum, & proinde pauperibus debuit. Alios verò auctores loqui de illis qui neque ex patrimonio, neque ex beneficio sufficētem omnino sustentationem habent: hi enim vtrumque retinere possunt, modò ex vtroque nihil accipiant vltra sustentationem.

C A P V T XXVIII. An clerici sint liberi à iugo potestatis secularis.

POSTREMO restat quæstio de libertate Ecclesiastica. Tres autē sunt in hac parte sententiæ. Prima hereticorum multorum, quod Clerici sint & esse debeant iure subiecti potestati seculari, tū in soluendis tributis, tū in iudiciis, praesertim in causis nō Ecclesiasticis. Marsilius de Padua, & Ioannes de Ianduno docuerunt, ipsum etiam Christū nō fuisse liberum à soluēdis tributis, & quod fecit Matth. 17. cum tributū soluit, id fecisse non volūtate, sed necessitate, ita refert Turrecremata libro quarto summae de Ecclesia, pagina secunda c. 37.

IOANNES Caluinus lib. 4. insti. c. 11. §. 15. docet Clericos esse debere legibus, & tribunalibus secularium magistratuum. Idem docet Petrus Martyr in c. 13. ad Romanos, vbi etiā addit, Principes nō potuisse cōcedere Clericis priuilegiū, ne subicerentur magistratibus politicis, cum id sit cōtra ius diuinum, & idē non obstante concessione Principum, debere Clericos subiectos esse ma-

gistratibus secularibus. Io. Brēcius in prolegomenis, & Philippus in locis cap. de magistratu, etiam in rebus Ecclesiasticis subiciunt Clericos politico tribunalibus.

SECUNDA opinio in altero extremo versatur, estque multorum Canonistarum, qui putant iure diuino Clericos & eorum bona libera esse à potestate secularium principum: ita docet Glossa in can. tributum, 23. q. 8. & cap. quāuis, de cēsis in 6. Huic opinioni adherere videtur ex parte, Io. Driedonius lib. 1. de Christiana libertate, c. 9. vbi dicit, bona secularia Clericorum non esse libera, nisi fortē Principum concessione: personas autem & bona Ecclesiastica insinuat libera esse iure diuino.

TERCIA opinio, media est multorum Theologorum, quod liberi sint Clerici, partim iure diuino, partim iure humano, partim etiam neutro modo, ita Franciscus Victorius, relectione 1. q. vlt. de potestate Ecclesiae, Dominicus à Soto in 4. d. 25. q. 2. ar. 1. & Couarruias in lib. practicarum quaestionum cap. 31.

SIT igitur prima propositio. *In causis Ecclesiasticis, iure diuino, liberi sunt Clerici à secularium Principum potestate.* Explico, Vocantur causae Ecclesiasticae illae, quae non pendēt ex legibus civilibus, sed ex Evangelio, aut canonibus Conciliorum, & Pontificum, vt tales sunt controversiae de ordinibus Ecclesiasticis, de Sacramentis de fide, & aliae id genus.

PROBATVR primò, iure diuino regimur Ecclesiasticum est distinctum à politico, & illo etiam sublimius, ergo causae Ecclesiasticae iudicari non debent à politicis magistratibus, praeterea tota auctoritas regendi Ecclesiam à Christo commissa est Apostolis, & praecipue Petro, ad eō vt omnes laici in rebus Ecclesiae sint oues, & subditi, nō pastores vel iudices, vt in lib. 1. de summo Pontifice, cap. 16. demonstratum est.

SECUNDO, ex Conciliis, Mileuitano can. 13. & Matifconensē can. 8. vbi puniuntur grauius Clerici, qui causam Ecclesiasticam ad iudicium Imperatoris deferunt.

TERCIO, ex Patribus: Sulpitius lib. 2. sacrae historiae refert S. Martinū aliquando dixisse nouum esse, & inauditum nefas, vt causam Ecclesiae index seculi iudicaret. Item Ambrosius epist. 78. ad Theophilum, & Augustinus epist. 162. reprehendunt eos, qui causam Ecclesiae terrenis iudiciis deferunt.

QUARTO, ex Apostolorum exemplo: Apostoli enim Ecclesias gubernauerunt, quo tempore nulli erant Principes Christiani, ac proinde nunquam ad eos causam Ecclesiae iudicandam deferrebant. Nam si Apostolus 1. Cor. 6. iubet lites etiam ciuiles Christianorum non deferri ad iudicium Paganorum, quomodo permisisset ad eos deferri lites Ecclesiasticas?

ULTIMO, ex Iustiniano, qui idem asserit Nouell. 83.

SECUNDA propositio. *Non sunt excepti Clerici vilo modo ab obligatione legum civilium, quae non repugnant sacris canonibus, vel officio clericali.* Explico. Loquimur hic praecipue de legibus politicis, quae dirigunt actiones humanas in rebus temporalibus, vt cum Princeps lege sua constituit pretia rebus venalibus, vel iubet noctu neminem incedere cum armis, aut sine lumine, aut non asportare frumentum extra prouinciam, &c. Nec volumus dicere his legibus teneri Clericos obligatione coactiua, sed solum directiua, vt sunt leges Principum: quanquam iisdem legibus, vt ab Ecclesia approbantur, & rata habentur, etiam coactiua obligatione teneantur.

PROBATVR: nam Clerici praeterquā quod Clerici sunt, sunt etiam ciues, & partes quaedam Republicae politicae, igitur vt tales viuere debent ciuilibus legibus: non sunt autem aliae, quā quae à magistratu politico latae sunt, igitur illas Clerici seruare debent, alioqui magna confusio, & perturbatio in Reip. oriretur, si Clerici non seruarent politicas leges in rebus humanis, & politicis.

SECUNDO, probatur ex concessione Pontificum, &

Imperatorum. Nā Nicolaus primus in epist. ad Michaelem circa finem dicit, Deum diuinitate auctoritatem ab Imperiali, vt & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodò rerum, Imperialibus legibus vterentur. Et Imperator Valentinianus in epist. ad Episcopos Asiæ, quam refert Theodoretus lib. 4. c. 7. hist. dicit, probos Episcopos non solum Dei, sed etiā Regum legibus obtemperare. Denique Chrysoctomus in illud Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, dicit Christi legem non tollere politicas leges, & idè debere etiam Sacerdotes & Monachos eis parere.

TERTIA propositio. *Et si Clerici teneantur leges civiles seruari, nō tamē possunt à iudice politico puniri, vel vilo modo trahi ad secularis magistratus tribunal.* Explico: Si Clericus violans civilem legem, vt carnis vendendo, quàm lex pariat, peccat, & restituere tenetur, non tamen poterit accusari apud iudicem secularem, sed apud Episcopum tantum.

PROBATUR primò ex Conciliis, Chalcedon. can. 9. *Si Clericus aduersus Clericum habet negotium, nō relinquat Episcopum summum, & ad secularis iudicia non recurat, &c.* Concilium Agathense can. 32. *Clericum nullus presumat apud secularem iudicē Episcopo non permittēte pulsare, &c.* Concilium Carthag. III. can. 9. & Toletanum III. can. 13. Matilconense can. 8. idem habent.

SECUNDO probatur ex Imperatorum constitutionibus: nā eximit Iustinianus Clericos & Monachos à seculari iudicio in nouellis constitutionibus 79. 83. & 123 quāquam nō eximit in causis criminalibus, sed solum civilibus; in criminalibus autē vult à Prætorē cognosci causā, nō tamen cōdemnari Clericum, nisi prius ab Episcopo fuerit degradatus: At nihilominus lex Canonica eximit simpliciter etiā in causis criminalibus, cui cedere debet lex Imperialis, cum possit Pontifex Imperatoribus iubere in his, quæ ad Ecclesiæ auctoritatem spectant.

TERTIO ex Pontificum decretis, Caius Papa ep. ad Felicē Episcopum: *Nemo, inquit, Episcopū, aut reliquos Clericos apud iudicē seculare accusare presumat.* Marcellinus in ep. 2. *Clericū cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permissione, nullus presumat ad secularem iudicē trahere.* Gregorius I. lib. II. ep. 14. ad Ioannem defensorem: *De persona, inquit, Presbyteri hoc attendendum est, si quam causam habuit, non ab alio teneri, sed Episcopum ipsius adire debuit.*

QUARTO ratione: nam absurdum videtur, vt ouis pastorem suū iudicet quocūque modo. Deinde adhuc absurdius esset, si hodie Prætor possit vocari ad tribunal Episcopum, & cras Episcopus ad tribunal Prætoris. Præterea absurdū etiā videtur, vt terrenus iudex summi iudicis seruos, sacratōsque; homines capiat, vel puniat, vnde laudatur ab omnibus vox illa Constantini Magni, qui ad Episcopos quosdā, qui collegas suos in nescio quibus criminibus accusauerāt, ait: *Vos Dñi estis, à seculo Deo constituti, conueniēs non est, vt homo iudicet Deos.* Refert Rufinus lib. 10. hist. cap. 2. & post eum D. Greg. lib. 4. ep. 75. ad Mauricium.

AT obicit Caluini lib. 4. inst. c. II. §. 15. epistolā Cōstāntini ad Nicomedienfes, quā refert Theodoretus lib. 1. hist. c. 20. vbi dicit Cōstāntinus, se Eusebiū Nicomediensem Episcopum eiecisse in exilium: & subiungit, *Si quis Episcoporum inconstitū tumultuatus sit, Ministri Dei, hoc est, mea executione illius audacia coercetur.*

RESPONDEO, more solito Caluinū imponere simplicibus: nā Cōstāntinus in illa epistola dicit se eiecisse in exiliū Eusebiū Episcopum, sed addit, eum prius fuisse à Niceno Cōcilio depositū ab Episcopatu propter heresim: nec enim negamus, quin debeat magistratus punire Clericos, quando ab Ecclesia degradantur, & iudicibus secularibus traduntur: verba autem Cōstāntini, quæ Caluinus subiungit, ab ipso deprauata sunt, non enim Cōstāntinus minatur eo loco Episcopis, sed laicis: dicit enim

se grauiter puniturum plebē Nicomediensem, si iterum redire velit ad Episcopos hereticos à Concilio damnatos, & non acquiescat suscipere probum, & Catholicum Antistitem. Hæc enim sunt verba eius: *Sin autem quisquā, non dicit Episcoporum, temeritate & audacia accessus, eas Ecclesiæ pestes, id est, Episcopos Arianos à Concilio damnatos, vel memoria, vel laudibus celebrare aggrediat, cōfestim opere ac diligentia Ministri Dei, hoc est, mea, penas suæ inscitia dabit.*

OBIICIT secundò Petrus Martyr: iure diuino subiecta est omnis anima sublimioribus potestatibus, id est, Regibus, ergo non potuerunt Reges eximere à sua potestate vlos Christianos. Et confirmatur argumentum ex doctrina Catholicorum, qui ea ratione probant, non posse vllū eximi à potestate Papæ, quia iure diuino omnes subiiciuntur Papæ in spiritualibus.

RESPONDEO, negādo consequentiā: nā etiam si de iure diuino est, vt pareamus superioribus nostris, & proinde Regibus, dum superiores sunt, tamē potest fieri, vt qui nunc est superior, puulò post nō sit, nimirū si ipse subiiciat alteri partem sui regni, vel si iure belli amittat regnum, aut regnum ipsum vertatur in Rempubl. quonia ergo partim Principes ipsi Clericos, alioqui sibi subiectos in rebus temporalibus, subiecerit in omnibus Episcopis suis: partim etiam summus Pontifex eisdem Clericos eximit à subiectione Principum, non sunt amplius Reges Clericorum superiores, & proinde non tenentur iure diuino, nec iure humano eis parere, nisi quantum ad leges directiuas, vt supra diximus.

AD confirmationem respondeo, non esse simile, nam regna non sunt de iure diuino, sed de iure gentium, & proinde mutabilia sunt: Pontificatus autem de iure diuino est, nec potest, vel ab ipso Pontifice, vel ab Ecclesia tota immutari.

QUARTA propositio. *Bona Clericorū, rā Ecclesiastica quàm secularia, libera sunt, ac meritò esse debent, à tributis Principum secularium.* Quòd sint exempta, patet ex Concilio Lateranensi, sub Alexandro III. parte 1. c. 19. Ex Cōcilio Lateranensi sub Innocentio III. c. 46. Item ex capite Ecclesiæ S. Mariæ, extra de constitutionibus; ex cap. Quāquam, de censibus, in sexto, & cap. Quia nonnulli, & capite Clericis, de immunitate Ecclesiarum in sexto, & ex extrauaganti, Quod olim, de immunitate Ecclesiarum. Item ex legibus Principum aliquorum, quæ habentur in Codice Theodosiano lib. 16. tit. 2. lege 16. & 26. & in Codice Iustiniani lege Sacerdotum, titulo de sacrosanctis Ecclesiis, & lib. 10. hist. Eusebij ex versione Christophoroni cap. 7. vbi tamen est obseruandum ante Iustiniani tempora legibus priorum Principum immunes fuisse Clericos à tributis personalibus, vt etiā indicat S. Hieronymus in commen. ad cap. 17. Mat. non tamen fuisse liberos à tributis, quæ pendi solent ratione possessionum, vt colligitur ex S. Ambrosio, & aliis, quæ infra citabimus pro sequenti propositione.

QUOD autem hoc æquum fuerit, probatur; nam in primis habemus exemplum hominum viuientium in lege naturæ. nā Genes. 47. Ioseph subiicit Pharaoni omnes Agyptios, voluitque eos certum tributum pendere, exceptis solum Sacerdotibus, quos immunes & liberos esse debere iudicauit.

DEINDE bona Ecclesiastica sunt Deo consecrata, vnde in canonibus Apostolorum, canone quadragesimo, dicuntur bona Dominica. æquum est igitur, vt illa libera sint ab exactionibus Regum, ne Deus ipse soluere Regibus tributum videatur.

QUINTA propositio. *Exceptio Clericorum in rebus politicis saltem quoad bona, iure humano introducta est, non diuino.* Hæc est contra Canonistas.

PROBATUR primò ex illo Ro. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Et infra. *Idè tributa pra-*

statis

statis. Illud, *Omnis anima*, includit etiam Clericos, teste Chrysoctomo: ergo illud, *Idè tributa praestatis*, dicitur etiam Clericis; ergo Clerici nisi eximantur priuilegio Principum, obligantur soluere tributa; & confirmatur ex B. Thoma, qui in hunc locum idem asserit.

SECUNDO testimoniis veterum: nam Vrbanus, vt habetur 23. q. 8. can. tributum, sic ait: *Tributum*, inquit, *in ore piscis piscante Petro inuentū est, quia de exterioribus suis Ecclesia tributum reddit, &c.* Ambrosius in oratione de tradendis basilicis: *Si tributum, inquit, petit, non negatur, agri Ecclesia soluunt tributum.*

VALENTINIANVS senior in epist. ad Episcopos Asiæ, teste Theodoro lib. 4. hist. c. 7. dicit, bonos Episcopos tributa pēstare Regibus; si ergo tuus Imperator pius petebat tributum, si S. Vrbanus Papa, & B. Ambrosius dicunt non esse negandum, certè non est de iure diuino, vt non soluatur. Item B. Gregorius lib. II. epist. 54. ad Ioannem defensorem, nō debere trahi ad tribunal iudicis secularis, quā quia ita ordinauit Iustinianus Imperator.

PROBATUR tertio, quia nullum proferri potest Dei verbum, quo ista exceptio confirmetur, vt patebit ex argumentorum solutione.

PRIMO igitur obiiciunt illud Mat. 17. *Quid tibi videtur Simon, Reges gentium à quibus accipiunt tributum, à suis an ab alienis? Respondit Simō. ab alienis. At Dominus, ergo liberi sunt filij.* Et confirmatur ex Augustino lib. 1. quæst. Euang. q. 23. vbi sic loquitur: *In omni regno intelligendū est liberos esse filios, id est, non esse vestigales, multò ergo magis liberi esse debent in omni regno terreno filij regni illius, sub quo sunt omnia regna terræ.* Hæc ille. Quare ex sententia S. Augustini, ex hoc loco Euāgelij, Clerici, qui sunt maxime filij, & domestici summi Regis, liberi erunt. Accedat etiam Hieronymi sententia, qui in commentario huius loci, indicat Clericos tanquam regni filios immunes esse à tributis.

RESPONDEO primò, hunc locum non conuincere. nam alioqui eximeret à tributis omnes Christianos: omnes enim sunt filij Dei, qui per Baptismum renati sunt.

SECUNDO dico, Dominum loqui de seipso tantum: facit enim hoc argumentum: Filij Regum liberi sunt à tributis, quia nec soluunt parentibus suis, cum sint communia parentum & filiorum bona; nec aliis Regibus, quia eis non subfunt; At ego filius sum primi, & summi Regis, igitur nulli homini tributum debeo. Itaque Dominus cum ait: *Ergo liberi sunt filij*, id solum inde colligi voluit, se non fuisse obligatum ad soluendum tributum: de cæteris hominibus nihil dixit.

AT contrā, nam etiam filij adoptiui Regum non soluunt tributa; sumus autem nos filij Dei per adoptionem, ergo non tenemur tributa soluere.

RESPONDEO, Nos filij Dei sumus adoptiui secundum animam, non secundum corpus; renouati enim sumus spiritu, corporis autem redemptionē adhuc expectamus, Roman. 8. tributa verò ratione corporis soluuntur.

AT Marfilii de Padua obiicit, Christus quoque ante resurrectionem secundum corpus mortalis erat, & renouationem expectabat: ergo tenebatur soluere tributum.

RESPONDEO, Christus secundum corpus mortalis erat, nō tamē seruus, sed liber: nec expectabat redemptionē corporis sui, sed solum resurrectionē. Nos enim secundum corpus nondum redempti sumus, quia adhuc concupiscentia manet in nobis, & idè *mente seruimus legi Dei, carne autem legi peccati*, vt dicitur Roman. 7. Atque hinc obnoxij sumus peccatis, penis, periculis, & illi tributa soluere, vt ipse vigilat, & Remp. in pace contineat. Quocirca in statu innocentie fuisset quidē subie-

ctio filiorum ad parentes, & fortasse ciuium ad Regem, non tamen exactio tributorum, cum nulla essent pericula, nulli terrores, nulli labores. Christus igitur, qui nullam habuit concupiscentiam malam, liber erat etiam corpore: & si mortuus est, id factum est, quia ipse voluit, vt dicitur Isaia 53. Quocirca meritò damnata est tanquā heretica sententia Marfilij à Ioann. 22. in extrauaganti, licet, apud Ioan. de Turrecremata lib. 4. summa de Ecclesia, parte 2. c. 37.

AD testimonium S. Hieronymi respondeo, eo loco sanctum Hieronymum nō voluisse probare ex Euangelio, Clericos esse liberos à tributo, sed solum afferre cōgruentiam quandam, cur liberati fuerint; idè enim dicit eos quasi filios regni tributa non soluere; & addit aliā causam; nimirum Christi honorem; ait enim; pro eius honore Clericos tributa non soluere. Itaque non ius diuinum, sed Principum decreta, ob honorem Christi facta Clericos liberantur.

AD testimonium S. Augustini respondet B. Thomas in 2a. 2æ. q. 104. art. 6. Augustinum voluisse dicere, Christianos omnes esse filios regni, & proinde liberos à seruitute peccati. Reprehendit Cornelius Ianfenius in commentario c. 17. Matth. hæc responsonē, quoniam Augustinus disertè dicit, filios regni esse liberos à vestigalibus.

RESPONDET autem Ianfenius, Augustinum per filios regni intellexisse filios Dei naturales, id est, Christū, et si per impossibile, alij essent. At dura videtur hæc etiā explicatio. quorū enim Augustinus de filijs Dei naturalibus in numero multitudinis loqueretur, cum conset neque esse, neque esse posse, nisi vnum Dei Filium naturalem?

PROBABILIOR igitur videtur sententia Alphonfi Thostati q. 191. in caput 17. Matth. & Caietani in 2am 2æ. q. 104. artic. 6. qui dicunt per filios regni S. Augustinum intellexisse Clericos, & Monachos: qui, vt etiam S. Hieronymus docuit in caput 17. Matthæi, immunes erant, & sunt à tributis, tanquam qui ad familiam Christi pertineant.

NEQUE verò hinc sequitur, iure diuino Clericos esse immunes à tributis; nam in primis quod Augustinus dicit, non habetur in verbis Domini, sed colligitur solum per consequentiam probabilem. Dominus enim de filiis veris, & naturalibus Regū loquitur, vt Chrysoctomus exponit, deinde ipse etiam Dominus hoc loco nihil propriè iubet, vt dici possit ius diuinum, sed solum indicat ex vsu hominum, filios Regum liberos esse à tributis.

SECUNDO obiiciunt caput, quāquam, de censibus in sexto, vbi Bonifacius Papa VIII. dicit, iure humano & diuino liberos esse Clericos ab exactionibus.

RESPONDET Dominicus à Soto, debere intelligi decretalem istā in causis Ecclesiasticis, vel certè quoad personas, non quoad bona. At Bonifacius disertè dicit, Clericos & eorum bona libera esse ab exactionibus. Dicendum igitur vel Bonifacium nomine iuris diuini intel ligere exemplum, quod habetur in Scriptura diuina, nimirum Gen. 47. vel certè fuisse Bonifacium in sententia Canonistarum, & sententiam illam suam aperuisse, non autem aliquid definitiū: nam nō loquitur per modum definitis rem controuersam, sed simpliciter, & obiter id asserit: ait enim, *Cum iure diuino sint immunes Clerici, &c.*

TERTIO obiiciunt, si solum est de iure humano, vt Clerici non soluunt tributa, & non trahantur ad tribunalia secularium: ergo poterunt Reges & Principes cōtrarium statuere.

RESPONDEO, id non sequi, tum quia non soli ipsi, sed etiā Pontifices & concilia hanc exemptionem Clericis tribuerunt: tum etiam quia orbis terræ in eam consensit, qui Regibus contulit eam potestatem, quam habent.

Aaa 4

LIBER SECVNDVS DE MONACHIS.

P R A E F A T I O.



DISSERVIMVS libro superiore de Episcopis, & Clericis, id est, de prima & nobilissima parte corporis Ecclesiastici: Sequitur, ut de altera parte Ecclesiae, hoc est, de iis hominibus differamus, qui Evangelica Christi sequenti consilia, vitae genus arctioris, ac sublimioris instituunt, quam aut lex divina, vel humana praescribat, aut etiam multorum mortalium infirmitas patiatur. De quo hominum genere disputationem aggrediar, si pauca prius de huius ipsius disputationis utilitate, vel potius necessitate, dixerim.

Quaquam enim monastica vita instituta, non ad omnes Christianos pertinet, defensio tamen tam magna, & tam excellentis partis Catholicae nostrae Ecclesiae, ad eos omnes communiter pertinet, qui Christianam Rempublicam saluam cupiunt. Haeretici enim dum hanc partem perunt, ac ut monasticam vituperent, portentosa mendacia quotidie de Monachis fingunt, & quacumque oblata occasione in Monachos invehuntur, atque eos in odium vulgi rapiunt, & primarios Antichristi satellites vocant, non ed certis spectant, ut ordines solum hominum religiosorum discant, monasticumque de medio tollant, sed ut Ecclesiam totam hac ratione perturbent, ac ledant, eamque (si fieri possit) à fundamentis evertant. Intelligunt enim, si contra Monachos causam obtinuerint, id est, si populo Christiano persuaserint, non à Christo institutos, sed à malo demone excogitatos ordines religiosorum fuisse, se cōtinuò id effecturos, ut uniuersa Ecclesia, quae una voce, & consensu tot iam seculis monasticam approbavit, vano errore delusa, pro Christo Antichristum coluisse, & à recta fidei, veraeque doctrinae tramite quam longissimè aberrasse videatur.

Neque però nouum est hoc haereticorum aduersus Monachos bellum, neque recens mali demonis artificium, per monasticam vitam oppugnationem Ecclesiam uniuersam petere. Sicut enim quotquot fuerunt unquam per scriptores, tum sermonibus, tum scriptis libris, hoc genus vitae laudibus in caelum tollere conati sunt, sic nulli fere unquam haeretici extiterunt, qui vel nomen Monachorum patienter audire potuerint. Quando vos (inquit beatus Augustinus in Psal. 132.) rectè haereticis de Circumcellionibus insultare ceperitis, ut erubescendo fiantur: illi vobis insultant de Monachis. Primò, si comparandi sunt, vos videte: quid opus est, ut verbis nostris comparentur ebriosi cum sobriis, praecipites cum consideratis, furentes cum simplicibus, vagantes cum congregatis: sed tamen dicere consueuerunt, quid sibi vult nomen Monachorum? quanto melius dicimus nos, quid sibi vult nomen Circumcellionum? Et rursus, de Petiliano haereticorum principe, idem Augustinus libro aduersus Petilianum tertio, capite quadragesimo: Deinceps, inquit, perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum & Monachorum, arguens etiam me, quòd hoc genus vitae à me fuerit institutum.

Tam verò Ariani tanto furore bacchantur in Monachos, ut ipsas etiam desertissimas solitudines locaque maxime abdita & recondita penetrarent, ut Monachos quarerent, raperent, atque occiderent. Sic enim de Lucio Episcopo Ariano scribit Rufinus lib. histor. 11. capite tertio. Inde, inquit, ad monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. Ter mille simul, aut eo amplius, viros per totam solitudinem secreta, & solitaria habitatione dispersos, oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum ac peditum manum: Tribunos, Praepositos, & bellorum Duces, itaquam aduersus Barbaros pugnaturus elegit. Qui cum venissent, nouam belli speciem vident, hostes suos gladiis obiecare ceruices, & nihil aliud dicere, nisi: Amice, ad quid venisti? De Valente Imperatore pariter Ariano in Chronico B. Hieronymus annotauit, usque adeo illum odisse Monachos, ut lege lata, Monachos omnes aut arma sumere, militibusque fieri, aut sustibus cadi mandarique decreuerit.

Sed nimis longum esset, si omnia veterum haereticorum, ac praesertim Imperatoris Constantini Copronymi, & caeterorum veterum Iconomachorum in sanctos illos Monachos, aut improbe dicta, aut crudeliter facta commemorarem. Quid igitur, ut ad posteriora tempora descendamus, Ioannes Viclef de Religiosorum ordinibus sensit? nempe omnes ad unum à Diabolo in Ecclesiam introductos, & Augustinum, Benedictum, Bernardum ad inferos esse damnatos, nisi penitentiam egerint, quòd Monachi, & Patres Monachorum fuerint. Sic enim habent articuli eius postremi in Concilio apud Constantiam reprobati. Quid Martinus Lutherus nonne tertio quoque verbo in omnibus scriptis suis, quae sanè quam plurima existit, monasticam lacerat? Ac, ut alia praetermittam, quae suo loco postea afferentur, certè in epithalamio illo suo, plus quam credi possit, obscuro & sordido, quod in caput septimum epistolae prioris ad Corinthios scripsit, qui calibem vitam in monasteriis ducunt, eos omnes idolo Moloch corpora sua cremare confirmat. Et in eodem libro, statum religionis nihil valere, sed Ethnicum, terrenum, secularem, ac veluti lutum, esse dicit, cum è contrario statim coniungit spiritualem, caelestem, diuinum, atque aureum esse praedicat. Ioannes Caluinus libro Institut. 4. cap. 13. rem totam breuiter ita definit, ut esse velit monasteria lupanaria: vota monastica recta Satanae: Monachos omnes sophistas cucullatos, qui ab Ecclesia discessionem fecerint, & setotos Diabolo consecrauerint. Philippus Melancthon in Apologia pro Cōfessione Augustana, artic. de votis, vota atque opera Monachorum nunc obseruationes fatuas, nunc hypocriticas simulationes, nunc etiam traditiones Pharisaeas, atque

Mabunke

Mahumeticas vocat. Magdeburgenses Centuriatores in 10. c. 4. Cent. posteaquam multorum veterum Eremitarum vitas & res gestas breuiter descripserunt, in hac verba sermonem claudunt: Sed quis, inquit, non haec hominum monstra execratur, ut inimicos humanae societatis, & contra totam secundam tabulam delinquentes? Et illud interim omitam, quòd partem non modicam ingentium illorum voluminum in Monachorum vituperatione consumunt, quos ubique hypocrisis, ubique superstitionis, ubique impietatis accusant.

Sed quid, obsecro, Lutheranos in tam apertum, tamque implacabile bellum contra Monachos impulit? Quid eis Monachi nocuerunt? quid raperunt? quid illis debent? Nonne si scirent, ingentes gratias potius regno Monachorum, ut ipsi vocant, agere deberent? Ex quo nimirum Apostolus ille Germanicus, tertius Helias, totique alij illustres Prophetae, atque Euangelistae, tanquam ex equo Troiano prodierunt. Vnde enim habent Lutherum, Pomeranum, Bucerum, Pellicanum, Münsterum, Menium, Musculum, Miconium, Oecolampadium, Martyrem, Ochinum? Nonne ex monasteriis? Quamquam si verum fateri volumus, non monasteria tot nobis haereticos pepererunt, sed ipsa potius pestis haereticos monasteriorum desertores fecit.

Sed quid miramur, si filij tenebrarum lucem religionis aequis oculis intueri non queunt: si desertores militiae, castra Sanctorum oderunt: si fugitini ac perfidi, stantes in acie commilitones suos exhorrent: si denique principis tenebrarum, primique caelestis militiae desertoris ac transfuga, discipuli eius ac filij, opera imitantur? Nam (ut apud Athanasium magnus ait Antonius) omnes quidem Christianos Diabolus odit, sed probos Monachos, Christi quoque virgines tolerare nullo modo potest. Hinc illa voces Abbatis Sereni apud Cassianum col. 7. c. 23. In ipsis, inquit, coenobiis, in quibus commorabantur octo, vel decem, ita Daemonum atrocitas grassabatur, & frequentes, ac sensibiles sentiebantur aggressus, ut non auderent omnes pariter noctibus obdormire, sed vicissim aliis degustantibus somnum, alij vigiliis celebrantes, Psalmis & orationibus, seu lectionibus inhærebant, cumque illos ad soporem naturae necessitas inuitaret, expergefatis ad eorum, qui dormituri erant, custodiam, similiter excubiæ tradebantur.

Habetis, quid haeretici tam veteres, quam recentes, & quid ipse etiam pater eorum Diabolus de Monachis censeat. Nunc de istis quid censeant Patres, quid etiam Christus, & Deus, merito à me requiri, atque expectari video. Sed quoniam plurima huius generis testimonia in ipsa Disputatione saepius nobis erunt necessario afferenda, nunc duobus tantum duorum clarissimorum utriusque Ecclesiae luminum testimoniis contentus, rem totam, quam breuissimè fieri poterit, expediam. Prodeat igitur in primis totius Graeciae eximium decus sanctus Ioannes Chrysostomus: is enim & pro vite monastica defensione tribus integris libris acerrimè decertauit, & ubique solitudines, ac monasteria ita splendide, magnificèque laudat, ut illa regnis, atque imperiis, & ipsi etiam paradiso, ac caelo non dubitet antepone-re. Denique homilia octaua in Mattheum: Si quis, inquit, nunc ad Aegypti veniat solitudines, paradiso profus omnem illam eremum videbit digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus: est enim cernere tota illa regione diffusum exercitum Christi, & admirabilem illum regium gregem, virtutumque caelestium conuersionem in terris micantem. Atque hæc non in viris solum, verum etiam in feminis splendere conspicias. Non ita variis astrorum choris cœlū refulget, ut Aegyptus innumeris Monachorum, ac virginum distinguitur, atque illustratur habitaculis. Quanta est hæc laus & à quato viro, quanta verborum maiestate profecta? Sed iam B. Augustinum totius Occidentis clarissimum lumen audiamus.

Is igitur in lib. de moribus Ecclesiae primo c. 11. c. 11. primo, Monachorum vitam, tum Eremitarum, tum Cenobitarum, Manichæis perfectionem iactantibus obiiciens. Nihil, inquit, de iis dicam, qui secretissimi penitus ab omni hominum conspectu, pane solo, qui eis per certa intervalla temporum affertur, & aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt, & eius pulchritudinis cōtemplatione beatissimi, quæ nisi sanctorum intellectu percipi non potest: Nihil (inquam) de his loquar, videtur enim nonnullis res humanas plus quam oporteret, deseruisse, non intelligentibus, quantum nobis eorum animus in orationibus proficit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur. Sed hinc disputare longum & superuacaneum puto: nam hoc tam excellens fastigium sanctitatis, non sua sponte mirandum & honorandum videtur, oratione nostra videri qui potest? Sed si hoc excedat nostram tolerantiam, quis nō illos miretur, & prædicet, qui contemptis atque desertis mundi huius illecebris, in communem vitam castissimam sanctissimamque congregati, simul ætatem agunt, viuētes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, nulla superbia tumidi, nulla pernicacia turbulenti, nulla inuidia liuidi: sed modesti, verecundi, pacati, cōcordissimam vitam & intensissimam in Deum, gratissimum ipsi munus offerunt, à quo ista posse meruerūt. Nemo quidquam possidet proprium: nemo cuiquam onerosus est. Patres verò non solum sanctissimi moribus, sed etiam diuina doctrina excellentissimi, nulla superbia consulunt his, quos filios vocant, magna sua in iubendo auctoritate, magna eorum in obtemperando voluntate. Ac demum post alia multa finem faciens ait: Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc institutum si laudare velim, neque dignè valeo, & vereor, ne iudicare videar, per seipsum tantummodò expositū placere non posse, si super narratoris simplicitatem cothurnum etiam laudatoris addendum putauero. Quam dissimilia sunt hæc verba Catholicorum Patrum iis, quæ ex Luthero & Caluino paulo ante recitauimus? nimirum, hic fides, ibi perfidia: hic sapientia, ibi stultitia: hic grauitas, ibi furor: hic Deus, ibi Diabolus loquebatur.

Neque vero Deus per voces & scripta solum Catholicorum Patrum, sed etiam ipse per se sanctitati, atque præstantiae ordinum Religiosorum testimonium tulit. Quid enim de hoc vite genere Deus censeat, restantur in primis diuina illa, amplissimæque promissiones, quæ partim in Prophetis, partim in Euangelis existant, quibus (Matthæi 19. Marci 10. Lucae 18. Isaiæ 56.) centuplum in hoc seculo, sedes honoraria in iudicio, locus & nomen in regno caelorum

maius,

maius, atque nobilium quàm filiorum & filiarum sit, huius disciplinae cultoribus Dominus pollicetur: testantur deinde hoc idem diuina signa, atque prodigia. Certè enim post Apostolica tempora splendore maximorum signorum, iudicio orbis terra, semper clarissimi habitus sunt magnus Antonius, uterque Macharius, Hilariion, Benedictus, Bernardus, Franciscus, Dominicus. At ij omnes sine controuersia professione Monachi fuerunt.

Quante igitur, & quàm proiecta est audacia, sanctissima instituta, à Deo ipso, de caelo signis, atque prodigijs clamante, & approbante, confirmata, adhuc tamen animis obfirmatis contemnere, improbare, reuicere, conspuere, lacerrare? Et interim omittam, quòd hac ipsa instituta longè antè Helias & Ioannes adumbrarunt, Christus consuluit, Apostoli coluerunt, Sancti fere omnes adamarunt. Exceptis enim sacris Martyribus, rari omnino in numerum Sancto riu relati leguntur, qui ex monasterijs nõ prodierint. Et mihi iã monastica uita approbatio inter eas notas ac symbola, quibus Ecclesiã Catholicã ab omnium hereticorũ cõuenticulis interno scimus, atque distinguimus, principè locum tenere, clarissimèq; eminere uideatur. Quod sanctus ille Alexandrina Ecclesiã Episcopus Petrus probè intellexit, cum, auctore Theodoro to libro historie quarto capite uicesimo, ex eo potissimũ demonstrauit, Luciu quẽdam nõ Episcopũ, non Catholicum, sed hereticum, hostem, lupum, & inuasorem esse, quòd cum nulli Monachi de more Ecclesiã sacros Hymnos cõcinentes, ad solium Pontificale deduxerint. Existimabat enim magnus ille Pontifex, ita partem uere Ecclesiã esse ordines Monachorum, ut Episcopus Ecclesiã haberi non posset, qui secum Monachos habere noluisse.

Qua cum ita sint, intelligi profecto facile potest, ita causam Monachorum cum Ecclesiã causã esse coniunctam, ut nemo unquam Ecclesiã hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore Monachis omnibus indixerit. Quare à nobis mater nostra Ecclesiã Catholica ptere mihi uidetur, ne nos ab hostibus diligentiã studioq; uincipatiatur, sed quantum illi dies ac noctes legendo & scribendo Ecclesiã, uel eius partibus ac membris detrimendum afferant, tantũ nos opera & laboris in omnibus Ecclesiã partibus sartis tectisque conseruandis collocemus: praesertim cum nos apud Deum clarissima iustitia, fideique corona, illos: pœna sola perfidia, atque scelèri apud inferos maneat. Numc ad rem ipsam propius accedamus.

Omnis hæc de Monachis Disputatio septem præcipuis capitibus, siue questionibus continetur. Quibus questionibus una eademq; opera explicabuntur nomina, origo, natura partes, proprietates, & actiones uita religiosa, & simul ad ea omnia respondebitur, quæ aduersarij nostri in Monachis & eorum ordinibus reprehendunt.

PRIMA igitur questio erit de origine, ratione, & uarietate Religionũ. Nec enim uerũ aduersarij asserere ordines Religionũ, rē esse recēs in Ecclesiã inuētã: & idē esse dicere: Ego sum ordinis beati Augustini, ego Benedicti, ego Dominici, ego Frãncisci, ac dicere: Ego quidem sum Pauli, ego autē Apollo, ego uerò Cepha, quòd Apostolus in Corinthiũ grauisimè reprehendit, ut etiam illos propterea seditionis, schismatis, atque heresicos notare non uereatur.

SECUNDA questio erit de consilijs Euangelicis, quæ sunt quasi bases & fundamenta totius monasticæ adificij. Horrent enim heretici ad uocem consiliorum, & operum supererogationis, tanquam ad ingentem blasphemiam. Id quòd necessario faciunt: cum enim arbitrentur ipsi, præcepta diuina non posse à quoquam, tametsi iustissimo, unquam impleri, non possunt non uehementer mirari, cum nos dicere audiant, ueros Religiosos non solum præcepta, sed etiam consilia adimplere, & plus facere, quàm Deus præcepit.

TERTIA questio erit de uotis monasticis. Cum enim aduersarij putent, nihil Deo placere, nisi quòd ipse fieri iussit, omnia uota, quæ de rebus à Deo non imperatis suscipiuntur, tanquam superstiuosa, & inania reprehendant: immò apertè uotum continentis sacrificium idoli Moloch, uotum paupertatis meram stultitiam, uotum obedientie summam temeritatem esse uolunt.

QUARTA questio erit de uotis, quæ filij inuitis parentibus, & cõiuges inuito altero cõiuge, aliquando suscipiunt. Nã cum Deus mādauerit honorari parentes, & non separari quos Deus cõiunxit, grauius nos accusant, quòd filios, inuitis parentibus, Monachos fieri patiamur: & matrimonia, licet nondum consummata, tamen rata & firma, propter monasticam professionem dissoluamus.

QUINTA de solitudine, & sũma uita seueritate Eremitarũ. Eremitas enim aduersarij uros ac misanthropos uocant ppter similitudinẽ: propter eã autem seueritatẽ, quæ plurimi eorum nunquã cilicium exuebat, solis radicibus uesciebatur, humi cubates somnũ breuissimũ capiebãt: nonnulli etiã integris hebdomadibus ieiunabãt: alij ferreis cathenis se onerabãt: quidam in editis colimis perpetuò cõsistebãt: eos omnes execrãtur, tanquã sui ipsorum homicidas, & illius Apostolici præcepti transgressores, Habeto honorem corpori: quòd præcepto nullum ipsi religiosus ac sanctius colunt.

SEXTA de habitu, & tũsura. Mirã enim superstitionẽ in eo positã esse credũt, q; Monachi semper idẽ uelimenti genus, eadem forma, eodem colore, eadẽ magnitudine gerãt, & eodẽ semper modo, qui sunt eiusdem ordinis, tondẽatur.

SEPTIMA de opere Monachorum. Existimant enim aduersarij, de natura & ratione uera monastica professionis esse, ut Monachi omnes labore manuum uictum querant, & idcirco eos omnes, qui id non faciunt tanquam sua ipsius professionis corruptores, falsosq; ac degeneres Monachos arguunt, & malum & illicitũ esse docent, tam pte sua ad mendacitatem deuenire, quàm mendicatione uictum colligere.

Scripserunt de hoc argumento, sanctus Ioãnes Chrysostomus in tribus libris contra uituperatores uita monastica: Ioannes Cassianus in libris de institutis Cœnobiõrum: Albertus Magnus in defensorio medicamentum: beatus Thomas in Opusculo 19. quòd est contra impugnantes religionem: B. Bonauentura in Apologia pauperum, & libro de paupertate Christi: Thomas Waldensis lib. 3. & 4. de doctrina fidei & de sacramentalibus, titulo nono: Albertus Pighius controuersia decima quarta: Alphonsus Virueius Philippica uicesima: Alphonsus à Castro in libris contra hereses, uerbo Mendacitas, uerbo Monachus, & uerbo Uotum: Ioãnes Bunderius in suo compendio concertationum titulo tricesimo quarto: Conradus Koellim in euerisione epithalamij Lutherani. Ioãnes à Dauetria in refutatione Confessionis Augustinæ: Ioãnes Eckius in Enchiridio, & in conclusionibus de uotis: Frãnciscus Orantius lib. 5. de locis Ca-

tholicis:

tholicis: Gaspar Schatzgerus lib. 1. cap. ultimo, & lib. 2. cap. 1. suarum controuersiarũ: Ioannes Hoffmeisterus contra articulum 27. Confessionis Augustinæ: Iacobus Latomus lib. de Monachorum institutis & uotis: Ioannes Cochleus libro de uotis, & in discussione articuli uicesimi Confessionis Augustinæ: Iodocus Clichtouas libro tertio Antilutheri: Alanus Copus Dialogo secundo: Matthæus Galenus de origine Monasticis: Richardus Cœnomannus in antidoto ad censuram Erasmi in regulam sancti Augustini: Franciscus Turrianus libris duobus de uotis Monasticis: Guilielmus Lindanus libro quarto capite nonagesimo octauo Panoplia.

CAPVT PRIMVM.

De nomine Monasticis.

EXPLICATVRVS igitur primo loco naturam, partitionem, aque ortum religionũ, & simul hereticorum mendacia, & calumnias refutaturus, à nomine, ut par est, exordiar. Nomina apud Græcos quinque inueniuntur. uocant enim professorẽ huius uita θεγαυρωτη, ἀσκητη, βίητη, φιλόσοφον, μοναχόν. Latini retinuerũt uictimũ Græcum uocabulum, & addiderunt regularem & religiosum, θεγαυρωτης significat cultorem. Utitur hoc nomine Dionysius c. 6. Eccles. hierarchie, ubi dicit, ab Apostolis fuisse Monachos uocatos θεγαυρωτας, eò quòd ipsi purè præter ceteros Deum colant. Utitur eodẽ nomine Philo initio libri de uita contemplatiua supplicũ, ubi dicit, eos uocari θεγαυρωτας, uel quòd Deum diligentissimè colant, uel quòd animas suas colant, & curent à morbis uitiorum; nam θεγαυρωτης significat & cultorem & medicũ. ἀσκητης significat pugilem siue excitatorem, quo nomine passim uitur Basilius, qui etiam sermones suos de rebus monasticis uocat asceticos. Dicuntur autem Monachi pugiles, uel excitatores, quia totum eorum officium deberet esse uirtutum palaestra, cum alij homines exerceant se in bello, in mercatura, &c. βίητης supplicem significat, quo nomine uitur Philo, qũ librum de uita Monachorum sui temporis, inscripsit de uita contemplatiua supplicum. dicuntur autem supplices à præcipuo munere, quòd est orare, & laudare Deum.

PHILOSOPHI dicuntur monachi passim à Chrysostomo in libris contra uituperatores uita Monastica, & à Nilo, qui librum suum de monastica, inscripsit de Christiana Philosophia. dicuntur autem Monachi Philosophi, ut Nilus indicat, quia eum locum tenent apud Christianos, quem Philosophi apud Ethnicos. Philosophi enim dicebantur apud Ethnicos, homines quidã seueri contemptores rerum temporalium, & toti sapietiae studio dediti. Nomen Monachi frequentissimũ est apud omnes Patres Græcos & Latinos. quid autem significet, non eodem modo explicatur ab omnibus.

B. HIERONYMVS in epist. ad Heliodorum, uidetur uelle nomen Monachi propriissimè conuenire eremitis, qui soli habitabant: Interpretare, inquit, uocabulum Monachi, hoc est tuum, quid facis in turba, qui solus es? At non ita esse, tum ex eo cognoscitur potest, quòd eremite ceperunt à Paulo primo eremita, ipso Hieronymo auctore in eius uita: nomen autem monachi inuenitur apud Dionysium Areopagitam, qui ferè 300. annis Paulũ primum eremitam antecessit, tum ex eo, quòd omnes ueteres, & ipse etiam Hieronymus in epist. ad Eustochium de seruanda uirginitate, nomen Monachi tam eremitis, quàm cœnobitis uolunt esse commune. B. Augustinus in Plal. 132. exponens illud, Ecce quàm bonum, & quàm incundum habitare fratres in unum; dicit hoc dulcissimum canticum excitasse homines, & de secularibus Monachos fecisse, nihilque aliud significare Monachum, quàm hominem in tali uinitate, & communitate cum aliis eiusdem instituti uiuentem, ut cum illis omnibus unum cor habeat, & unum, ac solum hominem faciat, secundum quam signi-

ficationem nomen Monachi solis cœnobitis cõueniret. At uerissima explicatio huius nominis est apud Cassianum, & Dionysium. Scribit enim Cassianus collat. 18. Abbatibus Pyramonis c. 5. inde Monachos dictos, quòd à coniugijs abstinerent, & à parentum se confortio, ac mundi huius conuersatione secernerent, ut nimirum soli Deo per cõtemplationem inhaerent. Quòd idem tradit Dionysius c. 6. Eccles. hierarchie, ubi dicit Monachos appellari, quòd rebus diuisibilibus relictis, Monadi, id est, Diuinitati soli placere contenderent.

Ex quo sequitur, propriè Monachos non esse, nisi eos religiosos, qui soli uita contemplatiuæ dant operam, quales sunt Cassinenses, Cistercienses, Carthusiani, Camaldulenses, atque alij id genus. Quòd intelligentes Sanctus Thomas, Sanctus Bonauentura, & alij Doctores posteriores, non uocant Monachos, Dominicanos, & Franciscanos, & similes, qui non soli cõtemplationi insistant, sed in actione uersantur, iuuantes Episcopos, & Clericos in concionibus, & sacramentis, sed regulares, uel religiosos appellant. regulares quidem, quòd certæ regulæ uiuendi addicti sint, quo nomine passim uentur Concilia. Religiosos autem, quòd se totos Dei obsequio mancipauerint, ut rectè explicat B. Thomas uigesima secunda quæst. 186. art. 1. religio enim est uirtus, qua Deo debitum cultum exhibemus. quare sicut omnes probi Christiani dici possunt religiosi, si Deo feruiãt; ut eorum uocatio requirit: ita illi per antonomasiam dicuntur religiosi, qui nulli rei feruiunt, nisi Deo: & licet hoc nomẽ uideatur nouum, tamen reuera est omnium antiquissimum; respondet enim propriè illi Græco, θεγαυρωτης quo Dionysium, & Philonem ufos fuisse docuimus. Hæc de nomine.

CAPVT II.

De natura siue definitione Religionis.

QUANTVM ad rem atinet, religio, ut hinc à nobis accipitur, sic definiti potest, Religio status est hominum ad perfectionem Christianã per paupertatis, & continentis, & obedientis uota tendentium.

SUNT autem hoc loco annotanda quædam. Primum illud est, ueram perfectionem in charitate cõsistere; perfectio enim uniuersiusque rei in eo posita est, ut fini suo ultimo quàm arctissimè coniungatur. Finis autem hominis Deus est, charitas uerò maximè uinit hominem cum Deo, iuxta illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et col. 3. Charitas est uinculum perfectionis, id est, uinculum, quòd ligans hominem cum Deo, hominem reddit perfectum: uel (ut Chrysostomus exponit) uinculum quòd ligans, & continens in homine omnes uirtutes, hominem reddit perfectum. Ut enim spiritus humanus ligat & continet omnes humores, & partes alioqui dilapsuras, ita Spiritus sanctus inhabitans corda nostra per charitatem, continet omnes uirtutes alioqui facillè dilapsuras. Quòd etiam idem Apostolus ostendit, cum ait 1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, & quæ sequuntur.

ITA QVÆ Irenæus lib. 5. cap. 6. exponens illud Apostoli 1. Thess. ult. Uti integer spiritus uester, & anima, &

corpus

corpus conseruetur, dicit hominem perfectum tribus consistare, corpore, anima & Spiritu sancto inhabitante per charitatem. Ut enim si desit ei corpus, vel anima, erit imperfectus in genere nature: ita si desit charitas, erit imperfectus in genere moris. Quo modo locum illum Pauli intelligit etiam fere omnes Græci, Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, & cum eis Hieronymus in ep. ad Hedibiam, q. vlt. Denique quod charitas sit Christiana perfectio, ex eo patet, quod ad eam omnia referuntur. Matth. 22. In his duobus mandatis vniuersa lex p̄det, & c. i. Timoth. i. Finis præcepti charitas.

N O T A secundò, ex B. Thoma in opusculo de perfectione, quatuor esse gradus charitatis, proinde etiam quatuor esse gradus perfectionis; dicitur enim perfectus id cui nihil deest in ordine ad aliquem finem. Quare, non repugnat aliquid esse perfectum, & imperfectum, si comparetur ad diuersos gradus, seu etiam fines.

P R I M V S gradus charitatis est, diligere Deum, quantum est diligibilis, id est, infinito amore. Qui gradus soli Deo conuenit, & ideo solus Deus in ordine ad istum gradum perfectus est: Angeli, & Sancti omnes sunt imperfecti: quâquam hæc imperfectio non est proprie dicenda priuatio, aut vitium, sed pura quædam negatio.

S E C V N D V S gradus est, diligere Deum, non quantum est diligibilis, sed quantum potest creatura diligere, ita ut semper actus de Deo cogitet, & sine intermissione in eum per affectum feratur, & ne primos quidem motus cupiditatis sentiat contra Deum. In hoc gradu versantur beati, quorum comparatione omnes alij sunt imperfecti. Quare Philip. 3, Apostolus, qui dixerat, *Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus*, idem ait: *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim.*

T E R T I V S gradus est diligere Deum, non quantum est diligibilis, nec quantum potest creatura quælibet absolute diligere, sed quantum potest creatura mortalis, quæ a se remouit omnia diuini amoris impedimenta, & totam se Dei obsequio consecrauit. Qui in hoc gradu versantur, imperfecti sunt respectu beatorum, sed perfecti respectu aliorum hominum, etiam iustorum, & piorum. Et hæc est perfectio, de qua loquuntur Theologi, cum dicunt, statum Episcoporum esse statum perfectionis adeptæ, & statum religiosorum esse statum perfectionis acquirendæ. Hoc enim interest inter Episcopos & religiosos, quod religiosi non tenentur continuo esse perfecti, sed tantum aspirare ad perfectionem. Versantur enim in exercitatione virtutis, & remotione impedimentorum: at Episcopi deberent esse perfecti, id est, ad eum gradum charitatis peruenisse, ad quem religiosi per sua vota, & exercitia tendunt. Propterea in definitione diximus religionem esse statum hominum ad perfectionem tendentium.

Q U A R T V S gradus est diligere Deum, non quantum est diligibilis, nec quantum potest creatura vel absolute, vel in hac vita diligere: sed tamen ita, ut nil æquè, aut magis, quàm Deum diligit, id est, nihil admittat contrarium diuine dilectioni. & hic gradus præceptus est omnibus, & quandam habet perfectionem, licet respectu superiorum sit imperfectus. Vnde i. Ioan. 2. dicitur: *Qui seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est.* Et tamen Matth. 19. Dominus ei qui dicebat se omnia præcepta seruasse, ait: *Si vis perfectus esse, uade, vende omnia, &c.* Loquitur enim Ioanes de isto quarto gradu: Dominus autem de tertio, de quo nos in definitione religionis, & in tota hæc disputatione agimus.

N O T A terciò, instrumenta aptissima, atque utilissima ad hanc perfectionem acquirendam, esse illas tres virtutes, paupertatem, continentiam, & obedientiam; nam ut quis perfectus Deum diligit, debet & se totum Deo tradere, & omnia impedimenta remouere. vtrumq; consequimur per has virtutes. Tradimus enim Deo nos

totos, quando tradimus animum, corpus, & res externas; nihil enim habemus aliud: tradimus autem animum per obedientiam, corpus per continentiam, res externas per paupertatem. Item per has virtutes remouentur omnia impedimenta diuini amoris; *Radix enim omnium malorum est cupiditas*. i. Tim. 6. quemadmodum: *Radix omnium bonorum est charitas*, ut Augustinus adiungit sermo. 12. de verbis Domini.

O M N I S autem mala cupiditas ad tria capita reuocatur, ad luxuriam, auaritiam, superbiam: quod & auctoritate, & ratione probatur. Nam i. Ioan. 2. dicitur: *Quidquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Ratione, quia in homine duplex est appetitus, concupiscibilis, & irascibilis: ille appetit bonum absolute, iste bonum arduum. Rursum ille prior duplex est, naturalis, & animalis.

N A T V R A L I S appetit ea bona, quæ sunt necessaria ad naturam seruandam tam in individuo, ut cibum, & potum, quàm in specie, & actum generationis. Qui appetitus cum est inordinatus, dicitur incontinentia, & à Ioanne *concupiscentia carnis*.

A N I M A L I S appetit dicitur ille, quo appetimus ea, quæ sunt bona secundum existimationem, ut pecunias, vestes, lapides pretiosos, & similia, quæ non appetuntur à bestiis, quibus non inest appetitus, nisi naturalis: & hic appetitus cum est inordinatus, dicitur auaritia, vel curiositas, & à Ioanne *concupiscentia oculorum*.

D E N I Q V E appetit irascibilis appetit excellentiam, quæ apprehenditur ut res maxime ardua: & cū est inordinatus, dicitur à Ioanne *superbia vitæ*. Hos igitur tres fontes impedimentorum obstruunt tres illæ virtutes, concupiscentiam carnis continentia, concupiscentiam oculorum paupertas, superbiam vitæ obedientia.

N O T A quartò, non sufficere ad religionem has tres virtutes, nisi accedat votum, id est, sacra promissio Deo facta, qua quis obstringat se perpetuo ita victurum. Religio enim est status quidam: status autem significat rem immobilem, & perpetuam. Quare fieri poterit, ut aliquis sit perfectus, & tamen non sit in statu perfectionis: quemadmodum è contrario non raro accidit, ut multi tam Episcopi, quàm Religiosi sint in statu perfectionis, & non sint perfecti. Ex his poterit tota definitio satis intelligi.

CAPVT III.

De variis Ordinibus Religiosorum.

Q U A N T V M ad tertium, veteres duo tantum agnoscunt genera religiosorum; vnum anachoretarum, siue eremitarum; alterum cœnobaritum. Ita enim docet Hieronymus in epistola ad Eustochium de Virginitate. August. lib. 1. de moribus Ecclesiæ cap. 31. & Cassianus col. 18. c. 4. Itaque errat Isidorus lib. 2. de diuini officii, c. 15. vbi tria facit genera Monachorum, eremitas, anachoretas, cœnobaritas; nam iidem sunt anachoretæ, & eremita.

A D D I T quidem Hieronymus tertium genus, & Cassianus tertium & quartum, sed illa non sunt verè genera religiosorum, sed quædam relaxationes, & corruptiones religionum. Nam tertium genus vocant eorum, qui in cœnobiis viuunt, sed adhuc aliquas proprias retinet facultates, nec in omnibus obtemperant prepositis, quæ sine dubio est corruptio vitæ cœnobiticæ. Quartum genus vocant eorum, qui ex monasteriis ad eremum transeunt, non vt sanctius, sed vt liberius viuant, nimirum excusso iugo superiorum, & legum cœnobaritarum; quæ est corruptio vitæ eremiticæ. quare ista duo à Patribus vocantur deterrima genera Monachorum: Possumus nos cum B. Thoma, & Scholasticis paulò plenius & subtilius explicare formas, & genera religionum, iuxta fines, ad quos instituuntur. Omnis igitur religio ad perfectionem charitatis refertur, vt dictum est.

POSSVMVS

P O S S V M V S autem tribus modis Deum diligere, eique seruire: Vno modo, per contemplationem ipsum Deum in se diligendo, eique inhærendo: Alio modo, per actionem Deo in membris eius seruendo, vt alendo pauperes, suscipiendo peregrinos, &c. Tertio modo per vtrumque simul Deo obsequium præstando, id est, per contemplationem, quæ in actionem prodeat, siue per actionem, quæ necessariò requirat contemplationem. Quod faciunt, qui concionibus, & Sacramento-rum administratione populo seruiunt.

I V X T A hos fines tria sunt genera religionum. Vnum earum, quæ profitentur vitam contemplatiuam solum, quod genus in multas formas diuidi potest iuxta varias constitutiones, & regulas, quas sequuntur. Alij enim sequuntur instituta S. Antonij, alij S. Pachomij, alij S. Basilij, alij S. Benedicti, alij S. Romualdi, alij Sancti Brunonis, &c.

A L T E R V M genus est earum religionum, quæ profitentur vitam actiuam, quod in tot formas diuiditur, quot sunt opera charitatis. Quidam enim militando atque Ecclesiam armis protegendo seruiunt Deo. Quales sunt equites Hierosolymitani, S. Iacobi, S. Ioannis, & alij quidam ægros curando in Xenodochiis, quidam mortuos sepeliendo, & alij aliis rationibus, dum in proximos beneuolentiã ostendunt, Deo gratum obsequium præstant.

T E R T I V M genus est eorum, qui profitentur vitam mistam, quod etiam in varias formas diuiditur iuxta varias eorum institutiones. Quidam enim sequuntur regulam sancti Augustini, quidam S. Dominici, quidam sancti Francisci, &c.

Q U O D autem hæc ordinum varietas fuerit in vsu in veteri Ecclesia, & vtilissima sit, facile probari potest; nam vt ex Hieronymo, Augustino, Cassiano locis notatis patet, semper fuerunt tam eremita, quàm cœnobaritæ, qui vitam cōtemplatiuam profiterentur: quod etiã fuerint, qui vitam actiuã exercerent, patet ex Cassiano col. 14. quæ est prima Abbatis Nestoris c. 4. vbi dicit, ex religiosi sui temporis alios dedisse operã contemplationi, alios curando Xenodochio, alios alendis pauperibus, alios miserorum suscipiendo patrocinio, &c. Quod denique fuerint, qui vitam mistam sequerentur, perspicuum est tum ex eodem Cassiano ibidem, vbi dicit, quosdam etiam religiosos dedisse operam instruendis, & docendis imperitis, tum ex B. Augustino, qui in duobus sermonibus de communi vita Clericorum, asserit se instituisse in suo Episcopatu religionem regularium Clericorum.

Q U O D autem in his tribus generibus Religiosorum multæ essent diuersitates, iuxta varias obseruationes, & ritus viuendi, docet Epiphanius in fine librorum contra hæreses, vbi dicit, quosdam religiosos ex instituto sui ordinis abstinuissè à carnibus, alios etiam ab ouis, alios etiam à piscibus, alios etiam à pane. Rursum, quosdam nudis pedibus ambulasse, alios saccum interius gestasse, alios humi cubasse, &c.

I A M verò quod hæc varietas institutorum in eadem fidei confessione nihil obsit Christianæ religioni, sed potius valde prosit, hinc intelligi potest, quod hæc ratione prouisum est omni hominum generi, vt nemo sit, qui velit ad perfectionem tendere, & non possit. Varia enim sunt hominum ingenia, variæ propensiones, nec pares omnibus vires. Vnus diligit solitudinem, alius gaudet frequentia; vnus libenter orat, alius libentius legit, vel operatur, &c. Si ergo omnis religio requireret solitudinem, vel omnis communionem, & frequentiam; aut si omnis religio abstinentiam à carnibus indiceret, vel nulla indiceret, &c. pauci admodum religiosi esse possent. Nunc autem in tanta varietate religionum potest omnibus satisfieri.

A L T E R A ratio esse potest, quia cū omnis ordo initio ferueat, ac multos homines excitet ad pietatem; pau-

latim autem postea feruorem illum remittat; Deus subinde novos ordines excitando, quasi perpetuo feruorem in Ecclesia sua nunc per hos, nunc per illos conseruat. Certè si quis legat vitam, & res gestas sanctorum Antonij, Benedicti, Bernardi, Brunonis, Francisci, Dominici, & aliorum, qui aut novos ordines instituerunt, aut veteres iam penè collapsos restituerunt, is fatebitur esse verissimum, quod diximus de mirifico ardore in studium pietatis, & multorum hominum conuersione à peccatis ad Deum per novos ordines religiosorum.

CAPVT IV.

De confirmatione Religionum.

R I T V R hoc loco breuis quædam dubitatio, an religionum institutio libera sit, an verò egeat summi Pontificis confirmatione: sed facilis est solutio. Duo siquidem in omni religione inueniuntur; essentia ipsa religionis, quæ in tribus votis sita est, & determinatio illius essentia ad certum modum viuendi. Et quidem essentia religionum in Euangelio fundamentum habet, vt paulò post demonstraturi sumus: proinde ex hac parte non egent religiones Pontificum approbatione. Modus autem ille varius, quo tria vota suscipi possunt, non ita perspicue in Euangelio elucet, & non parum ex prudentia, & directione humana pendet. Quare Pontificis confirmatione indigere potest, & nunc re ipsa propter ius positium nouas religiones prohibens, omnino indiget. Itaque Antonius, Basilius, Augustinus, Benedictus, auctores religionum fuerunt, nec vllam leguntur à Pontifice approbationem quæsiisse, propterea quod nondum extaret ius Ecclesiasticum id præcipiens. Condendi autem noui iuris hæc fuit occasio.

A D annum Domini circiter M. C. LXX. pauperes de Lugduno ordinem quendam religiosum instituerunt, sed multis admittis superstitionibus, & hæresibus. Quocirca à Lucio III. Alexandri III. successore hæresicos damnati fuerunt, & secta eorum reprobata, vt scribit Abbas Vrpergensis in Chronico anni M. CC. XII. Illi verò postmodum, id est, tempore Innocentij III. sedem Apostolicam adeuntes diu instituerunt, vt idem auctor ait, vt reconciliarentur, & religio ipsorum confirmaretur, nec tamen impetrarunt.

I N D E igitur factum est, vt B. Franciscus, & B. Dominicus volentes similiter novos ordines instituire, & metuentes, ne sibi accideret, quod videbant accidisse Vvaldensibus, noluerunt confidere suo iudicio, sed à Pontifice confirmationem petiuerunt & impetrauerunt. Paulò autem post in Concilio Lateranensi generali considerans Innocentius III. periculum, quod imminerebat Ecclesiæ, si vnicuique liceret nouam religionem excogitare, prohibuit, ne deinceps vllus nouus ordo institueretur, nimirum sine approbatione Apostolicæ sedis, vt habemus cap. si. de relig. domi. quod decretum renouauit Gregorius X. in Concilio Lugdunensi, vt habemus cap. vnico. de relig. dom. in 6. Atque hinc cœpit esse necessarium, quod antea erat liberum.

CAPVT V.

De origine Religionum.

Q U O D ad quartum attinet de origine, aduersarij tria docent. Primò, religiones incepisse demum quarto seculo, id est, post annum Christi ccc. primòque auctores fuisse Antonium, Macarium, & similes. Ita docent Magdeburgenses cent. 4. cap. 6. col. 464. Capit. inquit, hoc seculo primùm monasticæ, &c. Idem repetunt sæpissimè.

S E C V N D O, religiones cœpisse partim casu, partim errore, partim praua imitatione. Cen. 4. cap. 6. col. 470. dicunt Magdeburgenses, non sponte sua ad solitudinem concessisse primos eremitas, sed casu quodam, nimirum vt fugerent persecutionem. Id, quod scribit de Paulo primo eremita B. Hieronymus in eius vita, & Sozomen.

lib.1.cap.13. iisdem autem Magdeburgenses cent.5. cap.6. col. 700. Capit. inquit, monachatus partim ex obscuratione doctrine de iustificatione & veris cultibus Dei, partim ex prava emulacione Essenorum.

TERTIO addunt Philippus in Apologia pro art. 27. Confessionis Augustanae, & Calvinus lib. 4. instir. cap. 13. §. 10. fuisse quidem apud veteres quarti, & quinti seculi aliquos Monachos, sed eos, qui nunc sunt, nihil cum illis habere commune, & ideo verè dici posse monachatum, qualis nunc est, rem nouam, & recentem esse.

NOs ergo primò ostendemus religiosam vitam diu ante quartum seculum incepisse. Secundò, originem eius non fuisse casum, vel errorem, vel pravam imitationem, sed perfectionis desiderium. Tertio, religiones, quæ nunc sunt, eadem esse quoad essentiam cum iis, quæ erant temporibus antiquissimis. Dicimus itaque primum vitam religiosam adè esse antiquam, ut quædam eius adumbratio fuerit in lege naturæ ante diluuium: maior quædam expressio in lege Moïsi: perfectio autem Apostolorum tempore.

HABEMVS in primis Gen. 4. de Enos: *Iste cepit inuocare nomen Domini.* Ex quo loco colligunt auctores, hunc Enos instituisse peculiarem aliquem cultum, & sublimiorem, quam esset religio vulgi. nam ante Enos certè etià Adam, & Abel, & Seth Deū inuocauerunt: & tamen iste dicitur primus cœpisse inuocare nomen Domini. Vide de hac re VValdensem lib. 3. doct. fid. art. 1. c. 1.

HABEMVS deinde Num. 6. vota Nazæorum, qui seipfos Domino consecrabant; ad quorum exemplum etiam in Ecclesia quosdam seipfos totos diuino cultui deuouere scribit Origenes hom. 11. in Leuiticum.

HABEMVS deinde in eodem Testamento veteri; Heliam, & Helisæum, ac filios Prophetarum sine vxoribus, & diuitiis in hoc mundo vixisse. De quibus B. Hieronymus in episto. ad Rusticum, quæ est ordine quarta: *Filij Prophetarum, inquit, quos Monachos in veteri Testamento legimus, adificabant sibi casulas, propter fluentia Iordani; & turbis vrbium derelictis, polenta, & herbis agrisibus viuitabant.* Et epistola 13. ad Paulinum, de Monachis loquens: *Noter princeps, inquit, Helias, nosfer Helisæus, nostri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluentia Iordani.*

HABEMVS etiam Hierem. 35. insignem commendationem nepotum Rechab, qui cum eis pater, siue auus præcepisset, vt domos non ædificarent, agros non seminarent vineas non plantarent, vinum nunquam biberent, vitam durissimam quasi extra mundum agerent, omnia diligentissimè obseruauerunt, quos etiam Monachorum nostrorum figuram gessisse scribit Hieronymus, in eadem ad Paulinum epistola.

DENIQUE Ioannem Baptistam Monachorum, & eremitarum principem fuisse, scribunt ferè omnes Patres. Nazianzenus, orat. in Basilium, S. Basilium, quia Monachus fuerat, cum Ioanne Baptista cõparat. Chrysostomus hom. 1. in Marc. Sicut, inquit, *Sacerdotum principes sunt Apostoli, sic Monachorum princeps Ioannes Baptista est.* Hieron. ad Eustochium de seruanda virginitate de eremitis disserens. *Huius vite, inquit, auctor Paulus, illustrator Antonius, & vt ad superiora conscendam, princeps Ioannes Baptista.* Idem docent Cassianus col. 18. c. 6. Sozomenus lib. 1. hist. c. 12. Isidorus lib. 2. de diuini officij, c. 15. & B. Bernardus serm. de excellentia Ioannis Baptistæ.

VENIAMVS ad nouum Testamentum, & ostendemus ante annum ccc. fuisse Monachos in Ecclesia. Primum id probatur ex Athanasio in vita B. Antonij, vbi Athanasius docet, ante Antonium non fuisse quidè eremitas, sed tamen Monachos fuisse, qui in agris ciuitatibus vicinis, monasteria sua constituebant: & Antonium, cum is Monachus fieri vellet, ad senè quendà accessisse,

qui ab ineunte ætate monasticam exercuerat. Ex quo sequitur, & B. Antonium non fuisse primum Monachum, & ante annū Domini ccc. fuisse Monachos. nam Antonius floruit initio IV. seculi; anno enim ccc. erat annorum XL. vt colligitur ex Chronico Hieronymi, & tamen ipso adolescente inueniebatur multi Monachi senes.

QUONIAM autem Magdeburgenses Cent. 4. c. 10. col. 1306. subdubitant, an hæc vita sit ab Athanasio scripta, facillè id probari potest; nam scripsisse Athanasium vitam Antonij testantur Nazianzenus in Athanasio, Hieronymus de viris illustribus in Antonio, in Euagrio & in Athanasio, Rufinus lib. 1. histor. c. 8. August. lib. 8. Confes. cap. 6. Paulinus in vita Ambrosij, Palladius in historia Lausiaca, cap. 8. & Socrates lib. 4. cap. 18.

QUOD autem hæc ipsa, quam habemus, sit illa ipsa Athanasij, patet ex eo, quod est reuera insigne volumen, vt Hieronymus dicit fuisse librum illum Athanasij; item continet plurima illa miracula, quorum meminit Augustinus. Præterea recenset historiam illam de anima Ammonis, quam Palladius, & Socrates ex libro Athanasij de vita Antonij referunt. Denique nihil in contrarium asserunt Centuriatores, nisi iudicium suum; stultum autem est sine vlla ratione, vel coniectura, vel auctoritate id in controuersiam vocare, de quo nemo dubitat.

PROBATVR secundò ex Damaso, qui in vita Dionysij Papæ scribit, hunc ipsum Dionysium ex Monacho ad Pontificatum assumptum fuisse. Constat autem ex Chronico Eusebij, Dionysium Romæ sedisse anno Domini ccc. lxxvi. non ergo Monachi cœperunt post annum Domini ccc.

TERTIO probatur ex Cypriano, & Tertulliano, qui etiam antiquiores Dionysio Papa fuerunt; scribit enim Tertullianus librum de velandis virginibus, & Cyprianus Tertullianum sequutus scribit librum eiusdem argumenti, quem de habitu virginum inscripsit. Vterque autem loquitur de virginibus religiosis, & per solènem professionem Deo consecratis. Nam Tertullianus distinguit in eo libro inter virgines mundi, id est, seculares, & virgines Dei, id est, sanctimoniales, de quibus ait: *Osacrilegæ manus, quæ dicat Deo habitum detrabere poterunt, quid peius aliquis persequitur fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset?* Et infra, eas alloquens: *Nupsisti, inquit, Christo, illi tradidisti carnem tuam, &c.* Similia habet Cyprianus.

QUARTO probatur ex Dionysio Areopagita, Tertulliano antiquiores; enim epistolam scribit ad Demophilum Monachum, & libro de Ecclesiastica hierarchia cap. 6. prolixè explicat monasticæ professionis formam.

FATENTVR Magdeburgenses verè de Monachis scribere auctorem eius libri, sed eum negant esse Dionysium Pauli Apostoli discipulum, Cent. 1. lib. 2. cap. 10. col. 624. quod idem negant Laurentius Valla, & Erasmus in annot. ad cap. 17. Actorum, item Lutherus, Calvinus, & omnes hæretici.

AT opera ista nomine Dionysij citant tres veteres Pontifices, Gregorius 1. hom. 34. in Euangelia, Martinus 1. in Concilio Romano, & Agatho in epist. ad Imperatorem Constantinum IV. Item Nicolaus Papa 1. in epist. ad Michaëlem Imperatorem citat epistolam S. Dionysij Areopagitæ ad Demophilum Monachum. Item duo generalia Concilia VI. act. 4. & VII. can. 2. Præterea Doctores plurimi, vt S. Maximus, qui annotationes scripsit in Dionysium, Sophronius Patriarcha Hierosolymæ in oratione pulcherrima, quæ habetur actione 11. sextæ Synodi, Damascenus lib. 1. cap. 12. de fide, Euthymius panoplicæ par. 1. tit. 2. Anastasius bibliothecarius in epistol. ad Carolum Caluum, Hilduinus in epistol. ad Ludouicum Pium, & alij posteriores omnes. Non est autem vllò modo verisimile tot Patres non potuisse videre id, quod nunc Valla, & Erasmus vidisse se dicunt.

DEINDE sic possumus ratiocinari: Auctor horū librorum nõ potest esse recentior, quam sit B. Gregorius, vt notum est, cum à Gregorio ipso citetur. Rursum non potest esse recentior, quam sit Hieronymus; nam Gregorius eum citas vocat antiquum, & venerabilem patrem, non autem vocaret antiquum hominem, suo seculo proximum. Non potest etiam floruisse paulò ante Hieronymum, id est, IV. seculo; nam sine dubio tunc Hieronymus posuisset eum inter scriptores Ecclesiasticos; non enim potuisset ignorare scriptorem, qui sua memoria exstitisset. Et præterea notus fuisset eadem ratione Ambrosio, Augustino, Chrysostomo, aliisque Patribus, quibus tamen incognitus fuit, quantum ex eorum operibus colligi potest. Quare necesse est, vt Anastasius dicit, auctorem esse antiquissimum, & suppressum fuisse ab hæreticis, ac tandem Romæ repertum fuisse tempore B. Gregorij, vel paulò antè.

EX quo soluitur argumentum Vallæ, Erasmi, & Centuriatorum, qui hoc vtuntur tanquam præcipuo argumento, quòd Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus, & maximè Hieronymus nunquam citent hos libros. Hoc enim argumētum eorum nobis maximè fauet, nam cum isti Patres non citent hæc opera, signum est auctorem hunc non exstitisse ipsorum tempore, cum constet ex Gregorio eum non esse illis posteriorem, sequitur necessariò esse longè antiquiorem. Vnde etiam Valla testatur, plurimos viros doctissimos sensisse hæc opera non esse quidem Dionysij Areopagitæ, sed tamen auctoris ferè eque antiqui, nimirum Apollinaris Hierapolitæ, vel, vt alij volunt, Dionysij Corinthij, quorum vterque floruit anno Domini c. lxxvi. vt Eusebius testatur in Chronico. Hoc autem etsi non est verum, tamen nobis sufficit ad asserendam antiquitatem monasticæ.

QUINTO probatur ex Philone Iudæo, qui etiam Dionysio Areopagita fuit antiquior. Philo igitur in lib. de vita contemplatiua supplicum, prolixè admodum describit vitam, & mores Monachorum, & sacrarum virginum, quos instituit in Ægypto S. Marcus Euangelista, vbi apertè ponit professionem continentia, & paupertatis, ieiuniorum, psalmodia, &c.

MAGDEBURGENSES Cent. 1. lib. 2. c. 3. pag. 18. fatentur Philonem hæc scripsisse, sed eum non esse loquutum de Christianis, sed de Essenis, quæ erat secta Iudæorum omnino similis nostris religionibus. Hoc autè non probant alia ratione, nisi quia nondum Christiani talia exercitia habuerūt. Quòd si eis obiciamus: hoc esse peccate principium, respondebit, vt solèt, nos agere sophistas.

PROBEMVS igitur breuiter non dialectica ratiocinatione, sed testimoniis Patrum, Philonem de Christianis esse loquutum. In primis Eusebius lib. 2. hist. cap. 16. dicit Philonem Romæ S. Petrum vidisse, atque eius adhæsisse colloquiis, verbum Dei prædicantis, & eorum vitam, qui in monasterijs degunt, luculenter scripsisse. Item Epiphanius hæresi 29. quæ est Nazæorum, de hoc lib. Philonis loquens: *Monasteria ipsorum, inquit, in vicinia circa Mariam paludem recensens, non de alijs narrat, quam de Christianis.*

PRÆTEREA Hieronymus de viris illustribus in Philone, posteaquam docuit Philonem de Christianis esse loquutum, subiungit: *Ex quo apparet, inquit, talem primam Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi esse nituntur, & cupiunt.* Præterea Cassianus lib. 2. c. 5. de institutis cœnobiolorum asserit, à S. Marco Ægyptios Monachos accepisse primam viuendi normam. Id quod nõ potest Cassianus didicisse, nisi ex hoc libro Philonis. Idem asserit disertis verbis Beda prologo in Marcum, Sozomenus lib. 1. c. 12. & Nicephorus lib. 2. c. 15.

DICIT fortassis aliquis, similia narrat de Essenis Iosephus lib. 2. de bello Iudaico, c. 7. & lib. 18. antiqui. c. 2. iis, quæ narrat Philo. Constat autem Iosephum de Iu-

dæis loqui, cum asseret tres esse Iudæorum sectas, Phariseorum, Sadducæorum, Essenorum.

RESPONDEO, duas esse de loco isto Iosephi opiniones. Quidam enim asserunt non loqui de eisdem Iosephum, & Philonem. Nam Iosephus lib. 18. antiq. c. 2. asserit Essenorum sectam antiquam apud Iudæos fuisse: Philo autem indicat se loqui de disciplina suo tempore exorta. Præterea multa tribuuntur Essenis à Iosepho, quæ sunt manifestè erronea, & superstitiosa, quorum nihil tribuit Philo suis therapeutis. Vnde S. Nilus initio Asceticorum suorum, asserit Essenos (de quibus videlicet Iosephus loquitur) habuisse quidem mores similes Monachorum, sed quia fide in Christum caruerunt, nihil eis profuisse sanctos mores.

ALIi docent tam Philonem, quam Iosephum de Christianis loqui, quibus fauere videtur B. Hieronymus in epistola ad Eustochium de seruanda virginitate, vbi de Monachis loquens: *Tales, inquit, Philo, Platonicus sermonis imitator, tales Iosephus Græcus Linius, in secunda Iudaica captiuitatis historia Essenos refert.* Quam sententiam tueretur Mathæus Galenius lib. de origine Monasticæ c. 5. & ad ea, quæ obiciuntur ab aliis, de erroribus, quos tribuit Iosephus Essenis, & de eorum antiquitate, respondet, Iosephum non fuisse consequutum exactè mysteria nostrorum Monachorum, & ideo frequenter lapsus esse, & eos confudisse cum antiquis Iudæis. Fuerunt enim tria genera eiusdem ferè nominis, nimirum Esseni Samaritani, de quibus Epiphanius hæresi 10. item Esseni Iudæi de quibus Epiphanius hæresi 19. quos tamè ipse Offenos vocat. Denique Esseni Christiani, ex Iudæis conuersi, quos Epiphanius Essicos, vel Iesseos vocat hæresi 29.

Credibile igitur est, Iosephum confudisse nostros Iesseos cum suis Essenis, præsertim cum eo tempore Christiani pro Iudæis haberentur. Vtraque solutio probabilis est.

SEXTO probatur ex Apostolorum exemplo, qui verè primi fuerunt Monachi Christiani. nam quòd vitam cœnobicam instituerint, vbi essent omnia communia, patet ex Actis Apostolorum c. 4. Quòd ea ratio viuendi non fuerit omnium Christianorum, sed eorum tantum, qui volebant perfectius viuere, patet ex c. 5. Act. vbi cum Ananias fraudasset de pretio agri, & decipere voluisset Apostolos, audiuit à S. Petro: *Nomme manens tibi manebat & venditum in tua erat potestate? Quod etiam voto ad eam perfectionem se obligarint Apostoli, docet Augustinus lib. 17. de ciuit. Dei. c. 4. Hoc votum, inquit, potentissimi vouerunt, &c.*

QUOD denique ab Apostolorum exemplo cœperint religiones, testantur plurimi Patres, vt Eusebius lib. 2. hist. c. 16. Hieronymus de viris illustribus in Philone, Augustinus ser. 2. de vita communi Clericorum, Possidius in vita Augustini, Isidorus lib. 2. de offic. c. 15. Denique Cassianus coll. 18. 5. itaque, inquit, *cœnobiarum disciplina à tempore prædicationis Apostolicæ sumpsit exordium.*

AT Magdeburgenses Cent. 12. c. 6. col. 506. obiciunt Chrysostomum, qui hom. 25. in epistolam ad Hebræos: *Neque vestigium, inquit, Monachi tunc erat, sed omnia ad seculares loquebatur B. Paulus.*

RESPONDEO, Chrysostomum loqui solum de Ecclesia Corinth. Exponit enim illa verba Pauli 1. Cor. 5. *Si quis frater nominatur in vobis, &c.* ac dicit, Paulum nomine fratris non intelligere solos Monachos, sed quoslibet fideles, quia tunc ne vestigium quidem erat Monachi apud Corinthios. At non propterea sequitur, non fuisse tunc Monachos in Palestina, & in Ægypto. Quòd autem Chrysostomus non neget Apostolorum tempore fuisse Monachos, patet ex plurimis eius testimoniis. Nā homil. 17. ad pop. de monasticæ loquens: *Tanti est, inquit, Philosophia à Christo inducta.* Certè si Christus introduxit monasticam, iã erat tempore Pauli Apostoli. Hom. 11. in Acta dicit Monachos sic viuere, vt olim initio Ec-

clesia viuebant fideles omnes in Hierusalem, item ho. 69. in Matt. dicit Monachos etiam habitu imitari Apostolos. denique lib. 4. contra vituperat. vitæ Monasticæ, non procul à fine, asserit ea ab Apostolis impleta, quæ nunc à Monachis implentur.

Nunc quod attinet ad secundum, non occasione persequutionum, & casu exortam esse vitam Monasticam, facile demonstrabitur. nam de cœnobitiis non est dubium, cum extiterint ante omnes persequutiones. de eremitis idem probatur; nam et si Paulus primus eremita occasione persequutionis solitudinem colere cœperit, tamen Antonius non tali occasione cœpit, sed solo studio vitæ purioris, vt ex Athanasio in eius vita perspicuum est, vita autem eremitica non à Paulo, sed ab Antonio introducta est; et si enim Paulus primus omnium in eremo vixerit, tamen non habuit ipse discipulos, nec fuit notus, nisi paulò ante mortem. Antonius autem verè princeps eremitarum dici debet, quippe qui nec ab alio didicit, & ipse docuit omnes. Quare rectè Hieronymus in vita Pauli dicit Antonium meritò auctorem vitæ eremiticæ, non tã quòd ipse omnes præcesserit, quàm quòd ab ipso omnium incitata sint studia. Quocirca uterque dici potest primus eremita, Paulus quidem tempore, Antonius autem magisterio.

Quod etiam causa instituendæ vitæ religiosæ non fuerit obscuratio doctrinæ de iustificatione, vel praua Essenorum imitatio, ex iis, quæ diximus, manifestum est. nam auctores religionum fuerunt primùm Apostoli, ac deinde Antonius, Basilus, Augustinus, doctissimi, & sanctissimi homines, quos non possumus ignorantia, & prauæ æmulationis accusare. Nam Basilium fuisse auctorem cuiusdã ordinis monastici, testatur Nazianzenus in eius vita: Augustinus verò à se institutum monasticum ordinem faretur lib. 3. contra literas Petilianæ, cap. 40. Certè autem inter Græcos vix inuenietur aliquis. Basilio doctior, vt nec Augustinus inter Latinos.

Quantum ad tertium, quòd essentia monastices eadem sit nostrorum, & antiquorum Monachorum, plurimis testimoniis probari potest, quæ postea afferentur in disputatione de votis. Nunc, quia Calvinus, & Melancthon per antiquos Monachos intelligunt eos, qui erant tempore sanctorum Augustini, & Basilij; ex his duobus probemus sententiam nostram.

Essentia vitæ religiosæ in tribus illis virtutibus, obedientia, paupertate, castitate, ab omnibus huius temporis religiosi constituitur. Idem fiebat ab antiquis: nam Augustinus lib. 1. de moribus Ecclesiæ, c. 31. vitam cœnobarum explicans. Primùm ait, eos spreto mundi huius illecebris in vitam castissimam, & sanctissimam congregari. Secundò addit à nullo quidquã possideri proprium. Tertio adiungit, Patres nulla superbia consulere iis, quos filios vocant, magna sua in iubendo auctoritate, magna illorum in obtemperando voluntate.

Basilus autem in præfatione constitutionum monasticarum, de Monacho futuro sic loquitur: Nuptias, inquit, veluti compedes fugit: his autem relictis vitam suam Deo consecrat, & castitatem proficitur, vt neque factitas ipsi sit conuersionis ad nuptias. Item c. 22. constitutionum, de obedientia fustissimè disputat, ac tãdem concludit, ita oportere Monachos obedire preposito, vt oues pastori, atque vt instrumētum fabro: Non curiosè, inquit, inuestigando præcepta, vbi à peccato fuerint pura, sed cum omni alacritate ac studio explendo ea, quæ sunt demandata. Denique cap. vlt. dicitur de paupertate, ac docet, Monachum ab omni profusis priuata rerum materialium possessione liberum esse debere.

Porro fuisse olim etiam cucullas, & reliquum habitum monasticum, nec non psalmodiam, ieiunia, ciborum delectum, aliãque id genus instituta, cognosci potest, tum ex Epiphania in compendiaria doctrina, tum

ex Ioanne Cassiano in libris de institutis cœnobarum. CAPVT VI.

Mendacia deteguntur, & calumnia refutantur.

Quantum ad quintam partem quæstionis, referemus breuiter mendacia quædam manifesta, vel absurdissimas sententias trium præcipuorum huius temporis Hæresiarcharum, Lutheri, Melancthonis, Caluini, quas in disputationibus suis contra monasticum protulerunt; horum enim mendaciorum refutatio plus valet ad eos confundendos, quàm multa subtilissima argumenta.

Lutherus igitur in epithalamio. Primò asserit, mulieres non nisi ad matrimonium creatas fuisse. At si ita est, nõ igitur in cœlo vllæ erunt mulieres, vbi non nubent neque nubentur; & incidemus in hæresim Originistarum, qui in futuro seculo negant futuram sexuum distinctionem, quam Hieronymus refellit in epistola contra errores Ioannis Hierosolymitani. frustra etiam fuerunt in hoc mundo tot millia sanctissimarum virginum, si mulier non est ad aliud creata, quàm ad nuptias.

Secundò dicit idem esse consultare, sine ducenda vxore, & sine commendandum, & bibendum. At de priore omnes sapientes consultant, etiam Ethnici, vt patet ex Gellio lib. 1. cap. 5. de posteriore, soli stulti, vel nestulti quidem.

Tertio dicit, Mosem præcepisse omnibus Iudæis matrimonium, ita vt nullo modo liceret in veteri Testamento carere vxore. Quomodo igitur Helias, Helisæus, Hieremias, Ioannes Baptista vxoribus caruerunt? caruisse enim probat Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, sed Lutherus hoc præceptum non in diuinis literis reperit, sed ex Rabinorum delirijs sumpsit. Nam R. Salomon in caput 9. Genes. vult esse reu homicidij, qui liberis non dat operam, & R. Dauid Kimhi in c. 56. Isaie ait, sententiam esse antiquorum Iudeorum, eum qui non relinquit filium, esse tanquam excommunicatum à Deo.

Quantum dicit, & sapissimè repetit, & inculcat, Paulum, cum ait, se potuisse circumducere sororem mulierem, 1. Corinth. 9. voluisse dicere se potuisse ducere vxorem, quasi περιόχου, & γαμίου, idem significant, quæ est imperitia, vel malitia intolerabilis.

Quantum dicit, virginitatem quidem præstare coniugio, tamen mulierem coniugatam meliorem esse coram Deo, quàm sit virgo; quæ quàm bene cohæreant, ipse viderit. Certè aliter loquitur B. Augustinus lib. de sancta virginitate, cap. 31. Cum ergo, inquit, perpetua continentia professores se coniugatis comparantes, secundum scripturas compererint eos infra esse & opere, & mercede, & voto, & premio, statim veniat in mentem quod scriptum est: Quanto magnus es, tantò magis humilia te in omnibus.

Idem Lutherus libro de votis monasticis. Primò dicit Ecclesiam primitiuam, & nouum Testamentum in totum ignorasse vouendæ cuiusque rei vsum. At B. Mariam vouisse continentiam docet Augustinus de sancta virginitate, cap. 4. Quomodo, inquit, ait MARIA, fiet istud, quoniam virum non cognosco? quod profectò non diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset. Vouisse etiam Apostolos, aliòque multos in primitiua Ecclesia, paupertatem, & continentiam, infra ostendemus in quæstione de votis. Immo Lutherus ipse in hoc ipso libro paulò inferius dicit, in Baptismo omnes Christianos verè vouere omnia præcepta. At hoc votum primitiua Ecclesia non ignorauit, nisi etiam Baptismum ignorauerit.

Secundò dicit formam vouendi hanc esse debere, si piè vouendum sit; Voueo castitatem, paupertatem, & obedientiam vsque ad mortem liberè, id est, vt mutare possim quando volo. At si vsque ad mortem continentiam polliceris, quomodo liberè si liberè, quomodo vsque ad mortem?

Tertio dicit, Christum nunquam consuluisse virginitatem, sed ea potius deterruisse, & Apostolum, cum ait, De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem isto, voluisse dicere, non consulo, sed absterreo. Quid ista glossa præclarius? Adde quòd idem Lutherus in assertionem articuli xxx. ait nullum esse consilium Euangelicum, nisi vnum virginitatis.

Quantum dicit, vnam vitam non esse meliorem alia coram Deo, sed omnia paria, cum Iouiniano; & quia nouerat à diuo Hieronymo Iouinianum confutatum, dicit Hieronymum, vt placeret amicis, ea dixisse, & scripturæ loca inconsideratè videlicet corrasisse, & ea ad suum propositum detorsisse: Ne dicam, inquit, deprauasse. Et Iouinianum ab eo non solida eruditione, sed sola auctoritate sua superatum, & tandem concludit: Quis scit si Hieronymus hac parte fuerit vnus illorum de quibus in Ezechiele dicit Dominus, Propheta cum errauerit, & mendaci loquutus fuerit, ego Dominus decepi Prophetam illum? At Augustinus epist. 29. ad Hieronymum libros Hieronymi contra Iouinianum vocat suauissimam, præclarissimamque disputationem, & epist. 28. Iouiniani librum vaniloquum nominat.

Quantum dicit optimam formam religionum futuram, si ad professionem nemo admittatur ante annum lxx. vel lxxx. At hoc absurdissimum est, & indignum quod refellatur. Certè Hieronymus in epist. ad Eustochium de custodia virginitatis, de cœnobitiis loquens: Senibus, inquit, & paruulis sepe fit prandium, vt aliorum fessa sustentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens. Ex quibus verbis duo colligimus; vnum, fuisse tempore S. Hieronymi in monasteriis homines omnium ætatum, senes, pueros, & mediæ ætatis viros; alterum, minùs aptos esse ad labores monasteriorum, homines nimium senes, aut nimium iuuenes, quandoquidem oporteat his prandia præbere, ieiunantibus cæteris.

Philippus Melancthon in Confessione Augustana artic. 27. & in apologia eiusdem articuli, primò dicit, tempore sancti Augustini monasteria fuisse libera collegia, nõ astricta vllis votis. At Augustinus in Psal. 75. ait: Nemo positus in monasterio frater dicat recedo de monasterio, neque enim soli, qui sunt in monasterio, peruenturi sunt ad regnum cælorum, & illi, qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur eis, sed illi non vouerunt, tu vouisti. Et in Psal. 99. de Apostatis ait: Dum non perseverauerit implere quod vouit, fit desertor tam sancti propofitii, & reus voti non redditi.

Secundò dicit, monasteria olim fuisse scholas sacrarum literarum, & aliarum disciplinarum. At Basilus in constitutionibus monasticis, Cassianus de institutis cœnobarum, Hieronymus in epistola ad Rusticum, & in alia ad Paulinum de institutione Monachi, Augustinus lib. 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. aliique veteres dum describunt instituta monasteriorum, meminerunt orationis, ieiuniorum, psalmodiæ, continentia, obedientia, paupertatis: de scholis literarum, & dialecticæ, aliarumque disciplinarum ne verbum quidem.

Tertio dicit, S. Bernardum & Franciscum ob solam corporis vtilitatem religionem suscepisse; corporis verò vtilitatem vocat carere impedimentis coniugij, curis liberorum educandorum, & similibus, quæ quidem non immeritò ad corporis quandam vtilitatem pertinere dicuntur. Sed quòd S. Franciscus nudis pedibus ambularet, vna sola tunica, eaque cilicina, & asperissima vteretur, humi cubaret, totas noctes vigilaret, ferè semper ieiunaret, pane solo, & aqua, vt plurimum sustentaretur, quis nisi insanus ad corporis vtilitatem referet?

Porro sanctus Bernardus non solum durissimè vixit, sed etiam sermone 30. in Cantica, & alibi passim apertè docet, non esse Monachi, sed Medici, corporis vtilitatem & bonam habitudinem curare, Monachi verò esse spiritus vtilitatem quærere, & carnem crucifige-

re, & corpus castigare, vt spiritus viuat, & valeat.

Quantum dicit monachatum esse nuper inuentum, quòd quantum sit mendacium, iam à nobis demonstratum est, cum ab Apostolorum tempore eum deduxerimus. Præterea libenter discerem, quid vocet Philippus Nuper; nam etiam si negat Apostolorum tempore fuisse Monachos, rursum asserit Monachos nostros non esse similes iis, qui fuerunt Augustini tempore: tamen non negat, nec potest negare quin saltem monachus, qui nunc est, cœperit à tempore S. Benedicti; id enim Lutherani omnes admittunt, cum videant adhuc extare, & seruari regulas ab ipso conditas, & habitari monasteria, quæ ipse fundauit: sanctus Benedictus ante annos mille floruit, nisi ergo apud Philippum mille anni sint vt dies vnus, iuxta Scripturas, viderit ipse quàm sit verum, nuper cœpisse monachatum.

Quantum dicit nos asserere vitam monasticam mereri iustificationem & remissionem peccatorum & applicatam aliis eos saluare, longè meliorem esse ipso Baptismo. At hæc mera calumnia est: nulli enim Catholici ita docuerunt vnquam.

Dicimus quidem opera religionis, id est, castè viuere, nihil proprii retinere, obedire maioribus, bona esse opera, & meritoria vitæ aternæ, si à iustis fiant, & conducere ad satisfactionem pro peccatis, sicut cætera omnia bona operat mereri iustificationem nullus dicit.

Dicimus etiam, posse religiosos facere alios homines participes suorum bonorum operum, vt possunt omnes alij fideles; est enim communicatio inter membra eiusdem corporis; at posse Monachum saluare alios suis operibus, id est, mereri illis gratiam, vel gloriam, nemo Catholicus dixit vnquam.

Denique dicimus inter Baptismum, & professionem religionis esse quandam similitudinem, quòd sicut in Baptismo renunciamus Diabolo, & incipimus nouam vitam, ita per professionem religionis renunciamus seculo, & multis licitis voluptatibus, & incipimus nouam vitam; & sicut in Baptismo remittuntur perfectè omnia peccata quoad culpam & pœnam, ita in professione religiosa, quando debita intentione suscipitur, piè creditur remitti omnis pœna temporalis, pro qua alioqui satisfaciendum esset, etiam culpa remissa; non tamen propterea anteponimus, vel æquamus Baptismo professionem monasticam; Baptismus enim non solum pœnam, sed etiam culpam tollit, idque certò scimus: professio autem monastica non tollit culpam, sed solum pœnam, & hoc ipsum non certò asserimus, sed piè credimus. neque est hoc nostrum inuentum. Nam in primis restatur Athanasius in vita Antonij, beatum Antonium in visione audiuisse sanctos Angelos dicentes, omnia peccata sibi remissa fuisse, quando monasticam vitam susceperit.

B. Hieronymus in epist. 27. de obitu Blæsillæ: Cum, inquit, propitio Christo ante quatuor ferme menses secundo quodam modo se propofitii Baptismo lauerit, & ita deinceps vixerit, vt calcato mundo semper monasterium cogitauerit.

B. Bernardus libro de præcepto, & dispensatione non procul à fine. Audire, inquit, & hoc vultis à me, vnde inter cætera penitentia instituta monasterialis disciplina meruerit hanc prærogatiuam, vt secundum Baptisma nuncupetur: arborum ob perfectam mundi abrenunciationem, ac singularem excellentiam vitæ spiritalis, quæ præeminet vniuersis vitæ humane generibus: huiuscemodi conuersatio professores, & amatores suos Angelis similes dissimiles hominibus facit, immò diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos Christo instar Baptismi: & quasi demique secundò baptizatur, dum per id, quod mortificamus membra nostra, quæ sunt super terram, Christum induimus, complantati denudò similitudini mortis eius, &c. Et sermone 30. in Cantica, laborem monasticum martyrij genus esse dicit; nemo autem ignorat martyrium genus esse Baptismi. Denique

etiam B. Thomas 2.2. quæst. vlt. artic. 30. docet rectè cre- di per monasticam professionem satisfieri pro omnibus peccatis, & esse hanc professionem alterum Baptisma.

I D E M Melanchthon in locis communibus, capite de discrimine consiliorum & præceptorum dicit; primò, deplorandam esse nostram cæcitatè, quòd mendacitatem, aut simile opus non mandatum ornemus maioribus titulis, quàm legem diuinam, cùm nullum opus possit cogitari maius, quàm quod in primo præcepto flagitatur, Diliges Dominum Deum tuum, &c.

A D hanc calumniam breuiter respondemus, neminem esse Catholicorum, qui simpliciter præponat consilia præceptis: immò B. Thomas in 2.2. quæst. 148. artic. 3. contrarium docet; vult enim, perfectionem Christianam essentialiter consistere in obseruatione præceptorum, instrumentaliter in obseruatione consiliorum.

P O S S V M V S tamen antepone re consilia præceptis tribus modis. Primò, comparando singula consilia non cuiuscunque præcepto, sed præceptis illis quæ versantur circa eandem materiam: verbi gratia, circa materiam externorum operum versatur præceptum, Non furaberis: circa eandem versatur consilium, *Vende omnia, & da pauperibus*: certum est consilium hoc esse perfectius præcepto, Non furaberis. Similiter consilium virginittatis perfectius est præcepto, Non mœchaberis, & sic de aliis.

S E C V N D O, comparando non consilia cum præceptis, sed statum hominum seruantium præcepta & consilia, cum statu eorum qui sola obseruant præcepta. Neque enim dubitari potest, quin sit res longè melior, & perfectior status prior posteriore, quandoquidem ille istum includit, non contrà, vnde Dominus ei, qui dicebat seruasse omnia præcepta, dixit: *Si vis perfectus esse, vende, vende omnia quæ habes, &c.*

T E R T I O, comparando consilia cum quolibet præcepto, etiam cum illo: *Diliges Dominum Deum tuum*, sed considerando in consiliis non opera externa consiliorum, sed charitatem, quam præsupponunt, & ad quam ducunt, illo enim præcepto: *Diliges Dominum Deum tuum*, non præcipitur charitas infinita, sed certus quidam gradus, nimirum tanta charitas, vt per eam nihil Deo æques vel anteponas. At maior gradus charitatis requiritur, vt propter Deum renuncies omnibus opibus, & voluptatibus alioqui licitis. dicit enim August. serm. 18. de verbis Apostoli de virginibus loquens, maior amor, maius impositus onus.

S E C V N D O dicit Melanchthon, falsò nos putare legem Dei tantùm de externa disciplina concionari, vt illa lege, *Non occides*, prohiberi iniustam cædem, non autem priuata cupiditatem vindictæ, malevolentiam, iniusta odia, &c. & hoc deducit ex eo, quòd non putamus esse peccata primos motus concupiscentiæ, quibus nõ consentimus. In qua re ipse peccat. Primò, quòd metitur nos nõ agnoscere pro peccatis, nisi externa opera, quòd est tã ingens mendaciũ, vt ferè sit incredibile.

S E C V N D O, quòd hoc deducit ex eo, quòd docemus inuoluntarios motus animi non esse peccata, quasi nulli sint actus interni, nisi inuoluntarij.

T E R T I O, quòd hoc ipse asserit, nimirum inuoluntarios motus esse peccata: immò etiam naturalem propensionem, & naturales potentias, quibus caro concupiscit contra spiritũ, vult esse peccata; quòd est cõtra omnem rationem. nomine enim peccati omnes intelligunt actum malum, & voluntarium, vnde B. August. in extremo lib. de perfectione iustitiæ; dicit, eũ qui nullo modo consentit illicitis motibus concupiscentiæ, etiam si eos sentiat, non debere dicere Deo, *Dimitte nobis debita nostra*, sed solũ quod sequitur, *Ne nos inducas in tentationem.*

I A M Caluinus lib. 4. instit. cap. 13. §. 3. dicit nos pollutionem vocare coniugium, quod Deus instituit. Mendacium est. Nos enim quod Deus instituit, vocamus Sa-

A cramentum, & magnum Sacramentum cum Paulo, non pollutionem: at concupiscentiam, & membrorum inobedientiam, quam Deus non instituit, & sine qua tamen non consummatur coniugium, vocamus pollutionem, & morbum, qui non peccatum sit, sed ex peccato natus sit. Vide Augustinum de nuptiis, & concupiscentia.

S E C V N D O, dicit ibidem §. 8. olim pios homines, qui Monachi fiebant, nihil aliud intendisse, quàm vt se monastica disciplina ad Ecclesiæ gubernationem præpararent: quòd est mendacium contumeliosum in omnes sanctos, qui ex monasteriis ad Episcopatum vocati sunt, qui si Caluino credimus, ambitiosissimi fuerunt, cum è contrario constet eos omnes inuitos ex Monachis Episcopos factos. Certè B. Augustinus serm. 1. de communi vita Clericorum affirmat se Monachum, non Episcopum esse voluisse, & idèd nunquam iussit ad loca, quæ Episcopo carebant, ne fortè ibi Episcopus esse cogeretur. Chrysostronus & Basilium quàm vehementer fugerint Episcopatum, vt perpetuò in monasterio viuerent, ex libro Chrysostroni de sacerdotio facile potest intelligi. Hieronymus in epist. ad Pammachium contra Ioannem Hierosolymæ Episcopum, asserit se inuitum à Paulino Episcopo Presbyterum esse creatum, cùm nõ Presbyter, sed Monachus tantùm esse decreuisset. Gregorius in epistola ad Leandrum, quæ habetur initio moralium, miserabiliter deplorat casum suum, quòd cùm elegisset perpetuò viuere in monasterio, tamen compulsus fuisset Pontificatum suscipere. Et quoniam Caluinus pro se adducit epistolam 81. Augustini ad monachos insulæ Caprariæ, cùm tamen locus quem adducit, magis nobis, quàm illi faueat: ipsum locum proferamus: *Vos autem fratres, inquit, exhortamur in Domino, vt propositum vestrum custodiatis, & vsque in finem perseueretis, ac si quam operam vestram mater Ecclesia desiderauerit, nec elatione auda suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis Deo, nec vestrum otium necessitatibus Ecclesiæ præponatis, cui partiueni, si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini non inueniretis.*

C E x hoc loco probat Caluinus, consueuisse olim, ex monasteriis Episcopos & Clericos aliquando peti: ex quo vult esse consequens eòs, qui Monachi fiebant, idèd fieri solitos, vt se ad Episcopatum & similia Ecclesiastica munera præpararent: sed hoc nõ esse consequens, nemo non videt, & verba illa Augustini contrarium indicant; nam in primis si Monachi illi insulæ Caprariæ se præparabant ad Ecclesiastica munera, quid opus fuit eos hortari, ne recusarent ea munera, si quando ad ea vocarentur? Deinde, cur Augustinus eos hortatur, vt propositum suum custodiant, & vsque in finem perseuerent, si non erant ibi perpetuò mansuri, sed solùm ad tempus, donec videlicet se præparassent Ecclesiastico ministerio?

D T E R T I O, dicit ibidem §. 10. Augustinum cùm legitimum monachatum nobis deformat, omnem rigidam exactionem voluisse abesse earum rerum, quæ nobis verbo Domini libera relinquantur. Hoc mendacium esse patet ex locis suprã allegatis ex Augustino in Psalmum septuagesimum quintum, & nonagesimum nonum, & aliis infrã citandis.

Q U A R T O, dicit ibidem, Augustinum requirere in Monachis, vt omnia sua instituta referant ad eam pietatem, quam Deus omnibus cõmendauit, id est, ad charitatem Dei & proximi; nostros autè Monachos nescio quam nouam pietatem sibi finxisse, cuius meditatione omnibus sint perfectiores. Hoc quoque mendacium est, & solùm verè dicit Caluinus, nescio quam nouam pietatem, &c. Verè enim nescit, quam nouam pietatem Monachi finxerint; nihil enim finxerunt noui, cùm omnibus votis nihil aliud cupiant, quàm perfici in charitate, quòd verò monastica vita sit perfectior vita seculari, quòd tantopere exhorret Caluinus, Augustinus apertissimè docet in

epist. 89. quæstione. 4. ad Hilariũ, vbi sic ait: *Magister bonus mandata legis ab ista excellentiore perfectione distincti; ibi enim dixit; Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: hic autem: Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, &c.*

Q U I N T O, dicit ibidem paragr. vndecimo, vitã monasticam nusquam esse vel vna syllaba à Domino approbatam. hoc mendacium refellit Augustinus loco iam citato, & Chrysostronus hom. 17. ad pop. *Tanti est, inquit, Philosophia à Christo introducta.*

S E X T O dicit §. 12. nulli vnquam veterum venisse in mentem, dicere Christum aliquid consuluisse, sed omnes vna voce clamare, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessariò obtemperadum. Hoc impudentissimum est mendacium: ipse enim nullum adduxit testem ad suam sententiam confirmandam. Nos autem in sequenti quæstione adducemus omnes veteres, qui reuera vna voce clamant, multa esse consilia Evangelica. Nunc sufficiat locus Augustini citatus.

S E P T I M O, dicit ibidem, Monachos, vt videantur aliis perfectiores, promittere se consilia Evangelica seruatuos, de non iurando, de inimicis diligendis, de non appetenda vindicta. At neque ista vlli monachi vouent, & nos ea non consilia, sed præcepta esse dicimus.

O C T A V O, dicit §. 14. Patres toto peccatè abhorruisse ab illa blasphemia & sacrilego dogmate, quo professio monastica secũdum Baptisma nominatur. At nos ostendimus, Athanasium, Hieronymum, Bernardum, Thomam, non abhorruisse ab illa sententia. Ipse verò pro se nullum adduxit.

N O N O, dicit ibidem tempore Augustini veros Monachos totos se ad charitatem proximi accommodauisse, nostros autem à tota Ecclesia discessionem fecisse: id verò probat dupliciter. Primò, quia veteres Monachi ad eandem Ecclesiam cum ceteris Christianis conueniebant, & cum iisdem Sacramenta participabant: nostri autem proprias habent Ecclesias, propria altaria, &c. Secundo, quia 1. ad Corinthios 1. Apostolus vocat schismaticos eos, qui dicebant, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephar. at Monachi dicunt, Ego sum Augustini, ego Benedicti, ego Francisci.

H I C est mendacium duplex: nam in primis falsum est, veteres Monachos non habuisse proprias Ecclesias, Altaria, Sacramenta: nam olim tam Eremitæ, quàm Cenobitæ ferè omnes extra vrbes procul à reliquis hominibus habitabant, & quia non poterant ad Ecclesias Episcoporum, vel Parochorum continere, habebant singula monasteria suam Abbatem Presbyterum, à quo sacramenta percipiebãt. Id manifestè indicat Augustinus tum lib. primo de moribus Ecclesiæ, cap. 31. & 33. tum in epist. 81. ad Eudoxium Presbyterum & Abbatem in insula, Capraria, item Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum, vbi dicit, se ordinasse Paulinianum Presbyterum monasterij Bethleemici, quia S. Hieronymus eius monasterij Præpositus, præ nimia humilitate non audebat Sacramenta Fratribus ministrare. Idem apparet ex collationib. Cassiani ferè omnib⁹, ac præcipuè 18. c. 17.

D E I N D E, falsum est, Monachos nostros discessionè fecisse ab Ecclesia, cùm videamus, eos eundem pontificem agnoscere, quem reliqua Ecclesia: ab iisdem Episcopis ordinari à quibus ceteri Clerici, denique eidem populo communicare, cui ceteri Christiani. Si autem, quia habent Ecclesias & altaria, schismatici essent, essent etiã schismatici omnes Parochi: nulla enim est parochia quæ non habeat Ecclesiam & altaria distincta ab Ecclesia & altariis aliarum parochiarum.

V I T I M O, falsum est, eodem sensu, Monachos dicere, Ego sum Augustini, ego sum Benedicti, quo Corinthij dicebant, Ego sum Pauli, ego Apollo: isti enim in duobus errabant, dicèdo, Ego sum Pauli, ego Apollo. Primò, quia putabant, vim Sacramenti Baptismi pendere à probitate

A baptizantis, & idèd gloriabantur, se filios esse spirituales excellentium vitorum, vt exponit Augustinus tractatu quinto in Ioannem, & alibi. Et patet primò ex verbis sequentibus: *Nun Paulus crucifixus est pro vobis: aut in nomine Pauli baptizati estis?* Secundo, ex eo quòd toto illo capite, & tribus sequentibus ad hunc errorem tollendum Paul⁹ docet, Apostolos solũ esse ministros Christi, Christum autem esse, qui verè, & ex potestate omnia facit, & idèd Deum elegisse indoctos & viles, per quos mūdum conuerteret, ne salus ab hominibus pendere videretur. Tertio ex eo, quòd hinc intelligimus quomodo verè schismata facerèt, qui dicebãt: Ego sum Pauli, ego Apollo: nam tot Baptismata faciebant, quot erant baptizatores, & proinde tot fides & Ecclesias.

B S E C V N D O errabant, quòd temere iudicabãt de prædicatoribus suis, & alios aliis præferere, vt patet ex illis verbis capitis quarti, *Nolite ante tempus iudicare, &c. Mibi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, &c.*

A T Monachi cùm dicunt, Ego sum Augustini, ego Benedicti, solùm hoc dicunt ad distinctionem ordinum indicandam. Quòd si aliqui ex simplicioribus religiosis interdum contendunt pro gloria suorum Ducum, & B. Franciscum propter stigmata beato Dominico anteponunt, vel è contrario, malè faciunt, & incidunt in posteriorem reprehensionem Apostoli, sed nec isti propterea schismatici sunt, nec oportet propter paucos idiotas, vniuersos ordines religionum infamare.

D E I M O dicit, §. 19. olim nefas fuisse, mulierem admittere ad votum continentiæ ante annum sexagesimum. Sed aliud indicat summa illa sollicitudo veterum, Cypriani, Chrysostroni, Ambrosij, Hieronymi, in sacris virginibus custodiendis; si enim sanctimoniales omnes excederent annum sexagesimum, non magna custodia indigeret earum pudicitia.

C A P V T VII.

Quid sit Consilium perfectionis.

E Q V I T V R nunc quæstio de consiliis perfectionis, quam secundo loco tractandam proposuimus; ac primùm explicandam erit, quid sit consilium perfectionis, & in quo differat à præcepto. Secundo, quid sentiant hæretici, & quid Catholici. Tertio, probanda veritas. Quarto, soluenda argumenta.

Q U A N T V M ad primum, consilium perfectionis vocamus opus bonum, à Christo nobis non imperatum, sed demonstratum; non mandatum, sed commendatum. Differt autem à præcepto ex parte materiæ, ex parte subiecti, ex parte formæ, & ex parte finis. Ex parte materiæ dupliciter. Primò, quia materia præcepti est facilior, cõsiliij difficilior; illa enim sumpta est ex principiis naturæ, hæc superat quodammodo naturam; nam ad seruandam coniugij fidem natura inclinãt, at non ita ad abstinendum à coniugio. Athrosius lib. 1. de virginibus; *Quis, inquit, humano eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus: aut quis naturali voce complecti, quod supra vsum naturæ sit? è celo accessit, quod imitari in terris.* Et Hieronymus, siue quicumque fuit auctor, i serm. de assumptione: *Profectũd, inquit, in carne præter carnem vivere non terrena vita est, sed cælestis.*

S E C V N D O, quia materia præcepti bona est, consilij melior & perfectior, loquendo de præceptis, quæ circa eandem materiam versantur, circa quam versantur consilia; consilium enim includit præceptum & aliquid supra præceptum addit. Augustinus serm. 18. de verbis Apostoli: *illa autem, inquit, amantes, quibus terrena nuptia vluerunt, quæ terrenos amplexus non desiderauerunt, vsque ad eò acceptauerunt præceptum, vt non recusarent consilium, vt plus placerent, plus se ornauerunt.*

E x parte subiecti differunt cõsilia & præcepta, quòd præceptum commune sit omnium, consilium non itè. Augustinus sermone 61. de tempore: *De virginitate dicitur,*

Qui potest capere capiat: de iustitia non dicitur. Qui potest facere, faciat: sed, Omnis arbor, quae non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.

Ex parte formae, quod praecipitur vi sua obliget, consilium in arbitrio hominis positum sit. Hieronymus in epistola ad Eustochium de seruanda virginitate: Vbi consilium, ubi offerentis arbitrium, ubi praecipitur datur, ubi necessitas est seruientis. Et Augustinus de sancta virginitate, capite 30. Neque enim, inquit, sicut non machaberis, non oculus, ut a dici potest, non nubes, illa exigitur, ista offeruntur: si sunt ista, laudantur, nisi fiant illa, damnantur.

Ex parte finis, siue effectus quod praecipitur obseruatum habet praemium, non obseruatum habet poenam. Consilium autem si non seruetur, nullam habet poenam; & si seruetur, maius habet praemium. Augustinus de sancta virginitate, cap. 14. Praecipitur quisquis non obtemperat, reus est & debet or poena. Et infra: Sed quoniam deuitatis remissio peccatis, ad eundem est vita aeterna, in qua est quaedam egregia gloria non omnibus in aeternum victuris, sed quibusdam ibi tribuenda, cui consequenda, parum est, liberatum esse a peccatis, nisi aliquid ipsi liberatori voueatur, quod non sit criminis non vouisse, sed vouisse ac reddidisse sit laudis. Consilium, inquit, Apostolus, do, &c.

CAP. VIII.

Ponuntur variae sententiae de Consiliis.

Quantum ad secundum, quatuor sunt de hac re sententiae, tres falsae, una vera. Quidam enim volunt ea, quae nos vocamus consilia, vt voluntariam paupertatem, & continentiam, non esse consilia, sed praecipita. Alij non esse consilia, nec praecipita, sed res indifferentes. Alij, non esse consilia, nec praecipita, sed mala & prohibita. Alij denique, esse consilia.

Prima opinio est verissima eorum, qui se Apostolicos dicebant, qui, teste Epiphano, haeresi sexagesima prima, & Augustino haeresi quadagesima, affirmabant, non posse saluari eos, qui non viuere in caelibatu, & paupertate, more Apostolorum. Idem ex parte, docuerunt Encratites, auctore Tatiano, S. Iustini discipulo, qui docebat, omnes Christianos debere a nuptiis abstinere, & caelibes viuere, vt Irenaeus testatur libro primo, cap. 30. Item Pelagiani, qui teste Augustino, epistola octogesima nona, & centesima sexta, negabant spem salutis iis, qui non renunciant actu omnibus, quae possidebant. Quod idem aut sentit, aut sentire se simulauit Iulianus Apostata: nam, teste Nazianzeno oratione prima in Iulianum, lege lata decreuit, ne Christiani vlla se ratione defenderent, etiam si spoliarentur, vel occiderentur iniuste. & rationem legis reddens dicebat, velle se Christianos cogere, vt Evangelium obseruarent, quo praecipitur esset, vt Christiani nihil possiderent, & percuterent vnam maxillam, alteram praebarent.

Secunda opinio fuit Iouiniani, Vigilantij, Lampetianorum; Iouinianus enim docuit nullum esse consilium, neque praecipitum continentiae, cum eiusdem meriti sint virgines & coniugatae, vt Hieronymus libro primo in Iouinianum, & Augustinus haeresi octogesima secunda testes sunt. Vigilantius idem asseruit de paupertate; nam, vt Hieronymus refert in libro contra Vigilantium, assererat ille, melius esse opes suas possidere, & ex iis Eleemosynas facere, quam omnia simul dimittere, Lampetiani idem senserunt de obedientia; nam, vt scribit Damascenus haeresi nonagesima octaua, volebant Lampetiani, Monachos in cenobijs liberos esse debere, nec pendere ex praepositi alicuius arbitrio.

Tertia opinio est Ioannis VViclefij, & Lutheranorum, qui primi coepertunt religiones, vt malas, vituperare. Ioannes VViclef articulo 21. in Concilio Constantiensi, sessione 8. dicit, eos qui ingrediuntur religiones eo ipso reddi ineptos ad seruanda mandata Dei, ex quo sequitur, continentiam, obedientiam, & paupertatem religio-

nam non consuli a Deo, sed prohiberi. Lutherus in epithalamio, & li. de votis monasticis: Philippus in locis communibus c. de discrimine praecipiti & consilij, & in Apologia confessionis Augustani, art. 27. Petrus Martyr in lib. de caelibatu, & votis monasticis, Caluinus lib. 4. instit. ca. 13. Brentius in Confess. VVittembergica, cap. de votis monasticis, & alij haeretici in genere docent, nullum esse consilium Euangelicum. Quamuis enim Lutherus in asser-tione articuli 30. admiserit vni consilium, id est, virginitatem, tamen reuocauit postea sententiam in epithalamio.

In particulari tria dicunt. Primum, vitam pauperem & caelibem ducere sub obedientia Praelati, esse merita impietatis & superstitionis, si id fiat ad colendum Deum, id est, si quis putet hęc placere Deo, & esse p se meritoria.

Secundo dicunt, voluntariam paupertatem, & obedientiam exhibitam ei, cui alioqui non debetur, si non assumatur ad colendum Deum, non esse quidem impia, tamen esse stultam, & inanem, & proinde malam: satis enim esse ferre pauperie, quam necessitas adfert, & obedire parentibus & magistratibus.

Tertio dicunt, continentiam, si non assumatur cum opinione cultus, sed vt instrumentum ad expediti-um obeunda munera Euangelij, esse bonam & laudabilem: & sic laudari ab Apostolo prioris ad Corinthios septimo, tamen non esse possibilem, nisi illis, qui sciunt se habere peculiare Dei donum, quod tam rarum esse volunt, vt Lutherus in epithalamio dicat, neminem posse continere, nisi diuino miraculo; & vbi est vnus continens, ibi esse plus quam centum millia, quibus matrimonium necessarium sit.

Quarta sententia est Catholicorum omnium multa esse verē & propria consilia Euangelica, sed praecipue tria; Continentiam, Obedientiam, & Paupertatem, quae nec sint praecipita, nec indifferentia, sed Deo grata, & ab illo commendata.

CAP. IX.

Asseruntur Consilia Euangelica testimonijs Scripturae.

Vae sententia, vt ad tertium veniamus, probatur primò, Scripturis: secundò, exemplis primitiuae Ecclesiae: tertio, testimonijs veterum; quarto, rationibus.

Primum testimonium est Isa. 56. Non dicit Eunuchus: Ego lignum aridum, quia haec dicit Dominus Eunuchis: qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quae ego volui, & seruauerint factus mecum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus, nomen aeternum dabo eis, quod non peribit.

Quod hic agatur de continentibus voluntarijs, non de abscissis, vel sic natis, qui necessariò continent, docent Hieronymus & Cyrillus in hunc locum, Augustinus lib. de S. virginitate, cap. 24. & Basilius in lib. de vera virginitate, Ambrosius in exhortatione ad virgines, & Gregorius 3. parte pastoralis, cap. 29. & patet ex praemio, quod Eunuchis promittitur: nec enim vlla ratio est, cur abscissis vel natis Eunuchis promittatur maior gloria, quam sit filiorum & filiarum Dei.

Ad id autem subtiliter Augustinus; Si quis contendat, Isaiam loqui de veris Eunuchis, adhuc nuari causam nostram; nam si Eunuchis, qui continent se, quia non possunt aliud facere, promittitur maior gloria, quam iustis coniugatis: certè maiore ratione promittitur iis, qui se continebunt, etiam si possent non continere.

Est autem hoc loco obseruandum illud nomen, Melius a filiis & filiabus; posse habere alium etiā sensum, videlicet, vt intelligamus promitti aliquid melius, quam si fuissent filij & filiae; nā verba Hebraea שׂוֹבֵי שַׁבָּתוֹת מְבָרְכִים, si hem thob mibbanim vmbanath. i. nomen boni pra filiis & filiabus; optimè recipiūt hunc sensum, dabo illis, qui carēt liberis, aliquid melius, quā sit habere liberos; & sic etiam verterunt LXX. interpretes ὁ δὸν ἰσοϋσάντων.

Et recidit in idem cum superiore sententia; nam semper anteponuntur continentes coniugatis, cum isti liberos, illi melius aliquid habituri sint.

Quod autem continentia Eunuchorum hoc loco non imperetur, sed consulatur, docent iidem auctores, & probat Hieronymus ex illis verbis; Qui elegerint, quae ego volui. Illi enim dicuntur eligere, qui non coguntur praecipito; itaque sensus est: Qui elegerint, quae ego volui, id est, qui transcendent ea, quae praecipitur accommodans me humana imbecillitati, sponte sua elegerint perfectiora, quae cupio & vellem. Praeterea idem patet ex eo, quod qui Eunuchi non sunt, etsi postponuntur Eunuchis, tamen non excluduntur a regno caelorum, immò filij & filiae vocantur; ergo non tenentur omnes esse Eunuchi, ergo non est praecipitum.

Quod autem continentia non solum sit vtilis in hac vita, vt aduersarij dicunt, sed sit verè meritoria gloriae singularis, quod tanquam blasphemia horrent, patet ex illis verbis: nomen aeternum dabo eis, quod non peribit, quod sic exponit Augustinus de sancta virginitate cap. 25. Quid inquit, tergiversaris impia caecitas? quid temporalium tantummodo vtilitatem promittis continentibus Sanctis? Nomen aeternum dabo eis. Et si forte hic ipsum aeternum pro diuturno conaris accipere, accumulo, inculco, nec vnquam deerit, quid quæris amplius? quid dicit amplius? aeternum hoc nomen, quidquid illud est, Spadonibus Dei, quod vti que gloriam quandā propriam excellentemque significat, non erit commune cum multis, quamuis in eodem regno, & in eadem domo constitutis. Nam idè fortasse & nomen dictum est, quod eos quibus datur, distinguat a ceteris.

Sed occurrit Petrus Martyr in lib. de caelibatu & votis monasticis, ac probat, Isaiam loqui de veris Eunuchis, qui erant apud Iudaeos; nam quia eo tempore magna felicitas erat, habere multam prolem: dicit, Deum voluisse consolari Eunuchos, atque illis idcirco pollicitum se habiturum eos meliore in loco, quam filios & filias, id est, quam Israëlitae reliquos, qui non custodiunt legem diuinā, si tamen ipsi eandē legem diligenter seruauerint.

At haec expositio facile refelli potest. Primum, quia contraria est antiquis sanctissimis, ac doctissimis Patrib. Basilio, Cyrillo, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio, quibus in re dubia multò tutius credi potest, quā vni Apostata, qui mauult Rabbinos Iudaeorum, quam sanctos Patres Ecclesiae sequi.

Secundo, quia absurdè Petrus Martyr per filios Dei, quibus anteponuntur Eunuchi, intelligit Israëlitae malos; nam vel dicuntur filij Dei Israëlitae mali, quatenus Israëlitae, vel quatenus mali, non quatenus Israëlitae, quia etiam Eunuchi erant Israëlitae, & proinde filij, quocirca inepta esset collatio; non etiam dicuntur filij, quatenus mali, quia homo quā malus esset, non ex Deo, sed ex Diabolo est: quare per filios coniugati fideles & boni intelliguntur, qui etiam locum bonum habent in domo Dei, sed eis anteponuntur virgines, & continentes, qui locum meliorem habent, id est, locum sponsae.

Tertio, quia hoc loco Deus pollicetur Eunuchis nomen aeternum, id est, celebrem famam, eamque nunquam interituram, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Ostendat igitur Petrus Martyr, qui sint illi Eunuchi, in quibus impletum sit hoc vaticinium: certè non inueniet carne abscissos valde celebratos. At nos proferre possumus exercitum innumerabilem sanctorum & sanctarum Virginum, quorum laudib. pleni sunt libri sanctorum Patrum. Itaque ipsa vaticinij huius tam manifesta impletio in sanctis Virgini-bus satis esse deberet, ad excludendam carnalem & Iudaicam illam sententiam de carnalibus Eunuchis.

Secundum testimonium Sapiēt. 3. Felix sterilis, & incoquinata, quae nesciuit iborum in delicto, habebit fructum

in respectione animarum sanctarum, & spado, qui nō operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit contra Deū nequissima, dabitur enim ei fidei donum electum (id est, donum quoddam singulare, respondens fidelitati ipsius) & fors in templo Dei, Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quae non concidit radix sapientiae. Quem locum similem esse superiori, docet Hieronymus, vbi supra.

Tertium testimonium Matth. 13. vbi Dominus comparat regnum caelorum, id est, Ecclesiam, terrae bonae, cuius vna pars reddebat fructum centesimum, alia sexagesimum, alia tricesimum. Quem locum exponētes Cyprianus de habitu virginū, Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, & Augustinus de S. virginitate, cap. 44. & 45. docent, ea parabola distingui meritum casti coniugij, vidualitatis, & virginitatis. Ex quo apparet, continentiam virginalem esse maius bonum, & magis meritorium apud Deum, quā sit castitas coniugalis, ac proinde esse consilium diuinum: quod enim Deus nō praecipit, & tamen commendat, & anteponit alijs rebus, sine dubio consulit.

Quartum, est Matth. 19. cum Apostoli dixissent: Non expedit nubere; Dominus ait: Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat. Hic nō dari praecipit de continentia patet ex superioribus; nam initio huius capituli Dominus approbauit nuptias, dicens: Quod Deus coniunxit, homo non separet; ergo non prohibet hoc loco nuptias, ergo non praecipit continentiam. Idem patet ex sequentibus: Qui potest capere, capiat; nam, vt eleganter ait Augustinus scem. 61. de tempore, de praecipiti iustitiae non potest dici; Qui potest facere, faciat; sed omnis arbor, quae non fecerit fructum bonum, excidetur. quod autem consilium detur, patet ex eo, quod cum Apostoli dixissent, Non expedit nubere, Dominus non ait; Immo verò expedit, sed ait: Non omnes capiunt verbum hoc, qui potest capere, capiat, id est, verum dixisti, nuptias non expedit, nam impediunt potius. Tamen non omnes hoc intelligunt, sed qui potest assequi, non omittat. Quod denique continentia non solum conferat corporalem vtilitatem, sed praemium habeat in caelo, patet ex illo: Sunt Eunuchi, qui castrauerunt se propter regnum caelorum.

At aduersarij, ac imprimis Petrus Martyr in lib. de caelibatu & votis, illud Propter regnū caelorum, exponūt propter Euangelium expeditiū praedicandum. Contra autem est omnium Patrum expositio. Cyprianus libro de habitu virginum. Ne ornari iam, inquit, aut placere alij, quā Domino suo studeant, a quo & mercedem virginitatis expectant, dicente ipso; Sunt enim Spadones, qui se castrauerunt propter regnum Dei, &c. Vbi regnum Dei exponit Cyprianus virginitatis mercedem; non ergo significat praedicationem Euangelij, praesertim cum Cyprianus de mulieribus virginibus loquatur, quae non possunt praedicare Euangelium. Hilarius in hunc locum illud: Propter regnum caelorum; exponit, spe regni caelestis, quod ad Euangelij praedicationem referri non potest.

Chrysostomus in hunc locum alloquens Eunuchum spirituale. Gratias, inquit, age Deo, quia magna praemia, vtilitēque coronas habebis, si ita viues, quemadmodum sine aliquo illi praemio.

Hieronymus libro 1. contra Iouinianum: Propone, inquit, Agnotheis praemium, inuitat ad cursum, tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamitat: Qui sitit, veniat, & bibat, qui potest capere, capiat. Non dicit, velitis, nolitis, bibendum vobis est atque currendum, sed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet, ille satiabitur.

Denique, Augustinus de sancta virginitate, capite 24. Christo, inquit, laudanti eos, qui se castrauerunt, non propter hoc seculum, sed propter regnū caelorum, Christianus

contradicit, affirmans, hoc presenti vita esse vile, non futura? &c. vide similia apud Bedam & Anselmum in comm. huius loci.

QVINTVM est ibidem, vbi adolescenti dicitur: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo. Quod hic non datur praeceptum; sed consilium, patet ex ipsa consequentia verborum; nam interroganti: Quid faciam, vt saluus sim, Dominus respondit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vbi ostendit, mandatorum obseruatione sufficere ad salutem: ac deinde subiungit: Si vis perfectus esse, id est, si non es contentus vita aeterna, sed aspiras ad excellentem gradum in ipsa vita aeterna, vade, vende omnia.

PRATEREA, si hoc esset praeceptum, certe esset praeceptum charitatis, at non est: nam charitas non requirit, nisi vt diligamus proximum, sicut nos ipsos; ergo non requirit, vt demus omnia nostra proximis, & nobis nihil seruemus: sed satisfacimus ei praecepto, si partim demus, partim retineamus. Quod autem dare omnia mereatur insignere praemium, patet ex illis verbis: Et habebis thesaurum in caelo. Sed occurrit quinque expositiones refellendae.

PRIMA est S. Hieronymi & Bedae in hunc locum, vbi docent, iuuenem istum non vovo discens, sed animo tentantis ad Dominum accessisse. Ex quo posset aliquis colligere, Dominum quoque non serio respondisse, sed ironice. Refellit Chrysostrmus hac sententiam. Primo, quia nullus Euangelista hunc adolescentem reprehendit, cum tres hanc historiam scribant, nimirum Matthaeus cap. 19. Marcus cap. 10. Lucas cap. 18. Secundo, quia Dominus lenissimè cum eo locutus est, cum alioqui tentatores aliter excipere soleat. Tertio, quia non abiisset tristis audito verbo Domini, nisi reuera serio perfectionem desiderasset.

ADDE, quod Dominus intuitus eum, dilexit illum, vt ait Marcus, Dominus autem non diligit hypocritas: ergo B. Hieronymus memoria lapsus est: existimauit enim, huc iuuenem eundem esse cum illo Phariseo tentatore, de quo Marci 14. nam hunc locum Marci allegat, cum tamen Marcus distinguat vnum ab altero, vt patet ex cap. 10. & 14. quare Hieronymus quaest. 1. ad Hedibiam, & libro contra Vigilantium, hunc locum expendens, longè aliter exponit. Similiter memorialapsus est Erasmus, qui in annotatione ad hunc locum scribit, à Chrysostrmo hunc adolescentem tanquam tentatorem accusari, cum è contrario potius Chrysostrmus eum defendat. Beda quoque in commentario ad cap. decimum Marci aperte mutat sententiam, ac docet falli eos, qui putant, hunc adolescentem animo tentantis accessisse.

ALTEA expositio est Ioannis Caluini lib. 4. institutionum, cap. 13. §. 13. qui primò demonstrat, Dominum non potuisse constituere perfectionem in vendendis omnibus rebus, cum Apostolus 1. ad Corin. 13. dicat: Si distribueris in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et ad Colossenses 3. dicat, charitate esse vinculum perfectionis. Deinde explicat ipse locum hunc, ac dicit, adolescentem illum qui dixerat: Omnia haec seruaui à iuuentute mea, mentitum fuisse, & ideò Christum ei dixisse: Vade, vende omnia quae habes, non vt eum ad hoc faciendum hortaretur, sed vt proposito illi mandato, quod implere non posset, discerneret, se esse mentitum: quomodo si iactanti se scire omnia diceremus: explica igitur nobis, quot sint stellae in caelo, vel grana arenae in litore maris: quod autem ille iuuenis non seruaauerit omnia mandata, probat Caluinus, quia vnum ex mandatis est, diligere Deum ex toto corde; qui autem diligit ex toto corde, paratus est omnia dimittere propter Deum: nec efficitur tristis, si ei dicatur à Deo vt dimittat omnia, iste autem iuuenis, audito Christi verbo, tristis effectus est.

EDRUM est expositio Petri Martyris in li. de coelibatu

& votis, vbi addit etià hoc argumentum; Dominus ait: Si vis esse perfectus, vade omnia, &c. at perfectio omnibus imperatur, Matth. 7. Estote perfecti; igitur non consilium, sed praeceptum fuit huic adolescenti, vendere omnia.

AT errare Petrum Martyrem & Caluinum, probatur. Primò ex capite 10. Marci, vbi legitimus: Dominus autem intuitus eum, dilexit eum. Dominus autem non diligit mendaces, igitur credibile est, eum vera dixisse. Neque argumentum Caluini concludit, nam qui diligit ex toto corde, non tenetur facere omnia, quae Deus consulit, sed solum, quae praecipit; hic autem Dominum non praecipere, sed consulere, iam probatum est: & rursus probari potest: nam Dominus non absolute dixit, Vade omnia, sed sub conditione, Si vis perfectus esse.

AT, inquit, tenebatur esse perfectus, cum sit praeceptum: Perfecti estote, Matthaei 5. igitur tenebatur etià vendere omnia: sed contra: nam in primis iam supra ostendimus, perfectionem hoc loco positam, non esse praecepti, cum distinguatur ab obseruatione legis, de qua dictum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

NEQUE obstat illud Matthaei quinto: Estote perfecti; nam varia sunt genera perfectionis, vt diximus supra c. secundo; quaedam enim est perfectio necessaria ad salutem, quae consistit in plena obseruatione mandatorum; quaedam est perfectio maior, quae necessaria est non ad salutem simpliciter, sed ad excellentiorem gradum gloriae in regno caelorum, & hac consistit in obseruatione consiliorum; de priorè igitur perfectione loquitur Dominus Matthaei quinto, de posteriore hoc loco; id quod rursus hoc modo probatur; nam si hac perfectio esset praecepti, certe teneretur omnes Christiani vendere omnia sua, ad praecepta omnia omnes tenentur.

RESPONDET Martyr, hoc praeceptum vendendi omnia, datum esse solum huic adolescenti, & proinde illi fuisse necessarium ad perfectionem, non autem aliis; ille enim est perfectus, qui Deo iubenti obedit.

AT contra; sicut cum Dominus ait, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, indicauit, seruare mandata esse medium ad vitam aeternam omnibus hominibus. Sic etiam cum ait, Si vis esse perfectus, vende omnia, indicauit, vendere omnia esse medium ad perfectionem omnibus hominibus, & non solum illi adolescenti.

PRATEREA, idem probamus ex testimoniis veterum sanctorum Patrum, qui docent, Dominum hoc loco non imperasse, sed tantum hortatum esse, & consuluisse; tanquam perfectionem, vendere omnia, & dare pauperibus.

AMBROSIVS lib. de viduis, vltra medium; Vt intelligas, inquit, distantiam praecepti atque consilij, illum recorderis, cui in Euangelio ante praescribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falsum testimonium dicat: praeceptum enim ibi est, vbi est poena peccati: at verò cum se praecepta legis memorasset implere, consilium ei datur, vt vendat omnia, & sequatur Dominum: haec enim non pro praecepto dantur, sed pro consilio deseruntur.

HIERONYMVS lib. contra Vigilantium. Quod autem afferis eos melius facere, qui vtuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus diuidunt, quam eos qui possessionibus renundatis semel omnia largiuntur, non à me, sed à Domino respondebitur, si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quae habes, & da pauperibus. ad eum loquitur qui vult esse perfectus qui cum Apostolis patrem, & nauiculam, & ree dimittit: iste quem tu laudas, secundus, & tertius gradus est, quem & nos recipimus, dummodo sciamus prima secundis & tertius praeferenda.

AVGVSTINVS epist. 89. quaest. 4. Viderit, inquit, ille iuuenis quemadmodum illa legis mandata seruaauerit, videntur amen magister bonus mandata legis ab ista excellentiore perfectione distinxit: ibi enim dixit, si vis venire ad vitam, serua mandata: hic autem, si vis perfectus esse, vade, vende omnia, &c. Chrysostrmus in hunc locum;

Ut ali

Vt alliciat, inquit, ingentem ei mercedem futuram ostendit, & voluntati eius omnia relinquit.

IDEM probatur ex verbis sequentibus; nam cum Petrus vidisset adolescentem audito hoc consilio abiisse tristis, dixit Domino: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? quasi diceret, ecce nos fecimus quod iste iuuenis facere noluit, quid ergo nobis dabis? cui interrogationi si vera est Martyris, & Caluini sententia, Dominus respondere debuit, nihil vobis dabo, nam soli illi iuueni, & illi non serio loquutus sum, sed solum ea dixi, vt iuuenis ille intelligeret se fuisse mentitum. At non ita respondit, sed ait: Amen dico vobis, quod vos qui sequi estis me, in regeneratione, &c. Et ne putemus solis Apostolis haec promitti, audiamus Augustinū epist. 89. quaest. 4. hunc locum exponentem: Qui, inquit, illius perfectionis de vendendis rebus suis consilium tam grāde, iamque praclarum non receperunt, & à dānabilibus immunes criminibus esurientem Christum pauperunt, non sedebunt quidem cum Christo sublimiter iudicaturi, sed ad ipsius dexteram stabunt misericorditer iudicandi.

AD argumentum Caluini ex Apostolo, respondeo desertionem omnium rerum posse dupliciter considerari; vno modo secundum se, altero modo vt est actus imperatus dilectionis. Primo modo, desertio omnium rerum non est perfectio, sed tamen est instrumentum ad perfectionem, & sic possumus exponere verba Domini: Si vis perfectus esse, vende omnia, id est, sume hoc instrumentum & acquires perfectionem: quia tamen haec desertio rerum, si absque charitate fit, non saluat hominem, ideò dicitur non prodesse, ab Apostolo, 1. Cor. 13. Secundo modo desertio ipsa potest dici perfectio, siue opus perfectionis, quia includit gradum quandam eximium charitatis, & de hac etiam potest intelligi verbum Domini, vt sensus sit, si vis esse perfectus, vende omnia: nam hinc apparebit te habere perfectam charitatem.

TERTIA expositio est Pelagianorum, qui illud: Si vis esse perfectus, explicabant, si vis vt tibi nihil deest ad consequendam salutem: ille enim est perfectus, cui nihil deest, & hoc probabant ex illis verbis Domini Matt. 10. Vnum tibi deest, & ex verbis adolescentis Matth. 19. Quid adhuc mihi deest? quasi diceret, seruauit ista praecepta Decalogi à Mose tradita: num aliquid aliud faciendum est? cui respondit Dominus Mar. 10. Vnum tibi deest, vade, vende omnia, &c.

AT falsam esse hanc expositionem, docet Augustinus epist. 89. q. 4. ex illis verbis 1. Tim. 6. Diuitibus huius seculi praecipere, nō superbe sapere, nec sperare in incerto diuitiarū, sed in Deo vno: benefaciant diuites, sint in operibus bonis, facillè tribuant, &c. Puto, inquit Augustinus, quod ista praecipies, diuites instruebat, non fallebat Apostolus, qui nō ait, praecipere diuitibus huius mundi, vt vendat omnia quae habet, dēt pauperibus, & sequantur Dominum, sed non superbe sapere, &c.

CVM ergo Dominus ait, Si vis perfectus esse, non loquitur de perfectione necessaria ad salutem, sed de alia quadam maiore: & cum ait, Vnum tibi deest, nō vult dicere ad salutem consequendam, sed ad perfectionem istam maiorem, & similiter ille iuuenis dicens, Quid adhuc mihi deest? non intelligit ad salutem simpliciter assequendam: iam enim audierat responsum: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, sed intelligit ad salutem facilius, & perfectius assequendam, quasi dicat, quid possem adhuc facere vtile ad vitam aeternam? quod si quis admittere velit iuuenem petiisse, an aliquid sibi deesset simpliciter ad salutem, dicere poterit à Domino fuisse responsum, nihil ei deesse ad salutem, non enim Dominus ait: Vnum tibi deest vende omnia, sed: Si vis perfectus esse, vnum tibi deest, vt patet ex verbis Matthaei, & Marci simul iunctis, q. d. nihil tibi deest ad salutem simpliciter assequendam, sed, si vis perfectus esse, vnum tibi deest, &c.

QUARTA expositio est Gulielmi de sancto amore,

contra quem scribit B. Thom. opusculum 19. qui dicebat verba ista Domini debere intelligi secundum animi preparationem, & verū praeceptum continere, sicut illa Mar. 5. Si quis te percusserit in manū maxillam, praebat illi & alteram; quod praeceptum est, sed intelligitur in animi preparatione, vt Augustinus exponit in epist. 5. ad Marcellinum. Eodem modo videtur intelligere hunc locum Melanchthon in locis communibus, cap. de paupertate.

AT haec quoque falsa expositio est: nam exēpla Domini, & Sanctorum sunt optima commentaria Scripturarum; videmus autem Dominum, cum fuit in maxilla percussus, Io. 18. non vertisse alteram, sed dixisse: Cur me caedis? Et similiter Apostolum, cum esset in maxilla percussus, Act. 23. non vertisse alteram, sed dixisse: Percutiet te Deus, sparies dealbate. Ex quibus exēplis euidenter colligit Aug. in epist. 5. illud esse praeceptum, sed intelligi in preparatione animi. At verò consilium de relinquendis omnibus rebus, Dominus, & Apostoli, & Sancti plurimi non in preparatione animi retinuerunt, sed re ipsa & factis impleuerunt. Luc. 9. de se Dominus ait: Vulpes foueas habent, & volucres caelī nidōs, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Et Matth. 19. Apostoli dicunt: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Et de S. Antonio scribit Athanasius, quod cum audisset in Ecclesia legi hoc Euangelium: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, eum mox à Deo edoctum de vero sensu eorum verborum, omnia vendidisse, & dedisse pauperibus. Ex quo apparet de reali desertione omnium facultatum hunc locum esse intelligendum.

PRATEREA illud praeceptum de maxilla praebenda percussori, non potest impleri re ipsa sine damno proximi, & offensione Dei; ideò intelligimus praecipere solum patientiam, non autem vt re ipsa offeramus alteram maxillam. At vendere omnia & dare pauperibus, sine vllius damno fieri potest; nemini enim facit iniuriam, qui res suas donat pauperibus: idcirco intelligimus hoc consilium re ipsa implendum.

QUINTA expositio falsa, est Osandri, qui vt refert Alphonsus Viruclius Philippica 20. admittit hoc esse verè consilium Euangelicum, sed non esse datum nisi iuueni illi, cum quo Christus loquebatur.

AT contra: nam in primis nō dixit Christus illa verba adolescenti quomodocumque, sed cum cōditione, si vellet esse perfectus: ergo consilium illi datum, omnibus fidelibus, qui volunt esse perfecti, datur, iuxta illud Marc. 13. Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Praeterea quae Christus dixit alicui vt Principi, accipiuntur dicta omnibus Principibus, vt: Pasee oues meas. Ioan. 21. ergo etiam quae dixit vni, vt priuatae personae, intelliguntur dicta omnibus priuatis personis; praeterea quod Christus haec dixerit omnibus, patet ex intelligentia Apostolorum, qui haec sibi etiam dicta crediderunt, dicentes: Ecce nos reliquimus omnia. Et ex approbatione Domini dicentis: Amen dico vobis, quod vos qui sequi estis, &c.

AD haec, vt supra diximus, simillima sententiae sunt, & ab eodem, atque eidem dictae: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et: Si vis perfectus esse, vende omnia, &c. At prior dicta est omnibus, cur nō etià posterior? Denique S. Antonius teste B. Athanasio, & S. Franciscus teste B. Bonauentura, sibi dictum putauerunt: Si vis perfectus esse, vende omnia. Quod idem pluribus aliis testibus probare possemus. Non igitur soli illi iuueni datum est consilium hoc.

SEXIMVM testimonium est ibidem de obedientia, vbi Dominus ait: Et sequere me; nam quod haec sequela sit consilium, patet, quia dicitur ei soli, Qui vult esse perfectus, & cui dictū est: Vade omnia quae habes. Quod autē in illo, Sequere me, significet obedientiam, probatur dupliciter. Primò, quia sequi Christum, est imitari Christum; Christus autem factus est obediens vsque ad mortem, Philipp. 2. Secundo, quia Matth. 16. explicat ipse Christus,

quoniam

quid sic sequi se dicens: Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Quod vltimum est explicatio superiorum, vt sensus sit, qui vult post me venire, id est, me sequi, abneget se, & tollat crucem suam, & sic sequetur me; porro abnegare se, nihil est aliud quam valedicere suo iudicio, & suis affectibus, & accommodare se alterius iudicio, & voluntati.

DEI ET aliquis; Abnegare se est quidem obedire, sed hoc loco agitur de obedientia, quæ necessariò debetur Deo, non quæ sponte exhibetur homini; sequitur enim, qui amat animam suam, perdet eam.

RESPONDEO, hoc loco agitur de obedientia, quæ necessariò debetur Deo; tamen hinc deduci etiam consilium religiosæ obedientiæ: nã hinc habemus, sequi Christum esse abnegare seipsum, id est, alterius voluntati seipsum subiicere, habemus autem ex aliis locis duplicem esse Christi sequelam: vnam communem, & necessariã omnibus fidelibus, de qua hinc agitur, id est, Matth. 16. & Luc. 9. & rursum aliam, quæ solis iis consilium, qui volunt esse perfecti, de qua agitur Matth. 19. & Luc. 18. ergo necesse est duplicem esse abnegationem sui, id est, obedientiam, vnam communem & necessariã omnibus, quæ consistit in obediendo in iis rebus tantum, quæ sunt necessariæ ad salutem, alteram maiorem, & vniuersaliorẽ, quæ consistit in obediendo in omnibus rebus, etiã non necessariis, modò peccata non sint: qualis obedientia laudatur in Rechabitis Hierem. 35. qui obedierunt patri suo in iis, in quibus non tenebantur.

SEPTIMUM testimonium est 1. Cor. 7. vbi multis modis proponitur consilium continentia. Bonum est, inquit Paulus, mulierem non tangere. Item; Bonum est homini sic esse. Item, Solutus es ab vxore, noli quaerere vxorem. Item, Dico autem inuuptis, & viduis, bonum est si sic permanserint, sicut & ego. Item: Volo omnes vos esse sicut meipsum, id est, continentem, sic enim omnes veteres exponunt. Item: De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus à Domino, vt sim fidelis. Vbi indicat Apostolus consilium hoc non esse humanum, sed diuinum: dicit enim se consilium dare, non vt hominem politicum, sed vt fidelem ministrum Dei. Item: Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Denique de vidua: Cui vult nubat, tantum in Domino, beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium, puto autem, quod & ego spiritum Dei habeam. vbi rursum vides tribui consilium hoc Spiritui sancto.

AD hæc loca respondent aduersarij tripliciter. Prima solutio est Lutheri in Epithalamio, vbi dicit, Apostolum hoc loco non consulere, sed dissuadere continentiam: & probat ex eo quod Apostolus in hoc capite laudationi continentia admiscet necessitatem matrimonij, nam postquam dixit: Bonum est homini mulierem non tangere, statim subiungit: Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, quasi velit dicere, ego quidem vellem hortari ad continentiam, quæ sanè præclarum quiddam est, tamen non finit me hoc facere periculum fornicandi.

DEI ET ferè docet Calvinus in commentario huius loci: ait enim similem esse Pauli sententiam: Bonum est homini mulierem non tangere, huic sententia, bonum esset homini non comedere, neque bibere, si fieri posset: sed quia non potest fieri sine miraculo, idè vnusquisque comedat, & bibat.

AT contra: nam in primis verba Pauli apertissima sunt: non enim dicit bonum esse, sed, Bonum est non ait consilium dare vellem, sed, Consilium do, &c. Deinde Patres omnes sic exponunt. Vide Chrysostomũ & alios in hunc locum, Ambrosiũ, de viduis prope finem, Hieronymũ lib. 1. in Iouinianum, & Augustiũ, lib. de S. virginitate, cap. 13. & sequentibus. Ex quibus Augustinus quasi præuidit

set, vnum ex suis Augustinianis apostatis dicturũ, Apostolum hoc loco hortari ad nuptias, & deterrere à continentia, disertè scripsit contrariũ; sic enim ait, c. 16. Hoc modo, inquit, exportatur ad virginitatem, continentiamque perpetuam, vt aliquantulum à nuptiis etiam deterreret.

PRATEREA, si ita est difficile continere, vt isti dicunt, & exẽplo ostendunt, cum nulli apud eos contineat, certè Paulus ineptissimus fuit, qui rẽ impossibilẽ tato opere laudauit; & patebit absurditas huius rei, si quis applicet omnia verba Pauli ad exemplum Caluini. Nõ enim ridiculus fuisset Apostolus, si dixisset, bonum est non comedere? Item, cares cibo, noli quaerere cibum? Item, de non comedendo præceptum Domini non habeo, consilium autem do, vt nemo comedat? Item, qui comedit, bene facit; qui non comedit, melius facit? Item, non peccat qui comedit, quod vult faciat, beatior erit si non comederit. Non igitur de re impossibili loquitur Paulus.

PER illud autẽ: Propter fornicationem autẽ vnusquisque suã vxorem habeat, nõ monet Apostolus, vt vnusquisque cui inest aliquod periculum fornicandi, vxorem ducat; nam tunc omnes omnino deberent vxorem ducere nullo excepto, cũ tamẽ Lutherus ipse excipiat eos, qui habent donum continentia; nam etiã illis inest periculum fornicandi, cum possint donum illud amittere, & vinci aliquando à tentatione: sed monet, vt qui vxorem duxerunt, illam retineant, & quicũque est fornicaturus, vxorẽ potiùs ducat, sicut infra dicit: Qui non se continet, nubat.

ALTERA expositio est Petri Martyris in hunc locũ, vbi opponit his verbis Pauli: Bonum est homini mulierem non tangere, id est, sine vxore esse; illa verba Dei, Gen. 2. Nõ est bonum hominem esse solum, id est, non est bonum hominem sine vxore esse; & quia non debet pugnare Paulus cum Deo, dicit Paulũ loqui solum de illis qui certi sunt se habere continentia; donum; Deum autem, de omnibus illis, qui hoc dono carent. Et quoniam rarissimi, aut nulli sunt, qui certò sciant se habere hoc donum, inde vult inferre, bonum esse, vt omnes ducant vxores.

AT vt inque errat: nam quod Deus non loquatur de iis, qui hoc dono carent, patet; nam ea verba loquutus est Deus ante peccatum Adã, quo tempore Adam sine vilo dubio carebat mala concupiscentia, & habebat cum cæteris virtutibus etiam donum continentia; ita vt posset continere, si opus esset.

QUOD autem Paulus non loquatur de iis solum, qui habent donum continentia; sed absolute pronunciet, bonum esse viro mulierem non tangere, patet etiam; nam etsi non omnes habent hoc donum, tamen omnes possunt habere, si à Deo illud petant, & proinde omnibus potest cõuenire Pauli consilium; nam si ita hoc donum esset à Deo, vt nullo modo esset in nostra potestate continere, & nõ continere, sicut non est in nostra potestate prophetare, quod exemplum affert Calvinus in commentario huius capituli, absurdè Paulus diceret: Consilium autem do. Et: Quod vult, faciat; non enim vlla est consultatio aut electio de eo quod non est in nostra potestate. Quis enim nisi stultus, consultaret, an vellent prophetare, vel non prophetare?

ITEM, idem B. Paulus ibidem dicit, etiam continentiam coniugalem esse donum Dei, & non dari omnibus: Vnusquisque, inquit, donum suum habet ex Deo, vnus quidem sic, alius autem sic. Peto igitur, qui non habet donum continentia; coniugalis, quid agat? num licebit ei fornicari? Respondent, non licere fornicari, quia etsi non habet donum continentia; tamen habebit, si à Deo petat. Idem ego dicam de continentia virginali.

VERBA igitur Dei & Pauli aliter concordanda sunt. Deus loquitur de bono speciei. Paulus de bono indiuidui. Item, Deus loquitur pro eo tẽpore, quo mundus erat vacuus, Paulus pro eo quo mundus est plenus. Denique, Deus loquitur de bono quod refertur ad vitã tẽporalẽ,

Paulus

Paulus autem de bono, quod refertur ad vitam æternam, vt iam probabimus.

EST ergo tertia solutio, quod Paulus siue suadeat continentiam, siue non, solum illam laudet tanquam vtilem ad aliud, non autem vt per se Deo gratiam, & meritariam: hæc autem vtilitatem non eodem modo exponunt. Nam Lutherus in Epithalamio non agnoscit aliam vtilitatem quam temporalem, quia nimirum liberat à curis, & afflictionibus multis, quæ necessariò sunt annexa matrimonio: Vult, inquit, S. Paulus hoc verbum spiritualiter intelligi, vbi ait, bonum est homini mulierem non tangere, vt hoc bonum non sit dictum de merito coram Deo, sicut habemus textus ille etiam à S. Hieronymo est expositus: sed dictum est de temporali bono, commodo & quiete in hac vita, quibus homo casus antecellit coniugatos, siquidem is, qui sine coniugio castè viuít, ab his molestiis, & tribulationibus, quæ in matrimoniali statu sunt, liber est.

AT Melancthon in locis, cap. de castitate, Martyr in hunc locum Apostoli, & alij non solum hanc vtilitatem temporalem agnoscunt, sed etiam aliquam spirituales, quod nimirum qui vxore carent, expeditiores sunt ad orandum, prædicandum, &c. Nos autem præter has duas agnoscimus tertiam; nimirum ad placendum Deo, & præmia maxima promerenda.

ET quidem ad refellendum Lutherum sufficere deberet, quod idem omninò senserat Iouinianus, quem his verbis refellit Augustinus lib. de S. Virginitate, cap. 13. Vnde, inquit, mirabiliter desipiunt, qui putant huius continentia bonum non esse necessarium propter regnum cælorũ, sed propter præsens seculum, quod scilicet coniugia terrenis curis pluribus atque arduioribus distenduntur, quia molestia virginum, & continentem carent, &c.

AT, inquit, Apostolus dicit, arbitror hoc bonum esse propter præsentem necessitatem, & infra, tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi.

RESPONDEO, illud, Propter præsentem, vel, vt legitur, Instantem necessitatem, non significare propter præsentem molestias fugiendas, sed propter temporis breuitatem, quia Dominus propè est, & dies illi propinquat, de quibus dicitur: Væ prægnantibus & nutriendis in illis diebus, Matth. 24. vt exponit Hieronymus lib. contra Heluidium, lib. 1. contra Iouinianum, & in ep. ad Eustochiũ de virginitate, & patet ex Apostolo hoc loco, qui quasi explicans quid sit præsens necessitas, ait: Tempus breue est, & rursus: Præterit enim figura huius mundi.

ILVD autem: Tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi, intelligitur quidem de afflictione temporali, quam patiuntur coniugati, sed non ad eam solum fugiendam, docet D. Paulus: bonam esse continentiam: immò, vt pulchre exponit Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, ne quis putaret, coniugatos esse quidem inferiores virginibus, quantum ad spiritalia, sed tamen esse feliciores quantum ad carnalia, idè addit eos etiam miseros esse quoad carnalia, & propterea nullam esse causam ambi-gendi, sitne melius continere, an nubere.

IAM verò cõtra Philippum, & Martyrem, sunt in hoc ipso cap. duo vel tria loca. Primus est; Mulier inuupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, vt sit sancta, & corpore, & spiritu. vbi Apostolus dicit virginitatẽ esse sanctitatẽ corporis, & spiritus, & per eam nos placere Deo; sensum enim est, sicut mulier coniugata cogitat, quomodo se pulchram cõseruet, vt sic placeat viro suo, sic virgo cogitat, quomodo seruet corporis integritatem, & sanctitatem, vt per eam placeat Deo. Hieronymus lib. 1. contra Iouin. hoc exponens: Illa, inquit, virginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculat. vbi vides virginitatem hostiam Dei nominari; proinde rem esse, qua colitur Deus, & quæ placet Deo.

SECVNDVM: Non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedi-

mento Dominum obsecrandi. vbi Apostolus dicit, continentiam per se honestam, ac decoram esse, & proinde Deo charam, & simul vtilẽ ad aliud, id est, ad orandum sine intermissione. Tertius est: Beatior autẽ erit si sic permanserit, id est, vt exponit Ambrosius, dignior in futuro seculo.

ACCEDAT vltimò August. lib. de sancta virginitate, c. 14. vbi sic ait: Quoniam æterna est vita æterna, in qua est quedam egregia gloria, non omnibus in æternum videtur, sed quibusdam tibi tribuenda, cui consequendẽ non satis est liberatum esse à peccato, nisi ipsi liberatõri voueatur aliquid, quod non sit criminis non voluisse, sed vouisse ac reddidisse sit laudis, idè ait Apostolus, Consilium autem do.

OCIAVM testimonium est 1. Cor. 9. quò toto capite Paulus conatur ostendere, se plus fecisse quam sibi esset præceptum, & propterea singularem gloriam apud Deum meruisse; nam cum Dominus ordinasset iis, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere, Paulus maluit gratis Euangelium prædicare, & sic facere opus supererogationis: Melius, inquit, est mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Nam etsi euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: Vt enim mihi est, si non euangelizauero. Quæ est ergo merces mea? vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium.

RESPONDET Petrus Martyr in commentario huius loci, Paulum non loqui de opere supererogationis, sed de opere debito coram Deo, licet non debito secundum iudicium hominum: & idè etiam nomine gloriæ vult intelligi gloriationem coram hominibus, non coram Dei tribunali. Et probat tripliciter.

PRIMO, quia Paulus ait: Melius est mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. at pro opere non necessario, quale est supererogationis, nemo debet mortẽ subire, sed solum pro necessario: ergo loquitur de opere necessario coram Deo; ex quo tamen sequitur gloriatio coram hominibus, qui illud opus iudicare possunt nõ necessarium.

SECVNDÒ, quia Paulus desperat de mercede, nisi hoc opus faciat, ait enim: Etsi euangelizauero, non est mihi gloria, id est, si prædicauero accipiẽdo sumptus à populo, nihil lucrabor: vnde sequitur: Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium: ergo loquitur de opere debito, quod nisi fiat, perditur tota merces.

TERTIO, quia dicit, vt non abutar potestate mea, & ne quod offendiculum ponam Euangelio Christi. At abuti potestate, & offendiculum ponere Euangelio, peccatum est. Itaque concludit Martyr, Apostolum Petrum grauitè peccatum fuisse, si accepisset sumptus à populo, quia hoc modo impediisset cursum Euangelij.

IN hac explicatione duo sunt errores Martyris. Primus, quod pro gloria, quam sibi tribuit Paulus, intelligit gloriationem coram hominibus, non coram Deo: nam in primis B. Aug. lib. de opere Monachorum, cap. 10. contrarium scribit his verbis: Bonum est magis mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Quam gloriam? nisi quam habere vult apud Deum in Christo. hac Aug. vbi vide, quam aperte Martyri contradicat.

DEINDE verba Pauli aperte ostendunt, cum loqui de gloria apud Deum, id est, de merito cuiusdam excellentis gloriæ, quam exspectabat ex opere isto supererogationis: nam infra, id quod vocauit gloriam, vocat mercedem: quæ est ergo merces mea? &c. At certè non exspectabat Paulus mercedem ab hominibus, sed à Deo. Denique si Paulus glorietur coram hominibus, quasi de opere indebito, quod tamen re vera coram Deo debitum esset, falsò glorietur quod quis dicat, nisi fortè aliquis Petrus Pseudomartyr?

SECVNDVS error est, quod dicat Paulum peccatum fuisse, si accepisset sumptus à populo, & proinde opus eius fuisse debitum, non supererogationis: nam in primis Paulus in toto isto capite nihil aliud agit, quam vt probet sibi licuisse viuere ex populi sumptibus: id enim

Tomus primus.

Ccc

probat. primo exemplo aliorum Apostolorum. Secundò exemplo militum, Pastorum, Agricultorum. Tertio ex lege Moysi. Quarto ex Christi ordinatione. Quintò ex ipsa natura.

PRÆTEREA ita exposuerunt omnes Patres. Chrysostomus in hunc locum. Quis, inquit, supra præceptum fuerit, multa, secundum hoc dictum, mercedem consequuntur, quæ autem sub præcepto continentur, non iidem. Ambrosius bis repetit, Paulum sibi licita illicita fecisse. Augustinus lib. de opere Monachorum, cap. 5. Audierat, inquit, stabularius, ad quem vulneratus ille perducens est, si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. amplius ergo erogabat Paulus, qui suis, ut ipse testatur, sumptibus militabat.

DENIQUE Apostoli ceteri sumptus à populis accipiebant, ut hic Paulus dicit, nec est verisimile eos peccasse, ergo nec Paulus peccasset accipiendo.

RESPONDET Martyr, non esse eandem rationem Pauli, & aliorum; nam alij non habuerunt Pseudoapostolos reuolus, ut habuit Paulus; at hoc nihil valet; nam alij qui non rectè probaret exemplo aliorum Apostolorum, B. Paulus se potuisset ali à populo. Responderi enim potuisset, non esse eandem rationem aliorum Apostolorum, & suam; deinde Paulus non abstinet ab accipiendis sumptibus propter Pseudoapostolos, sed ne grauaret populos, ut ipse dicit 1. Thess. 2. & 2. Thess. 3. immò propter Pseudoapostolos debuisse potius accipere sumptus. Illi enim de hoc Paulum accusabant, ut Caiet. bene animaduertit, quòd Paulus non videretur verus Apostolus, cum non viueret more aliorum Apostolorum; quocirca ille in toto isto capite probat se esse verum Apostolum, & se posse accipere sumptus si velit.

AD primum argumentum dico, falsum esse, non licere mori pro opere supererogationis, quot enim sacra virgines occidit sunt, quia nuptias recusauerunt?

AD secundum respondet Anselmus in hunc locum, Paulum desperare de gloria, si solum euangelizet propter alimenta temporalia. possumus secundò, & melius dicere, Paulum, cum ait, Si euangelizauero non est mihi gloria, &c. non desperare de gloria simpliciter, sed de gloria quadam singulari, quæ debetur operi supererogationis, ut exponit Chrysostomus.

AD tertium dico cum Chrysostomo hom. 9. de penitentia, & cum Oecumenio & Theophylacto in hunc locum, Paulum accepisse nomen abulus pro vehemèti usu: voluit enim dicere, ne quantum possum, utar potestate mea. Neque est hoc nouum: nam alij etiam auctores tum sacri, tum prophani vtuntur hac voce in bonam partem. Tria enim significat vox καταχρησμου, & Latine, abutor. Primo, vti re aliqua contra eius institutionem, & hoc malum est. Secundo, vti prater institutionem, & hoc non est malum: vnde est figura κατὰ χριστου. S. Paulinus epist. 11. ad Severum, Itaque, inquit, prompto filij imperatoris assensu mater Augusta patefactis ad opera sancta thesauris toto abusa fisco est. Tertio, vti simpliciter, vt apud Platonem epist. 8. & alios auctores.

QUOD autem ait: ne quod offendiculum ponam, dico ibi offendiculum non significare scdalum, sed interruptionem: est enim Græcè ἐκκωπη. metuebant enim Paulus, vt aliqui auariores, ne deberent alere concionatores, ab Euangelio retardarentur: hic autem metus poterat communis esse Paulo cum ceteris Apostolis, qui tamen hoc non obstante, sumptus à populo accipiebant. Ex quo intelligimus non fuisse peccatum accipere sumptus à populo, etiam si inde sequeretur aliqua retardatio cursus Euangelij: nam illa retardatio non oriebatur culpa Apostolorum, qui vtebantur iure suo, sed culpa auditorum: tamen B. Paulus maluit pari famem, & laborem, quam vt vilo modo Euangelij cursus retardaretur.

ADDE postremo, quòd si illa verba, Vt non abutiar potestate mea; & illa, Ne offendiculum ponam, significarent Paulum peccatum fuisse, si à populo sumptus accepisset,

set, sequeretur eum non potuisse apud homines gloriari tanquam de opere indebito: nam si ipse se debuisse illud facere, idque hominibus dicit, quomodo gloriatur se fecisse opus indebitum? Ergo Petrus Martyr secum ipse pugnat, dum docet, Paulum gloriari apud homines de opere indebito: & tamen inducit eundem Paulum dicentem, se debuisse illud opus facere, & peccatum, nisi fecisset.

NONVM testimonium est Apocal. 14. vbi legimus: Nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia, bi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, & sequuntur Agnum, quocumque ierit. Ex quo testimonio apparet, singulare præmium habere virgines, quando quidem capunt canticum, quod nulli alij Beatorum canere possunt.

RESPONDENT Magdeburg. cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 454. iunc locum debere intelligi mysticè de iis, qui non sunt maculati idololatria, quæ vocatur fornicatio Babylonis meretricis magna.

AT contra: nam in primis Ioannes indicat paucos quosdam fuisse istos virgines, qui soli canticum illud dicere poterant: pauci enim sunt centum quadraginta quatuor millia, si cum illa turba magna Sanctorum comparentur, quæ præ multitudine numerari non poterat, quam idem Ioannes vidit Apoc. 7. At maior pars Sanctorum immunis fuit ab idololatria, vt notum est. Præterea Ioannes non diceret, cum mulieribus non sunt coinquinati, sed cum muliere, si intelligeret de fornicatione Babylonis.

DENIQUE Patres de veris virginibus exponunt, Primasius, Beda, Oecumenius, & Anselmus in hunc locum, Hier. lib. contra Heluidium in fine, Greg. tertia parte pastoralis, cap. 29. & Augustinus de S. virginitate capite 27. & sequentibus, qui inter cetera sic ait, cap. 29. Videbit vos cetera multitudine fidelium, quæ Agnum ad hoc sequi non valet: videbit, nec inuidebit & collatando vobis, quod in se non habet, habebit in vobis: nam & illud canticum nouum, proprium vestrum, dicere non poterit, audire autem poterit, & delectari vestro tam excellenti bono, sed vos qui & dicetis, & audietis, quia & hoc quod dicetis, à vobis audietis, felicitas exultabit, incumdiisque regnabit. Hac de Scripturis.

CAPVT DECIMVM.

Idem asseritur exemplis.

SECUNDO probatur exemplis primitiua Ecclesia. Nam constat mox initio nascentis Ecclesia plurimos cepisse colere continentiam, & vitam communem rebus omnibus diuidentis, quod in Testamento veteri rarissimum fuerat. Nec potuit eius nouitas alia esse causa, nisi prædicatio Christi, & Apostolorum. Act. 4. legimus quorquot erant possessores agrorum & domorum, iis venditis, pretia attulisse ad pedes Apostolorum, vnde hoc illi quia audierant Dominum id consuluisset.

PORRO continentiam tam multi certatim arripiebant, vt Act. 21. legamus, vnum Philippum quatuor filias habuisse, & omnes virgines, quas certè non ad tempus aliquod virgines fuisse credere debemus, sed perpetuò, ex electione: refert enim id Lucas tanquam aliquod magnum, quòd videlicet vni homini essent quatuor filie virgines. At quid magni est habere quatuor filias virgines, quæ vbi maturæ fuerint, nupturæ sint?

ADDE quòd Eusebius lib. 3. hist. cap. 30. ex polycrate docet, filias Philippi in virginitate consensuisse. Præterea Philo Iudæus in libro de vita contemplatiua testatur, plurimos suo tempore, id est, initio Ecclesia, vitam communem & cœlibem dixisse: ait enim, talia hominum collegia fuisse in multis orbis terræ partibus, tam apud Græcos, quam apud barbaros, sed præcipuè in Ægypto. Iustinus ex Græcis ferè antiquissimus in Apologia secunda ante medium ait, apud nullam gentem ira colit cœlibatam: vt apud Christianos, vbi sunt plurimi vtriusque sexus vsque ad senectutem in virginitate permanentes:

quod

quod idem scribit Tertullianus antiquissimus Latinorum in Apoietico, cap. 9.

CAPVT VNDECIMVM.

Idem asseritur testimonijs Patrum.

ERTIO probatur ex clarissimis Patrum testimonijs, tum Græcorum, tum Latinorum; & quia testibus abundamus, omittam eos, quorum testimonia heretici non recipiunt, vt Dionysium, Ignatium, & similes.

ORIGENES in cap. 15. ad Rom. Ea, inquit, quæ supra debitum facimus, non facimus ex præceptis. Verbi causa: Virginitas non ex debito soluitur, neque enim per præceptum expeditur, sed supra debitum offertur.

EUSEBIUS lib. 1. demonst. Euang. cap. 8. Quocirca, inquit, in Ecclesia Dei duo modi viuendi instituti sunt. Alter quidem naturam nostram, & communem hominum vitam rationem excedens, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens, & soli diuino cultui, ex immenso rerum caelestium amore addictus, & talis quidem existit in Christianismo perfecta vite modus. Alter verò remissior atque humanior, & hic modesto coniugio, & sobolis procreatione implicatur, & rei familiaris curam assumit, & iuste militantibus, quæ sint agenda describit, agros quoque & mercaturam adiuncta religione non negligit, & his quidem secundus pietatis attributus est gradus. Et quod vterque vitæ modus à Christo sit institutus, initio capituli aperte docuit.

ATHANASIVS in lib. de humanitate Verbi, ultra medium: Quis, inquit, hominum, vel post mortem, vel in vita auctor seruandæ virginitatis fuit? an non contra arbitratum est, eam virtutem præstari non posse? atamen Saluator noster, & omnium Rex Christus tantum valuit in huiusmodi præceptis, vt pueri nondum maturi legum discipline, virginitatem, quæ supra leges est, proficitur. Nota vocari hic præcepta, non leges obligantes, sed institutiones, & doctrinam, alioqui pugnaret ipse secum, cum & præceptum vocat, & supra legem esse dicit.

BASILIVS in libro de virginitate, ultra medium: Voluit enim Dominus, inquit, non præceptum esse ipsum virginitatis rectè factum, sed insigne animæ virtutis studio se ex propria ac libera potestate, id quod supra mandatum, & supra naturam est, à seipsa perpetrantis.

EPHANIUS hær. 48. Gaudet quidem, nimirum Ecclesia, his, qui approbata Dei cultum præstare possunt, & virginitatem exercere diligunt, verum vnas nuptias honorant, &c. Ioannes, Chrysostomus hom. 8. de penitentia: Nequaquam, inquit, Dominum incuses, haud mandat impossibilia, multi & ipsa superant mandata. Et infra, posteaquam exempla posuit de continentia & paupertate, ait in persona Dei: Non cogo, non grauo, sed proficientem quidem coronabo, non proficientem non punio.

GREGORIUS Nazianzenus orat. 1. in Iulianum, ultra medium, Quomodo, inquit, illud non animaduertis omnium sapientissime & ingeniosissime, atque ad virtutum arcem & verticem Christianos coarctans, quòd in legibus nostris alia parendi necessitatem imponunt, nec sine periculo prætermitti possunt, alia non necessitate constringunt, sed in electione, & voluntate posita sunt, ac proinde hæc ratione habent, vt qui ea custodierint, honore & premijs exornentur, qui autem minus ea expleuerint, nihil periculi pertimescant?

IAM ex Latinis Cyprianus libro de habitu virginum, prope finem: Neque hoc iubet Dominus, inquit, sed hortatur, nec iugum necessitatis imponit, quando amanet voluntatis arbitrium liberum, sed cum habitationes multas apud Patrem suum esse dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat. Habitacula ista meliora vos petiis; carnis desideria castrantes, maioris gratiæ præmium in caelestibus obtinetis.

AMBROSIVS lib. de viduis, ultra medium: Qui præceptum, inquit, impleuerint, dicere possunt, serui inuitiles sumus, quod debuimus facere, fecimus: Hoc virgo non dicit, non dicit ille, qui bona sua vendidit. Et infra: Ideo ergo præceptum non datur, consilium datur: præceptum enim castitatis, est consilium integritatis.

HIERONYMVS lib. 1. contra Iouinianum: Proponit Agonothetes præmium, inuitat ad cursum, tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamitat: Si quis sitit, veniat, & bibat, non dicit, volitis, nolitis, bibendum vobis est, atque currendum: sed qui voluerit, qui poterit currere, atque potare, ille vincet, ille satiabitur, & ideò plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum, maiorisque gratiæ est offerre, quod non debeas, quam reddere quod exigaris.

GREGORIUS lib. 15. moralium, cap. 9. Electi, inquit, nunquam plus student agere, quam eis dignatus est Dominus iubere: carnis enim virginitas nequaquam iussa, sed tantum laudata, nam si illa iuberetur, nimirum coniugium iam culpa crederetur, & tamen multi virtute virginitatis pollent, vt videlicet plus impendant obsequio, quam acceperunt præcepto. Hac ille. Vide etiam tertiam partem pastoralis, cap. 28. & 29.

AUGUSTINVS libro de sancta virginitate, cap. 30. loquens de præceptis & consilijs: In illis, inquit, Dominus debitum imperat vobis, in his autem, si quid amplius supererogaueritis, in redeundo reddet vobis. Et sermone 18. de verbis Apostoli: Ambierunt, inquit, virgines illam maiorem pulchritudinem cordis sui, tanquam dicerent, quid iubes? ne adulter & simus hoc præcipis? amando te plus facimus quam præcipis. Et in Enchiridio cap. 121. Quæcumque, inquit, mandata Deus, ex quibus vnum est: Non machaberis, & quæcumque non iubentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus vnum est. Bonum est homini mulierem non tangere, tunc rectè sunt, cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum, & in hoc seculo, & in futuro. Ex his apparet, quanto mendacio Caluinus dicat libro quarto institutionum, cap. 13. §. 12. nulli veterum venisse in mentem, quod Christus aliquid consulerit.

CAPVT XII.

Idem confirmatur naturali ratione.

PRIMO probatur ratione desumpta, tum ex corporibus naturalibus, tum ex politicis rebus publicis. Videmus enim in qualibet re naturali, duplicem esse perfectionem: vnam necessariam ad esse, alteram ad bene esse: vnam, sine qua rei natura non est perfecta, alteram, sine qua non est ornata. homo si habeat animam & corpus, perfectus est, quo ad naturam attinet, etiam si alioqui deformis, & imperitus, atque improbus sit. At cum est elegans, politus, formosus, doctus, probus, aliam quandam habet perfectionem; ergo eodem modo homo Christianus duplicem habere debet perfectionem: vnam necessariam ad esse, id est, per quam sit verè filius Dei, & hæres regni, quæ consistit in præceptorum obseruatione: alioqui enim non esset Christus bonus legislator, si legem tulisset, quæ non perficeret hominem Christianum: alteram necessariam ad bene esse, quæ consistit in consilijs.

VIDEMVS item in omnibus bene institutis rebus publicis præter præmia, & pœnas constitutas seruantiibus, aut transgredientibus leges, esse etiam præmia quadam decreta heroicis operibus: hinc apud Romanos præter stipendia debita militibus, non violantibus militia disciplinam, legimus fuisse etiam coronas ciuicas, ouationes, supplicationes, ac triumphos decretos factis heroicis, vt omnes nouerunt: ita ergo non abhorret à ratione, immò potius conforme est rationi, vt præter vitam æternam promissam obseruatoribus legis diuinæ, sint etiam certa præmia, & singulares honores pro iis, qui non solum Dei legem seruant, sed etiam virtutes heroicæ ostendunt.

Tomus primus.

Ccc 2

CAPVT XIII.

Soluuntur obiectiones.

IN contrarium sunt argumenta tria Pelagianorum, & XIV. Caluinistarum, quae diligenter collegit ex Caluino, & aliis Petrus Martyr in comment. 1. Corinth. 9.

PRIVM est, Matthaei decimonono, Dominus ait: *Facilis est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum: illud est impossibile, igitur & hoc.*

RESPONDEO cum Augustino epist. 89. quaestione quarta, in eodem loco esse solutionem: nam Dominus ait: *Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum.*

SED instant, idem possibile apud Deum dici, quia Deus per Euangelium suum docuit vendere omnia, & dare pauperibus, quod qui fecerit: poterit intrare in regnum caelorum.

RESPONDEO, si ita esset, tunc esset etiam possibile apud homines, nam etiam Ethnici Philosophi poterunt abdicere omnes facultates, ut de Crate Thebano, & de Antisthene refert B. Hieronymus in epistola 26. ad Pammachium de obitu Paulinae uxoris. sicut etiam apud homines possibile est camelum intrare per foramen acus, si desinat esse camelus, & redigatur ad subtilitatem setae; Christus autem dicit, id quod impossibile est hominibus, possibile esse Deo, id est, introducere camelum, existentem camelum per foramen acus, & diuitem existentem diuitem, in regnum caelorum; potest ergo diues saluari, si gratia Dei adiutus bene utatur diuitiis.

SECVNDVM argumentum Lucae 14. *Nisi quis renunciauerit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus.* Respondeo cum Augustino epistola 5. & epistola 89. quaestione 4. loqui Dominum de preparatione animi; nam paulo ante inter ea, quibus renunciare oportet, numerauit Dominus uxorem, & propriam animam.

TERTIUM, Matth. 5. *Estote perfecti*, dicitur omnibus Christianis: at qui vult perfectus esse, debet omnia vendere, & dare pauperibus. Matth. 19. ergo, & c. Respondeo, in primo loco agi de perfectione necessaria, in secundo de perfectione vtili, sunt enim varij gradus charitatis, ut alias expositum est.

ARGVMENTVM primum Petri Martyris tale est. Deus iubet se diligere ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus: unde nihil superest non debitum quod erogemus, quidquid enim agimus, corde, anima, mente, ac viribus agimus: quare omnia nostra Deo sunt obstricta. Augustinus lib. 1. doct. Christi. cap. 22. *Cum autem, inquit, ait toto corde, tota mente, tota anima, nullam vitam nostrae partem reliquit, quae vacare debeat.*

AD haec praecipuum dilectionis, ut etiam praecipuum non concupiscendi, in hac vita impleri non posse, Augustinus affirmat libro de spiritu & litera, c. vltimo: *Ad illam, inquit, vitam iam immortalem pertinet: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: ad hanc autem, non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad illam, non concupisces, ad istam, post concupiscentias istas non eas.* Et in libro de perfectione iustitiae ante medium: *In qua plenitudine charitatis, nimirum in patria, praecipuum illud implebitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiae, quod vel continendo frenetur, non omni modo ex tota anima diligitur Deus.*

ADDE etiam S. Bernardum, & B. Thomam: nam Bernardus serm. 10. in Cant. *Si placet, inquit, tibi magis de affectuali datum fuisse mandatum, non inde contendo, dummodo acquiras & tu mihi, quod minime in vita ista ab aliquo hominum possit vel potuerit adimpleri.* Thomas in secunda secunda, quaestione 44. artic. 6. dicit, in hac vita praecipuum dilectionis imperfecte impleri: & quaestione centesima octogesima quarta, art. 3. dicit, hoc praecipuum ita imperari dilectionem sine mensura, ut nullus gradus

charitatis remaneat, qui sit in consilio. Quare si in hac vita praecipuum primum nunquam perfecte implere possumus, certe multo minus possumus amplius facere, quam sit nobis praecipuum.

RESPONSO. Vis argumenti principalis potissimum in duobus posita est. Primum, in illa enumeratione potentiarum cordis, animae, mentis, virium omnium. Secundum, in illa particula, *Ex toto*. Hinc enim videtur colligi debere, nihil omnino posse hominem propter Deum facere, siue corde, siue corpore, quod non teneatur facere. Ostendam igitur neutra ex parte argumentum concludere.

QUOD attinet ad illam enumerationem, quidam ex Patribus existimant, illa omnia esse diuersa, & idem conati sunt distinctionem eorum ostendere, ut videlicet anima significet partem animae vegetatiuae, cor sentientem, mens intelligentem, vel aliquid eiusmodi. Vide Gregorium Nyssenum in lib. de creatione hominis, capite 8. Theophylactum & Anselmum in commentariis capitis vicefimi secundi Matthaei, Augustinum lib. 1. doctrinae Christianae, cap. vicefimo secundo. Bernardum sermone 20. in Cantica, & Thomam in secunda secunda, quaestione 44. art. 5.

SED simplicior & Scripturae conformior est eorum sententia, qui docent ista omnia idem significare, & more Scripturae multa, & varia nomina poni ad rem eandem explicandam, maioris expressiois gratia; itaque idem esse, diligere corde, & diligere anima, & diligere mente, nimirum diligere verè, sincere, non fictè, non simulatè. nam in primis Hilarius, Hieronymus, & Chrysostomus, in commentario ad caput vicefimum secundum Matthaei, & Ambrosius ad caput decimum Lucae, vbi hoc praecipuum explicant, nihil omnino de distinctione harum vocum tradunt.

DEINDE Matth. cap. 22. Marc. cap. 12. & Lucas cap. 10. referunt praecipuum dilectionis ex lib. Deuter. cap. 6. & tamen nullus horum auctorum conuenit in numero, & ordine harum vocum cum altero. quod est euidens argumentum, nihil esse mysterij in illa enumeratione. Moses dixerat, *Diliges ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine tua.* Matth. posuit: *Ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente.* Marcus: *Ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota virtute.* Lucas: *Ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, & ex tota mente.*

PRÆTEREA 3. Regum 14. de Dauide dicitur, quod sequutus sit Dominum in toto corde suo: de Iosia autem 4. Regum 23. dicitur, quod sequutus sit Dominum in toto corde, tota anima, & tota virtute, nec tamè vllus auderet Iosiam Dauide antepone. Item Moses requirit Deuteronomij 4. ut homo quærat Deum in toto corde, & in tota anima, si eum inuenire desiderat: at Samuel 1. Regum 7. solum requirit, ut Deus quaratur in toto corde. Apparet igitur illis omnibus verbis id vnum imperari, ut Deum sincere diligamus.

PORRO illa verba, *Ex omnibus viribus*, non significant ex omnibus potentis animae, sed omni virtute, & quod vulgò dicimus, pro viribus: nam in Graecis codicibus nihil est aliud nisi *ἐν πάσῃ τῇ ψυχῇ*, quod tamen interpretis nunc vertit ex omni virtute: nunc, ex omni fortitudine: nunc, ex omnibus viribus. Quare ineptè Lutherus in assertione art. 31. contendit, hoc praecipuum impleri non posse, quia vna quaedam ex viribus animae, nimirum appetitus sensitiuus, non diligit Deum, cum tamen diligere iubeamur Deum ex omnibus viribus.

SED etiam si iuxta priorem expositionem enumerarentur varia potentiae animae, ac iuberemur illas omnes exercere ad gloriam Dei, adhuc nihil aduersarij obtineant, quoniam enim praecipuum hoc affirmatiuum est, idè dicendum esset solum praecipui, ut exerceremus eas potentias propter Deum, quando id necessitas gloria

eius procurandae requiret, alio autem tempore, si id fieret, opus esset consilij, & supererogationis.

IAM verò quantum ad illam particulam, *Ex toto*, sunt etiam duae Patrum expositiones. Vna est sanctorum, August. Bernardi, & Thomae, locis notatis, qui docent illud, *Ex toto*, significare, imperari nobis hoc mandato omnes gradus charitatis, quos vel in hoc mundo, vel in alio habere possumus, ita vt semper Deum amemus, & non sit in nobis vllus motus cupiditatis, neque inuoluntarius, neque voluntarius, cum Dei amore pugnant, ex quo rellè deducunt hoc mandatum in hac vita perfecte impleri non posse.

QUAE sententia non pugnat cum sententia nostra, de consilijs Euangelicis, tamen si non videtur admodum conformis sacris literis. quod autem non pugnet cum sententia nostra, ex eo patet, quòd idem Patres affirmant, hoc praecipuum, licet non possit perfecte impleri in hac vita, non tamen facere prauaricatores, si non impleatur.

VT autem id intelligatur, obseruandum est duobus modis posse aliquid praecipui. Vno modo, vt solum indicetur id quod faciendum est. Alio modo, vt indicetur praecipuum, id quod faciendum est, & finis, cuius gratia id faciendum est. Si dicat Imperator militibus, pugnate aduersus illam urbem, solum indicat id quod faciendum est: si verò dicat, capite illam urbem, indicat quid faciendum est, & finem etiam illius operis: id enim est, ac si diceret, pugnate ad hunc finem, vt urbem capiatis: interest autem multum inter hos duos modos praecipendi: nam cum praecipitur priore modo, prauaricator est, qui non facit id totum quod praecipitur: cum verò praecipitur posteriore modo, non est prauaricator, qui non facit id totum quod praecipitur, sed is tantum prauaricator est, qui non facit id, quod indicatur per modum medij ad finem. Praecipuum enim proprie non obligat, quatenus indicat finem, sed solum quatenus praecipit medium. Itaque si dicat Imperator, pugnate, peccant milites, si non pugnent: si verò dixerit, capite urbem, non peccant, si urbem non capiant, modo pugnent, ac pugnando dent operam, vt illam capiant.

PATRES igitur supra citati, Augustinus, Bernardus, Thomas existimant hoc praecipuum, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, simul imperari medium, & indicari finem; & idè docent, non posse impleri perfecte hoc in vita, & tamen non esse prauaricatorem, qui non perfecte illud implet. Augustinus de spiritu & litera, capite vltimo posteaquam dixerat, non posse impleri hoc mandatum in hac vita, addidit: *Sed idè nobis hoc etiam nunc praecipuum est, vt admoneremur, quid fide exposcere, quòd semper praemittere debeamus.* Et infra: *Neque enim, si esse nondum potest tanta dilectio Dei, quanta illi cognitioni plenè perfectaue debetur, iam culpa deputandum est, & c.* Et libro de perfectione iustitiae. *Cur, inquit, non praecipitur homini ista perfectio, quamuis cam in hac vita nemo habeat? non enim rectè curritur, si quòd currendum est nesciatur: quomodo autem sciretur, si nullis praecipis ostenderetur?* Et ad finem eiusdem libri docet idem Augustinus, motus inuoluntarios concupiscentiae, licet hoc praecipuum prohiberi sint, tamen adè non esse peccata, vt non sit opus dicere pro eis: *Dimitte nobis debita nostra.*

S. Bernardus sermone 50. in Cant. *Nec latuit, inquit, praecipuum, praecipit pondus hominum excedere vires, sed iudicant vtile ex hoc ipso sua illos insufficientiae admoneri, & vt scirent sanè, ad quem iustitiae finem nisi pro viribus oporteret: ergo mandando impossibilia non prauaricatores homines fecit, sed humiles.* Sic etiam B. Thomas solum docet hoc praecipuum imperfectè seruari, quatenus indicat finem, & in eodem sensu dicit, nullum gradum dilectionis esse in consilio, sed omnes in praecipuo, quatenus videlicet hoc praecipuum continet & medium, & finem; nihil enim addi potest ad eam dilectionem, quae vt finis pro-

ponitur; finis enim sine mensura appetitur; quare in eodem loco S. Tho. affirmat, nullum esse peccatum, non implere hoc praecipuum in tota sua latitudine, sed satis esse si aliquo modo obseruetur.

QUOCIRCA remanet iam suus locus consilij etiam circa hoc praecipuum: nam etiam si nihil possim addere huic praecipuo, quatenus indicat finem, tamen possum addere quatenus indicat medium: & si non pecco, ex sententia sancti Thomae, si amem Deum, nisi vno gradu amoris, certè non teneor in rigore amplius amare: implicat enim contradictionem, quòd non peccem, non faciendo quod facere teneor: ergo si addam alterum gradum amoris, amo plus, quam teneor, atque eo modo facio actum supererogationis, & consilij.

DEMONSTRAVIMVS igitur sententiam istam Patrum, non esse contrariam sententiae nostrae de consilijs Euangelicis: quòd autem haec sententia non sit conformis diuinis literis mox ostendemus. Est igitur alia sententia, illud, *Ex toto corde*: non significare, omnes actus cordis, vel omnem intentionem possibilem, ita vt imperetur, vt nihil corde agamus, nisi Deum diligere, idq; summa vehementia amoris, sed solum vt amemus Deum praecipuo amore, nihilque illi in amore anteponamus, vel aequemus, ac proinde solum in hoc praecipuo continetur id, quod faciendum est, non etiam finis ob quem faciendum est. Ex quo sequuntur sex quasi corollaria.

PRIVM est, huic praecipuo aduersari omnia peccata mortalia, quia in omni peccato mortali anteponitur creatura creatori.

SECVNDVM, huic praecipuo non aduersari amorem honestum asinum, & amicorum, licet non referatur actu in Deum, quia non tenemur Deum solum amare, sed eum praecipue.

TERTIVM, non aduersari peccata venialia eidem praecipuo, quia venialia non mutant vltimum finem.

QUARTVM, non aduersari eidem praecipuo motus inuoluntarios concupiscentiae, etiam si sint rerum alioqui grauisimarum, vt infidelitatis, blasphemiae, adulterij, & c. nam cum charitas Dei sit in voluntate: non aduersantur ei nisi motus voluntarij.

QUINTVM hoc praecipuum perfecte in hac vita seruari posse, quia non exigit, nisi vt amemus Deum plus quam creaturas.

SEXTVM, posse Deum ex toto corde magis & minus diligit: qui enim propter Deum abstinet se à licitis, magis diligit, quam qui solum se abstinet ab illicitis, & tamen vterque diligit toto corde.

QUOD autem haec explicatio sit verior, & Scripturis conformior, quam superior, multis modis probari potest. Primum, quia in Scripturis passim ita accipitur illa vox: vt totum, vel, omnis, Matth. 2. *Turbatus est Hierodes, & omnis Hierosolyma cum illo.* Et Act. 21. *Tota confunditur Hierusalem.* In his enim locis significatur, magnam partem eorum, qui erant in Hierusalem, turbatos fuisse, non autem omnes omnino, & tamen simpliciter Scriptura dicit: *Omnis Hierosolyma turbata est.* Et: *Tota confunditur Hierusalem.* Sic etiam Gen. 31. dicit Iacob: *Scitis quòd totis viribus seruerim patri vestro?* & tamen multa alia eodem tempore Iacob fecerat. 2. Reg. 15. *Toto corde vnuerfus Israël sequitur Absalon*, aliisque id genus frequentissimè inueniuntur. Scriptura enim vitur saepe communibus phrasibus: vulgò autem absolute dicimus; Totus sum in hac re, vel totis viribus hoc agam, cum tamen nihil aliud significare velimus, nisi praecipua cura, ac studio nos incumbere.

SECVNDÒ, Scriptura docet hoc praecipuum esse facile, ac praesupponit seruari posse, quòd tamen non esset verum, si in hac vita impleri non posset. Deut. 10. *Et nunc Israël quid Dominus Deus tuus perit à te? nisi vt timeas Dominum Deum tuum & diligas eum, ac seruias ei*

in toto corde tuo, & in tota anima tua. Et cap. 13. *Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum in toto corde vestro, & in tota anima vestra, an non.* Luca 10. *quarenti iurisperito, Quid faciendo vitam eternam possidebo? Dominus respondit: In lege quid scriptum est? quomodo legis? ait ille: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Et Dominus: Hoc fac & viues.* Certè hæc omnia præsupponunt mandatum hoc in hac vita impleri posse, alioqui in promptu fuisset reprehensio.

TERTIO, promisit Deus se facturum, vt tempore noui testamenti diligatur in toto corde, tota anima, &c. Igitur aut Deus, quod esse non potest, mentitus est, aut hoc mandatum in hac vita simpliciter adimpletur. Deut. 30. *Circumcidet Dominus cor tuum, & cor feminis tui, vt diligas eum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere.* Hieremia 24. *Dabo eis cor, vt sciant me, & erunt mihi in populum, & ego ero illis in Deus, quia reuertentur ad me in toto corde suo.*

QUARTO, multi hoc mandatum impleuerunt, igitur in hac vita impleri potest. Deuter. 30. *Gaudebit Dominus in te, sicut gauisus est in patribus tuis, si tamen reuertaris ad eum in toto corde tuo, & in tota anima tua.* Reg. 24. *Non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & sequutus est me in toto corde suo.* Eccles. 47. *De omni corde tuo laudauit Dominum, & ditexit eum qui fecit illum.* 4. Reg. 22. *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuertetur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi.* Psalmo 118. *In toto corde meo exquisiui te.*

ACCEDAT postremò consensus Patrum, qui nihil impossibile nobis à Deo mandatum esse docent. Vide Origenem homilia 9. in Iosue: Basilium in illud: *Attende tibi*; Hilarium in illud Psalms centesimi decimi octauo: *Latum mandatum tuum nimis*: Hieronymum libro 3. contra Pelagianos, & Augustinum libro de natura & gratia, cap. 69. qui auctor non solum in genere dicit, Deum nihil impossibile præcepisse, sed etiam in specie de mandato dilectionis: *Quomodo, inquit, est graue, cum sit dilectionis mandatum?* Et in Psalms 56. de hoc ipso mandato, *Neque enim, inquit, imperaret hoc Deus, vt faceremus, si impossibile iudicaret, vt ab homine ferret.* Vbi viderur Augustinus aut mutasse, aut certè explicauisse priorem sententiam. Bernardus etiam sermone 50. in Cantica, et si exposuit hoc mandatum vno modo de dilectione, quæ hic perfectè haberi non potest, tamen magis propendet in sententiam hanc posteriorem, quam etiam sequitur Bonauentura, in tertio, distinctione 27. articulo 2. quaestione vltima, & plerique Doctores in eadem distinctione.

ARGUMENTVM secundum, Dominus ait Matt. 7. de lege sua: *Quam angusta porta est, & arcta via que ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam.* Quomodo ergo non errant, qui eam tam latam & facilem prædicant, vt etiam dicant, posse hominem plus facere, quam lex exigit?

RESPONDEO, idem Dominus ait de lege sua Matthæi 11. *Iugum meum suauis est, & onus meum leue.* Et Dauid de lege Domini sub eadem metaphora Psalmo 118. *Latum mandatum tuum nimis.* Et Apostolus prima Ioannis 5. *Et mandata eius graua non sunt.* Quare lex Domini difficilis est, & facilis: difficilis ex natura sua, quia difficile est attingere medium, in quò virtus consistit, facile verò est aberrare à scopo; difficilior etiam redditur ex natura corruptione; difficile enim est avaro facere elemosinam, luxurioso continere, &c. At facilis est habenti gratiam & charitatem, gratia enim & naturam sanat, & dirigit, atque inclinatur ad medium attingendum, vt etiam difficile est homini pingui & onusto ingredi portam etiam vt cunque latam, at homini tenui, & nudo non est difficile ingredi

portam, etiam vt cunque angustam. Vnde sanctus Leo sermone 5. de Epiphania. *Nihil, inquit, arduum est humilibus, nihil asperum mitibus.* Et beatus Augustinus libro de natura & gratia, capite 69. *Omnia, inquit, sunt facilia charitati.* Et Dauid Psalmo centesimo decimo octauo. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum: certè autem qui currit, cum solum ambulare teneatur, plus facit quam ei imperatum sit.*

ARGUMENTVM tertium. In opere nostro semper aliquid deest, ergo nunquam implemus legem, ergo multò minus possumus facere opera supererogationis. Probatur antecedens, quia Paulus ad Rom. 7. dicit, *se mente seruire legi Dei, carne autem legi peccati, & Iob verebatur omnia opera sua, Iob 9. & Isaias cap. 64. vocat panem mestructuram omnes iustitias nostras: & Dauid clamat Psal. 142. Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*

RESPONDEO, negandum esse antecedens; nam si nullo modo legem feruare possemus, mentiretur Ioannes cum ait: *Et mandata eius graua non sunt.* 1. Ioan. 5. & Dominus cum ait Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, iuuenem illum non docuisset, sed delusisset, ac si dixisset, si vis in caelum ascendere, fac tibi remigium alarum, & vola per aërem; immò sequeretur hominem nunquam peccare; non enim peccat, qui non facit quod non potest, & Deus esset omni Tyranno iniquior, & crudelior, quippe qui tributum peteret, quod nemo posset soluere, & hoc ab amicis suis peteret. Adde quod Basilium oratione in illud: *Attende tibi*, dicit impium esse asserere, aliquid impossibile Deum præcepisse, quod idem docent omnes Patres.*

AD primum ergo locum dico, Paulum loqui de motibus concupiscentiæ inuoluntariis, qui non peccata, sed poenæ sunt.

AD secundum dico, contrarium inde elici: idem enim Iob verebatur omnia sua opera, quia metuebat ne aliquid in eis imperfectionis misceret; illi autem propriè metuunt, qui vident posse vitari malum, quod metuunt; semper enim cõiuncta sunt spes & metus: qui enim certò sciunt non posse vitari, desperant, & dolent potius quam metuunt. Vnde B. Gregorius in hunc locum scribens, ait: *Ipsa bona nostra, quia insidiantis culpæ euadere gladium nequeunt, nisi sollicito quotidie timore muniantur, per sanctum virum nunc restè dicitur, verebar omnia opera mea.*

AD tertium dico cum Hieronymo ibidem, Prophetam loqui in persona grauisimorum peccatorum, qui si qua opera bona faciebant, saltè moraliter, ea inquinabant admixtione multorum criminum; nos autem non de peccatoribus, sed de iustis loquimur, cum dicimus homines posse legem seruare, & etiam amplius facere; nec tamen admittimus omnia opera peccatoris necessariò esse peccata: nam Isaias non comparat opera peccatorum sordibus, sed panno sordidato, in quo sunt partes nitidæ, & partes maculatæ.

AD vltimum dico, cum Augustino lib. de perfectione Iust. Hierony. in ep. ad Cresiphorem, & Gregorio in hunc Psalms. non posse hominem iustificari coram Deo, quia nemo est qui non habeat peccata venialia, quæ tamen nõ impediunt quin homo sit iustus, & multa opera bona faciat, etiam supererogationis; non enim dicit Dauid, Non iustificabitur omne opus, sed omnis viuens: vel dicendum cum Arnobio, Hilario, Hieronymo, & Euthymio in hunc locum, non posse vllum iustificari si comparatur cum Deo: tam sublimis enim est Dei iustitia, vt eius comparatione omnis hominum & Angelorù iustitia, iniustitia videatur, sicut candela accensa coram sole, non lucere, sed vmbra facere videtur.

ARGUMENTVM quartum. Verba Christi Luc. 17. inquit Martyr: *Cum feceritis hæc omnia, dicit, serui inuites sumus: quæ debuimus facere fecimus.* Istud commentum

profus

profus excludunt, & confirmatur, nam seruus quidquid est, domino est, & quidquid facit, domino facere tenetur.

RESPONDEO, Petrum non egisse hoc loco fidelem Martyrem: nam omisit ea verbà, in quibus latebat solutio: non enim Dominus ait, cum feceritis omnia, dicit, serui inuites sumus, &c. Sed, *cum feceritis hæc omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicit, serui inuites sumus, quæ debuimus facere fecimus.* Vnde Ambrosius lib. de viduis, *Hoc, inquit, virgo non dicit, hoc non dicit ille, qui bona sua vendidit, sed quasi reposita expectat premia, sicut sanctus Apostolus ait: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? non enim quasi inuites sumus, quod debuit facere, fecisse se dicit, sed quasi vtilis Domino, qui commissa sibi talenta quaesitis multiplicauit vsuris, mercedem fidei, atque virtutis, bene sibi conscius meritorumque securus expectat.*

AD quòd Dominus nõ ait, serui inuites estis, sed, *dicit, serui inuites sumus*; vult enim nos humiles esse & non iactare nostra merita, sed ipse tamen postea dicit: *Euge serue bone & fidelis*: inuites autem seruorum vocabitur eum duntaxat, qui præceptis nõ obediit, vt patet Matthæi 25. in parabola de talentis; *Inuites, inquit, seruorum prouicite in tenebras exteriores.*

AD confirmationem, fateor, seruorum, quidquid est domini esse, & quidquid agit, in lucrum domini cedere: at non inde sequitur ex debito eum facere, quidquid facit; quid enim, si velit sibi de summo concessio aliquid subtrahere, vt pro domino suo aliquid agat, nõne plus faciet quàm tenetur?

ARGUMENTVM quintum. Iubemur quotidie dicere Deo: *Dimitte nobis debita nostra*, ergo nunquam facimus quantum debemus, ergo multò minus facimus plus quàm debemus.

RESPONDEO, quotidie nos Deo dicere: *Dimitte nobis debita nostra*, propter peccata venialia, quibus in hac vita, aut nunquam, aut rarò caremus, quibus tamen non obstantibus, & iusti esse, & supererogationis opera facere possumus.

ARGUMENTVM sextum. Apostoli Matthæi 19. non solum non cogitauerunt de operibus supererogationis, sed etiam de ipsa salute dubitarunt, dicentes: *Quis poterit saluus esse?* Quibus Dominus non ait, non solum salui esse, sed etiam supererogare potestis: sed ait, *Quod impossibile est hominibus, possibile est apud Deum.*

RESPONDEO, apud homines impossibile esse, & saluari, & opera supererogationis facere, apud Deum vtrumque esse possibile.

ARGUMENTVM septimum. Hieremias dicit: *Maledictus qui facit opus Dei negligenter*, cap. 48. Nemo autem est; cui nihil addi potest: *Maiorem enim charitatem nemo habet, quam vt animam quis ponat pro amicis suis*, Ioannis 13. Ergo nullus remanet locus consiliis, & operibus supererogationis.

RESPONDEO, loquitur de negligentia graui, quæ amicitiam Dei tollat, vnde in Hebraeo רמיא רמיא, fraudem potius, quàm negligentiam significat, sicut Hieronymus etiam vertit.

ARGUMENTVM octauum. Christus ait: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos*, Ioannis 13. At Christus sic nos dilexit, vt pro nobis sit mortuus; ergo & nos debemus pro fratribus animas ponere, vt concludit Ioannes, prioris Ioannis 3. at hæc est summa charitas, cui nihil addi potest: *Maiorem enim charitatem nemo habet, quam vt animam quis ponat pro amicis suis*, Ioannis 13. Ergo nullus remanet locus consiliis, & operibus supererogationis.

RESPONDEO, nõ tenemur animas ponere pro fratribus, nisi quòd id necessariò est ad eorum salutem æternam; si ergo id faciamus, cum non est necessarium, sed vile tantù, opus consilij & supererogationis facimus, & similiter si proximo beneficia, quando non est in extrema aut graui necessitate, opus facio supererogationis.

ARGUMENTVM nonum. Iubet Deus Deut. 4. nihil addi præceptis suis, malè ergo adduntur consilia.

RESPONDEO, iubet Deus nihil addi præcepto, quod ipsum corrupat, non autem aliquid, quod ipsum perficiat: consilia autem perficiunt, nõ corrumpunt præcepta, vt patet. Vide plura, si libet, de hoc argumento in lib. 4. de Pontifice, cap. 17.

ARGUMENTVM decimum. Ita sumus Deo obligati, vt non possimus vnquam facere quantum debemus, ergo nunquam supererogamus. Antecedens patet, nam quidquid habemus boni, ab illo habemus, ergo omnia nostra sunt ei debita, & si millies pro Deo vitam poneremus, nunquam tamen redderemus ei aliquid æquale.

RESPONDEO, argumentum probat, potuisse Deum à nobis exigere, quidquid possumus; non tamen voluisse. Constat enim ex diuinis literis, Deum pro sua benignitate imposuisse nobis iugum suauis, & onus leue. Præterea probat hoc argumentum, nunquam hominem posse facere plus quàm debet: immò etià nec quantum debet, si consideremus beneficia Dei nobis collata: nunquam enim ei reddemus æquale; & tamen possumus facere plus quàm debemus, si consideremus legem nobis à Deo impostam, & proinde possumus facere plus quàm reuera facere teneamur: nam etià non possumus superare aut æquare Dei beneficia nostris operibus, tamen non propterea rei efficiamur, quia non tenemur id præstare, sed id solum, quod Deus imperauit.

ARGUMENTVM 11. ad Philipp. 4. dicitur: *Quod reliquum est, fratres, quacunque sint vera, quacunque bona, quacunque iusta, quacunque pura, quacunque accommoda, quacunque boni nominis: si qua virtus, & si qua laus, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc facite, & Deus pacis erit vobiscum.* Inueniant, inquit Petrus Martyr, *istis acuti homines, quod huic præcepto Pauli superaddi possit.*

RESPONDEO, hæc omnia debere accipi negatiuè, vt sensus sit; Nihil cogiteris, neque agaris, nisi quod iustum est, quod verum, quod pudicum, &c. & hoc modo multa possunt superaddi affirmatiua; alioqui si iuberet Paulus, vt omnia, quæ sunt vera cogitarem, deberemus cogitare, non solum omnem Scripturam sanctam, sed etiam totam Philosophiam, ac præsertim Mathematicas demonstrationes, quæ verissimæ sunt.

ARGUMENTVM 12. Te, inquit, interrogo, an possis aliquid facere vltra legem, vel non? si non potes, conuenimus: si potes, ergo teneris id facere; nam lex requirit omnes tuas vires, & quidquid potes; ergo implicat contradictionem, quòd possis vltra legem aliquid facere.

RESPONDEO, nego legem requirere omnes vires, & quidquid possumus: solum enim requirit, vt impleamus, quod præcipitur, siue nobis superent vires, siue non: alioqui primò ad Cor. 7. Paulus non potuisset dicere de homine soluto: *Quod vult, faciat, non peccat, si nubat.* Sic enim argumentabor: Aut potest continere, aut non, si non, ergo tenetur nubere, vt Caluinus & Martyr docet: si potest, ergo tenetur continere: lex enim requirit quidquid possumus, ergo nunquam datur tempus, quo liceat dicere, *Quod vult, faciat, non peccat, si nubat.*

ARGUMENTVM 13. Non carer superbia & arrogantia infinita, vt dicas, te plus facere quàm tenearis, & Christo sit iniuria non vulgaris, qui frustra dicitur mortuus, si valuisse legem præstare, aut plus efficere, quàm in illa præceptum fuerit.

RESPONDEO, non timuisse istam superbiam infinitam illas virgines, quæ teste Augustino, serm. 18. de verbis Apostoli dixerunt, *Amando te plus facimus, quàm præcipis*: neque illos omnes Patres, quos supra citauimus: sed hoc reuera non caret superbia infinita, propter tam debiles ratiunculas opponere se omnibus sacris Doctorebus, immò & ipsi Scriptura, quod Petrus Martyr facit.

Ccc 4

Illud autem de Christo est manifesta calumnia: non enim dicitur, posse hominem suis viribus, aut sine Christi gratia legem servare, vel aliquid superaddere.

ARGUMENTUM 14. Nolle Deum plus amare, si plus possis, gravissimum peccatum est, ergo nihil potest superaddere, quod non debeas. Probatur antecedens: primum, quia negat Deum esse summum bonum, qui non vult eum amare quantum potest: secundum, quia abutitur Dei dono, qui potest plus diligere, & non vult; nam posse plus diligere, sine dubio Dei donum est.

AD 25, quod qui talentum abscondit, à Deo punitus est, Matth. 25, & peccatum est ingratitude, nolle facere quod potes pro eo, cui non potes referre paria.

RESPONDEO, nolle plus amare si plus possis, esse peccatum, si ex contemptu id fiat, vel si necessitas exigat maiorem illum amorem; vel si id fiat ex superbia, quasi putares te satis esse perfectum; vel denique, si ex accidia & pigritia nolis vilo modo amplius proficere: id enim repugnat statui viatoris; at si velis quidem plus diligere, & proficere, sed iuxta conditionem, & gradum tuum, etiam si nolis ad altiore statum ascendere, quamvis possis, non peccas.

VERBI gratia, cui est imperatum; ut proficatur Venetias, si in media via consistat, & nolit progredi, peccat: si velit progredi, sed per viam communem, non per compendia, & si velit in ipsa via ambulare, non concurrere, non peccat.

ICITUR ad primum dico, illum negare Deum esse summum bonum, saltem factis, qui non vult eum summo amore diligere, id est, super omnia alia: qui autem diligit Deum super omnia, ille Deum habet pro summo bono, etiam si eum non tam ardentem amet, quam forte posset, vel non faciat pro eo omnia, quae posset, alioqui semper essemus perplexi, immò etiam semper peccaremus, quantumvis enim ardentem Deum diligamus, semper tamen videmur paulò ardentius posse diligere, si paulò amplius conemur.

AD secundum dico, illum abuti Dei dono, qui eo non vitur, quando est necessarium; qui autem paratus est eo uti, si necessarium sit, etiam si nunquam fortasse utatur, nò dicitur eo abuti; nà ille cui Paulus dicit I. Cor. 7. Quod vult, faciat, sine dubio potuit continere, & tamè ei dicitur: Non peccat, si nubat, & B. Augustinus de bono coniugali: cap. 21. dicit, Abrahamum habuisse donum continentiae, non minus, quam Ioannes habuerit, ita ut potuerit semper continere, & tamen nunquam continuasse, ne in extrema quidem senectute: & Ioannem Evangelistam habuisse donum patiendi martyrium, non minus quam Petrum, & tamen non exercuisse illud donum, ut fecit Petrus. Accusare autem Abrahamum, vel Ioannem, quasi donis Dei abusi sint, extremae dementiae est.

AD illud de ingratitude dico, non esse ingratum benefactori eum, qui benefactori adest, cum necessitas eius id postulat, aut cum ipse operam nostram requirit, & qui voluntati eius satisfacit: porro Deus contentus est, ut legem eius servemus, neque aliud à nobis requirit, etiam si possimus plura praestare.

AD illud de talentis dico, servum illum fuisse damnatum, quia habuerat praecipuum negociandi: quomodo nunc qui habet talentum concionandi, & simul habet praecipuum, quia est Episcopus, punietur, si non concionetur: at qui habet idem talentum, sed non habet praecipuum, non punietur, ut pater de sancto Antonio, &c.

CAPVT XIV.

Explicatur nomen, & definitio voti.

QUI VR disputatio tertia, quae est de votis monasticis, cuius disputationis sex erunt partes. Primum enim exponemus breuiter nomen & definitionem voti. Deinde explicabimus sententiam aduersariorum. Tertio, probabimus omne quod fit ex voto, esse cultum Dei. Quarto, vota non esse propria Iudaorù,

sed etiam à Christianis rectè fieri ostendemus. Quintò, de rebus praecipuis, qualis est promissio facta in Baptismo, non solere proprie fieri vota. Sextò, de rebus non praecipuis, ac nominatim de continentia, paupertate, & obedientia, vota rectè fieri demonstrabimus.

QUOD ad primum, nomen voti apud Latinos ambiguum est, significat enim promissionem & orationem, ac desiderium: dicimus enim, suscepi votum continentiae, id est, promissi Deo continentiam; item, pro voto mihi continentia succedit, id est, vt desiderabam; & vota pro continentia Deo fudi, id est, peccatus sum à Deo continentiam. Apud Graecos non est idem nomen pro voto, & oratione, tamen sunt duo affinia nomina, nam *ἄξι* significat votum, *προσάξι* orationem: apud Hebraeos voti & orationis nomina nullam habent affinitatem: votum enim dicitur *נדר*, oratio *תפלה* thephilab. cui rei ea est ratio, quod apud Graecos & Latinos, cum haec nomina inuenta sunt, non erat vlla vera pietas, & idè nihil homines Deo, vel Diis vouebant, nisi ad id, quod desiderabant impetrandum, & propterea semper votis annehebant preces, iuxta illud Virgilij Aeneidos 6. *Cessas in vota precisque*.

HINC igitur Graeci, vt obseruauit Gregorius Nyssenus oratione secunda in orationem Dominicam, vocauerunt orationem *προσάξι* quia post votum fiebat, quod vocabant *ἄξι*, Latini autem (vt diximus) eodem nomine promissionem Deo factam, & preces ad Deum appellabant. At Hebraei, quia Deum pie colebant, & absoluta etiam vota facere consueuerant sine vlla relatione ad preces, vt nos quoque Christiani facimus, propterea propriis & diuersis nominibus haec duo nominabant.

POTEST autem definiti votum; Religiosa promissio alicuius excellentioris boni, Deo facta libera voluntate. Promissio dicitur, quasi contractus quidam inter Deum & hominem. Nec enim sufficit ad votum proposuisse ac statuisse aliquid facere, nisi etiam promittatur; votum enim includit obligationem vnus ad alterum; non enim obligat votum solum ratione veritatis, id est, quia tenetur, qui vouit, votum facere, quod dixit, sed etiam ratione fidelitatis, quia tenetur alteri fidem datam seruare: haec autem obligatio non potest nasci ex proposito solo, quod quis apud se concipit, sed necessariò promissionè requirit. Religiosa dicitur, vt significetur, cuius virtutis actus sit votum, nimirum religionis.

EST autem obseruandum, in voto semper esse duas actiones, alteram materialem, alteram formalem. Materialis est, de qua fit votum, vt ieiunare, sacrificare, &c. Formalis est ipsa promissio ieiunandi, vel sacrificandi, & promissionis adimpletio: quare formalis actio semper est actus religionis: materialis autem interdum est religionis, vt si quis voueat quotidie sacra facere: interdum alterius virtutis, vt si quis voueat sexta feria semper ieiunare. Excellentioris boni dicitur, vt determinetur materia voti: nec enim voueri potest, nisi id, quod melius sit facere, quam omittere.

EX quo perspicuum est quinque rerum genera excludi à materia voti. Primum, peccata, vt cum Iudaei vouerunt se occisurum Paulum, Actuum 23. nam vouere peccata, non est Deo munus promittere, sed minari. Secundò, opera indifferentia, vt non ire ad forum, non enim potest Deo placere, quod est vanum & inutile, *displicet enim ei stulta promissio*. Eccles. 5. Tertio, opera impossibilia, vt si quis voueat se profecturum in Hierusalem sine nauis. Quarto, opera necessaria, vt si quis voueat se moriturum, quando placuerit Deo. Quintò, opera bona, quae tamen maiora bona impediunt, vt si quis voueat se duciturum vxorem. Quanquam hoc ipsum certo tempore, ac certa persona potest esse melius facere, quam omittere: proinde tum erit legitima voti materia, etsi absolute contra iudicandum sit.

DEO facta, dicitur vt intelligamus, vota differre à iuramentis, licet vtraque sint actus religionis, & in materia fereè conueniant, vota enim sunt Deo, iuramenta hominibus per Deum; non autem hinc excluduntur vota, quae sunt sanctis, nam vel ea sunt vota materialiter, non formaliter, vt quidam docent, qui existimant, in votis Sanctorum duas esse promissiones, vnam Sanctis, quibus aliquid promittitur, alteram Deo, cui promittitur adimpletio promissionis factae Sanctis, & hanc solam proprie votum esse dicunt, vel (quod verius puto) vota sunt verè Sanctis, sed vt sancti sunt, id est, vt excellentissimo modo participant Dei naturam & gloriam, de qua re disputauimus in lib. tertio de Ecclesia triumphante, capite decimo.

ADDMVS vltimo, libera voluntate, vt distinguatur votum à lege communi. votum enim est lex quaedam priuata, & obligat more legis, sed lex communis obligat etiam nolentem, & inuitum, votum autem est lex, quam nos ipsi nobis ferimus, & proinde non obligat, nisi eum qui sponte votum fecerit, & hinc non habentur rata vota facta ante vsum rationis, nec ea, quae propter ignorantiam, aut metum sententur inuoluntaria.

CAPVT XV.

Explicatur status quaestionis.

AM vero, vt breuiter explicemus, quibus in rebus ab aduersariis dissentiamus; Lutheri & Caluini sententia eadem esse videtur; vterque enim tria quaedam de votis docet.

PRIMUM, vota ad colendum Deum non posse fieri, nisi de rebus praecipuis, proinde vnus esse commune votum fidelium promissionem illam, quam facimus in Baptismo.

SECUNDVM, vota de rebus à Deo non praecipuis posse fieri, si non ad colendum Deum, aut satisfaciendum pro peccatis, sed ad negotia huius vitae expeditius peragenda, aut ad vitanda peccata, aut ad alios bonos fines facta; exempli causa, docet Caluinus, eum, qui saepe in vitium ebrietatis labitur, rectè facturum si voueat, se triduo aquam bibiturum, si iterum inciderit in ebrietatem; quomodo etiam existimat, Apostolorum tempore viduas quaedam vouisse continentiam, vt expeditius fungerentur munere Diaconissarum.

TERTIVM, vota Monachorum impia irrita, & omnino soluenda esse, quòd fiant cum opinione cultus, & tamen de iis rebus sint, quas Deus nusquam praecipit. Hac omnia Lutherus docet in libro de votis monasticis, & Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 13. Nec dissimilia docent, Confessio Augustana art. 27. & Confessio VVitembergensis cap. de votis monasticis.

PETRVS Martyr in libro de coelibatu & votis monasticis, duo dicit pugnantia cum doctrina Lutheri & Caluini. Primum est, vota in Testamento veteri fieri potuisse, vt etiam sacrificia & caeremonias ceteras, in nouo Testamento fieri non posse, cum sint abrogata cum reliquis Iudaicis caeremoniis. Secundum est, promissionem, quae fit in Baptismo, non esse votum, in tertio dicto cum Luthero & Caluino concordat.

CAPVT XVI.

Omne quod fit ex voto, esse cultum Dei.

IT igitur ad disputationes veniamus, statuo hanc propositionem: Omne quod fit ex voto, etiamsi alioqui nò sit à Deo praecipuum, verè & proprie est cultus Dei. Hac propositio est contra Lutherum & Caluinum, qui vota de rebus non praecipuis, docent non posse fieri ad colendum Deum; quasi aliqua esse possint vera vota, quae nò sint cultus Dei. Probo igitur positam assertionem.

PRIMò, vouere est actus religionis, ergo & reddere siue implere votum est actus religionis, siue fiat de re praecipua, siue non praecipua. Probatur antecedens ex illo Isaia 15. *In illo die cognoscent Aegyptij Dominum, & colent*

cum in hostiis & muneribus, & vota vouebunt, & soluent. Vbi posteriora sunt explicationes priorum; vota enim munera sunt. Praeterea haec est natura voti, vt rem aliqui non ordinatam ad Dei cultum, ordinet ad cultum Dei, iuxta illud Deuteronomio 12. *Quidquid sanctificaueris & voueris, &c.* Denique faretur Caluinus lib. 4. cap. 13. §. 2. vouere esse officium religionis. Probatur iam consequentia; nam promittere & soluere, ad eandem virtutem pertinent; sed per id, quod fit ex voto, etiam si nò praecipuum, impletur votum, ergo per id colitur Deus.

SECUNDò, omne votum est promissio Deo facta, vt etiam Caluinus docet initio cap. 13. lib. 4. instit. ergo votum quodecunque implere, est fidem Deo seruare; at seruare Deo fidem, est Deum immediatè colere, & honorare: sicut è contrario fidem ei non seruare, est iniuriam illi facere, ergo cuiuslibet voti impletio cultus Dei est.

TERTIò, omne iuramentum est cultus Dei, etiamsi fiat de re non praecipua, vt, si quis iuret, se non bibiturum vinum, vt Caluinus ipse affirmat libro 2. cap. 8. §. 23. institutionum, ergo & votum de re eadem erit cultus Dei. Probatur consequentia: nam adè similia sunt iuramenta, & vota, vt in Scripturis saepe iuramentum pro voto accipiatur, vt patet Num. 30. *Si mulier, inquit Scriptura, habens virum vouerit aliquid, & verbum de ore egredietur animam eius obligauerit iuramento, voti rea erit, reddet quod promisit, &c.* Praeterea sicut per iuramentum de re non praecipua faciendum, honoramus Deum, quia protestamur, eum esse immutabilem veritatem, & veritatis assertorem; ita per votum de re non praecipua, sed tamen bona, Deum honoramus, quia protestamur ei, vt summo bono placere actus virtutum.

QUARTò, soluere ex voto aliquid non praecipuum, sed tamen bonum, falsis Diis, est peccatum, & non aliud quam idololatriae, ergo soluere Deo vero ex voto rem eandem, erit actus laetitiae.

QUINTò, si quis voueat abstinere per triduum à vino, & non faciat, sine dubio peccat: at non peccat peccato intemperantiae, non enim est actus necessarius temperantiae; abstinere à vino: ergo peccat, quia Deum afficit iniuria, non seruando illi fidem: ergo si abstinet, Deum honorat.

SIXTò, omni actu virtutis etiam non praecipuo, nec ex voto factò, sed factò tamen propter Deum, colitur Deus, ergo multò magis, si is actus fiat ex voto, eo Deus coletur. Probatur antecedens. Primum, Scripturae testimonio, nam Luca 2. dicitur Anna seruasse Deo ieiuniis & orationibus, & est verbum *λατρεύου*, quod proprie cultum significat, Philip. 4. *Repletus sum, acceptis ab Epaphrodito, quae misistis in odorem suauitatis, hostiam placentem & acceptam Deo.* Hebr. vltimo: *Beneficentia & communicationis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promouetur Deus.* Iacobi primo: *Religio mundana apud Deum est, visitare pupillos & viduas, &c.* Quae omnia intelliguntur etiam de Eleemosyna non praecipua.

SECUNDò, ex Patr. bus. Nam Tertullianus libro de resurrectione, carnis cap. 8. ait: *Nam Sacrificia Deo grata, consuetudines dico animae, ieiunia, & seras, & aridas escas, & appendices huius officij sordes, caro de proprio suo incommodo instauratur, virginitas quoque, & viduitas, & modesta in occulto matrimony dissimulatio, & vna notitia eius, de bonis carnis Deo adolentur.*

EPHANIVS har. 43. virginitatem & abdicationem rerum vocat approbatum Dei cultum.

HERONYMVS lib. 1. in Iovinianum: *Ille, inquit, virginitas hostia est Christo, cuius nec animum cogitatio, nec carnem libido maculauit.*

AVGVSTINVS libro de bono viduitatis, c. 9. de continentia loquens: *Nulla, inquit, Christo subtrahatur oblatio, &c.* Et lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 6. sacrificium vocat omne opus bonum propter Deum factum; certum autem est, sacrificium proprie cultum esse Dei.

SEPTIMO, votum de re præcepta non est verum & proprium votum, nisi quatenus res illa concipitur, ut non præcepta, ut paulò post ostendimus: igitur vel votum de re non præcepta cultus Dei est, vel nullum votum est cultus Dei, sed hoc est falsum, ergo illud verum.

OSTAVO, si votum de re non præcepta, non est cultus Dei, ergo nec ipsum vouere absolute est cultus Dei, nam ipsum vouere nusquam est præceptum: at hoc est contra ipsum Caluinum, qui docet, vouere esse actum religionis.

NONO, probatur exemplis Scripturarum. Nam primum votum legitur Genes. 28. *Votum vouit Iacob, si fuerit Dominus mecum, &c. erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem exeri, vocabitur domus Dei, cunctorumque, qui dederit mihi, decimas offeram tibi.* Quod hoc sit votum de re non præcepta, patet, quia alioqui peccasset Iacob faciendo votum conditionatum de re præcepta. Quod autem hoc votum fuerit factum ad colendum Deum, patet, nam habere lapidem pro domo Dei, id est, pro ara, & offerre decimas, sunt actus religionis.

ALIVD votum fuit Dauidis de extruendo templo, de quo Psalm. 131. *votum vouit Deo Iacob, &c.* quod hoc votum fuerit de re non præcepta, patet ex lib. 2. Reg. cap. 7. vbi Deus audito hoc voto Dauidis, & laudata eius voluntate, dicit, se non præcepisse, ut sibi fieret templum, nec velle fieri à Dauid. Quod autem Dauid hoc loco voluerit colere Deum, patet, quia extruere templum est actus religionis.

DENIQUE, omnia vota, quæ leguntur in Scripturis Leuit. 27. Num. 6. & 30. Deuter. 12. & 23. vota erant de rebus non præceptis, ut ex ipsis locis patet, & tamen quod placerent Deo, patet, quia seuerissimè illorum solutionem exigebat: *Si votum voueris, inquit Deut. 23. non tardabis reddere, quia requirit illud Dominus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum: si nolueris polliceri, absque peccato eris.* Vbi clarè vides, votum liberè factum, à Deo seuerè exigì.

SED soluanus argumentum illorum: Sic igitur argumentantur: Omnis cultus voluntarius, id est, quem Deus non præcipit, Deo placere non potest; ergo non debet fieri votum de re non præcepta ad colendum Deum. Probatur antecedens; nam Colof. 2. Apostolus reprehendit omnè *idolatriam*, sic enim est in Græco, quod noster interpretis vertit, superstitionem, & Rom. 14. ait: *Quod non est ex fide, peccatum est.* Quibus verbis indicat, peccatum esse id aggredi, quod fides ex verbo Dei concepta non ostendit, qualiter à Deo aestimetur; tales autem sunt omnes cultus voluntarij.

AD illud, ad Colof. 2. de *idolatriâ* quidam respondent, Paulum eo loco non accipere in malam partem cultum voluntarium, sed in bonam, tamen quia vulgata editio vertit, superstitionem, & Hieronymus in epistola ad Algasiam, quæst. 10. Augustinus in epist. 59. ad Paulinum, quæst. 7. Ambrosius, Theodoretus, Oecumenius, & alij omnes in hunc locum, accipiunt eam vocem pro simulata religione: dicendum est, Apostolum hoc loco voluntarium cultum appellare non eas actiones, quæ non sunt à Deo præcepta, id enim repugneret plurimis Scripturarum testimoniis, ut iam probauimus, sed eas, quæ nec à Deo probata, vel commendata sunt, nec reuera ex natura sua sūt materia cultus, sed sunt res inanes, & tamen ab aliquibus vsurpantur, quasi essent cultus, quales sunt qui dicuntur superstitioni cultus, ut cum aliqui ponunt religionem in numero lotionum, ut Iudei olim faciebant, & Turcæ hoc tempore faciunt, qui putant valde se colere Deum, si toto corpore sapius loto ad orandum accedant, loquitur enim Apostolus de iis, qui se abstinebant à cibis quibusdam, tanquam natura sua immundis, & in eo ponebant religionem, si tales cibos nunquam attingerent.

AD illud ex Rom. 14. dico, cum communi expositio-

ne veterum, fidem accipi pro conscientia, ut sensus sit, peccatum esse id omne, quod sit contra conscientiam. Sed admissa etiam Caluini expositione, non video, quare ratione inde colligatur, non placere Deo cultus, quos ipse non præcepit, nam fides ex verbo Dei concepta, non ostendit solum placere Deo, quæ ipse præcepit, sed etiam quæ ipse consuluisset, & quæ neque præcepit, neque consuluisset, sed tamen ex se bona sunt, quales sunt actus omnium virtutum, ut patet ex infinitis locis, vbi iubet sibi reddi vota, sponte facta.

CAPVT XVII.

Non fuisse Iudeorum proprium vota facere, sed cum Christianis etiam id esse commune.

REFELLENDÀ nunc est Petri Martyris sententia, qui in lib. de votis & cœlibatu contra Smitham, aduersus omnes, cum Catholicos, tum hæreticos, omnia omnino vota Christianis interdicit. *Quare, inquit, ut alia caremonia per Christum sublata sunt, ita & vouendi ratio debet facessere.* Et infra: *Quare votum, licet antiquitus potuerit vsui esse, cum ad legis caremonias pertineret, modò explosum est.*

HÆC sententia primò refellitur ex illa prædictione Isaia 19. *Colent eum in hostiis & muneribus, & vota uoluntur Domino, & soluent.* Hæc enim de Christianis prædicta esse, S. Hieronymus, S. Cyrillus, & ceteri omnes in commentario huius loci aperitissimè docent.

RESPONDET Martyr, hæc quidem de Christianis dici, sed per vota & hostias non intelligi vera vota, verâque hostias, sed cultum spiritalem & Christianum. Dicit enim Isaia cum Iudeis loqueretur, per ea, quibus tunc Deus colebatur, explicare voluisse cultum postea futurum, non enim aliter Iudeos intellecturos fuisse, quæ dicebantur.

SED refellitur hæc solutio; nam imprimis etiam si nõ habeamus easdem hostias, neque eadem vota, quæ Iudei habuerunt, tamen si nulla haberemus, malè explicuisset Isaia cultum Christianum per hostias & vota: non enim explicatur aliquid per id, quod nullo modo ei simile est. Longè meliùs explicuisset per contradictorium, si dixisset: non colent hostias, nec vota uoluntur, tunc enim omnes intellexissent cultum quidem futurum, sed non qualis tunc erat.

PRÆTEREA expositio ista Petri Martyris nõ potest probari, nisi assumatur ut certum id quod est in quaestione. Nam si petas ab eo, cur illa verba, *Vota uoluntur, & soluent,* exponere velit metaphorice potius, quàm proprie, nihil aliud respondebit, nisi quia proprie exponi non possunt, cum apud Christianos nulla essent futura vota. At hoc est, de quo contendimus; An Christiani sint vota facturi, & cum ille neget, nos asseramus, quis non videt verbum Dei à nobis facere, cum de Christianis dicat: *Vota uoluntur, & soluent?*

SECUNDO, idem probatur ex illa exhortatione Psalm. 75. *Vouete, & reddite Domino Deo vestro, &c.* tamen enim Petrus Martyr contendat, hæc Iudeis tantum dici, tamen longè aliud docent sancti Patres, ex quibus beatus Augustinus hunc locum ita enarrat, non Iudeis, sed Christianis loquens, *Quisque quod potest uoueat, reddat, & non sitis pigri ad uouendum, non enim viribus vestris implebitis.*

TERTIÒ, idem probatur ex illis verbis B. Pauli prioris epistola ad Timotheum, capite quinto, vbi de viduis quibusdam dicit. *Cum luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Quo loco per primam fidem omnes omnino interpretes, tum Græci, tum Latini, intelligunt votum continentia. Sanctus Augustinus in Psalmum 75. *Quid est, inquit, primam fidem irritam fecerunt? uouerunt, & non reddiderunt.* Sed de hoc loco infra fusè differemus, nunc solum innuisse sufficiat. Omnia quoque testimonia &

argu

argumenta, quæ proferemus, ad probanda vota monastica esse licita, hæc etiam referri possunt.

VLTIMO, votum non est caremonia Iudaica, nulla igitur caussa est, cur solis Iudeis, & non etiam Christianis liceat vouere, nam in primis vouendi actus sola mente re perfici potest. Tamen enim ore quoque vouere solemus, tamen etiam sine vlla voce solo cordis motu votum emitti potest: caremonia autem omnes res sunt exteriores, & sensibiles, ut notum est, non igitur vota ad caremonias, sed ad internum cultum pertinent.

DEINDE licet vota caremonia essent, non continuò Iudaica essent, multæ enim sunt caremonia omni homini generi, & omni religioni communes, ut genua flectere ad orandum, manus attollere, cœlum aspicere, tundere pectus, & denique illa, solæ dicuntur proprie Iudaicæ caremonia, quæ vel à Mose sunt instituta, vel Christum venturum significabant, quauis ante Mosè m cœperint, & proinde Christo adueniente cessauerunt.

PORRO vota non cœperunt à Mose, nam Iacob Patriarcha *votum vouit*, Genes. 29. longè antequam Mos nascereur, neq; vota ad Christum venturum significantum instituta sunt. Quid enim habent cum Christo venturo vota ieiuniorum, continentia, elemosinarum, & similia? Nec demum cum Mose cessarunt. Nam licet in Ecclesia Christi post Euangelij plenam promulgationem cessauerit circumcisio, sacrificia ouium ac bouum, & alia id genus, tamen vota nunquam cessarunt, ut patet, vel ex vno loco sancti Augustini: siquidem in illud Psalmi septuagesimoquinto: *Vouete, & reddite*, sic ait de Christianis sui temporis, *Alius vouet Deo castitatem conjugalem, ut præter uxorem non nouerit aliam. Alij etiam vouent, uti experti tale coniugium, vltra nihil tale pati, nihil tale concupiscere, aut sustinere, & ipsi uouerunt aliquid maius, quàm illi. Alij uirginitatem ipsam ab ineunte ætate vouent, ut nihil tale vel experiantur, quale illi experti sunt, & reliquerunt: & ipsi uouerunt plurimum. Alij uouent domum suam esse hospitalem omnibus sanctis aduenientibus, magnum votum vouent. Alius vouet, relinquere omnia sua, distribuendo pauperibus, & ire in communem vitam in societatem sanctorum, magnum votum vouit.* Hæc ille.

AC ne forte respondeatur, vouendi caremoniam esse iure abrogatam, sed non facta, ac non defuisse qui uouerint, sed eos fecisse, quod non licebat, considerandum est, non qualescunque homines, sed doctissimos, & sanctissimos, ut Augustinum, Basilium, Hieronymum, Bernardum, aliisque permultos vota uouisse, & laudasse, quorù testimonia postea afferentur: nunc Augustinū sufficere posse putauimus, præsertim cum id aduersarius noster non neget.

RESPONDET enim Martyr, non esse curandum, quid homines etiam si inculpati, & sine contouersia, Deo grati fecerint, quia non illorum vita, sed verbum Dei est regula nostræ fidei, quod quidem accepit Martyr à Luthero, qui in libro de abroganda Missa fusissimè docet, non esse cogitandum, quid Sancti fecerint, sed quid facere debuerint secundum regulam uerbi Dei.

AT quomodo, quæso, potest fieri, ut inculpati, & Deo grati fuerint, qui vota frequentarunt, in Christi Ecclesia, si vota ad caremonias Iudaicas pertinent? Certè si qui hoc tempore, vel circumcisioem, vel Sabbathum, vel sacrificia cruenta publice celebrarent, nullo modo inculpati & grati Deo esse possent, præsertim si nulla ignorantia laborarent. Si ergo vota similia sunt circumcisioem, & sacrificiis cruentis, ut Martyr affirmat, quomodo inculpati, & grati Deo fuerunt Basilus, Augustinus, Bernardus, & alij doctissimi uiri, qui vota fecerunt, & aliis facienda iusserunt?

DEINDE non est nostra quaestio, verbum Dei ne, an exempla Sanctorum pro regula fidei & morum habere debeamus, sed utri verbum Dei meliùs intellexerint, Pe-

trus Martyr, Caluinus, Lutherus, & similes homines, an uiri illi, quos sanctissimos, & doctissimos fuisse utriusque confitemur: exempla enim Sanctorum non repugnant uerbo Dei, sed explicant, ac declarant: idè & Apostolus dicebat: *Imitatores mei estote.* Et Christus Matthæi 7. uiros sanctos comparat lucernæ positæ super candelabrum, quæ lucet omnibus, qui in domo sunt, nequè huic ueritati repugnat, quod etiam sancti interdum labuntur, ut patet de ebrietate Noë, de adulterio Dauidis, de simulatione B. Petri, quam Paulus reprehendit; non enim omnia facta Sanctorum imitata esse dicimus, sed ea solum, quæ neque pugnant aperte cum regula fidei, neque inueniuntur uel à Scriptura, uel ab aliis sanctis uiris reprehensa, sed contra potius à pijs, & doctis passim laudata. Insumodi autem esse vota, nemo negare potest, nisi quis uel nihil legerit, uel nihil credat.

CAPVT XVIII.

Soluntur obiectiones.

ED audiamus nunc obiectiones Petri Martyris, ut uideamus, an habuerit aliquam, si non iustam, saltem probabilem causam recedendi à communi sententia omnium penè tùm Catholicorum, tum hæreticorum.

OBIECTIO prima. In Testamento ueteri frequens est mentio uotum, in nouo ne nominatur quidem uotum, nisi cum sermo est de uotis Iudaicis, ut Act. 21. igitur uota ad caremonias Iudaicas pertinent.

RESPONDEO, nomen uoti in Testamento nouo non habetur, res tamen habetur, ut ostendimus ex Apostolo, & infra clarius ostendemus; sed etiam si non haberetur, sufficerent testimonia ueteris Testamenti cum vsu & explicatione Ecclesie. Moralia enim præcepta, uel documenta Scripturae ueteris, non minus ad Christianos, quàm ad Iudeos pertinent; idcirco enim assidue in ecclesia leguntur Psalmi, quod pleni sint moralibus documentis.

ET sanè si Martyris argumentum ualeret aliquid, concluderet etiam, vsuram Christianis non esse prohibitam, nam vsura in Psalmis, & Prophetis, passim prohibetur, in Testamento nouo non legitur prohibita sub nomine vsuræ, colligitur quidem vsuræ prohibitio ex illo loco: *Mutuum date, nihil inde sperantes*, Luca 6. sed modò obscurius, quàm uotum colligatur ex illis uerbis Pauli, quia primam fidem irritam fecerunt: nam ista uerba omnes Patres de uoto intelligunt, illa non omnes intelligunt de vsurâ; nam sanctus Basilus in commentario Psalm. 14. S. Ambrosius in libro de Tobia, cap. 16. S. Hieronymus in commentario Ezechiel. cap. 18. & alij recentiores, contendunt in illis uerbis non prohiberi vsuram, sed consilium dari diuitibus, ut dent mutuum sine vlla spe sortem ipsam recuperandi.

SI igitur vsura iure diuino prohibita est Christianis, licet expressè eiusmodi prohibitio non habeatur nisi in ueteri Testamento, quantò magis religio uouendi licita erit Christianis, cum & res, & nomen uoti in testamento ueteri, res autem in nouo expressè contineatur?

SECUNDA obiectio. Quotquot fidem Christi profitemur, eo ipso toti sumus illi obstricti; quid igitur uoto nos rursus ei tradimus? ridiculus porò haberetur filius, qui tabulis obstrictus atque testibus ueller se se patriæ potestati subdere. Idcirco qui uota nuncupant, aut se fateantur non esse Dei, aut intelligant, quàm uouendo stultè agant, dum, quemadmodum dicitur, actum agunt. Lege cauit Deus, ne Israelita primogenita ex pecoribus sibi uouerent, non alia sanè ratione, nisi quòd iure sibi debebantur; propterea cum nos iam Christi membra simus, & Deo omnibus modis obstricti, non minus quàm primogenita antiquitus erant, non est permittendum, ut uocamus. Hæc ille.

RESPONDEO dupliciter. Primò, retorquendo argumentum; nam quemadmodum Christiani Deo sum

obstri

obstricti ratione creationis, & redemptionis, sic etiam Iudaei obstricti erant Deo ratione creationis & liberationis de Aegypto, igitur etiam illi vouere non poterant, ne actum agerent.

RESPONDET Petrus Martyr, nos quidem vouere non posse, quia non solum Deo obstricti sumus, sed etiam scimus obstrictos nos esse luce iam Euangelij coruscante; illi autem vouere poterant, & debebant, ut admonerentur hac veluti pedagogia perpetuo debito se, ac sua omnia Deo obstricta esse.

At nullo negotio hac solutio refelli potest; nam qui apud Iudaeos vouebant, non erant solum imperiti aliqui homines, sed etiam Prophetae sapientissimi, qui melius nouerant debitum nostrum cum Deo, quam vlli nostrum sciant. David Propheta sapientissimus; *Votum vouit Deo Iacob*, Psal. 131. & principes ad vouendum hortatus est, lib. 1. Paral. cap. 29. vbi haec addidit, ut os obstrueret Petro Martyri, indicans se & suos non ignorare omnia esse Dei; *Quis*, inquit, *ego, & quis populus tuus, ut possumus tibi haec vniuersa promittere? tua sunt omnia, & quae de manu tua accepimus, dedimus tibi.*

PRATEREA, si Iudaei hoc ignorassent, non potuissent per vota huius debiti admoneri, sed potius contrarium ex sua vouendi consuetudine colligere potuissent; nam si non possumus vouere Deo, quae ipsi sunt, qui vouere, admoneretur se aliquid habere quod non sit Dei. Itaque pedagogiam valde malam Deus Iudaeis tribuisset, si esset vera Martyris sententia. Voluisset enim eos assuescere faciendis votis, ut admonerentur omnia esse Deo obstricta, & interim contrarium eueniret.

RESPONDEO secundò ad argumentum directè, nos & omnia nostra Deo esse debita & obstricta in hoc sensu, quòd omnia ab illo accepimus, & eius beneficio retinemus, & proinde potest ille, si velit, omnia repetere, & nos tenemur quidquid ille iusserit facere: tamen quia ille multa nobis libera relinquit, in quibus possumus pro arbitrio, hoc aut illud facere, idcirco multa sunt Dei & nostra simul; Dei, quia eius beneficio illa habemus, nostra, quia possumus pro arbitrio de illis disponere, dummodò non contra Deum. Quocirca quando vouemus, & offerimus aliquid Deo, de rebus eius damus, & tamen verè damus, quia res illae etiam nostrae erant, & potuissimus non dare. Vnde Concilium Arausicanum can. 11. *Nemo*, inquit, *quidquam Domino rectè vouerit, nisi ab ipso accepit, sicut legitur, quae de manu tua accepimus damus tibi.*

AD illud exemplum filii familias, qui ridiculus esset si tabulis obsignatis se subdere vellet patri, respondeo; filium familias ridiculum fore si tabulis obsignatis se patri subdere vellet in iis rebus, in quibus necessariò parere tenetur, & de quibus imperium patris iam habet, at non fore ridiculum, si in iis rebus se subdat, in quibus alioqui sui iuris erat. Nec enim parentes possunt omnia quae volunt filiis imperare, & in iis etiam quae possunt, saepe non imperant, sed dant filiis optionem; exempli causa, liberum est filiis uxorem ducere, vel non ducere, nec possunt in ea re à parentibus cogi, si tamen quis patri polliceatur se facturum in eo negotio, quod is imperauerit, tenebitur stare promissis.

AD illud autem de primogenitis pecorum, quae Deo voueri non poterant, quia Dei erant, respondeo, hoc ipsum sententiae nostrae fauere; nam idèd primogenita pecorum voueri non poterant, reliqua autem voueri poterant, tamen omnia Dei sunt: *(Domini enim est terra, & plenitudo eius.* Psal. 24.) quia Deus Leuit. 27. non reliquerat Iudaeis liberam dispositionem primogenitorum, ut reliquerat rerum ceterarum. Sic igitur & nos non vouemus ea quae non sunt in nostra potestate, sed ea solum, quae Deus libera nobis reliquit.

SED instar Petrus Martyr; nihil est liberum, nihil indifferens in particulari, licet in genere dicantur quadam

A *ad id quod dicitur, quia nec omnibus, nec omni tempore conueniunt; nam cum aliquid occurrit expetendum, vel reiiciendum, aut illud repugnat salutis propriae vel aliorum, & necessariò reiiciendum est; aut conducit salutis propriae vel aliorum, & necessariò expetendum est, si verè Deum, & proximum diligimus.*

RESPONDEO, falsum esse membrum hoc postremum; non enim necessariò expetendum est quod conducit salutis propriae vel aliorum, alioqui non diceret Dominus Deut. 23. *Si nolueris polliceri, absque peccato eris.* Neque Apostolus diceret I. Cor. 7. *Quod vult faciat, non peccat, si nubat.* Qui enim potest sine peccato facere quod voluerit, id est, nubere, aut non nubere, vouere, aut non vouere, certè nec necessariò cogitur expetere nuptias, aut votum, nec necessariò illa reiicere. Illud ergo solum necessariò est expetendum, quod necessarium est ad salutem: quod verò vtile est, non necessarium, vtiliter quoque, non necessariò expetitur.

OBIECTIO tertia. Libertas Euangelica, in qua nos Dominus constituit, minuitur per vota, non igitur Christianis licet vouere. Antecedens probatur, nam Christus libera esse voluit genera vitae, quòd nec omnibus, nec omni tempore conueniant. Qui autem vouent vnum genus vitae, necessarium sibi illud faciunt, ut iam non possint ad aliud transire. Item, Christus nos à lege exonerare constituit, qui autem vouent, se magis ac magis impediunt legibus. Cur, inquit, Martyr, non se liberos seruant; si nolunt rectè agere, nisi lege adigantur, se magis ad seruitutem legis, quam ad regnum gratiae & fidei pertinere declarant?

RESPONDEO primò, retorquendo argumentum, nam si Christus libera esse voluit genera vitae, cur ipsi se legibus matrimonij astringunt; nec minùs enim impedit coniugium à cœlibatu, quam votum cœlibatus à coniugio. Deinde, si Deus liberos nos à legibus esse voluit, & genera vitae libera nobis reliquit, quid est quod paulò antè Martyr dicebat, nihil esse liberum, nihil indifferens, sed omnia omnino aut praecepta, aut prohibita? Itaque praedicant verbo libertatem Euangelicam, & interim imponunt legem importabilem, & qualem nullus vnquam tyrannus imposuit.

SECUNDò respondeo, libertatem Euangelicam non esse libertatem (ut illi somniant) à lege, sed à peccato, Rom. 6. *Libertati à peccato, serui facti estis iustitiae.* item à caeremoniis Iudaicis, quae erant vmbra futurorum, ac demum à timore, & seruitute, non autem ab obligatione legis; qui enim charitate, quae est propriae gratiae Testamènti noui, & libertas Euangelica, praeditus est; lege quidem tenetur, sed non est sub lege, quia libenter implet legem. Sed de hac re alibi saepe tractauimus.

OBIECTIO quarta. Qui vouet, iniuriam Deo facit, nam imprimis repugnat illi, faciens necessaria, quae ille voluit esse libera. Deinde arguit Deum vel insipientiam, vel inuidiam; nam voto se obligat ad vnum genus vitae, ut eo modo perfectior euadat; quasi Deus, qui eum ad illud vitae genus non obligauit, aut non sciuerit ei tam bene sibi prospicere, ut ipse prospexit, aut certè inuiderit illi istam maiorem perfectionem.

RESPONDEO, nullam fieri Deo iniuriam per vota, quia ipse voluit esse libera genera vitae negatiuè (ut sic loquar) non affirmatiuè, id est, noluit obligare, sed reliquit in arbitrio nostro, ut quisque ad quod vellet se obligaret. Quòd itaque non obligauerit nos, benignitas eius fuit, quòd verò per vota ipsi nos obligemus ad id, quòd illi gratis esse scimus, gratitudo, & pietas est: & sicut non pugnant benignitas Domini, & gratitudo serui, sic etiam non pugnat quòd nobis necessaria facimus, quae libera Deus nobis reliquit: neque insipientia aut inuidia illum arguimus, nam quòd facimus, eius consilio, & admonitione facimus, et si enim non imperauit nobis maiorem

illam perfectionem, ad quam per vota tendimus, consuevit tamen, & admonuit, ut ad eam aspirarem, de qua re paulò post agemus.

CAPVT XIX.

Non esse propriè votum, promissionem, quae fit in Baptismo.

EQVITVR ordine quinta pars disputationis, in qua refellenda est sententia Lutheri & Caluini, quòd promissio, quae fit in Baptismo, votum propriè dici debet. Sunt autem quadam antea praenotanda. Primum est, quaestionem esse inter Theologos, num res à Deo imperatae sub votum propriè cadere possint. Quidam enim id negant, ut sanctus Thomas, & sanctus Bonauentura in quarto distinct. 38. Alij verò affirmant, ut recentiores quidam, Dominicus à Soto lib. septimo de iustitia, & iure, quaest. 1. art. 3. Alphonsus à Castro lib. 1. de lege pœnali, cap. 10.

SED conciliari possunt haec sententiae, nam duobus modis fieri potest votum de re praecipua: vno modo cum intentione se obligandi, etiam si res illa praecipua non esset, alio modo cum intentione solum acceptandi, & testificandi obligationem, quae antea erat. Priore modo loquuntur auctores posteriores, & rectè docent res etiam à Deo imperatas, propriè posse voueri, si concipiantur ut liberae, & qui vouet intèdat ad eas se obligare noua obligatione: nam qui cœlibatum Deo vouit, non minùs propriè censetur sacrilegus, si fornicetur, quam si nubat: ex quo sequitur, non fornicari esse etiam materiam voti propriè dicti, licet alioqui praecipuum sit: pari ratione qui post votum paupertatis furatur, non minùs sacrilegus est, quam si res suas, quas iam dimiserat, repetat: ex quo intelligimus non furari, quòd praecipuum est, posse sub votum cadere, ut res suas dimittere, quòd non est praecipuum, sed consilium. Vide S. Thomam in 2. 2. q. 106. art. 10. vbi admittit religiosos bis peccare: si fuerint aut fornicentur, quòd & contra legem communem, & contra votum proprium delinquant.

POSTERIORE modo loquuntur auctores priores, qui rectè docent res praecipuas non cadere propriè sub votum, si accipiantur ut praecipuae, id est, si quis dum eas recipit se facturum, nihil noui promittit, sed solum agnoscat & recipit obligationem, quam lex ipsa secù assertit, qualis fuit illa promissio Hebraeorum Exod. 16. *Cuncta quae loquutus est Dominus faciemus.* Vbi enim non est intentio nouae obligationis, nullum esse votum propriè dictum constat.

SECUNDò loco praenotandum est, in Baptismo omnes Christianos promittere se legem Dei seruaturus atque; ex eo tempore abrenunciare Diabolo, & pompis eius. id enim & ritus Baptismi testatur, & Patres apertissimè docent, ut Tertullianus lib. de corona militis: sanctus Cyprianus lib. 1. epist. 5. S. Basiliius lib. de Spiritu sancto, c. 2. sanctus Hieron. in Apolo. 1. prima cõtra Rufinum prope finem: sanctus August. lib. 1. de peccatorum meritis, & remission. c. 31. sanctus Gregor. hom. 29. in Euangelia, & Beda lib. 3. hist. Anglorum, cap. 19.

QUAESTIO igitur est, an ea promissio sit solum quaedam testificatio, & acceptatio obligationis, quam lex Dei secum affert, proinde noua appellanda votum, nisi fortè impropriè, & largo modo. An verò sit noua promissio noua obligationem includens, atque ad eòd votum propriè dictum. Martinus enim Lutherus in lib. de votis monasticis, & Ioannes Caluinus lib. 4. institutionum, c. 13. §. 6. votum primarium esse docent promissionem illam, quam facimus in Baptismo, cuius contrarium affirmat communis sententia Theologorum, in quarto sententiarum distinct. 38. Quae sententia quoniam verissima est, his argumentis confirmari potest.

PRIMUM, vota, ut in Scripturis accipiuntur, spontanea, ac voluntaria, non necessaria esse debent. Sic enim legitur Deuter. 23. *Si votum voueris, non tardabis redde-*

A *re, quia requirit illud Dominus, & si morans fueris, reputabitur tibi in peccatum: si nolueris polliceri, absque peccato eris.* At promissio, quae fit in Baptismo, necessaria est, neque de illa potest dici, *si nolueris polliceri, absque peccato eris.* Omnes enim ad Baptismum suscipiendum diuina leg. obligantur, neque Baptismus sine illa promissione ab Ecclesia datur.

SECUNDò, vota paruulorum à parentibus edita, rata non sunt, nisi ab ipsis, quorù nomine facta sunt, postmodum in aetate adul aconfirmentur: id enim docet sanctus Bernardus in epistola prima ad Robertum. & apertissima ratio id ipsum confirmat, quia votum est lex particularis, quam sibi quisque imponit, si vult, ac proinde voluntatè propriam necessariò exigit. At promissio, quae fit in Baptismo paruulos obligat, ita ut postea, velint nolint, cogantur eam habere ratam, etiam si nõ per se, sed per alios eam ediderint, igitur non ex voto, sed aliunde vim habet obligatio, quae suscipitur in Baptismo.

TERTIò, si ea promissio votum esset propriè dictum, omnia Christianorum peccata essent duplicia, quia contra legem, & cõtra votum, omnia essent sacrilegia, quia cõtra voti religionem: nec minùs peccaret secularis fornicando, aut furando, quam religiofus, ut patet. Ad hæc omnia communi fidelium sententiae ac iudicio repugnant, non igitur illa promissio votum est propriè dictum.

QUARTò, illa promissio quae fit in Baptismo, si votum esset, certè aut explicitè, aut implicitè voti obligationem contineret. At non explicitè continet, nec enim fideles dum baptizantur explicitam intentionem habent, aut habere debet se obligandi, nisi quantum ex ipsis Dei legibus obligantur: quòd autem nec implicitam obligationem contineat, ita probatur, si esset implicitum votum in Baptismo, aut esset ex lege Ecclesiae annexente hoc votum Baptismo, quomodo adiunctum est votum continentiae Sacramento ordinis: talis autem Ecclesia lex nusquam exstat; aut esset ex natura ipsa religionis Christianae, ut quemadmodum connexa sunt vota monastica ordinibus religiosi, ita etiam annexum esset Christianae religioni votum renunciandi Diabolo, & pompis, atque operibus eius. Sed neque hoc dici potest; nam religio Christiana cum sit omnibus necessaria, vincula habere debuit, diuinas leges, quae necessariò ab omnibus seruandae sunt: ordines verò religiosi, quia non necessitates, sed voluntatis sunt, vincula quoque non necessaria, sed voluntaria habent, qualia sunt omnia vota propriè dicta.

ACCEDAT postremò, quòd cum non sit villo modo necessaria, neque etiam admodum vtile de rebus iis, ad quas ex lege obligati sumus, ut vota facere, nisi forè ea vota coincident cum votis de rebus non praecipis, ex eo perspicuum est, quòd vota de rebus non praecipis idèd laudabiliter fiunt, praeter alias causas, ut homo eo modo firmius, & stabilis perseveret in bono opere iam concepto; qui enim se liberos cernunt, facile mutant propositum bonum. Cum igitur ad opera legis faciendae satis ligati simus ex ipsa lege, non opus est noua vincula quaerere, ne occasionem grauius peccandi nobis ipsis sine magna vilitate procureremus.

NON esse autem admodum vtile de rebus iis, ad quas ex lege obligati sumus, ut vota facere, nisi forè ea vota coincident cum votis de rebus non praecipis, ex eo perspicuum est, quòd vota de rebus non praecipis idèd laudabiliter fiunt, praeter alias causas, ut homo eo modo firmius, & stabilis perseveret in bono opere iam concepto; qui enim se liberos cernunt, facile mutant propositum bonum. Cum igitur ad opera legis faciendae satis ligati simus ex ipsa lege, non opus est noua vincula quaerere, ne occasionem grauius peccandi nobis ipsis sine magna vilitate procureremus.

OBIECTIONES, quae contra fieri solent, facile solui possunt. Prima obiectio, Christiani grauius peccant, & puniuntur cum non seruunt legem Dei quam Ethnici vel Iudaei: Igitur aliquam habent obligationem, quam illi non habent.

RESPONDEO grauius peccant, & puniuntur Christiani, quia magis ingrati sunt, & melius nouerunt Domini voluntatem: non autem quia habeant aliam obliga-

tionem, quia tunc non solum grauius peccarent, sed etiam bis peccarent.

SECUNDA obiectio. S. Augustinus in Psal. 75. *Pouete, inquit, & reddite Domino Deo vestro omnes communitate. Quid debemus vouere? credere in illum, sperare ab illo vitam eternam, bene viuere secundum communem modum: est enim quidam modus communis omnibus, furum non facere, adulterium non facere non amare violentiam, non superbire, non hominem occidere, non odisse fratrem, non aduersus aliquem texere perniciem, hoc totum omnes vouere debemus.* Hec ille.

RESPONDEO, accipit sanctus Augustinus, eo loco nomen voti largo & communi modo, ut non solum comprehendat vota proprie dicta, sed etiam quamlibet aliam promissionem, quamuis talis acceptio voti non facile in Scripturis inueniatur.

TERCIA obiectio: Ecclesia eos, qui promiserunt in Baptismo Christi legem se seruaturus, cogi ut eam seruet: non autem cogi Ethnicos, & Iudaeos, qui id non promiserunt; igitur obligatio quaedam nascitur ex promissione, quam non adfert secum ipsa lex, proinde illa promissio verum votum esse videtur.

RESPONDEO, cogit Ecclesia Christianos baptizatos, ut seruent legem Christi, non tam ex eorum promissione, quam ex eo, quod per Baptismum facti sunt membra, & filij Ecclesiae: omne enim membrum subiectum esse debet capiti, & omnis filius patri iure naturae subicitur.

CAPVT XX.

Paupertatem voluntariam recte Deo voueri.

RESTAT pars quaestionis postrema, in qua, ut promissimus, tria vota monastica defendenda sunt. Incipimus a voto paupertatis, inde ad votum obedientiae, postremum ad votum continentiae, de quo potissimum quaestio est, veniemus.

IGITUR paupertatem voluntariam recte suscipi ac Deo voueri, primo probatur ex illis verbis Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Vbi notandum est, pauperes in Scriptura tribus modis accipi solere. Primo dicuntur pauperes, qui sunt afflicti, ut Psal. 24. *Vnicuique & pauper sum ego, tribulationes cordis mei multiplicatae sunt.* Secundo dicuntur pauperes qui sunt humiles, ut Isaia ultimo: *Ad quem respiciam nisi ad pauperem & contritum, & trementem sermones meos?* Tertio dicuntur pauperes proprie, qui non sunt diuites, idque tribus modis, aut actu, sed non affectu: aut affectu, sed non actu: aut actu simul, & affectu.

QUINQUE igitur existunt huius loci expositiones. Prima est Caluini in hunc locum, qui per pauperes intelligit afflictos. Sed haec expositio non est germana: nam coincideret tunc haec prima beatitudo cum tertia, *Beati qui lugent:* aut cum vltima, *Beati qui persecutionem patiuntur.* Et praeterea non est expositio Patrum, ac demum Luc. 6. Dominus pauperibus diuites opponit.

SECUNDA expositio est Chryostomi in commentario huius loci, & Augustini lib. 1. de sermone Domini in monte, qui per pauperes intelligunt humiles: quae expositio vera quidem est, sed non primario intenta, ut paulo post ostendemus.

TERCIA esse posset, ut beati dicantur illi, qui sunt pauperes actu, non affectu, sed haec falsa expositio est, & a Patribus reprehenditur; non enim beati, sed miseri sunt isti pauperes: quocirca Dominus addidit, *spiritu, id est, voluntate, & electione, nec qualicumque voluntate, sed spirituali, ut notat S. Bernard. serm. 1. de festo omnium Sanctorum.* Fuerunt enim etiam Philosophi quidem voluntate pauperes, sed non spiritu pauperes, quia non propter Deum, sed propter curiositatem amarunt paupertatem.

QUARTA expositio esse posset, quod beati dicantur

pauperes affectu, licet non actu. Haec vera est, sed non precipue intenta, ut mox ostendam.

EST igitur quinta, ut beati dicantur, qui propter Deum sponte eligunt paupertatem, & proinde etiam humilitatem: & pauperes spiritu hoc loco nominari eos, qui sunt voluntarie pauperes, & proinde etiam humiles: nam ut plurimum diuitiae elationem, paupertas humilitatem gignit. Ita exponunt B. Ambrosius in cap. 6. Lucae: B. Gregorius Nyssenus, B. Hieronymus, & venerabilis Beda in caput quintum Matthaei; necnon S. Leo I. in sermone de illis verbis Domini Matth. 5. qui paupertatis voluntariae, & humilitatis simul meminerunt. Item Chromatius, & Anselmus in hunc locum: Basilius quaest. 205. Bernardus sermone primo de festo omnium Sanctorum, & recentiores, ut Abulensis, Lyranus, Caietanus, Iansenius, & alij qui de paupertate voluntaria, & actuali exponunt, & recte: nam imprimis verbum Graecum, *πωδς*, mendacium proprie significat, ut etiam Latina vox pauper, non humilem proprie, sed egenum significare solet.

DEINDE praemium illud (*Quoniam ipsorum est regnum caelorum*) propriissime respondet verae paupertati. Praeterea Luc. 6. Pauperes, qui beati esse dicuntur, non superbis, sed diuitibus opponuntur: sic enim paulo post subiungit Dominus: *Vobis diuitibus:* Denique Christus actu & affectu pauper fuit. Praeterea sapius diuitias periculosas esse dixit: nam Matth. 13. comparauit spinis, quae suffocant sementem, & Marci 10. *Quam difficile, inquit, qui pecunias habent, intrabunt in regnum caelorum.* Et, *Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem in regnum caelorum.*

HINC ergo sic argumentari possumus pro voto paupertatis. Id omne Deo recte vouetur, quod ex eius testimonio scimus esse bonum, & illi gratum: sed paupertas voluntaria testimonio Christi bona est, & Deo grata, cum beati dicantur eiusmodi pauperes, & illis promittatur regnum caelorum in praemium: igitur eiusmodi paupertas Deo rectissime vouetur.

SECUNDUM testimonium est Matth. 19. vbi Dominus ait: *Si vis perfectus esse, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo.* Et ibidem: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Quid ergo crit nobis?* &c.

QUOD enim hic detur consilium verae abdicationis facultatum, supra demonstrauimus in disputatione de consilijs Euangelicis: quod autem hinc sequatur, posse voueri paupertatem, patet ex argumento paulo ante factum: & praeterea ex utroque testimonio non solum colligitur paupertatem recte vouere posse, quod tamen ad rem nostram sufficit, sed etiam colligitur hortatum esse Dominum ad vouendam hanc paupertatem: parum enim prodesset dare omnia pauperibus, & fieri pauperem spiritu, si quis paulo post iterum rediret ad lucra, & opes comparandas, quocirca sancti Patres intellexerunt his testimonijs commendari paupertatem perfectam, quae suscipitur cum proposito, & voto semper ita permanenti. Itaque S. Augustinus in epist. 89. q. 4. & in Psal. 103. concione 3. totum hunc locum refert ad professionem monasticam, & S. Bernardus in declamatione super hunc locum Euangelij: *Haec, inquit, sunt verba, quae contemptum mundi in vniuerso mundo, & voluntariam persuasere paupertatem, haec sunt quae Monachis claustra replent, deserta Anachoretis.*

TERTIUM testimonium est Actor. 4. vbi sic legitur: *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Quod autem ex voto ita viuerent primi illi Christiani in Hierusalem, docet S. Augustinus serm. 1. de communi vita Clericorum, vbi dicit, id ipsum se cum suis facere voluisse,

quod

quod primos Christianos fecisse testantur Acta Apostolorum iam citata, & tamen ibidem sapius repetit nemini licere in tali vita habere proprium, idque ex professione facta Deo: sic enim loquitur de quodam Presbytero suo, qui contra professionem aliquid retinuerat, & inde Testamentum cum moreretur fecerat: *O dolor, inquit, illius societatis, o fructus natus non de arbore, quam plantauit Dominus, sed Ecclesiam scripsit haeridem: nolo numerare ista, non auro amariuitudinis fructum: ego illum Deo quarebam, Deo societatem professus erat, hunc teneret, hanc exhiberet, nihil haberet, testamentum non faceret.*

QUARTUM testimonium est Act. 5. vbi Ananias & Sapphira vxor eius, cum vitam communem profiteri velle viderentur, & tamen aliquid proprii sibi clam retinissent, continuo ab Apostolo Petro detecti & increpati, atque a Deo inuisibiliter percussi interierunt. Hic Petrus Martyr in libro de votis dicit, se nullum votum videre; peccatum enim Ananiae, & Sapphirae fuisse mendacium, ambitionem, auaritiam, & hypocrisim, non autem voti violationem, seu sacrilegium. Sed facile possumus ostendere, primo ex circumstantijs loci huius, deinde ex testimonijs Patrum, Ananiam & Sapphiram vouisse, & tanquam sacrilegij reos esse punitos.

QUOD igitur Ananias & Sapphira vouerint vitam illam communem, colligitur ex illis verbis: *Fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua.* Non enim fraudasse diceretur nisi rem iam obligatam promissione, subripuisset: quod autem rem non acceptam vouerint, patet ex illis verbis, *Nomme manens tibi manebat, & vendidit in tua erat potestate?* Quod denique votum illud Deo factum esset, & proinde eius violatio sacrilegium fuerit, testantur verba illa, *Anania, cur venisti Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?* Quid enim est mentiri Spiritui sancto, nisi fallere eum datam Spiritui sancto.

POSSET quidem utcumque dici mentitus Spiritui sancto, si mendacium tantum sancto Petro disisset, in quo sine dubio erat Spiritus sanctus: tamen nemo negare potest, quin magis proprie dicatur mentiri Spiritui sancto, qui promittit aliquid Deo, & non seruat, quam qui mentitur homini alicui sancto. Praeterea leuerrima illa poena, quam Deus ipse continuo sumpsit de Anania & Sapphira, omnino clamar maius illud peccatum fuisse, quam simplicis mendacij, & auaritiae, & ambitionis, atque hypocrisis: quomodo enim potuit puniri culpa vlla atrocior? Itaque sine dubio sacrilegium fuit, quod eo modo puoiti meruit.

ACCEDAT iam communis expositio Patrum S. Ioannes Chryostomus hom. 12. in Acta Apostolorum: *Quare, inquit, hoc fecisti? voluisti habere? oportebat initio habere, & non promittere: nunc autem postquam consecrasti, maius sacrilegium commisisti: qui tui aliena rapit, forsitan alienarum rerum desiderio rapit, tibi autem licebat tua retinere, cur igitur sacra fecisti ea, & postea accepisti?*

S. HIERONYMUS in epistola ad Demetriadem, quae est octaua primi Tomi: *Ananias, inquit, & Sapphira dispensatores iurandi, immo corde duplici & idem condemnati, quia post votum obtulerunt quasi sua, & non eius, cui scilicet ea vouerant, partemque sibi iam alienae substantiae reseruauerunt.*

S. AUGUSTINUS serm. 27. de verbis Apostoli: *Dum, inquit, ex eo quod promiserat, partem subtraxit, sacrilegij simul condemnatur, & fraudis, & serm. 10. alijs 12. de diuersis, in editione Louanienfi: Si Deo, inquit, displicuit detrahere de pecunia quam vouerant Deo, quomodo nascitur quodouetur castitas, & non exhibetur? Et infra: Potest igitur virginitas tua nunquid non manens tibi manebat, & anaequam eam voueres, in tua fuerat potestate?*

S. FVLGENTIUS in epistola de debito coniugali, c. 8. *Quam, inquit, sit malum, quamque sollicitudine fugiendum, si quis de hoc, quod Deo vouerit, aut retinere, aut rapere aliquid mortifera praeruaricatione pernetet, exemplo sunt Ananias & Sapphira.*

S. GREGORIUS lib. 1. epist. 33. ad Venantium: *Ananias, inquit, Deo pecunias vouerat, quas postea victus persuasione Diaboli subtraxit, sed qua morte multatus est, scis.*

ARATOR lib. primo in Acta Apostolorum hunc locum enarrans, sic ait:

Sed quod mutata voluntas Falsi crimen habet: cumque etiam cautio voti stare decet, nec velle prius violare sequenti, &c.

OCYMENTVS in commentario huius loci aliquid sacriligium vocat Ananiae peccatum. Beda in eundem locum dicit, ab Anania exemplo natum esse deterrimum illud Monachorum genus, quod Sarabaitarum dicitur, qui sub vita, & professione monastica aliquid proprii retinere volunt. Atque haec de Scripturis pro voto paupertatis.

CONFIRMARI potest hoc idem ex traditione Patrum. S. Urbanus Papa I. in epist. seu decretali: *Quicumque vestrum, inquit, vitam communem suscepit, & vult se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat.*

S. BASILIVS in constitutionibus monasticis, c. vltimo dicit, Monachum salutem animae perdere, & furem esse, atque alterum Iudam, si quid priuati possideat. At cur i a quato, si nulla est promissio, nullum votum?

S. HIERONYMUS in epist. 22. ad Eulochium de virginitate, scribit adeo arctum fuisse in Monachis sui temporis professionem paupertatis, ut nemini liceret vel necessaria petere, ramentum vigilabat praepositorum diligentia, ne cui aliquid necessarium decideret: *Quia, inquit, non licet dicere cuiquam: tunicam, & sagum, textaque iunctis strata non habeo: ille ita vniuersa moderatur, ut nemo quid possidet, nemo non habeat.* Ibidem scribit, aliquando in monasterio quodam Nitriae reperit fuisse Monachum iam moriturum, qui nescio quos solidos sibi retinuerat: quocirca placuisse Machario, Isidoro, aliisque sanctis congregatis in vnum, ut cum mortuo pecunia in foderetur, clamantibus omnibus, pecunia tua tecum sit in perditione. Quod idem postea in simili casu fecisse S. Gregorium, scribit Ioannes Diaconus lib. 1. cap. 15. vita B. Gregorij, & ipse etiam Gregorius lib. 4. Dialogorum, cap. 55.

S. AUGUSTINUS in Psal. 25. *Alius, inquit, vouet relinquere omnia, & ire in communem vitam, in societate cum sanctorum, magnum votum vouit.* Et lib. 17. de ciuit. Dei, c. 4. *Dixerunt, inquit, potentes illi, ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Hoc votum potentissimi vouerant, sed vnde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est: dans votum venient.*

IOANNES Calsianus lib. 4. de institutis renunciantium, c. 13. *Illam, inquit, virtutem inter ceteras eorum institutiones vel commemorare superfluum puto, quod scilicet nulli peculiarem sportellam liceat possidere, nec tale aliquid, quod velut proprium retinens suo debeat communitate signaculo.* Et c. 33. de hac ipsa renunciatione perfecta loquens: *Sicut, inquit, immensa gloria fideliter seruicibus Deo, ac secundum regule institutionem ei adherentibus repromittitur in futurum, ita poena grauisima preparantur his, qui tepide eam negligenterque fuerint exequuti, & secundum hoc quod professi sunt, vel quod ab hominibus esse creduntur, fructus etiam congruos sanctitatis eadem exhibere neglexerint: melius est enim secundum Scripturam sententiam non vouere quemquam, quam vouere, & non reddere.*

ADDE etiam Concilium Antiochense I. can. 21. vbi grauius Monachi puniri iubentur, qui contra professionem suam aliquid proprii possidere voluerint.

CONTRA paupertatis votum autem via est obie-

atio Ioannis Brentij in Confessione Vvitembergica, cap. de votis monasticis. Aut is, qui vouet, est pauper conditione, aut dices: si pauper est, nihil habet quod possit vouere se relicturum aut daturum, sed debet ferre patienter crucem sibi à Domino impositam, quam si præterea vouet, idem facit, ac si in morbo voueret se agrotaturum, qui est furor, non pietas: si autem diues est, aut vouet ponere omnia in commune, aut dare omnia pauperibus propter maius meritum, & viuere deinceps ex elemosynis, si primum, nihil aliud agit, quàm prouidere sibi de certiore, & copiosiore victu, quod est fugere, non amare paupertatem. si secundum, peccat contra fidem, & charitatem; contra fidem, quia vobis est mediator Dei & hominum, qui nobis omnia meruit: cui facit iniuriam, qui suis propriis operibus mereri se a bitatur: contra charitatem autem, quia charitas præcipit ne sine necessitate molesti simus proximo nostro mendicatione.

RESPONDEO, ad primum membrum, etiam pauperes rectè vouere, & multum dare, dant enim id omne quod acquirere possent. Augustinus ep. 89. quaest. 4. Neque, inquit, mihi minus imputabitur, quia diues non fui, nam nec Apostoli, qui primi hoc fecerunt, diuites fuerunt: sed totum mundum dimittit qui, & quod habet, & quod optat habere dimittit. Neque est simile votum a gratitudinis voto paupertatis; nam Christus dixit: Beati pauperes, non beati agroti Mat. 5. Et: Si vis perfectus esse, vende omnia que habes, & da pauperibus. Mat. 19. non autem si vis perfectus esse, proiice sanitatem, cura ut agrotos, denique, tenemur, si possumus, sanare aegritudinem, ne nostra mortis causa fuisse videamur: at discere nemo tenetur.

Ad secundum membrum dico, ponere omnia in commune, esse verè amare paupertatem; nã ille verè est pauper, qui nullius rei est Dominus, qui nihil habet quod vendere, donare, permutare, destruere possit, & quam aliam paupertatem elegerunt primi Christiani, nisi istam quam nemo aliquid diceret suum, sed essent illis omnia communia Act. 4.

Ad tertium, nego esse contra fidem dare omnia sua pauperibus propter maius meritum, alioqui Christus aliquid contra fidem consulisset, cum ait: Vende omnia, que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Mat. 19. non enim pugnant merita nostra cum Christi meritis, sed ex illis potius ut effectus ex causa promaneant; nam sine Christi meritis nulla sunt nostra merita: ille enim, præter alia, etiam potentiam merendi nobis acquisiuit merito mortis suæ. Nego etiam esse contra charitatem proximi mendicare, quandoquidem neminem cogunt dare elemosynam mendicantes, sed potius occasionem diuitibus præbere comparandi sibi regnum celorum. Sed de hoc infra latius.

CAPVT XXI.

De voto obedientie.

AM verò obedientiam religiosam rectè voueri Deo his rationibus probari potest. Primò, grata est Deo obedientia etiam in iis rebus, quas ipse non præcepit; nã Hieremia 35. laudantur, & remunerantur à Deo filij Ionadab, qui, vt obedirent patri suo, nõ bibeant vinum, non seruebant agros, non habebant domos, sed habitabant perpetuò in tentoriis: omne autem quod Deo gratum est, voueri illi potest: igitur obedientia, etiam alioquin non debita, Deo voueri potest.

RESPONDET Petrus Martyr in libro de votis, nihil indebitum fecisse filios Ionadab: nam etiam si Deus non iusserat illis, vt non biberent vinum, nec sererent agros, nec domos inhabitarent, iusserat tamen vt parenti obedirent, ac proinde illi, dum patri obedierunt, id solum fecerunt, quod facere diuino præcepto tenebantur.

SED refellitur hæc solutio. Primò, ex testimonio Ra-

bani, qui in commentario huius loci dicit, filios Ionadab plus fecisse, quàm lex diuina præciperet.

SECUNDò, ex ipso textu Hieremias; nam Deus eo loco exemplo filiorum Ionadab reprehendit populum suum, quòd illi obedierint voci vnus hominis, ipse autè voci ipsius Dei obedire noluerit: Firmauerunt, inquit, filij Ionadab, filij Rechab præceptum patris sui, quod præceperat eis, populus autem iste non obediuit mihi. Quæ Domini ratio planè frigeret, si filij Ionadab diuino præcepto obstricti fuissent obedire patri suo in rebus illis vt non biberent vinum, &c. tunc enim nulla esset antithesis inter Deum & creaturam; nam & filij Ionadab obediissent Deo, & filij Israël non obediissent Deo.

TERTIò, idem colligitur ex laude & remuneratione diuina, non enim tantopere Deus laudasset filios Ionadab, nisi aliquid singulare fecissent.

POSTREMò idipsum ratio manifesta suadet; nam etiam si tenentur filij obedire patri suum, non tamen tenentur obedire in omnibus rebus, postquam ad annos pubertatis peruenerint. Est enim vnusquisque sui iuris in deligendo statu, & genere vitæ, alioqui nihil interesset inter seruos, & liberos, si semper, & omnibus in rebus filij in patris potestate essent.

QUOD verò B. Paulus ait Coloss. 3. Filij obedite parentibus per omnia. Vel ita intelligi debet, vt illud (per omnia) significet per omnia ad quæ se extendit patria potestas, vt rectè docet sanctus Thomas in 2. 2. q. 104. art. 5. quemadmodum si quis diceret, oportere milites obedire imperatori per omnia, exponendum esset, per omnia, quæ ad militiam pertinent. Vel certè tenentur filij per omnia parentibus obedire, sed dum paruuli sunt: nam vt dicitur ad Galat. 4. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo. Et Dominus ipse parentibus subditus erat cum puer esset, vt legimus Luc. 2.

SECUNDA ratio ex testamento nouo sumi potest: nam, vt supra diximus in disputatione de consilio, consilium perfectionis est sequi Dominum perfectè abnegando seipsum, vt colligitur ex illo Mat. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me; nam et si in preparatione animi abnegare seipsum præceptum sit, cum ibidem Dominus addat, qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: tamen extra articulum necessitatis abnegare seipsum perfectè, & omnibus in rebus subiiciendo iudicium, & voluntatem suã alterius iudicio, & voluntati, non est præceptum, sed consilium. Idem enim Mat. 19. dicitur: Si vis perfectus esse, vende, vende omnia, &c. & veni & sequere me.

PORRò, perfecta sequela Domini quæ in abnegatione superius, id est, in perfecta obedientia consistit, necessariò includit votum, quo quis ita seipsum abneget, vt nõ possit retrocedere; non enim perfecta est abnegatio sui, obedire alteri ad tempus, & paulò post nõ obedire, quocirca Dominus ibidem addidit: Et tollat crucem suam: siquidem, vt eleganter monet Ioannes Cassianus lib. 4. de institutis cœnobiorum, c. 35. verus, ac perfectus Monachus similis crucifixo esse debet. Qui enim cruci affixus est, nõ solum non ambulat quòd vult, nec facit quod vult, sed nec potest ambulare, aut operari, nisi ab alio moueatur.

TERCIA ratio: rectè faciunt homines, qui cupientes vitam communem agere, communi consensu eligunt sibi aliquem in præpositum, id enim & recta ratio suadet, & Scriptura etiam monet, Proverb. 3. cum dicit: Ne imitaris prudentiam tuam. Rursus: præposito constituto, bonum est & Deo gratum, vt illi obediat, cum scriptum sit: Qui vos audit, me audit. Luc. 10. Et: Obedite præpositis vestris, Heb. 13. At omne quod Deo placere constat, testimonio ipsius, rectè voueri potest, vt aduersarij concedunt, poterit igitur obedientia exhibenda præposito, à nobis ipsi electo, & cui alioqui obedire non teneremur, rectè voueri.

QUARTA ratio ex vltima antiquæ Ecclesiæ, certum est

apud

apud veteres sanctos obedientiam monasticam in vltu fuisse; nam S. Basilius in constit. monasticis cap. 22. Nunc inquit, versus sermonem de obedientia exerceamus, ostendentes, quantum obedientiam ab exercitatoribus erga præfectum exacta doctrina ratio exigat, &c. Et toto capite de obedientia disserit, ac docet, debere Monachum præposito parere, & non discutere quid sit quod præcipitur, modò non sit manifestè peccatum, ac breuiter talem se exhibere præposito, quales sunt oues ad pastorem, & instrumenta ad opificem comparata, nec illud omittit, necessarium esse Monachis, perfectè obedire præposito, & alioqui à salute aterna eos exidere; idem docet Cassianus lib. 4. de institutis cœnobiorum, cap. 23. & sequentibus.

SANCTVS Hieronymus in epist. ad Eustochium de custodia virginitalis, describens instituta Monachorum: Prima, inquit, apud eos confederatio est, obedire maioribus. Et in epist. ad Rusticum Monachum: Per hac omnia, inquit, ad illud tendit oratio, vt doceam te non tuo arbitrio dimittendum, sed viuere debeo in monasterio sub disciplina patris, conseruando multorum. Et infra: Non facias quod vis, comedas quod iuberis, vestiare quod acceperis. Et infra: Præpositum monasterij timeas vt Dominum, diligas vt parentem, credas tibi salutare quidquid ille præceperit, nec de maiorum sententia iudices, cuius officij est obedire, & implere que iussa sunt.

SULPITIUS in Dialogo 1. de virtutibus S. Martini de monachis differens: Præcipua, inquit, ibi virtus, & prima, est obedientia: neque aliter adueniens ad monasterium Abbatibus suscipitur, quam qui tentatus prius fuerit, & probatus, nullum inquam recusaturus, quamlibet arduum ac difficile, indignumque toleratu Abbatibus imperium.

SANCTVS Augustinus lib. 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. Hi verò Patres, inquit, nulla superbia consulerunt, quos filios vocant, magna sua in iubendo auctoritate, magna illorum in obtemperando voluntate. Hæc ille. Eiusmodi autem testimonia plurima afferre possemus, si opus esset.

RESPONDEBUNT fortasse, obedientiam quidem in vltu fuisse apud veteres Monachos, sed votum obedientie non item. At Ioannes Cassianus lib. 4. de institutis renunciantium, c. 33. voti & professionis nominatum meminit, vbi disserit de obseruatione monasticarum institutionum, quarum primaria de obedientia erat, verba eius capite superiore citauimus.

ITEM S. Gregorius homil. 20. in Ezechielem: Cum, inquit, quis suum aliquid Deo vouet, & aliquid non vouet, sacrificium est: cum verò omne quod habet, omne quod viuunt, omne quod sapit omnipotenti Deo vouerit, holocaustum est. Hæc ille. Vbi de votis monasticis loquitur, quibus homo nihil sibi retinet, ac ne iudicium quidem, quod Deo non offerat.

DENIQUE S. Augustinus in Psalm. 75. Nemo, inquit, positus in monasterio frater dicat, recedo de monasterio; neque enim soli qui sunt in monasterio perueniunt ad regnum celorum, & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent; respondetur ei, sed illi non vouerunt, tu uouisti. Et in Psalm. 99. Dum non perseverauerit implere, quod uouit, fit desertor tam sancti præpositi, & reus voti non reddit.

ACCEDANT postremò miracula, quæ Deus ad confirmandam obedientiam monasticam non raro ostendit. Scribit Sulpitius in primo Dialogo de virtutibus S. Martini duo miracula his verbis: Duo uobis referam incredibilibus obedientia admodum magna miracula, licet suppetant plurarecolenti, sed ad excitandam uirtutum emulationem, cui pauca non sufficiunt, multa non proderunt. ergo cum quidam seculi actibus abdicatis, monasterium magne dispositionis ingressurus, cepisset rogare, Abbas ei capit multa proponere,

re, graues esse istius discipline labores, sua verò dura imperia, que nullius facile ualeret implere patientia: aliud potius monasterium, vbi facilius legibus uiueretur, expetret, non tentaret aggredi, quod implere non possit. Ille verò nihil his terroribus permoueri, sed magis ita omnem obedientiam polliceri, vt si cum Abbas in ignem ire præciperet, non recusaret intrare. Quam illius professionem, vbi magister accepit, non cumtatur probare profitemem. Casu chibanus propter ardebat, qui multo igne succensus coquendis panibus parabatur: exundabat abruptis flamma fornacibus, & intra camini illius concava totis habentis regnabat incendium. Hoc igitur aduenam illum iubet magister intrare, nec distulit parere præcepto, medias flamas nihil cumtatur ingrediatur, quæ mox tam audaci fide victæ, velut illis quòdam hæcbris pueris cessere ueniunt, superata natura est fugit incendium, & qui putabatur arsurus, velut frigido rore perfusus seipso miratus est. Sed quid mirum, si tuum Christe tyronem ignis ille non attigit, vt nec Abbatem pigeret dura mandasse, nec discipulum poniteret imperio paruise? qui eo die quo aduenerat dum tentaretur infirmus, perfectus inuenitus est, meritò felix, meritò gloriosus, probatus obedientia, glorificatus est passione.

IN eodem autem monasterio factum id, quod dicturus sum, recenti memoria ferebatur. Quidam iudex ad eundem Abbatem recipiendus aduenerat, cum prima ei lex obedientie poneretur, ac perpetem polliceretur ad omnia vel extrema patientiam. casu Abbas storacinam uirgam iam pridem aridam manu gerebat, hanc solo fixit, atque illi aduenæ id operis imponit, vt tamdiu uirgula aquam irriguam ministraret, donec, quod contra omnem naturam erat, lignum aridum in solo arente uiuifceret. Subiectus aduenæ diuæ legis imperio aquam propriis humeris quotidie conuehebat, quæ à Nilo flumine per duo serè millia percuratur: iamque emenso amni spacio labor non cessabat operantis, & de fructu operis spes esse non poterat. tamen obedientie uirtus in labore durabat. Sequens quoque annus uanum laborem iam affecti fratris eludit: tertio demum succedentium temporum labente curriculo, cum neque noctu, neque interdiu aquarius ille cessaret operator, uirga floruit. Ego ipsam ex illa uirgula arbuticulam quæ hodieque intra atrium monasterij est ramis uidentibus, uidi, quæ quasi in testimonium manens quantum obedientia meruit, & quantum fides possit, ostendit. Hæc ille.

ALIA non dissimilia narrat sanctus Gregorius lib. 2. Dialogorum, c. 7. de S. Mauro, qui ad Abbatem imperium super aquas ambulauit: & Ioannes Cassianus lib. 4. de institutis renunciantium, c. 23. de Abbate Ioanne, qui propter obedientie uirtutem ad prophetie gratiam sublimatus, sic uniuerso claruit orbi, vt etiam regibus mundi huius merito suo redderetur illustris.

SED occurrunt soluendæ obiectiones. Prima Lutheri est in libro de votis monasticis, vbi hoc modo ratiocinatur. Scriptura iubet, vt omnibus hominibus obediamus, Philipp. 2. Superiores inuicem arbitantes. Et 1. Petri 2. Subiecti estote omni humane creature propter Deum. Igitur obligare se ad obediendum vni soli præposito, contra Scripturam est: idem enim est ac si quis ita voueret: Deus uoco tibi nolle me secundum Euangelium tuum omnibus subici, sed tantum vni maiori.

RESPONDEO, Apostolum Paulum eo loco nõ uelle, vt omnes habeamus tanquam principes, quibus parere teneamur, sed vt omnes iudicemus nobis esse superiores, id est, meliores, & sanctiores: commendat enim humilitatem, vt ipsa uerba eius indicant: Per humilitatem inuicem superiores arbitantes. Adde quòd si uellet Apostolus, vt omnibus obediremus, re planè impossibile uellet: si enim omnes omnibus obedire debent, nulli erunt qui iubeant, & nulli qui obediunt. Porro S. Petrus per omnem humanam creaturam, intelligit omnem hominem potestate imperandi præditum. Sic enim explicat ipse se,

Sive, inquit, regi tanquam praeclenti, siue ducibus tanquam ab eo missis.

SECUNDA obiectio est eiusdem Lutheri in eodem loco. Praepositus monasterij liber est ab obedientia, quam vouerit, sine alia dispensatione, igitur signum est, votum illud non obligare coram Deo.

RESPONDEO, in eo, qui eligitur in praepositum, remanere obligationem voti, licet per accidens cesset exercitium illius voti, quia deest materia: cuius signum est, quia si is qui nunc est praepositus priuatur officio, iterum tenebitur ad obedientiam, etiamsi nouum aliquod votum non faciat. Vide S. Thomam in 2.2. quaest. 87. art. 11. & quaest. 186. art. 1.

TERTIA est Petri Martyris in commentario ad caput 7. prioris ad Cor. Vetat B. Paulus, ne Christiani seruos se faciant, cum ait: Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Non igitur licet votu obedientiae facere. Quid enim hoc est aliud, quam sponte sua se in seruitutem Abbatibus tradere?

AT facilis responsio est: non enim B. Paulus prohibet seruitutem, quae hominibus exhibetur, sed id prohibet, ne hominibus propter ipsos homines potissimum, sed propter Deum seruiantur, id quod exposuit clarius ad Coloss. 3. ubi sic ait: Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Dominum, quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus, scientes quod ad Domino recipietis retributionem hereditatis, Domino Christo seruite. Quocirca S. Paulinus etiam non ignorabat Apostolum dixisse: Nolite fieri serui hominum, tamen seipsum vendidit, ut filium viduae redimeret, quod S. Gregorius cum laude eius refert lib. 3. Dialogorum, cap. 3.

SED, inquit Petrus Martyr, S. Paulinus ex charitate erga proximum seipsum vendidit, quod autem ex charitate fit, recte fit. Quasi vero perfecti Monachi ex cupiditate, & non ex charitate erga Deum, se Abbatibus, aliisque praepositis sponte subiiciant. Sed de obedientia haec tenent.

CAPVT XXII.

Afferitur votum continentiae ex illis verbis Lucae primo: Quomodo fiet istud? &c.

VENIO tandem ad votum Continentiae, quod primum Scripturae testimoniis, deinde Conciliorum, & Ecclesiae totius consensu, tertio Pontificum, & Imperatorum decretis ac legibus, quarto Patrum Graecorum, & Latinorum traditione, postremo naturali etiam ratione confirmare pro viribus nitar.

PRIMUM igitur testimonium sit illud Lucae 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quibus verbis virgo sanctissima significat impedimentum se habere, quominus filium concipere, & parere posset: impedimentum autem illud non aliud esse potuit, quam votum continentiae iam emissum, illa enim verba: Virum non cognosco, non significant iam actu non cognosco, sed non licet mihi cognoscere: alioqui ineptissima interrogatio fuisset, cum posset statim responderi, etsi nunc virum non cognosceris, tamen paulo post cognosces.

ITAEQUE sicut dicimus in quadragesima, Ego non vescor carnibus, id est, non licet mihi hoc tempore carnibus vesci: sic B. Virgo dixit: Virum non cognosco, id est, prohibeor virum cognoscere: cur autem prohiberetur, nulla ratio potest reddi, nisi votum; nam & virum habebat, & iuuenis erat, nec est credibile sterilem, aut impotentem fuisse, vel certe id ipsa nondum scire poterat, cum ad virum nondum peruenisset. Nec denique prohibebatur virum cognoscere lege aliqua communi, ut notum est, igitur lege particulari, id est, voto.

IDEM confirmatur ex Patribus S. Gregorius Nyssenus in oratione de natiuitate Domini: Nam, inquit, si nuptiarum causa assumpta erat a Iosepho, quomodo Angelum

de partu praedicentem, quasi re noua, atque insolita obstruenda aduersata esset, cum profusus speraret se quoque ipsam aliquando iuxta legem naturae matrem esse futuram: sed quoniam Deo dicatam, & consecratam carnem, veluti sanctum quoddam donarium, intactam seruari oportebat, propterea etiam si Angelus sis, inquit, ac de caelo veneris, etiamsi supra hominem sit id quod apparet, at tamen ut virum cognoscam, fieri non potest: qui mater ero absque viro? Iosephum enim sponsum quidem noui, virum autem non cognosco.

S. AUGUSTINVS lib. de sancta virginitate, c. 4. Ipsa quoque, inquit, virginitas eius gratior, & acceptior, quia non eam conceptus Christus viro violaturo, quam conseruaret, ipse praeripuit, sed priusquam conciperetur, iam Deo dicatam, de qua nasceretur elegit. hoc indicant verba, quae sibi setum annuntiant Angeli MARIAM reddidit. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco? quod profecto non diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, non violenter ablaturo, sed potius contra violentos custodituro, quod illa iam vouerat.

BEDA in caput 1. Lucae: Propositum, inquit, suae mentis reuerenter exposuit, vitam videlicet virginalem se ducere decreuisse. Quae quia prima seminarum tantae se virtuti mancipare curauit, iure singulari praeter ceteris feminis beatitate meruit excellere.

S. ANSELMVS libro de excellentia virginis, c. 4. Virgo, inquit, & tenera, & delicata, regali stirpe progenita, & speciosissima, totam intentionem suam, totum amorem suum, totum studium suum ad hoc intendit, ut corpus, & animam suam Deo virginitate perpetua consecraret.

RUPERTVS lib. 3. in Cantica: Votum, inquit, egregium prima Deo vouisti, votum virginitatis.

DENIQUE S. Bernardus sem. 4. super Missus est: Non dubitat, inquit, de facto, sed modum requirit, & ordinem: nec enim querit, an fiet istud, sed quomodo: quasi dicat, cum sciat Dominus meus testis conscientiae meae, votum esse ancilla suae non cognoscere virum: qua lege, quo ordine placebit ei, ut fiat istud? si oportuerit me frangere votum ut pariam filium, & gaudeo de filio, & doleo de voto. Et in ser. Signum magni, In libertate spiritus legis Moisaicae decreta transcendens, illibatam Deo corporis simul & spiritus sanctimoniam vouit. probat enim propositi inuolabile fundamentum, quod tam constanter promittenti filium Angelo respondit, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Accedat consensus Theologorum apud Magistrum in 4. lib. sententiarum dist. 30.

SED videamus quid ad haec aduersarij respondeant. Ioannes Caluinus in commentario huius loci apud Marloratum, tria dicit reprehensione digna. Primum accusat beatissimam Virginem, quod maligne restrinxerit Dei potentiam: Videtur, inquit, sancta virgo non minus maligne restringere Dei potentiam, quam prius Zacharias: quod enim praeter communem naturae ordinem est, impossibile esse colligit. Sic enim ratiocinatur, virum non cognosco, qui credam igitur futurum quod nuncias? Nec vero magnopere laborandum est, ut eam purgemus ab omni vitio. Haec ille.

CVIUS sane verba satis indicant impietatem eius, & quam nihil ei commune sit cum sanctis Patribus; nam S. Ambrosius, S. Bernardus, Beda venerabilis, & alij in hunc locum, discretis verbis monent, illud: Quomodo fiet istud? non fuisse dubitantis, sed quaerentis, ac discere cupientis modum, quo res illa futura erat, quae cum ipsius voto pugnare videbatur. Deinde, quomodo credibile est eam maligne restringere v oluisse Dei potentiam, quae erat gratia plena, & cum qua Dominus ipse singulari modo semper aderat, ut Angelus paulo ante dixerat: Denique si non minus maligne S. Virgo potentiam Dei restrinxit, quam ante Zacharias, cur non aequè punita fuit? certe Zacharias ab Angelo ob incredulitatem, & verbis castigatus, & amissa loquelae supplicio punitus fuit. Beatissima

Virgo

Virgo ne minimo quidem verbulo reprehensa, at si idem virtusque peccatum, cur non & poena eadem fuit?

SECUNDO, Caluinus accusat Patres, qui votum virginitatis ex his verbis colligunt: Quod autem, inquit, ex hoc loco occasionem quidam sumpserunt, ut dicerent virginem habuisse votum perpetuae virginitatis, quod alioqui superuacanea fuisse ista responsio, nimis infirmum est, immo absurdum ac ridiculum. Existimabimusne Virginem passam fuisse marito se collocari, ut eum luderet? fuisse profecto perfidia graui reprehensione digna, si sanctum coniugij sacrum non sine Dei ludibrio spreuisset. Haec ille.

HIC etiam desideramus Caluini modestiam, quae enim est, ut absurdum & ridiculum dicat, quod asseritur à Nysseno, Augustino, Beda, Bernardo, Anselmo, Ruperto, & ab omni schola Theologorum? Porro argumentum eius duobus modis soluitur. Primum negando consequentiam, quicquid sit de antecedente; nam etiamsi daremus beatam Virginem cum Iosepho coniugium contraxisse animo consummandi matrimonium, ut Caluinus annotatione in caput primum Lucae, Beza ibidem, Bucerus in caput primum Matthaei, Martyr in libro de celibatu & votis monasticis, & Centuriatores centuria 1. lib. 1. c. 10. falsò docent, adhuc tamen non sequeretur, eam, cum dixit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? non habuisse votum virginitatis: potuit enim hoc votum emisisse post coniugij celebrationem, & tamen ante Angelicam salutationem, ut S. Thomas docet 3. parte q. 28. art. 4. ita ut primum nuptiae celebratae sint, deinde antequam ad matrimonij consummationem veniretur, B. Virgo votum virginitatis emisisset, ipso S. Iosepho consentiente, & ut prae creditur, etiam simul vouente.

ADDO tamen secundò, B. Virginem nunquam habuisse explicitum animum consummandi matrimonium, ac proinde falsum esse etiam antecedens argumenti aduersariorum: nam alioqui non esset Virgo animo, sed solum carne. Nec tamen impeditum fuit verum matrimonium ex perpetua voluntate continendi; nec luit virum suum, neque coniugium perfidè S. Virgo spreuit, ut blasphemar Caluinus; nam cum matrimonium inuit, dedit viro absolutam potestatem in corpus suum, ita ut verè licuerit S. Iosepho, si voluisset, cum beata Virgine matrimonium consummare, id enim requiritur & sufficit ad essentiam veri coniugij: tamen quia sciebat ipsa, diuina reuelatione edocta, nunquam sanctum Iosephum id expetitum, idcirco poterat habere, & habebat explicitam voluntatem semper continendi, in qua voluntate proprie virginitas consistit. & quamuis S. Thomas non admittat votum absolutum virginitatis in B. Virgine ante desponsationem: & Scotus tamen admittit in 4. dist. in 30. quaestione secunda, & ante Scotum Albertus Magnus in libro de laudibus Virginis, & ante Albertum sancti Patres, Gregorius Nyssenus, Augustinus locis notatis discretis verbis docent, beatam Virginem vouisse ante desponsationem, neque video cur id votum pugnet cum veri coniugij celebratione, posita reuelatione, quam omnes Theologi ponunt, qua beata Virgini reuelatum fuit, nunquam sanctum Iosephum debitum coniugale expetitum.

AT, inquit quidam, non potest qui per votum se Deo tradidit, per nuptias se alteri tradere. Vnde & Apostolus 1. Timoth. 5. dicit eas, quae post votum nubere volebant damnationem habere, quia primam fidem irritam fecerunt.

RESPONDEO, cum qui vouit continentiam, non posse iam se alteri tradere cum periculo violandi voti: nam de huiusmodi personis Apostolus loquitur, & ratio ipsa hoc docet. At si adit certitudo infallibilis voti nunquam violandi, non repugnat, ut qui est vnus, se tradat etiam alteri in diuerso genere nuptiarum, alioqui non possent coniuges ex communi consensu vouere continentiam,

quod tamen admittunt omnes Theologi: nam eiusmodi coniuges se tradunt Deo per votum, & tamen sunt iniucem obligati per matrimonium.

TERTIO, Caluinus respondet nostro & Patrum argumentis, quo probamus, Virginem vouisse virginitatem, quia alioqui ineptè responderet Angelo: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Soluendum, inquit, est obiectum, quod Virgo in futurum tempus respiciat, ideòque significet, nullam fidei fore cohabitationem cum viro. Haec verò coniectura & probabilis est & simplex, quod rei magnitudo vel potius maiestas virginem percussisset, ut sensus omnes admiratione ligatos haberet ac constrictos, cum audit nasciturum esse Dei filium, aliquid non vulgare concipit, atque haec ratio est, cur coitum virilem excludat. Hinc attonita exclamat, Quomodo fiet istud? Haec ille. Ad quem modum exponit etiam Theodorus Beza.

SED primum, si sola coniectura Caluinus nititur, cur deserit Patrum, & Theologorum omnium auctoritatem? An tutum sit ob coniecturam vnam repugnare omnibus Patribus, ipse viderit: deinde improbabilis & longè petita illa coniectura est. Nam primum quod occurrit ei, cui filius promittitur, est naturalis modus generandi. Proinde omnino credibile est, sanctam Virginem, cum sibi filium promitti audiuit, non statim cogitasse filium illum sine opera viri nasciturum, sed more & ordine communis, & naturali.

NEQUE obstat, quòd ab Angelo promittebatur, & magnus futurus dicebatur; nam saepe alias Angelus nunciauerunt filiorum magnorum generationem, ut Abraham Genes. 18. Manuè Iud. 13. Zachariae Luc. 1. & tamen omnes naturali generatione nascituri erant. Deinde Virgo sanctissima humillima erat, propterea non est credibile statim eam cogitasse se fore Messiam matrem, & virginem illam, de qua scriptum erat Isaia 7. Ecce virgo concipiet: immò etiam valde probabile est eam non sciuisse Messiam matrem virginem futuram, non enim id notum erat vulgo apud Iudaeos; nam prophetae obscura erant, & à paucis intellecta antequam implerentur. Praeterea Virgo sancta curiosa non erat, idcirco si sciuisset, ut Caluinus dicit, se virginem parituram, nunquam dixisset, quomodo fiet istud: id enim fuisset velle indagare diuina mysteria sine necessitate, quod pertinet ad curiositatem.

AD haec, Angeli responsio satis aperte docet, quid B. Virgo quaesierit: siquidem nihil aliud Angelus responderet, nisi illam sine viri opera, solius Spiritus sancti virtute concepturam & parituram.

DENIQUE sancti Patres ita hunc locum intellexerunt, ac praeter eos, quos supra citauimus, S. Athanasius in serm. de sanctissima Deipara: Quia, inquit, & hic haesitat virgo, utpote ad naturam respiciens, & de Iosepho cogitans, cui nupta erat, ad Angelum tale responsum dedit; Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

SED iam Caluino dimisso Petrum Martyrem audiamus: is in lib. de celibatu & votis, tria quadam afferit ad hunc locum Euangelij explicandum. Primum dicit, non coherere matrimonium virginis cum voto virginitatis. Sed hoc iam solutum est.

SECUNDO dicit, non posse colligi votum ex illis verbis; Quoniam virum non cognosco, nisi more Anaxagorae quodlibet faciamus ex quolibet, & probat ex aliis similibus loquutionibus; nam Exod. 6. Moses dixit: Quomodo audiet me Pharaon, cum sim labijs incircumcisus? Et tamen non inde rectè colligeremus Mosem vouisse labiorum incircumcisionem. Et Nicodemus dixit Ioan. 3. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Et tamen quis inde colligat Nicodemum vouisse senectutem?

SED haec nimis frigida sunt; nam incircumcisio labiorum, & senectutis, non pendunt ex libero arbitrio, & ideo impedimentum afferunt, siue ad loquendum, siue

Ddd 4

ad nascendum, quod non potest tolli ab homine. Quocirca prudenter dixit Moyses: *Quomodo audiet me Pharaon, cum sim labris incircuncisus?* Et Nicodemus: *Quomodo potest homo nasci cum sit senex?* etiam si nec ille vouerit incircuncisionem labiorum, nec iste senectutem: quia sine tali voto impedimentum habebant, ille ad loquendum, & iste ad nascendum, quod per se remouere non poterant.

AT virum cognoscere, mulieri coniugata in arbitrio positum est; idcirco ineptè respondit sancta MARIA, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* si nulla lege prohibebatur virum cognoscere, constaret autem, eam non fuisse prohibita lege communi; sequitur igitur, vt prohibita fuerit lege priuata, id est, voto.

TERTIO, conatur soluere hoc nostrum argumentum, atque ait, beatam Virginem etiam si votum non fecerit, tamen prudenter interrogasse: *Prudens, inquit, sanè Virginis nostrae interrogatio, quia si conceptus & partus, qui ei praedicebatur, ordinaria ratiōne futurus esset, dixit hoc ob stare, quod viro nondum admisceretur: si verò extra ordinem, ac supra naturam, de modo cupit edoceri.* Hæc ille.

SED frustra laborat; nam si naturali, & ordinaria via conceptus futurus erat, non prudenter, sed stultissimè dixisset hoc ob stare, quod nondum viro admisceretur; nam non promittebatur ei conceptus praesens, aut praeteritus, sed futurus. *Ecce, inquit, concipies, & paries;* ad futurum autem conceptum, non requireretur, vt virum cognosceret, aut cognouisset, sed vt cognoscere posset, ac velit in futurum, quare nulla omnino sponsa, nisi forte mens, à praedicente aliquo conceptum quaret; *Quomodo fiet istud, cum virum nondum cognouerim; responderetur enim ei, si nondum cognouisset, postea cognosces.*

SI autem supra naturam conceptus Virginis futurus erat, adhuc imprudenter dixisset: *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?* id enim est, ac si dixisset; *Quomodo potest fieri, vt Virgo pariam, cum virum non cognouerim?* quæ non minus stulta interrogatio est, quam si quis diceret; *Quomodo potest ignis calefacere, cum non sit frigidus?* Verissima igitur est sententia Patrum, & Theologorum, rectissimè colligi ex interrogatione beatae Virginis votum perpetuae continentiae.

CAPVT XXIII.

Idem asseritur ex illis verbis Matthaei decimonono, Sunt Eunuchi qui se castrauerunt, &c.

ALTRVM testimonium pro voto continentiae est, Matth. decimonono: vbi Dominus quosdam esse dicit, *Eunuchos, qui se castrauerunt propter regnum caelorum.* Et addit cohortationem: *Qui potest capere capiat.* Ipsa enim Eunuchorum appellatio perspicue indicat votum: non enim est Eunuchus: qui solum continet, sed qui non potest non continere: Eunuchi autem de quibus hæc agitur, non coguntur continere ex vicio naturæ: nam ab his eos Christus ipse se iunxit, neque coguntur lege aliqua communi (nulla enim lex est prohibens nuptias absolute) igitur id solum remanet, vt non possint ex lege particulari spontè assumpta, id est, ex voto. Idem etiam colligitur ex illo verbo, *Qui se castrauerunt,* nam si Dominus loqueretur de his, qui sine vilo voto cœlibes viuunt, diceret, qui se castrant quotidie; non qui se castrauerunt: cum ergo dixerit, qui se castrauerunt, significat eos vnica actiōne voluntaria amputasse sibi omnem facultatem contrahendi nuptias. Et confirmatur explicatio hæc ex Patribus.

SEDPHANIVS hæresi 8. Valestorum: *Quinam, inquit, bi fuerint qui se castrauerunt propter regnum caelorum, quam generosi Apostoli, ac monasticam vitam degen-*

tes & deinceps virgines? Et infra: *Post ipsos verò, Apostolos, quot millia in mundo solitariam vitam agentes, & à monasteriis, & virginibus conuentibus huius certaminis gloriam abstulerunt?* Hæc ille. Qui dum affirmat, castrare se ipsum propter regnum caelorum id esse, quod Monachi & sacre virgines faciunt, aperte significat, castrationem hanc non simplicem continentiam, sed continentiam Deo deuotam significare.

S. HIERONYMVS in commentatio huius loci: *Vnusquisque, inquit, consideret vires suas, virum possit virginalia implere præcepta.* Hæc ille. At quæ sunt præcepta virginalia, nisi obligatio non nubendi, quæ sine voto nullo est? Et libro primo in Iouinianum dicit, eos castrare seipso, qui templum se Deo purissimum, & holocaustum acceptissimum offerunt, vbi quoque non solum cœlibatum, sed cœlibatum Deo deuotum & sacratum castrationem vocat.

S. AVGVSTINVS libro de sancta virginitate, cap. tricessimo, alludens ad hunc locum, vbi Dominus de castratione ista voluntaria ait: *Qui potest capere, capiat. Vos etiam, inquit, qui hoc nondum vovistis, qui potestis capere capite.*

S. ANCTVS Fulgentius lib. de fide ad Petrum, cap. 3. *Quisquis, inquit, seipsum castrauerit propter regnum caelorum, & in corde suo continentiam Deo vouerit, &c.* vbi illud (ET) ad explicationem pertinere, non dubium est.

SED occurrit Petrus Martyr in lib. suo de cœlibatu & votis, ac docet, ex hoc loco non posse votum continentiae statui, nam Apostoli, quibus Dominus respondit per illam similitudinem Eunuchorum, tantum dixerunt: *Si ita est causa, cum vxore, non expedit nubere:* non autem dixerunt, expedit vouere continentiam: quare Dominus si ad propositum respondere voluit, non de voto, sed de vtilitate & incommodis coniugij disserere debuit: ergo per Eunuchos, qui se castrant propter regnum caelorum, intelligit eos quibus ex peculiari Dei dono expedit non nubere, vt expeditis Euangelium prædicent.

AD DIT etiam Martyr, non oportere vim facere in metaphora Eunuchorum, sed in scopo præcipuo ipsius parabole; quemadmodum in parabola de villico iniquitatis, est ducatur similitudo ab eo, qui ex bonis alienis sibi fecit amicos; non tamen Christus intendit hoc docere, vt ex bonis alienis Eleemosynas faciamus.

AT frustra laborat Petrus Martyr, vt verba Domini satis aperta & dilucida obscurat & peruertat; ac in multis errat. Primum, quantum ad scopum horum verborum; nam etiam si Apostoli non loquerentur de voto, sed solum quærerent, an expedit nubere; Dominus tamen aliquid perfectius eis ostendit, & sic confirmavit non expedit nubere, vt etiam adderet, expedit, voto se obligare ad non nubendum, vt patet ex metaphora Eunuchorum & castrationis.

SECUNDO errat, cum ait, non esse vim faciendam in vocibus istis, quod in parabolis non omnia ponantur ad significandum. Errat inquam, nam licet in parabolis esse possint interdum quadam partes, quæ nihil significant, sed ponantur solum ad explendam narrationem: tamen in verbis Euangelij, de quibus agimus, nulla est parabola, sed solum duo verba metaphorica, nimirum nomen Eunuchi, & nomen castrationis, quæ verba nisi aptam similitudinem contineant, tota Christi oratio inepta redditur: non continent autem illa verba aptam similitudinem, nisi illi, qui dicuntur metaphorice Eunuchi habent voluntariam necessitatem continendi sicut Eunuchi propriè dicti habent naturalem continendi necessitatem.

TERTIO deinde errat Martyr, quia licet in parabolis prolixis possit aliqua pars nihil significare, tamen id, in quo parabola præcipue consistit, non potest non significare, nisi ineptissima sit parabola. Iam verò in verbis Euangelij, de quibus nunc egimus, si parabola esset,

ea præcipue in vocibus (Eunuchi & Castrationis) consisteret, vt patet, ac proinde meritò in his vocibus vis faciendae esset.

ERRAT quartò, in exemplo, quod affert de villico iniquitatis: nam non existimat aliquid significare, quod villicus ille ex alienis bonis sibi amicos fecerit, cum tamen in hoc maximè parabola consistat: vult enim nos Dominus docere, vt quemadmodum ille villicus ex bonis Domini sui multa largiendo, sibi multos amicos comparauit: ita & nos ex bonis Domini nostri, id est, Dei cuius sunt omnia quæ habemus, Eleemosynas faciendo multos amicos in cælo faciamus. Hoc solum interest, quod ille peccabat bona domini sui largiendo, quia contra eius voluntatem largiebatur, & idcirco dicitur villicus iniquitatis: nos autem non peccamus bona Domini nostri largiendo, quia hoc ipsum ei vehementer placet, vt bona sua liberaliter paratiur: & sanè vehementer accendit ad Eleemosynam faciendam ista cogitatio, quod opes nostras res sint alienæ, id est, Dei: & tamen ex eiusmodi alienis rebus possumus nobis regnum caelorum comparare.

POSTREMÒ errat Petrus Martyr, quod existimet, hinc solum continentiam laudari, vt quis liber à cura vxoris & liberorū, facilius possit Euangelium prædicare: quem errorem supra refutauimus in disputatione de consilijs Euangelicis. Hinc vnum duntaxat S. Augustini testimonium addam, libro de sancta virginitate, c. 23. *Quid, inquit, veracius, quid lucidius dici potuit? Christus dicit, Veritas dicit, Virtus & Sapientia Dei dicit, eos, qui pio proposito ab vxore ducenda se continerint, castrare se propter regnum caelorum, & contra, humana vanitas impia temeritate contendit, eos, qui hoc faciunt, presentem tantummodo necessitatem molestarum coniugalium denotare, in regno caelorum amplius quidquam ceteris nihil habere.* Hæc ille.

CAPVT XXIV.

Idem asseritur ex verbis Apostoli primæ ad Timotheum quinto: Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt.

ERTIVS locus pro continentia voto habetur in epistola priorè ad Timotheum, cap. 5. vbi hoc modo Apostolus loquitur: *Adolescentiores viduas deuota: cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Quos loco per primam fidem nihil aliud intelligi potest, nisi continentiae votum, vt omnes omnino veteres intellexerunt. Nam cum Apostolus dicat, eas primam fidem irritam facere, quæ nubere volunt, necessariò colligimus eum loqui de fide seruandæ continentiae, quæ per nuptias violatur.

ISA autem fides seruandæ continentiae, aut est fides data marito carnali, aut Christo (sponsio spirituali: non potest esse fides data carnali marito: illa enim tandiu durat, quamdiu maritus viuat: mortuo autem viro, soluta est mulier, & cui vult nubere potest, vt Apostolus ait ad Romanos septimo, prioris epistolæ ad Corinthios c. 7. igitur sequitur, vt hoc loco fides, quæ per nuptias irrita fieri dicitur, sit fides data spirituali spòso Christo. Nò potest autè hæc fides Christo data, esse simplex propositum, seu voluntas continendi sine promissione ac voto: tum quia simplex propositum non habet relationem ad aliud, nec fides dici potest: vnde non irritatur fides, cum mutatur propositum: tum etiam, quia propositum sapere licet sine vlla culpa mutare: Apostolus autem absolute dicit, eas damnationem habere, quia fidem irritam faciunt: sequitur igitur, vt fides hoc loco votum significet. Ex quo sequitur, votum perpetuæ continentiae non esse impossibile, nec illicitum, quia nullum tunc fuisse peccatum illud violare.

ITA exposuit Concilium Carthaginense IV. canone

104. *Si quæ vidua quantumlibet in minoribus annis posita, se deuouerunt Domino, & veste laicali abiectas, sub iestimonio Episcopi & Ecclesie religioso habitu apparuerint, postea verò ad nuptias seculares transierint, secundum Apostolum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere ausi sunt.* Hæc sententia est CC. XIV. Episcoporum, qui in hoc Concilio interfuerunt. Idem habetur in Concilio Toletano IV. c. 55. vbi LXX. Episcopi fuerunt.

ITA exponunt etiam tres summi sanctique Pontifices; Clemens lib. 3. constitur. cap. primo & secundo; Innocentius I. in epistola secunda, c. 13. & Gelasius I. in epistola prima, c. 23. Ita etiam Tertullianus in lib. de monogamia, non procul à fine; Basilius in libro de virginitate, parum vltra medium; Hieronymus lib. I. in Iouinianum, & in caput quadragesimum quartum Ezechielis, Epiphanius hæresi 48. Augustinus libro de sancta virginitate, cap. viceesimo tertio, & lib. de bono viduitatis, cap. octauo & nono, & in Psalm. 75. Fulgentius in epistola prima. Præterea omnes expositores huius loci tum Graeci, vt Chryostomus, Theodoretus, Theophylactus, & Occumenius; tum Latini, vt Ambrosius, Primasius, Beda, Haymo, Sedulius, Anselmus, & alij.

AD hunc locum multi respondere conati sunt, ac primum Lutherus in libro de votis monasticis, contendit, per primam fidem non posse intelligi votum, eò quod nusquam alibi in Scripturis votum dicatur fides: vult autem ipse per primam fidem intelligi fidem Christianam, quam perdidit vidua illa, quæ, vt facilius nubere illis liceret, defecerunt à fide Christiana ad Iudaismum, vel Paganismum, & confirmat hanc explicationem suam duabus rationibus. Primò, quia de his viduis Apostolus dicit, eas abiisse retrò post Satanam. Secundo, quia dicit, eas luxurias esse aduersus Christum: nam & abire post Satanam, & luxuriari aduersus Christum, nihil videntur significare aliud, quam Apostasiam à fide Christi.

SED hæc noua explicatio facillè refellitur. Nam etsi fides nusquam alibi significat votum, tamen multis in locis significat promissionem, siue constantiam in promissione seruanda, quorum vtrūque ad votum pertinere certum est, cum votum promissio quadam sit. Genesis quadragesimo quarto: *Ego hunc in fidem meam recepi.* Ad Romanos tertio: *Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit?* Sic igitur hoc loco fides promissionem, seu pactum significare potest; quod autem non solum possit, sed etiam debeat fides hoc loco pro pacto ac voto accipi, non pro fide Christiana, qua Deo credimus, colligitur ex illo verbo adiuncto (*Irritam fecerunt*): nam fides, qua Deo credimus, non rectè dicitur irritari, sed admitti, vel corrumpi: pacta autem & vota propriissimè irritari dicuntur. Deuteronomij 30. *Si quis Domino votum vouerit, non faciet irritum verbum suum.* Psalm. 88. *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.*

DEINDE, nulla causa erat, cur vidua illa, si non vouerant continentiam, non possent nubere, nisi deficerent ad Iudæos, aut Paganos; quis enim illas prohibebat nubere inter Christianos? An non Apostolus prioris ad Corinthios septimo aperte permiserat, vt viduæ iterum nubèrent modò in domino, id est, inter Christianos?

NEQUE Lutheri rationes concludunt; quam abire post Satanam, non solum contingit per apostasiam, sed per omnè peccatum mortale; luxuriari autem contra Christum, non potest significare defectionem à Christi fide, sed scortari in iniuriam Christi. Nam Apostolus dicit eas viduas prius luxuriari in Christum, & postea nubere velle: Lutherus autem dicit, eas nubere velle, & propterea deficere à Christo, ergo cogitur fateri, non esse idem luxuriari & deficere.

AD eundem locum tres solutiones Caluinus affert. Primò, dicit, Apostolum nomine primæ fidei accipere

fidem in baptismo datam,quam ista vidua irritam fecerunt laiciuendo,& scortando.

At solutio parum valet;nam praterquam quod aduersatur omnibus veteribus citatis,aperte Apostolus dicit,eas habere e damnationem,quia primam fidem irritam fecerunt nubere volendo;nulla autem mulier in Baptismo promittit se non esse nupturam,si ergo non vouerant continentiam,cur damnantur,si nubere velint?

Quo d autem Apostolus hoc loco ait: *Cum luxuriata fuerint in Christo*;aliqui intelligunt de spiritualibus deliciis,vt sit sensus;Posteaquam deliciis spiritualibus in domo Dei abundant,ingrate sponso caelesti terrenas appetunt nuptias;ita Tertullianus de monogamia, & Cyprianus libro tertio ad Quirinum, capite 74. Alij intelligunt de temporalium rerum affluentia, vt sit sensus:Posteaquam in domo Dei Ecclesiae sumptibus ad satietatem passae fuerint,nubere volunt;ita Theodoretus & B. Thomas in hunc locum. Alij,vt Chryostomus hoc loco, & Hieronymus in epistola ad Ageruchiam de monogamia, intelligunt de fornicatione,vt sit sensus;Postquam in iniuriam sponsi sui Christi fornicatae fuerint,etiam hoc addant,vt nubere velint.

Sed quocumque modo accipiatur illud: *Cum luxuriata fuerint nubere volunt*, semper argumentum nostrum suum robur habet: nam si de scortatione non accipiatur illud,Postquam luxuriatae fuerint, constat solum reprehendi,quod nubere velint contra votum: si autem accipiatur de scortatione,tunc non solum non reprehendi, sed etiam laudari deberent,si a scortatione ad honestum coniugium transire vellent. Non igitur primam fidem vocat Apostolus fidem Baptismi, sed fidem voti, cui responderet tanquam secunda fides matrimonij ineundi: idem enim est, ac si diceret, post fidem Christo datam volunt fidem mortali marito dare, & primam illam irritam facere.

Adde, quod etiam si de fide in Baptismo data Apostolus loqueretur, adhuc nihil pro haereticis concluderetur: nam in Baptismo promissimus legem Dei nos seruaturus, lex autem passim id inculcat, vota esse reddenda. Itaque etiam hoc verum est, eas viduas, quae post votum nubere volunt, votum violando, fidem in Baptismo Deo datam irritam facere.

Altera solutio Caluini est, viduas illas, de quibus Apostolus loquitur promississe continentiam, & hac promissionem irritam fecisse, cum nubere voluerunt, sed tamen non potuisse id promittere, nisi eas, quae excellerant annum sexagesimum, & iam non amplius aptae erant coniugio. Dicit enim Apostolus: *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum*. Itaque nihil ex hoc loco deduci posse pro voto Sanctimonialium, quae etiam in flore aetatis continentiam proficentur. Hac etiam solutio nihil solidi habet: nam etsi Apostolus iubeat, viduam eligi annorum sexaginta, tamen non verulas, sed adolescentiores accusat, quod primam fidem irritam fecerint volendo nubere.

Si igitur verum est quod Caluinus ait, non posse iuniorum continentiam vouere, cur Apostolus eas reprehendit. Praterea dico Apostolum, cum ait, *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta*: Et, *Adolescentiores viduas deuita*, id est, non eas eligas, non loqui de admissione ad votum continentiae, sed vel de electione ad quandam praefecturam & ordinem Diaconissae, vt exponunt Tertullianus libro de uelands virginibus, & libro primo ad uxorem, & quidam alij, vel, quod probabilius est, de admissione ad numerum earum viduarum, quae ab Ecclesia alebantur, vt Chryostomus & Ambrosius in hunc locum, & Hieronymus in epistola ad Saluinam, exponunt: verbum enim *eligatur*, Graece *καταλεγομαι* in Catalogum adscribi & numerari significat.

Nolent autem Apostolus, viduas minores annis sexaginta ab Ecclesia alij, vt beatus Hieronymus loco notato docet, quia iuniores possunt labore suo victum sibi

comparare: & praeter ea, quia iuniores difficilius conseruantur in pudicitia, & turpius erat aliquam earum viduarum, quae ab Episcopo alebantur & regebantur, labi, quam aliquam aliam, idem eas valde probatas esse volebat, & quibus nullum periculum incontinentiae timeretur.

Tertia solutio est, quod ista promissio continentiae, quam viduae faciebant, non erat proprie votum Deo factum ad eum colendum, sed erat promissio facta Ecclesiae ad expeditius ministrandum iis, quibus ex officio Diaconissarum debebant, quomodo si aliqua cupiens recipi in ancillam, promittat se non cogitaturam de nuptiis, vt liberius seruire possit.

Hae solutio minime omnium quadrat; nam praterquam, quod Patres citati dicunt, eas Deo vere vouisse; si votum Deo factum rescindi potest, ac debet (vt Caluinus dicit) ab eo, qui stimulis carnis agitur, continere non potest, quantum magis rescindi poterit promissio facta Ecclesiae? Cur ergo istas adolescentiores Apostolus damnat, quia nubere volunt?

Sed, inquit, non damnat, quia nubere volunt, sed quia fidem Ecclesiae datam irritam fecerunt scortando. At contra; nam Apostolus in praesenti dicit: *Habentes damnationem*; ergo debet culpa praesens damnationi praesenti respondere: scortatio autem iam praeterierat, & ex sententia Caluini emendata fuerat per nonam voluntatem honesti coniugij. Sic enim loquitur Apostolus: *Cum luxuriatae fuerint, nubere volunt*; non igitur damnantur, quia luxuriatae fuerint, sed quia nubere volunt, quod est praesens. Cur autem damnantur, quia nubere volunt, nisi quia continentiam vouerunt, & sic nubere volendo, primam fidem irritam fecerunt.

Sed instant rursus, quia ibidem Apostolus dicit: *Volo iuniores nubere*: non ergo approbat vota iuniorum. At vide huius loci explicationem infra cap. XXX.

Iam vero Petrus Martyr in lib. de caelibatu & votis, post repetitionem eorum, quae ex Luthero & Caluino iam protulimus & refutauimus, duo adfert noua. Primum dicit, hunc locum esse ambiguum, & posse variis modis exponi, proinde nihil solidi hinc adferri posse ad confirmandam dogmata.

Respondet, non posse recte ambiguum vocari eum locum, quem omnes interpretes, qui quidem ante nostras lites exortas extiterunt, vno modo exposuerunt: alioqui nihil erit non ambiguum. Nihil enim est tam aperte dictum, quod non possit a contentiosis dogmata fieri.

Ad id praeterea, ex locis ambiguis dogmata stabiliti, & confirmari posse, quando accessit explicatio Ecclesiae per Concilia approbata, aut per communem Patrum consensum; nam alioqui nihil omnino habebimus certi, vt reuera nihil haereticis certi habent; nam, vt diximus, nihil est in Scripturis, quod non possit exponi variis modis, si velimus contentiosè agere.

Quo d si addas praeter ea, ex eiusmodi ambiguis locis dogmata fidei confirmari non posse, nullum omnino habebimus dogma. Exepli causa, Christi esse Deum, negat hodie in Transyluania permulti, & omnia loca Scripturae, quibus id nos probamus, illi variis modis exponunt; ergo si Petro Martyri credimus, non erit dogma fidei, Christum esse Deum: Atque hoc idem de omnibus alijs articulis facile posset ostendi.

Secundo, Petrus Martyr contendit illud: *Habentes damnationem*; non significare poenam, quae peccato respondeat coram Deo, sed solum quandam infamiam apud homines. Etsi enim illae, quae promiserant Ecclesiae castas se futuras, non peccent nubendo, immò bene faciant, cum Paulus dixerit: *Melius est nubere quam vri*, prioris ad Corinthios septimo; tamen subeunt quandam notam leuitatis, quod non perseuerent in eo, quod coeperant.

Porro id non aliter probat, quam auctoritate Martini Buceri, qui vocem illam *uolunt*, quam noster interpre-

damna

damnationem interpretatus est, ambiguum esse docuit, & interdum accipi pro accusatione coram hominibus.

At nos Bucero opponimus in primis omnes Patres supra citatos, qui damnationem aeternam coram Deo habere dicunt viduas, quae post votum nubere volunt. Opponimus deinde ipsum Apostolum Paulum, qui vbiq; illa voce vitur ad significandam damnationem coram Deo & hominibus, pro crimine magno & manifesto, ad Romanos tertio: *Quorum damnatio non manifesta est*, appellat damnationem, iudicium Dei contra illos, qui blasphemabant, ac mentiebantur Apostolum dicere: *Faciamus mala, vt eueniant bona*. Et ad Rom. 13. *Qui autem resistunt Dei ordinationi, ipsi sibi damnationem, quam ipsi acquirunt*. Certè autem, qui Deo resistunt, damnationem habent coram Deo, & non coram hominibus tantum.

Denique, Ioannes etiam c. 3. non semel, sed ter vitur verbo *uolunt* in hac significatione: *Non venit, inquit, filius hominis, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum*. Vbi illud, *uolunt* vt iudicet, non significat iudicium discussionis, sed damnationis. Est enim sensus; Non venit, vt sententiam damnationis ferat aduersus mundum, sed contra potius, vt absolutionis. Sic etiam paulò post: *Qui credit non iudicatur*, id est, non damnatur, *qui autem non credit, iam iudicatus est*, id est, manifesta est sententia damnationis, quam habebit, etiam si nondum pronuntiata sit. Viderint igitur Bucerus & Martyr, vbi legerint *uolunt* non significare damnationem coram Deo.

Præterea, quare quæso, v. duæ illae, si nullo voto obstrictæ erant, infames fuissent apud homines, si nubere voluissent? Si non erat turpe (vt ipsi dicunt) Episcopo uxorem habere, & ea mortua, rursus aliam & aliam ducere, & in ipso Episcopatatu filios procreare, cur turpe fuisset viduae, quae continere non poterat, nubere? Et si nec infamiam, nec leuitatem, nec turpitudinem esse volent hoc tempore Monachis, & Sanctimonialibus, post solentem votum continentiae, ad matrimonium transire; quomodo audent dicere, fuisse infame, ac turpe viduis illis velle nubere, cum nullam haberent non nubendi obligationem?

CAPVT XXV.

Idem asseritur ex Conciliis.

Vno secundo probanda est nostra sententia testimonio omnium Ecclesiarum, quod ex Conciliis antiquis facile haberi poterit. Iudicium Ecclesiae Orientalis, patet ex Concilio Ancyrano, canone 18. *Quotquot uirginitatem pollicentur, praeuicacitati sunt, professione contempta, inter digamos habeantur*. Item ex Concilio Chalcedonensi generali, can. 16. *Virginem quae se Domino consecrauit, similiter & Monachum, non licere nuptialia iura contrahere, quod si hoc inuenit fuerint perpetrantes, excommunicentur*.

Iudicium Ecclesiae Africanae, patet in Concilio Carthaginensi III. c. 31. vbi praecipitur, vt sacrae Virgines in monasteriis diligentissime custodiantur. Et in Concilio Carthaginensi IV. c. ultimo, vt supra citatum est.

Iudicium Ecclesiae Hispanicae, patet in Concilio Toletano IV. c. 55. *Duo sunt genera viduarum, seculares & sanctimoniales*. Et paulò infra: *Es, si ad nuptias transferunt iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt, quia se primò Deo vouentes, postea castitatis propositum abiecerunt*.

Iudicium Ecclesiae Gallicae, patet in Concilio Turonensi I. cap. 16. ante annos mille celebrato: *Si qui in monasterio conuersi sunt, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec quod absit, nullus eorum coniugem ducere, & si uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris male sociate consortio etiam iudicis auxilio separetur: quod si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix Monachus tali coniunctione foedatus, si per cuiuscunque patrociniū se conatus fuerit defendere, & is, qui in hac pertinacitate perdurat, & illi, qui eum exceperint defendendum, ab Ecclesia segregentur, donec reuertatur ad septima mona-*

sterij, & indictam ab Abbate, quandiu praecceptum ei fuerit, agat penitentiam, & post satisfactionem reuertatur ad gratiam.

Iudicium Ecclesiae Germanicae, patet ex Concilio Moguntinensi, tempore Arnulphi Imperatoris, c. ultimo: *Quae propositum castitatis assumpserint, aut monasterij claustris regulariter constringantur, aut domi manentes castitatem suae professionis integerrimè custodiant*. Ibidem confirmatur decretum decimum tertium Concilij Elibertini, & sextum Colonienfis Concilij, sub Carolo Crasso, in quibus statutum fuit, vt Virgines sacrae, si semel votum violauerint, pactumque uirginitatis perdidierint, solum in fine vitae communionem percipiant: si autem libidini diu seruerint, ne in fine quidem eam accipiant. Multa enim de vita Monachorum & Sanctimonialium habentur in Concilio Moguntino, sub Rabano.

Iudicium Ecclesiae Italicae, patet ex Concilio Romano sub Syluestro, can. 10. vbi prohibetur Episcopus benedicere virginem, quae nuptias aliquando expetit, nisi diu fuerit eius pudicitia probata. Et ex Concilio Forouulienfi, tempore Caroli Magi: *Item placuit de faminis cuiuscunque conditionis puellis scilicet vel viduis, quae uirginitatis, siue continentiae propositum spontanea pollicentes, Deo mancipatae fuerint, & ob continentiae propositum vestem, quasi religiosam, sicut antiquus mos fuit in his regionibus, induitae fuerint, licet non sint a sacerdote sacrae, in hoc tamen proposito eas perpetim perseuerare mandamus. Si uero postea, sine clanculo, seu publice nupsierint, dignus quidem mundano iudicio corporalibus coercitis vindictis, segregentur ab inimicem, & agant cum diebus vitae suae penitentiam, &c.*

CAPVT XXVI.

Idem asseritur ex responsis Pontificum & Imperatorum.

Primo, probanda est responsis aliquot veterum Pontificum & sanctorum Pontificum. Ac primò Clemens 8. lib. 3. constit. Apostol. c. 1. *Quare, inquit, oportet non temerè facere professionem, sed cum consilio & consideratione. Praestat enim, eam non uouere, quam uouere, & non reddere*. De uiduis loquitur.

Siricius epistola prima, c. 6. dicit, nec publicas leges, nec iura Ecclesiastica vlllo modo permittere Monachis vel Sanctimonialibus nuptias post votum.

Innocentius I. epistola secunda, cap. duodecimo, dicit, eas quae post votum nupsierunt, esse adulteras Christi, id est, sacrilegas.

Leo I. epistola ad Rusticum Narbonensem Episcopum, quae est 90. c. 13. *Propositum, inquit, Monachi proprio arbitrio & uoluntate susceptum, deserere non potest absque peccato. Quod enim quis uoluit Deo, debet & reddere*. Idem dicit capite sequenti de Sanctimonialibus.

Gregorius ep. 12. *Virginibus, inquit, sacris remore se quosdam sociare cognouimus, & post dictatum Deo propositum incesta foedera sacrilegèque miscere, quos protinus aequum est a sacra communione detruendi, & nisi per publicam probatamque penitentiam omnino non recipi, &c.* Idem c. 23. dicit, viduas etiam peccare, si post votum nubant.

Denique, Gregorius I. lib. 1. epist. 33. ad Venantiam: *Considera, inquit, quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui temetipsum Deo omnipotenti, cui sub monachali habitu deuoueris, subtraxisti, &c.* Et ep. 40. ad Anthemium, iubet Monachos, si uxores ducunt, debere separari, & remitti ad monasteria.

His accedant responsa etiam Principum politicorum. Scribit enim Eusebius libro 4. de vita Constantini, fuisse abrogatam à Constantino antiquam legem Romanorum, qua priuabantur successione haereditaria homines steriles, vel orbi liberi. Causam autem abrogationis scribit fuisse propter eos, qui religionis & pietatis gratia ex voto caelibatum colebant, ne uideretur lex politica pietatem uelle punire. Rufinus, cum tempore Iuliani

Apo

Apostata cepissent quidam sacras virgines in coniugium petere, Iovinianus Imperator Christianus, qui Iuliano successit, legem tulit, ut capite plecteretur, qui sacra Virgines, vel ad coniugium petere, vel etiam impudice aspiciere deprehensus fuisset. Scribit hanc historiam Sozomenus lib. 6. hist. Eccles. c. 3. & exstat adhuc ea lex in Codice, Lege, Si quis de Episcopis & Clericis. Quae lex si hoc tempore obliterata fuisset, Martinus Lutherus, cum non paucis ex suis, iustissimè caput amississet.

CAPVT XXVII.

Idem asseritur testimonio Patrum.

VARTO probanda est testimonii Patrum. Sanctus Ignatius episcopus Tharsenses iubet honorari virgines Deo sacras; & episcopus ad Antiochenes: Virgines, inquit, agnoscant cui se consecrauerunt.

DIONYSIVS Eccles. hierar. c. 6. par. 2. describens ritum, quo initiabantur Monachi, dicit eos publicè in Ecclesia promittere, se renunciare vitæ diuisibili, id est, vitæ seculari; secularis enim diuisus est, ut Apostolus dicit I. Cor. 7. cum partim de Deo, partim de vxore cogitat.

MARTIALIS epistola ad Tholosanos, cap. 8. dicit se Valeriae virgini persuasisse, ut virginitatem suam Deo voueret, quod etiam Iphigenia suauis Matthaum scribit Abdias in eius vita, & Theobearum Paulum scribit S. Ambrosius lib. 2. de virginibus, & Flauia Domitilla sanctum Clementem scribit Bedam martyrologio die 7. Maij, cuius etiam meminit Eusebius in Chron.

TERTULLIANVS libro de velandis virginibus: *O sacrilega manus, inquit, quae dicatum Deo habitum detrabere potuerunt: quid peius aliquis persequitur fecisset hoc à virgine electum cognouisset? Et in fine libri: Nupsisti, inquit, Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. Et ibidem: Quid, inquit, faciet ipsum continentiae votum? &c. Et libro de monogamia, ultra medium: Habentes, inquit, iudicium, quod primam fidem resciderunt, illam videlicet, à qua, in viduitate inueniunt, & professæ eam, noluerint perseuerare.*

CLEMENS Alexandrinus Strom. 3. initio: Est ergo, inquit, continentia, corporis despicitiam conuenienter patris conuentis cum Deo initis. Et in fine libri: Dominus, inquit, dixit, qui uxorem duxit, non repudiet eam: qui non duxit, non ducat: qui autem professus est se nunquam ducturum, sine uxore perseueret.

ORIGENES homil. 23. in Numeros: Unde, inquit, mihi videtur illius solius esse indefinens offerre sacrificium, qui se indefinit, & perpetua deuouerit continentia.

HILARIVS in Psal. 64. Deo ergo, inquit, vouenda sunt, contemptus corporis, castitatis custodia, ieiunij tolerantia.

EVSEBIVS lib. 4. de vita Constantini: Castitatem, inquit, virginalemque modestiam amplexata quadam corpore, & animam consecrauerit Deo. Et infra de Constantino: Virgineum, inquit, eorum tantum non adorabat, istic habitare Deum, cui se puella deuouerant, arbitrabatur.

S. CYPRIANVS lib. 1. ep. 11. ad Pomponium: Christus, inquit, Dominus & index noster, cum virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suae destinatam, iacere cum altero cernat, quam indignatur, & irascitur, & quas poenas incestus eiusmodi coniunctionibus comminatur? Et infra: Quae, inquit, hoc crimen admittit, non mariti, sed Christi adultera est. Et lib. de habitu virginum: Qui, inquit, se Christo dicauerint, & tam carnem quam mentem Deo deuouerint, opus suum consumment magno premio destinatum.

S. ATHANASIVS in lib. de humanitate verbi dicit, etiam pueros virginitatem suo tempore profiteri solitos. & in Apologia pro fuga sua meminit sacrarum virginum, quas Ariani petulantissimè vexauerunt: quod fufius scribit Petrus Athanasij successor, in epistola quadam, quae exstat apud Theodoretum lib. 4. hist. Eccles. c. 20. 21. 22. idem Athanasius in lib. de virginitate: Postquam, inquit, continentiam professæ es, corpus tuum sanctificasti.

S. BASILIVS in proemio constitutionum monasticarum: Itaque, inquit, qui à mundi vinculis liber esse cupit, nuptias veluti pedicatas quasdam fugat, his autem relictis, vitam suam Deo consecrat, & castitatem proficitur, & neque facultas ipsi sit conuersionis ad nuptias. Et epist. vltima, quæ est ad virginem lapsam: Et quia, inquit, impius in profundum collapsus mala de cætero contemnit, etiam ipsa abnegas ad verum sponsum facta, neque esse virgo, neque nunquam promississe clamas. Reuoca in memoriam honestam professionem, quam professæ es coram Deo, & Angelis, & hominibus. Reuoca in memoriam venerandam congregationem, & sacrum virginum chorum, quot literas ad Sanctos saepe exarasti, per quas pro te orare petiisti, non ut nuptias humanas, immo ignominiosam corruptionem assequeris, sed ut à Domino Iesu non excideres? &c.

IDEM lib. de virginitate, parum à medio: Cum, inquit, virginitatem Domino professæ sint, carnali postmodum voluptate malè blanda delinunt ac deuiant, stupri scelus honesto coniugij nomine obtegere cupiunt. Et paulò antè: Horrendo, inquit, sacrilegio Christi sponsæ adulter efficitur. Et paulò infra: Nam quod solenne, inquit, legitimumque connubium sponus ille (Christus) occupauit, & virginum habitus, & fœdera, & conuenta cum illo, & preterea processus ipsi testatur, huiusmodi quippe nobilitata vxore processit in publicum, &c. Idem in quæstionibus fusè explicatis, quæst. 14. & 15. multa de voto solenni Monachorum disputat.

S. GREGORIUS Nazianzenus oratione de obitu patris sui ultra medium: Ut enim, inquit, nos Deo vouimus, si discrimen effugeremus, ita periculo defuncti, nosmetipsos obtulimus, &c. Gregorius enim ut ipse in poemate de vita sua scribit, à mare Deo consecratus fuerat, antequam nasceretur, & ipse postea, cum in mari periclitaretur, iterum votum continentiae, religionis emisit, quod etiam seruauit.

S. OPTATVS Mileuitanus lib. 6. contra Parmenianum: Spirituale, inquit, hoc genus nubendi est: in nuptias sponsiam venerant voluntate, ex professione sua, &c.

S. EPIPHANIUS hæc. 6. Apostolicorum: Tradiderit, inquit, sancti Dei Apostoli peccatum esse, post decretum virginitatem ad nuptias conuerti. Et infra: Si, inquit, quæ vidua fuit, ac Deo dicata, & postea nupsit, iudicium & condemnationem habebit, quod primam fidem reiecit: quanto magis quæ Deo dicata virgo fuit, & nupsit, contra Christum lasciuir, & maiorem fidem reiecit, & iudicium habebit? Et hæc reliquadragesima octaua Montanistarum: Gaudet, inquit, Deus verbum his, qui approbatum Dei cultum præstare possunt, & virginitatem, & continentiam exercere delignant, &c. Vides cultum vocari professionem continentiae.

S. IOANNES Chrysostomus homil. 15. in priorum ad Timotheum: Et vidua, inquit, in viduitatis professione Christo consentit, id est, Christo nubit. Et infra: Cum, inquit, illi se deuouerint, nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, fidem pactum dicit. Et hom. 14. prolixissimè describit, ac miris laudibus prædicat monasticam professionem, sed clarissimè ep. 6. ad Theodorum lapsam. Honorabiles, inquit, nuptiae, sed te etiam seruare non conuenit privilegia nuptiarum, quamuis frequenter hoc ipsum nuptias voces, ego tamen adulterio illud peius existimo, &c.

S. VLPATIVS in vita S. Martini ante medium: Arborius, inquit, vir sancti admodum, & fidelis ingenij, cum filia eius grauissimis quartanae febris actibus vteretur, epistolam Martini, quæ casu ad eum delata fuerat, pectori puella in ipso accessu ardoris inseruit, statimque fugata febris est: quæ res apud Arborium tantum valuit, ut statim puellam Deo voueret, & perpetuae virginitati dicaret, professæque ad Martinum, puellam ei præfens obtulit, neque ab alio eam, quam à Martino, habitu virginum imposito, passus est consecrari.

RVFFINVS lib. 10. hist. cap. 8. dicit, Hierosolymis fuisse insigne monasterium sacrarum virginum, quibus Helena mater Constantini suis manibus ministrare in mensa aliquando volebat.

S. AMBROSIVS lib. 3. de virginibus, ante medium: Inuitas, inquit, sacris mysteriis, & consecratis integritati puellas nubere prohibes. Vnam potuissimè reuocare nuptias, vnam potuissimè flammam nuptiale pio integritatis velamine mutare: an indignum videtur, ut sacratae virgines, à sacrosanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet sponsum eligere, non licet Deum præferre? Et infra: Discite, inquit, quantas Alexandrina, totiusque Orientis, & Africanae Ecclesiae, quotannis sacrare consueverint: pauciores hæc homines prodeunt, quam illic virgines consecrantur. Similia passim repetit.

B. HIERONYMVS in epist. ad Sabinianum: Moris, inquit, in Aegypti, & Syriae monasteriis, ut tã virgo, quam vidua, quæ se Deo vouerit, & seculo renunciantes omnes delicias seculi conculcarint, crimem monasteriorum matribus offerant descendendum, non intello postea contra Apostoli voluntatem incesuræ capite, sed ligato pariter, ac velato. Plena sunt scripta sancti huius viri testimonii, pro castitatis voto, & professione, adeo ut Petrus Martyr dicat, nullum esse ex Patribus, qui magis dogmatum ipsorum aduerferit, quam Hieronymum.

B. AVGVSTINVS lib. 1. de adulterinis coniugijs, c. 24. Quod, inquit, cuiquam, antequam vouisset, licebat, cum id se nunquam facturum vouerit, nõ licebit: si tamen id vouerit, quod vouendum fuit, sicut est perpetua virginitas, &c. Et in Psal. 75. Nescio, inquit, quæ castimonialis nubere voluit, quid voluit? quod & mater ipsius. Aliquid mali voluit? meli planè quare: quia vouerit Domino Deo suo. Idem ibidem: Quid, inquit, ait Apostolus de quibusdam quæ vouerunt, & non reddiderunt? Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. quid est primam fidem irritam fecerunt? vouerunt, & non reddiderunt.

S. FVLGENTIVS lib. de fide ad Petrum, cap. 42. Eis, inquit, qui sine inconiugatis, sine à coniugio liberi, continentiam Deo vouerunt, admodum est dammabile, si vel illi coniugale opus voluerint adpetere, quo se non accessuros, vel illi repeterè, à quo recessuros illi libera, illi communi professi sunt voluntate.

IDEM S. Fulgentius in epist. 1. cap. 6. Non peccat, inquit, virgo nubens, si virginitatem Deo priusquam nubere in corde non vouit. Et epist. 3. cap. 4. Hic est, inquit, vigentius Dei Filius, virginitus etiã virginis Filius: vnus omnium sacrarum virginum sponsus, sanctæ virginitatis fructus, deus, & vnus, quæ corporaliter sancta virginitas peperit, cui spiritualiter sancta virginitas nubit, à quo sancta virginitas fecundatur, ut perseueret intacta: à quo decoratur, ut permaneat pulchra: à quo coronatur, ut regnet peremeriter, gloriosa: quapropter bonum depositum custodi, & meritum tanti boni, quod ut haberes, Deus dedit, & ut Deo voueres, ipse fecit.

Ad hæc omnia Conciliorum, Pontificum, & Patrum testimonia, tres adfert responsiones Petrus Martyr ad finem libri. Primò dicit, omnia ista humana esse testimonia, nec esse Christiani hominis officium prouocare à testimonia Dei ad testimonia hominum, Quod, inquit, ad alterum attinet de iudicio Patrum quoniam aduersarij nostri, & in hac causa, & in alijs controuersis semper prouocare solent ad eos, pronũcio mihi nõ videri hominis esse Christiani ad hominum iudicia prouocare à Scripturis Dei. hoc enim est iniuriam facere Spiritui sancto: nam fides est audiri, auditus autem ex verbo Dei, nõ ex Patribus. Hæc ille. Vbi etiam fufissimè probat, non esse prouocandum à Scriptura ad Patres.

SED dum hæc dicit, ipse mihi prouocare videtur, à candore ad impudẽtiam, à veritate ad mendacium; non enim Catholici Doctores prouocarunt vnquam à Scriptura ad Patres, sed in Scriptura intelligentia à iudicio

paucorum seditiosorum ad iudicium multorum sapientissimorum, & optimorum virorum: vel etiam ad iudicio partis ad iudicium aliorum, qui partes non sint. Ut enim in humanis litibus cum duo contendant, & iudicẽ aliquem appellant, non prouocant à lege ad iudicem, sed parte litigante ad iudicem, si rursus iudex non satisfaciatur, prouocant iterum non à lege, sed ab vno iudice ad alium, donec veniatur ad aliquem, à quo prouocari non possit.

ITEM quoque in Ecclesia cum oriuntur lites, inspiciuntur leges diuinæ, quæ ab omnibus recipiuntur. Quod si lis non finiatur, quæritur iudex, nõ quod Scriptura non credatur, sed quod de ipsa Scriptura quæstio sit. Itaque prouocamus ab explicatione aduersarij litigantis, ad arbitrium sapientium, & peritorum, qui ante litem exortam floruerunt, quod si illi inter se fortasse non conueniant, prouocamus ad Ecclesiam totius iudicium, id est, ad summi Pastoris, vel generalis Concilij definitionem.

QUOD si quis adhuc velit ab isto iudice ad Scripturam prouocare, idem facit, ac si quis in humanis litibus à Præto prouocare ad legem. quod ridiculum esset, cum nihil sit aliud prouocare à Præto ad legem, quando de sensu legis quæstio est, quam prouocare à sententia publici iudicis ad suum proprium, priuatumque iudicium.

AT, inquit Petrus, etiam Patres omnes, & Concilia, licet inter se optimè consentiant, errare possunt, nisi cum verbo Dei consentiant.

RESPONDENDO, id quidem esse verum, sed assumptionem, quæ subtrahitur, esse falsam, nimirum posse omnes Patres, aut Concilia legitima & approbata, cum verbo Dei non consentire. Exempla autem, quæ ipse adfert, nihil aliud probant, nisi posse Patres singulos seorsim, & Concilia illegitima, & reprobanda errare. Concilium enim II. Ephesinum, & Constantinopolitanum sub Leone Iconomacho, quorum exempla Martyr adducit, nec nõ nescit qualia fuerint.

ALTERA eius responsio est, Patres quidem id asserere, quod nos dicimus, sed non esse audiendos, quod non habuerint iustam causam id asserendi: Certè, inquit, ut quod verum est fateamur, eos in hac causa habemus iniuiores, Si autem ab Apostolorum temporibus numium tribui coeptum est celibatus, quibus autem de causis id factum sit supra multis verbis docuimus. Hæc ille.

DOCVIT autè supra quatuor esse causas, cur initio Ecclesie cœperit coli cœlibatus, Cur tanto, inquit, in pretio virginitas fuerit, causa vna esse potest, quod Christus dixerit, esse Eunuchos, qui se castrauerunt propter regnum caelorum, & in eam sententiam per multa Paulus habet in septimo capite prioris ad Cor. hæc sancti Patres semper habuerunt in ore, sed eos cogitare oportuit, quemadmodum essent accipienda. Et infra.

ALTERA causa est, quod illo tempore graues erant persecutiones omnibus in locis, minus autem molestum est in persecutione, si quis solus fugiat, quam si cogatur sollicitus esse de uxore & liberis.

TERTIA causa est, quia illis temporibus Christiana religio graui laborabat infamia; cum enim horis antelucanis, & in tenebris metu Principum ad bymnos & synaxes conuenirent, populus cepit suspicari illos uti inter se promiscuo concupitu, & nefaria libidine, &c. Et infra: At quæ ea gratia magnum numerum aiebant virginum & cœlibum.

QUARTA causa est, quia bona pars eorum, qui accesserunt ad Christum, erat Ethnicorum. At illi maximè semper suspiciebant virginitatem & cœlibatum, &c.

HIC nos respondemus, primam causam esse præcipuam, & verissimam, nimirum verba Christi, & Apostoli. Quod autem addit Martyr, sanctos Patres debuissè cogitare, quemadmodum illa essent accipienda, coincidit cum responsione superiori. Idem enim est quærere, utris tandem magis credendum sit in eorum locorum explicatione, Patribusne antiquissimis, sanctissimis, &

doctissimis, an Luthero, & Caluino. Sed certe non video quomodo ambigi possit de hac re; nam si statim ab Apostolis, ut Martyr dicit, floruerunt Patres illi, profecto Apostolos ipsos audire, & consulere potuerunt: ac proinde longè melius verba illorum intelligere, quàm isti, qui mille & quingentis annis post Apostolos fuerunt.

SECVNDA, & tertia causa potuerunt quidem momentum aliquod habere ad suadendam continentiam, sed non fuisse causas precipuas huius rei facile probamus. Primum, quia Patres dum laudant, & suadent continentiam, & continentiam votum, nunquam adferunt istas causas, sed verba Christi, Apostolorum, & Prophetarum. Quocirca ipse etiam Petrus Martyr fatetur, semper Parvulum fuisse in ore verba Christi, & Pauli, nec attulit vllum testimonium alicuius veteris qui scripserit suspiciendum esse, vel suscipiendum cœlibatum ob fugam in persecutione, aut ob refellendam calumniam Ethnicorum. Secundò, si ista fuissent causas precipue, iam dudum cessasset admiratio cœlibatus; nam causas illæ breuissimo tempore durarunt: non autem ita est, sed semper magis & magis in Ecclesia floruit, & viguit honor continentia Deo sacrata ac deuota.

QUARTA causa falsissima est, cum cõstet cœlibatũ in Ecclesia non à Gentilibus, sed à Iudæis cœpisse; si quidem Christus ipse virgo, mater eius virgo, Ioannes virgo, Apostoli omnes post vocationem suam continentes, ex Iudæis, non ex Gentibus nati fuerant. Illi etiam primi Christiani, qui in Ægypto continentiam colebant, de quibus scribit Philo in lib. de vita contemplatiua supplicum, ex Iudæismo, nõ ex Paganismo, ad Ecclesiam venerat.

ADDE, quod Petrus Martyr cotarium scripsit in commentario ad cap. 7. prioris ad Corinthios, vbi sic ait: Neque iudicamus de cœlibatu, quod sit in presentia, ut habetis erat in Iudaismo, & apud Ethnicos parum honestus. Scribit enim Cicero de legibus, Cœlibes esse prohibentis. Christus hanc ignominiam cœlibatus amouit, &c.

PORRO Gentilium testimonia adferuntur quidem interdum à Patribus, sed ita adferuntur, ut Apostolus quondam citauit Aratum Poetam Act. 17. & Menandrum 1. Cor. 15. nimirum non ut in eiusmodi testimoniis ponatur firmamentum dogmatum fidei, sed ut ostendatur cœlibatus non pugnare contra naturam, & rationem, & ut Christiani erubescant, si in iis, quæ ad virtutem pertinent, inueniantur Ethnicis inferiores. Hoc modo S. Hieronymus in libris aduersus Iouinianum, postquam multis Scripturæ testimoniis cœlibatum confirmauit, producit etiã Ethnicorum testimonia & exẽpla.

TERTIA responsio Petri Martyris constat ex aliquot Patrum testimoniis, quæ cum voto continentia pugnare videntur. Sed ea paulò post adferemus, vbi ad obiectiões aduersariorum dissoluendas peruenierimus.

CAPVT XXVIII.

Idem asseritur ratione.

VENI tandem, ut ad postremum genus argumentorum veniamus, duplici ratione, in Scripturis, & Patrum testimoniis fundata, id ipsum breuiter confirmabimus. Prima ratio ex dignitate continentia, secunda ex vtilitate vouendi sumetur. Primum igitur id omne Deo rectè vouetur, quod est illi gratius si fiat, quàm si non fiat. Eiusmodi autem continentia est, cum longè excellat coniugio, & cum fornicatione ne comparari quidem debeat; poterit igitur rectè continentia Deo voueri. Assumptio, quæ sola negari solet, paucis confirmanda est.

QUARTA verò Lutherus in Epithalamio cauillatur, virginitatem quidem præstare coniugio, sed non item vitam cœlibem vitæ coniugali. Argumenta adferemus de vita ipsa, & statu cœlibum. Ac primum Scriptura diuina clamat 1. Cor. 7. Igitur qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Et infra:

A Cui vult nubat, tantum in Domino, beatorum autem erit, si sic permanserit. Huc etiam pertinent alia testimonia, quæ attulimus supra in disputatione de consiliis.

IAM verò Patres passim perfectam vitam hanc esse dicunt. Cyprianus libro de habitu virginum, virginum cœtum esse dicit illustriorem portionem gregis Christi. Et ibidem: Magna, inquit, vos merces manet, premium grande virtutis, munus maximum castitatis. Dionysius Ecclesiastica hierar. cap. 6. p. 2. Sacerdos, inquit, perfectissimam ei vitam exponit, ei videlicet, qui monasticam vitam proficitur. Eusebius lib. 1. c. 8. demonstr. Euangel. Et talis, inquit, existit in Christianismo perfecta vitæ modus. Basiliius c. 18. monasticarum constitutionum, & Gregorius Nazianzenus in oratione de obitu S. Basilij, vitam perfectam, immò etiam perfectissimam appellat monasticam. Ioannes Chrysostomus lib. 3. aduersus vituperatores vitæ monasticæ, eandem vitam appellat perfectionis culmen, virtutisque fastigium.

B HIERONYMVS in epist. 1. ad Heliodorum. Tu perfectum te fore pollicens es: nam quando relicta militia te castitasti propter regna cœlorum, quid aliud quàm perfectam secutus es vitam.

AVGVST. lib. 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. Iam, inquit, accipite perfectorum Christianorum, quibus summa castitas non laudanda solum, sed etiam capeffenda visa est, mores & continentia singularè. Et de sancta virg. c. 52. Pergit, inquit, virgines Dei, via sublimitatis, pede humilitatis.

SVRITIVS in 2. Dialogo: Beata species, inquit, & deo digna, nihil enim virginitati est comparandum. Idem quoque Patres summo cõsensu vitam virginum, angelicam vitæ esse docent, vitæ verò coniugalis, vitam hominũ.

AMBROSIVS lib. 1. de virginibus: Nemo miratur, si Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur. Cyrillus catechesi 12. Non ignoremus castitatis gloriam, angelica enim est corona, & supra hominem hæc perfectio.

C NAZIANZENSIS in carmine de virginitate.

Salve virginitas diuino trahita dono,
Mater inoffensa vitæ, bona maxima fundens,
Christi pars, & spiritibus sociata supernis
Ignaris thalamum.

ATHANASIVS libro de virginitate extremo, his titulis virginitatem celebrat: O virginitas opulenta indeficiens, corona inmarcescibilis, templum Dei, domicilium Spiritus sancti, margarita speciosa, vulgo inconspicua, gaudium Prophetarum, gloriatio Apostolorum, Angelorum vitæ, Sanctorum corona. Vide præterea, si placet, de cõparatione virginum cum Angelis, Hieronymum in ep. 8. ad Demetriadem, Augustinum de sancta virgine c. 13. Chrysostomum hom. 18. in Genesim, Basilium in lib. de virginitate, Fulgentium in epist. 3. ad Probam, Damascenum lib. 4. cap. 25. Isidorum lib. 2. de summo bono.

D HIC verò mirè irascitur Petrus Martyr; nam in lib. de cœlibatu, & votis, recitat sententiam Athanasij supra citatam, & ait: Sunt hæc hyperbolis plena, neque ad amissionem veritatis consistunt. Apostoli sanè coniuges habuerunt, & propheta, quomodo ergo virginitas est illis gaudium, & corona? quid præterea cum virginitate commune habent Angelis, quando quidem corpore carent? unde non magis illi virgines queunt dici, quàm si quis lapidem cæcum appelleret. Hæc ille. Sed quid mirum, si non placent porcis margaritæ?

QUOD autem falsi accusat Athanasij Petrus, quod dixerit, cõtinentiam gaudium esse Prophetarum, & gloriam Apostolorum, refellitur facillimè ex S. Hieronymo, qui in ep. 22. ad Eustochium sic ait: Virgo Helias, Heliseus virgo, virgines filij Prophetarum: Hieremie dicitur, & tu ne accipias uxorem. Hæc ille. Quis verò nescit Ioannè Baptistam, & Prophetam, & virginem fuisse ex Apostolis Ioannem certò scimus virginem fuisse: Quod idem de Paulo idem Hieronymus affirmat loco citato, & de Apostolis omnibus in Apologia pro libris cõtra Iouinianum:

Aposto

Apostoli, inquit, aut virgines, aut post nuptias continentes. Ad hos ergo Apostolos, & Prophetas respiciens Athanasius, verè & propriè, nõ falsò & hyperbolicè loquitur est.

QUOD autem reprehendit Petrus cõparationem virginum cum Angelis, non solum Athanasio, sed omnibus aliis Patribus, & ipsi etiam Christo iniuriam facit, qui Matth. 22. ait, In resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo. Cui credemus iam, Petro Martyri neganti eos, qui non nubunt similes esse Angelis, an Christo id ipsum asserenti?

A T, inquit, Angelis non magis conuenit non nubere, quàm lapidi non videre. Ita est, sed tamen sicut eum, qui valde cæcus, aut surdus, aut mutus est, lapidi, & trunco, non ineptè comparamus; sic etiam eos, qui continentia & puritate excellent, rectè similes Angelis similes facimus: nam alioqui nec vultum habent Angeli, & tamen non timuit S. Lucas dicere Act. 6. Viderunt vultum Stephani, sicut vultum Angeli. Atque hæc de prima ratione.

ADDO aliam rationem ex parte ipsius voti; Melius est & Deo gratius ex voto aliquid facere, quàm sine voto, igitur non solum licet, sed etiam expedit continentiam vouere. Antecedens his argumentis confirmatur.

PRIMò, Scriptura horrat ad vouendum Psal. 75. Vouete, & reddite. Quo testimonio permotus S. Augustinus, multis in locis ad vouendum hortatur, ut in epist. 45. ad Armentarium, epist. 89. ad Hilarium, epist. 143. ad Iulianum, in libro de bono viduitatis, cap. 19. in libro de sancta virginitate, cap. 29. & 30. in Psal. 75. 99. & alibi. At si melius esset abiq; voto operari, deciperet nos Spiritus sanctus, quod nullo modo fieri potest: igitur melius est operari ex voto.

SECVNDò, opus eo melius est, ac Deo gratius, quo ex pluribus, aut ex maiori virtute procedit, continere sine voto, est temperantia, continere ex voto, est actus simul temperantia & religionis, quæ quidem religio temperantia ipsa longè est nobilior: igitur continere ex voto melius, ac Deo gratius est, quàm sine voto. Itaque sanctus Augustinus in libro de sancta virginitate, cap. 8. Nulla, inquit, secunditas sanctæ virginitati etiam carnis comparari potest: neque enim & ipsa, quia virginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur, quæ licet in carne seruetur, spiritus tamen religione ac deuotione seruetur, ac per hoc spiritualis est etiam virginitas corporis, quam vouet ac seruat continentia pietatis.

TERTIò, quod fit ex voto, maiori charitate & liberalitate fit, quàm quod sine voto. Qui enim sine voto aliquid facit, opus duntaxat offert Deo; qui autè vouet, atque ex voto facit, & opus, & facultatem offert. Quod explicat sanctus Anselmus in libro de similitudinibus, cap. 84. his verbis: Plus donat, qui arborem cum fructibus, quàm qui solos fructus donat.

QUARTò, melius est quod fit ex voluntate confirmata in bonum, quàm quod fit sine eiusmodi firmitate: sicut peius est peccare ex voluntate obfirmata ad malum, quàm ex fragilitate. & quemadmodum qui peccat ex voluntate confirmata in malum, similes sunt damnatis, ita qui operantur ex voluntate confirmata in bono, similes sunt beatis.

QUINTò, qui vouet, non solum id lucratur, quod diximus, quod excellens opus facit, sed etiam munit seipsum aduersus tentationes diaboli, & humanam fragilitatem, ac mutabilitatem. Homines enim in iis rebus, ad quas non sunt alligati vinculis legum, etiamsi optima sint, & vtilissima, facillè mutant propositum, diabolo instigante, & etiam sine diaboli artibus, ex propria mutabilitate. Quocirca videmus in rebus humanis sæpe requiri iuramenta, ut alligeretur voluntas, non facillè mutari possit. Ita milites, magistratus, sponsi, atque alij id genus iurare coguntur, nõ autem solis verbis se facturos quod debent, polliceri. Hinc S. Augustinus in epist. 45. ad Ar-

A mentarium: Non te, inquit, vouisse pœniteat, immò gaude iam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Et infra: Felix necessitas, quæ ad meliora compellit.

CAPVT XXIX.

Soluitur obiectio prima aduersariorum.

R ESTAT nunc, ut obiectiões aduersariorum soluamus. Prima obiectio communis est omnibus, & sumitur ab illis Scripturis, quæ docent, opera bona non ex necessitate, quam tamen secum adferunt vota, sed voluntariè, ac liberè esse faciendã: id enim est melius, & laudabilius, & Deo etiam acceptius, quod est magis voluntarium, & liberum, ac proinde minus necessarium. Psal. 53. Voluntariè sacrificabo tibi. 1. Cor. 7. Non ut laqueum vobis iniiciam, id est, horror ad continentiam, sed non ad votum. 2. Cor. 9. Vnusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilararem enim datorem diligit Deus. Et ad Philemonem: Ne veluti ex necessitate bonum tuum sit, sed voluntarium.

B S. HIERONYMVS lib. in Iouinianum, ante medium: Et ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum: maiorisque gratia est offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris. Et S. Prosper lib. 2. de vita contemplatiua, cap. ultimo: Sic abstinere, vel ieiunare debemus, ut non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iã non deuoti, sed inuiti, rem voluntariè faciamus.

R SPONDEO, triplicem esse libertatem ac triplicem necessitatem. Vnam ex parte debiti, siue debitorum oritur ex præcepto, siue ex voto, siue aliunde. Id enim dicimur libere facere, quod non tenemur facere, id verò necessariò, quod tenemur. Alterã ex parte naturalis determinationis voluntatis, illa enim dicimur libere facere; in quibus nõ habemus voluntatem determinatam ad vnum: atque hæc libertas est, quæ propriè dicitur liberum arbitrium. Tertiam ex parte coactionis, siue ea sit absoluta coactio, ut cum quis trahitur vi, quod ire nõ vult, siue sit moralis quædam, & quasi conditionata coactio, ut cum quis nollit aliquid facere, & non libenter facit, facit tamen coactus timore aliquo humano, aut feruili.

EX his prima libertas non est necessaria ad opus laudabile, aut Deo gratum faciendum, neque contraria necessitas pugnat cum laude & merito operis boni, quia potius contra, ut ostendimus, ista necessitas auget laudem operis boni. Semper enim, nisi aliunde sit impedimentum, melius est opus ex præcepto, quàm non ex præcepto; ex voto, quàm non ex voto.

ALTE RA illa libertas necessaria est ad laudem boni operis, sed ea, quæ repetitur in opere, quod fit ex præcepto aut voto, & in opere omnibus modis indebitis; nam etiam si quis millies vouerit aliquid, poterit tamen ex arbitrij libertate votum non reddere, & peccare.

D TERTIA libertas est item necessaria ad laudem boni operis, sed neque ipsa repugnat præcepto, & multò minus voto. Potest enim fieri, ut quis tanta alacritate, & promptitudine exsequatur opera præcepta, quanta alius opera non præcepta. Vnde David dicebat, Psal. 118. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. Et, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.

PARI ratione fieri potest, immò ordinariè fit, ut quod fit ex voto, fiat libentius & promptius, quàm quod fit sine voto. Votum enim ex se latitiam gignit, cum ex magna charitate procedat, iuxta illud 1. Paralipom. ultimo: Latatus est populus, cum vota sponte promittit, quia corde toto offerret ea Domino. Quod si aliqui cum tristitia soluunt, quod vouerunt, id accidit ex vitio hominum, non ex natura voti, nec tamen etiã tunc melius est quod fit sine voto, quàm ex voto; nam, ut sanctus Thomas docet in opusculo 18. quod est de perfectione, cap. 12. potest tribus modis quis se habere in soluendo voto.

VNO modo, ut libenter faciat id, ad quod tenetur ex

voto, & quia res ipsa placet, & quia votum placet; & tunc sine dubio magis meretur, quam alius, qui æquè libenter illud idem operatur sine voto.

ALTERO modo, vt inuitus faciat rem illam, quam vouit, tamen libenter impleat votum: vt si is, qui vouit ieiunium, incipiat non amare ieiunium, & proinde cum difficultate, & tristitia ieiunet, adeo vt si esset sui iuris, non voueret ieiunium: tamen quia iam vouit, & placet ei vehementer seruare Deo fidè datam, propterea pro merito & alacri animo superet eam difficultatem, vt impleat votum. Atque hic etiam magis meretur quam alius, qui sine voto libenter ieiunet; vt enim excellentior est religio, quam temperantia, ita melius est implere votum libenter, quod est religionis, quam libèter ieiunare, quod est temperantia.

TERTIÒ modo potest fieri, vt quis adeo doleat se vouisse, vt non velit amplius seruare votum; sed quia hoc est simpliciter malum, non potest conferri cum bono.

EX his ad ea testimonia, quæ contra protulimus, facile est respondere. Ad illud Psalmi quinquagesimi tertij: *Voluntariè sacrificabo, respondeo illud, voluntariè, opponi tristitia, & coactioni, non autem necessitati, quæ oritur ex voto, aut precepto.*

AD illud 1. Cor. 7. *Non ut laqueum vobis iniiciam*: quibus verbis aperitissimè demonstrari existimat Petrus Martyr prohibita esse vota, respondeo, *laqueum*, appellari necessitatem, quæ derinet inuitum, non autem quamlibet necessitatem. Proinde vota esse laqueos illis, qui temerè vouerunt, vel qui coacti sunt ab aliis locuere, cum ipsi nihil tale cuperent; quemadmodum etiam nuptiæ laquei dici possunt iis, qui temerè ducunt uxorem; & eo modo obligant se alicui, cum qua viuere non possunt, & inde occasione accipiunt, cum aliis fornicandi.

EST igitur sensus Apostoli; Exhortor vos ad continentiam, sed ita tamen, vt non cogam inuitos, nec suadeam temerè eam accipere, & vouere, quod esset laqueus animarum, sed vt ostendam, id, quod est per se honestum, & vtilissimum; vt quibus Dominus huius rei desiderium inspirauerit, illi accipiant, & voueant.

QUOD autem laqueus hoc loco non dicatur votum, aut necessitas absolute, sed, vt diximus, votum ab inuito, aut temerè susceptum, testatur sanctus Augustinus lib. de bono viduitatis, cap. 5. qui sic exponit: *Non ut laqueum vobis iniiciam, id est, non ut vos cogam.* & S. Hieronymus, lib. 1. in Iouinianum: *Non imponi*, inquit, *vobis Apostolus laqueum, nec cogit esse, quod nolimus.* Similiter exponunt commentaria in hunc locum Theodoretus, Theophylactus, Anselmus, & aliorum.

ACCEDIT ipsa laquei metaphora; non enim laqueus dicitur funis ligans, & tenens hominem, ne forte cadat, sed funis vi detinens, & ad capiendum, & ad perdendum expositus. Denique Sapiens Proverb. 20. id ipsum discretis verbis exposuit: *Ruina, inquit, est homini deuotare Sanctos, & post vota retrahere.* Vbi pro eo, quod Hieron. vertit, ruina, in Hebræo est *מחלה* *mohele* quod proprie laqueum significat; nam *מחלה* *mohele* illaqueare est *מחלה* *mohele* aucupis dicitur, vnde verterunt septuaginta interpretes, *mohele*, id est, laqueus; nec malè Hieronymus vertit ruina, quia finis proprius laquei casus & ruina est. Igitur iuxta Salomonem laqueus, & ruina est, non absolute vouere, sed vouere, & post votum retrahere, quod accidit iis, qui temerè aut inuiti vouent. Isti enim voto, vt laqueo quodam tenentur coacti, & occasione accipiunt grauius delinquendi.

AD illud 1. Cor. 9. *Non ex tristitia, aut ex necessitate, respondeo*, hoc loco appellari necessitatem, non legem aut votum, sed humanam, necessitatem, quæ cogit homines facere, quod non vellent. Loquitur enim de iis, qui elemosynas faciunt inuiti, quia videlicet erubescunt non facere, quod alij faciunt, ne indicentur auari; aut non

audent negare parenti magno alicui viro, qualis erat ipse Paulus pro egenis. De hac necessitate loqui B. Paulum testantur verba sequentia: *Hilarem enim datorum dixit Deus necessitas enim, quæ ex humano timore nascitur, hilaritati opponitur, non autem necessitas voti, quæ oritur ex charitate. Idem respondendum est ad alium locum ex epist. ad Philemonem.*

AD testimonium autem S. Hieron. lib. 1. in Iouinian. vbi dicit maioris gratia esse offerre, quod non debeas, quam reddere, quod exigaris, respondeo S. Hieron. loqui de opere illo quod exigitur ratione præcepti, non de eo, quod exigitur ratione voti. Nam multum interest inter legem & votum, quod ad rem præsentem pertinet, qui enim facit opus non imperatum vlla lege, & si non faciat opus laudabilius, quatenus facit opus non imperatum, immò vt supra diximus, cæteris paribus, melius sit opus imperatum, quam non imperatum facere; tamen tribus de causis, vt plurimum, facit opus laudabilius.

PRIMò, quia res non imperata sunt plerumque nobiliores secundum se, quam res imperata. Deus enim minora imperauit, maiora consuluit. at hoc non habet locum in votis, non enim minora fiunt ex voto, maiora sine voto, sed è contrario; perfectissima enim quæque opera voueri possunt, & solent.

SECUNDò, quia semper, qui facit opera non imperata ex charitate, sicut oportet, facit etiam omnia opera imperata: atque ita plus dat, quam ille, qui facit solum opera imperata; includunt enim præcepta in consiliis, non contra. sed neque hoc in votis locum habet, non enim qui facit aliquid sine voto, continuò implet etiam omnia vota.

TERTIò, quia vt plurimum maior promptitudo requiritur ad opus non imperatum aggrediendum, quam ad opus imperatum, vt notum est, ac propterea ratione maioris promptitudinis opus non imperatum maioris gratia est, vt Hieron. dicit, quam opus imperatum. At de voto hoc dici non potest, nam et si maior promptitudo fortè requiratur ad aggrediendum nouum opus, ad quod non tenemur vllò modo, quam ad opera ordinata facienda, ad quæ tenemur ex voto: tamen maior illa promptitudo separatur alia quadam adhuc maiore, quæ necessaria fuit ad votum ipsum faciendum. Cum enim votum sponte offeratur, & sit res ardua, & difficilis, multò maior promptitudo requiritur ad votum faciendum, quam ad faciendum aliquid sine voto.

AD testimonium S. Prosperi ex lib. 2. de vita contemplatiua, cap. vlt. vbi dicit, sic esse abstinentium, vt non nos necessitati subdamus, respondeo necessitatem, de qua S. Prosper loquitur, non esse necessitatem legis, aut voti, sed necessitatem timoris humani, quæ tristitiam gignit, idè enim subiungit idem Auctor: *Ne non deuoti sed inuiti rem voluntariam faciamus.*

CAPVT XXX. Soluitur secunda obiectio.

ALTERAM obiectionem ducunt ex illis Scripturæ testimoniis, quæ aperte imperant matrimonium iis, qui stimulum carnis patiuntur: hinc enim sequitur, votum continentia perpetua temerarium esse, & proinde illicitum, cum nemo sciat quamdiu sine eiusmodi stimulis viuere queat. 1. Cor. 7. *Qui non se continent, nubant, melius est enim nubere, quam vri.* Ibid. *Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat.* Huc etiam maximè facit illud 1. Tim. 5. *Volo iuniores nubere, matres familias esse, filios procreare.* Contra quod præceptum ij peccare videntur, qui puellis continentia votum suadent, aut permittunt.

RESPONDEO, ad hoc argumentum tribus modis. Primùm assero, in nullo horum locorum vocari ad nuptias ab Apostolo eos, qui tentantur stimulis carnis, sed eos, qui incontinenter viuunt, ita vt flagitiis se polluant. Secundo

cundò assero, eos, qui incontinenter viuunt, non vocari absolute imperio ad nuptias, sed solum ostendi eis remedium quoddam facile, & quasi portum, quò se recipiant, sic tamè vt liberum eis relinquatur ad maiora aspirare. Tertiò assero, hoc ipsum siue consiliū, siue permissionè, siue remediū non dari ab Apostolo iis, qui vouerunt continentia, sed solum hominibus solutis, & liberis.

AC de primo prius dicamus, sciendum est, aduersarios existimare nuptias esse necessarias iure diuino iis, qui vruntur, per vitionem autem intelligunt tentationes carnis non breues & leues, sed graues & diuturnas, quæ conscientiam turbant, licet eis non consentiant. Ita docet Lutherus in Epithalamio, vbi etiam grauius accusat S. Hieronymum, quòd coniugium non inierit, cum ipsemet fateatur in ep. 22. ad Eustochium, se grauius, & diuturnis ardoribus carnis vexatum fuisse: immò etiam eo Lutherus progreditur, vt sanctum Hieronymum propterea hæresis Pelagianæ accuset, quasi videlicet senserit propriis viribus, sine dono Dei posse aliquem vincere tentationes, quæ tamen est manifesta calumnia, cum ibidem Hieronymus dicat se precibus ad Deum assidue instare solum pro victoria obtinèda contra tentationes.

SED de vitione cum Luthero conueniunt, Caluinus, & Petrus Martyr cõmentario prioris ad Cor. c. 7. distinguunt enim Caluinus tria genera tentationū carnis. Vnū, quòd ita tentat, vt vincat, & hoc esse dicit pessimum genus vitionis, quòd verissimum est. Alterū quòd ita tentat, vt statim acriter repellatur, ita vt intus iacula non penetrant, nec vlla mens perturbatio oriatur, & has tentationes faretur non propriè vocari vitiones, & propter has non esse nuptias necessarias: quòd etiā libenter concedimus. Tertium genus esse dicit mediū, cum quis videlicet tentationi non plenè consentit, tamen iacula intus penetrant, & sentitur carnis delectatio, & mentis perturbatio. & has tentationes propriè vitiones esse dicit, & qui eas habent, eos affirmat certa lege citari ab Apostolo ad matrimonium, ita vt peccata non nubendo.

VB I est obseruandum, Caluinum non sine fraude dixisse, secundum genus tentationis esse, cum quis plenè non consentit, licet iacula intus penetrant; nam ad rem obseruandam posuit plenè: cum veller dicere, secundum genus esse, cum quis nullo modo cõsentit, & tamen sentit acres stimulos carnis. qui enim consentit, siue plenè siue non plenè, ad primum genus pertinet secundum eorum sententiam, cum non agnoscat discrimen peccati mortalis, & venialis, sed omnem motum carnis, quam tamen inuoluntarium, doceant esse mortale peccatum.

IMMO hoc est fundamentum præceptum, ex quo deducunt eos, qui grauius tentantur, deliberè necessariò uxorem ducere, quia, vt Lutherus in epithalamio docet, non sunt certamina castitatis similia aliis certaminibus, qui enim tolerat famem aut sitim, aut alia id genus, non peccat, at æstus libidinis sine peccato esse non potest, cum sit prohibitus omnis motus concupiscentia. In quo fundamento Caluinus, Petrus Martyr, & omnes alij conueniunt. sed & fundamentum ipsum est putridum, & adificium, quòd super extruunt facilè deiici potest.

AC de fundamento quidem alibi disputandum erit, nunc S. Pauli, & Aug. testimonium sufficiat, Rom. 7. *Si quod nolo, facio, iam non ego operor illud.* Quis capiat, mihi esse peccatum, quòd ego non operor? Aug. lib. 1. de ciuit. Dei, c. 25. *Quòd si illa concupiscentialis inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter voluntatis legem, quasi lege sua mouetur, quantum magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis?* Sed de hoc alibi.

NON ad rē præsentem venientes, asserimus ab Apostolo vocari homines ad matrimonium non ob solas tentationes siue sensum, sed ob consensum libidinis, & per vitionem, non tentationes, sed incontinentia, & flagitia in-

terpretatur, vt hic sit sensus verborū Apostoli, qui omnino decreuit, aut fornicari, aut nubere; is bene facit, si nubat, quia melius est nubere, quàm vri, id est, quàm fornicari.

PROBAMVS hanc nostram expositionem. Primò, ex antecedentibus verbis, dicitur enim Apostolus: *Melius est nubere, quam vri*, præmisit: *Si non se continent nubant.* Vbi per vitionem exponit ipsemet Paulus incontinentiam, nam causam reddit, cur debeant nubere, qui non se continent, quòd videlicet melius sit nubere, quam vri, id est, quàm non continere, constat autem incontinentiam non tentationem, sed flagitium significare.

SECUNDò idè patet ex illis verbis eiuldè c. *Romum est homini mulierè non tangere, propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat.* vbi nõ dicit Apostolus, propter tentationem fugiendam, sed propter fornicationem fugiendam quisque suam uxorem habeat, id est, non si tentaris, sed si fornicaturus es, uxorem potius habeas.

TERTIò idem probatur ex illis verbis: *Iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.* vbi etiam non propter simplicem tentationem iubet, vt coniuges debitum inuicem reddant, sed propter incontinentiam. Idem igitur significat apud Apostolum vltio, quòd incontinentia.

QUARTò ex illo 1. Tim. 5. *Volo iuniores nubere, causam enim reddit non tentationem, sed incontinentiam: Nullam, inquit, dare occasionem aduersario maledicti causa, id est, ne demus occasionem Gentilibus maledicendi vitam, & mores Christianorum: non autem possunt maledicere aduersarij Christianis ob occultas tentationes, sed ob manifesta flagitia.* Vnde mox subiungit: *Iam enim quedam abierunt post Satanam.*

QUINTò idem probari potest exemplo ipsius Apostoli 2. Cor. 12. *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satana, qui me colaphizat: propter quod ter Dominum rogaui, vt auferretur à me.* Nec est verum, quòd dicit Petrus Martyr in lib. de cælib. & votis, Apostolum impetrasse gratiam, qua nec laboretur, nec grauius vexaretur; ipse enim Apostolus contrarium dicit, se videlicet non impetrasse quòd petebat, vt auferretur stimulus carnis. Ait enim: *Et respondit mihi Dominus, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.*

VNDÈ S. Augustinus tract. 7. in Ioannem, & serm. 53. de verbis Domini, & alibi, sæpe hoc Pauli exemplum adfert, cum ostendere vult Deum sæpe vtiliter non exaudire suorum orationes. Itaque Apostolus tentabatur magis & diuturnis stimulis carnis, & tamen uxorem non ducebat: non igitur tentari esse vri; alioqui Paulus suo ipsius iudicio damnatus esset.

SED addit Petrus Martyr, hunc locum Apostoli non necessariò de tentatione carnali esse intelligendum, cum Chrysostronus per stimulum carnis dolorem capitis intelligat; alij verò persequutiones, quas patiebatur.

AT hæc nimis magna negligentia, vel impudentia est, cum Chrysostronus, necnon Theodoretus, Oecumenius, & Theophylactus discretis verbis resellant eos, qui per stimulum carnis dolorem capitis interpretantur. Illud quidem est verum, hos Patres referre hunc locum ad persecutiones; tamen S. August. in Psal. 58. concione 2. contendit stimulum carnis aliquid significare, quòd verecundiam, & pudorem adferat, & quòd nemo de tanto Apostolo dicere ausus fuisset, nisi ipse hoc de se confiteri non erubisset, ac certè nullus est pudor, dolores capitis, aut persecutiones confiteri.

VNDÈ etiam Theophylactus, licet exponat de persecutionibus, tamen addit, satius esse exponere de tentatione carnis: *Vel, inquit, quòd satius est, vincerè incitamentum, quibus maximè vrgebat, expressit: quomodo etiā exponi posse docent Sedulius, Anselmus, & Thomas in commentario, quòd idem suadet metaphora colaphizatio- nis, vt enim colaphus, non tã lædit carnem, quam pudor*

rem iniicit animo; ta carnalis tentatio, cui non consentitur, ruborem potius, quam detrimentum adfert, denique ad eò viderur iam recepta hæc expositio, vt vulgò tentationes carnales, stimulus carnis, dici soleant.

Sed quia hic locus non omnino conuincit cum variis modis à Patribus exponatur, sunt alia duo magis perspicua 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* & Rom. 7. *Ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati.* Et, *Non quod volo bonum, hoc ago, sed quod nolo malum.* Et, *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee.*

Quæ loca nò modò S. Aug. multis in locis, ac præcipue lib. 2. retract. c. 1. & lib. 6. in Iulian. c. 11. cõtendit de ipso Paulo, & aliis iustis hominibus intelligenda esse: sed etiam Lutherus in assert. 2. artic. omnino affirmat non posse aliter intelligi. & probat ex laboribus omnium Sanctorũ, & nominatim S. Hieron. in superandis grauisissimis carnis tentationibus: *Quid, inquit, in vita omnium Sanctorũ legimus, quam labores, vigilias, orationes, ieiunia, quibus veluti machinis spiritalibus pugnauerunt aduersus carnem, & concupiscentias corporis proprijs eorũ non gemunt non accusant, nò laborant in carne sua, & in concupiscentiis suis? cùm ergo in his omnibus videamus illas auctoritates, caro concupiscit aduersus spiritũ, & condeletor legi Dei secundum interiorem hominem, video autẽ aliam legem, & c. quæ cassia est, vt hæc Apostolũ velimus nò in sua, sed in impiorũ persona dicere, quæ in personis piissimorũ videmus viuacissimis studiis gerit: Et infra: Quoties rogo, S. Hieronymus de incendijs libidinum conqueritur, etiã tum cùm multo ieiunio, & labore contra eam pugnaret, hoc est, dum esset non modò baptizatus, sed & sanctissimus: Hæc ille, qui vt verissimè ista dicit, ita manifestè repugnat iis, quæ docuit de S. Hieron. in epithal. hic enim eũ cum Paulo iungit, & cùm omnibus sanctis, concupiscentiæ strenuè repugnantibus ex quo sequitur, vt vel apud Paulum 1. Cor. 7. vri non sit tentari, sed labi in scelera: vel Paulus, & omnes Sancti vstionem passi sint, ac proinde contra Deum peccauerint, quòd matrimonium non inierint.*

Accedunt sextò testimonia Patrum. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum in ipso principio, Basilidis Hæresiarachæ sectatoribus tribuit eã explicationem, quam nunc aduersarij amplectuntur: *Et illud, inquit, melius est nubere, quam vri, aut dicere Apostolum, ne animam tuam in ignem iniicias, noctu, & interdum resistis, & timens, ne à continentia excidas: nam cùm in resistendo occupata fuerit anima, à spe est diuisa. Apprehende ergo, inquit, his verbis Isidorus in moralib. robustam mulierẽ, ne à Dei gratia auelleris, & cùm ignem in femine excreueris, cum bona ores conscientia. Et paulò post: Hæc voces, inquit, adduxi ad Basilidianos reprehendẽdos, & c. Commentarius, qui Ambrosio tribuitur, in hunc locum: *Cùm, inquit, voluntas calori carnis consentit, vritur, nam desideria pati, & non vinci, illustris viri est, & perfecti.**

S. Hieronymus in Apologia pro libris contra Iouinianum: *Si autem, inquit, se continere non possunt, & ardorem libidinis non tam continentia volunt, quam fornicatione restringere, melius est nubere, quam vri, id est, melius est maritum ducere, quam fornicari.* Hæc ille.

S. Augustinus lib. de S. virginitate, cap. 74. *Melius inquit, nubere, quam vrerentur, id est, quam occulta flama concupiscentia ipsa concupiscentia vastarentur, quas punitet professio, & piget confessio.* Idem S. Augustinus lib. de bono coniugali, cap. 10. *Mibi, inquit, videtur hoc tempore solos eos, qui se non continent, coniugari oportere, secundum illam eiusdem Apostoli sententiam, Quod si se non continent, nubant: melius est enim nubere, quam vri.*

Porro Chryostomus visus est Petro Martyri de tentatione sola huc locum intellexisse, sed non ita est; sic enim Chryost. breuissimè exposuit: *Significat Apostolus quanta sit concupiscentia tyrannis, hoc autem est quod dicit,*

si magnam violentiam pateris, & libidine incendis, laboribus te & sudoribus libera, ne quando decidas. Hæc ille. vbi vstionem interpretatur tentationem, quæ ad flagitium omnino perducet, nimirũ accedente ad æstum concupiscentiæ animi infirmitate, id enim significant illæ voces: *Tyrannis, violentia, & ne decidas.* Itaque sensus est iuxta Chryostomum, si animo imbecillo es, & vis tentationis ita vrget, vt omnino sis fornicaturus, præstat, vt nubas, quem sensum clariùs expressit in lib. de virginitate.

Et Chryostomum sequutus Theodoretus ita expressit: *Vstionem, inquit, non vocat cupiditatis molestiam, sed animæ mancipationem, & ad id quod est deterius inclinationem. Quod autem dicit, est eiusmodi, melius quidem est, & vos quibus coniugalis consuetudo nondum obvigat, & vos qui coniuncti quidem fuistis, sed morte estis disuncti, eligere continentiam. Sin autem cupiditatis impetum ferre non potestis, sed ad hoc sustinendum certamen imbecillo animo estis, quoniam ad eã, quæ pulchra, & honesta sunt, non habetis alacritatem, & ardens animi propositum, nulla lex prohibet, quo minus matrimonium contrahatis.* Hæc ille.

Denique, vt omittam cæteros, S. Thomas in commentario huius loci, non solum affirmat vstionem hoc loco incontinentiam significare, sed etiam id confirmat ex ipsa vocis proprietate. Vri enim non calere significat, quod tentatis conuenit, sed calore labefactari, ac detrimentum pati, quod minimè conuenit iis, qui simpliciter tentantur, sed iis, qui tentationibus superantur. Atq; hinc Scriptura 1. Petri 1. Eccl. 2. Sap. 3. & alibi comparat iustos in tentationibus positos auro, quod per ignem probatur; aurum enim in igne probari dicitur non comburi, licet valde incalescat, quia detrimentum non patitur: paleam verò incalescere, & comburi, quia planè corrumpitur.

Altera nunc solutionem addam, tametsi enim per vstionem Apostolus tentationem significaret, adhuc tamen nihil aduersarij obtinerent; nam in nullo eorum locorum, quos ipsi citant, inuenitur verum præceptum nubendi, sed sola permissio: fallumq; est quod Caluinus lib. 4. inst. c. 13. §. 17. dicit, certa voce citari ad coniugium eos, qui vruntur, primum enim forma loquendi non est imperatiua: nam non ait Apostolus, qui non continent, nubite, sed: *Qui non se continent, nubant*, nec ait, propter fornicationem ducite vxorem, sed, *Vxorem habeas, & c.*

Deinde ratio, quam Apostolus reddit, nimirũ melius est nubere, quam vri, satis indicat, verba Apostoli, non præceptum, sed permissionem continere. Vt enim Chryostomus notat, Apostolus rationes adiungit, ne videatur legislatio, id quod ipse dixit: ac præterea ratio ipsa non concludit, necessarium esse matrimonium, sed licitum, & permissum. nam etsi melius est nubere, quam vri, tamen est quoddam tertium melius vtroque, id est, continere, & vstionem inedia & lacrymis restringere: quomodo, si quis diceret, qui non vult pugnare fugiat, quia melius est fugere quam occidi, is non imperaret, sed permetteret fugam: non enim prohiberet pugnare, & vincere, quod est melius, quam fugere, vel occidi.

Tertio, sicut Apostolus ait: *Qui non se continent, nubant*, ita dixit: *Iterum reuertimini in id ipsum*, vt enim monuit incontinentes solutos, vt nubere ob periculum fornicationis, sic etiam monuit coniugatos incontinentes, vt post aliquam feriationem ab opere coniugali, iterum redeant ad opus coniugale, ob periculum adueterij. At his verbis posterioribus nihil Apostolus imperauit, sed solum permisit: sic enim subiunxit: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium*: igitur in verbis quoque prioribus, nullum imperium, sed sola indulgentia, ac permissio est.

Ex quo intelligimus, etiam in illis verbis: *Vnusquisque suam vxorem habeat*, nullum esse præceptum: nã aut loquitur de illis, qui iã vxores duxerunt, vt vult S. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, & rectè, quia sequitur pau-

lò post:

lò post: *Dico autem inuuptis, & viduis, bonum est si sic permanserint*, aut loquitur de illis, qui non duxerant, vt Petrus Martyr contendit: si de iis qui duxerant, tunc sensus erit: *Vnusquisque suam vxorem habeat*, id est, retineat etiam quoad thorum, sed iuxta indulgentiam, non iuxta imperium, idem enim est: *Iterum reuertimini in id ipsum: & vnusquisque suam vxorem habeat*, quoad thorum: si verò de iis loquitur, qui non duxerunt, idem erit: *Vnusquisque vxorem ducat ob fornicationem, & c.* Qui nò se continent, nubant: quod iam ostendimus, permissionem, non legem sonare, immò à maiori ducitur argumentum: nam si vbi est adueterij periculum, Paulus non imperat opus coniugale, sed permittit: multò magis non imperabit, vbi est periculum solius fornicationis.

Quarto, si vllum esset præceptum matrimonij in verbis Pauli, maximè esset in illis 1. Tim. 5. *Volo iuniores nubere*. at nullum ibi esse præceptum, faciliè probari potest, nam inprimis pugnaret cum illis verbis eiusdẽ Apostoli 1. Cor. 7. *Volo omnes esse sicut me ipsum*, id est, continentes: ista enim apertissimè pugnat, volo omnes continere, & volo quosdam nubere. Idem enim esset ac si diceret, volo omnes continere, & non volo omnes continere. neutrum igitur Apostolus iubet, sed absolute optat vnum, id est, omnes continere, & tamen alterum permittit, cedens infirmitati quorundam, id est, nubere.

Præterea non solum Paulus dixit: *Volo iuniores nubere*, sed addit: *Filios procreare, matres familias esse, & c.* Si ergo cùm ait: *Volo iuniores nubere*, imperat nuptias, etiam cùm ait, volo eas *Filios procreare, & matres familias esse*, imperat, vt liberos habeant: proinde si steriles fuerint, peccabunt in Apostolicam legem: quod sanè nemo nisi stultus concederet.

Ad d'io vltimò testimonio Patrum, ac locum quidem illum: *Qui non se continent, nubant*, audiuius Theodoretum ita exponentem, nulla lex prohibet, quò minus matrimonium contrahatis: quod idem & alij docet. Locum autem istum: *Volo iuniores nubere*, ita exponit Chryostomus, *Volo quia ipsa volunt*. Et infra: *An verò matrimonium præcipit? absit. Sed neque prohibet.* Et infra: *Prohibet igitur ad huiusmodi viduas, atque dederet, non quòd adulescentulas esse viduas nolit, sed quòd adueteras fieri vetet.*

S. Ambrosius vtrumque locum exponit simul in libro de viduis: *Non puto, inquit, quòd iuniores reuocandas putauerit à viduitatis affectu, maximè cùm dixerit, Melius est nubere, quam vri: nam vtrique pro remedio nuptias suasit, vt peritura sanctur, non pro electione præscripsit, casta & continens quòd sequatur.* Et in fine libri: *Sed nec vidua præceptum accipit, sed consilium.*

Sanctus Hieronymus in epist. ii. ad Ageruchiam de monogamia: *Vult, inquit, Apostolus alterum matrimonium, cùm ait: Volo iuniores nubere, præferens digamiam fornicationi, secundum indulgentiam duntaxat, non secundum imperium.*

Sanctus Augustinus libro de bono viduitatis, cap. 8. *Quod, inquit, dicit, Volo iuniores nubere, nuptiarum bonum Apostolica sobrietate, & auctoritate commendat: non procreandi officium etiam eis, quæ continentia bonũ capiunt, tanquam ad obsequium legis imponit.* Et paulò antè. *Idem dixerat de illo loco, qui non se continent, nubant, nimirum remedium ostendit non legem signi.*

Sed adferamus nunc tandem solutionem tertiam. Dico igitur, ista omnia, quæ ex Apostolo aduersarij obiiciunt, siue permissionem sonent, vt nos probauimus, siue præceptum, vt ipsi volunt, pertinere solum ad homines liberos, non autem ad eos, qui votis iam obligati sunt. Nam de ea quæ habet votum continentia, non potest rectè dici: *Quæ non se continet, nubat; melius est nubere, quam vri.* Nam vtrumque est malum, & nubere, & vri: immò peius est nubere, quidquid reclamant aduersarij, præsertim ei, quæ habet votum solenne.

Nam quæ vritur, aut non peccat, si vstio solum tentationem significat: aut peccat solum contra temperantiam & contra votum, si fornicationem significat: quæ verò nubit post solenne votum, peccat contra temperantiam, contra votum, & contra ipsum coniugium, cùm sub nomine coniugij tegat perpetuum sacrilegium. Quæ autem nubit post votum simplex, illa verum matrimonium contrahit, tamen aliquo modo magis peccat, quam quæ fornicatur, quia reddit se impotentem ad seruandam votum, quod non facit, quæ fornicatur.

Sed vndò, ei, quæ virum habet, & siue quòd ille perpetuò ægroter, siue quòd perpetuò absit, non potest ab eo debitũ coniugale petere, etiã si grauissimè vratur, nò potest dici, si non se continet nubat: melius est nubere, quam vri: Sed necessariò dicendũ illi est, vt seruet fidem coniugij, & orationibus & ieiunijs pugnat cõtra vstionẽ, id quod ne aduersarij quidem negare audent. Non igitur Apostolus ea verba dixit omnibus qui vruntur, sed solum iis, qui soluti, ac liberi sunt: & si ligari cõsentur ij, qui fidẽ coniugij dederunt, cur non ij, qui dederunt Deo?

Tertio, ex Patribus. S. Ambrosius ad virginẽ lapsam, cap. 5. *Dicit aliquis, inquit, melius est nubere, quam vri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Cæterum, quæ se spondit Christo, & sanctum velamen accepit, iam nupsit, iam immortalis iuncta est viro. Etiã si noluerit nubere communi lege connubij, adueterium perperat, ancilla mortis efficitur.*

S. Hieronymus lib. 1. in Iouin. *Si nupsit, inquit, virgo non peccat, non illa virgo quæ semet Dei cultui dedicauit, harum enim si qua nupsit, habebit damnationẽ, quia primam fidem irritam fecit, virgines enim quæ post consecrationem nupsierint, non tam adueteras sunt, quam incesse.*

S. Augustinus lib. 1. de adueterinis coniugijs, c. 15. *Illis, inquit, qui se nò cõrinet, vtrique expedit nubere, & quod licet expedit, quæ autem voverint continentiam, nec licet, nec expedit.* Et li. de bono viduitatis, c. 8. *Proinde, inquit, quæ se non continent, nubant antequam continentia proficiantur, antequam Deo voueant, quòd nisi reddant, iure damnantur.*

Gregorius in lib. pastoralis parte 3. admonitionis, 28. *Scriptũ est, inquit, melius est nubere, quam vri, siue culpa quippe ad coniugium veniunt, si tamen necdũ meliora voverunt.*

S. Iohannes Chryostomus in lib. de virginitate, c. 39. *Vidua, inquit, omnino si voluerit; potest atẽ nubedi facit: at eã, quæ coniuge mortuo se in sequens ætas Deo cõsecrarit, si postea nupsit, vehementer accusat, vt quæ fidẽ datã post sefellerit, non iis ergo, sed illis dixit, si se nò cõrinent, nubant: melius est enim nubere, quam vri.* Idem Chryostomus hom. 19. in priorem ad Corinthios, exponens illud: *Si nupsit virgo, non peccat: non de ea, inquit, quæ sibi clegerit virginitatem loquitur, quippe quæ iam peccauit. Quod idem habent Theodoretus, Theophylactus, Occumenius in eundem locum, & Epiphanius hæret. 61.*

CAPVT XXXI. Soluitur tertia obiectio.

Obiectio tertia, eaque omnium grauissima, sumitur ab iis locis, qui docent, continentiam esse donum Dei, quòd nò omnibus datur, quòd argumentum etsi soluimus breuiter in disputatione de cõlibatu sacerdotum: hoc tamẽ loco accuratiùs soluendum est. Loca præcipua sunt quatuor. Sap. 8. *Nemo potest esse continens, nisi Deus det.* Matth. 19. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est.* Et infra: *Qui potest capere capiat.* 1. Cor. 7. *Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum, sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, vnus sic, alius autem sic:* Et infra: *Qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens sua voluntatis, & hoc indicauit in corde suo seruare virginitatẽ suam, bene facit.* Quem locum tractans S. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, dicit, quosdam habere necessitatem nubendi, aut scortandi.

Ecc 4

Ex his locis ita argumentantur: Nemo debet vouere nisi id, quod certo scit se posse soluere: alioqui exponit se periculo violandi votum, & proinde temerè vouet, & Deum offendit: *Displicet enim illi infidelis, & stulta promissio*, Ecclesiastæ 5. At nemo potest certo scire, an poterit perpetuò continere, cum id non possit sine dono Dei, nec possit vlla ratione scire, an habeat illud donum, & multò minùs an sit perpetuò habiturus, vt Scripturæ allatæ ostendunt: nemo igitur potest, nisi temerè, & imprudenter perpetuam continentiam vouere. Ex qua ratione illud etiam deducitur, eos, qui iam vouerunt, posse, ac debere votum suum rescindere, quia, quæ non sunt in nostra potestate, non sunt materia voti.

ADDIT Petrus Martyr similitudinem. Si quis enim vouerit se perpetuò ministraturum pauperibus, ac deinde paulò post in morbum incidat, certè non tenebitur voto suo, quia quod erat ei possibile cum vouit, iam illi impossibile factum est; igitur & ille, qui continentiam vouit, si incidat in morbum concupiscentiæ, non tenebitur amplius voto suo. Neque satis est dicere, posse istum orare Deum, ac petere continentiam; nam etiam qui ægrotat corpore, possit orare Deum, & petere sanitatem, & tamè si non impetrat, vt sæpe accidit, liber à voto suo est.

RESPONDENS, continentiam, & donum esse Dei, & tamen in arbitrio, & potestate hominis positam, quorum alterum aduersarij affirmant, alterum negant. Est igitur obseruandum, multa esse genera donorum Dei. Quædam enim dantur homini sine eius cooperatione, qualia sunt robur, sanitas, pulchritudo, prophetia, linguarum, aut miraculorum gratia, & omnes habitus, quos Deus infundit, & hæc itulitum esset asserere esse in nostra potestate, aut pendere ex humana electione, ita vt possit ea habere quicquid velit: atque ad hoc genus donorum reuocant aduersarij continentiam, disertis enim verbis Petrus Martyr dicit, idem esse statuere an velis continere, & an velis prophettare.

ALIVD genus doni consistit in auxilio diuino, sine quo non faceremus id quod cum eo auxilio facimus. sic enim credere, sperare, diligere, perseuerare, patientem esse, vincere tentationes dicuntur, & sunt verissima Dei dona, quia nisi Deus gratia sua nos præueniret excitando, & adiutaret dirigendo, protegendo, & cooperando, nihil boni faceremus, & tamen ista ipsa opera pendunt ab electione humana, & sunt in nostra potestate, quia Deus licet iunet, non tamen cogit, neque necessitat; & licet homo sine Dei auxilio non possit quidquam boni facere, absolute tamen dicitur posse, quia sufficiens auxilium, vt quis operetur, aut saltem, vt possit maius auxilium petere, nunquam deest, alioqui non peccaret homines non credendo, non sperando, &c. Ad hoc genus donorum continentiam pertinere dicimus.

VERI præterea est notandum, quòd sicut circa fidem, penitentiam, perseuerantiam, aliisque actus bonos, ita etiam circa continentiam duplex gratia, siue auxilium distingui solet. Vnum sufficiens, quod omnibus datur, saltem pro loco & tempore; quo auxilio non tam fit vt operemur, quam vt operari possimus. Aliud autem efficax, quo re ipsa operamur. Atque hoc posterius est donum singulare, quod non omnibus datur; soli enim illi donum fidei habent, qui re ipsa credunt: soli illi donum habent perseuerantiæ, qui re ipsa perseuerant: soli illi donum habent continentia, qui re ipsa continent, quos notum est non esse multos, nedum omnes, & hoc dicitur: *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est*. Et simul est verum, omnes, qui volūt, posse continere, quia sufficiens auxilium ad continentiam, aut ad gratiam impetrandam nulli denegatur. Sicut etiam de fide scriptum est: *Non omnium est fides*. 2. Thessal. 3. & tamen omnes credere possunt, si volunt, cum prædicatur Euangelium, alioqui non peccarent, qui non crederent. Quid intersit

inter hæc auxilia, non est huius loci explicare, sed in disputatione de gratia, & libero arbitrio, si Deus annuerit, explicabitur.

HIS iam notatis, probandum est continentiam donum Dei esse, & tamen in arbitrio nostro positam. Quòd sit donum Dei, Scripturæ allatæ clarissimè ostendunt, nec aduersarij id negant: quòd autem sit in potestate nostra, præueniente, vt diximus, & comitante gratia, his argumentis confirmamus.

PRIMÒ testimoniis earundem Scripturarum; nam Matth. 19. illa verba: *Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum celorum*, aperte indicant arbitrij libertatem. Si enim continentia ita esset donum Dei, vt ab hominis electione nõ penderet, dicendum fuisset, sunt eunuchi, qui sunt facti à Deo, non autem, qui se castrauerunt: idè enim de abscisis dicitur, sunt enim eunuchi, qui sunt facti ab hominibus, non autem qui se castrauerunt: quia illa abscisio est opus alienum, non proprium. Præterea si donum continentia simile est dono prophetia, linguarum, sanitate, atque aliis eiusmodi, cur non dicimus, sunt Propheta, qui seipos Prophetas fecerunt, sicut dicimus, sunt eunuchi, qui seipos castrauerunt?

SECUNDÒ illa verba: *Qui potest capere capiat*, cohortationem ad continentiam habent, vt præter sanctos Patres, etiam Petrus Martyr testatur in libro de celibatu & votis. Sic etiã illa verba Pauli prioris epistolæ ad Corinthios 7. *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, cohortationem continent, eodem interprete Petro Martyre*. At quis, rogo, sapiens hortaretur vnquam ad id quod non est in potestate? Num quis vnquam hortatus est homines, vt Prophetæ fiant, aut robusti ex debilibus, proceri ex paruis, formosi ex deformibus?

SED, inquit Martyr, *ista cohortationes dantur iis tantum, qui donum Dei habent*. Contra qui donum habet, ipsorum sententia, non possunt non continere. Scribit enim Martinus Bucerus, qui Petro Martyri instar oraculi esse solet, in illud Matthæi decimum nonum. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est*. Sicut valde famelicus non potest non auide cibum sumere, si offeratur ei: sic non posse non continere ab vxore ducenda, qui donum id à Deo susceperit. Si igitur, qui donum non habent, non possunt continere, qui habent non possunt non continere: qui sunt illi, quos Christus & Apostolus eius ad continentiam cohortantur?

TERTIÒ, illa verba 1. ad Corinthios 7. *Quod vult, faciat, non peccat, si nubat*: libera homini optione dant eligendi coniugium, aut celibatum: quomodo ergo nõ est in arbitrio hominis positum, vt continet, si velit non enim de rebus impossibilibus vlla deliberatio esse potest.

QUARTÒ continentia ac cœlibes in Scripturis laudantur, & præmiis afficiuntur, vt satis probatum est in disputatione de consiliis Euangelicis ex testimonio Isaia, cap. 56. de Eunuchis, quibus promittitur, *nomen melius, quam filiis & filiabus*. Et ex Apocal. c. 14. vbi *Virgines cantant canticum nouum, quod nemo alius cantare potest*. Et ex illo Sapient. 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus, &c.* At nullum præmium, nullam laudem merentur opera, quæ non sunt in nostra potestate, vt omnes consentiunt: nec enim præmio afficiuntur, qui prophetant, qui linguis loquuntur, qui morbos curant, qui demones eiiciunt, quia hæc solius Dei dona sunt: igitur continentia non solum est donum Dei, sed etiam libera hominis actio.

QUINTÒ, à simili, non minus donum Dei est credere, quam continere. Nam de fide scriptum est Ioannis 6. *Nemo potest ad me venire, nisi Pater traxerit eum*. Et in Actis Apostolorum cap. 13. *Crediderunt quoque etiam præordinati ad vitam æternam*. Et ad Ephesios 2. *Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est*. Ad Philipp. 1. *Vobis datum est, vt in eum credatis*. Et 2. epist. ad Thessal. vltimo: *Non omnium est fides*.

At nihilominus credere possunt omnes, qui volunt, & rectè hortamur omnes ad fidem, & sine vlla temeritate promittunt omnes in Baptismo, se fidem Christianam conseruatuos vsque ad mortem: igitur & continere possunt omnes, qui volunt, & rectè hortamur omnes ad continentiam; & sine temeritate multi promittunt Deo, se continentiam perpetuam seruatuos.

RESPONDENS, discrimen esse inter fidem & continentiam, quòd illa sit necessaria ad salutem, hæc non item. Vnde monere solemus, vt facit sanctus Hieronymus in commentario capitis decimi noni Matthæi, vt quisque exploret vires suas, antequam voueat continentiam, non autem monemus, vt quisque exploret vires suas, antequam credat.

AT facile hoc refellitur; nam potissima causa, cur votum continentia temerarium asserit ab aduersariis, nõ est, quia continentia non sit necessaria, sed quia res impossibilis, sine peculiari Dei dono, quod non omnibus datur. Alioqui multa non necessaria sine vlla temeritate voueri possunt, vt notum est.

SI igitur hæc potissima causa æquè locum habet in fide atque in continentia, vt ex Scripturis demonstraui-mus, cur temerè promittitur continentia, & non temerè promittitur fides?

ADDE, quòd non est verum, debere eum, qui vult vouere continentiam, explorare vires suas, & non debere explorare vires suas, qui vult fidem Christianam amplecti. Nam Dominus Lucæ 14. monet eos, qui volunt ad se venire, id est, legem ac fidem suã suscipere, vt imitentur eos qui volunt turrim ædificare, qui prius computant, si habent sumptus ad perficiendum; necnon eos, qui bellum gesturi sunt, qui prius cogitant, si possint, cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit. Vnde & Ecclesia explorat Catechumenos, an habeant plenum & stabile propositum perseuerandi in fide, & lege Christiana, quia peius est à fide desicere, quam fidem nunquam recipere, ad quem finem ex antiquissima consuetudine in Quadragesima sunt aliquot scrutina Catechumenorum, qui in Paschate baptizandi sunt. De quibus vide, si placet, Alcuinum libro de officiis diuinis, cap. de Sabbatho sancto.

HOC solum interest inter fidem & continentiam, quòd qui explorans vires suas, non iudicat se habere sufficientes vires ad continentiam, potest nubere, quia continentia non est necessaria ad salutem, quamquam etiam potest procurare vires maiores per orationem; qui autem iudicat, se non habere sufficientes vires ad perseuerandum in fide & lege Christi, is non potest propterea licetè non amplecti fidem & legem Christi, quæ necessaria est, sed debet vires maiores à Deo petere, quas sine dubio habebit, si fideliter petat.

SEXTO, probatur ex absurdo, quod ex aduersariorum sententia sequitur. Nam si continere non possint omnes, qui volunt sequitur, multis hominibus nullum peccatum esse fornicari, aut mœchari. Nam si quis, antequam vxorem ducat, grauissimè vrgeatur stimulis carnis, & donum continentia fortè non habeat, quid aget? fornicabitur ne impunè? *Habet*, inquit, *paratum remedium, ducat vxorem*. Sed quid, si nõ statim inueniat? Nec enim vno die contrahuntur matrimonia, immò multi menses plerumque intercedit inter sponsalia & nuptias.

AD hæc, si iam duxit, sed fortè abest procul ab ea, vt sæpe contingit, aut ea morbo graui, & diuturno laborat, ita vt non liceat viro debitum petere coniugale, quid aget? mœchabitur ne, si fortè vratur, & donum continentia se habere non videt? *Non licet*, inquit, *mœchari: idcirco qui eiusmodi est, pro continentia dono Deum exoret, non enim negabit ille, quod fideliter petiit*.

SED cur, quæso, non idem facere poterit, qui continentiam vouit, si fortè vratur, & donum se habere non

videat? Respondent, magnum esse discrimen inter continentiam ab adulterio, vel fornicatione, & continentiam ab vxore. Illa enim necessaria est, & à Deo imperata, idcirco nunquam Deus eam perentibus negat. At continentia ab vxore nec necessaria est, nec imperata; idè non semper conceditur, etiam si petatur.

ADDIT Petrus Martyr in libro de celibatu & voto, cœlibatum non esse petendum à Deo absolute, sed solum sub conditione, si expedit ad maiorem eius gloriam, sicut petimus sanitatem, opes & similia, quæ non sunt necessaria ad salutem. Ioannes Caluinus libro 4. institut. cap. 13. §. 17. dicit, nostrum non esse fiduciam habere obtinendi à Deo specialis doni, quale est cœlibatus. Martinus Bucerus in caput decimum nonum Matthæi, clarè affirmat, non esse petendum cœlibatum à Deo ab iis, qui nesciunt, an Deus velit illum eis dare. Ratio autem eorum est, quia oratio debet nasci ex fide, fides autem niti debet promissione Dei; promissio verò nulla est, quæ cœlibatum perpetuum alicui certò promiserit. Ita impij & impuri isti homines non modò cœlibatum oppugnant, sed etiam viam sibi, & aliis ad eum præcludunt.

SED facile est ratiunculas istas refellere, nam et si promissio particularis deest, sufficit tamen promissio generalis: *Petite, & accipietis*, Lucæ capite 11. Et, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, Ioannis 14. 15. & 16. Alioqui enim si requireretur particularis promissio, nec Fides, nec Spes, nec Dilectio, nec Continentia coniugalis, nec alia virtus peti posset: nusquam enim existat promissiones horum donorum in particulari.

PORRO generales promissiones requirunt quidem certas condiciones: non enim quod quisque petit, semper impetrat, cum sæpe contingat minus vtilia, & minus bona peti, quæ Deum nullo modo dare conueniat: sed conditio, quæ requiritur non est, vt aduersarij fingunt, vt res, quæ petitur, sit necessaria ad salutem, vel imperata. Id enim nulla ratione, vel auctoritate confirmant, sed est, vt id, quod petimus, sit secundum eius voluntatem. sic enim docet nos sanctus Ioannes in epistola prima capite 5. *Hæc est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus secundum eius voluntatem, audit nos*. Nõ solum autem est secundum eius voluntatem id, quod est necessarium ad salutem, sed etiam id quod est vtile, & vtilius, quam eius oppositum: neque id solum, quod ipse imperauit, sed etiam quod consuluit, & laudauit, & cui præmium maximum promissit. Talem autem esse cœlibatum, supra multis docuimus.

SANCTVS etiam Augustinus tractatu centesimo in Ioannem explicans quid sit; quod Deus perentibus in nomine Christi non negat, dicit esse id, quod conducit ad æternam salutem, nec addit, oportere esse necessarium, aut imperatum.

PROBATVR vltimò, cœlibatum esse in potestate nostra, Dei gratia adiuuante, ex testimoniis Patrum.

TERVLLIUS lib. de monogamia, prope finem, explicans locum illum, *Non omnes capiunt verbum hoc. Et licet*, inquit, *quod bonum est, si non potes quia est, non vis posse enim si velis, ostendit, quia tuo arbitrio vtrumque reliquit*.

ORIGENS in commentario eiusdem loci. *Qui vult, inquit, capere verbum, quod de castitate positum est, petat, credens dicenti, & accipiet, non dubians de illo, quod dictum est, Omnis qui petiit, accipit*.

HERONYMVS in eundem locum. *Hic, inquit, datum est, qui petierunt, qui voluerunt, qui, vt acciperent, laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & querens inueniet, & pulsanti aperietur*.

GREGORIUS Nazianzenus oratione tricesima prima in hoc Euangelij capitulum de tribus Eunuchorum generibus: *Cum audis, inquit, quibus datum est, adde datum esse iis, qui volunt, & assentiuntur*.

AMBROSIVS lib. 3. de virginibus: *Domini*, inquit, *qui*

si uerit predicandam omnibus integritatem, imitandam paucis non omnes, inquit, capiunt uerbum istud. Et lib. de uideis: Sunt, inquit, Spadones, qui se castrauerunt propter regnum caelorum; sed hoc non omnibus imperatur, sed ab omnibus flagitatur. Et infra: Scit creator omnium affectus esse uarios singulorum, & ideo praeiis uirtutem pronocauit, non infirmitatem uinculis alligauit. Haec ille, Vbi uides, continentiam omnibus praedicari, ab omnibus flagitari, nimirum, si ipsi uelint praemia eius consequi.

IOANNES Chrysofost. in commentario eiusdem loci: *Hic*, inquit, datum est, qui sponte id eligunt: quod ideo dixit, ut ostenderet superiorem nobis auxilio opus esse, quod quidem omnibus paratum est, si uolumus in hac lucta euadere superiores.

AVGVSTINVS in Psalmum 137. in illud; Votum uouit Deo Iacob: *Ipsa* David, inquit, uouit, tanquam in potestate habens, & rogat Deum, ut impleat, quod uouit: est deuotio uouentis, sed est humilitas deprecantis. Nemo praesumat uiribus suis reddere, quod uouerit. Qui te hortatur ut uoneas, ipse adiuuat, ut reddas. Et lib. 6. Confess. cap. 11. *Uti que daret*, inquit, nimirum continentiam; si genui in uerbo pulsarem aures tuas. Denique, idem Augustinus lib. 2. de adulterinis coniugiis, c. 10. 13. & 20. ex professo docet, possibile esse continentiam omnibus, etiam illis, qui nihil de ea cogitantes, in eius seruanda necessitatem incidunt. Quod idem adhuc fusiis docet Basilius in lib. de uirginitate, ultra medium. Ex his ad loca Scripturae, initio posita, facile erit respondere.

ILLI igitur locus primus Sap. 8. *Nemo potest esse continens, nisi Deus det*, de continentia in genere accipi debet, ut non solum uirginalem, aut uidualem, sed etiam coniugalem comprehendit. Is enim, qui haec uerba dicit, Salomon est, qui quidem non uirgo, aut uiduus, sed maritus erat, ac proinde maritali continentiam a Deo petebat. Quocirca non habemus ex hoc loco continentiam ita esse donum Dei, ut non possit esse omnibus communis. Nam etiam ex aduersariorum sententia, continentia coniugalis ab omnibus haberi potest, modo eam a Deo petant. idcirco enim sequitur, adij Deum, & deprecatus sum.

ILLI alius locus Matthaei 19. *Non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est*, maiore explicatione indiget. Aduersarij contendunt illud, *Non omnes capiunt*, hunc habere sensum. Non omnes sunt capaces continentiae ab uxore, sed ij soli, qui habent peculiare donum. ex quo sequitur, ut qui non habent donum, uere non possint continere. Colligunt uero hunc sensum ex uoce Graeca *χρησται*; nam *χρησται* non significat capere, id est, apprehendere, quomodo dicimus cape librum, cape pilleum; sed capere, id est, capax esse, quomodo dicimus, hydria haec tantum aquae capit, ut metretam unam, uel alteram, ut Euangelium loquitur.

At falluntur aduersarij ambiguitate huius uocis. Na uerbum *χρησται*, & Latinum capio, interdum significat naturalem potentiam ad capiendum, quam qui non habet, dicuntur proprie incapaces; interdum tamen significat actualem, seu uoluntariam capacitatem, quae ex libero arbitrio pendet, & qui eam non habent, non dicuntur incapaces, sed dicuntur non capere. Exempli gratia, locus angustus recte dicitur incapax multarum rerum, & similiter pueri, qui non dum apti sunt naturaliter ad fraudes neceandas, dicuntur doli incapaces.

At qui aliquid non intelligit, quia non attendit, aut quia non est qui eum doceat, iis non dicitur capax, tamen non dum capiat, quod dicitur. Et similiter qui consilium aliquod non admittit, quia ab alio iam est persuasus, ad aliud dicitur quidem non capere illud consilium, non tamen non esse capax, siue non posse illud admittit si uelit. Et in hac significatione accipitur hoc loco, significat enim, non omnes intelligere praedictum, id est, non admittit, non persuaderi, non approbare, quod dictum est, non expedit nubere. Quod autem

hoc ita sit, probatur primo, quia si capere, hoc loco significaret esse capax, inepte Dominus addidisset, *Qui potest capere, capiat*. His enim uerbis adhortatur Dominus ad continentiam, ut Petrus Martyr fatetur, & omnes interpretes docent. At qualis adhortatio est, qui potest esse capax, sit capax?

PRATREBA, si de capacitate hic ageretur, & uellet Dominus, ut aduersarij contendunt, ostendere, non omnes esse capaces continentiae, ac proinde illis necessarium esse nubere: ratio illa (*sunt enim Eunuchi, qui de matris uero sic nati sunt, &c.*) nihil plane ad rem faceret, immo contrarium potius probaret. Nam si dicas, quidam continent uirio naturae, ut frigidi quidam aliena crudelitate, ut ab hominibus castrati, quidam propria uoluntate, ut qui propter Dei cultum caelibes uiuunt, non ergo omnes possunt continere: certe non rectius colliges, quam si diceres, Quidam ut tracti currunt, alij currunt sponte, non igitur omnes possunt currere. At contra rectissime colligeres: Multi necessitate continent, multi uoluntate: igitur credibile est, omnes continere posse, si uelint.

QUOCIRCA sanctus Ioannes Chrysofostomus in commentario huius loci recte docet, Christum per hanc similitudinem Eunuchorum probare uoluisse, facile & utile esse abstinere a nuptiis, & proinde non recte iudicare eos, qui non capiunt, id est, non suscipiunt & approbant uerbum hoc. Nam si multi abstinent, sine uilla spe maioris boni, ut Eunuchi corporales, quanto facilius erit abstinere proposita spe excellentissimi praemij & fulgidissimae coronae? Adde uelimo testimonia Patrum, quae paulo ante citata sunt.

ILLUD autem, *Qui potest capere, capiat*, duobus modis potest exponi. Primo, ut loquatur Dominus de potentia proxima, quam non habent, nisi illi, quibus iam Dominus inspirauit desiderium efficax continentiae, ut sensus sit, *Qui potest capere, capiat*, id est, qui Dei uocem sentiunt sibi intus persuaderi, ut contineant, approbent uerbum hoc. Ita uidentur hoc dictum intellexisse Hieronymus in hunc locum, & Augustinus libro secundo de adulterinis coniugiis, capite decimonono: sed non debet hinc deduci, ergo non omnes possunt continere. Nam etiam si non omnes habent potentiam proximam, tamen habent remotam, & possunt, si uelint, precibus impetrare potentiam proximam, id est, uires ad continentiam: sicut de fide dicitur Ioannis capite sexto: *Nemo potest ad me uenire, nisi Pater traxerit eum*. Addi enim potest, *Qui potest uenire, ueniat*, id est, qui trahitur, ueniat, qui autem non trahitur, oret, ut trahatur.

SECUNDO, dici potest, hunc locum habere eundem sensum cum illo Matthaei 13. *Qui habet aures audiendi, audiat*. non enim uult Dominus dicere, non omnes habere aures, sed monet omnes, ut utantur facultate, quam habent. Quomodo solemus dicere; *Qui habet oculos, uideat*; qui habet mentem, iudicet; sic igitur & hoc loco Dominus dicit: *Qui potest capere, capiat*, id est, qui habet mentem & iudicium sanum, intelligat, iudicet, approbet uerbum hoc, quod dictum est: *Non expedit nubere*.

IAM uero tertius locus, *Unusquisque proprium donum habet ex Deo, unus sic, alius autem sic*, prioris epistolae ad Corinth. 7. non habet difficultatem: nam Apostolus uocat donum Dei non solum continentiam uirginalem, sed etiam coniugalem. Donum enim Dei est, quod aliqui eligant uirginitatem, & similiter, quod aliqui eligant matrimonium, & in eo castit persequerent. Sed quomodo cum his cohaereat, quod in potestate nostra sit continere, & castit uiuere, iam antea exposuimus.

POSTREMVS locus non facit ad propositum; nam cum Paulus ait: *Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suae uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, bene facit*:

duplici

dupliciter accipi potest nomen, uirginis. Vno modo, pro ipsa uirginitate, ut accepit sanctus Hieronymus lib. 1. in iouinianum. Alio modo, pro filia uirgine, ut exponit Epiphanius haeresi 61. Item commentaria Ambrosij, Theodoretij, Theophylacti, & aliorum ferè omnium.

PRIMA expositio non est probabilis: est enim inauditum, ut uirgo accipiatur pro uirginitate. Neque in hac re quaestionem habemus cum aduersariis; nam Ioannes Caluinus, Petrus Martyr, Erasmus, & alij in hunc locum, per uirginem, filiam uirginem intelligunt, non uirginitatem. Si tamen admitteretur prior illa expositio, per necessitatem non oporteret intelligere necessitatem absolutam coniugij, sed conditionatam. Nam ut eo loco S. Hieronymus dicit, qui nolunt continere, illis necesse est, aut uxorem ducere, aut scortari, absolute tamen neutrum est necessarium.

SI uero accipiatur expositio posterior, quae uera & germana est: per necessitatem non erit opus accipere necessitatem coniugij ob carentiam doni continentiae, de qua necessitate hic agimus, sed necessitate extrinsecam, quae ad rem praesentem non pertinet; dicitur enim pater habere necessitatem iungendi filiam matrimonio, si ipsa nolit uiuere in caelibatu, uel si ipse seruus sit, & cogatur a Domino filiam elocare: & contra, dicitur habere necessitatem seruandi filiam uirginem, si uel ipsa nolit nubere (neque enim ad id cogi potest) uel si non inueniatur qui eam uelit. Sed si nulla talis necessitas adsit, liberum erit patri statuere de filia, ut uoluerit: sed si iungat eam matrimonio, bene faciet; si non iungat, melius faciet, ut Apostolus ibidem scribit. Haec de locis Scripturae propositis.

AD eam uero similitudinem, quam Petrus Martyr posuit de eo, qui uouit ministrare aegrotis, & postea non fecit, quod in morbum ipse incidit, respondetur, non esse simile hoc uotum uoto continentiae. Primum enim, iste non peccat non implendo uotum, quia uoluntatem habet promptam & paratam ad uotum implendum, non enim uult aegrotare, sed cogitur. At qui ob morbum concupiscentiae ducit uxorem post uotum, is non habet uoluntatem implendi uotum, sed habet contrariam, id est, non implendi, implicat enim contradictionem, quod quis uelit continere, ut uouit, & uelit uxorem ducere.

DEINDE, aegritudo corporalis non pendet a uoluntate aegrotantis, incontinentia uero pendet. Non enim potest recte dici, Nemo aegrotat, nisi qui uult. at rectissime dicitur, Nemo fornicatur, nisi qui uult. Obediunt enim membra corporalis ad uotum uoluntatis.

DEINQUE, sanitas corporalis non est bonum absolute petendum, quia sepe melior est aegritudo ad vitam aeternam consequendam, quam sanitas. Vnde nullum exstat consilium Euangelicum de tuenda sanitate, propter regnum caelorum; at continentia absolute peti potest, & infallibiliter conceditur, si aliunde non sit defectus in oratione, quia est bonum ad vitam aeternam longè uilius, quam matrimonium, & propterea consilium & commendatur passim in Scripturis.

CAPVT XXXII.

Soluitur quarta obiectio ex ratione naturali.

ILLENDA sunt obiectioes, quas aduersarij sumunt ex variis incommodis, quae uidentur nasci ex caelibatu. Prima ratio. Caelibatus naturae ipsi repugnare uidetur, quae frustra sexuum diuersitatem & uim generatiuam molita erit in homine, si melius est caelibem esse, quam coniugatum.

HAC ratio Iouinianus est, & iam olim a sancto Hieronymo libro primo in Iouinianum, refutata. Sed quia rursus a Lutero in sermone de matrimonio, & ab Erasmo in Encomio matrimonij reuocata in lucem est, respondemus, non esse frustra uim generatiuam, & sexuum diuersitatem, etiam si permulti ea non utantur: ea siquidem,

quae propter bonum speciei instituta sunt, non dicuntur frustra, si à quibusdam indiuiduis exerceantur, etiam si à multis non exerceantur, alioqui enim omnes herbae omniaque poma cum seminibus nascuntur, & tamen paucissima ex eis feruntur.

SECUNDA ratio. Si omnes continerent, mundus periret: non igitur oportet omnibus continentiam praedicari. RESPONDET Patres, non esse periculum, ut omnes continere uelint. Semper enim plures erunt imperfecti, quam perfecti, & ideo oportere omnibus praedicari, ut saltem pauci id faciant.

S. HIERONYVS libro in Iouinianum: *At dices*, inquit, *si omnes uirgines fuerint, quomodo stabit genus humanum? noli metueri, ne omnes uirgines fiant. Difficilis res est uirginitas, & ideo rara, quia difficilis.*

ALIAM solutionem adfert sanctus Augustinus cap. 10. de bono coniugali: *Noni quosdam, qui murmurent, quid si omnes uelint ab omni concubitu abstinere, unde subsistet genus humanum? utinam omnes hoc uelint. Multo citius Dei ciuitas complectetur, & acceleraretur terminus saeculi.* Haec ille. Quod etiam clarius docet libro de bono uiduitatis cap. 23. unde & Apostolus dixit in priori epist. ad Corinthios 7. *Nolo omnes esse, sicut meipsum, id est, caelibes. Quod certe non dixisset, si non liceret omnibus caelibatum eligere, etiam si mundus finiendus esset.*

EX quo intelligimus non esse certam opinionem eorum, qui dicunt, si soli essent in mundo Monachi & Sanctimonialia, debere eos coniungi matrimonio ad speciem conseruandam. Possent enim eiusmodi credere mundi finem adesse, ac proinde non tenerentur uotum violare, ut speciem propagarent: si tamen quis defendere uelit, quod nonnulli probabiliter docent, teneri ad coniugium homines in extrema illa necessitate conseruandi generis humani, non esset eorum uotum timeret. Vota enim non possunt praescribere contra legem diuinam.

TERTIA ratio. Ex caelibatu tot Monachorum, Sacerdotum, & Sanctimonialium, laeditur Christiana Respublica, siquidem minuitur numerus Christianorum, nec potest commodè restitui multitudini infidelium.

RESPONDET sanctus Ambrosius lib. 3. de uirginitate: *Nonnullus*, inquit, *dixisse audiui, quod periret mundus, defecit genus humanum, coniugia labefacta sunt. Quero, quis tandem quassuit uxorem, qui non inuenitur? & caetera*, quae apud eum legere poteris. Sed certe hoc tempore, si qua causa est paucitatis Christianorum, & multitudinis infidelium, ea non caelibatus, sed monogamia est. Turci siquidem habent etiam suos quosdam religiofos, qui caelibes esse coguntur, sed ideo ualde multiplicantur, quod plures simul uxores habeant. Non puto autem aduersarios tam esse caecos, ut uelint etiam contra Christi legem introducere polygamiam.

PORRO causa, cur Christiani plerumque uiribus inferiores sint, cum est aduersus Turcas pugnandum, non est paucitas hominum, sed discordia Principum Christianorum. Alioqui enim Magnus Alexander exiguum exercitum habuit, sed obedientem & strenuum, ideo totum orbem terrarum breui subegit. Romani quoque non multitudine, sed arte & disciplina vincebant. Denique, tempore Caroli Magni res Christiana mirabiliter floruit, & tamen plurimi tunc erant Sacerdotes, Monachi, & Sanctimonialia, qui caelibatum colebant.

QUARTA ratio. Ex caelibatu perpetuo non raro morbi oriuntur, qui non aliter curari possunt, quam opere coniugali: igitur temere uouetur eiusmodi caelibatus. Potest enim ac debet in eiusmodi casibus uotum frangi, ut uita consulatur.

RESPONDEO, nullos morbos ex continentia, sed ex crapula & incontinentia omnes, aut ferè omnes nasci.

SED quid si morbus aliunde contractus uis coniugij curari posset, & aliter non posset? Responder S. Bona-

uentura

uentura in quartum, dist. 38. art. 2. quæst. vlt. nullo modo licere ob periculum morbi, vel mortis, votum continentia violare. Primum, quia nullus est morbus, qui non possit alia ratione curari, vt medici periti, & pij de hac re consulti respondent.

SECUNDO, quia etiam si non posset aliter morbus curari, quam voti violatione, melior est virtus continentia, quam aliqua prolixitas vite corporalis; nam qui dant operam literis, & sacris meditationibus, præsertim si vitæ asperitatem adiungant, ferè certò sciunt se minuere sibi ipsi vitam, & tamè rectè possunt sapietia, & pietatis accessionem anteponeere paucis annis vitæ corporalis.

DEUS, si ieiunij lex, aut votum corporis valetudini vehementer noceat, potest ac debet non seruari; cur igitur non idem dicatur de voto continentia?

RESPONDEO, non esse eandem rationem ieiunij & continentia; nam cibus ordinatur per se ad salutem indiuidui; idcirco illo non vti cum necesse est ad salutem conseruandam, vitium est, non virtus, proinde nec voti materia. At coniugij actus non ordinatur per se ad salutem indiuidui, immò potius nocet. Quod si quando prodesse possit, solum esset per accidens, neque id omnino certò: non autem licet propter incertum, & per accidens omniterè voti impletionem, quæ certò & per se bona est, & simile est, si quis me velit occidere, nisi furtum faciat: non enim licet furari, etiam si alioqui teneat seruare vitam, nam furtum non est medium per se institutum ad vitam seruandam, sed solum per accidens proficere, ex mala alterius voluntate.

REFERT Martinus Cromerus libro viceesimo nono de rebus Polonicis, Casimirum quandam regis filium miraculis post obitum claruisse, qui maluerat mori, quam feminæ admisceri, vt ei medici suadebant. Vide de hoc argumento plura apud Michaëlem Medinam lib. quarto de continentia, controuersia quarta.

QUINTA ratio. Propensio ad gignendam prolem naturalis est & bona, quippe quæ etià in natura integra fuisset, & in omnibus animantibus est: at impedire naturalem, ac bonam propensionem, quod faciunt qui cœlibatam perpetuò colunt, peccatum est, cum id nihil sit aliud, quam naturæ ac Deo ipsi, qui naturam instituit, relictari, igitur non licet cœlibatam perpetuò colere illis, qui propensionem ad gignendum sentiunt. Atque hæc est ratio, ob quam Lutherus in sermone de matrimonio dicere ausus est, non esse præceptum, sed plus quam præceptum, illud: *Crescite, & multiplicamini*. Gen. 1.

RESPONDET Michaël Medina lib. 4. de continentia, cap. II. impedire alteri, ne operetur iuxta naturalem propensionem, vt si quis cogat aliquem perpetuò continere, peccatum esse, non autem esse peccatum, impedire in seipso naturalem propensionem, vt si quis sponte sua perpetuò contineat: quia ius, & iniuria ad alteri referuntur, nec enim aliquis propriè sibi ipse iniuriã facere potest.

AT si ita est, cur peccatū erit occidere seipsum? certè B. Thomas in 2. 2. q. 64. artic. 5. idè affirmit peccatum esse, seipsum occidere, quod sit contra naturæ propensionem: & si peccatum est occidere se, quia id pugnat cum naturali propensione, cur non erit peccatum nolle filios procreare, cum id etiam pugnet cum naturali propensione? Franciscus Victoria in relectione de homicidio, & Dominicus à Soto lib. 5. de iustitia & iure, q. 1. art. 5. respondent propensionem ad generandum esse quidem naturalem, & tamen non oonuenire homini, vt homo est, sed vt conuenit cum bestis: at propensionem ad viuendum, & naturalem esse, & conuenire homini, vt homo est: propterea peccatū esse seipsum occidere, quod id sit contra propensionem hominis naturalem: at non generare, non esse peccatum, quod non sit contra propensionem propriè humanam.

SED non videtur hæc responsio plenè satisfacere; nam

A si propensio ad generandū nō est propriè humana, quia est homini cōmuni cum bestiis, certè multò minùs propensio ad viuendum erit propriè humana, cum sit homini communis cum omnibus viuentibus. dicent fortasse, generare conuenire homini ratione corporis tantum, viuere autem, ratione corporis, & ratione animæ.

AT hoc loco nō differimus nisi de vita corporali, præterea ipsum viuere, & esse, nōnne cōmune est cum aliis rebus? deinde si occidere seipsum esset peccatum, quia est contra naturæ hominis propensionem, certè etiã velle occidi ab alio, & optare mortem, esset peccatum, quia id etiam est cōtra hominis propensionem naturalem; nam Ioan. 21. Petro dicitur: *Cum senexeris alius cinget te, & ducet quò tu non vis*. Et 1. Cor. 7. Paulus ait: *Cupimus nō spoliari, sed superuicari*. Et tamen quis dixerit peccasse eundem Paulū, cum ait: *Cupio dissolui, & esse cū Christo*. Philippen. 1. & sanctum Ignatium, cū (vt ipse scribit in epistola ad Romanos) summo ardore cuperet à bestiis deuorari?

B DENIQUE cōstat, cōsiliū esse sanctissimum, cum quis inuaditur à latrone, & non potest mortem euadere, nisi latronem occidendo, vt mortem potius oppetat, quam inferat, etiam si, id maximè videatur contra naturæ inclinationem.

RESPONDEO igitur, duplicè esse hominis inclinationem naturalem; vnã in rem absolutè, & secundum se consideratam; alteram in rem consideratam cum omnibus circumstantiis. Nã si consideres mortem secundum se, morbum, ieiunium, atque alia id genus, naturaliter abhorrebis. at si cōsideres mortem, morbum & similia, vt materiã patientia, vt viã ad cœlum, vt occasione glorificandi Deū, iam incipies affici & appetere. Quia verò posterior propensio sola est verè ac propriè humana, quia est secundum rectum iudicium rationis, idè contra illam facere peccatum est. Est enim id pugnanre cum ratione, atque idè cum ipso iure naturæ, & cum Deo auctore naturæ.

C PORRO cœlibatus etsi est cōtra priorè inclinationem non tamen contra posteriorem, immò conformis est posteriori illi inclinationi, quia est mediū ad puriùs, & feruentius amandum Deum. At occisio sui ipsius est contra vtrâque inclinationem, nisi fortè à Deo præcipiatur, idcirco nunquã licet semetipsum occidere, nisi Deus iubeat; nam si Deus iubeat, poterit appeti vt medium ad maius bonum, id est, ad iudicium Dei voluntatè, & gratiam eius promerendam: *Melior est enim misericordia Domini super vitas*. Psalm. sexagesimo secundo.

AT extra hunc casum, nunquam potest esse medium ad maius bonum; nam bona omnia vel corporalia, vel spiritalia sunt; corporaliū fundamentum est vita, idcirco fieri nō potest, vt occisio sit medium ad maius bonum corporale, spiritalia verò sunt actus liberi arbitrij, proinde à voluntate pendunt, nec est vllum eiusmodi bonum, quod non possit haberi sine sui ipsius occisione.

D SEXTA ratio. Virginitas nō est virtus, sed res omnino indifferens; nam virtutes per se expetuntur, virginitas autem non est bona, nec appetibilis, nisi relata ad aliud, id est, ad Deum puriùs orandum & colendum. Præterea virtutibus omnibus contraria sunt vitia, virginitati autem nullum opponitur vitium, non igitur virginitas materia voti esse potest.

RESPONDEO, virginitatem absolutè cōsideratam, vt solum dicit negationem quandam coniugij, nō esse virtutem: sed eandem, vt est perfecta quædam refractio concupiscetiæ, & proinde medium ad melius, ac puriùs Deum colendum, omnino esse virtutem: immò vt S. Fulgentius notauit in epistola 3. capite 4. adè virtus est virginitas, vt à virtute nomen acceperit; quo modo etiam morte appetere absolutè non est virtus, tamen mortè appetere ad fidem, vel patriam defendendam, virtus est fortitudinis. Verum est tamen, virginitatem, antequam Deo per votum consecratur, non esse virtutè specialem,

& idè

& idè non habere cōtrarium vitium. Est enim, si absque voto consideretur, actus quidam perfectus, & heroicus temperantia, & idcirco non vitium illi opponitur, sed aliquid minùs bonum. Vitia enim opponuntur actibus necessariis virtutum, non autem actibus perfectis, & heroicis. Vide S. Thomam in 2. 2. q. 152.

SEPTIMA ratio est Erasmi in colloquio Proci & Puella, vbi perulantissimè loquitur; Pomarium melius est, quod post flores fructus parturit; vitis melior, quæ amplexa palum, vel vltimum, vult gruida est, quam quæ humi iacens computrescit; rosa felicior, quæ manu hominis atteritur, delectat interrim oculos, & nates, quam quæ senescit in frutice; vinum felicius, quod bibitur, antequam acefcat: ex quibus illud efficerè contendit, vt coniugium melius, magisque expetendum videatur, quam cœlibatus. Illud etiam addit, vnam virginem si nubat, posse multas virgines parere, proinde si virginitas placet, non posse nuptias virginum displicere, quæ hoc ipsum quod tantopere placet, cum fenore reddunt.

SED eiusmodi argumenta talia sunt, quæ equi & canes, si loqui possent, proponerent, quippe qui nihil melius nouerunt corporis delicias, at Christianos qualescunque, quibus regnum cœlorum patria est, vita præsens exilium, auctor Christus ergo de virgine, & virginitatis prædicator, mirum esse potuisset eo modo argumentari; nam virgo Christiana non habet flores sine fructibus, immò fructum habet centesimum, cum coniugium non habeat nisi tricesimum, vt Patres colligunt ex c. 13. Math. vnde S. Augustinus libro de sancta virginitate, cap. 8. *Nulla, inquit, carnis fecunditas sanctæ virginitati, etiam carnis, potest comparari*. Et S. Ambrosius lib. 1. de virginibus: *Conferamus, inquit, bonam mulierem cum vltimis virginum, iacet licet secundo se mulier nobilis partu, &c.* Et S. quoque Hieronymus in epist. ad Demetriadem, & in epist. 22. ad Eustochium, idem argumentum fusè diluit.

SED Erasmi non habuit fortè oculos, quibus fructus virginum conspici possunt: *Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus*. 1. Corinth. 2. Pari ratione non est virgo Christiana vitis humi iacens, & putrescens, sed est vltimo nobilissima adhaerens, Christo desponsa, cuiusque spiritu gruida, vt pulchre docet sanctus Fulgentius in epistola tercia ad Probam, capite quarto.

DENIQUE, virgo Christiana non est rosa in frutice senescens, aut vinum acefcens, sed perpetuò florens, & vigen. Coniugia enim marcescunt, & acefcunt, quippe quæ finem habitura sunt, virginitatis autem flos hic incipit, & in futura vita perit, vbi nemo nubet, sed omnes sunt velut Angeli Dei.

PORRO, quod addit Erasmus, ex nuptiis virgines nasci, eleganter refellit sanctus Augustinus libro de sancta virginitate, cap. 10. *Nam, inquit, ne illo quidem debent continentium meritis se conferre coniugia, quod ex eis virgines procreantur. Hoc enim non coniugij bonum est, sed naturæ, quæ sic diuinitus instituta est, vt quolibet humano vtriusque sexus concubitu sine ordinato, & honesto, sine turpi, & illicito, nulla femina, nisi virgo nascatur. Ita fit vt virgo nascatur etiam de stupro, sacra autè virgo, nec de coniugio*. Hæc ille.

CAPVT XXXIII.

Soluitur obiectio quinta ex Conciliis.

BICIVNT aduersarij quoque testimonia Conciliorum & Patrum, quæ tamen nullo negotio solui poterunt. Primum testimonium est Concilij Ancyran canone 19. *Quotquot virginitatem pollicitam præuicari sunt, professione contempta, inter bigamos habeantur*. Hoc testimonium profert Ioannes Brentius in prolegomenis contra Petrum à Soto, vt inde probet matrimonium post votum non esse peccatum, cum constet digamiam peccatum non esse. Sed malè Ioannes Brentius ratiocinatur, nam Concilium non docet, eos, qui ducunt vxorem post votum, verè esse digamos, sed in pe-

A nam peccati facit eos inhabiles ad sacerdotium, ac si digami essent: ex eo autem quod eiusmodi homines à Concilio puniuntur, non potest colligi eos non peccasse, sed contra potius peccasse, pena enim culpam sequitur: & cum ipsum Concilium dicat eos præuicarios esse professionem, & professionem contempserunt, is tantum dicere poterit eos non peccasse, qui præuicacionem & contemptum peccata esse negare audebit.

AT, inquit Petrus Martyr, in libro de cœlibatu, & votis, Concilium hoc non diremit matrimonium contractum post votum, nec alia pena affecit, quàm vt digamia reputaretur.

B RESPONDEO, Concilium non diremisse matrimonium, quia nullum erat, quod dirimi posset, nec enim Concilium dicit eos matrimonium contraxisse, sed solum præuicarios professionem suã, quod tam fornicacione quàm nuptiis fieri potuit, quod si etiam nuptia fuerint verè illorum, & propterea nec dirimenda, quod etiam nunc seruamus in iis, qui post votum simplex vxorem ducunt, an propterea licuit ex Concilij sententia iis, qui vouerunt continentiam, nuptiis copulari? quàm multa malè sunt: quæ tamen facta tenent: certè si nullum esset peccatum ita copulari, non punirentur à Concilio, qui id fecerunt: siquidem apud aduersarios, vbi nullum est crimen votum continentia violare, non solum non arcentur à ministerio, qui ex Monachis mariti facti sunt, sed ipsi proprie soli vocantur ad ministerium.

SECUNDO testimonium est Concilij Gangrensis, canone nono & decimo, vbi damnatur, qui continentiam professi nuptias execrantur, aut despiciunt coniugatos.

C RESPONDEO, Ioannem Brentium in Confessione VVittembergensi c. de votis, & Petrum Martyrem in lib. de cœlibatu & votis, dum hos Canones proferunt, impudentiam suam ostendere. Nihil enim isti Canones docent, nisi nuptias non esse malas, licet votum continentia sit melius, & continentia professores humiles esse debere, non superbos. Quod ipsum fusè docet S. Augustinus in vltimis aliquot capitibus libri de sancta virginitate, sed Canones ipsos audiamus. Canon nonus. *Si quis vel virginitatem vel continentiam professus tanquam abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solum, quod continentia, & virginitatis bonū sanctum propositum est, anathema sit*. Canon decimus: *Si quis propter Deum virginitatem professus, in coniugio positus per arrogantiam vituperauerit, anathema sit*. Quid hic legitur, quod non Catholici omnes libentissimè audiamus & amplectamur?

TERTIUM testimonium est Concilij Chalcedonen- sis canone 16. *Si qua se virgo Deo dedicauerit, similiter & monachus, non licere eis iungi nuptiis: si verò inuenti fuerint hoc facientes, mancant excommunicati*. Statuimus verò, posse in eis fieri humanitatem, si ita probauerit loci Episcopus.

D Ex hoc loco colligit Petrus Martyr potuisse permitti ab Episcopo connubia monachorum, & Sanctimonialium. At non hoc dicit Canon, immò apertè negat posse coniungi eiusmodi personas. Humanitas porrò illa, de qua loquitur Concilium, non est indulgentia nuptiarum, sed absolutio ab excommunicatione. Cum enim statuat Concilium perpetuum anathemã in eiusmodi apostatas, permittit tamen, vt Episcopus etiam antè mortis articulum anathema tollat, si nimirum illi ad penitentiam venerint, & à malè cōtracto connubio discesserint, vt exponit Concilium Tributense, canone viceesimo tertio. Nunc ad Patrum testimonia veniamus, quæ à Brentio, Caluino, Illyrico, sed potissimam à Petro Martyre collecta sunt.

CAPVT XXXIV.

Soluitur obiectio sexta ex Patribus.

RIMVS ex Patribus est Petrus cum omnibus Apostolis, excepto Ioanne: *Sumamus, inquit Petrus Martyr, principium ab Apostolis: nam quodammodo sunt Patres Patrum. Illi autem quamuis essent*

sanctissimi, tamen non aspernati sunt coniugia, immo si credimus Ambrosio, omnes habuerunt uxores prater Ioanem & Paulum. Et infra: Quamquam ita Ambrosium cito hoc loco, non ut prorsus concedam in eam sententiam, unde enim sciebat ille, Paulum non habuisse uxorem?

RESPONDEO, qui ex Apostolis uxorem habuerint, & qui non habuerint, ex Scripturis certò constare non posse, excepto solo Petro, cuius focrum legimus Matth. 8. Ioanem tamen virginem fuisse nemo dubitauit vnquam. Idem de Paulo, & Apostolis ceteris probabiliter docet Hieronymus libro primò contra Iouinianum; sed quidquid de hoc sit, illud nobis satis est, & Petrum, & Apostolos omnes, post vocationem à Christo continentibus fuisse: Sed, inquit Petrus Martyr, solent dicere, Apostolos, postquam venissent ad Christum, repudiasse quodammodo uxores, & ab illarum consortio abstinuisse. Qui ista dicunt, sua tantum dicunt, nihil probant, immò absurdè, & sine ratione dicunt; nam nisi intercessisset adulterium, nullo modo licuit discedere ab vxoribus. Nec Christus venit in mundum facere diuortia, sed potius monet, ut quod Deus coniunxit, homo non separet. Hec ille. Nos verò non dicimus ab Apostolis repudiatas uxores, quod Christus prohibet Matth. 19. sed ex consensu abstinuisse à commercio coniugali. Nec enim S. Ioseph idè repudiasset dicendum est beatissimam coniugem suam, quòd eam nunquam cognouerit: non enim carnalis copula, sed consensio animorum coniugium facit.

PORRO Apostolos omnes post vocationem renunciaffe officio coniugali, non tantum dicimus, sed etiam probamus: nam cum Petrus dixisset Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, Dominus addit: Omnis, qui reliquerit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, &c. centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit. Vbi satis aperte inter omnia illa, quæ legimus Apostolos reliquisse, videmus etiam coniuges numerari: quòd si relinqui non potest vxor, quin repudietur, accuset igitur Petrus Martyr Christum, qui præmiu tam grande uxores relinquentibus pollicetur. Adde, quòd non nos primi docemus, Apostolos cælibes post vocationem vixisse: docuit id Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum, docuit S. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, docuerunt alij ferè omnes, nec vllus Catholicorum vnquam contradixit.

SECUNDO loco ponit Petrus Martyr Ignatium, qui in epistola ad Philadelphienfes dicit, non esse detrahendum nuptiis, quòd Patriarcha, Propheta & Apostoli mariti fuerunt.

RESPONDEO, de Apostolis iam diximus, eos habuisse uxores, sed post vocationem mutasse illas in foros, vt Clemens Alexandrinus loquitur. Patriarcha, & Propheta tempore, & statui legis veteris seruiebant. Quamquam, vt nonnulli Propheta, vt Iaias & Ezechiel, exemplo docuerunt, non esse detrahendum nuptiis, vt rectè Ignatius monet, sic alij item Propheta, vt Helias & Hieremias exemplum continentia præbuerunt.

TERTIO ponit Iustinum, qui in Apologia secunda meminit continentia, sed non meminit voti.

RESPONDEO, quid hoc ad rem? num idè vouere non licet, quia Iustinus non meminit voti?

QUARTO ponit Dionysium Corinthium, qui in epistola ad Gnostos, teste Eusebio lib. 4. hist. cap. 23, monet Pinytum Episcopum Gnostorum, ne compellat fratres ad seruandam continentiam.

RESPONDEO, quis nostrum contradicit; sed num, quia non licet cogere fratres ad continentiam, non licebit etiam sponte illam suscipere?

QUINTO profert Irenæum, qui lib. 1. cap. 9. meminit vxoris Diaconi cuiusdam. & cap. 31. dicit, Tatianum hæresarcham equasse matrimonium scortationi. Addit Petrus Martyr: Et quid aliud nostri faciunt aduersarij? immò isti matrimonium ministrorum statuit esse adulterio & scorta-

atione deterius, quid est consentire cum Tatiano, si hoc non est?

RESPONDEO, quid est ineptire, vel potius impudenter mentiri, si hoc non est? num idè votum continentia illicitum erit, quia Diaconus quidam uxorem habuit? & vnde probat Diaconum illum ab vxore non cõtinuisse post sacrum ordinem susceptum? Porro Tatianus vera & legitima matrimonia damnabat, & idè hæreticus erat, nos sacrorum ministrorum coniugia, non coniugia legitima, sed sacrilegia, coniugij nomine recta, esse ostendimus, & idè reprehendimus, alioqui si Tatianum sectatur quicumque coniugia legitima non commendat, Tatianum etiam sectari diceretur, qui coniugium parentis cum filia non probauerit. Ita que S. Augustinus, qui Tatiani hæresim optimè nouerat, eamque damnauerat in libro de hæresibus, cap. 25, idem tamen coniugia, que post votum contrahuntur, peiora adulteriis esse affirmat, in libro de bono viduitatis, cap. 11.

SEXTO loco profert Clementem Alexandrinum, qui in primo libro pædagogij, c. 10, dicit Christianos debere aut matrimonium contrahere, aut purè viuere, si non contrahant. Hinc enim colligit Petrus Martyr eos, qui nõ purè viuunt ex Monachis & Sacerdotibus, debere matrimonium contrahere. At cur non potius colligit, debere eos mutare vitam, & mores emendare, & sic purè, & castè viuere, & votum suum Domino reddere? Sed, inquit Martyr, idem Clemens in lib. 3. Stromatum dicit, Paulum habuisse uxorem, Petrum, ac Philippum liberos genuisse.

RESPONDEO: sed ibidem dicit, ante vocationem ad Apostolatam ista facta esse, postea verò ab Apostolis uxores habitas loco sororum, non loco vxorum. Atrexit deinde longissimam disputationem eiusdem Clementis contra eos, qui nuptias damnant. Sed omnia sunt & arguunt, neque aliud probant, nisi inopiam, qua ipse premittit, testimoniorum, quæ ad rem faciunt.

SEPTIMO transit ad Tertullianum, ac primò in fatetur, multa in Tertulliano esse pro Papistis, sed non esse fidem habendam Tertulliano, quòd hæreticus fuerit, & secundas nuptias prohibuerit. Sed facilè hoc refellitur, nam etiam si hæreticus fuerit, non tamen vnquã à veteribus reprehenditur, quòd votum continentia afferuerit, sed ob alios errores, quos sanctus Augustinus notauit libro de hæresibus, capite 86.

DEINDE Petrus Martyr mentiri audeat, in libro de velandis virginibus Tertullianum tractare, an solæ nupta debeant velato capite ingredi Ecclesiam, an etiam virginibus, non autem loqui de velo, seu habitu sacrarum virginum. Sed adeò manifestè mentitur, vt non sit opus, nisi librum ipsum legeret: scribit enim aduersus virgines seculares, quæ cum nudo capite incederent, agrè ferebant, virgines sacras rectas, & velatas procedere, & adferebant in argumentum, quòd Apostolus 1. Cor. 11. mulieres velari iusserit, de virginibus autem nihil dixerit: Ambigunt, inquit, virgines hominum aduersus virgines Dei. Et infra: Scandalizantur, inquit, quia aliter alie incedunt, & malunt scandalizari, quàm provocari. Et infra: O sacrilega manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt: Et infra: Nupisti Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam, incede secundum sponsi tui voluntatem, Christus est, qui & alienas sponfas & maritas velari iubet: vti que multò magis suas. Denique liber sancti Cypriani de habitu virginum, ex libro Tertulliani expressus, satis aperte docet, de quibus virginibus Tertullianus loquitur.

SED habet Petrus Martyr ex Tertulliano iustigne testimonium contra nos: nam in libro de monogamia, tractans locum illum primò ad Tim. 5. Volo iuniores nubere, ita loquitur, Ad eas dirigit, quales supra denotat iuuen-culas viduas, que in viduitate deprehensæ, & aliquandiu as-fectatæ, postquam in deliciis habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quòd primam fidem resciderunt, illam videlicet, à qua in viduitate inuentæ, & professæ eam,

non perseuerant. Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptæ viduitatis postea rescindant.

Ex his verbis, inquit Martyr, alterutrum horum omnino intelligendum est, vel Paulum velle eas nubere, quamuis vouisent, idque magis Tertullianus videtur sentire, vel si non de viduis, que professæ sunt, sed de similibus agatur, tamè Paulum eas quoque velle nubere, ne postea fidem datam rescindant. Hæc quoque sententia contra aduersarios nostros facit: nam illi iuuen-culas, & penè puellas permittunt vouere, & in periculum recurrere.

RESPONDEO, priorem sensum nullo modo admittunt verba Tertulliani. Illa enim verba: Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptæ viduitatis postea rescindant, apertissimè monent eum loqui de illis, quæ nõdum vouerunt: nam quæ semel vouerunt, & fidè primâ resciderunt, quomodo possunt nubere, ne primâ fidè rescindant, cum iam eam resciderint? & cum ipsum nubere, si primâ fidem resciderint? Tertullianus enim interpretatur primâ idè rescideret, non perseuerare in professione viduitatis.

AT, inquit Martyr, Paulus dicens, volo iuniores nubere, dirigit sermonem ad eas quæ primam fidem irritam fecerunt, vt Tertullianus dicit; vult igitur Apostolus ex interpretatione Tertulliani, eas nubere que iam vouerant.

RESPONDEO, dirigere sermonem ad eas, quæ vouerant, nihil aliud est, quàm eas respicere, & ex earum ruina alijs prospicere de remedio, vt verba sequentia apertissimè docent. Quod verò attinet ad posteriorem sensum, fatemur velle Apostolum iuuen-culas nubere, sed vt supra ex Patribus ostendimus, non omnes iuuen-culas, sed eas tantum, quæ continere nolunt. Omitto hîc mendacia reliqua Petri Martyris, cum dicit, nos matrimonium impurum, & spurcum appellare, & alia id genus, quorum Deo rationem in iudicio reddet.

OCTAVO loco ponit Origenem, in cuius libris nihil inuenit pro se, nisi quòd loca quædam pro se facere interpretatur, quia non faciunt contra se, nimirum vbi Origenes non vituperat nuptias, & multò magis, vbi aliquid dicit in laudem nuptiarum. Ita profert multa ex commentariis Origenis in caput duodecimum ad Romanos, & in c. 19. & 23, Matth. Sed nihil omnino est, quòd ad rem faciat; nos enim nuptias longè magis honoramus, quàm aduersarij faciunt, cum Sacramentum Christi esse doceamus, quod illi perniciosissimè negant, & ciuilem contractum solum in nuptiis agnoscant.

NONO venit ad Cyprianum, qui libro primo, epist. vndecima, ad Pomponium ita scribit de quibusdam virginibus, quæ posteaquam se Deo dicauerant, cum masculis cubare reperta fuerant: Quod si ex fide se Christo dicauerunt, pudicè, & castè sine vlla fabula perseuerent, ita fortes & stabiles premium virginum ausi expectent: si autem perseuerare nolunt, vel non possunt, melius est, vt nubant, quàm in ignem delictis suis cadant.

HINC locum non Petrus Martyr solum, sed etiam Caluinus, Brentius, alique ex aduersariis obiecerunt. Refellit quoque Petrus Martyr aliquot solutiones parum congruas, vt ostenderet argumentum planè esse insolubile. Sed responsio plana, & facilis in promptu est. Sanctus enim Cyprianus eo modo loquitur, quo S. Paulus 1. Timoth. 5. nimirum occasione quarundam virginum, quæ parum honestè se gerebant post votum continentia, monet alias, vt si non habent firmum propositum perseuerandi, non voueant, sed nubant.

HIC igitur sensus est verborum Cypriani: Quod si ex fide se Christo dicauerunt, pudicè & castè sine vlla fabula perseuerent: si autem perseuerare nolunt, aut non possunt, id est, si dum de voto faciendo deliberant, cogitant se non perseueraturas, melius est, vt nubant, quàm in ignem delictis suis cadant.

ESSE autem hunc sensum eorum verborum, probari potest. Primò, quia S. Cyprianus virginibus illis sub disti-

ctione concedit, vt nubant, si perseuerare nolunt, aut non possunt. Proinde concedit, vt nubant, si tantum nolint perseuerare, etiam si alioqui possint. At post votum, licitum esse nubere ei, qui perseuerare potest, ne Caluinus quidem, aut Petrus Martyr affirmaret.

SECUNDO, de facis virginibus in eadem epistola idem Cyprianus dicit, eas grauissimè peccare si alicui viro miscantur; & non marti, sed Christi adulteras esse: Si superueniens, inquit, maritus sponfam suam iacentem cum altero vidcat, nonne indignatur, & fremit? & per zeli dolorem fortassis & gladium in manus stent? quid Christus Dominus & index noster, cum virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam iacere cum altero cernit, quam indignatur, & irascitur? & quas penas incestus cuiusmodi coniunctionibus committatur? Hæc ille. Non ergo Cyprianus potuit eiusmodi virginibus Deo dicatis nuptias permittere, nisi incestam coniunctionem & manifestam Dei offensionem, seipso teste, permittere vellet. Quis verò credat tam stultum Cyprianum fuisse, vt sciens, & prudens grauissima crimina permitteret?

TERTIO, de virginibus Deo dicatis, quæ iam lapsæ fuerant, in eadem epistola iubet, vt separentur, idque aliquoties repetit, & ne semel quidè admonet, posse eas cum suptratoribus suis, aut cum alijs inire matrimonium: Quod si, inquit, obstinata perseuerant, nec se ab inimicem separant, sciant secum hac sua impudica obstinatione nunquam à nobis admitti in Ecclesiam posse, &c. Igitur cum supra monebat, vt nubarent, non de iis loquebatur, quæ iam vouerant, sed de iis, quæ adhuc sui iuris erant.

VERGET Petrus Martyr illud verbu. Aut non possunt, quasi aliqua sint, quæ absolute non possint continere, etiam si velint. Sed hoc supra explicatum est. Sic enim Cyprianus loquitur, quomodo Christus ipse, cum ait, qui potest capere, capiat. Illi enim dicuntur velle, & non posse, qui desiderant continere, sed non plena, & perfecta voluntate. Proinde desunt illis vires efficaces ad continentium, quas tamen vires, si vellect in oratione laborare, non difficulter acquirerent. Alium locum ex libro de singularitate Clericorum, in disputatione de cælibatu sacerdotum explicauimus superiore lib. cap. 19.

DETIMO ponit Eusebium Casariensem, ex quo tamen nihil adfert nisi coniecturam quandam, quòd consecratio virginum solennis caperit tempore Constantini Imperatoris, antea verò non fuerit. Coniectura hæc est, quòd lib. 4. de vita Constantini, posteaquam narrauerat Constantini decreto abrogatam fuisse legem veterem, quæ priuabat hæreditate eos, qui liberos non habebant, continud subiecit Eusebius, mulieres ad perpetuam virginitatem se Deo consecrasse, nec non ad sacerdotium Dei.

AT hæc coniectura nititur manifesto mendacio. Non enim Eusebius subiecit de virginum consecratione post narrationem de abrogata lege; sed præmittit tanquam rationem legis abrogatæ. Dicit enim Constantinum legem illam abrogasse, quia multi viri, multa que femina liberis carebant, non ob impotentiam generandi, sed quia ob immensum amorem numinis, perpetuum cælibatum profitebantur.

VNDECIMO loco Athanasium ponit, sed ne syllabam quidem vnquam pro se inuenire potuit. Idcirco solum attulit loca quadam cõtra se, & respondit, non esse Athanasium audiendum, non esse tolerandum, nimis multum sibi sumpsisse hunc patrem. Centuriatores centuria quarta, capite quarto, columna 267. & capite sexto columna 466. & cap. 7. columna 485. profert vnium Athanasij testimonium ex epistola ad Dracontium, vbi dicit, se nouisse Episcopos & Monachos, qui filios genuerint.

RESPONDEO, nos etiam nouisse per multos Monachos, qui simul etiam Episcopi dici volebant, & filios genuerunt, nimirum Lutherum, Bucerum, Martyrem, Ochi-

nam, Ocolampadium, VVigandum, & alios: Athanasius enim eo loco reprehendit Episcopos & Monachos perdit viuentes, ac dicit nonnullos reperiri, qui filios genuerint; nam alioqui id illicitum fuisse ex sententia Athanasij, patet ex cohortatione ad Monachos, vbi inter alia impedienda monasticæ vitæ ponit, alligatum esse vxori, aut filijs impeditum.

D V O D E C I M O loco ponit Basilium, quem ab eruditione, & doctrina magnū appellatum facile dicit. Profert autem vnum testimonium ex libro de virginitate, vbi Basilus arguit sacras virgines, quæ perditæ & flagitiosæ viuunt, ac dicit, longè esse præstabilius si viros habeat, illisque subiectæ sint, & officium coniugale, vt decet, exercent: *Nihil, inquit Martyr, pro nobis dici potuit aptius.*

R E S P O N D E O, nõ monet Basilus, vt sacrae virgines, quæ flagitiosè viuunt, relicta professione nubant, sed dicit melius fuisse futurū, si nupsissent, antequam vouerent. Melius enim est in statu humiliori saluari, quam in sublimi damnari. Id ita esse, planū est tum ex illis verbis: *Nam si abiectio viri ingo, & inutilis ad vitæ, ad quæ conseruandæ domus, & procreandorū liberorū gratia, facta est, & professæ virginitati probro futura est: tota res damni plena est. Et longè præstabilius esset, ipsam viro cõiunctam ad vitæ gubernari, &c.* Vbi vides nuptias suaderi, non ei, quæ vult, sed ei, quæ professæ virginitati pudenda futura est: tum ex eodẽ libro, vbi Basilus fufissimè probat, sacras virgines non posse vilo modo nubere: *Virginitatem, inquit, professæ, deinde à carnis voluptatibus incitata, scortationis peccatum nuptiarum nomine velare volunt, non ignorantes, opinor, etiamsi ignorantiam simulent, quod quæ sponsi sui dexteram præterierit, neque huius est sponsa, quem illegitimè reliquit, neque illius, cui seipsam per affectum vitiosum adiunxit, iuxta leges vxor reperiri potest. Et infra: Ne decipiat seipsam, quod peccatum ipsi pro nuptiis reputabitur. Et infra: Non enim locum apud ipsum habebit nuptiarum prætextus.*

A T, inquit Martyr, Basilus cum hæc scripsit, oblitus erat sui. Sed quis credat virum tam admirabilem, qui ab eruditione magni nomen inuenit, in eodem libro tam apertè secum pugnare, nec potuisse tres paginas scribere, quin obliuisceretur sui: Omitto quæ deinde attexit Martyr in reprehensionem S. Basilij, non enim hic quarimus, an rectè dixerit, sed an dixerit id, de quo agimus. Quamquam etiam ad refutationem calumniarum, & ratiuncularum Martyris, satis est scire, illum fuisse verè magnum Basilium, istum esse Petrum falsò Martyrem appellatum.

A D F E R T aliud testimonium ex quæst. 15. fuscè explicata, sed ad rem non pertinet, & à nobis paulò infra refutabitur in disputatione de votis filiorum inuitis parentibus editis.

D E C I M O T E R T I O ponit Gregorium Nazianzenum, ex quo nihil adferre potuit contra nos. Tantum adfert multa, quæ dicit pro se facere, quia non faciunt contra se, nimirum vbi Nazianzenus scribit nuptias esse bonas. Adfert etiam multa, quæ dicit se nõ probare, vt quòd Nazianzenus dicat virginitatem homines Angelis aggregare, nuptias perturbationis virginitatem splendoris indicium esse continentiam in arbitrio positam, ita vt possint continere omnes, qui volunt. Hæc Martyr admittit se non posse dicit, sed non multum refert, quid ipse admittat, modò Nazianzenus à Catholicis faciat.

D E C I M O Q U A R T O, ponit Hilarium, ex quo vnum duntaxat locum habere potuit, quem nobis obiceret. In reliquis Hilarium relinquit cum cæteris Patribus, qui Papatibus nimis apertè fauent. Testimonium igitur contra nos profert Martyr ex commentario Hilarij in cap. 19. Matth. vbi sic loquitur: *Nobis circa Eunuchos sermo sit, & voluntas, & in vno posuit naturam, in altero necessitatem, & in tertio voluntatem. Naturam in eo qui ita nascitur, necessitatem in eo, qui ita factus est, voluntatè in illo, cui spe regni cælestis talis esse decreuerit, cui nos similes effici, si tamè pos-*

simus, admonet. Ecce, inquit Martyr, non inquit, si tamè velimus, si possumus: rationè habens virum vniuscuiusq; nostrū.

R E S P O N D E O, nihil Hilarius addit ad verbum Domini: *Qui potest capere capiat.* De quo loco satis multa diximus. Neque negamus habendam esse virum rationem, & eos non debere seiplos castrare ob regnum cælorum, qui nondū vires habere se sentiunt ad continendū, & qui proinde nõ possunt: tamen addimus, eos, qui vires nõdum habent, & modò non possunt, posse tamen per orationem vires acquirere, quibus postmodum poterit, si voluerint.

A L I V M locum ex Hilario profertur Magdeburgenses centuria 4. c. 4. col. 300. vbi postquam posuerunt encomia virginitatis ex Athanasio, ita subiungunt: *Contra hæc superstiosam opinionem videtur Hilarius in Psal. 64. loqui: Cernimus nudis Philosophos algere corporibus, ipso etiam coniugiorum vsu Magistri abstinent, heretici sicco panis cibo viuunt. Sed quis tandem otiosi huius propositi profectus? totum hoc inane, & ridiculum est, & cum ipsi superstitionis causis miserabile. Deo ergo vouenda sunt, contemptus corporis, castitatis custodia, ieiunij tolerantia. Vota enim tantum Ecclesiastica religionis vitia sunt, quæ cum & dignis Deo cautionibus, & proposita in Ecclesia obseruantia studio probantur.*

E x his verbis Magdeburgenses collegisse videntur, vouendum esse corporis contemptum, sed non extremū illum vsque ad nuditatem, & algorem; vouendam castitatem, sed coniugalem, non virginalem: vouendam ieiunia, sed non ardua illa, quibus nonnulli solo pane viuunt. Ar non hoc Hilarius dicit, sed monet, continentiam, ieiunia, corporis contemptum, extra Ecclesiam nihil prodesse, multum autè prodesse, si in Ecclesia propter Deum suscipiantur, ipsique Deo voueantur. Explicat enim illa verba Psalmi: *Tibi reddetur votum in Hierusalem.* Et vim facit in illis vocibus: *Tibi, & in Hierusalem,* id est, Deo, & in Ecclesia, atque inde superstitiola vocat continentiam, & ieiunia Gentilium, quia non Deo, & hereticorum, quia non in Ecclesia offeruntur. Quocirca Petrus Martyr ex hoc loco Hilarij colligit, Hilarium sensisse votum cælibatus debere fieri ad placendum Deo. Sed addit, sibi hanc Hilarij sententiam non probari.

D E C I M O Q U I N T O ponit Epiphanium, ex quo duo testimonia profert, vnum ex libro de hæresibus, hæc. 48. vbi sic legitur: *Nos verò non necessitatem imponimus, verum cum bono consilio admonemus, exhortantes eum qui potest, non autem necessitatem imponimus non potenti, neque reuicimus ipsum à vita.*

E x his verbis arguit Catholicos Petrus Martyr, quòd imponant necessitatem cælibatus, quia non admittunt ad sacros ordines nisi cælibes: & rursus, quòd dicant omnes posse continere, si velint; quorum vtrumque reprobat Epiphanius. Sed de hoc posteriore iam sæpe diximus, quomodo verum sit quòsdam posse, & non posse continere. Nam non possunt, dum non habet donum, & tamen possunt absolute, quia possunt, donum petere & habere. Et tamen interim non negamus, quin malè faciant, qui vouent eo tempore, quo se donum non habere sentiunt, & peius etiam faciunt, qui eiusmodi homines impellunt, aut etiam cogunt ad vouendum. De priore autem, manifesta calumnia est: nam etsi non admittimus ad sacros ordines, nisi cælibes, tamen sicut non cogimus ad ordines suscipiendos, ita nec ad cælibatum profutendum.

I T A Q U E idem ipse Epiphanius, qui neminem vult cogi ad cælibatum, affirmat non debere admitti ad sacros ordines, nisi cælibes. Sic enim loquitur Epiphanius. hæresi 59. *Reuera non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos, qui mortua sua vxore secundis nuptiis conuicti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem & dignitatem, sed & adhuc liberos gignentis vniux vxoris viri non suscipit, sed eum, qui se ab vna continuit, aut in viduitate vixit. Diaconum, & Presbyterum, & Episcopum, & Hypodiaconum.*

A L I V D testimonium proferunt, cum Petrus Martyr, tum etiam Ioannes Brennius ex eodem libro hæresi 61. vbi sic legitur. *Melius est lapsum à cursu palam sibi vxorem sumere secundum legem, & à virginitate multo tempore penitentiam agere, & non quotidie iaculis sauciari.*

R E S P O N D E O primò. Epiphanius videtur dicere, minus malum esse nubere post votum, quam occultè, & assidue scortari: non tamen dicit, non esse malum nubere post votum, quòd aduersarij dicunt, & de quo nostra cõtrouersia est. Nam in eodem loco paulò antè Epiphanius sic ait: *Sancti Apostoli tradiderunt, peccatum esse post decretam virginitatem conuerti ad nuptias.* Et paulò post, monet illud Pauli: *Si nupsierit virgo, non peccauit*; intelligi debere de ea quæ nondum est dicata Deo. Et infra, illud 1. Timoth. 5. *Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt*, dicit, maximè pertinere ad virgines, quæ nubere volunt post votum.

D E N I Q U E ipse etiam Petrus Martyr, fatetur Epiphanium nobiscum facere: *Nunquam, inquit, asserui, Epiphanium facere mecum, quòd dicit esse peccatum matrimonium inire, post votum edictum.* Et infra: *In eo itaque mecum non conuenit Epiphanius, sed tantum in eo quòd illas nuptias & veras esse dicat, & licitas.* Hæc ille. *Qui manifestè secū pugnat, vel Epiphanium falsò pugnare secum ipsum asserit.* Nam peccatum esse nubere inire post votū, & nuptias esse licitas post votum, pugnantia sunt: vtrumque tribuit Martyr Epiphanio, qui tamen constanter primum asserit semper, alterum nunquam.

S E C U N D O dico, probabile esse, Epiphanium non voluisse etiam dicere, minus malum esse nubere post votum, quam scortari, sed hortatum esse ad nuptias eos qui sine voto perseuerabant in cælibatu, & tamen flagitiosè viuabant; nam in eo loco distinguit duo genera virginum. Vnum eorum, qui ex electione, & professione, ac voto virgines erant, & de his sapius repetit, non licere sine grauissimo crimine post dicatam Deo virginitatem conuerti ad nuptias. Alterum eorum, qui tempore adolescentiæ non inuenerant commodas nuptias, & ideo quasi necessarid permanerant toto eo tempore cælibes, deinde cum iam prouecti essent ætate, erubescere conuerti ad nuptias, atque idcirco cælibes permanere decreuerant: interim tamen occultè scortabantur, & coram hominibus virgines erant, coram Deo nequaquam. Hos ergo hortatur, vt agant penitentiam, propter amillam per fornicationem virginitatem, & ad matrimonium cõfugiant, magisque timeant Dei condemnationem, quam hominum iudicia.

I T A Q U E cum ait Epiphanius: *Melius est vnum peccatum habere, quam multa*, non vult dicere, melius est peccare semel nubendo post votum, quam sapius scortari, sed melius esse post vnam fornicationem transire ad nuptias, quam cælibem manendo exponere se periculo assidue scortandi: & cum hortatur eum, qui à cursu lapsus est, vt vxorem accipiat, non vocat cursum votum cælibatus, sed ipsum cælibatum, quem ille longo tempore liberè seruauerat, & postea per fornicationem corruerat. Hoc dico valde esse probabile, tum quia verba Epiphaniij huc sensum patiuntur, tum etiam quia non est credibile Epiphanium hortari voluisse ad id, quòd ipse fatetur esse contra Apostolicas sanctiones.

D E C I M O S E X T O proponit Petrus Martyr Chrysofostomum, ex quo nihil adfert, nisi laudes nuptiarum, quæ nihil causa nostra officunt. Sed Magdeburgenses cent. 5. c. 4. col. 444. producunt testimoniu Chrysofostomi ex oratione de cohabitatione regularium mulierum cum viris, vbi hortatur virgines sacras, vt potius apertè nubant, quam cum viris ita cohabitent: *Nam illas nuptias, inquit, neque Deus condemnat, neque homines. Honesta enim res est neminem offendens, neminem ledens. Virginitas autem illa cum viris plusquam stuprum ipsum ab omnibus arguitur.*

A T non satis fideliter hæc verba Magdeburgenses retulerunt. Siquidem omiserunt ea, quæ proximè præcedunt; ex quibus apertissimè colligitur, Chrysofostomum loqui de nuptiis, quæ votum præcedunt, non de iis, quæ illud sequuntur. Sic ait: *Nam si habere cohabitatores concupiscis, non oportebat virginitatem eligere, sed ad nuptias transendum erat. Multò enim melius sic nupsisse, quam illo modo virginem profiteri, fuisset: nam illas nuptias neque Deus condemnat, &c.* Et infra: *Si concupiscunt virum, & nuptias, quis prohibebat, & libertatem adimebat, ne hoc facerent?* Hæc ille. Loquitur ergo Chrysofostomus, quomodo Cyprianus, & Basilus loquebantur, de eo, quòd debuisset fieri ante votum, non de eo, quòd post votum fieri debuit. Idem enim Chrysofostomus in epist. 6. ad Theodorum, disertè dicit, matrimonium post vota monastica non matrimonium, sed quid adulterio peius esse.

E X S T A T apud Chrysofostomum alius locus, qui contra vota obiici potuisset, quamuis cum non legerim ab aliquo aduersariorum notatum fuisse; lib. 3. aduersus vituperatores vitæ monasticæ, sub finem ita loquitur Chrysofostomus. *Ergone intempestiuè liberos nostros ad deserti commorationem reuocemus, verum studij celestis disciplinam in eis solidam permitamus, aliisque radicibus arbuta simari, & sue decem annos, sue etiam viginti nutriendi illi sint in monasterio, non perturbentur.* Ex his verbis colligi videtur, non fuisse Monachos votis adstrictos, aut certè vota ipsa libera fuisse Chrysofostomi ætate, quando quidem domum ex monasterio redire poterant.

R E S P O N D E O, duo erant genera hominū, qui in monasteriis eo tempore viuabant. Alij enim monasticè profitebantur, & hi votis adstricti erant, nec redire poterant ad negotia secularia. Alij solum ad tempus in monasteriis degebant, nõ tam vt Monachi fierent, quam vt in pietate, & virtutibus exercerentur. Hi verò nullis votis alligati erant, & cum volebant abire ex monasterio, poterant.

D E his ergo posterioribus hoc loco Chrysofostomus loquitur. *Quòd etiam ex eo cognosci potest, quòd omnes ciues hortatur, vt ad monasteria filios suos mittant, necnon, vt ipsi etiam, licet coniugati, eò se conferant, ibique aliquandiu commorentur. De prioribus loquitur S. Basilus cap. 21. constitutionum, vbi multis rationibus ostendit non licere Monacho domum redire. Ipse etiam Chrysofostomus in epist. 6. ad Theodorum: *Equidem stes, inquit, non quòd paternarum rerum sollicitudinem geras, sed quòd negligendo calcaueris, quidquid autè de peccatore Christo spoponderas, ad hæc inhorresco, his angor, & crucior, propter ista formido non immerito. Vt enim non obijciatur desertio militie non militanti, ita is, qui semel cæperit esse miles, cum deseruisse detegitur, pœna vltima dignus iudicatur.* Item Theophylactus in cap. 8. Matthæi, *Si autem, inquit, illi neque patrem sepelire licuit, vobis, qui monasticam professi ad mundana regrediuntur negotia.**

D E C I M O S E P T I M O ponit Petrus Martyr Ambrosium, ex quo quia nihil adferre potuit contra vota continentiæ, inuehitur in eius libros de virginitate, planè aureos & dulcissimos. Dicit Ambrosium sibi ipsum non constare, quòd nunc doceat virginitatem non imperari, sed consuli: nunc verò ipse idem eam imperet, cum prohibeat virgines Deo sacratas nubere.

S E D non intelligit iste falsus Martyr carnali amore cæcatus, neque quid loquatur, neque de quibus affirmet. Aliud enim est imperare virginitatem, aliud eam exigere ab eo, qui sponte se obligauit. Denique libros illos de virginitate, qui tantopere displicent Petro Martyri, S. Hieronymus mirificè laudat in ep. 22. ad Eustochium.

D E C I M O O C T A V O ponit Hieronymum, ex quo vnum locum profert ex epist. ad Demetriadem. Deinde acerbè satis reprehendit libros S. Hieronymi aduersus Iovinianum. Sed posteriori obiectioni satis est opponere S. Augustinum, qui in ep. 29. ad Hieronymū, libros illos,

cōtra Iouinianū suauissimā, & præclarissimā disputatiōem appellat. Necnon ipsū Hieronymum, qui in Apologia pro liberis suis contra Iouinianum, eas calumnias, quas nunc Petrus Martyr profert, iam antè refutauit.

P O R R O testimonium ex epistola ad Demetriadem hoc est: *Sanctum virginum propositum, & celestis, Angelorumque familiae gloriam, quarundam non bene se agentium nomen infamat, quibus apertè dicendum est, ut aut nubant, si se non possunt continere, aut contineant si nolunt nubere. Hæc verba, inquit Martyr, non possunt intelligi de iis que nondum vouerint. Quia nemo debonestat aliquem ordinem nisi fuerit in illum adscriptus. Nullus turpi vita infamasset Apostolos, nisi inter eos fuisset annumeratus.*

R E S P O N D E O, loquitur S. Hieronymus de ancillis sacrarum virginum nobilium. Erant enim quædam virgines sacræ, scemina nobilissima, quæ domi suæ vivebant, & multis ancillis comitata procedebant. Sape autem fiebat, ut aliqua ancillarum, quæ quidem nullum habebant votum, parùm pudicè viuendo dominas infamarent. Sic enim pergit ibidem Hieronymus post verba citata: *Digna res visu, immò planctu, incedentibus dominis, ancilla virgo procedit ornatio, ut præ nimia consuetudine, quam incomptam videris, dominam suspicaris. & paulò superius, mores enim & studia dominarum plerumque ex ancillarum, & comitum moribus iudicantur.*

P O R R O ancillas virginum sacrarum non fuisse omnes sacræ virgines perspicuum est ex epist. 22. ad Eustochium, ubi monet virginem Eustochium, ut ex ancillis, si quas habeat eiusdem propositi, eas magis honoret, & ad mensam suam adhibeat, ut earum honor aliarum sit inuitatio. Vbi etiam addit hæc verba de ancillis, quas dixerat inuitandas ad continentiam ex aliarum honore: *Si que dissimulat, & seruitutem refugit, illi Apostolorum legito, melius est nubere, quàm vri.* Vbi docet, esse quidem prouocandas ancillas ad propositū continentiam, sed non esse cogendas.

A L I V D testimonium ex Hieronymo profertur potuisset. sic enim loquitur ad sacram virginem in epist. 47. de vitando suspecto contubernio: *Si virgo es, quid times diligentem custodiam? si corrupta, cur non palam nubis?* Esse autem virginem sacræ, quam alloquitur, patet ex verbis illis eiusdem epistolæ: *Non tibi displiceat eius conuersario, quæ te sponso tuam virginem consecrauit.*

R E S P O N D E O, loquitur Hieronymus de quadam virgine, quæ non in monasterio publicè professâ fuerat (nam in eadem epist. hortatur eam, ut se conferat ad monasterium) sed priuatim vouerat continentiam, ut eo tempore multæ facere solebant; ac deinde relicta matre vidua, iuueni cuidam adhæserat, & cum eo vivebat non sine suspitione impudicitia. Hanc ergo Hieronymus monet, ut potius apertè nubat, quàm perpetuò cum aliorum scâdalo impudicè viuat. Neque ita hoc monet, quasi peccatum non sit, quod aduersarij volunt, nubere post votum, sed quia minus peccatum sit, & prudètia ac ratio doceat, ex duobus malis minus esse eligendum. Quod autem S. Hieronymus malum esse putet, nubere post votum, non negat Petrus Martyr, cum id millies repetat S. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, & aliis in locis, sed præterea id ipsū habemus hoc loco, nam postquam dixerat: *Si corrupta es, cur non palam nubis?* Ita subiungit: *Neque verò hoc dico, quòd post peccatum tollam penitentiam, ut quòd malè cepit, malè perseueret, sed quòd desperem in istiusmodi copula diuisionem.* Hoc est, non hortor ut nubas, quia cupiam in eo, quod malè cepisti fornicatio, malè perseueres nubendo, & non potius cupiam penitentiam, & emendationem; sed quia despero te posse separari à viro, idèd malo, quod minus est malum, ut marito adhæreas, non fornicario.

E S T autem hoc loco obseruandum, nuptias post votum simplex, de quo Hieronymus loquitur, licet sine peccato contrahi nequeant, tamen veras nuptias esse, & idèd aliquo modo minus malum esse, nubere post votum eius-

modi, quàm assiduè fornicari, tum ob fidem cōiugij, tum ob prolem legitimam, tum ob alia bona: tamen etiam aliquo modo, ut nos supra diximus, est maius malum sic nubere, quàm fornicari, quia, qui ita nubet, reddit se inhabilem ad votum seruandū, quod non facit, qui fornicatur.

D E C I M O N O N O ponit Augustinum, quem in primis fatetur aduersari sibi, & suis Lutheranis apertissimè sic enim ait: *Hæc omnia votorum genera, id est, virginum, viduarum, coniugarum, vult Augustinus & firma & valida esse, ita ut grauissimè peccent, qui post ea nuncupata, matrimonia contraxerint.* Et post testimonia allata subiungit: *Ista vir Dei scribit, ut homo deceptus.*

A T cur non sit verisimilis decipi Martyrem, quàm illum virum Dei, qui etiam aduersariis testibus doctissimus atque sanctissimus fuit? Adfert deinde duo loca pro se. Vnum ex lib. de S. virginitate, c. 40. & 41. ubi Augustinus dicit, impossibile esse, aut valde difficile intelligere, cur Deus vni det continentiam donum, alteri non det. Ex quo loco colligit Martyr, non posse omnes qui volunt, hoc donum habere. Si enim omnes, qui volunt, haberent donum, non esset difficile intelligere, cur vni daretur, alteri non daretur. Causa enim esset, quia vnus vult, alius non vult.

A L T E R V M testimonium sumit ex libro de bono viduitatis, cap. 9. & 10. & ex ep. 72. ad Bonifacium, ubi S. Augustinus docet nuptias post votum ratas esse ac veras, nec debere dissolui.

T E R T I V M testimonium addit Brentius ex lib. de bono coniugali, cap. 21. ubi S. Augustinus non audeat anteponere virginitatem sancti Iohannis, coniugio Abrahæ.

A D D O ergo quartum testimonium ex lib. de S. virginitate, c. 14. ubi sic loquitur S. Augustinus de virginibus quibusdâ sacris: *Hæc nubere volunt, & idèd non nubunt, quia impudè non possunt, quæ melius nubent, quàm vrerentur.*

R E S P O N D E O ad primum testimonium, & dico S. Augustinum loqui de dono continentiam, non quo fit, ut aliquis continere possit, quod nemini negari dicimus, sed quo fit, ut ipsa aliquis contineat; quod non datur nisi iis, quibus Deus dandum esse iudicauerit: neque est hoc proprium dono continentiam, sed commune cum dono fidei, dilectionis, perseuerantiam, aliisque donis eiusdem generis. Siquidem omnes iusti verè perseuerare possunt, si velint, & tamen impossibile est intelligere, cur Deus vni isto det perseuerantiam donum, ita ut ipsa infallibiliter perseueret, alium cadere sinat, nec det ei eam gratiam, qua efficaciter perseueret, lib. de spiritu & litera, c. 34. *Iam si ad illam profunditatem, inquit, seruandam quisquæ coarctet, cur vni ita suadeatur, ut persuadeatur, alteri non ita, duo interrim occurrunt, quæ respondere libeat. O altitudo diuinarum, & non est iniquitas apud Deum.* Sed de his alibi disputadū est.

A D secundum dico, Augustinum voluisse quidem nuptias post votum esse veras nuptias, sed simul asseruisse (quod Petrus Martyr non negat) grauissimè peccare eas, quæ post votum nubunt. sic enim ait lib. de bono viduitatis, cap. 9. *Damnatur tales vidue, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentiam primam fidem irritam fecerunt.* Et c. 11. *Non possunt dicere à proposito meliore lapsas, si nupserint, sceminas, adulteria esse non coniugia, sed planè non dubitauerim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quæ vouetur Deo, adulteris esse peiores.* Hæc ille. Itaque testimonium Augustini nihil efficit cōtra id, quod nunc defendimus, non licere nubere post votum.

S E D instat Petrus Martyr, in eo saltem contradicitis Augustino, quod matrimonia Monachorum & Sanctimonialium irrita esse decernitis.

R E S P O N D E O, conuenit inter Theologos, matrimonium post votum simplex continentiam illicitum quidem esse, sed tamen ratum, nec dirimendum post votum solenne nullum esse, sic enim Innocentius I. docet in epist. 2. & post eum Gelasius in epist. 1. ac Toletanum Concilium I.

can. 16. Vtrum autem post solenne votum, nullū sit matrimonium iure diuino, & naturali, an solum iure Ecclesiastico, quæstio est. Nam Albertus, B. Thomas, B. Bonaventura, Richardus, & Durandus in 4. d. 38. & Dominicus à Soto lib. 7. de iustitia, & iure, quæst. 2. art. 5. volunt iure diuino, ac naturali matrimonium nullum esse, si post votum solenne contrahatur. Atque hi dicerent S. Augustinum de voto simplici tantum esse loquutum, non de solenni, ut etiam S. Hieronymum in epist. 47. de vitando suspecto contubernio. Contrà verò, S. Basilium in libro de virginitate, & Chrysostomum in epist. 6. ad Theodorum, de voto solenni.

A T Scotus, & Paludanus in 4. d. 38. & Caietanus in 2. 2. q. 88. art. 7. & omnis schola Iureconsultorū; ut refert Panormitanus in cap. Rufus, Qui Clerici vel vouentes, asserunt solo iure Ecclesiastico matrimonium irritum esse, quod post votum solenne contrahitur. Atque hi Augustinum & Hieronymum, vel de voto simplici loquutos esse dicerent, vel de solenni, secundum regulas iuris diuini, ac naturalis. Decretum enim Ecclesiasticum, quo inhabiles fiunt ad matrimonium, qui votum habent solenne, ad eorum notitiam non peruenisse. vtraque sententia probabilis est, nec est nostræ considerationis, hoc loco quæstionem istam definire.

A D tertium dico, S. Augustinum eo loco non conferre virginitatem cum coniugio absolute, sed virginitatem vnus personæ cum coniugio alterius personæ. Est enim absolute virginitas longè excellat coniugio, ut Augustinus, cum alibi sapet, tum in ipso libro de bono coniugali cap. 23. affirmat: tamen potest fieri, ut virginitas coniuncta sit in vno homine cum minore charitate, humilitate, aliisque virtutibus, quàm coniugium in altero homine. Idcirco non possumus anteponere virginitatem coniugato, nisi constet in ceteris virtutibus illos esse pares.

A D quartum dico, S. Augustinum eo modo esse loquutum, quo S. Hieronymum in epist. 47. nimirum minus malum esse apertè nubere ei, quæ simplex votum habet, quàm perpetuò occultè fornicari.

V I C E S I M O adducit Leonè, ex cuius operibus vnum testimonium profert ex epist. 87. aliàs 84. ad Episcopos Africae, ubi Leo ita loquitur: *Dicente Apostolo, ut inter alias Christianissimi regulas is Episcopus ordinetur, quem vnus vxoris virum iussit, aut esse consaret, tam sacra semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligenda, eadem intelligatur seruanda conditio.* Videtur enim hîc dicere S. Leo, non modò posse Episcopū ordinari qui vxorem habuerit, sed etiā qui habeat; & præterea posse Episcopum, qui non habet vxorem, eam ducere si voluerit.

S E D ad hoc testimonium iam respondi in disputatione de Cœlibatu sacerdotum superiore lib. cap. 21. ferè in medio. Admittimus enim Episcopum fieri posse, qui vxorem habeat, modò ab ea se continere deinceps velit. Possit autem Episcopum vxorem ducere, nunquam sentit, vel scripsit S. Leo, siquidem in codicibus emendationibus non habetur: *De muliere sacerdotis eligenda, sed de muliere sacerdotis eligendi.* Iubet enim S. Leo, ut non solum arceatur à sacerdotio, qui plures vxores habuit, sed etiam is, qui vnā habuit, quæ tamen alterius antea fuerit. Consule epist. 84. ad Anastasium, ubi disertis verbis Leo docet, non modò Episcopum, sed etiam Presbyterum, Diaconum & Subdiaconum debere innuptum esse, vel continentem.

P O S T R E M O loco adducit Petrus Martyr Gregoriū I. qui lib. 1. epist. 42. ita scribit: *Ante triennium omnium Ecclesiarum Sicilia Subdiaconi prohibiti fuerunt, ut more Romanæ Ecclesiæ suis vxoribus non miscerentur, quod mihi durum, atque incompetens (impium pro incompetens) Petrus Martyr legere maluit ad rem exaggerandam) videtur, ut qui vsus continentiam non inuenit, neque castitatem promissit, compellatur à sua vxore separari, atque per hoc,*

A *quod absit, in deterius cadat.* Ex his multa deducit Martyr, quæ aduersus Catholicos pugnare videntur.

P R I M V M est, Romanū Pontificè, qui prohibuerat, ne Subdiaconi Sicilia suis vxoribus miscerentur, fecisse contra Nicænam Synodū, quæ Paphnutio auctore decreuit, nō esse Clericis prohibendū propria vxoris cōmercium. At fabulam istam Paphnutianā in disputatione de Cœlibatu sacerdotū euidenter, ut arbitror, confutauimus superiore lib. c. 20. sub finem. Præterea, si vnus Romanus Pōrifex, præceptū paulò durius, & incōpetēs, ut S. Gregorius dicit, imposuit, mox illud à successore tēperatū fuit.

S E C V N D V M est, non fuisse eo tempore votum annexum sacro ordini. Gregorius enim dicit, durum sibi esse visum, ut Subdiaconi castitatem tenere cogerentur, qui non promiserant. At si in Sicilia Subdiaconi non vouebant, num alibi nusquam vouebant? immò abusus erat, quòd in Sicilia non vouerent. Atque idcirco ibi, S. Gregorius iubet, moneri Episcopos, ut nullum ordinem Subdiaconum, qui non antea continentiam voueat.

T E R T I V M est, tyrannidem hanc à Rom. Ecclesia cœpisse, in Orientali autem seu Græca Ecclesia eiusmodi vsus non fuisse. Sed mendacium apertissimum est, non fuisse vsus continentiam Subdiaconorum, atque ordinum etiam superiorum in Orientali & Græca Ecclesia ante tempora S. Gregorij. Contrarium enim disertis verbis docet Epiphanius hæresi 59. Hieronymus lib. in Vigilantium. Leo epist. 84. & alij, quos supra citauimus in disputatione de cœlibatu, sacerdotum lib. superiore cap. 19.

Q U A R T V M est, Gregorium licet admodum superstitiosum, vidisse tamen hoc esse durum, & alienum à pietate, & moderari conatum, nō tamen potuisse, quantum volebat ob canones, & decreta. Sed quod sanctissimum virum admodū superstitiosum Petrus Martyr vocat, facit more suo: quòd ait eum vidisse, hoc esse alienū à pietate, mentitur, ut solet. Non enim impium, sed incompetens Gregorius esse dixerat prædecessoris sui decretum, quòd addit S. Gregorium moderari conatū canones prædecessorum, sed non tanrū fecisse quantum voluisset, planè diuinat, vel somniat potius: Gregorius enim, ut summa potestate, ita etiam summa libertate vtatur in iis, quæ ad Dei honorem, & Ecclesiæ vtilitatem pertinere videbat.

A D F E R V N T alij quidam adhuc vnum testimonium ex Gelasio Papa. Is enim epist. 1. ad Episcopos Lucania, c. 23. de viduis quæ continentiam vouerant loquens, ait: *Nos talibus nullum laqueum debemus iniicere, sed solum adhortationes præmij sempiterni penâque proponere diuini iudicij, & ut nostrâ sit absoluta conscientia, & illarum pro seruationem Deo reddat intentio.* Hæc ille.

R E S P O N D E O, laqueus, de quo Gelasius loquitur, non est, ut aduersarij credunt, nuptiarum prohibitio iis, quæ vouerant, sed iis quæ non vouerant: nam antè dixerat Gelasius eas, quæ vouerunt, nō posse nubere sine peccato: *Sicut, inquit, si se continere non poterant, secundum Apostolum nullatenus nubere poterantur: sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiam fide debent custodire.* Vult igitur Gelasius non debere cogi viduas ad vouendum, sed exponenda illis esse, & præmia si voueant, & reddant, & supplicia si voueant, & non reddant.

C A P V T XXXV.
Quod iuniores vouere possint.

S E Q V I T V R disputatio quarta de iis, qui vota monastica suscipere, ac nuncupare possunt. Quatuor sunt genera personarum, quibus præ ceteris aduersarij negant facultatē huiusmodi vota suscipiendi. Primò iuniores. Secundò, filii familias inuitis parentibus. Tertio, coniuges ex consensu mutuo. Quarto, coniuges ante matrimonium consummatum, inuito altero coniuge.

D E primo, Lutherus lib. de votis monasticis ait, non oportere viros admittere ad vota monastica, nisi post annum lxx. vel lxx. Similiter Confess. Augustana

art. 27. cōqueritur, quod pueri permittatur fieri religiosi. Caluinus lib. 4. in tit. c. 15. §. 19. dicit olim nefas fuisse ante annum LX. admittere fœminam ad votum continentia. Martyr in lib. de cœlibatu, & votis eandem querimoniam renouat. Probat ex illis verbis 1. Tim. 5. Adolescentiores viduas deuota, vel, vt est in Græco παρρησ, reuice, & Volo iuniores nubere, matres familias esse, &c. possumus addere duos veteres Canones; nam Concilium Romanum sub Syluestro can. 10. prohibet velari Sanctimonialia ante annum LXXII. & B. Gregorius lib. 3. epist. ii. vctat Sanctimonialia velari ante annum LX.

AT his non obstantibus dicimus duo. Primò, ad vota suscipienda continentia, obedientia, & paupertatis, requiri quidem eam ætatem, in qua sit vsus liberi arbitrij: sed vbi is adfuerit, in quacunque ætate licere talia vota nuncupare. Probat primò Scriptura, Thren. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Matth. 19. Sinite paruulos venire ad me.

SECUNDO de exemplis: nam Ioan. Baptista à pueritia secessit in eremum Luc. 1. B. Maria adolescentula vouit perpetuam continentiam, vt supra demonstrauius, B. Antonius, Paulus I. Eremita, Hilarion, Benedictus, Bernardus, Franciscus, alique permulti in adolescentia Monachi facti sunt, vt patet ex Athanasio, Hieronymo, Gregorio, & Bonaventura, in eorum sanctorum vitis, pari ratione omnes ferè S. virgines, quas Ecclesia publicè colit, adolescentulæ vouerant continentiam, vt Tecla, Agnes, Cecilia, Agatha, Lucia, Clara, Catherina, & aliae propemodum infinitæ.

TERTIO probatur ex Patribus. Athanasius de humanitate verbi, dicit etiam pueros virginitatem profiteri doctos esse à Christo. Basilius in quaestionibus diffusè explicatis quæst. 15. disputat, in qua ætate recipiendi sint homines ad vota monastica, & responder, in prima ætate esse recipiendos pueros ad monasterium, sed non esse admittendos ad professionem, nisi vbi cœperint liberum habere vsu rationis.

AMBROSIVS lib. 4. de virginibus. Non ergo, inquit, ætas reicitur florentior, sed animus examinatur, ac certè Teclam non senectus, sed virtus probauit, & hinc quid plura cõtexam, cum omnis ætas habilis Deo, perfecta sit Christo nec mirere in adolescentulis professionem, cum legeris in paruulis passionè. An dubitamus, si ei vsque ad continentia sequatur adolescentia, quem vsque ad mortem constitit infantia?

HIERONYMVS in epist. ad Eulochium de virg. docet in canonijs fuisse suo tẽpore homines omnis ætatis, pueros, viros, senes. Augustinus de S. virginitate cap. 36. Sed, inquit, respice agmina virginum, pueros, puellarumque sanctarum: in Ecclesia tua eruditum est hoc genus, illic tibi à maternis vberibus pullulauit, nomen tuum ad loquendum linguam soluit, nomen tuum velut lac infantia sua suxit infusum. non potest quisquam ex hoc numero dicere, qui prius fuit blasphemus, & persecutor. immò etiam quod non iussisti, sed tantummodò volentibus arripendum proposuisti dicens, qui potest capere capiat, arripuerunt, vouerunt, & propter regnum caelorum seipsos non quia minatus es, sed quia hortatus es, castrauerunt.

SECUNDO dicimus ad professionem publicam expectendam etiam eam ætatem, quam leges Ecclesiæ præscribunt, quæ pro temporum, & locorum diuersitate varia existunt: nam Concilium Casaraugustanum cap. vlt. & Agathense can. 13. iubebant expectari annum XL. antequam mulieres publicam professionem emitterent. Concilium autem Carthag. 3. can. 4. iubebat expectari annum XXV. quod expositum est in Concilio Mileuit. can. 26. debere intelligi, nisi aliqua necessitas cogat ante illud tempus virginem velari.

B. Gregorius lib. 1. epist. 48. in insulis, vbi est molestior habitatio, iubet, ne recipiatur aliquis ad Monasticam professionem ante annum XVIII. ex quo rectè deducunt

Canonistæ in alijs locis posse recipi in minori ætate, nimirum ex an. XIV. quam ætatem definiunt multi canones, vt c. Ad nostram, & c. Significatum, extra de regularibus. PORRO Concilium Trul. can. 40. & Concilium Triburi. c. 24. permittunt professionem etiam ante annum XII. sed, nostro tempore Concilium Trid. sess. 25. c. 15. statuit professionem non debere fieri ante annum XVI. quam ætatem etiam olim definiat S. Basilius, vt testatur Concilium Trullanum c. 40. ex quibus apparet nunquam in Ecclesia fuisse consuetudinem, aut legem, vt expectaretur annus LX. vel LXXX.

AD argumenta. Illud Apostoli, adolescentiores viduas deuota, seu reuice, intelligitur à numero earum viduarum, quas Ecclesia alebat, non à voto continentia. Solùm enim anus LX. annorum, quæ seipsas alere non poterant, voluit Apostolus nutrirî sumpibus Ecclesiæ.

AT, inquit Petrus Martyr, si iuniores arcebat Paulus à conuictu earum viduarum, quas alebat Ecclesia propter periculum incontinentia, cur non ad eandem causam arcenda sunt à voto?

RESPONDEO, quæ alebantur ab Ecclesia, vouebant etiam continentiam: turpius autem fuisset deficere à voto aliquam ex iis, quæ publicè alebantur ab Ecclesia, quàm ex alijs. idcirco nolebat Apostolus recipi iuniores ad numerum earum, quæ ab Ecclesia alebantur. Illis autem verbis, Volo iuniores nubere, opponimus aliud, volo, ex 1. Cor. 7. Volo omnes esse sicut meipsum, id est, continentes. Cùm enim ista voluntates contrariae sint, oportet dicere neutram adferre præceptum, & absolute quidem Apostolum cupiuisse, vt omnes continerent, tamen quia nonnullæ bonum propositum deseruerant, cœpisse optare, vt iuniores, quæ non viderentur perferretur, potius nuberent, quàm vouerent. Vide quæ de hoc loco diximus supra cap. 30.

AD illud Concilij Romani dico. Primò, locum esse corruptum, & inintelligibile, & fortasse multò minore annorum numerum debere poni pro LX XII. Dico secundo, loqui Concilium non de omnibus virginibus, sed de illis solùm quæ antequam profiterentur, viros petierunt, vt ipsa verba Concilij indicant, illa enim diutius quàm cetera probanda videntur.

AD Gregorium dico, eum loqui de sola Abbatisa. Sic enim ait: Iuenculas Abbatissas fieri vehementissimè prohibemus. nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam virginem, cuius ætas hoc, atque mores exegerint, velari permittat.

CAPVT XXXVI.

Licere filiis ingredi Religionem, parentibus inuitis.

DE secundo, an videlicet filij inuitis parentibus fieri possint religiosi, Lutherus in libro de votis monasticis, dicit, non posse filios, quamuis maximæ ætatis sint, ingredi religionem sine consensu parentum, si adhuc supersint, idem docent Magdeburgenses cent. 4. cap. 10. col. 1304. & centur. 6. c. 6. col. 354. & Martyr in lib. de cœlibatu, & votis, ratio eorum prima est, quia præceptum de obediendo parentibus, in omni ætate obligat, & sicut non licet vlli vouere, quod non obediatur parètib, ita non licet vouere aliquid eis inuitis. Secundo, quia vxor non potest ingredi religionem sine consensu viri, nec seruus sine consensu domini, ergo nec filij sine consensu patris: & confirmatur ex Concilio Gangrensi, cap. 16. quicumque filij à parentibus pretextu diuini cultus abscedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis, anathema sit. Contrarium dicit B. Thomas in 2. 2. quæst. 88. art. 3. ad secundum, & antè id probauerat exemplo suo, quippe qui inuitis & repugnantibus matre & fratribus, ordinem Prædicatorum professus est.

NO s breuiter respondemus, licere filiis inuitis parentibus ad religionem transire, duabus seruatî conditionibus. Vna quòd ad annos pubertatis peruenerint, Porro

puber

pubertas in viris est anno XIV. vt habemus c. 1. de regularibus, in sexto, in fœminis anno XII. vt habemus can. puella, 20. q. 2. Altera cõditio est, vt parentes nõ sint in tali necessitate, vt sine filiorum auxilio viuere non possint. Tunc enim tenentur ex præcepto Dei, parentibus adesse.

PROBATVR iam hæc sententia. Primò Scripturis, et si enim hoc Scriptura disertè non docent, tamen eis valde conforme est. Gen. 12. Egredere de domo tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui. Deut. 33. Qui dixit Patri suo, & matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. VBI Moses in laudibus Leuitarum ponit, quòd parètes, & fratres deseruerint, vt Deo liberius vacarent. Vnde glossa interlinearis exponit, qui dixerunt, nescio vos, patri & matri cursum mentis impediuntibus. Item Psal. 34. Obluiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Item Matt. 10. Qui amat patrem, vel matrem plus quàm me, non est me dignus. Et Luc. 9. non permittit Dominus eum, quem vocabat, vt iret domum ad salutandum, vel ad sepeliendum parentem.

SECUNDO sacris canonibus; nam in Concilio Tolitano X. c. vlt. Parentibus, inquit, filios religioni tradere non amplius, quàm vsque ad quartum decimè eorum ætatis annu licentia poterit esse: postea verò, an cum voluntate parentum, an sua deuotionis sit solitarium votum, exit filijs licitum religionis assumere cultum. Item 20. q. 2. can. Puella, qui sumptus est ex Conc. Triburiensi, c. 24. Puella, inquit, si ante duodecimum ætatis annum sponte sua velamen sibi sacrum assumpserit, possunt statim parentes, vel tutores id factum irritum facere, si voluerint. Si verò in fortiori ætate adolescentula, vel adolescens seruire Deo elegerit, non est potestas parentibus prohibendi. Item cap. Cùm virum, de regularibus: Clemens III. loquès de puella nubili: Tunc, inquit, quia liberum habet arbitrium in electione propositi, parentum sequi non cogitur voluntatem.

TERTIO, testimonijs Patrum, Chrysostomus in fine lib. 3. contra viruperat. vita Monastica: Sin autem, inquit alloquens parentes, vos contenderitis, filij quidem si fuerint egregia virtute præditi, etiamsi nolueritis, ad hanc peruenient Philosophiam monasticam, sempiternisque gaudijs fruuntur: vos autem infinitis vobis ipsis cruciatibus congeretis. Idem homil. 84. in Ioan. Cùm spiritualia, inquit, impediunt parentes, nec agnoscendi quidem sint. Similia habet in c. 6. epist. ad Ephes. in illud: Filij obedite parentibus in Domino: vult enim additum esse in Domino, quia non debemus eis parere, cùm pietatem impediunt.

THEOPHIL. in c. 19. Ioan. in illud; Ecce mater tua, Oportet, inquit, quidem parentibus ad pietatem obsecantibus non parere: non obsecantibus autem omni cura seruire. AMBROSIVS lib. 3. de virg. loquens de illis, quæ inuitis parentibus profitebantur, non arguit ipsas, sed eorum parentes, quæ vim facere conabantur, quos dicit esse peiores Gentilibus, quæ filias præmijs ad virginitatem inuitabant, Illic præmijs, inquit, renocantur à nuptijs: hæc ad nuptias coarctantur iniurijs? Illic violentia fit, vt capiatur hæc fiet violentia, ne profiteantur? & potest esse patientia Sacerdotum, vt non vel morte oblata, si ita necesse est, integritatis sacrificium vendicent?

HIERONYMVS in epist. 47. de suspecto contub. Si quis, inquit, te corripit, quòd sis Christiana, quòd sis virgo, non cures quòd matrem deserueris, vt in monasterio inter virgines viueres: talis detractio laus tua est. Item Crudelestas ista pietas est, illum enim præfers matri, quem præferre iuberis & anime tuæ. Idem ad Heliodorum, quæ prima est omnium: Licet, inquit, paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparsa crine, & scissis vestibus, quibus te nutriet mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per calcæm perge patrem, sicis que oculis ad vexillum crucis euola, solum pietatis genus est, in hac re esse crudelè. Idem in vita Malchi testatur, eum, cùm à parentibus ad nuptias minis & blandi-

tijs cogeret, eis inuitis, ad monasterium se contulisse.

AVGVST. in ep. 38. ad Latum, qui à matre impediatur, ne ad vitam perfectã sequeretur: Sed quid, inquit, dicit aut quid allegat? forte decet illos mens, quibus viscera eius onerasti, & dolores parturitionis, ac labores educationis? hoc, hoc interfice verbo saluari, hoc perde matris, vt in vitam æternam inuenias eam. Hoc memento, vt oderis in ea, si diligis eam, si tyro Christi es, si turris fundamenta posuisti.

GREGORIUS Turonicus in vita Leoardi & Pappula, laudat eos, quòd tam illa, quàm illa, inuitis parentibus, monasticam professionem susceperint.

GREGORIUS homil. 37. in Euangelia, in illud: Qui non odit patrem, &c. Quos, inquit, aduersarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo nesciamus.

DENIQUE B. Bernardus ep. III. quam scribit nomine Helia Monachi ad parentes eius: Sola, inquit, causa, qua non licet obedire parentibus, Deus est. Ipse enim dicit, qui amat patrem, aut matrem, plus quàm me, non est me dignus. Si verò me, vt boni & pii parètes diligitis, quid me Patri omnium Deo placere satagentem inquitatis, & ab eius seruitio, cui seruire regnare est, retrahere tentatis? verum nunc cognosco, quia inimici hominis domestici eius: in hoc vobis obedire non debeo, in hoc non agnosco vos parentes, sed hostes. Si diligereis me, gauderetis viuere, quia vado ad meum atque vestrum, immò vniuersorum Patrem: alioqui quid mihi & vobis? quid à vobis habeo, nisi peccatum & miseriam, &c.

QUARTO, probatur ratione B. Ambrosij lib. 3. de virginibus, Cui licet, inquit, maritum eligere, cur non licet Deum præferre? At licet filiis, parentibus inuitis, matrimonium contrahere, cur non etiam liceat illdem inuitis continentiam profiteri? Præterea licet viro, vxore inuita, ad religionè transire, quãdo matrimonium de præsentî quidem contractum erat, sed nondum consummatum, vt habemus c. Verum, & c. Ex publico, de conuentione coniugatorum, ergo multò magis licebit inuito patre. Præterea quilibet ingenuus post annos pubertatis est iuris sui, quãtum ad ea, quæ ad personam & statum suum pertinent. In hoc enim differunt serui à liberis. Denique, magis obediendum est Deo, quàm hominibus, Act. 5. Deus autè consulit perfectam vitam Matthæi 19. omnibus in genere, & in particulari interna inspiratione vocat quosdam; ergo si parentes resistant, audiendi non sunt.

NOVE argumenta in contrarium vim vllam habent. Primum est, Deus iubet obedire parentibus, & eos honorare. Ephes. 6.

RESPONDEO, parentibus duo à filiis deberi, obedientiam, & honorem, id est, temporalia subsidia. Quantum ad primu dico ex Chrylostomi, Theophylacti, Hieronymi, & aliorum expositione in eum locu, idè Apostolum addidisse, in Domino, vt intelligamus, non esse eis obediendum, nisi in iis, quæ non impediunt pietatem. Quantum ad alterum, dico, præceptum illud, vt alia omnia affirmatiua, non obligare, nisi in casu necessitatis, cùm videlicet pater sine filij opera viuere non potest. Si enim vel diues sit, vel habeat alios à quibus alatur, filius non tenetur ei adesse, vt expressè docet Luc. 9. Dominus cùm ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos: Nam vt Theophylactus exponit, qui dixerat, Sine, vt vadam, & sepeliã patrem meum, non dicere voluit; Pater meus mortuus est, debeo eum sepelire; sed, sine vt maneam cum patre meo, vsque ad mortem eius: cùm autem obierit, & eum sepeliero, tunc sequar te.

SECUNDO argumentum erat. Vxor non potest ingredi religionem sine consensu viri, nec seruus sine consensu Domini; igitur nec filius sine consensu patris.

RESPONDEO, vir non habet corporis sui potestatem, sed vxor, vt dicitur 1. Cor. 7. & idè non potest vir de persona sua disponere sine consensu vxoris. Filij autem, quo ad personam sui, liberi sunt post annos pubertatis.

Vnde

Vnde B. Augustinus, qui epist. 35. ad Latum, docuit posse filios inuitis parentibus sequi perfectionem, idem in ep. 199. ad Ediciam, docet, vxorem id facere non posse sine consensu viri. Pari ratione seruus non habet personam suam potestatem, sed dominus eius, idco de ea disponere non potest. A ddit B. Thom. 2. 2. q. 18. art. 6. quod cu subiectio feruili sit pena peccati, non autem subiectio filialis, non mirum videre debet, si seruus admittitur aliquid, quod antea eis competeat, & id non admittitur filius.

ARGUMENTVM tertium ex Concilio Gangrensi, cap. 16. Respondeo, fuisse eo tempore quosdam, qui male intelligentes verba Domini, Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, & vxorem, & filios, &c. praxertu Euangelij reliquebant non solum parentes, sed etiam vxorem, & liberos, nec eorum vllam curam gerebant, etiam si maximè indigerent. hos ergo Synodus anathemati subiicit. Vnde cap. 14. anathema dicit coniugibus desertentibus coniuges. Et c. 15. parentibus desertentibus filios, & cap. 16. filijs negligentibus parentes.

Ex quo apparet, nihil facere hoc decretum, contra religiofos, qui parentibus adfunt, si eorum presentia necessitudo indigeant: si autem non indigeant necessariò, absunt quidem corpore ab eis, tamen eos iuuant quomodo religiofos decet, nimirum precibus apud Deum: nam etiam filij seculares non eodem modo iuuant parentes, sed alij consilio, alij artificio, alij opibus, prout conuenit statui vnus cuiusque.

A D D I T 4. arg. Petrus Martyr ex Basilio q. 15. fuse explicata, vbi filios dicit non esse recipiendos ad monasticam disciplinam, nisi à parentibus offerantur.

R E S P O N D E O, loquitur S. Basilius de filiis, qui ob minore atatem adhuc subsunt in omnibus patria potestati, id quod textus ipse Basiliij loquitur apertissime: Eos, inquit, qui sub parentibus sunt, dum ab illis ipsis adducuntur, contra multis testibus suscipimus.

C A P V T XXXVII.

Licere coniugatis ex consensu vouere continentiam.

DE tertio, an liceat coniugatis ex consensu mutuo suscipere vota perpetua continentia. Negat hoc disertis verbis Petrus Martyr in comment. 1. Cor. 7. & probat ex verbis Pauli: Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum. Vbi Paulus solum ad tempus concedit vacationem ab vsu coniugali. Idem docent Magdeburgenses Cent. 4. c. 10. col. 1304. vbi accusant Malchum Monachum, tanquam matrimonij contemptorem, quia ex consensu perpetuo abstinuit ab vxore, quam duxerat in captiuitate sua. Vbi obiter notanda est imperitia, vel nequitia ipsorum; nam, vt Hieron. scribit in vita Malchi, cogebatur Malchus à Barbaris ducere in vxorem mulierem quandam, quae virum habebat, cum igitur non posset sine peccato adulterij illam accipere, simulauit nuptias, vt mortem euaderet, & illam pro forore habuit, & tamen Magdeburgenses illum reprehendunt, quod illi mulieri misceri noluerit.

A T hic error impudentissimus est, & probò, primò ex ipso Pauli loco; nam Paulus postquam ait: Iterum reuertimini in idipsum, subdit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Vbi illud: Secundum indulgentiam, non potest referri ad illud: Nolite fraudare inuicem. Vbi enim locum habet imperium, nõ indulgentia; neque ad illud: Nisi de consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Nam abstinere ad tempus ex consensu propter orationem, non eget indulgentia. Id enim dicimur indulgere, quod non libenter concedimus, sed quasi coactè. Paulus autem maximè cupiebat, vt continerent, cum dicat: Cupio omnes esse sicut meipsum: ergo illud, secundum indulgentiam, refertur ad illud, Iterum reuertimini in idipsum. Id enim Paulus non libenter concedit, sed indulget propter incontinentiam illorum; quomodo ex-

pouunt Hieron. lib. 1. cont. Ionin. Aug. lib. 1. cont. Iulia. c. 1. Ambr. Theod. & alij in hunc locum, ergo qui perpetuò continent ab vxore, rem gratissimam Paulo faciunt: tantum abest, vt ipse id prohibuerit.

S E C V N D O, probatur ex patribus. Basilius in quaest. diffusè explicatis, qu. 12. Eos, inquit, qui in coniugio matrimonij ad talem vitam accedunt, percutiari oportet, an ex consensu hoc faciant, &c.

E P I P H A N I V S h. 55. & Hieronymus lib. contra Vigilant. dicunt coniugatos non conuicuisse sacris initiari, nisi continentiam perpetuam ab vxore promitterent. Quod idem statuit Concilium Arelatense II. can. 2. Idem quoque S. Hieronymus in epist. 14. ad Celantiam, arguit eam femineam, quod sine consensu viri continentiam vouisset.

A V G V S T I N V S in epist. ad Ediciam, quae est 199. Quod, inquit, Deo pari consensu ambo voueratis, perseveranter vsque in finem reddere ambo debuitis: à quo proposito, si lapsus est ille, tu saltem constantissimè persuecra. Et epist. 15. ad Armen. & Paulinam, Ambo, inquit, Deo reddite, quod ambo vouistis. Et intra: Sit vester consensus oblatio ad supernum altare creatoris, &c. Et sup. Nunc verò quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnam inuilitiam inuito, sed à magna iniquitate deterreo. Idem Aug. in ep. 32. ad Paulinum, laudat eum, quod cum Chersia coniuge sua continentiam votum susceperit: ipse etiam S. Paulinus epist. 3. ad Aprum mirificè eum laudat, quod cum vxore perpetuam continentiam Deo vouerat.

G R E G O R I V S lib. 9. epist. 9. ad Theotistam patriciam: Si verò, inquit, vrisque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare, quando certum est, quod omnipotens Deus, qui minor a concessit, maiora nõ prohibuit?

T H E O D O R E T V S lib. 4. hist. cap. 13. laudat Pelagiũ Laodiceum. Episc. quòd prima die nuptiarum, cum ipse iuuenis iuuenem sponsam accepisset, ei persuaserit, vt simul continentiam vouerent.

H I L A R I V S Arelatensis in epist. ad Aug. quae praepositur libris de praeest. Sciatur, inquit, sanctitas tua, fratrem meum cum matrona sua ex consensu perfectam Deo continentiam deuotissime vnde rogamus sanctitatem tuam, vt orare digneris, quo hoc ipsum in eis Dominus confirmare & custodire dignetur.

P R O B A T V R tertio exemplis eorum, quos rectè fecisse, quod ex consensu continentiam vouerint, nullo modo negari potest, cu sancti fuerint, & miraculis claruerint. Primum exemplum est Mariae & Ioseph. Quòd enim veri coniuges fuerint, patet ex Euangelio Matth. 1. Ioseph fili David, noli timere, accipere Mariam coniugè tuã. Et, Ioseph vir eius, cum esset iustus, &c. quòd autem ex consensu perpetuo continuerint, certum est. Fuit enim error Heluidij à tota Ecclesia damnatus, quòd B. Maria non fuerit semper virgo. Vnde B. Augustinus de consensu Euangelistarum lib. 2. cap. 1. Hoc exemplo, inquit, magnificè insinuat fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere coniugium, non permixto corporis sexus, sed custodito mentis affectu. Neque hoc exemplum aduersarij negare possunt.

N A M Centuriatores Cent. 1. lib. 1. c. 10. col. 366. dicunt, Iosephum & Mariam ita verum coniugium contraxisse, vt voluerint, statuto tempore, more aliorum coniugum liberos procreare. Quod etiam docet M. Bucer in cap. 1. Mart. Pet. Mart. in lib. contra Smith. de cœlib. & Caluin. in 1. cap. Luc. Id autem est blasphemum est, cum B. Mariam virginitate animi, quae sola virtus est, spoliare nitatur, tamen in eo nobis deseruit, quòd hinc habemus non posse negare haereticos, quin veri coniuges fuerint Maria & Ioseph.

P O R R O iidem Centuriatores Cent. 4. cap. 5. col. 405. dicunt errorè Heluidij esse, dicere B. Mariam aliquando cum Iosepho viro suo rem habuisse: nec possunt dicere,

B. Mariam, inuito Iosepho continuisse; nec è contrario, cum vterque sanctissimus fuerit.

S E C V N D V M exemplũ est Ammonis Monachi, qui cu vxore virgine ex consensu semper virgo permansit, teste Palladio in historia Lausiaca, c. 8. & quòd hoc Deo placuerit, ex eo manifestè colligitur, quòd eius animam sanctus Antonius in cœlum ab Angelis deferri cum summa gloria vidit, vt Athanasius refert in vita S. Anonij.

T E R T I V M exemplum est apud Cassianum, collat. 14. cap. 7. vbi refert, laicum quendam, quia cum vxore sua, ex consensu continentiam virginalem colebat, aded claruisse, vt mononem quendam ferocissimum, quem S. Ioannes Abbas expellere ab oblecto corpore non potuerat, ipse sola presentia, mox expulserit.

Q V A R T V M est S. Paulini & Therasiae vxoris, qui ex consensu votum perpetua continentia susceperunt. De quo vide epist. 32. Augustini ad Paulinum.

Q V I N T V M est S. Maturiani & Maximæ vxoris: de quo vide Victorium lib. 1. de persecutione VVandalica.

S E X T V M est apud Gregorium Turon. de gloria Confessorum, c. 32. vbi refert, quòd cum ex duobus coniugibus, qui semper ex consensu castè vixerant, altera mortua esset, alter in hac verba perterritus: Gratias tibi ago, omnipotens Conditor, quòd hanc puellam, sicut eam tradidisti impollutam, & ab omni voluptatis contagio puram, ita tibi restituo: illa verò etiam si mortua esset, subridens ait: Sile vir Dei, quia non est necesse proloqui nostrum, nemine interrogante, secretum.

S E P T I M V M est S. Eduardi Angliæ Regis, de quo Surius tomo 1. ex antiquo manuscripto refert, quòd cum vna cum vxore virgo permansisset, multis miraculis claruit, & post annos centum à morte, inuentus est omnino integer, aded vt ne barba quidem illi, quae proluxa & cana fuerat, decidisset.

O C T A V V M est S. Henrici I. Imperatoris, sed secundi Regis, & Kunegundis vxoris eius, qui similiter ex consensu virgines permanserunt, & miraculis claruerunt, aded vt vomerem candentem sine læsione calcauerit S. Kunegundis in testimonium virginitatis, de quibus vide Krantzium lib. 1. cap. 32. sua Saxonia.

N O N V M est Petri Vrsqeli Ducis Venetorum, apud Volaterranum lib. 4. qui cum vxore ex consensu castè viuens, miraculis illustris fuit.

D E C I M V M est S. Catharinae Sueciae, quae cu viro suo virgo permansit, & miraculis claruit. Volaterranus lib. 22.

V N D E C I M V M Boleslai pudici Polonorum Regis, de quo sic canit Clemens Ianicus Polon.

Coniuge conseruit cum virgine virgo maritus, Adiectus studiis casta Diana tuis.

D V O D E C I M V M est Alphonſi II. Regis Castella, de quo similia refert Volaterranus lib. 2. quòd nimirum miraculis claruerit, & ab vxore perpetuò se continuerit.

P R O B A T V R vltimo, ratione: nõ tota causa, cur non liceat viro profiteri continentia, est, quia non habet potestatem corporis sui; & nemo potest rem alienã donare inuito domino. At ista causa cessat, cum ex consensu sit votũ.

A D D E postremò, quòd solum contrã obicit potest illud Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separat, sed hoc facile soluitur; nam non soluitur coniugium per votum continentia. Vnde Aug. lib. 1. de ser. Domini, cap. 14. Beatiora, inquit, sanè coniugia indicanda sunt, quae siue filijs procreatis, siue etiam ista terrena prole contempta, continentiam inter se pari consensu seruare potuerint, quòd neque contra, illud præceptum sit, quo Dominus dimittit coniugem iubet, & illud seruat, quod ait Apostolus.

C A P V T XXXVIII.

Per vota solemnia solui matrimonium ratum, non consummatum.

DE quarto duo sunt errores extremi. Vnus est Martini Kemnitij contra sess. 24. Conc. Trid. can. 6. &

Magdeburgensium, qui docent, matrimonium sine sit ratum & consummatum, siq sit ratum tantum, non posse solui per monasticam professionem: ita docent Cent. 1. lib. 2. cap. 12. col. 637. idem docet Eras. in cap. 7. ad Cor. & in eandem sententiam propendet ex Catholicis Claud. Espenceus lib. 6. c. 4. de conti. suntque pro hac sententia grauissima argumenta. Nam Mart. 19. & 1. Cor. 7. matrimonium insolubile esse pronunciat: quòd autem hoc de rato dicatur, patet primò, quia matrimonium ratum non differt à consummato vlla essentiali differentia, copula enim carnis actus quidam est coniugij, non essentia coniugij. Secundò, matrimonium ratum est verum Sacramentum, significans Christi & Ecclesiae unionem inseparabilem, ergo indissolubile. Præterea tertio, per matrimonium ratum dat vir vxori potestatem corporis sui, ergo, &c.

A L T E R error est in altero extremo, quòd nimirum matrimonium etiam consummatum dissoluatur per ingressum in religionem. Ita decreuit Iustinian. C. de Episc. & Cler. l. fin. & refert hanc legem Greg. lib. 9. ep. 39. pro qua sententia adduci solet Basili. in quaest. fusius explicatis, q. 12. vbi videtur dicere, virum, qui non potest ab vxore impetrare consensum transendi ad religionem, posse ea inuita id facere; adducitur etiam exemplum Theonae Abbatis, de quo Cassian. col. 21. cap. 9. scribit, quòd cum per quinque annos cum vxore vixisset, ac deinde Monachus fieri veller, & ab vxore licentiam non impetraret, illa inuita, matrimonium soluit, & Monachus factus est, & cap. 10. scribit idem Cassian. non debere hoc factum reprehendi, cum iste Theonas Apostolicis miraculis postea claruerit, & à plurimis magnis Patribus factum eius collaudatum fuerit.

A T nihilominus Ecclesiae sententia est in medio, nimirum matrimonium ratum solui per monasticam professionem, non autem matrimonium consummatum: ita habemus cap. ex publico, & cap. ex parte tua, & cap. verum, de conuersione coniugati & 27. q. 2. can. desponsatam, aliisque multis canonibus ibidem, quibus accessit Trident. Concil. sess. 24. can. 6. vbi dicitur: Si quis dixerit matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius coniugum non dimmi, anathema sit.

P R O B A T V R ergo secunda pars huius sententia: contra secundum errorem. Primò, ex ipsa Scriptura. nam quòd Christus ait: Quos Deus coniunxit, homo non separat. V: Qui dimiserit vxorẽ facit eam machari. Matth. 19. & quòd ait Apostolus 2. Cor. 7. Iis qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, mulierem à viro non discedere, &c. in aliquo matrimonio locum habere debet: ergo saltem in matrimonio consummato: si enim in hoc non habet locum, in nullo habebit. Secundò, ex Patrib. nam Hieron. in ep. 14. ad Celantiam, arguit eam, quòd sine licentia viri continentiam vouisset. Item Aug. ep. 15. ad Armentarium, & in ep. 199. ad Ediciam, disertè docet, nõ licere coniugij, inuito coniuge vouere continentiam, & si id faciat, debere cogi, vt voto non obstante, viro suo debitum reddat. Idem docet Greg. lib. 9. epist. 39. ad Theotistam, vbi reprehendit legem ciuilem, quae permittit contrariam. Idem prohibent 8. Synodus & Nicol. I. in epist. ad Carol. Regem, aliisque Conc. & Pontificum decreta apud Grat. 27. q. 2. nec non in decretalibus, tit. de conuers. coniugatorum.

A D testimonium Basiliij respondeo, fortasse loqui eum de matrimonio rato, sed nondum consummato. quòd si ita est, sententia eius nobis apertissimè fauet. Sin autem de consummato fortè loquatur, dico tria habere eo loco Basilium. Primum enim asserit, coniugatum venientem ad monasticam, debere interrogari, an consensum vxoris obtinuerit. Vt enim non habet potestatem corporis sui, id vxor, vt Apostolus ait 1. Cor. 7. Deinde addit Basilius, si

conium repugnet ac resistat, oportere audire Domini vocem: *Qui non odit patrem, matrem, uxorem, &c. non est me dignus.* Que duo inter se pugnare videtur. Sed addit tertio, sepe accidisse, ut orationibus à Deo impetrati sit, ut coniunx morbo correpta, cōsensu præbere cogere.

V I D E T V R ergo S. Basilii velle, ut coniugatus, si Monachus fieri velit, primū consensum vxoris quarat: si impetrare non potest, oret Deum, & lacrimis & ieiuniis instet, quo id etiam vxori persuadeatur, ac tum demum obrento consensu Monachus fiat, sic enim & Apostolo obediens, dum non sine consensu coniugem relinquit, & Christo etiam parebit, dum vxoris amorem Christi amori postponit. Exemplum habemus in fratre & sorore S. Bernardi. Nam & ille ab vxore, & illa à marito orationum instantia consensum obrinuit, quem antea impetrare non poterant. Vide lib. i. c. 4. & 6. vitæ S. Bernardi.

A D exemplum Cassiani dico, esse illud vnum ex iis factis Sanctorum, quæ sunt admitanda, non imitanda. Credendum enim est, peculiari Spiritus sancti admonitu id factum esse, præter communem ordinem, ac legem; quandoquidem ille tot claruit postea signis & virtutibus.

P R O B A T V R altera pars contra alterū errorem. Primò, testimoniis Ecclesiæ supra citatis, etsi enim aduersarij ea non recipiunt, tamen cum nulla ipsi in contrarium adferant, recta ratio docet, potius credendum esse tot sanctis Pontificibus, & vni generali Concilio quàm simplici infanticorum paucorum hominum.

S E C V N D O probatur, exemplis Sanctorum. Ac primum, quod sanctam Theclam ante matrimonij consummationem Sanctus Paulus à nuptiis reuocauerit, testatur Epiphanius hæref. 78. & Ambr. lib. 2. de virginibus.

S E C V N D V M exemplū est S. Alexij, qui prima nocte nuptiarum vxorem intactam relinquebat, peregrè profectus est, castamque vitā perpetuò duxit, ita refert Simeon Metaphrastes in eius vita, cuius historia totius Ecclesiæ à multis seculis celebratione confirmata est.

T E R T I V M exemplum est S. Euphrasie, de qua similia refert idem Simeon Metaphrastes.

Q V A R T V M est S. Cæcilia, quæ teste eodem Metaphraste, prima nocte nuptiarum negavit viro suo Valeriano coniugale debitum, quia nimirum continenter viuere volebat.

Q V I N T V M est apud Augustinum lib. 8. Confess. cap. 6. vbi scribit, duos milites, læta Antonij vita, mox vota monastica suscepisse, relictis sponsis, quas habebant: illas verò cum id cognouissent, similiter fecisse. Nec refert quod ab August. dicantur sponsæ, non vxores; nam sapientissimè veteres sponsas & sponfos vocant vsque ad consummationem matrimonij, atque exinde maritos & vxores. Sic accipitur nomen sponsæ in c. ex publicæ, & c. clarissimus, & c. ex parte tua, extra de conuersione coniugatorum, & eodem modo August. lib. 8. Conf. cap. 3. *Institutum est, inquit, ut sponsæ iam pactæ non citò tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit sponsus dilatarum.* Præterea aduersarij non solum vxores, sed etiam sponsas futuras, negant posse dimitti propter vota monastica.

S E X T V M est S. Leobardi, qui, teste Greg. Turon. rupit foedera nuptialia cum honesta puella inita, & iniuitis parentibus Monachus factus est.

S E P T I M V M est apud Greg. lib. Dialo. 3. cap. 14. vbi dicit Gregorium sacram virginem, nuptiis iam constitutis ad Ecclesiam confugisse, & sanctorum vitæ habitum petiisse, ac impetrasse.

P R O B A T V R vltimò, duplici ratione. Prima est, quia ratio ipsa docet, semper esse licitum transire de statu minus perfecto ad perfectionem, si id possit fieri sine vilius detrimento: at status coniugij est imperfectior statu religionis, ergo poterit ab vno ad alium fieri transitus, quando id fiat sine vilius detrimento: fit autem sine vilius

detrimento, quando matrimonium est ratum, sed non consummatum. nam cum matrimonium est consummatum, duplex detrimento oritur, si dirimatur: vnum proli iam nata, vel concepta, quæ non poterit tam bene educari: alterum ipsi coniugi, quæ manet ligata, nec potest alteri nubere, & quando etiam possit, non tam commodè, cum non sit amplius virgo. At nihil horum inuenitur in matrimonio non consummato. Ibi enim nulla est proles, & vxor potest alteri nubere, & æquè bene, atque antea, cum adhuc sit virgo, & nihil inf. mix incurrat ex huiusmodi repudio, vt notum est.

D I C E S; at iniuria illi fit, cum spoliatur inuita res sua. Respondeo, tenetur consentire marito volenti perfectiores nuptias sine vlla comparatione inire, cum id facere possit sine suo incommodo, potest autem cogi vt faciat, quod tenetur facere.

D I C E S rursus; si hæc ratio valeret quidquam, probaret non solum propter monasticam professionem matrimonium ratum dirimi, sed etiam propter sacrorum ordinum susceptionem, ac præcipue propter Episcopalem dignitatem, cum etiam sacro ordini sit annexum solenne votum continentia, & status Episcoporum sit perfectior statu religiosorum. At non dirimitur matrimonium ratum propter ordinis sacri susceptionem, vt Ioannes XXII. definiuit in Extrauaganti, antiquæ concert. de voto; ergo, &c.

R E S P O N D E O, non esse similia; nam monasticæ professioni repugnat per se, & ex natura rei coniugium, non autem repugnat per se, & ex natura rei ordini sacro, sed ex solo decreto Ecclesiæ.

S E C V N D A ratio est; nam in matrimonio duplex inuenitur vinculum: vnum spirituale, quod ex solo consensu nascitur; alterum carnale, quod nascitur ex copula; sed istud carnale dirimitur per mortem corporalem, vt patet ex 1. Cor. 7. ergo vinculum spirituale dirimi debet per mortem spirituales, & ciuilem: talis est monastica professio, qua homo toti mundo quodam modo moritur, ergo, &c. Et ex hac etiam ratione patet, cur non dirimatur tale matrimonium per ordinem sacrum; nam sacer ordo non requirit mortem illam spirituales seu ciuilem, qua quis opibus, & propriæ voluntati renunciat.

A D argumenta duplex est solutio. Vna communis Theologorum, quam præcipue Sorus explicat in 4. d. 27. q. 1. art. 4. quod tam insolubile sit matrimonium tantum ratum, quàm consummatum; & tunc ad illa omnia argumenta respondent, ea probare optimè matrimonium ratum non posse dirimi ab homine, id est, humana vlla auctoritate, sed tamen non probare, quin possit dirimi à Deo; Deum autem esse qui dirimit, cum sponsum vocat ad religionem.

D I C E S; vnde habemus, quod Deus dirimat matrimonia rata, & non dirimat etiam consummata per vocationem ad religionem, cum certum sit, Deum omnia posse dirimere? Respondeo, scimus ex Ecclesiæ declaratione.

A L T E R A solutio est communis Canonistarum, quam etiam sequitur Caietanus in opusculis, tom. 1. tract. 29. qui docent, matrimonium consummatum non esse solubile, nisi à Deo: matrimonium autem ratum tantum esse solubile, auctoritate Pontificis, & etiam sine illa auctoritate, solui per ingressum in religionem: & tunc ad argumentum ex verbis Domini Matth. 19. *Quos Deus coniunxit, homo non separet*: respondent, ea verba intelligi solum de matrimonio consummato. Nam hæc verba non sunt dicta à Domino, nisi postquam dixerat; *Erunt duo in carne vna*; quod non fit, nisi per copulam carnalem. Et sic docet exponi debere hunc textum Alexander III. cap. ex publico, de conuersione coniugatorum.

A D primam rationem respondent, matrimonium ratum, & consummatum non differre solum accidentaliter, id est, vt rem operantem, & non operantem, vt vult

prima opinio; nec tamen differre proprie essentialiter, quasi desit matrimonio rato, altera pars esset, quæ ratio differunt homo, & anima; sed differre, sicut perfectum & imperfectum, sicut differunt homo, cui non desit vlla pars integralis, & homo mancus, sicut vel cæcus, id quod ipsa verba ostendunt. Cur enim dicitur matrimonium ratum, & non consummatum, si nihil ei desit, nisi operatio, siue effectus? & cur non dicitur etiam sacerdotium ratum, & non consummatum, antequam Presbyter incipiat exercere sacros ordines?

P O R R O id, quod desit matrimonio rato, est id, quod facit illud solubile. Nam Sacramentum matrimonij triplicem habet significationem. Primò, significat gratiam inuisibilem, siue coniunctionem Christi cum anima. Secundò, coniunctionem Christi cum Ecclesia per charitatem. Tertiò, coniunctionem Christi cum Ecclesia per naturæ conformitatem. Ex quibus matrimonium ratum habet solam primam, vt docet S. Thomas in 4. distinct. 27. q. 1. art. 3. quest. 2. ad primum, & Innocentius III. cap. debitum, de digamis. Quæ significatio sufficit ad constituendum verum Sacramentum, sed ea non facit matrimonium insolubile. nam illa cōiunctio Christi cum anima non est insolubilis, vt patet.

M A T R I M O N I V M autem consummatum habet alias duas, vt patet ex Paulo, Ephes. 5. qui non dixit; *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, nisi postquã dixerat; Erunt duo in carne vna.* quod certè fit per copulã, & cōfirmatur hoc totū ex eo, quod si matrimonium ratum, & non cōsummatum significaret vniõnem Christi cum Ecclesia, sequeretur, esse digamū, qui duo matrimonia rata contraxit, licet vnum tantum aut nullum consummaret, quod est contra c. debitum, de digamis. sequela patet; nã digamia contrahitur ex defectu significationis vnius Christi cū vna Ecclesia, quam non habet, qui cum duabus contraxit.

A D secundam rationem dico, matrimonium ratum esse verum Sacramentum, sed non perfectum, quoad omnem significationem.

A D tertiam, dico, Primò, eos, qui dat seipso vxori, semper intelligere, sed dare cum ea conditione, nisi uentur à Deo ad spirituales nuptias. Secundò, non teneri coniugem ad soluendum eiusmodi debitum cum detrimento boni spiritualis sui, quando id potest fieri sine vilo detrimento alterius coniugis, vt in præsentia accidit. Vtraque solutio est bona, sed hæc posterior est conformior decretis & factis Pontificum, qui de facto dispensant in matrimonio rato, non consummato.

P R A T E R E A, prima opinio nititur testimonio Nicolai, 27. quest. 2. can. scripsit, vbi dicit, Deum esse, qui soluit matrimonium, cum aliquē vocat ad religionem. At hoc fundamentum non est solidum, quia Nicolaus loquitur de matrimonio consummato, & intelligit illud solui, quoad thorum, non quoad vinculum.

C A P V T XXXIX. De Eremitis.

S E Q V I T V R Disputatio quinta de Eremitis. Eremitarum institutum præ cæteris religionibus grauissimè reprehendunt Magdeburgenses Ceter, 4. & 5. c. 6. & 10. nec non Caluinus lib. 4. institutionum, cap. 13. §. 16.

D V O sunt autem, quæ reprehendunt, solitudinem, & vitæ seueritatem. Solitudine dicunt eos peccasse dupliciter cõtra proximum. Primò, quod quasi odio humani generis in solitudines recesserint, contra illud Matth. 24. *Ecce, in deserto estis, nolite exire.* Et Heb. 10. *Non deserentes collectionem nostram.* Secundò, quod illa officia charitatis deseruerint, quæ Deus mandauit, contra illud Hebr. 10. *Adiuuemus nos inuicem.*

V I T A seueritate dicit eos peccasse in seipso. Primò, quod se exposuerint multis periculis, & tentationi-

bus sine Dei mandato, contra illud Matth. 4. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Et idè in pœnã peccati Deus permiserit eos vexari variis modis à Diabolo, vt de Antonio & Hilarione patet.

S E C V N D O, quod sui ipsorum fuerint homicidæ, nimirum ieiuniis, ciliciis, aliisque spõte susceptis afflictionibus, contra illud Exod. 20. *Non occides.* Et Coloss. 2. *Habeto honorem corpori.*

T E R T I O, quod stulto labore seipso vexauerint, in rebus ridiculis & fatuis ponentes religionem, vt patet de Simeone, qui in altissima columna more auis plurimos annos vixit: in quo apparuisse dicunt miram Diaboli facinationem & illusionem.

A T vitam Eremiticã sanctam & perfectam, & Deo gratam esse probatur. Primò, testimonio Scripturæ, quæ vehementer laudat Heliam & Ioannē, qui Eremitarum Principes fuerunt, siue solitudinem, siue asperitatem vitæ consideres; nam de Ioanne dicitur Matth. 11. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne.* Helias autè quātus fuerit, vel ex eo patet, quod in laudibus Ioannis, Angelus posuerit, futurū illum similem Helie: *Ipsè, inquit, præcedet in spiritu, & virtute Helie.* Luc. 1. Porro Helias, vt plurimum versabatur in mōte Carmelo, & pilis induebatur; zona pellicea præcinctus, vt dicitur 4. Reg. 1. similiter Ioannes vixit in deserto ab infantia ad finem vsque vitæ, & pilis camelorum induebatur, præcinctus zona pellicea, viciisque eius, erant locustæ & mel syluestre, vt dicitur Luc. 1. & Matt. 3. Quocirca veteres Patres Heliam & Ioannem Eremitas & Principes Eremitarum faciunt, vt Basiliius in ep. ad Chilonem. Nazianzenus in Apologia postquam ex fuga rediisset. Chryostomus ho. 69. in Matth. Hieronymus partim in ep. ad Paulinum de institutione Monachi, partim in ep. ad Eustochium de virginitate. Cassianus collat. 18. c. 6. Sozomen. lib. 1. hist. cap. 12. Theophylactus in primum cap. Luca. 1. lib. 2. cap. 15. de officiis.

A D hoc argumentum respondent, ac præcipue de Ioanne docent, eum nunquam fuisse in vera eremo, nec tam aspero victu, & vestitu vsu, vt nos dicimus. Magdeburgenses cent. 1. lib. 1. c. 6. col. 248. dicunt, Ioannē prædicasse in deserto, esse accipiendum per Synecdochem, quia nimirum prædicabat in oppidis adiacentibus deserto. & c. 10. col. 357. dicunt, Ioannem habitasse cum suis parentibus, sed dictum habitasse in deserto, quia domus parentum eius erat in montanis Iudææ, qui locus vulgò dicebatur desertum, ob montes, & sterilitatem, quamquam plurima ibi oppida & pagi existerent. similiter exponunt Bucerus & Zyvinglius in c. 3. Matth.

R V R S V S Centuriatores ibid. col. 356. dicunt, vestem Ioannis fuisse quidè ex pilis cameli, sed tamen bene contextam, & talem, qualibus ordinariè utebantur homines eius loci, quod idem ait Bucerus in cap. 3. Matthæi. Ad dit verò in eundem locum Cytraus, fuisse vestem similem illis, quas vndulatas vocamus; vel Italicè, di ciam bellerto, quibus certè nobiles nunc vtuntur, non rustici.

D E N I Q V E Centuriatores col. 364. dicunt locustas Ioannis fuisse genus cancerorū, id est, optimorum pisciū, quos piscatores proiciebant tanquam in lege prohibitos, sed Ioannem illos manducare solum Euangelica libertate. Quod idem sensit Melanchthon in concione de Ioanne Baptista, & aliquot alij in c. 3. Matth.

H O S errores refellit accuratè Petrus Canisus lib. 1. de corruptelis verbi Dei, c. 2. 3. & 4. Ac primum in verissimo deserto fuisse Ioannē, probat Canisus. Primò, quia vox desertum, quæ in Scriptura frequentissima est, semper accipitur pro vero deserto.

S E C V N D O probat, nam Luc. 1. dicitur; erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israël; ergo non viderunt illum Israëlita vsque ad annum eius 30. quo nimirum se ostendere, & prædicare cœpit, ergo toto illo

tempore non habitavit in domo parentum, vel in oppidis; & pagis, sed in verissima eremo.

TERTIO ex illis verbis Luc. 3. Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto, & venit in omnem regionem Iordanis, predicans Baptismum penitentiae, vbi notandum est, eam regionem Iordanis, vbi Ioannes predicabat, fuisse etiam desertam: sic enim ait Matth. c. 3. de re eadem loquens, In diebus illis venit Ioannes Baptista, in deserto predicans Baptismum penitentiae. Ergo Ioannes venit a deserto in desertum: sed prius illud desertum, vbi mansit Ioannes, antequam predicare inciperet, adeo erat desertum, vt eius comparatione illud alterum non videretur desertum: nam alioqui cur Lucas diceret, venit a deserto in regionem, si haec regio erat aequè deserta?

ITAEQUE vera est Euthymij sententia, qui in caput tertium Matth. docet, duplex fuisse in Iudaea desertum; vnum interius, quod nimirum nemo, aut rarissimi penetrabant: alterum exterius, vbi non habitabant quidem homines, tamen per illud saepius iter faciebant; ac Ioannem quidem vsque ad annum XXX. fuisse in interiori deserto, inde postremo vitae suae anno in deserto exteriori.

POSSVMVS addere quartam rationem ex dubitatione Iudaeorum, qui Ioannis primo, petunt a Ioanne, quis ipse sit, num Helias, an aliquis alius. Si enim verus fuisse semper in domo parentum, certò sciuissent illum esse Ioannem filium Zachariae, & Elizabeth. At quia per tot annos latuerat, videlicet ab infantia, vsque ad annos triginta: nemo erat, qui eum agnosceret, & ideo petunt: Tu quis es? & quia videbant eum vestitum eo modo quo Scriptura testatur indui consueuisse Heliam, & simul sciebant reditum Heliam ante Christi aduentum, ideo quaerunt: Helias es tu?

ACCEDUNT vltimò testimonia Patrum. Eusebius lib. 9. demonst. Euangel. c. 5. Procedebat, inquit, ex deserto in uisum indutus habitum, omni inque communem hominum consuetudinem declinans, nam neque in vicum vllum, neque in urbem, neque in communem aliquem virorum caetum commeabat. Et infra: Repente, inquit, nescio, unde è latebris solitudinis procedentem, & post praedicationem rursus in solitudine & latebra recessit, sine cibo, sine potu, abhorrentem à multi tudine, merito ob stupesciebant, & ne hominum quidem illum esse arbitrabantur.

HERONYMVS in epist. 4. ad Rusticum, Ioannes, inquit, Baptista sanctum habuit matrem, Pontificisque filius fuit, & tamen nec patris affectu, nec matris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret castitatis, vincebat in eremo, & oculis desiderantibus Christum nihil aliud dignatur respicere.

ACCEDANT testimonia supra citata, quae Ioannem Eremitarum principem faciunt.

IAM verò de Ioannis veste, quòd non fuerit ex panno, nec vilo modo mollis ac delicata, patet ex illis verbis Domini Matth. 11. Quid existis in deserto videre? hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Vnde Chrysostr. ho. 10. in Matth. dicit Ioannis vestem cõpunctioni, & pœnitentiae accommodatam fuisse, & ibidem ait fuisse cilicinam, ad mundi contemptum indicandum. Sanctus quoque Bernardus in serm. de sancto Ioanne Baptista: Venit, inquit, Ioannes nõ manducans, nec bibens, planè nec vestiens, sicut enim non est locusta, nisi aliquorum forte irrationalium animalium, sic nec pilus camelus hominum est indumentum. Haec ille, & cur quæso sanctus Euangelista tam sollicitè nobis Ioannis vestem descripsit, si ea cõmunis, & ordinaria erat? cur vestem Christi non etiam descripserunt Euangelistae, si persona & non ipsius vestis ratio habebatur?

PORRO de victu, quòd locustae illae non fuerint pisces delicati, sed aut vere locustae, quae sunt minuta animantia, vel certè herbarum summitates, patet primò, quia Grego-

ca vox locustae nihil aliud significare potest, vt Euthymius docet. Secundo, quia Christus Luc. 7. ait: Venit Ioannes nõ manducans, nec bibens, id est, vsque ad eum tenui cibo, & potu vtès, vt nullo vti videatur. Tertio, quia sic exponunt omnes Patres, quos vide apud Canisium lib. de corrup. ver. Dei c. 4. sub finem.

PROBATUR secundò vitæ eremiticæ institutum ex testimonijs sanctorum Patrum, qui vno consensu illud approbant. Basilii in ep. ad Chilonem, Martyrio comparat vitam solitariam, & soluit omnes obiectiones, quae cõtra Eremitas fieri possunt, similiter in ep. 1. ad Gregorium Theologum de vtilitate solitudinis multa disputat.

NAZIANZENSIS in Apologia pro fuga sua, vocat caelestem vitam Eremitarum, & in ep. ad Hellenium refert mira quadam de Eremitis sui temporis, vt quod aliqui nunquam homines videant, aliqui integri viginti diebus cibo abstineant. Refert etiam de quadam, qui d. toto anno in oratione steterit, & ne tantillum quidem obdormierit, cui reliquias exigui cibi vicinus coruus adferebat, postea quæ hæc, & similia retulit, subiungit: Talis est Christi pars, talis passionum Christi fructus, quem ipse è terra ad Patrem deseruit: religionis, inquam, Christiana columen, populi decus, mundi fundamentum, cum caelestibus pulchritudinibus elegantia propemodum certans.

EPIPHANIVS in compendiarâ doctrina, inter ea quæ in Ecclesia Catholica seruantur sine præcepto, primo loco ponit virginitatem, secundo solitudinem, quibus adiungit abstinentiam à carnibus, ouis, piscibus, & ab ipso etiam pane, & vino, humi cubationem, sacci gestationem, & similia.

CHRYSOSTOMVS passim prædicat laudes Eremitæ, vt hom. 8. in Matthæum, vbi sic ait: Si quis nunc ad Aegyptum veniat, solitudinem, paradiso prorsus omnem illam Eremitam videbit digniorem, & innumeros Angelorum choros in corporibus fulgere mortalibus, &c. Similia habet ho. 69. & 70. in Matth. & hom. 14. in priorum ad Timotheum.

HERONYMVS in ep. 1. ad Heliodorum: O desertam, inquit, Christi floribus vernans, ò solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni Regis extruitur, ò Eremita familiaris Deo gaudes, &c. Idem in ep. ad Eustochium de virginitate dicit, eos, qui ex cœnobis ad Eremitam tanquã ad vitam perfectiorem profugiunt, nihil secum ferre ad cibum, nisi panem & salem.

AVGVSTINVS lib. 1. de moribus Ecclesie, c. 31. miris laudibus effert Eremitas: Nihil, inquit, de iis dicam qui secretissimi, penitus ab omni hominum conspectu, pane solo & aqua contenti desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mētibus inhaerunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatissimi, qua nisi sanctorum intellectu percipi non potest. Et infra: Hoc tam excellens fastigium sanctitatis, cui non sua sponte mirandum, & honorandum videtur, oratione nostra videri qui potest?

HIS adde Iustiniani nouellam constitutionem 133. vbi sic ait: Solitaria vita, atque in ea contemplatio res planè sacra est, & quæ suapte natura animas ad Deum adducat, neque iis tantum qui eam incolunt commodet, sed etiam omnibus alijs, &c.

TERTIO probatur rationibus. Prima ratio sumitur ab effectu: videmus enim magnã partem veterum Eremitarum euasisse viros perfectissimos, & miraculis clarissimos: cuius rei testes produci possunt illi omnes qui scripserunt vitas & res gestas Eremitarum, vt Athanasius in vita Antonij, Hier. in vita Pauli & Hilarionis, Palladius in historia Lausiacâ, Cassianus in collationibus, Theodoretus in historia religiosa, Sozomenus lib. 1. hist. c. 12. 13. & 14. lib. 3. c. 13. & lib. 6. cap. 28. & sequentibus, Rufinus lib. 2. hist. c. 3. & 4. Euagrius lib. 1. c. 21. & lib. 4. c. 7. ac vt de cæteris nunc tacè, certè Paulum primum Eremitam Deus non pauisset annis LX. mittens ei per corum singulis diebus dimidium panem; neque Antonius vidisset

animam

animam eius ad chorum Apostolorum in cœlum deferri; neque Leones illi sepulchrum effodissent, nisi summa illius solitudo centum ferè annorum, & maximè vitæ austeritas, Deo placuissent.

SECUNDA ratio, vitæ Eremiticæ est culmen & fastigium vitæ religiose: nam omnes ferè Patres docent, ad vitam Eremiticam non debere quenuam transire, nisi prius diligenter in cœnobio se exercuerit, propterea quòd Eremitus non adferat perfectionem, sed præsupponat. B. Hieronymus in epist. ad Rusticum, 1. Cassianus collat. 10. c. 3. Augustin⁹ lib. 1. de moribus Ecclesie, c. 3. Benedictus in regula. c. 1. Bernardus ser. 3. de circuncisione, & hæc fortasse est causa cur liceat omnibus ferè religionis transire ad ordinem Carthusiensium, quia nimirum vita illorum est solitaria, & proinde perfectiorum. Cùm igitur vitæ Eremiticæ perfectissima sit, non potest Deo non esse grata: supra enim ostensum est, vitam perfectam adeo placere Deo, vt rectissime voueri possit.

TERTIA ratio, Austeritas, & solitudo sunt optima media ad optimum finem; nam finis austeræ & solitariae vitæ est cõtemplatio Dei, rerumque caelestium, vt patet ex Cassiano collat. 19. quæ est de fine vitæ Eremiticæ, eam autem optimam partem Dominus vocat Luc. 10.

Medium autem ad cõtemplationem omnium optimum, est habere animum collectum, & intentum, cui rei mirum in modum deseruit solitudo, quæ omnem strepitum rerum, quæ animum distrahere possent, procul arceat hinc. Dominus quoque scilicet orare volebat, pergebat in montes, & loca deserta. Luc. 5. Ipse autè sedebat in deserto, & orabat. Moyse quoque Exod. 24. cùm Deus loqui vellet, iussit, vt solus ascenderet in montis verticem, & caliginè intraret, nimirum vt nihil videre posset, quod animum eius à Deo auocaret.

SCRIBIT etiam B. Hieron. lib. 2. cõtra Iouinianum, adeo hoc esse verum, vt etiam multi Philosophi ductu naturæ in desertis habitauerint, & quidam etiã sibi oculos eruerint, vt sine distractione contemplari possent.

ITEM de ieiunio, & reliqua vitæ seueritate dici potest. Nam quòd ieiunium medium sit optimum ad orationem, patet ex eo, quòd in scriptura vbique iungitur orationi. Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio. Mat. 17. Hoc genus non euicitur, nisi in oratione, & ieiunio. Luc. 2. & hæc nõ discedebat à templo ieiunans, & obsecrationibus seruans nocte, & die. 1. Cor. 7. Vt vacetis orationi, & ieiunio, & Chrysostr. ho. 1. in Genesim, dicit ieiunium esse animæ instar alarum, vt sursum ferri, & summa cõtemplari queat. similia habet Athanasius in libro de virginitate, & Basilii oratione prima de ieiunio: & quisque experitur, cùm caro viger & floret, & in delicijs agit, animum quoque fieri quodammodo carnalem & terrenum, & magis de luxuria quàm de sapientia cogitare.

QUOCTRICA etiã Plato locum pestilentem elegit, vbi versaretur & doceret, vt ait Hieronymus lib. 2. cõtra Iouinianum, vt discipuli sui nihil amarent nisi sapientiam, & ibidem refert Pythagoræ vitasse non solum vrbes, sed etiam hortos, & omnia loca, quæ voluptatem adferunt, ne animi mollescerent, & à studio sapientiae retardarentur. Similia docet de sacerdotibus Aegyptiorum, qui vt vacarent cõtemplationi syderum, neque vxores habebant, neque vllum propinquorum videbant, & cibo tenuissimo vtabantur.

SCRIBIT etiam Galenus in exhortatione medicinae, animas hominum voluptatibus deditorum, in multo sanguine tanquam in luto demersas nihil subtile, & caeleste contemplari posse.

QUAM QUAM sancti illi Eremitæ, non solum propter cõtemplationem ita seuerè viuiebant, sed etiam alijs iustissimis de causis. Primò, quia loci natura id exigebat, nec enim poterant, etiam si voluissent, eas cõmoditates vitæ in deserto reperire, quæ in vrribus re-

periuntur & hæc est causa cur Paulus primus eremita foliis palmarum indueretur, & fructibus eiusdem arboris aleretur, quia nimirum nihil aliud ibi erat: & similiter cur Ioanes locustis & melle syluestri viueret, quia eiusmodi rebus illa Eremita abundabat, vt Hieronymus docet lib. 2. contra Iouinianum.

SECUNDO, quia occupati delicijs animi, partim obliuiscuntur corporis, vt de Ioanne Abbate refert Cassianus collat. 19. cap. 4. qui non recordabatur, an pridie comedisset nec ne: partim etiam aegre ferebant istam corporis seruitutem, & ideo quòd rariùs, & breuiùs poterant necessitati corporeæ satisfacere, eò se felicitates putabant, vt Philo scribit de primis illis Monachis, in libro de vita cõtemplatiua supplicum, multi enim propter auiditatem spiritualium epularum vix quinto, aut sexto quoque die corpus reficiebant.

TERTIO, quia nouerãt Deo gratissimam esse victoriam cupiditatum, & patientiæ exercitationem. quia enim caro semper concupiscit contra spiritum, placet Deo, vt spiritus semper concupiscat aduersus carnem. Vnde Tertullianus seras, & aridas escas, & reliquam corporis afflictionem sacrificium Deo gratissimum esse dicit, libro de resurrectione carnis.

QUARTO, ad fructus dignos pœnitentiæ peragentes, & pro peccatis satisfaciendum. Sancti enim, qui seridò iustitiam esuriunt, etiam leues culpas grauitè vindicare solent, & hæc est vna ex præcipuis causis, cur Ioannes Baptista tam seuerè vixerit; nam etsi ipse nulla fortasse peccata actualia habuit, tamen quia missus à Deo fuerat, vt pœnitentiam prædicaret, voluit exemplo, & verbo eam prædicare: & ideo, vt Chrysostr. dicit homilia decima in Matthæum, vestem habuit compunctioni & pœnitentiæ accommodatam. Ex his facile iam crit ad argumenta respondere.

Ad primum argumentum respondeo, Eremitas, non odio humani generis, sed studio purioris vitæ concedere in solitudinem. Vnde Augustinus libr. primo de moribus Ecclesie Cathol. cap. 31. Quid est, inquit, quod videt qui non possunt homines non diligere, & tamè possunt homines non videre? profectò illud quiddam est, præstantius est rebus humanis, cuius cõtemplatione potest homo sine homine viuere. Itaque licet peccet contra genus humanum, qui odit societatem, non tamen peccat qui sine odio solitarius manet.

Locus autem Euangelij, Nolite exire, ad literam de aduentu Antichristi intelligitur, mysticum autem desertum, & penetrabilia significant Ethnicorū, & Hæreticorū falsa dogmata, vt Origenes, Hieronymus & Beda scribunt in cap. 24. Mat. Hæretici enim Christum inuenire voluit in quibusdam sensibus Scripturarum planè inuis, & desertis, quos sancti Patres, ne à longè quidem salutauerunt, qualis est hic ipse sensus horum verborum: Nolite exire, quis enim vnquam cogitasset per hæc verba prohiberi vitam Eremiticam: & tamen Magdeburgenses dicunt: Ecce hic est Christus, in hoc deserto, in hoc sensu recondito, est vera verbi diuini intelligentia.

Ad illud Hebræ. 10. Non descendet collectio nostram, dico Paulum accusare eos, qui ex odio, vel inuidentia nõ cõueniebant in Ecclesiam, quia nimirum non habebant eum locum, quem cupiuissent, ideo seorsim cum paucis conuenticula faciebãt. Vnde Theodoretus, & Oecumenius notant Paulum per collectionem intelligere cõsensionem animorum.

ADDE, quòd etiam Eremitæ, exceptis paucissimis, ad Ecclesiam in ipsa Eremita simul conueniebant, vt nunc etiam Carthusianos & Camaldulenses facere videmus.

Ad secundum argumentum respondeo cum Aug. lib. 1. de moribus Ecclesie, cap. 31. vbi ille sic ait: Videntur nõnullis (Anachoretæ) plusquam oporteret deseruisse res humanas, non considerantibus quãtum nobis eorum animus in

orationibus profici, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non sumus. Vnde & Iustinianus loco citato dicit, imperium, militiam, agros ipsos, & quidquid boni habet homines seculares, per orationes conferuari sanctorum Eremitarum.

Dico, non sola oratio est opus charitatis a Deo preceptum, sed multa alia, vt Eleemosyna, visitatio aegrotorum, consilium, instructio, &c. quae Eremitae non modò non praestant, sed etiam impotentes se reddunt ad ea praestanda.

Respondere, ad opera charitatis non obligantur homines priuati, nisi quando se offert occasio, hoc enim interest inter Praelatos, & non Praelatos, quòd illi tenentur ex officio inquirere, an populi sibi crediti aliqua re indigeant, at isti non tenentur quaerere, sed solum oblata occasione facere aliis, quòd sibi fieri volunt. Et quamquam ex intentione facere se impotentem ad ea opera praestanda, sit peccatum, vt si quis idò semper maneret domi, ne vlli pauperi occurrat, tamen si praeter intentionem id accidat, non est peccatum.

Ad tertium dico, exponere se periculo, nò esse peccatum, alioqui nò liceret nauigare, nec praeliari, &c. Sed peccatum esse temerè exponere se periculo; quòd faceret, qui sine iusta causa, & còscius suae debilitatis & nuditatis, cum viro forti, & armato congredi vellet, & similiter in rebus spiritualibus, qui solitudinem peteret sine causa, id est, sine proposito purioris vitae, & non prius in cœnobio edoctus esset pugnare cum Diabolo, vt Patres citati docent, nisi fortasse extraordinariè Deus aliquem vocet, vt constat de Paulo primo Eremita, & aliis quibusdam.

Ad quartum dico, adeò sanctos Eremitas non fuisse sui homicidas, vt etiam diuinitimè vixerint; nam Paulus primus Eremita vixit annos CXIII. Antonius CV. ceteri ferè omnes admodum senes fuerunt, vt ex collationibus Cassiani colligitur. Ostendit etiam B. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, ex Hippocrate, & Galeno, conducere sanitati ieiunium, quòd idem ex Antiphane medico doctissimo, demonstrat Clemès Alexandrinus, lib. 2. Paedagogi, cap. 7.

Ad illud autè Colof. 2. *Habeto honorem corpori, est duplex solutio.* Vna secundum August. explicationem in ep. 59. ad Paulinum, vbi sic explicat, *quae videntur quidem rationem habentia sapientiae in superstitiosa, & humilitate, non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis, id est, videtur abstinentia istorum habere, quaedam rationes sapientiae, licet superstitiosa sit, quia hoc facere videntur ad humiliandum cor, & castigandum corpus, non autem ad honorandum vel saturandum, haec enim bona essent, si non fierent superstitiosè; nam & Paulus ait: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* 1. Cor. 9.*

Altera explicatio est Hieronymi in epist. ad Algafiam, & Chrystostomi in hunc locum, qui dicunt reprehendi eos, qui corpus non honorant. poròd honor corpori debitus id requirit, vt nò subtrahantur ei necessaria, neque sine vtilitate, vel necessitate affligatur. Eremitae autem affligebantur quidem, sed magna cum vtilitate, nec tamen necessaria sibi subtrahabant, vt patet ex longissima vita ipsorum; nam etsi interdum necessaria sibi ipsi subtrahere videbantur, vt cum ieiunabant multis diebus sine vllò cibo, tamen quia vires ad hoc faciendum ex diuino beneficio habebant, non erat illis eiusmodi cibus necessarius.

Ad quintum sufficit Apologia Theodoretì in historia religiosa, c. 26. vbi duobus modis defendit factum Simonis. Primò, quia id non fecit sponte, sed quasi coactus; cum enim plurimi ad eum confluere, eumque certatim tangerent, vt curarentur à languoribus suis, vel certe, vt sanitatem aliquam inde perciperent: ille indignum

se iudicans tanto honore, & simul aegre ferens tantam distractionem, & impedimentum ab oratione, excogitauit rationem illam in columna viuendi, quòd nemo attingere posset.

Secundò dicit, id eum fecisse instirctu Spiritus sancti, qui voluit nouo illo spectaculo singularissima praenitentia, & patientiè excitare torporem hominum, què admodum quondam Prophetas suos Deus quaedam facere praecipit, quae stulta videntur; nam Isaiam iussit nudum profusus incedere per ciuitatem, Isaià 20. Hieremià catena lignea sponte sua circumdatu. Hieremià 28. Ezechielem comedere panem in fimo bouino coctum, & per dies CCCXC. dormire super larus sinistrum, & per XL. super dextrum. Ezech. 4. & caput, ac barbà radere, & pilos in medio foro in statera ponderare, & vnà partè cremare, alteram concidere gladio, tertià dispergere in ventum, alià ligare in summitate pallij. Ezech. 5. denique Ioannem Baptistam filium summi Pontificis iussit habitare cum bestijs, indui pilis camelorum, & vesci locustis.

Quòd autem verè Simon iste Dei instirctus in columna habitauerit, probat Theodoretus ex vita eius miraculis clarissima; & ex conuersione innumerabilium hominum, qui per eum Christiani facti sunt. Nam hic erat ordo vitae eius, tota nocte, & magis diei parte, id est, vsque ad horam nonam orabat. deinde verba faciebat ad eos qui illum inuisebant: inuisebant autem tam multi, vt via quae ad illum ducebat propter còtinuum euntium, & redeuntium hominum concursum, perenne quoddam flumen videretur. poròd his concionibus multa millia Ethnicorum ad Baptismum adduxit, saepe etiam Iudaeos & Haereticos confutauit.

Poròd concionem curabat aegrotos, qui ordinariè adferebantur; tanta autem erat fama nominis eius propter miracula, vt ex toto orbe terrarum eò concurreretur, ex Armenia, Perside, Scythia, Aethiopia, Arabia, Hispania, Gallia, Britannia.

Romae verò in omnium officinarum vestibulis, & porticibus imagines eius visebantur, quibus Romani sibi praesidium, & opem parabant. Post curationes dirimebat lites, plurimi enim ad illam columnam, tanquam ad summum tribunal còtentiones suas & discordias diiudicandas adferebant: multa futura praedixit, quae suo tempore impleta fuisse idem Theodoretus ibidem asseruit. Ieiunabat integram Quadragesimam sine vllò cibo & potu, idque plus quam per annos XXVIII. continuauit.

Denique cum iam mortuus esset, adhuc stabat cadauer eius immotum, & erectum in columna, quemadmodum cum viuebat, & post sepulturam miracula creberrima tam ad loculum reliquiarum, quam ad ipsam columnam fiebant. Poròd harum rerum miru silentium apud Magdeburgenses; nimirum hinc facillè euaniissent omnes ipsorum obiectiones.

CAPVT XL.

De habitu & tonsura Monachorum.

Quirur disputatio sexta de habitu, & tonsura, de quibus duo explicada sunt. Primò, antiquitas harum caeremoniarum. Secundò, ratio earum, nam Magdeburgenses cent. 4. c. 6. col. 467. loquentes de habitu, & tonsura Monachorum, dicunt esse res superstitiosas, & non conformes Scripturae, nec vsui purioris Ecclesiae. Caluinus quoque lib. 4. inst. c. 19. §. 27. videtur indicare cepisse vsum tonsurae tempore Augustini, causam autem fuisse dicit, quia eo tempore soli homines effeminati, & delicati alebant comam: non autem videbatur permitendum Clericis, & Monachis, vt id facerent, quòd soli faciebant laiciuiores, & molliores; postea verò corruptioribus temporibus excogitata esse mysteria, & significationes.

Quidam verò Hortensius Landus librum scripsit de persecutione Barbarorum, vbi multa dicit contra

tonsuram

tonsuram Monachorum. Et ne videatur sine Scriptura loqui, profert aliquot Scripturas Testamèti veteris. Prima est Leuit. 19. vbi Dominus ait: *Non attondebitis comam in rotundum.* Cui similis est locus Hierem. 9. vbi Dominus dicit, se disperfurum omnes circumtonfos in comà. Tertia est Leuiti. 21. vbi de sacerdotibus dicitur: *Non radent caput, nec barbam.* Quarta ex Ezechielis 44. vbi idem habetur. Quinta in ep. Hieremiàe apud Baruch c. vltimo, vbi Hieremias ridet idolorum Sacerdotes habètes caput, & barbam rasam.

Quantum igitur ad vestes, quòd antiquissimù sit institutum, vt qui profitentur mundi contemptum, & praenitentiam, singulari & notabili habitu induantur, patet primò ex Dionysio, c. 6. Ecclesiasticae Hierarchiae, vbi de professione Monachi loquès, ita ait: *Sacerdos, inquit, signo crucis cum consignatum tondet: omnique veste detrahta eum alia induit, &c.* Euseb. li. 2. hist. c. 24. scribit ex Hegesippo Iacobu Apostolu fratrem Domini nuquam induisse laneam vestem, sed sola syndone linea vsu.

Athanasius in lib. de virginitate, ante medium docet sanctimoniam, vt fuscam vestem & vilem gerat. Basilus ep. 1. ad Greg. multa dicit de habitu Monachi, & similiter in quaestionibus suis explicatis, q. 22. Chrystostomus hom. 69. in Matth. dicit, Monachos habitu imitari Heliam, & Ioannem. & lib. de comparatione Regis & Monachi dicit, Monachu vno tantum amictu, instituto suo conformi, vti solere.

Palladius in hist. Lausiaca, cap. 41. dicit etiam virgines sanctimoniales suo tempore cucullis vti consueuissè. Tertullianus lib. de velandis virginibus, meminit habitus Deo dicari; quo vtebantur sanctimoniales.

Ambrósius lib. 9. ep. 36. de Paulino loquens, qui ex magno viro in seculo, & nobili senatore Monachus factus fuerat, & eo facto multos gentiliu senatorum offèderat. *Et est ipsi, inquit, capita & supercilia sua radant, si quando Isis suscipiunt sacra: si forte Christianus vir attentior sacrosanctae religioni vestem mutauerit, indignum facinus appellat.*

Hieronymus in ep. 4. ad Rusticum Monachum: *Vidi quosdam, inquit, qui postquam renuiciauerunt seculo, vestimentis dumtaxat, & vocis professione, non rebus, nihil de conuersatione pristina mutauerunt.* Et ep. 13. ad Paulinu: *Tunicam, inquit, mutas cum animo, &c.* Et ep. 15. ad Marcellam: *Tunicam susciore, inquit, induta se repente Domino consecrauit.* Et ep. 22. ad Eustochium de virginitate, omnium cœnobitarum eundem fuisse habitum dicit, nimirum tunicam & sagum, quibus in vita Hilarionis addit cucullam. dicit enim vestes eius fuisse, tunicam saccam, palliolum, & cucullam. Ep. 27. ad Eustochium de obitu Paulae loquens de sanctimonialibus: *Vnus, inquit, omnium habitus: linteamine ad tegendas solum manus vtebantur.*

Augustinus lib. 6. contra Faustiu, c. 9. dicit, peccatum esse, si vel sanctimonialis gerat ornamenta nuptiarum, vel nuptiae speciem virginum vestibus referant, & in ep. 199. ad Ediciam indicat, fuscam vestem fuisse tunc insigne continentiam profitentium.

Gregorius lib. 2. Dialogorum, c. 1. meminit habitus Monachi, & lib. 3. c. 14. meminit habitus sanctimonialis. denique Cassianus totum primum librum de institutis cœnobiurum consumit in explicando habitu Monachorum, docens eos praescriptum habitum professioni congruentem à maioribus accepisse.

Adde duo Concilia: nam Gangrense can. 12. reprehendit eos Monachos qui ob habitum superbiebant, & contenebāt alios Christianos, qui communibus vestibus vtebantur. Conciliu Carthaginè IV. can. 104. distinguit habitum laicalem ab habitu religioso. De habitu Clericorum, vide Chryost. hom. 83. in Matth. & Hieronym. lib. 1. contra Pelagianos, vbi meminerunt candidae vestis. Item Hieron. in Epitaphio Nepotiani, vbi memi-

nit sacrae tunicae, qua vtimur in Mysterio Christi.

Iam quòd attinet ad rationem habitus monastici, ea redditur ab iisdè Patribus; nã cur vestè mutet Monachus futurus, rationem esse dicit Dionysius, ca. 6. Eccl. hierar. vt significetur vitæ mutatio, cur proprio & certo vrantur religiosi vestium genere, rationes duas reddit Basilus q. 22. ex diffusè explicatis, prima ratio est ad designandam propriam professionem. Si enim conuenit, vt aliter vestiantur senatores, aliter milites, aliter rustici, & si Paulus 1. Cor. 11. iubet virum aperto capite orare, ad significandam potestatem, mulierem verò velato, ad significandam subiectionem, cur non conueniet religioso certam vestem deferre ad significandum statum suum?

Secunda ratio est, vt religiosi saltè inuiti cogantur rectè viuere. si enim non haberebunt certum habitum, non internoferètur ab aliis, at nunc ab omnibus statim cognoscètur & obseruantur, & si quid agant còtra suam professionem, ab omnibus notantur, & reprehenduntur.

Cvrtantur cucullis, rationem esse dicit Cassianus loco notato, ad designandam simplicitatem, innocentiamque infantilem, ad quam Monachi redire cupiunt. Infantes enim dum adhuc in fasciis, & signu nutricis versantur, velis quibusdam quasi cucullis teguntur. Cur autem veste horrida, vt sacco, aut certè simplici, & vili vtatur, causam reddunt Hieronymus & Cassianus locis notatis, tum ad agendam praenitentiam, tum ad mundi contemptum demonstrandum. Nam saccos, & asperas vestes, habitum esse praenitentium Scriptura testatur, cum inducit Achab praenitentem sacco indutum, 3. Reg. c. 21. & Heliam veste pilosa tectum 4. Reg. 1. & Niniuitas sacco vestitos, Ionà 3. & Ioannem pilis camelorum vtentem Matt. 3. & denique multos alios: *Circumcèites in melotis, & in pellibus caprinis,* ad Hebræos 11.

Quia tamen potest quis & bene, & malè vti veste inuitata, id est, insigniter contempta, vel horrida, monet sapienter B. Augustinus libro secundo de ferm. Domini in monte, capit. 19. vt ex sola veste peninem iudicemus: sed ex aliis eius operibus discamus, vtrum id faciat contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua, & simulatione sanctitatis. Potest enim sub ouina pelle lupus latere, nec tamen debet ouis deponere pellem suam, quia sub ea aliquando lupus delitescit.

Vnè ad tonsuram antiquitatem ostendendam, habemus in primis Dionysium eodem ca. 6. Eccl. hier. vbi clarè dicit, Monachum futurum primum tonderi. Deinde, indui alia veste, priore abiecta. Habemus deinde Anicetum in epist. ad Gallos, vbi iubet radi caput in modum sphaerae.

Tertio, Athanasium in libro de virginitate, Palladium in historia Lausiaca, ca. 41. & Hieron. in ep. ad Sabinianum Diaconum, qui testatur etiam sanctimoniales tonderi consueuissè.

Quarto, Epiphanium hær. 80. & Augustinum de opere Monachorum. cap. vltimo, qui acriter reprehendunt quosdam Monachos crinitos, qui tonderi more aliorum volebant.

Quinto Hieron. & August. qui coronae sacerdotalis meminerunt. Hieron. in ep. ad Augustinum, quae est 26. inter epist. Augustini: *Fratres tuos, Dominum meum Alipium, & Dominum meum Eudium, vt meo nomine salutes, precor coronam tuam.* Augustinus in epistol. ad Proculianum Episcopum 147. *Per coronam nostram nos adiurant vestri, per coronam vestram vos adiurant nostri, &c.*

Sextò, Isidorum li. 2. de officiis diuinis, c. 4. & Bedam li. 5. hist. Anglorum, c. 22. quorum prior ab Apostolis dicit institutam esse tonsuram & coronam clericorum & Monachorum: posterior dicit S. Petrum omnium primum gestasse coronam capillorum, toto reliquo capite detonio, & ad eius imitationem omnes clericos & monachos idem suscepisse.

SEPTIMO, Iustinianum. qui in Authenticis collat. 7. titu. 5. cap. 2. & 3. distinguit tonsuram Monachorum...

OCTAVO, Concilia; nam Concilium Carthaginense IV. can. 44. prohibet Clericos alere comam aut barbam...

UT autem ad rationem tonsuræ veniamus. Primum falsâ est Caluini ratio; nam quod tempore Augustini non solum aliqui dissoluti comam gestarent...

ALIA ratio redditur ab Isidoro lib. 2. de officiis diuinis, capite 4. quod nimirum Monachi tondebantur ad imitationem Nazæorum...

AT hæc ratio non mihi probatur, siquidem Nazaræi tunc solum tondebantur, cum desinabant esse Nazaræi, insignique illorum erat lōga cæsaries, vt ex eodem cap. 6. Numeri patet.

SECUNDA reddit Beda lib. 5. historiae, c. 22. ad exprimendam imaginem spinæ coronæ Christi, vt enim omnes Christiani signo communi crucis ornantur...

TERTIAM & quartam ratione reddunt Isidorus lib. 2. cap. 4. de officiis, Rabanus lib. 1. de instit. Clericorum, cap. 3. & Hugo lib. 2. de Sacramentis, p. 3. c. 1. dicunt enim ronderi capillos, qui sunt superflue quædam corporis partes...

QUINTAM reddit Dionysius. c. 6. Eccl. hierar. vt significetur illa nudatione capitis, vita pura & aperta, nō fucata vlla specie, quam Monachus exhibere debet.

POSSET addi sexta ratio tonsuræ Monachorum, nimirum vt signum esset pœnitentiæ, & cōuersionis: nam vt antè diximus, pœnitentes olim non nisi tonsi recipiebantur.

capillos plurimi facere.

EST autem hoc loco obseruandum, olim non tã raturam. quàm tonsuram fuisse in vsu. tondebantur enim demissè quidem, sed ita tamè, vt cutis tecta maneret.

DE NIQVE Dionysius, Epiphan. Hieronymus, Athanasius, Palladius, Augustinus, Isidorus, Beda, & Concilia Carthaginensè & Toletanum, nusquam nominant raturam, sed solum tonsuram.

AD argumenta Hortensij respōdemus, imprimis præcepta illa esse cæremonialia, & propterea nō magis obligare, quã obliget, circuncisio, sacrificia, &c. Dico præterea primum & secundum locum ex Leuit. 19. & Hierem. 9. nihil cōcludere; nam vt rectè notauit Helychius in hūc locum, tōdere comam in rotundum, nō est comam scindere, sed ornare.

AD tertium Leuit. 21. dico, ibi non præcipi Sacerdoti, ne radat caput absolute, sed ne radat in morte alicuius propinqui sui, in signum doloris, voluit enim Deus Sacerdotes esse cæteris constantiores.

AD quartū Ezechielis 44. dico, Sacerdotibus Iudæorum fuisse prohibitam raturam, non quod in se mala sit, sed ne videretur similes Sacerdotibus gētiliū, in quorum vicinia habitabāt, qui toto capite raso idolis sacrificabāt, vt ex epistola Hieremiæ appareret.

AD vltimum dico, Hieremiam non ridere illos Sacerdotes, quia radebant caput, & barbam, sed quia id faciebant in honorem Deorum ligneorum, qui non poterant remunerare cultores suos.

CAPVT XLII.

Licere Monachis manibus laborare.

EST postremò disputatio de ratione viuēdi, siue de opere corporali Monachorum. Sunt autem quatuor modi viuendi apud homines reli-

giosos. Vel enim viuūt ex labore proprio, vendentes aliquid, & ementes aliud: vel viuunt ex bonis suis communibus, id est, ex bonis quæ religiosi ipsi ad monasterium adferunt, & in commune constituunt: vel ex bonis relictis ac donatis à pijs viris: vel ex mendicatione.

DE singulis dicendum est. Ac primum, de primo duo fuerunt extremi errores. Vnus eorum, qui dicebant, non licere religiosi operari, & laborare pro victu, sed debere eos confidere in Dei prouidentia, & viuere ex alienis laboribus: huius erroris fuerunt Messaliani, siue Euchitæ, apud Epiph. har. 80. & rursus quidam apud Carthaginem, teste August. lib. 2. retract. cap. 21.

ALTER error fuit Gulielmi de sancto amore, & postea Ioan. VViclefi apud Thom. VValdesem lib. 4. doct. fidei antiquæ. ar. 2. c. 22. & Ioan. Caluini lib. 4. inst. c. 13. §. 10. qui docent teneri Monachos ex proprio labore viuere, quanquam Gulielmus non omnes religiosos obligabat ad laborandum manibus, sed eos solum, qui non habebat bona stabilia in communi. Primum error natus est ex duobus locis Scripturæ malè intellectis, nimirum Matth. 6. Nolite solliciti esse animæ vestræ, dicentes, quid manducabimus, &c. Et Ioan. 6. Operamini nō cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Refellit hunc errorem Aug. in lib. de opere Monachorum, ex verbis Apostoli 2. Thes. 2. vbi & se laborasse, & operatum dicit, ne quemquam grauaret, & alios monet, vt operentur, & laborent.

QUA verò respondebant hæretici illi B. Paulum loqui de opere spirituali, id est, de oratione & exhortatione, notanda sunt alia loca, vbi expressè ponitur labor manuum, Act. 20. Ad ea que mihi opus erūt, & his qui mecum sunt, ministrauerūt manus istæ. Ad Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis. 1. Thes. 4. Operamini manibus vestris.

AD hæc, vt acutè notauit Aug. idē Apostolus 1. Cor. 9. dicit se operatum, cum tamen liceret sibi secundum Domini ordinationem non operari. At certè non licebat ei secundum Domini ordinationem non concionari, & non orare. Ait enim: Si non euangelizauero, vā mihi, &c. Loquitur igitur de corporali labore, cum dicit se laborasse, cum tamen non teneretur.

AD verba illa Domini contrā citata, respondeo, non prohiberi illis verbis moderatam sollicitudinem querēdum cibum proprio labore, sed immoderatam & superfluum. Potest autē tribus modis esse immoderata sollicitudo. Primum, ratione finis, vt si quis querat cibum precipua intentione, quasi sit ille vltimus finis, vt faciunt, qui Euangelizant, vt comedant; cum deberent comedere, vt euangelizent. Atque hoc reprehendit Dominus Mar. 6. cum ait: Primum querite regnū Dei, &c. Et Ioan. 6. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, id est, primaria intentione querite cibum spirituale, secundaria corporalem.

SECUNDO, ratione diffidentie immoderata est sollicitudo, vt cum quis aded sollicitus est de rebus temporalibus, vt vix possit credere sibi Deum adfuturum in illis acquirendis, etiam si adhibeat ipse quoque suum laborē. Et hoc reprehendit Dominus cum ait Matt. 6. Nolite solliciti esse, &c. Vult enim persuadere fidelibus confidentiam in Deum; & sanè persuadet efficacissimis argumentis; nam si Deus, inquit, pascit aues, & vestit lilia, quæ eū non norunt, immò etiam prouidet Gentilibus, qui eum blasphemant: quomodo vobis cultoribus suis poterit decesse? & si vobis corpus & animus donauit, quæ maiora sunt, quomodo credibile est non daturum cibum & vestes, quæ sunt minora?

TERTIO, immoderata est sollicitudo ratione temporis, vt cum quis hodie sollicitus est pro ea re pro qua satis tempestiue cras inciperet sollicitus esse, & hoc reprehendit Dominus cum ait ibidem. Nolite solliciti esse de crastino. Sufficit diu malitia sua. vbi notandum, non re-

prehendi prouidentiam parandi necessaria pro tempore futuro, alioqui peccasset Ioseph Genes. 41. qui recondidit frumenta pro futura sterilitate: etiam Dominus ipse habebat loculos, vt emeret cibos, Ioan. 13. Itaque vocatur sollicitudo de crastino, & mala est illa, quæ non conuenit præsentem tempore secundum rectam rationem.

CAPVT XLII.

Non teneri Monachos ad laborem manuum.

SECUNDO error tria affert præcipua fundamenta. Vnum ex Apostolo, qui Ephes. 4. 1. Thes. 4. & 2. Thes. 3. præcipit Christianis, vt ex labore manuum victū quarant, ex quibus locis tale argumentum duci potest: vel ista verba B. Pauli continent præceptum necessitatis, vel consilium perfectionis: si primum, ergo tenentur laborare etiam religiosi; si secundum, ergo tenentur saltem religiosi: illorum enim est viam perfectionis & consiliorum tenere.

SECUNDO fundamentum est ex Augustino, qui in lib. de opere Monachorum, dicit religiosos teneri ad hoc Apostoli præceptum implendum, nec excusari per occupationes spirituales. Sic enim ait c. 17. Quid, inquit, agant, qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent, seire desidero. Orationibus, inquit, & Psalmis, & lectionibus, & verbo Dei. Sæcra planè vita, & in Christi iuauitate laudabilis: sed si ab his auocandi non sumus, nec manducandū est, nec ipse est ea quotidie preparande, vt possint apponi & assumi. Si autem ad istas vacare seruis Dei certis intervalis temporis ipsius infirmitatis humana necessitas cogit, cur nō & Apostolicis præceptis obseruandis aliquas partes temporum deputamus? citius enim exauditur vna obediētis oratio, quàm decem milia contemptoris.

TERTIO fundamentum est ex consuetudine omnium antiquarum religionum: nam Epiphan. har. 78. Hieron. ep. 4. ad Rusticum, August. lib. 1. de morib. Eccl. c. 31. Cassian. lib. 2. c. 3. & lib. 3. c. 2. de institutis cœnobiorum, docēt omnia monasteria bene instituta, secundum Apostoli legem manibus laborare.

HIS non obstantibus respondeamus cum B. Thoma, in opusculo 19. & in 2. 2. quæstio. 187. artic. 3. & B. Bonauentura in libro de paupertate Christi, & in Apologia pauperum: Ad victum labore manuum querendum non magis teneri Monachos, quàm seculares, & probatur: Primum, vel laborare manibus est præceptum, vel consilium. Si primum, omnes obligat, tam seculares, quàm religiosos. Præcepta enim dantur omnibus; omnibus enim dicitur, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Si secundum, ergo nemo tenetur laborare manibus, nisi qui sponte ad huius consilij obseruationem se obligauerit; talis enim est natura omnium consiliorum: ergo religiosi qui id consilium non receperunt, non tenentur manibus laborare. Non enim tenentur religiosi ad omnia consilia, sed solum ad illa, quæ sponte suscipiunt.

SECUNDO, si tenerentur religiosi laborare manibus magis quàm seculares, aut id esset ex præcepto naturali, aut ex positio: neutrum autem dici potest: quod enim non ex positio, patet, quia nullum tale extat: quod non ex naturali, probatur. Nam præceptum de laborando, vt est naturale, dupliciter obligat, vno modo absolute, alio modo in certo casu. Primo modo nō obligat singulos, sed Remp. vt patet, debent enim in ea alij esse opifices, alij agricolæ, alij medici, alij iudices, &c. & ex hac parte non conuenit religiosi laborare manibus: illi enim officium habent in Repub. orandi, & psallendi, & similia faciendi.

SECUNDO modo tenentur quidem singuli hoc præcepto, sed nō minus seculares, quàm religiosi: nam omnes casus, in quibus obligantur singuli laborare manibus, non minus accidere possunt secularibus quàm religiosi:

verbi gratia, vnus, & precipuus casus est, si quis nihil habeat vnde viuatur, nec possit licite habere, nisi operando. Alius casus est, si quis teneatur prouidere alteri de cibo, & non possit licite cum inuenire nisi operando. Tertius est, si quis non possit otium fugere, vel tērationes carnales superare, nisi operando corporaliter. At omnes tam religiosi quam seculares tenentur prouidere, ne moriantur fame, & otium fugere, ac superare tentationes omnes, igitur tenentur eodem modo laborare.

TERTIO probatur ex illis ipsis argumētis, quae contra nos profertur. Nā in primis Apostolus, in illis locis non scribit Monachis, sed secularibus, vt patet, & precipue iuxta opinionem aduersariorum, qui docent nondum illo tempore coepisse religiones. Deinde Apostolus in illis locis nunquā precipit operari absolute, sed solum ad euitandum furtum, vel scandalum, vel otium; nam Ephē. 4. ait: *Qui fur abatur, iam non seruetur, magis autē laboret operando manibus suis.* Et 1. Thessalon. 4. postquam dixerat, vt operarentur, subiungit rationem: *Vt boni sitis ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.* Vbi illud, *desideretis*, non significat concupiscitis, sed careatis. Sic enim est in Græco, *ἡ πόσις ἡσυχίας ἐστὶν, ἢ ἡ πόσις ἡσυχίας ἐστὶν, ἢ ἡ πόσις ἡσυχίας ἐστὶν*, id est, & nullius indigentiam habeatis. Scandalizabantur enim infideles, cum videbāt Christianos ex alienis bonis velle viuere. Et 2. Thess. 3. postquam dixerat: *Qui nō laborat, non manducet.* Subdit: *Audiuimus enim quosdam inter vos iniquos esse nihil operātes, sed curiosos agētes. Qui ergo possunt furtum euitare, & scandalum, & otium, alio modo quā corporaliter operando, eos Paulus non obligat corporaliter operari.*

AM verò B. August. in illo lib. de opere Monachorum, solum obligat ad operandum manibus illos, qui antequam religiosi fierent, ex labore manuum viuēbāt, & nunc idem facere possunt, siue impedimento maioris boni, & tamen ex otio, & pigritia nolunt. Nam cap. 21. excipit religiosos, qui Ecclesiastica ministeria exercent, quales sunt hoc tempore omnes mendicantes. Sic enim ait: *Si Euangelistae, inquit, sunt, si ministri altaris, si dispensatores Sacramentorum, bene sibi ipsa non arrogant, sed plane vēdicant potestatem, mirum viuendi ex facultatibus populi.*

DICES, potestas petendi sumptus à populo, non est data nisi ordinariis pastoribus. alioqui possent religiosi accipere decimas, quod est falsum, & contra canones multos, vt Clementina prima de decimis.

RESPONDEO, quidquid de hoc sit, quod postea videbimus, satis nobis est, quod August. hoc dicat. de cuius sententia disputamus, & praeerea siue religiosi praedicantes, & Sacramenta ministrantes, possint ex iustitia sumptus petere, siue non possint, satis est, quod licite possint petere saltem ex charitate, & accipere corporalia, sicut ipsi ex charitate ministrant spiritualia, & populus accipit.

ADDE etiā, quod religiosi huiusmodi recte dici possunt operari manibus suis. Operari enim manibus est operari corporaliter, siue id fiat manibus, siue pedibus, siue lingua, siue alio modo: appellatur autem opus corporale, opus manuum, quia manus est instrumentum precipuum quo operamur. Vnde etiam aurigae, & nautae, & curesores, & vigiles dicuntur operari manibus, quia corporaliter exercentur, licet non minus pedibus, quā manibus in suo opere vtantur. Qui ergo canit in choro publice, concionatur, docent, confessiones audiunt, planē manibus laborare dici possunt.

ITAYE soli cōtēplatiui, qui sibi ipsi vacant, manibus non laborant. Inter illos autem excipit Augustinus ab obligatione laborandi illos omnes, qui in seculo diuites fuerunt, & bona sua pauperibus dederunt. Illis enim debet Ecclesia victum, & vestitum, quandoquidem omnia sua ipsi Ecclesiae in eius pauperibus dederunt. Sic enim ait de istis loquens cap. 25. *Si ipsi, inquit, aliquid*

A *manibus operentur, vt pigri ex vita humiliorē & ab hac exercitatione venientibus auferat excusationem, multū misericordius agunt, quā cum omnia sua indigentibus diuiserunt. quod quidem sinolunt, quis audeat cogere? & c. 21. tales multos fuisse dicit in Hierusalē, qui quoniam omnia sua pauperibus dederant, quando tempore famis egēbāt, non sunt coacti operari manibus; sed eorum inopia eleemosynis Græcorum sustentata est, Aēt. 11. soli ergo remanent illi religiosi, qui in seculo viuēbant ex officio, & in religione sibi solis vacant, non populo. Hos Aug. obligat ad laborandum.*

SED nec istos obligat absolute, sed solum quando, si operentur, non impediuntur à maiori bono, & si non operentur, perniciosē otiosi erunt; nam si aliquis talis possit perpetuo orare, aut legere, & velit id facere, & inueniat qui eum in tali opere versantem gratis aliat, cur non poterit id facere? nam hoc modo vixit per triennium B. Benedictus, vt Greg. testatur lib. 2. dialog. cap. 1. & tota vita sua B. Alexius, vt in eius vita scribit Simeon Metaphrastes.

VNDE Augustinus cap. 17. eiusdē libri, vbi dicit Monachos non debere excusari ab opere manuum per orationem, psalmodiam, lectionem, & verbum Dei, clarissime indicat se loqui non de oratione assidua, nec de cōtinua, & publica psalmodia, lectione, vel concione, quae totum hominem occupant, sed de oratione, psalmodia, lectione, & exhortatione priuata, & rara, quae multum otij relinquunt. Et cap. 21. dicit se reprehendere illos Monachos, qui ex conditione seruili ad monasterium veniunt, vt vitam in opem, & laboriosam fugiant, & vacui pascantur ac vestiantur, & insuper honorentur ab iis, à quibus contemni conerique consueuerant. de quibus etiam dicit cap. 25. *Nullo modo decet, vt in ea vita, vbi sunt senatores laboriosi, ibi sint opifices otiosi, & quod veniant relictis deliciis suis, qui fuerant praediorum Domini, ibi sint rustici delicati.* Et c. 28. ait: *Ostendite, inquit, hominibus non vos in otio faciliem victum, sed per angustiam & arctam portam regnum Dei querere.*

AD argumentum tertium de consuetudine antiquorum monasteriorum dico, Monachos illos fuisse obligatos operari manibus ex propriis regulis suis. Cur autem eiusmodi regulam cōstituerint, causa est duplex. Vna, quia non poterant aliter sustentari: nam nec habebant praedia, & possessiones sibi relictas, vt nunc habēt multi Monachi, & eleemosynas à populo petere, nec audebant, cum populo non seruirent; nec vilo modo id sufficere; nam vno in loco, sub vno Abbate debebant terra, vt minimum, hominum millia, vt Augustinus refert lib. 1. de moribus Ecclesiae, cap. 31.

ALTE ratio est, quia illi Monachi, cum nō essent Clerici, sed Laici omnes, excepto Abbate, nō erant satis occupati, & ideo ad fugiendum otium necessarium erat illis laborare. Hieronymus in ep. 4. ad Rusticum: *Aegyptiorum monasteria hunc more tenēt, vt nullum absque operis labore suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quā propter animae salutem, ne vageat perniciosis cogitationibus mens, & c.* Nec tamē absolute est verum omnes antiquos religiosos manibus laborasse. Sic enim scribit de monasterio S. Martini Sulpitius in vita S. Martini c. 7. *Nemo ibi quidquam proprium habebat: omnia in medio conferbantur, non emere, aut vendere, vt plerisque Monachis moris est, quāquam licebat. ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur. Cui tamen operi minor aetas deputabatur: maiores orationi vacabāt.* Hæc ille. Vbi vides solos iuniores laborasse manibus, eosque non ad victum quaerendum (nam nihil eis vendere licebat, sed viuēbant ex bonis quae attulerant) sed ad otium fugiendum. Sed nec primi Monachi sub Apostolis in Hierusalē, aut in Aegypto operabantur manibus, vt patet Actor. 3. & 4. & ex libro Philonis de vita cōtēplatiua.

CAPVT XLIII.
Licet esse Monachis viuere ex bonis patri-
monialibus in communi.

DE secundo modo viuendi, nulla potest esse dubitatio: nam in primis talis fuit vita primorum religiosorum sub Apostolis c. 4. Aēt. vnusquisque enim adferebat pretia suarum rerum Apostolis, & inde diuidebatur cuique, sicut cuique opus erat. Deinde talis etiam fuit vsus antiquorum monasteriorum, vt recipere, si quid in commune dare volabant, qui Monachi fiebant, vt patet ex Augustino, in epist. 109. ad Sanctimoniales, vbi sic ait: *Quae aliquid habebat in seculo, quando ingressi sunt monasterium, libenter velint illud esse commune.* Item sermone secundo de communi vita Clericorum: *Viuunt, inquit, nobiscum in societate communi, & nemo eos distinguit ab eis, qui aliquid attulerunt.* Et libro de opere Monachorum, c. 25. ideo dicit, diuites non teneri ad opus manuum, quia monasterio sua bona contulerunt.

B. Benedictus, vt in vita S. Placidi legitur: *Bona quae fuerunt Monachorum suorum, non sinebat aliud deriuari, quā ad sua monasteria, vt inde multos Dei seruos alere possent.* B. Bernardus ep. 1. ad Robertum: *Ostenditur, inquit, terra quae cum illo, & pro illo dicitur, data fuisse.*

DENIQUE hinc natae sunt illae leges Iustiniani, in authenticis collat. 1. conf. 5. §. illud quoque, & collat. 9. cōstit. 15. §. Si qua mulier. In quibus statuitur, bona eorum, qui Monachi fiunt, eo ipso ad monasteria, quae illi ingediuntur, pertinere; quanquam hoc tempore multa religiones huic privilegio renunciarunt.

CAPVT XLIV.
Licet esse Monachis viuere ex rebus sponte
oblatis & donatis.

DE tertio modo nulla quaest. esse deberet; nam B. August. in Psal. 103. concione tertia, explicans illud: *Cedri Libani, quas plantauit, illic passerēs nidificabunt*, dicit cedros esse homines potentes, & diuites; passerēs autem esse religiosos pauperes. nidificare verò passerēs in cedris, significare, quod religioso rum monasteria à diuitibus huius seculi eriguntur, & sustentantur. *Cedri Libani*, inquit: *nobiles & diuites, excelsi huius seculi, quādo cum timore audiunt, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, attendunt res suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, & prebent illas seruis Dei, dant hortos, aedificant Ecclesias, monasteria, colligunt passerēs, vt in cedris Libani nidificent.* Hieronymus in epist. 27. ad Eustochium de obitu Paulae, laudat sanctam Paulam, quod ex rebus suis quatuor monasteria aedificasset, & sustentasset, vnum Monachorum, & tria sacrarum virginum. Gregorius Papa, vt lib. 1. c. 7. & 6. vitae eius scribit Ioannes Diaconus, ex patrimonio suo septem monasteria crexit, & singulis praedia, & possessiones attribuit, sex in Sicilia, vnum Romae. Similia exempla Caroli Magni, Caroli IV. Henrici II. & aliorum optimorum Principum, plurima adferri possent.

CAPVT XLV.
Licet esse Monachis ex mendicatione viuere.

DE quarto precipua est difficultas. Oppugnantur enim acerrime ordines mendicantium. Primo, Gulielmus de sancto amore apud Antoninum parte 4. tit. 11. c. 7. §. 5. summæ Theologicae. Secundo, Desiderius Longobardus apud B. Thomam in opusculo 19. Tertio, Giraldus de Abbatis villa apud Bonauer. initio Apologiae pauperum. Quarto, Ioannes VViclef apud VValdensem libro 4. art. 2. doctrinalis fidei. Quinto, Richardus Episcopus Armachanus serm. 4. Vltimo, Lutherus articulo vltimo, & Brentius in Confessione VVittemberg. cap. de votis monasticis, qui omnes docent, esse extra statum salutis eos, qui redigunt seipso sponte ad mendicantem, tum quod exponunt se euidenter periculo moriendi fame, tum quod non liceat eos, nisi

A fortē agrotent, eleemosynas petere, quae debentur solum iis, qui seipso iuuare nequeunt, tum denique quod lex diuina & humana reprehēdat, & prohibeat voluntariam mendicantem.

AT nihilominus vitam religiosorum mendicantium tāquam sanctam, & perfectam approbarunt multi summi Pontifices, vt Innocentius 11. teste Bonaventura, Honorius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Alexander IV. & Nicolaus IV. vt refert Ioannes XXII. in extrauaganti, Quia quorundam, de verborum significatione, necnon Concilio Lugdunensē generale, vt refert Nicolaus IV. c. exiit, de verborum significatione in 6. & Constantiensē sess. 8.

RECE autem fuisse hanc vitam approbatam, ostendimus sequētibz rationibus. Primo, exemplo Domini; nam Dominus non habuit possessiones, neque proprias, neque communes, vt patet ex illo Lucae 9. *Vulpes foveas habēt, & volucres caeli nidos, Filius autem hominis nō habet, vbi caput suum reclinet.* Et quod nō operaretur manibus, sed ex eleemosynis fidelium vixerit, patet ex illo Lucae 6. *Mulieres aliquae ministrabant ei de facultatibus suis.* Item ex tota eius vita, siquidem natus est in domo aliena, in domibus & ex rebus alienis; nunc enim prandeat apud Marthā, nunc apud Simonem leprosum, nunc apud Zachaeum, nunc in domo Petri, nunc in domo Matthaei. equitavit in iumento alieno, fecit vltimum cenā in domo aliena; sepultus est in sepulchro alieno. Vnde Psal. 39. dicit: *Ego autem mendicus sum & pauper.* Et Psal. 108. *Quia persecutus est hominem in opem & medicum.* Quibus in locis est vox *מְדִינָה* ebion, quae habetur etiā Deuter. 17. vbi dicitur, *Non erit in te mendicus.* Quem locum pro se adferunt, qui dicunt, illicitā esse mendicantem, & certū est vtrumque Psalmum de Christo intelligi; nam priorē allegat Paulus ad Hebraeos 9. de Christo: *In capite libri scriptum est de me, & c.* Et posteriorē allegat Petrus Aēt. 1. *Scriptum est enim in libro Psalmorum, Episcopus iam tuus accipiat alter, & c.* Itē 2. Cor. 8. *Propter vos egenus factus est, cum esset diues.* Græcē, *ἦν ἄριστος*, significat enim *ἰατρίων*, medicare, vnde apud Homerum odyf. 17. *ἄριστος ἰατρίων*, prandium mendicare.

AD hoc respondent Armachanus, Christū fuisse pauperem, sed non mendicem, & pauperem nō amore paupertatis, sed quia restrictio dominij ei id exigebat. Dicit enim Christum successisse Adamo in dominio originali, cui repugnabat tam habere proprium, quā mendicare. Adamus enim in statu innocentiae fuit dominus omnium bonorum terrenorum, sed ita tamen, vt nō posset accipere in vsum suū, nisi necessaria, nec sibi aliquid appropriare; diuisio enim nata est post peccatum. Itaque in statu innocentiae nō fuissent propriae diuitiae, nec tamen fuissent vlli egeni, vel mendici.

QUONIAM ergo Christus natus est cum iustitia originali, habuit etiam tale dominium quale Adam, & ideo repugnabat illi habere proprium, & simul repugnabat mendicare, cum omnia essent sua, quātum ad vsum, tamen fuit restrictum dominium eius, quia debuit esse sub lege, & sic fuit pauper, quia non potuit vti suo naturali dominio, & obstante lege ciuili.

HAE c omnia sunt cōtra apertas Scripturas, & primū, quod Christus verē fuerit mendicus, & caruerit non solum vsu, sed etiā dominio temporali rerum terrenarum, patet, quia dominium illud originale in bona communia, perit per diuisionem rerum iustē introductam. Nec Dominus accepit dominium politicum more humano, licet dominium diuinum semper habuerit. Itaque fuit verē mendicus, vt ex Psalmis, & ex Apostolo ostendimus. Fuit etiam verē Dominus, saltem in communi cum suis discipulis, eorum bonorum, quae illi, vt mendico donabantur. Quod enim Christus accepit dominium ciuile, & proprietatē, saltem in communi cum Apostolis,

earum pecuniarum, quae sibi donabantur, patet ex Ioan. 12. ubi dicitur Iudas fur, quia usurpabat sibi pecunias loculorum Christi. At si Christus non habebat proprietatem, nec dominium civile, non erat furtum illud Iudae; nam per solum dominium naturale non magis pertinebant ad Christum illa pecunia, quam aliae res omnes.

DENIQUE, quod Christus amore paupertatis, & non ex restrictione dominij, fuerit mendicus, planum est; nam quis illum coegit fieri sub lege? nonne sponte id ipse elegit: quod certe poterat non eligere, si odisset paupertatem. Praeterea etiam existes sub lege, nonne poterat facile discere si voluisset nonne turba illum Regem facere voluerunt: cur ergo non habuit, ubi caput reclinaret, & sponte non habuit, si non amabat paupertatem? denique cur Paulus 2. Cor. 8. vocat istam gratiam Domini, si non ex amore, sed ex necessitate fuit egenus?

Dicit secundum Armachanus, si Christus mendicasset, non propterea licere nobis mendicare. Eset enim hoc ponendum inter opera admiranda, non imitanda, sicut quod ieiunauerit XL. diebus sine villo cibo. At mendicare, sine villo miraculo fieri potest, ut experientia docet: ieiunare autem sine omni cibo, non potest sine miraculo. Ad haec non consuluit Christus, ut se imitaremur mendicando, cum ait Matth. 19. Si vis perfectus esse, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & sequere me.

Secundo probatur, exemplo Apostolorum, nam illi omnia dimiserunt, Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia. Nec habuerunt possessiones in communi, ut patet Matth. 10. Nolite possidere aurum, neque argentum in zona, nec duas tunicas, &c. Nec operabantur manibus, sed vivebant ex liberalitate eorum quibus praedicabant, ut patet ex eodem c. 10. Matthaei, & 1. Cor. 9. Talis autem est vita mendicantium. Vnde sanctus Franciscus, qui cum sancto Dominico primus auctor fuit huius instituti, pro regula suscepit decimum caput Matthaei.

Ad hoc respondent. Primum, vitam illam Apostolorum fuisse a Christo institutam ad tempus tantum, nimirum dum in Iudaea praedicabat ante suam passionem. nam Lucae 22. Dominus reuocavit ista praeccepta, dicens: Quando misit vos sine sacculo, & pera, & calcamentis, nunquid aliquid defuit vobis? sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram. Vnde, & loculos cum pecuniis habuit extremo tempore, ut patet Ioannis 12. & 13. ex quo apparet, iam tunc abrogasse quae dixerat Matthaei 10. Nolite possidere aurum, &c.

Secundo obiiciunt, hoc fuisse praecceptum, non consilium Evangelicum, proinde non pertinere ad mendicantes, qui se dicunt consilia sequi.

Tertio, Apostoli ex Domini ordinatione, ex iustitia petebant a populo victum, ut patet ex illo Matth. 10. Dignus est operarius mercede sua. Et ex 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendiis unquam non mendicabat. At nostri mendicantes non petunt, nec petere possunt victum ex iustitia.

Ad primum respondeo, siue ad tempus, siue non ad tempus vitam illam Christus instituerit, inde rectissime colligi, esse licitam, & sanctam, & imitatione dignissimam eam vitam, nisi forte Christus ad tempus vitam illicitam instituerit. Praeterea non est verum, Christum reuocasse unquam illam institutionem, quoad modum viuendi: reuocavit quidem id quod dixerat: In vram Gentium ne abierritis. At illa documenta de non possidendis pecuniis in zona, &c. nunquam reuocavit, ut patet ex 1. Cor. 9.

Quando autem ait Lucae 22. Nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, &c. non iubet, ut hoc faciant, sed praedicat illis, tempore passionis suae futuros eos in tali timore, & perturbatione, in quali sunt ij, qui non fidunt vlli amico, & ideo sibi ipsi prospiciunt, & tunicam vendunt, ut gladium emant.

Nempe oculi Domini repugnant illis verbis: No-

lite possidere aurum, &c. Nam, ut Nicolaus exponit in c. exiit, de verborum significatione, in sexto, Dominus vtraque vitam exemplo suo approbare voluit, nimirum illam quae nihil habet, neque in particulari, neque in communi, excepto simplici vfu rerum donatarum: & rursum illam quae aliquid habet, saltem in communi; sed vnam destituendo, non destruxit alteram.

Ad secundum dico, illa verba non esse praeccepta, sed consilia, & instructionem ex parte Apostolorum, & aliorum praedicatorum, & simul esse ordinationem, & praecceptum, ex parte populorum, ut patet ex declaratione Pauli 1. Corinth. 9. ubi dicit, Dominum ordinasse, ut qui Euangelium annunciat, de Euangelio viuatur, ex quo colligit, teneri populum ad alendos Euangelistas, & simul dicit, se non vsum fuisse hac potestate, ex quo patet, non fuisse praecceptum praedicatoribus, ut viuerent ex populi sumptibus.

Ad tertium dico, Apostolos ex Domini ordinatione potuisse aliquando ex iustitia petere a populo sumptus, aliquando ex aequitate, aliquando ex sola charitate. Pro quo nota ex Aristot. lib. 8. Ethic. c. 13. duplicem esse iustitiam, vnam legitimam, alteram moralem. Legitima dicitur, quando ex lege, aut pacto vnus cogitur alteri aliquid soluere. Moralis dicitur, quando sine pacto, aut lege vnus laborat pro alio, ita ut confugiat obligatio: quaedam copensandi laboris, sed tamen non possit eum copellere ad eiusmodi copensationem. iam Dominus ordinavit eos, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.

Hac ordinatio respectu fidelis populi & ordinariorum pastorum, est praecceptum iustitiae in rigore. quando enim constituitur aliquis pastor, potest populum eum cogere ad spiritualia ministranda, & Pastor potest cogere populum ad temporalia danda, & hoc modo poterat Apostoli tamquam Episcopi cogere Christianos ad sumptus faciendos, At respectu populi infidelis, vel pastoris non ordinarij, illa ordinatio non inducit rigorem iustitiae, sed quandam aequitatem, seu moralem iustitiam, & hoc modo Apostoli quando praedicabant Iudaeis ipso Christo viuente, non poterant cogere populum ad sumptus faciendos, nam nec populus susceperat Euangelium, & Apostoli nondum erant Pastores ordinarij, nam adhuc tenebantur Iudaei agnoscere Sacerdotes Aaronicos, & eis decimas soluere, itaque Apostoli accipiebant sumptus ex morali iustitia, vel petebant ex charitate.

Iam religiosi mendicantes, qui mittuntur a summo Pontifice ad praedicandum, & Sacramenta ministranda, poterant facere pactum cum ipso Pontifice, vel cum populo de sumptibus accipiendis, & tunc ex rigore iustitiae illos petiissent: poterant etiam mitti a Pontifice eo modo quo Christus misit Apostolos ad Iudaeos, antequam lex vetus cessasset, nimirum ut ex quadam aequitate peterent sumptus. nam dignus est operarius mercede sua, & qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere debent, non enim Christus dixit, qui est ordinarius Euangelista, dignus est mercede sua, sed dignus est operarius, id est, qui cuique id operatur licite, dignus est mercede sua. & haec fuit expressa sententia Augustini de opere Monachorum, capite vicesimo primo, vsum tamem est melius tam Pontifici mittenti, quam ipsi qui mittuntur, ut non peterent villo modo ex iustitia, vel aequitate, sed solum ex charitate, sicut ipsi non ex debito, sed ex charitate ministrant spiritualia.

Tertio & vltimo probatur ex euentu, nam hoc genus vitae innumeris signis, & prodigijs confirmatum est, quae Deus edidit per Sanctos Franciscum, & Dominicum auctores huius vitae, deinde ab eo tempore, conuersio gentilium, confutatio haereticorum, pietas populi Christiani, conseruatio Theologiae, & innumera alia bona ordinibus mendicantium maxima ex parte accepta referenda sunt.

Ad hoc respondent. Primum, vitam illam Apostolorum fuisse a Christo institutam ad tempus tantum, nimirum dum in Iudaea praedicabat ante suam passionem. nam Lucae 22. Dominus reuocavit ista praeccepta, dicens: Quando misit vos sine sacculo, & pera, & calcamentis, nunquid aliquid defuit vobis? sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram. Vnde, & loculos cum pecuniis habuit extremo tempore, ut patet Ioannis 12. & 13. ex quo apparet, iam tunc abrogasse quae dixerat Matthaei 10. Nolite possidere aurum, &c.

Secundo obiiciunt, hoc fuisse praecceptum, non consilium Evangelicum, proinde non pertinere ad mendicantes, qui se dicunt consilia sequi.

Tertio, Apostoli ex Domini ordinatione, ex iustitia petebant a populo victum, ut patet ex illo Matth. 10. Dignus est operarius mercede sua. Et ex 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendiis unquam non mendicabat. At nostri mendicantes non petunt, nec petere possunt victum ex iustitia.

Ad primum respondeo, siue ad tempus, siue non ad tempus vitam illam Christus instituerit, inde rectissime colligi, esse licitam, & sanctam, & imitatione dignissimam eam vitam, nisi forte Christus ad tempus vitam illicitam instituerit. Praeterea non est verum, Christum reuocasse unquam illam institutionem, quoad modum viuendi: reuocavit quidem id quod dixerat: In vram Gentium ne abierritis. At illa documenta de non possidendis pecuniis in zona, &c. nunquam reuocavit, ut patet ex 1. Cor. 9.

Quando autem ait Lucae 22. Nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, &c. non iubet, ut hoc faciant, sed praedicat illis, tempore passionis suae futuros eos in tali timore, & perturbatione, in quali sunt ij, qui non fidunt vlli amico, & ideo sibi ipsi prospiciunt, & tunicam vendunt, ut gladium emant.

Nempe oculi Domini repugnant illis verbis: No-

CAPVT XLVI. Soluuntur obiectiones.

In contrarium obiiciuntur plurima argumenta, sed omnia reducuntur ad sex. Primum est, quia mendicitas iure diuino, & humano prohibita est; nam de iure diuino patet Deut. 15. Omnino indigens, & mendicis non erit inter vos. De humano patet ex C. de mendicantibus validis, lib. 2. tit. 2. l. vnica.

Respondet, quantum ad legem diuinam, sine dubio non prohiberi ea lege mendicationem, vel mendicitatem, cum in eodem capite habeatur: Non deerunt pauperes in terra tua, &c. Nec valet responsio Lyrani, qui dicit in prioribus verbis prohiberi publicos medicantes, in posterioribus vero agi de pauperibus, qui etsi indigent aliorum auxilio, tamen non debent mendicare, sed debet eis a diuitibus prouideri. Non valet ista solutio; nam vtroque est ebrion, quod proprie significat mendicum, & ad verbum veri poterat, non deerunt mendici in terra tua, sicut supra dixerat: Mendicis non erit inter vos. Et praeterea apud Iudaeos multi erant mendici, ut patet Lucae 16. de Lazaro, Lucae 18. de caeco secus viam mendicante, Ioan. 9. de alio caeco mendicante, Act. 3. de claudo mendicante ad portam templi pretiosam.

Ad illa igitur verba, Non erit mendicis inter vos, respondeo dupliciter. Primum, illis verbis non prohiberi mendicitatem, sed promitti tantam vbertatem rerum, ut nullus sit futurus mendicis, qui sensus maxime conuenit Hebraeo textui, sequitur enim immediate: Ut benedicat tibi Dominus Deus tuus. Neque repugnat haec promissio illis verbis. Non derit mendicis in terra tua, &c. Nam promissio erat conditionata. Sic enim sequitur post illam promissionem: Si tamem audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa, quae iussit. Et quoniam sciebat Deus istam conditionem non seruandam, praedicit, nunquam defuturos mendicos, & monet, ut illis beneficiant.

Secundo dici potest cum B. Thoma in opusculo contra impugnantes religionem, hac lege prohiberi mendicationem, non ex parte mendicantium, sed ex parte diuitum. Non enim Deus prohibet pauperibus mendicationem, cum infra dicat, non deerunt mendici, sed praecipit diuitibus, ut quantum est in se, prouideant ita pauperum necessitatibus, ut nulli cogantur mendicare. Melior est tamen prior solutio. nam si dominus iussisset diuitibus, ut non paterentur mendicos, peccassent diuites in populo Iudaeorum, qui reuera permittebant medicos tempore Christi, & tamen nunquam de hoc reprehensi leguntur a Christo, neque ab Apostolis.

Praeterea, si Dominus ibi prohibuit diuitibus, ne permitterent mendicos, quomodo ibidem praecipit diuitibus, ut mendicis eleemosynam faciant? Porro lex civilis loquitur de illis, qui mendicant ut otiose viuant, vel ut lucrentur, &c. cum nullam adferat populo vtilitatem, vnde ibidem inertes dicuntur.

Argumentum secundum. Scriptura passim detestatur mendicitatem, ut causam multorum malorum, Prouerb. 30. dixit ille, cum quo est Deus: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & perirem nomen Dei mei. Ecclesiast. 17. Propter inopiam multi deliquerunt. Psal. 36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Psal. 108. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent.

Respondet, loquentur haec loca de inuoluntaria mendicitate, qui enim mendicat coactus, & animum habet ad opes, ille facile furatur, & peierat, &c. Quamquam ad primum locum possunt dari duae aliae solutiones. Prima est, sapienter loqui in persona infirmorum, quales sunt plurimi in Ecclesia. Illis enim nocent nimiae opes, & similiter nimia egestas. Viris autem perfectis, qui sciunt

cum Paulo abundare, & penuriam pati, tam opes plurimas, quam etiam summa egestas sunt instrumenta virtutum, ut patet de Iob, qui vtrumque expertus est. Vnde Chrysostomus hom. 18. in epistol. ad Heb. & Ambrosius ferm. 8. in Psal. 118. dicunt, haec verba Salomonis conuenire hominibus Testameti veteris, quia imperfecti erant.

Secunda solutio est, a sapiente hoc loco recusari non quamlibet mendicitatem, sed illam solum, quae est exposita periculo, qualis non est religiosorum mendicantium: illi enim certo sciunt sibi non defutura necessaria, tum ob Christi promissionem, Matth. 19. Centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit, & Marci 10. Centes tantum nunc in tempore hoc: tum ob populi deuotionem, a quo non dubitat se recepturos temporalia, cum ei ministrant spiritualia. Immo videntur religiosi ad litteram petere, quod sapiens perit. nec enim volunt diuitias, & ideo eas relinquunt, nec tamen volunt mendicitatem periculosam, qua moriantur fame, & ideo dicunt, tribue tantum victui meo necessaria.

Ilud autem Psal. 36. Non vidi iustum, &c. difficile est; nam Elias iustus erat, & tamen querebat panem, cum diceret viduae: Adfer mihi, obsecro, buccellam in manu tua, &c. Reg. 17. & Dauid quassuit panem ab Achimelech. 1. Reg. 21. & Lazarus querebat micam panis, Lucae 16. Hieronymus & Augustinus exponunt de pane spirituali. Caeterum, & Lyranus dicit loqui Psalmum de eo, quod fit ut plurimum. Titelmannus optime dicit debere referri illud derelictum, etiam ad semen querens panem, ut sit sensus, non vidi iustum derelictum, nec; semen eius querens panem derelictum. Vel certe ibi querere, non significat querere quomodocunque, sed querere cum anxietate & labore, ut illi faciunt, qui diu quaerunt, & vix inveniunt. Vnde in Hebraeo est verbum in Piel וַיַּבַּח מֵבַחִים, quod significat querere diligenter.

Argumentum tertium, opes moderatae necessariae sunt, vel saltem valde vtilis ad vitam beatam & perfectam in hac vita ducendam; nam Ecclesiast. 7. dicitur: Melior est sapientia cum diuitiis, & viliior videlicet solum: sicut enim protegit sapientia, sic protegit & pecunia. Act. 20. Beatus est dare, quam accipere. Et Arist. lib. 1. Ethic. c. 8. dicit opes esse necessariae ad felicitatem.

Respondet, opes & egestate habere sua commoda & incommoda; nam opes profunt, quia materia praebet liberalitatis, & quia liberant a sollicitudine querendi victum, tamen obfunt quatenus adferunt magnam sollicitudinem eas conseruandi, dispensandi, &c. Contra paupertas prodest, quatenus praebet materiam patientiae & liberat a sollicitudine conseruandi, & distribuendi pecunias: sed obest, quatenus affert sollicitudinem querendi victum. Verum omnibus consideratis, videtur esse maius bonum, quod adfert voluntaria paupertas, quam id, quod adferunt diuitiae; & minus malum, quod adfertur comitatur, quam id, quod comitatur diuitias, & praesertim iis qui ex officio euangelizare, & Sacramenta ministrare debent. Et propterea Dominus Apostolis eiusmodi vitam consuluist, Matth. 10. & ipsi etiam Apostoli Act. 6. testantur, se non parum impediri a verbo Dei, & oratione, si opes Christianorum dispensare debeant.

Ad illud autem Ecclesiastae respondeo, non voluisse eum dicere, meliorem esse sapientiam cum diuitiis, quam sine diuitiis, sed meliorem esse sapientiam cum diuitiis, quam sine sapientia diuitias. Ita Titelmannus, & recte; nam in Hebraeo non habetur, melior, sed bona est sapientia cum diuitiis: quod non potest dici, quia sic mala sine diuitiis, sed quia sine ipsa mala sunt diuitiae; & hoc probat, cum ait: Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Sed in hoc differunt, quod sapientia vitam tribuit possessori suo, quod etiam pecunia potest in hoc mundo a multis afflictionibus: tamen sola sapientia vitam praebet, & ideo sine sapientia parum aut nihil profunt diuitiae.

Ad illud Act. 20. dico ceteris parib⁹, beatus esse dare omnia sua simul propter Christum, & accipere postea aliquid modicum, quam parum dare, & nihil accipere; & similiter beatus esse accipere temporalia, ut possis expedire, & commodè dare spiritualia, quam nihil accipiendo impediri à spiritualibus dandis.

Ad locum Aristotelis respondeo. Primum, loqui eum de humana felicitate, quæ multis rebus indiget: nam felicitas Christiana, nec ipsa in se eget vllis terrenis opibus, cum tota in Dei visione cõsistat, nec ad eam adipiscendam valde necessariae sunt opes, cum melius humilitate, & patientia, quam opibus ad regnum perueniatur æternum. Deinde addo, loqui Aristotelem de homine politico, qui in ciuitate viuat, & vxorem ac liberos habere, & Reipublicam vna cum aliis gerere velit. Eiusmodi autem hominibus negari non potest, quin opes necessariae sint. Si quis autem velit sibi soli viuere, & contemplationi vacare, huic certè Aristoteles opes necessariae esse minime indicabit, modò is habeat, vnde viuat sine dispendio contemplationis.

ARGVMENTVM quartum. Redigere se ad extremam inopiam est vitium; nam virtus consistit in medio, vitia in extremis, sed dare aliquid est medium, nihil dare est extremum. Præterea confirmatur ex Paulo secundæ ad Corinthios octauo: *si voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.*

RESPONDEO, medium in virtutibus, excepta iustitia, non considerari penes ipsas res absolutè, sed cum ordine ad rationem, & omnes circumstantias. Verbi gratia, non est medium in temperantia, comedere vnum panem, & extrema comedere duos, aut nullum; sed medium est tantum panis accipere, quantum ratio dicitur tibi hoc tempore conuenire; vnde quod tibi est medium, alteri extremum. Sic ergo dare omnia, extremum est, & vitiosum homini patri familias, qui ex officio alere debet, vxorem, filios, seruos, &c. At ei, qui statuit mundo renunciare, & soli orationi & prædicationi instare, planè medium est omnia dare: & extrema erunt dare aliquid solum, & nihil dare: & per hoc soluitur confirmatio; nam Paulus alloquitur homines seculares vxoratos, &c.

DICERE, dare omnia, vel est medium ei, qui vult mundo renunciare ante votum; vel solum post votum: si ante votum, ergo peccabit ille, si non det omnia, etiam si nullum habeat votum paupertatis; nam medio virtutis opponuntur extrema vitiorum: si solum post votum, ergo mendicitas non potest voueri, nam nihil rectè vouetur, nisi quod ex se iam est virtutis actus.

RESPONDEO, consilia Euangelica ante votum, non esse actus specialium virtutum, sed esse actus perfectos virtutum communium, ut liberalitatis, castitatis, obedientiæ. Porro actibus perfectis non opponuntur actus vitiosi, sed actus minus perfecti; & medium actus perfecti, non habet extrema vitiosa, sed extrema minus perfecta; at post votum iidem actus iam sunt actus necessarij specialium virtutum, quibus opponuntur vera vitia specialia.

ARGVMENTVM quintum. Qui se sponte redigit ad mendicitatem, exponit se periculo fame moriendi, tentatque Deum, cum sibi ipse auferat media ordinaria ad vitam conseruandam, nec potest dicere, *panem nostrum quotidianam da nobis hodie.* nam ei respõderet Dominus, quid à me petis panem, cum tibi dederim antea, & tu illum abieceris?

RESPONDEO, ille diceretur exponere se tali periculo, qui omnia sua daret, quando probabiliter sciret, nihil se postea inuerturum: at religiosi certam spem in Deo ponunt sibi nihil defuturum, quandoquidem Christus id promisit, & experiètia longa idem testatur. Neque tentant Deum: nam medium ordinarium ad vitam est cibus &

Apotus, siue sit proprius, siue donatus ab alio: ille ergo reicit media ordinaria, qui aut non vult comedere, aut non vult panem accipere, nisi per miraculum, ut illis accidit, de quibus Cassian. collatione secunda, c. sexto. Nec prohibentur dicere, *panem nostrum*, &c. Immo ipsi maxime hoc dicere possunt, quandoquidem sibi nihil retinuerunt, ut Christum sequerentur. Si enim dicat aliquis Rex ciui opulento, relinque hinc tuas possessiones, & veni mecum ad bellum: certè ille iure poterit à Rege petere panem quotidianum.

ARGVMENTVM sextum. Religiosi mendicantes, iniuriam faciunt veris pauperibus, nam Lucae 14. dicitur: *Cum facis prandium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, qui non habent retribuere tibi, & beatus eris. Hoc loco, inquit, Armacanus, Dominus non iubet vocari pauperes quoscunque, sed pauperes debiles, claudos, vel cæcos, neque etiam debiles quoscunque, sed debiles pauperes: nam pauperes non debiles, possunt retribuere laborando: debiles non pauperes, possunt retribuere pecuniis danda.* Præterea, ordo charitatis postulat, ut semper detur eleemosyna magis egenti: magis autè egent pauperes debiles, quam fortes, quales sunt religiosi: non igitur licet religiosi eleemosynas petere, nisi fortè ægrotent.

RESPONDEO, si argumentum aliquid concluderet, nõ soli religiosi mendicantes, sed etiam omnes Clerici & Monachi, qui ex possessionibus viuunt, & non sunt debiles, claudi, vel cæci, peccarent, nõ possessiones donatè monasteriis, & Ecclesiis, quid sunt aliud quàm eleemosynæ: ridiculum autem est, non fraudari pauperes à Clericis & monachis, qui accipiunt in eleemosynam reditus multorum millium aureorum, & fraudari à mendicantibus qui accipiunt vnum panem.

Ad locum ergo Euangelij dico, Dominum velle vocari pauperes, siue sint debiles, siue non: legendum est enim cum distinctione, voca pauperes, debiles, &c. nam Apostulus Acto. 24. dicit, se attulisse eleemosynam pauperibus Christianis, qui erant in Hierusalem, quos certè est non fuisse omnes cæcos, vel claudos. Et cum Dominus ait: *Voca eos qui non habent retribuere tibi*, non intelligit eos, qui nullo modo possunt retribuere. Tales enim nulliferè sunt: nam etiam pauperes claudi possunt retribuere aliquod obsequiũ, sed intelligit eos, qui non possunt reuinitare ad simile conuiuium, vel commodè aliquid aliud donare, & proinde à quibus nihil sperari solet. Sic enim ait: *Noli, inquit, vocare amicos & ricos diuites, ne forte ipsi te reuinent, & fiat tibi retributio.*

PORRO, pauperes omnes, etiam qui validi sunt, & suis laboribus victum quaerunt, tales sunt, ut non possint retribuere; nam cum vix sufficiant sibi, quomodo poterunt conuiuio diuites excipere, aut eis munera largiri?

Ad illam rationem dico ceteris paribus, dandam esse eleemosynam semper magis indigenti, alioqui magis dàda est propinquiori, & meliori, & cui debetur ex iustitia, &c. Porro, tribus de causis potest fieri, ut sit dàda eleemosyna potius religioso minùs indigenti, quam nõ religioso magis indigenti. ex Hieronymo in fine libri contra Vigilantium.

PRI M O, si is dederit verè omnia sua pauperibus: debetur enim illi victus ex bonis pauperum, non solum ex charitate, sed etiam aliquo modo ex iustitia.

SE C V N D O, si labore pro populo concionando, sacra faciendo, &c. nam & huic debetur aliquo modo ex iustitia, licet is non petat, nisi ex charitate.

TE R T I O, ratione perfectionis monasticæ, nam dàda est semper eleemosyna potius meliori, quia verò nõ possumus iudicare de internis, dàda est potius proficenti maiore sanctitatè, quam proficenti minore, quando non cõstat de mala vita religiosi. Excipitur tamen semper extrema necessitas cuiuscunque pauperis; illa enim semper præponitur minori necessitati.

LIBER TERTIVS DE LAICIS, SIVE SECVLARIBVS. CAPVT PRIMVM.

Ordo totius disputationis.

DISSERVIMVS de duobus membris Ecclesiæ, id est, Clericis, & Monachis; superest vt dicamus de tertio, id est, de Laicis, siue secularibus, & simul de membris ab Ecclesia præcis, id est, de hæreticis, quæ omnia ad disputationem de Magistratu politico reuocari possunt.

TO T A hæc Disputatio sex quæstionibus continetur. Primum enim, de ipsa politica potestate agendum est. Deinde, de officio eius in rebus politicis. Tertio, de officio eius in causa religionis.

DE primo sunt quæstiones duæ. Prima; An ista potestas sit res bona, & proinde Christianis licita. Secunda; An per peccatum amitatur.

DE secundo sunt duæ quæstiones. Prima, de officio Magistratus in conseruanda Republica ab improbitate ciuium per leges & iudicia, tam ciuilia, quam criminalia, id est: An liceat Christianis leges condere, iudicia exercere, & gladio ferire noxios, qui sunt actus proprii Magistratus. Secunda, de officio Magistratus in protegenda Repub. ab hostibus externis, id est: An liceat Christianis bella gerere, & huic addemus quasi corollarium propter Lutherum: An liceat bellare contra Turcas.

DE tertio sunt alie duæ quæstiones. Prima. An ad Magistratum pertineat cura religionis: An verò permittere possit, vt quisque credat, vt voluerit. Secunda: An Magistratus debeat hæreticos ab Ecclesia iudicatos, & damnatos punire, tam in libris eorum, quam in facultatibus, & in personis, etiam vsque ad mortem.

CAPVT II.

Proponitur prima quæstio: An politica potestas sit bona, & Christianis licita.

EST vna ex præcipuis hæresibus Anabaptistarum, & Trinitariorum huius temporis: Non licere Christianis gerere Magistratus, nec debere esse vllò modo inter Christianos prætoria, tribunalia, iudicia, ius gladij, &c. Ministri, qui in Transyluania, Trinitatem, & Incarnationem, & paruulorum Baptismum oppugnant: ediderunt anno M. D. LVII. I. Alba Iulie Antitheses Christi veri & falsi: quarum VII. est Christum falsum habere in sua Ecclesia Reges, Principes, Magistratus, gladios: Christum verum nihil tale in sua Ecclesia pati posse.

ARGVMENTA eorum hæc sunt, vel certè esse possunt. Primum, ex scriptura Matth. 17. *Reges Gentium à quibus accipiunt tributa, &c. ergo liberi sunt filij.* Et Lucae 22. *Reges Gentium dominantur eorum, non sic erit inter vos.* Rom. 13. *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.* 1. Cor. 7. *Preio empti estis, nolite fieri serui hominum.* 2. Corinth. 8. *Vnus Dominus.* Ephes. 4. *Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma, vnus Deus.*

SE C V N D V M, ab exemplis: nam plerique Principum abutuntur potentia, & non solum non profunt, sed etiam obsunt Reipub. vt patet in ipso initio mundi de Caïn Genes. 4. de filiis Principum Gen. 6. qui accipientes varias vxores, corrupti sunt omni scelere, & eorum causa postea venit diluuium. Item de Nemrod, Pharaone, Nabuchodonosor, & de Saül, Roboam, Hieroboam, & cæteris: nam post diuisionem regni, ex Regibus Israël nullus fuit bonus.

TE R T I V M à fine: nam Magistratus permixtus fuit Iudæis, propter imperfectionem temporis. erant enim pueri Iudæi, & ideò regi debebant ab alio, vt patet Galat. quarto: at nos viri sumus perfecti, & vnctio docet nos de omnibus.

QU A R T V M, ab efficiente: nam ista potestas non est à Deo introducta, sed ab hominibus tyrannicè usurpata: quis enim fecit Nemrod Regem? quis Nabuchodonosor? quis Ninus? quis Alexander? quis Iulium Cæsarem? quis alios? hinc laudatur ille pirata, qui respondit Alexandro, ego quia cum paruo ligno discuro, pirata dicor: tu quia cum magna classe orbem terrarum spolijs, Imperator diceris. Aug. lib. 4. de ciuit. Dei, c. 4. ex Mar. Tul. lib. 3. de Repub.

QU I N T V M, ab origine: nam Deus creauit hominem liberum, & per peccatum introducta est subiectio: ergo cum à peccato per Christum liberati sumus, etiam à subiectione esse debemus. Antecedens patet: nam Genes. 1. non dicitur: Dominamini hominibus, sed: *Dominamini piscibus maris, &c.* Item mulier nunc non subicitur viro, nisi politica subiectione, & tamen hæc subiectio per peccatum introducta est, vt patet Gen. 3. *Sub viro potestate eris*, & præterea ante diluuium primus, qui condidit ciuitatem, & inchoauit regnum politicum, fuit Caïn, vt ex Gen. 4. deducit Augustinus lib. 15. de ciu. Dei, cap. 1. post diluuium primus fuit Nemrod. Genes. 10.

DE N I Q V E id clarè docent Patres. Augustinus lib. 19. de ciuit. Dei, cap. 15. *Rationalem factum ad imaginem suam, noluit Deus nisi irrationabilibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori: inde primi iusti pastores magis pecorum, quam Reges hominum constituti sunt, vt hinc etiam insinuat Deus, quid ordo postularat creaturarum, & quid meritum exigeret peccatorum.*

GR E G O R. lib. 21. moral. cap. 11. *Omnes homines natura æquales genuit, sed variante meritorum ordine, alios aliis dispensatio occulta postponit, ipsa autem diuersitas, quæ accessit ex vitio, rectè est diuini iudicij ordinata, vt quia omnis homo iter vita non æquè graditur, alter regatur ab altero, similia habet in pastoral. part. 2. c. 6.*

HA N C hæresim non solum Catholicis omnes excrantur, ac præcipuè B. Thom. in opusc. 20. & omnes Philosophi, sed etiam Philippus Melancthon in locis, cap. de ciuili Magistratu, & Ioannes Caluinus lib. 4. institut. cap. 20. acerrimè, & fustissimè oppugnant, & Lutherus ipse in vlt. Saxonica, et si ab ipsius verbis in Babylonica Captiuitate c. de Baptismo, occasionem sumpserunt Anabaptistæ.

NO S eam quinque argumentis refellimus; nam tot etiam sunt aduersariorũ fundamenta. Primum, ex Scripturis. Secundò, ex exèplis Sanctorũ. Tertio, ex fine seu necessitate. Quarto ex causa efficiète. Quintò, ex origine.

CAPVT III.

Ex Scripturis asseritur politicus Magistratus.

VA N T V M ad primum, Scriptura Testamenti veteris plena est testimonijs. Exod. 22. Iudices populi à Deo ipso vocantur Dij, sicut etiam Psalm. 81. *Deus stetit in synagoga Decorum, in medio autem Deos diiudicat;* cuius vocabuli rationem explicat Iosaphat, 2. Paralip. 19. vbi dicit iudices non hominum, sed Dei iudicia exercere, id est, loco Dei iudicare. Et simi-

contra naturam, superbiere est ab aequalibus velle timere: quia verò peccatores per peccatum similes fiunt bestis, & degenerant ab ea naturæ integritate, in qua creati fuerant, idè ibidem Gregorius dicit, rectè post peccatum vnum alteri dominari cœpisse, cum terrore minando & puniendo, quod in statu innocentie non fuisset.

CAPVT VIIII.

Principatum siue dominium in impiis esse posse.

Q V O D secundo loco proposuimus, videlicet principatum in impiis esse posse, facile probare poterimus. Ac primò occurrit error Armacani, qui lib. 10. q. Armenicarum, c. 4. docet, titulum præcipuè dominorū esse gratiam Dei, siue iustitiam & charitatem: alios autè titulos omnes in hoc fundari, & qui iustitia & gratia Dei carent, nullum habere verum dominium. Eundem errorem eodem tempore docuit Ioannes VViclef, quem refellit optimè Thomas VValdensis lib. 2. doctrinalis fidei, cap. 81. & sequentibus, vsque in finem libri, & postmodum errorem eundem asseruit Ioannes Huls, vt patet ex Concilio Constantiensi, sels. 15.

ARGVMENTA eorum erant tria. Primum ex Scriptura Osee 8. *Ipsi regnauerunt, & non ex me. Principes exstiterunt, & non cognoui, argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent.* Vbi Dominus improbat dominia improborum Regum, & dicit, se non dedisse ea illis, & causam reddit, quia idola sibi fecerunt.

SECVDNDVM argumentum ex illo Eccl. 10. *Regnum à Gente in Gentem transfertur propter iniustitias.*

ARGVMENTVM tertium, ex ratione, quia non est dominium, nisi à Deo, Deus autem nullo modo conferret dominia improbis, tum quia hostes eius sunt; tum etiam, quia videretur approbare abusum; abutuntur enim omnes impij sua potestate.

HIC error facile refellitur. Primò, Scripturis. Sap. 6. *A Domino data est potestas vobis, & cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicatis, &c.* Isaiæ 45. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, &c.* Hieremie 27. *Ego dedi, inquit Dominus, omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, &c.* Et Daniel. 2. *Tu es Rex Regum, & Deus cæli dedi regnum tibi, &c.* Et Roman. 3. & 13. Petri 2. Apostoli Petrus & Paulus docent, Regum potestatem, à Deo, & illis obediendum, cum tamen nulli tunc essent Reges, nisi infideles.

SECVDNDÒ, ex Concilio Constantiensi sels. 8. & 15. vbi hunc errorem Ecclesia damnauit.

TERTIÒ, ex Augustino, qui lib. 5. de ciuit. Dei, c. 21. *Quo cum ita sint, inquit, non tribuamus dandi regni atque imperij potestatem, nisi Deo verò, qui dat felicitatem in regno cælorum solis pijs, regnum verò terrenum & pijs & impijs, sicut ei placet, cui nihil iniuste placet.* Et infra. *Qui dedit, inquit, Mario, ipse & Casari, qui Augusto, ipse & Neroni, qui Vespasiano vel patri vel filio suauissimis Imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo: & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse Apostatæ Iuliano.*

QVARTÒ, ratione, nam dominij fundamentum non est gratia, sed natura; homo enim quia factus est ad imaginem Dei, ac proinde mente ac ratione præditus est, idè dominatur rebus inferioribus, vt ex 1. cap. Genes. deduci potest: at natura in infidelibus manet, licet gratia careant, igitur & dominia vera habere possunt.

AD hæc, cum gratia & iustitia sint occultissima, & nemo sciat de se, vel de alio, an sit verè iustus, si gratia esset titulus dominiorum, sequeretur, nullum dominium esse certum, Ex quo nasceretur incredibilis confusio & perturbatio inter homines. Neque argumenta eorum aliquid concludunt.

AD primum dico, illis verbis non improbari à Deo Reges malos, sed improbari, quòd Iudæi voluerint habere Regem, cum Deus esset Rex eorum, nam, vt exponit B. Hieronymus, in hoc cap. 8. explicat. Osee caussas

propter quas populus Israël tradendus erat in captiuitatem, & vnam dicit esse, quia voluerunt habere Regem; alteram, quòd fecerunt sibi idola.

QVOD autem valde peccauerint, volentes Regem habere, perspicuum est ex lib. 1. Reg. cap. 12. vbi post erectum Saulem in Regem, Samuel sic ait ad populum, *State, & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo Dominum, & dabit voces & pluias, & seietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos Regem.*

AD secundum dico, transferri regna de Gente in Gentem propter iniustitiam, quia Deus propter peccata Regum saepe donat victoriam hostibus eorum, sed non propterea eo ipso, quo peccant, ius regni amiserunt.

AD tertium dico, Dei benignitatem decere, vt etiam hostibus suis beneficiat, vt legitur in Euangelio Matth. 5. *Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* neque propterea approbat abusum. Non enim donat regna impijs, vt eis abutantur, sed vel vt beneficentia sua inuitati, conuertantur à peccatis suis, vt beatus Hieronymus exposuit illud Isaiæ 45. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, Ego ante te ibo, & gloriosos terra humiliabo, portas æreas conteram, & veltres ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos, & arcanas secretorum, vsquias, quia ego Dominus, &c.* vel vt remuneret quædam benefacta eorum, vt B. Augustinus docet lib. 5. de ciuit. Dei, cap. 15. vel denique, quia interdum hoc merentur peccata populorum, vt idem Augustinus docet lib. 5. de ciu. Dei, c. 19. ex illo Iob 34. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Idem tamen Augustinus lib. 19. de ciuit. Dei, c. 21. dicit, apud infideles non posse esse iustitiam, nec iura, nec verum populum, aut Remp. &c. sed vocat veram iustitiam, & vera iura quæ ducunt ad vitam æternam. vide lib. 5. in Iulian. cap. 3.

CAPVT IX.

Proponitur questio de potestate magistratuum.

QVITV TERTIA questio, liceatne Christiano magistratui leges condere, iudicia exercere, & punire improbos. Sunt autem duo errores retellendi. Primus est VValdensium & Anabaptistarum, qui hæc omnia negant. Argumenta verò eorum sunt, quòd legum obligatio tollat Christianam libertatem; iudicia autem prohibeantur. Matth. 5. *Si quis voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium.* Et 1. Cor. 6. *Delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. cur non magis fraudem patimini? quare non magis iniuriam accipitis? Denique, punire gladio interdictum videatur Christianis, Matth. cap. 5. *Dictum est antiquis, oculus pro oculo, dente pro dente, ego autem dico vobis, non resistere malo:* constat autem in legi veteri non fuisse permissum, nisi magistratui, pœnam talionis inferre, ergo hoc ipsum Christus prohibet, qui etiam Matth. 26. ait: *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.**

SECVDVS error Caluini est, qui est lib. 4. instit. c. 20. probat contra Anabaptistas, in Ecclesia debere esse leges ciuiles, iudicia & gladium, tamen lib. 4. instit. c. 10. par. 5. asserit leges ciuiles non obligare in conscientia: quod ante illum docuerat Ioannes Gerson de vita spirituali. lect. 4. & Almain de potestate Ecclesiastica, quæst. 1. cap. 10. Rationes hæc sunt.

PRIMA, quia potestas politica est temporalis, ergo nihil ei cum conscientia. Secunda, quia finis legum ciuiliū est pax externa. Tertia, quia Princeps non iudicat in internis. Quarta, quia Princeps non potest inferre pœnam spirituales, ergo nec ad illam obligare.

QVINTA, quia Princeps non potest absolueret: ergo nec ligare. Sexta, quia bis puniretur idem peccatum, semel hic, semel in alio seculo. Septima, quia Princeps vt plurimum non intendit obligare ad culpam. Octaua,

quia

quia potius debemus præuaricari grauissimam legem ciuilem, quàm leuissimam diuinam, vt illam de non mentiendo officiosè: at ista non obligat, nisi ad venialem culpam, ergo illa ad nihil obligat; nam si obligaret ad peccatum præcipuè mortale, oporteret potius cauere mortale, quàm veniale.

CAPVT X.

Licet Christiano Principi leges condere.

ONTRA hos igitur errores prima hæc erit propositio, *Licet Christiano Principi leges condere.* Probatur: nam in primis proprium est Principis leges condere, iuxta illud Prouerb. 8. *Per me Reges regnāt, & legū cōditores iusta decernunt.* Et Isaiæ 33. *Dominus Rex noster, Dominus Legifer noster.* nam Regis est iubere, & iubendo dirigere. Porro lex est ipsa iustitia & regula; ergo si Christiani esse possunt Principes, certè etiam possunt leges condere; & confirmatur ex Augustino lib. 19. de ciuit. Dei, c. 17. *Ciuitas, inquit, cælestis dum apud peregrinam ciuitatem, velut captiuam vitam suæ peregrinationis agit, iā promissione redemptionis, & dono spirituali, tanquā pignore accepto, legibus terrena ciuitatis, quibus hæc administratur, quæ sustentande mortali vitæ accommodata sunt, obtemperare non dubitat.* Et infra: *Hæc ergo cælestis ciuitas, dum peregrinatur in terra ex omnibus gentibus ciues euocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit societatem, non curans quidquid in moribus, legibus, institutisque diuersum est, quibus terrena vel conquiritur, vel tenetur, nihil eorum rescindens vel destruens, immò etiam seruans, ac sequens.*

SECVDÒ, probatur ex necessitate legum ciuiliū, Christiani ex eo quòd Christiani sunt, non desinunt esse homines, & ciues, & proinde membra Reipub. temporalis, ergo debent habere regulam aliquam actionum suarum humanarum, qua dirigantur in commercijs, & conseruetudine cum alijs hominibus: non sufficit autem lex naturalis, quia solūm principia generalia ostendit, neque ad particularia descendit: non sufficit etiam lex Euangelica, quia illa tractat solūm de rebus diuinis & cælestibus, vt notum est: lex autem diuina politica Testamenti veteris iam cessauit: solūm enim conueniebat vni illi populo Iudæorum & in illo statu: ergo necessaria est alia aliqua regula humana, nimirum arbitrium Principis, aut lex ciuiliū auctoritate Principis constituta. Et quanquam arbitrium Principis aliquo modo sufficere possit, quando Princeps est sapiens, & populū regi exiguus, tamen absolute necesse est, populūm legi legibus, non solo arbitrio Principis, si rectè regi debeat. Quòd interdum sufficiat arbitrium Principis, patet, quia antiquiora sunt regna, quàm leges. Iustinus lib. 1. hist. dicit, olim populos sine vllis legibus, solo Principum arbitrio gubernari solitos: & ex Liuio lib. 3. constat, Rom. Rempub. ad annos CCC. sine legibus gubernatam.

DENIQVE, antiquissimus Legislator vel est Moses, vt Ioseph contendit in 2. lib. contra Apionem, vel certè Pharaoneus, qui CCC. annis Mose fuit antiquior, vt Eusebius in Chron. & Aug. lib. 18. de ciuit. Dei, ca. 3. docent. Atqui ante Pharaoneum constituta sunt regna Assyriorum, Argiuorum, Ægyptiorum, & aliorum. Quòd autem melius sit regi populūm legibus, quàm solo Principis arbitrio, immò quòd sit hoc aliquo modo necessariū, affirmat Aristot. lib. 3. polit. c. 11. Et probatur primò, quia facilius est inuenire vnum, vel duos bonos & sapientes, quàm plurimos. Si Respub. debeat regi arbitrio boni Principis, indigebit infinitis bonis Principibus, quorum vnus alteri succedat, at si gubernetur legibus, sufficit semel fuisse aliquos, vel vnum sapientem, qui legem fecerit.

SECVDÒ, qui leges condunt multi sunt, & diligenter eas examinant: at Princeps est vnus, & sæpe repeñtè iudicare debet.

TERTIÒ, qui leges fecerunt, sine amore & odio iudicant, nam de rebus absentibus iudicant. Princeps

de præsentibus iudicat, vbi locum habent amici, propinqui, munerati, terrores, &c. vnde iudicium legum est iudicium solius rationis; iudicium hominis est iudicium rationis & libidinis, id est, hominis & bestiae.

QVARTÒ, iudicium Principis etiam si rectissimum sit, vix vnquam caret suspicione, inuidia, quæsellis, maledictis: at iudicium legis his omnibus caret, quippe quòd scitur non posse corrumperè muneribus.

QVINTÒ, gubernatio per leges potest longissimo tempore eadè perseverare; at iudicia hominū sæpe mutantur.

SEXTÒ, gubernatio per leges potest reduci ad artè, & facilius effici, nò autè gubernatio ad arbitrium hominis.

SEPTIMÒ, melior est gubernatio Principis per se, quàm per vicarios, gubernatio sine legib⁹ necessariò requirit multos vicarios, qui omnes ad arbitriū suū iudicet: quando autè per leges gubernatur, ipse Princeps omnia per se iudicare censetur, cum eius legibus iudicetur.

TERTIÒ probatur, nam si nò liceret Principi Christiano legibus obligare populūm, id esset propter libertatem Christianam. Sed hoc dici non potest, nam tantum abest, vt lex opponatur libertati Christianæ, vt potius opponatur seruituti contrariæ eidem libertati, id quod ostendo ex ipsa natura libertatis Christianæ: nam libertas Christiana opponitur seruituti peccati, Ioan. 8. *Amen, amen dico vobis, qui facit peccatum, seruus est peccati: seruus autem non manet in domo in æternum: filius manet in æternum: si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.* Et Romanorum 6. *Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.* Vocatur autem hæc iustificatio à peccato libertas quædam, quia qui in peccato est, donec non liberatur per gratiam, non potest velle bonum ordinatum ad vitam æternam: habet quidem liberum arbitrium: quia potest ex pluribus malis eligere vnum, & etiam eligere bonum morale, at eligere bonum diuinum non potest, nisi saltem liberari incipiat per Dei gratiam præuenientem, quia captiuus tenetur à Diabolo ad ipsius voluntatem, vt dicitur 2. Tim. 2. at liberum arbitrium liberatum per gratiam potest bonum diuinum velle, & facere. Sed maior adhuc libertas erat in statu innocentie, quia tunc homo poterat nullum vnquam velle malum, quod nunc etiam iusti non possunt: maxima autem erit in cælo, vbi non poterimus velle vllum malum.

ITAQVE triplex est gradus libertatis, sicut etiam triplex gradus vitæ corporalis. Primus est Beatorum, qui sic poterant viuere, vt non possint mori, & sic poterant bene agere, vt non possint peccare.

SECVDVS fuit Adami & Eue in statu innocentie, qui sic poterant viuere, vt possent etiam nunquam mori, & sic poterat bene agere, vt possent etiā nūquā peccare.

TERTIVS noster; qui sic possumus viuere, vt non possimus aliquando nò mori: & sic possumus bene agere, vt non possimus non peccare saltem venialiter. infra hos tres gradus non est quartus, nisi non viuere, & non bene agere, qui gradus ad dānatos pertinet. vide Augustinū lib. de correptione & grat. c. 11. Cum ergo libertas consistat in eo, vt possumus eligere bonū & reicere malū, manifestum est, legē non pugnare cum libertate: non enim impedit, quo minus possumus eligere bonum & reicere malum, sed contra potius inuauit, nam præbet materiam exercendæ libertatis. At seruituti rectè opponi dici potest lex, quia non potest impleri à seruo peccati, vnde Paul. Rom. 3. *Quid ergo inquit, legem destruimus per fidem absit, sed legem seruamus.* vide Aug. de spiritu & litera, cap. 30.

PROBATVR secundò hoc idem. Lex diuina non pugnat cum libertate, ergo nec lex humana. Antecedens patet, nam Adam liber creatus est, & tamen lex ei imposita fuit, vt non vesceretur ligno scientie boni & mali, Gen. 2. probatur consequentia: nam lex diuina & humana quoad obligationem, sunt omnino æquales, vt patebit in sequenti capite.

CAPVT XI.

Legem civilem non minus obligare in conscientia, quam legem Diuinam.

Secunda propositio.

Ex civilis non minus obligat in conscientia, quam lex diuina, etsi minus firma & stabilis sit hec, qua illa. Explico. lex diuina & humana differunt quoad firmitatem, quia diuina non potest abrogari ab homine, humana potest: at quoad obligationem, non differunt, vtraque enim obligat in conscientia, nunc ad mortale, nunc ad veniale peccatum pro rerum ipsarum grauitate, ita vt nulla sit melior regula ad discernendum, vtrum lex humana obliget ad mortale, an ad veniale, quam cogitare legem illam esse diuinam, & videre, si diuina esset quomodo obligaret.

PROBATVR primò, obligatio vel est essentia, vel propria passio legis, ergo omnis lex & à quocunque feratur, siue à Deo, siue ab Angelo, siue ab homine: & homine siue Episcopo, siue rege, siue patre, eodem modo obligat. Probatur consequentia à simili: nam quia hominis essentia est, rationale esse, & propria passio esse risibilem, omnis homo est rationalis & risibilis, siue sit creatus à solo Deo, vt Adam, siue à Deo ex alio homine, vt Eua, siue ab hominibus genitus, vt Cain. Antecedens patet, nam lex est regula morum, regulæ autem proprium est intrinsecè ita dirigere, vt recessus ab ipsa sit peccatum in moribus, sicut recessus à regula in naturalibus dicitur peccatum naturæ, vt sunt monstra, & recessus à regula in artibus est peccatum artis.

VBI notandum est, quòd sicut res ceteræ, quoad existentiam pendet ab agente, non quoad essentiam, essentia enim sunt æternæ: sunt enim quædam participationes possibiles diuinæ essentia. ita etiam lex, quoad existentiam, pendet à legislatore: non enim erit lex, nisi dicitur ab eo, qui habet auctoritatem: at quoad essentiam non pendet: quòd enim lex obliget, est quid æternum, & immutabile, & participatio quædam legis æternæ Dei, quæ est prima & summa regula, & hoc videtur voluisse dicere B. Augustinus lib. 22. contra Faustū, c. 17. cum ait: Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra æternam Dei legem. Nam siue quis præuaricaretur legem naturalem, siue postriam, siue diuinam, siue humanam, semper peccat contra legem æternam, quia omnis lex est legis æternæ participatio.

ET quamquam non potest fieri, vt aliqua vera lex non sit à Deo, cum lex non possit condi, nisi ab habente potestatem, & non sit potestas, nisi à Deo, Rom. 13. tamen si (per impossibile) esset lex non à Deo, adhuc obligaret ad culpam, sicut si (per impossibile) homo existeret non factus à Deo, adhuc esset rationalis.

PROBATVR secundò, nam si lex obligaret solum, quia diuina, omnes leges diuinæ æqualiter obligarent, vt patet, nam eadem esset ratio obligationis in omnibus. At hoc est falsum, nam magis obligat lex, non occides, quam lex, non furaberis: & magis lex, nō furaberis, quam lex, non mentieris: & lex, non mentieris, quam lex, non loqueris verbum otiosum.

PRÆTEREA tertio, ostensuè, illa lex diuina magis obligat, cuius vicatio est magis contraria fini legis, id est, charitati: idè enim peius est occidere, quam furari, quia magis contra charitatem: & idè mortale est mentiri perniciosè, veniale est mentiri officiosè, quia illud est contra charitatem, hoc verò præter charitatem, sed lex humana etiam habet pro fine charitatem, & ordinat media ad hunc finem: quod enim ait Apostolus 1. Timor. 1. Finis præcepti est charitas, de omni præcepto intelligitur: & patet, nam lex civilis iusta, semper est vel conclusio, vel determinatio legis diuinæ moralis, ergo habent eundem finem, & solum in hoc videntur differre, quòd lex humana dirigit actus humanos in ordine ad actus exter-

nos dilectionis, id est, ad pacem & conseruationem Reipub. lex autem diuina dirigit etiam in ordine ad inter-nos actus charitatis: igitur eadem est ratio legis diuinæ & humanæ, quod attinet ad obligationem.

SEDO obiciens, si ex natura rei, & ex ordine ad charitatem sumitur grauitas peccati, superflua sunt leges, nam æquè obligat ante legem ac post legem ad id fugiendum, quod natura sua lædit charitatem, & ad id faciendum, quod est necessarium ad conseruandam charitatem.

RESPONDEO, negatur consequentia, nam si lex nō adsit generaliter aliquid præcipiens, aut prohibens, multa quæ sunt mala vni, non erunt alteri mala, verbi gratia si lex non sit, quæ prohibeat gestare arma, erit malum gestare arma ei, qui facillè prouocatur ad iram, & qui habet inimicos, quibus cupit nocere: at non erit malum homini pacifico, & qui solum cupit seipsum defendere, tamen si id lex prohibeat, iam est malū omnibus, lex enim non debet respicere, quid huic aut illi sit bonum vel malum, sed quid prosit, aut obstat Reipublicæ.

PRÆTEREA plurima sunt necessaria vel noxia bono communi, quæ tamen non sunt bona, vel mala vlli in particulari, nisi lege præcipiantur, vel prohibeantur. Verbi gratia, tributum necessarium est Regi, tamen si lex nō adsit, non est necessarium vt ego solum, nam parum prodest meum solum tributum Regi, neque ad me pertinet videre, quibus rebus indigeat Respub. & sic possunt omnes dicere. Similiter noxium est Reipub. exportari aurum ex prouincia, at non est noxium notabiliter, quòd ego solus exportem meum aurum, & sic omnes dicere possent. Lex ergo necessaria est, quæ generaliter præcipiens & prohibens, publicæ vtilitati prospiciat.

QUARTO, lex diuina positua idè obligat ad peccatum, quia constituit actum, quem præcipit in genere virtutis, cum antea non esset: nam si Iudeus non ex contemptu, sed ex cibi appetitu moderatè comedit carnem suillam in lege prohibitam, sine dubio peccasset, non autem peccasset contra obedientiam, quia non ex contemptu, ergo contra temperantiam; at moderatè vesci carne suilla ex se non est contra temperantiam, sed res quædam indifferens, ergo lex fuit, quæ illam abstinentiam fecit actum temperantia necessariū. At hoc idem videmus in lege humanæ, nam lex diuina non alia de causa facit esse actum virtutis eum, qui ex se erat indifferens, nisi quia est regula morum ab eo posita, qui habuit auctoritatē præcipiendi. Sed homo etiam potest præcipere, & regulas morum constituere, vt supra ostendimus. potest igitur homo lege sua constituere actum; alioqui indifferentem, in genere virtutis, proinde pares sunt lex diuina & humana, quoad obligationem.

QUINTO, lex diuina & humana ita differunt, vt lex Regis & proregis, siue lex Pontificis & eius Legati. At istæ obligant eodem modo, & solum differunt firmitate, ergo & illæ. Propositio patet, nam Scripturæ passim testantur, Reges esse ministros Dei, & ab illo habere auctoritatē, & loco eius iudicare, Prout. 8. Sap. 6. Rom. 13. 1. Petri 2. Assumptio etiam patet, nam auctoritas Proregis est à rege, & Legati à Papa: & experientia idem testatur, & confirmatur ex sanctis Patribus Augustino & Bernardo. Augustinus in titulum Psal. 70. Vbi, inquit, hoc iubet pater, quod contra Dominum non sit, sic audiendus est quomodo Deus, &c. Certum autem est maiorem esse Regis, quam patris auctoritatem, vt idem Aug. dicit ser. 6. de verbis Domini, Bernardus tract. de præcep. & disp. Siue Deus, siue homo vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obsequendum est cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo. Vbi clarè dicit, differre leges ex parte materiae, non autem ex parte præcipientium.

AT obiciens, nam B. Bernardus, ibidem loquens de mandatis hominum, dicit, iussa sine culpa non negliguntur,

sine

sine crimine non contemuntur, vbiq; enim & culpabilis neglectus, & contemptus de: anabilis est; vbi videtur dicere, legem humanam nunquam obligare ad culpam mortalem, nisi ratione contemptus.

Respondeo, loquitur de præceptis rerum leuium, in talibus enim non potest esse crimen, nisi ratione contemptus. Nec enim possunt Prælati pro arbitrio obligare ad culpam mortalem.

Sextò probatur, quia videtur implicare contradictionem, posse Principes obligare ad pœnam; & non ad culpam, siquidem culpa & pœna relatiua sunt. & B. Aug. dicit lib. retract. cap. 9. Omnis pœna si iusta est, pœna peccati est. Et in ep. 105. & alibi, Deum ipsum fore iniustum asserit, si quendam damnaret innoxium. Quomodo igitur possunt Principes damnare ad mortem eos qui leges suas præuaricantur, si illi nihil peccauerunt, si culpam in conscientia non contraxerunt?

DICES: quomodo ergo regulæ, quorundam religionum obligant ad pœnam, & non ad culpam? Respondeo, obligant non per modum legis, sed per modum conuentionis & pacti, vt leges purè pœnales. Nec illa est propriè pœna, sed pœnalis afflictio suscepta in auxiliū spiritus.

SEPTIMO & vltimò ex doctrina Apostolorum, nā Rom. 13. Paulus multis modis id asserit. Primò, cum ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas nisi à Deo. Secundò, cum ait: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Tertio cum ait: Qui autè resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Idè enim de æterna damnatione exponunt Patres Græci & Latini in hunc locum. Quarto, cum ait: Idè necessitate subditi estote. Quintò cum ait: Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Sextò, cum ait: Ministri enim Dei sunt. 1. Pet. 2. Subiecti estote propter Deū, id est, non solum timore pœnæ. Ad argumenta in contrarium.

AD primum, secundum, & tertium respondeo, ex eo, quòd potestas politica est temporalis, & eius finis est pax exterior, & homo non iudicat de internis, re è è colligendam non posse obligare, nisi ad actus temporales & exteriores: non autem, non posse obligare in conscientia, nam etsi ista regula dirigat actus exteriores, tamen quia regula est, ab ipsa deuiare peccare est.

DICES, quomodo potest lex, vel potestas temporalis producere effectum spirituale, id est, ligare conscientiam? Respondeo, licet potestas politica & eius lex dicantur temporales ratione obiecti, quia versantur circa temporalia & exteriora, tamen in se res sunt spirituales. Præterea ligare conscientiam non est aliquid efficere in rem spirituale, sed solum imperare alteri, & sic imperare, vt si is non obediatur, peccet, & testimonio propriæ conscientia intelligat, vel intelligere possit, se peccare. Itaque quicumque potest iubere, potest ligare conscientiam, etiam si is de internis non iudicet, nec scrutetur conscientiam alterius.

AD quartum & quintum dico, Principem non posse inferre pœnam spirituale & æternam, nec posse dimittere eiusmodi pœnam, & tamen posse obligare ad illam: quia id facit auctoritate Dei, qui ei concessit vnum & non alterum: sicut si Rex permitteret Proregi obligare subditos ad pœnam capitis, & tamen non permitteret ei per se exercere iustitiam, vel condonare supplicium. Vel dicendum est, legem politicam obligare ad pœnam æternam, non vt est lex hominis, sed vt est lex ministri Dei, qui enim ministrum Dei offendit, simul etiam Deum ipsum offendit; quocirca si (per impossibile) Deus non esset in rerū natura, lex politica obligaret in conscientia, & eius præuaricatio peccatum esset, sed nulla sequeretur præuaricatorum pœna spiritualis, aut æterna damnatio.

AD sextum dico, non esse absurdum, idem peccatum puniri à pluribus & pluribus in locis, quando plures offendit, sicut videmus homicidias sæpe abscindi manus

in eo loco, vbi eadem patrarunt, & deinde in loco publicæ iustitiæ abscindi caput.

SEPTIMO dico, ex intentione legislatoris pendere, an velit reuera imperare, & veram legem condere, an verò solum ostendere quod agendum sit, sine alio imperio: sed si velit seriò imperare, & veram legem condere, non est in eius potestate impedire, quin lex obliget ad mortale aut veniale pro rei magnitudine.

AD vltimum dico, quòd legi diuinæ cedat humana, quando simul seruari nequeunt, non esse causam, quia humana non obligat ad peccatum, sed quia lex humana minus firmiter statuta est: in tali enim casu definit esse lex; & proinde etiam obligare. Vide quæ diximus in lib. 4. de Pontifice; & præterea Ioannem Driedonem in 3. lib. de libertate Christiana, Adrianum quodlibeto 6. Franciscum Victoriam in relectione de potestate civilis, Alphonsum à Castro lib. 1. de potestate legis pœnalis, c. 4. & Domiciū à Soto lib. 1. q. 6. art. 4. de iustitia & iure.

CAPVT XII.

Iudicia publica exercere non esse illicitum Christianis.

Tertia propositio.

VDICTA publica exercere non est illicitum Christianis. Probatur primò, quia proprium est Principis iudicare. Scriptura enim ferè coniungere solet Regem & Iudicem. Psal. 2. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Isa. 33. Dominus Rex noster, Dominus Legis noster, Dominus Iudex noster. Hierc. 23. Regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Si ergo licet Christianis habere Principem, cur non & Iudicem?

SECVNDÒ, quia nihil prodesse leges, si nulla esse deberet iudicia: at leges tolli non debent, vt supra ostensum est, igitur nec iudicia.

TERTIÒ, Scriptura vtriusque Testamèti iudicia admittit: sic enim legimus, Deut. 16. Iudices & Magistrōs constitues in omnibus portis eius, vt iudicent populum iusto iudicio. 1. Cor. 6. Secularia iudicia si habueritis, contempribiles qui sunt in Ecclesia, hos constituite ad iudicandum: si non est sapiens quisquam in vobis, qui iudicare possit fratrem suū Vbi Apostolus monet Corinthios, vt in iis causis, in quibus non tenebantur necessariò adire tribunalia Gentilium, constituerent inter se iudicem.

NECVNDÒ, difficile erit argumenta soluere, quæ initio posita sunt. Ad illa igitur verba Matt. 5. Si quis voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, relinque illi & pallium.

RESPONDEO cum S. Augustino in epist. 5. ad Marcellinum, ea solum intelligi debere secundum animi præparationem; nam ibidem Dominus ait: Si quis te percussit in vnam maxillam, præbe illi & alteram. Et tamen idem ipse Dominus Ioan. 18. percussus in maxilla non præbuit alteram, sed dixit: Cur me cedis? Quo exemplo docuit, quemadmodum præcepta intelligenda sint.

AD verba Apostoli 1. Cor. 6. Delictum est in vobis, &c. dico primò, vocem Delictum, Græcè esse ἡμίμα quod nō peccatum, sed imperfectionem significat, & sic exponit Theodoretus. Dico secundò, si delictum significat peccatum, vt exponunt Chrysost. & Ambros. in hunc locū, & Aug. in Enchirid. cap. 78. & lib. 2. de ser. Domini in monte, cap. 15. cor. 2. 4. in Psal. 118. Dico, inquam, vocari delictum, non quòd in se peccatum sit, sed quia vt plurimum non caret peccato, vel ratione finis, vt quando litigatur ex avaritia; vel ratione mediij, vt quando litigatur cum odio, rancore, iurgiis; vel ratione iniustitiæ, vt quando miscntur doli & fraudes; vel ratione scancti, vt accidebat Corinthiis, qui cum offenculo Gentilium litigabant. Dico tertio, non reprehèdi iudicia ex parte iudicis: sed ex parte litigantium. Itaque etiam si peccatum esset litigare, non tamen peccatum esset iudicare, iudicia enim sinem imponunt litibus, quod est bonum.

CAP.

Christiana disciplina, inquit, omnia bella culpant, hoc potius militibus consilium sanis p̄tentibus in Evangelio diceretur, ut abicerent arma, sequē militia omnino subtraherent: est autem, neminem concesseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. Quibus proprium stipendium sufficere debere praecepit, militare utique non prohibuit. Et epist. 207. ad Bonifacium: Noli, inquit, putare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat, &c. Idem docet lib. 22. contra Faustum, cap. 74. & sequentibus, & libro sexto quaestionum in Iosue quaest. 10.

B. GREGORIUS lib. 1. epist. c. 72. ad Genadium: Sicut, inquit, excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum facit luce fulgere, ita oportet eam inimicis Ecclesiae eius omni vivacitate metis, & corporis obviare, &c. Et c. 73. Si non ex fidei merito, ex Christianae religionis gratia, tanta excellentia vestra bellicorum actuum prosperitas eveniret, non summo peremiranda fuerat, sed cum futuris (Deo largiente) victorias non carnali providentia, sed magis orationibus praeveneritis, sit ut hoc in stuporem veniat, quod gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat.

GREGORIUS Turonicus lib. 5. hist. c. 1. Vinā & vos, o Reges, in his praelia, in quibus parentes vestri, exerceretis, ut gentes vestra pace contenta vestris viribus premerentur.

B. BERNARDVS in ferm. ad milites, c. 3. At verò Christi milites, inquit, securi praeliantur praelia Domini sui, nequaquam metuentes, aut de hostium cade peccatum, aut de sua nece periculum, quandoquidem mors pro Christo vel ferenda, vel inferenda, & nihil habeat criminis, & plurimum gloria mereatur.

AT contra obiiciunt. Primò, Scripturas, ac primùm Deut. 32. Mea est ultio, & ego retribuam. Et Roma. 12. Non vos defendentes charissimi: scriptum est enim, mihi vindictam, & ego retribuam.

RESPONDEO, vindictam, quam exercent publicae personae, rectè vocari vindictam Dei, Dei enim ministri sunt in hoc ipsum feruientes. vnde Paulus postquam dixerat in fine capit. 12. ad Rom. Mihi vindictam, & ego retribuam. Subdit in principio cap. 13. Si malè egeris, time: non enim sine causa gladium portat: minister enim Dei est, vindex in iram ei qui malè agit.

ADDVNT deinde illud Isaiae 2. Constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad praelium. quae de tempore Christiano praedicta sunt.

RESPONDEO, solum hoc loco praedicitur altissima pax futura, eo tempore, quo nasceretur Christus, vt B. Hieronymus exponit, & implerentur scimus tempore Augusti Caesaris. Illud enim ultra non significat, in aeternum, sed in longum tempus. praeterea etiam si non esset hoc impletum, nihil inde concluderetur: nam non prohibet Isaia bellum, si sint hostes, qui nos infestent, sed praedicit futurum, vt nulli sint hostes. Donec igitur sunt hostes, etiam bellum geri potest. Potest etiam dici praedictum esse regnum Christi fore regnum pacificū, quandoquidem non est de hoc mundo, nec temporalia curat, & in hoc distingui à regno Iudaico, quod bello, & caedibus firmandum, & conferuandum fuit.

Denique obiiciunt illa verba Matth. 5. Si quis te percusserit in unam maxillam, praebe ei & alteram: & diligite inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt. Et Matt. 26. Qui acceperit gladium, gladio peribit. Quibus similia sunt illa Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes, & vosmet ipsos vindicantes carissimi, &c.

RESPONDEO, eadem argumenta obieciſſe Iulianum Apostatam olim Christianis, vt Gregorius Nazianzenus refert oratione prima in Iulianum, procul à medio. Dicimus autem primò, hæc omnia, siue praecepta, siue consilia dari priuatis hominibus: non enim Dominus vel Apostolus praecepit iudici, vt non puniat eum,

A qui alteri fecit iniuriam, sed praecepit vnicuique, vt proprias iniurias æquo animo ferat: bellum autem ad publicam iustitiam, non ad priuatam vindictam pertinet: & sicut dilectio inimici, ad quam omnes tenentur, non impedit iudicem, aut carnificem ab officio suo, ita non impedit milites & imperatores à suo.

Dico praeterea; etiam priuatis hæc non semper esse praecepta, sed interdum praecepta, interdum consilia: praecepta sunt semper in animi preparatione, ita vt sit homo paratus praebere alteram maxillam, & auferenti tunicam, dare etiam pallium potius, quam Deum offendere, sed re ipsa hoc praestare praeceptum est, quando necessitas honoris Dei id exigit, aliàs solum est consilium, & aliquando ne consilium quidem, vt si ex eo quòd praebeam alteram maxillam nulla sequitur utilitas, nisi quòd ille iterum peccat. Ita respondet Gregorius Nazianzenus loco notato, & Augustinus epist. 5. ad Marcellinum.

B SECUNDò obiici possunt tria decreta Ecclesiae. Primum est in Concilio Nicæno can. 11. vbi grauissima iniungitur poenitentia iis, qui militiam, cui renunciauerant, reperierint.

SECUNDVM est in epist. B. Leonis 90. ad Ruffinum, & habetur etiam can. contrarium, de poenitent. dist. 5. Contrarium, inquit Leo, est Ecclesiasticis regulis post poenitentiae actionem redire ad militiam secularem. Et infra: Non est liber à Diaboli laqueis, qui se militie mundanae voluerit implicare.

TERTIVM est Gregorij eadem distinctione, canone, Falſas, vbi dicitur eos, qui exercent negotium, quod sine peccato non potest exerceri, non esse capaces poenitentiae, nisi negotio eiusmodi renuncient, & ponit Gregorius exemplum de milite.

RESPONDEO ad primum, agi de iis, qui ob confessionem fidei priuati fuerant cingulo militari à Diocletiano, vel à Licinio, & postea repetebant cingulum, parati negare fidem. Vide Zonarum, & Balsamonem in eū canonem, & Ruffinum lib. 10. hist. cap. 6. & quæ nos scriptum de hac re lib. 2. de Conciliis, cap. 8.

C AD secundum & tertium dico, agi de iis, qui occasione militia multa peccata commiserant, qui que propterea poenitentiam egerant. Isti enim malè faciunt, si ad militiam redeunt, in qua experti sunt, se sine peccato viuere non posse, non ex vitio militiae, sed ex proprio, & tunc praeceptuè malè faciunt; quando imperatum ei fuerat à sacerdote, ne ad militiam redirent. Et quòd reuera isti canones non prohibeant absolutè militiam, patet ex fine illius canonis, Falſas; vbi posteaquam dictum fuerat malè facere eos, qui post poenitentiam ad militiam redeunt, subditur, nisi consilio religiosorum Episcoporum pro defendenda iustitia.

D TERTIò obiiciuntur ab Erasmo plura loca Patrum, quibus addimus duo, vnum Tertulliani, alterum Hieronymi. Tertullianus libro de corona militis, vltra mediū quaerit, an Christiano militia conueniat? & respondet: Credimſine, inquit, humanum Sacramentum diuino superinduci licere? & in alium Dominum respondere post Christum: licet in gladio conuersari, Domino pronunciante, gladio periturum, qui gladio fuerit vsus? & praelio operabitur filius pacis, cui nec litigare conueniet?

RESPONDEO, Tertullianum non damnare militiam, tanquam per se malam. Quod patet primò, ex locis supra citatis ex Apologetico, c. 5. & 42.

SECUNDò, quia in hoc libro de corona militis fatetur eos, qui milites erant ante Baptismum, posse manere milites etiam post Baptismum, & solum docet non debere ad militiam accedere post Baptismum eum, qui liber est: Planè, inquit, si quos militia praevenerit os fides posterior inuenit, alia conditio est, vt eorum, quos Ioannes admittēbat ad lauacrum, vt Centurionum fidelissimorum, quem Christus probat, & quem Petrus catechizat, dum tamen

suscepta

A suscepta fide, atque signata, aut deserendum statim sit, vt multis actum, aut omnibus modis cauillandum, ne quid aduersus Deum committatur.

TERTIò patet, quia causa praecipua, quas reddit cur Christiani non debeant militare, sunt propter periculum idololatrie, tunc enim omnes ferè principes Gentiles erant. Itaque per accidens iudicabat Tertullianus malum esse bellū eo tempore: Excubabit, inquit, pro templis, quibus renunciauit? & canabis illic, vbi Apostolo non placet? & quos interdū exorcismis fugauit, noctibus defensabit? vexillum quoque portabit emulum Christi, &c. Porro aliae rationes eius supra posita solum congruētia sunt, vt pater.

HIERONYMVS in Epistola ad Ageruchiam de monogamia: Olim, inquit, bellatoribus dicebatur, accinge gladium tuum super femur tuum potentissime: nunc Petro dicitur: conuerſe gladium tuum in vaginam, &c.

B RESPONDEO, vult dicere, in testamento veteri bella fuisse imperata à Deo, & necessaria ad terram promissionis capiendam, & conferuandam: in testamento nouo non esse imperata bella, sed potius pacē, quia ad regnum caelorum acquirendum non sunt arma necessaria: non tamen hinc sequitur, non posse Christianos, vt ciues temporalis Reip. bella gerere cum iis, à quibus iniuriam acceperunt.

PRÆTER hæc obiicit Erasmus aliquot alios Patres, ac primùm Origenem, qui lib. 2. contra Celsum paulò ante medium dicit, Christum omnia bella sustulisse: & tract. 7. in Matth. exponens obiter illud Luc. 22. Qui non habet gladium, vendat tunicam & emat gladium. Dicit perniciosum esse hūc locum iis, qui carnaliter cum intelligunt, qui reuera putant esse tunicam vendendam ad emendum gladium.

RESPONDEO, in priore loco nihil esse pro Erasmo; cum enim Origenes dicit, Christum sustulisse omnia bella, non intelligit Christum prohibuisse bella, sed prouidentia sua generalem pacem mundo attulisse tempore natiuitatis suae, immò ibidem aliquid est contra Erasmus; dicit enim Origenes, propterea Dei prouidentia factum esse, vt veniente Christo omnia Romano Imperatori subiecta essent, quia si multi fuissent reges, necessaria etiam fuissent bella, quibus alij aliorum iniurias propulſarent.

C IN posteriore etiam loco nihil dicitur contra bellum; fatemur enim non ita crasse verba Domini intelligenda, vt debeat vnusquisque necessaridò vendere tunicam, & emere gladium, sed solum modo illo loquendi Dominum explicare voluisse, in talibus angustiis, & necessitate Apostolos futuros tempore passionis, qualem patiuntur ij, qui vt se defendant, vendunt tunicam, & emunt gladium.

SED quid hinc colligitur contra bellum? An quia Dominus hoc loco non iussit, vt Apostoli verè gladios emerent, ideò intelligeretur prohibuisse bellum? quod item Origenes ait hom. 15. in Iosue, non esse Christianam carnalia bella peragenda, significat militiam Christianam sub Imperatore Christo non esse carnalem contra homines, vt fuit militia Iudæorum sub Iosue, sed spiritualem contra Damones, non tamen hinc sequitur non licere Christianis, vt sint ciues, politicae Reip. bella gerere.

D AD eundem modum soluuntur quæ Erasmus assertit ex Chrysostomo, Basilio, & Theophylacto ex catena B. Thomæ in cap. 22. Lucae, solum enim docent non iussisse Apostolis, vt verè gladios emerent.

Deinde obiicit Ambrosium, qui lib. 10. in Lucam exponens illud, qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium: O Domine, inquit, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? cur haberi praecipis, quem metas promissis fortè, vt sit parata defensio, non vltio necessaria? & videtur potuisse vindicari, sed noluisse, lex tamen referre non vetat, & ideò fortasse Petro duos gladios offerenti, sat est, dicit quasi licuerit vsque ad Euangelium, vt sit in lege aequitatis

A eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio.

RESPONDEO primò, nihil hoc loco dici de bello, quod publica auctoritate exercetur, sed de priuata defensione, vel vltione. Secundò, dico etiam priuatam defensionem secundum Ambrosij sententiam, non pertinere ad prohibitionem praecepti, sed ad perfectionem consilij, vt illa verba clarè indicant, vt sit in lege aequitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio.

Item obiicit Erasmus Augustinum, quem dicit non sibi constare, & si alicubi belli patrocinium susceperit, tamen alibi contra bellum scripsisse; nam in Psal. 17. scribit: Non orare debemus, vt moriantur inimici, sed vt corrigantur. Et ep. 5. ad Marcellinum multa scribit contra bellum, in ep. verò 158. & alibi supplicat eidem Marcellino, vt haereticos Donatistas citra sanguinem puniat.

B RESPONDEO, videtur Erasmus pueros putasse, cum quibus agebat: quid enim hæc ad propositum faciunt? nam in Psal. 37. reprehendit odium inimici, quo aliqui Deum orant pro morte inimicorum, quis autem negat esse malum optare mortem inimico ex cupiditate vindictae; tamen optare mortem inimico, & etiam inferre secundum ordinem iustitiae malum non est, si fiat non odio hominis, sed amore iustitiae, & communis boni. In epistola verò quinta, nihil est contra bellum, sed potius pro bello, vt supra citauimus, nec scio quid Erasmus somnauerit. In epist. 158. supplicat iudici pro vita sceleratorum, qui iam tenebantur captiui, & crimen fatebantur, quod Episcopi etiam modò facere solent, sed quid hoc ad bellum? num quicumque supplicat, ne latro aliquis suspendatur, continèdò bellum prohibet?

Obiicit etiam exemplum S. Martini, qui vt Sulpitius in eius vita refert, Iuliano Imperatori dixit: Donatum tuum militaturus accipiat, ego Christianus sum, mihi pugnare non licet.

C RESPONDEO, non satis fideliter verba S. Martini Erasmus retulit, non enim ait, ego Christianus sum, mihi pugnare non licet; sed habemus militiam tibi, nunc patere vt militem Deo, Christi ego miles sum, mihi pugnare non licet, quibus verbis non significauit se tantum esse Christianum, sed etiam voto, & proposito Monachum, id significat illud, patere, vt militem Deo, & Christi ego miles sum. vnde paulò antè Sulpitius scripserat. S. Martinus post Baptismum susceptum adhuc duos annos militasse, non quòd non cuperet statim seculo renunciare, sed quia tribunus militum, cui ipse contubernalis erat, promiserat se etiam exacto tribunatu seculo valedicturum, id est, eum ipso Monachum futurum. Itaque non Christiano, sed Monacho bellum interdictum asseruit, cum ipse Christianus existens duos iam annos militauisset.

D Postremò sic Erasmus instat, arma Ecclesiae sunt gladius verbi Dei, scutum fidei, galea salutis, lorica iustitiae, iacula orationum, vt Apostolus docet ad Ephes. 6. non ergo ferro, & armis Christiani pugnare debent.

RESPONDEO primò, Apostolus non describit bellum contra homines, sed contra damones, vt patet ibidem, Non est nobis vultus, &c. Secundò dico, praecipua Christianorum arma esse fidem & orationem, sed non propterea etiam arma ferrea non esse necessaria, nam Exod. 17. legimus Moſe orante: & Iosue pugnante victoriam Israeli à Deo donatam contra Amalech, & Machabæos scimus orationibus, & armis pugnauisse, & Augustinus scribit ad Bonifacium, epistola 194. Arripe manibus arma, oratio aures pulset auctoris. Et eidem Bonifacio scribit epistola 207. Alij pro vobis orando pugnant contra insubiles inimicos, vos pro eis pugnando laboratis contra visibiles barbaros.

AT, inquit, bellum opponitur paci, sed pax est bona, & effectus charitatis, igitur malum est bellum.

RESPONDEO, bellum sic paci opponi, vt sit etiam medium ad pacem, sed hoc interesse inter bellum iustum &

iniustum, quod bellum iniustum opponitur paci bonae & ducit ad pacem malam, & ideo tale bellum vitiosum est: at bellum iustum opponitur paci malae, & ducit ad pacem bonam, sicut vulnera Chirurgi contraria sunt sanitati mala, & imperfecta, quam habent aegroti, sed ad bonam, & perfectam sanitatem, tanquam ad finem perducunt.

CAPVT XV.

Quot sint, & qua iusti belli conditiones.

BELLI iusti conditiones quatuor numerare solent, qui haec tractant. Auctoritatem legitimam, causam iustam, intentionem bonam, & modum conuenientem. Sed de singulis seorsim dicendum est.

PRI MA igitur conditio est Auctoritas legitima, dicit enim S. Augustinus lib. 22. contra Faustum, cap. 75. *Ordo ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc postulat, ut suscipiendi belli auctoritas, atque consilium penes principem sit. exequendi autem iussa bellica ministerium militis debeant paci salutis communi.* Et ratio idem probat; nam privati homines, & qui superiore habent, si ab aliquo iniurias accipiant, possunt ad superiorem confugere, atque ab eo iudicium petere, at principes si ab aliis principibus aliquid patiantur, non habent commune aliquod tribunal, ad quod illos accusent, & ideo licet eis bello iniurias publicas propulsa.

Residet autem haec Auctoritas indicendi belli, secundum communem sententiam, in omnibus principibus, & populis, qui in temporalibus superiore non habent, quales sunt Reges omnes, item Respublicae, & similes, &c. Item nonnulli Duces, & Comites, qui nulli sub sunt in corporalibus: non autem Duces & Comites, qui sub sunt Regibus immediate, qui enim sub sunt aliis, non sunt per se capita Respublicae, sed potius membra. Nota tamen hanc auctoritatem non requiri ad bellum defensiuum, sed solum ad offensiuum; nam defendere se vnicuique licet, non solum principibus, sed etiam privato, at indicere bellum, & inuadere hostem, solius est supremi capituli.

SE CUNDA conditio est causa iusta: non enim sine causa bellum indici potest, nec etiam propter quodcumque peccatum, sed tantum propter iniuriam propulsandam. Ita B. Augustinus, quaest. 10. in Iosue: *Iusta bella, inquit, definiuntur, quae vltiscuntur iniurias, si qua gens vel ciuitas, quae bello petenda est, vel vindicare neglexit, quod a suis improbe factum est, vel reddere, quod per iniuriam ablatum est.* Ratio autem huius est, quia princeps non est iudex, nisi hominum sibi subditorum, ergo non potest quacumque peccata aliorum hominum punire, sed solum ea quae cedunt in detrimentum populi sibi subiecti, nam etiam non est iudex ordinarius aliorum, est tamen defensor suorum, & ratione huius necessitatis efficitur etiam quodammodo iudex eorum, qui suis iniuriam fecerunt, ita vt possit eos gladio punire.

Est vero obseruandum, causam belli debere esse non leuem, neque dubiam, sed magnam, & certam, ne forte plus incommodi bellum afferat, quam sit utilitas, quae inde speratur, si autem dubia sit, distinguendum est de principe, & militibus, nam princeps ipse sine dubio peccat: nam bellum est actus iustitiae punitivae, iniustum est autem punire aliquem causa nondum probata: milites autem non peccant, nisi constaret certò bellum esse illicitum, debent enim subditi parere superiori, nec debet discuti imperia eius, sed potius praesumere debet principem suum bonam causam habere, nisi manifestè contrarium nouerint: sicut etiam cum dubia est culpa alicuius particularis, peccat iudex, qui eum damnat, non carnifex, qui damnatum occidit, non enim tenetur carnifex discutere sententiam iudicis. Ita docet Bonifacius Papa in Sexto de regulis iuris, regula 25. *Quod quis, inquit, mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.* Et B. August. lib. 22. contra Faustum, cap. 75. *Hoc etiam, inquit, fit vt vir iustus, si forte sub rege sacrilego militet, rectè possit*

A illo iubente bellare, ciuica pacis ordinè seruans, cui quod iubetur, vel non esse contra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit, certum non est, ita vt fortasse reum regem faciat iniquitas imperandi, innocenti autem militem ostendat ordo seruandus.

Nota tamen hoc intelligi de militibus, qui sunt obligati ei principi, qui bellum gerit, quales sunt subditi eius, & etiam ij, qui ordinarium ab eo stipendium habent, etiam tempore pacis, non autem de aliis, qui aliunde adueniunt, cum est bellandum: qui enim non sunt obligati militare, non possunt tuta conscientia ad bellum accedere, nisi sciant bellum esse iustum: qui autem nihil cogitant, sed parati sunt militare, siue bellum sit iustum, siue non, modò stipendium habeant, ij in statu dationis versantur.

TERTIA conditio est intentio bona. Nam cum finis belli sit pax & tranquillitas publica, non licet bellum suscipere propter alium finem, vnde grauius peccant tam reges, quam milites, qui vel noceant alicui, vel vt imperium dilatent, vel vt exercent fortitudinem bellicam, vel alia de causa bellum suscipiunt, quam propter commune bonum, etiam si auctoritas legitima, & causa iusta non desinit. Ita B. Augustinus in epist. ad Bonifacium Comitem, quaest. 207. *Pacem, inquit, habere debet voluntas, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conferuet in pace: non enim pax quaeritur, vt bellum geratur, sed bellum geritur vt pax acquiratur. esto ergo etiam bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis unitatem vincendo perducas.* Et lib. 22. contra Faustum, cap. 74. *Nocendi cupiditas, vltiscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia, haec sunt, quae in bello iure culpantur.*

Sunt autem duo notanda. Primò, quoniam bellum est medium quoddam ad pacem, sed valde graue, & periculosum: ideo non esse mox inferendum bellum, cum causa existit, sed esse prius procurandam pacem aliis rationibus facilioribus, nimirum pacificè petendo ab hostibus debitam satisfactionem. Deut. 20. *Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem, &c.* Et B. Augustinus epistola 207. ad Bonifacium: *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas.*

Sed quaerit aliquis, quid si hostis nolit initio satisfacere, sed paulò post bello iam inchoato petat pacem, & satisfactionem offerat, an tenebitur alter à bello cessare? Caietanus verbo, bellum, dicit quòd non tenetur cessare, quando bellum iam est inchoatum, quanquam teneretur antea quam inchoaretur acceptare satisfactionem.

Sed (meliori iudicio saluo) dicendum videtur, quòd ex iustitia nunquam tenetur, qui habet iustam causam, acceptare satisfactionem, nec ante bellum inchoatum, nec postea: tamen ex charitate vtroque tempore tenetur, nisi per accidens aliud expediat. Prioris ratio est, quia princeps habens iustam causam belli, gerit personam iudicis respectu alterius principis, qui iniuriam fecit, iudex autem non tenetur ex iustitia condonare mortem reo, etiam si offerat satisfactionem, quamquam possit condonare ex misericordia, si sit supremus iudex: verbi gratia, Rex non tenetur donare vitam furi, etiam si restituat, etiam ex misericordia potest.

Ratio posterioris est, quia bellum est grauissimum supplicium, & quo non solum punitur qui peccauit, sed etiam per accidens multi innocentes inuoluuntur, ideo Christiana charitas semper id videtur exigere, vt à bello cessetur, quòd qui nocuit debitam satisfactionem offert, nisi forte per accidens aliud expediat, id est, nisi talis sit hostis contra quem pugnatur, vt bono communi expediat eum vel subiectum esse alteri, vel funditus interire, quales erant Amorrhæi, quos Deus iussit penitus deleri. Deut. 20.

SE CUNDO notandum, differre hanc tertiam conditionem à duabus primis, quòd illa si desint, faciunt bellum esse iniustum, haec vero si desit, facit bellum esse malum, sed non iniustum propriè: qui enim sine auctoritate vel

fine

sine iusta causa bellum mouet, non solum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam peccat, & non tam est miles, quam latro: qui verò auctoritatem, & causam iustam habet, & tamen amore vindictae vel augendi imperij, vel propter alium finem malum bellat, non agit contra iustitiam, sed solum contra charitatem, nec est latro, sed malus miles.

Ex quo deducitur, quòd cum solum deest hac tertia conditio, non tenentur milites, nec reges ad vllam restitutionem, sed solum ad penitentiam: cum autem deest prima vel secunda, tenentur omnes ad restitutionem damni illati, nisi excusentur ignorantia inuincibili: ignorantia enim crassa, & culpabilis, sicut à peccato non excusat, ita nec à restitutione, vt habemus cap. finali, de iniuriis & damno dato, qui autem laborat ignorantia inuincibili, non tenetur restituere, donec ea ignorantia laborat; at cum cognouerit bellum fuisse iniustum, tenetur restituere, non damnum tempore belli illatum, sed si quid haber alienum ex illo bello: & si nihil habet in specie, sed tamen rebus venditis factus est ditior, tenetur restituere tantum, quantum est ditior factus: nam res aliena retineri non potest, etiam si propter ignorantiam sine peccato acquisita sit, sed reddi debet vel dño, si scitur, vel pauperibus.

QUARTA conditio est, modus debitus, qui in eo praeicipit consistit, vt nulli innocenti noceatur, quòd explicuit Ioannes Baptista Luc. 3. *Neminem conculcatis, nulli calumniam faciatis, contenti estote stipendijs vestris.* Quibus verbis prohibet iniurias, quas milites inferre solent innocentibus, aut vi, aut fraude, vel in persona, vel in bonis, cum dicit: *Neminem conculcatis*, prohibet iniuriam, quae aperta violentia inferitur personae, vt cum rusticus cadunt, nisi ad nutum obediant: cum dicit, *Nemini calumniam faciatis*, prohibet iniuriam, quae fraudibus, & calumnia inferitur, vt cum dicunt aliquem esse proditorem vel hostem, etiam si contrarium nouerint esse verum, & eo nomine vel ipsi eum spoliant, aut occidunt, vel deserunt ad ducem, vel praefectos, cum verò addit, *Contenti estote stipendijs vestris*, prohibet iniuriam, quae alicui non in persona, sed in bonis inferitur, vt cum furantur, & rapiunt vndeunque possunt, vel etiam exigunt, & extorquent ab iis à quibus non debent.

Est autem obseruandum, tria esse genera personarum, quibus milites damnnum inferre non possunt secundum regulam Ioannis Baptista. Primum est eorum omnium, qui ad Rempu. hostium non pertinent: ex quo excusari non possunt milites, qui damnnum inferunt ciuibus, aut rusticis amicis, apud quos hospitantur, vel per quorum loca transeunt, neque excusantur si dicant, sibi stipendia non solui: nam non propterea illis obligata sunt bona priuatorum ciuium, neque luere debet poena ciuis, aut rusticus, si rex aut dux peccat non soluendo stipendia militibus, nisi forte iusta de causa dñati sint homines alicuius loci ad hanc poenam, vt milites alant, quòd tamen rarissè accidit.

SE CUNDO est quòdrundam, qui etsi aliquo modo ad Rempu. hostium pertinent, tamen excipiuntur, capite Innouamus, de treuga, & pace, vbi sic dicitur: *Innouamus, vt Presbyteri, Monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici euntes, vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, cõgrua securitate latentur.* vbi nomine mercatorum, non videntur intelligi, ij qui in ciuitate hostium resident, & sunt pars quaedam ciuitatis, sed solum ij qui transeunt, vel ad vnuinas veniunt, qui non sunt pars ciuitatis.

TERTIUM genus est hominum ineptorum ad bellum quales sunt pueri, senes, mulieres, tales enim etsi capi & spoliari possunt, quia sunt pars ciuitatis, tamen occidi iuste non possunt, nisi forte casu & per accidens occidantur; vt cum miles iaculatur in cuneum hostium, & forte occidit puerum, aut mulierem, aut etiam sacerdotem, non peccat, sed tunc peccat, cum ex intentione occidit, & potest, si velit, non occidere; nam & ratio naturalis hoc docet,

& etiam Deus hoc iubebat Hebraeis Deut. 20. nimirum vt parcerent paruulis & mulieribus, & Theodosius grauius ab Ambrosio reprehensus fuit, quòd cum punitus veller Theflalonicensis, sine delectu obuio quosque negari iussit, vt refert Theodoretus lib. 5. hist. cap. 17. & 18.

QUOD si Moses aliquando iussit etiam mulieres, & paruulos occidi, vt patet Deut. 2. & 3. & alibi, non propterea id etiam nostris militibus licet; nam ille Dei reuelatione clarè cognoscebat Deum sic velle, cui nemo dicere potest, cur ita facis?

CAPVT XVI.

Licere bellum gerere Christianis contra Turcas.

AM verò quaestio de bello contra Turcas omitti potuisset, nisi Lutherus inter alia sua paradoxa etiam hoc protulisset, ac defendere conatus esset, non licere Christianis contra Turcas bellum gerere, vt patet ex articulo 34. in Bulla Leonis damnato. Lutherus videtur assentiri Theodoro Bibliander in Chronologia tabul. 13. vbi sic ait: *Urbanus, seu potius turbo seuissimus, à spiritu malo homicidij gaudente impulsus, bellum pro recuperanda Iudaea commouit.*

Est autem obseruandum, Lutherum non negare bellum contra Turcas esse licitum, quia putet in genere omne bellum esse illicitum: nam in assertione eiusdem articuli suadet bellum contra Pontificem, quem Turcissimum Turcam esse dicit: neque quia existimet non habere Christianos iustam causam: constat enim omnibus, Turcas nullo iure occupasse regna Christianorum, & quotidie plura occupare velle: constat etiam eum extinguere cupere omnem religionem, & dare omnè operam, vt homines ex Christianis fiant Mahumetani. Denique constat & antiquos Pontifices, vt Urbanum II. Paschalem II. Eugenium III. & alios multos, necnon generalia Concilia, vt Lateranense, Lugdunense, Viennense, & alia, generale bellum indixisse Mahumetanis, & sanctum Bernardum: aliosque sanctos viros concionibus publicis excitasse populos ad hoc bellum, & sermonem miraculis confirmasse; vt ipsemet B. Bernardus modestè indicat initio libri 2. de consideratione, nec aliquid horum Lutherus negat; sed sunt aliae tres causae, cur senserit non licere contra Turcas bellare.

PRI MA, quia voluntas Dei esse videtur, vt à Turca tanquam flagello quodam puniamur, neque licet nobis Dei voluntati resistere, quòd autem ista sit voluntas Dei probat in assertionem articuli 34. ab experientia, quae docuit hactenus nihil Christianis profuisse bellum contra Turcas.

SE CUNDA haec prima causa parum valet; nam etsi voluntas Dei sit, vt peccata nostra per Turcam puniantur, tamen non est voluntas Dei, vt Turca non resistamus, immò voluntas eius est, vt resistamus, id quòd ex sine probatur: non enim Deus permittit Turcam in nos sauire, vt peccemus, sed vt conuertamur, tunc autem ad conuersionem perducimur, cum Turca nos oppugnantem resistere conamur, resistendo laboramus, laborando nostram infirmitatem agnoscimus, atque inde ad Deum toto corde reuertimur, & eius auxilium imploramus. Itaque ex sine, quo Deus permittit Turcam in nos sauire, sequitur manifestè ipsum velle, vt Turca resistamus.

Præterea, ita flagellum Dei est bellum Turcae, sicut pestis, fames, hæresis, fomes, peccata, & similia: nemo autem tam est stultus; qui ideo putet non esse querendam medicamenta contra pestem, neque terram colendam, ne moriamur fame, neque hæresi & fomite resistendum.

Neque verum est, quòd Lutherus dicit, experientiam docere nihil nobis prodesse bellum contra Turcas: nam committam plurimas victorias de Turcis relatas, certè cum primum arma illata sunt in terram promissionis, felicissimo euentu Hierusalem à nostris recuperata fuit, & regnauerunt Christiani annis LXXXVIII. & semper plura & plura recuperabant, donec oriri ceperunt inter

ipfos Christianos Principes contentiones: quemadmodum & nunc Turca plura occupat ob discordiam nostrorum, quam sua virtute: & harum discordiarum potissima causa fuit Lutherus ipse.

NAM vt ex Ioanne Cochleao patet in actis Lutheri anni M. D. XXVI. Hungaria perit, quia Germani à Rege Hungariæ vocati in auxilium, maluerunt Luthero parere tunc concionanti contra bellum in Turcas, quam cogitare, quid bonum commune postuleret. Saltem hoc boni habet bellum, quod impeditur Turca, ne tantum noccat quantum vellet. nisi enim hæcenus cum eo pugnantem esset, iam dudum ille omnia obtineret.

SECUNDA causa eius est, quia Ecclesiæ utilior est tribulatio, & persecutio, quam victoria, & tranquillitas. vnde in sermone de matrimonio reprehendit Ecclesiæ consuetudinem, qua orat pro pace, & quiete, cum potius pro tribulationibus orandum esset.

SED respondemus, tribulationem, & persecutionem esse quidem vtilem, sed periculosa, & ideo non expectandam, sed tolerandam, cum aliter fieri non potest. vnde Matth. 6. iubemur orare: *Et ne nos inducas in tentationem.* Et 1. Tim. 2. apostolus iubet orare pro regibus, vt quietam & tranquillam vitam agamus. Et B. Augustinus lib. 10. Confessionis: cap. 28. dicit miserias tolerandas, non arandas, nec desiderandas, & petendas.

TERCIA causa, eaque præcipua fuisse videtur, odiū Pontificis: tanto enim odio Pontificem aliquando Lutheri spersequabatur, vt planè optaret videre Turcam occupantem omnia regna Christianorum, vt saltem eo modo nomen Pontificis extingueretur, neque hoc fuisse votum, ac desiderium eius nos diuinamus, sed ex verbis eius colligimus: nam in libro ad nobilitatem Germaniæ, cap. 25. dicit nullum esse pulchrius regimen vsquam, quam apud Turcas, qui legibus Alcorani gubernantur, nullum autem turpius, quam apud Christianos, qui iure canonico, & ciuili reguntur: & in assertionem articuli 34. dicit Pontificem, & Pontificios esse multo peiores, & truculentiores Turcis, & stultum esse pugnare pro prioribus Turcis contra meliores: & in epistola quadam contra duo mandata Imperialia. Oro, inquit, *cunctos pios Christianos, ne vltimo modo sequamur, vel in militiam ire, vel dare aliquid contra Turcas, quandoquidem Turca decies prudentior, probiorque est, quam sunt Principes nostri.* Quibus verbis quid aliud suadere conatus est, quam esse iuuandos Turcas contra Christianos.

SED hæc sententia tantam absurditatem, & impietatem continet, vt ipse idem Lutherus postea, cum ille ardor non nihil defecisset, planè contrarium scripserit. Sic enim ait in libro de visitatione Saxonica: *Clamant, inquit, aliqui predicatores temerari, non resistendum esse Turcæ: hic sermo seditiosus est, qui neque ferri, neque permitti debet: tenentur igitur potestates resistere Turcis, qui non solum cupiunt prouincias deuastare, uxores ac liberos violare, & interficere, verum etiam iura prouinciarum, cultum Dei omnemque ordinationem bonam abrogare ac tollere. Idcirco debent Principes ob id præcipue belligare, &c.* Et ibidem: *Multò, inquit, tolerabilius foret viro bono videre filiorum suorum interitum, quam Turcis eos moribus imbui: Turcæ enim nullam profus honestatem vel sciunt, vel curant.* Hæc ille.

CAPVT XVII.

Ad Magistratum non pertinere iudicium de religione.

VINTA sequitur questio de officio magistratus politici in causa religionis. Tres in hac parte sunt errores. Primus eorum, qui nimis multum tribuunt magistratibus, vt Brentij in prolegomenis. Philippi in locis capite de magistratu, & aliorum, qui reges esse volunt non solum custodes & defensores religionis, sed etiam iudices & magistratos. Dicunt enim ad eos, vt ad præcipua Ecclesiæ membra pertinere, iudicare contro- uersas fidei, præsidere Concilijs generalibus, constituere

ministros, & pastores, & similia. IN quem errorem multa disputauimus in controuersis de iudice controuersiarum lib. 3. de verbo Dei, cap. 6. 7. & 8. & in lib. 1. de summo Pontifice, cap. 7. & in 1. lib. de Concilijs, cap. 2. vbi ostendimus reges habere primum locum inter Christianos, vt Christiani homines sunt, id est, vt sunt ciues terræ: ciuitatis, non vt sunt ciues Sanctorum, & domestici Dei, ac vt Ecclesiæ membra sunt. Sic enim primum locum habent Episcopi, & præcipue summus Pontifex, secundum Presbyteri, tertium Diaconi, alique Ministri Ecclesiastici, vltimum Laici, inter quos etiam Reges & Principes numerantur.

VNDE Chrysostr. hom. 83. in Matth. alloquens Diaconos: *Si dux quispian, si consul ipse, si is, qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe, & coërce, maiorem tu illo habes potestatem.* Et Gelasius in ep. ad Athanas. Imperatorem: *Nosti, inquit, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen præsulibus diuinarum deuotus colla submittis, atque ab eis causas tue salutis expectas, inque sumendis caelestibus Sacramentis eiusque vt competit disponendis, subdi te debere cognoscis, religionis ordine potius, quam præesse. Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntatem.*

Denique, Christus Ecclesiam suam regendam Petro & Episcopis commisit, non Tiberio, & eius præfectis, & per annos CCC. sine vllis regibus Christianis, exceptis paucissimis, qui vel breuissimo tempore imperarunt, vt Philippus Cæsar, vel solum in aliqua prouincia, vt Lucius Rex Britannorū, Ecclesiæ à solis Episcopis & Presbyteris optime gubernata est. Vide cætera locis citatis.

CAPVT XVIII.

Ad magistratum pertinere defensionem Religionis.

SECUNDVS error est aliorum, qui ad alterum extremum desectentes docent reges debere curare Rempublicam suam, & pacem publicam, de religione autem non curare, sed permittere singulis, vt sentiant prout voluerint, & viuant, vt voluerint, modò non perturbent pacem publicam. In hoc errore fuerunt olim Ethnici, qui omnes religiones approbant, & omnium Philosophorum sectas admittunt, vt Augustinus dicit lib. 18. de ciuit. Dei, cap. 11. vnde B. Leo serm. 1. de SS. Petro & Paulo: *Hæc autem ciuitas, inquit, ignorans sue prouectionis auctorem, cum penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium seruiebat erroribus, & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem.* Et Themistius Philosophus, vt refert Socrates lib. 4. hist. cap. 27. Valenti Imperatori persuadere conatus est, Deo gratam esse sectarum varietatem, dum ita pluribus modis colitur, & pluris fit, dum difficilius cognoscitur. Item hæresiarcha quidam nomine Rhetor apud Augustinū li. de hæresibus, c. 72. omnes sectas veras esse docuit.

Denique, hanc libertatem voluerunt & obtinuerunt Germani anno M. D. XXVI. quando Principes Imperij Spiritu congregati ediderunt quoddam Interim, & nunc idem feruntur in Flandria petere. quorum argumenta quatuor præcipue sunt. Vnum, quod fides sit libera. Alterum, quod sit donum Dei. Tertium, quod experientia doceat cogendo nihil profici. Quartum, quod Christiani semper Iudeos tolerauerint, cum tamè Christi hostes sint.

At hic error perniciosissimus est, & sine dubio tenentur Principes Christiani non permittere subditis suis libertatem credendi, sed dare operam, vt ea fides feruetur, quam Episcopi Catholici, & præcipue summus Pontifex docet esse tenendam. Probatur primò Scriptura, Prou. 10. *Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo.* Item: *Dissipat impios Rex sapiens.* Porro impios esse hæreticos negari non potest. Item Plal. 2. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore.*

AVGVSTINVS epist. 50. *Aliter seruit, inquit, Rex Deo, quia homo est, aliter quia Rex est: quia homo est, ei seruit*

uiuendo

uiuendo fideliter: quia verò etiam Rex est, seruit leges iustas præcipientes, & contraria prohibentes, cõuenienti vigore sanciendo: sicut seruauit Ezechias, lucos & templa Idolorum destruendo: sicut seruauit Iosias, talia & ipse faciendo: sicut seruauit Rex Ninuitarum, vniuersam ciuitatem ad placandū Dominū compellendo: sicut seruauit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando: sicut seruauit Nabuchodonozor, omnes in regno suo positos à blasphemando Deo, lege terribili prohibendo. Et ibidem subiungit. *Quis mente sobrius Regibus dicat? Nolite curare in regno vestro, à quo teneatur, vel oppugnetur Ecclesiæ Domini vestri: non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit esse siue religiosus, siue sacrilegus: quibus non potest dici, Non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit esse puidicus, quis impudicus.*

PRAETEREA in Testamento nouo Apoc. 2. reprehenditur Angelus Pergami, quod haberet apud se aliquos tenentes doctrinam Nicolaitarum, & Angelus Thiatyræ, quod permitteret Iezabel seducere seruos Dei. Ex quibus colligitur, noxiam esse Ecclesiæ mixtionem hæreticorum cū Catholicis. Ro. 16. iubetur Christiani declinare hæreticos. Galat. 5. *Vinā, inquit, abscindatur.* Tit. 1. *Increpa illos durè vt sani sint in fide.* ergo Reges, qui sunt Ecclesiæ nutritij, Isaię 49. non debent permittere istā confusionem.

SECUNDO probatur testimonio Pontificū & Imperatorū. Leo ep. 75 ad Leonē Augustū: *Debes, inquit, Imperator incunctanter aduertere regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse colatam, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta defendas, & verā pacem his, que sunt turbata, restituas.*

ANASTASIVS II. Papa in ep. ad Anastasium Imperatorem: *Hoc, inquit, præcipue in summo serenitati tue, vt cum causa Alexandrinorum pacuimus piissimis auribus vestris, ad Catholicam & sinceram fidem eos auctoritate, sapientia, diuinitate vestris mandatis redire faciatis.* Similia habet Gregorius lib. 9. epist. 60. ad Regem Angliæ, lib. n. ep. 44. ad Leontiam Augustam. Similia habet Agatho in epist. ad Constantinum IV.

PORRO Imperatores pij idem senserunt: nam Theodosius L. cunctos populos, C. de summa Trinitate, & fide Catholica, radicibus euulsi libertatē credendi, quam aliqui Principes permiserat, ac iussit omnes credere eo modo, quo Romanus Pontifex docet esse credendum. Valentinianum iuniorem laudat Ambrosius in oratione fnebri, quod Romæ repetenti antiquam libertatem in religione, vt colere posset sacrificii Deos, fortissimè resistit. Similiter Martianus C. eodem. l. Nemo, seuere prohibet, ne quis ea, quæ sunt in Concilijs Episcoporum definita, reuoluat, aut de iis publicè disputare præsumat.

CONSTANTINVS Magnus initio quidem imperij permittit libertatem religionis omnibus, vt patet ex historia Eusebij lib. 10. cap. 5. tamen postea inuisit claudi templa Idolorum, & solum Christianam religionem vigere, vt Optatus refert libro 2. contra Parmen. quem filij sunt imitati, Constantius & Constantinus, vt Augustinus refert epist. 166. & (apud Rufinum lib. 10. cap. 5.) exilium minatus est Constantinus iis omnibus, qui non acquiescerent Nicani Concilij definitioni.

QUI libertatem credendi concesserunt, tres inueniuntur. Iouinianus, qui tamen ne Catholicos cum hæreticis misceret grauitè admonitus est à Concilio Antiocheno, vt scribit Socrates lib. 3. cap. 21. Valens Imperator Arianos omnibus hæreticis & Ethnicis liberam permittit religionem, vt scribit Theodoretus lib. 4. c. 22. Denique Iulianus A postata, quæ ideo permittit libertatem, quia sperabat posse interire Christianissimum: sic enim ait Augustinus epist. 166. *Iulianus, inquit, desertor Christi & inimicus, hæreticis libertatem perditionis permittit, & tunc Basilicas hæreticis reddidit, quando templa Dæmonis: eo modo putans, Christianum nomen posse perire de terris, si vitati Ecclesiæ, de qua lapsus fuerat, inuideret, & sacrilegus dissen-*

siones liberas esse permittet.

PROBATVR tertio rationibus. Primò, potestas temporalis & spiritalis in Ecclesia non sunt res disinctæ & separata, vt dno regna politica, sed sunt coniunctæ, ita vt vnum corpus faciant: vel potius ita se habent vt corpus, & anima in vno homine: est enim potestas spiritalis quasi anima, & temporalis quasi corpus, vt Nazianzenus docet in oratione ad populum timore percussum, ergo debet potestas temporalis spiritali seruire, eamque ab hostibus suis protegere ac defendere. ac (vt B. Gregorius ait, lib. 2. epist. 61.) terrenum regnum cælesti famulari: sed Ecclesiæ exitialis est hæc libertas: nam vinculum Ecclesiæ est vnus fidei confessio, ad Ephel. 4. vna fides, & ideo dissensio in fide, Ecclesiæ est dissolutio, debet igitur Principes hanc libertatem nullo modo permittere, si fungi munere suo volunt.

SECUNDO, quando apud Iudaos vera religio florebat, non poterant Reges permittere libertatem religionis, ergo multò minus debent permittere Reges Christiani: non enim minus ordinata debet esse Ecclesiæ, quam fuerit Synagoga. Antecedens patet Deut. 17. vbi ex sententia iudicis politici iubentur occidi, qui non obediunt Sacerdoti. Et c. 18. Pseudopropheta similiter exterminari iubentur; & idem patet exemplis, quæ affert Augustinus epist. 50. de Ezechia, Iosaphat, Iosia, & alijs pijs Regibus, qui destruebant lucos, & templa Idolorum, & seuerè puniebant idololatrias, & populum ad cultum veri Dei compellebant.

QUOD autem paulò ante Christi tempora cõperint permitti variæ hæreses, ac præcipue Sadducæorum, qui negabant resurrectionem, non est mirum, quia Synagoga tunc ad interitum propinquabat, nec habebat Regem verè Iudaum, qui ista curaret, sed Idumæum Herodem, Pontifices autem nihil poterant.

TERCIO, libertas credendi perniciofa est etiam temporali bono regnorum, & publicæ paci, vt patet primùm ex Gregorio lib. 4. epist. 32. vbi dicit. Reipublica ciuilibus incolumitatem ex Ecclesiæ pace pendere. Deinde ratione; nam vbi seruatur fides & obedientia Deo, ibi etiam seruatur Principi: nam fides ipsa hoc docet & exigit. Item dissensio in fide parit animorum & voluntatum dissensiones: omne autem regnum in seipsum diuisum, desolabitur; & experientia nostri temporis aded manifestè hoc ostendit, vt frustra id probare nitamur.

QUARTO, libertas credendi perniciofa est illis ipsis, quibus conceditur; nam libertas credendi nihil est aliud quam libertas errandi, & errandi in re omnium periculosissima; nam fides vera non est, nisi vna, Ephel. 4. *Vna fides*, ergo libertas ab ista vna fide recedendo, est libertas in errorum barathrum ruendi. Sicut ergo salubriter non permittitur aibus libertas vagandi per montes, & salubriter nõ liberatur gubernaculo, nec finitur libere à quolibet vento circumferri nauis: ita quoque salubriter non conceditur populis libertas credendi, posteaquam vni veræ fidei se adiunxerunt. Argumenta soluentur in sequenti Quaestione.

CAPVT XIX.

Non posse conciliari Catholicos cum hæreticis.

ERTIVS error est Gregorij Cassandri in libro de officio pij viri, vbi docet, debere principes inuenire rationem pacis inter Catholicos, Lutheranos, Calvinistas, &c. Sed interim dum non inueniunt, debere permittere vnicuique suam fidem, modò omnes recipiant Scripturam & Symbolum Apostolicum. Sic enim omnes sunt vera Ecclesiæ membra, licet in particularibus dogmatibus dissentiant.

SIMILIA docuerunt olim pacificantes, auctore Zenone Imperatore, de qua re vide Euagrium, lib. 7. cap. 14. & 30. Item Apelles, qui apud Eusebium lib. 5. hist. cap. 11. dicebat, non esse discutendam rationem fidei, sed sat esse

eredere in crucifixum. Hic est manifestus error, & contra eum scriptis ex Catholicis Doctoribus Ioannes à Lo- uano, ex hæreticis Ioannes Caluinus.

P O T E S T autem facile refelli hæc sententia; primum enim non possunt Catholici, Lutherani, & Calvinistæ eo modo conciliari; nam in ipso Symbolo non conuenimus, exempli gratia, per articulum; Descendit ad inferos, diuersissima intelligimus; nos enim credimus, Christi animam à corpore separatam, secundum substantiam suam descendisse ad lymbum Patrum: hæreticorum, alij volunt descendisse Christum ad inferos, nihil esse aliud quàm sepultum fuisse, alij passum dolores inferni. Similiter articulum, Credo sanctam Ecclesiam, diuersis modis intelligimus. Et illud etiam: Sanctorum communionem, nam singulis Sacramentis sunt controuersia. Denique de illo: Remissionem peccatorum, maximè dissentimus.

D I C E T Cassander, fat est, quod omnes fatemur Symbolum esse verum, & illud recipimus.

C O N T R A, primò Symbolum vnum est, & non in verbis, sed in sensu est fides, non ergo habemus idem Symbolum, si in explicatione dissidemus; præterea si sufficeret verba Symboli recipere, nulli ferè veterum hæreticorum iure damnati fuissent. Nam Ariani, Nouatiani, Nestoriani, & alij omnes verba Symboli Apostolici recipiebant, sed quia in sensu dissensio erat, ideò damnati, & ab Ecclesia Catholica eiectioni fuerunt.

S E C U N D O, fundamentum Cassandri est falsum, non enim possunt vera membra Ecclesiæ vocari Lutherani & Calvinistæ, etiam si in Symbolo nobiscum conueniant, nam præter illam fidem requiritur subiectio ad legitimum caput Ecclesiæ à Christo constitutum, & communicatio cum aliis membris, Ecclesia enim est vnus corpus visibile, & proinde caput & membra habet visibilia, nec potest dici membrum, quod à capite & corpore reliquo separatum est. Certè Aërius, etiam quoad sensum, in Symbolo conueniebat cum Catholicis, tamen quia volebat subesse Episcopo, & cæteris membris communicare, ab Epiphano & Augustino in Catalogo hæreticorum punitur, & Cyprianus libro quarto epistola secunda dicit, Nouatianum esse extra Ecclesiam, quia non volebat subiecti Pontifici Cornelio, etiam si nullam aliam hæresim introduxisset.

T E R T I O, Cassander ita disputat, quasi inter Catholicos, Lutheranos, & Calvinistas solum dissensiones sint de ritibus & cæremoniis humanis; at multa dogmata sunt maximi momenti, in quibus dissentimus, quæque nõ habentur expressè in Symbolo, & propter quæ nulla pax sperari potest inter Catholicos, & Lutheranos. Nam verbi gratia, nos dicimus, Missam esse diuinissimum cultum Dei, illi dicunt esse horrendam idololatriam: similiter innocare Sanctos nobis est pietas, illis impietas, &c.

Q U A R T O, sancti Patres docuerunt nos, vt nõ solum fidei Symbolum, sed etiam omnia alia dogmata fidei, licet minuta videantur, inuolata seruemus, nec propter hæreticos vilo modo immutari patiamur. Gal. 2. Paulus dicit, se nec ad horam cedere voluisse falsis fratribus. Et cum olim Ariani peterent à Catholicis, vt saltem vnã vocem omitterent, quæ non habetur in Scriptura, nec in Symbolo Apostolorum, vel vna litera immutarent, i. non dicerent *quodammodo*, sed *quodammodo*, & si hoc fieret, pacem pollicerentur; Catholici noluerunt & Imperatori scripserunt, nefarium esse de rebus iam definitis aliquid immutare, & si quid iustarum sanctionum fuerit immutatum, non propterea pacem futuram, nec enim apud eos pacem esse posse, qui pacis iura nescirent. vide Theodoretum lib. 2. historia, cap. 18. & 19. vel Trip. lib. 5. cap. 21. & 33. & hoc verum esse patuit in concilio Ariminensi, nam cum simpliciores Catholici ab Ariani decepti, nomẽ *quodammodo* tollendum esse decreuissent, mox Ariani toto orbe terrarum prædicauerunt se vicisse, non contenti sustulisse vocem

A *quodammodo*, & pro ea substituisse *quodammodo*, paulò post ipsum *quodammodo*, in *regressum*, id est, dissimilis substantiæ, transformatum, vt Theodoretus refert libro 2. historia, cap. 21.

H I N C Bauius roganti Præfecto Valentis Imperatoris, vt temporariè pareret, & non tot Ecclesias, propter paruum dogmatum subtilitatem, vexari pateretur, respondit: *Qui diuinis inuicem sunt eloquiis, corrumpere de diuinis dogmatibus, ne vnã quidem syllabam patiuntur, sed pro his, si contingat, omnes etiam mortis species amplectuntur.* Vide Theodoretum lib. 4. cap. 17. historia Ecclesiastica.

E A D E M constantia perdit fuerunt Eustathius, & Sylluanus, quibus cum Imperator exilium minaretur, nisi vocem, *quodammodo*, abrogarent, responderunt, potestatem habere puniendi, non tamen nos Patrum statuta destruiamus. vide hist. Tripart. lib. 5. cap. 24.

D E N I Q U E Gelasius in epistola ad Euphemianum, petenti hæretico, vt Papa eis condescenderet, id est, aliquid remitteret de religione Catholica pacis gratia, eleganter eius petitionem irrisit: *Cum autem, inquit, dicit, condescendere nos debere vobiscum, interim iam vos descendere, aut descendisse monstratis: unde, queso, vel quò ista descensio est? vtiq; ex superiore quodam loco ad inferiora quæque depositos à Catholica, Apostolicæque communionem ad hæreticam, damnatamque prolapsos vos videtis, cognoscitis, non negatis: & non solum vos in inferis iacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede, pulvis impelli: Condescendere nos vobiscum inuitatis ad ima de summis, nos condescendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis.*

Q U I N T O, non potest liberum esse credere in vno quolibet dogmate, quin eadem ratione liberum esse debeat in omnibus, etiam in iis quæ in Symbolo Apostolico continentur; nam vna est regula fidei indubitata, & certa in omnibus quæ creduntur, nimirum verbum Dei per Ecclesiam explicatum. Si ergò credo Ecclesia tradenti mihi Symbolum Apostolorum, quod non scio aliunde esse Apostolorum, nisi quia Ecclesia dicit; eadem ratione credere debeo Sanctos inuocandos, quia eadem Ecclesia hoc dicit; vel si hoc possum non credere, eadem ratione possum non credere, Symbolum illud esse Apostolorum.

S E X T O, opinio ista Cassandri noua est, & ab ipso primùm excogitata, vt ipse initio fateretur, suspecta igitur haberi debet. Vt enim pulchre docet Vincentius Lyrinensis in suo opusculo contra prophanas nouitates, suspitione carere non potest, quod nouum est, cum vera fides vna sit, & antiquissima.

S E P T I M O, ista opinio facit veram Ecclesiã omnino occultam & inuisibilem; immò ex solis adulatoribus & simulatoribus constatam: nam Cassander dicit, ad veram Ecclesiam requiri duo, fidem in Christum, & pacem cum hominibus, & inde deducit eos, qui hostiliter insecantur Catholicos, vel Lutheranos, non esse de Ecclesia, sed eos solum qui cum omnibus pacem habent, ergo illi, qui sunt de Ecclesia, non possunt esse nisi occulti, & qui cum Catholicis simulant se hostes Lutheranorum, & cum Lutheranis hostes Catholicorum; nam Catholici non patiuntur in suo grege villo, qui ostendant villo signo externo, se fauere Lutheranis: inter Lutheranos quoque, etsi permittuntur in iisdem prouinciis omnes sectæ, tamen nulla secta in suo grege patitur amicos aliarum sectarum, vt notum est: ergo isti pij, & pacifici viri necessarii sunt omnes ficti & simulati, aliud ore profitètes, aliud in corde celantes, & similes Herodi, qui cù ethnicis erat ethnicus, & cum Iudæis Iudæus; nam Cæsari templa erexit & simul Deo vero, vt Iosephus refert li. 15. Antiq. c. 13. & 14.

A D D E, quòd faretur Cassander, suos istos collegas esse paucos & occultos: sed hinc apparet, eos non posse Ecclesiã constituere, nam Ecclesia est manifesta & visibilis, adeò vt à Domino Matthæi 5. dicatur ciuitas supra montem posita. Denique vera Ecclesia sine Pastoribus esse non potest, ad Ephesios quarto; isti autem homines

occulti

occulti nullos pastores habent, nec habere possunt, dum ita manent occulti, proinde nullam Ecclesiam habent.

C A P V T X X.

Libros hæreticorum abolendos esse.

D O S T R E M A restat questio de pœnis hæreticorum, quas post Ecclesiæ iudicium & declarationem, Principes politici infligere possunt, ac debent. Incipiemus autem à libris eorum, ac breuiter ostendemus, libros hæreticorũ iure interdici, & exuri. Id igitur probatur. Primò ex antiqua & perpetua consuetudine, non solum Christianorum, sed etiam Ethnicorum.

P R I M O, refert Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. quòd cum Roma reperti fuissent libri quidam, qui non nihil videbantur soluere religionem, Prætor Vrbanus, ex auctoritate Senatus, in conspectu populi eos cremauit. Marcus Tullius lib. 1. de natura Deorum refert, Protagoram Abderitem, quòd libris noxiis religioni scripsisset, Atheniensium iussu, vrbe atque agro exterminatum, librosque eius in concione combustos.

D E N I Q U E, tempore Apostolorũ, refert Lucas Act. 19. multos ab Apostolis conuersos libros curiosos, & vanos contulisse & combussisse coram omnibus, & Clemens lib. 1. constituit. A post. cap. 7. dicit, Apostolos prohibuisse initio fidelibus libros Gentilium, & falsorum Prophetarum. Scribit etiam Eusebius lib. 7. hist. cap. 6. Dionysium Episcopum Alexandrinum, qui floruit circa annum c. c. l. à fidelibus reprehensum, quòd libros hæreticorum legeret.

C O N S E Q U E N T E postea tempore creuit zelus fidelium contra libros hæreticorum. Nam Nicænum Concilium libros Arii igni adiudicauit, vt Nicephorus testatur lib. 8. c. 18. & Constantinus id executioni mandari iussit, proposita pœna capitis, si quis libros Arii occultasset, vt patet ex epistola eius apud Socratem, lib. 1. c. 6. & Nicephorum lib. 8. c. 25. Scribit etiã Socrates, lib. 1. c. 24. Marcellum Ancyranum damnatũ fuisse, quòd libros suorum errorũ comburere nolisset; non enim respiciebantur ad penitentia hæretici, nisi prius libros suos combussissent.

C I R C A eadem tempora Epiphanius in Synodo Cypri coacta, vetuit libros Origenis legi, vt Socrates lib. 6. cap. 9. hist. refert, & Concilium Carthagenense IV. can. 16. permittit solis Episcopis, vt tempore necessitatis libros hæreticorum legant.

N O N diu postea cum Nestorij hæresis in Concilio Ephesino damnata fuisset, libri quoque Nestorij in eodẽ Concilio interdici fuere, & à Theodosio Imperatore exuri iussu, vt Liberatus refert cap. 10. Breuiarij, & extat adhuc lex Theodosij, L. Damnato, C. de Hæreticis. Circa idẽ tempus prodit lex Honorij, & Theodosij, qua iubentur Mathematici omnes suos libros, in quibus aliquid est aduersum Catholica religioni, in oculis Episcoporũ cremare, L. Mathematicos, C. De Episcopali audentia.

P A R I ratione in Concilio Chalcedonensi damnantur libri Eutychetis, & ab Imperatoribus Valentiniano & Martiano seuera lege prohibentur, ne vllus eos legere, aut habere audeat, sed omnes diligentissimè quæsi crementur, vt patet ex Concilio Chalcedonensi, act. 3. & ex ipsa lege, quæ adhuc extat L. Quicumque, §. Nulli, & §. Omnes, C. de hæreticis.

E O D E M tempore B. Leo in epist. 91. ad Turbium, c. 15. & 16. interdixit lectionem librorum hæreticorum quorundam, & addidit eos Episcopos, qui eos in domibus fidelium haberi sineant, hæreticos censendos; paulò post Gelasius in Concilio LXX. Episcoporum, vt habetur dist. 15. can. S. Romana, proposuit indicem hæreticorum, quorum libros à fidelibus vitandos esse dicit.

P O S T M O D U M in V. Synodo damnato Anthymo, damnantur etiam eius libri, & Iustinianus Imperator grauem pœnam statuit, nimirum amputationis manuum in eos, qui eiusmodi libros describunt, ac iussit vbique

A comburi. habetur hæc constitutio in prima actione Synodi V. & in Nouellis, const. 42.

B. G R E G O R I V S lib. 14. moralium, c. 32. refert iussu Tiberij Imperatoris, crematum librum Eutychij, quem ipse Gregorius hæresis conuicera.

I N VII. etiam Synodo act. 5. interdicitur & comburi iubentur libri hæreticorum, & can. 9. excommunicantur, qui libros hæreticorum legunt.

C O N C I L I V M Constantiense sess. 8. confirmat decretum Concilij Romani, quo interdicta fuerat lectio librorum Ioannis VViclefi.

D E N I Q U E, Concilium Tridentinum indicem librorum hæreticorum fieri iussit, vt omnes scirent, qui libri cauendi & exurendi essent. Ex quo apparet, semper eandem fuisse consuetudinem in Ecclesia.

A C C E D I T etiam in argumentum huius rei, quòd nulli ferè exstant libri veterum hæreticorum, quomodo enim euauerunt tot volumina Valentini, Marcionis, Arii, Eunomij, Nestorij, Pelagij, & aliorum, quibus sancti Patres respondent.

P R O B A T V R secundo, ratione; nã colloquia hæreticorum sunt periculosissima, & ideò diligenter vitanda, ergo multò magis libri sunt noxij, & pestilentes, ac vitandi. Ad Romanos 16. Rogo autem vos, fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab eis: nam per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. 2. ad Timoth. 3. Hos deuita. Tit. 3. Hæreticum deuita. 2. ep. Ioannis: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non asserit, nolite recipere in domum, nec Aue ei dixeritis.

S. I R E N A V S lib. 3. cap. 3. Tantum, inquit, Apostoli, & horum discipuli habuerunt timorem, vt neque verbo renus communicaret alieni corum, qui adulterauerant veritatem.

S. C Y P R I A N V S lib. 1. ep. 3. ad Cornelium: Declinet, inquit, fortiter, & euitent dilectissimi fratres nostri verba, & colloquia eorum, quorum sermo vt cancer serpit. Et infra: Nulla cum talibus commercia, nulla conuicia, nulla colloquia misceantur, smisq; ab eis tam separati, quàm sunt illi ab Ecclesia profugi.

S. A T H A N A S I V S de S. Antonio in eius vita: Numquam, inquit, Manichæis, aut aliis hæreticis saltem amabilia verba largitus est, denunciatis talium amicitiam, atque sermones, perditionem esse animæ. Sic etiam Arianos detestatur, vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem esse accedendum. Et ipse B. Antonius iam mortuus: Hæreticorum, inquit, & schismaticorum venena vitate, meliusque circa eos odium sectamini, scitis ipsi quòd nullus mihi, nec pacificus quidem sermo cum eis vnquam fuerit.

S. A V G V S T I N V S in epistola 62. Hæreticum, inquit, sicut vitandum monemus, ne infirmos, & paruulos fallat, ita non abnuimus quibuscumque modis possumus corrigendum, &c.

S. L E O sermone 18. de passione Domini: Piperea, inquit, hæreticorum vitate colloquia, nihil vobis commune sit cum eis, qui solo sunt nomine Christiani. Hæc ille.

I A M igitur, si tantopere vitanda sunt colloquia hæreticorum, quantò magis libri; nam oratio in libris scripta, est magis composita, & artificij plena, quàm quæ in colloquijs vsurpatur. Deinde, est semper ad manus; nam conciones & colloquia sunt rara, & verba ore prolata mox transeunt; at verba in libris manent perpetuò, & semper nobis adsunt, nobiscum peregrinantur, nobiscum domi sedent.

P R A E T E R E A libri magis sparguntur; potest enim aliquis per libros toti ferè orbi terrarum simul loqui, & multorũ domos, & cubacula libri penetrant, quos auctor libri nunquã vidit, & ad quos fortè nũquã admitteretur.

D E N I Q U E, experientia idem docet; nam Ioannes VViclefus vna voce paucissimos peruertit; docuit enim solum in Anglia, & ibi penè nullos reliquit sui erroris

heredes : at per libros totam Boemiam peruertit. vide Cocileum in historia Hufitarum.

AT contra obiciunt. Primò, quia multa bona sunt in libris hæreticorum, & stultum videtur, propter aliqua mala privare se etiam bonis : & confirmatur, quia alioqui multorum Patrum scripta comburenda erunt. item, quia Ecclesia tolerat libros Gentilium, Iudæorum, Turcarum, & veterum etiam hæreticorum, vt Origenis, Tertulliani, Eusebij, Pelagij.

RESPONDEO, veritatè quidem non esse negandam, tamen nec legendam in libris hæreticorum; nam, vt ibi est, nocet, non prodest. Scribit B. Gregorius lib. 5. moral. cap. 11. hoc esse proprium hæreticorum, vt veris falsà permisceant, & bonis mala: nam si sola falsà & mala dicerent, ab omnibus repelleretur; si sola & vera & bona, hæretici non essent. Itaque omnia miscent, vt ex malis bona inficiant, & per bona mala sua abscondant; quæ etià causà est, cur Christus & Apostoli prohiberent Damones vera dicere, ne videlicet per ea vera fidem sibi acquirerent, & postea falsà etiam illis crederentur. Luca 4. Dominus nò iurabat Damones dicere: Tu es Christus filius Dei. Et Act. 16. Paulus prohibuit Diabolo dicere: Iste homines serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis.

PRÆTEREA etiam non decet, vt veritas ab hæreticis suscipiatur, qui hostes sunt veritatis: vt scribit Gellius lib. 13. c. 3. apud Lacedæmonios, cū de summa Reipublice ageretur, vir quidam disertus & doctus, sed improbus & impurus, optimam sententiam dixit, quæ cum placeret omnibus, & iuxta eam decretum faciendum videretur, & tamen ferre non possent, vt optimum consilium turpitudine auctoris fœderetur, electus est vir quidam grauissimus, qui omnium consensu eandem sententiam diceret, & nulla prioris habita mentione, huius sententia in decretum referretur.

AD primam confirmationem de scriptis Patrum, respondeo in primis, patres non esse hostes Ecclesie, & eorum errata nò hæreses, sed humanos esse errores. Præterea, errores Patrum esse errores extinctos & mortuos, qui nocere non possunt; nam error nocet quâdiu defenditur pertinaciter: Patrum autem errores nò fuerunt de rechi, dum Patres ipsi viuerent; alioqui enim vel ipsi eos emendassent, vel ab Ecclesia eieciti fuissent, sed post mortem eorum detecti, notati que sunt, & ab omnibus improbat, sicut etiam ab ipsi improbantur, si viuerent.

AD illud de Gentilibus dico, eos tolerari, quia non nocent, cum sint errores mortui; nulli enim nunc sunt, qui non videant dogmata Gentilium, nec vnquam audimus Christianos deprauatos libris Gentilium, deficere ad Gentilismum, vt quotidie deficiunt ad hæreticos: quia verò tempore Apostolorum multi erant, qui propugnabant dogmata Gentilium, Clemens scribit interdictos tuisse Gentilium libros, libro primo constit. cap. 7. & eadem de causâ prohibentur libri Gentilium in Concilio Carthaginensi I V. cap. 16.

AD illud de Iudæorum & Turcarum libris dico, libros Iudæorū & Turcarū melioris conditionis esse, quàm hæreticorū: illi enim sunt aperti hostes Christianorū, nec fallunt sub nomine Christiano, vt hæretici faciunt. itaque etià simplicissimi quique norunt discernere dogmata Iudæorū & Turcarū a Christianis dogmatibus: discernere autè hæreses non possunt, nisi homines valde docti. Præterea etià Iudæorum & Turcarū libri prohibentur, quando continent blasphemias in Christum, aut iudicantur perniciosi Christianis, vt patet de Talmud Iudæorum.

AD illud de Origenè, Tertulliano, Eusebio, Pelagio dico, eorum libros permiti, quia hæreses illæ sunt extinctæ, & libri illi prolunt propter antiquitatem.

ARGUMENTVM 2. ex Paulo, qui 1. Thess. 5. dicit: Prophetias nolite spernere, omnia probate, quod bonum est, tenete: est enim sensus, Si quis futura prædicat, vel Scri-

pturas interpretetur, aut verbo, aut scriptis, nolite reicere, sed audite, vel legite, & quod Catholica fidei consonum est, accipite, reliquum omitte.

RESPONDEO, Apostolus loquitur de prophetia & scriptis, quæ nondum conitat, an sint bona vel mala, & talia non vult reici, nisi prius examinata; sed quando scriptum aliquod iam est examinatum, & constat esse malum, vult omnino reici, & talia sunt scripta omnia, quæ nobis prohibentur: sunt enim probata, id est, examinata omnia, & idè prohibita, quia mala reperta sunt.

DEINDE, licet Apostolus ad totam Ecclesiam scribat, tamen non vult omnia fieri ab omnibus: sed ab iis, qui possunt, & quibus ex officio incumbit, sicut cū ad Vniuersitatem aliquam mittuntur articuli aliqui suspecti examinandi, non ad omnes, qui sunt in Vniuersitate, pertinet eos examinare, sed solum ad magistrōs, vel quos ipsi designauerint: ita igitur cū Apostolus iubet, in Ecclesia examinari prophetias & Scripturarum interpretationes, certè non vult hoc fieri à sartoribus, & cementariis, sed ab Episcopis, & aliis, quos Episcopi sibi adiungunt.

ALIUD argumentum sumunt ex testimoniis quatuor veterum Patrum, Dionysij, Alexandrini, Theophilij, item Alexandrini, vt B. Hieronymi, & Gelasij: nam Dionysius, vt scribit Eusebius lib. 7. hist. c. 6. cū reprehenderetur, quòd libros hæreticorum legeret, respondit, se visionem habuisse, qua sibi dicebatur: *Legere omnia, quæ in manus tuas veniunt, valebis enim omnia expendere & probare.* Theophilus quoque, cū argueretur quòd Origenem legeret, respondit, vt Socrates refert lib. 6. hist. c. 15. se legere, vt quod bonum est exciperet, quod malū respiceret, B. Hieronymus in epist. ad Alexandrum & Minerium, dicit, se legere libros hæreticorum, vt bona inde excerpere, etiam si sciat, aliquos propterea de se murmurare.

GELASIVS in tom. de vinculo anathematis, probare volens posse Concilium Chalcedonense partim recipi, partim non recipi, affert exemplum librorum hæreticorum, qui partim recipiuntur, partim reiciuntur, & allegat illud, *Omnia probate, quod bonum est, tenete.*

AD hoc vltimum respondeo, exemplum Gelasij in eo consistere, quòd sicut in Concilio Chalcedonensi quædam erant bona, quædam mala; & quædam recipienda, quædam reicienda, ita & in libris hæreticorum: non tamen vult dicere, posse recipi libros ipsos hæreticorum propter vera admixta, sicut recipitur Concilium Chalcedonense; nam alia ratio est Concilij sanctorum Patrum, alia librorum hæreticorum, vt diximus, quanquam veritas ipsa inserta libris hæreticorum bona sit, & recipienda, si tamen alibi reperiat; verba eius hæc sunt: *Nunquidnam in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem, posita leguntur? Nunquidnam idè veritas resutanda est, quia illorum libri, vbi prauitas inest, resutatur? Aut idè prauis libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas, quæ illic inserta est, non negatur?*

AD alia respondeo. Primū, ex his locis colligi semper in Ecclesia fuisse morem vitæ di lectione librorum hæreticorum, alioqui enim nemo istos Patres reprehendisset.

DICO secundo, semper concessum fuisse, & modè etiam cœdèti Episcopis, & aliis multis lectione librorum hæreticorum, & idè non mirū, si Dion. & Theophilus, qui Patriarchæ erant, & S. Hieron. qui semper doctissimus est habitus, poterant suo iure omnes libros legere.

DICO tertio, nullam tunc fortasse fuisse legem vniuersalis Ecclesie, sed solum consuetudinem de non legendis libris hæreticorum, exceptis libris Arii; at nunc lex est Ecclesie vniuersalis, cui parendum est.

CAPVT XXI.

Posse hæreticos ab Ecclesia damnatos, temporalibus penis, & etiam morte mulctari.

IOANNES Hus art. 14. in Concilio Constant, sess. 14. recitato, asseruit, non licere hæreticum incorrigibi-

lem tradere seculari potestati, & permittere comburendum. Idem Lutherus in art. 33. & in assert. eiusdem. Nec nouus est error, nam etiam Donatista olim idem docuerunt, vt Parmenianus, Petilianus, & Gaudentius, vt Aug. testatur lib. 1. contra epist. Parmeniani, c. 7. lib. 2. contra literas Petilianij, c. 10. lib. 2. contra epist. Gaudentij, c. 17. & 26. & epist. 50. ad Bonifacium.

CONTRARIVM docent omnes Catholici, & aliqui etià ex hæreticis. Nam Caluinus posteaquam Michaëlem Serueterum tanquam hæreticum publicè supplicio extremo affecisset, & ab aliis seclatariis argueretur, libellum edidit, in quo demonstrat, licitum esse in hæreticos gladio animaduere. Benedictus quoque Aretius in historia de supplicio Valentini Gentilis, eundem Gentilem ob hæresim iure casum à Bernensij Magistratu, contendit. Fufius verò id ipsum docet Theodorus Beza in libro de hæreticis à Magistratu puniendis.

NOS igitur breuiter ostendimus, hæreticos incorrigibiles, ac præsertim relapsos, posse ac debere ab Ecclesia reici, & à secularibus potestatibus, temporalibus penis, atque ipsa etiam morte mulctari.

PROBATVR primò Scripturis. Scriptura veteris Testamenti Deut. 13. generissimè iubet falsos Prophetas, qui suadent colere Deos alienos, sine vlla misericordia occidi, & c. 17. postquam dixerat, vt in rebus dubiis consuleretur summus Sacerdos, mox subdit: *Qui autem superbiuerit, nolens obedire Sacerdotis imperio, ex sententia iudicis moriatur.* Et rursum c. 18. Prophetas falsos interfici iubetur. Et re ipsa legem hanc seruauerunt Helias, Iosias, Iehu, & alij, qui falsos Prophetas plurimos occiderunt, vt patet 3. Reg. 18. & 4. Reg. 10. & 23. nullum est autem terè discrimen inter nostros hæreticos & falsos Prophetas illius temporis. nec solum sancti Reges & Prophetæ blasphemos morte mulctarunt, sed etiam Nabuchodonosor (vt dicitur Daniel. 3.) edictum constituit, vt quicumque blasphemaret Deum Danielis, id est, verum Deum, interficeretur, & domus eius vastaretur; in quo edicto Deo vero obsequium iustissimum fecit, vt B. Augustinus dicit in epist. 50. & alibi.

IN nouo Testamento habemus in primis Matthæi 18. posse Ecclesiam eos, qui obedire nolunt, à se reicere, & habere vt Ethnicos & Publicanos, ac proinde permittere eos potestati seculari, tanquam non amplius Ecclesie filios. Habemus deinde Rom. 13. secularem potestatem, posse scelestos homines gladio punire. *Non enim, inquit, sine causa gladium portat, minister enim Dei est, vindex in iram, &c.* Ex quibus duobus locis aperte colligitur, licitum esse hæreticos, qui omnium iudicio sunt rebelles Ecclesie, & publicæ pacis perturbatores, ab Ecclesia abscondi, & à seculari iudice morte mulctari.

PRÆTEREA Christus & Apostolus eius hæreticos iis rebus comparauerunt, quæ sine controuersia ferro & igni repelluntur; nam Matth. 7. Dominus ait: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Act. 20. Ego scio, quoniam intrabunt post discessum meum lupi rapaces: nomine luporū certū est hæreticos intelligi debere, vt pulchre explicat S. Ambr. in commentario ad initium cap. 10. B. Luca; at lupi rapaces optimo iure occiduntur, si aliter abigi non possunt; plus enim faciendū est vita ouium, quàm mors luporum. Item Ioan. 10. *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro:* vbi nomine furis & latronis intelliguntur hæretici, & omnes seductores, ac seclatarij inuictores, vt Chrysostronus & Augustinus exponunt: fures autè & latrones, quomodo puniantur, notū est. Item 2. Tim. 2. hæresis comparatur cancro, qui non curatur medicamentis: sed ferro excindi debet, alioqui perpetuò serpit, & totum corpus corrumpit.

DENIQVE Christus Ioan. 2. flagello coegit negotiatores egredi templum, Petrus Act. 5. Anania, & Sapphi-

ram, quia mentiri ausi fuerant Spiritui sancto, occidit. & Paulus Act. 13. falsum Prophetam, qui proconsulem à fide impedire conabatur, cæcitate percussit.

PROBATVR secundo sententiis, & legibus Imperatorum, quas Ecclesia semper probauit. Constantinus primus Imperator ad petitionem Nicæna Synodi, Arium cum aliquot sociis in exilium relegauit, vt auctor est Sozomenus lib. 1. c. 20. hist. itè Donatistas supplicio affecit, vt Aug. refert lib. 1. cōtra ep. Parmeniani, c. 7. & in ep. 166. ad Donatistas, vbi enumerat multos Imperatores optimos, qui seuerissimas leges tulerunt contra hæreticos, & vnum solum Iulianum Apostatam hæreticis fuisse.

DEINDE Theodosius, Valentinianus, Martianus, & alij religiosissimi Imperatores leges tulerunt in hæreticos, quibus eos interdū aliquot libris auri, interdū omnibus bonis, interdum exilio & verberibus, interdum vltimo supplicio mulctari voluerunt, vt patet C. de hæreticis. L. Manichæos. L. Ariani. L. Quicumque, qua vltima lege, quæ est Valentiniani, & Martiani iubentur occidi omnes, qui praua docere tentant; qui verò eos docentes audiunt, aliquot libris auri mulctari.

IUSTINIANVS apud Paulum Diaconum lib. 16. lege edita omnes hæreticos de finibus totius imperij eiecit, cōcessis trium mensium ad conuersionem induciis; deinde Michaël Imperator apud eundem Paulum Diaconum lib. 14. capitalem penam in hæreticos constituit.

PROBATVR tertio legibus Ecclesie, cap. ad abolendam, & cap. Excommunicamus, extra de hæreticis, & in Sexto de hæreticis, ca. Super eo, definit Ecclesia hæreticos incorrigibiles seculari potestati tradendos, vt ab eis debito modo puniantur. Item Constantiensè Concilium sess. 15. damnauit sententiam Ioannis Huls, & ipsum Ioannem & Hieronymum de Praga tradidit seculari potestati, à qua ambo exulsi fuerunt; denique Leo X. articulum Lutheri damnauit.

PROBATVR quarto testimonijs Patrum. Cyprianus lib. de exhortatione martyrij, cap. 5. postquam retulerat ex Deut. 13. necandos esse Pseudopphetas, subdit: *Si hoc in Testamento veteri fiebat, nunc magis faciendum esse.*

HIERONYMVS in illud Galat. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit: *Igitur, inquit, scintilla statim vt apparuerit extinguenda est, & fermentum à massa viciniã semouendum: secunda carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.*

AUGUSTINVS lib. 2. retractat. cap. 5. & in epist. 48. & 50. retractat, quod aliquando senserat, non esse vi cogendos hæreticos ad fidem, & prolixè probat id vtilissimum; semper tamen excipit supplicium mortis, nò quòd illos hoc non mereri putaret, sed tum quia hoc decere Ecclesie mansuetudinem existimabat, tum etiam quia nondum vlla exstabat lex Imperatorum, qua hæretici iuberentur occidi; illa enim lex, quicumque, C. de hæreticis, paulò post mortem Augustini lata est.

QUOD autem Augustinus existimauerit, iustum esse, si hæretici occiderentur, perspicuum est; nam lib. 1. contra epistolam Parmeniani, cap. 7. ostendit, quòd si punirentur morte Donatista, iuste punirentur. Et tract. 11. in Ioannem: *Occidunt, inquit, animas, affliguntur in corpore, sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conuerunt, &c.* vbi dicit falsò illos conqueri, quòd occiderentur ab Imperatoribus: tamen si etiam verum esset, adhuc iniuste conquererentur. Denique in ep. 50. ad Bonifacium dicit, Ecclesiam quidem nolle vllum hæreticum occidi, tamen sicut domus Dauid non potuit habere pacem nisi Absalon exstingueretur, & Dauid pace regni merorem mortis filij consolatus est, sic cū ex legibus Imperatorum contra hæreticos sequitur aliquorum

mors, Ecclesiam dolorem materni cordis lenite ac sanare tantorum liberatione populorum.

S. LEO in ep. ad Turbium c. 1. Merito, inquit, Patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hæc nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab universa Ecclesia pelleretur: quando etiam Principes mundi hæc sacrilegam amentiam ita detestati sunt, ut auctorem eius, ac plerisque discipulos legum publicarum ense prosternerent, & profuit diu ista districtio Ecclesiastica lenitati, quæ nisi sacerdotali cõtentia iudicio, cruentas refugit ultiones, seueris tamẽ Christianorum Principum constitutionibus adiunatur, dum ad spirituale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. Optatus Mileuitanus lib. 3. respondens calumniam hæreticorum, qui ægerimẽ ferebãt duos ex suis à Machario præfeto interfectos: Videtis, inquit, à Mose, & Phinees & Helia, & Machario similia esse facta, quæ ab omnibus vnus Dei vindicta processit.

S. GREGORIUS lib. 1. ep. 72. ad Gennadium Exarchum Africæ, laudat eum quod magno zelo hæreticos armis persequeretur, & hortatur, ut pergat.

S. BERNARDVS serm. 66. in Cantica: Melius, inquit, proculdubio gladio cõrrecerentur, illius videlicet, qui non sine causa gladium portat, quam in suum errorem multos trahere permittantur: Dei enim minister ille est, vindex in iram ei, qui male agit: mirabantur aliqui, quod non modo patienter, sed etiam læti, ut videbantur, ducerentur ad mortem; sed qui minus aduertunt, quanta sit potestas Diaboli, non solum in corpora hominum, sed etiam, in corda, quæ semel permissis possederat. Nõne plus est sibi met hominem iniicere manus, quam id libenter ab alio sustinere?

PROBATVR vltimõ ratione naturali. Primõ, hæretici excommunicari iure possunt, ut omnes fatentur, ergo & occidi. Probatur consequentia, quia excommunicatio est maior pœna, quàm mors temporalis. Augustinus lib. 1. contra aduers. Legis & Prophetarum, cap. 17. dicit, horribilius esse tradi Satanæ per excommunicationem, quàm gladio feriri, flammis absumi, ferisve subigi ad deuorandum.

SECUNDO, experientia docet, non esse aliud remedium; nam Ecclesia paulatim progressa est, & omnia remedia experta; primõ solum excommunicabat; deinde addidit multã pecuniariam, tum exiliũ; vltimõ, coacta est ad mortem venire; nam excommunicationem contemnunt hæretici, ac dicunt esse fulmina frigida: si mineris multã pecuniariam, nec Deum timent, nec homines reuerentur, scientes non defuturos stultos, qui illis credant, & à quibus alantur, si in carcerem concludas, vel in exilium mittas, corrumpunt vicinos verbis, & longè positos libris: ergo solum remedium est, mittere illos maturè in locum suum.

TERTIO, falsarij omnium iudicio merentur mortem, at hæretici falsarij sunt verbi Dei.

QUARTO, ex ratione Augustini epist. 50. grauius est non seruare fidem hominem Deo, quàm scæminam viro, sed hoc morte punitur, cur non illud?

QUINTO, tres causæ sunt, propter quas ratio docet homines occidendos esse, quas pulchre describit Galenus in libro, cuius titulus est, quod mores animi corporis temperamentum sequantur, circa finem libri.

PRIMA causa est, ne mali bonis noceant, neve innocentes à nocentibus opprimantur: atque hinc iustissimè omnium iudicio occiduntur homicidæ, adulteri, latrones.

SECUNDA est, vt paucorum supplicio multi corrigantur, & qui noluerunt prodesse Reip. viuendo, profint moriendo: atque hinc videmus etiam iustissimè omnium iudicio quadam horrenda flagitia mortè puniri, licet proximis non noceant, nisi exemplo, vt Nectomantiam, quadam nefanda & contra naturam; ista aded grauissimè puniuntur, vt ceteri intelligant, immania esse scelera, & non audeant similia perpetrare.

TERTIA est, quia ipsis hominibus, qui occiduntur, saepe vile est occidi, quã videlicet semper sunt peiores, & nõ est probabile vnquã eos ad sanitatẽ mētis reuerturos.

HÆ autem rationes omnes suadent hæreticos occidendos; nam primõ nocent proximis magis, quàm vllus pirata vel latro, quandoquidem animas occidunt, immõ tollunt fundamentum omnis boni, & Remp. tum vltibus replent, qui necessariõ religionum diuersitatẽ sequuntur.

DEINDE, plurimis prodest eorum supplicium; multi enim, quos impunitas faciebat torpentes, supplicia proposita excitant, vt cogitant qualis sit hæresis, quam sequuntur, & videant ne fortè vitam presentem miserè finiant, & ad futuram beatitudinem non perueniant. Itaque & B. August. in epist. 45. testatur, plurimos conuersos esse, postquam leges Imperatorum non sinebant hæreticos impunitos, & nos quotidie idem videmus fieri in locis, vbi viget inquisitio.

DENIQUE hæreticis obstinatis beneficium est, quod de hac vita tollantur; nam quod diutius viuunt, eò plures errores excogitant, plures percutiunt, & maiorem sibi damnationem acquirunt.

CAPVT XXII.

Soluuntur obiectiones.

SUPEREST argumenta Lutheri, atque aliorum hæreticorum diluere. Argumentum primum, ab experientia totius Ecclesiæ: Ecclesia, inquit Lutherus, ab initio sui vsque huc nullum combussit hæreticũ, ergo non videtur esse voluntas spiritus, vt comburantur.

RESPONDEO, argumentũ hoc optimè probat, non sententiam, sed imperitiam, vel impudentiam Lutheri; nam cum infiniti propemodum vel combusti, vel aliter necati fuerint, aut id ignorauit Lutherus, & tunc imperitus est: aut non ignorauit, & impudens ac mendax esse conuincitur; nam quod hæretici sint saepe ab Ecclesia combusti, ostendi potest, si adducamus pauca exempla de multis. Priscillianus hæresiarcha cum sociis, à Maximo Christiano Imperatore necatus est, vt S. Hieronymus in lib. de vitis illustribus testatur, & de Donatistis occisis meminit Optatus lib. 3. contra Parmenianum.

BASILIVS quidam Magus, ac proinde hæreticus; nam vix vlli sunt verè Magi non hæretici, Romæ combustus est à Christiano, & Catholico populo, vt B. Gregorius testatur lib. 1. Dialogorum, cap. 4.

RVRVM alius Basilus auctor hæresis Bogomilorum ab Alexio Commeno Imperatore publicè exustus est, vt scribit Zonaras in vita Alexij.

TEMPORE etiam B. Bernardi, quod hæretici vltimo supplicio afficerentur, testatur ipse in Cantica serm. 66. Temporibus Innocentij III. fuerunt aliquando simul exusti C. LXXX. hæretici Albigenes, cum antea & verbis, & miraculis eos S. Dominicus conuicisset, & multos eorum socios conuertisset. Scribit rem totam B. Antoninus 3. parte, tit. 19. cap. 1. §. 4. historia.

AC vt alios infinitos omittam, Ioannes Hufs, & Hieronymus de Praga in Constantienf Concilio ab Imperatore Sigismundo exusti fuerunt.

RESPONDET Lutherus ad hoc vltimum exemplũ; Ego de hæreticis loquor, Hufs autem, & Pragensis non fuerunt hæretici.

CONTRA, saltem Priscillianus, Bogomilus, & Albigenes fuerunt hæretici. Præterea Ioannes Hufs, & nobis Catholicis, & ipsi Luthero, hæreticus fuit; quod nobis notum est: quod Luthero, probatur: nam Lutherus in lib. contra Regem Angliæ asserit impium esse, & blasphemũ negare verũ panem in Eucharistia cũ corpore Domini: & pium, atq; Catholicũ, negare cõuersionẽ panis in corpus. At Ioannes Hufs vsque ad mortem in contraria sententia fuit, & protestatus est in ea fide se mori, credẽs firmissimè panis cõuersionem in corpus Christi, vt Ioannes Cochlæus refert lib. 2. de historia Hufitarum, pag. 76.

ARGUMENTVM 2. experientia testatur, non profici terroribus. Respondeo, experientia est in contrarium; nam Donatistæ, Manichæi, & Albigenes armis profligati, & extincti sunt. Item Augustinus testatur plurimos conuersos suo tempore ob metum pœnarũ, epist. 48.

ARGUMENTVM 3. Ecclesia tolerat Iudæos, cur non hæreticos? Respondeo primõ, Iudæi nunquam susceperunt fidem Christianam, hæretici susceperunt. Secundõ, Iudæi religionem colunt, quam Deus instituit saltem tempore, hæretici eam, quàm Diabolus inuenit. Tertio, scilicet Iudæorum Ecclesiæ vitilis est, quia eorum libri sunt prophetiæ nostrarum rerum, & eorum caremonia figuræ nostrorum mysteriorum, & hinc probamus Gentilibus nos non sinxisse hæc vaticinia, quandoquidem seruauerunt à nostris inimicis; denique Iudæi non conantur peruertere Christianos, vt plurimum, sicut faciunt hæretici. Vide Concilium Toleranum I. can. 55. & 56. & Augustinus in Psal. 59. Item Bernardum in epist. 32. ad Spirensem, & 323. ad Episcopum Moguntinum.

ARGUMENTVM 4. ex Isa. 2. Constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Respondeo, non est ad propositum; nã vt B. Hieronymus exponit, describit Propheta tempus aduentus Messie, ac dicit futurum tempus altissimæ pacis, ita vt homines conuertant instrumenta militiæ in instrumenta agriculturæ, & non extircentur vltra, id est, in longum tempus ad pralium; hoc autem tempus impletum est in Christi natiuitate, nunquam enim fuit tam generalis, & tam diuturna pax in toto orbe, quàm tempore Augusti.

Deinde, si verum est nunquã futura in Ecclesia bella, vt Lutherus ex hoc loco deducit, manifestum erit apud Lutheranos nõ esse Ecclesiã, qui & inter se, & cõtra Catholicos grauissima bella mouerũt, quale fuit illud cõtra Carolũ V. in quo captus fuit Dux Saxonie & Lantgrauis.

ARGUMENTVM 5. ex Isa. 11. Non occident, & non nocebunt in omni monte sancto meo. Respondeo, argumentum est contra ipsum Lutherum; nam non dicit Propheta, quod Catholici non occident hæreticos, sed potius contrã, quod hæretici non occident & non nocebunt Catholicis: loquitur enim Propheta de leonibus, & vrsis, & serpentibus, regulis, aliisq; venenatis bestiis, de quibus dixerat. Et deletabitur infans ab vberẽ super foramine aspidis, & in cauerna reguli mittet manum suam, &c. His autem bestiis Diabolus, & hæretici eius ministri significantur, vt Hieronymus, & Cyrillus exponunt, ac dicit, quod non occident, neque nocebunt in omni Ecclesia; tamen enim hæretici videntur Ecclesiã nocere, tamen re vera non nocent, sed eam exercent, & in sapientia, ac patientia proficere faciunt.

ARGUMENTVM 6. Matth. 18. Dominus constituit, vt hæretici haberentur pro Ethnicis & Publicanis, non vt comburerentur. Et Paulus ad Tit. 3. iubet hæreticum vitari, non occidi, ergo non licet eos occidere.

RESPONDEO, Christũ quidem, & Paulũ hoc loco non præcepisse, sed nec prohibuisse, vt comburerentur hæretici: ac proinde nihil ex hoc loco deduci. & hæc est solutio, qua ipse etiam Lutherus vt cõsuevit: nam in lib. 2. contra Carolstadium, obiectanti Carolstadio, cur vocaret Sacramenta, quæ Christus non præceperat sic vocari: respondit Lutherus, & quare tu prohibes ea vocari Sacramenta, quæ Christus non prohibuit vocari? præterea Christus & Paulus nusquam iubet adulteros, & falsarios occidi, suspendi fures, comburi latrones, & tamen id fieri, & rectè fieri, neque Lutherus negare auderet.

ARGUMENTVM septimum. B. Martinus apud Sulpitium lib. 2. sacra historia circa finem, vehementer redarguit Idacium & Ithacium Episcopos, qui procurabant mortem Priscilliani hæretici apud Imperatorem: eosdem etiam tanquam ingentis criminis reos propter eandem causam ibidem Sulpitius accusat.

Respondeo, duabus de causis meritõ accusari illos Episcopos. Primõ, quia causam Ecclesiasticã ad Imperatorem delerebãt; nã Priscillianus accusatus ad Conciliũ, pro uocauit à Concilio ad Imperatorem, & hoc Episcopi permiserunt, & de hac re ait B. Martinus, nouum & inauditum nefas est, vt causam Ecclesiæ iudex seculi iudicaret.

SECUNDO, quia Episcopi illi assumpserunt officium accusatoris in causa sanguinis; etsi enim Episcoporum est, hæreticos excommunicare, & relinquere iudici seculari, & hortari etiam iudices, vt munere suo fungantur, non tamen decet Episcopum accusatorem agere. Quod autem Sulpitius putauerit iustè Priscillianum occisum cum sociis, patet ex illis verbis eius: Hoc modo, inquit, homines luce indignissimi pessimo exemplo necati sunt.

ARGUMENTVM 8. i. Cor. 11. Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant, ergo non debet extirpari.

RESPONDEO, sensus illius sententia est, posita nequitia Diaboli, qui semper hæreses seminãt, & natura hominũ corrupta, atque ad malũ propensa, & postremõ diuina permissione necesse est in mundo hæreses inueniri, sicut dicimus, oportet in horro esse aliquas malas herbas, & sicut Dominus ait: Necessè est, vt veniant scandala, Matth. 18. Itaq; nõ iubet Apostolus, vt hæreses seminemus, vel vt eas pro viribus non extirpemus, sed solum prædicit id quod semper in mudo erit: sicut scandala tollere, & malas herbas de horro extirpare iustissimè conamur, licet sciamus nunquam omnia scandala tollenda.

ARGUMENTVM 9. Lucæ 11. Discipulis cupientibus comburere Samaritanas, Dñs ait: Nescitis cuius spiritus estis.

RESPONDEO, primõ latissima differentia est inter Samaritanas illos, & hæreticos; illi enim nunquam promiserant se Christi religionem seruaturus, sed tunc primõ eis offerebatur, & ided compellendi non erant: at hæretici promiserunt, professisque sunt se Christi fidem seruaturus, ided meritõ cõpelluntur. Deinde Iacobus & Ioannes non tam zelo salutis animarum, quàm amore vindictæ cupiebãt Samaritanas comburi, & ided meritõ arguuntur. Ecclesia verõ zelo salutis animarum, quas hæretici peruertunt, eos persequitur, quo zelo ipse Christus bis flagello eiecit ex templo vendentes oues & boues: Et menfas nummulariorum subuertit, Ioan. 2. & Matth. 21. Petrus occidit Ananiam & Sapphiram, Act. 5. Paulus tradidit fornicarium Satanæ in interitum carnis, 1. Cor. 5. vt omittam Mosẽ, Phinees, Heliam, Marthathiam, & alios, qui zelo Dei plurimos occiderunt.

ARGUMENTVM decimum, Matth. 13. Sinite vtraque crescere vsque ad messem. Hic aperit Dominus de hæreticis loquitur, & prohibet eos occidi, vt Chryostomus huc locum exponens ait, vt etiam Cyprianus lib. 3. epist. 3. ad Maximum, & Vrbantum, vbi de hac parabola loquens dicit, Soli Domino concessum est, vel fictilia vasa confringere, vel zizania euellere.

RESPONDEO nomine zizaniorum non intelliguntur soli hæretici, sed omnes homines mali, vt patet ex ipsa Domini explicatione, ait enim: Bonum semen, filij sunt regni, zizania filij nequæ. Et infra: Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi: Mittere filius hominis Angelos suos, & colligere de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatẽ, & mittent eos in caminum ignis. Cũ autẽ prohibet Dominus extirpari malos, nõ prohibet ne iste, aut ille occidatur, sed prohibet ne boni conentur omnes malos vbique extirpare, & nullũ omninõ permittere, id enim fieri non posset sine ingenti elade bonorum, & hoc est quod Dominus ait, ne fortè cum eis eradicetis simul & triticũ. Itaque parabola generalis est, & solum docet nunquã futurum ante mundi consummationem, vt omnes mali eradicentur.

CVM autem in particulari quaestio est vel de hæreticis, vel de furibus, vel de aliis malis; An sint extirpandi semper considerandum est, iuxta rationem Domini, an id

possit fieri sine detrimento bonorum: & siquidem potest fieri, sunt proculdubio extirpandi: si autem non possunt, quia vel non sunt satis noti, & periculum est ne plestantur innocentes pro nocentibus, vel sunt fortiores nobis, & periculum est ne si eos bello aggrediamur, plures ex nobis cadant, quam ex illis; tunc quiescendum est. Ita respondet Augustinus lib. 3. contra epist. Parmen. c. 2. hunc locum explicans sibi à Donatistis obiectum. Neque aliud Chrysostomus docet, ut patet ex his verbis: *Dominus*, inquit, *prohibet euelli zizania, ne forte simul cum zizantiis herbæ etiam tritici euellantur. nã si tunc trucidarentur hæretici, atrox, & irrecõciliabile bellũ orbi inferretur.* Porro Cyprianus non de hæreticis, sed de malis Christianis in ea epistola hanc parabolam intelligit, nec tamen prohibet occidi scelestos, sed dicit solius Domini esse discernere malos à bonis, & frumenta à zizaniis omnino purgare.

ARGUMENTVM vndecimum Ioan. 6. cum multi ex discipulis recessissent, Dominus ait: *Vultis & vos abire?* Ergo sic etiam Ecclesia facere debet.

RESPONDEO, negatur consequentia. Primum, quia illi non obligauerunt se ad manendum, sicut hæretici se per Baptismum obligauerunt. Secundum, quia decebat, ut Christus, qui venerat iudicari non iudicare, non per se suas iniurias vlcisceretur, sed eas vindicandas filiis suis spiritualibus relinqueret, cuius rei figuram habemus in David, qui quousque vixit, nunquam occidi voluit Semei, qui sibi maledixerat, sed tamẽ in morte precepit Salomoni, ut ipse peccatũ illud non relinqueret inultũ, 3. Reg. 2.

ARGUMENTVM 12. fides est donum Dei, nemo igitur ad eam compelli potest, Respondeo, sic eam esse donũ Dei, ut etiam sit actus liberi arbitrij, alioqui etiã castitas, & carerã virtutes sunt dona Dei, & tamen rectẽ puniuntur adulteri, homicidæ, latrones, & coguntur casti, ac iusti viuere. Sapientia quoque est donum Dei, & tamen scriptum est Proverb. 29. *virga, & correptio tribuunt sapientiam.* Denique fides est donum Dei, sed Deus hoc donũ conferuat variis modis, quorum vnus correptio est.

ARGUMENTVM 13. Dominus attribuit Ecclesiæ gladium spiritus, quod est verbum Dei, non autem gladium ferri, immo Petro volenti gladio ferreo ipsum defendere, ait: *Mitte gladium tuum in vaginam,* Ioan. 18.

RESPONDEO, Ecclesia sicut habet Principes Ecclesiasticos, & seculares, qui sunt quasi duo Ecclesiæ brachia, ita duos habet gladios, spirituales, & materiales, & ided quando manus dextera gladio spirituali non potuit hereticum conuerrere, inuocat auxilium brachij sinistri, ut gladio ferreo hæreticos coërceat. & hoc fortasse significauit Dominus, cum prohibuit Petrum, qui erat futurus Princeps Ecclesiasticorum, ut gladio ferreo.

S. BERNARDVS lib. 4. de consideratione: *Quid, inquit, tu denuo vsurpare gladium ventas, quem semel iussus es ponere in vaginam? quẽ tamen qui tuũ negant, non satis tibi videtur attendere verbũ Domini, dicentis sic: Conuerte gladiũ tuum in vaginã, tuus ergo & ipse, tuo forsitan nutu, & si non tua manu euaginãdus, alioquin si nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apostolis, Ecce duo gladij hĩc, non respõdisset Dominus, satis est, sed nimis est: vterq; ergo Ecclesiæ & spiritualis scilicet gladius, & materialis, sed is quidẽ pro Ecclesiã, ille verò & ab Ecclesiã exercẽdus est, ille sacerdotis, is militis manu, sed sanẽ ad nutum sacerdotis, & iussu Imperatoris.* Hæc ille. Possent tamen breuius dici, solum prohibuisse Dominum vsu gladij priuata auctoritate. tunc enim Petrus nondum Pontifex, sed discipulus erat.

ARGUMENTVM decimumquartum, Ecclesia non

A parcat hæreticis nisi semel, Apostolus autem ad Tit. 3. iubet ut bis ad minimum hæreticis parcatur.

RESPONDEO, etsi nunc tam Latini quam Græci codices constanter habeant, *Post vnã & alterã correptionem*, tamen olim in Græcis & in Latinis penẽ omnibus, non habebatur, nisi, *Post vnã correptionem deuota*: ut patet ex Iren. lib. 3. c. 3. Tertul. de præscr. Cypr. lib. 3. ad Quirinum, cap. 78. Ambrosio & Hieronymo in hunc locum Apostoli. Itaque incertum est, quæ sit vera lectio.

DICO præterea Apostolum non loqui de venia danda hæretico conuerso, sed de admonitione, quæ præmittitur, antequam hæreticus excommunicetur per sententiam iudicis. hoc autẽ Ecclesia seruat non solum in hæreticis, sed etiam in omnibus aliis, quos excommunicat: semper enim duas admonitiones, ut minimum præmittit.

ARGUMENTVM 15. hæretici sunt extra Ecclesiam: *At nihil ad nos de iis, qui foris sunt.* I. Cor. 6.

RESPONDEO, sunt extra Ecclesiam, sed cum debito atque obligatione manendi intus, & ided cogi possunt ut redeant, sicut cogimus oues quãdo de grege fugerunt.

ARGUMENTVM 16. contra mansuetudinem Ecclesiæ esse videtur velle mortem hæreticorum.

RESPONDEO primò, non esse contra mansuetudinẽ Ecclesiæ, quia tenetur misereri filiorum suorum, & tunc verè immitis & crudelis esset, si mallet parcere lupis quam ouibus.

SECUNDò, quia Ecclesia experta est omnes alias rationes, antequã ad vltimum supplicium inferendum adduci possent: nam initio, ut supra diximus, solum excommunicabat, deinde videns hoc non sufficere, addidit pœnam pecuniariam, tum amissionem omnium bonorum, postea exilium, tandem huc deuenit, ut satis patet ex variis legibus antiquorum Imperatorum, in C. tit. de hæreticis.

ARGUMENTVM 17. fides est libera. Respondeo, liberum duobus modis accipitur. Vno modo ab obligatione, quomodo dicimus liberum est vouere castitatem, intrare religionem, & non est liberum frangere votum, egredi religionem; & hoc modo fides in iis, qui eam nunquam receperunt, libera est ab obligatione humani iuris, sed non diuini, & ided homines non cogunt, Deus tamen puniet. at in iis, qui eam in Baptismo professi sunt, non est libera ab obligatione, nec iuris diuini, nec humani, & ided cogunt homines, ut ea seruetur. Altero modo sumitur liberum, ut distinguitur contra necessarium, & hoc modo liberum est non credere, sicut liberum est alia peccata committere, sed hæc libertas non impedit, quin homines malè agentes puniantur, immò potius exigit ut puniantur; nam si liberum est credere, & non credere, ergo potuit credere & manere in Ecclesia, sicut debuit: & quia non fecit, meritò punitur. ita responderet sanctus Augustinus in ep. 50. ad Bonifacium, & lib. 2. cõtra epistolam Gaudentij, cap. 11. *Datum est homini, inquit, liberum arbitrium, sed ut si esset mala faciens, fieret mala patiens.*

ARGUMENTVM decimumoctauum. Nunquam Apostoli brachiũ seculare contra hæreticos inuocauerunt.

RESPONDET S. Augustinus, in epist. 50. & alibi, Apostolos id non fecisse, quia nullus tunc erat Christianus Princeps, quem inuocarent. tunc enim implebatur illud Psal. 2. *Assurrunt Reges terra, & Principes conuenerunt in vnũ aduersum Dominum, & aduersus Christum eius.* At postquam tempore Constantini cepit illud impleri, quod sequitur in eodem Psalmo: *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, seruite Domino in timore.* mox Ecclesia auxiliũ secularis brachij implorauit.

Finis quinta Controuersia generalis.

LAVS DEO VIRGINI QVÆ MATRI MARIÆ.

SEXTA

SEXTA
CONTROVERSIAM
GENERALIS.

DE ECCLESIA QVÆ EST
IN PURGATORIO.

DVOBVS LIBRIS
EXPLICATA.

Tomus primus.

Kkk

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

De Purgatorio.

PRÆFATIO.

- Cap. I. De nomine Purgatorij.
II. De erroribus circa Purgatorium.
III. Purgatorium esse probatur ex Scripturis Testamenti veteris.
III. Purgatorium esse probatur ex Testamento nouo.
V. Afferitur Purgatorium testimoniis Conciliorum.
VI. Afferitur Purgatorium testimoniis Patrum Graecorum & Latinorum.
VII. Idem afferitur ratione.
VIII. Soluuntur argumenta ex Scripturis.
IX. Soluuntur obiectiones ex Patribus.
X. Soluuntur obiectiones ex ratione de prompta.
XI. Purgatorij confessionem ad Fidem Catholicam pertinere.

LIBER SECVNDVS.

De circumstantiis Purgatorij.

- Cap. I. De personis quibus Purgatorium conuenit.
II. In Purgatorio non posse animas mereri vel peccare.

- III. Soluuntur obiectiones.
III. Animas in Purgatorio certas esse de sua aeterna salute.
V. Soluuntur obiectiones.
VI. De loco Purgatorij.
VII. Sitne post hanc vitam aliquis locus pro animabus iustis præter Cælum & Purgatorium.
VIII. Num ex receptaculis suis animæ defunctorum egredi valeant.
IX. De tempore quo durat Purgatorium.
X. Qualis sit Purgatorij pœna.
XI. Ignem Purgatorij esse corporeum.
XII. Sciti non posse quomodo ignis corporeus animas vrat.
XIII. An in Purgatorio torqueantur animæ à Dæmonibus.
XIV. De grauitate pœnarum.
XV. Suffragia Ecclesiæ defunctis prodesse.
XVI. Quot sint genera suffragiorum.
XVII. Quis possit animas iuuare.
XVIII. Quibus profint suffragia.
XIX. De funere.

LIBER PRIMVS DE PURGATORIO.

PRÆFATIO.

DISSERVIMVS hætenus de ea parte Ecclesiæ, quæ est in terris: nunc de ea disputandum est, quæ degit infra terram: vltimò de illa, quæ regnat in Cælis: & quoniam fideles iam defuncti, necdum beati, & corpore & animo sunt infra terram, diuersis in locis, idèò primùm de loco animarum dicemus: secundo de loco corporum, id est, de sepultura.

Sed antequam ad quæstiones veniamus, iria præmittenda sunt. Primò, quid nomine Purgatorij hoc loco intelligamus. Secundo, qui fuerint errores de Purgatorio. Tertio, quo ordine sit explicanda hæc disputatio.

Scripterunt autem de Purgatorio Ioannes Rossensis contra articulos Lutheri, Ioannes Eckius lib. 4. de Purgatorio, Ioannes Bunderius in suo compendio, tit. 18. Ioannes Garenius libro de oratione pro defunctis: Iacobus Latomus in explicatione artic. sexti Louanensium, Iodocus Clichtouæus in libro de Purgatorio: Bernardus Luxemburg lib. unico de Purgatorio: Alphonsus de Castro, verbo Purgatorium: Martinus Peresius Aiala de traditionibus: Claudius Coufford contra Vvaldenses: Caietanus Tomo 1. tractat. 23. & 24. Franciscus Orantius libro 5. de locis Catholicis: Hugo Etherianus de regressu animarum ab inferis: Catharinus libro de veritate Purgatorij.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

De nomine Purgatorij.

TRIA in scripturis inueniuntur, quib⁹ tribuitur purgatio peccatorum, & purgatoria dici possunt. Primò, Christus ipse, de quo dicitur Heb. 1. *Purgationem peccatorum faciens.* Ioan. 1. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sed de hoc non loquimur, tum quòd non solet Christus vocari Purgatorium, tum quòd sit extra controuersiam cum purgatore peccatorum esse.

SECUNDO, tribulationes huius vitæ, de quibus ad literam videtur intelligendus Malachias, c. 3. *Ipse sedebit quasi ignis conflans, & quasi herba sillonum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum.* Nam vt rectè exponit B. Hieronymus, hic agitur de tribulatione, quæ præcedet diem iudicij ad purganda peccata fidelium. & Ioan. 15. *Omnem palmitem in menon ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum vt fructum plus afferat.* De hoc Purgatorio non loquimur, tum quòd sit extra controuersiam, tum etiam quòd non semper tribulatio huius vitæ sit purgatoria. Nā multi iusti affliguntur, non vt purgentur, sed vt exercèantur, & probentur iuxta illud Ecclesiastici 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* Et multi iniusti affliguntur, non vt purgentur, sed vt incipiant damnationis suæ pœnas gustare.

VOCATVRE ergo tertio Purgatorium, locus quidam, in quo tanquam in carcere post hanc vitam purgantur animæ, quæ in hac non plenè purgatæ fuerunt, vt nimirum sic purgatæ in cælum ingredi valeant, quò nihil intrabit coinquatum. De hoc est tota controuersia.

CAPVT II.

De erroribus circa Purgatorium.

MVLTII, & inter se contrarij errores fuerunt de Purgatorio. Primus omnium, qui aliquid sensit contra Purgatorium, videtur fuisse Aërius, qui teste Epiphano, hæ. 75. & Augustino hæ. 53. docuit non esse pro defunctis orandum. Hinc enim sequitur, aut eos non egere precibus, aut non posse iuuari, quorum vtrumque Purgatorio repugnat, saltem eo modo existenti, quo ab Ecclesiâ ponitur.

DISSERT autè Purgatoriū negauerunt Vvaldenses, vt Guido Carmelita in summa de hæreticis, & B. Antoninus 4. parte, tit. 11. c. 7. §. 2. summa Theologica referunt.

IDEM docuerunt Apostolici apud B. Bernardum scem. 66. in Cantica. & fortè Vvaldenses proles sunt Apostolicorum; nam in erroribus, qui eis tribuuntur, conueniunt, & tempore sunt vicini. Nam Vvaldensium secta exorta est circa annū Domini M. C. LX. iuxta Trithemij Chronicum, vel M. C. LXX. iuxta Guidonem in sua summa, c. 1. & Reinerium, qui floruit ante annos CCC. cuius testimonium vide in fine libri Claudij Cussfordij cõtra Vvaldenses. Apostolici autem sunt paulò antiquiores, nā exorti sunt tempore B. Bernardi, qui obiit anno M. C. LIII. vocari autem voluissent Apostolicos, etiam ipsos Vvaldenses, quòd Apostolorum paupertatem sectarentur, manifestum est ex historia ipsorum, apud Emiliū lib. 6. de gestis Francorum, & Abbatem Vspergenem in Chronico anni M. CC. XII.

IDEM cū Vvaldensibus docuerunt eodè tempore Henricus & Petrus Brui, contra quos scribit B. Bernardus ep. 240. & Petrus Cluniacensis in ep. ad omnes Episcopos.

IDEM postea docuerunt Albigenes, qui tamen non solum Purgatorium, sed etiam infernum tollebant, testis B. Anto. 4. part. tit. 11. c. 7. §. 5.

IDEM tribuit Vviclefistis, & Hussitis Bernardus Luttenburgensis in præfatione libri sui de Purgatorio, sed

forasse falsò, cū nihil tale eis tribuat Concilium Constantiense, nec Thomas Vvaldensis; Aneas autem Syluius, qui inter errores Hussitarum hunc etiam numerat, libro de origine Boëmorum, cap. 35. videtur confundere Hussitas cum Vvaldensibus.

IDEM tribuit Armenis & Græcis à Guidone Carmelita in summa de hæreticis, & quanquam Græci ipsi in Concilio Ferrariensi, sess. 1. affirmabant se nō negare Purgatorium, sed ignem tantum, & existimare Purgatorium esse locum tenebricosum, & laborum plenum, tamè credibile est, Græcos de hac hæresi saltem suspectos fuisse; nam B. Thomas in opusculo cõtra Græcos refellit etiam hunc errorem, & probat Purgatorium esse, & in Concilio Florentino, sess. vltima, damnatus est idem error, cū tamen in eo Concilio solum damnati sint errores Graecorum, aut certè de quibus Græci suspecti erant.

DENIQUE Lutherus, & omnes posteri eius, licet in varias sectas dissecti, in hoc tamen conueniunt, vt Purgatorium tollant, quanquam Lutherus ipse valde varius fuit. Nam primò, Purgatorium planè Catholicè admittebat; nam in disputatione Lypfica, quæ adhuc extat, *Ego, inquit, qui credo fortiter, immò ausim dicere, scio Purgatorium esse, facile persuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem.*

DEINDE, Purgatorium admittit quidem, sed multis admittit erroribus. Primus error fuit, Purgatorium non posse probari ex Scripturis. Secundus, animas in Purgatorio non esse certas de salute consequenda. Tertius, animas in Purgatorio posse mereri, & demereri. Quartus, animas in Purgatorio sine intermissione peccare, dum horrent pœnas, & requiem quarunt. Quintus, animas, quæ liberantur per suffragia Ecclesiæ, minus beari, quàm si per se satisfecissent. Isti quinque habentur inter articulos à Leone damnatos in fine.

VLTIMÒ, simpliciter sustulit Purgatorium suffragia pro defunctis, & asseruit nullum esse Purgatorium post hanc vitam, sed solum in vita, & in morte; horror enim & pœna mortis purgat, si quid purgandum superest. Ita docuit in lib. de abroganda Missa priuata, vbi dicit, melius esse in totum negare Purgatorium, quàm credere B. Gregorio referenti animarum apparitiones, suffragia petentium. & in lib. ad Vvaldenses de Eucharistia. *Cum, inquit, negatis Purgatorium, damnatis Missas, vigiliis, cœnobis, monasteria, & quidquid per hanc imposturam erectum est, per omnia etiam probo.*

HOC vltimum sequuti sunt omnes hæretici huius temporis. Lutherani rigidi, vt Centuriatores, cent. 1. lib. 2. c. 4. col. 460. & cent. 4. c. 4. col. 304. Lutherani molles, vt Philippus in locis c. de satisfactione, & Brentius in Confess. Vvitemberg. c. de Purgatorio. Item Zvvingliani apud Cochlaum in actis Lutheri anni M. D. XXXVI. Item Bernardinus Ochinus in Dialogo de Purgatorio. Calvinus lib. 3. instit. c. 5. §. 6. vbi dicit Purgatorium esse exitiale Satana commentum, quod Christi crucem euacuat, quod contumeliam non ferendam Dei misericordie irrogat, quod fidem nostram labefacit & euertit.

PETRVS Martyr in c. 3. 1. ad Cor. duo dicit. Primò siue sit, siue non Purgatorium, certè non esse dogma fidei. Secundo, dicit nec esse probabile Purgatorium existere. Denique Anabaptista Trinitarij lib. 2. c. 1. ex iis, quos nuper ediderunt anno M. D. LXVII. dicunt Lutherum iecisse fundamentum reformationis Ecclesiæ, cū Purgatorium, Missas, & similia sustulit: fundamentum omnium Lutheranorum est, quia tollunt satisfactionem, & discrimen peccati mortalis à veniali; isto enim fundamento posito, necessariò sequitur nullum esse Purgatorium.

Tomus primus.

Kkk 2

P O R R O non defuerunt, qui ad eod Purgatorium probarine, vt nullas pœnas nisi purgatorias post hanc vitam agnouerint. Ita Origenes sentit, qui omnibus impiis hominibus & dæmonibus eadē salutem pollicetur, vt refert Epiphanius in epist. ad Ioan. Hierosolymitanum, & Aug. lib. 21. de ciuit. Dei, cap. 17. vbi addit aliorum opinionem, qui non quidem dæmonum, sed hominum tamen omnium pœnas solum purgatorias agnoscebant, & eodem lib. 21. cap. 13. dicit eandem sententiam Platoniorum fuisse, nullam videlicet esse pœnam post hanc vitam, nisi Purgatoriam, & probat ex illis Virgilij versibus in 6. Aeneidos.

*Quin & supremo cum lumine vita reliquit.
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corpore excedunt pestes, penitusque necesse est
Multa diu concreta modis molefcere miris,
Ergo exerceat pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt, &c.*

Q U A N Q U A M in ipsius Platonis operibus aliud legimus, nam in Phædone, & in Gorgia, tria facit hominum genera eorum, qui ad iudicium euocantur post mortem. Vnum eorum, qui piè iustèque vixerunt, & hos statim ad insulas beatorum transmitti dicit. Alterum, eorum, qui peccata curabilia perpetrarunt, & hos asserit ad tempus exerceri pœnis, donec scelus eluatur. Tertium eorum, qui peccata incurabilia commiserunt, & hos dicit in tartarum deiici in aeternum puniendos, quorum supplicia ipsis quidem nihil profint, sed aliis tamen profint ad exemplum: & Virgilius quoque id nō tacuit, vbi ait Aeneid. 6.

*— Sedet, æternūque sedebit
Infelix Theſeus, Phlegiasque miserimus, omnes
Admonet, & magna testatur voce per umbras,
Disce iustitiā moniti, & nō temere diuos. Ac de his satis.*

D I S C I P T I O tota decem capitibus continetur. Primò, ostendemus esse Purgatorium. Secundò, id fide tenendum. Tertio, quibus personis conueniat, an iustis, an peccatoribus omnibus, an quibusdam tantum. Quarto, de statu eorum qui sunt in Purgatorio, an videlicet certi sint de salute. Quintò, possintne mereri ac demereri. Sextò, de loco Purgatorij. Septimò, de tempore quo durat. Octauò, de ipsa pœna, qualis sit, & à quibus infligatur. Nonò, de remedio pœnæ. Decimò, de sepultura corporum.

C A P V T I I I.

Purgatorium esse, probatur ex Scripturis Testamēti veteris.

R I M V M igitur Purgatorium esse, quinque generibus argumentorum probabimus. Affertimus enim primò, Scripturas Testamenti veteris. Secundò Scripturas Testamenti noui. Tertio, Concilia. Quarto, Patres. Quintò, rationes, & tum demū soluemus argumenta. Primus locus habetur 2. Machab. c. 12. vbi posteaquam Scriptura narrat Iudam Machabæum misisse in Hierusalem 12000. drachmarū argenti in sacrificia pro mortuis expēdenda, subiūgit: *Sacta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.*

H I N C enim sequitur. Primò, posse mortuos post hanc vitam à peccatis solui, & proinde esse Purgatorium. Secundò, sacrificia, & orationes viuorum prodesse defunctis. Tertio, non expiari semper in morte omnes peccatorum reliquias, vt Lutherus dicit; nam isti pro quibus orari iussit Iudas, mortui erant morte violenta, & pro religione, tamen credebatur Iudas adhuc illos non plenè esse purgatos. Quarto, posse hominem sanctè & piè mori, & tamen habere debitum aliquod soluendum, vel propter ventralia peccata non remissa in vita, vel propter satisfactionem pro mortalibus remissa non plenè expletam; nam Scriptura hoc loco dicit eos pro quorum peccatis iussit orari Iudas, cum pietate dormitionem accepisse. Quintò, hoc esse de fide.

A D hunc locum respondent aduersarij. Primò, librum hunc non esse canonicum, cum auctor ipse in fine libri veniam petat, si qua in re errauerit. ergo (inquit Brentius) demus illi veniam quòd errauerit, cum suffragia pro defunctis laudauit.

S E C V N D O, quia saltem hac pars non potest esse canonica (sanctè & piè de resurrectione cogitans, nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum pro defunctis orare) continet enim exploratum errorem, quòd nimirum animæ cum corporibus moriantur & resurgant, alioqui non esset superfluum, & vanum orare pro mortuis, etiam si non resurgerent. Addit Ochinus, ex hac ipsa particula tolli posse Purgatorium; nam si Purgatorium esset, etiam si resurrectio mortuorum non esset, nō tamen fuisset vanum orare pro mortuis: quia profuisset illis oratio ad liberationem à pœnis Purgatorij.

T E R T I O, quia illa conclusio, *sancta ergo & salubris est cogitatio, &c.* non videtur historico conuenire, & fortè erat annotatio aliqua marginalis, & inde in textum violentè intrusa est.

Q U A R T O, quia non fit mentio in hac Scriptura Purgatorij, sed solum resurrectionis, dicitur enim Iudas iussisse orare pro mortuis, sanctè & piè de resurrectione cogitans.

Q U I N T O, quia sacrificia, & orationes iubentur fieri à Iudæ Machabæo pro illis, quos constabat in peccato mortali decessisse; nam ibidè habemus reperta fuisse sub tunicis omnium illorum occisorum quædam de donariis idolorum, quæ illi rapuerant contra expressam prohibitionem, Deut. 7. *Inuenerunt, inquit, sub tunicis interfectorum de donariis idolorum, quæ apud Iammiam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos.* Omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse; ergo vel superstitiosum fuit factum hoc Iudæ, vel non orarunt, vt animas illas iuuarent, sed solum vt seipos consolarentur.

S E X T O, quia non sequitur, oratum & sacrificatum est pro mortuis, ergo erant in Purgatorio; nam potuerunt, pro quibus orabatur, esse in inferno, & potuerunt qui orabant, orare & sacrificare, vt piū erga eos affectum & memoriam ostenderent, & seipos consolarentur.

S E P T I M O, quia Scriptura ista non profert legem aliquam, aut decretum, sed solum vnus hominis exemplū, non tenemur autem imitari, immò nec possumus, omnia exempla Scripturarum. Neque obstat quòd laudatur hoc loco exemplum Iudæ; nam in eodem libro laudatur exemplum Razæ, qui se occidit, 2. Machab. 7.

A D primum dico, lib. Machabæorum non esse Canonicum apud Iudæos, sed apud Christianos esse, siquidem Ecclesia vniuersa legit hunc librum in Missa, & legebat iam olim, vt patet ex epist. Petri Cluniacensis contra Petrobrosianos, & tamen prohibitum fuerat in Concilio III. Carthag. cap. 47. ne vllus liber legeretur in Ecclesia sub nomine diuinorum librorum, nisi canonicus esset. Præterea eum numerat cum diuinis libris, ex Concilio Carthag. III. can. 47. ex Pontificibus, Innocentius I. in ep. ad Exuperium, c. vlt. ex Patribus, Aug. lib. 18. de ciuit. Dei, c. 36. vbi sic ait: *Libros Machabæorum non Iudæi, sed Ecclesia pro canonicis habet.*

E X quibus testimoniis refellitur mendacium impudentissimū Ochini, qui in Dialogo de Purgatorio sic ait, *Quod apocryphi sint ex Laodicensis, & Africana Synodo manifestum est, immò ex omnibus sacris doctoribus, qui sacrorū librorū catalogum percēssentes, de Machabæicis nullam mentionē faciunt.* Hæc ille. Qui quàm aperte mentiatur, facile cognosceret, qui legerit Carthag. Concilij III. quod Ochinus Africanū vocat, & præterea Innocentium loco citato, Aug. lib. 2. de doct. Christ. c. 8. Gelasium in decreto de libris canonicis, quod edidit in Concilio LXX. Episcoporum; Ildorum lib. 6. etymologiarum, c. 1. aliòsque Patres à nobis citatos lib. 1. de verbo Dei, cap. 15.

R E S P O N D E T Petrus Martyr in c. 3. 1. Cor. ab Augustino, & Ecclesia ipsa hunc librum receptum in Canonem non eorum librorum, qui valent ad confirmanda dogmata, sed eorum qui valent ad morum adificationem, & probat, quia Aug. lib. 2. contra epist. Gaudentij, c. 23. dicit hunc librum nō esse parisi auctoritatis cum lege, Prophetis & Psalmis, sed tamen vtilem esse si sobriè legatur. Item, quia Cypri. in expositione symboli dicit hos libros non valere ad probanda dogmata.

A T per se id agit Pseudomartyr, nam Aug. ad eod putabat hunc librum valere ad confirmanda dogmata, vt lib. 1. de cura pro mortuis, c. 1. ex solo hoc lib. argumenta petat ad probandum orandum esse pro mor. uis, & hoc esse dogma fidei idè Augustinus docet, cum in lib. de hæresibus, c. 51. ponit Aetrium in numero hæreticorum, quia negauerat orationes pro defunctis. In 2. autem lib. contra Gaudentium, c. 23. non dicit eos libros nō esse pares Psalmis, Legi, & Prophetis, in Ecclesia, sed apud Iudæos. *Et hanc quidem Scripturam, inquit, quæ appellatur Machabæorum, non habet Iudæi sicut legem, & Prophetas, & Psalmos, sed recepta est ab Ecclesia non inutiliter, si sobriè legatur vel audiatur.* Ex quo apparet insignis fraus Martyris.

Q U O D autem Augustinus dicit, debere sobriè legi, nō idè dicitur, quia sint in hoc libro aliqui errores, sed propter exempla eorum, qui se occiderunt, quæ in hoc libro narratur, & imitanda non sunt; quomodo etiam Genesis sobriè legenda est, ne putemus imitandum factum Iudæ Patriarchæ qui incestum perpetravit.

D E C E P T V S est autem idem Martyr, cum Cyprianum pro Rufino adduxit; illa enim Symboli explicatio Rufini est, non Cypriani, vt patet ex præfatione, vbi auctor indicat, se esse Aquileiensem, & Aquileia baptizatū, & educatum, & ibidem meminit Photini hæretici, qui centum annis Cypriano posterior fuit, & vbi libros sacros enumerat, ibidem meminit Donati, Manichæi, Arij, Eunomij, aliorumque hæreticorum, qui post Cypriani obitum exorti sunt.

N E Q U E mirum esse debet si Rufinus hos libros nō esse canonicos putauit; nam libri Machabæorum sunt ex eorum numero, de quibus aliquando etiam inter Catholicos dubitatum est, & postea tamen ab vniuersa Ecclesia tanquam verè canonici, recepti sunt.

A D probationem dico, auctorem non petere veniam errorum, sed elocutionis, quomodo etiam B. Paulus excusat sermonis sui imperitiam.

A D secundum dico, idè videri ineptam sententiam huius libri, quia non obseruatur apud Iudæos olim fuisse vniuersum, habere pro eadem questione illam de resurrectione, & illam de animorum immortalitate, et si reuera distinctæ sunt. Nam apud Iudæos, qui negabant vnum, negabant alterum, vt Sadducæi; & qui vnum fatebantur, fatebantur alterum, vt Pharisei; vt patet Act. 23. Nec immeritò, nam cum anima rationalis sit vera forma corporis, & proinde vera pars hominis, nō est verisimile, Deum voluisse animam perpetuò viuere sine corpore. Hinc Dominus Matt. 22. probatur Sadducæis resurrectionem, vtiur illo testimonio Scripturæ: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob;* & subiungit, *Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* ex quibus inferre intendit, ergo mortui resurgunt.

A T hoc argumentū nihil concludit, nisi præsupponatur, quæstionem de immortalitate animorum, & de resurrectione corporum accipi pro vna & eadem; poss. t enim alioqui negari consequentia. Nam Deus erit Deus viuentium, etiam si mortui non resurgant, quandoquidem animi ipsi viuunt.

P A R I ratione Apostolus cum ait 1. Cor. 15. *Quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? comedamus, & bibamus, cras enim moriemur;* nisi præsupponat animas esse mortales, si corpora non resurgunt, nihil concludit. Nam si ani-

mus est immortalis, etiam si corpora non resurgant, multum proderit ieiunare, & bene viuere, quia proderit ad gloriā animæ acquirendam. Scriptura ergo libri Machabæorū loquitur omnino eodē modo, quo hic B. Paulus, & idem præsupponit. Vult enim dicere; Si mortui nō resurgunt, inde sequi, animas esse mortales, & proinde superfluum & vanū orare pro mortuis, nisi speretur resurrectio.

A D tertium dico, in textu Græco non haberi particulam, Ergo sic enim legimus, *εἰς ἡβλέπων τοῖς περ' ἐνοσθεῖας νομομαθείοις καὶ ἀλλοῖς ἀποσέμεινον χρεώσθησαν, οὐκ ἔτι ἐπισθῆς ἢ ἐπίνοια, ὅθεν τὰς τῶν τεθνάντων τῶν ἑιδασκίον ἐπιθήσαντο, τῆς ἀμαρτίας ἀπολύθηναι.* hoc est, *Deinde considerans, iis, qui cum pietate obdormierant optimam repositam gratiā, quæ sancta & pia consideratio fuit, idè pro mortuis expiationem fecit, vt à peccato soluerentur.* Tamè sclus est omnino idè. Nec potest reitici Latina lectio, quin reiciatur etiam Græca. Neq; est insolitum h. historicis, aliquid interdum colligere ex rebus gestis, quod ad imitationem & bonos mores pertineat.

A D quartum dico, non esse necesse fieri mentionem expressam Purgatorij, cum satis aperte colligatur ex iis, quæ hic habentur. Non enim de nomine, sed de re ipsa contendimus. Neque verò cum dicitur, Iudam iussisse orari pro mortuis, bene & religiosè de resurrectione cogitans, sensus est, iussisse eum orare pro mortuis, vt resurgerent, sed est sensus, Iudam cum religiosè cogitare resurrectionem futuram, & proinde animas esse immortales, & formidaret, ne animæ interfectorum militum suorum, propter peccatum aliquod, in alio seculo punirentur, iussisse pro eis orari & sacrificari, vt à peccatis soluerentur, vt in fine capituli exprimitur.

A D quintum dico, peccatum illorum aut fuisse veniale, quia fortè ignorabant legis prohibitionem, & non acceperunt ex donariis illis in honorem idolorum, sed solum discendi cupiditate, quæ venialis esse potest; aut certè si mortale fuit, in mortis articulo milites illos doluisse de peccato, & quoad culpam, remissum illis fuisse, iuxta illud Psalmi septuagesimiseptimi: *Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur;* aut saltem Iudæ Machabæum ita existimasse, alioqui non diceret Scriptura, eum considerasse eos, qui cum pietate obdormierant, optimam habere repositam gratiam. Adde vltimò saltem incertum fuisse statum illorum, & propterea licuisse pro eis orare, etiam si damnati fuissent.

A D sextum dico, nostram consequentiā non esse istam, oratum est pro illis, ergo erant in Purgatorio; sed, oratū pro quibusdam defunctis, ergo existimari posse fieri, vt illi essent in Purgatorio; vel istam, laudatur in Scriptura oratio pro defunctorum peccatis, ergo Purgatorium est in alia vita; nam alioqui si iustè oraretur, & Scriptura erraret laudando eiusmodi orationem.

Q U O D autem hoc loco laudetur oratio pro expiatione peccatorum, & non pro humano affectu ostendendo, patet, tū ex eo, quòd occasio huius orationis fuit peccatū illorū mortuorum delectum ob donaria inuenta sub vestibus eorū, vt historia dicit, tum ex eo, quòd expressè dicitur Iudas misisse 12000. drachmas offerri sacrificij pro peccatis mortuorum; & infra, vt à peccatis soluantur.

A D D E, quòd si nullum esset Purgatorium, liceret quidem flere ad humanum affectum ostendendum, at orare non item, quorsum enim oratio pro illis, qui aut non egent, aut iuari non possunt?

A D septimum dico, argumentum non sumi ab exemplo vnus hominis, sed partim ab antiquo & solenni ritu Ecclesiæ Testamenti veteris, partim à testimonio insalubilibi scriptoris sacri; quòd enim hic fuerit solennis ritus Ecclesiæ, patet, cum hoc loco dicitur: *Omnes qui cum Iudæ erant ad preces conuersos, & deinde, Collatione facta;* id est, singulis conferentibus aliquid, collectam esse multam pecuniam, & missam à Iudæ, nomine omnium in Hierusalem, ad sacrificia pro mortuis; & hoc quidem magnum

est argumentum: sed maius est, & fidem Catholicam faciens, quod sumitur à verbis Scripturæ sacræ laudantis orationem pro peccatis mortuorum; tanquam sanctam, piam, & religiosam.

NE QVE valet instantia de laude Razia, qui se occidit; nam vt Aug. ostendit lib. 2. contra epist. Gaudentij, c. 13. Razias laudatur, quod d foriter & viriliter egerit, non quod piè & sanctè. vel, si volunt probari hoc factum ab auctore huius libri, porius dicendum est habuisse Kaziam peculiarem inspirationem, & præceptum Dei, vt hoc faceret, sicut habuit Sápson, teste Aug. lib. 1. de ciuit. Dei, c. 21. quàm dicendum esset, hunc auctorem potuisse errare. Præter hunc locum sunt alia quædam, quæ solum probabiliter suadent, & quib. tamen sancti Patres vsi sunt. Igitur ea quoque hic breuiter annotabimus.

SECVNDVS locus est Tob. 4. Panem tuum & vinum super sepulchrum iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Huius loci non potest esse alius sensus, quàm is quem communiter expositores tradunt, videlicet; Instrue conuiuium, & voca fideles pauperes, vt ipsi post acceptam elemosynam orer pro anima defuncti. Hinc enim nata est illa consuetudo, quæ & olim in Ecclesia fuit, & nunc etiam est, vt affines defuncti conuiuium faciant, & mittant etiam cibum & potum pauperibus & religiosis, vt orent pro anima defuncti. Chrysostomus hom. 32. in Matth. 5. Cur, inquit, post mortem tuorum pauperes conuocas? Cur Presbyteros, vt pro eis velint orare obsecras?

NE QVE valet quidquam commentum Munsteri, qui interpretatur nomine sepulchri, ora pauperum iustorum, quia scriptum est Psal. 6. Sepulchrum patens est guttur eorum, vt sensus sit. Pone panem tuum in ore iustorum, vt non moriantur fame. Hæc enim falsa expositio est. Primò, quia nusquam in Scriptura vocatur sepulchrum os iusti, sed solum os peccatoris, vnde exhalant fetores vitiorum.

SECVNDÒ, quia Tobias in eodem capite multis verbis commendauerat pauperes viuos, & deinde transit ad commendationem mortuorum, vt in litera patet.

TERTVS locus est lib. 1. Reg. c. vltimo, vbi legimus, quod habitatores tabes Galaad audita morte Saül, ieiunauerunt septem dies. Et 2. Reg. 1. Dauid fleuit, & ieiunauit pro Saule & Ionatha, & aliis occisis, quod idem fecit pro Abner. 2. Reg. 3. Quamuis enim hæc videbantur fieri in signum doloris & tristitia, tamen credibile est, præcipuè facta esse ad iuuandas animas defunctorum, vt Beda exponit in fine commentarij in librum primij Regum, id quod ex duobus colligimus. Primò, ex eo, quod irrationabile fuisset, in signum doloris septem dies ieiunare. Secundò, ex eo, quod Dauid 2. Reg. 12. ieiunauit, & orauit pro filio suo infantulo, dum agrotaret, postea verò quando audiuit eum esse mortuum, non ampliùs ieiunauit, quo facto suo ostendit, se ieiunare solitum, vt aliquid à Deo impetraret, idè enim pro morte pueri non ieiunauit, quia sciebat, non esse puerum ad vitam rediturum, & præterea eum sustagium non egere, quod etiam spectat illa sollicitudo Patriarcharum, qui cupierunt in terra promissionis sepeliri. Genes. 47. & 50. nimirum vt essent participes precum & sacrificiorum, quæ ibi offerebantur.

QUARTVS locus est Psal. 37. Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Etsi enim hæc verba variè exponi possunt, tamen B. Augustinus ita exponit, vt in furore argui à Deo, sit in æternum damnari, in ira corripi, sit puniri seuerè post hanc vitam, ad correctionem tamen & emendationem. Vnde subdit: In hac vita, inquit, purges me, & iram me reddas, cui iam emendatorio igne non opus sit, &c. Eodem modo exponit Beda, Haymo, Dionysius Carthusianus, & alij.

QUINTVS locus est Psal. 65. Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Hic etiam locus potest habere varios sensus, tamen Origenes homil. 25. in

Num. & B. Ambrosius in Psal. 46. & ferm. 3. in Psal. 118. exponit per aquam, Baptismum: per ignem, Purgatorium. Hic inquit, per aquam, illic per ignem; per aquam, vt abluatur peccata; per ignem, vt exurantur.

SEXTVS locus est Isaia 4. Purgabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem emundabit de mediocorum in spiritu iudicij, & spiritu combustionis. Hunc locum exponit de pœna Purgatorij B. Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 25.

SEPTIMVS locus est Isaia 9. Succensa est quasi ignis impietas, vepres & spinas deuorabit. Basilius in hunc locum dicit, per confessionem peccatum auferri, vt igne Purgatorio post hanc vitam absumpissit, & ex hoc loco probat.

OCTAVVS locus est Isaia 7. Ne lateris, inimica mea: nam si cecidi, resurgam, cum sedero in tenebris, ira Domini portabo, donec causam meam indicet. Adducet me in lucem, videbo iustitiam eius. Hunc locum asserri solitum pro Purgatorio, docet Hieronymus in caput vltimum Isaia, & Glossa ordinaria exponit, tram Domini portabo, hic, vel in Purgatorio.

NONVS locus est Zacharia 9. Tu autem in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Etsi enim hunc locum adducunt passim pro liberatione Patrum ex limbo, tamen meliùs conuenit liberationi animarum ex Purgatorio, quas Christus eduxit: cum eò descendit post mortem suam. Primò, quia isti relictis dicuntur vincti. Secundò, quia in Purgatorio non est aqua consolationis, quæ est in limbo, vt patet Luca 16. de Lazaro; Hic verò consolatur. Vnde Augustinus epist. 99. ad Euodium, & lib. 12. in Genes. c. 33. conrendit, Christum cum descendit ad inferos, non solum Patres inuisisse, sed etiam eos, qui cruciabantur in inferno, id est, in Purgatorio, & multos eorum inde liberaffe.

DECIMVS locus est Malachia 3. Ipse sedebit quasi ignis conflagrans, & purgabit filios Leui, & colabit eos, &c. Hunc locum exponit de pœna purgatoria, Origen. hom. 6. in Exodum, S. Ambrosius in Psal. 36. B. Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei, c. 25. & B. Hieronymus in hunc locum, & quanquã pœna illa purgatoria non est ea, de qua nunc agimus: nam illa purgabit viuentes, nos autem agimus de pœna mortuorum; tamen inde rectè inferitur Purgatorium. Nam idèd tunc præcedet tribulatio grauissima, & postea etiã ignis descendet, & purgabit celerrimè omnes reliquias peccatorum in hominibus iustis, quia, vt Irenæus etiam notat c. 29. lib. 5. tunc repente Ecclesia, quæ est in terris, assumenda erit ad sponsum, nec erit tempus purificationis vltærius, vt nunc est post mortem ante iudicium.

CAPVT IV.

Purgatorium esse probatur ex testamento nouo.

PRIMVS locus est Matt. 12. vbi dicit Dominus, esse quoddam peccatum, quod non remittitur, neque in hoc seculo, neq; in futuro. Hinc enim colligunt sancti Patres, quædam peccata remitti in futuro seculo per orationes & suffragia Ecclesiæ: ita B. Augustinus lib. 21. de ciuitate Dei, c. 24. & lib. 6. in Iulian. c. 5. B. Gregorius lib. 4. Dialog. c. 39. B. Beda in c. 3. Marci. B. Bernardus hom. 66. in Cantica, qui hoc solo testimonio contentus fuit cõtra hanc hæresim. Itè Petrus Cluniacensis in epistola cõtra Petrobrufianos. Rabanus lib. 2. de inst. Cleric. c. 44. & omnes Glossæ, vt ordinaria, interlinearis, &c.

AT contra hunc locum obiicit primò, Petrus Martyr, hæc dici per exaggerationem. Respondeo, hoc modo poterimus etiam tollere in infernum, & dicere esse exaggerationem, cum dicitur: Te in ignem æternum. Præterea exaggeratio non debet esse inepta, qualis est, cum sit paritio, & vni membro nihil responderet.

SECVNDÒ, dicunt aliqui esse comminationem. Respondeo, eodem modo.

TER

TERTIÒ, obiiciunt alij, Christus comparat peccatù in Spiritum sanctum cum grauissimis peccatis mortalibus, cum blasphemia in Patrem, & in Filium; ergo si veller dicere, aliqua peccata posse remitti in alio seculo, intelligeret maximè de illis, quibuscum comparabat tunc peccatum in Spiritum sanctum; at hoc est falsum, quia sola venialia dimittuntur per nos in alio seculo, &c.

RESPONDEO, Christus loquitur de perfecta remissione, quæ cõplectitur remissionem culpæ & pœnæ, quomodo peccata grauissima remittuntur etiam in alio seculo, quia ibi completur eorum remissio.

QUARTÒ, inquit, Christus videretur significare grauiora peccata remitti in futuro seculo, in hoc autem solum leuiora, si aliqua ibi remitti veller, alij, qui non diceret, Neque in hoc seculo, neque in futuro, sed è contrario dixisset, Non dimittetur, neque in futuro, neque in hoc, vt oratio crescat.

RESPONDEO, orationem crescere, quia in futuro maius spatium est diluendi peccata, quàm hic, & præterea præponitur hoc seculum, quia hic inchoatur, ibi perficitur remissio delictorum.

QUINTÒ, obiicit Calvinus, Dominus loquitur de remissione culpæ, ergo malè allegatis hunc locum pro remissione pœnæ purgatorij.

RESPONDEO, in Purgatorio remitti etiam culpas saltem veniales: præterea falsum est, loqui Christum de sola culpa, hic enim est sensus, Peccatum in Spiritum sanctum non remittitur in hoc seculo, nec in futuro, neque quantum ad culpam, neque quantum ad pœnam, cum alia peccata vel remittantur in hoc seculo quoad culpam, & in alio interdum quoad pœnam, vt mortalia, vel & hic & ibi quoad culpam, & quoad pœnam, vt venialia.

SEXTÒ, inquit Calvinus, in hoc seculo & in futuro, vult dicere; In hoc iudicio & in nouissimo non remittetur, & sic nulla fit mentio Purgatorij.

AT contra, nam qui erunt illi, quibus hic non est remissum, & in iudicio remittetur? nõne illi, qui aut venialium purgatione indigebunt, aut solius pœnæ debitores erunt? Qui enim hinc cum iniustitia decedunt, certè in iudicio non absoluentur.

SEPTIMÒ, obiicit Petrus Martyr, quia ex negatione non sequitur affirmatio in bona Dialectica, non licet inferre, peccatum in Spiritum sanctum non remittitur in futuro seculo, ergo quædam alia peccata in eo remitti possunt. sicut non bene sequitur, Rex Philippus non est Rex Venetorum, ergo aliquis alius est Rex Venetorum. Et confirmat Ochinus: Nam potuit Christus dicere, Hoc peccatum non remittetur in hoc seculo, neque in inferno: & tamen non colligeremus inde, quædam peccata remitti in inferno.

RESPONDEO, non sequi secundum regulas Dialecticorum, id quod inferimus ex verbis Domini, sed tamè sequi secundum regulam prudentiæ, quia alioqui faceremus Dominum ineptissimè loquutum, ineptè enim diceret, Hoc peccatum non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro, si in futuro nullum remittitur. sicut ineptè loqueretur qui diceret, Rex Philippus non absoluet, neque in aula Hispania, neque in aula Francia. Non autem loqueretur ineptè, si diceret, neque in aula Hispania, neque in aula Brabantia. Vnde Ioan. 19. cum dixisset Christus: Regnum meum non est de hoc mundo. Intulit Pilatus: Ergo Rex es tu, nec respondit Christus, non bene sequi ex negatiuo affirmatiuum, sed approbauit.

NE QVE valet similitudo allata ab Ochino: nam Christus non potuit dicere: Neque in hoc seculo, neque in inferno, nisi ineptè loqui voluisset, tum quia seculum tempus est, infernus verò locus: proinde, non opponuntur, sicut seculum præsens, & futurum: tum etiam, quia in inferno constat nullam fieri remissionem.

OCTA VÒ, obiiciunt illud: Neque in hoc seculo, neque

in futuro, idem significare, quod nunquam, siue in æternum, vt exposuit Marcus, qui c. 3. ita ait: Non habet remissionem in æternum. Et sicut Petrus ait Ioann. 13. Non lauabis mihi pedes in æternum.

RESPONDEO, non debere exponi Matthaum per Marcum, sed potius Marcum per Matthaum, cum Matthaus pluribus verbis vtatur, cum constet Matthæum copiosius scripsisse, & Marcum fecisse quasi compendium ex Euagelio Matthaï. Neque ita accepit Marcus vocem, In æternum, sicut Petrus apud Ioannem. Nam ineptè dixisset Petrus, Non lauabis mihi pedes, neque in hoc seculo, neque in futuro, cum in futuro, non lauentur pedes. Non autem ineptè dixit Dominus apud Matthaum: Non remittetur neque in hoc seculo, neque in futuro.

ITATQVE Petrus apud Ioannem accepit vocem, In æternum, impropiè pro solo tempore huius vitæ. Marcus autem propriè pro toto spatio huius seculi & futuri. Præterea aut Christus dixit, vt habet Matthaus, vel vt habet Marcus, vel vtroque modo, si primum vel tertium habeo intentum, si secundum, quamquam hoc non est probabile, tunc Matthaus, duce Spiritu sancto, exposuit verba Christi, & nisi ineptè exposuerit, indicauit in alio seculo dimitti aliqua peccata.

NONÒ, dicunt esse phrasim Hebraicam. Respondeo, falsum esse: phrasim quidè Hebraica est illa Petri, In æternum: dicunt enim, passim Hebraei, אלהים לעולם etiam de rebus temporalibus. At neque in hoc seculo, neque in futuro, non est propria phrasim Hebræorum. Neque Marcus phrasim Hebraica vtitur, sed propriè loquitur.

SECVNDVS locus 1. Cor. 3. vbi Apostolus dicit: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Nota in primis locum istum Apostoli 1. Cor. 3. esse vnum ex difficillimis & vtilissimis totius Scripturæ: nam ex eo statuunt Catholici duo Ecclesiastica dogmata, Purgatorium, & venialia peccata contra hæreticos & hæreticorum fautores, qualis in primis fuit Erasmus, qui annotatione in hunc locum conatur ostendere, nec Purgatorium, nec peccata venialia ex hoc loco statui posse.

QUOD sit difficillimus, testatur August. lib. de fide & operibus, c. 15. Diligenter, inquit, oportet arriudere, quomodo accipienda sit Apostoli Pauli illa sententia plant ad intelligendū difficilis, vbi ait; Si quis autem super edificat super fundamentū hoc, aurum, argentū, &c. Et in his in his deputanda est qua Petrus dicit, esse in Scripturis eius quædam difficilia intellectu, quæ non debent homines pervertere ad proprium suū interitum. Et c. 16. Fateor, inquit, me malle audire intelligentiores atque doctiores. Idem repetit q. 1. ad Dulcitium.

NONS igitur, vt locum istum diligenter explicemus, exponemus primùm Metaphoram, qua Apostolus vsus est; deinde proponemus, & soluemus difficultates, quæ circa hunc locum occurrunt.

QUANTVM ad primum, hæc sunt Apostoli verba: Secundum gratiam Dei, qua data est mihi, vt sapiens Architectus fundamentum posui. Alius autem super edificat, vnusquisque autem videat quomodo super edifice: fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus IESVS. Si quis autem super edificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fenum, stipulam, vnusquisque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vnusquisque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod super edificaui, mercedem accipiet; si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

VTVTVM autem Apostolus in hac sententia similitudine duorum Architectorum, quorù vnus super fundamentum lapideum solidum, erigit domum ex pretiosa materia, & qua ignem non timer, qualia sunt aurum, & argentum, lapides pretiosi, vt Iaspis, Porphyriticus, Patius lapis. Nam ex auro & argento fiunt laminæ, & columnæ,

K k k 4

vt de tēplo Salomonis legimus; ex lapide Pario, & Porphyretico etiam integri parietes erigi possunt. Alter verò super simile fundamentum, id est, lapideum & solidum, erigit domum more pauperum rusticorum ex asseribus & stipitibus, eamque tegit feno & stipulis.

HAC posita similitudine, fingamus utriusque domui adhiberi ignem, videbimus priorem nihil penitus lædi, & si Architectus intus fortasse sit, similiter nihil pati. At posteriori domum videbimus continuò ignem concipere, & breui tempore totam consumi, & si Architectus intus sit, & velit saluus egredi, videbimus eum exire non posse, nisi per ignem. In quo transitu non quidem morietur, sed tamen barba & capilli non egredientur incolumes, nisi fortasse fiat miraculum trium puerorum, qui in fornace Babylonica non comburebantur. Hæc est similitudo, qua beatus Paulus vitur, cum ait, *ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.*

QUANTVM ad secundum, quinque sunt difficultates huius loci. Prima, quid intelligatur per ædificantes. Secunda, quid intelligatur per aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, & stipulas. Tertia, quid intelligatur per diem Domini. Quarta, quid intelligatur per ignem, qui in die Domini vniuersiuique opus probabit. Quinta, quid intelligatur per ignem, de quo dicitur, Ipse autem saluus erit, sic tamen, quasi per ignem. His explicatis, sententia erit perspicua.

PRIMA igitur difficultas est: Qui sunt Architecti, qui superædificant. B. Aug. lib. de fide & operibus, c. 16. & in Enchirid. c. 68. & alibi, censet omnes Christianos dici hæc ab Apostolo Architectos, & omnes superædificare super fidei fundamentum, vel opera bona, vel mala. Idem mihi docere videntur, Chrysostrum, Theodoretus, Theophylactus, & Oecumenius in hunc locum.

ALII permulti docent, Architectos hæc ab Apostolo non vocari, nisi Doctores & Prædicatores Euangelij, ita Ambrosius & Sedulius in hunc locum. Idem insinuat Hieronymus lib. secundo in Iouinianum. Idem recipiunt beatus Anselmus, & beatus Thomas in hunc locum, etiã si priorem sententiam non reiciant. Idem multi recentiores, vt Dionysius Carthusianus, Lyranus, Caietanus, & alij in hunc locum.

UTRAQUE expositio est bona, & ex utraque deducitur assertio Purgatorij & peccatorum venialium, tamè magis literalis est posterior, id quod patet manifestè ex verbis præcedentibus & sequentibus eius capituli, dixerat enim antea, *Ego plantavi, Apollo rigauit.* Deinde in eodè sensu statim subiungit: *Ego vt sapiens Architectus fundamentum posui, alius autem superædificat.* Et ibidem: *Qui plantat, & rigat, vnum sunt. Vniquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem; Dei enim sumus adiutores, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.* Vbi aperitissimè comparat se & alios prædicatores Euangelij agricolis, & architectis; populos autem, qui docentur, comparat agris & ædificiis. Item in verbis sequentibus iterum loquitur de Doctores, cum ait, *Si quis videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat, vt sit sapiens.* Et rursum: *Nemo itaque gloriatur in hominibus: omnia enim vestra sunt siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas: id est, nolite gloriari in Doctores & Prædicatores vestris, & dicere: Ego sum Pauli, ego verò Apollo.* Nam omnes sunt vnum, & pro vobis omnes laborant. Itaque sicut dixerat, se plantasse, & Apollinem rigasse, ita nunc dicit: Ego fundamentum posui prædicans Christi fidem. Alij autem superædificant docentes ea, quæ ad vitam & mores pertinent, & etiam explicantes latius fidei nostræ mysteria. Et in hac prima questione conueniant nobiscum Caluinus, & Petrus Martyr, atque Ochinus.

ALTERA difficultas est paulò grauior, sunt enim sex sententia: Quidam nomine fundamenti intelligunt fidem veram, sed in formam. Nomine auri, argenti, lapidum pre-

tiolorum, opera bona. Nomine ligni, fœni, stipula, peccata mortalia: ita Chrysostrum in locum, quem sequitur Theophylactus.

AT hoc defendi non potest. Primò, quia, vt Gregorius dicit lib. 4. Dialog. c. 39. peccata mortalia potius comparantur ferro & plumbo. Secundò, quia sequeretur, veram esse hæresim Origenis, quòd omnes saluarentur, quia Apostolus dicit: *Saluus erit quasi per ignem.*

RESPONDENT Græci, Saluus erit, id est, nunquam penitus cõsumetur, sed quasi per ignem, quia semper ardebit. Hæc solutio in primis est dura & coacta, deinde est contra omnem vsum loquendi in Scripturarum. Nunquam enim in Scripturis accipitur nomẽ Salutis in malam partem, sed semper in bonam, vt in Concilio Florentino ante sessionem primam Latini ostenderunt. Præerea illud (Per) significat transitum, non mansionem. Non dicit Apostolus: *Saluus erit, sic tamen quasi in igne, sed: Saluus erit quasi per ignem,* id est, ad similitudinem eius, qui euadit mortem transiens per ignem. Denique, ex communi cõsensu Doctorum, Nam summa consensione volunt alij omnes tam Græci, quàm Latini hunc locum intelligi de venialibus peccatis, quorum sententia in quinta difficultate proferemus. Neque verò hinc putet aliquis, Chrysostrum negasse Purgatorium, vel peccata venialia. Nam Purgatorium esse sæpissime docet, sed præcipuè hom. 3. in epist. ad Philip. & hom. 69. ad populum Antiocheni. Item peccata venialia concedit hom. 24. in Marth. in hoc verò loco aliter exposuit, vt hæresim Origenis reselleret, qua docet pœnas gehennæ non esse æternas, vt patet ex ipsa homilia.

SECUNDA sententia est, nomine fundamenti intelligi Christum, siue fidei prædicationem: nomine auri, argenti, & lapidum pretiosorum intelligi Catholicas expositiones: nomine ligni, fœni, & stipula intelligi hæretica dogmata. ita videtur docere commentarius Ambrosij, ita etiam Hieronymus exponens illud *Itaia 5. Vx qui commingit domum ad domum.* Atque huc propendit Caluinus, Martyr, & Ochinus, qui docent, per ligna, fœnum, stipulas, intelligi humanas traditiones & commenta, quæ pugnant cum verbo Dei.

HÆC sententia minus defendi potest, quàm præcedens. Primò, quia hæretici non saluantur per ignem purgatorium, sed damnantur ad ignem æternum. Secundò, quia hæretici non ædificant super fundamentum quod est Christus, nisi nomine tenus. Omnis enim hæresis quantumcumque de Christo magnificè loquatur, tamen non verum Christum prædicat, sed aliũ, quem sibi finxit. Neque ista sententia, quam refellimus, est Ambrosij vel Hieronymi. Nam commentarius Ambrosij intelligit nomine ligni, fœni, & stipula hæreses quidem, & falsa dogmata, sed per imprudentiam prolata, & sine pertinaciã dicit enim, eiusmodi Doctores saluos futuros per ignem purgatorium. Hieronymus verò aperte de hæreticis loquitur, sed ex mente aliorum, non sua, cum eorum posuisset suam expositionem, subdit: *Quidam autem, inquit, hæc de hæreticis intelligunt, &c.*

TERTIA sententia, nomine fundamenti intelligit fidem viam: nomine auri, & argenti, & lapidum pretiosorum intelligit opera supererogationis: nomine ligni, fœni, & stipula intelligit omissionem conciliorum, & affectum quandam carnalem ad bona huius mundi, licitum quidem, sed qui dolorem adfert cum illa bona amittuntur. Ita B. Augustinus libro, de fide & operibus, c. 16. quæ sententia vera quidem est, sed non conueniens huic loco, nisi cum illo carnali affectu intelligamus peccata saltem venialia; nam non dantur opera media in particulari, aut ergo ille amor carnalis est bonus, aut malus; si bonus, quare ardebit more stipulae? si malus, ergo saltem admixtum habuit peccatum veniale.

QUARTA sententia est eorum, qui exponunt per aurum,

rum,

rum, argenti, &c. opera bona; per stipulam, fœnum, &c. peccata venialia: ita B. Gregorius lib. 4. Dialogorum, c. 39. & alij, quæ bona est, sed alia est melior.

QUINTA est eorum, qui intelligunt per aurum, argentum, &c. bonos auditores: per stipulas, malos auditores. Sunt enim auditores opificium Doctores, & quidem Doctor saluus erit; sed ex auditoribus alij sic, alij nõ, &c. ita Theodoretus, & Oecumenius; at refellitur rectè à Chrysostrum: nam detrimentum tribuitur etiam Architecto, & ipse dicitur ædificare stipulam, ergo non est sola culpa & pœna auditorum.

SEXTA sententia quam omnibus anteposimus, est, vt nomine fundamenti intelligatur Christus, à primis prædicatores annunciat, quales erant Apostoli, qui fidem Christi & Euangelium detulerunt ad eos populos, qui nihil vnquam de Christo audierant. Hinc enim beatus Paulus ait: *Ego plantavi, & ego vt sapiens Architectus fundamentum posui.* Hinc etiam qui primi in aliqua regione fidem prædicant, dicuntur Apostoli eius regionis. Nominè verò auri, argenti, & lapidum pretiosorum intelligatur doctrina utilis & salutaris aliorum prædicatores, qui eos docent, qui iam fidem receperunt, & docent non solum verbo, sed etiam exemplo, ita vt verè auditores suos ædificent, & promoueant in religione & pietate. Nominè autem ligni, fœni, & stipula intelligatur doctrina, non quidem hæretica, vel mala, sed tamen curiosa, inutilis, superuacanea eorum prædicatores, qui ad Catholicum populum Catholicè concionantur, sed absque eo fructu & utilitate, quam Deus requirit: ita vt sicut priores cum magno merito concionantur, ita isti non solum sine magno merito, sed etiam non sine peccatis venialibus concionentur.

HÆC expositio maximè probatur propter tria. Primò, quia (vt ostendimus) nomine ædificantium, intelliguntur soli Doctores, ergo nomine operis ipsorum intelligi debet doctrina.

SECUNDO, quia valde conuenit hæc similitudo sic explicata à Doctores Corinthiorum. Erant enim plus æquo dediti eloquentiæ & Philosophiæ, quæ licèt ex se iuuent, tamen interdum impediunt fructum concionum; quocirca beatus Paulus de utroque Corinthios in hac epistola reprehendit.

TERTIO, quia hoc totum caput optimè explanatur, siquidem B. Paulus in hoc capite tres similitudines posuit. Primam, de Agricolis plantantibus & rigantibus, qua solum bonos Doctores complexus est. Secundam, de ædificantibus super bonum fundamentum, qua nõ solum bonos, sed etiã malos Doctores comprehendit. Tertiam, de corruptoribus templi, qua solos malos contineri voluit, & malos non quomodocumque, sed perfectè malos, vt hæreticos, errores pro veritate, & vitia pro virtutibus docentes, de quibus non dicit, quòd salui erunt, quasi per ignem, sed quòd disperdet illos Deus.

TERTIA difficultas est de die Domini. Aliqui intelligunt nomine diei præsentem vitam; siue tempus tribulationis: in quo discernuntur sæpe boni à malis. ita B. Augustinus lib. de fide & operibus, c. 16. & Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 39.

HÆC sententia non videtur ad mentem B. Pauli. Primò, quia Græcè est dies cum articulo, *ἡ γὰρ ἡμέρα.* ex quo apparet certum quandam & definitum diem significari, sicut 1. Timot. 4. *quam reddet mihi Dominus in illa die.* & c. 1. secunde ad Timotheum, *Certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem.* & paulò infra, *det ei Dominus inuenire misericordiam in illa die.*

SECUNDO, quia præsens tempus non dicitur in Scripturis dies Domini, sed dies nostra, sicut contra tempus alterius vitæ, dicitur dies Domini, non nostra, vt Luc. 19. *Et quidem in hac die tua ad pacem tibi.* Luc. 22. *Hæc est hora vestra.* Gal. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Plal.

74. *Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo.* Sophon. 1. *Iuxta est dies Domini magnus.* Ioel. 2. *Veniet dies Domini, dies tenebrarum & caliginis.*

TERTIO, tempore vitæ præsentis nõ declaratur opus vniuersiuique quale sit. Tribulationes enim communes sunt bonis & malis, iustis & iniustis.

QUARTO, quia omnes doctores intelligunt hanc diem esse diem iudicij; licèt enim Augustinus & Gregorius docuerint posse diem illam referri ad hanc vitam, tamen in eisdem locis docent, etiam posse intelligi de tempore futuro post hanc vitam. Verum cum dies iudicij sit duplex, vna dies iudicij particularis, altera dies iudicij vniuersalis, quidam, vt Caietan. & alij, volunt Apostolum loqui de die iudicij particularis. Primò, quoniam post hanc diem, de qua Apostolus loquitur, aliqui purgandi sunt per ignem: id verò fieri non potest post diem vltimi iudicij.

SECUNDO, quia si hæc dies, de qua Apostolus loquitur esset dies vltimi iudicij, sequeretur nullum Sanctorum ingredi posse in cœlum ante diem iudicij; qui est error damnatus in Concilio Florentino, sessione vltima. Cõsequentiã probatur. Nam in hac die sunt examinanda omnia ædificia, & post examen aliqui statim coronandi, aliqui puniendi, præerea cum nihil iniquitatum intrerit in regnum cœlorum, si purgatio à venialibus non fieret, nisi in die vltimi iudicij, omnes qui cum venialibus hinc migrant, expectare deberent eam diem, antequam in cœlum intrare possent.

TERTIO, quia Græcus textus non habet reuelabitur sed reuelatur: *ὁ ἄγγελος ἀποκαλύψει*, quoniam in igne reuelatur. Dies autem vltimi iudicij non reuelatur, ergo de die iudicij particularis loquitur, qui singulis diebus modò vni modò alteri reuelatur. Omnes tamen veteres videntur accepisse per illam diem, diem vltimi iudicij, vt Theodoretus, Theophylactus, Anselmus, & alij, quorum mihi videtur verissima sententia, quamuis neutra repugnet Purgatorio.

PRIMO, quia vbique in Scripturis dies Domini, significat diem vltimi iudicij.

SECUNDO, quia dicitur in illa die, quo designatur vna quadam certa dies, quo omnium hominum opera simul probantur; At dies iudicij particularis non est, vna, sed multiplex, neque in ea probantur omnium hominum opera.

TERTIO, quia dicit Apostolus: *Dies Domini declarabit,* quasi dicat, tunc erunt omnia omnibus manifesta, vt capite sequenti dicit: *Donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium,* id autem non fiet, nisi in nouissimo iudicio.

QUARTO, quia sequitur: *Quia in igne reuelatur.* Dicitur enim dies iudicij reuelari in igne, quia vltimũ signũ, & omnium notissimum erit conflagratio totius mundi, & propterea semper ferè dies iudicij describitur per ignem, vt Plal. 96. *Ignis ante ipsum præcedet.* Ioel. 2. *Ante faciem eius ignis vorax.* 2. The. 1. *In reuelatione Domini nostri Iesu Christi de cœlo, cum Angelis virtutes eius in flamma ignis.* 2. Petri 3. *Elementa ignis ardore rubeſcent.*

QUOD si non placeat hæc per ignem accipere ignem materialem, sed ipsum iudicium Dei, vt alij exponunt, adhuc non potest intelligi per hanc diem, nisi dies vltimi iudicij. Nam tunc sensus est, *quia in igne reuelatur,* id est, quia illa dies erit notissima propter iudicium acerrimum & maximũ, quod in illa exercebitur. At dies iudicij particularis nõ est notissima propter iudicium, sed magis propter mortem. Nam ipsum iudicium particularis paucis est notum, nec me mouent argumenta in contrarium.

AD primum dico, post iudicium notissimum non fore Purgatorium, & idèd illa verba: *Saluus erit, sic tamen quasi per ignem,* non significant saluus erit, dum modò prius tranſeat per ignem, sed saluus erit, dum modò prius tranſierit

per

per ignem: sine saluati erit, ut illi qui per ignem transferunt.

Ad secundum dico, si hoc concluderet, sequeretur etiam si Purgatorium non esset, neminem beatificari, vel damnari, ante diem iudicii: nam Scriptura passim tribuit distributionem praemiorum & poenarum ultimo iudicio; immo & examen operum, ac sententiam iudicis, ut patet Mar. 25, & alibi. Sicut ergo sententia fertur in morte vniuersaliusque, & tunc incipiunt alii puniri, alii premiari: & tamen dicuntur hac eadem fieri in nouissimo iudicio, quia tunc fient coram toto mundo manifestissime, & cum summo honore iustorum, & ignominia impiorum, ita, &c.

Ad tertium dico, pro vno verbo quod hic habetur in praesenti in Graeco, haberi tria in futuro, nimirum *ποιεῖσθαι*, *ἔμπερα ἀδικήσεις*, & *πῶς ἀπομάρτυροι*. & valde credibile est etiam illud vnum *ἀποκαθάρσει*, in textibus correctioribus fuisse in futuro *ἀποκαθάρσει*, quandoquidem noster interpretes verit, reuelabitur.

Ad d e, quod frequentissime tempus praesens non ponitur ad significandam actionem certi temporis, sed consuetudinem, opinionem, professionem, aut aliquid simile, ut, *Virum non cognosco*, Luc. 1, ut ait B. Virgo: & Sadducaei dicebant: *Mortui non surgunt*. Et Carthusiani dicunt: *Nō vescimur carnibus*. In hac difficultate dissetimus à Caluino & Martyre, nā illi intelligunt Paulū de iudicio particulari: sed nihil hoc facit ad quaestionem de Purgatorio.

QUARTA difficultas est, quis sit ignis, qui in die Domini vniuersaliusque opus probabit. Aliqui intelligunt tribulationes huius vitae, ut Augustinus & Gregorius locis notatis, sed hoc iam reiecit; alij intelligunt ignem aeternum, verum id esse non potest, nam ille ignis non examinabit aedificium ex auro & argento, immo nec aedificium ex ligno & feno, ut patet: alij videntur intelligere ignem conflagrationis mundi, qui iudicium vniuersale praecedet: id quoque esse non potest, quia ille ignis non comburet nisi inimicos Dei, Psal. 96. *Ignis ante ipsum praecedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius*. Iste autem, de quo Apostolus loquitur, omnes tanget, etiam eos, qui aurum & argentum superaedificauerunt. Præterea iste ignis non potest probare opera, cum sit ignis materialis, & opera non sint nisi in mente, quia transferunt.

ALIJ intelligunt de poenis Purgatorij, sed neque id recte dici potest. Primò, quia ignis Purgatorij non probat opera eorum, qui aedificant aurum & argentum. At iste ignis de quo loquimur: *Vniuersaliusque opus quale sit probabit*. Secundò, Apostolus aperte distinguit inter opera & operantes, & de isto igne dicit, quod comburet opera, non operantes, ait enim: *Si cuius opus manserit*. Et, *Si cuius opus arserit*. At ignis Purgatorij, qui verus & realis est ignis, non potest opera comburere, quae sunt actiones transferentes, & iam transferunt.

DENIQUE sequeretur, omnes homines etiā sanctissimos trāsire per ignem Purgatorij, & saluari per ignem, nam per hunc ignem de quo loquimur, omnes transeunt. At omnes trāsire per ignem Purgatorij, & saluari per ignem, est aperte falsum; nam Apostolus hic aperte dicit solum eos, qui aedificant ligna & fenum, saluandos quasi per ignem; Ecclesia quoque perpetuò sensit sanctos Martyres & infantes post Baptismum morientes, mox in coelum recipi sine villo transitu per ignem, ut Conciliū Florent. docet, sess. vlt. Idem etiam sancti patres docent. B. Hieronymus lib. 2. in Iouin. & B. Augustinus in Psal. 37. *Si aedificarent, inquit, aurum, argentum, lapides preciosos, de vtroque igne securissent, non solum de illo aeterno qui in aeternum cruciaturus est impios, sed etiam de illo qui emendabit eos qui per ignem salui erunt*.

SUPEREST igitur, ut dicamus hic Apostolum loqui de igne seueri & iusti iudicij Dei, qui non est ignis purgans vel affligens, sed probans & examinans. Ita expopit Ambros. in Psal. 118. concio. 20. super illud; Vide humili-

tatem meam: *Omnes nos, inquit, formax probabit, ergo quia examinandi sumus, sic nos agamus, ut iudicio probari mereamur diuino, teneamus hic positi humilitatem, ut cum vniuersisque nostris venerit ad iudicium Dei, ad illos ignes, quos transturi sumus, dicat, vide humilitatem meam, &c.* Item Sedulius in hunc locum. *Examinationem iudicij, inquit, igni voluit comparare secundum consuetudinem Scripturarum*. eodem modo exponunt Dionysius Carthusianus, Lyranus, Caietanus, & alij in hunc locum.

QUOD haec sententia verissima sit, probatur primò, quia non aliter potest intelligi, quomodo ignis probet eos, qui aurum & argentum aedificantur.

SECONDò, quia haec expositio optimè conuenit verbis Apostoli, cum ait: *Vniuersaliusque opus quale sit ignis probabit: si cuius opus manserit mercedem accipiet, si cuius opus arserit detrimentum patietur*. Licet enim opera transferantur ab oculis hominum, & in igne materiali examinari non possint, tamen non transferuntur ab oculis Dei, sed, ut dicitur Eccles. vlt. *Cuncta quae sunt adducet Deus in iudicium*, & ea examinabit, & si cuius opus manserit, id est, si cuius opus iudicium Dei sustinere potuerit, sicut aurū sustinet ignem, mercedem accipiet, probabitur, & coronabitur à Deo: si cuius opus arserit, id est, si cuius opus iudicium Dei non sustinuerit, sicut fenum & stipula non sustinent ignem, detrimentum patietur, reprobabitur & reicietur.

TERTIO, quia iudicij Dei rectissime vocatur ignis, cum sit purissimum, celerrimum, efficacissimū, & maximè penetratiuū. vnde Dan. 7. *Fluuus igneus egredietur de ore eius*. Et quoniam Deus totus est iustitia, totus iudicij, inde etiā in Scripturis vocatur ignis. Malach. 3. *Ipsè quasi ignis conflans*. Et Hebr. 12. *Etenim Deus noster ignis consumens est*. Et in hoc non dissentimus à Caluino & Martyre.

QUINTA & vltima difficultas est, quid per ignem intelligatur. cum ait: *Ipsè autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem*. Aliqui intelligunt tribulationes huius vitae. At hoc non potest conuenienter dici, quia tunc etiam qui aedificant aurum, argentum, saluarentur, quasi per ignem. Quocirca B. August. & Greg. qui sunt auctores huius sententiae, cum in ea non acquiescerent, etiā aliam posuerunt, de qua infra dicemus.

ALIJ intelligunt ignem aeternum, ut Chrysost. & Theophyl. sed hoc iam refutauimus.

ALIJ ignem conflagrationis mundi. Id quoque dici non potest, propter rationes antea positas: & praeterea, quia sequeretur eos qui habent peccata venialia, non posse ad beatitudinem peruenire ante diem iudicij: nec enim intrabit in coelum aliquid coinquatum.

CALVINVS & Martyr, Ochinus & Lutherus art. 37. intelligunt per hunc ignem iudicium Dei, quod doctrinam veram approbat, falsam confutat, sicut ignis perficit aurum, consumit fenum. Dicunt autem hoc iudicium fieri, dum quis conuertitur, & praecipue in hora mortis, tunc enim illustrantur multi, & sic intelligunt se deceptos, & iacturam fecisse doctrinam suam, & confunduntur etiam, & erubescunt, & sic per ignem salui fiunt.

ADDIT Martyr se non dubitare, quin B. Bernardus, B. Franciscus, B. Dominicus, & alij Patres hoc modo salui facti sint, quia nimirum in morte à Deo illustrati intellexerunt, & damnauerunt errores suos de Monachatu, de Missa, &c.

AT contra. Primò, vel istud iudicium sit solum in morte, adhuc viuente homine, vel potest fieri etiam post mortem: si potest fieri etiam post mortem, ergo post mortem fiet aliqua remissio & purgatio peccati, saltem per illam confusionem, & poenitentiam, quod ipsi nullo modo admittunt: hoc enim esset genus quoddam Purgatorij: si autem solum in ipsa morte sit hoc iudicium, peto, quomodo agetur cum illis, qui superaedificauerunt lignum, fenum, stipulas, & moriuntur repente, ita ut non habuerint tempus poenitentiae? Isti enim non saluantur

quasi

quasi per ignem, quia non habuerunt ignem istum iudicij, & refutationis suorum errorum, nec tamen possunt damnari ad Gehēnam, quia habuerunt Christum in fundamento: & Paulus de omnibus talibus pronunciat, quod saluentur: nec possunt etiam saluari, quia cum decesserint in peccato cum suis stipulis & feno, non possunt saluari nisi per ignem.

SECONDò, ignis iste, de quo Paulus loquitur, afficiet poena proprie & verè, praeter iacturam ipsorum operum, & confusionem, quae inde oritur, ergo illud iudicij confutans errores, non est ignis de quo hic agitur. Probat autem eodem modo eodem illo verbo, ipse detrimētum patietur, Graecè *μυωθήσεται* multabitur, dabit poenas. Nihil enim est apud Graecos frequentius quàm *μυωθήσεται* morte multari. Item ex illo saluus erit quasi per ignem: similitudo transeuntis per ignem, significat poenam ac dolorem: qui enim transtret per ignem sine vlla laesione, nō diceretur transire per ignem, quasi per ignem, sed quasi per flores, ut de sancto Tiburtio legitur.

TERTIO, quia Apostolus opponit hunc transitū per ignem mercedi: sicut enim dixerat, *si cuius opus manserit, mercedem accipiet*, ita nunc dicit, *si cuius opus arserit, detrimentum patietur, & saluus erit quasi per ignem*. At illa merces significat aliquid praeter ipsum bonum opus, & praeter latitiā, quam ex se affert bonum opus. non enim dicere, mercedem accipiet, si nihil aliud esset merces, quàm id quod ex se habebat, qui aedificauit aurum, & c. ergo etiam detrimentum, & trāsitus per ignem eius, qui superaedificauit stipulam, est aliqua poena praeter iacturam operum, & praeter confusionem, quam ex se affert.

QUARTò, quia illud iudicium confutans errores, non affert detrimentum, sed lucrum: nam est illustratio quaedam mentis, ut ipsi dicunt, & veritatis cognitio: & sicut qui habet aurichalcum putans esse aurum, non existimat detrimentum, si quis ei aurichalcum illud auferat, & aurum verum donet, ita, & c. At Paulus dicit, detrimentum patietur, ergo, & c.

QUINTò, quia sequeretur, omnes qui saluantur saluari quasi per ignem, contra Apostoli distinctionem; nam etsi Paulus hic solum agat de peccatis quae committuntur in docendo, tamen eadem est ratio omnium aliorum peccatorum. Sicut enim Deus iudicabit doctrinam, ita etiam opera omnia. At secundum Caluinū, & Lutheranos omnes, omnia opera nostra, quamuis iustissima videantur in oculis hominum, tamen peccata sunt in oculis Dei, nec ferre possunt iudicium diuinum, sed arguentur eo modo planè, quo falsa doctrina: quare si ignis, de quo Paulus loquitur, est iudicium Dei, omnes saluabuntur quasi per ignem.

Nec valet responsio, quod iustorum opera non sint arguenda, quia sunt recta per non imputationem, impiorum autem, qui non sunt per fidem iustificati, arguenda sunt: nam Paulus cum dicit, *Saluus erit quasi per ignem*, loquitur de iustis, qui aedificauerunt stipulas, retento vero fundamento, id est, vera fide in Christum.

QUOD autem Martyr ait de beatis, Bernardo, Dominico, & Franciscò, impudentissimum est mendacium. Illi enim vsque ad vltimum spiritum commendauerunt suis persecutorum in Monasterio, & obedientiam Rom. Ecclesiae. De S. Franciscò sic scribit D. Bonauentura, c. 14. vita eius: *Horat, inquit, transitu sui propinquante, fecit fratres omnes existentes in loco ad se vocari, & eos consolatoris verbis pro sua morte demulcens, paterno affectu ad diuinum est hortatus amorem, de patientia, & paupertate, & sanctae Romanae Ecclesiae fide seruandis, sermonem protraxit, & in super adiecit: valete filij omnes in timore Domini, & permanete in eo semper: & quoniam futura tentatio & tribulatio appropinquat, felices qui perseverabunt in his, quae ceperunt: ego vero ad Deum propero, cuius gratiae vos omnes commendo*. Haec est Palinodia scilicet, quam somniat Pseudo-

martyr Petrus.

EST igitur communis Theologorum sententia, nomine ignis hoc loco intelligi poenam aliquā purgatoriam, & temporalem, ad quam post mortem ad iudicium, qui in iudicio particulari inueniuntur adificasse lignum, fenum, aut stipulā. Haec expositio praeterquam quod optimè conuenit textui, satis probatur ex communi consensu Patrum. Latini omnes hoc docent. Cyprianus lib. 4. ep. 2. ad Antonianum: *Aliud est, inquit, ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem non exire, donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo tempore cruciatum emendari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse*. Hic B. Cyprianus non meminit aperte huius loci B. Pauli, sed tamen cum nusquam in Scriptura fiat mentio ignis, ubi aperte de Purgatorio agitur, nihil dubium est, quin B. Cyprianus ad hunc locum respexerit.

AMBR OSI VS in hunc locum. *Sed cum, inquit, Paulus dicit (sic tamen quasi per ignem) ostendit quidem illum saluum futurum, sed poenas ignis passurum, ut per ignem purgatus fiat saluus, & non sicut per fidei aeterno igne in perpetuum torquetur*. Idem habet sermone vicefimo in Psalmum centesimum decimum octauum.

HIERONYMVS in quartū caput Amos, exponens illud: *Facti estis sicut torris raptus de incendio: iuxta illud, inquit, quod in Apostolo legimus, ipse autē saluus erit quasi per ignem: qui ergo saluatur per ignem, quasi torris de incendio rapitur*. Idem docuit in vltimis verbis vltimi libri super Iaiam & lib. 2. contra Iouinianum vltra medium.

AUGUSTINVS in Psal. 37. *In hac vita, inquit, purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne opus nō sit*. Et infra, explicans locum Apostoli: *Dicitur, inquit, saluus erit quasi per ignem: & quia dicitur, saluus erit, conueniunt ille ignis, ita planè quamuis salui per ignem, grauior tamen est ille ignis, quàm quidquid potest homo pati in hac vita*.

GREGORI VS lib. 4. Dialog. c. 39. *Quamuis hoc (inquit, explicans hunc locum 1. Cor. 3.) de igne tribulationis in hac vita nobis adhibita possit intelligi, tamen si quis hoc de igne future purgationis accipiat, penandum sollicitū est, illum per ignem dixit saluari non qui super hoc ferrum, es, vel plumbum adificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia, sed lignum, fenum, stipulam, id est, peccata minuta, atque lenissima, quae ignis facile consumit*. Alcuinus lib. 3. de Trinitate. Rupertus in 3. caput Genes. exponens illud, quod ibi dicitur de gladio flammeo & versatili. Magister in 4. d. 21. & cum eo beatus Bonauentura, & alij Scholastici. Item beatus Anselmus, Haymo, & B. Thomas in hunc locum. Denique Innocentius tertius in psalmum tricagesimum septimum, & omnes Latini recentiores sic exponunt.

Ex Graecis habemus in primis Origenem apertissime hoc docentem, hom. 6. in Exod. & hom. 14. in Leuitic. & hom. 12. in Hieremiam. Homilia 6. in Exod. sic ait: *Sed & illuc cum conuenitur, si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbū igne resoluitur & purgatur, &c.* Praeterea Oecumenium in hunc locum, qui etiā testatur Basilium hunc locum intellexisse de igne Purgatorio. Adducit etiam B. Thomas in opusculo primo contra Graecos Theodoretum explicantē hunc locum his verbis: *Hunc credimus ignem Purgatorium, quo purgantur animae ut aurū in conflatorio*. Gagnicus verò eadem Theodoretū sententiam ex Gracorum scholiis, Graecis verbis ita citat: *τὸ πῶς τῶν ἐπιπορευόντων καθάρσει, ἢ ἢ ἀκαθάρτων ἀποκαθάρσει, καθάρσει χροῖν ἢ τῶ χροῖν ἢ ἀκαθάρτων*.

AT contra obiciunt, primò absurdum esse, quod Apostolus in eadem sententia variè accipiat nomen ignis, semel pro iudicio, & semel pro vero igne Purgatorio.

RESPONDEO, primò, nos cogi ab ipso textu ad aequiuocationem non vnam, sed duas admitendas: nam cum dicit diem iudicij manifestari per ignem, videtur

omnino

omnino loqui de igne conflagrationis: cum addit cuiusque opus ignis probabit, non potest loqui de igne materiali, qui non potest probare opera quae transferuntur: cum secundum istum ignem dicat Apostolus omnia opera examinanda, tertio vero non opera sed operarios, & eos non omnes, sed eos solum qui edificant lignum, fenum, stipulam: necessarium diversis ignes esse debet. Nec tamen proprie a quo uocatio, sed elegans allusio mihi videtur esse in verbis Pauli. Hic enim est sensus totius huius loci: dies Domini per ignem conflagrationis declarabitur, & sicut ipsa dies per ignem declarabitur, ita eadem dies manifestabit per ignem nimirum iudicij, vniuscuiusque opus: & sicut opera per ignem manifestabuntur, ita etiam operarij, qui purificatione egebunt, per quandam ignem purgabuntur.

SECUNDO dico non esse insuetum beato Paulo in eadem sententia uti variè aliquo nomine: variè enim accipit vocem peccati, cum ait 2. Cor. 5. *Eum qui non erat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Et Rom. 8. *De peccato damnauit peccatum.*

TERCIO dico, quod si quis omnino non vellet significationem varietatem admittere, sed ubique accipere ignem pro iudicio, adhuc non efficeret, quin ex hoc loco Purgatorium statueremus. Tunc enim hic esset sensus, *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sicut amen quasi per ignem:* id est, si cuius opus iudicium Dei sustinere non poterit, opus quidem reprobitur, ipse vero saluus erit, sed sic tamen quasi is, qui per ignem diuini iudicij transit, quod iudicium cum si iustissimum, omnino aliqua poena eum affecit.

QUARTO secundo particulam, *quasi*, quae non veritatem, sed similitudinem significare solet.

RESPONDEO, particulam, *quasi*, similitudinem significare non ignis, quasi ignis ille non sit verus, sed phantasticus, sed tamen non per ignem, ita ut sit sensus, ad salutem perueniet, qui edificauit fenum, sed ad eum modum perueniet, quo perueniet ad aliquem locum is, qui transit per ignem, sicut dicitur Ioannis 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre*, id est, vidimus eum gloriosum ad eum modum, quo decet gloriosum esse Filium Patris unigenitum.

TERTIUS locus est 1. ad Corinthios 15. *Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt? ut qui baptizantur pro illis?* Hic locus aperte conuincit, quod volumus, si bene intelligatur, idè breuiter eum expendamus. Sex inuenio huius loci expositiones.

PRIMA est, quod Apostolus probet futuram resurrectionem, ex errore quorundam qui baptismum suscipiebant nomine alicuius amici sui defuncti sine baptismo existimabant enim, quod sicut orationes & ieiunia viuentium profunt defunctis, ita & baptismus prodesset: ita exponit Tertullianus lib. 5. in Marcionem & lib. de resurrectione, Ambrosius, Anselmus, & Haymo. secundum quam expositionem colligitur oratio pro defunctis ex hoc loco, quia docent isti Patres, quod Apostolus, licet non probet errorem istorum, tamen probat intentionem quam habebant iuuandi defunctos, & ex ea argumentatur: si igitur Apostolus probat intentionem iuuandi mortuos, certe reprobari non potest, neque debet ab vilo Christiano: tamen non puto veram hanc expositionem.

PRIMO, quia Apostolus debuisset saltem insinuare hunc esse errorem, nec dare occasionem errandi. Secundo, quia non solide argumentaretur Apostolus, posset enim responderi, non bene probati resurrectionem ex eo, quod ita credant quidam errantes. Sicut enim errant in eo, quod baptizant vnum pro alio, sic possunt errare in eo, quod credunt futuram resurrectionem.

TERCIO, quia nullus veterum historicorum tradit errorem tempore Apostolorum fuisse, tribuit enim Philaster hunc errorem Montanistis, qui 100. annis post obitum S. Pauli exorti sunt, eundem tribuunt Chryostomus &

Theophylactus, vbi supra, Marcionistis, qui etiam post obitum Pauli LXXX. annis inceperunt: denique Epiphanius haec est 28. hoc tribuit Cherintianis, quorum secta XX. annis post obitum Pauli orta est.

ADDE quod Chryostomus & Epiphanius, non ipsi Marcioni & Cherinto, sed posteritati eorum hunc errorem tribuunt, & merito. Alioqui enim quomodo Irengus & Tertullianus hunc errorem non refutassent, qui diligentissime refutarunt omnes errores Cherinti, & Marcionis: dicit quidem Tertull. hunc errorem fuisse tempore Apostolorum, sed non habet nisi hanc. itaque merito Chryost. & Epiphanius. & Theophyl. hanc expositionem vt falsam reiciunt.

ALTERA expositio est, quod Apostolus nomine mortuorum intelligat peccata, cum dicit, qui baptizantur pro mortuis, quasi dicat; *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis*, id est, pro peccatis diluendis: ita Sedulius, & B. Thomas in hunc locum Apostoli.

AT contra. Primo, quia Apostolus subdit, *Si mortui non resurgunt, ut quid baptizantur pro illis?* nimirum hominibus mortuis, qui non resurgunt: itaque clarè docet, se non de peccatis, sed de hominibus agere. Non enim vult probare, quod peccata resurgant, sed quod homines resurgant.

SECUNDO, quia tota vis argumenti perit, si dicatur, quid facient qui baptizantur pro peccatis diluendis, si mortui non resurgunt: posset enim responderi, multum proficere diluere peccata, etiam si mortui non resurgant, quia bonum est in hac vita frui testimonio bonae conscientiae.

TERCIO, quia peccata non dicuntur mortua, nisi quando sunt deleta, & extincta: non ergo Paulus nomine mortuorum intelligit peccata, quae adhuc delenda sunt.

TERCIA expositio est, baptizari pro mortuis, esse baptizari simpliciter Baptismo Christi, sed idè dicuntur baptizari pro mortuis, qui Baptismum suscipiunt, quia antequam baptizentur, recitant symbolum, in quo est vnus articulus, *Carnis resurrectionem*, ita vt illud *pro mortuis*, significet pro spe resurrectionis, vel pro corporibus mortuis, id est, in eum finem, vt corpora nostra quae mortura sunt, aliquando immortalia resurgant, ita Chryostomus, Oecumenius, & Theophylactus: sed certè dura & violenta expositio est.

PRIMO, quia non diceret Apostolus: *Quid facient qui baptizantur pro mortuis, sed quid facimus, qui baptizamur pro mortuis?* Non enim quidam, sed omnes sic baptizantur. Apostolus autem de quibusdam tantum loquitur, vt patet tum ex forma verborum, tum ex eo quod sequitur, vt quid & nos periclitamur tota die?

SECUNDO, quia inauditum est, vt nomine mortuorum intelligatur spes resurrectionis, vel corpora mortua, cum in Graeco sit *νεκροι* in genere masculino, & corpora sint generis neutri *σάρκα*.

TERCIO, quia si idè diceremur baptizari pro mortuis, quia recitamus articulum de mortuorum resurrectione, etiam possemus dici baptizari pro Deo Patre, & pro Christo, & pro Spiritu sancto, & pro Ecclesia, quia haec omnia recitamus in Symbolo.

QUARTO, quia Apostolus videtur omnino nomine mortuorum, homines mortuos intelligere, & nihil aliud: cum enim ait, *Si mortui non resurgunt, ut quid baptizantur pro illis?* quid possumus intelligere per vocem, *illis*, nisi illis mortuis, qui non resurgunt?

QUARTA expositio est, baptizari pro mortuis, esse baptizari Baptismo Christi: dicitur autem Baptismum pro mortuis, quia dum baptizamur, agimus & representamus personam mortui, dum mergimur in aquam: & resurgemus, dum surgimus ab aquis, & sic proficimur resurrectionem: & ex hac professione Apostolus probat futuram resurrectionem, ita exponunt Theodoretus & Caietanus.

AT contra. Primo, quia neque Hebraeè, neque Graecè,

neque Latine, agere pro aliquo, significat eum representare, sed agere loco eius, vel in eius vtilitatem. Quis vnquam dixit de agente in theatro personam Dauis, aut Pamphili, ille egit pro Dauo, aut pro Pamphilo?

SECUNDO, quia qui baptizantur, representant mortem Christi, & simul mortem suam, vt patet ex Apostolo Ro. 6. *Quo: quot baptizati sumus, in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, conspuli enim sumus cum illo per baptismum, &c.* Itaque baptizari pro mortuis, erit baptizari pro se, & pro Christo, quod absurdissimum est: nec in Scripturis vnquam reperitur baptizari pro Christo, sed solum baptizari in Christo, vel in eius nomine, vt patet Rom. 6. Gal. 3. Act. 10. & 19.

TERCIO, quia argumentum Apostoli nullum esset: nam ex eo quod qui baptizatur, agit personam mortui, non sequitur quod profiteatur resurrectione. debuisset ergo Apostolus dicere: *Quid facient qui baptizantur pro suscitatis, vel pro mortuis, & suscitatis?* sed etiam si hoc dixisset, adhuc leue esset argumentum eius, quia posset responderi in Baptismo representari resurrectione, non carnis à morte, sed animae à peccato. Id enim Apostolus significat Ro. 6. *Vi in nouitate vitae ambulemus.* Et Coloss. 3. *Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt querite.*

QUINTA expositio est Epiphanius, haec 28. quam adfert Petrus Martyr, quod Paulus loquatur de Baptismo eorum, qui baptizabantur in lecto, cum essent in extremis, qui olim dicebantur Clinici, & quos Cyprianus festiuè opponit Peripateticis lib. 4. epist. 7. ad Magnum, quod nimirum Clinici non ambularent sed haerent lecto affixi: *non enim lectum significat: Volunt ergo quidam hunc esse Apostoli sensum: Quid facient qui baptizantur pro mortuis, id est, qui baptizantur, quando habentur magis pro mortuis, quam viuentibus, & quando certum est eos non baptizari pro vilo commodo huius vitae, cum pro mortuis habeantur?*

HÆC expositio refellitur. Primo, ex illis verbis, vt quid baptizantur pro illis, nam dicere debuisset, vt quid baptizantur pro se, non pro illis.

SECUNDO, quia illud, pro mortuo, non potest dici, nisi in iis actionibus, quae fiunt circa mortuos: Verbi gratia, rectè dicimus, ille cecidit ex loco edito, & pro mortuo sublatus fuit, vel pro mortuo lorus, sepulcrumque fuit, etiam si viueret. At non rectè dicitur, ille ambulabat, vel comedebat, vel loquebatur pro mortuo. At baptizari est viuorum non mortuorum: non ergo rectè dicitur baptizari aliquè pro mortuo, etiam si agar in extremis, sed potius deberet dici baptizari pro viuo, etiam si ferè sit mortuus.

EST igitur sexta expositio vera & germana, quod Apostolus loquatur de Baptismo lacrymarum & poenitentiae, qui suscipitur orando, ieiunando, elemosinas faciendo, &c. Et sensus sit, *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt?* id est, quid facient qui orant, ieiunant, gemunt, affligunt se pro mortuis, si mortui non resurgunt: ita exponunt Ephrem in suo Testamento, Petrus Cluniacensis in lib. contra Petrobrusianos, Dionysius, Hugo, Gagneius, & alij in hunc locum.

HÆC expositio verissima est. Primo, quia baptizari passim in Scriptura & Patribus accipitur pro affligi, vt Mar. 10. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, & baptismum, quo ego baptizor, baptizari?* Luc. 12. *Baptismo habeo baptizari.* Patres passim vocat poenitentiae afflictionem Baptismum laboriosum, & secundam tabulam. Cyprianus in ferm. de cetera Domini: *Lacrymis*, inquit, *se baptizat.* Et in Prooimio lib. de exhortatione martyrij, mori pro Christo, frequenter vocat Baptisma: & Gregorius Nazian. oratione de Epiphania: *Scio*, inquit, *quartum baptismum, quod per martyrium & sanguinem fit, scio & quintum, lacrymarum & poenitentiae.*

SECUNDO, quia ipsa poena Purgatorij à Scriptura & Patribus vocatur baptismus: nam quod legitur Matth. 3.

Ipsè vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. B. Hieronymus exponit in Spiritu sancto, in hac vita: igne vero, in futura: sicut ante eum exposuerat B. Basilius lib. de spiritu sancto, cap. 17. & post eos Beda in cap. 3. Lucae. Item: Gregorius Nazianzenus in fine orationis de Epiphania, vocat ignem Purgatorij in alia vita, vltimum baptismum. Itaque elegantissimè Apostolus dixit, eos baptizari pro mortuis, qui affligentes se oratione & ieiunio, sumunt in se partem illius baptismi ignei, quo animae baptizantur in purgatorio.

TERCIO quia haec expositio maximè quadrat cum sequentibus: *Ut quid nos periclitamur tota die?* quasi dicat, Cur quidam se affligunt orando pro mortuis, & ego affligo me praedicando Euangelium, si mortuorum resurrectio non est?

QUARTO, quia ista sententia eadem est cum illa. 2. Machab. 12. si mortui non resurgunt, *superfluum est & vanum orare pro mortuis.*

AT contra hanc expositionem duo argumenta obijciuntur. Primum est, quia non debuisset Apostolus dicere quid facient, qui baptizantur pro mortuis, sed quid faciemus, qui baptizamur pro mortuis; nam omnes Christiani orant pro mortuis.

RESPONDEO, Apostolus argumentari voluit non à consuetudine Christianorum, quae tanquam noua reici potuisset ab incredulis, sed à consuetudine Iudaeorum, qui more veteri; & secundum Scripturarum exempla orabant & ieiunabant pro mortuis, quasi dicat; *Quid facient illi qui imitantes antiquos Patres ieiunant, & orant, ac se affligunt pro mortuis, si mortui non resurgunt?*

SECUNDO argumentum est, quia non videtur bene probari mortuorum resurrectio, ex eo, quod oratur pro mortuis, quia oratur non vt resurgant, sed vt à poenis illis liberentur, atque ad requiem transeant.

RESPONDEO, quaestiones de resurrectione, & de immortalitate animorum ita fuisse coniunctas tempore Apostolorum, vt pro vna haberentur, vt supra ostendimus cap. 3. cum testimonium ex libris Machabaeorum exponeremus. Sicut igitur hanc expositionem sequamur, quae nobis verissima videtur, siue primam, quae melior est caeteris tribus, aperte colligitur oratio pro defunctis.

QUARTUS locus est, Matth. 5. & Luc. 12. *Isto constitutions aduersario tuo cito, dū es cum eo in via, ne forte traalat te aduersarius iudici, & iudex tortori, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nonissimum quadrantem.* Exponendum est quid sit via, quid aduersarius, quid iudex: quid tortor, quid carcer, quid quadrans.

DE primo Chryostomus in c. 5. Matth. docet, viam hanc accipi proprie pro vera via, qua itur ad iudicem in hoc mundo; Chryostomus enim existimat nullam hanc esse parabolam, sed Dominum ad literam terrere dissidentes comminatione humani periculi, ita vt etiam iudex intelligatur homo, tortor homo, carcer materialis huius vitae, & quadrans verus nummus aereus, quo etiam modo contendit Ochinus esse hunc locum exponendum, de qua explicatione duo dico.

PRIMO, eam simpliciter non esse probabilem, tum quod repugnent omnes alij expositores, Origenes, Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Beda, Anselmus, & recentiores, Abulensis, Lyranus, Caietanus, Iansenius, & alij, qui omnes docent, hanc viam significare vitam presentem, vt cum dicitur: *Beati in manu culati in via*, Psal. 118. & magna ex parte hunc sermonem esse metaphoricum: tum etiam quod non solet Dominus tam ferè docere & instruere humanam prudentiam, cum ipse saepe testatus sit, filios huius seculi prudentiores esse filiis lucis. Adde, quod non tam assertiuè Dominus diceret, *Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nonissimum quadrantem*, si loqueretur de humano iudicio, cum saepe videamus contrarium accidere, vt rei libe-

rentur favore alicuius, vel per se fugiant & nihil soluant.

Dico secundò, si Chrysofomi sententia recipi debeat, ut probabilis, solum recipi posse pro iis verbis que habentur Matth. 5. quæ ipse exponit. pro iis autem que habentur Luc. 12. nullo modo recipi posse; ut enim Ambrosius rectè notauit, bis Dominus hæc verba locutus est, diuersis que oblati occasionibus; nam Matth. 5. dixit hæc verba, cum loqueretur de amore inimicorum, & de iniuriis condonandis, & idè tolerari utrumque expositio Chrysofomi potest. at Luc. 12. Dominus loquitur de iudicio futuro; dicit enim: *Sint lumbi vestri præcincti. Et postea: Vigilate, quia quahora non putatis, Dominus veniet.* Et in fine concludit: *Cum ergo vadis ad aduersario tuo ad Principem.* vbi aperte ostendit se loqui de futuro iudicio, quod erit post hanc vitã, quod etiam confirmatur ex verbis immediatè præcedentibus: ait enim, *Quid autem & à vobis ipsis nõ indicatis, quod iustum est? Cum enim vadis cum aduersario, &c.* Vult enim eos admonere, parabolam hanc sumptam ex iis quæ homines facere solent: ut enim debitores dant omnem operam liberandi se à creditore, antequam ad iudicium veniant, ita, &c. Quocirca Theophylactus, & Euthymius, qui in c. 5. Matth. sequuntur Chrysofomum, tamen in c. 12. Lucæ dicunt rectè intelligi per viam, vitam; per iudicem, Deum, &c.

De secundo, est parum refert, quod attinet ad nostrum propositum de Purgatorio, quis sit aduersarius, quia tamen res est dignissima cognitione, explicemus breuiter. quidam per aduersarium intelligunt Diabolum, ut Orig. hom. 37. in Lucam; Ambrosius, Euthymius, & Theophylactus in c. 12. Lucæ; & Hieronymus in epist. 8. ad Demetriadem: neque Hieronymus hanc sententiam reprehendit in comment. Matth. 5. cum ait: *Quidam coacti dissimulant, &c.* Nam illud, *Coacti*, est error impressorum, & debet legi, *Cautius*.

Sic petas quomodo debemus esse consentientes Diabolo, cum è contrario iubeamur illi resistere? Respondet Hieronymus, debere non consentire illi, quatenus tenemur stare pactis cum ipso initis in Baptismo, tunc enim renunciauimus Diabolo, & pompis eius: si enim rursus appetamus & inuadamus pompas eius, quibus renunciauimus, meritò nos coram Domino accusabit.

Hæc opinio non est multum probabilis, & ab Augusti. refellit lib. 1. de ser. in monte, cap. 22. nam Græca vox est *δουλος*, id est, Beneuolus, & concors: at Diabolo non possumus esse beneuoli; deinde cum ipse cupiat, ut concupiscamus pompas eius, & ad hoc nos tentet, tunc estemus consentientes illi, si appeteremus eius pompas, & Deum offenderemus.

Alii exponunt per aduersarium, carnem: sed refelluntur meritò ab Augustino, cum non possit iuberi spiritui, ut consentiat carni, cum hoc peccatum sit.

Alii intelligunt spiritum per aduersarium, cui caro iubetur consentire. Refellit hoc Hieronymus, quia non est credibile spiritum traditurum iudici suam carnem; neque ibit in carcerem caro sine spiritu, sed vel solus spiritus, vel spiritus & caro.

Alii per aduersarium, saltem apud Lucam, intelligunt peccatum, quia Lucas dicit: *Da operam liberari ab eo.* ita Ambrosius, sed non est probabile; nam liberari ab aduersario, non est ab illo fugere, vel illum extinguere, sed componere cum illo, ut patet tum ex Matthæo, tum ex verbo *ἀντιπρόσωπον*, id est, litigator, sive actor.

Alii intelligunt per aduersarium, alterum hominem, qui nimirum nos læsit, aut nos illum, ita Hilarius, Anselmus, & Hieron. in cap. Matth. quintum. Quæ sententia est probabilis est, quantum ad locum Matthæi, tamen eam refellit Augustinus loco citato. Primò, quia videtur hic Dominus loqui de aduersario, qui semper nobiscum est in via, & cum quo semper possumus concordare, dum via durat, at aduersarius homo sæpe moritur an-

te suum aduersariũ, & illum deserit in via. Nec tamen dicendum est, non posse istum, qui est in via, per penitentiam saluari, licet non possit cum aduersario consentire.

Secundò, quia non propriè vnus homo tradet alterum Deo iudici; vel saltem multa sunt alia, quæ magis propriè dicantur tradere, ut dicemus, præsertim quia vox Græca est *ἀντιπρόσωπον*, quæ non significat aduersarium ratione iniuriæ, sed ratione litis, id est, actorem siue accusatorem.

Est ergo verissima expositio, aduersarium esse Dei legem, siue Deum ipsum, quatenus præcipit contraria carni, siue conscientiam, quæ Dei legem semper obicit peccanti; hæc enim ferè in idem coincidunt. ita exponunt Ambrosius, Beda, & Bonauentura in cap. 12. Lucæ. Item Anselmus, & Augustinus in cap. 5. Matthæi, nec non idem Augustinus homil. 1. de verbis Domini, homil. 5. in lib. 50. homiliarum, & in lib. de decem chordis, cap. 3. Gregorius homil. 39. & Bernardus serm. 87. in Cantica. Nam lex Dei & conscientia nostra semper sunt nobiscum in via, semper aduersantur prauis desiderijs, istque vtilissimum est citò consentire, & ab eorum inimicitia liberari; denique accusatores & testes erunt contra nos in iudicio.

Vnum solum ob stare videtur huic expositioni, quod Matth. 5. immediatè ante hanc parabolam Dominus loquebatur de reconciliatione aduersarij hominis.

Respondèdo, Dominum postquam docuit debere hominem homini reconciliari, monere voluisse hac parabola, ut etiam recordarentur reconciliari cum Deo, siue cum eius lege. Præterea, etiam si probabile sit propter eam rationem Matth. 5. per aduersarium intelligi hominem, tamen Luc. 12. nõ possumus intelligere, nisi legem Dei, aut conscientiam; vnde Caietanus, qui Matth. 5. exposuit de homine, Luc. 12. exposuit de conscientia.

De tertio, conueniunt omnes, iudicem esse Christum; nam Scripturæ passim hoc docent, & præcipuè Ioan. 5. *Pater omne iudicium dedit filio.*

De quarto, Ambrosius in cap. 12. Lucæ, & Augustinus lib. 1. de sermone in monte, cap. 21. intelligunt per ministros, Angelos bonos. Gregorius hom. 39. & Theophylactus in 12. Lucæ, intelligunt Dæmones: utrumque est probabile.

De quinto, conueniunt similiter omnes, carcerem esse infernum, in quo tamen multa sunt mansiones, alie pro damnatis, alie pro his, qui purgantur; existit autem olim absurdissima hæresis Carpocratis, ut refert Irenæus lib. 1. c. 24. qui dicebat debere vnumquemque exerceri in omni genere flagitiorũ, & idè animas à corpore, quasi à carcere abeuntes examinari à iudice, & nisi omnia flagitia patrasent, rursus remitti in aliud corpus, tanquam in carcerè, & toties id fieri, donec per omnia omnino flagitia transissent, & hoc voluisse Dominũ dicere, cum ait: *Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* sed absurdior est sententia, quam ut refutari debeat.

De sexto conueniunt etiam ferè omnes, per nouissimum quadrantem intelligi minuta peccata, quadrans enim est minima moneta; quod enim Aug. dicit vltimum quadrantè significare peccata terrena, quia terra est vltimum elementum, nimis durum, & coactum viderur: quia tamen non vult dicere D. solum quadrantem soluendum, sed totum debitũ usque ad vltimum quadrantem, dubiũ manet, an hæc solutio fiat in Gehenna, an in Purgatorio: Aug. putat hæc agi de pœnis æternis Gehennæ, & idè dicit, illud: *Donec reddas*, non significare certum tempus, sed æternitatem, sicut cum dicitur Matth. 1. *Non cognouit eã, donec peperit filium suum.* Et Psal. 109. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Et 1. Cor. 15. *Oportet illũ cælum suscipere, donec omnia subiiciantur pedibus eius.* Non enim licet colligere; ergo postquam Maria peperit, cognouit eam Ioseph, &c.

Alii, ut Albertus & Caietanus exponunt de Gehenna, & Purgatorio simul, ut sensus sit, si debitum erit insolubile, nunquam exibis, si erit solubile, exibis, cum totum exactè solueris; alij intelligunt de solo Purgatorio, nempe ij, quos statim citabimus.

Tertia hæc sententia est omnium verissima. Probatur primò, quia hoc modo hunc locum intellexerunt vetustissimi Patres. Tertullianus lib. de anima, cap. 18. *Ille in carcerem, inquit, mandat infernum, vnde non dimittaris, nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso.* Vbi nota, solum esse mandandum in carcere Purgatorij ad summum, usque ad resurrectionem.

Cyprianus lib. 4. epist. 2. *Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem, non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo tempore cruciatum emendari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse.*

Origenes hom. 35. in Luc. *Quod si magnã pecuniam debuerimus, sicut ille, qui scribitur decem millia talenta debuisse, quãto tempore claudamur in carcere, non possum manifestè pronuntiare, si enim qui parum debet non egreditur, nisi exsoluat minutum quadrantem, utique qui tanto debito fuerit obnoxius, infinita ei ad reddendum secula numerabuntur.* Et in ep. ad Rom. *Quamuis, inquit, promittatur excusandum esse quandoque de carcere, tamen designatur non inde exiri posse, nisi reddat quisque nouissimum quadrantem.*

Eusebius Emislenus hom. 3. de Epiphania: *Hic verò, inquit, qui temporalibus pœnis digna gesserunt, ad quos sermo Dei dirigitur, quod non exeunt inde, donec reddant nouissimum quadrantem, per flammam ignem transibunt, &c.*

Ambrosius in c. 12. Lucæ, exponens hunc locum. *Quadrantem, inquit, in balneis dare soluere reminiscimur, cuius obligatione, ut illic vnusquisque lauandi accipit facultatem, ita hic accipit eruendi, quia vnusquisque peccatum suum præscripta genere conditionis eluitur, cum tamdiu exercetur noxiis pœnis, si commissi supplicia erroris expendat.*

Hieron. in c. 5. Matth. *Hoc est, inquit, quod dicit, non egredieris de carcere, donec etiam minuta peccata persoluas.*

Bernardus serm. de obitu Huberti: *Illud, inquit, scitote, quia post hanc vitam in Purgatorij locis centupliciter, que fuerint hie neglecta redduntur, usque ad nouissimum quadrantem.*

Probatvr secundò, quia illud: *Donec soluas vltimum quadrantem*, non videtur rectè posse dici, nisi aliquando sit futurus finis solutionis. neque exemplã B. Aug. satisfaciunt: nam cum dicitur: *Non cognoscebat eam donec peperit*, non licet quidem inferre, ergo postea cognouit eam, sed bene inferre licet, ergo illa aliquando paritura erat, similiter cum dicitur: *Sede à dextris meis, donec ponam, &c.* rectè inferitur, ergo aliquando ponetur omnes inimici Christi sub pedibus eius, alioqui illud, *Donec*, ineptè diceretur: ita ergo cum dicitur, *Non exies donec soluas vltimum quadrantem*, inferimus rectè, ergo aliquãdo soluet vltimum quadrantem, & consequenter exibat inde.

Tertio probatur ex fundamento & scopo ipsius parabola: nam similitudo non est sumpta ab homicida, vel adultero, vel proditore: qui damnantur ad mortem, vel ad perpetuos carceres, vel triremes, sed à debitore, qui non propter crimen, sed propter debitum pecuniarium conicitur in carcerem donec soluat. solent autem huiusmodi homines ordinariè egredi post aliquod tempus, ut patet, itaque scopus parabola est, ut in hac vita componamus cum Deo, quando facile imperamus remissionem pœnæ, peccatis nostris debitæ, nec expectemus seculum futurum, in quo seuerissimè agetur, &c. Atque hæc de isto loco.

Quintus est Matth. 5. *Qui irasitur fratri suo, reus erit iudicio, qui dixerit fratri suo racha, reus erit cõsilio: qui dixerit fatue, reus erit Gehennæ ignis.* Nota, hic certum esse

agi de pœna iniungenda in foro Dei, ut patet ex illo: *Reus erit Gehennæ ignis.* Vnde August. lib. 7. de serm. in monte, cap. 19. exponit omnia tria de pœnis animarum post hanc vitam.

Nota secundò, certum etiam esse hie distingui tria genera peccatorum, & pœnarum, ut ibidem Augustinus exponit, & damnationem æternam solum tribui tertio generi peccatorum, id est, criminibus. Aliis autem utpotè leuioribus peccatis, pœnas leuiiores, ac proinde temporales; ex quibus inferitur, animas aliquas post hanc vitam puniri temporalibus pœnis.

Dices, at Christus dixerat: *Qui occiderit, reus erit iudicio:* ergo reum esse iudicio, est damnari ad Gehennam; nam homicidium crimen lethale est.

Respondèdo, cum ait Dominus: *Dicitur est antiquis, qui occiderit, reus erit iudicio*, loquitur de iudicio humano, & temporalis, quo homicidia multantur morte temporalis, nec enim lex verus aliam mortem comminabatur homicidis, ut patet Exod. 21. Vult ergo Dominus dicere homicidium puniri morte in hoc mundo, at in alia vita commotionem iræ internam, etiam si peccatum sit veniale, puniri pœna quadam temporalis quidem, sed quæ æquetur morti temporali; iram autem exterius prodeuntem puniri adhuc grauius; at verbum contumeliosum, & multò magis homicidia, puniri morte æterna.

Dices rursus, esto hoc loco loquatur Dominus de pœnis infligendis iudicio Dei, non tamen sequitur in alia vita esse pœnas temporales; nam Deus in hac vita potest infligere huiusmodi pœnas.

Respondèdo primò, ab Augustino aliisque Patribus hunc locum intelligi de pœnis post hanc vitam. Secundò dico, saltem ex hoc loco posse deduci, pœnas aliquas post hanc vitam purgatorias esse; nam hinc habemus, quadam peccata non mereri nisi pœnam temporalem; sed potest fieri, ut quis moriatur cum talibus peccatis, quia potest mori repente, vel dormiens, ita ut nullum habeat spatium pœnitentiæ, ergo in alia vita purgabitur, alioqui vel ibit in cælum aliquid coinquatum, vel iniuste damnabitur ad pœnas æternas, qui non merebatur nisi temporales.

Sextus locus est Luc. 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Per (*deficere*) intelligunt omnes mori, per (*amicos*) intelligunt sanctos, qui cum Christo regnant, ex quibus sequitur, homines post mortem iuari precibus Sanctorum.

Sed quia posset aliquis dicere hie agi de virtute eleemosynæ, & sensum esse, eos qui eleemosynas fecerunt, cum moriantur, saluari propter opera illa bona quæ fecerunt; obseruandũ est, non hoc solum velle Dominum sed etiam velle post mortè iuari animas precibus Sanctorum: nam primò ad id cogit verba illa: *Facite amicos, qui recipiant.* Nam eleemosyna quæ datur malis hominibus, bona tamen intentione, meritoria est, & tamen non facit amicos, qui possint recipere in æterna tabernacula; vnde Hieron. lib. contra Vigilantium in fine dicit, hie Dominum hortari, ut detur eleemosyna potius bonis, quàm malis, ut bonorũ intercessione saluentur qui eleemosynas faciunt; similiter Ambrosius in hunc locum, & Aug. lib. 12. de ciuit. Dei, c. 27. dicunt, hie per amicos intelligi sanctos cum Christo regnantes, qui suis precibus nos iuant, & iuuabunt cum mortui fuerimus.

Secundò, ad id nos cogit ipsa similitudo: nam parabola sumpta est à quodam œconomo, qui depositus ab officio, & egenus factus, opem implorabat amicorum suorum: quod autem in applicatione parabola deponi ab officio sit mori, Dominus ipse explicat.

Ad tertio, quod Aug. lib. 21. de ciuit. Dei, c. 27. ex hoc loco Purgatorium demonstrat. dicit enim esse quoddam tam sanctos, qui rectè ad cælum euolant post mor-

tem, & qui non solum ipsi saluantur, sed etiam alios iuuare possunt: rursus quosdam alios tam malos, qui nec se ipsos iuuare possunt, nec ab aliis iuuari, sed ad penas aeternas sine remedio descendunt. Denique esse quosdam medios, qui ita moriuntur, ut nec digni sint morte aeterna, nec tamen sufficiant eis propria merita ad salutem, nimirum statim recipiendam, & isti sunt, inquit, qui recipiuntur in aeterna tabernacula precibus amicorum.

A D hunc locum nihil respondet Petrus Martyr, sed obiicit sibi nomine Catholicorum ea quae sequuntur post hanc parabolam, atque nos asserere Epulonem fuisse in Purgatorio, cum ab Abrahamo auxilium petiit, & hoc argumentum quasi noster esset Achilles, operose soluit, & simul inde deducit non posse animas iuuari a uiuentibus, quandoquidem nec Abraham, nec Lazarus, Epulonem iuuare potuerunt, & per iocum miratur, cur Epulo non perierit anniuersaria & Missas pro se fieri: sed Catholici ferè omnes epulonem in Gehenna esse dicunt, proinde Petrus Martyr in ventum pugnat.

S E P T I M V S locus est Luc. 23. *Memento mei, dum ueneris in regnum tuum*: Nunquam hoc diceret bonus ille uir a Spiritu sancto edoctus, nisi crederet post hanc vitam posse remitti peccata, & auxilio animas indigere, & iuuari posse. Certè August. lib. 6. in sul. c. 5. hinc probat aliqua peccata remitti post mortem.

O C T A V V S est Act. 2. *Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri eum ab illis*. Hunc locum ita intelligit B. Aug. epist. 99. ad Eudodium, & lib. 12. Genes. cap. 33. ut sensus sit, Christum cum descendit ad inferos, multos liberasse à cruciatibus inferni, quod cum non possit intelligi de damnatis, necessario uidetur accipiendum de his, qui purgabantur, quod etiam affirmat Epiphanius in haeresi Tatiani, quae est vltima primi libri: dicit enim Christum, cum descendit ad inferos, liberasse eos, qui per ignorantiam peccauerunt, nec tamen à Dei fide recesserunt, & praeter horum Patrum auctoritatem, probatur ex ipsis uerbis Scripturae, nam illud: *Solutis doloribus inferni*, non potest intelligi de doloribus ipsius Christi: dolores enim Christi, in cruce finiti sunt, ut patet ex illis uerbis, Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiso*. Nec de doloribus damnatorum, ut patet, quia illi aeternis ignibus addicti sunt, nec de doloribus sanctorum Patrum; illi enim nullos patiebantur dolores, ut August. docet locis citatis, & Greg. hom. 22. Relinquitur igitur, ut de doloribus animarum Purgatorij hoc loco agatur:

D I C E S, Graeci non legunt solutis doloribus inferni, sed solutis doloribus mortis, & uerba non sunt ad id.

R E S P O N D E O, nobiscum Ecclere. Primò, uulgatam antiquam editionem Latinam. Secundò, Syriacam, quae similiter legit, *Deus, inquit, excitauit illum, & soluit funes inferni*. Tertio, antiquissimos Patres Graecos, & Latinos, nam B. Polycarpus initio epistolae suae, citans hunc locum, scribit solutis doloribus inferni. Item Cyprianus serm. de coena Domini initio ad hunc locum respiciens ait: *Sed uolebat, inquit, pius Magister ostendere impossibile esse suam animam ab inferno detineri*. Epiphanius quoque, & Augustinus sine dubio ita legerunt. Denique probatur ex uerbis sequentibus, nam probat Petrus id quod dixerat ex Psal. 15. *Non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*.

N O N V S locus est Philip. 2. *Ut in nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum*. Vtitur hoc loco B. Aug. lib. 12. de Gen. c. 33. quaequam per illud infernorum, non improbabiler accipiuntur Daemones. Similis huic est locus Apoc. 5. *Quis dignus est aperire librum, & soluere septem signacula eius? & nemo inuentus est neque in caelo, neque in terra, neque sub terra*. Per eos qui sunt in caelo intelliguntur Angeli, per eos qui in terra homines iusti, per eos qui sub terra non possunt intelligi nisi

anima Purgatorij, nec enim id damnatis tribueretur: Patres autem qui fuerant in limbo iam liberati erant.

V T V N T V R nostri hoc loco, sed tamen non uidetur multum uirgare; nam probabile est intelligi per eos, qui sunt infra terram, Patres, qui erant in limbo: est enim quando Ioannes haec scripsit, Patres exierant ex limbo, non tamen exierant eo tempore, de quo loquitur. loquitur enim de tempore, quod praecessit Christi mortem, idem enim subiungitur; *Uicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, &c.* Christus enim morte sua aperuit mysteria libri usque ad illam diem clausa, similiter quod affertur ex hoc eodem c. 5. Apoc. ubi dicuntur creaturae quae sunt in caelo, & quae in terra, & quae sub terra, dedisse laudem Deo, non conuincit, nam post hunc per creaturas intelligi res inanimas, ut *Ignis, grandis, &c.* Quae in Psal. 148. ad Deum laudanda inuicantur, praesertim cum Ioannes addat etiam ea quae sunt in mari.

C A P V T V.

Asseritur Purgatorium testimonio Conciliorum.

S E C V N D V M argumentum sumitur ex Concilio, & Ecclesiae consuetudine, nam imprimis quid Ecclesia Africana sentiat, patet ex Concilio III. Carthaginensi, cap. 29. *Et Sacramenta altaris, inquit, non nisi à ieiunio hominibus celebrentur, si autem aliquorum pomeriano tempore defunctorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat*; similia habes in Concilio IV. Carthaginensi, cap. 79.

I D E M sentit Ecclesia Hispanica, ut patet ex Concilio Bracarensi I. cap. 34. ubi iubet non orari pro illis, qui se ipsos interimunt, & cap. 39. ubi iubet diuidi inter Clericos oblationes factas, ut oraretur pro defunctis.

I D E M Ecclesia Gallica, ut patet ex Concilio Cabilonensi, & habetur de consec. dist. 2. can. uisum est: *Uisum est, inquit, praeterea, ut in omnibus Misarum sollempnibus pro spiritibus defunctorum loco competenti in Ecclesia ad Dominum deprecetur*. Vide etiam Concilium Aurelian. II. cap. 14.

I D E M sentit Ecclesia Germanica, ut patet ex Concilio Vormationensi, cap. 10. ubi definitur, etiam pro suspensis in patibulo esse orandum, & sacrificandum.

I D E M Ecclesia Italica, ut patet ex Concilio Symmacho, ubi dicitur sacrilegium fraudare animas defunctorum orationibus, &c.

I D E M Ecclesia Graeca, ut patet ex Graecorum Synodis à Martino Bracarensi Episcopo collectis, c. 69. Immo uidentur aliqui Graeci etiam nimirum uoluisse iuuare animas defunctorum: nam in Conc. VI. can. 83. reprehenduntur illi qui iis, qui sine communione sacra obierant, sacram Eucharistiam in os ingerere conabantur.

A C C E D A N T Conc. totius Ecclesiae generalia, Lateranense sub Innoc. III. c. 66. Florentinum scilicet. vltima in decreto de Purgatorio, & Trident. sess. 25. in initio, & omnes Liturgiae, Iacobi, Basilij, Chryostomi, Ambrosij, &c. Nam in omnibus sit oratio pro defunctis.

R E S P O N D E T Petrus Martyr tripliciter loco notato. Primò: *Solet, inquit, nobis obijci Ecclesiam semper pro defunctis orasse, quod equidem non inficio, ut assero, istud factum neque uerbi Dei, neque exempli, quod desumitur ex sacris literis, auctoritatem habere. Facile mouentur homines naturali quadam charitate impulsis, & amore in defunctos, ut illis bene cupiant, & in aliquas preces pro eis erumpant, sed affectio hac uehementior, uidentem est, ne fidei, & iustae pietati aduersetur*. His uerbis arguit totam Ecclesiam Martyr, quod sine testimonio Scripturae oret pro defunctis, & quod id faciat ex uehementiore affectu erga mortuos, quae affectio fidei & pietati repugnat.

P R I M A E parti accusationis satisfacit August. lib. de cura pro mortuis, cap. 1. *Adiungit, inquit, uocare non posse, quod uniuersa pro defunctis Ecclesia supplicare consueuerit*. Et infra, approbans hanc sententiam B. Paulini, ad quem scribit: *In Machabaeorum, inquit, libris legimus oblatum*

pro mortuis sacrificium, sed & si nusquam in Scripturis uerteribus omnino legeretur, non parua est uniuersae Ecclesiae, quae in hac consuetudine claret, auctoritas, ubi in precibus sacerdotis, quae Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio defunctorum.

S E C V N D A E parti accusationis facile respondetur. Nam quod ex naturali affectu prorupatur in preces pro charis defunctis, etiam si quis putet nihil eis prodesse, potest contingere in precibus priuatis, & quae ex tempore recitantur: at in sollempnibus precibus Ecclesiae, quae leguntur ex libro, & maturo iudicio compositae sunt, & à Concilio Episcoporum approbatae, quomodo potest id fieri?

T E R T I A E parti satisfacit B. Paulus, cum dicit: *Ecclesiam esse columnam & firmamentum ueritatis*, 1. Timot. 3. necnon August. qui epist. 118. dicit insolentissimae infaniae esse disputare contra id, quod uniuersa Ecclesia facit. Denique ipsa ratio: nam si uniuersa Ecclesia potest uerae fidei & iustae pietatis aduersari, ut Martyr dicit, potest ergo tota Ecclesia uerere contra Christi praedictionem, Matth. 16. *Porte inferi non praeualebunt aduersus eam*. Vtrum autem credibilis sit, Ecclesiam uniuersam posse uerere, & Christum, ac Paulum mentiri, an Petrum Martyrem insolentissima infania laborare, cuiuslibet hominis, modò sani, appello iudicium.

S E C V N D A solutio Martyris est, quod Ecclesia non oret pro defunctis, ut eos liberet à Purgatorio, sed ut memoriam eorum se habere teneat, & cõseruet etiã quã diutissime potest: *Et alia causa, inquit, citra Purgatorium esse potuit, ut pro defunctis in Ecclesia preces fierent. Noluerunt enim defunctorum nomen, & memoriam facile interire*. At August. lib. de cura pro mortuis, c. 1. tractat quaestionem, An profint animabus defunctorum preces Ecclesiae, & dicit prodesse illis, qui in hac uita nõ fuerunt ualde mali, & qui meruerunt, ut sibi prodescent, non autem illis, qui fuerunt ualde mali, & proinde nihil tale meruerunt. Proinde commentitia Petri Martyris solutio est.

T E R T I A solutio est, Ecclesiam fungi munere suo erga mortuos, ac si adhuc uiuerent, & idem precari illis id quod putat iam eos consequutos, quomodo Christus orauit pro Lazari excitatione, etiam si sciret, iam se accepisse quod petebat, & Ambros. in oratione de obitu Theodosij gratulatur illi, quod iam cum Christo regnaret, & tamen ibidem orat pro illo, ut optatam requiem Deus illi concedat, & Epiphanius haeresi 75. dicit orari etiã pro SS. Patriarchis, Prophetis, Apostolis, & Martyribus.

R E S P O N D E O, si ita esset, Ecclesia oraret pro omnibus aequaliter, etiam pro Martyribus. At non ita facit, nam ut August. dicit tract. 84. in Ioan. *Idè ad ipsam mensam non sic Martyres commemoramus, quemadmodum alios defunctos, qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oremus, sed magis, ut orent ipsi pro nobis*.

N E Q U E uidetur ullo modo conuenire, ut quis petat quod iam habet, & Christus cum orauit pro Lazaro, nondum acceperat quod petebat, neque enim Lazarus adhuc resurrexerat. Aliud autem est petere id quod scimus nos accepturos, aliud petere id, quod iam accepimus. Porro Ambrosius sperabat Theodosium iam esse in caelo, & idem gratulabatur ei, & simul quia non certo sciebat, an ita esset, pro illo orabat. Epiphanius uerò nusquam dicit in Ecclesia orari pro sanctis, sed dicit memoriam fieri in Ecclesia omnium defunctorum fidelium tam peccatorum, quam iustorum, & addit: *Peccatorum quidem, ut illis à Deo misericordiam imploremus: Iustorum autem, ut eos à Christo separemus*.

S E P A R A M V S autem sanctos à Christo, non ut Martyr dicit, quia pro sanctis oramus, non pro Christo, sed quia pro sanctis offerimus sacrificium gratiarum actionis, pro Christo autem non offerimus, sed ipsi potius Christo cum Patre, & Spiritu sancto offerimus, quod intelligi potest ex liturgia Graecorum, de qua Epiphanius lo-

quitur, & quae exstat in 5. tomo Chryostomi. ibi enim fit commemoratio omnium Sanctorum, & dicitur: *Offerimus tibi, Domine, sacrificium pro Patriarchis, Apostolis, Prophetis, Martyribus, & praecipue pro beatissima Deipara* quod autem hoc sacrificium non offeratur pro peccatis, sed pro gloria eorum, patet: nam statim subiungit liturgia, *Quorum supplicationibus respice nos Deus, & deinde oratio subiungitur pro aliis defunctis: Et memento, inquit, omnium fidelium defunctorum, qui dormierunt in spe resurrectionis, & quiescere eos facito, ubi uidetur lumè uultus tui*. Idem potest cognosci ex Aug. tract. 84. in Ioan. & ex Cyrillo catechesi 5. Mytagogica, & ex nostra liturgia, quae omnino talis est, qualem Cyrillus, Epiphanius, & Augustinus describunt.

C A P V T V I.

Asseritur Purgatorium testimonio Patrum Graecorum, & Latinorum.

R I M V S ex Patribus Clemens lib. 8. constit. c. 47. longam orationem describit pro defunctis fieri solita: *Dionysius de Eccles. hierarch. cap. 7. parte 3. Accedens, inquit, deinde uenerudus Amilles, precem sacram super mortuum peragit, precatur oratio illa diuinam clementiam, ut cum ea dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, etiamque in luce statuat, & regione uiuorum*. Athanasius q. 34. ad Antiochum, quare, num animae sentiant utilitatem ex orationibus uiuorum. Respondent, sentire omnino. Basilus in liturgia instituit orationem pro mortuis.

G R E G O R I V S Nazianzenus in oratione in Caesarium circa finem: *Ipsi Deo, inquit, & nostras & eorum, qui quasi in uia paratiores prius ad hospitium peruenierunt, animas commendemus*. Ibidem pro anima eiusdem Caesarij.

E P H R E M in suo Test. *Assidue, inquit, in uelris orationibus mei memoriam facietis: etenim in uanitate, & iniquitate uitam peregi meam*.

C Y R I L I V S catechesi 5. Mytagogica: *Denique pro omnibus oramus, qui inter nos uia functi sunt, maximum credentes esse animarum iuuamen, pro quibus offertur Obsecratio sancti illius, & tremendi sacrificij*. Eusebius lib. 4. de uita Constantini, dicit eum uoluisse sepeliri in celebri templo, ut fieret particeps multarum orationum.

E P I P H A N I V S in sine operis contra haereses, numerat inter dogmata Ecclesiae orationem pro defunctis, & haeresi 75. Aërium haereticum facit, quia hoc negabat.

C H R Y S O S T. hom. 41. in priorum ad Corinthios: *Iuuatur, inquit, mortuus non lacrymis sed precibus, supplicationibus, elemosynis*. Et infra: *Ne satigem mortuis auxilium ferre, preces pro illis offerentes*. Hom. 69. ad populum: *Non temere ab Apostolis haec sancta fuerunt, ut in tremendis mysterijs, defunctorum agatur commemoratio: sciunt enim inde multum illis contingere lucrum, utilitatem multam*. Idè hom. 32. in Matth. & 84. in Ioan. hom. 3. in ep. ad Philip. & 21. in Act. Apostolorum, & alibi. Theodoretus lib. 5. hist. c. 26. scribit Theodosium iuniorē procubuisse ad reliquias S. Ioannis Chryostomi, & orasse pro animabus parentum suorum Archadij, & Eudoxiae iam defunctorum.

T H E O P H Y L A C T V S in cap. 12. Lucæ: *Hoc autem dico, inquit, propter oblationes & distributiones, quae sunt pro defunctis, quae non parum conducunt etiam iis, qui in grauius delictis mortui sunt*. Damascenus in lib. de iis qui in fide migrarunt, probat hanc ueritatem testimonio multis Dionysij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, Greg. Nysseni, & aliorum. uide etiam Palladium in historia Lausiacae, cap. 41.

V E N I A M V S ad Latinos. Tertullianus in lib. de corona militis, inter traditiones Apostolicas numerat suffragia pro defunctis, & lib. de monogamia ultra medium: *Pro anima, inquit, eius coniugis defuncti, oret & refrigerium interim adpesculet ei, & in prima resurrectione consortium, & offerat annis diebus durationis eius*

peccatum veniale ex imperfectione actus. Neque locum hic habet distinctio haereticorum de imputatione; nam Iacobus explicat processum peccati secundum se, ac docet post tentationem concupiscentiae, quae sine peccato esse potest, continuo sequi peccatum, si quis non caueat; nam ex concupiscentia oritur delectatio in parte inferiori, quae nonnullum peccatum est, non tamen mortiferum, si non adsit consensus mentis deliberatus: ideo enim subiungit: Peccatum verò si consummatum fuerit, accedente nimirum pleno consensu, generat mortem.

PRÆTEREA I. COL. 3. Qui superedificat ligna, scenum, stipulas, saluus erit quasi per ignem. Hic describitur veniale ex leuitate materiae; & quomocumque intelligamus verba Apostoli, siue de hac vita, siue de alia, siue de doctrina, siue de omnibus operibus, necessàriò cogimur exponere per ligna, scenum, stipulas, peccata venialia, quandoquidem qui ista habet, saluatur quasi per ignem.

AVGVSTINVS lib. 83. q. 26. Alia, inquit, sunt peccata infirmitatis, alia imperitiae, alia malitiae: infirmitas contraria est virtuti, imperitia sapientiae, malitia bonitati: quisquis igitur nouit quid sit virtus, & sapientia Dei, potest existimare quae sint venialia peccata: & quisquis nouit, quid sit bonitas Dei, potest existimare quibus peccatis certa poena debeatur, & hic, & in futuro seculo, quibus bene tractatis, probabiliter iudicari potest, qui non sint cogendi ad poenitentiam luctuosam & lamentabilem, quamuis peccata faueantur: & quibus nulla omnino speranda sit salus, nisi sacrificiù obtulerint Deo, spiritum contribulatum per poenitentiam.

PROBATVR vltimò ratione; nam intelligibile non est, quomodo verbum otiosum ex natura sua dignum sit perpetuo odio Dei, & sempiternis flammis; hic enim in terris stultissimus haberetur, qui ob leuissimam offensionem amici, nec malo animo factam, nollet amplius esse amicus, immò vsque ad mortem persequeretur eum; quem amicum paulò antea habuerat. maneat igitur, quaedam esse peccata venialia, ac sola poena temporaria digna.

QVOD autem cum eiusmodi peccatis aliqui interdum de hac vita emigrant, ac proinde in alia vita purgatione temporali egeant, probatur hoc modo. Potest quis, dum moritur, habere voluntatem permanendi in peccato veniali, igitur tale peccatum deleri in morte non potest, praeterea cum sepius in die cadat iustus, vt dicitur Proverb. 24. & multi moriantur repente, quomodo credibile est non mori aliquos cum peccato veniali? Hæc est igitur prima ratio.

SECUNDA ratio. Cum reconciliantur Deo peccatores, non dimittitur semper cum peccato tota poena temporalis: at potest fieri, & sæpe fit, vt in tota vita aliquis nõ satisfecerit plenè pro temporali illa poena; ergo necessàriò statui debet Purgatorium, probatur maior propositio breuiter; nam alibi ex professo probabitur; 2. Reg. 12. cum Dauid dixisset: Peccati Domini, ait Propheta: Deus quoque transiit ad te iniquitatem, sed quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filius qui natus est tibi morte morietur. Num. 12. Cum Maria murmurasset contra Dominum, punita est morbo lepra: orante autem pro ea Moyses, dimissa est ei culpa, & tamè poenam voluit Deus, vt illa lueret per vnam hebdomadam.

AD hæc & similia respondet Cal. lib. 3. instit. c. 4. §. 31. duo esse genera flagellorum Dei: quaedam enim sunt propria poena, & insiguntur à Deo, vt iudice in vindictam peccatorum praeteritorum, vt iustitiae satisfiat: quaedam autem sunt castigationes, quæ insiguntur à Deo vt patre, non in vindictam peccatorum praeteritorum, sed ad futurorum remedium: nimirum, vt homo admo- neatur flagello, ne iterum facilis sit ad peccandum. Primum genus, inquit Caluinus, ad solos inimicos pertinere, secundum ad solos amicos; & proinde cum non sint istæ poenæ ex iustitia luendæ, non esse opus, vt maneat earum debitum post mortem, quando non est periculum

recidendi in peccatum.

AT frustra laborat Caluinus; nam etsi fatendum est, flagella iustorum esse etiam paternas castigationes, & remedia contra peccata futura, tamen simul & agnoscenda vera poena & satisfactio debita culpe praeteritæ ex iustitia: quod sic probatur, nam in primis 2. Reg. 12. exprimitur causa, cur puniretur Dauid, & non dicitur, ne iterum peccet, sed: Quia blasphemare fecisti nomen Domini.

DEINDE mors est vera poena peccati originalis, & eam luunt homines iusti, non vt abstinèat à peccato, sed vt satisfaciât iustitiae diuinæ: quod patet, quia non est inflicta à Deo post peccatù, vt sunt castigationes paternæ, sed est lege statuta ante peccatum tanquam poena peccati, & eadem perseuerat post peccatù, & peccati remissionem, vt patet Gen. 2. Quotique die comederis, morte morieris. Et Rom. 5. Per unum hominem peccatù in hunc mundum intrauit, & per peccatù mors, in quo omnes peccauerunt. Et Rom. 6. Stipendium peccati mors. Et Caluinus ipse lib. 2. instit. c. 1. §. 8. aperte constituitur, mortè veram esse peccati poenam, denique quomodo potest esse mors flagellum paternum ad peccatum cauendum institutum: Qui enim moritur, non potest amplius emendari.

PRÆTER mortem istam communem, quæ est poena peccati originalis, habemus alia exèpla in Scriptura eorum, qui puniti sunt morte violenta, cum eis remissum esset peccatù, cum tamen mors nõ possit esse paternæ castigatio in remedium peccati futuri: nam Exod. 32. Deus pepercit populo orante Moysè, & tamen Moyses in vindictam peccati iussit occidi multa millia de populo sine vilo delectu, & similiter Numer. 14. Cum populus murmurasset, & Deus placatus à Moysè fuisset, plurimi tamen in deserto perierunt. Incredibile est autem ex tot millibus nullum fuisse, què delicti poenituerit: 3. Reg. 13. Propheta Domini, quia inobediens fuit voci Domini, à Leone extinguitur, iuxta quod ei ab altero Propheta predictum fuerat, & tamen vt intelligeremus ei culpam antea remissam fuisse, & sanctè illum obiisse, neque eius cadauer, neque iumentum, quo vectus fuerat, Leo tetigit, sed vtrumque potius custodiuit, donec venerunt, qui eum sepelirent; denique 1. Cor. 11. dicitur: Ideò inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi, vbi, vt exponunt Ambrosius & alij, Apostolus indicat in primitiua Ecclesia multos eorum, qui indignè communicabant, morte à Deo punitos fuisse, quibus tamen culpam antea remissam patet ex eo quod Apostolus subiungit: A Domino corripiamur ne hoc mundo damnemur.

HIS accedant duo clarissima B. Augustini testimonia. Primum est tract. 124. in Ioan. Cogitur homo tolerare etià remissis peccatis, quamuis vt in eam veniret miseriam primò fuerit causa peccati: productior est enim poena quam culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa siniretur & poena: ac per hoc vel ad demonstrationem debite miserie, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem necessariam patientiæ, & temporaliter hominem detinet poena etiam, quæ iam ad damnationem sempiternam eum non detinet culpa. Secundum est in Psal. 50. Veritatem, inquit, dilexisti, hoc est, impunita peccata eorum etiam quibus ignoscis nõ dimisisti, sic praerogasti misericordiam, vt seruares & veritatem, ignoscis constituti, ignoscis, sed seipsum punienti, sic seruatur misericordia, & veritas.

PROBATVR iam assumptio huius argumenti: nam multi, qui plurima peccata commiserunt, in articulo mortis conuertuntur, quando nullam possunt agere poenitentiam; ex quo certè illud sequitur, vt post hanc vitam satisfacere debeant. Respondent in morte deleri omnia.

CONTRÀ; nam mors est poena peccati originalis, & ideo communis omnibus etiam infantibus, ergo pro actualibus debet inueniri alia poena. Praeterea Deus iniuste ageret, nec videretur habere prouidentiam rerum nostrarum, si vna & eadem poena, id est, naturali morte puniret peccata magna, & parua, multa, & pauca.

TERTIA ratio sumitur à communi opinione omnium Gentium: id enim confitentur Hebraei, Mahumetani, Gentiles, siue tam Philosophi, quàm Poëtae. De Hebraeis patet ex lib. 2. Machabæorum, c. 12. nam saltem fides adhibenda est ei libro, quæ adhibetur Liiuo, praeterea Iosephus filius Gorionis in lib. de bello Iudaico, c. 19. indicat Iudæos consueuisse orare pro mortuis, non tamen post illis qui se interimunt.

DE Mahumetanis patet ex Alcorano, vbi Purgatorium disertè constituitur.

DE Ethnicis patet ex Platone in Gorgia, & in Phædone, ex Cicero in somnio Scipionis in fine; & Virg. 6. Aeneid. Ergo exercentur poenis, veterumque malorum Supplicia expendunt. & ex Claudiano libro 2. in Rufinum circa finem.

Quos vbi per varios annos, per mille figuras Egit Lethæo purgatos flumine, &c.

NE QVÆ dicat aliquis hoc potius argumentum esse erroris, & fabularum, quandoquidem id sentiunt Ethnici, & Mahumetani, nam illa in quibus omnes ferè nationes conueniunt, vix possunt aliunde prouenire, quàm à naturali lumine omnibus hominibus communi: quæ enim sunt excogitata & constituta ab hominibus, varia sunt, & diuersa post Gentium varietate. sicut ergo Deum esse, in quo omnes nationes conueniunt, dicimus verissimum esse, nec tamen recipimus in particulari Deos varios & multiplices, quos sibi qualibet natio fabricauit: & sicut post hanc vitam esse poenas, & præmia, in quo etiam conueniunt omnes, recipimus vt verum, nec tamè recipimus varias fabulas, quibus hoc explicant (nam esse poenas, & præmia post hanc vitam docuit omnes homines cogitatio diuinæ prouidentiae, fabulas autem ex se finxerunt) ita etiam Purgatorij confessionem, in qua omnes ferè Gentes conueniunt, oportet dicere esse confessionem luminis naturalis; eiusdem enim prouidentiae diuinæ cognitio docuit Purgatorium, quæ docuit infernum, & Paradisum, saltem generali & confuso quodammodo, quia nimirum videmus poenas, & præmia ita distribui in hac vita, vt plura bona habeat mali, & plura mala boni vt plurimùm: inde dicamus diuinam prouidentiam in aliam vitam distulisse iudicium, & veram distributionem præmiorum, & poenarum.

RVRSVM videmus ex iis, qui migrant ex hac vita, alios esse valde bonos, alios valde malos, alios mediocriter bonos, & mediocriter malos; quocirca iudicamus naturali lumine esse post hanc vitam poenas aeternas pro valde malis, præmia aeterna pro valde bonis: ac poenas temporarias, & per eas transitum ad præmia pro iis, qui sunt mediocriter mali, vel boni: hanc rationem sequutus est Plato, & alij, qui solo lumine naturali præditi Purgatorium esse confessi sunt.

QVARTA ratio sumitur ab apparitionibus animarum, quæ se in Purgatorio esse renunciauerunt, atque opem à viuis implorauerunt, quas apparitiones cum viri grauissimi retulerint, nõ immeritò veras fuisse credimus, rideant licet Lutherus, & Magdeburgenses. S. Gregorius lib. 4. Dialogo. cap. 40. scribit de anima Paschafij, quæ in thermis Puteolanis apparuit S. Germano Episcopo, & eius precibus liberata est, & cap. 55. scribit aliud simile exemplum, & praeterea de quodam Monacho suo, pro quo triginta Missas ipsemet Gregorius dici iussit, & ex eius apparitione didicit liberatum.

GREGORIUS Turonicus lib. de gloria Confess. capite quinto, scribit Beato Martino S. virginem quandam nomine Vitalinam iam defunctam, significasse se adhuc in Purgatorio degere ob leue quoddam peccatum, ac paulò post precibus eiusdem S. Martini liberatam.

PETRVS Damiani in epistola ad Desiderium, scribit B. Severinum Coloniensem Episcopum apparuisse cuidam presbytero eiusdem Ecclesiae, ei que significasse se

in Purgatorio grauer torqueri, quod horas canonicas non distinctis temporibus persoluisset, sed manè omnes horas simul coaceruasset, vt tota die negotiis Imperialibus liberius vacare posset.

BEDA libro 3. historiae Anglorum, capite 19. scribit, beatum Furcum à mortuis resurgentem narrafle multa, quæ vidit de Purgatorij poenis: & libro 5. capite 13. refert mirabilem visionem cuiusdam Diethelmi, qui similiter mortuus, & postea reuiuiscens mira narrauit de inferno, purgatorio, & paradiso: & vita eius sequens, ac fructus spiritualis, quem in aliis multis operatus est, testabatur veram fuisse visionem.

D. BERNARDVS in vita B. Malachiae refert, beato Malachiae sororem eius defunctam non semel apparuisse, cum adhuc in purgatorij poenis degeret, & tandem, frequenti Eucharistiae ad Deum oblatione liberatam, & libro primo vitæ beati Bernardi, capite decimo, refert Gulielmus Abbas, qui vitam sancti Bernardi scripsit, ipso adhuc viuente, apparuisse aliquando beato Bernardo vnum ex defunctis Monachis, in Purgatorio laborantem, & precibus, ac sacrificiis viri sancti paulò post liberatum: quod exemplum ipsum beatum Bernardum narrare solitum scribit auctor eius vitæ.

LIBRO primo vitæ B. Anselmi similiter legimus, Beatum Anselmum annum integrum institisse sacrificiis quotidianis, & tandem apparente sibi amico defuncto, pro quo tamdiu orauerat, didicisse eum de Purgatorio liberatum. plura similia legi possunt apud Vincentium lib. 23. speculi historialis in reuelationibus S. Brigittæ, & in vita Christinae mirabilis, sed quæ atulimus sunt magis authentica.

RESPONDENT Magdeburgenses, esse fabulas. At nec est credibile, tam sanctos viros decipere voluisse, neque etiam ipsos deceptos fuisse, cum haberent spiritum discretionis, & essent amici Dei singularissimi.

VLTIMA ratio esse potest, quia ista opinio, quæ tollit Purgatorium, non solum est falsa, sed etiam perniciofa: siquidem homines socordes facit in peccatis cauendis, & bonis operibus faciendis. Qui enim cogitat nullum esse Purgatorium, sed omnia peccata per mortem aboleri in iis, qui moriuntur cum fide, facile dicit apud se: Quorsum ego laboro in ieiuniis, precibus, continentia, elemosynis? Cur frando cor meum delictis, & voluptatibus? quandoquidem in morte siue pauca, siue multa peccata habuero, omnia delebuntur. At qui cogitat remanere praeter Gehennam, ignem acerrimum Purgatorij, & quidquid hic delerum non fuerit per debite poenitentiae opera, ibi diluendum, certè diligentior cautiorque euadit.

CAPVT VIII.

Soluuntur argumenta ex Scripturis.

VPEREST argumenta aduersariorum soluere, quæ partim ex Scriptura, partim ex Patribus, partim ex naturali ratione sumuntur.

PRIMA obiectio, Psal. 126. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini: non igitur Purgatorium intercedit inter mortem fidelium, & caelestis hereditatis consequutionem.

RESPONDEO, tractat Psalms de generali resurrectione, vt sanctus Augustinus rectè exponit: & hic est sensus eorum verborum; Cum dederit dilectis suis somnù, id est, cum dormierint per corporalem mortem omnes electi, ecce hereditas Domini, id est, continuo tunc apparebit hereditas Christi, resurgentibus in gloria omnibus eius electis, quæ hereditas est etiam merces eiusdem Christi, qui passione & morte sua nos acquisiuit. Itaque idem est hereditas, & merces, idem filij, & fructus ventris; filij enim Dei per adoptionem sunt hereditas Domini, & iidem filij, qui fructus ventris appellantur, sunt eiusdè Domini merces. Adde quod in textu Hebraico,

quem aduersarij Latino preferunt, non habetur, cum de- derit, sed, Sic dabit, כן יצא בן חייב. proinde ruit vis tota argumenti, non enim exprimitur, quando adueniet hæreditas Domini.

SECUNDA obiectio, Ecclesiastæ nono: Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos, quod tu pro- peras. Videtur enim Sapiens his verbis significare vo- luisse, nullum esse remedium in alio seculo.

RESPONDENT aliqui, hæc dici à Salomone in per- sona impiorum, qui non modò Purgatorium, sed etiam Gehennam tollunt, & nihil omnino esse credunt præ- ter hanc vitam. Alij docent, Salomonem ad eos loqui, qui otiosè & flagitiosè viuunt, & ad Gehennam rectâ proficiscuntur: quo in loco verissimum est nullum esse remedium vel solacium: vtramque expositionem attingit Sanctus Hieronymus in commentario.

AT S. Gregorius lib. 4. Dialogorum, cap. 39. accom- modat hæc omnia satis aptè ad eos etiam, qui ad Purga- torium deducuntur: nam soli illi purgari possunt, & præ- cibus viuentium iuari, qui dum hîc viuere, id merue- rint bonis suis operibus, vt in alia vita iuari possent, qua- re omnes debent in hac vita quidquid possunt boni per- agere, quia in alia vita non iuuantur, nisi per ea quæ hîc gesserunt meruerint, vt iuari possent.

TERTIA obiectio, Ecclesiast. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quoque loco ceciderit, ibi erit. Non igitur, inquiunt, datur tertius locus, id est, Purgatorium, vnde aliquando exeundum sit.

RESPONDEO, ad literam, Sapiètem loqui de mor- te corporali, ac velle dicere, ita homines necessariò mor- tuos, & cum mortui fuerint, per se nîquam resurrectu- ros, quemadmodum lignum tandem aliquando cadit, & ibi manet, ac putrescit, vbi cecidit: si tamen vclimus hæc ad statum animæ accommodare, tum dicendum erit, eos qui ad Purgatorium pertinent, ad Austrum cecidisse, id est, ad statum salutis æternæ, & in eo statu salutis perpetuò permansuros: vel certe dici poterit, per Austrum glo- riam cœlestem, per Aquilonem Gehennam intelligi, sed non omnes cadere ad Austrum, aut ad Aquilonem.

PORRO, hunc locum nihil officere assertioni Purga- torij ex eo etiam intelligi potest, quòd si Purgatorij as- sertioni officeret, officeret etiam assertioni eius loci, ad quem sancti Patres ante Christi aduentum descendebat, siue is locus sinus Abrahæ, siue limbus Patrum, siue infernus nominetur; constat enim Patres in eo loco non mansisse perpetuò. Vide Hieronymum in commentario, & Bernardum ser. 49. ex paruis.

QUARTA obiectio Ezechielis 18. Cum auersus fuerit impius ab impietate sua, omnium iniquitatum eius non recordabor. At quomodo, inquit Petrus Martyr, non recor- detur Deus iniquitatum amicorum suorum, si eas tam seuerè in Purgatorio punit?

RESPONDEO, dupliciter. Primò, non recordari iniquitatum, nihil aliud esse, quàm non seruare inimici- tiam cum eo, qui peccauit. nam si recordari iniquitatum, esset punire mala merita, recordari iustitiarum, esset remunerare bona merita. At non concedunt aduersarij, re- cordari iustitiarum, esse remunerare bona merita, ne vi- delicet merita iustorum admittere cogantur: igitur ne- que debent concedere, recordari iniquitatum esse puni- re iniquitates: nam Ezechiel eodem modo de iustitia, & de iniquitate loquitur.

SECUNDO, responderi potest, recordari iniquitatum esse quidem punire, sed punire in æternum: nam cum ibidem legitur, Si iustus auerterit se à iustitia, omnes iusti- tiae eius non recordabuntur, cogimur ita exponere, vt dicantur iustitiæ tradi oblivioni, non quòd non remunerè- tur temporali aliquo præmio, sed quòd non liberent ho- minem à Gehenna, nec remunerèntur præmio sempiternum; nam alioqui opera bona impiorum non fraudari temporali mercede, docent Patres, Chrysofomus hom. 67. ad populum Antiochenum, Hieronymus in caput 29. Ezechielis, Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 15. & Gregorius homil. 40. in Euangelia, & colligitur ex illis verbis Lucæ 19. Recepißi bona in vita tua.

QUINTA obiectio, Matth. 25. Duo solùm ordines hominum inueniuntur: alius enim dicitur, Venite benedi- cti. Aliis, Ite maledicti. Item Marci vltimo: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. Denique Ioan. 3. Qui credit, non iudicatur: qui non credit, iam iudicatus est. Non igitur, inquit Bren- tius, locus vllus remanet Purgatorio, cum duo solùm sint loca post hanc vitam.

RESPONDEO, in extremo iudicio, de quo agitur Matthæi vicesimo quinto, rectè duos tantùm fieri ordi- nes, quia tunc Purgatorium finem accipiet, ac deinceps duo tantùm loca remanebunt, Paradisus & Gehenna. Porro, qui credit, saluus erit, & non iudicatur, id est, non condemnatur, modò etiam addat cætera, quæ requiruntur: fides enim ex se iustificat, & saluat, si aliunde non sit impedimentum, quemadmodum dicere solemus, ex hoc semine nascetur arbor, si videlicet non desint calor solis, humor aquarum, & si quæ alia requiruntur, neque conti- nuò qui saluus erit per fidem, sine Purgatorio saluus erit: multi enim saluantur, sic tamen quasi per ignem, vt supra ex Apostolo demonstrauimus.

SEXTA obiectio, Lucæ 23. Latroni in extrema hora conuerso dicitur à Christo: Hodie mecum eris in Paradi- so. Non ergo, inquiunt Petrus Martyr, & Bernardinus Ochinus, remanet Purgatorium pro iis, qui in hac vita non egerunt pœnitentiam.

RESPONDEO, mortem illam durissimam patientis- simo animo toleratam, & confessionem tam admiran- dam eo tempore, quo Christum Apostoli ipsi negabant, potuisse intè in plenam satisfactionem reputari. Adde, quòd priuilegia paucorum legem non faciunt.

SEPTIMA obiectio, Rom. 8. Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu.

RESPONDEO, Paulum eo loco disputare de concu- piscentia, ac velle dicere, iis qui sunt in Christo Iesu, & eius gratia muniti non consentiunt motibus carnis suæ, nihil peccati contrahere ex eiusmodi motibus. Itaque hic locus non Purgatorium oppugnat, sed hæresim aduer- sariorù, qui vera peccata esse volunt eos etiam motus, quos interdum iustus sentit, licet eis non consentiat.

OCTAUA obiectio, 2. ad Corinthios 5. Si domus ter-rena nostra habitatio dissoluitur, habemus domum non manu factam æternam in caelis: rectè igitur post mortè sine vllò Purgatorio pij homines transferuntur in cœlum.

RESPONDEO B. Paulum id solùm asserere, patere domum cœlestem post mortem, non patere ante mor- tem: quòd autem continuò omnes pij transferantur ad cœlum post mortem, ipsum non dicere, sed contrarium potius indicare, cum ait: Si tamen vestiti & non nudi inueniamur. Significat enim his verbis eos, qui meritis & vir- tutibus vestiti sunt, ac proinde perfectam pœnitentiam in hac vita egerunt, mox in domum cœlestem deduci; alios autem saluari quidè, sed sic tamen, quasi per ignem vt ipse idem ait, 1. ad Cor. 3.

NONA obiectio 2. Cor. 5. Omnes astabimus ante tribu- nal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. At si post hanc vitam peccata remit- terentur, & locus esset purgationi, certè non reciperet vnusquisque, prout gessit in corpore.

RESPONDEO, verissimum esse beati Pauli senten- tiam; nam etiam illi, qui remissionis & purgationis lo- cum inueniunt in futuro seculo, nihil recipiunt, nisi quod gesserunt in corpore, id enim meruerunt perseue- rando in fide & charitate vsque ad mortem, vt etiam post

mortem

mortem purgari & iuari possent: qua ratione etiam sancti viri post mortem, etiam nihil propriè mereantur, ta- men impetrant à Domino, quidquid postulant, quoniã id meruerunt in hac vita rectè viuendo, vt etiam post hanc vitam à Domino exaudierunt.

VIDE hoc ipsum quod nos docemus, apud Diony- sium libro de Ecclesiastica hierarchia, cap. vltimo, part. 3. apud Augustinum libro Enchiridij, capite 110. & libro de cura pro mortuis, cap. 1. & apud Gregorium lib. 4. Dia- logorum, cap. 39. atque ad eundem modum intelligenda sunt illa, Reddet vnusquisque secundum opera sua, Rom. 2. Et illa, Vnusquisque omnis suum portabit. Et, Quæ seminauerit homo, hæc et metet, Galat. 6.

DECIMA obiectio, Apocalypsis 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodò id dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. At pij omnes in Domino moriuntur, omnes igitur pij post mortè requiescunt, neq; vllus est qui in Purgatorio torquetur.

RESPONDEO cum sancto Anselmo, in commen- tario huius loci, illud, amodò, non significare à morte vnus- cuiusque, sed ab extremo iudicio, de quo in toto eo ca- pite S. Ioannes loquitur. Itaque hic erit sensus, Beati mor- tui qui in Domino moriuntur, amodò enim, id est, à fine huius iudicij, de quo nunc loquor, in æternum requiescent à laboribus suis: vel si id minus alicui probetur, respondere possumus cum Richardo de sancto Victore, & Haymo- ne in hunc locum, loqui B. Ioannem de vitis perfectis, ac præsertim de sanctis Martyribus, (eos enim eo loco cõ- solari volebat) qui simpliciter moriuntur in Domino, neque aliquid purgandum secum ferunt: nam qui dece- dunt cum peccatis venialibus, aut cum debito pœna: ali- cuius temporalis, ij non simpliciter moriuntur in Domi- no, sed partim in Domino ratione charitatis, quam se- cum ferunt, partim non in Domino ratione peccatorum, quæ nihilominus secum ferunt. Neque mirum videbitur quòd aliquos dicamus mori partim in Domino, partim non in Domino, si legatur S. Augustinus lib. 4. con- tra duas epistolas Pelagianorum, c. 3. vbi eosdem homi- nes in hac vita partim esse dicit filios Dei, partim filios huius seculi. Atque hæc de Scripturis.

CAPVT IX.

Solumur obiectiones ex Patribus. X Patribus profert Brentius primò Cyprianum, qui tractatu primo contra Demetrianum ait in fine: Quando isthinc excessum fuerit, nullus iam pœnitentiæ locus est, nullus satisfactionis effectus.

RESPONDEO, loqui eum de satisfactione pro cul- pa, quæ præcedit iustificationè; Patres enim disertè du- plicem ponunt satisfactionem. Vnam autem iustificatio- nem, qua Deus placatur de congruo, & inclinatur ad culpæ remissionem, de qua Daniel. 4. Peccata tua cle- mentsys redime. Alteram post iustificationem, qua Deo ex condigno satisfit pro pœna. Quòd hîc Cyprianus de priore loquatur, patet ex præcedentibus, vbi ait, Hortamur, inquit, dum adhuc aliquid seculo superest, Deo satisfacere, & ad veræ religionis candidam lucem de profundo te- nebrose superstitionis emergere. Item ex sequentibus; nam post verba citata à Brentio, immediatè sequitur: Hæc vita aut amittitur, aut tenetur.

SECUNDO, profert Chrysofomum hom. 2. de La- zaro, vbi sic dicitur: Cum hinc discesserimus, non est in nobis suum pœnitere, neque commissa diluere. Et rursus: Ne- que enim qui in præsentis vita peccata non abluerunt, postea consolationem aliquam inuenturi sunt.

RESPONDEO, loqui eum de remissione mortalium, nam exemplo Epulonis, qui in Gehenna cruciabat, monet, ne differamus conuersionem in aliam vitam. Ne- mo autem Catholicorum docet culpas lethales remitti in Purgatorio.

TERTIO, profert Ambrosium libro de bono mor-

tis, c. 2. Qui enim, inquit, hîc non acceperit remissionem pec- catorum, illic non erit, nimirum in patria beatorum.

RESPONDEO, loqui Ambrosium de remissione mortalium, nam subiungit explicans: Non erit autem, quia ad vitam æternam non potuerit peruenire, quia vita æterna remissio peccatorum est; vbi vitam æternam vocat gratiam iustificationis, quæ est vita quædam æterna inchoata: nisi enim hîc vitam æternam inchoemus, nunquam ad gloriam beatorum veniemus.

QUARTO, obiicit Petrus Martyr eundem Ambro- sium, qui in caput 24. Lucæ, & serm. 36. ait: Lacrymas Pe- tri lego, satisfactionem non lego.

RESPONDEO, appellari satisfactionem eo loco ex- cusationem, solemus enim vulgò dicere; Ego satisfaciam illi, id est, purgabo verbis crimen obiectum, & ostendam me iniuste accusari. laudat igitur ibi Ambrosius Petrum, quòd non excusauerit peccatum suum, quomodo Adam fecit, sed lacrymis potius confessus fuerit, & accusauerit: sic enim subiungit, Rectè planè Petrus fleuit, & tacuit, quia quod deseri solet, non solet excusari, & quod defendi non potest, abluipotest. Et supra dixerat: Inuenio quòd fleuerit, non inuenio quòd dixerit, quia nimirum nihil Petrus dixerat in sui Purgationem.

QUINTO obiicit Calvinus Augustinum tract. 49. in Ioan. Habent, inquit, omnes animæ, cum de seculo exie- rint, diuersas receptiones suas: habent gaudium boni, & mali tormenta, sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gau- dium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquentur. Et infra de gaudio bonorum loquens: Requiem, inquit, quæ continuò post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur.

RESPONDEO, gaudium & requiem dari statim à morte omnibus, qui in charitate decedunt: nam mox om- nes certi fiunt suæ æternæ salutis, quod ingens gaudium affert, tamen non eodem modo datur istud gaudium, sed diuersimodè, pro meritum diuersitate: quibusdam enim datur sine admixtione doloris, quibusdam non sine temporalium admixtione pœnarum, vt idem B. Augu- stinus sæpissimè docet.

SIXTO, obiiciunt Aug. libro 5. Hypognostici cap. 5. vltra medium: Primum, inquit, locum fides Catholicorum diuina auctoritate credit, regnum esse calorum, secundum Ge- hennam: vbi omnis apostata, vel à fide Christi alienus, æter- na supplicia experietur, tertium penitus ignoramus, inmodò nec esse in Scripturis san-ctis inuenimus. Idem habet serm. 14. de verbis Apostoli, & lib. 1. cap. 28. de peccatorum meritis & remissione.

RESPONDEO, loquitur de locis æternis. Scribit enim contra Pelagium, qui inuenerat tertium locum pro paruulis non baptizatis, quos volebat fore beatos qua- dam naturali beatitudine extra infernum, & extra regnù calorum. Quòd autem non negauerit Augustinus, aut quicunque fuit auctor Hypognostici, tertium locum tempo- raliū post hanc vitam, ex eo potest intelligi, quòd fi- des Catholica docet, præter cœlum & infernum fuisse ante Christi passionem sinum Abrahæ, vbi debebat ani- mæ sanctorum Patrum, Luc. 16. ineptè igitur Erasimus ponit in margine ad illa verba, tertium penitus ignora- mus, Purgatorium: quasi dicat, Purgatorium est locus tertius, quem ignorat fides Catholica.

SEPTIMO, Petrus Martyr obiicit eundem Augu- stinum, exponentem illud Psal. 31. Beati quorum tecta sunt peccata, vbi sic ait: Si texit peccata, noluit aduertere, si no- luit aduertere, noluit animaduertere, si noluit animaduertere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit ignoscere.

RESPONDEO, loqui eum de pœna æterna, nam de temporalis, quòd eam requirat Deus, patet ex locis supra citatis ex eodem Augu- st. tract. 124. in Ioan. & in Psal. 50.

OCTAVO, profert Augustinum in epist. 54. ad Ma- cedonium, vbi dicit, post hanc vitam non esse locum

morum

morum corrigendorum.
RESPONDEO, nihil hoc facit ad rem, nam etsi non erit post hanc vitam locus, ubi flagitiosi conuertantur, & mores suos corrigant, erit tamen, ubi peccata leuia iustorum, quae flagitia dici non possunt, purgentur, & pro criminibus iam dimissis poena temporalis sui possit.

NON obiciunt eundem August. in epist. 80. ad Hefychium: In quo, inquit, quemque inueniri suis nouissimus dies in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies, quonia qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur.

RESPONDEO, significat Augustinus post hanc vitam non crescere merita vel demerita, & ideo iudicandos omnes ad gloriam, vel ad Gehennam, & ad maiora vel minora praemia vel tormenta, prout erunt opera facta ante mortem.

OBICIUNT decimo Theophylactum, qui in caput octauum Matthaei, sic ait: Anima egressa, in mando non erat: iustorum enim anima in manu Dei sunt, peccatorum uero & ipsa hinc abducuntur, ut anima diuitis.

RESPONDEO, indicat Theophylactus, non vagari liberè animas per mundum, ut daemones faciunt, sed clausas esse in suis receptaculis: & quamquam non meminit nisi duorum locorum, tamen non excludit alia. Possimus autem animas, quae ad Purgatorium deducuntur, reuocare ad quodlibet eorum duorum, quae ipse ponit, nam quae iustae sunt, rectè possunt dici esse in manu Dei, licet non sint in regno, & similiter dici possunt esse in inferno, quia Purgatorium pars est inferni, vel certe locus vicinus.

VND ECIMO, Hieronymum obiciunt, qui sic in caput 9. Amos loquitur: Quando anima vinculis laxata corporeis uolandi quod uelit, sine quod ire compellitur, habuerit libertatem, aut ad inferna ducetur de quibus scriptum est, In inferno quis cohibebitur tibi: aut certe ad caelestia subleuabitur.

RESPONDEO, non loqui Hieronymum de morte naturali, sed de solutione animae à corpore per speculationem: nam disputat eo loco de anima impia, quae quocumque se uerterit cogitatione, ibi Deum uitorem inuenit. Itaque cum dixisset, Aut certe ad caelestia subleuabitur, subiungit, ubi sunt spiritalia nequitia in caelestibus, & si sibi uerè circumfisionis scientiam uoluerit vindicare, & humilitate concepta habitare in montibus, & ibi scrutantem manum Dei euadere non ualebit: quod si desperans salutem, oculos Domini uitare tentauerit, & in ultimos salforum fluctuum terminos peruenire, etiam ibi mandabit Dominus serpeni tortuoso; & antiquo, qui est inimicus, & uitor, & mordebit eam. Capta quoque uirtus atque peccatis gladio Domini percuetur, ut per cruciatum, atque supplicia ad Dominum reuertatur.

CAPVT X.

Soluntur obiectiones ex ratione deprompte.

VLTIMO, argumenta sumunt à rationibus. Prima ratio. Post remissionem culpam nulla remanet poena; nam remissio culpae fit per meritum passionis Christi, quod est infinitum & sufficientissimum ad tollendum omnem culpam & poenam, nihil igitur purgandum superest post iustificationem.

RESPONDEO, primum retorquendo argumentum: nam si Christus satisfecit pro omni culpa, & poena nostra, cur post remissionem culpae adhuc tam multa patimur, & tandem etiam morimur? & ne dicant esse paternas castigationes in remediu futuri peccati, cur infantes baptizati agrotant, qui non sunt capaces peccati actualis? Dico igitur Christi meritum sufficere ad omnem culpam, & poenam tollendam, sed debere applicari, ut sit efficax, alioqui omnes homines saluarentur.

PORRO applicatio fit per actus nostros & Sacramenta. Voluit autem Deus, ut post Baptismum per contritionem & confessionem, cum absolutione Sacerdotis applicetur meritum Christi ad tollendam culpam, per opera autem satisfactoria applicetur ad tollendam poenam

A nam temporalem: nam poena aeterna commutatur in temporalem, quando remittitur culpa, quia cum remittitur culpa, redditur amicitia, & datur consequenter ius ad gloriam: ac proinde non debet puniri in aeternum, quia eo modo nunquam ad gloriam perueniret, & tamen iustitia exigit ut peccati puniatur aliquo modo, ideo mutatur poena aeterna in temporalis, de qua re dictum est aliquid supra, & plura dicentur in disputatione de satisfactione.

SECUNDA ratio. In baptismo remittitur omnis culpa & poena, sed poenitentia est quaedam Baptismi commemoratio, immò est Baptismus quidam, nihil igitur post poenitentiam remanet purgandum.

RESPONDEO, si Sacramentum poenitentiae accipiatur Catholicè & integrè, ut comprehendit contritionem, confessionem, & satisfactionem, potest admitti totum argumentum; si autem accipiatur pro sola absolutione, in qua praecipue Sacramentum consistit, negatur consequentia. Nam maximum discrimen est inter Sacramentum ablutionis, & Sacramentum absolutionis, cuius ignoratio causa est omnium errorum de satisfactione, de clauibus, de indulgentiis, de Purgatorio.

DEI MV S ergo in Sacramento Baptismi Deum liberalissimè agere, & applicare Christi meritum per unam illam actionem ablutionis, ad tollendam omnem culpam & poenam futuri seculi, id est, tam Gehennae, quam Purgatorij: nam poenas temporales huius vitae, ne Baptismus quidem auferit, ut patet in pueris baptizatis agrotantibus, & morientibus. At in Sacramento absolutionis Deum contrahere nonnihil manum, & applicare Christi meritum ad tollendam culpam, & poenam aeternam, tamen adhuc requirere opera poenitentiae, quibus redimamus temporales poenas, id quod patet ex cap. 6. ad Hebraeos, ubi dicit Apostolus: Impossibile esse eos, qui semel sunt illuminati, id est, baptizati, iterum renouari ad poenitentiam, nimirum baptismalem, quia Deus semel tantum utitur ea liberalitate. Et c. 10. uoluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, id est, post illuminationem Baptismi, non relinquitur hostia pro peccato, id est, non relinquitur alius Christus patiens, & moriens, cui possumus rursus commori per Baptismum. Sic enim exponunt haec duo loca omnes veteres Graeci, & Latini.

EX quo habetur argumentum in signo pro Purgatorio. Nam statim ponitur aduersus ista particula, sed, terribilis expectatio iudicij, & ignis emulatio, quae consilium pura est aduersarios. Si enim iste ignis significaret solum ignem Gehennae, sequeretur omnes, qui peccant post Baptismum necessario damnandos, uel certe Paulum ineptè loqui. Nec enim rectè dicimus peccanti post Baptismum, non relinquitur alius Baptismus, sed Gehenna, si praeter Baptismum sunt alia remedia, ut reuera sunt.

OPORTE T ergo dicere, Beatum Paulum per ignem intelligere ignem in genere, siue Gehennae, siue Purgatorij, ita ut hic sit sensus; Peccanti post Baptismum, non relinquitur alius Baptismus, neque aliquod remedium aequalis, id est, aequè facile, quod mox liberet ab omni poena, sed relinquitur ignis necessarius, aut perpetuus, si homo non conuertatur: aut temporalis, si conuertatur: qui tamen ignis temporalis Purgatorij erit in alio seculo, nisi afflictionibus ignis uoluntariè assumptus purgauerit hominem in hac uita, & haec est quam uocamus satisfactionem.

ID EM patet ex Patribus, qui propterea Baptismum aquae uocant Baptismum facilem, & comparant naui qua facile traiciuntur flumina. At poenitentiam uocant Baptismum laboriosum, lacrymarum, ignis, & secundam tabulam post naufragium.

DENIQUE ratio idem suadet, nam post primam reconciliationem qui peccat, tantò grauius peccat, quanto est magis ingratus, & maius lumen; & auxilium habuit. Vide Gregorium Nazianzenum oratione in sancta ulmina, & Theodoretum in Epitome diuinorum decretorum

capite penultimo, & Damascenum lib. 4. cap. 10.
TERTIA ratio, Christi honor debet illibatus manere, ipse enim solus est liberator, & redemptor noster. At si nos satisfacimus, iam diuidimus cum Christo honorem; sumus enim, & nos ex parte aliqua redemptores nostri, nec totam salutem nostram, sed solum partem Christo debebimus.

RESPONDEO, si de uerbis agitur, Scriptura aperte dicit Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Philip. 2. Cum metu & tremore salutem uestram operamini. ubi homo sui ipsius redemptor & saluator appellatur, nec propterea ulla fit Christo iniuria, siquidem tota uirtus operum & satisfactionis nostra à Christi sanguine pendet, & si redimimus peccata, uel operamur salutem, id facimus per eius spiritum donatum, uel potius ipse Christi spiritus in nobis ista operatur, sicut nihil detrahitur Deo quod per secundas causas operetur: immò potius additur ad gloriam eius, quia hinc apparet magis potentia & efficacitas Dei, cum non solum operari possit, sed etiam dare aliis rebus uim operandi.

QUARTA ratio, Si applicatur nobis per nostra opera Christi satisfactio, uel sunt duae satisfactiones simul iunctae, una Christi, altera nostra: uel una tantum: si duae, ergo bis punitur eadem culpa, & duae poenae respondent uni culpa: si una tantum, uel illa est Christi, & tunc nos non satisfacimus: uel nostra, & tunc excluditur Christus, aut uerè diuidemus cum Christo honorem, nam ille soluet pro culpa, nos pro poena.

RESPONDEO, tres esse modos dicendi. Primus quorundam est, qui asserunt esse unam tantum, & illam Christi esse, ac nos proprie non satisfacere, sed solum facere aliquid cuius intuitu Deus applicat nobis Christi satisfactionem, quod est dicere, nostra opera non esse nisi conditiones, sine quibus non applicaretur nobis Christi satisfactio, uel ad summum, esse dispositiones. Ita Michael Baius libro de indulgentiis, capite ultimo, quae sententia erronea mihi uideret, nam Scriptura & Patres passim uocant nostra opera satisfactiones, & peccatorum redemptiones. Deinde si potest homo iustus suis operibus mereri de condigno uitam aeternam, cur non satisfacere pro poena temporali, quod est minus?

SECUNDVS est aliorum, quod sint duae, sed una ab altera pendens, qui modus non uidetur mihi improbabilis; nam etiam si una sufficeret, tamen ad maiorem gloriam Dei cui satisficit, & maiorem honorem hominis satisficientis, placuit Christo coniungere nostram suam, quomodo una gutta sanguinis Christi sufficiebat redimere mundum, & tamen uoluit totum sanguinem effundere, ut esset copiosissima redemptio, quomodo etiam homo iustus adultus, duplici titulo ius habet ad eandem gloriam uno ex meritis Christi sibi communicatis per gratiam, altero ex meritis propriis.

TERTIVS tamen modus uidetur probabilior, quod una tantum sit actualis satisfactio, & ea sit nostra, neque hinc excluditur Christus, uel satisfactio eius: nam per eius satisfactionem habemus gratiam, unde satisfacimus, & hoc modo dicitur applicari nobis Christi satisfactio, non quod immediatè ipsa eius satisfactio tollat poenam temporalem nobis debitam, sed, quod mediatè eam tollat, quatenus uidelicet, ab ea gratiam habemus, sine qua nihil ualeret nostra satisfactio.

PRATER has haereticorum obiectiones discutimus etiam duas alias obiectiones, quas Theologi proponere solent, ut rei ueritas clariùs elucescat. Sit igitur

QUINTA ratio. In Purgatorio non est meritum, ergo nec satisfactio, nam idem requiritur ad merendum, & satisfaciendum, & omnis satisfactio est meritoria.

RESPONDEO, negandam esse consequentiam, nam requiruntur quidem communia quaedam ad meritum, & satisfactionem, sed etiam quaedam propria, ex quorum

A defectu aliquid est meritum sine satisfactione, & è contrario. Requiritur ad utrumque gratia inhabitans, sed hoc non sufficit. Nam ad satisfactionem requiritur, ut opus, quod fit, sit poenale, quod non requiritur ad meritum. Ad meritum requiritur libertas, quam sequitur laus, id quod non requiritur ad satisfactionem, qui enim à iudice cogitur soluere debitum, uerè satisficit etiam si coactus: requiritur praeterea ad merendum status uia. Deus enim Agonotheta noster stadij tempus, praesentem uitam esse uoluit: hinc igitur anima, quae degunt in Purgatorio, quia mediae sunt, quoad statum inter uitiores & beatos, uel damnatos; nam sunt confirmata in bono, & tamen adhuc retardantur à consequitione summi boni, ideo possunt satisfacere, non mereri, cum nos utrumque possimus, beati & damnati neutrum.

SEXTA ratio. Purgatorium constituitur partim ad remissionem culpae uenialis, partim ad satisfaciendum pro poena, sed neutrum habet locum post hanc uitam, nam eius est à culpa resurgere, cuius est in culpam incidere, sed post hanc uitam non possunt animae committere uenialia peccata. Praeterea peccata omnia remittuntur per poenitentiam, sed post hanc uitam non est poenitentia, nam idem est hominibus mors, quod Angelis casus, ut Damascenus dicit lib. 2. cap. 4. Sed Angeli per casum facti sunt immobiles in malo. Denique in hac uita, sicut potest homo iustus mereri gratiam augmentum, ita etiam remissionem uenialium offensarum. At post hanc uitam nullum est meritum. De poena autem probatur sic: Poena est propter culpam, & crescente culpa crescit poena, decresciente culpa, decrescit poena: ergo remota culpa, remouetur poena.

RESPONDEO, non defuerunt, qui propter haec argumenta negarent peccatum ueniale post hanc uitam posse remitti, ut B. Thomas refert in 4. dist. 21. q. 1. art. 2. Sed dicebant remitti omnia uenialia in ipsa morte per gratiam finalem: erabant, quia Scriptura & Patres disertè docent, post hanc uitam remitti peccata leuia: neque fundamentum eorum est solidum, nam gratia finalis non potest remittere peccatum, quod actu placet, immò quod non displicet aliquo modo; At potest quis mori in complacentia peccati uenialis, uel certe sine illo actu, ut si moriatur repente, uel phreneticus, uel dormiens.

ALII, ut Scotus in 4. d. 11. q. 1. dicitur, peccatum relinqueret solum in homine, postquam actus transiit, reatum poenae, & ideo peccatum ueniale dici remitti in Purgatorio, quia totaliter ibi punitur: mortale autem non dici remitti post hanc uitam, quia non punitur inquam ibi totaliter: nisi enim in hoc mundo mutetur reatus poenae aeternae in reatum poenae temporalis, & sic incipiat hic remissio, non poterit ibi purgari.

HAEC sententia falsa est, tum quia sine illo dubio peccatum relinquitur in homine praeter reatum poenae, etiam maculam, aut aliquid simile, per quod dicatur homo formaliter peccator, & dignus poena: tum etiam, quia hoc modo reuera peccata uenialia, non possent dici remitti in Purgatorio: non enim remittitur, quod totaliter punitur, remissio enim sonat condonationem.

ALIA est opinio eiusdem Scoti ibidem, peccata uenialia remitti in primo instanti separationis animae à corpore, remitti autem per merita praecedentia. Dicit enim ipse, omne opus bonum, quod magis placet Deo quam displiceat, ueniale peccatum remittere uenialia peccata: ceterum dum homo uiuit, non remitti omnia uenialia per eiusmodi opera bona, quia est impedimentum ipsius complacentia peccati, quo impedimento sublato, quod fit in primo instanti post mortem, mox remitti peccatum.

NON placet, quia non est probabile per omne opus bonum remitti uenialia, nisi adit displicentia saltem uirtutis illorum peccatorum. Deinde, quia sequeretur post hanc uitam nunquam remitti nisi unum peccatum, ni-

terunt errores de eiusmodi personis.

PRIMVS fuit, purgari debere post hanc vitam tam bonos, quam malos, vno Christo excepto. Hæc sententia solet tribui Alcuino, sed videtur esse non eius solum sed multorum Patrum. Origenes enim homilia 14. in Lucam: *Ego, inquit, puto, quia & post resurrectionem ex mortuis, indigeamus Sacramento eluente nos atque purgante: nemo enim absque sordibus resurgere poterit, nec ullam posse animam reperiri, quæ vniuersis statim vitis careat.* Et in Psal. 36. *Omnes nos venire necesse est ad illum ignem, etiamsi Paulus sit aliquis, vel Petrus.*

AMBROSIVS in Psalmum 36. *Ignem ergo, inquit, purgabitur filij Leui, igne Ezechiel, igne Daniel.* Et in Psalmum 118. sermone 20. adducens illud Genes. 3. *Posuit ante paradysum flammam gladium, dicit, illum gladium igneum, esse ignem purgatorium, per quem necessarîo transit, quicquid in paradysum intrat: Omnes, inquit, oportet transire per flammam, siue ille Ioannes sit, siue Petrus, &c. Et infra: Vnus ignem illum sentire non potuit, qui est iustitia Dei Christi.*

IDEM videtur sensisse Hilarius in illa verba Psal. 118. *Cõcupiuit anima mea desiderare iudicia iustitie tue.* Vbi insinuat etiã beatã Mariã transire debuisse per illum ignem.

IDEM Lactantius lib. 7. c. 21. diuinarum institutionum, & Hieronymus in caput 7. Amos in illa verba: *Ecce vocabit ignem ad iudicium.* Denique Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 32. explicans flammam gladium.

Hæc sententia accepta, vt sonat, manifestum errorem continet. Nam in Concilio Florentino sess. vlt. definitum est, aliquas animas in infernum, aliquas in Purgatorium, aliquas in cælum mox recipi; deinde Ecclesia semper credidit eos, qui mox à Baptismo moriuntur, nullam Purgatorij pœnam sentire posse, vt constanter Augustinus docet lib. 21. de ciuit. Dei, c. 16. & similiter eos, qui baptizantur in sanguine suo, vt Cyprianus lib. 4. epist. 2. dicit, omnia enim peccata passione purgari affirmat, & idem martyres statim ad præmium peruenire.

ADDE, quod Patres adducti (Origenes excepto, cuius verba in hom. 14. in Lucam, non patiuntur commodam expositionem) videntur sano modo intelligi posse. Nam aliqui eorum per ignem non intelligunt ignem purgatorium, sed ignem diuini iudicii, quomodo loquitur Paulus in priori epistola ad Corint. c. 3. cum ait: *Vniuscuique opus quale sit ignis probabit.* Et hoc modo fatendum est, omnes Sanctos, Christo excepto, per ignem transire: ita videntur de igne loqui Hilarius & Hieronymus, & in loco posteriore Ambrosius.

ALIQUI verò videntur intelligere per ignem verum ignem Purgatorij, per quem tamen dicunt transire Sanctos sine vlla læsione, ita vt transeant per Purgatorium materialiter, non formaliter. Ita videntur loqui Lactant. Ambr. & Rupertus. Lactantius enim sic ait: *Sed & iustos cum iudicauerit Deus, etiam igne eos examinabit: tum quorum peccata vel pondere, vel numero preualuerint perstringentur igni, atque amburentur: quos autem plena iustitia & maturitas virtutis decoxerit, ignem illum non sentient, habent enim aliquid in se Dei, quod vim flammæ repellat.* Sic etiam Ambrosius in Psal. 36. vbi dixerat, omnes transituros per ignem, subiungit, quosdam mansuros in illo igne perpetuo, quosdam vrendos, non tamen exurendos, quibusdam, id est, Sanctis instar roris futurum, vt quondam tribus pueris in Babylonis fornace.

CONFORMIS est huic sententia visio B. Fursi, quam describit Beda lib. 4. histor. c. 19. Ille enim vidit in via ad cælum maximos ignes per quos necessarîo transeundum erat, sed vidit simul eos, qui nihil haberent combustibile, id est, nullum culpæ aut pœnæ reatum, illos transire, alios verò magis minùve exuri, prout plus minùve materiae combustibilis afferebãt. Sanè hanc sententiam, quæ docet omnes transituros per ignem, licet

A non omnes lædendi sint ab igne, nec auferem pro vera asserere, nec vt errorem improbare.

SECVNDVS error est omnes malos, tam dæmones, quam homines, tandem inferno penitus euacuato saluandos, & proinde omnes pœnas post hanc vitam esse purgatorias. Hic error Origenis fuit, vt referunt & refellunt Epiphanius epist. ad Ioannem Hierosolymitanum, Augustinus lib. 21. de ciuit. Dei, c. 17. & 23. Hieronymus in c. 3. Ionæ, & Gregorius lib. 9. moral. c. 45. & 46. & lib. 34. c. 12. & 13. Nam Matth. 24. dicitur: *Ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis Diabolo & angelis eius.* Et ne forte responderent, ignem esse æternum, sed non mansionem in igne, concludit Dominus: *Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Et Apocalyp. 20. *Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.*

B ERROREM eundem tribuit S. Hieronymo Rufinus, lib. 1. inuentionum in Hieronymum, sed iniuriam: nam beatus Hieronymus huius erroris hostis acerrimus fuit, vt præter locum citatum patet ex Apologia secunda contra Rufinum, ex lib. 1. contra Pelagianos, ex epistola ad Pammachium de erroribus Ioannis Hierosolymitani, & ex commentario in vltima verba Isa. Quod autem citat pro hoc errore Rufinus ex commentariis Hieronymi in epistolam ad Ephesios, sunt dicta in persona Origenis, vt idem Hieronymus docet de similibus erroribus, in Apologia prima contra Rufinum.

DICTVR extare liber cuiusdam Stanislai Anabaptista pro hoc errore Origenis, qui inscribitur, *De diuina philantropia*; sed eum librum nondum videre potui.

TERTIVS error est eorum, qui non quidem Diaboli, sed tamen omnium hominum peccatorum pœnas, post hanc vitam dicebant esse temporales, & purgatorias, vt Augustinus refert & refellit li. 21. de ciuit. Dei, c. 18. & 24.

QVARTVS error est eorum, qui id sentiebant solum de omnibus Christianis, siue hæretici, siue Catholici essent: refert Augustinus ibidem, cap. 19. & 25.

QVINTVS eorum, qui id sentiebant de solis & omnibus illis, qui aliquando fuissent Catholici. Augustinus ibidem refert cap. 20. & 25. Hi errores refelluntur, tum ex Matth. 25. *Ite in ignem æternum.* Et Apocal. 20. *Cruciabuntur in secula seculorum*; tum etiam ex Isaie vltimo: *Ignis eorum non extinguetur.* Et Galat. 5. *Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Nam in his locis non solum Dæmones, nec solum homines Ethnici, aut hæretici, sed etiam flagitiosi Catholici puniendi esse dicuntur sine vllò fine.

FVNDAMENTA errorum istorum erant quatuor. Primum, quia Psal. 76. dicitur: *Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas.*

SECVNDVM, quia Rom. 1. dicitur: *Conclusit Deus omnes in incredulitatem, vt omnium miseretur.*

TERTIVM, quia si sancti orabant pro inimicis, & exaudiebantur in hoc mundo, multò magis orabant & exaudiebantur in die iudicii.

QVARTVM, quia videmus in Scriptura supplicia à Deo absolute intentari, & tamen postea non inferri, vt patet Ion. 3. *Ahuc quadraginta dies & Ninive subuertetur.* Vnde intelligimus, inquit, cum Deus minatur supplicia, non significari ea reuera inferenda, sed tantum eos quibus intentantur, dignos esse, qui ita punirentur.

SED ad primum responder Augustinus lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 24. intelligi illa verba solum respectu bonorum, vel si extendantur ad damnatos, sensum esse: *Damnatos puniendos quidem in æternum, sed tamen citra condignum.* Posset etiam dici, intelligi illa verba, in hac vita, de qua dicitur 1. Cor. 6. *Ecce nunc tempus acceptabile, nam de iudicio futuro dicitur Iacobi 2. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.*

AD secundum respondet Augustinus ibidem, illud:

Et omnium miseretur, nõ significare omnium hominum, sed omnium nationum, id est, tam Gentilium, quam Iudæorum, ita vt aliqui ex Gentibus, aliqui ex Iudæis saluentur, sicut illud: Conclusit omnes in incredulitatem, significat tam Gentes, quam Iudæos, id est, aliquos ex Gentibus, aliquos ex Iudæis; Deus enim ante Christi aduentum permisit Gentes ingredi vias suas in infidelitate & idololatria, vt postea confusi medicum requirerent, & inuenirent, vt factum est. Deinde Gentibus conuersis permisit in infidelitatem ruere Iudæos, vt ipsi circa finem mundi confusi & humiliati, similiter conuertantur.

AD tertium respondet, Sanctos in hoc mundo orasse, quia sciebant in hac vita tempus esse fructuosæ pœnitentiæ, at in iudicio non oraturos pro damnatis, sicut nec nunc oramus pro Diabolo, alii que damnatis.

AD quartum respondet Augustinus, Niniuem verè fuisse euerfam, vt prædictum fuerat, nam omnes de malis facti sunt boni, quæ est euerfio optima, & Deo gratissima. Potest etiam responderi, supplicia à Deo intentata in hac vita, esse comminatoria, quia intelliguntur sub conditione, nisi quis egerit pœnitentiam: at post hanc vitam non est pœnitentia, saltem fructuosa, nam Ioannis cap. 9. dicitur: *Operamini dum dies est, venit nox, in qua nemo potest operari.* Et Ecclesiast. 9. *Apud inferos non est opus, nec ratio, &c.*

SEXTVS error est aliorum, qui volebant omnes, & solos Catholicos in fide perseuerantes ad Purgatorium descendere, quamuis alioqui pessimè vixissent: refert & refellit hunc errorem Augustinus libro 21. de ciuitate Dei, cap. 25. & 26. Enchirid. capite 68. de fide, & operibus cap. 14. 15. & 16. & questione prima ad Dulcitium. Nam Matthæi 3. de fidelibus malis dicitur: *Paleas autem comburet igni inextinguibili.* Et Matth. 25. fidelibus immiseri cordibus dicitur: *Ite in ignem æternum.* Et in priori epistola ad Corinthios cap. 6. scribitur fidelibus à Paulo: *Neque ebriosi, neque auari, neque adulteri, neque molles, neque maledici, regnum Dei possidebunt.* Et similia habentur ad Galatas 5. & ad Ephesios 5.

FVNDAMENTVM huius erroris erat locus ille prioris epistolæ ad Corinthios 3. *Ipse autem saluus erit quasi per ignem.* Putabam enim illi per fundamentum intelligi fidem Catholicam: per argentum & aurum, omnia opera bona: per ligna, fœnum, & stipulas, omnia peccata: sed hoc supra sufficienter refutatum est.

EST autem obseruandum, esse aliquos, qui arbitrentur beatum Hieronymum in hoc errore fuisse, quia in vltima verba Isaie dicitur: *Sicut Diaboli & omnium negatorum atque impiorum qui dixerunt in corde suo, Non est Deus, credimus eterna tormenta, sic peccatorum atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atque purganda, moderatam arbitramur, & mixtam clementiam sententiam iudicis.* Item lib. 1. contra Pelagianos: *Si Origenes, inquit, omnes rationabiles creaturas dicit non esse perdendas, quid ad nos? quid & Diabolum & satellites eius omnesque impios dicimus perire perpetuò; Christianos verò si in peccato preuenti fuerint, saluandos esse post pœnas.*

VIDETVR tamen Hieronymus in hoc errore non fuisse, quandoquidem in caput 25. Matth. vbi manifestè agitur de damnatione aeterna fidelium peccatorum, ita scribit: *Prudens lector attende, quod & supplicia aeterna sint, & vita perpetua metum deinceps non habeat ruinam.* Et in caput quintum ad Galatas: *Putamus, inquit, nos regnum Dei consequi, si à fornicatione, idololatria, veneficiis immunes simus? Ecce inimicitia, contentio, ira, rixa, dissensio, ebrietas quoque, & cetera, quæ parua arbitramur, excludunt nos à regno Dei.*

IN loco ergo citatis in contrarium, non vult beatus Hieronymus dicere omnes Christianos saluandos post pœnas, sed nullos saluandos post pœnas, nisi Christianos. Vnde in priore loco dicit quidem Christianos impios

A saluandos, sed addit conditionem restringentem, cum dicit, *Quorù opera in igne probanda, & purganda sunt*; id est, illi soli Christiani impij saluabuntur, quorù opera mala iam purgata, quoad culpam, purganda erunt quoad reatum pœnæ. In posteriore loco opponit impijs Christianos, qui in peccato preueniuntur morte, vt indicet se loqui solum de pijs Christianis.

SEPTIMVS error eorum est, qui existimabant, omnes illos saluandos per ignem Purgatorij, qui elemosynas fecissent, etiamsi alioqui in sceleribus perseuerassent vsque ad mortem.

REFELLIT hunc errorem sanctus Augustinus in Enchiridio cap. 75. & 76. & lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 22. & 27. nam Scriptura manifestissimis verbis multa requirit ad iustificationem impij præter elemosynam, Luc. 13. *Si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis.* Prioris epistolæ ad Corinthios c. 13. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Qualem autem, quæso, charitatem habet, qui Deum offendere non timet, aut postquam eum offendit, non querit reconciliationem.

AT, inquit, in die iudicii examen fieri videmus solum elemosynam, Matthæi 25. qui enim fecerunt elemosynam, mittuntur in regnum, qui non fecerunt mittuntur in Gehennam.

RESPONDEO, Dominum minora posuisse, vt inde colligeremus maiora: qui enim minatur Gehennam iis, qui non dederunt sua, multò magis punit eos, qui rapuerunt aliena: & qui promittit regnum iis, qui fecerunt elemosynam ex pecuniis suis, multò magis coronabit eos, qui vitam pro fide ponunt. Vide, si placet, plura in disputatione nostra de Elemosyna.

HIS ergo erroribus confutatis, manet vltima sententia vera & Catholica, Purgatorium pro iis tantum esse, qui cum venialibus culpis moriuntur, de quibus agitur 1. ad Cor. c. 3. Illi enim sunt, qui aedificant super fundamentum ligna & stipulas, & salui erunt quasi per ignem. Et rursum pro illis, qui decedunt cum reatu pœnæ, culpis iam remissis, de quibus agitur Luca 12. *Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* & aliis locis supra citatis.

CAPVT II.

In Purgatorio non posse animas mereri, vel peccare.

EQVIVR altera questio: *An in Purgatorio sit locus merito, & peccatis.* Lutherus enim quando Purgatorium confitebatur, ita confitebatur, vt illud partim cum huius vitæ statu, partim cum inferno confunderet. Dicebat animas Purgatorij posse mereri, quod est vitæ huius, & rursum eas peccare continuò, ac desperare salutem, quæ sunt propria damnatorum. Radix horum fuit, quia existimauit eas animas in Purgatorio mitri, quæ non sunt perfectæ charitatis: quæ enim nullam habent charitatem, mittuntur in gehennam, quæ habent perfectam, ascendunt in cælum. Quia verò imperfecta charitas debet auferri, & non potest auferri sine nouis meritis, idem merendi statum posuit in Purgatorio: rursum quia perfecta charitas foras mittit timorem, & proinde imperfecta habet admixtum timorem, seruilem scilicet, & hunc timorem Lutherus peccatum esse existimat, inde deduxit animas peccare continuò, quia continuò timet, horrent, ac refugiunt pœnas, querunt quæ sua sunt, &c. Vide librum Lutheri de Purgatorio, quem Ioannes Eckius refellit.

ET quidem hanc Lutheri sententiam manifestè hæreticam esse, probatur testimoniis Scripturarum, & Patrum. Præter locum, Ecclesiast. 9. *Mortui nihil nouerunt amplius, nec habent ultra mercedem.* Hieronymus in hunc locum: *Donec uiuunt, inquit, homines possunt fieri iusti, post mortem verò nulla datur boni operis occasio.* Et infra: *Viuentes metu mortis possunt bona opera perpetrare, mortui verò nihil valent ad id adicere, quod semel secum tulere de*

vita. Et infra: Nec iuste quippe possunt agere, nec peccare, nec virtutes adiacere, nec vitia.

SECUNDVS ibidem, ait Scriptura: Quodcumque potest agere manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia est apud inferos, quod tu properas. Non possumus dicere in alia vita nihil agi, aut sciri, cum Luc. 16. de Epulone legamus, eum & vidisse Lazarum in sinu Abrahae, & primum pro se, deinde pro fratribus opem Abraham implorauisse, quare loquitur de opere meritorio, vt exponit Hieronymus. Neque loquitur de inferno inferiore, sed de inferno in genere, vt complectitur omnia loca, ad qua descendebant omnes homines ante Christi resurrectionem, vt idem Hieronymus exponit.

TERTIVS locus est, Eccles. 11. Si ceciderit lignum sine ad Austrum sine ad Aquilonem, ubicumque ceciderit, ibi erit. Hieronymus in hunc locum, & Bernardus ser. 49. ex paruis, exponunt de immutabilitate animae post hanc vitam, quae non potest de bona fieri mala, nec bona de mala.

QUARTVS est, Eccles. 14. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum.

QUINTVS est, Eccles. 18. Ne vereris (aliis vereris) usque ad mortem iustificari. Quare vsque ad mortem, nisi quia post mortem non erit amplius tempus?

SEXTVS, Ioan. 9. Venit nox, in qua nemo potest operari. Origenes in Psal. 36. Chryostomus, Augustinus, Eutyrius, & Theophylactus in hunc locum, Hieronymus in cap. 9. Eccles. & Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 38. exponunt summo consensu per noctem, tempus alterius vitae, per operari, facere opera meritoria, significari.

SEPTIMVS est, 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat unusquisque propria corporis, sicut gessit, siue bonum, siue malum.

QUEM locum exponens Augustinus in libro de praedestinatione sanctorum, cap. 12. monet propria corporis non vocari opera corporalia, quasi spiritualia iudicanda non sint, sed vocari omnia opera, quae sunt dum sumus in corpore, quia post hanc vitam non superest tempus operandi, sed praemium, aut poenas recipiendi.

OCTAVVS est, Gal. 6. Quae seminauerit homo, haec & metet. Et infra: Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes, ergo dum tempus habemus, operemur bonum. Hieronymus in hunc locum docet, tempus sementis non extendi ultra hanc vitam, serere autem esse bene operari.

NONVS est, Luc. 15. Redde rationem villicationis tuae: iam enim non poteris amplius villicare, &c. Exponunt Ambrosius & Theophyl. in hunc locum, Hieronymus q. 6. ad Algasia, August lib. 21. de ciuit. Dei, c. 27. & alij omnes per depositionem a villicatione, mortem, per non posse amplius villicare, non posse amplius mereri, & lucrari.

DECIMVS est, Apocal. 10. Angelus habens vnum pedem super mare, & alterum super terram, iurat per viuentem in secula seculorum, quia tempus non erit amplius. Nimirum bene operandi. Denique Scriptura hoc passim testatur, & nec vlla syllaba inuenietur pro Lutheri errore.

PROBATVR secundò ex Patribus. Cyprianus ser. 4. qui est de mortalitate, ad hoc plurimum prodesse mortem dicit, vt eripiamur a periculis peccandi. Dum enim sumus in hac vita, in stadio pugnamus, pugnae finem obitus affert: quem locum Cypriani adducens August. lib. de praedest. Sanctorum, cap. 14. inquit. His, atque huiusmodi Doctor ille sententiis in Catholica fidei luce clarissima, satis aperteque testatur usque ad huius corporis depositionem peccandi pericula, tentationisque metuendas, deinceps nullalia quinquam esse passurum, quod etsi non testaretur, quando de hac re Christianus qualiscumque dubitaret?

NOTA, Lutherum non posse vocari Christianum qualemcumque, ex sententia Augustini, sed planè Ethnicum, cum de re dubitet, de qua dicit Augustinus nullum Christianum dubitare posse. Idem Augustinus in Enchir. c. 110.

Quocirca, inquit, hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quisquam, vel granari: nemo autem se speret, quod hic neglexerit, cum obierit, apud Deum promereri.

CHRYSOSTOMVS homilia 2. de Lazaro, multa dicit in hanc sententiam, & homilia 36. in Matthaei: Praesens, inquit, haec vita tam rectè, quam contra tibi viuendi tribuit potestatem: postquam verò diem tuum obieris, iudicium & poena consequetur. Hieronymus in caput nonum Ecclesi. Mortui, inquit, nec iuste possunt agere, nec peccare. Damascenus libro 2. de fide orthodoxa, cap. 4. Quod est Angelis casus, idem hominibus mors.

TERTIÒ probatur ratione. Nam Lutheri sententia secum ipsa pugnat, dicit enim Lutherus animas illas debere, & posse mereri, quia imperfectae sunt in charitate, vt nimirum per noua merita augeatur, & perficiatur charitas. Ipse idem dicit, animas illas, quia imperfectae sunt, timere poenas, & timendo peccare, & quia semper timent, dum imperfectae sunt; proinde etiam semper peccare, dum imperfectae sunt.

AT ista pugnant inter se, nam qui peccat praesertim, mortaliter non potest mereri, dum peccat: Anima autem illa semper peccat, dum sunt in Purgatorio, quia semper sunt imperfectae, ergo nunquam mereri possunt dum sunt in Purgatorio. Praeterea secundò, quia sequitur, impossibile esse liberari animas de Purgatorio: nam semper peccabunt, dum timebunt: semper timebunt, dum erunt imperfectae: semper erunt imperfectae, donec accesserit noua charitas: noua charitas non potest accedere, nisi per merita: non possunt illi mereri, dum peccant: igitur nunquam liberabuntur.

CAPVT III.

Soluuntur obiectiones.

PEREST argumenta soluere. Argumentum primum: Anima quae in Purgatorio degit, sunt imperfectae in charitate, igitur proficere debent & mereri, vt perficiantur. Quòd sunt imperfectae, probatur. Primò, quia si illa animae essent perfectae, certè non punirentur, quorsum enim puniantur spiritus perfecti? Si diceres, vt satisfaciant Deo: contra, quia Deo maximè satisficit per charitatem: Charitas enim operum multitudinem peccatorum, inquit Petrus, 1. Petri 4.

SECUNDÒ, quia si is qui moritur, debitor sit adhuc decem dierum ieiunij, & tamen summe diligit Deum, incredibile est Deum non condonare illi decem illos dies, cum soleat Deus libenter acceptare voluntatem, vbi non inuenit facultatem, ergo si illi non condonatur debitum, signum est non fuisse perfectum in charitate.

TERTIÒ, quia si essent perfectae, non timerent poenas, nam perfecta charitas foras mittit timorem, si non timerent poenas, non punirentur, quia non est poena id, quod amatur & libenter recipitur, ergo non essent in Purgatorio, nisi essent imperfectae.

QUARTÒ, quia nihil esse potest perfectum extra Deum; iuxta illud 1. Cor. 14. Cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, ergo animae Purgatorij, quae beatae non sunt, necessariò imperfectae sunt. Deinde probatur consequentia primi argumenti.

PRIMÒ, impossibile est in via stare, semper enim oportet progredi, aut regredi, vt Bernardus dicit in epist. ad frat. de monte Dei, animae autem purgatorij sunt in via, nondum enim perueniunt.

SECUNDÒ, Virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. & aurum in fornace fit lucidius.

TERTIÒ, impossibile est creaturam aliquam conseruari, nisi accipiat semper amplius & amplius, donec absorbeat in suum principium, vt patet in fluuijs, qui semper accipiunt nouam aquam, donec in mare ingrediantur, vnde conseruatio dici solet còtinua quadam creatio.

QUARTÒ, charitas post hanc vitam erit maior, ergo augebitur: ergo per merita.

RESPON

RESPONDEO ad antecedens, animas Purgatorij posse dici imperfectas respectu earum quae sunt in gloria: & etiam vnam in Purgatorio posse dici imperfectam respectu alterius, siue in Purgatorio, siue in hoc mundo exillentis. Tamen absolutè omnem animam in Purgatorio existentem esse perfectam in charitate. Nulla enim est charitas simpliciter imperfecta: dicitur enim, 1. Ioan. 2. Qui seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Sufficit autem quilibet gradus charitatis, vt qui seruet verbum, id est, pracepta Domini.

AD consequentiam dico, animas Purgatorij, quatenus sunt imperfectae, respectu earum, quae sunt in caelo, debere perfici in charitate: sed illud augmentum non requirere noua merita, nam erit praemium omnium meritorum praeritorum. Dupliciter enim augetur charitas, vno modo in genere gratiae, vt fiat homo aptior ac magis merendum, & hoc augmentum non datur post hanc vitam; altero modo in genere gloriae, vt remunerentur omnia merita praerita, & hoc fiet in ipsa beatitudine. pars enim praemij erit, vt Augustinus dicit lib. 2. de correptione, & gratia, cap. 10. tanta copia charitatis, vt nunquam excidere possit ad beatitudinem, & ad iustitiam, qui ea copia charitatis praeditus erit.

AC vt ordine respondeamus ad singula capita huius obiectionis. Ad primum dico, per charitatem proprie non satisfieri, sed per dolorem ad charitatem imperatum; & quàmquam potest fieri, vt dolor interius sit tantus, & ad tanta charitate procedens, vt plenè satisfaciatur pro omni reatu, tamen potest etiam fieri, vt non sit tantus dolor, & propterea remaneat aliquid in Purgatorio luendum: non enim repugnat perfectioni charitatis, quae habetur extra regnum caelorum, reatus poenae, pro quo satisfaciendum sit.

AD verba B. Petri dico, charitatem operire multitudinem peccatorum, sed non eodem modo quoad culpam, & quoad poenam: nam culpam delet per actum suum proprium, poenam autem tollit per opera satisfactoria, quae ipsa charitas imperat.

AD secundum dico similiter, si is, qui moritur, summo amore doleat de peccatis, posse eum eo modo satisfacere pro omni poena: si autem non sit tantus dolor, debere satisfacere postea in Purgatorio. Neque obstat, quòd ille cuperet ieiunare, si superesset vita, & Deus acceptat voluntatem, vbi non inuenit facultatem; nam in isto inuenitur facultas satisfaciendi, si non ieiunando, certè patiendo in Purgatorio.

AD tertium dico, animam Purgatorij non timere, sed pati re ipsa poenas; timor enim est futurorum, non praesentium: dico praeterea non repugnare perfecta charitati timorem poenae, alioqui Christus, qui timuit poenas, & ex eo timore sanguinem sudauit, Luc. 22. non fuisset perfectus in charitate. Quòd autem Ioannes dicit: Perfecta charitas foras mittit timorem, nõ intelligitur de timore poenae, sed de timore culpae, praecipue propter poenam; qui enim perfectè diligit, metuit offendere Deum, praecipue propter ipsum Deum, non propter poenam, quae sequitur offendentes Deum; atque ita perfecta charitas libera est ab illo metu feruili, quo quis non audeat peccare, ne damnetur peccaturus, si non timeret damnari.

AD quartum dico, extra Deum non posse inueniri aliquid ita perfectum, quod non debeat dici imperfectum respectu perfectionis gloriae, tamè illud ipsum erit simpliciter perfectum. Vnde Paulus Philipp. 3. dicit. Non quòd iam perfectus sum: sequor autem si quomodo apprehendam. Et infra: Quicumque ergo perfecti sumus: vbi se perfectum dicit absolutè, & tamen imperfectum, comparatione facta ad beatos.

IAM ad primùm in confirmationem consequentiae, dico, animas Purgatorij non esse in via, sed in termino, quantum ad gratiae augmentum; qui enim ad urbem aliquam tendit, & peruenit ad eius portas nocturno tempore,

dicitur iam peruenisse, & totam viam confecisse, licet portas inueniat clausas, & non possit ingredi, donec Sol oriatur.

PRÆTEREA quod Bernardus ait, In via Dei non progredi esse retrogredi, non debet accipi mathematicè, sed moraliter; non enim vult dicere in quolibet opere nos mereri augmentum gratiae, aut perdere aliquid gratiae, sed eos qui non dant operam vt proficiant, facillè impelli posse à diabolo & mundo ad casum, &c.

AD secundum dico, in primis Pauli ad litteram loqui de virtute Dei, quae dicitur perfici in infirmitate, quia tunc magis apparet Dei potentia, quòd plura ei resistunt: habetur enim in Græco *diuorsus me*, id est, virtus mea.

DICO praeterea, virtutem etiam nostram perfici in tribulationibus, sed in hac vita tantum quoad verum augmentum virtutis, quia in hac vita tantum est locus merendi; at in futura dici posse perfici in Purgatorio, non quòd ei aliquid addatur, sed quòd auferatur rubigo peccatorum, quomodo aurum in fornace fit lucidius, non quia illi aliquid additur, sed quia separatur à terra, & plumbo, & similibus.

AD tertium dico, falsissimum esse illud principium Lutheri in rebus permanentibus, solumque habere locum in successiuis, alioqui res permanentes nunquam essent eadem, & sic Deus nunc non puniret in inferno Iudam illum, qui peccauit, sed alium quem postea creauit, nec remuneraret Petrum, & qui meruit, sed alium quemdam postea creatum. Quòd autem dicitur, conseruationem esse continuationem creationem, est verum, sed intelligitur creati illud idem, non augeri, vel fieri aliud nouum.

AD quartum iam est responsum.

SECUNDVM argumentum Lutheri. Anima in Purgatorio continè peccant, ergo sunt in statu merendi, & demerendi. Probat antecedens, Anima illa horrent poenas ac refugiunt, & requiem quarunt, ergo peccant, antecedens probat, tum quia alioqui non punirentur, poena enim inuoluntaria esse debet, & amara: tum etiam quia non deberemus precari illis requiem, & liberationem à Purgatorio, si amarent ipsae eas poenas.

PROBAT deinde consequentiam. Primò, quia verè amanti omnes poena dulcescunt, ergo anima illa dum refugiunt poenas, non perfectè amant, proinde peccant. Secundò, quia dum refugiunt poenas, quarunt quae sua sunt, non honorem Dei. Tertio, quia Deum amant amore concupiscentiae, dum cupiunt ab eo liberari. Quarto, quia Christus dicit Matth. 10. Qui non accipit crucem suam, non est me dignus, id est, qui non accipit sponte & libenter. At crux animarum Purgatorij est; peccant igitur dum eam crucem refugiunt.

RESPONDEO, animas in Purgatorio horrere ac refugiunt poenas, & requiem querere, quatenus eas considerant vt malas, & naturae contrarias, & tamen simul eas libenter admittunt, & tolerare, quatenus considerant vt instrumenta, per quae purgatur: quomodo ægrotus horret medicinam amaram, & tamen libenter sumit, quia per eam curari sperat, neque in hoc vllum peccatum esse potest. Nam Dominus, qui peccare non potuit, horruit tamen poenas, & dixit: Pater transfer calicem hunc à me, Matt. 26. & David clamat: Quoniam tribulor, velociter exaudi me, Psal. 68. Et de Petro Christus ait Ioan. vlt. Cum seruus alius cinger te, & ducet quò tu non vis.

DENIQUE S. Cyprianus ait lib. de mortalitate: Quis non tristitia carere optet? quis non ad letitiam venire festinet? Et B. Augustinus lib. 10. confessionum, cap. 28. de poenis loquens: Tolerare eas iubet, non amare: nemo autem quod tolerat, amat, quamuis tolerare amat.

AD primum ergo, quo probatur consequentia, dico verè amanti non sic dulcescere poenas, vt eas non sentiat, sed sic, vt licet amaras, toleret tamen alacriter propter amatum, vt patet tum ex dictis, tum ex verbis sancti

M m m 4

Eleazari 2. Mac. 6. Tu sis, inquit, Domine, quia cum à morte possent liberari, duos corporis sustineo labores, secundum animum verò propter timorem tuum libenter hæc patior. Et hic fuit communis affectus martyrum, qui reuera sentiebant acerbissimos dolores, & tamen libenter eos ferebant, licet quibusdam Deus privilegio quodam sensum doloris abstulerit per affluentiam consolationis, vt scribit Rufinus lib. 10. hist. cap. 36. de Theodoro.

Ad secundum dico, eas non querere quæ sua sunt, sed honorem Dei, cupiunt enim citò liberari, vt possint magis, & melius Deum laudare.

Ad tertium dico, eas amare Deum amore amicitia, quia bonum suum referunt in Deum.

Ad quartum dico, eas accipere civem suam, quia libenter patiuntur, nec petunt liberari, nisi secundum Dei voluntatem, & per media quæ Deus instituit: & certè si essent vera, quæ dicit Lutherus, id est, anima illa, si quærent quæ sua sunt, & amarent Deum amore concupiscentia, nec vellet accipere crucem, non iam imperfectam charitatem, sed nullam haberent, & non in Purgatorio, sed in inferno essent.

Argumentum tertium, quorundam Catholicorum. Anima Purgatorij habent omnia necessaria ad meritum, nam habent gratiam, fidem, spem, charitatem, & liberum arbitrium, saltem quoad exercitium, cur igitur non merentur?

Deinde beati mereri possunt, vt patet de Christo, qui semper fuit beatus, & tamen merebatur, ergo multò magis animæ Purgatorij mereri poterunt. Item diues in inferno orauit pro se, & suis, Luc. 16. ergo etiam animæ Purgatorij orare possunt; at ista oratio procedit sine dubio ex charitate. meretur igitur exaudiri.

Denique idem confirmant auctoritate S. Thomæ qui in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 3. ad 4. dicit, post hanc vitam non posse reperiri meritum respectu præmij essentialis, sed tantum respectu accidentalis.

Respondet ad argumentum, deesse ad meritum animabus Purgatorij statum viæ: Deus enim, vt ex Scripturis manifestè probatur solum pro tempore huius vitæ constituit acceptare bona opera ad meritum, vel demeritum. Post hanc vitam verò bona opera erunt effectus gloriæ, & mala effectus damnationis.

Ad primam confirmationem dico, Christum simul fuisse comprehensorem, & viatorem, & ideò qua parte viator erat, mereri poterat, vnde post mortem suam, quia desit esse viator, nihil amplius meruit.

Ad secundam dico, si animæ Purgatorij orent pro se vel nobis, de quo inferius in quæstione de suffragiis differemus, non mereri, sed solum impetrare ex meritis præteritis, quomodo nunc sancti orando pro nobis impetrant, licet non mereantur.

Ad tertiam confirmationem dico, S. Thomam mutasse sententiam: nam in quæstione 7. de malo, art. 11. dicitur docet in Purgatorio nullum posse esse meritum, nec essentialis, nec accidentalis præmij: quod idem docet, Bonauentura, Scotus, Durandus, & alij, fortasse etiam B. Thomas in quartum, nomine meriti non proprie vti voluit, sed improprie; vocauit enim actum dilectionis in Purgatorio meritorium remissionis culpæ venialis, quia est remissorius, licet non per modum meriti proprie dicti, sed per modum contrarij tollentis suum contrarium.

CAPVT IV.

Animas in Purgatorio certas esse de sua eterna salute.

TERCIA quæstio nunc tractanda est. Sintne in Purgatorio animæ certæ de sua salute, an incertæ. Lutherus, art. 38. docet, non esse certas. Idem docent quidam Catholici, qui existimant varias esse in Purgatorio pœnas, & vnam esse omnium maximam, incertitudinem salutis, qua dicunt quosdam solum animas multari, quæ licet reuera certò saluanda sint, tamen ipsas

hoc ignorare. ita videtur sentire Dionysius Carthusianus ob quasdam visiones, quas ipse refert libro de quatuor nouissimis. art. 47.

Idem docet Michaël Baij lib. 2. de mer. operum, cap. 8. vbi probare volens peccatum veniale mereri ex natura sua mortem æternam, adducit in argumentum, quia alioqui sequeretur animas in Purgatorio certas esse de sua salute, quod absurdum ei esse videtur.

Denique idem videtur deduci ex sententia Gersonis lectio. 1. de vita spirituali, & Ioannis Rossensis contra art. 32. Lutheri, qui admittunt veniale peccatum non esse tale, nisi ex misericordia Dei, ac proinde iuste posse puniri in æternum, si Deus velit. Hinc enim sequitur, animas, quæ habent venialia peccata, non posse certò scire, an non punientur in æternum, quamquam Rossensis in art. 38. Lutheri cõtendit animas Purgatorij esse certas de sua salute, quod non video, quomodo cohæreat cum priore sententia.

At communis Theologorum sententia est, omnes animas, quæ in Purgatorio sunt, habere certitudinem suæ salutis. Vt autem intelligatur quantam habeant certitudinem, notandum est, tres esse gradus certitudinis.

Primus est ille, qui excludit omnem spem, & omnem timorem, talis est beatorum, quibus beatitudo non est futura, sed præsens.

Secundus est ille, qui excludit omnem timorem, sed non omnem spem, & talis est in Purgatorio; nã beatitudo est illis futura, non præsens, & ideò non tollit expectationem; & rursum est ardua, quia per pœnas ad eã perueniêt, & ideò illorum expectatio potest vocari spes, tamen nõ est contingens, sed necessaria, quia nõ possunt amplius ab ea excidere, & ideò tollit omnem timorem.

Tertius est ille, qui neque spem, neque timorem excludit, & dici potest coniecturalis certitudinis gradus, & talis est noster; nobis enim beatitudo est bonum futurum, non præsens: arduum, non facile: contingens, non necessarium vel impossibile: & ideò propriissimè speramus, & timemus: sumus enim adhuc in prælio, in stadio, in agone.

Nunc ostendamus rem ita esse; Si anima non haberent certitudinem salutis, id necessariò fieret propter vnam ex quatuor causis: vel quia adhuc possunt mereri, & demereri: vel quia nondum sunt iudicata: vel quia ignorant sententiã iudicis, licet lata sit: vel quia propter magnitudinem dolorum ita absorbetur, & obscuratur carũ iudicium, vt non possint cogitare, & videre hanc certitudinem: sed nihil horum habet locum; non primum, vt patuit; non secundum, quia licet iudicium vniuersale nondum sit factum, tamen præter illud est particulare, quo iudicantur animæ statim à morte, vt Theologi in quartum dist. 47. & B. Thomas 3. p. q. 59. art. 5. docent.

Ad hoc iudicium particulare probandum loca duo. Vnus ex illo Iðan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, cum enim dicit, omne iudicium, videtur plura iudicia significare, vnum videlicet particulare, & aliud vniuersale. Alter ex illo Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori, & post hoc iudicium. Sed ista loca non cõcludunt: vterque enim potest intelligi de iudicio vniuersali: nam Ioan. 5. illud omne nõ necessariò refertur ad duo iudicia, particulare, & generale, sed ad varios homines iudicandos, & ad varia opera, de quibus iudicandum erit, certè Augustinus exponit de vltimo iudicio. Alterius autè loci ex c. 9. ad Hebræos sensus est, cum fuerint mortui omnes homines, tunc fiet iudicium, vt Oecumenius exponit.

Efficaciter tamen probatur iudicium particulare ex illis verbis Eccl. 11. Facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas. Item: In fine hominis demudatio operum illius. Et præterea idem colligitur euidenter ex alia veritate. nã de fide est, mox à morte impios descēdere ad æterna supplicia, vt patet Luc. 16. de diuite,

& iustos

& iustos ad æterna gaudia, vt patet Luc. 23. de latrone: Hodie mecum eris in Paradiso. At nõ est vilo modo credibile prius distribui pœnas, & præmia, quàm fiat iudicium.

Deinde Patres idè docent. Cyprianus ser. de mortalitate: Gratulari, inquit, oportet, & temporis manus amplecti, quòd dum nostrã fidem firmiter promissimus, & labore toleraui ad Christũ per angustã Christi viam pergitimus, præmiũ vitæ & fidei ipso iudicantè capiamus. Chryl. hom. 37. in Matth. Postquam, inquit, diem tuum obieris, iudicium & pœna cõsequetur. In inferno enim, Psalmista dicit, quis confitebitur tibi? Vbi etiam nõ additur statim, tamen necessariò subintelligitur. Nam refellit Chrysolomus illum errorem qui putabant Christum post mortem prædicaturum, & ad pœnitentiam adducturum defunctos.

Vt vtrũ autem hoc argumento; Post mortem sequitur iudicium, & post iudicium pœna inferni, in inferno autem nemo potest confiteri Domino; igitur post mortè non est locus pœnitentiæ; quod si Chrysol. non vellet dicere, statim à morte impios iudicari, & trudi in infernũ, sed differri hæc omnia in diem nouissimum, nihil valeret argumentum eius. Responderetur enim hoc medio tempore prædicari posse defunctis, dum iudicium vniuersale differtur. August. lib. 2. de origine animæ, c. 4. Iam illud, inquit, rectissimè, & valde salubriter credit, iudicari animas cum de corporibus exierint, antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet, iam redditis corporibus iudicari.

Hic accedant exempla eorum, qui se iudicatos testati sunt. Scribit B. Gregorius lib. 4. Dialogorum, cap. 36. de quodam Stephano, qui cum esset mortuus; & iudici oblatum, audiuit iudicem dicentem, non hunc, sed Stephanum Ferrarium vocari iussi, atque ita ille reuixit, & simul Stephanus Ferrarius, qui in vicinia morabatur, obiit. cui simile narrat S. August. lib. de cura pro mortuis, c. 12. de quodam Curma. Addit autem Gregorius hæc non fieri vero errore, sed vt per istum quæsi errorem, qui mortuus fuerat, reuiuisceret, & narraret viuentibus tormenta, & iudicium quod manet impios post hanc vitam. Ibidem cap. 38. narrat exemplum de quodam Crisorio, qui in articulo mortis positus, adhuc viuens vidit sententiam suæ damnationis.

Duo similia narrat Beda lib. 5. hist. c. 14. & 15. de duobus, qui desperantes mortui sunt, quia iam viderant iudicium suum peractum, & sententiam latam. Simile narrat Ioannes Climaccus in sua scala, gra. 7. de quodam eremita, qui in articulo mortis audiebatur, quasi in iudicio positus, respondere accusationibus, & interdum dicere, falsum est, non feci; interdum feci, sed pœnitentiam egi; interdum, verum dicitis, nec habeo quod respondeam.

Denique exstat memorabile exemplum in vita S. Brunonis, de quodam Parisiensium Doctore, qui in ipsa Ecclesia, dum exequiæ fierent, sub lato capite ex feretro clamauit, iusto Dei iudicio accusatus sum, & sequenti die iterum clamauit, iusto Dei iudicio iudicatus sum, & tertio die, iusto Dei iudicio damnatus sum. Est autem notandum circa hæc exempla, tam iudicium illorum, quod ante mortem peractum est, quàm istius Parisiensis, quod in triduum post mortem dilatum fuit, pertinere ad particularem quandam & extraordinariam prouidentiam, qua Deus vitur ad nos siue instruendos, siue terrendos: alioqui regulariter credendum est, iudicium fieri statim à morte; nam ordinariè tempus pœnitentiæ vtile durat vsque ad extremum spiritum, vt aperte docet Leo epistola 90. ad Rusticum, nec est ratio cur post mortem retardetur iudicium, cum Deus non egeat testibus, nec allegationibus, sed in instanti possit iudicare.

Est etiam obseruandum, non posse certò definiti, an animæ deferantur ad iudicem, an ibi iudicentur vbi corpus relinquant, & similiter an iudicentur immediatè à Christo in forma humana sententiam referente, an solum diuina virtute, quæ vbique præsens est, an verò per

Angelos sententia manifestetur. Quod enim Scriptura passim dicitur, Christum hominem esse iudicem viuorũ & mortuorum, intelligitur de nouissimo generali iudicio; nam etiam ante Christi incarnationem iudicium particulare exercebatur, vnde nõ solum non est certum, sed nec admodum probabile, quod Innocentius III. affirmat lib. 2. cap. vlt. de contemptu mundi, Christum in forma crucifixi apparere omnibus morientibus, tam bonis quàm malis.

Quantum ad tertium, quòd sententia iudicis lateat animas, quæ iudicantur, & falsum est, & impertinens: falsum quidem, quia iudicium particulare præcipuè fit ad hoc, vt innoscat sententia ei, qui iudicatur: nam propter alios erit generale iudicium, propter Deũ non est necessarium, iudiciũ, ipse enim omnia nouit: ergo solum fit, vt innoscat ipsi anima, quæ iudicatur: & idè colligitur ex visionibus supra citatis. Est etiam impertinens: nã etiam si non eis innosceret sententiã iudicis, tamen facillè possent per se cognoscere qualis sit ab effectu: quia videbunt se statim in inferno, aut in calo, aut in Purgatorio.

At poterunt, inquit, dubitare, an sint in inferno, vel in Purgatorio. Non ita est, nam in inferno blasphematur Deus, in Purgatorio laudatur; in inferno non est fides infusa, neque vlla spes, aut charitas Dei, in Purgatorio hæc omnia reperuntur. ergo anima, quæ videbit se sperare in Deo, laudare & diligere Deum, euidenter cognoscat se in inferno non esse.

At poterit, inquit, mettere ne in infernum mittatur, licet ibi adhuc non sit: sed neque hoc dici potest, nã eadem fides manet in illa, quàm hic habuit: hic autem credit secundum clarissima Scripturarum testimonia, post mortem non posse fieri vllos de bonis malos, nec de malis bonos, & nullum nisi malum in infernum esse mittendum, cum ergo videat se diligere Deum, & proinde se esse bonum, non metuet damnationem.

Dicitur. Nos hic videmus nos diligere Deum, & tamen non sumus certi, an simus iusti, ergo etiam anima illa non certò colligent ex dilectione sua iustitiam suam.

Respondet. Nos non videmus habitum charitatis infusum, quo iustificamur, sed ex coniecturis fallibilibus colligimus eum in nobis esse, at animæ separate sicut seipias perspicuè intuentur, nec enim pendunt ibi à phantasmatibus, ita etiam vident omnia, quæ in se habent, ac proinde vident, an habeat verum habitum charitatis, an non; præterea sciunt animas esse immobiles tam in bono, quàm in malo, ergo etiam nõ viderent habitum suũ infusum charitatis, tamẽ scirent nunquã se Deũ blasphematuras, nec odio habituras, ac proinde nõquam in infernũ mittendas. Denique ex fide nouerunt animas impiorum mox à morte corporis detrudi in infernũ, nec differri vltterius corũ supplicia: id enim omnes Catholici credunt ex cap. 16. Luca: ergo anima, quæ se vident extra infernum, credunt firmiter se in eum nunquam mittendas.

Quantum ad quartum, quòd animæ illæ propter nimios dolores impediuntur à cognitione sui status, & proinde putent se esse in inferno, & in quadam turbatione & desperatione versentur, vt Lutherus dicit, falsissimũ est. Nam primum, anima diuitis in inferno Luc. 16. non impediatur à cognitione sui status, quantò minus ergo impediatur animæ, quæ sunt in Purgatorio?

Secundò, quòd in hoc mundo impediuntur homines à recto iudicio ex intentione dolorum, prouenit ex læsione organi corporis, at ibi est pura mens spiritualis, & incorruptibilis.

Tertio, quia Ecclesia in canone Missæ dicit: Memento Domine famulorum, famularũque tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Vbi Ecclesia orat pro animabus Purgatorij: nã subdit, ipsi Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locũ refrigerij, lucis & pacis, vt indulgeas, deprecamur. At certè,

quæ

qua dormire dicuntur in somno pacis, non sunt anxie, nec desperant, sed potius habent admixtam cum summis cruciatibus incredibilem consolationem propter certam spem salutis.

QUARTO, quia si crederent se damnatas, non peterent suffragia viuorum, nec dicerent se breui liberandas, si pro eis oreretur, ut patet apud Gregorium lib. 4. Dialogorum, cap. 40. & exemplis allatis in prima quaestione.

CAPVT V.

Soluuntur obiectiones.

BIICIVNT primò testimonia quaedam Scripturarum, quibus videtur Ecclesia in officio defunctorum, dum pro animabus quae degunt in Purgatorio, orare cupit. Psal. 6. *Anima mea turbata est valde. Et ibidem: Sana animam meam, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et Psal. 114. Circumdedereunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.* Certè ista tanta perturbatio & anxietas non potest nasci ex solis poenis, sed ex incertitudine, & metu aeternae damnationis: nam si animae illae perfectae essent in charitate, & certae essent de sua salute, non ita timerent, cum scriptum sit Prouerb. 12. *Non contristabit iustum, quidquid acciderit ei.*

RESPONDEO, stultum esse, ex eo quòd Ecclesia videtur aliquo Psalmo in officio defunctorum, velle omnia verba eius Psalms intelligere ad literam de defunctis: quomodo enim intelligemus de defunctis illa verba eiusdem sexti Psalms: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo?* Itaque, Ecclesia propter vnam aut alteram sententiam, quae ad rem praesentem facit, totum aliquem locum Scripturae legere solet, etiam si maior pars illius loci ad rem praesentem non faciat. Sic in dedicatione Ecclesiae legitur Euangelium de Zachaeo, quia illa vltima verba: *Hodie salus huius domus facta est,* conueniunt aliquo modo dedicationi, & consecrationi Ecclesiae. sic in assumptione B. Virginis legitur Euangelium de Martha, & Magdalena, Luc. 10. propter illa verba: *Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea:* sic denique (ut omittam caetera) in officio defunctorum propter illa verba Psalms sexti: *Miserere mihi Domine, quoniam infirmus sum.* Et propter illa Psalms 114. *Placebo Domino in regione viuorum.* leguntur integri illi Psalms.

ADDE, quòd falsum etiam est, quòd in argumento assumitur, turbationem, & tristitiam non nasci ex dolore, sed ex incertitudine, aut desperatione salutis; nam Dominus ipse Ioan. 12. cap. de se ait: *Nunc anima mea turbata est.* Et Matth. 26. coepit contristari, & maestus esse, & tamen nec incertitudo, nec desperatio in Dominum cadere poterat. locus autem Prouerborum non debet accipi de quauis tristitia, sed de tristitia deiciencie, ac deprimente, quae mortem operatur, quam B. Paulus 2. Cor. 7. vocat tristitiam huius seculi.

ALTERA obiectio sumitur ex illa oratione, quae post Euangelium in Missa de mortuis recitatur: *Libera Domine animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, &c.*

RESPONDENT aliqui, Ecclesiam orare pro agonizantibus, ne damnentur ad inferos, sed repugnat illud: *Libera animas omnium fidelium defunctorum,* non enim agonizantes dicuntur animae defunctorum. Deinde vsus Ecclesiae habet, ut haec oratio dicatur etiam in anniuersariis defunctorum pro iis animabus, quae ante multos annos migrarunt à corpore.

ALII dicunt, hanc orationem fundi pro iis, qui sunt in Gehenna, quas interdum liberari cõtingit, ut fertur de Traiano: sed, ut omittam improbabile esse illam Traiani historiam, qui in Gehenna sunt, iam ceciderunt in obscurum, atque absorpti sunt à tartaro: quid igitur pro illis Ecclesia orat ne cadant in obscurum, neve absorbeantur à tartaro? Deinde Ecclesia pro fidelibus tantum orat:

Libera, inquit, animas fidelium defunctorum. Non autem sunt fideles, qui damnati sunt ad inferos.

DVA igitur solutiones alii dari possunt. Vna est, quòd Ecclesia orat pro animabus, quae in Purgatorio degunt, ne damnentur ad poenas Gehennae sempiternas, non quidem quòd certum non sit eas non damnandas ad eas poenas, sed quia vult Deus nos orare etiam pro iis rebus, quas certò accepturi sumus.

SED aduersus hanc responsionem obiici potest, quia etsi Ecclesia interdum orat pro iis rebus, quas certò est acceptura, nõ tamen orat pro iis rebus, quas iam accepit: porro iam accepit, ne animae illae damnentur, cum certam sententiam illa habuerint, & securissima sint: deinde mens fidelium, qui pro defunctis orant, vel orati cupiunt, certè eò fertur, ut animas illas iuuent, & expediant à praesentibus poenis Purgatorii.

VERVM istae obiectiones facillè diluuntur; nam etsi animae Purgatorii, iam acceperint primam sententiam in iudicio particulari, eaque sententia liberae sint à Gehenna; tamen adhuc superest iudicium generale, in quo secundam sententiam accepturae sunt. Quocirca Ecclesia orans, ne in iudicio extremo animae illae cadant in obscurum, neve absorbeantur à tartaro, non orat pro ea re, quam accepit, sed pro ea, quam acceptura est.

AD illud verò de intentione fidelium, respondeo etiã illi intentioni satisfieri; nam in illa oratione verumque petitur, nimirum, ut liberentur animae illae de poenis inferni, id est, Purgatorii, quas in praesenti patiuntur, & postea liberentur à sententia damnationis in extremo iudicio ferenda.

ALTERA solutio est, quòd Ecclesia verè orat quantum ad intentionem suam, ut animae liberentur à poenis Purgatorii, tamen videtur eo modo loquendi, quasi animae tunc migrarent à corpore, & in periculo essent aeternae salutis, quia commemorat, & repraesentat diem depositionis suae obitus; ut enim in celebratibus festorum Incarnationis, Natalis, Apparitionis, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini, Ecclesia ita orat, ac si tunc deberet Christus vel incarnari, vel nasci, &c. quia repraesentat illa mysteria, ut praesentia, & tamen non intendit ad literam precari ut verbum carnem assumeret, aut nasceretur de virgine, &c. sed ut nobis applicetur fructus eorum Mysteriorum, ita quoque in sacrificio pro defunctis, quia commemoratur dies obitus illorum, Ecclesia ita pro illis orat, ac si tunc morerentur, & tamen intendit orare, ut liberentur ab inferno eo modo, quo liberari possunt, id est, ut non detineantur diutius in illis poenis, vel ut refrigerium aliquod doloribus misceatur.

DEINQUE, quomodo non est absurdum, nunc post mille & quingentos annos in aduentu Domini dicere: *Rorate caeli de super, & nubes pluant iustum: aperiat terra, & germinet Saluatorem.* & alia multa id genus, ita non est absurdum pro defunctis dicere: *Libera eas de ore leonis, ne cadant in obscurum, &c.*

CAPVT VI.

De loco Purgatorii.

SEQUITUR quaestio quarta: *Vbi sit Purgatorium?* De qua quaestione nihil Ecclesia definiuit: sunt autem multae opiniones.

PRIMA quorundam, qui putant ibi animas purgari, vbi peccauerunt, id est, variis in locis, & quidem quòd variis in locis animae purgentur, satis probabiliter colligitur ex Gregorio lib. 4. Dialogorum, c. 40. & cap. 55. qui refert animam Paschalis, & cuiusdam alterius in balneis quibusdam purgatas. Nec non ex epistola Petri Damiani de miraculis sui temporis, vbi describit visionem de purgatione animae sancti Seuerini in quodam flumine. At quòd omnes ibi puniantur, vbi peccauerunt non est probabile; nam contingit aliquem in multis locis peccasse, nec est verisimile in omnibus illis purgandum. Præterea

visiones

visiones praedictae contrarium ostendunt; nam Paschalis Diaconus peccauerat Roma in electione Pontificis, purgauerat autè in thermis Puteolanis, & S. Seuerinus peccauerat in Palatio Imperatoris, & purgauerat in flumine:

SECUNDA opinio, loca animarum non esse corporalia, ita Augustinus lib. 12. de Genesi, c. 33. sed retractauit lib. 2. retractat. cap. 24.

TERCIA, loca poenalia animarum esse hunc mundum, in quo animae manent in corpore tanquam in carcere. Hanc refert, & refellit Irenaeus in fine lib. 5. cap. 31. nam Scriptura dicit, animas post hanc vitam descendere in infernum, ut patet Luc. 16. & alibi.

QUARTA, infernum & Purgatorium animae, nihil esse aliud præter conscientiam accusantem & punientem peccata. ita Philo in libro de congressu quaerendae eruditionis gratia, & Origenes, ut refert Hieronymus in epistola ad Autium. Hanc refellit; nam si ista opinio esset vera, non minùs essent nunc in inferno, vel Purgatorio, quam post mortem.

QUINTA est, infernum, & proinde purgatorium, (sunt enim loca vicina) fore in valle Iosaphat, ita refert Chryostomus, tom. 3. similem sententiam refert Gregorius lib. 4. Dialogorum, cap. 42. fortè argumentum istorum fuit, quia Christus passum infernum vocat Gehennam. Gehenna autem est vallis quaedam ad eò coniuncta cum valle Iosaphat, ut pars eius esse videatur, de quo nomine infra dicemus.

SEXTA opinio est, infernum esse statum animae extra corpus, nam dum est in corpore, in luce versatur, ut ex operibus apparet, cum de corpore exit, nihil amplius videre potest nisi beata sit, & istae sunt tenebrae exteriores: ita refert Theophylactus in c. 16. Luc.

SEPTIMA est, locum poenalem animarum non esse terram, sed aërem istum caliginosum, vbi Damones versantur, ita Gregorius Nyssenus in libro de anima, & resurrectione, Chryostomus homilia de praemiis beatorum, & auctor operis imperfecti in Matth. homil. 53. cui sententia fauet historia S. Fursi apud Bedam lib. 3. historiae Anglorum, cap. 19. illo enim defuncto cum ab Angelis in caelum deduceretur, ostensi sunt maximi ignes supra aërem, qui seruabantur (ut Angelus dicebat) ad mundi conflagrationem, & interim examinabantur ibi hominum opera.

OCTAVA est communis Scholasticorum, Purgatorium esse infra viscera terrae, inferno ipsi vicinum. Constituunt enim Scholastici communi consensu intra terram quatuor sinus, siue vnum in quatuor partes diuisum, vnum pro damnatis, alterum pro purgandis, tertium pro infantibus sine Baptismo abeuntibus, quartum pro iustis, qui moriebantur ante Christi passionem, qui nunc vacuus remanet: quorum sufficientia sumitur penes genera poenarum: sunt enim haec omnia loca poenalia, omnibus autem poena, aut est tantum damni, aut etiam sensus: & rursus aut aeterna, aut temporalis: pro poena ergo solius damni aeterna, est limbus puerorum, pro poena solius damni temporalis, erat limbus Patrum, pro poena damni & sensus aeterna, est infernus, pro poena damni & sensus temporalis, est Purgatorium.

QUIA verò haec omnia fabulas esse Calvinus dicit, lib. 2. instit. c. 19. §. 9. & similiter discipulus eius Beza in c. 2. Aetor. & magister eius, Bucerus in ca. 27. Matthaei, de singulis probandum est.

AC primò, quòd intra viscera terrae sit locus aliquis animarum, qui generali vocabulo vocatur infernus, demonstratum est à nobis lib. 4. de Christo cap. 9. inde petat lector si velit plenè cognoscere, quae ad hunc locum pertinent.

PORRO ad argumenta, quae tunc attulimus, accedant varia eruptiones ignis, quae in terra apparent, quas

non temerè B. Gregorius putat esse indicia quaedam inferni, intra viscera terrae existentis, lib. 4. Dialogorum c. 35. nam in eodem libro, cap. 30. scribit se certa relatione cognouisse, eadem ipsa hora, qua obiit Rex Theodoricus Arianus, visam fuisse animam eius iactari in focum Vulcani, quae est in Sicilia: & Laurentius Surius in historia anni M. D. XXXVII. scribit circa montem Heelam Insulae Islandiae, vnde erumpunt flammae, & audiuntur quaedam quasi tonitrua horribilia, saepe apparere animas, quae dicant se mitti ad illum montem. Haec de inferis in genere.

NUNC de singulis locis. AC primò quòd infernus damnatorum sit in profundissimis terrae partibus, probatur. Primò, quia intra viscera terrae est infernus, ut iam probauimus, sed Luc. 16. anima diuitis epulonis dicitur fuisse in inferno, & non solum in inferno, sed etiam in loco profundissimo, quandoquidem ut videret Lazarum, qui etiam tunc erat in locis subterraneis, sursum versus aspicere debuit. Præterea ratio ipsa dicit, ut si locus beatorum est in summo caelo, locus damnatorum sit in loco remotissimo à caelo, nihil autem remotius centro terrae.

DEINDE, quòd Purgatorium sit etiam sub terra, & inferno damnatorum vicinum, probatur. Primò, ex illis verbis Act. 2. *Soluis doloribus inferni,* quae intelliguntur ab Augustino epist. 99. de poenis Purgatorii; vnde etiam Ecclesia in Missa de defunctis dicit: *Libera animas defunctorum de penis inferni, & de profundo lacu.* Secundò, id confirmatur ex visione, quam refert Beda lib. 5. c. 13. historiae, vbi aperte visum est Purgatorium inferno damnatorum contiguum. Denique, Theologi ferè omnes docent eodem in loco esse, & eodem igne torqueri damnatos, & animas Purgatorii.

QUOD autè limbus puerorum sit in inferno, probatur; nam Concilium Florentinum sess. vlt. diserte definit, tam eos qui moriuntur cum peccato mortali, quam eos qui cum solo originali, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendos, & B. Augustinus lib. 1. de Baptismo paruulorum, c. 28. & lib. 5. hypogostici, c. 5. dicit fidem Catholicam non nosse nisi duo loca, vbi homines sint futuri perpetuè, caelum beatorum & infernum damnatorum. Est tamen communis opinio Scholasticorum, limbum puerorum esse in loco inferni, altiore, quàm sit Purgatorium, ita ut ad eum ignis non permearet, quam sequutus est Innocentius III. capite maiores, extra, de Baptismo, sed de hac re alibi disputandum est.

QUOD denique limbus Patrum sit in inferno, sed in parte suprema, probatum est satis accurate in lib. 4. de Christo. c. 10. Vnum solum argumentum reperimus, quod in eo loco nimis breuiter tractatum fuit. Igitur lib. 1. Regu c. 28. anima Samuelis de locis subterraneis ascendere visa est. *Vidi,* inquit Pythonissa, *Deos ascendentes de terra.*

RESPONDEBUNT aduersarij, illum non fuisse verè Samuelem, sed diabolū in forma eius, ut docent Tertullianus libro de anima prope finem, auctor quaestionum apud Iustinum quaest. 12. & auctor quaestionum veteris Testamenti quaest. 52. apud Augustinum, & auctor librorum de mirabilibus sacrae Scripturae lib. 2. c. 11. Procopius & Eucherius in hunc locum libri regum, & Isidorus lib. 8. Etymologiae, cap. 9. qui his rationibus mouentur.

PRIMò, quia non est credibile Samuelem subiectum fuisse Pythonissae, nec etiam sponte venisse, quia artem magicam confirmasset. Secundò, quia Samuel non se adorari passus fuisset, ut illa vmbra fecit. Tertio, quia nõ dixisset Sauli, *Cras tu & filij tui mecum eris.* Nec enim Saulis anima ad limbum Patrum, sed ad Gehennam descensura erat. Quarto, quia Deus negauit Sauli responsum per Prophetas, per oracula & per somnia, ut in eo capite dicitur, ergo non est credibile responsum postea fuisse per Pythonissam.

AT his non obstantibus, tenendum est, verè Samuelis

animam

animam fuisse eam, quæ apparuit, & proinde vehemèter confirmari sententiam nostram de loco subterraneo animarum. Nam in primis auctores citati sunt omnes aut incerti, aut obscuri: at qui contrarium docent, certi & clarissimi sunt; nimirum Iosephus lib. 9. antiq. c. 15. Iustinus in Dialogo cū Tryphone ultra medium, Basilus ep. 80. ad Eustachium medicum. Ambr. in c. 1. Luc. Hieronymus in c. 7. Isaiæ, & August. lib. de cura pro mortuis, c. 15. Neque obstat, quod Aug. lib. 2. ad Simplicianum, q. 3. dubitauerit, an fuerit illa anima, nec ne; nam librum de cura pro mortuis, scripsit posterius, & re diligentius cōsiderata. Præter hos veteres idem docent recēiores in hunc locū Lyranus, Abulensis, Dionysius Carthusianus, & Caietanus. Sunt etiam pro hac sententia fortissima rationes.

P R I M A, quia Scriptura perpetuò vocat Samuelem, eum qui apparuit: *Cum vidisset, inquit, mulier Samuelem. Et rursum: Dixit Samuel ad Saul. Et intellexit ergo Saul, quod Samuel esset.* At certè non diceret, intellexit; sed cogitavit vel putavit, si id non esset verum.

S E C U N D A, quia Eccles. 46. ponitur in laudibus Samuelis, quod mortuus prophetauerit, & annuauerit regi quæ ventura erant. At quanam laus est, quod Diabolus alicuius speciei assumat, & decipiat; & hoc est argumentū propter quod August. libro de cura pro mortuis asserit, verè fuisse Samuelem illum, qui apparuit, cuius testimonij non meminerat, cum scriberet ad Simplicianum.

T E R T I A, quia prædixit Sauli futura, quæ diabolus scire nō poterat, nimirū sequenti die eum cū filiis periturum, exercitium dissipandum, Dauidem regnaturum, &c.

V L T I M Ū, quia rationes contrariæ nihil concludunt.

A D primum dico, Samuelem non venisse iussu Pythonissæ, sed iussu Dei, & potius impediuisse quàm confirmasse artem magicam; præuenit enim Samuel aduentu suo effectum incantationis; & contrariò modo ascendit atque alij soleant, qui per incantationem excitantur, & hæc est causa cur Pythonissa turbata fuerit, & sibi impositum diceret. Si enim verum est, quod Rabbinii scribunt, vmbra mortuorum, quæ vi magicæ artis euocantur, capite deorsum verso ascendunt: Samuel autem recta figura ascendit, ita vt primum caput, deinde pectus, postremò pedes, è terra emergere visi sint.

A D secundum dico, illam adorationem non fuisse latricam, sed reuerentiam debitam animæ Samuelis.

A D tertium dico, illud, *Mecum eritis*, nō significare, in sinu Abraham eritis, sed mecū eritis sub terra, id est, mortui eritis; nā cum inter filios Sauli esset etiam Ionathas iustus, non erant descenduri ad eundem locum Saul, & Ionathas, & tamen Samuel dicit in genere: *Mecum eritis.*

A D quartum dico, Deum se iuratum Sauli ostendere voluisse, idque fecisse tam non respondendo, quando interrogabatur, quàm respondendo, quando non interrogabatur; verumque enim est signum iræ.

A D e, quod cum Saul interrogabat Deum, si Deus respondisset, potuisset Saul declinare bellum, & penam sibi à Deo paratam; at cum interrogauit Pythonissam, iam erant omnia parata, & acies instructæ, & in conspectu posita, vt nullo modo prælium detractari posset: tūc ergo Deus, vt magis puniret Saulē, prædixit ei per Prophetam interitum suum, & filiorum, & totius exercitus.

H A B E M V S igitur, Purgatorium, infernum, ac limbos Patrum & puerorum, loca subterranea esse.

CAPVT VII.

Sine post hanc vitam aliquis locus pro animabus iustis, præter cælum, & Purgatorium.

DE prædictis receptaculis subterraneis animarum, duo quædam à Theologis tractari solent, quæ hinc breuiter inferere placuit, plenioris doctrinæ causa. Primum, quæritur, an præter hæc loca sit aliquis alius locus, vbi retineantur animæ, antequam ad regnū cælorum perueniant. Secundò, an ex his locis egredi possint.

Q U A N T V M ad primum, difficultas est satis magna, quia ex vna parte omnes Theologi docent, non esse alia receptacula præter quatuor numerata, & Conciliū Florentinum sess. vi. definit, animas, quæ nihil purgandum habent, mox recipi in cælum. Ex altera parte narrat Beda lib. 5. hist. c. 13. visionem valde probabilem, cui ipse fidem habere non dubitauit, fuit autem in illa ostensum cuidam animæ, quæ ad corpus postea rediit, præter infernum & Purgatorium, & regnum cælorum, quoddam quasi pratum florentissimum, lucidissimum, odoratum, amœnum, in quo degebant animæ, quæ nihil patiebantur, sed tamē ibi manebant, quia nondum idoneæ erant visioni beatæ: cui reuelationi multas alias conformes adducit Dionysius Carthusianus in Dialogo de iudicio particulari, art. 31. & Gregorius lib. 4. Dialogorum, cap. 36.

V I D E T V R mihi dicendum, non esse improbableem talem aliquem locum reperiri: ceterum eiusmodi locum ad Purgatoriū pertinere, etsi enim ibi nulla sit pœna sensus, tamen est pœna damni: pœna autem non conuenit nisi animæ, quæ nondum plenè purgata est. itaque erit locus ille micissimum Purgatorium, & quasi carcer quidam senatorius, atque honoratus.

CAPVT VIII.

Num ex receptaculis suis animæ defunctorum egredi valeant.

ALTERIVS autem quæstionis triplex esse potest sensus. Primus, an possint exire nunquam reditura, quia nimirum transferantur de vno receptaculo ad aliud. Secundus, an possint exire, vt rursum redeant ad suum locum. Tertius, an possint ita egredi, vt hinc nobiscum iterum viuant.

Q U A N T V M ad primum sensum, facile responderi potest, ex inferno damnatorum, limboque puerorū non dari regressum; ex Purgatorio, limboque Patrum dari; sunt enim animæ impiorum damnatæ ad perpetuos carceres, & ignes Gehennæ; & similiter animæ puerorum ad perpetuum exilium, & tenebras. Animæ autem sanctorum Patrum damnatæ erant ad exilium temporale, & animæ Purgatorij ad carceres temporales. ratio est, quia causa carceris, vel exilij damnatorum est culpa mortalis actualis, vel originalis, quæ nunquam remittitur; causa autem, exilij Patrum fuit debitum temporale contractū ex peccato primi parentis, ille enim suo peccato cælum clauserat, quod aperiri non potuit, nisi Christi sanguine reipsa effuso, causa verò Purgatorij est reatus temporalis, quæ pœnæ necessariū finem habet.

C O N T R A hoc tamen est auctoritas Ioannis Damasceni, qui in oratione de mortuis dicit, orationibus S. Theclæ liberatam de inferno animam Falconillæ cuiusdam foemina pagana, & orationibus S. Gregorij Papæ animam Traiani Imperatoris.

R E S P O N D E O, si hæc historia defendi debeat, oportere dicere, Traianum non fuisse damnatum absolute ad inferos, sed solum punitum in inferno secundum præsentia eius demerita, & suspensam sententiam propter præuisas B. Gregorij preces, & præterea non immediate ex inferno ad cælum transiisse, sed prius corpori vnitum, & tunc baptizatum, & penitentiam in hac vita egisse; ista enim est communis solutio S. Thomæ, Durandi, Richardi, & aliorum in 4. dist. 45.

Q U I A tamē Traianum resurrexisse, sine teste dicitur; nec enim vllus veterum huius rei meminit, & repugnat hoc sententia Damasceni, qui satis aperte docet de inferno ad cælum transiisse, non autem ad hanc vitam rediisse Traianum: etsi penitentiam egit, in inferno illam egisse: cum tamen solius Damasceni auctoritate nitantur auctores citati, idè magis propendeo in sententiam Melchioris Cani, qui lib. 11. de locis, cap. 2. simpliciter improbat hanc historiam, vt confictam, & dominicè à Soro, qui in quarto dist. 45. quæst. 2. art. 2. dicit, hanc historiam

sibi

sibi creditu durissimam esse, non obstante Apologia Alphonsi Ciaconi, pro hac historia ante hoc triennium edita. Rationes autem quibus moueor sunt quatuor.

P R I M A, quia quotquot hanc historiam admiserunt, id fecerunt propter Damasceni auctoritatem; at librum illum non esse Damasceni facile probari potest, nam in eo libro auctor non solum dicit Traianum, & Falconillam ab inferno damnatorum ad regnum cælorum transiuisse, sed etiam multos alios, qui in infernum descēderant, quia fide diuina caruerint, à Christo conuersos, & saluatos, quando ad inferos descendit: quod & per se erroneum est, & contrarium verbis Damasceni lib. 2. de fide, cap. 4. vbi dicit, hominibus id esse mortem, quod fuit Angelis casus.

S E C U N D A ratio est, quia nullus auctor Latinus historie eius meminit, vt Paulus Diaconus, Anastasius Bibliothecarius, Marianus Scotus, Ado, ac ne ipse quidem Beda, qui B. Gregorij studiosissimus fuit, immò in ipsa Romana Ecclesia, & eius Archiuis nulla huius rei memoria existabat, quando Ioannes Diaconus vitam B. Gregorij scripsit: ipse enim vitam B. Gregorij ex Archiuis Romanis diligentissimè collegit, & tamen libro 2. ca. 44. dicit, hanc historiam de Traiano repertam in Ecclesia quadam Anglorum, nec fidem certam illi habitam à Romanis.

T E R T I A, quia B. Gregorius lib. 34. mor. c. 13. disertè docet, nō posse orari pro infidelibus defunctis, quemadmodum nec pro diabolo, quando quidem in eadem eterna, & irreuocabili damnatione sunt, quomodo ergo credibile est eum id fecisse: Respondet Abulensis quæst. 57. in quartum librū Regum, idè Gregoriū peccasse mortaliter orando pro Traiano, sed absurdissimum est, & ferè blasphemum, cum constet Gregorium virum fuisse non modò sanctissimum, verum etiam prudentissimum. Deinde si peccauit mortaliter orando, quomodo fuit exauditus? Num Deus placatur, quando offenditur. Respondet Ciaconus, non peccasse Gregorium orando; sed meruisse potius, quia licet ordinariè non liceat orare pro damnatis, tamen licet ex peculiari instinctu diuino.

A T contra, eadem historia refert Gregorium propter hoc peccatū punitum fuisse perpetuo dolore stomachi, & pedum. Respondet ipse, hunc dolorem non datum Gregorio in pœnam, sed ne elatio illi subreperet. At contra, nam Petrus Diaconus, quem ipse citat ex libro quodam bibliothecæ Vaticanæ, dicit, Gregorio ab Angelo dictum fuisse, quod quia præsumperat hoc petere, laboraret vsque ad mortem dolore, &c. ergo in pœnam peccati, nam præsumptio peccatum est.

Q U A R T A ratio est, quia argumenta Ciaconi non concludunt, ipse enim nititur præcipuè his testibus. Primum, testimonio Petri & Ioannis Diaconorum Gregorij, quod exstare dicit in bibliotheca Vaticana. Secundò, testimonio innominati auctoris, qui scripsit vitam B. Gregorij, quæ præponitur operibus eius impressis Basilea anno M.D.LXIV. qui auctor videtur vixisse tēpore ipsius Gregorij. Tertio, testimonio Damasceni. Quarto, testimonio Ioan. Diaconi lib. 2. 44. vitæ B. Gregorij. Quintò, testimonio S. Thomæ. Sextò, testimonio S. Brigittæ. Septimò, testimonio Mechridis.

P R I M V M testimoniū mihi valde suspectum est, nam si illud esset verè Petri Diaconi, nō diceret Ioannēs Diaconus, historiā hanc nō exstare in Romana Ecclesia, sed solum apud Anglos: præterea iste Petrus dicit, Gregorium à Deo petiuisse, vt quotquot sepelirentur in Ecclesia S. Andrea in cliuo Scauri, non possent damnari, dummodo fidem tenuerint Christianam, & impetrauissent. At certè Gregorius vir prudentissimus nunquam ita orasset: nam vel intelligit de fide informi, vel deformata: si de informi, ergo voluisset saluari homines morientes sine charitate, quod quis credat: si de deformata, nō erat opus id pe-

tere, nam vbicūque sepeliatur, qui moritur cū charitate damnari non potest.

A D e, quod totum illud fragmentum redolet nouitatem, & proinde supposititiū videtur; vocat enim Gregorium diuum, quod nomen eo tempore erat inusitatum. Item anteponit Cardinales Episcopis; quod repugnat Ioanni Diacono, qui in vita S. Gregorij scribit, ex Cardinalibus consueuisse promoueri à Gregorio multos ad Episcopatum, vt ad gradum altiore: alia quoque habet non pauca signa nouitatis.

T E R T I V M testimonium iam est reiectum. **Q U A R T V M** est contra ipsum Ciaconum; nam Ioannes Diaconus dicit, animam Traiani non esse liberatam de inferno, sed solum id obtinuisse, vt in inferno existens non pateretur pœnam ignis, Ciaconus autem vult eam esse in cælo beatam.

Q U I N T V M est etiam contra ipsum; nā B. Thomas vbi ex professo hoc tractat, nimirū in 4. dist. 45. q. 2. probabilissimum putat animam Traiani liberatam solum à pœnis inferni vsque ad diem iudicij, ac deinceps cruciadam cum cæteris.

S E X T V M est valde obscurum; nam S. Brigitta non dicit Traianū esse saluum, sed solum eleuatum ad gradū altiore, vbi indicat in inferno aliquid salutis recepisse.

S E P T I M V M est expressè contra ipsum: nā Mechthildis dicit, se petiuisse à Domino quid egerit cum animalibus Sampsonis, Salomonis, Origenis, & Traiani, & responsum esse, Deum velle esse omnibus in cognitione, quid sua liberalitas cum illis egerit: si ergo Deus vult esse incognitum, non est credendum auctoribus, qui asserunt Traianum esse in cælo. Adde, quod Deus in hac reuelatione cōiungit Traianum cum Origene: At in prato spirituali, quod citatur à VII. Synodo, & à Ioanē Diacono lib. 2. c. 45. vitæ B. Gregorij, narratur alia reuelatio, qua Origenes visus est in Gehenna ignis cum Ario, & Nestorio, & V. Synodus e. i. dicit anathema Origeni, sicut Ario, Nestorio, & cæteris hæreticis.

Q U A N T V M ad secundum, quidam existimant animas non posse vnquam de suis receptaculis egredi, sed omnes apparitiones esse dæmonum, qui fingunt se esse animas de Purgatorio excentes, & suffragia postulantes. ita Tertulianus lib. de anima circa fin. & auctor quæstionum ad Antiochum q. 11. & 13. idè videtur dicere Chrysostomus hom. 29. in Marth. & hom. 2. & 4. de Lazaro, & Theophylactus in cap. 8. Matthæi: quamquam hi duo, si bene legantur, non dicunt nullo modo posse animas egredi ad nos, sed non posse egredi pro arbitrio suo, nec verti in dæmones, nec vagari inter nos more dæmonum. Hæretici huius temporis omnes apparitiones animarum rident, tanquam dæmonum illusiones, præcipuè Magdeburgenses.

V E R I S S I M A tamen est Augustini sententia libro de cura pro mortuis, c. 15. & 17. nimia impudentiæ esse negare animas interdum ad nos redire Deo iubete, vel permitte; habemus enim testimonia grauissimorum auctorum, de regressu animarū ex omnibus receptaculis, præterquam ex limbo puerorum. Nam quod ex cælo anime beatæ ad nos aliquādo veniant, sunt exempla certissima apud Eusebium lib. 6. hist. c. 5. Augustinū de cura pro mortuis, c. 16. Sulpitiū in vita Martini, Paulinū in vita Ambrosij, Theodoretum lib. 5. hist. c. 24. Gregorium libro 3. Dialogorum, cap. 24. & 25. & in VII. Synodo actio. 4.

Q U O D ex limbo Patrum apparuerint animæ probat Augustinus libro de cura pro mortuis, c. 15. & 16. ex lib. 1. Regum, c. 28. vbi Samuelis anima apparuit Sauli, & ex Matt. 17. vbi Moses apparuit cum Helia in monte Thabor, quamuis enim Hilarius in hinc locum, & Ambrosius li. 1. de Cain, c. 2. dicat, Mosē adhuc viuere, tamē contrarium expressè habetur Deut. vltimo, & Iosue primo.

QUOD ex purgatorio apparuerint, sunt exēpia apud Gregorium lib. 4. Dialog. cap. 40. & 55. & alios auctores supra citatos. Quod denique ex inferno, probat multis exemplis auctor librorum de proprietatibus apum, & idem apparet ex illa apparitione doctoris Parisiensis in vita B. Brunonis, qui post triduum à morte dixit se condemnatum. Credibile est, animam illam mox à morte in infernum descendisse, sed tamen ter apparuisse, & Primum, manifestasse suam accusationē. Secundò, suum iudicium. Tertio, suam damnationem, vt hoc modo pluribus innotesceret hoc exemplum.

QUANTUM ad tertium, quòd aliqui ex Purgatorio & limbo Patrum fuerint ad vitam reuocari, nulli dubiū esse potest. Nā mortui, quos excitauit Helias, Heliseus, Dominus Christus, & Petrus, & Paulus, cum fideles fuerint, creduntur fuisse in Purgatorio, aut in limbo: neque vllum sequitur inconueniens, si ex his locis aliqui resurgant, siquidem hoc nihil aliud est, quàm mutare illis exilium, vel carcerem.

DICES, at iam erant certi de sua salute, & per resurrectionē fieri incerti. Respondet bene Abulensis quæst. 57. in 4. Regum, omnes eos, qui ex Purgatorio aut limbo Patrum in vitam reuocati fuerunt, sine dubio confirmatos fuisse in gratia, vt nullo modo perire poterint, quia alioqui iniuria illis facta fuisset.

QUOD autem ex cælo, aut inferno damnatorum reuocari possent ad vitam, videretur incredibile, nisi exstarent exempla, quæ negari nō possunt. Nam B. Grego. lib. 1. Dialogorū, c. 9. scribit, à S. Fortunato excitatum fuisse Marcellum quendam virum sanctum, qui ab Angelis in optimum locum ductus fuerat. Et c. 12. scribit à S. Seuerō excitatum quendam virū pessimum, qui à Dæmonibus in infernum deducebatur. Hegeppus scribit lib. 3. c. 2. B. Petrum excitasse quendam Cæsaris Ethnicum à morte. Nec dubitari potest, quin Apostoli aliquos Ethnicos excitauerint. Maximus serm. 2. de sancta Agnete, dicit, ab ea excitatum filium præfecti, qui in peccato mortali obierat. Et Euodius lib. 1. de miraculis Sancti Stephani, dicit puerulum mortuum ante Baptismum, ad reliquias sancti Stephani excitatum.

DICO igitur, beatos iam existentes non posse reuocari ad vitam, siquidem beatitudo includit certitudinem de non amittenda vnquam felicitate, vt B. Augustinus docet de correptione & gratia, c. 10. & ratio est manifesta, quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: non habet autem omnia bona, qui non habet illam certitudinem. Si igitur aliqui sancti vici redierunt ad corpus, non fuerunt beati, sed Deus præiudicēs eorum excitationem, distulit eorum beatificationē, & interim detinuit eos in optimo aliquo loco, vt accidit Marcello illi, de quo Gregorius loquitur.

DE damnatis similiter dico, damnatū absolutē ad pœnas aternas, non posse reuocari ad vitam, quoniā alioqui fieret incerta impiorum dānatio; & sanè B. Augustinus lib. 21. de ciuitate Dei, c. 24. nimie præsumptionis esse dicit asserere, eos non manuros perpetuò in igne, quibus Veritas dicit, Mat. 25. *Ite in ignem aeternum*: dicit autem hoc Veritas omnibus, quos damnat tam in particulari, quàm in vniuersali iudicio. Præterea nullus esset damnatorum, qui non posset sperare salutem, & pro quo non possemus orare: nunc enim non oramus pro infidelibus damnatis, quia secundum fidem credimus eos non posse saluari: si possunt saltem ex priuilegio saluari, certè pro illis orandum esset, sicut in hoc mundo oramus pro obstinatis in malo, vt Deus det illis gratiā efficacem, quæ certè non datur, nisi ex priuilegio.

SED obiicit Abulensis quæst. 57. in quartum librum Regum, ei, qui excitatur ab inferno damnatorum, non remittitur neque culpa, neque pœna per ipsam excitationē, neq; aliud miraculū hīc necessariū est, quàm sim-

plex mortui resuscitatio, ergo fieri potest, vt tales redeāt.

RE S P O N D E O, non remitti culpam, neque pœnam, sed dari beneficium æquiuale, quia ponitur in statu, in quo poterit à culpa & pœna liberari; ex quo sequuntur omnia absurda supra dicta, quòd non erit certa impiorū dānatio: quòd salutem illi sperare poterunt: quòd licebit pro eis orare.

AD illa exempla, quæ adferuntur, respondet Sotus in 4. distinct. 45. quæ. 2. art. 2. omnes Ethnicos, quos Apostoli excitauerunt, laborasse ignorantia inuincibili fidei, & proinde in Purgatorio fuisse.

AT quid respondebit Sotus Ambrosio, qui sermone 9. & Maximo, qui serm. 2. dicunt, beatam Agnetem excitasse filium præfecti, quem Diabolus necauerat, cum voluisset ipsam virginem sanctam stuprare? Igitur dico, eos qui sunt excitati, cum mererētur pœnas aternas, nō fuisse damnatos, sed suspensam eorum sententiā, & interim punitos secundum præsentem iniusticiam, vt beatus Thomas docet in quartū sententiarum, distinctione 45. quæstio. 2. articulo 2. quomodo etiam respondent Richardus, Durandus, & alij ibidem.

CAPVT IX.

De tempore, quo durat Purgatorium.

AM Verò de tempore, quo Purgatorium permanebit, duo sunt errores extremi: Primus error est Origenis, qui extendit tempora Purgatorij vltra diem resurrectionis: ita enim habet homilia decima quarta in Lucam, *Ego puto, inquit, quòd & post resurrectionem ex mortuis indigeamus Sacramento eluere nos, atque purgante: nemo enim absque sordibus resurgere poterit.* Hic tamen est error exploratus, nam B. Augustinus lib. 21. de ciuit. Dei, c. 16. *Purgatorias pœnas, inquit, nullas futuras opinetur, nisi ante illud vltimū tremendumq; iudiciū.* Et ratio est, quia Dominus Matth. 25. in iudicio solūm duos ordines hominum dicit futuros, vnum beatorum, alterum damnatorum.

DICES, Anima non peccauit sola, sed simul cum corpore: igitur simul cum corpore purgari debet, proinde post resurrectionem homines purgabuntur.

RE S P O N D E O, si argumentum concluderet, probaret etiam, animam separatam non posse puniri in inferno, nec voluptatibus in cælo frui, contra Euangelium, Lucæ, 16. *Crucior in hac flamma.* Et Lucæ 23. *Hodie mecum eris in paradiso.*

DICO igitur, meritò puniri animam etiam solā, quia ipsa est subiectum & causa efficiens peccati: nam sunt quædam opera hominum, quæ nō possunt fieri, nisi à toto cōposito, hec recipi, nisi in totum cōpositum, vt illa omnia quæ sunt à potētis organicis, vt loqui, videre, audire, &c. & talia dissoluto cōposito non inueniuntur amplius, & siquidem tale esset peccatum, argumentum planè cōcluderet, at nō ita est, peccatum enim est actus liberi arbitrij, & ided à sola voluntate propriè fieri dicitur, & in sola voluntate formaliter inuenitur: dissoluto ergo homine, peccatum integrè, & solūm reperitur in voluntate, & per illam in anima, non autem in carne mortua: ibi autem puniri, vel purgari debet, vbi inuenitur.

AD DE etiam, quòd caro suo modo quoque punitur: nam vt anima separata punitur pœna damni, quia caret visione Dei, & pœna sensus, quia torquetur igne; ita caro punitur pœna dāni, quia caret vita, & pœna sensus, licet improprie, quia paulatim putrescit, & cin cineres redigitur: tamen prior solutio est melior; nam etiā corpora Sactorum hæc patiuntur, qui tamen purgatione non egent.

ALTER error est Lutheri, qui è cōtrario nimis breue efficit Purgatorium. Vult enim, omnes peccati reliquias dolore mortis purgari in iis, qui in fide moriuntur, & ided nullum aliud esse Purgatorium, præter mortem. Hic error facilè refelli potest: nam per reliquias peccatorum vel intelligitur fomes, vel mali habitus cō-

tracti, vel reatus pœnæ temporalis, vel peccata venialia; hæc enim sola & omnia remanere possunt in homine iustificato ex iis, quæ ad peccatum pertinent, & proinde reliquie peccatorū dici possunt. Ac primum, fomes tollitur quidē in morte, quia tunc extinguitur sensualitas; sed nō propter fomitem nos Purgatorium cōstituumus, alioqui etiam pueri baptizati moriētes, deberēt purgatorias pœnas pati, cum Baptismus eis non abstulerit fomitem.

AT Augustinus lib. 21. de ciuit. Dei, c. 16. disertè docet, eiusmodi pueros nullas pati purgatorias pœnas. Mali autem habitus, qui in voluntate existunt, nō necessariò extinguntur per mortem, quādoquidem sunt in potētis, quæ organo non sunt alligatæ, vt patet. Nec tamen propter huiusmodi habitus constituimus Purgatorium; nam alioqui sequeretur, adultos, qui post multos malos habitus contractos baptizantur, & statim moriuntur, vel certè pro Christo occiduntur, non posse saluari, nisi per Purgatorium, quia nec baptismus, nec martyrium dissoluit eiusmodi habitus. Videmus enim baptizatos adhuc habere easdem malas propensiones, quas antea habebant, & oportere eos paulatim actibus contrariis eiusmodi habitus tollere.

CR E D I B I L E igitur est, omnes istos habitus tolli per primum actum contrarium animæ separatæ, quem statim à separatione elicit. Etsi enim hīc non possit vno actu destrui habitus contractus per multos actus, tamen ibi poterit, quia actus ille multò vehementior erit, cum anima tunc sit potētor quantum ad actus spirituales, nec habeat fomitem contrariū & resistētē, vt hīc habet.

RE S T A T ergo reatus pœnæ, & peccata venialia, quæ propriè dici possunt reliquie peccatorū, ob quas est Purgatorium. Has autem reliquias aliquando certum est in morte purgari, aliquādo certum est non purgari, aliquādo dubium est quid fiat, & probabilissimum est, partim purgari, partim non purgari.

PR O B O singula. Ac primum quidem, quia mors violenta pro Christo suscepta, quæ dicitur martyrium, sine dubio purgat omnes huiusmodi reliquias; Cyprianus enim li. 4. epist. 2. clarè dicit, peccata omnia passione purgari, & quòd non loquatur de culpis mortalibus, patet, quia ibidem dicit, sine charitate nec martyriū quidquā prodesse; quod ante Cyprianum docuerat beatus Paulus in priori Epist. ad Corinthios c. 13. Itaq; Ecclesia nunquā orat pro Martyribus, quia, vt Augustinus dicit serm. 17. de verbis Apostoli; *Iniuria est orare pro Martyre, cuius nos debemus potius orationibus commendari.*

SE C V N D O, certum est etiam, vna Purgatorij pœnam esse carentiam diuinæ visionis, non enim possunt animæ illæ nō dolere, quòd videāt se propter suas culpas impediri à fruitione summi boni, quæ vocatur pœna damni. **C**E R T V M est tertio, præter hanc pœnam esse etiā aliam pœnam, quam Theologi vocant pœnam sensus, quæ consistit in aliquo dolore proueniente aliunde, quæ ex carentia visionis Dei: vt enim qui peccat, auertit se à summo bono, & conuertit inordinatè ad creaturas, ita postea puniri debet non solūm, carentia summi boni, sed etiam afflictione inflicta ab aliquo alio creato obiecto. **C**E R T V M est quarto, in Purgatorio, sicut etiam in inferno esse pœnam ignis, siue iste ignis accipiatur propriè, siue metaphorice, & siue significet pœnam sensus siue damni, vt quidā volunt. Quòd enim aliquis ignis sit in Purgatorio & in inferno, patet tum ex illis verbis B. Pauli prioris epistolæ ad Corinthios, cap. 3. *Saluus erit quasi per ignem.* Et Matth. 25. *Ite in ignem aeternum.* tum ex testimonio Patrum citatis in primo libro; omnes enim ignem appellabant Purgatorij pœnam.

HI S certis positis, & in quibus omnes conueniunt, dubium est. Primum, An ille ignis sit propriè dictus ignis, an metaphorice? Secundò, si sit propriè dictus, quomodo possit agere in animas separatatas? Tertio, à quibus ministrēt istæ pœnæ, à dæmonibus sine, an ab Angelis bonis, an per se agant? Quarto, an ista pœna sit maior omnibus pœnis huius vitæ?

CAPVT XI.

Ignem Purgatorij esse corpuscum.

VANTVM ad primum, communis sententia Theologorum est, verum & propriū esse ignē, & eiusdem speciei cum nostro elemētari. Quæ

pore liberari possumus ab omni pœna, quare non multò citius in Purgatorio; cum illæ pœnæ sint pœnæ in infinitum grauiorē, & intensiores istis: Præterea, hīc sunt proluxæ pœnæ, quia non possunt esse multum intensæ, nam subiectum destruerent, at post hanc vitam possunt esse intensissimæ, quia subiectum est incorruptibile: ergo credibile est Deum illas animas ad gloriam anhelantes breuissimo tempore per intensissimas pœnas purgare: sed istæ rationes non concludunt.

AD primam dici potest, hīc esse tempus misericordiæ, illic iustitiæ.

AD secundam dico, Deum posse compensare extensionem intensione, sed nolle, alioqui sequeretur, animas non manere in Purgatorio ad vnā horam, quia potest Deus augendo intensiorem redigere pœnas decem annorum ad vnā horam.

PR A E T E R E A, repugnant huic sententiæ probatissimæ visiones Sanctorum. Scribit enim Beda lib. 5. historiarū, c. 13. cuidam ostēdas fuisse Purgatorij pœnas, dictumque illi esse, animas quæ in Purgatorio degunt, saluandas omnes in die iudicij, licet aliquæ orationibus & elemosynis viuētium, & præcipuè altaris sacrificio, iuuentur, vt etiam ante diem iudicij liberentur; vbi clarè indicat, aliquos iam defunctos vsque ad diem iudicij mansuros in Purgatorio. Similes visiones multas asserre possemus ex Dionysio Carthusiano, & ex aliis.

RE P V G N A T etiam Ecclesiæ consuetudo, quæ anniuersaria sacra celebrat pro defunctis, etiam si cōster eos ante centum, vel ducētos annos esse mortuos, quod certè non fieret, si Ecclesia crederet, non puniri animas vltra decem annos. Res igitur est incertissima, & non nisi temerè, definiri potest.

CAPVT X.

Qualis sit Purgatorij pœna.

DE pœna Purgatorij quædam sunt certa, & quædam dubia. Primum, certum est, Purgatorij pœnam nō esse desperationem & metum Gehennæ, vt Lutherus sentit; id enim iam refutatum est.

SE C V N D O, certum est etiam, vna Purgatorij pœnam esse carentiam diuinæ visionis, non enim possunt animæ illæ nō dolere, quòd videāt se propter suas culpas impediri à fruitione summi boni, quæ vocatur pœna damni.

CE R T V M est tertio, præter hanc pœnam esse etiā aliam pœnam, quam Theologi vocant pœnam sensus, quæ consistit in aliquo dolore proueniente aliunde, quæ ex carentia visionis Dei: vt enim qui peccat, auertit se à summo bono, & conuertit inordinatè ad creaturas, ita postea puniri debet non solūm, carentia summi boni, sed etiam afflictione inflicta ab aliquo alio creato obiecto.

CE R T V M est quarto, in Purgatorio, sicut etiam in inferno esse pœnam ignis, siue iste ignis accipiatur propriè, siue metaphorice, & siue significet pœnam sensus siue damni, vt quidā volunt. Quòd enim aliquis ignis sit in Purgatorio & in inferno, patet tum ex illis verbis B. Pauli prioris epistolæ ad Corinthios, cap. 3. *Saluus erit quasi per ignem.* Et Matth. 25. *Ite in ignem aeternum.* tum ex testimonio Patrum citatis in primo libro; omnes enim ignem appellabant Purgatorij pœnam.

HI S certis positis, & in quibus omnes conueniunt, dubium est. Primum, An ille ignis sit propriè dictus ignis, an metaphorice? Secundò, si sit propriè dictus, quomodo possit agere in animas separatatas? Tertio, à quibus ministrēt istæ pœnæ, à dæmonibus sine, an ab Angelis bonis, an per se agant? Quarto, an ista pœna sit maior omnibus pœnis huius vitæ?

CAPVT XI.

Ignem Purgatorij esse corpuscum.

VANTVM ad primum, communis sententia Theologorum est, verum & propriū esse ignē, & eiusdem speciei cum nostro elemētari. Quæ

sententia non est quidem de fide, quia nusquam ab Ecclesia definita est, immo in Concilio Florentino Græci aperte professi fuerant, se non ponere ignem in Purgatorio, & tamen in definitione facta lesione vltima, definitur Purgatorium esse, nulla mentione ignis habita. Tamen est sententia probabilissima:

PRIMO, propter consensum Scholasticorum, qui non potest nisi temerè contemni.

SECUNDO, propter Gregorij auctoritatem libro 4. Dialogorum, c. 29. ubi disertè asserit, ignem, quo puniuntur animæ, esse corporeum. Neque obstat, quod lib. 15. cap. 14. moralium dicit, ignem Gehennæ esse incorporeum; est enim mendum scriptorum, qui posuerunt (incorporeum) pro (corporeum) vt patet ex sequentibus: dicit enim statim corporaliter vrere.

TERTIÒ, propter Augustinum, qui in eandem sententiam propendit lib. 21. c. 10. de ciuitate Dei.

QUARTO, quia in scriptura passim pœna impiorum vocatur ignis; & regula Theologorum est, vt verba Scripturarum accipiatur propriè, quâdo nihil absurdi sequitur.

QUINTO, quia corpora damnatorum puniuntur igne post resurrectionem, vt patet Marthæ 25. *Ite in ignem æternum*, at corpora non possunt vri, nisi igne corporeo. Est autem idem ignis corporum damnatorum, & spirituum corpore vacantium; nam ibidem dicitur: *Qui paratus est diabolo & Angelis eius.*

SEXTO, quia Sapient. vndecimo dicitur: *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur*; sed homines peccant sepe sensibilia oblectamenta inordinate cupiendo, ergo puniri debent sensibilibus obiectis; ignis igitur, quo puniuntur, sensibilibus est.

SEPTIMO, id confirmatur ex eruptionibus ignis in monte Aetna, aliisque locis, de quibus diximus cap. 6.

CAPVT XII.

Sciri non posse quomodo ignis corporeus animas vrat.

DE secundo, verissima sententia est, non posse in hac vita sciri, quomodo ignis corporeus agat in animam incorpoream; id enim ingenue confitetur Durandus in 4. distinctione 44. quæst. vlt. & ante Durandus beatus August. lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 10. ubi dicit, animas torqueri ab igne miris, sed veris modis. & beatus Gregorius, cum lib. 4. Dialogorum, c. 29. dicit, ex igne visibili inuisibilem pœnam, animas trahere: vocat enim inuisibilem pœnam, quia occulta & incognita est nobis. Sed licet non sciamus quomodo id fiat, posse tamen fieri, docet Augustinus ex alio simili: videmus enim animam incorpoream vniri corpori humano, & ei vitam dare, & cum illo simul gaudere & pati, cum tamen modus huius vnionis sit planè ineffabilis. Quis capiat, quomodo spiritus sit forma corporis, cum inter corpus & spiritum nulla sit proportio? Sicut ergo potuit vniri spiritus carni, vt illi vitam communicaret, ita potest vniri spiritus igni, vt ab illo pœnam trahat, licet modus vtriusque vnionis sit prorsus incognitus.

CAPVT XIII.

An in Purgatorio torqueantur anima à demonibus.

DE tertio dubio res est omnino incerta: nam quod non torqueantur à Dæmonibus, nec ab Angelis, sed à solo igne, docet Scholastici, vt D. Thomas in quarta distinctione 20. art. 5. & ratione reddunt, quia omnes animæ Purgatorij in vltimo conflictu diabolum superarunt, idè non docet iustitiam diuinam, vt sinat eas ab hoste deuictò vexari. Deinde, hic in terris etiam perfectos viros demones vexant, quia sperant se posse eos ad peccatum pertrahere: at animas Purgatorij sciunt in gratia confirmatas non posse cadere, & vexationem illis necessariò profuturam ad celeriore purgationem, non igitur credibile est, Dæmonum opera animas illas cruciari.

EX ALTERA parte, quod à demonibus torquean-

tur animæ Purgatorij, docent multæ reuelationes, vt illa beati Fursæi apud Bedâ lib. 3. historiarum, c. 19. & apud Dionysium Carthusianum libro de quatuor nouissimis, & lib. 1. vitæ B. Bernardi, c. 10. Maneat igitur & hoc inter secreta, quæ suo tempore nobis aperientur.

CAPVT XIV.

De grauitate pœnarum.

DE Quarto, pœnas Purgatorij esse atrocissimas, & cum illis nullas pœnas huius vitæ comparandas, docent constanter Patres. Augustinus in Psal. 37. *Quamuis, inquit, salui per ignem, grauior tamè erit ille ignis, quam quid potest homo pati in hac vita.* Greg. in Psal. 3. penitentialem: *Illum, inquit, transitorium ignem omni tribulatione presenti existimo intolerabiliorem.* Beda in eodem Psalmum dicit, nulla esse supplicia martyrum, vel latronum cum illis purgatorij pœnis conferenda. Idem habet beatus Anselmus in 1. Cor. 3. & B. Bernardus ferm. de obitu Humberti.

IDEM probant omnes reuelationes, quæ apud Bedam lib. 3. & 6. historiarum, apud S. Brigittam, apud Dionysium Carthusianum, & in vita Christinæ mirabiles habentur.

IDEM probat ratio, saltem de pœna sensus. nam tam ad dolorem, quam ad gaudium, tria concurrunt, potentia, obiectum, & coniunctio vnus cum altero. Iam quantum ad potentiam, sine comparatione capaciore est doloris potentia rationalis, quam animalis; nam quantum ad apprehensionem, intellectus, est veluti fons, sensus veluti riuius; quantum ad appetitum, voluntas est veluti fons, appetitus inferior est veluti riuius. cum ergo anima ipsa nuda immediatè torqueatur, maximè debet esse ille dolor ex parte patientis; nunc enim non tam anima, quam corpus torquetur, & per corpus aliquis etiam dolor ad animam transit.

QUANTVM ad obiectum, si ibi est verus ignis, erit omnino acerrimus; cum ad hoc solum sit institutus, vt sit instrumentum iustitiæ diuinæ; si non sit ignis verus, erit aliquid multò horribilius, quale Deus parare potuit qui potentiam suam in hoc ostendere voluit.

QUANTVM ad coniunctionem, maxima erit; nam hic vbi sunt omnia corporalia, non fit coniunctio, nisi per contactum extremitatum, & superficierum, at ibi animam ipsam intimè pœna illa penetrabit.

QUANTVM ad modum omnes admittant, pœnas Purgatorij esse maiores pœnis huius vitæ, tamen dubium est, quomodo hoc intelligatur; nam B. Thomas in 4. distinctione 20. quæstione prima, articulo secundo docet duo. Primò, pœnam damnati esse maximam pœnarum, tam quæ in Purgatorio, quam quæ in hac vita reperiri possint. Secundò, dicit minimam pœnam Purgatorij esse maiorem maxima pœna huius vitæ.

PRIMUM probat, quia sicut possessio desiderati boni gignit gaudium, ita absentia desiderati boni gignit dolorem: Sed bonum, quod animæ Purgatorij desiderant, est summum; & desiderium etiam est maximum: intellectus enim clariùs cognoscit, quam magnum bonum sit videre Deum, & appetitus tum naturalis, tum etiam insulsa charitatis exerit vires, & intensissimus est, nec impeditur à mole corporea, & sensibilib' delectationibus; vt in hac vita exempla dari possunt, vt si quis vehemētissima fame vexaretur, vel arderet siti intolerabili, & videret ante se mensam instructam optimis cibus, dulcissimoque vino, nec posset quidquam attingere, & tamen sciret alioqui sibi parata illa omnia fuisse.

PROBAT deinde Secundum D. Thomas, quia omnis, qui in Purgatorio degit, cruciatur saltem hac pœna damnati quæ est omnium maxima, ergo minima pœna Purgatorij est maior, quam sit maxima pœna huius vitæ.

AT B. Bonauentura in 4. distinct. 20. art. 1. quæst. 2. docet. Primò, pœnam damnati in Purgatorio non esse maiorem omni pœna, siue Purgatorij, siue huius vitæ.

Secundò docet, Purgatorij pœnas esse maiores pœnis huius vitæ, solum in hoc sensu, quia maxima pœna Purgatorij est maior, quàm sit maxima pœna huius vitæ, licet aliqua pœna Purgatorij reperitur minor aliqua pœna huius vitæ. Quæ sententia mihi placet; nam licet absentia summi boni ex se generet in amante summam tristitiã; tamen in Purgatorio mitigatur hæc tristitia, & leuatur magna ex parte propter certam spem illius boni acquirèdi. ista enim certissima spes affert incredibile gaudium, & quò magis propinquat finis illius exilij, tantò magis gaudij crescit. Itaq; solum in inferno pœna dani est summa, quia est annexa desperationi certissimæ: de hac loquitur Chrysostrmus hom. 24. in Marth. cum mille Gehennas dicit nihil esse, si conferatur cum amissione diuini conspectus; & Augustinus, qui in Enchirid. cap. 112. dicit, *minimam pœnam damni, si tamen ætèna sit, maiorem esse omnibus pœnis huius vitæ.*

DICES; At damnati non diligunt Deum, ergo non cupiunt videre.

RESPONDEO, non diligunt Deum propter Deum, sed tamen propter seipos coguntur conspectum eius ardentissimè diligere, quia intelligunt in visione Dei consistere suum summum bonum.

CONFIRMATVR hoc argumētum. Primò, quia si pœna damnati esset grauissima, etiã in Purgatorio, sequeretur Patres in limbo passos fuisse grauissimam pœnam: quod adèd falsum est, vt Luca 16. dicat Abraham diuiti damnato de Lazaro: *Tu cruciaris, hic verò cõsolatur.* Et B. August. epist. 99. negat, posse intelligi de sanctis Patribus illud Act. 2. *Solutus doloribus inferni*, quia nimirum nõ in doloribus, sed in requie illos Christus inuenerit. Et B. Gregorius lib. 13. moral. cap. 22. dicit, *Patres in inferno non tormenta vlla, sed requiem habuisse.*

CONFIRMATVR Secundo, quia August. Gregorius, Beda, Anselmus, & Bernardus, cum dicunt, pœnam Purgatorij esse maiorem omni pœna huius vitæ, disertè loquuntur de pœna ignis, per quam intelligunt omnes pœnam sensus, non damni.

ALTERVM dicunt Bonauenturæ; probatur primò, quia ex certis reuelationibus constat, aliquorum pœnam esse tam exiguam, vt nihil pati videantur, quales sunt illi, qui albis vestibus induti, visi sunt in locis amœnis & lucidis, apud Bedam lib. 5. hist. c. 13.

SECUNDO probatur, quia potest fieri, vt quis moriatur, nullum debirum secũ ferens, nisi vnus verbi otiosi: at incredibile videtur, propter vnum solũ otiosum verbum pati debere aliquem supplicia grauiora omnibus pœnis huius vitæ.

TERTIÒ, quia licet sit quæstio; An pœna Purgatorij semper crucient æquè grauitèr, ab initio vsque ad finem purgationis? An verò paulatim minuatur, donec finem accipiant; tamen probabilior sententia est, paulatim remitti; hinc autem sequitur, non quamlibet Purgatorij pœnam esse maiorem maxima pœna huius vitæ; nam pœna illa Purgatorij, quæ est prope finè, debet esse adèd remissa, vt amplius remitti non possit: hinc autem pœna inueniuntur intensissima, quæ plurimum remitti possent.

QUOD autem pœna Purgatorij paulatim remittatur, probatur, nam S. Bernardus in vita S. Malachiæ scribit oranti Malachiæ pro sorore defuncta, ipsam defunctam ter apparuisse. Primò, in veste nigra, & extra Ecclesiam. Secundò in veste subfusca, & intra limen Ecclesiæ. Tertiò in veste alba, & ad ipsum altare cum cæteris Sanctis. Ex quibus ipse intellexit, animam sororis paulatim remittentibus se pœnis ad finem purgationis venisse. Et similes multæ visiones adferri possent.

CAPVT XV.

Suffragia Ecclesiæ defunctis prodesse.

QUATVOR explicanda sunt de suffragiis defunctorum. Primũ, an suffragia viuorũ profint defunctis.

Secundum, quot sint genera suffragiorum. Tertium, quibus fieri possint. Quartum, quibus profint.

DE primo, hæretici huius tẽporis omnes, & alij veteres, quos citauimus initio huius disputationibus, negant, prodesse defunctis viuorum suffragia. Quòd autem profint, probari potest Scripturis, Conciliis, Patribus, & apparitionibus animarum, quæ omnia peti debent ex prima quæstione. Quibus addenda est ratio, quam tunc nõ attulimus, quia præsupponebat Purgatorium esse, quod nondum erat demonstratum.

RATIO est Petri Cluniacensis in epist. contra Petrobrianos: Ecclesia tota est vnum corpus, cuius caput est Christus, ergo debet habere communicationem tam capitis cum membris, quam mẽbrorum inter se; nã, vt dicitur 1. epistola ad Corinthios 12. pro inuicem sollicita sunt mẽbra, & si quid patitur vnum mẽbrum, cõpatiuntur omnia mẽbra. Sed iusti defuncti sunt membra huius corporis; nam sunt colligati nobiscũ, & cũ Deo in fide, spe, & charitate, vnde B. August. lib. 20. de ciuitate Dei c. 9. *Neque enim, inquit, piorum animæ defunctorum ab Ecclesia separantur, quæ est regnum Christi*, igitur viuẽtes possunt ac debent iuuare defunctos, vt membra eiusdem corporis. Præterea Christus, qui caput est, profuit viuẽtis in terris viuẽtibus, mortuus mortuis, viuẽtis mortuis, & mortuus viuẽtibus: ergo etiam decet, vt membra inter se ita agant, vt iusti viuẽtes viuẽtibus, mortui mortuis, viuẽtes mortuis, & mortui viuẽtibus profint.

AC primũ, quòd Christus viuẽs profuerit viuẽtibus, patet, quia remisit peccata Magdalene Lucæ 7. Paralytico Mar. 9. Zacharæ Luc. 19. Petro Luc. 22. Latroni Luc. 23. curauit etiam corporaliter plurimos, vt dicitur Marci primo, Actor. 10. & alibi.

QUOD mortuus mortuis, patet: nam descendens ad inferos, soluit plurimos à doloribus inferni, vt dicitur Actor. 2. & simul aperuit sepulchra, & multa corpora Sanctorum excitauit, Matth. 27.

QUOD viuẽs mortuis, patet: nam puellam in domo, adolecẽtẽ in via, Lazarum in sepulchro, mortuos reuocauit ad vitam, Marthæ 9. Luc. 7. Ioan. 11.

QUOD denique mortuus viuẽs, patet: nam morte sua vitam nobis æternam promeruit, & nunc in cœlo semper interpellat pro nobis, & aduocatum nostram agit, Hebr. 7. & 1. Ioan. 2.

PROBATVR tertio & vltimò: nam ex quatuor mẽbris diuisionis, tria sunt certè manifesta, ergo & quartũ debet habere locum; nam quòd viuẽtes iuuentur à viuẽtibus, nemo negat, cum videamus doceri, instrui, pacisci verbo & Sacramentis alios ab aliis. & Iacobus dicit c. 5. *Orate pro inuicem, vt saluemini.*

QUOD etiam mortui mortuis, profint, patet: nã Helisæus mortuus mortuum alium suscitauit, 4. Reg. 13. & Abraham mortuus in sinu suum Lazarum mortuum recepit, Lucæ 16. Nec vlli dubium esse debet, quin Sanctorum defunctorum animæ cum Christo regnantes, orent pro Sanctorum animabus in Purgatorio laborantibus; cuius contrarium temerè asserit Dominicus à Soto lib. 4. sentent. distinct. 45. quæst. 3. art. 2. nam præter Petrum Cluniacensem loco notato, B. Augustinus libro de cura pro mortuis, c. 4. ad hoc dicit prodesse mortuis sepulturam in Basilicis Martyrum, vt qui recordatur mortui, simul recordetur Martyris, & eius precib' mortui animam commendet: & Ecclesia tota in illa oratione, *Deus venia largitor*, &c. supplicat Deo, vt B. Maria intercedente, & omnibus Sanctis, animas defunctorum ad perpetuam beatitudinis consortium peruenire concedat.

QUOD autem mortui profint viuẽtibus, patet; nam 2. Machab. 15. legimus, Oniam & Hieremiam iam dudum defunctos, vivos fuisse orare pro populo Iudæorum viuẽtium.

PORRO beneficia exhibita à sanctis defunctis, hominibus, hic viventibus, innumerabilia & certissima sunt, Vide Augustinum lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 8. & Theodorum in lib. de Martyribus. Non est incredibile, etiam animas Purgatorij pro nobis orare, & impetrare, quandoquidem anima Paschalis & S. Senerini miracula operabantur, etiam in Purgatorio degerent, ut patet ex Gregorio lib. 4. Dialog. cap. 40. & Petro Damiano in Epistola de miraculis sui temporis.

ET quanquam S. Thomas in 2. 2. quæst. 83. artic. 3. contrarium docet, tamen ratio eius non conuincit: nam si anima illa non orat pro nobis, vel causa est, quia non vident Deum, vel quia sunt in maximis tormentis, vel quia sunt nobis inferiores, sed nihil horum dici potest. Non Primum, quia tempore veteris Testamenti orabant Sancti defuncti pro viuis, ut patet ex lib. 2. Machab. cap. vii. cum tamen nec illi viderent Deum.

NON secundum, quia diues in inferno orabat pro fratribus suis, Lucæ 16. cum esset tamen in maioribus tormentis, quam sint animæ in Purgatorio. Præterea Martyres in hoc mundo in tormentis constituti orabant pro se, & aliis, ut patet de S. Stephano, Act. 7. Item dolor in animabus non perturbat villo modo iudicium rationis, nec impedit affectum boni voluntatis: ista enim nobis accidit ratione corporalium organorum, quibus illæ carent. Denique non videtur dubium, quin pro seipsis orant, non obstantibus tormentis: ergo, &c.

NON etiam tertium, quia in hoc mundo nos oramus pro Episcopis & summis Pontificibus, qui sunt nobis superiores, & etiam oramus pro illis, quos non dubitamus nobis esse sanctiores, sicut orabant Christiani olim pro Apostolo Paulo, qui eorum orationes petebat, Rom. 15. & alibi.

PRÆTEREA, animæ Purgatorij etiam si nobis sunt inferiores Ratione pœnarum, tamen superiores sunt ratione gratiæ & charitatis, in qua iam confirmatæ sunt: oratio autem, quæ ex charitate procedit, hæc potissimum superioritatem requirit, si vllam requirit, ergo probabile est eas pro nobis orare. Sed quanquam hæc vera sint, tamen superfluum videtur ab eis petere, ut pro nobis orent: quia non possunt ordinariè cognoscere, quid agamus in particulari, sed solum in genere sciunt nos in multis periculis versari, sicut nos de illis solum in genere scimus eas valde torqueri, nam nec rebus nostris intersunt, ut probat B. Aug. lib. de cura pro mortuis c. 13. nec in Deo orationes nostras vident, cum non sint beate, nec est verisimile eis noscari ordinariè, quid agamus, vel petamus. Si ergo viui profunt viuis, mortui mortuis, mortui viuis, cur non etiam prodesse poterunt, viui mortuis?

SVPEREST argumenta soluere, quæ restant, præter ea, quæ fecimus in 1. & 2. quæst. Argumentum Primum, Ecclesiastæ 9. *Viuentes sciunt se mortuos: mortui autem nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem, nec partem in hoc seculo in opere, quod sub Sole geritur.*

RESPONDEO, loquitur Sapiens de bonis huius vitæ, & vult dicere, mortuos non scire, quid agatur de rebus, quas hic reliquerunt, nec posse illis vti propria actione, ut comedendo, bibendo, eleemosynas faciendo, &c. Ideo sequitur. *Vade ergo, & comede in leuitia.* non tamen hinc concluditur, quin à nobis iuari possint.

SECVNDÒ, obiicit Caluinus in præfatione institutionis Ambrosii, qui lib. 1. de Abraham: cap. 9. *Docemus, inquit, ut non duntaxat inhaereamus mortuis, sed quantum satis est officii deseramus. Hoc non faciunt, inquit Caluinus, qui perpetuam de mortuis sollicitudinem gerunt.*

RESPONDEO, Ambrosium hic agere de lectu & pompa funeris, quam merito vult esse moderatam: quòd aut non prohibeat sollicitudine orandi pro defunctis, patet ex oratione ipsius de obitu. Valentiniiani iunioris, nã in fine alloquens Gratianum & Valentianum defunctos.

A ait: *Beati ambo, si quid mea orationes valebunt: nulla dies vos silèrio præteribit, nulla nox nõ donatos aliqua precu mearum contextione trāscurret, omnibus vos oblationibus frequetabo.*

TERTIÒ, obiicit Hieronymum, qui in cap. 6. ad Galat. exponens illud; *Vnusquisque onus suum portabit, Docemur, inquit, per hanc sententiam nouum dogma, quod latitat, dũ in presenti sæculo sumus, sine orationibus, siue consiliis inuicem posse nos coadiuari, cum autem ante tribunal Christi venerimus, non Iob, non Daniel, nec Noë rogare posse pro quodam, sed vnumquemque portare onus suum.* Hæc autem Hieronymi sententia ab Ecclesia approbata videtur, quippe quæ in decretum Gratiani can. In præfenti. 13. quæst. 2. iam dudum relata est.

RESPONDEO Hieronymum loqui de iis, qui mortaliter peccant & sine pœnitentia moriuntur, ut Gratianus annotauit. Vel dicendum, Hieronymum loqui de nouissimo iudicio, quando cessante Purgatorio cessant etiam suffragia, & solum iudicis vltima sententia executioni mandabitur: quòd ita sit Hieronymus intelligendus, patet ex libro ipsius contra Vigilantium, vbi grauius acculat Vigilantium, quòd dixisset, posse nos orare pro inuicem dum vivimus, post mortem autem nullius pro altero orationem audiendam.

QUARTÒ, ita ratiocinantur: Melius est per se, quam per alium satisfacere: minus enim beatur qui per alium, quam qui per se satisfacit: ergo non debemus orare pro defunctis, ne illis gloriam minuamus.

RESPONDEO, in hac vita melius est per se satisfacere, quam per alium, quia dum satisfacimus, simul meremur gratiæ & gloriæ augmentum: at in Purgatorio, vbi animæ non possunt mereri, non est melius satisfacere per se, quam per alium.

QUINTÒ; Nescimus, inquit, vbi defuncti nostri sunt, & sæpè dum putamus eos in Purgatorio esse, illi sunt in inferno, vel etiam in celo, ergo frustra oramus.

RESPONDEO August. lib. de cura pro mortuis, cap. vii. melius esse, ut supersint suffragia iis, qui non egent, quam ut desint iis, qui egent; sicut benefacimus iniustis in hoc mundo, ne prætereantur iusti. Adde, quòd opus bonum nunquam est frustrã; nam est meritum facienti, etiam si nihil prodesset, ei, pro quo fit.

Sextò, Dei iustitia reddit mala pro malis, bona pro bonis: sed nemo patitur pro culpa alterius, quia non portabit pater iniquitatem filij. Ezechiel, 10. *Nemo igitur debet frui bonis alienis.*

RESPONDEO, neminem pro culpa alterius puniri, nisi particeps sit eiusdem culpæ, vel consensu, vel imitatione. De talibus enim dicitur Exod. 20. *Ucus puniti peccata Patrum in filiis in tertiam & quartam generationem;* quòd intelligitur, quando filij imitantur parentes, ut exponit Hieronymus in cap. 18. Ezechiel. August. in Psal. 108. Chrysostr. homil. 29. in Genes. & Gregorius lib. 15. moral. cap. 22. ita ergo non est absurdum, aliquem frui bonis alterius, si cum vtriusque consensu & voluntate fiat, ut hoc loco: nam animæ Purgatorij cupiunt iuari, & nos volumus eas iuare; præterea punire vitium pro alio, iniustitia est; at acceptare bona vnius pro altero, misericordia & liberalitas est.

CAPVT XVI.

Quot sint genera suffragiorum.

VANTVM ad secundum, tria sunt genera suffragiorum, Sacrificium Missæ, Oratio, & opera quælibet pœnalia & satisfactoria, ut eleemosyna, ieiunia, peregrinationes, & similia. Porro distinguimus orationem ab operibus satisfactoriis, cum tamen etiã ipsa sit satisfactoria, quia oratio duobus modis iuuat defunctorum animas; vno modo, ut opus quoddã pœnale & laboriosum; & hoc modo poterat comprehendi sub opere satisfactorio: alio modo iuuat, ut est impetratoria,

quod

CAPVT XVII.

Quis possit animas iuare.

VANTVM ad tertium, qui potest suffragiis iuare animas, est is qui est iustus: homo enim iniustus non potest pro se satisfacere, & multò minus pro aliis.

SED obiicit. Nonne Missa mali Sacerdotis prodest defuncto? Nonne etiam si dominus iustus iubeat dari eleemosynas de suis rebus pro defunctis, & detur postea, à ministro iniusto tamen eleemosyna illa proderunt.

RESPONDEO prodesse, sed non esse in his casibus ministrum iniustum, qui suffragatur, sed dominum iustum.

DICES rursus, quid si Prælati iustus iubeat, spirituales filios orare, vel ieiunare pro defunctis, & illi filij sint iniusti?

RESPONDEO Paludanus in quartum sententiarum, distinctione 45. quæstione prima, prodesse illa omnia. Melius id negat Sotus ibidem quæstione secunda articulo secundo. Nam quando seruus de pecunia Domini sui facit eleemosynam, illud opus propriè est domini, non serui, & ideo malicia ministri nõ vitiat opus; at dum subditus orat, vel ieiunat, opus propriè est ipsius subditi, ipse enim suo labore operatur, non labore domini sui: vnde beatus Hieronymus libro contra Vigilantium dicit, melius esse dare eleemosynam pauperi iusto, quam iniusto, quia ille oras pro benefactore exauditur, alter non exauditur.

CAPVT XVIII.

Quibus profint suffragia.

VANTVM ad quartum, certum est Ecclesiæ suffragia non prodesse beatis, nec damnatis, sed solum iis, qui in Purgatorio degunt; quia priores non egent, posteriores non possunt iuari; id quòd docent omnes Scholastici in 4. distinctione 45. secuti Augustinus, qui in Enchiridio capite 110. & de cura pro mortuis, capite 1. dicit, *Ecclesiæ suffragia pro valde bonis gratiarum actiones esse: pro non valde malis propitiationes: pro valde malis nulla esse adiumenta mortuorum, sed qualescunque viuorum consolationes.*

AT sunt contrarium tres difficultates. Prima, de beatis. Videtur enim falsum, quòd beatis non profint suffragia; nam Epiphanius hæresi septuagesima quinta, & Cyrillus carechæsi quinta mystagogica, & Chrysostr. in sua liturgia, dicunt, sacrificium offerri Deo pro Apostolis, Martyribus, Prophetis, &c.

PRÆTEREA secundò, Ecclesia in orationibus de Sanctis sæpè legit: *Sumpsimus Domine, sancta mysteria, quæ sicut Sanctis tuis profunt ad gloriam, ita nobis, quæsumus, proficiat ad medelam.* Et in antiquis Missalibus, ut restatur Innocentius III. ca. cum Marthæ. extra de celebratione Missarum, in die sancti Leonis, dicebatur: *Annue quaesumus, Domine, ut anima B. Leonis hæc proficiat oblatio.* Et licet hæc oratio mutata sit, tamen adhuc hodie in secreta oratione in eodem festo dicimus: *Sancti Leonis Confessoris tui atque Pontificis annua solènit as nos tibi reddat acceptos: ut per hæc pia placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratia tua dona conciliet.*

PRÆTEREA Chrysostr. homil. 33. in Matth. exhortans ad eleemosynas pro defunctis filiis: *Putas, inquit, eum maculis inquinatum? da illi sua, ut illis se à maculis detergat: putas in iustitia decessisse? præbe ipsi tua, ad mercedis & retributionis adiectionem.*

AD primum facilis est responsio; sacrificatur enim pro Sanctis, non ut eis aliquid petamus, sed pro gloria illis collata Deo gratias agamus. id enim est, quòd Augustinus dicit, pro valde bonis gratiarum actiones esse.

AD reliqua respondet Innocentius, vbi supra dupliciter. Primò, cum Ecclesia petit gloriam Sanctis, qui regnum cælorum iam possident, non petere, ut illi in gloria crescant, sed ut apud nos gloria eorum crescat,

Nnn 4

quod est ipsi orationi proprium; quomodo etiam Beatorum orationes profunt nobis, & animabus Purgatorij, licet satisfactoriæ non sint.

AD hæc iuuantur etiam defuncti indulgentiis, sed ideo non faciunt illæ quartum genus suffragiorum, quia indulgentia nihil est aliud, quam applicatio satisfactionum, seu pœnalarum operum Christi & Sanctorum, defunctis. Nam idcirco dicuntur indulgentiæ concedi defunctis per modum suffragij, non per modum absolutionis; non enim potest Pontifex absoluerè defunctos à pœnis, quomodo absoluit viuentes, quia illi non sunt ei subiecti, isti sunt: potest tamen tanquam summus dispensator thesauri Ecclesiæ communicare illis bona opera pœnalia, quæ in thesauro sunt, sed de hac re alibi dicendum est. vide interim Caietanum tomo primo opusculorum, tractat. 16. quæst. 5. & 6.

QUOD hæc ita sint, patet ex testimonio Patrum. Ambrosius de sacrificio & oratione pro defunctis, sic loquitur lib. 2. epist. 8. ad Faustinum de obitu fororis. *Non tam deplorandam quam prosequendam orationibus reor, nec mæstificandam lacrymis tuis, sed orationibus animam Domino commendandam.* De eleemosyna autem agit in lib. 2. de excessu Satyri fratris, qui inscribitur, De fide resurrectionis; hortatur enim parentes, ut portionem hereditatis, quæ ad filios mortuos pertinebat, spiritibus ipsorum per eleemosynas pauperum transmittant.

AVGVSTINVS sermone 32. de verbis Apostoli: *Orationibus, inquit, sanctæ Ecclesiæ, & sacrificij saluari, & eleemosynis non est dubium mortuos adiuuari.*

CHRYSOSTOMVS hom. 69. ad populum: *Non temerè ab Apostolis hæc sancta fuerunt, ut in tremendis mysterijs mortuorum fieret commemoratio, sciunt enim multam illis contingere viuuatem.* Idem hom. 41. in 1. ad Corinth. *Iuuatur mortuus non lacrymis, sed precibus, supplicationibus, eleemosynis.*

HIS adde Angeli testimonium apud Bedam lib. 5. hist. cap. 13. *Multos, inquit, preces viuentium, & eleemosynas, & ieiunia, & maxime celebratio Missarum, ut ante diem iudicij liberentur, iuuant.*

VNUM hic solum est dubium; An non etiam restitutio rei alienæ prodest defunctis, ac proinde sit quartum genus suffragij. Nam sæpè dicuntur animæ apparere, ac petere, ut restitutio pro ipsis fiat earum rerum, quas ipsi aut oblitii sunt, aut non potuerunt restituere, & S. Brigitta lib. 6. reuelationum, cap. 66. affirmat animam tandiu cruciari, donec restituatur, quòd iniuste ablatum est.

RESPONDEO Dominicus à Soto in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 3. eiusmodi restitutionem non iuare, si fiat; nec obesse defuncto, si non fiat; nam Deus non punit, nisi pro culpa propria in hac vita contracta; vel ergo defunctus peccauit non restituendo, vel non peccauit; si non peccauit, quia forte non potuit, aut bona fide possedit, non debet etiam puniri: si autem peccauit, punietur pro culpa negligentia illius in Purgatorio; sed posteaquam pœnas debitas dederit, saluabitur, siue res illa restituatur, siue non; ille enim iam est factus impotens simpliciter ad restituendum, neque debet pendere salus eius ab alterius voluntate, alioqui posset anima in purgatorio manere in æternum, si nimirum hæres nunquam restitueret; quare si restitutio possit fieri, & non fiat negligentia hæredis, peccabit quidem hæres, non tamen id nocebit animæ; si verò fiat, nihil animæ illi proderit, quia restitutio non est satisfactio pro culpa; satisfactio enim est opus bonum pœnale, pœnale autem est dare suum, nõ restituere alienum.

AD illas apparitiones respondeo, fortè animas non petere restitutionem, ut restitutionem, sed ut eleemosynam, licet enim non possit animæ, si restituar rem alienam, is qui tenetur restituere, tamen bene proderit, si restituar alius, qui non tenetur; illa enim eleemosyna quædam est, & proinde satisfactoria.

id est, vt toti mundo gloria eorum innotescat, & illi ubique magis & magis glorificentur.

SECUNDO dicit, non videri absurdum, si petamus illis augmentum gloriae alicuius accidentalis.

ADDE tertio, fortasse peti gloriam corporis, quam habebunt in die resurrectionis: nam etiam si gloriam illam certo consequetur, & debetur eorum meritis, tamen non est absurdum hoc illis desiderare & petere, vt pluribus modis debeat. Cum ergo Augustinus dicit serm. 17. de verbis Apostoli, iniuriam facere Martyri, qui orat pro Martyre, intelligitur de illis qui Martyri precantur remissionem peccati, vel gloriam essentialem, quasi illa careret.

SECUNDA, difficultas est de damnatis. Nam August. Enchirid. c. 110. dicit: Quibus autem profunt suffragia, aut ad hoc profunt, vt plena fiat remissio, aut tolerabilior sit ipsa damnatio. Et cap. 112. sic ait: Pœnas damnatorum certis temporum intervalis existimant, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari, dummodo intelligatur in eis manere ira Dei, hoc est, ipsa damnatio.

ITEM Chryostomus hom. 3. in epist. ad Philip. posteaquam dixerat orandum pro defunctis, subdit: Verum istud quidē de illis dicimus, qui in fide abscesserunt; Catechumeni verò neque hac digni consolatione censentur, sed omnium huiusmodi sunt auxilio destituti, præter unum solum: quod autem illud? pauperibus eorum nomine dare licet, vnde eis nonnihil refrigerij accidit.

PRÆTEREA Damascenus in oratione de defunctis non solum refert de Traiano & Falconilla liberatis ex inferno per orationes Gregorij & Theclæ, de quibus supra diximus, sed etiam addit ex historia Palladij ad Lausum, sancto Macario aliquando percontanti cranij aridum cuiusdam idololatæ, an eis prodesse preces viuientium, responsum fuisse ex cranio: Quando pro mortuis offers preces, nos interim aliquid lenimenti sentimus.

PRÆTEREA prudentius in Hymno de nouo lumine Paschalis Sabbathi ait.

Sunt & spiritibus sepe nocentibus

Pœnarum celebres sub hyge feræ, &c.

DEI QUÆ innocētus III. c. cum Marthæ, de celeb. Miss. ponit quadrimembrem diuisionem; dicit enim, ex mortuis quosdam esse valde bonos, qui non egent suffragiis; quosdam valde malos, qui non possunt iuari, quosdam mediocriter bonos, quibus suffragia profunt ad expiationē, quosdā mediocriter malos, quib⁹ profunt ad propitiationem: at certē vltimum membrum non videtur conuenire nisi pueris in limbo. Si enim valde boni sunt in celo, valde mali sunt in Gehenna ignis, mediocriter boni in Purgatorio. vbi nam erunt mediocriter mali, nisi in limbo? ergo illis profunt suffragia, cum tamē in purgatorio non sint.

RESPONDEO ad primum, Augustinum per tolerabiliorem damnationem intelligere mitigationem pœnarum Purgatorij, vt patet ex præcedenti trimembri diuisione.

AD secundum dico, Augustinum ibi non agere de oratione pro defunctis, & solum dicere, non esse erroneū concedere, damnatos puniti citra condignum, quod clarit⁹ docet lib. 21. de ciuitate Dei. c. 24.

AD tertium Chryostomus solum videtur negare orandum esse publicē, vel sacrificandum pro Catechumenis, vt etiam aliquando definiuit Concilium Bracarense I. can. 33.

AD quartum, B. Thomas in 4. distinct. 45. art. 2. quæst. 2. post refutatas ineptas solutiones Præpositiui, Porretani, & aliorum, respondet, animas damnatorum orationibus Sanctorum non percipere veram aliquam pœnarum mitigationem, sed solum inanē & fallax aliquod gaudiū, quod nimirum videant se habere socios in pœnis, quale est gaudium Dæmonum, cum aliquem decipiunt. At

fortasse melius reicerentur, vt falsa & apocrypha, quæ afferuntur de illo Cranio: non enim in libro Palladij tale aliquid inuenitur, nec est verisimile S. Macarium orasse pro infidelibus.

AD quintum nihil aliud dico, nisi more poetico luisse Prudentium.

AD vltimum, quod multos torquere solet, suspicor Innocentium III. memoria lapsum putasse diuisionem, quæ est apud Augustinum trimembris, fuisse quadrimembrem: nam apud Augustinū iidem sunt mediocriter boni, & mediocriter mali. Innocentius autem distinguit hoc membrum in duo, dicens: Alij sunt mediocriter boni, alij mediocriter mali; possimus tamen dicere, mediocriter bonos dici, qui nullam habent culpam, sed tamen habent reatum pœnæ: mediocriter malos dici eos, qui habent culpam aliquam, sed venialem tantum.

TERTIA difficultas est de animabus Purgatorij. Nam Theologi conueniunt in duobus, & in vno non conueniunt. Conueniunt Primò, quòd suffragia omnia profunt omnibus, saltem quatenus adferunt nouum gaudium. id enim commune est omni bono operi, vt de illo gaudeant omnes boni, iuxta illud Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te.

SECUNDO conueniunt, quòd suffragia communia, quæ sunt pro omnib⁹ defunctis, profunt etiam omnibus animabus Purgatorij, non solum in ratione gaudiij, sed etiam in ratione satisfactionis, nulla enim est causa cur aliqui excludantur.

AT dissentiunt de suffragiis particularibus. Nam Caietanus in tomo 1. opusculorum tract. 16. quæst. 5. docet omnes quidem animas iuari posse, & iuari etiā communibus suffragiis: at particularibus, quæ pro illis sunt, non iuari nisi illas, quæ peculiariter meruerunt, vt sibi talia prodesse: dicit autem eas peculiariter mereri, quæ hic in terris habuerunt specialem deuotionem ad claues Ecclesiæ, & solliciti fuerunt pro animabus aliorum; & probat ex Augustino libro de cura pro mortuis. c. 1. & in Enchirid. c. 109.

ALIi verò, quos citat B. Thomas in 4. d. 45. q. 2. art. 4. dicebant suffragia, quæ sunt pro vno, non ei solum prodesse, verum etiā omnibus aliis, nec min⁹ aliis quàm illi, sicut lucerna accensa pro domino, æqualiter illuminat seruos, qui in eodem loco sunt.

SENTENTIA communis est in medio, quòd nimirum suffragia particularia, omni & soli illi profunt in ratione satisfactionis, pro quo sunt. Quòd omni, contra Caietanum patet, quia fundamentum communicationis suffragiorum non est aliquod peculiare meritum, sed status gratiæ. S. enim Augustinus cum dicit solis illis prodesse suffragia, qui meruerūt vt sibi prodesse possint, per exclusiuā solis, non excludit vllas animas Purgatorij, sed animas damnatas. & notandum diligenter Augustinum in Enchiridio non dicere, suffragia iuare illos defunctos qui meruerunt, vt sibi prodesse possent, sed qui meruerunt, vt sibi prodesse possent.

QUOCIRCA Caietanus, qui dicit omnes animas iuari posse, sed de facto non iuari, non habet pro se Augustinū, vt ipse arbitratur. Quòd autem hæc suffragia particularia soli illi profunt, pro quo sunt, patet: nam applicatio eiusmodi bonorum pendet ex intentione applicantis, nec debent comparari ista suffragia luminis lucernæ, sed potius pecuniæ, quæ soluitur ab vno pro altero.

NOTANDVS est etiam locus Augustini pro hac sententia ex libro de cura pro mortuis, capite quarto, vbi dicit idē Ecclesiam orare interdum pro defunctis omnibus in genere, vt quibus defunt parentes vel amici qui pro eis orent, & proinde remanent auxilio destituti, habeant saltem auxilium à communi matre, quæ est Ecclesia.

CAPVT XIX.

De funere.

DE IXTIVS hactenus se spiritibus defunctorum: Nunc de sepultura corporum dicendum est. Hæretici huius temporis non reprehendunt ipsam sepulturam, reprehendunt tamen multa circa sepulturam.

PRIMò, quòd in locis sacris sepeliamus, atque ad hoc erigamus cœmeteria. Hoc reprehendunt hæretici aliqui in Boëmia apud Eneā Syluium de origine Boëmorum cap. tricesimo quinto, & potest afferri argumentū, quòd nihil proficit locus sepulturae, ex illis verbis Lucæ 12. Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius, quid faciant. Item ex cap. Sacris, extra, de sepulturis, vbi dicitur nihil obesse hominibus piis sepulturam vilem, aut nullam. Item ex Augustino lib. 1. de ciuitate Dei, c. 12. & libro de cura pro mortuis, vbi dicit sepulturam & funeri pompam, solatia esse viuorum, non mortuorum præsidia.

SECUNDO, reprehendunt vsum cercorum, & quia in Concilio Elibertino canone 34. statutum fuit, ne cerei de die in cœmeteriis accenderentur: non enim spiritus defunctorum, inquit Patres, inquietandi sunt.

TERTIO, reprehendunt anniuersaria, & tot repetitiones exequiarum die 3. 7. & 30. quia signum est diffidentia, easdem preces toties iterare, & præterea, quia B. Ambrosius lib. 1. de Abraham, c. 9. super illud Genesis 23. surrexit Abraham ab officio funeris: Docemur, inquit, vt non diutius inhereamus mortuis, sed quantum satis est officij deferamus. Quem locum expendens Caluinus in præfatione instituit. dicit ab Ambrosio reprehendi eos, qui nullum finem faciunt orandi pro mortuis.

QUARTO, reprehendunt quòd putemus sepulturam esse opus meritorium, & Deo gratum, cum tamen nusquam inueniatur à Deo mandatum, immò Dominus Matth. 24. enumerans opera misericordiae, non meminerit sepulturae.

HIS non obstantibus asserimus sepulturam rem esse bonam, & vilem, & ritus omnes Ecclesiæ in sepeliendis mortuis esse antiquos, & sanctos. Quòd sit res bona, & meritoria, probatur ex illo 2. Reg. 2. Benediciti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelitis eum, & nunc retribuet vobis Dominus. Tobia 12. Angelus extollit inter alia opera Tobia, quòd mortuos sepeliret. Matth. 26. Opus bonum operata est in me: mittens enim unguentum hoc ad sepeliendum me fecit.

QUOD si ritus antiqua & vtilis facile demonstrari potest: nam omnia quæ nunc in Ecclesia seruamus, semper in vsu Ecclesiæ fuerunt. Primum, corpora mortuorum nunc lauantur, id etiam olim fiebat, vt patet Act. 9. de Tabitha, & apud Gregorium lib. 3. Dialogorum, c. 17. & lib. 4. cap. 16. & 27.

SECUNDO, corpora cum honore, & multitudine comitantium deferuntur ad sepulchrum, ita etiam legitimus factum olim Gen. 50. & Luc. 7. & apud Gregoriū Nazianzenum orat. 2. in Iulianum, Sulpitium in vita S. Martini, Hieronymum in vita S. Fabiolæ, & S. Paulæ, & alios.

TERTIO, corpora fidelium in templis, & locis sacris sepeliuntur, ita olim Iacob & Ioseph Patriarcha: in terra Ægypti mortui, in terra promissionis sepeliri voluerunt, vnde Christus erat nasciturus, & vbi templum Domini futurum erat, Genes. 46. & 50.

DEINDE temporibus Christianorum, corpora fidelium in templis sepulta fuisse testantur, Ambrosius lib. 1. de Abraham c. 9. Hieronymus in vita Paulæ & Fabiolæ, Gregorius libro 3. Dialogorum, c. 13. & Augustinus lib. de cura pro mortuis, cap. 1.

QUARTO, corpora fidelium cum hymnorum, & psalmodum cantu sepelienda, testantur Gregorius Nazianzenus orat. 2. in Iulianum, Chryostomus hom. 4. in

epist. ad Heb. Hieronymus in vita S. Pauli Eremitæ, & S. Paulæ viduæ, & S. Fabiolæ, Sulpitius in vita S. Martini, & omnium antiquissimus Dionysius Areopagita c. 7. de Ecclesiastica hierarchia.

QUINTO, ad funus fidelium lampades, & cerei accensi adhibebantur, vt nunc etiam fit. Nyssenus epistola ad Olympiam de obitu sororis, Nazianzenus & Chryostomus locis notatis, Hieronymus in vita Paulæ, & Theodoretus lib. 5. historiae, c. 36. & alij.

SEXTO, sacrificium altaris pro eis offertur: ita etiam olim testib⁹ Tertulliano libro de corona militis, Cypriano lib. 1. epist. 9. Augustino lib. 9. Confessionum, c. 12. Ambrosio oratione de Valentiniani obitu & aliis.

SEPTIMO, non solum cum sepeliuntur, sed etiam die anniuersaria pro defunctis offertur, & oratur, vt patet apud Tertullianum libro de monogamia, & Gregorium Nazianzenum oratione in Casarium fratrem.

OCTAuo, non solum die anniuersaria, sed etiam die 3. 7. & 30. vt est apud Ambrosium oratione de obitu Theodosij iunioris, id quod etiam nunc seruatur.

NONO, eriguntur tituli: idem olim probat factum fuisse Gen. 37. 21. Machab. 13.

DECIMO, dantur elemosynæ pauperibus: idem olim fieri solitum scribit Chryostomus ho. 32. in Mat.

AT quæ sit huius rei vtilitas, paulò obscurius est: atque in primis reiciēdi sunt duo errores, quos reicit D. Augustinus libro de cura pro mortuis, cap. 2. Vnus, quo Ethnici putabant sepulturam esse necessariam, vt animæ requiescere possent, iuxta fabulas Virgilij 6. Æneidos.

ALTER est, quo quis putare posset in corporibus defunctorum adhuc sensum aliquem inesse.

HIS reiectis erroribus dicimus multiplicem esse vtilitatem sepulturae, tam viuus, quàm defunctis: & viuus quidem quadruplicem. Primam, quòd per sepulturam arceatur fœtor & horror cadauerum, quæ non parum viuus noceret.

SECUNDA, quòd eo studio testantur viuū fidē resurrectionis, & immortalitatis animarum: non enim tam diligenter corpora mortuorum curaremur, nisi putaremus ea resurrectura. Neque cereos accenderemus, nisi animos viuere post mortē corporū significare vellemus.

TERTIAM, quòd admonentur propriæ mortis: vnde etiam tumuli defunctorum monumenta dicuntur.

QUARTAM, quòd eo officio satisfaciunt viuū aliquo modo affectu suo, quo mortuos prosequuntur: si enim vestes, & annulos amicorum bene collocari volumus, certē multo magis corpora, & hoc est quòd Augustinus dicit, cum ait, sepultura pompam solatia esse viuorum.

PORTO mortuis ex sepultura, alia quadruplex accedit vtilitas. Prima, quòd consultitur honori eorum, adhuc in hominum memoriis viuētium; non enim caret ignominia quadam, quòd scditas nostri corporis aliorum conspectibus pateat; quocirca nō leuis pœna iudicatur, cum quis à iudice priuatur sepultura, & iubetur in patibulo, aut rota pendens, esse autem esca.

SECUNDA, quòd satisficit desiderio eorum, quòd dum viuerēt, habuerunt: nemo est enim qui carnem suam odio habeat, vt dicitur Ephes. 5. & idēd quisq; dum viuū, cupit etiam post mortem corpus suum honestè tractari: immò credibile est animos corpore solutos, etiā fortē nesciant quid corporibus eorum accidat, tamen cupere, vt honestè habeantur, sicut etiam cupiunt ad ea reuerti, vt Augustinus docet lib. 12. de Gen. ad lit. 4. ram. c. 35. atque hinc videmus Propheta inobedienti dārum in pœnam, vt non sepeliretur cum patribus suis 3. Reg. 13.

TERTIA vtilitas nascitur ex eo, quòd à multis deducitur ad sepulchrum; hinc enim per accidens fit, vt à multis pro eis oretur.

QUARTA, ex eo sumitur, quòd in templis Sanctorum sepulchrum habent: inde enim fit, vt eorum amici, cū

eorum recordentur, simul etiam recordentur eius Sancti, in cuius templo sepulti sunt, & frequenter eius patrocinio eos commendent. Hanc utilitatem ponunt D. Augustinus lib. de cura pro mortuis, c. 4. & 5. & D. Gregorius lib. 4. Dialogorum, c. 50.

Ex his ad argumenta respondetur. Ad primū dico cum Augustino lib. 1. de ciuit. Dei, c. 12. Dominū loqui de dolore, quo affici possunt corpora dū viuunt, idē enim ait: *Post hæc non amplius habent quid faciant*; quia corpus mortuum etiam si fecerit, aut lanietur, aut cremetur, nihil planē doloris sentit. Hinc tamen non sequitur, non esse aliquam eleemosynam, satisfacere desiderio hominis, quod habuit dum viueret, & quod fortē adhuc habet, vt corpus suum sepeliatur.

A d secundum dico loqui Pontificem in ea decretali de utilitate ad salutem æternam, ac docere, nec per se prodesse sepulturam, nec per se obesse ad salutem consequendam, quanquam per accidēs prodesse potest, vt diximus, ratione precum amicorum.

A d tertium idem dico, Augustinus enim solū docet, sepulturam per se non esse præsidium mortuorum, ad vitam æternam consequendam, sed solatiū viuorum: tamen quōd per accidens prodest, ipsemet docet ibidem.

A d illud ex Euangelio Matth. 25. respondetur. Primō cum Chrysostomo hom. 84. in Ioannem vbi dicit, Dominum non addidisse, *mortuus fui, & sepelitis me*, quia sponte sua homines non solū hanc eleemosynam facere solent, sed etiam nimium in ea facienda excedere; sicut enim in aliis bonis rebus, ita etiam in hac abusus quidam se admiscuit, quo diuites pretiosis vestibus induti sepeliri solent: melius enim esset, & mortuis multo gratius, & vtilius, vt Chrysostomus ibidem dicit, pretium illarū vestium dare pauperibus pro anima eius, qui sepelitur. Dominus igitur, tum vt abusum corrigeret,

tum quia necesse non videbatur hoc officium valde commendare, hanc eleemosynam cum cæteris non numerauit.

SECVNDÒ, dici possēt Dominum non meminisse huius eleemosynæ, quia est omnium minima, & obscurissima, vt B. Augustinus docet, libro de cura pro mortuis, c. 3. volebat enim Dominus ostendere se iustè remuneraturum bonos, & damnaturum malos, & idē solū eorum operum meminit, quæ euidenter, & omnium iudicio sunt opera misericordiæ.

A d aliud ex Concilio Elibertino, respondeo, in eo Concilio reprehendi, & prohiberi eam cæremoniam, quia fiebat ex superstitione gentiliū, qui putabant corpora mortua sentire aliquid: illo autem errore sopito, non est malum eadem cæremonia vti ad alium finem, nimirum ad significandum animas viuere, & suo tempore etiam corpora resurrectura, & nostros defunctos esse filios lucis, non tenebrarum.


QVOD autem Concilium dicit non esse inquietandos spiritus defunctorum, non significat spiritus illos reuera inquietari, sed displicere illis eiusmodi errorem, quomodo Ambrosius dicit lib. 2. epist. 8. non debere mœstificari lacrymis animam sororis defunctæ.

A d vltimum dico, non esse signum diffidentiae, sed desiderij, & feruoris, repetere easdem preces: id enim fecit Paulus 2. Cor. 12. ter Dominum rogauit: & Dominus ipse Mat. 26. ter eandem orationem repetiuit.

A d Ambrosium supra respōdimus, c. 15. non loqui eum de orationibus, sed de fletu, & dolore, nam ipse idem oratione in Valentinianum dicit, *Beati ambo, si quid mea orationes valebunt, nulla dies vos silentio preteribit, nulla non donatos aliqua precum mearum contexione transcurrat, orationibus vos & oblationibus frequentabo.* Atque hæc de tota hac disputatione sufficiant.

Finis sextæ Controversiæ generalis.

LAVS DEO VIRGINIQUE MATRI MARIE.



SEPTIMA
CONTROVERSIAM
GENERALIS.

DE ECCLESIA
TRIUMPHANTE.

TRIBVS LIBRIS
EXPLICATA.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

DE ECCLESIA TRIUMPHANTE,
sive de gloria & cultu Sanctorum.

PRÆFATIO.

ORDO DISPUTATIONIS.

LIBER PRIMVS.

De beatitudine & canonizatione Sanctorum.

- CAP. I. Argumenta hæreticorum, quibus illi probare nituntur, Sanctos nondum esse beatos.
- II. Animas Sanctorum iam nunc frui Dei visione, demonstratur testimonio Ecclesie.
- III. Idem Scripturarum testimoniis demonstratur.
- III. Eadè veritas ex Græcis Patribus confirmatur.
- V. Idem probatur testimoniis Latinorum.
- VI. Idem confirmatur rationibus, quæ tamen in scripturis fundamentum habeant.
- VII. Sanctos rectè ab Ecclesia canonizari.
- VIII. Cuius sit Sanctos canonizare.
- IX. Credendum esse, Pontificem non errare in Sanctorum canonizatione.
- X. Sanctos non canonizatos priuatim posse coli, non publicè.
- XI. Proponitur quæstio de cultu Sanctorum, cum aduersariorum argumentis.
- XII. Explicatur sententia Catholica.
- XIII. Afferitur argumentis sententia Catholica.
- XIII. Soluuntur argumenta in initio propofita.
- XV. Proponitur cõtrouersia de inuocatione Sanctorum.
- XVI. Deteguntur aliquot fraudes & mendacia hæreticorum.
- XVII. Quomodo Sancti inuocandi non sint.
- XVII. Sanctos pro nobis orare.
- XIX. Sanctos esse inuocandos.
- XX. Soluuntur argumenta aduersariorum.

LIBER SECVNDVS.

De Reliquiis & imaginibus Sanctorum.

- CAP. I. Proponuntur argumenta contra cultum reliquiarum.
- II. Deteguntur mendacia Centuriatorum.
- III. Afferitur veritas, & probatur.
- III. Soluuntur argumenta aduersariorum.
- V. De nomine Imaginis & Idoli.
- VI. De principibus Iconomachorum.
- VII. Licere imagines & facere, & habere.
- VIII. Non esse prohibitas imagines Dei.
- IX. Imagines in templis rectè collocari.
- X. Imagines viles esse etiam extra historiam.
- XI. Proponitur quæstio de cultu imaginum cum argumentis aduersariorum.
- XII. Imagines Christi & Sanctorum rectè coli.

- A XIII. Soluuntur argumenta aduersariorum.
- XIII. Soluitur argumentum secundum.
- XV. Soluitur argumentum tertium.
- XVI. Soluitur argumentum quartum.
- XVII. Soluitur argumentum quintum.
- XVIII. Soluitur argumentum sextum.
- XIX. Soluitur argumentum septimum.
- XX. Proponitur quæstio, quo genere cultus imagines sint honoranda.
- XXI. Imagines per se & propriè colendas.
- XXII. Non esse dicendum, imaginibus deberi cultum latriæ.
- XXIII. Imagines Christi impropiè, vel per accidens posse honorari cultu latriæ.
- XXIII. Imagines, per se & propriè non esse colendas eo cultu, quo exemplar ipsum colitur.
- XXV. Quo genere cultus adorentur imagines.
- B XXVI. De adoratione Crucis.
- XXVII. De cruce vera Domini.
- XXVIII. De imagine Crucis.
- XXIX. De signo Crucis.
- XXX. Soluuntur obiectiones hæreticorum.

LIBER TERTIVS.

De iis rebus, quibus superna Hierusalem ab Ecclesia in terris peregrinante colitur.

- CAP. I. De erroribus circa templa.
- II. An templa sint erigenda.
- III. De forma.
- III. De fine.
- V. De dedicatione & consecratione Ecclesiarum.
- VI. De ornatu templorum.
- VII. De benedictionibus aquarum, salis, cinerum, cerei, &c.
- VIII. De peregrinationibus.
- IX. De votis, quæ nuncupantur Sanctis.
- X. An sint festi dies à Christianis celebrandi.
- XI. De Dominica die.
- XII. De Pascha.
- XIII. De Pentecoste.
- XIII. De septuagesima, & sequentibus Dominicis.
- XV. De reliquis festis Domini.
- XVI. De festis.
- XVII. De Vigilis.

DE

DE ECCLESIA TRIUMPHANTE, SIVE DE GLORIA, ET CULTV SANCTORVM.

PRÆFATIO.

DERVENIMVS tandem ad eam Ecclesie Catholice partem nostris disputationibus illustrandam, atque ab hereticorum non tam argumentis, quam mendaciis, & calumniis vindicandam, quæ in celo beata cum rege suo Christo auro sempiterno fruitur. Quanquam enim beata ille sanctorum Angelorum, atque hominum mères humana defensione, praesidioque pro se non egent, cum in altissimis, & turissimis arcibus collocata de vniuersis hostibus suis novos quotidie triumphos agant, ac (ut S. loquitur Cyprianus) prorsus de sua felicitate securas, solum de nostra sint incolumitate sollicita: nobis tamen perutile est, ac, ut verius dicam, multis nominibus necessarium, ut Sanctorum gloria orbi terrarum nota, atque perspecta, & omni idololatriæ caligine, quam illi aspergere, atque offundere conantur heretici, purgata omnino, & libera emineat, atque splendeat.

Quia verò non panegyricam orationem de Sanctorum laudibus instituiimus, sed ingressum duntaxat ad futuram disputationem nostra hac præfatiuncula aperimus: dicam solum & paucis, de mendaciis, & conuiciis hæreticorum in Sanctos, quorum illa ad ipsorum hereticorum insaniam curandam magnum afferunt impedimentum, ista non solum Ecclesiam insigni patrocinio spoliant, sed etiam grauissimam, iustissimamq; diuini Numinis iram mortalibus omnibus conciliant.

Et enim multa sunt, quibus à nobis huius temporis heretici disident, multa illi in nostra Ecclesia, templis, monasteriis, gymnasiis, dogmatibus, ritibus, hominibus denique omnium ordinum reprehendant, multa desiderant, multa carpunt, multa emendanda, & corrigenda esse clamitant: sed nihil est, quod exhorreant, & execrentur magis, quam inuocationem Sanctorum, reliquiarum cultus, imaginum venerationem. His enim tribus manifestam impietatem, & idololatriam contineri volunt. Hoc uno veluti pallio discessionem suam à nobis, hoc est, impiam ab Ecclesia Catholica separationem & defectionem, honestissimè regere se arbitrantur, hoc solo nomine latrocinia sua, & sacrilegia in Ecclesias, templorum direptiones, imaginum confectiones, sacerdotum cades, sacrorum omnium profanationes defendunt, quod se bellum gerere contra idola pro pietate dicant. Hac ipsa de causa censuram aequissimam Ecclesie, & pastorales baculos Episcoporum, quibus interdum ipsorum furor reprimatur, vel retardatur, impiam persecutionem, quasi aduersus Deum pro idolis excitatam nominant: his denique vinculis, & compedibus prouincias, & nationes à se deceptas artissimè irretitas, & constrictas tenent.

Sic enim populis illis persuasum est, nos pro Deo viuente Mortuos homines, pro summo & sempiterno spiritu ossa, & cineres, ligna, & lapides colere: & tam altè mentes eorum perniciose hac persuasio penetravit, ut propterea iniusta quidem, sed tamen graui, diuturna que apud eos laboremus infamia. Et licet multa interdum de nostrorum, hoc est, Catholicorum hominum grauitate, sapientia, iustitia, benignitate, de studio precandi, de moderatione in rebus omnibus audiant, non queant tamen non continuò ab eiusmodi sermonibus aures remouere, sequè totos auertere, cum ad memoriam reuocant, de quibus tam eximia laudes prædicantur, eos nihilominus idololatrias esse, defunctorum manes, & cadauera picturasq; & statuas adorare.

Atque ut fides mihi facilius habeatur, neque me quisquam augendi gratia fingere aliquid arbitretur, referam pauca de libris eorum, ut ipsos eosdem suæ impietatis præcones, ac testes habeamus: primum Lutherus sectariorum omnium antesignanus & princeps, in eo sermone, quem de cruce edidit, tanquam ex tribunali pronunciat: Quoniam reliquie Sanctorum nihil sunt aliud, quam fidelium seductiones, ne deinceps populi Deos alienos colant, placere sibi, ut omnes eiusmodi reliquie altissimè sub terram abscondantur: ut ea ratione videret licet omnis Apostolorum & Martyrum, aliorumque Sanctorum in terris memoria aboleatur. Idem in Possilla ad Euangelium Dominica annuntiationis: Papistæ, inquit, virginem Mariam Deum constituunt, omnipotentiam ei in cælo & in terra attribuunt. Et rursum: In Papatu omnes se ad Mariam contulerunt, & plus fauoris, & gratiæ ab ea expectarunt, quam à Christo ipso.

Hinc Philippus Melancthon Lutheri proles, & sectator egregius, cum in locis communibus primum decalogi præceptum exponeret, & gradus quosdam peccatorum distingueret, nosque, hoc est, ut ipse loquitur, Papistas, cum infidelibus iungeret, hac una ratione contentus fuit, quod idem sit, fingere multos Deos, & sanctos mortuos inuocare: nec differant ab Ethnicis moribus inuocatio Sanctorum, & statuarum cultus.

Iam verò, Magdeburgenses Centuriatores, posteaquam in posteriore prima Centuria libro inter fundamenta doctrinæ Catholice posuerunt, S. Mariæ, aliorumque Sanctorum inuocationem, & cultum ab Apostolis non solum verbo, aut exemplo nunquam approbatum, sed etiam, ut manifestam idololatriam, passim reprobatum fuisse, atque interdictum. Inde postea in singulis fere Centuriis nihil sapius mouent, clamant, repetunt, inculcant, quam nos Ecclesiam non habere, quod ab uno vero Deo ad falsorum Deorum multitudinem, & simulacra muta de fecerimus. In præfatione verò sextæ Centuriæ, ob grauius admodum & plane tragice deplorant statum, siue casum potius, & ruinam Ecclesie, quam secundo & tertio seculo vitium facere incipientem, quarto & quinto inclinatam & nutantem,

sexto demum penitus corruisse, miseræque collapsam esse volunt, de causa tam grauis exterminij ita concionantur.

IN primis, inquit, istæ horribiles & perniciosæ tenebræ in ipso docentium cœtu, quasi nubes quædam atræ, totum cœlum occupantes exortæ sunt, quod cæremonias cultûque humanos partim ipsimet Doctores Ecclesiæ, partim verò alij supersticiosi homines passim in templis auxerunt. Nam ædes sacræ omnibus in locis exstrui cœperunt ingentibus sumptibus, prorsus Gentilium more: non quidem principaliter eo fine, ut ibi verbum Dei traderetur, sed ut reliquiis Sanctorum aliquis honor exhiberetur, utque ibi defunctos stolidi homines venerentur. Quam verò facundus est Gregorius ille, Magnus appellatus, quam ardens, quando rationem consecrandi ista fana veluti ex tripode dicit. *Et infra*: Cœperunt ea occasione etiam defunctæ creaturæ, atque exanguia, & semicorrofa ossa coli, inuocari, honore diuino affici, & alligari ad illa ipsa loca preces. Ad ista omnia non modò conuenerant Ecclesiæ doctores, sed etiam ea adiuuabant. Eiusmodi igitur calamitas & pestis fundi Christi, in ipsa Ecclesia, & inter eos, qui custodes & vigiles Ecclesiæ præcipue volebant perhiberi, nascebatur.

PORRO Ioannes Caluinus, qui post multas, grauissimisque cum suis disceptationes, maximam partem Lutherianorum in sua retia pertraxit, & tantum non regnum aliquod inter Lutheri posteros obtinuit, in eo libro quem de reformandâ Ecclesia necessitate ad Imperatorem Carolum inscripsit, primam & maximam dissensionum causam inter suos & nostros esse dicit, quod sui, hoc est, omnes huius temporis sectarij unum Deum colant, nostri, hoc est, Catholicis, sic inter Sanctos distribuerint Dei officia, ut summo Deo, tanquam collegas, eos addiderint, in quorum multitudinem deliret, quodque non solum Sanctos loco Dei adorent, sed etiam ipsorum ossa, vestes, calceos, & simulacra. In libro verò institutionis quarto, capite 21. causas recensens, cur à nobis discessionem cum suis fecerit, illam in primis ponit, quod nullum nobiscum conuentum habere possint, in quo aperta idololatria non polluantur. Quam autem apud nos vigere idololatriam dicat, ex cap. 40. lib. 3. potest intelligi, ubi de Sanctorum inuocatione loquens: Singuli, inquit, peculiare sibi Diuos asciuerunt, in quorum non secus atque tutelarium Deorum fidem se contulerunt. Neque modò (quod olim Israël exprobrabat Propheta) secundum numerum urbium Dijs sunt: sed secundum caput multitudinem.

INCIDI aliquando in hominem de schola Caluini, qui cum mihi alioqui perhumans & candidus videretur, eoque vterer familiariter, ut eum, si quo modo possem, ab illa insania reuocarem, capti ab eo querere, quid in nostris dogmatibus Caluini potissimum reprehenderent, quidve eis maximè displiceret, & qua tandem præcipue esset causa, cur ab Ecclesiæ communione, ab Episcoporum obedientia, à reliquo cœtu fidelium, à maiorum suorum vestigijs, cum tam manifesto salutis aeternæ periculo discesserint? Respondit ille, eam esse causam præcipuam, quod nos Sanctos in precibus inuocemus, quodque eo modo Diuinitatem mortuis affingeremus. At hæc impostura, mendacique impudentissima sunt. Quis enim Catholicorum unquam vni vero Deo, vel imagines sacræ, vel beata Sanctorum pignora, vel Martyrum, aut etiam Apostolorum, aut etiam Angelorum spiritus, aut ipsam denique cæli Reginam, Deique Parentem MARIAM ullo modo equauit?

QUIS in Catholica Ecclesia sacrificium, quod vni debetur Deo, vel Sanctis, vel reliquijs, vel imaginibus obtulit? nonne hoc uno externo symbolo, quando nulla exstarent alia, satis aperte testatur, nos animo quoque & cogitatione unum Deum complecti, eique soli proprio quodam, & peculiari cultu seruire? nonne aperte distinguimus inter eum honorem, qui soli Deo debetur, & eum cultum ac venerationem, quæ Dei amicis, alijsque sacris rebus, propter ipsum Deum, pie religioseque tribuitur? Sed licet illa (ut diximus) mendacia, calumniæque sint, interim tamen ob ea ipsa mendacia innumerabiles populi, regna, nationes, multa millia animarum Christi sanguine redemptarum, à Christi corpore separata, & tanquam rami ab arbore vi tempestatis auulsi & disiecti iacent, & instar ouium, quæ ab ouili suo egressæ, sine ullo pastorem, cuiusve presidio in montibus vagantur, infernalium luporum quotidie præda fiunt.

SED quoniam aliquid diximus de mendacijs & calumnijs, de conuicijs & contumelijs aliquid etiam dicendum erit. Sanè tantus est in libris, & moribus hereticorum, Sanctorum omnium contemptus, tamque horribiles in omnes cœlites blasphemie, ut ego hinc potissimum vehementer admirer diuini Numinis patientiam. Nam ut omittam, quod in imagines sacræ tanto furore Caluini debacchantur, ut eas plurimam iam in locis aut penitus confregerint, aut cæno & sordibus fœdauerint, aut oculis effosis, naribusque & auribus truncatis deformauerint: ut nihil etiam dicam quod ipsum crucis signum Angelis reuerendum, demonibus formidolosum, humano generi salutares ubique deiciunt, conspuunt, proculcant: ut illud quoque præteream, quod beata corpora Sanctorum, quæ maiorum nostrorum pietas thecis aureis atque argenteis in cluserat, quæque domicilia & organa Spiritus sancti fuerant, & quæ Deus signis & prodigijs sapienter illustrauerat, ipsi ubique altaribus euersis effodiunt, flammis absument, in profluentem abiciunt. Ut ista, inquam, omnia prætermittam, & solum de contumelijs verborum loquar. Quid, quæso, Erasmi Roterodami? An non Luciani impietatem longo interuallo superauit? Ille enim Deos falsos, verèque ridiculos irrisit. At nouus iste Lucianus veros Angelorum ciues, verèque Dei amicos & domesticos, ut Apostolus loquitur, contumeliosissime tractauit.

IN colloquio, quod inscripsit, Naufragium, quendam introducit alterum interrogantem, an imminente mortis periculo implorauerit alicuius Diui presidium? Respondet ille. Neid quidem, quamobrem aurem? inquit, quia ipaciofum est cœlum, si cui Diuorum com. mendauero salutem meam, putà Petro, quia fortasse prius audiet, quod adest ostio, priusquam ille conueniat Deum, priusquam exponat causam, ego iam periero. Ipsi sunt lepidi, vel sacrilegi potius Erasmi ioci. In eodem etiam libro, more prorsus Luciano, beatissimam Virginem

Mariam

Mariam in maris præfectura Veneri substituit, & ausus est homo Christianus Virginem illam, quam sanctus Ioannes Chrysostomus Seraphicis spiritibus sanctiorem & puriorem esse verissime scripsit, cum impurissima meretrice conferre.

QVID, quod in Dialogo de peregrinatione religionis ergò, epistolam confictam nomine Virginis Mariæ edere non erubuit, quæ ipsa Mater veritatis falsorum dogmatum Lutheri auctor introducit? Sic enim ficta illa Maria ad Glaucoptulum scribit: Quod, inquit, Lutherum sequutus, strenuè suades superuacaneum esse inuocare Diuos, à me quidem isto nomine bonam magnamque gratiam te inisse scito: nam ante hoc tantum non enecabar improbis mortalium opplorationibus. Ab vna petebantur omnia, quasi filius meus semper infans esset, quia talis fingitur, pingiturque in sinu meo. Sed piget me certè, pudetque talia referre, quibus tamen undique scatent Erasmi lubricationes.

IAM verò Martinus Lutherus in serm. de natali die Virginis Mariæ, tanti fecit patrocinium Matris Dei, ut audacter dicere nò dubitauerit, se non plures estimare preces beatæ Mariæ, quam cuiuslibet è populo: propterea quod omnes sumus aequè sancti & iusti, atque est ipsa Virgo Maria, ceterique Diui, quantumuis magni.

DESINAT ergo Bernardus Mariæ prærogatiuas enumerare: non dicat amplius Chrysostomus, Virginem Deiparam Cherubim esse honoratiorem, & Seraphim incomparabiliter gloriosiorum: neque vox illa Anselmi deinceps audiatur, ea puritate Mariam nitere, quæ maior sub Deo nequit intelligi: nam omnes sumus aequè iusti & sancti, atque ipsa Virgo Maria. Nihil ergo Mariæ profuit, quod prima trophæum virginitatis erexit, quod Deum Virgo concepit, peperit, educavit: quod omnium penè itinerum, laborum, ærummarum, & molestiarum eius comes, ad crucem usque, discipulis fugientibus, ipsam sequuta martyrium denique acerbissimum, doloris gladio viscera eius penetrante, suscepit. Nam sine tot laboribus omnes sumus aequè iusti & sancti, atque ipsa Virgo Maria. Sine causa Petrus & Paulus, ceterique Apostoli, tanto labore ad Euangelium disseminandum, orbem terrarum peragrarunt: frustra Martyres sanguinem suum pro Christo fuderunt: inanes vigilie, ieiunia, solitudines, humicubationes, horridi sacci, assidua cum Demonibus bella Sanctorum Anachoretarum fuerunt, quoniam sine tot laboribus & sudoribus, Lutherani quiescentes domi in uxorcule sinu & complexu bene passi benèque poti cœlum rapiunt, & aequè sancti & iusti sunt, atque ipsa Virgo Maria, ceterique Diui, quantumuis magni.

VENIAMVS ad Magdeburgenses: ipsi enim sunt præclari illi, religiosissimique historici, qui in priore libro prima Centuria, dum Christi vitam exponunt, B. Mariam usque ad eò grauitè deliquisse volunt, cum filium in templo amisit, ut eius peccatum cum illo primo & grauissimo Eue peccato non solum comparare non metuunt, sed etiam vtrum sit grauius, querere & dubitare non vereantur. Idem postea in posteriore eiusdem Centurie libro, Petro Apostolorum Principi quindecim lapsus & errata tribuunt, quorum aliqua sempiternis cruciatibus dignissima esse docent: nec multò infra, Apostolum Paulum reprehendunt, quod in Asia supra modum grauitatis, de vita desperauerit, quodq; in gratiam Iacobi Iudaicas cæremonias Hierosolymis obseruauerit, & eo factò magis Iudæos in errore confirmauerit, quam imbecilles fratres adiuuerit. In tertia verò Centuria & sequentibus omnibus, ad finem capituli quarti, Patres omnes accusant, quod non opinioniones tantum incommodas, & nœuos, sed etiam errores & stipulas, & fumos in Ecclesiam scriptis suis inuexerint, ad eò ut nisi Lutherus facem nobis doctrinæ prætulisset, caliginemq; illam tempestiue dissipasset, iam sumo excacati, enectiq; omnes essemus.

QVID de Quintino illo impuro & blasphemio Latinorum in Galliis parente dicemus, qui, ut Caluinus auctor est in institutione contra Libertinos, cap. 9. ad eò petulanter in Sanctos omnes debacchabatur, ut Paulum aliter non appellaret, quam vas confractum: Ioannem, iuuenem stolidulum: Mattheum, generatorem: Petrum, Christi abnegatorem?

PORRO Caluinus, qui tam seuerè alios arguit impietatis, tam fuit ipse pius & religiosus, ut non contentus iis conuicijs, quibus Sanctos omnes vexat, qui post Christi aduentum floruerunt, etiam ad eos lingua suæ flagellum extenderit, qui multis seculis eiusdem Saluatoris aduentum præcesserunt. Itaque in libro Christiana sua institutionis, lib. 3. cap. 14. §. 11. Abrahamum idolorum cultorem facit. Saram, lib. 3. instit. cap. 2. §. 31. multis modis peccasse dicit, cum ancillam viro supposit: Rebeccam verò varijs fraudibus & imposturis Dei veritatem corrupisse, dum malo artificio filij benedictionem procurat, maritum decipit, Iacobum mentiri cogit: Iudam Machabeum lib. 3. cap. 5. §. 8. superstitionis & præposteri & eli reprehendit, quod pro mortuis sacrificium offerri imperauerit. Sephoram, lib. 4. cap. 15. §. 20. stultitiam mulierem fuisse grauitèque peccasse docet, quod filium circumciderit. Mosem ipsum, in caput iricesimum secundum Exodi, quo nihil habuit antiqua atas mitius, sapientius, sanctius, arrogantia atque superbia Caluinus insimulat, quod nimirum imperiosè legem Deo præscripserit, sudque cum iustitia exuerit.

IAM verò de sanctis hominibus Testamenti noui primum scurriliter nugatur, eos, si preces mortalium exaudire debeant, tam longas aures habere oportere, ut à cælo usque ad terram porrigantur. Deinde eosdem per contemptum, nunc homines mortuos, nunc larvas, nunc colluicem nominat, in institutione lib. 3. cap. 20. §. 27. in libro autem, quem inscripsit, De vera Ecclesiæ reformandæ ratione, etiam monstra, carniçes, & bestias appellauit. Quæ contumelia & blasphemia vix ulla maior cogitari potest. Quid enim? si non Caluinum ipsum, sed coniugem eius (nefas enim apud eos est Episcopum creari, nisi vnus saltem uxoris virum) si coniugem, inquam, Caluini, aut liberos, aut amicos, aut etiam seruos, vel ancillas aliquis nostrum larvas, umbras, colluicem, bestias, monstra, carniçes appellaret, quo animo id Caluinus acciperet? an sibi iniuriam fieri non arbitraretur: nunquid non molestissimèque ferret, & Christus a quo animo accipiet, amicos, domesticos, fratres, filiosque suos amantissimos, quos ipse in cælis tanto honore dignatur, ut in Apocal. dicat: Si quis vicerit, dabo ei federe in throno meo, sicut ego

vici, & sedi in throno Patris mei: hos, inquam, tam sublimes Principes, consortes regni & solij diuini, umbras, laruas, colluuiem, ab uno quodam arrogantissimo terre vermiculo nominari? Non ferret certe a quo animo Deus: sed omnes eiusmodi blasphemos, atque sacrilegos aeternis suppliciis tandem afficiet.

S E D & nos, si ciues Sanctorum sumus, si vllum habemus fidei zelum, excitemur atque accendamus oportet, & religiosa pique indignatione vehementer commoti, tam nefariis hominibus acerrime resistamus: imitentur Lutherani maiores suos, Porphyrium, Iulianum, Vigilantium, VViclefum, & quoquoque vnquam cum caelestibus Diuis impia bella gesserunt, & vt fabule Poetarum de gigantibus ferunt, de suis sedibus caelites deturbare, ac detrahere voluerunt. Nos vero maiorum nostrorum, Athanasij, Ambrosij, Hieronymi, Paulini, Augustini, Gregorij, vestigijs inhaereamus. Qui quidem Apostolorum, & Martyrum gloriam religiosè amulari, & res gestas contra detractores pro viribus differendo tueri, & memoriam denique sermonibus alere, Basilicis honorare, carminibus celebrare, literis propagare, & consecrare aeternitati semper studuerunt. Ita enim fiet, vt & illi, quorum imitantur scelera, earundem cum illis paenarum societate iungantur: & nos, quos in hoc studio ad virtutem habuimus Duces, eosdem ad premia & coronas socios habeamus. Nunc ad rem ipsam accedamus propius.

Ordo disputationis.

H AEC disputatio duodecim praecipuis questionibus continetur, Prima est de Sanctorum beatitudine, an Sanctorum anime Deum videant, & verè beate sint ante diem iudicij? Haec enim questio fundamentum est omnium aliarum, nam idcirco ante Christi aduentum non ita colebantur, neque invocabantur spiritus Patriarcharum & Prophetarum, quemadmodum nunc Apostolos & Martyres colimus & invocamus, quòd illi adhuc inferni carceribus clausi detinerentur.

S E C V N D A de canonizatione, quae sequitur ordine suo primam illam de beatitudine. Posteaquam enim didicerimus sanctos homines vita sanctos, cum Deo beatos regnare, descendendum erit qui sint illi: quod quidem non aliunde certò scire possumus, quàm ex publico Ecclesiae testimonio, quod canonizationem nunc appellamus.


T E R T I A de cultu, vbi enim constitit qui sint ij, qui inter beatos spiritus numerandi sunt, sequitur, vt quaeratur, an ij sint adorandi villo genere adorationis.

Q V A R T A de inuocatione, quae est eximium adorationis genus.

Q V I N T A de reliquijs eorum, vtrum videlicet non solum ipsi Sanctorum spiritus, sed etiam corpora, seu ossa & cineres, aliaque eorum reliquia, venerande sint.

S E X T A de imaginibus, an colenda sint, & quo cultus genere.

S E P T I M A, V I I I, I X, X, X I, & X I I, de iis rebus, quibus non modo sanctis hominibus, sed etiam toti caelesti Hierusalem ab Ecclesia, quae peregrinantur in terris, cultus debitus exhibetur, id est, de Basilicis, de peregrinationibus, de votis, de vigilijs, de ieiunijs, de festis.



LIBER PRIMVS DE BEATITVDINE ET CANO- NIZATIONE SANCTORVM.

CAPVT PRIMVM.

Argumenta hereticorum, quibus illi probare nituntur, Sanctos nondum esse beatos, &c.



S T igitur questio prima: Sintne piorum hominum spiritus, qui & corpore soluti sunt, & nulla purgatione egentiam ad fruendam beatitudinem, quae in clara Dei visione sita est, admissi? Et quidem antiquorum, & recentium hereticorum opinio fuit, animas omnes, quantumuis sanctorum hominum, vtque ad vltimi iudicij diem seruari in quibusdam abditis receptaculis, vbi nec Deum videant, nec beatae dici possint, nisi in spe.

P R I M V S ex hereticis, qui hoc asseruit, quantum ex auctoribus ego colligere potui, Tertullus, lib. 4. in Marcionem, sic enim ait: Eam regionem, sinum dico Abrahæ, & si non caelestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium praebituram animabus iustorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat: tunc apparitura caelesti promissione, quam Marcion suo vendicat, quasi non à creatore promulgatam. Idem etiam habet lib. de anima duobus postremis capitibus.

E V M sequitur est Vigilantius, de quo sic Hieron. in lib. contra eundem. *As*, inquit, *vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel subter aram Dei animas Apostolorum & Martyrum condesse, nec posse suis tumultis, & vbi voluerint, esse praesentes, senatoria videlicet dignitatis sunt, vt non inter homicidas terribili carcere, sed in libera, honestaque custodia, in fortunatorij insulis, & in campis Elysijs recludantur.*

E V N D E M errorè tribuit Guido in summa de hereticis Armenis. In eodem versabantur Graeci, vt patet ex Conc. Florentino, sess. 1. & ex B. Thoma in opusculo 6. c. 9. Eundem errorem habet Lutherus in pralect. in Gen. (vt Fridericus Staphylus citat in epitome trimembri Lutheranae Theologiae, parte secunda) eundem habet Cornelius Agrippa in lib. 3. de occulta Philosophia.

E V N D E M habet etiam Ioannes Calvinus, nam libro 3. instit. c. 20. §. 20. dicit solum Christum ingressum esse Sanctuarium caeli: reliquos vero omnes residere in atrio, ibique expectare vsque ad mundi consummationem. Et §. 24. dicit animas Sanctorum adhuc eadem fide & charitate nobiscum esse coniunctas, vbi autem fides, est, ibi certè non est visio, & cap. 25. §. 6. *Stultum*, inquit, *& temerarium est inquirere, quo in loco sint animae iustorum, & an gloria fruantur, necne. Interea cum Scriptura vbique iubeat pendere ab expectatione aduentus Christi, & gloriam, ac coronam eò vsque differat, contenti simus his finibus diuinitus praescriptis, animas piorum militia labore persuntas in beatam quietem concedere, vbi cum felici latitia fruitionem promissae gloriae expectant, &c.* Nota mirà stultitiam hominis, qui dicit stultum, & temerarium esse quaerere, vtrum animae iustorum gloria fruantur, necne: & ipse tamen audacter definit eas nondum frui gloria, sed eam expectare. Argumenta pro hac sententia Calvinus nulla profert, sed multa sunt, & difficilia, quae partim Graeci proferre solent, partim etiam pro illis proferri solent.

P R I M V M argumentum sumitur ex decreto Ioannis XXI. qui fertur hoc declarasse & mandasse Parisiensibus, vt non aliter docerent vel in scholis, vel in templis, & nullos promoueret ad gradus in Theologia, nisi prius

A illi iurarent, se hanc sententiam defensuros. Testes sunt huius rei Gulielmus Ockam in opere nonaginta trium dierum: Ioannes Gerson in serm. de Pascha: Marsilius in quartum sent. quest. 13. art. 3. & Adrianus in quartum, vbi disputat de Sacramento Confirmationis.

S E C V N D V M argumentum ex Scripturis sumitur: & quidem primus locus est, Matth. cap. 20. vbi ad vesperam paterfamilias omnibus operariis simul reddit mercedem: constat autem per vesperam intelligi resurrectionem, & per denarium vitam aeternam. Secundus Heb. 11. *Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissiones, Deo pro nobis aliquid melius providente, vt non sine nobis consummarerentur.* Tertius 1. Io. 3. *Scimus quia cum apparuerit (Christus in secundo aduentu) similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.* Quartus Apocal. 6. *Vidi subius altare animas interfectorum propter verbum Dei. Quid significat illa absconditio sub altari, nisi reconditum aliquod receptaculum, vbi quietè quidem, sed in tenebris versentur animae?*

T E R T I V M argumentum sumitur ex testimonijs Patrum Graecorum. Iustinus q. 60. ex iis, quas gentes Christianis ponunt, dicit narrationem de diuite, & Lazaro non esse veram historiam: & causam reddens: *Neque enim, inquit, ante resurrectionem vnicuique ex iis, quae in vita gessit, premium redditur. Et quest. 76. Si ante resurrectionem nulla sunt operum premia, quis fructus fuit latroni, cum in paradysum eius animus introductus est?* Respondet, id consecutum latronem, vt sit in caetu iustorum, & videat seipsum, & quae infra se sunt, & praeterea Angelos & daemones.

I R E N A V S lib. 5. cap. 31. *Cum enim Dominus, inquit, in medio vmbrae mortis abierit, vbi anima moriuorum erant, post deinde corporaliter resurrexerit, & post resurrectionem assumptus sit: manifestum est, quia & discipulorum eius, propter quos & haec operatus est Dominus, animae abibunt in inuisibilem locum definitum eis à Deo, & ibi vsque ad resurrectionem commorabuntur sustinentes resurrectionem, post recipientes corpora, & perfectè resurgentes, hoc est, corporaliter, & sic venient ad conspectum Dei.*

O R I G E N E S homilia 7. in Leuit. *Nondum, inquit, Sancti receperunt latitiam suam, nec Apostoli quidem, sed & ipsi expectant, vt ego latitiae eorum particeps sim.* Et lib. 2. periarcho prope finem dicit, Sanctos post mortem deferri in Paradysum terrestrem, & inde eos, qui puriores sunt, ad aëris loca conscendere.

C H R Y S O S T O M V S hom. 39. in priorem ad Corinth. in illud, in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus: *Quid ais Paulus? an non animus superstes erit? erit, & immortalis quidem: quanquam verò vel sexcentis sit immortalis, tamen sine carne ipsa admirandis illis bonis non fruetur, quemadmodum neque penes punietur. omnia enim coram tribunali Christi manifestabuntur, inquit Paulus, vt vnusquisque seruat, quae per corpus siue bona siue mala gessit, nam si corpus non resurgat, anima nostra incoronata manebit, & extra caelestem beatitudinem erit.* Idem hom. 28. in epist. ad Hebraeos: *Ne aliquid pra nobis habere viderentur, si primi aut nos co-*

ronarentur, unum definiuit tempus omnium coronarum, & qui ante tam multos annos vicit, tecum accipiet coronam.

THEODORETUS in cap. II ad Heb. Sanctorum ergo, inquit, tot & tanta fuerunt certamina, sed hi tamen nondum coronas acceperunt, &c.

THEOPHYLACTUS in eundem locum: Sancti nihil ad hoc caelestium promissionum sunt assequuti. Et in cap. 16. Lucae, docet, narrationem de Lazaro esse parabolam, non historiam, quia nondum sunt distributa bona & mala iustis & iniustis.

OECUMENIVS in eundem locum: Omnes, inquit, Sancti testimonium promeriti, quod per fidem placuerunt Deo, nondum consequuti sunt bona iustis promissa.

ARRETHAS Caesariensis Episcopus in cap. 6. Apocalypsis: Floram, inquit, spe, quae per intellectum veluti in speculo contemplatur, omni crassitie liberati merito letantur quiescentes in sinibus Abraham: nam id multis Sanctis dictum est, unumquemque virtutum cultorem sortitum esse dignum locum, unde etiam de futura sua gloria certam quandam assequatur coniecturam.

EUTHYMIUS in c. 16. Lucae dicit, narrationem illam de Lazaro, & diuite esse parabolam, qua designatur, quid erit post diem iudicii, & in cap. 23. & tunc quidem dedit ei conuersationem in Paradiso tanquam arrhabonem regni sui, quod est fructus ineffabilium, ac aeternorum bonorum, quae nec oculus vidit, &c.

CONFIRMATUR hoc argumentum, quia Graeci Patres simpliciter negant Deum videri posse a creatura: ergo multo magis negare debent videri ante diem iudicii, vide Chrylustomum hom. 23. in Genes. ubi dicit, ne Angelis quidem Deum esse visibilem. Item hom. 14. in Ioannem, ubi dicit, Angelos nunquam vidisse filium Dei, nisi post incarnationem. Similia habent Theodoretus in Dialogo Immutabilis, Theophylactus in illud Ioan. 1. Deum nemo vidit unquam. & Euthymius in eundem locum: quibus accedit ex Latinis Hieronymus, teste August. epist. III. ad Fortunatianum.

QUARTUM argumentum est ex testimoniis Patrum Latinorum. Lactantius lib. 7. c. 21. Ne quisquam putet, animas post mortem protinus iudicari: nam omnes in vna communique custodia detinentur, donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen.

VICTORINVS Martyr in c. 6. Apocalypsis Animas autem occisorum dicit se vidisse sub ara, id est, sub terra. Et infra: In nouissimo tempore Sanctorum remuneratio perpetua, & impiorum ventura est damnatio.

HILARIUS in Psal. 138. in illud: Si descendero in infernum, ades: Haec, inquit, humana lex necessitatis est, ut sepultis corporibus animae ad inferos descendant. Et ne putemus eum loqui de animabus impiorum, subdit: Quam legem Dominus ad consummationem veri hominis non recusauit: &c.

VULT ergo dicere, ad eum esse necessarium, ut animae sint in inferno, dum caro est in sepulchro, ut etiam Dominus hanc legem subire voluerit.

PRUDENTIVS in Hymno de exequiis defunctorum, docet animas sanctas discedere ex hac vita in Paradisum terrestrem, siue in sinum Abraham, quem diues ille ardens longe conspexit.

Quanam regione iubebis
Animam requiescere puram?
Gremio semis abdita sancti
Reclinet, ut est Eleazar,
Quem floribus undique septum
Dives procul afficit ardens.
Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida iam Paradi:
Licet & nemus illud adire
Homini, quod ademerat anguis.

AMBROS. lib. 2. de Cain, cap. 2. Soluitur a corpore anima, & post finem vitae huius ad hoc futuri iudicii ambiguo

suspenditur. Et lib. de bono mortis, cap. 10. Satis, inquit, fuerat illis dixisse animas ad id petere, id est, locum qui non videtur, quem Latine infernum dicimus. Et ibidem: Scriptura Esdræ habitacula animarum promptuarum nuncupat. Et occurrens querelae humanae, eod quod iusti, qui praecesserunt, videntur usque ad diem iudicii per plurimum scilicet temporis debita sibi remuneratione fraudari, mirabiliter, ait, coronae esse similem diem iudicii: coronae enim dies expectatur ab omnibus, ut intra eum diem & victi erubescant, & victores palmam adipiscantur victoriae: ergo dum expectatur plenitudo temporis, expectant animae remunerationem debitam: alia manet poena, alia gloria.

AVGVSTINVS lib. 1. retract. c. 14. De sanctis hominibus, inquit, iam defunctis, primum ipsi saltem dicendi sint iam in illa possessione consistere, merito quaeritur. Et in epist. III. ad Fortunatianum, exponens quaedam verba D. Hieronymi: In his verbis, inquit, hominis Dei multa consideranda sunt: primum, quia secundum apertissimam Domini sententiam etiam ipse senit tunc visuros faciem Dei, cum in Angelos profecerimus, id est, aequales Angelis facti fuerimus, quod erit vique in resurrectione mortuorum. Item in Enchiridio, c. 108. Tempus, inquit, quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est, animas in abditis receptaculis continet. Lib. 12. de Genes. c. 37. quaerit, quid opus sit animabus resumptione corporis, si possunt sine carne videre Deum? Respondet autem: Animae dubitandum est, & raptam hominis a carnis sensibus mentem, & post mortem ipsam carne deposita non sic videre posse incommutabilem substantiam, ut sancti Angeli vident. Et lib. 2. ciuit. Dei, cap. 9. Pars, inquit, ciuitatis Dei, quae coniungenda immortalibus Angelis ex mortalibus hominibus congregatur, nunc mortaliter peregrinatur in terris, vel in eis, qui mortem obierunt, secretis animarum receptaculis, sedibusque requiescit. In Psal. 36. Post vitam, inquit, istam nondum eris, ubi erunt Sancti, quibus dicitur, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, nondum ibi eris, quis nescit sed iam poteris ibi esse ubi illum quondam viderosum pauperem diues, ille superbus in medijs tormentis vidit longe requiescentem. in illa requie certe securus expectabis iudicii diem.

BERNARDVS serm. 3. de omnibus Sanctis: Aduertitis, inquit, ni fallor, tres esse sanctorum status animarum, primum videlicet in corpore corruptibili, secundum sine corpore, tertium in beatitudine consummata: primum in tabernaculis, secundum in atrijs, tertium in domo Dei. Et infra: In illam beatissimam Dei domum animae, nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis, id est, nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Et serm. 4. exponens illud: Vidi sub altari animas interfectorum, intelligit per altare, Christi humanitatem, ac dicit, interim animas Martyrum esse sub altari, quia solum vident Christi humanitatem, post diem iudicii exaltandas esse super altare ad videndum Dei essentiam. Interim, inquit, sub Christi humanitate feliciter Sancti quiescunt, in quam nimirum desiderant etiam sancti Angeli prospicere, donec veniat tempus, quando iam non sub altare collocentur, sed exaltentur super altare. Sed quid dixi? Nunquid humanitatis Christi gloriam, non dicam hominum, sed vel Angelorum assequi quis poterit, nedum superare? Quoniam igitur modo super altare dixerim exaltandos eos, qui nunc sub altari quiescunt? Visioe vti que, & contemplatione, non prelatione. Ostendit enim tunc nobis Filius, ut pollicetur est, semetipsum, non in forma serui, sed in forma Dei: ostendit etiam nobis Patrem, & Spiritum sanctum, sine qua nimirum visioe nihil sufficeret nobis.

QUINTVM argumentum sumitur ex ratione: nam iudicium, & examen bonorum & malorum, futurum est in nouissimo die, ergo praemia & poenae usque ad eum diem differuntur. Praeterea Christi anima post separa-

tionem a corpore non statim ascendit in caelum, sed prius descendit ad inferos, & post resurrectionem carnis tandem in caelum ascendit; igitur & sancti omnes post mortem in inferno erunt usque ad resurrectionem; nam Christi requies, resurrectio, & ascensio, exemplar fuit nostrae quietis, resurrectionis, & ascensionis; alioqui essent discipuli, & serui supra magistrum, & Dominum. Ad haec, anima & caro simul operantur tam bona, quam mala, igitur simul, & non vna sine alia puniri, aut remunerari debet. Denique daemones nondum puniuntur, sed puniendi referuntur post diem iudicii; nam idcirco dicebant Christo: Venisti huc ante tempus torquere nos. Matth. 8. Et deprecabantur eum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent, Luc. 8. igitur idem de hominibus fiet: si autem impij non puniuntur, certe nec pij remunerantur. Haec igitur sunt argumenta, quae aduersus veritatem afferri solent: quae quidem in sequentibus capitibus per partes diluentur.

CAPVT II.

Animas Sanctorum iam nunc frui Dei visione, demonstratur testimonio Ecclesiae.

ED facile erit totidem argumentorum generibus veritatem propugnare. Primum igitur accedat Ecclesiae testimonium, quae in oratione de S. Gregorio dicit: Deus, qui anima famuli tui Gregorii aeternae beatitudinis praemia contulisti, &c. Praeter quam orationem habemus etiam duo Concilia Oecumenica, & duorum summorum Pontificum decreta, siquidem hoc ipsum definitum est in Concilio Florentino sessione vlt. in decreto vniouis Latinorum cum Graecis, & in Concilio Tridentino, sess. 25. Idem quoque disertis verbis docet Innocentius II. cap. Apostolicum, extra, de Presbytero non baptizato. Idem denique post longas disputationes Benedictus XII. definitiuè in extrauaganti, quae incipit, Benedictus Deus; quam totam refert Alphonsus a Castro libro 3. contra haereses, verbo beatitudo.

ATQUE hinc soluitur primum argumentum aduersariorum: nam facile erit totidem argumentorum generibus veritatem propugnare. Primum igitur accedat Ecclesiae testimonium, quae in oratione de S. Gregorio dicit: Deus, qui anima famuli tui Gregorii aeternae beatitudinis praemia contulisti, &c. Praeter quam orationem habemus etiam duo Concilia Oecumenica, & duorum summorum Pontificum decreta, siquidem hoc ipsum definitum est in Concilio Florentino sessione vlt. in decreto vniouis Latinorum cum Graecis, & in Concilio Tridentino, sess. 25. Idem quoque disertis verbis docet Innocentius II. cap. Apostolicum, extra, de Presbytero non baptizato. Idem denique post longas disputationes Benedictus XII. definitiuè in extrauaganti, quae incipit, Benedictus Deus; quam totam refert Alphonsus a Castro libro 3. contra haereses, verbo beatitudo.

SECUNDO, asseruit sibi displicere priorem sententiam, ac sentire se, animas Sanctorum videre Deum, etiam ante diem iudicii, nisi aliter Ecclesia, & sui successores definierint: quorum definitioni se submittere dicebat omnes suas opiniones. Habetur haec retractatio ipsis verbis, quibus facta est, apud Ioanem Villanum libro vndecimo, capite decimonono historia, de rebus Florentinorum, quam ille dicit se habuisse a fratre suo, qui in aula eiusdem Ioannis Papae degebat.

SECUNDO, asseruit sibi displicere priorem sententiam, ac sentire se, animas Sanctorum videre Deum, etiam ante diem iudicii, nisi aliter Ecclesia, & sui successores definierint: quorum definitioni se submittere dicebat omnes suas opiniones. Habetur haec retractatio ipsis verbis, quibus facta est, apud Ioanem Villanum libro vndecimo, capite decimonono historia, de rebus Florentinorum, quam ille dicit se habuisse a fratre suo, qui in aula eiusdem Ioannis Papae degebat.

tertium est, nullum Cardinalium se opposuisse Ioanni Papae, nam Ioannes Villanus lib. 10. cap. vlt. hist. scribit, maiorem partem Cardinalium repugnasse Ioanni, & idem colligitur ex decretali Benedicti XII.

QUARTVM est, Regem Galliae Philippum interdixisse suis communionem Ioannis Papae, nisi respiceret.

At Ioannes ille Villanus loco citato scribit, Regem solum scripsisse ad Pontificem amice & reuerenter, cumque monuisse, ut caueret ab illis opinionibus, quae videtur suspensionem erroris ingenerare posse.

QUINTVM est, Pontificem coactum a Rege ad Palinodiam. At Ioannes praedictus scribit, Ioannem Pontificem solum retractasse opinionem suam pridie ante mortem suam affinium, qui metuebant, ne, si Ecclesia postea contrarium definiret, ut etiam fecit, memoria Ioannis Papae aliqua nota suspensionis erroris inureretur. Vide quae scripsimus de hac re lib. 4. de Pontifice capite 14.

CAPVT III.

Idem Scripturarum testimonium demonstratur.

AM secundo loco Scripturarum testimonia proferemus. Ac primum sit id, quod legimus in Ecclesiast. c. 12. Facile est coram Deo in die obitus retribueri vnicuique secundum vias suas.

DICES, non ait Scriptura in die obitus reddi vnicuique secundum opera, sed posse reddi, si Deus veller. At certe illud, facile est, non significat, posset Deus, si vellet; sed reddit Deus, & facile reddit vnicuique secundum opera sua in die obitus, alioqui enim, si Deus posset reddere secundum opera, sed non redderet, frustra nos hoc argumento hortaretur Sapiens ad beneficiendum.

PRAETerea cum dicat ibidem Spiritus sanctus. In fine hominis denudatio operum eius; indicat etiam in fine hominis, reddi vnicuique secundum opera: nam ad hoc fit iudicium illud, & denudatio operum, ut sequatur remuneratio.

DICES rursus, quando haec scripta sunt, non datur remuneratio essentialis in die obitus, sed tantum requies in sinu Abraham, igitur per ista verba, Facile est coram Deo in die obitus reddere, &c. solum deducitur, reddi in die obitus iustis certam spem beatitudinis futurae, & requiem in sinu Abraham.

RESPONDEO, Ecclesiasticum, cum dicit, in die obitus reddi remunerationem, intellexisse, reddi remunerationem, quae pro temporum diuersitate haberi poterat: & quia tunc nondum caelum erat referatum, nunc autem a Christo referatum est, ex illius sententia sequitur, in die obitus, & tunc requiem dari solitam iustis, & hic veram felicitatem. hinc nimirum Numeri 35. Dominus iubet, ut post mortem sacerdotis magni omnes exules reuerterentur ad patriam: haec enim est figura rerum nostrarum; nam nos exules sumus: patria paradisi, sacerdos magnus Christus, post cuius mortem iam patet aditus Adae filiis in caelum.

ALTERVM testimonium, & quidem longe clarius, est Apostoli Pauli 2. Corinth. 5. Scimus quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissolatur, aedificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, aeternam in caelis. nam in hoc ingenisimus, habitationem nostram, quae de caelo est, superindui cupientes, si tamen vestiri, & non nudi inueniamur: nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingenisimus grauari, eod quod nolimus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeat quod mortale est a vita.

NOTA primo illud, si terrestris domus nostra, intelligi a quibusdam (ut Chrylustomus citat) de mundo hoc sensibili, quasi Apostolus dicat, si hic mundus peribit, non deerit nobis alius melior post resurrectionem. Sed hoc falsum est; nam communis Graecorum, & Latinorum opinio pro domo hac terrestri accipit corpus hoc mortale, seu vitam praesentem corporalem. Et ratio est, quia in fine capitis superioris dixit Apostolus: Si exierit homo noster corruptus, interior renouatur de die in die. Itaque, quod hic dixit terrestrem domum, ibi dixit hominem exteriorem. Praeterea infra clarius dicit: Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. Vbi aperte vocat corpus, quod antea vocauerat exteriorem hominem, domum terrestrem, tabernaculum, &c.

NOTA secundò, per domum æternam, & cœlestem, quam opponit Apostolus domui terrestri, intelligi à Patribus vel corpus immortale, vt à Chrysofomo, Theophylacto, Theodoro, Ambrosio, vel vitam æternam, id est visionem Dei. Et sine dubio verior est posterior expositio, quæ est Photij apud Oecumenium, Anselmi & D. Thomæ in hunc locum: nam in primis Apostolus ait de præfenti, si domus hæc terrena dissoluitur, habemus aliam æternam in cœlo: debuisset enim dicere, si de corpore glorioso loqueretur, habebimus, nō habemus: nam corpus immortale non habemus nunc in cœlo.

PRÆTEREA Apostolus, cum dicit, si hæc domus dissoluitur, habemus aliam, vult dicere, non est quod timeamus nobis domum defururam vnquam, nam si hinc pellimur, habemus aliam: at si per domum cœlestem intelligitur corpus immortale, nō est verum nobis nunquam defururam domum: deest enim à die mortis vsque ad diem resurrectionis. Præterea id ipsum vocat hanc domum cœlestem, quod paulò antè in fine capitis 4. vocauerat, *Aeternum gloria pondus*; nam postquam dixerat: *Id enim, quod in præfenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum glorie pondus operatur in nobis*, subiungit explicans: *Si enim terrestris domus, &c.* At per illud: *Aeterna gloria pondus*, omnes intelligunt ipsam essentialem beatitudinem.

DEUTYER, nisi Apostolus hinc per domum cœlestem, intelligeret beatitudinem, non bene concluderet paulò inferius: *Audētes igitur, & scientes quia dñi sumus in corpore, peregrinamur à Domino, audemus, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præfentes esse ad Dominum.* Nec enim sequitur, si hoc mortale corpus corrumpitur, habebimus aliud immortale post resurrectionem, ergo bonum est nunc mori, & peregrinari à corpore; immodò contrarium sequitur, nimirum non esse bonum mori vsque ad diem resurrectionis, quia etiam melius sit corpus immortale quàm mortale, tamen melius est corpus mortale quàm nullum. At, si per domum cœlestem, intelligamus beatitudinem, Apostoli argumentatio optima est, nimirum ista: si vita hæc mortalis perit, habemus statim aliam longè meliorem in cœlo, ergo bonum est citò mori in mundo, vt citò viuamus in cœlo.

DICES, non videtur beatitudo posse vocari domus, non enim habet similitudinem cum domo: corpus autem habet, corpus enim reuera est domus animæ.

RESPONDEO, beatitudinem optimè dici domum, quia est tam magna, vt eam anima non capiat, & potius anima in illam intret, quàm illa in animam. hinc 1. Ioan. 3. dicitur: *Maior est Deus corde nostro.* Et quod dicitur Iuan. 14. *In domo Patris mei mansiones multas sunt*; omnes intelligunt de variis gradibus beatitudinis. de hac domo dicitur etiam Matth. 25. *Intra in gaudium Domini tui.* Et hanc domum eleganter Apostolus opponit vitæ corporali, siue ipsi corpori propter tria. Primum enim corpus ipsum vocat domum terrestrem, quia ex terra constat; vitam beatam, vocat domum cœlestem, quia in cœlo inuenitur: ibi enim est sedes Dei, & ibi semper videtur tantquam Rex in decore suo.

SECUNDò, corpus dicit esse domum, quæ dissoluitur, quia quotidie deficit magis & magis, illam autem vocat æternam, quia semper in eodem statu permanet; denique illam vocat non manufactam, insinuans istam esse manufactam, quia nimirum corpus habemus opera hominum, qui illud generarunt, & cibo, ac potu alunt, & sustentant: at illa domus cœlestis ab hominum opere non pender, sed à solo Deo manifestante seipsum nobis.

TERTIVM testimonium est paulò infra: *Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eò quod nolumus expoliari, sed superuolui, audentes igitur, & scientes, quia dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem: audemus, & bonam voluntatem*

habemus magis peregrinari à corpore, & præfentes esse ad Dominum. Nota Apostolum hinc docere duo desideria esse in nobis, vnum naturæ ad viuendum corporaliter, alterum gratiæ ad videndum Deum; & quidè homines pios vel le quidem vtrumque, si possint implere simul, sed cum non possint, antepone re desiderium gratiæ desiderio naturæ, & proinde appetere mortem corporis, vt possint cum Deo viuere: homines impios è contrario omnia referre ad vitam corporis, & desiderium naturæ.

EX quibus deducitur euidens argumentum pro sententia nostra; nam si non possemus videre Deum, nisi post resurrectionem, non diceret Paulus, de optate peregrinari à corpore, vt non peregrinaretur à Domino, his enim verbis ostendit esse aliquem statum animæ, in qua peregrinaretur à Corpore, & non à Domino, at talis status non esset vnquam, nisi ante resurrectionem videretur Deus: nam in hac vita peregrinamur à Domino, sed non à corpore, in alia vita post resurrectionem non peregrinabimur nec à Domino, nec à corpore; ante resurrectionem autè oporteret necessariò peregrinari à Domino, & à corpore: quare vt detur status, in quo peregrinamur à corpore, sed nō à Domino, de quo Paulus loquitur, necesse est vt ante resurrectionem spiritus iustorum corpore soluti, Deum videant.

NEQUE etiam dici potest, Paulum loqui de quadam beatitudine imperfecta, quæ consistit in visione humanitatis Christi, & quòd peregrinari à Domino, sit peregrinari à præfentia humanitatis Christi. Si quidè sanctus Apostolus ait: *Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem.* Ex quo sequitur vt è contrario, non peregrinari à Domino, sit nō ambulare per fidem, sed facie ad faciem videre speciem diuinæ pulchritudinis. Idem enim Apostolus quod hinc dicit, ambulamus per fidem non per speciem, dicit 1. ad Corinth. 13. *Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.* At qui solam videt Christi humanitatem, adhuc habet fidem, & est peregrinus, & viator, vt omnes fatentur.

QUARTVM testimonium est Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Vbi nota, paradysum dupliciter accipi in Scripturis; vno modo pro horro quodam deliciarum corporalium, in quo primus homo constitutus fuit antequam peccaret, de quo loquitur Moyfes Genes. 2. & 3. altero modo pro gloria beatorum, cuius prior Paradysus figura fuit; & de hoc loquitur Paulus 2. Cor. 12. vbi se dicit raptum fuisse in Paradysum, explicans enim quid sit Paradysus, dicit se raptum supra tertium cœlum.

VTIVMVS in hunc locum existimat (nimirum vt confirmet errorem suum) hinc Dominum loqui de Paradiso terrestri; & ideò etiam scribit, Dominum latroni nō respondisse, hodie mecum eris in regno meo, sed in paradiso; vt ostenderet aliud esse regnum, aliud paradysum: & quia poterat aliquis obicere, Christum dixisse, mecum eris in paradiso, & tamen Christus nō est in Paradiso terrestri, sed cœlesti; respondet Euthymius, Christum esse vbiq; vt Deus est, & proinde esse cū latrone, aliisque Sanctis in Paradiso terrestri, & simul cū Angelis in paradiso cœlesti.

HÆC expositio sine dubio potest ac debet retici. Primum, paradysus terrestris est locus deliciarum corporibus non animabus; quid enim prodest animabus abundare pomis, herbis, aquis, ceterisque rebus terrenis illius paradisi? Christus autè promittens latroni paradysum, promisit hortum deliciarum ipsi conuenientem, id est, spiritualem.

SECUNDò, voces Testamenti noui cum ambiguae sunt, potius accipi debent, vt sumuntur in aliis locis Testamenti noui, quàm vt sumuntur in Testamento veteri, sed vox ista *paradysus*, in Testamento nouo accipitur pro paradiso spirituali, vt patet 2. Cor. 12. igitur & Lucæ 23. pro spirituali paradiso accipienda est.

TERTIò, Christus promisit latroni consortium suum cum ait: *Mecum eris in Paradiso.* Christus autem non ter-

restrem,

restrem, sed cœlestem paradysum introiit: nec valet responsio Euthymij; nā eo modo, quo Christus est vbiq; erat cum latrone etiam in hoc mundo, cum adhuc latrocinia exerceret, & nihil ei Christus noui promississet.

AD DE quartò, non videri improbabile quibusdam, paradysum terrestrem perisse aquis diluuij: neque obstat quòd Eccle. 44. dicitur Henoch translatus in paradysum. nam Henoch translatus fuit ante diluuium, ac proinde transferri potuit in paradysum, quo postea destructo, aliò à Deo translatus fuit.

IAM verò Theophylactus nomine aliorum refert, & refellit duas alias expositiones ad hunc locum. Prima est quorundam, qui dicebant, latroni promissum fuisse paradysum cœlestem, sed dandum post resurrectionem: dixisse autem Christum, *hodie eris*, propter certitudinem rei futuræ, quomodo Propheta sæpe exprimit res futuras per tempus præfens, aut præteritum; vt cum Dominus dicit: *Qui non credit, iam iudicatus est.*

SECUNDA est, illud, *hodie*, coniungendum cum *dico*, non cum *eris*, hoc modo: *Amen dico tibi hodie, mecum eris in Paradiso.*

SED neutra est solida; non prima, tum quia nō oportet recurrere ad figuras, & relinquere propriam verborum significationem, nisi quando alioqui absurditas aliqua sequeretur: tum etiam, quia ista non sunt verba Prophetica, vt oportuerit ea velari obfcuritate, sed continet simplicem promissionem, & proinde simpliciter intelligenda sunt; neque eo loco, *qui non credit, iam iudicatus est*, accipitur præteritum pro futuro: non enim vult Dominus dicere, certò iudicabitur, sed verè iam iudicatus est, & condemnatus à seipso, cum nolit eam fidem amplecti, per quam saluus esse posset.

SECUNDA expositio est planè ridicula. Quorsum enim Dominus diceret: *Amen dico tibi hodie?* nōne videbat latro Dominum loqui illa die? Præterea, quis non videt per illud aduerbium hodie, responderi ad illud aduerbium, quando, quod latro posuerat? Latro dixerat: *Memento mei, quando veneris in regnum tuum.* Dominus respondet, hodie erit illud quando, proinde hodie mecum eris in regno, & paradiso meo. Vera ergo expositio est Theophylacti, Ambrosij, Bedæ, & aliorum, qui per paradysum intelligunt regnum cœlorum, ne forte enim latro per regnum iutelligeret aliquid humanum, Christus declarauit, regnum suum esse paradysum, id est, summam & sempiternam felicitatem.

QUINTVM testimonium Ephes. 4. *Christus ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.* Quòd in loco per vocem *altum*, non potest intelligi nisi summum cœlum: est enim quidam intelligunt crucem; tamen Paulus se exponit paulò infra, cum ait: *Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos.* Porro nomine captiuitatis, quam secum duxit in cœlum, quid potest intelligi, nisi multitudo sanctorum animarum, quas ex limbo ad cœlum auerxit, vt Ambrosius exponit?

DICES, non sequitur, Sancti sunt in cœlo, ergo vident Deum. Respondeo, rectè sequi: nam per cœlum intelligimus sedem, & quasi aulam regiam Dei, vbi Deus semper videtur: nam Isa. 66. dicitur: *Cœlum mihi sedes est.* Et Matth. 5. *Nolite intrare per cœlum, quia thronus Dei est.* Et Matth. 18. *Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei.* Et in oratione Dominica dicimus: *Pater noster, qui es in cœlis.* Tamen enim Deus vbiq; sit; tamè proprie in cœlo esse dicitur, quia per sui manifestationem illic se præsentem ostendit, & cernitur ab iis, qui digni sunt, cœlesti illa sede. Vnde eleganter Cyrillus catech. 9. dicit cœlum esse velum Deitatis, quo nobis videlicet, qui sumus extra velum, absconditur Deus. Immodò B. Paulus Heb. 9. cōparat ingressum Christi in sanctuarium cœlestem, cū ingressu Sacerdotis intra velum in sancta Sacerdotum, indicans idè esse cœlum respectu diuinæ essentia, quod erat

velum respectu arcæ Testamēti: & certè animabus Sanctoꝝ, si non videant Deum, parum videtur referre, vtrū in cœlo isto materiali, an in terra, vel in alio loco sint.

SEXTVM testimonium Philip. 1. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* At si animæ seruantur in aliquo loco extra cœlum, frustra hoc desiderabat Paulus, Christus enim in cœlis est.

SEPTIMVM testimonium Heb. 9. *Hoc significante Spiritu sancto nodum propalatum esse Sanctoꝝ viam, adhuc priore tabernaculo habente statum.* Quod exponit, Primasius, Anselmus, Theophylactus, Oecumenius, in hūc modum: quòd in sancta Sanctoꝝ nō possent ingredi Sacerdotes, nec populus, significabat toto tempore Testamenti veteris, non fuisse apertam viam ad cœlum, & ideò etiam iustissimos quosq; ad inferos descendisse: quia non poterant simul vigere figura & figuratum. At postea quā Christus perripuit velū tabernaculi, & figuræ cellauerūt, iam propalata est via Sanctoꝝ ad sanctuarium cœlestem.

OCTAVVM testimonium Heb. 12. *Non accessistis ad montem Sion, &c. sed ad Sion montē, & Hierusalem cœlestē, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & spiritus iustoꝝ perfectoꝝ, &c.* Hic (vt rectè Anselmus exponit) describitur Ecclesia triumphans, & in ea dicitur esse tanquā ciues, primū Angeli, deinde animæ primitiuorum, id est, eorū, qui primi crediderūt, & iā mortui fuerūt, vt Iacobi Apostoli, Stephani, & alioꝝ: qui dicuntur conscripti in cœlis, quia sunt adscripti & coopati cum Angelis in ordinem ciuium cœlestium, quomodo dicebantur Romæ senatores Patres conscripti. Nisi fortè magis placeat per Ecclesiam primitiuorum in cœlis conscriptorū, intelligi animas Patriarcharū, & Prophetarum cum Christo regnantium: per spiritus autem perfectoꝝ, animas Apostolorum & Martyrum. Semper tamen eadem esse sententia, iam nunc spiritus sanctorum hominum beatos esse, ea beatitudine, qua sancti Angeli soli antea fruebantur.

NONVM testimonium est in lib. Aet. cap. 7. vbi Stephanus moriturus vidit cœlos apertos, & gloriam Dei, Christumque stantem à dextris Patris. Cur autem hoc vidit, nisi vt intelligeret, sibi cœlum parere, & se statim à Domino recipiendum in illam gloriam? Id enim ille intelligens exclamauit: *Domine Iesu, suscipe spiritum meum.*

DECIMVM testimonium est cap. 6. Apocalypsis, vbi dantur Martyribus singulæ stolæ albae, quæ gloriam animæ significant: nam alteram stolam, id est, gloriam corporis post resurrectionem habebunt, vt exponunt, Gregorius in 4. Psal. penitentialem, & Beda, Haymo, & Anselmus in hunc locum, necnon B. Augustinus ser. 4. de festo Innocentium.

VNDECIMVM est cap. 7. vbi de istis dicitur: *Hi qui amici sunt stolis albis, sunt ante thronū Dei & seruiūt die ac nocte in templo eius.* Ex quo habemus illos verè esse in cœlo, & videre Deum. Quid enim significat esse ante thronū Dei, nisi habere Deum in conspectu, eumque cernere?

ATQUE hinc bene solui potest argumentum secundum: nam ad primum locum contra adductum respondeo dupliciter, ac primum, vt Chrysof. in c. 20. Matth. monet, parabolas non oportere ex omni parte quadrare, sed solum considerandum esse scopum: multa enim dicuntur non ad significandum aliquid, sed solum, vt narratio integra videatur, quemadmodum & culter ad sciendum factus est; nec tamen ex omni parte scinditur: alioqui, quomodo operarij accipientes denarium murmurabant? nunquid erit murmur in cœlo? Et cur Dominus dixit: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Num erit in cœlo oculus nequā? quomodo etiam fieri potest, vt merces prius sit reddita vltimis, quàm primis, cum cōster omnes simul electos eadem sententia donandos regno cœlorum? Solum ergo ex parabola illa de operariis habemus, minori tempore Patres noui Testamenti

labo

laborare, quam fecerint Patres veteris, & tamen ad eandem beatitudinem pervenire: vel certe eos, qui conuertuntur in senectute breviorē laborē habere, quam eos, qui in adolescentia, & tamē posse nō minus premiū adipisci.

POSSVMVS etiam secundū respondere, si velimus illam partem esse significatiuam, qua dicitur, ad vesperā vocatos esse omnes operarios, & simul omnibus redditam esse mercedem. dicimus enim per vesperam significari futurum generale iudicium, quo publicē reddatur omnibus perfecta merces: quod tamen iudicium non excludit particularia Dei iudicia, quibus in obitu vniuscuiusque redditur singulis priuatim pars mercedis.

AD secundum locum ex Paulo; qui ait, Patres non accepisse repromissiones, sed suo tempore accepturos, dico tria. Primū, per repromissionē posse intelligi Christi incarnationem, vt exponit Primasius: id enim Deus promiserat sapientissimē Patribus Abraham, Isaac, Iacob, Dauid: vnde Dominus ait. Luc. 10. Multi reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.

SECUNDŌ dico, per repromissiones posse intelligi beatitudinē animæ, & tunc conferri homines Testamenti veteris, cū hominibus Testamenti noui: vt sensus sit, illi antiqui Sancti mortui sunt, nō accepta repromissione vitæ æternæ, vt non præuenirent nos, sed expectauerunt vsque ad Christi aduentū, vt eam repromissionem nobiscum, id est, cum Sanctis Testamenti noui acciperent. Et fauet huic expositioni textus Græcus ἐν ἐποχῇ αὐτοῦ τὸ ἐπινοῦναι, non acceperunt repromissionem, id est, nunc quidem acceperunt, sed antehac nondum acceperant.

TERTIŌ dico, per repromissionem intelligi perfectā beatitudinem corporis & animæ, quam illi adhuc non habuerunt, ne sine nobis habeat: quæ quidem est communis Patrum expositio in eum locū, & Augustini tract. 49. in Ioannem. Notanda sunt autem illa verba: Ne sine nobis consummarentur. Non enim ait, ne sine nobis remunerarentur, sed ne sine nobis consummatam mercedem non modō animæ, sed etiam corporis acciperent.

AD tertium locum ex epistola Ioannis respondeo, illud, cum apparuerit, non significat, cū apparuerit Christus, sed cum apparuerit quid erimus, vt patet ex superioribus. Dixerat enim, nondum apparuit, quid erimus, ac deinde subiicit, scimus enim, quia cū apparuerit, nimirū quid erimus, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Itaque illud, similes ei erimus, significat, similes Christo erimus coram oculis totius mundi: videbunt enim nos in nubibus Christo affidentes, ac similes illi quoad externā gloriam corporis, quæ gloria ex eo nascetur; quod videbimus eum sicuti est: nō videre Deum, est beatitudo animæ ex qua nascitur gloria corporis. Est autem similis hic locus, vt Beda etiam monet, illi loco Pauli: Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cum autem apparuerit Christus, vita vestra, tūc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Coloss. 3. Quare non colligitur ex verbis Ioannis, sanctos homines non visuros Deum ante diem iudicij, sed solū ante eum diem non esse eorum gloriam toti mundo manifestandam.

AD quartum ex Apocalypsi, dico per altare, sub quo sunt animæ, nō posse intelligi aliquem locum extra cælum; nam in cap. 7. habemus, istas animas amictas stolis albis esse ante thronum Dei, Deoque in templo eius, id est, in cælo seruire die ac nocte.

TRES ergo sunt Catholicæ expositiones, Prima Bedæ, illud, sub altari, coniungi cum interfectorum, hoc modo: Vidi animas interfectorum sub altari, per altare autem intelligi Christum, vt sensus sit; Vidi animas interfectorum sub altari, id est, sub testificatione nominis Christiani: quomodo 2. Machab. 7. dicitur Machabæi occisi sub testamento Dei, id est, pro Testamento Dei.

SECUNDŌ, eiusdem Bedæ, Primasij, & Haymonis, illud, sub altari, coniungi cum vidi, sed per altare intelli-

gi secretum intellectuale, vnde procedit thymiana laudis diuinæ: sicut enim in tabernaculo erat arca, & ante arcam altare aureū thymiamatis, ita in cælo, tabernaculo non manu factō, est arca humanitatis Christi, in qua residet diuinitas: & ante eam est altare aureum, vnde procedit perpetuum thymiana laudis diuinæ, & precum. Et notat Haymo, quod sicut in tabernaculo materiali, inter altare aureum & arcam, erat velum, quod fractum est in morte Christi: ita quoque durante Testamento veteri, animæ Sanctorum erant sub altari, sacrificantes Deo hostias laudis, sed velum erat inter eas, & Deum: at fracto velo per Christum, iam altare est coniunctum arcæ, & nihil est in medio. Dicuntur autem animæ esse sub altari isto, non autem ad altare, ad significandum secretum illud cælestē, quod nō solū oculi, sed nec mentes nostræ penetrare possunt: quis enim capiat, quomodo animæ sint ante Deum; eique ministrent in cælo?

TERTIA, est Anselmi qui docet, per altare intelligi Christum. Sacrificia enim Sanctorum siue laudis, siue orationum, non placent Deo, nisi super hoc altari ponantur, id est, per Christum offerantur. Dicuntur autem animæ sub Christo esse, non quia Christus sit illis quasi paries adumbrans, & impediens, quod minis Deum videat, vt B. Bernardus videtur exposuisse, sed sub Christo esse dicuntur, quia illo inferiores sunt loco, & dignitate, & quia sub Christi patrocinio, & protectione vicerunt, & illi referunt accepta sua præmia.

CAPVT IV.

Eadem veritas ex Græcis Patribus confirmatur.

EQVITVR nunc, vt post Scripturas sacras proferamus etiam testimonia Patrum, ac primū Græcorum, ne recentiores Græci existiment, veterum testimonio errorem suum se posse defendere.

PRIMVS, Ignatius in epistola ad Romanos dicit; se per martyrium proficisci de mundo ad Deum, Et rursum ait: Aqua viva manens in me, intrinsecus mihi dicit, veni ad Patrem. At secundum errorem Græcorum & Caluiniistarum, non ac Deum ibat, sed ad inferos, aut ad alium locum extra cælum, vbi non magis Deus est, quā hīc nobiscum. Præterea ibidem ait: Sinite me puram lucē aspicere, illuc perueniens, homo Dei ero. Et rursum: Miserabilis sum nunc, donec Deum merear adipisci. Annon clarissimē indicat, se statim à morte futurum cum Deo, & visurum puram lucem diuinitatis? Denique sæpius repetit, se per martyrium adepturum Christum, at quomodo adipiscetur, si Christus est in cælo, & ipse erit apud inferos, in abditis receptaculis nescio quibus?

SECUNDVS sit Dionysius Areopagita, qui libro de Ecclesiastica hierarchia, cap. 7. par. 1. loquens de Sanctis in morte constitutis: Norunt, inquit, profectō se totos percepturos exactissimam ad Christi speciem requiem, cum ad præsentis vitæ finem peruenerint, viamque ad immortalitatem suam è vicino iam claris intuentes diuinitatis laudant munera, diuinæque lætitiæ gestunt, non iam ad deteriora conuersionem metuentes, sed parata bona se firmiter perpetuōque habituros probè noscentes, &c. Nota, dicere Dionysium, animas Sanctorum statim à morte hominis consequi immortalitatem, cūque hoc non possit intelligi de immortalitate naturali, nec de immortalitate carnis, necessariō esse intelligendum de beatitudine, quæ est vita æterna animæ. Eodem libro, & capite, parte 3. dicit, animas Sanctorum statui in regione viuorum, in sinu Abraham, Isaac, & Iacob; & subdit. Ista, vt reor, sunt perspicuè beatissima Sanctorum præmia: quid enim immortalitati perfectæ omnique tristitia vacua, ac plena perpetui luminis, conserui possit? licet multum sanè promissiones ille sublimiores nostra mente sint, quæ vocabulis nobis congruis designantur, longè tamen inferiores earum re & veritate appellationes habent: verum enim profectō illud existimari

existimari

existimandum eloquium est, quod oculus non vidit, auris non audiuit: in cor hominis non ascenderit, quæ præparauit Deus diligentibus, &c. At certe ista non conueniunt, nisi essentiali beatitudini, quæ sola superat nostra desideria.

TERTIVS sit Iustinus, qui quæstione 75. à gentibus posita (quanquam istæ quæstiones non videntur Iustini, sed alicuius recentioris.) At, inquit, post animi à corpore excessum, statim fit bonorum, malorumque distinctio, ducuntur enim ad loca quæ eis digna sunt, ab Angelis bonorum quidem animi in paradysum, vbi consuetudo est, & aspectus Angelorum, & Archangelorum: vbi verò etiam conseruatoris Christi ex verbis his, peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum, improborum autem ad inferorum loca, &c. Vbi nota probari sententiam nostram, tum ex eo, quod dicit, bonorū animos duci ad Paradysum, vbi sunt Angeli, & Christus; tum ex loco Pauli, quem Iustinus allegat; nam (vt suprā diximus) præsentem esse ad Dominum, significat videre Deum, cū opponatur peregrinationi à Domino, & ambulationi per fidem.

ATQVE ex his ad loca ex Iustino adducta in cōtrarium, facile est respondere; nam quæstione sexagesima, vbi dicit, narrationem de Lazaro non esse historiam, quia nondū facta est retributio, loquitur de retributione perfecta, quando totus homo animo & corpore gaudebit, vel cruciabitur. Et quia in illa narratione fit mentio corporalis supplicij, cū dicitur: Et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Ideō Iustinus dicit, illam narrationem non esse historiam, quia nondum habent damnari corporalia membra, &c. In quæstione 76. Gentiles quidem quærebant, si ante resurrectionē nulla sunt operum præmia, quorsum latro in Paradysum introductus fuit? Sed Iustinus non admittit antecedens, immō ostendit magnā remunerationis partem esse, quod animus latronis sit in cœtu beatorum, & videat inferiora, & Angelos, ac Demones; non meminit autē Dei visionis, quia Græci non solent vocare visionem, nisi eius rei, quæ plenè cōprehenditur, & idē passim negant, Deum posse videri à creatura: sed quod aliquo modo latro Deum videat, indicat Iustinus, cū dicit eum esse in cœtu beatorum.

QUARTVS Irenæus lib. 1. c. 2. Iustis, inquit, & æquis, & præcepta eius seruantibus & in dilectione eius perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex poenitentia vitam donans, incorruptelam loco muneris cōfert, & claritatem æternam circumdat. Nota, quibusdam, id est, iis, qui mox à Baptismo moriuntur, vel qui pro Christo vitam ponunt, vel denique perfectis statim donari vitam & charitatem æternam; alii non, nisi post poenitentiam, id est, satisfactionem in futuro seculo actam. Est enim hæc sententia Irenæi simillima illi Cypriani libro 4. epist. 2. ad Antonianum: Aliud est, inquit, ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire; aliud missum in carcerem, non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis mercedem accipere, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diuigne: aliud peccata omnia passione purgasse.

QUOD ergo idem Irenæus lib. 5. c. 31. dicit, animas Sanctorum deduci in inuisibilem locū, & post resurrectionem cum corporibus ituras ad Dominū, non significat eas interim non esse in cælo, vel nō videre Deū, sed solū significat eas nō esse nūc in illa perfecta beatitudine, in qua est Christus, qui animo & corpore est beatus.

ET confirmatur hoc ex multis coniecturis. Primū, quia hoc ipso loco dicit, Christum descendisse ad inferorum loca, vt Sanctorum animas inde extraheret, & saluaret. Si eas ergo extraxit, non sunt amplius ibi, & si saluauit, certè vident Deum, nam hæc est salus animarum.

SECUNDŌ, cū dixisset, Christum descendisse ad inferos, antequam resurgeret, & subiungeret, debere discipulos imitari magistrum suum, non tamen ausus est dicere, discipulorum animas descendere ad inferos, sed

ait, eas duci ad inuisibilem locum, vt ibi expectarent resurrectionem, per inuisibilem locum quid prohibet intelligere cælum, vbi est lux inaccessibleis?

TERTIŌ, quia Irenæus contendit discipulos debere in morte, & requie, & resurrectione Christi imitari: At Christus statim à morte, non fuit quidem beatus corpus, sed quieuit triduo in sepulchro, interim tamen animo erat beatus, & in Paradiso, ipse enim dixit Luc. 23. Hodie mecum eris in Paradiso, ergo etiā Sancti, dum quiescunt in sepulchris, quātū ad corpora, animo sūt in Paradiso beati.

QUINTVS Origenes, qui in illis ipsis locis, qui contra nos afferuntur, pro nobis est; nam homil. 7. in Leuiticum dicit, Sanctos habere nunc lætitiā, sed non perfectā, quia adhuc corpus eorum, id est, ciuitas illa beata non est plena, sed quando erimus nos etiam vbi ipsi sunt, tunc habebunt perfectā lætitiā. & addit, Christum etiam non habere perfectā lætitiā, quia nondum habet omnia sua membra. Itaque apertè loquitur de lætitiā accidentali. Libro autem secundo periarchoon, capite vltimo dicit, plerisque Sanctorum primū duci ad locum aliquem terrestrem, vt ibi expolientur, & doceantur multa, quæ nesciebant; deinde duci ad loca ærea, & ibi discere quædam sublimiora; tandem duci supra cælos ad Christum, & ibi iam videre perfectā causas omnium rerum, ibidem asserit Paulū, & similes perfectos iam ibi esse, & videre in Deo omnia. Itaque errat quidem in eo, quod vult Sanctos paulatim proficere in alia vita: sed apertè facitur nunc multos eorum esse in cælo, & videre Deum.

SEXTVS, Athanasius in vita Antonij dicit, animam Ammonis Angelis stipatam visam ab Antonio deferri in cælum.

SEPTIMVS, Basilius homilia in quadraginta Martyres, 70s, inquit, non terra oculiuit, sed cælum suscepit, aperta sunt vobis paradisi porta. Et oratione in Gordium Martyrem: Erat enim affectus, non vt qui in hystoris manus deuenturus esset, sed velut Angelorum manibus seipsum commissurus, qui statim ipsum rectus mastratum, assumptum ad beatam vitam translaturus essent.

OCTAVVS, Gregorius Nazianzenus oratione in Basiliū: Tu, inquit, obierit cælo nos respice, & datam mihi renem debilitatem, & articulorum dolorem, vt tibi discere, vel adiua, & hortare, ita me aquo animo ferre, vt hinc demum discedentē me in æterna tabernacula recipias, & beatam Trinitatem eo, quo est modo, tecum pariter contemplari valeam. Et oratione in Gorgoniam dicit, eam frui cum Angelis purissima illustratione Trinitatis, quæ toti menti totam se contemplandam præbeat.

NONVS, Gregorius Nyssenus oratione in S. Ephrē. In cælestibus tabernaculis, inquit, animus illius conuersus, vbi sunt ordines Angelorum, vbi Patriarcharum populi, vbi chori Prophetarum, vbi sedes Apostolorū, vbi gaudiū Martyrum, vbi piorum lætitiā, vbi Doctorum splendor, vbi celebres primogenitorum cœtus, vbi pura lætantium voces. Et infra: Tu verò diuino assistens altari, vitæque principi, & sacrosanctā vna cum Angelis sacrificans Trinitati, omnium nostrum recordare, nobisque peccatorum veniam impetra.

DECIMVS, Ioannes Chrysostronus hom. 10. in posteriori ad Corinthios, loquens de beatitudine: Si cogitatio, inquit, illorum, quāuis obscura sit, tantam suppeditat voluptatem, cogita quānam lætitiā nobis allatura sit manifesta ipsa comprehensio beati & ter beati, qui illis bonis fruuntur, sicut & miserabiles, & miserimi, qui hęc contraria sustinent. Hom. 3. in Epist. ad Philip. Peccatores, inquit, vbi fuerint, procul à Rege sunt, atque idē digni qui flectantur: Iusti verò siue hic, siue in futuro seculo fuerint, cum Rege sunt, illic tamen magis & propius, non per ingressum, ac fidem, sed facie ad faciem, &c. Nec in textu Græco hic insignis locus aliter se habet: οἱ ἡ ἀληθῆς ἐν τῇ ἑστῆσθαι, ἀπὸ ἐκεί, κατὰ τὸ βασίλειος ἐστὶ, καὶ κατὰ μᾶλλον, καὶ ἐγγυτερον,

& dicit

Εἰς τὴν αἰώνιον, ἀλλὰ τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ ὁρατὸν. Eadem verba repetit hom. 69. ad pop. & hom. in illud Sap. 5. *Instruunt animam in manu Dei sunt.*

R VRSVM idem Chrysofomus homil. 4. in Epistolā ad Philippenses, exponens illud, Vtrum eligam ignoto, &c. *Quid*, inquit, *dices Paule, cum hinc abiens in ipsum cælum migraturus sis, atque cum Christo futurus, ignoras quid eligere debeas?* Et infra: *Quis athleta cupiet amplius certare, cum iam liceat coronari?* &c. Idem homil. 32. in Epist. ad Romanos dicit nunc Pauli animum versari in summo cælo prope ipsum Regis solium, vbi Cherubim & Seraphim volitant. Lib. 6. de sacerdotio, dicit eos, qui purè communicant corpori Dominico, in extrema hora ab Angelis stipatos rectā in cælum abduci. Ex his patet Chrysofomi sententia.

Q VARE ad id, quod obiiciebatur ex homil. 39. in priorem ad Corinthios, dico, Chrysofomum non velle dicere, animam non frui bonis æternis ante resurrectionem, sed simpliciter nō frui bonis æternis ante resurrectionem, si caro non resurgat: quia nimirum, cum tam animus quam caro laborauerint, par est, vt vtraque pars suā mercedem habeat. Quod si vna non habebit, inde colligitur, nec alteram habituram. Et de contrario, si caro suo tempore resurget, & coronabitur, colligitur nunc animam coram Deo vivere & coronari. Vide Theophylactum, qui in eundem locum Pauli scribens, Chrysofomi sensum clariùs proponit.

AD alterum Chrysofomi locum dico, eum loqui de corona, seu gloria corporis, de qua etiam Paulus loquitur. Et idem respondemus ad loca obiecta in cōtrarium Theodoretī, Theophylactī, Oecumenij in hunc locum; nam illi, vt Chrysofomi discipuli, ipsius commentarium imitari sunt.

V NDECIMVS, Cyrillus Hierosolymæ Episcopus, catech. 13. de latrone loquens: *Tu*, inquit, *de ligno introductoris in paradysum.* Et ne putemus eum loqui de loco refrigerij in sinu Abrahæ: *Nondum*, inquit, *Abraham fidelis ingressus est, & latro ingreditur, &c.* Et ne putemus eū loqui de paradiso terrestri: *Ne timeas*, inquit, *serpentem, cecidit enim de cælo, nō te eiiciet.* Itaque clarissimè Cyrillus asseruit, latrone primū omnīū in paradysum ingressum.

D YODECIMVS, Cyrillus Alexandrinus libro 11. in Ioannem, cap. 36. dicit, animas Sanctorum non versari in terris post mortem corporis, nec deduci ad pœnas Gehennæ, sed euolare in manus Dei Patris; & ne putemus hoc intelligi de sinu Abrahæ, vel loco aliquo extra cælum, dicit, hoc iter à Christo primū apertum, & paratum; non ergo descendunt animæ Sanctorum ad locum, quod ibant ante Christi mortem: & addit, animas Sanctorum vitam perpetuam cum Christo habere.

DECIMVSTERTIVS, Epiphanius, hæresi septuagesimæ octaua in fine: *Sancti*, inquit, *sunt in honore, quies ipsorum in gloria, profectio hinc in perfectione, fors ipsorum in beatitudine, in mansionibus sanctis, tripudium cum Angelis, diæta in cælo, gloria in honore incomparabili & perpetuo, briaud in Christo Iesu Domino nostro.*

DECIMVSQVARTVS, Theodoretus lib. 8. ad Græcos, qui est de Martyribus: *Si cælum*, inquit, *sedes illorum est, qui p̄i vixerunt: hunc profectō finē sui cursus & Martyres iam consequuti sunt, his enim magis p̄ium esse nihil potest.* Et infra: *Idēque*, inquit, *maiori sorte meritō perfriuntur martyres, qui nunc & a cunctis latē mortalibus honores amplissimos ferunt, & æternis sunt insigniū coronis.* Si ergo iam sunt in cælo, & æternis coronis insigniti sunt, quomodo non sunt assequuti repositionem (vt idem Theodoretus, nobis obiectus ab aduersariis, dicit) nisi de repositione resurrectionis, & gloriæ corporalis sermo sit?

DECIMVSQVINTVS, Eusebius lib. 4. hist. cap. 15. Polycarpum dicit per mortem immortalitatis præmia

A iam adeptum, at quæ est ista immortalitas, quæ præmij loco datur animæ natura sua immortalis, nisi beatitudo? Item lib. 6. cap. 6. de Potamiana: *Hoc modo*, inquit, *Beata Virgo emigravit de terris ad cælum, Similia passim leges.*

DECIMVSSEXTVS, Damascenus in historia de Barlaam & Iosaphat in fine: *Vultu Domini*, inquit, *nitidè & nudè presentatur, illiusque gloriæ iam ante promissa sibi corona exornatur.*

DECIMVSSEPTIMVS, Theophylactus in cap. 23. Lucæ: *Dicendum est*, inquit, *idem esse paradysum, & regnum cælorum; nam latro est in paradiso ac regno, alioqui non frueretur perfecta bonorum participatione, &c.* vbi prolixè confutat eorum sententiam, qui volunt latronem fuisse ductum ad paradysum, non autem ad regnum cælorum. Quando ergo Theophylactus dicit in cap. 16. Lucæ, narrationem de diuite & Lazaro esse parabolam, quia nondum facta est diuisio præmiorum, & pœnarum, loquitur de præmiis & pœnis, quæ ad corpus pertinent; & idè rectè vocat parabolicum sermonem de oculis, & lingua diuitis in inferno. Quando etiam dicit in cap. 11. ad Hebræos, Sanctos nihil cælestium promissionum accepisse, vult dicere, nihil illius gloriæ, & earum dotium, quæ corpori affert resurrectionis, ad eos peruenisse.

DECIMVSOCTAVVS, Oecumenius in cap. 9. ad Hebræos dicit Christum non solum in cælum ingressum esse, sed etiam secum duxisse genus humanum, id est, multos sanctos Patres, qui sine dubio si in cælo cum Christo sunt, ibi quoque cum ipso beari sunt, alioqui (vt supra diximus) parum prædesset spiritibus cælorum corporalium habitatio.

H ABEMVS ergo, omnes Doctores Græcos pro nobis esse; soli enim remaneant Arethas, & Euthymius ex iis, qui nobis obiecti sunt, ex quibus Arethas, cum dicit, Sanctos sperare futuram gloriam, potest commodè intelligi de gloria corporis. Euthymius autem non potest exponi, sed non est hac in re vsque adeo magnificandus; nam est omnium recentissimus. Scripsit enim circa annum M. C. LXXX. quo tempore Græci Schismatici, & hæretici manifestè esse cœperant.

AD illam confirmationem, quā afferebamus ex Græcis, qui Deum videri posse negant à creatura B. Augustinus responderet, auctores illos, cum dicunt Deū non posse videri, loqui de visione corporali. Sic enim ipse exponit verba B. Hieronymi in Epist. 3. dicit enim Hieronymum voluisse dicere, Angelos non videre Deum oculis corporeis, sed tamen mente videre.

AT hæc solutio non satisfacit, propter tres causas. Primò, quia Hieronymus, & cum eo Chrysofomus, Theodoretus & alij citati, disertè asserunt Angelos esse spiritus, & non habere corpora aërea, vel ignea naturaliter vnita, vt B. Augustinus opinatus est, & tamē negant ab Angelis Deum videri.

S ECVNDÒ, quia Hieronymus reddens causam, cur Angeli non possint videre Deum, ait: non enim potest creatura aspicere creatorem suum; & eandem causam reddere solet Chrysofomus. At hæc ratio tam valet in oculis corporis, quam in oculis mentis, vtrique enim sunt oculi creati.

TERTIÒ, quia isti Patres dicunt, nec Angelis, nec hominibus Deum esse visibilem, sed soli ipsi Deo. At Deus non videt se corporeis oculis, sed mente. De mente igitur, non de corporeis oculis Patres loquuntur.

VERA ergo solutio est B. Thomæ 1. par. quæst. 12. articulo 1. hos Patres nomine visionis intelligere comprehensionem perfectam: quia enim quod oculis corporis videmus, perfectissimè comprehendimus, quod autem in hoc mundo intelligimus, non ita perfectè intelligimus, non enim habemus species proprias substantiarum, & maximè separatarum; idè vocabulum videndi non solent vsurpare pro qualibet cognitione, sed solum pro

perfe

perfectissima illa, qua res comprehenditur, quo genere visionis non potest Deum videre, nisi Deus. Præterea etiam error Anomæorum, dicentium Deum posse comprehendī à creatura, illo tempore vigeat, & idè Patres abhorrebāt à vocabulo vidēdi, eum de Dei cōtemplatione loquebātur, ne videretur admittere cōprehensionem.

DICES, at Chrysofomus ait, Angelis Deum fuisse inuisibilem vsque ad incarnationem Christi tantum, non igitur loquitur de comprehensione, alioqui sequeretur post incarnationem Deum posse comprehendī.

RESPONDEO, Deum ante incarnationem nihil fuisse, nisi Deum, & idè simpliciter incomprehensibilem: at post incarnationem factus est homo, & in quātum homo comprehensibilis est; & hoc vult Chrysofomus.

DICES secundo, Theodoretus loco citato ait, Angelos non aliter videre Deum, quā viderint olim Abraham, Moyses, & Isaias, & ceteri: at isti non solum non comprehenderunt, sed nec verè viderunt Deum in se, sed solum in corpore assumpto ab Angelis, qui Deum referebant, vel in imaginaria reuelatione.

RESPONDEO, Theodoretus non dicere, non aliter, sed tantum statuere similitudinem inter visionem Angelorum, & Patriarcharum; quæ in hoc consistit, quòd sicut vna est imperfecta, & non comprehensua, ita & altera, quamuis cum magno discrimine.

CAPVT V.

Idem probatur testimonio Latinorum.

AD INGVAMVS nunc Latinorum Patrum consensum, vt hæc fides, totius Ecclesiæ fides fuisse intelligatur. Primus, Cyprianus lib. de exhortatione martyrij cap. vltimo, *Quis*, inquit, *non omnibus viribus elaboret, vt cum Christo statim gaudeat? vt post tormenta & supplicia terræna ad præmia diuina perueniat?* Et infra: *Clauduntur oculi in persecutionibus terræ, sed patet cælum: minatur Antichristus, sed Dominus Christus tuetur; mors infertur, sed immortalitas sequitur; occiso mundus eripitur, sed restituito paradysus exhibetur; vita temporalis exinguitur, sed æterna reparatur. Quanta est dignitas, & quanta securitas, exire hinc latum, exire inter presuras & angustias gloriosum, claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus, & aperire eosdem statim, vt Deus videatur, & Christus; tam velociter migrandi quanta felicitas, vt terris repente subtraharis, vt in regnis cælestibus reponaris?* Similia habet serm. de mortalitate. epist. 2. lib. 4. & alibi sæpius.

SECVNDVS, Hilarius in Psal. 64. *Beati quidem*, inquit, *sunt, qui iam à Deo ad habitandum in tabernaculis eius electi sunt: sed festinare nos in consortium huius beatitudinis congruum est, operationibus id atque orationibus expetentes, &c.* Et paulò antè dixerat illa tabernacula esse celestes mansiones, quas in domo Patris sui esse Christus dixit. Item in Psal. 60. dicit, sanctos esse Reges, & perpetuò cum Deo habitare. Et in Psal. 24. loquens de Apostolis aliisque sanctis: *Quomodo possumus*, inquit, *montes non eos significatos esse intelligere, qui super terrenam naturam gloriosi iam in Dei rebus exultant?* Quando ergo idem Hilarius in Psal. 138. dicit legem esse humanæ necessitatis, vt animæ ad inferos descendant, intelligitur pro eo tempore, quo cælum erat clausum: nam posteaquam Christus in cælum ascendens, aditum ad cælum referauit, non est amplius necessarium ad inferos descendere.

TERTIVS, Ambrosius lib. 7. ep. 59. ad Theosal. *Acolius*, inquit, *superiorum incola, possessor ciuitatis æternæ, illius Hierusalem quæ in cælo est, vidit illic verbis eius mensuram immensam, purum aurum, lapidè pretiosum, lumen sine sole perpetuum, & hæc omnia iam dudum sibi comperta, sed nunc facie ad faciem.* Vnde etiam lib. 10. epist. vlt. & in cap. 1. epist. ad Philippenses.

QVOD ergo Ambrosius ait lib. 2. de Cain, cap. 2. animas adhuc ambiguo iudicij suspendi, ad cognitionem

A temporis referendum est. Vult enim dicere, animas etiam beatas non scire, quando iudicium sit futurum. In libro autem de bono mortis, capite 10. loquitur de retributione mercedis, quæ tam animo quā corpore publicè coram toto mundo danda est. Illa enim propriè dicitur corona, quæ datur victoribus publicè, & cum celebritate: sed hinc non sequitur, partem eius præmij non esse datam antea per iudiciū particulare. neque obstat, quòd videatur Ambrosius dicere, omnes animas descendere ad inferos; non enim ipse hoc dicit, sed tantum approbat, quod Philosophi veteres hoc dixerint, quia illo tempore verum erat.

QVARTVS est, Prudentius, qui in carmine de B. Agnetæ sic cecinit:

*O Virgo felix, o noua gloria,
Cælestis arcis nobilis incola*

AT QVIBUS alia eiusmodi passim Prudentius repetit. Quare cum dicit alibi, animas beatas deduci ad sinum Abrahæ, vel ad paradysum, vnde Adam eiectus fuit, loquitur figuratè, quia tam sinus Abrahæ, quā paradysus terrestris, typi sunt regni cælorum, & patet ex ipso loco Prudentij: nam animas dicit esse in sinu Abrahæ, & simul in paradiso, cum tamen constet loca ista fuisse diuersa secundum proprietatem: sed diuersa non sunt secundum significationem.

QVINTVS est, beatus Paulinus, qui natali 3. de S. Felice sic ait. *Corpore terris.*

*Occidit, & Christo superis est natus in astris,
Cælestem natus sine sanguine Martyr honorem.
Item: Ast illum superi sacra gloria luminis ambit,
Florentem gemina belli pacisque corona.*

SEXTVS, B. Hieronymus in Epist. ad Marcellam de obitu Lex: *Nunc*, inquit, *pro breui labore æterna beatitudi-
ne fruitor, excipitur Angelorum choris, Christum sequitur,
& dicit quæcunque audiuius, vidimus in ciuitate Domini
virtutum.* Similia habet in epitaphio Nepotiani, Paula, Blafilla, & aliorum.

SEPTIMVS, Augustinus li. 12. Genesis, c. 34. primum dicit animas Sanctorum esse in paradiso, siue in tertio cælo, quòd raptus fuit Paulus: *Siue*, inquit, *in tertio cælo, siue
vbicunque alibi, quòd post tertium cælum est raptus A postu-
lus, si tamen non aliquid vnum est diuersis nominibus appella-
tum, vbi sunt animæ beatorum.* Deinde explicans quid sit hoc tertium cælum, sic ait: *Tertium est cælum, quod mente
conspicitur ita secreta, & remota, & omnino abrepta à sen-
sibus carnis, atque mundata, vt ea que in illo cælo sunt, & ip-
sam Dei substantiam, verbumque Deum per quod facta sunt
omnia, in charitate Spiritus sancti ineffabiliter valeat vide-
re, & audire.* Idem Aug. lib. 20. de ciuit. Dei, c. 13. *Animæ
victrices*, inquit, *gloriosorum Martyrū, omnibus doloribus ac
laboribus superatis, atque finitis, posteaquam mortalia mem-
bra posuerunt, cum Christo vtiq̄ regnauerunt, & regnant,
donec finiatur mille anni, vt postea receptis etiam corpori-
bus iam immortalibus regnent.* Idem in Psalmum 116. in il-
lud; *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, &c.*
Ibi, inquit, *omnes iusti, & sancti, qui fruuntur verbo Dei sine
lectione, sine literis: quod enim nobis per paginam scriptum
est, per faciem Dei, illi cernunt.* Idem libro meditationum,
c. 22. *Felix anima*, inquit, *quæ terreno resoluta corpore libera
cælum petit, secura est, & tranquilla, non timet hostem, neque
mortem: habet enim presentem, cernitque indefinenter pul-
cherrimum Dominum, cui seruiuit, quem dilexit, & ad quem
tandem lata & gloriosa peruenit.* Et c. 24. *Per ipsum vos ro-
go, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine
iam satiamini, de cuius immortalitate iam immortales facti
estis, de cuius beatissima visione semper gaudeatis.* Denique
D. Augustinus Epist. 11. existimat Paulum in illo suo rap-
tu vidisse Dei essentiam, quantò ergo magis credendum,
eum hoc sentire de animabus beatorum?

IAM pro explicatione locorum contrarium duo

notanda sunt. Primum est, Augustinum aliquando dubitasse, non quidem de ipsa visione Dei, & beatitudine, sed de loco ubi sint animae beatorum, & tamen postea diligenter considerata id asseruisse, quod nos asserimus; nam in Psalmum tricagesimum sextum ait, animas ante diem iudicii non esse in regno caelorum, sed in sinu Abrahamae, quasi haec loca distincta sint. In lib. 9. Confessionum, cap. 3. indicat se dubitare, cum ait: *Nunc, inquit, vivit Nebridius in sinu Abrahamae: quidquid illud est, quod illo significatur sinu, ibi Nebridius meus vivit, dulcis amicus meus, tuus autem Domine adoptivus ex liberto filius, ibi vivit: nam quis alius tali anima locus? ibi vivit, unde me multa interrogabat homuncionem in expertum, iam non ponit aurem ad os meum, sed spiritale, os ad fontem tuum, & bibit quantum potest sapientiam pro auiditate sua, sine fine felix, &c.* Ecce hic asserit visionem, & fruitionem, & tamen ambigit de loco.

At lib. 2. quaest. Evangelicarum cap. 38. (quos libros posteriori scripsit, ut ex retractationum lib. 2. colligitur) sic ait: *Sinus Abrahamae requies est beatorum pauperum, quorum est regnum caelorum, in quo post hanc vitam recipiuntur.* Et infra: *Sinus Abrahamae intelligitur secretum Patris, quo post passionem resurgens assumptus est: quod eum portatum ab Angelis idem dictum puto, quia ipsam receptionem, qua in secretum Patris abscessit, Angeli annunciauerunt discipulis intuentibus. Dicentes enim, Quid statis intuentes in caelum? quid aliud dixerunt, nisi nullo modo posse oculos hominum usque in illud penetrare secretum, quod ibat Dominus, cum in conspectu discipulorum ferretur in caelum. iam cetera secundum superiorem expositionem accipi possunt, quia secretum Patris bene intelligitur, ubi etiam ante resurrectionem istorum animae vivunt cum Deo. Quid clarius?*

Rursus lib. 20. de civit. Dei cap. 15. clarissime dicit, Beatos non esse apud inferos, ubi prius erat Lazarus, proinde correxit, quod dixerat in Psalmum 16. sic autem ait: *Si enim non absurdè credi videtur, antiquos etiam Sanctos, qui venturi Christum tenuerunt fidem, locis quidem à tormentis impiorum remotissimis, sed apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis Christi, & ad ea loca descensus erueret, profectò deinceps boni fideles effuso illo pretio iam redempti prorsus inferos nesciunt.* Ex his etiam deducitur apud Augustinum abditula vel secreta receptacula, non esse limbum Patrum in inferno, sed secretum Patris in caelo: & sic explicata remanent tria loca, libro Enchirid. cap. 108. de civit. cap. 9. & in Psalmum 36.

Nota secundò, Augustinum existimasse Sanctorum animas videre quidem Deum, sed non ita perfectè, ut videbunt post resurrectionem; propterea quòd naturale desiderium recipiendi corpus non sinat animas toto conatu ferri in Deum: & hoc esse discrimen inter Angelos & homines, quòd Angeli, cum nihil amplius expectent, toti ferantur in Deum: animae Sanctorum partim ad Deum, partim ad corpus respiciant. id patet ex lib. 12. de Genes. cap. 35. ubi posita quaestione, quid opus sit animae ad beatitudinem resurrectione carnis? Respondet, quia non potest anima sine carne sic videre Deum, ut vident Angeli: & rationem reddens, ait, quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi: quo appetitu retardatur, quodammodo, ne tota intentione pergat in illud summum caelum, quàm diu non subest corpus, cuius administratione appetitus ille conquiescat.

Itaque non dicit August. animam à corpore separatam, non posse videre incommutabilem substantiam, sed non posse videre eo modo, id est, tam perfectè, ut Angeli vident, propter causam iam dictam. Pari ratione, libro primo retract. cap. 14. ubi merito quaeri dicit, num Sanctorum anima sint adhuc in illa possessione beatitudinis, in qua sunt Angeli, explicat seipsum paulò infra, cum ait: *Sed vitium ad contemplandam cordis oculis veritatem, sicut dictum est, facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant* (quia videlicet carent corpore suo, quòd naturaliter

appetunt) non hic locus est disputando inquirere, &c. Non ergo dubitat, an anima in corpore sint in illa possessione, sed an sint ita, ut nihil eis desit.

ODEM modo respondendum est ad locum illum ex Epistola centesima vndecima ad Fortunatianum: loquitur enim de perfectissima visione, quam non habemus, nisi cum aequales Angelis fuerimus, quòd erit utique in resurrectione mortuorum: nunc enim Sancti non sunt Angelis aequales, cum Angeli toti sint vivi & immortales, Sancti autem partim vivi, partim mortui sint.

EST autem hic notandum, propter haec loca B. Augustini Scholasticos querere, an gloria animae maior erit post resurrectionem, quàm antea. & quidem conveniunt omnes in duobus. Primò, gaudium animae accidentale futurum maius tam extensivè, quia erit in anima, & in corpore; quàm intensivè, quia ipsa anima magis gaudebit, quòd videbit suum corpus gloriosum, quàm nunc cum illud videt mortuum iacere.

SECUNDò, gaudium essentiale fore maius extensivè, quia nunc est in sola anima, postea autem redundabit in corpus, & efficiet ipsum corpus suo modo gloriosum. Non autem conveniunt de incremento essentialis gloriae intensivè: nam magister in quarto Sententiarum distinctione quadagesima nona: & B. Thomas ibidem, quaestione prima, articulo quarto: D. Bonaventura ibidem, articulo primo, quaestione prima: Richardus ibidem, articulo secundo, quaestione septima: & Marsilius ibidem quaestione 13. articulo tertio: dicunt gloriam essentialem fore tunc maiorem etiam intensivè: & de hoc augmento intelligunt Augustinum.

RATIONES praecipuae sunt duae. Prima, quia anima perfectius esse habet in corpore, quàm extra corpus, ergo & perfectius operabitur. Secunda, quia anima separata propter inclinationem ad corpus distrahitur & impeditur, ne tota intentione feratur in Deum: ergo remoto hoc impedimento, intensius operabitur. At in contrarium D. Tho. pri. 2. quaest. 4. art. 5. & Caietanus ibid. & Durandus in 4. d. 49. quaest. 7. dicunt gloriam essentialem non fore maiorem intensivè, sed extensivè solum: & de isto augmento extensivo exponunt Augustinum: & ratio eorum est, quia si gloria cresceret intensivè, vel id accideret ratione obiecti, vel luminis, siue habitus gloriae, vel potentiae: non ratione obiecti, vel habitus, quia ista non crescunt, nisi crescat gratia: gratia autem non crescat in die iudicii, quia non est locus novis meritis post hanc vitam: non etiam ex parte potentiae, quia cum anima in videndo Deum, non pendeat à phantasmate, non penderit villo modo à corpore, & proinde tam perfecta esse potest operatio ista videndi Deum in anima separata, quàm in anima corpori adiuncta.

Eco dico duo: primò, opinionem priorè esse magis ad mentem Augustini, nec non Haymonis in caput sextum Apocalypsis, & Bernardi, de quo infra: nam Augustinus clarè dicit, animam separatam deesse aliquid ad videndum Deum perfectè, dum caret corpore. Dico secundò, opinionem secundam esse simpliciter veriorè, & propterea B. Thomam rectè mutasse opinionem. Vnde ad primum pro prima opinione dico, animam non habere melius esse in corpore, quàm extra corpus, nisi extensivè, quia suum esse communicat corpori: nam alioqui in se, esse anima semper est idè, nec suscipit magis & minus.

Ad secundum dico, inclinationem ad corpus, non impedire visionem, vel amorem Dei villo modo, quia ordinatur ad amorem Dei, tanquam ad finem, sicut amor medicinae non impedit amorem sanitatis: alioqui Angeli quando mittuntur ad exteriora, & de illis cogitare coguntur, distraherentur à visione Dei, & ipsa anima quando debet occupari in administrando corpore, distraheretur etiam magis, quàm nunc in appetendo corpus. Ad quòd videtur hoc definitum à Benedicto XII. nam

in extravaiganti. Benedictus Deus: dicit continuari visionem Dei, quam habent animae à morte corporis usque ad resurrectionem, & inde usque in aeternum, ubi videtur dicere eam non crescere, neque minui. & Ioannes Villanus lib. 11. hist. cap. 19. dicit, Benedictum definitum animarum gloriam non augendam post resurrectionem, nisi extensivè. ita enim testatur se audivisse à Theologis, qui interfuerunt, cum illud à Pontifice definiretur. Haec de Augustino.

OCTAVVS Pater Latinus sit Prosper, qui lib. 1. de vita contemplativa cap. 1. Quia secundum Scripturam, inquit, sacra sermonem, tota humana vita tentatio est super terram, tunc est tentatio finienda, quando finitur & pugna, quando post hanc vitam pugna succedet securae victoria, ut omnes milites Christi, qui usque in finem vita praesentis divinitus adiuti suis hostibus insatigabiliter restiterunt, laboriosa iam peregrinatione transacta regnent felices in patria, cuius hoc erit totum premium, ut vite contemplativae semel compos effecta inexplebiliter auctorem beatitudinis suae conspiciat, de illo gaudeat, de illo quod speravit obtineat, & in eo, ad quod sanctè vivendo pervenerit sine fine permaneat.

NONVS, Maximus Taurinensis, homilia in S. Eusebium Vercellensem: Dignè, inquit, in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transtulerunt Angelorum. Et homil. de S. Agnete: Ille nobis, inquit, tribuit indulgentiam peccatorum, qui tibi tuorum laborum tradidit palmam.

DECIMVS, Leo primus in sermone de sancto Laurentio: Nihil, inquit, obtines, nihil proficis sana crudelitas, subtrahitur tormentis tuis materia mortalis, & Laurentio in caelos abeunte, tu deficiis flammis tuis.

VNDECIMVS, Fulgentius ser. de sancto Stephano: Hodie, inquit, miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migravit ad caelum, item: ad caeli palatium perenniter regnatorum ascendit. Item: Hodie Stephanus stola est immortalitatis indutus.

DODECIMVS, Primasius in cap. 9. Heb. caeleste regnum inaccessible erat mortalibus, quoad veniret Christus, qui expleta passione aperiret nobis ianuam patriae caelestis, reserato velo, id est, caelo.

DECIMVSTERTIVS, Gregorius Papa in Psalmum 4. penitentialem: Beatitudo est animabus sanctorum ante resurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus post iudicium conferetur. Et lib. quarto Dialog. cap. 25. ex professo id probat.

DECIMVSQUARTIVS, Beda in caput 6. Apocalypsis: Singulas, inquit, modò stolas habent animae de sua beata immortalitate gaudentes, resurgentibus autem corporibus, iuxta Isaiam, in terra sua duplicia possidebunt.

DECIMVSQUINTIVS, Haymo in eundem locum: Prima, inquit, stola est merces baptismi, premium martyrii, merces aeternorum, gaudium caelestis beatitudinis, &c.

DECIMVSEXTVS, Anselmus in 2. Corinth. 5. Praedicatoribus, inquit, Ecclesia postquam de corporibus exierit, nequaquam per morarum spacia, sicut antiqui Patres, caelestis patriae perceptione differuntur, sed mox ut à carnis colligatione exeunt, in caelesti sede requiescunt.

DECIMVSEPTIMVS, Sulpitius in epist. ad Aurelium Diaconum de obitu D. Martini: Quanquam sciam, inquit, vivum illum non esse lugendum, cui post devotum, triumphatumque seculum, nunc demum reddita est corona iustitiae.

DECIMVSOCTAVVS, Bernardus in Epistola ad fratres de Hibernia, quae habetur post sermones de festo omnium Sanctorum, & sermonem de sancto Malachia: Absit, inquit, ut tua nunc à anima sancta (Malachiam defunctum alloquitur) minus efficax assumeretur oratio, quando praesenti vividius supplicare est maiestati, nec iam in fide ambulas, sed in specie regnas, absit ut imminuta, nedum exinanita tua illa tam operosa charitas reputetur, cum ad fontem ipsum charitatis aeternae procumbis pleno hauriens ore,

cuius & ipsa prius sillicidia sitiebas. Quid clarius? dicit Malachiam non ambulare in fide, at fides non evacuatur, nisi per visionem Trinitatis: dicit eum sic frui fonte charitatis, id est, Deo, quomodo fruitur aquis, qui procumbit ad fontem, & pleno haurit ore.

IDEM in sermone de S. Malachia, qui habetur ad finem vite eiusdem Malachia: Pari, inquit, cum Angelis gloria, & felicitate laetatur. Atqui Angeli semper vident faciem Patris, qui in caelis est. Matth. 18.

IDEM in Epist. 266. ad Sugerium Abbatem, qui agebat animam: Quid tibi, inquit, & terrenis exuviis, qui ad caelum iturus stola gloriae mox indui habes? Et infra: Te expectat illa pax, quae exuperat omnem sensum, te expectant iusti, donec retribuatur tibi, te expectat gaudium Domini tui. Ipse verò idem sermone quarto de festo omnium Sanctorum dicit, pacem, quae exuperat omnem sensum, consistere in visione Dei, ut est in seipso.

PRÆTEREA in sermone de obitu Humberti: Ecce, inquit, coram te est, pater dulcissime (Humberte) fons ille puritatis, quem tanto ardore animi sitiebas: ecce immersus es in illum divini pietatis abyssum, cuius memoria abundanti suavitatis tam devotè eruere solebas. Item sermone 5. de festo omnium Sanctorum, tractans illud: Convertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu, Quarit, cur Deus in ieiunio & fletu inveniat potius, quam in gaudio & exultatione: & respondet interrogando: An verò iustus eum in letitia & exultatione, qui verò nondum iustus est, non nisi in ieiunio & fletu reperet? ita plane, sed iustus, qui iam consuetum meruerit, non qui adhuc vivat ex fide, &c. Vbi admittit aliquos iam Sanctos non vivere ex fide, sed conspectu Dei frui. Vide etiam quae scribit in 2. sermone de sancto Victore.

AD loca igitur in contrarium dico, Bernardum Augustini esse discipulum, & cum dicit, Sanctos post resurrectionem visuros Deum, & non antea, non loqui de simplici visione, sed de illa perfecta, quam habebit anima, quando toto impetu feretur in Deum. Et hoc patet ex ser. tertio de festo omnium Sanctorum. Nam posteaquam dixerat, animas sanctas in hac vita esse in tabernaculis, post hanc vitam usque ad resurrectionem futuras in atris, post resurrectionem futuras in domo Dei, id est, in beatitudine, pergit explicans, & dicit: *Acceperunt iam singulas stolas, sed non vestientur duplicibus, donec vestiantur, & nos. Stola enim prima ipsa est felicitas, & requies animarum, secunda verò immortalitas, & gloria corporum, &c.*

VIDES hic in resurrectione nihil addi animabus per se, nisi gloriam corporis, & proinde gloriam animae quae est visio Dei, datam esse ante resurrectionem. Dixi autem per se, quia secundum Bernardum addetur etiam gloria animae, sed non per se. Consequetur enim perfectior visio ex eo, quòd anima nihil amplius desiderans tota feretur in Deum. id quod explicat Bernardus in sequentibus verbis: *Animae sanctae, inquit, quas propria Deus insigniuit imagine, ut (caro) desiderant: ipsarum sine te compleri letitia, perfici gloria, consummari beatitudo non potest. Aded, siquidem vigeat in eis desiderium hoc naturale, ut necdum tota earum affectio liberè pergat in Deum, sed contrahatur quodammodo, & rugam faciat, dum inclinantur, desiderio tui.*

HIS adde diuum Thomam opusculo contra Graecos & Scholasticos, ad finem quarti sententiarum, distinctione quadagesima nona. Habemus igitur sententiam Ecclesiae, fuisse sententiam omnium Patrum Latinorum, excepto Tertulliano, Lactantio, & Victorino: ex quibus Tertullianus haeresiarcha fuit, Lactantius in plurimos errores lapsus est, praesertim circa futurum seculum, cum esset magis librorum Ciceronis, quàm Scripturarum sanctarum peritus: Victorinus Martyr quidem fuit, sed B. Hieronymo teste in Epistola ad Magnum, et eruditio defuit, licet eruditionis voluntas non defuerit.

CAPVT VI.

Idem confirmatur rationibus, que tamen in Scripturis fundamentum habeant.

AD DAMVS postremo argumenta ex ipsa ratione petita. Prima ratio sumi potest ex supplicis damnatorum. Siquidem Deus non est prior ad puniendum, quam ad remunerandum: Quare cum impij iam nunc in tormentis sint, equum certe videtur, vt etiam iusti premia sua percipiant. Esse autem nunc impios in tormentis, Euangelium testatur; nam Luca decimo sexto legitur: *Dies autem cum in tormentis esset, &c.* Respondent Græci, illam esse parabolam, & contineri futurorum narrationem; sed ad maiorem efficaciam narrari futura tanquam presentia.

CONTRA, primò, non videtur esse parabola, sed historia, tum quia in ea ponuntur nomina propria Lazari & Abraham, tum etiam, quia Ecclesia colit Lazarum illum, vt verè sanctum hominem: tum denique, quia historiam esse dicunt Ambrosius in caput 16. Luca, Hieronymus libro secundo in Iouinianum, Augustinus de cura pro mortuis, cap. 14. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 29.

SECUNDO, etiam si parabola esset, non potest significare res futuras post diem iudicij, sed rem præteritam, vel presentem; nam diues ait: *Rogo te pater Abraham, vt mittas Lazarum ad fratres meos, &c.* Et Abraham respondet: *Habent Moysen, & Prophetas, audiât illos.* At post diem iudicij non erunt homines in hoc mundo, nec poterunt Moysen & Prophetas audire: igitur si narratio illa parabolica sit, ostendit tamen iam nunc animas esse in poenis; alioqui nec vera, nec verisimilis esset.

SECUNDA ratio, tota Ecclesia inuocat Sanctos post Christi aduentum, & omnes Patres Græci & Latini docent, Sanctos esse inuocandos; cum tamen ante Christi Aduentum non legatur, id fieri solitum esse. At si Sancti essent etiam nunc sub terra in sinu Abraham, non differentem statum à statu Sanctorum Testamenti veteris haberent.

TERTIA ratio, vt Basilus notat initio orationis in sanctum Barlaam, ante Christi aduentum summa cum lætitia celebramus dies mortis Sanctorum. Quare hoc nisi quia tunc mori miseria erat, nunc est felicitatis initium: & confirmatur; nam diem mortis nunc vocamus diem natalem, quia videlicet Sancti morientes in terris, nascuntur in cælo.

QUARTA ratio, ex visionibus eorum, qui viderunt animas aliquas in tormentis Gehennæ, alias in Purgatorio, alias in paradiso. Vide Gregorium lib. 4. Dialog. c. 37. & Bedam lib. 5. hist. cap. 13.

QUINTA ratio, Sancti habent nunc meritum vitæ æternæ, vel si non habent, nunquam habebunt, quia post finem vitæ non est locus nouis meritis, & nullum est impedimentum, quò minus vitam æternam nunc habere possint, cum cælum antea clausum nunc pateat; igitur fatendum est, eos iam nunc premium suum accepisse.

SEXTA ratio, Deus Leuitici 19. scribi iussit. *Non morabitur apud te opus mercenarij tui vsque mane;* ergo ne Deus contrarius sibi ipse videatur, non retinebit mercedem Sanctorum vsque ad mundi consummationem.

SEPTIMA, Proverb. 3. *Spes qua differitur, affligit animam;* at non conuenit, vt ij affligantur, qui nullum habent peccatum.

Ex his soluuntur argumenta opposita. Ad primum dico, diem iudicij generalis futurum, & tunc reddendum vnicuique secundum opera sua; sed tamen ante illud iudicium præcelsisse aliud particulare, in quo etiam redditum est vnicuique secundum opera eius. Neque ista inter se pugnant; nam in priore iudicio redduntur premia priuatiui, in posteriore publicè, & manifestè, quemadmodum dies iudicij generalis dicitur dies Domini, non quòd alij dies non sint Domini, sed quia ille erit manifestè dies

Domini, atque aded manifestè, vt nemo Epicureus, vel Atheus sit, qui tunc non sit confessurus, eum esse diem Domini. Et quomodo apud mercatores certus quidam dies vocatur, dies solutionis, non quòd aliis diebus non soluatur debita, sed quia ille dies ad hoc tantum constitutus est, vt fiant solutiones: sic etiam quedam dies dicitur dies iudicij & retributionis, non quòd aliis diebus Deus non iudicet, & retribuatur, sed quia illa dies ad hoc tantum constituta est, vt fiat iudicium & retributio.

DICERET, videtur frustra futurum iudicium, si iam sunt reddita premia, quid enim refert, siue palam, siue clam reddita sint?

RESPONDEO, non erit frustra, sunt enim quinque causæ, ob quas fiet iudicium generale, etiam si præcelsit iudicium particulare. Prima est, vt ostendatur Dei iustitia, & misericordia. omnia enim Deus fecit propter gloriam suam demonstrandam: sed tamen nunc non ita aperte ostendit, quin inueniantur, qui Deum iniustitia accusent, vel nullam habere eum prouidentiam credant, cum videant bonos affligi, malos gaudere; ideo Deus elegit sibi vnum diem, in quo coram toto mundo ostendat summam suam iustitiam in impios, & summam misericordiam in pios: & simul ostendat se cum summa misericordia erga iustos, nulla vti crudelitate, vel iniustitia in impios: & cum summa seueritate erga impios, nulla vti acceptione personarum, vel iniqua liberalitate erga pios.

SECUNDA causa est, vt clarificetur filius hominis, pertinet enim ad gloriam Christi, vt qui in primo aduentu, tanquam reus iniuste iudicatus est, iterum appareat gloriosus, & iudex, & impleatur illud Isaia: *Vno ego, quia mihi curuabitur omne genu,* Isaia 45. quòd Paulus Romanorum decimo quarto de Christo iudicatur exponit.

TERTIA est, ad laudem bonorum, ignominiam vero malorum vult enim Deus, vt Sancti, qui in certaminibus suis spectaculum facti sunt mundo, à Angelis, & hominibus, sic etiam coram toto mundo, omnibus Angelis, & hominibus victores pronuncientur. Ideò Paulus, vbicumque de iudicio loquitur, istam causam afferre solet, vt Romanorum 2. primæ Corinth. 4. & alibi.

QUARTA est, vt totus homo iudicetur, & premium suum recipiat. nunc enim solum animæ iudicantur, & partem præmij accipiunt.

QUINTA, quia nondum sunt finita opera bona & mala defunctorum: adhuc enim Lutherus malè agit corumpendo libris suis mentes hominum: & B. Paulus adhuc benè operatur exemplo & scriptis, id quod eleganter deducit Basilus in libro de virginitate, ante medium, ex illis verbis 1. Timoth. 5. *Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam vero subsequuntur.* Quia igitur tunc finientur opera mala & bona, quado finietur mûdus, ideo tunc vltima feretur sententia.

AD secundum dico, nullam esse iniustitiã, quòd animus sine corpore beatificetur; nam animus & corpus nõ sunt duo supposita, quales sunt duo sodales, ita vt vni fiat iniuria, si prius altero remuneretur; sed sunt vnum suppositum tantum ex duabus partibus compositum: hoc autem vnum suppositum mauult secundum alteram partem interim beari, quàm secundum neutram, & proinde nulla ei fit iniuria; volenti enim non fit iniuria, sed inuito.

DICO secundo, etiam si animus & corpus duo supposita essent, tamen adhuc nulla feret iniuria corpori, dum solus animus beatur; nam ad opera bona & mala anima concurrat principaliter corpus solum instrumentally, immò ad ipsam essentiam meriti & demeriti, non concurrat nisi sola anima: consistit enim meritum & demeritum in electione voluntatis, quæ electio à sola anima procedit, & in sola anima sedem habet.

DICO tertio, etiam si animus & corpus æquè principaliter concurrerent ad opera bona & mala; tamen adhuc non esset iniustum coronari animam ante diem

iudicij, & non corpus, quia anima separata capax est gloria, & coronæ, corpus autem separatum non est capax.

AD tertium dico duo. Primò, Christi animam ante resurrectionem corporis sui non ascendisse quidem ad cælum corporeum, tamen fuisse in paradiso cælesti formaliter, id est, fuisse beatam & gloriosam, quòd si hoc tribuere vellent aduersarij animabus Sanctorum, nõ essent multum solliciti de cælo corporeo.

DICO secundo, Christum moriendo, quiescendo, resurgendo, & ascendendo in cælum, fuisse exemplar nostrum quantum ad corpus; nos enim primò morimur, secundo quiescimus in sepulchro, tertio resurgemus, vltimò ascendemus in cælum corporaliter, sicut Christus fecit. Quòd autem Christi anima descenderit ad inferos, priusquam ascenderet in cælum, non pertinet ad exemplar; nõ enim Christus ad inferos descendit, vt nobis viam ad inferos demonstraret. vel vt ibi pararet nobis locum, sed vt animas, quæ ibi erant, educeret, ac infernum destrueret, ne animæ Sanctorum deinceps eò deduceretur.

AD quartam rationem, quæ sumebatur ex pœna damnationum, respondeo, demones multos nondum esse demersos in abyssum, sed in aère hoc nostro caliginoso versari ad exercitationem hominum: vnde Apostolus ad Ephes. 2. eos vocat principes aëris huius: nihilominus tamen omnes demones iam nunc puniti, tam pœna damnationis, quàm pœna sensus; non enim sunt hominibus meliores, & tamen hominum impiorum spiritus iam demonstrant luere pœnas Gehennæ: ac propterea, cum sanctos Angelos, qui in veritate steterunt, ex Euangelio cõstet semper videre faciem Dei, cur non etiam consequens sit, vt Angeli rebelles iudicium Dei sustineant? Quare rectè Beda in commentario cap. 3. epist. sancti Iacobi scribit, quocumque demones voluerint, eos vbique suam Gehennam circumferre. Et sanctus Augustinus libro de corrept. & gratia, cap. 10. ac sanctus Prosper lib. 1. de vita contemplatiua, demones iam iudicatos ac miseros effectos docent.

SUNT tamen plura Sanctorum testimonia, quæ videntur asserere, demones non esse torquendos pœna Gehennæ ante diem iudicij. Iustinus in Apolog. 1. & 2. sapius reperit, demones igni sempiterno tradendos, nondum tamen traditos. Irenæus libro 5. cap. 26. dicit diabolum ante Christi Aduentum nunquam blasphemasse Deum, quòd ignoraret adhuc suam damnationem, sed à Christo & Apostolis tandem didicisse, ignem æternum sibi esse paratum: quam sententiam idem Irenæus à Iustino esse accepisse significat. Eandem tanquam Iustini sequitur Oecumenius in cap. vlt. primæ Petri. Epiphanius in heresi Sethianorum asseruit, demones non modò damnationem suam ignorasse, sed etiam salutem per Christi aduentum sperasse: sed cum viderent, nihil à Christo pro demonibus fieri, tum demum de salute desperasse, & per hæreticos Deum blasphemare cœpisse. Sanctus Antonius apud Athanasium in vita eiusdem Antonij: *Non ignorat, inquit, demon futura tormenta, & astuantis Gehennæ nouit incendia.* Similem sententiam de futuris tormentis demonum habent etiam infra scripti Patres: Ambrosius in comment. cap. 8. Luca, Hieronymus, & Chrysostomus in caput octauum Matthæi, Augustinus lib. 8. de ciuit. Dei, c. 23. & lib. 1. de nup. & concup. cap. 23. Gregorius lib. 4. moralium, cap. 10. & lib. 4. Dialog. cap. 29. Theodoretus in epitome diuinorum decretorum, cap. de demonibus, & Bernardus in serm. de sancto Malachia. Sed Iustini, Irenæi, Epiphaniij, atque Oecumenij sententiam non video, quo pacto ab errore possimus defendere. Carteri autem Patres duo quædam affirmant, quæ verissima sunt, demones in die iudicij ex hoc aère in abyssum præcipitandos, & eos adhuc expectare futura tormenta.

CETERVM non oportet inde colligere, eos hoc

tempore non torqueri: nam etsi verè torqueantur, & seculum Gehennam portant, vt ait Beda, tamen pœnarum suarum plenitudinem in die iudicij habebunt, quando inferorum carceribus concludentur: quòd pœnarum complementum aded timent, vt in exorcismis nulla remagis torqueri videantur, quàm comminatione futuri iudicij, quæ etiam causa est, cur exorcismi ferè concludi soleant: *Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem.*

CVR autem aded trepident illam detractionem in abyssum, hæ causæ esse videntur. Prima, quia non poterunt amplius hominibus nocere. Secunda, quia nõ amplius extorquebunt ab vilo cultum Deo debitum, vt modò faciunt, dum ab Ethnicis, & Necromanticis adorantur. Tertia, quia tunc patebunt eorum fraudes, & debilitas, cum omnes intelligent, eos à viris, feminis, pueris, superatos. Quarta, quia non solum à Deo, sed etiam ab hominibus iudicabuntur: nam etiam Angelos iudicabimus, testè Paulo 1. Corinth. cap. 6.

CAPVT VII.

Sanctos rectè ab Ecclesia canonizari.

SEQUITVR nunc altera quaestio, quæ est de canonizatione, quæ quatuor capitibus continetur. Primum enim explicandum est, an sint Sancti canonizandi. Deinde, cuius sit officium eos canonizare. Tum, si tunc infallibile iudicium eius qui Sanctos canonizat. Postremò, an liceat Sanctos nondum canonizatos colere.

SED antequam ad ista capita veniamus, explicandum est breuiter, quid sit canonizatio. Igitur canonizatio nihil est aliud, quàm publicum Ecclesie testimonium de vera sanctitate, & gloria alicuius hominis iam defuncti: & simul est iudicium ac sententia, qua decernitur ei honores illi, qui debentur iis, qui cum Deo feliciter regnant, qui quidem honores (vt in sequentibus disputationibus demonstratur) septem esse solent.

PRIMUM enim qui canonizantur, inscribuntur in Catalogo Sanctorum, id est, statuitur, ac iubetur, vt ab omnibus publicè habeantur, & dicantur Sancti. Secundo, inuocantur in publicis Ecclesiæ precibus. Tertio, templa & ara in eorum memoriam dicantur Deo. Quarto, sacrificia tam Eucharistia, quàm laudum, & precum, quod vulgò officium, siue horæ canonicæ nuncupantur, in honorem eorum Deo publicè offeruntur. Quinto, dies festi in eorum memoriam celebrantur. Sexto, pinguntur eorum imagines, addito certo quodam lumine in signum gloria, quam habent in cælis. Septimo, eorum reliquia pretiosis thecis includuntur, & publicè honorantur.

HIS ergo præmissis, vile esse Sanctos canonizari his argumentis demonstrari potest. Primò, quia Deus ipse voluit à Sanctis scriptoribus annotari in particulari, gloriosam vitam, & mortem eorum, qui tempore ipsorum floruerunt, vt patet de Ecclesiastico, qui cap. 44. & sequentibus canonizauit plurimos Sanctos, vt Henoch, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Moysen, Aaronem, Phinees, Iosue, Caleb, Samuelem, Dauidem, Heliam, Helisai, &c. Item in Testamento nouo S. Lucas in actis canonizauit sanctum Stephanum, & Iacobum maiorem, necnon Petrum, Paulum, Barnabam, Silam, & alios: igitur credibile est, eodem modo Deum velle, vt deinceps fiat.

SECUNDO, tenemur Sanctos honorare, & laudare, tum quia Scriptura hoc iubet, Ecclesiastici 4. *Sapientiam ipsorum, inquit, narrent populi, & laudem eorum nuncient Ecclesiæ:* tum quia virtus ipsorum hoc meretur. Est enim quasi naturale premium virtutis honor: tum denique, quia id nobis vile est ad plurima beneficia eorum intercessione promerenda: at nisi sciamus, qui sint verè Sancti, & qui non, non possumus eos colere, vt oportet.

TERTIO, probatur ex ratione imitationis. Sancti enim sunt exempla quadam virtutum, & norma recte vitæ, & quasi lucerna quædam à Deo accensa, vt omnibus aliis præluceant, vnde Paulus ad Heb. 13. *Memento te, inquit, præpositorum vestrorum, qui loquuti sunt vobis verbum, quorum inuidentes exitum conuersationis, imitamini fidem.* At non possumus accendi ad imitationem, nisi in particulari sciamus, qui sint imitandi, & quid illi egerint, aut passi sint, & lucerna in candelabro poni debet, id quod fit per canonizationem.

QUARTO, ex coniunctione, quam cum illis habemus, siquidem sumus membrâ vnus corporis, & membra inuicem compatiuntur, & congaudent: oportet ergo eos nobis compati, & pro nobis sollicitos esse, quod sine dubio faciunt, etiam in particulari, vt infra docebimus, & è contratio nos illis congaudere, & pro illorum gloria Deo gratias agere, quæ sine particulari noticia fieri non possunt.

QUINTO, ex incommodis: nam nisi iudicio Ecclesiæ certi Sancti proponerentur colendi, facillè fieri posset, vt populus sæpe erraret, & damnatos pro beatis coleret: vt accidit tempore sancti Martini. Scribit enim Sulpitius, quòd cum populus quidam coleret nescio quem hominem mortuum pro Martyre, & beato Martino suspecta esset illa religio, quòd nihil certi à maioribus de sancto illo accepisset, tandem oranti Martino apparuit anima eius, qui ibi colebatur, & confessa est, se animam damnaram esse latronis cuiusdam, qui pro suis sceleribus extremi supplicij penas luerat. Idem accidit tempore Alexandri III. vt pater ex cap. audiuius, extra de reliquijs, & Sanctorum veneratione, vbi reprehendit quosdam qui hominem in ebrietate occisum pro Martyre venerabantur.

CAPVT VIII.

Cuius sit Sanctos Canonizare.

DE secundo, ad quem videlicet pertineat auctoritas Sanctos canonizandi, notandum est duobus modis posse aliquem canonizari. Vno modo particulariter, ita vt solum in vna prouincia, aut diocesi habeatur Sanctus, & colatur pro Sancto: alio modo generaliter, ita vt in tota Ecclesia habeatur pro Sancto, nec vlli liceat de eius sanctitate dubitare.

PRIMO modo canonizare poterat quilibet Episcopus, vt docet Thomas Vvaldensis libro de Sacramentalibus, tit. 14. cap. 12. & patet tum ex Cypriano lib. 3. epist. 6. vbi iubet ad se scribi, cum aliquis Martyr de hac vita exit, vt statim possit eius memoriam sacrificijs celebrare, & singulis annis postea diem eius natalem colere: tum etiam ex multis Sanctis, quos ita colunt quadam prouincia, vt tamen ignoti sint penitus alijs prouincijs, vnde in Concilio Florentino sess. 7. dicunt Latini, Simeonem Metaphrastem in Ecclesijs Græcorum pro Sancto coli, cuius apud Latinos nulla vnquam memoria extitit, tamen hoc, quod olim licuit, modò non licet, siquidem Alexander III. & postea Innocentius III. videntes abusus, qui oriebantur circa Sanctorum cultum, prohibuerunt, ne deinceps aliquis pro Sancto coli inciperet, sine Romani Pontificis approbatione, vt patet capite primo & secundo, de reliquijs, & Sanctorum veneratione.

SECUNDO modo canonizare, id est, ita vt in tota Ecclesia Sancti habeantur, communis sententia est, pertinere ad summum Pontificem: nam id habetur, cap. audiuius, & cap. eum ex eo, de reliquijs, & veneratione Sanctorum, & cap. venerabili, de testibus, & attestationibus, & patet etiam ratione: nam ad eum spectat proponere toti Ecclesiæ quid sit credendum, & quid agendum in ijs, quæ sunt religionis, qui toti Ecclesiæ præest. Item ex contrario, declarare, qui sint hæretici, ita vt è tota Ecclesia pro talibus habeantur, est summi Pontificis, vt antè ostendimus, ergo declarare qui sint sancti, & colendi, eius-

dem erit summi Pontificis.

DICIS, plurimi Sancti sunt, qui in tota Ecclesia coluntur, quos non canonizauit summus Pontifex. Primus enim Pontifex (ni fortè fallor) qui sanctos legatus canonizasse, videtur fuisse Leo Papa III. de quo sic scribit Sanctus Lugderus in epistola de miraculis Sancti Suiberti, cap. 9. in 2. tomo Suriij: *Tandem deuota instantia Caroli (Magni) & Hildebrandi Archiepiscopi Coloniensis, venit à Colonia idem Papa Verdam, & ibi post alias solemnitates sanctum Suibertum solemniter Catalogo sanctorum Confessorum adscripsit pridie Nonas Septembris.* Hanc primùm legi solennem canonizationem, antequam fortasse fuerunt etiam alia, sed non mihi constat: postea autem Innocentius II. canonizauit sanctum Hugonem Episcopum Gratianopolis, vt patet ex epistola eiusdem Pontificis ad Priorem Carthusiæ datam, apud Surium tom. 2. Inde verò Alexander III. B. Bernardum in sanctos reulit, vt habetur ad finem librorum de vita eiusdem Bernardi, à quo tempore omnes alij, qui Sancti sunt habitij, vt Thomas Cantuariensis, Dominicus, Franciscus, & alij, à Pontificibus in numerum Sanctorum relati sunt. Quid ergo dicemus de tot Sanctis, qui ante ea tempora colebantur in Ecclesia?

RESPONDEO, Sanctos veteres cœpisse coli in Ecclesia vniuersali, non tam lege aliqua, quàm consuetudine. Sed sicut consuetudines aliæ vim habent legis ex tacito consensu Principis, & sine eo nullam vim habent, vt patet ex B. Tho. 1. 2. q. 67. art. 3. ita Sancti alicuius cultus ex consuetudine Ecclesiarum generaliter introductus, vim habet ex approbatione tacita, vel expressa summi Pontificis.

CAPVT IX.

Credendum esse Pontificem non errare in Sanctorum canonizatione.

DE tertio duæ sunt sententia. Prior est hæreticorum, posse Pontificem errare in Sanctorum canonizatione, ita Ioannes Vviclef, vt refert Thomas Vvaldensis tomo 3. de Sacramentalibus, cap. 122. vbi dicit, non minùs in hac re posse Papam errare, quàm Presbyterum Ioannem Regem Æthiopiæ, vel Turcam, aut Sultanum. Idem sentire Lutheranos, & Caluinistas certum est, cum in alijs similibus rebus nullam ferè Pontifici tribuant auctoritatem.

ALTERA est Catholicorum, asserentium, certum esse Ecclesiam non errare in Sanctorum canonizatione, ita vt sine vlla dubitatione Sancti ab Ecclesia canonizati venerandi sint. Probatur hæc. Primò, quia si liceret dubitare, an Sanctus canonizatus sit Sanctus, liceret etiam dubitare, an sit colendus: at hoc est falsum, siquidem D. Augustinus in epist. 118. dicit insolentissimam insaniam esse disputare, an sit faciendum, quod tota Ecclesia facit: item ex Bernardo in epist. 174. ad canonicos Lugdunenses, vbi loquens de colendis festis in honorem Sanctorum, dicit: *Ego qui acipi ab Ecclesia, securus teneo, & trado.* Præterea omnes veteres sine vlla dubitatione Sanctos coluerunt, & colendos asseruerunt. Denique tenemur obedire Pontifici indicenti diem festum alicuius Sancti, nec tamen possumus contra conscientiam aliquid agere: ergo non possumus dubitare, an sit colendus ille, qui ab Ecclesia est canonizatus.

SECUNDO, ex incommodis duobus. Nam in primis fraudarentur non Sancti suffragijs viuorum: nam pro canonizatis non licet orare, vt enim Augustinus dicit serm. 17. de verbis Apostoli: *Iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre,* & idem intelligendum de omnibus Sanctis canonizatis, docet Innocentius cap. cum Martha, de celebr. Miss. at si in hoc Ecclesia erraret, defraudaret eum, qui habetur Sanctus, & non est, quicumque non oraret pro eo, deinde fraudarentur etiam

viuentes

viuentes intercessionibus Sanctorum, inuocarent enim sæpe damnatos pro beatis, si Ecclesia in hoc erraret. Præterea Ecclesia peteret sibi maledictionem pro benedictione, cum in orationibus Sanctorum petit, vt sicut illos Deus glorificauit in cælis, sic nobis gratiam largiatur in terris, & quamuis eam maledictionem non peteret, nisi materialiter, tamen hoc ipsum absurdum videtur.

TERTIO, miracula magna, & diligenter examinata, faciunt rem euidenter credibilem, vt alibi ostendimus: at Sancti à Pontifice non canonizantur ordinariè, nisi claruerint magnis, & certis miraculis, & confirmatur: nam si credimus sine vlla hesitatione Casarem, & Pompeium fuisse, quia id testantur communi consensu historici, qui tamen homines fuerunt, & mentiri potuerunt: cur non credimus sine hesitatione, quod testatur Deus ipse per miracula, quando nulla est ratio suspicandi contrarium?

QUARTO, probatur ex præparatione: nam antequam Sancti canonizentur, indicuntur ieiunia, & preces publicæ, & tota res diu, & diligentissimè examinatur: non est autem credibile, Deum non adesse Ecclesiæ siue sic disposita, & supplicanti.

VLTIMO, probatur à posteriori, quia in alijs rebus, in quibus Pontifices errare possunt, aliquando reipsa deprehenduntur errores: at in hoc nullus vsquam error deprehensus est.

SED obiiciunt quidam locum Augustini: *Multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in Gehenna.* Respondeo, locum hunc fortasse non esse Augustini: nusquam enim in eius operibus eum reperire potui: præterea intelligi posse de impijs, qui honorantur superbissimis sepulchris, cum tamen animæ torquentur in Gehenna: vel de corporibus Sanctorum non canonizatorum: vel de corporibus fraude aliqua suppositis pro corporibus Sanctorum: vel denique de Martyribus Donatistarum, qui honorabantur ab hæreticis vt Martyres, cum eorum animæ reuera torquerentur in inferno. De huius capituli argumento, vide quæ habet B. Tho. quod lib. 9. art. vlt. quæst. vlt. Augustinus de Ancona in summa, de potestate Eccl. quæst. 14. art. 4. Ioannes Driedo lib. 4. cap. 1. de Ecclesiasticis dogmatibus. B. Antoninus 3. parte tit. 12. c. 8. summa Theolog. Caiet. tract. de indulgent. ad Iulium, c. 8. Syluester verbo, Canonizatio. Canus lib. 5. de locis, ca. pen.

CAPVT X.

Sanctos non canonizatos priuatum posse coli, non publicè.

DE quarto, an liceat colere non canonizatum, respondeo, licere priuato cultu, non publico, vt Doctores communiter affirmant in c. primum & secundum, de reliquijs, & veneratione Sanctorum, siquidem summus Pontifex eo loco prohibet publicum cultum, ergo à contrario priuatum censetur permittere. Vocamus autem publicum cultum, non eum, qui coram alijs exhibetur, sed qui nomine totius Ecclesiæ, & tanquam ab Ecclesia institutus exhibetur.

EX quo intelligimus, quid sit dicendum de illis septem honorum generibus antea enumeratis. Nam quantum ad primum, licet non canonizatum credere & vocare Sanctum, non tamè predicare eum tanquam ab Ecclesia inscriptum Sanctorum Catalogo.

QUANTVM ad secundum, licet inuocare non canonizatum, etiam alijs audientibus, vt patet ex Hieronymo in vita Paulæ, & Gregorio Nazianzeno in vita Athanasij, & Basilij, vterque enim inuocat, quos laudat antè canonizationem, præterea oramus viuentes, etiam si nesciamus esse Sanctos, cur non defunctos, quando maiori ratione confidimus esse Sanctos? At non liceret in publicis litanijs, & sacro officio id facere.

QUANTVM ad tertium, & IV. non videtur licere villo

modo, eos honores Sanctis nõ canonizatis deferre: nam templa, & altaria, & sacrificia sunt ex natura sua publici cultus, nullum est enim sacrificium in Ecclesia, nisi commune, & à Deo ipso institutum: templa autem, & altaria ad sacrificium referuntur.

QUANTVM ad quintum, non licet publicum festum celebrare, liceret tamen in die natali Sancti non canonizati peculiariter latari, & Deo vacare in memoriam eius, quod fecisse etiam veteres cognosci potest ex Ioanne Cassiano, collat. 19. cap. 1.

QUANTVM ad sextum, licet imaginem pingere, & venerari, non tamen in templo constituere eo modo, quo aliorum Sanctorum.

QVO ad septimum, non licet reliquias non canonizati hominis in templo constituere publicè honorandas: licet tamen eas habere, & venerari, etiam alijs videntibus, modò scandalum absit: id enim habet praxis Ecclesiæ, mox enim ac Martyres defuncti erant, currebant fideles ad reliquias rapiendas, & similiter quando moriuntur homines clari sanctitate, multi deuotè osculantur manus, & pedes, & de vestibus eorum pro reliquijs seruant: nec id vnquam prohibitum fuit. Præterea si licet honorare viuentes, quos credimus Sanctos, cur non mortuos?

ATQVE hæc pauca de canonizatione sufficient: si quis plura videre desiderat, legat Augustin. Triumphum in summa de potestate Ecclesiæ, & Troilum Maluetzum in libro de canonizatione.

CAPVT XI.

Proponitur questio de cultu Sanctorum, cum aduersariorum argumentis.

DE XPEDITIS quæstionibus de gloria, & canonizatione: sequitur recto ordine controuersia de cultu. Fuit antiqua hæresis Eustachij apud Socratem lib. 2. hist. cap. 33. Eunomij, & Vigilantij apud Hieronymum, Claudij Taurinensis apud Ioannem Aurelianensem, & Vviclef apud Thomam Vvaldensem, tomo 3. de Sacramentalibus, tit. 13. Sanctos non esse colendos: quæ rursum per Caluinistas, & Lutheranos renouata est, nam Magdeburgenses Cent. 1. lib. 2. cap. 4. col. 340. dicunt omnem Sanctorum adorationem esse idololatriam: pari ratione Caluinus lib. 1. institut. cap. 11. §. 11. & cap. 12. & §. 1. & 2. non patitur vllum cultum exhiberi sanctis Angelis, vel hominibus defunctis, neque paruum, neque magnum. Argumenta verò eius hæc sunt.

PRIMUM, duplex est honor: vnus ciuilibus, quo honoramus potentes, & sapientes homines: alter religionis, qui Deo soli conuenit: sed Angelis, & sanctis hominibus non conuenit honor ille ciuilibus, vt notum est, cum non versentur nobiscum ciuilibus: honor autem religionis non potest eis tribui, quia religio est cultus Dei, argue hac sua distinctione eludit Caluinus argumenta Catholicorum, cum probant posse creaturas adorari exemplo Abrahamæ, qui adorauit filios Herth: & Iacobi, qui adorauit fratrem suum Esau: & filiorum Israël, qui adorauerunt Ioseph, vult enim istos omnes fuisse ciuiles cultus.

SECUNDVM argumentum: Si Sanctis deberetur cultus aliquis religionis: certè dulcia, non latria, vt Catholici docent: at ineptum est dicere, Sanctos coli, & non latria: nam cum latria significet cultum, colere sine latria, est colere sine cultu, deinde plus est *διδεων*, quàm *λατρεων*, nam *διδεων* est seruire, *λατρεων* est colere, minus autem est colere aliquem, quàm ei seruire: colimus enim pares, vt amicos, & collegas, non autem seruimus, nisi dominis.

CONFIRMARI potest hoc argumentum ex Laurentio Valla, & eodoro Beza, qui in annotationibus ad c. 4. Matthæi, docent latriam, & duliam idem significare, & confundi tam in Scripturis, quàm apud prophanos

auctores. nam Leuit. 23. *Opus seruire non facietis*, semper est in Græco ἐργον δουλεύειν & δουλεύειν. & contra Rom. 7. *Vt seruiamus in nouitate spiritus*, est in Græco ἐν ἀληθειᾷ ἡμᾶς ὑπὸ πνεύματος δουλεύειν. Itaque dicitur latrā de opere etiam in vsum hominis, & dulia de cultu Dei. Item apud Xenophontem lib. 3. Cyropædia ponitur λατρεία, pro obsequio ancillæ erga dominum, & paulò post id ipsum dicitur δουλείαν, quare Augustinus quaest. 94. in Exodum dicit, tam latrā, quàm duliā Deo tribui, latrā, duliā vt Domino.

TERTIVM argumentum Caluini ex Scripturis. Deut. 6. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias*. Cui simile est illud Pauli 1. Timo. 1. *Soli Deo honor & gloria*. Itē Matth. 4. cum Diabolus non meminisset latrā, sed solum postulasset προσκύνησιν, id est, inclinationem aliquam, Dominus eum repellit dicens: *Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias*. vbi ostendit, non posse creaturā inclinationem vllam religionis causā deferri, quin illa ad idololatrā pertineat. Item Gal. 4. *Is, qui natura non sunt Di, seruibatis*, in Græco est, ἰδουλεύετε τοῖς μὴ φησὶ θεοῖς, ergo dulia non potest tribui, nisi illi qui natura Deus est.

QUARTVM argumentum ab exemplis Scripturarū: nam Hester 13. Mardocheus noluit se inclinare coram Aman, & rationem reddens, ait: *Timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem, excepto Deo meo*. Item Act. 10. cum Cornelius adoraret Petrum, prohibuit Petrus, dicens: *Surge, & ego ipse homo sum, nec tamen credibile est, aut Aman voluisse adorari, vt Deum, aut Cornelium voluisse Petrum adorare, vt Deum*. Item Act. 14. Paulus, & Barnabas prohibuerunt Lycaonibus, ne se adorarent. Denique Angelus Apoc. 19. Ioanni adoranti se ait: *Vide ne feceris, conseruus tuus sum, Deum adora*. Et tamen non ignorabat Angelis sibi à Ioanne non latrā, sed duliā exhiberi.

QUINTVM ex Patribus, Athanasius ser. 3. contra Arianos ante medium, docet, neque Angelos, neque homines sanctos adoratione colendos esse. Epiphanius in hæresi Collyridianorum sapius repetit, Mariam non esse adorandam, sed solum Deum. Ambrosius in c. 1. ad Rom. reprehendit eos, qui adorant conseruos. Augustinus lib. de vera religione cap. 55. *Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia si piè vixerunt, non sic habentur, vt tales quarant honores, sed illum à nobis coli volunt, quo illuminante letantur meriti sui nos esse consortes*. Et infra idem dicit de cultu Angelorum. Hac illi.

CAPVT XII.

Explicatur sententia Catholica.

NUNC explicanda est sententia Catholicorum: de qua re Theologi tractant in 3. Sent. dist. 9. Est autem primo loco obseruandum, adorationem tres actus completi. Primò, actum intellectus, quo apprehendimus excellentiam alicuius. Secundò, actum voluntatis, quo nos illi interiorius inclinamus, & aliquid volumus facere actu interiore, vel exteriori, quo protestemur eius excellentiam, & nostram subiectionem. Tertio, actum exteriorē, quo caput inclinamus, vel genua flectimus, vel aliquid aliud signum subiectionis ostendimus. Ex quibus actibus secundus est maximè proprius, & essentialis: nam primus actus potest esse sine adoratione, tertius etiam cum irrisione.

SECUNDÒ obseruandum est, tot esse species adorationis, siue cultus, quot species excellentiæ, vt B. Thomas docet 2. 2. q. 103. art. 3. honor enim, siue cultus debetur personæ propter excellentiam eius. Sed, quod ad præsens institutum pertinet, tres sunt species excellentiæ.

PRIMA est excellentia diuina, & infinita, cui respondet prima species cultus, quæ Theologis dicitur latrā.

SECUNDA est excellentia humana, seu naturalis, quæ posita est in humanis virtutibus, dignitatibus, gra-

adibus, &c. Cui responderet secunda species cultus, quæ dicitur potest cultus ciuiliſ, & obseruantia quadam humana, quamquam hæc in alias multas species diuidi potest, vt Arist. docet lib. 9. Ethic. cap. 2. nam alius honor debetur patri, alius principi, alius præceptorī, alius sapienti vel erudito, &c.

TERTIA est excellentia quadam media inter diuinam, & humanam, qualis est gratia & gloria Sanctorum. ista enim sunt dona supernaturalia, & excellentissima, & huic excellentiæ responderet tertia species cultus, quam Theologi vocant duliā: & quia inter sanctas creaturas humanitas Christi, si seorsim consideretur, singulariter excellit propter vnionem ad verbum: & similiter B. Virgo, vt mater filij Dei, ita præstat aliis sanctis, vt dici possit Domina & Regina nostra, quod aliis Sanctis non conuenit, nisi admodum imperfectè: idè Theologi hanc tertiam speciem, quam vocant duliā, diuidunt in duliā propriè dictā, & hyperduliā, tribuentes illam Sanctis cæteris, istam soli humanitati Christi, & matri eius.

TERTIO obseruandum est, has tres adorationis species non esse vniuocas, sed analogas, vt enim excellentia non dicitur vniuocè de excellentia Dei, & creaturarum, ita cultus debitus ob excellentiam, non potest dici vniuocè de cultu Dei & creaturarum.

NOTANDVM quoque est quartò, has ipsas species adorationis, quantum ad actus interiores, optimè distinguī: nam prima species, id est, latrā, est quadam summa voluntatis prostratio, & inclinatio cum apprehensione Dei, vt primi principij, & vltimi finis, atque aded summi boni, qualis adoratio soli Deo conuenit.

SECUNDA species, id est, cultus ciuiliſ, est longè minor inclinatio voluntatis, cum apprehensione certa humanæ excellentiæ.

TERTIA species, est media quadam inclinatio voluntatis cum apprehensione excellentiæ plus quàm humanæ, & minùs quàm diuinæ. At quantum ad actus exteriores non est facile species adorationum distinguere: nam omnes ferè actus exteriores communes sunt omni adorationi, excepto sacrificio, & quæ ad illud referuntur, templis, altaribus, & sacerdotibus. voluit enim Deus huc cultum sacrificij sibi soli exhiberi, vt Augustinus docet lib. 10. de ciuitate Dei, capite 4. & Theodoretus lib. 8. ad Græcos, qui est de Martyribus, vt pater ex illo Exod. 22. *Qui sacrificat Dijs, eradicabitur, præterquam Domino soli*. Ex aliis actibus exterioribus, qui sunt communes cultui Dei & cultui creaturæ, non potest euidenter colligi, an aliquis cultum Deo debitum tribuat creaturis, necne: nam Abraham eodem actu incuruationis vsque ad terram adorauit Deum, Gen. 17. & Angelos, Gen. 18. & homines, Gen. 23.

QUINTÒ obseruandum, latrā interdum sumi pro ipso actu, quo colitur Deus: interdum pro habitu, quo homo redditur promptus ad colendum Deum. Hunc autem habitum esse virtutem quadam specialem, & moralem, B. Thomas docet in lib. 3. Sent. dist. 9. q. 1. neque obstat quod B. Augustinus in Enchir. cap. 3. & 12. Trin. cap. 14. dicat, Dei cultum consistere in fide, spe, & charitate: vbi videtur velle, latrā esse generalem virtutē constatam ex tribus Theologicis. Nam sicut charitas, & prudentia sunt virtutes speciales, quia habent speciale obiectum, & tamen simul sunt aliquo modo generales, quia dirigunt, aut ordinant actus omnium virtutū: ita latrā virtus est specialis propter speciale obiectum suum, id est, honorem diuinum, & tamen simul est generalis, quia vitur ad honorandum Deum actibus omnium virtutum, & præcipuè fidei, spei, & charitatis: nam summus honor Deo defertur, cum per fidem protestamur eum esse primam veritatem: per spem esse potentissimum: per charitatem esse optimum. Itaque ipsius actus

fidei obiectum est Deus: actus autem ipse fidei est obiectū religionis, & idè fides est virtus Theologica, quia versatur circa creaturam, actus enim fidei non est Deus, sed quid creatum: idem dici de spe, & charitate potest, obiectum enim earum est Deus, actus verò ipsarum ad obiectum religionis pertinere possunt.

SEXTO obseruandum, quantum ad nomina in lingua Hebræa nullum esse nomen quo propriè designetur cultus solius Dei, sed omnia esse communia, & idem nomen nunc tribui cultui creaturæ, nunc negari, prout nimirum aliter atque aliter accipitur: nam quod Græci verterunt Deut. 6. *ἀγαπᾷς κύριον θεόν σου, ἰσθὶς σου*, in Hebræo est *אָהַבְתָּ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ* verbo *אָהַב* ad, tam est commune Hebræis, quàm Latinis seruire. Similiter Exod. 20. *Non adorabis ea*, quod Græci verterunt *προσκύνησας*, in Hebræo est *שָׂחַתָּה* *ישֻׁבַח* *בַּחֲבֵרֶיךָ*, & ponitur in omnib. locis supra citatis Gen. 17. 18. & 23. & alibi, vbicunque dicitur vel homines, vel Angeli, vel Deus adorari. In lingua Latina similiter non habemus vllum vocabulum, quod solum dicatur de cultu Dei, vt Augustinus notauit lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 1. & hinc est quod Patres vocabula adorationis, & religionis nunc concedūt creaturis, nunc negant, prout variè accipiuntur.

B. Hieronymus in ep. ad Riparium contra Vigilantium dicit, nec Martyrum reliquias, nec Angelos, nec aliquid creatum coli posse, vel adorari. Et tamen ipse in Epitaphio Paulæ in fine dicit: *Vale o Paula, & cultorem tuum orationibus iuuu*. Et lib. 2. Apologia contra Rufinum dicit: *Veni Bethlehè, præsepe Domini, & incunabula adorauit*. Sic etiam Augustinus lib. de vera religione, c. 5. dicit, religionis cultum verò accipiebant largiùs pro omni illa virtute, qua colimus vel Deum, vel Dei amicos, aliisque res sacras, & distinguitur à cultu politico, & merè humano. In lingua Græca vna vox est propria cultui Dei, nêpe *θεοσκία*, quæ non multum est in vsu. Præter istam vocem sunt alia quatuor *δοξία*, pietas, *θρησκεία* religio, & *λατρεία*, & *δουλεία* seruitus: sed nullum horum est, quod non interdum attribuitur etiam creaturis.

ITAQUE aliquando accipiebant nomen religionis & adorationis, vt conuenit principali analogato, id est, virtuti illi speciali, quæ habet pro obiecto cultum Dei, & quæ distinguitur specie ab ea virtute, qua colimus Sanctos: aliquando verò accipiebant largiùs pro omni illa virtute, qua colimus vel Deum, vel Dei amicos, aliisque res sacras, & distinguitur à cultu politico, & merè humano. In lingua Græca vna vox est propria cultui Dei, nêpe *θεοσκία*, quæ non multum est in vsu. Præter istam vocem sunt alia quatuor *δοξία*, pietas, *θρησκεία* religio, & *λατρεία*, & *δουλεία* seruitus: sed nullum horum est, quod non interdum attribuitur etiam creaturis.

SEPTIMO quamvis ista vocabula non sint propria diuino cultui, secundum primam ipsorum vocabulorum institutionem, tamen Schola Theologorum non sine causâ excogitauit illam distinctionem de latrā & duliā. Nam cum in re inueniatur manifesta distinctio inter cultum Dei & Sanctorum: oportebat etiam ad vitandam æquocationem inuenire distincta vocabula: optima autem erant ista duo. Primò, quia scriptores sacri vocem *λατρεία* nunquam vsurpant, nisi pro cultu solius Dei, vt patet ex toto nouo Testamento: vocem autem *δουλεία* vsurpant pro omni seruitute, tam Dei, quam hominum. Neque obstat, quod in versione Græca Leuitici habetur semel nomen latrā pro seruitio humano: nam textus Hebræus & Latinus vulgatæ editionis habent vocem communissimam, quæ ad omne seruitium accommodatur.

DEINDE, antiqui Patres nunquā nomen latrā tribuunt, nisi Deo, cum tamen etiam Sanctos coli dicant, vt patet ex Augustino lib. 10. de ciuit. Dei, c. 1. & lib. 10. contra Faustum, cap. 21. & ex omnibus Patribus Nicæni Concilij II. vt videtur Act. 3. 4. 6. & 7. necnon ex Damasc. orat. 1. & 3. de imaginibus, & Iona Aurelianus lib. 1. de cultu imag. & Beda in c. 4. Luc. immò omnes veteres cultum falorum Deorum idè vocauerunt idolo-

latrā, non idolo duliā, quia videbant cultū Deo proprium, secundum Ecclesiasticum loquendi modum, vocari latrā, non duliā, vt Aug. notauit q. 61. in Gen.

NEQUE obstat, quod isti Patres rarò meminerint nominatim duliā: nam cum dicunt, Sanctos & imagines coli debere, & non latrā, satis indicant debere coli alia specie cultus: eam nos vocamus duliā, vt eam vocat Beda in cap. 4. Luc. & Magister cum omni Schola lib. 3. sent. dist. 9. Et idem insinuat Aug. lib. 10. de ciuit. Dei, c. 1. vbi dicit, cultum debitum creature non vocari Ephes. 6. ab Apostolo latrā, sed alio nomine. Apostolus autem ibi vocat duliā.

ITAQUE non erat opus, vt Martinus Peresius in suo opere de traditionibus, parte 3. consideratione 7. diceret, non sibi multum probari nomen duliæ sumptum pro cultu Sanctorum, cum dulia propriè significet seruitutem, & nos non sumus serui Sanctorum, sed conserui. nam in Scripturis dulia non solum accipitur pro seruitute mancipiorum, sed etiam pro honoraria subiectione, vt Galat. 5. *διὰ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους: Per charitatem seruite inuicem*. Hoc ergo modo potuerunt Theologi cultum Sanctorum vocare duliā.

CAPVT XIII.

Afferitur argumentis sententia Catholica.

SUPEREST iam, vt probemus cultum aliquem minorem diuino, & maiorem ciuili & merè humano, sacris rebus, sanctis Angelis & hominibus deberi.

PRIMVM argumentum sumitur ex illo Psal. 98. *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est*. vbi ad literam per scabellum pedum Domini, intelligitur arca Testamenti: Nam 1. Paralip. 28. dicit Salomon: *Parauit domum vbi requiesceret arca Domini, & scabellum pedum Dei nostri*. nec sine causâ dicebatur arca scabellum pedum Domini: nam supra arcam erat propitiatorium quasi sedes Dei, quæ tenebatur manibus duorum Cherubim, de qua dicitur in principio huius Psal. *Qui sedes super Cherubim, moucat terra, &c.* Idem habetur Psal. 131. in illis verbis: *Introibimus in tabernaculū eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius*. nā in Hebræo est: *Adorabimus scabellum pedum eius*. Et quòd loquatur de arca, patet, quia præcedit: *Introibimus in tabernaculum eius*. Et statim etiam sequitur: *Surge Domine, in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue*. Et hoc idem clariùs colligitur ex lib. 2. Reg. cap. 6. *Arcam, inquit, supra quam inuocatum est nomen Domini, sedentis in Cherubim super eā*. Iam verò quòd in his locis præcipiatur aliquis cultus, patet ex verbo adorare, quod etiam Hebræicè est proprium verbum adorationis *שָׂחַתָּה* *ישֻׁבַח* *בַּחֲבֵרֶיךָ*: quòd autè arca sit creatura, nulli dubium esse potest: quod denique iste cultus non sit ciuiliſ, sed religionis, patet ex ratione Davidis: *Quoniam, inquit, sanctum est, hoc videlicet scabellum*. Cultus enim ciuiliſ debetur rebus propter ciuilem & humanam excellentiam: at arca dicitur adoranda, non propter ciuilem excellentiam, sed quia sacra & sancta est, cum sit scabellum pedum Dei.

VERVS & Caluinus in hunc locum Psal. respondet hinc nomine scabelli intelligi templum, & præcipi, non vt adoretur templum, sed vt adoretur Deus in templo, & probant dupliciter. Primò ex verbo Hebræo *שָׂחַתָּה* *ישֻׁבַח* *בַּחֲבֵרֶיךָ* ad scabellum, secundò ex illo, quoniam sanctus est, nam Hebraum *שָׂחַתָּה* *ישֻׁבַח* *בַּחֲבֵרֶיךָ*, est ambiguum, sed Græcus exposuit vertens *προσκύνησον*.

RESPONDO: nomine scabelli necessariò intelligi arcam, vt supra ostendimus: & proinde ruit expositio hæreticorum: non enim arca est locus, in quem possent Iudæi intrare ad adorandum Deum. Deinde etiam scabellum esset templū, adhuc argumentum nostrum vigeret, quia non ait David, adorate in scabello, sed adorate scabellum, & probatur. Primò, quia veritè Chald.

Incurate vos templo. Item LXX. & Hieronymus: Adorate scabellum, verterunt.

SECUNDO, quia in scriptura ferè vbicunque habemus, adorari aliquem, constructio fit cum ב, vt Gen. 23. Adorauit Abraham populum terra, id est, filios Chetib, ארז לבנון ארז לעם ארז לבנון isebibahu laam arest libne chetib.

TERTIO, quia etiam si verteretur ad templum, adhuc idem significaretur: nam verbum Hebraum significat: Incurate vos ad illam rem.

QUARTO, quia Hieronymus in epist. ad Marcellam, vt migret in Berthelem, testatur, ipsam arcam coli solita, Venerabantur, inquit, quondam Iudæi sancta Sanctorum, quia ibi erat Cherubim & propitiatoriu, & arca Testamenti, &c. & hoc idè ex aliis Scripturis patet, Iosue 5. 1. Reg. 6. 2. Reg. 6. Heb. 9. nam Iosue 3. iubentur in itinere nunquã accedere prope arcam ad spaciũ duorum millium cubitorum. 1. Reg. 6. Bethsãmitã, quia arcam viderunt sine debita reuerentia, occisi sunt à Deo ad 50000. hominum 2. Reg. 6. Oza similiter interfectus à Domino est, cum arcam tetigisset, quod ei non licebat, sed solis Sacerdotibus. Denique propter honorem arcæ nemo poterat ingredi sancta Sanctoru, vbi illa erat, nisi summus Pontifex semel in anno, vt Paulus docet Hebr. 9. At certè arca creatura erat, & iste honor illi exhibitus non ex vrbãnitãte, sed ex religione aliqua procedebat.

AD illud: Quomiam sanctus est, fateor non malè verti: Quomiam sanctus est: vt LXX. & Hieronymus verterunt. Sed hoc nihil ad rem, nam siue dicatur scabellum adorandum, quia sanctum est, siue quia est Dei sancti, semper affertur causa religioſa adorationis.

SECUNDO, probatur ex adoratione exhibita Angelis ab hominibus piis & prudentibus, nam Gen. 18. Abraham pronus in terram adorauit Angelum. Et similiter fecit Loth, Gen. 19. Sed quia posset responderi, tam Abraham quam Loth non cognouisse Angelos, sed homines putasse initio, cũ eos adorauerunt, & ciuilitè tãtũ adorasse, proferamus loca clariora. Num. 22. Aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via euaginato gladio, adorauitque eum pronus in terram. Hic certè non prius adorauit, quàm Angelum agnouit: Angelis autem ridiculũ est dicere deberi ciuilem honorem.

ITEM Iosue 5. cum vidisset Iosue virum stantem euaginato gladio dixit: Noster es, an aduersarius? Ille: Nequaquã, inquit, sed Princeps sum exercitus Domini. Cõrimũ cecidit Iosue pronus in terrã, & adorauit. Hinc aperte videmus adorationẽ illam mediam, quam quærimus: nam quod Iosue non putauerit illum, quem adorabat, esse Deum, patet, quia Angelus dixerat, se esse Dei ministrũ. Quod etiã non adorauerit ciuilitè, sed religioſè, patet, quia non prius adorauit, quàm intellexit esse Angelum Dei legatum: quod deniq; non malè fecerit adorando, patet, quia Angelus non solum non prohibuit eum ab adoratione, sed etiã iussit adhuc maiorem honorem sibi exhiberi, dicens: Solue calceamenta pedum tuorum: locus enim, in quo stas, sanctus est. Non erat autem sanctus locus ille, nisi ob Angeli præsentiam: non enim erat tunc Iosue in loco sacro, sed in campestribus Hiericho.

TERTIO, probatur ex adoratione Sanctorum in Scripturis 1. Reg. 28. Saul adorat animam Samuelis sibi apparentem, Certum autem est, non conuenire ciuilem honorem animabus defunctorum: neque dici potest, in hoc errasse Saulem, quandoquidem nec ipse Samuel, nec Scriptura Saulem reprehendit. Item 3. Reg. 18. Abdias vir sanctus adorat Heliam pronus in terram: neque possumus dicere hunc ciuilem cultum, fuisse: nam quantum ad humanam excellentiam, maior erat Abdias quàm Helias: iste enim priuatus homo erat, ille autem vnus ex Principibus regni. Adorauit ergo eum vt Prophetam, ac Dei hominem singulari sanctitate excellentem. Item 4.

Reg. 2. filij Prophetarum cum audissent spiritum Helia sequi uille super Helisãum, accedentes adorauerunt eum proni in terram.

DENIQUE Danielis 2. Nabuchodonosor adorat Danielẽ, quis autè diceret, aut crederet à Rege summo adoratũ ciuilitè vnũ ex captiuis, qualis erat Daniel? Adorauit ergo eũ religioſè, vt hominẽ Deo plenũ, neque per errorem adorauit, Deum illũ existimans: nam adorans ait: Verè Deus uester, Deus Deorum est, & Dominus Regum, & reuelans mysteria, quoniã tu potuisti aperire hoc Sacramentum. Quod etiam fecisse Alexandrum Regem Pontifici, Iaddo, scribit Iosephus lib. 11. cap. 8. antiquitatum.

NEQUE oblat, quod Nabuchodonosor Danieli iussit offerri sacrificium: nam non loquitur Scriptura de sacrificio, quod soli debetur Deo. Sacrificium enim Deo propriũ est immolatio animaliu, quod uocatur Hebraicè, זבאח zebach, de quo dicitur Exod. 22. Immolans Diis eradicabitur, præterquam Domino soli. Ibi enim est Hebraicè זבאח zebach: Nabuchodonosor autè obtulit Danieli non זבאח zebach, sed מנחא minchab, & מנחה ויבחה minchab, hoc est, munera & odores, quorum vtrumque tam Deo, quam homini offerri solet. Nam 1. Reg. 10. vbi legimus, quosdam ex Israëlitis non uoluisse agnoscere Saulem Regem, nec ei munera attulisse, pro munere est, מנחה minchab. Porro suaues odores nos etiam in ipsa Ecclesia offerimus imaginibus & reliquiis, cum tamen asseramus sacrificium non deberi nisi soli Deo. Immo Dionysius c. 3. part. 2. Eccl. hierarch. dicit, Pontificem in sacris mysteriis, vbi aboleri cõpõit incensum, primum suffire aram, deinde totius Ecclesiæ ambitum, quod etiam nunc fieri videmus. Si hoc non placet, dicamus cum Hieronymo & Theodoro, Nabuchodonosor sacrificium obtulisse Danieli, id est, Deo Danielis.

ARGUMENTVM quartum sumitur ex confessione Patrum, qui à temporibus Apostolorum, vsque ad nostra tempora floruerunt. Iustinus in 2. Apolog. pag. 2. loquens nomine omnium Christianorum, & fidem totius Ecclesiæ explicans: Sed, inquit, & illum (Deum Patrem) & eius Filium qui uenit, nosque hæc docuit, & aliorum sequentium, similitumque bonorum Angelorum exercitum, & spirituum propheticum colimus atque adoramus, uerbòque & re seu ueritate ueneramur, idque omnibus qui discere uolunt, ut docti instituti que sumus, copiosè tradimus.

ORIGENES lib. 3. in dueros: Horum, inquit, memoria semper, ut dignum est, in Ecclesia celebratur.

EUSEBIUS lib. 13. præpar. Euang. cap. 7. Nos, inquit, quotidie id facitamus: nam uerè pietatis milites, vt Dei amicissimos honoramus. Idem Euseb. lib. 4. hist. cap. 15. refert ex epistola Ecclesiæ Smyrnenſium de martyrio S. Polycarpi, quod cum Gentiles metuerent, ne Christiani relicto Christo, Polycarpum adorarent, veteres illi Christiani dicebant, se non posse vltro modo Martyres pro Christo colere, sed tamen eos diligere & uenerari, quod fidem integrè Magistro & Domino seruauerint.

ATHANASIVS in lib. de uirginitate, circa finem: Si homo iustus gdes tuas, inquit, intrauerit, cum timore & tremore occurrens illi, adorabis humi ad pedes illius. At vt ostendat se loqui de religioſa adoratione, Non enim, inquit, eũ, sed Deum adorabis, qui illum mittit: Dominus enim ait, qui recipit iustum, me recipit, vbi nota, adorari Deum in iustis, non quod adoratio non terminetur ad hominem iustum, sed quia ratio, cur iustus adoretur, est Deus. Quomodo enim qui recipit iustum hospitio, eique eleemosynam facit, Christum recipere, & Christo eleemosynam facere dicitur, quia fit propter Christum, & Christus ita accipit, ac si fieret sibi.

BASILIVS oratione in S. Mamantem, Ecclesia, inquit, per hoc, quod eos honorat, qui præcesserunt, præſentes impellit. Et orat. in quadraginta martyres: Honor, inquit, quem bonis confernis exhibemus, beneuolentiã erga communem.

domi

dominum significationem de se prabet.

GREGORIUS Nazianzenus orat. in Machabæos, initio conqueritur, quod sanctos Machabæos non omnes vbique colant, sicut martyrum ipsorum meretur. Et orat. 1. in Iulianum, non procul ab initio, loquens de quodam honore impenso à Iuliano Apostata cuidam martyri, quem martyri ille mirabili signo recusauit: O insignem, inquit, martyrum inter se charitatè honorem illius, qui multos martyres contempti habiturus erat, recusarunt. Et paulò antè dixerat, honorem martyrum, esse perspicuam notam amoris in Christum.

GREGORIUS Nyſſenus oratione in Theodorum martyrem, vbi multa dixit de cultu, qui sanctis martyribus ab Ecclesia exhibetur, ait: Cui Regum talis honor habetur? Quis ex iis, qui supra modum inter homines excellere uisi sunt, tali memoria celebratur? Quis Imperatorum adeo decantatus, & fama celebratus est, vt hic miles pauper, modo conscriptus tyro, quem Paulus armauit, quem Angeli uixerunt, quem Christus coronauit?

EPIPHANIUS hæres. 79. vbi refellit eorum errorem, qui Mariæ tanquam Deæ sacrificium offerebant, metuens, ne ista occasione nullus honor B. Mariæ deferretur, vt nunc hæretici faciunt, sapissimè repetit illa uerba: Sit in honore Mariæ, Dominus adoretur.

IOANNES Chryſostomus homil. de sanctis Iuuentio & Maximo: Non aliter priſcos, inquit, aliter recentiores colitis sanctos, sed eadem alacritate omnes. Et infra: Et martyres, inquit, quos hodie colimus, aderam. Et infra: Idcirco sepe eos inuisamus, tumulos adoremus, &c.

CYRILLVS Alexandrinus lib. 6. in Iulianum, vltra medium: Nos, inquit, non Deos factos esse diximus sanctos martyres, sed omni honore dignari consueuimus.

THEODORETVS lib. 8. ad Græcos: Suos, inquit, mortuos Dominus Deus noster in tẽpla pro diis uestris induxit, ac illos quidè castos gloria, uandisque reddidit, suis autem martyribus honorem illorũ dedit, &c. vbi notandum est, honorem Deorum traditũ martyribus, quia vbi colebantur Dii, nunc coluntur martyres, non autem quod eodem modo colantur: Subdit enim Theodoretus: Atqui nos, o Græci homines, nec hostias martyribus, nec libamina uilla deferrimus, sed vt sanctos homines, Deiq; amicissimos honoramus.

DENIQUE Ioannes Damascenus de fide Orthodoxa, lib. 4. cap. 16. Honorare, inquit, decet sanctos, vt amicos Christi, vt filios & heredes Dei, &c.

EX Latinis, Tertullianus de corona militis, meminit celebrationis festorum in natalitiis martyrum.

CYPRIANVS lib. 4. ep. 5. Martyrum, inquit, passiones, & dies anniuersaria commemoratione celebramus.

AMBROS. serm. 6. in line: Quisquis honorat martyres, honorat & Christum, & qui spernit sanctos, spernit & Dominum.

MAXIMVS serm. de natali sanctorum Octauij, Aduentoris & Solutoris martyrum: Cuncti, inquit, martyres deuotissimè percolendi sunt, sed specialiter uenerandi, quorum reliquias possidemus.

PRUDENTIVS de S. Hippolyto. His corruptelis, animique & corporis æger, Oraui quoties stratus, opem merui.

Nota illud: Oraui stratus.

PAULINVS natali primo S. Felicis: Roma Petro Pauloque potens rareſcere gaudet Huius honore Dei, &c.

Et natali octaua:

Cuius honore Deus gaudet, quia martyr honorem Contempsit proprium.

HIERONYMVS in epistola ad Riparium: Honoremus, inquit, seruos, vt honor seruorum redundet ad Dominum. Et in uita Paulæ: Vale, o Paula, & cultorem tuum orationibus iuuat. Et ibidem dicit, Paulam, cum inuiseret sanctos Eremitas, singulis ad pedes prouolutã, ita eos

venerari solitam, ac si in singulis Christum adoraret. Vbi certè non agitur de cultu ciuili: non enim sanctissima nobilissima rusticanos homines ciuilitè honorasset tanta subiectionis significatione.

AUGUSTINVS serm. 1. de sanctis Petro & Paulo: Beatissimum Petrum piscatorem modò genibus prouolutis adorat Gentiu multitudo. Et epist. 44. Ostendatur mihi Roma in tanto honore templum Romuli, in quanto ibi estendo memoria Petri. In Petro quis honoratur, nisi ille defunctus pro nobis? Idem lib. 20. contra Faustum, cap. 21. obiciunt Faustò, quod Christiani idola uertissent in martyres, respondit, à Christianis coli martyres, sed non latria. Et in Psal. 96. obiciunt Ethnicis, quod Christiani colerent Angelos, respondit similiter, & addit: Primum & uos illos colere uelletis: facile enim ab ipsis disceretis, non illos colere, id est, non colere vt Deos, sed vt sanctos.

GREGORIUS lib. 3. Dialog. c. 24. dicit, beatum Petrum apparuisse cuidam Theodoro lampades infruenti in Ecclesia ipsi B. Petro dicata, vt ostenderet probare uenerationem, quam seruientes sibi exhibent.

BERNARDVS serm. in illud: Signum magnum, &c. Amplectamur Mariam uestigia, & deuotissima supplicatione beatis illius pedibus prouoluamur. Et serm. sequenti, qui est de aqua ductu Totis, inquit, medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & uotis omnibus Mariam reueremur, quia sic est uoluntas eius, qui totum nos habere uoluit per Mariam.

ARGUMENTVM quintum sumi potest ex inuocatione, templis, festis, uotis, peregrinationibus, imaginibus, & aliis, de quibus postea: cum hæc omnia ad cultum Sanctorum non dubium est pertinere.

ARGUMENTVM sextũ ex eo, quod semper Ethnici, Iudæi, hæretici, aculeauerunt Christianos idololatria, propter cultum Sanctorum: quod certè non fecissent, nisi uisissent à Christianis sanctos passim religioſè coli. De Ethnicis testatur Euseb. lib. 8. c. 6. hist. de Iudæis idem Euseb. lib. 4. c. 15. De Iuliano apostata Cyrill. lib. 6. & 10. in Iulian. De Manichæis August. lib. 20. c. 21. contra Faustum. de Porphyrio, Vigilantio, & Eunomio Hieronymus lib. contra Vigilantium.

ARGUMENTVM septimum ex ratione: nam si honor ciuili debetur ciuili uirtuti, sapientiã, potentia, & nobilitati: Ergo honor plusquam ciuili debetur supernaturali uirtuti, sapientiã, potestati, nobilitati: sed sancti quoad uirtutes supernaturales, excellunt omnino, cum serueant diuina charitate, & peccare non possint: nihil enim inquinatum intrare potest in regnum cælorum, Apocal. 21. quoad sapientiam, uident ipsam sapientiam increatam, & in ea cognoscunt rerum omnium causas, iuxta illud Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt: quoad potestatem, sunt Reges cælorum, & participes ipsius throni diuini, vt dicitur in Apocal. cap. 3. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Et Luc. 22. Ego diphono uobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum: quoad nobilitatem, sunt filij Dei, re ipsa iam adoptione confirmata per gloriam. Igitur merito, iurèque optimo religioſo cultu prosequendi sunt.

DENIQUE, Deus sanctis honorem & gloriam promissit, 1. Reg. 2. Qui honorificauerit me, glorificabo eũ. Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus. Et Rom. 2. Gloria & honor omni operanti bonum: ergo debetur eis honor, & certè non ab aliis, quàm à nobis, qui illis inferiores sumus: non conuenit autem mortuis honor ciuili, ergo religioſus illis debetur.

CAPVT XIV.

Soluuntur argumenta inuicè proposita.

VNC aduersariorum argumenta breuiter dissoluamus. Ad primum. Si Caluinus per cultum religionis intelligit cultum latriæ, fatemur sanctos non debere coli cultu religionis: sed negamus, præter cul-

tuu

tum latria: nolum esse alium cultum, nisi civilem: iam enim ostendimus quendam tertium cultum, qui etiam dicitur religionis, licet secundario.

Ad secundum, admitto dulia cultum debere sanctis, & nego id esse absurdum. Ad primam probationem respicendo colere sine latria, non esse colere sine cultu, sed colere sine tali cultu: nam etiam B. Augustinus, qui tamen non erat ineptus, lib. 20. contra Faustum, cap. 21. dicit, Sanctos coli, & non latria.

Ad secundam probationem dico, dulia non esse plus quam latriam: nam secundum profanos auctores idem significant: secundum autem scripturam & Ecclesiam vsum longe maior est latria, quam dulia: latria enim non est quilibet cultus, sed cultus summae seruitutis: dulia est cultus cuiuslibet seruitutis.

DICES: At non sumus serui Sanctorum, sed conserui, ergo dulia sanctis non conuenit: Aliqui respondent, cultum sanctorum non vocari dulia, id est, seruitutem, quia exhibetur eis a seruis: sed quia exhibetur ipsis, qui serui Dei sunt: sed isti timuerunt, ubi non erat timor.

DICENDUM igitur, dulia significare quamlibet seruitutem, tam perfectam, quam imperfectam: est autem perfecta seruitus eorum, qui id, quod sunt, alterius sunt: & operantur moti ab alio, tam efficienter, quam finaliter, id est, operantur propter Dominum, & ab ipso Domino moti tanquam instrumenta ad operandum: vt Arist. docet lib. 1. Polit. cap. 3. Imperfecta seruitus est eorum, qui aliquid horum habent, non tamen omnia, id est, qui mouentur ab alio aliquo modo: vnde infans dicitur nihil differre a seruo, licet sit dominus, Gal. 4. quia mouetur ab alio effectiue: & contra, is qui regit, dicitur seruus eorum quos regit, 2. Cor. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum: quia mouetur ab alio finaliter: nos ergo etiam si non sumus serui Sanctorum perfectè, sumus tamen imperfectè, quatenus illi nos mouent & iuuant ad bene operandum exemplo suo, & intercessione apud Deum. Hinc B. Paulinus natal. 1. 2. & 3. S. Felicis, passim vocat se famulum & seruum S. Felicis, & B. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 2. non timuit dicere B. Petro, grata esse seruitutem sibi obsequia.

Ad confirmationem ex Valla & Beza, fateor secundum vsum profanorum scriptorum idem esse dulia & latriam, tamen secundum vsum scripturam, latria ferè nunquam accipitur pro cultu, qui exhibetur creaturæ: secundum vsum autem Ecclesie, nunquam omnino. Et sicut licuit antiquæ Ecclesie contra veteres hereticos noua vocabula inuenire, vt *ερωστια*, &c. cur non licuit etiam Ecclesie posteriori contra hereticos posteriores noua aliqua vocabula inuenire, aut certè iisdem in alia significatione vti?

Ad illud Augustini de dulia & latria respectu Dei, respondeo, eum locum esse pro nobis: nam ex eo, quod Augustinus ait, latriam dari Deo, vt Deus est, dulia eadem, vt Dominus est: colligitur latriam non posse communicari creaturæ, quia vnus tantum est Deus: at dulia posse communicari, quia multi sunt verè & propriè Domini: quanquam interim fateatur, dulia, qua colitur Deus, esse dulia per excellentiam, & specie distingui ab ea, qua coluntur sancti.

Ad tertium argumentum, ad primum locum Deut. 6. dico eum locum debere sic intelligi: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruius*: ea seruitute, qua Deo soli conuenientiam in Græco est *δουλοειας*, vnde Aug. q. 6. r. in Gen. annotauit, idè non esse dictum, solum Deum adorabis, & illi soli seruius: sed, *Dei adorabis, & illi soli seruius*: quia adoratio conuenit etiã creaturis, non autè seruitus latria, qua hic nominatur. Sed præterea quamuis esset scriptum, *illi soli δουλοειας*, eodem modo exponi deberet, nimirum, illi soli seruius certo quodam genere seruitutis, non autè absolute, illi soli seruius. Siquidem in textu Hebraico est

A אלהינו אלהינו: & tamè inuenimus, nõ obstat hoc præcepto, dictum Iacobo ab Isaac Gen. 27. *Seruiant tibi populi, & adoret te filij matris tue*: ubi sunt illa verba, אהבך אהבך, & אהבתך אהבתך. Præterea sicut hic legimus: *illi soli seruius*, ita legimus 1. Timor. 6. *Qui solus habet immortalitatem*: & tamen scimus, Angelos & animas esse etiam immortales suo quodam modo.

Ad illud 1. Tim. 1. *Soli ei honor & gloria*: respondeo, similiter intelligendum de certo honore & gloria: nam Rom. 2. lego: *Gloria & honor omni operanti bonum*. Denique arctius dictum est Isa. 44. *Ego primus, & ego nouissimus, & absque me nõ est Deus*: & tamè legimus in Psal. 81. *Ego dixi, isti estis*: nec tamen illud primum est falsum, sed sano modo intelligendum est.

Ad illud Math. 4. dico, Diabolum postulasse à Christo *δουλοειαν*, in signum latriæ, & proinde postulasse latriam, ac propterea à Domino illi fuisse responsum, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruius*.

Ad illud Gal. 4. *Ita qui natura non sunt Dij id δουλοειαν* respondeo, verbum *δουλοειαν*, esse commune seruituti Dei & creaturarum, & proinde exponi debere pro loci exigentia: hic autem sumitur pro cultu solius Dei: id enim circumstantiæ loci necessariò postulant.

Ad quartum argumentum, ad primum exemplum dico, Aman voluisse adorari vt Deum: id enim ex verbis Mardochei colligitur.

Ad secundum de Cornelio dico cum S. Hieronymo libro contra Vigilantium, Cornelium aliquid diuinum in Petro inesse putauisse, & idè iure correctum: vel cum Chryostomo in hunc locum Actorum, Cornelium piè Petrum veneratum, sed Petrum ex modestia eum honorem, qui alioqui sibi debèbatur, recusasse.

Ad tertium, quid mirum, si Paulus noluit sibi sacrificari: id enim supra diximus, esse actum externum soli Deo debitum.

Ad quartum dico, esse pro nobis: nam vel Ioannes putauit eum, qui sibi apparuerat, esse Deum, aut Angelum: si Deum, merito reprehensus est: si Angelum, & tamen adorauit, cur nos reprehèdimur, qui facimus quod Ioannes fecit: num melius Ioanne norunt Caluinista, sint ne Angeli adorandi?

At cur, inquirunt, reprehensus est? Primò, quia fortè Angelus sic apparuit, vt potuerit existimari Christus: dixerat enim c. 1. *Ego sum primus & nouissimus, & fui mortuus, & ecce sum viuens*, &c. Itaque poterat existimari Christum, cuius personam gerebat, nisi ipse explicuisset, se non esse Christum, & idè corrigendus fuit adorator nõ propter errorem adorationis, sed propter errorem personæ: ita respondet August. quæst. 61. in Gen.

Secundò dico, Ioannem rectè voluisse Angelo cultum debitum exhibere: sicut meminerat fecisse Abraham & Loth, atque alios maiores suos: tamen Angelum prohibuisse ob reuerentiam humanitatis Christi: nam ante Christi aduentum Angeli se ab hominibus adorari patiebantur: at posteaquam Deus homo factus est, & omnes Angeli hominem in Christo adorare cæperunt, noluerunt ipsi ab hominibus adorari, & præcipuè ab Apostolis, aliisque summis viris: ita Beda, Ansel. Richar. & Rupert. in c. 19. Apocal. & scholia Græca in c. 22. & ante hos auctores S. Gregorio. lib. 27. moral. c. 11. & homil. 8. in Euang. nec tamen sequitur, nos malè facere: si Angelos adoremus: nam & nos rectè illos adoramus, & ipsi rectè adorari recusant. Itaque Ioannes ipse cum c. 19. semel audiuisset: *Vide ne feceris*, &c. tamen c. 22. iterum voluit eundem Angelum adorare: intelligebat enim, & se rectè facere adorando, & Angelum rectè facere recusando: nec enim suspicari licet Ioanem aut obliuiofum, aut indocilem fuisse.

Ad vltimum ex Patribus dico, eos loqui contra errores Gentilium, qui ex hominibus sceleratis veros Deos

facie

faciebant, eisque sacrificia offerebant: nam quòd alioqui sancti Angeli & homines debito cultu prosequendi sint, sexcentis in locis idem Patres affirmant, quorum locorum iam aliqua supra retulimus.

CAPVT XV.

Proponitur controuersia de inuocatione Sanctorum.

DEMONSTRAVIMVS sanctos esse colendos: sed quia peculiaris difficultas est de cultu inuocationis, idcirco nunc recto ordine sequitur, vt tractemus de inuocatione Sanctorum.

Duo sunt de hac questione errores extremi, veritas est in medio, vt ferè semper esse solet. PRIMVS error est, posse ac debere S. Mariam, quæ præcipua sanctorum est, inuocari, non secus ac Deus inuocatur: ita olim quidam, quos Epiphanius refert & refellit hæresi. 78. in fine, & hæresi 79. per totum.

ALTER error, nullum sanctorum post mortem debere inuocari vlllo modo, quia vel non possunt orare mortui pro viuentibus: vel si possunt, non nisi in genere orant, quia non possunt cognoscere nostras preces quas ad illos fundimus: hic error multorum est.

PRIMVS omnium videtur fuisse Vigilantium, qui in hunc lapidem offendit: nam quòd Alphonsus de Castro in libro de hæresibus, verbo, Sancti, tribuit hunc errorem Eustathio, qui ante Vigilantium vixit, non facillè probari potest. Siquidem Eustathius Basilicas Martyrum contemnebat, & fortè reliquias etiam: at de inuocatione nihil docuit: vide Socraem lib. 2. cap. 33. & Concilium Gangrense. Igitur Vigilantium, vt est in libro S. Hieronymi contra Vigilantium, docebat, post mortem nullius pro altero exaudiri orationem, & idè sanctos mortuos non orare pro viuentibus: ex quo sequitur frustra eos inuocari.

DEINDE inuocationem sanctorum apertius & fortius oppugnarunt tempore B. Bernardi, Henriciani, seu Petrobrusiani, & Apostolici, vt refert ipse S. Bernardus sermon. 66. in Cantica: & auctor vitæ S. Bernardi lib. 3. cap. 5. Idem paulò post docuerunt VValdenses, vt auctor est B. Antonius 4. par. tit. 11. cap. 7. §. 2. Idem postea quidam nomine Cathari, vt auctor est Turrecremata lib. 4. par. 2. cap. 35. summa de Ecclesia. Idem postea Ioannes VViclef, vt scribit Thomas VValdensis tom. 3. titul. 12. capit. 108. & sequent. Necnon Taborita, qui de familia sunt Ioannis Huss, vt scribit Aneas Syluius de orig. Boëmorum, capit. 35. Quanquam VViclefusus non illicum esse dicebat orare sanctos, sed solum inutile & superfluum: dicebat enim videri stultitiam, recurrere ad securas alienius Principis, quando ipse Princeps est paratissimus per se audire: vel sectari turbidos riuos, quando fons ipse patet: quibus verbis obiter sanctos scuris, & riuis turbidis conferebat, quod est hæreticorum proprium.

DENIQUE hæretici nostri temporis, vt Lutherus in libris ad VValdenses: Melanchthon in Apologia artic. 21. Confess. Augustanæ, Brentius, cap. 24. Confess. VVittemb. & Caluinus lib. 1. cap. 14. §. 12. & lib. 3. inst. cap. 20. §. 20. & sequent. tria docent de orationibus sanctorum. Primò, ex diuinis literis non haberi, quòd sancti mortui orant pro viuis, ac proinde hoc non esse certum. Secundò, si sancti orant, eos non orare nisi in genere pro tota Ecclesia electorum, non autem pro illo, aut illo in speciali. Tertio, inutile & illicitum esse inuocare sanctos, siue Angelos, siue homines, ac petere, vt pro nobis orant: inutile quidem, quia non habent tam longas aures (ita enim Caluinus loquitur) vt preces nostras audire possint: illicitum autem, quia hinc obsecratur gloria Christi, qui est vnicus mediator & intercessor noster.

CAPVT XVI.

DETEGUNTUR aliquot fraudes & mendacia hæreticorum. ABEMVS igitur quæ sit sententia aduersariorum: sed antequam eam refellamus, vrile erit cognoscere breuiter, quibus calumniis & mendaciis Melanchthon & Caluinus eam simplicibus persuadent.

PHILIPPVS loco notato tria mendacia dicit. Primò, nos tribuere sanctis diuinitatem, id est, vim cognoscendi mentium cogitationes. Mendacium est apertum: nec enim vllus Catholicorum hoc dicit, vel dixit vnquam: asserimus enim eos cognoscere nostras preces, non vt sunt in mentibus nostris, sed vt sunt in Deo, quem vident, & qui eas ipsis ostendit.

SECUNDò, ante tempora S. Gregorij non exstare mentionem inuocationis sanctorum. Paulò liberalior fuit Martinus Kemnitius, qui in examine si. 22. Conc. Tridentini dicit, inuocationem Sanctorum capisse post tempora Augustini: & in exam. sess. 25. dicit, Auctorem inuocationis B. Mariæ fuisse Petrum Gnapheum, qui vixit circa annum Domini CD. LXXX. quæ imperiua vel malitia est intolerabilis in tantis magistris in Israël, cum sint loca innumerabilia in Ambrosio, Augustino, Hieronymo, Basilio, Athanasio, Irenæo, & aliis, quos postè citabimus, & quæ etiam citantur à Centuriatoribus Centur. 4. cap. 4. & Cent. 5. cap. 4.

TERTIò, Papistas esse asinos, qui docent ex libro S. Hieronymi contra Vigilantium, Vigilantium negasse inuocationem Sanctorum, cum in toto illo libro Hieronymi non sit vna syllaba de inuocatione Sanctorum, sed solum de honore reliquiarum. At hoc ipsum ostendit Philippus non quidem asinum, sed certè valde stupidum fuisse: nam etsi Vigilantium non dixit, Sanctos non esse inuocandos, tamen dixit, eos non posse orare pro nobis: hinc autem si non colligeremus, eum negasse inuocationem Sanctorum, tunc verè tardiores asinis essemus. Quis enim inuocaret eum, qui non potest vllum auxilium præbere? Sapientius igitur fecerunt Magdeburgenses Cent. 4. cap. 8. qui videntes non posse negari, quin Vigilantium idem senserit quod ipsi, dicitur eum non fuisse hæreticum, sed sanctum presbyterum, & cum Hieronymo contendisse, ac vicisse.

Porro Caluinus multa etiam dicit mirabilia. Primum asserit lib. 3. inst. c. 20. §. 21. in omnibus hymnis, & litanis Papistarum nullam vnquam fieri Christi mentionem: & cum semper oremus sanctos mortuos, nunquam nobis in precibus Christum occurrere: quod certè tale mendacium est, vt periculum sit, ne diabolus cognomen mendacis amittat: quid enim? nõne in litanis dicimus: *Kyrie eleison, Christe eleison, Pater deus, &c.* Nõne ferè omnes hymni, quos in Breuiario legimus, sunt vel Ambrosij, vel Gregorij, vel Prudentij, vel Sedulij antiquissimorum auctorum: Et nõne omnes diriguntur ad Deum, & terminantur per, *Gloria tibi Domine*, vel quid simile? Nõne omnes orationes Ecclesie, quæ leguntur in Missa, diriguntur etiam ad Deum, & terminantur, *Per Christum Dominum nostrum*?

SECUNDò, Sanctos cum Christo regnantes passim in ill o, cap. 20. lib. 3. vocat mortuos, laruas, umbras, coluuiem, quæ incredibilis blasphemia est.

TERTIò dicit, lib. 3. capit. 20. §. 20. solum Christum introisse in sanctuarium cæli, & solum ipsum deferre ad Deum vota populi eminus in aërio exsistentis. Quibus verbis significat, non solum sanctos homines, sed etiam S. S. Angelos non posse Deo nostras preces offerre, sed solum Christum: quod est contra apertissimam scripturam Tob. 11. *Ego, inquit Raphaël, obruli orationem tuam Domino*. Et Apocal. 8. *Ascendit fumus incensarum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo*. Et contra ipsum Caluinum, qui infra sui oblitus, admittit An

gelos offerre Deo nostras preces.

Q V A R T ò dicit, lib. 3. cap. 20. §. 22. nos inuocare sanctos planè vt Deos, & habere nos Deos plurimos, non pro numero vrbium, vt dicitur Hierem. 2. de Iudæis, sed pro numero capitù multitudinis: quæ est calumnia manifesta, vt ex Iulianis apparet. Quis enim Deo dicere audeat, Sæctus Deus, ora pro nobis? Nec noua est calumnia, nã etiam antiqui hostes Ecclesiæ mentiebantur, homines mortuos pro Diis Catholicos habere, vt patet ex Cyrillo lib. 6. in Iulianum, vltra medium, & lib. 10. ante medium, & ex Eusebio lib. 4. hist. c. 15. & lib. 8. c. 6. & ex Aug. lib. 20. contra Faustum, cap. 4. & ex Hieronymo contra Vigilantem.

Q V I N T ò ibidem dicit, nos rogare virginè, vt filium iubeat facere quod petimus. At quis nostrum hoc dicit? cur non probat villo exemplo? Præterea si Iosue 10. dicitur: *Obediente Deo voci hominis*, cur non posset aliquo modo rectè dici, filium Dei obedire matri aliquid petenti?

S E X T ò ibidè dicit, nos ante statuas Barbaræ, vel Catharinæ demurmurare Pater noster, & Pastores hunc vsum suo plausu approbare. At fideles etiam simplicissimi si interrogentur, respondere solent, se orationem Dominicam dirigere ad Deum, id autem se facere coram imaginibus sanctorum, sperantes per auxilium sanctorum suam orationem ad Deum melius, & felicius perueniuram: sed etiam si aliqui tam stupidi essent, vt S. Barbaræ dicerent, Pater noster, num imperitia aliquorum traduci debet, quasi esset dogma Ecclesiasticum? & qui sunt Pastores, qui hunc abutum probant?

S E P T I M ò dicit, in Concilio III. Carthaginensi vetitum fuisse, ne in publicis precibus diceretur: *S. Petre, ora pro nobis*, sed istud decretum, nisi in suo codice Caluinus addiderit, nusquam reperitur. Concilium enim solum definit, vt oratio sacrificantis dirigatur ad Patrem, non ad Filium, vel Spiritum sanctum: de sanctis nulla mentio. Sed Caluinus per suam Dialecticam, ex eo, quòd oratio debet dirigi ad Patrem, deducit non posse inuocari sanctos, & inde vltius deducit, Concilium statuisse, vt non dicatur, *S. Petre, ora pro nobis*.

O C T A V ò dicit, horrendum esse sacrilegium, Sanctos vocare præfules salutis, & nullo colore defendi, quòd quidam sanctis dicunt, è cælo nos respice, & adiua. At priora sunt verba Ambrosij libro de viduis: posteriora Gregorij Nazianzeni oratione in Cyprianum, in Athanasium, in Basilium: istis autem duobus viris nihil habuit antiquitas sapientius.

C A P V T XVII.

Quomodo Sancti inuocandi non sint.

V N C V T rei veritas manifesta fiat, ponemus & probabimus aliquot propositiones.

P R I M A propositio. *Non licet à sanctis petere, vt nobis tanquam auctores diuinorum beneficiorum gloriam, vel gratiam, aliâque ad beatitudinè media concedant.* Hæc est contra primum errorem, & contra calumniam Caluinistarum. Probatur primo scriptura, Psalm. 83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus.* Et Psalm. 120. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.* Montes sunt homines sancti, vt exponit Augustinus in hunc Psalmum, & fuis tract. 1. in Ioannem, & libro de Pastoribus, cap. 8. iubemur ergo leuare oculos ad mōtes, id est, ad sanctos, & ab eis auxilium expectare: sed vt intelligamus ab eis auxilium expectandum esse, non vt ab auctoribus, sed vt ab imperatoribus, idè statim subditur: *Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.* Item Iacobi primo: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.*

S E C V N D ò probatur ex vsu Ecclesiæ: nam in oratio-

nibus, quæ leguntur in Missa, vel in officio in celebrantibus sanctorum, nihil vnquam aliud petimus, quàm vt eorum precibus à Deo nobis beneficia concedantur.

T E R T I ò dicitur, nam ea quibus indigemus, superant vires creaturæ: ac proinde etiam sanctorum: Ergo nihil debemus à sanctis petere, nisi vt à Deo impetrent, quæ nobis vtilia sunt.

Q V A R T ò ex Augustino libr. 8. ciuit. Dei, cap. vlt. & lib. 21. cap. 10. ex Theodoro lib. 8. ad Græcos, qui dixerunt docent, sanctos non esse inuocandos vt Deos, sed vt qui à Deo impetrare possunt quod volunt.

E S T tamen notandum, cum dicimus, non debere peti à sanctis, nisi vt orent pro nobis, nos non agere de verbis, sed de sensu verborum: nam quantum ad verba, licet dicere: Sancte Petre miserere mei, salua me, aperi mihi aditum cæli: item, da mihi sanitatem corporis, da paciẽtiã, da mihi fortitudinè, &c. dummodo intelligamus, salua me, & miserere mei orando pro me, da mihi hoc, & illud tuis precibus, & meritis: sic enim loquitur Gregorius Nazianzenus oratione in Cyprianum & in Basilium, & alij multi veterum, nec non Ecclesiæ vniuersa, cum in hymno ad Virginem dicit:

M A R I A mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

Et in hymno Apostolorum:

Quorum præcepto subditur
Salus & languor omnium,
Sanate agros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

Et sicut Apostolus de se dicit Rom. 11. *Vt saluo facerem aliquos ex illis.* Et 1. Cor. 9. *Vt omnes facerem saluos*, non vt Deus, sed inuocando concionibus, precibus, &c.

S E C V N D A propositio. *Sancti non sunt immediati intercessores nostri apud Deum, sed quidquid à Deo nobis impetrant, per Christum impetrant.* Nota tres personas posse considerari, quãdo nos Deum oramus: vnã ipsius Dei, à quo petimus beneficia: alteram Christi, per cuius meritum ea cupimus nobis dari: tertiam eius, qui petit beneficia per Christum: ex his tribus personis non potest prima sanctis tribui, vt iam probauimus: nec secunda, vt nunc ostendemus, sed solum tertia.

I T A Q V E Sanctos inuocamus ad hoc solum, vt faciãt id, quòd nos facimus, quia melius & efficacius ipsi facere possunt quàm nos, & melius illi & nos simul, quàm nos soli. Probatur iam conclusio: Solus Christus est, qui mundum reconciliauit Deo, & qui meruit nobis gloriam & gratiam, & omnia necessaria ad salutem, vt patet Colos. 1. *Quia in ipso complacuit, omnem plenitudinè inhabitare, & per eum reconciliare omnia, pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in terris, & quæ in cælis sunt.* Et 1. Ioan. 2. *Ipsè est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

A T Q V E hinc Christus dicitur ostium Ioan. 10. & via, Ioan. 14. quia, vt ipse ait, *nemo venit ad Patrem, nisi per ipsum.* Hinc etiam dicit Ioan. 16. *Petite in nomine meo.* Hinc dicitur mediator Dei, & hominum, 1. Tim. 2. & 1. Ioan. 2. dicitur aduocatus apud Patrem: ergo nihil à sanctis petere possumus, nisi vt intercedant apud Deum, quo nobis Christi meritum applicetur, & per Christum gratiam & gloriam consequamur.

S E C V N D ò probatur ex verbis sanctorum. Ambrosius libr. de Isaac, capit. 8. *Ipsè Christus, inquit, est os nostrum, per quod Patri loquimur: oculus noster, per quem Patrem videmus: dextera nostra, per quam nos Patri offerimus.* Augustinus Pal. 108. exponens illud, oratio eius fiat in peccatum: *Oratio, inquit, quæ non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit peccatum.* Bernardus sermone de B. Virgine, qui incipit,

signum magnum: *Opus est, inquit, mediatore ad mediatorè istum, nec alter nobis vtilior, quàm Maria.* Quibus verbis docet Christum esse intercessorem immediatum, qui per se impetrat, Sanctos esse mediatores, qui non nisi per mediatorem Christum impetrant.

T E R T I ò probatur ex orationibus Ecclesiæ. Omnes enim, quæ de sanctis sunt, illam formam habent: *Concede nobis Deus intercessione huius sancti tale beneficium, per Christum Dominum nostrum.*

C A P V T XVIII.

Sanctos pro nobis orare.

H A B E M V S igitur, quomodo sancti inuocandi non sint: nunc, vt intelligamus quomodo inuocandi sint, accedat tertia propositio: *Sancti orant pro nobis saltem in genere, secundum Scripturas.* Probatur ex iis Scripturis, quæ agunt solum de sanctis hominibus. Primus est Hierem. 15. *Dixit Dominus ad mesi steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* Ergo Moyses & Samuel iam mortui poterant, & solebant orare pro populo Iudaorum: ergo falsum est, in scripturis non haberi, quòd sancti mortui orent pro viuis.

R E S P O N D E T Caluinus duobus modis. Primò, ex hoc loco colligi potius contrarium: cum enim dicitur, *si steterint*, nimirum ad orandum, significatur eos nec steterisse, nec orasse: & si isti præcipui Prophetæ non orabant, quantò minus alij.

A T contra, quia etsi fortè significetur, eos tunc non orasse, quia intelligebant rem esse iam desperatam, tamè significatur eos aliàs orare consueuisse, quando se impetrare posse putabant, alioqui inepta esset hæc Dei loquutio: nam si quis diceret, si iumentum meum orauerit pro te, nihil impetrabit, ineptè loqueretur. Quare? Quia iumenta non possunt orare: & similiter si quis diceret, si venerit huc Cicero, vel Demosthenes, non persuadebunt mihi, ineptè loqueretur, quia mortui huc venire non solènt. Ita ergo & Deus (quod absit) ineptè loqueretur, cum dicit: *Si steterint coram me Moyses & Samuel.* Si illi non possent, vel non loquerent Deum interpellare. Aliud esset, si scriptura diceret, si starent, id est, si per impossibile nunc viuerent, & orarent: at nunc ait, *si steterint*, & Græcè *ἐὰν ᾤοντο ζῆν*, & Hebraicè *יִבְרָחוּ* *iaomod*, si stabit Moyses.

S E C V N D ò respondent, sensum huius loci hunc esse, si nunc steterint coram me duo aliqui insignes viri, quales olim erant Moyses & Samuel, tamen nihil obtinebunt. At contra opponimus grauissimos auctores, Chryostomum hom. 1. in epist. 1. ad Thesal. & Hieronymum in hunc locum, & Gregorium lib. 9. moral. c. 12. qui docent Deum loqui de ipso vero Mose & Samuele.

S E C V N D V S locus est 2. Machab. vlt. vbi Iudas in visione quadam vidit Oniam Pontificem, & Hieremiam Prophetam, qui iam obierant, orantes pro populo Iudeorum: ad quem locum nihil habet, quòd respondeat Caluinus, nisi hunc locum non esse Canonicum: at nos probamus esse Canonicum, argumento, quòd Caluinus non potest reicere, si vult sibi constare: ipse enim contra inuocationem sanctorum assertit tanquam argumentum potissimum testimonium Concilij III. Carthaginensis, vt videbimus in solutione argumentorum: in illo autem eodem Concilio, cap. 47. sic dicitur: *Item placuit, vt præter Scripturas canonicas nihil legatur in Ecclesiâ sub nomine diuinorum Scripturarum: sunt autem canonice Scripturae, Genesis, Exodus, &c.* Et infra: *Esra libri duo, Machabæorum libri duo, &c.* Vel igitur Caluinus recipiat libros Machabæorum, vt canonicos & diuinos: vel non detreat nos huius Concilij auctoritate à Sanctorum inuocatione: nec enim dicendum est, eos Patres in vno sapere, & in altero delirare.

T E R T I V S locus est Apocal. 5. vbi describitur XXIV.

seniores in cælo procidisse coram throno Dei, habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum: quem locum exponentes Primasius, Richardus, scholia Græca apud Oecumenium, & Gagneus, dicunt orationes illas esse intercessiones pro infirmorum stabilitate.

Q V A R T V S locus est 2. Petri 1. *Dabo autem operam & frequentes habere vos, nimirum commendatos, siue in animo, post obitum meum, vt horum memoriam faciatis.* Vt enim exponunt scholia Græca apud Oecumenium, aliqui veteres non ineptè hinc colligebant: Sanctos post obitum gerere curam viuentium. Et quamuis hoc non sit euident argumentum, tamen est probabile.

Q V I N T V S locus est Luc. 16. vbi diues Epulo orat pro fratribus suis: ergo multò magis orant iusti pro tota Ecclesiâ.

S E X T V S est Apocal. 6. anima sanctorum Martyrum magno clamore petunt vindictam de interfecto-ribus suis: ergo multò magis misericordiam petunt fratribus suis.

R E S P O N D E T Brentius istas orationes intelligi figuratè: dicuntur enim sancti mortui clamare ad Dominum, quia preces, quas viuentes effuderunt, adhuc resonant in auribus Dei. At contra: nam diues Epulo dum viueret, non orauit pro fratribus suis. Sancti etiam Martyres dum hinc viuerent, non petebant à Deo vindictam de persecutoribus, sed potius vt eis ignosceretur: ergo oratio qua petunt vindictam, noua est: nam dum viuerent, quia peccare poterant: & periculum erat, ne si vltionem peterent, id facerent ex cupiditate, non petebant: nunc autem eam petunt intuitu, & amore iustitiæ, vt rectè exponit Beda.

A C C E D A T vltimò, quòd scripturæ apertè docent communionem Ecclesiæ triumphantis cum militante: nam Hebr. 12. Apostolus dicit, nos accessisse ad Ecclesiã primitiuorū, qui sunt in cælis, id est, ciues illorū esse, Ephes. 2. & Gal. 4. dicit matrem nostram esse Hierusalem, quæ est in cælis, & Col. 1. & Ephes. 4. dicit Christum esse caput super omnem Ecclesiã, & certè non excluditur Ecclesiã cælestis: at communio ista exigit necessariò, vt mēbra pro inuicem sollicita sint, & inuicem se iuuent: hæc enim est natura membrorum sub vno capite viuentium, vt Apostolus docet Rom. 12. & 1. Corint. 12. hinc apparet quàm falsum sit, quòd Caluinus dicit lib. 3. institut. c. 20. §. 24. Deum voluisse, vt nullum nobis esset commercium cum Sanctis mortuis, sed nec illis nobiscum: At quomodo hæc vera esse possunt, si sumus vna Respublica, vnus populus, vnus corpus? Vide Augustinū lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 9. vbi hoc ipsum probat.

Q V A R T A propositio. *Sancti, qui regnant cum Christo, pro nobis orant, non solum in genere, sed etiam in particulari.* Probatur primò, Angeli orant pro nobis, & curam nostri gerunt, etiam in speciali: vt patet Tob. 12. Zachar. 1. Apocal. 8. Dan. 10. Plak 90. & Matt. 8. ergo multò magis id spiritus hominum beatorum faciunt: nam in primis nihil eis deest eorum, quæ Angeli habent, quantum ad hoc munus pertinet, cum sint præditi intelligentia, & voluntate, & ad sint semper Deo, & nos vehementer diligant, ac demum sint æquales Angelis, vt dicitur Luca 20. deinde aliquid habent præ Angelis, quòd sunt membra corporis Ecclesiæ: nobis magis coniuncta, quàm sint Angeli. & experti sunt miseria & pericula nostra, quæ Angeli non sunt experti.

R E S P O N D E T Caluinus, hoc argumentum concludere, si possumus ostendere, sicut Angeli præstant hominibus eòsque custodiunt, atque eorum rebus interfunt, ita etiam sanctos hominum spiritus facere. Exillimar enim ipse (vt olim Vigilantius) sanctos omnes in atrio quodam, quasi in libera custodia inclusos esse, nec inde vnquam egredi, aut vllam de nobis sollicitudinè gerere.

N o s autem facile ostendemus non solum ab Angelis, sed etiam a spiritibus beatorum hominum regi, & gubernari fideles vitantes: Et sic hoc argumentum secundum, id enim promisit Christus Apoc. 2. *Qui vicerit, inquit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi a patre meo.* Et c. 3. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei.* Et infra: *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* Hic loquitur Ioannes de spiritibus mortuorum, ut patet ex illis verbis, *(Et custodierit usque in finem opera mea)* & loquitur de tempore ante resurrectionem, ut patet ex eo, quod dicit: *Reget eas in virga ferrea:* nam regere in virga ferrea, non significat punire, quod etiam post resurrectionem fiet, sed significat regere virga pastorali, quod solum fit ante resurrectionem: dicitur autem virga ferrea, quia inflexibilis est ad in iustitiam, ut Psalm. 44. *Virga directiois, id est, virga rectissima, virga regni tui:* & etiam sempiterna: nam regni eius non erit finis: quod autem sequitur: *Et tanquam vas figuli confringet eos,* non significat homines perdendos, sed peccatores, Christo peccata conterente, & delente: ut exponit Augustinus in Psalmum secundum; iuxta illud Act. 10. *Occide & manduca,* Vel reguntur, siue pascuntur electi in virga ferrea, reprobi autem tanquam vas figuli confringuntur.

Q u o d v e r o hoc significet, regere in virga ferrea, patet. Primum ex verbo Hebraeo, quo vitur David Psalm. 2. *וְיָרִיחַ תְּהוֹרֵם.* Et ex Graeco Ioann. Apocal. 2. 12. & 19. quod est *ουρανός*, id est, palces, siue pastoraliter reges.

S e c u n d o ex eo, quod dicitur Apoc. 12. *peperit filium, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea:* Christus autem non punit omnes gentes, sed regit pastoraliter.

T e r t i o, quia Psalm. 2. vnde Ioannes verba sua desumpsit, dicitur Christus totam suam hereditatem regere in virga ferrea: *postula a me, &c.* nec tamen suspicari possumus totam Ecclesiam a Christo esse destruendam.

Q u a r t o, quia sic exponunt, regere in virga ferrea, Hilarius, Augustinus, & Theodoretus in Hilarium secundum, & Primasius, ac Beda, & Rupertus in caput secundum Apocalypsis. Habemus igitur, spiritus hominum beatorum post mortem ante diem resurrectionis accipere potestatem in gentes, & regere, & pascere eas: nec non esse columnas in templo Dei, id est, sustentare Ecclesiam, quod proprie sanctis Martyribus convenire docet Chrysostomus in fine sermonis de Iuvenio, & Maximo, ac demum sedere in throno Christi, id est, cum illo praesidere toti mundo, & Ecclesiam regere, & gubernare.

I d e m colligitur ex illo Matth. 24. *Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, inuenerit sic facientem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.* Bona enim Domini Ecclesia est, ut Hilarius docet, quod etiam aperte legitur in praefatione de Apostolis, quam vnam esse ex noue antiquissimis testatur Pelagius Papa I. qui sanctum Gregorium praecessit, in epistola quarta decretali. In praefatione dicitur: *Gregem tuum pastor aeternae non deseris, sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias, ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicario, eisdem contulisti praesse pastores.* Id quod & Patres discreti docent.

B a s i l i j s oratione in quadraginta Martyres, dicit: *O cuneum inexpugnabilem: ob communes generis humani custodes, optime curari socij, &c.* Et Gregor. Nazianz. oratione in Cyprianum: *Tu, inquit, ab alto nos respice, nostramque sermonem, ac vitam dirige, & sanctum ouile hoc pascere, aut simul vna rege, &c.*

H i l a r i j s in sermone 124. *Neque desunt stare volentibus sanctorum custodia, neque Angelorum munitiones.*

A M B R O S I J S lib. 3. in Lucam, in fine: *Sicut Angeli praesunt, inquit, ita & hi, qui vitam meruerint Angelorum.* I T E M Leo sermone 2. de anniuersario suae assumptionis: *Petrus, inquit, nunc plenius, & potentius ea, quae sibi commissa sunt peragit, & omnes partes officiorum, atque curarum, in ipso, per quem est glorificatus, exequitur.* Et similia habet Ier. 1. & 3. eiusdem argumenti. Item Maximus in serm. de martyribus Tauricis: *Cum his, inquit, nobis familiaritas est, semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur, hoc est, & in corpore nos viuentes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt.*

D E N I Q U E Theodoretus lib. 8. ad Graecos, circa finem: *Qui peregrum, inquit, aliquo proficiuntur, petunt Martyres sibi comites esse in via, aut potius itineris duces, qui vero iam sospites redierunt, gratias agunt, acceptum beneficium confitentur.* Habemus igitur ex Scripturis secundum Patrum explicationem, Sanctos orare pro nobis.

I d e m probatur secundum testimonis Patrum. Cyprianus lib. 1. ep. 1. *Si quis hinc nostrum, inquit, prior diuina dignationis celeritate praecesserit, perseueret apud Deum nostra dilectio, pro fratribus, & sororibus nostris, apud misericordiam patris non cesset oratio.*

G R E G O R I J S Nazianzenus oratione 14. quae est de obitu Gregorij patris sui: *Nunc magis, inquit, proficit nobis precibus, quam antea doctrina, quanto etiam Deo propinquior est, postquam vincula deposuit corporalia.*

I O A N N E S Chrylost. in serm. de S. Iuuenio Maximo, tomo 1. *Item sicut milites, inquit, vulnera in preliis sibi inflicta regi monstrantes fidenter loquuntur, ita & illi abstracta capita gestantes, & in medium afferentes, quaecumque voluerint apud Regem colorum impetrare possunt.*

H I E R O N Y M. hanc ipsam conclusionem ex instituto probat libro contra Vigilantium, & in epistola ad Paulam de obitu Blacillae: *Pro te, inquit, Dominum rogat, mihi que veniam impetrat peccatorum.*

A V G V S T I N I S lib. 7. de Baptismo contra Donatistas, cap. 1. *Adiuuat, inquit, nos Cyprianus orationibus suis, in istius carnis mortalitate tanquam in caliginosa nube laborantes, ut donante Domino quantum possumus, bona eius imitemur.*

L E O serm. 3. de anniuersario suae assumptionis: *Nunc, inquit, mandatum Domini pius pastor (Petrus) exsequitur, confirmans nos cohortationibus suis, & pro nobis orare non cessans, ut nulla tentatione superemur.* Et in serm. 1. de SS. Petro & Paulo. *Sicut, inquit, nos experti sumus, & nostri probauerunt maiores, credimus, atque confidimus inter omnes labores istius vitae ad obtinendam misericordiam Dei semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos.* His accedant omnia testimonia, quae afferemus pro sequenti conclusione; nam qui dicunt Sanctos inuocandos, sine dubio fatentur eos orare pro nobis.

P R O B A T V R vltimo ex apparitionibus Sanctorum, qui aperte testati sunt, se orare pro nobis etiam in particulari. Scribit Eusebius lib. 6. hist. c. 5. Potamionem carnifici promississe, se cum ad Dominum peruenisset, aliquid ei boni impetraturam: deinde post tres dies a consummato martyrio carnifici per quietem apparuisse, atque eius capiti coronam imposuisse, pauloq; post iuxta Martyris praedictionem, & ipsum ex impio carnifice pium Christi Martyrem effectum.

A V G V S T I N I S lib. de cura pro mortuis, cap. 16. *Non solum, inquit, beneficiorum effectibus, verum etiam ipsi hominum aspectibus Confessorem apparuisse Felicem, cum a barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus non incertis rumoribus, sed testibus certis.* Alia id genus plurima vide apud Basilium in oratione de S. Mamante; Gregorium Nazianzenum oratione prima in Iulianum, & oratione de S. Cesario; Gregorium Nyssenum in vita Gregorij Neocaesariensis; Theodoretum libro 5. historiae, cap. 24. Eupodium, & Lucianum de inuentione, & miraculis S. Stephani,

Ambro

Ambros. in serm. de SS. Geruasio, & Prothasio, & serm. 90. de S. Agnete; Prudentium in hymno de S. Fruentioso; Paulinum natali octauo S. Felicis; Sulpitium in vita S. Martini; qui omnes auctores ante mille annos floruerunt.

C A P V T XIX. Sanctos esse inuocandos.

Q U I T V R quinta, ac postrema propositio: *Sancti siue Angeli, siue homines pie, atque vtiliter a viuentibus inuocantur.* Probat. Primum Scriptura Genesis 48. Iacob sic ait benedicens filiis Ioseph: *Angelus, inquit, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* Hic aperte S. Iacob Angelum inuocauit. Item Iob 5. *Voca si quis est, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuerrere.* Vbi nomine Sanctorum intelligit Angelos, ut D. Augustinus exponit in annotationibus in Iob. qui etiam illud, c. 19. *Miseremini mei amici mei.* Ad Angelos dici existimat, iuxta quod dicitur, c. 33. *Si fuerit Angelus loquens pro eo vnus de millibus, miserabitur eis, & dicit libera eum.* Sicut etiam cap. 15. cum dicit: *Ecce inter Sanctos eius nemo immutabilis.* Nomine Sanctorum intelliguntur Angeli; nam idem habetur c. 4. his verbis: *Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem.* Quamuis autem haec verba non videantur conuincere, quia non sunt ipsius scriptoris libri, sed Eliphaz amici Iob, tamen ideò conuincunt, quia indicant tunc fuisse consuetudinem inuocandi patrocinium sanctorum Angelorum.

I T E M Exod. 32. Moyses ita orat: *Recordare Domine Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum.* In quem locum scribens Theodoretus quaeft. 67. in Exod. dicit sanctum Moysen, cum se non existimaret sufficientem ad placandum Deum, adhibuisse etiam patrocinium Patriarcharum. Vbi notandum est, quia ante Christi aduentum Sancti, qui moriebantur, non intrabant in caelum, nec Deum videbant, nec cognoscere poterant ordinari preces supplicantium, ideò non fuisse consuetum in testamento veteri, ut diceretur, *Saete Abraham ora pro me, &c.* sed solum orabant homines eius temporis Deum, & allegabant merita Sanctorum, qui iam obierant, ut illic ipsorum orationes inuauerunt.

R E S P O N D E T Caluinus, non peti eiusmodi verbis auxilium a meritis Sanctorum, sed solum commemorari pactum, quod Deus cum Patriarchis fecerat de protegendis, & adiuuandis eorum posteris.

A T solutio non satisficit; nam & pactum Dei, & iustitia Sanctorum simul commemorabantur, ut patet ex Psalm. 131. *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.* Et infra: *Propter David seruum tuum non auertas faciem Christi tui.* Quae verba Salomonis sunt orantis Deum per merita patris sui Davidis iam defuncti, ut constat ex lib. 2. Paralip. c. 6. Vnde etiam lib. 3. Reg. c. 15. dicitur: *Propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Hierusalem, ut suscitaret filium eius post eum, eò quod fecisset David rectum in oculis Domini.* Et Daniel. 3. *Ne auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum.* Et Moyses Exod. 34. Hieremias c. 31. & alij, cum orabant Deum, initio dicere solebant: *Deus qui facis misericordiam in millibus his qui diligunt te,* id est, qui propter iustitiam Patrum misereris saepe filiorum, quod erat implorare merita veterum iustorum: vnde etiam B. Augustinus q. 149. in Exodum, sic ait: *Admonemur, inquit, cum merita nostra nos grauant, ne diligamur a Deo, reuelari nos apud eum illorum meritis posse, quos Deus diligit.* Idem docet Chrysostomus hom. 42. in Genes. & 27. in Matth.

P R A E T E R E A in vtroque Testamento saepe legitur viuentes a viuentibus inuocatos; nam lib. 1. Reg. c. 7. dicunt filij Israel ad Samuelem: *Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut saluet nos de manu Philistinorum.* Item Iob vlt. *Ita ad seruum meum Iob, ille orabit pro vobis.* Rom. 15. Paulus ait: *Obsecro vos fratres, ut adiuuetis*

me in orationibus pro me ad Deum. Idem reperit Ephes. 6. 1. Thess. 5. 2. Thess. 3. Col. 4. & Hebr. 13. ergo licebit etiam nunc inuocare eosdem Sanctos cum Christo regnantes.

N A M si nunc non licet, vel non licet, quia nolunt; & hoc non, cum sint maiori charitate praediti, quam antea, & (ut loquitur Cyprianus serm. de mortalitate) de sua immortalitate securi, & de nostra incolumitate solliciti: vel quia non possunt; & hoc non, quia si poterant cum hic essent peregrini, quanto magis nunc poterant in patria: vel quod non sciunt, quod oremus; & hoc non, quia vnde sciunt Angeli conuersionem peccatorum, pro qua tantopere gaudent in caelis, ut dicitur Luca 15. inde sciunt Sancti nostras preces: vel demum, quia sit iniuria Deo, aut Christo, si alius, quam ipse, inuocetur; & hoc non, quia tunc non liceret viuentes inuocare.

A T Q U E hoc argumentum aduersarij nunquam soluerunt potuerunt. Caluinus enim solum respondet, aliam esse rationem inuocationis viuorum & mortuorum, quia viu omnes subnixi vna Christi intercessionem tam pro se, quam pro aliis Deum rogant, quia sunt inuicem membra; & quia Scriptura hortatur, ut oremus pro inuicem, Iacobi 5. at hoc idem de mortuis dici potest; nam & illi sunt membra eiusdem Ecclesiae, & vna Christi intercessionem nituntur; quidquid enim nobis petunt, a Deo per Christum petunt.

P R O B A T V R tertio ex Conciliis, ac primum in ep. Episcoporum Europa scripta ad Leonem imperatorem, quae habetur post Concilium Chalcedonense, sic dicitur: *Sanctissimum verò Proterium in choro, & ordine sanctorum Martyrum ponimus, & eius intercessione misericordem, ac propitium Deum habere postulamus.* Et actione 11. Concilij Chalcedonensis, dicunt Patres: *Plautianus post mortem viuuit, Martyr pro nobis orat.* Deinde in VI. Synodo generali, c. 7. ex canonibus recens editis, sic dicitur: *Solo Deo creatore adorato inuocet Christianus Sanctos, ut pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur.* Item Septima Synodus generalis actio. 6. in fine: *Cum timore, inquit, Synodus, omnia agamus postulantes intercessionem in cetera uita Deiparae, item sanctorum Angelorum, omniumque Sanctorum.* Item in Concilio Gerundeni c. 3. Aurelianensi I. can. 19. Moguntino sub Carolo Magno, c. 33. Toletano V. c. 1. & Toletano VI. c. 2. & Bracarensi II. c. 9. indicuntur litaniae recitandae, vel triduo ante ascensionem, vel aliis temporibus: sunt autem ista Concilia ferè omnia celebrata ante annos ferè mille.

H I S accedat factum Gregorij, qui litanias indixit tempore pestis, lib. 1. vitae eius, cap. 42. & Valfridus Strabo, cap. 29. testes sunt.

S E D forte obiicit, litanias hic vocari solum Kyrie eleeson, Christe eleeson; id enim vocant litaniam Graeci, ut patet ex Basilio epist. 63. & ex liturgia ipsius Basilij, & Chrysostomi.

R E S P O N D E O, in Conciliis praedictis, litanias vocari illas ipsas inuocationes Dei, & Sanctorum, quas nos modo vocamus litanias: nam in primis Valfridus Strabo lib. de rebus Ecclesiasticis, c. 28. declaratans quid sit litania de qua agitur in his Conciliis, & nominatim in Concilio primo Aurelianensi dicit esse Sanctorum inuocationem. Deinde tunc dicebantur litaniae triduo ante ascensionem, & dicebantur non stando, sed ambulando, & circumeundo aliqua loca: at nunc videmus seruari idem tempus, & eundem ritum, ergo eadem sunt litaniae omnino.

P R O B A T V R quarto testimonijis Graecorum & Latinorum Patrum. Ex Graecis primus procedat. Sanctus Dionysius Areopagita, qui c. 7. Ecclesiasticae hierarchiae, *Nam profectus, inquit, idem sit, ac si quis sole suos radios sanis largiente oculis, sibi oculos eruens, solaris luminis participes fieri postulet. Sic impossibilem superflua spe ille suspensus est, qui Sanctorum flagitat preces, & naturae ipsorum consentaneas sacras operationes abigit, &c.*

S. IRENAEVS lib. 5. contra haereses c. 19. Et sicut illa (Eua) sancta est, ut effugeret Deum, sic haec (Maria) sua est obdure Deo, ut virginis Eua, virgo Maria secret aduocata. Quid clarius?

E V S E B. lib. 1. 1. preparationis Euangelicæ, c. 7. Haec nos, inquit, quotidie factitamus, qui vera pietatis milites, ut Dei amicos honorantes, ad monumenta quoque illorum accedimus, ut adque ipsis faciamus, tanquam viris sanctis, quorum intercessione ad Deum non parum inuari profitemur.

A THANAS, sermone in Euangelium de sanctissima Deipara, id est, de annunciatione, circa finem: Inclina, inquit, aurem tuam (Maria) in preces nostras, & ne oblitiscaris populi tui: Et infra: Ad te clamamus, recordare nostri sanctissima Virgo. Et infra: Intercede hera, & domina, & regina, & mater Dei pro nobis.

BASILIVS oratione in quadraginta Martyres, qui aliqui, inquit, praeiunguntur angustia, ad hos confugiat, qui rursum letatur hos orat, ille ut a malis liberetur, hic ut duret in rebus letis. Idem oratione in Psal. 33. in illud, Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Sancta, inquit, spirituales virtutes (Angeli) aliqui oculi dicuntur, quod curam susceperint nos interueniendi: nonnulla aures, ut quae nostras excipiunt preces.

GREGOR, Nazianzenus oratione in Cyprianum, in ipso medio, loquens de quadam sancta Virgine, quam Cyprianus tunc Ethnicus & magus, per demonem ad stuprum sollicitabat. Virginem Mariam, inquit, rogauit, ut periclitanti Virgini opem ferret. Et infra: Vicit Virgo, vincitur daemon, & c. Idem in fine Cyprianum inuocat, sicut etiam fecit in fine orationis in Basilium, & in fine orationis in Athanasium, vbi sic ait: Tu autem es supernis propitius nos respice, & populum hunc sanctum dirige, & nos in pace quidem foue & compasce, in certamine autem dirige & suscipe, & cum te ipso statue, & is qui tales sunt ut tu, etiamsi magna sit petitio.

CHRYSOST, hom. 66. ad populum, circa finem: Nam, inquit, & ipse qui purpuram induit, accedit illa complexurus sepulchra, & factu deposito stat Sanctis supplicaturus, ut pro se apud Deum intercedant: & scenarum fabrum, & piscatorem, ut protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Idem hortatur ad supplicandum Sanctis hom. 5. & 8. in Marth. hom. 43. in Genes. hom. 1. in priorem Theof. serm. in Iuuentium, & Maximum, & alibi.

GREGOR, Nyssenus oratione in S. Theodorum, circa finem: Intercede, inquit, ac deprecare pro patria apud cœlestem Regem & Dominum. Timemus afflictiones, expectamus pericula, non longe absunt scelesti Scythæ bellum aduersum nos parturientes, ut miles, propugna pro nobis, ut Martyr, pro conferuis vtere libertate loquendi. Et infra: Quod si maiori etiam opus fuerit deprecatione, fratrum tuorum Martyrum coege chorum, & cum omnibus vna deprecare. admone Petrum, excita Paulum, Ioannem uem Theologum, ac discipulum dilectum, & c.

S. EPHRAEM in sermionibus de laudibus sanctorum Martyrum: Precamur, inquit, beatissimi Martyres, qui pro Domino Salvatore, proque illius charitate sponte & impigre tormenta sensistis, atque ideò familiaribus Domino coniuncti estis, ut pro nobis miseris & peccatoribus, & de negligentia squalore sordentibus, Dominum interpellare dignemini, ut superueniat in nos gratia Christi, & c.

CYRILLVS catechesi 5, mytagogica: Cum hoc sacrificium offerimus, facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt, primùm Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum, suscipiat preces nostras, & c.

THEODOR, in historia sanctorum Patrum, singulas vitas ita concludit: Ego autem huic narrationi finem imponens rogo & queso, ut per horum intercessionem diuinum consequar auxilium. Multa item habet de inuocatione Sanctorum lib. 3. ad Græcos, qui est de Martyribus.

DAMASCEN, lib. 4. de fide, c. 16. Per eos (Sanctos iam defunctos) demones abiguntur infirmi curantur, cæci vident, leprosi mundantur, tentationes & tristitia soluantur. omne donum bonum a patre luminum per eos, iis qui inhaesiabili fide petunt, descendit.

THEOPHYL, in c. 11. ad Hebræos: Jam nunc, inquit, arrhabonem, & pignus honoris habent. (Sancti in cœlo) unde aliis eis potestas est, ut succurrere queant inuocantibus se? Unde ipsis, quod fiduciam habent intercedendi?

IAM ex Latinis S. Cornelius Papa in Epistola prima, quæ est de translatione corporum Apostolorum: Orantes, inquit, Deum & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, ut intercedentibus sanctis suis Apostolis maculas vestrorum purget peccatorum, & c.

S. HILAR, in Psal. 129. Intercessione, inquit, Angelorum non natura Dei indiget, sed infirmitas nostra, missi enim sunt propter eos, qui hereditabunt salutem, Deo nihil ex his que agimus ignorante, sed infirmitate nostra ad rogandum & promerendum, spiritualis intercessionis ministerio indigente. Similia etiam dicit de intercessione sanctorum Apostolorum & Prophetarum in Psal. 124.

S. AMBROS, lib. de uidiis, vltra medium: Obsecrandi sunt Angeli, qui nobis ad presidium dati sunt, Martyres obsecrandi, quorum videmus nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare. possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine etiam siqua habuerunt peccata lauerunt. Isti enim sunt Dei Martyres, nostri presules, speculatores vite actumque nostrorum, non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent, cognouerunt. Item lib. 10. in Lucam exponens, cap. 21. Mortuis regibus, inquit, in perpetuum Martyres regnum cœlestis gratia honore succedunt, & illi sunt supplices, hi patroni.

S. HIERONYM, in epitaphio Paula, circa finem: Vale, inquit, & Paula & cultoris tui ultimam senectutem orationibus inuua: fides, & opera tua Christo te sociant, presens facilius, quod postulas, impetrabis.

S. MAXIMVS in serm. de S. Agnetæ: Itaque, inquit, & splendida Christo, pulchra Dei filio, & omnibus Angelis, & Archangelis grata, ut nostri meminisse digneris, quibus possumus precibus exoramus.

RUFFINVS lib. 2. hist. c. 33. Circuibat (Theodosius) cum sacerdotibus & populo omnium orationum loca, ante Martyrum & Apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fida Sanctorum intercessione poscebat.

S. PAVLINVS in fine carminis Panegyrici de S. Celso: Celsi inuua fratrem socia pietate laborans, ut vestra nobis sit locus in requie.

ET in Epistola 12. ad Seuerum inferens quadam carmina de S. Claro, sic ait:

Qualibet in regione poli situs, aut paradisi,
Clare, sub æterna pace beatus agis.
Hæc peccatorum bonus accipe vota rogantum,
Ut sis Paulini Therastiæque memor.

PRUDENTIVS eodem tempore plurima scripsit carmina de Sanctis, in quibus eos inuocari à viuentibus docet. Proferamus loco exempli pauca. In carmine de S. Laurentio, sic ait:

Quod quisque supplex postulat,
Fert impetratum prosperè,
Et tristis haud vllus redit,
Ceu præsto semper adies,
Tuosque alumnos vbicos
Lactante complexus sinu,
Paterno amore nutrias.

ITEM in hymno de S. Cassiano:
Audit, crede, preces Martyr prosperrimus omnes,
Isque ratas reddit quas videt probabiles.

ITEM de S. Hippolyto:
Hippolyto scio me debere, Deus cui Christus

Posse dedit, quod quis postulet, amiuere.

S. AVGVST, tract. 84. in Ioan. Ideo quippe ad ipsam mensam, inquit, non sic eos (Martyres) commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oramus: sed magis, ut ipsi pro nobis orent. Item ser. 17. de verbis Apostoli: Habet, inquit, Ecclesiastica disciplina, quod fideles nouerunt, cum Martyres eo loco recitat ad altare Dei, vbi pro ipsis oratur, pro cæteris autem defunctis oratur. Inuicia est enim pro Martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari. Item lib. de cura pro mortuis, c. 4. Non video, inquit, quod sit adiumentum mortuorum, prouisus sepeliendis corporibus apud memoriam Sanctorum locus, nisi ad hoc, ut dum recolunt, vbi sunt reposita eorum quos diligunt corpora, eisdem Sanctis illos tanquam patronis susceptos apud Dominum adiunandos orando commendent.

S. VICTOR Vticensis lib. 3. de perseq. Vandalica, circa finem: Adstote, inquit, Angeli Dei, deprecamini Patriarchæ, orate S. Prophetæ, estote Angeli suffragatorum, precipite tu Petre beate, quare files pro omnibus & agnis, à communi Domino magna tibi cautela, & sollicitudine commendatis? Tu S. Paulæ gentium magister cognosce, quid Vandalici faciunt Ariani, & filij tui gemunt lugendo captiui, vniuersique ingemiscite simul pro nobis Apostoli.

S. FVLGENTIVS in serm. de laudibus B. Mariæ: Ideo, inquit, omnes cursum naturæ virgo Maria in Domino nostro Iesu Christo suscepit, ut omnibus ad se confugientibus faminis subueniret.

S. LEO serm. 5. de Epiphania: Confirmate, inquit, amicitias cum S. Angelis, & Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribusque sociamini, horum diuitias concupiscite, & per bonam emulationem ipsorum ambitu suffragia. Vide eundem in sermionibus de anniuersario suæ assumptionis, & de sanctis Petro & Paulo & Laurentio.

S. GREGORIUS lib. 2. Dialogorum, cap. vlt. in fine, vbi, inquit, in suis corporibus S. Martyres iacent, dubiū Petre non est, quod multa valeant signa demonstrare, sicut & faciunt, & pura mente querentibus innumera miracula ostendunt, sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari, utrumne ad exaudiendum ibi presentes sint, vbi constat, quia in suis corporibus non sint, ibi necesse est eos maiora signa ostendere, vbi de eorum presentia potest mens infirma dubitare. quorum verò mens in Deo fixa est, tantò maius habet fidei meritum, quanto illis eos nouit, & non iacere corpore, & tamen non deesse ab exauditione.

S. GREGORIUS Turonensis lib. 1. de gloria Martyrum cap. 94. Cyprianus, inquit, beatissimus Carthagenensis & antistes & Martyr, salutem sæpius infirmis supplicantibus præstat.

S. BEDA lib. 4. in cantica, circa finem: Sed & cauernâ maceræ, inquit, cito volatu petamus, id est, Sanctorum vel Angelorum, vel hominum crebras pro nobis intercessiones apud misericordiam piæ conditoris queramus. hæc sunt etenim firmissima ac tutissima S. Ecclesiæ præsidia. Idem habet lib. 3. in Matth. in illud cap. 15. Qui non respondit ei verbum: Sanctorum, inquit, sunt petenda suffragia, ut ipsi supplicent pro Ecclesia.

S. ANSELMVS in lib. de excellentia B. Virginis Mariæ, c. vlt. Rogamus, inquit, te domina per ipsam gratiâ, qua te pius & omnipotens Deus sic exaltauit, & omnia tibi secû possibilis esse donauit, quatenus id apud ipsum nobis impetres, & obtineas, ut plenitudo gratiæ, quam meruisti, in nobis sic operetur, quo participium beati præmij nobis misericorditer quandoque donetur.

B. BERNARD, serm. 2. super Euangelium Missus est: In periculis, inquit, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam inuoca; non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersionis exemplum, ipsam sequens, non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa

propitia peruenies, & sic in temetipso experiris, quam merito dictum sit & nomen Virginis, Maria.

Ex his .o. antiquis, & doctissimis Patribus, soli sunt quinque Gregorio posteriores: ex quo apparet, quam illustre fuerit mendacium Philippi, qui ante Gregorium ignotam fuisse scripsit Sanctorum inuocationem.

PROBATOR quintò ex miraculis B. Bernardi factis contra hanc hæresim. scribitur enim lib. 3. vita eius, cap. 5. quod cum D. Bernard. apud Tolosam contra hæc ipsam hæresim predicaret, populorum turbis offerentibus panes, ut eis vir sanctus benediceret, benedicebat ille signo crucis edito his verbis: In hoc scietis vera esse, que à nobis, falsè que ab hereticis suadentur, si infirmi vestri gustatis panibus istis, adepti fuerint sospitatem. Et cum Episcopus Carnonensis, qui aderat, diceret, si bona fide sumptum sanabuntur. B. Bernardus addidit: Non hoc ego dixi, sed vere quicumque gustauerint, sanabuntur, ut verus nos & veraces Dei nuncios esse sciat. Et subiungit auctor: Tam ingens multitudo languentium gustato illo pane conualuit, ut per totam prouinciam verbum hoc diuulgaretur.

NOTA miracula ista non esse facta propriè ad probanda merita B. Bernardi; nam ipse disertè dixit, ut sanarentur agroti, si vera erant, quæ predicauerat: & ne forte tribueretur fidei & deuotioni populorum, addidit, omnes sanandos qui inde gustassent, siue cum fide, siue sine fide, ut nimirum totum miraculum referretur, tanquam ad finem, ab confirmationem veritatis: Ergo cum sint facta innumerabilia miracula ad hanc nostram sententiam confirmandam, aut ipsa vera est, aut Deus testis fuit falsitatis.

ACCEDANT postremò infinita miracula, quibus Sancti sapissimè demonstrarunt, se audire preces viuentium, & posse ac velle eos inuare, à quibus inuocantur. Vide de his miraculis epistolâ Nili recitatam in VII. Synodo actio 4. Theodoretum in historia lib. 5. c. 24. & lib. 8. ad Græcos. Ambrosium serm. 90. qui est de S. Agnetæ, Augustinum lib. 22. de ciuit. Dei, c. 8. Gregorium Turonicum in libris de gloria Martyrum, & Confessorum. Gregorium Romanum lib. 3. dialogorum, c. 22. 24. 25. & 37. Bonauerantur in vita S. Francisci.

Ex his colligi potest, quàm sint leues hæreticorum responiones, quas adhibent ad loca Patrum à nobis citata; nam Magdeburgenses Centuria 4. cap. 4. inconstantissimè loquuntur: nunc enim agnoscunt esse Patrum testimonium, sed dicunt eos errasse: nunc verò dicunt à maligno spiritu esse inserta in operibus tantorum virorum, quod tamen non aliter probant, quàm quia Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto, cap. 12. & Epiphanius in hæresi Collyridianorum, dicunt solum Deum esse adorandum. Nec aduertere volunt eos Patres loqui de adoratione, quæ soli debetur Deo, in quo sensu etiam nos fatemur, solum Deum adorandum, cum quo tamen bene coheret, solum deo dicimus, Sanctos non vt Deos, sed vt amicos Dei inuocandos.

PORRO Brentius c. 24. Confessionis Virtembergensis, omnia conatur eludere per figuram propopœia: dicit enim patres in concionibus inuocare solitos esse nomina mortuorum, ac si uiuerent, sicut interdum inter declamandum alloquimur cœlum, vel terram, vel mortuos homines, quos tamen certè scimus non audire.

AT hoc figmentum imprimis, si vllam haberet locû, solum haberet in testimonio Basilij, Nazianzeni, & quorundam aliorum, qui inter concionandum Sactos inuocauerunt. nullum autem haberet in testimonio Dionysij, Irenæi, Hilarij, Ambrosij, Chrysostomi, Augustini, & aliorum, qui vel docent Sanctos inuocandos, vel narant, à quibus sint inuocati. Sed quod nec in testimonio Basilij & Gregorij locum habeat, inde patet quod isti Patres ibidem pollicentur sibi & aliis auxilium ex illa inuocatione, & miracula quæ facta sunt, satis ostendunt,

non inancm profopocem, sed petitionem efficacem esse inuocationem Sanctorum.

I AM Caluinus lib. 3. c. 20. instit. respondet, Patres voluisse quidem prohibere hanc superstitionem, sed non potuisse frangere impetum vulgi, id quod ostendit ex Concilio Carthaginensi III. c. 21. ubi prohibetur, ne in precibus, quae ad altare funduntur, oratio dirigatur ad alium, quam ad Patrem. Ex quo vult Caluinus colligi, voluisse Patres eius Concilij saltem impedire, ne mysterium cœnæ profanaretur inuocatione mortuorum. Quod etiam confirmatur ex S. Augustino lib. 22. ciuit. Dei c. 10. ubi dicit Sanctos non inuocari à sacerdote sacrificante.

S ED nimis infirmum est Caluini refugium; nam, quod Patres non cupierint prohibere inuocationem Sanctorum, patet ex verbis ipsorum iam citatis, ubi ipsi suadent, hortantur, docent, Sanctos inuocandos, & ipsi eos passim inuocauerunt, & in Concilijs à se celebratis eos inuocari præceperunt. Neque in Concilio Carthaginensi habetur vnum verbum de inuocatione Sanctorum, sed solum præcipitur, vt oratio sacerdotis sacrificium offerentis dirigatur ad personam Patris, non filij aut Spiritus Sancti, quod etiam modò seruamus, quamuis toti sacrificemus Trinitati.

BEATVS etiam Augustinus solum docet, ipsa prece, qua sacrificium offertur, non inuocari Sanctos, sed Deum cui soli sacrificatur: nam quod in ipso sacrificio memoria fiat Martyrum, & inuocentur, vt pro nobis orent, idem Augustinus disertè docet tract. 84. in Ioan. & serm. 17. de verbis Apostoli, & Cyrillus catechesi 7. mystagoga, vt supra citauimus, & idem patet ex liturgia Chrysostomi, & aliorum veterum; nam in omnibus Sancti inuocantur.

CAPVT XX.

Soluuntur argumenta aduersariorum.

UPEREST nunc argumenta aduersariorum proponere, & soluere.

ARGUMENTVM primum. Inuocatio Sanctorum in iniuriâ Dei cedit; nam Rom. 10. dicitur: *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?* Ergo ille solus inuocatur, in quem credimus, non autem credimus nisi in Deum, ergo vel solum Deum inuocabimus, vel Sanctos faciemus Deos.

H I s accedant duo loca Patrum. Ambrosius in primū caput ad Romanos: *Solent, inquit, pudorem passi neglecti Dei, misera vti excusatione dicentes: Per istos posse ire ad Deum, sicut per comites peruenitur ad Regem. Age, numquid ita demens est aliquis, aut salutis suae immemor, vt honorificentiam Regis vendicat comiti, cum de hac re, si qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei damnentur maiestatis? & isti se non putant reos, qui honorē nominis Dei deserunt creaturæ, & relicto Domino conseruos adorant. quasi sit aliquid plus, quod seruiatur Deo; nam idem ad Regem per tribunos aut comites itur, quia homo vti que est Rex, & nescit, quibus debeat Rempub. credere ad Deum autem (quem vti que nihil latet, omnia enim merita nouit) promerendum suffragatore non opus est, sed mente deuota.*

ITEM Theodoretus lib. 8. ad Græcos, in fine: *Suos, inquit, mortuos Dominus Deus noster in templa pro Dijs vestris induxit; ac illos quidem cassos gloria, vanosque reddidit, suis autē Martyribus honorem illorum dedit. Pro Pandis enim Diastis que ac Dionysis, hoc est, Ionis, Liberique patris solennitauibus, Petro, Paulo, Thome, Sergio, Marcello, Leōnio, Antonino, Maurilio, aliisque SS. Martyribus solemnitates populari epulo peraguntur. His mediator Dei & hominum.*

RESPONDEO, quemadmodum non fit iniuria, sed honor Regibus, quando eorum amici honorantur, & ad eos legati mittuntur, ita Deo non iniuriam, sed honorem deferri, quando Sancti non vt Dij, sed vt amici Dei ho-

norantur, & tanquam patroni apud Deum accipiuntur. Alioqui etiam faceret Deo iniuriam, qui à viuentibus orationes postularer, vt fecit Apostolus Rom. 15. & alibi. & Centurio iniuriam Christo fecisset, qui (vt dicitur Luc. 7.) non per se, sed per seniores Iudæorum à Christo auxilium petiit.

AD primum autem locum dico, ibi agi de inuocatione, qua aliquis inuocatur vt Deus, & primus auctor bonorum; præcedit enim, *Omnis, qui inuocauerit nomen Domini saluus erit.* Dico præterea, reuera sicut Deum non potest inuocare vt Deum, qui in eum non credit, id est, qui non credit eum esse Deum, & qui ei non credendo in eo non sperat, nec eum diligit: ita etiam non posse eum Sanctos inuocare, vt Sanctos, & amicos Dei, qui suo modo in eos non credit, id est, non credit esse Sanctos, nec in eis sperat, vt in patronis, nec eos vt tales diligit, nec nomē inuocationis, vel fidei in scripturis soli Deo tribuitur. Dicit enim Iacob Genes. 48. *Inuocetur nomen meum super pueros hos, & nomina Patrum meorum.* Ex quo loco docet B. Augustinus lib. loquutionum de Genes. num. 200. inuocationem non solum Dei, sed etiam hominum esse. Et in Epistola ad Philemonem dicit Apostolus: *Gratias ago Deo meo, audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in Domino IESU, & in omnes Sanctos.* In quem locum B. Hieronymus prolixè ostendit, etiam in Sanctos haberi debere fidem.

AD locum Ambrosij dico, eum Agere contra Ethnicos, qui astrorum cursus colebant, contra quos ibidē Apostolus agit. Vnde etiam dicit, eos colere conseruos, id est, creaturas, non secus ac Deum; quomodo faceret, qui comiti honores regio deferret. Quod autem in fine addit: *Ad Deum promerendum non esse opus suffragatore;* intelligitur ex parte Dei, quasi dicas, Deus non eget interprecibus, cum ipse per se omnia videat, & intelligat: tamē ex parte nostri opus esse suffragatoribus, vel saltem id esse vtilissimum, idem Ambrosius clarissimè docet in lib. de viduis, vt supra ostendimus.

D I C E S, hoc idem poterant respondere Gentiles. Respondet, negatur; nam illi putabant, summum Deum non esse immediatè accessibilem, nec aliter ad eum veniri, nisi per cultum inferiorum virtutum, vt clariùs docet Theodoretus in cap. 1. ad Coloss.

AD locum Theodoretici dico, eum significare voluisse, gloriam Deorum translatam in Martyres, quia templa & festa Deorum conuersa sunt in templa & festa Martyrū, sed tamen eorum, quos religio vera permittit, vt Martyres non pro Dijs habeamus, sicut illi habebant Iouem & Liberum & alios, sed pro viris sanctis & amicis Dei, qui nos exemplis, precibus, & meritis suis plurimum iuuant. de qua re supra diximus, cap. 17.

ARGUMENTVM secundum. Inuocatio Sanctorum iniuriam facit Christo; nam 1. Timoth. 2. dicitur: *Vnus est mediator Dei, & hominum, homo CHRISTVS IESVS.* Si ergo solus ipse est mediator, iniuriam ei facit quicumque per alium ad Deum accedit. Quare Augustinus lib. 2. contra Parmenianum, cap. 8. Si Ioannes, inquit, ita diceret, *hac scripsi vobis, vt non peccetis, & si quis peccauerit, mediatorem me habetis apud Patrem, ego exoro pro peccatis vestris;* sicut Parmenianus quodam loco mediatorem posuit Episcopū inter populum, & Deum; quis eum ferret bonorum atque fidelium Christianorum? quis sicut Apostolum Christi, & non sicut Antichristum intueretur? Et infra: *Si esset mediator Paulus, essent vti que & ceteri coapostoli eius, ac sic multi mediatores essent, nec ipsius Pauli constaret ratio, qua dixerat, vnus Deus, vnus mediator Dei & hominum.*

PRÆTEREA Coloss. 2. dicitur: *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum, qua non vidit ambulans, &c.* In qua verba sic scribit Theodoretus: *Qui legem, inquit, defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes legem per eos datam; mansit autem di-*

hoc vitium in Phrygia, & Pisidia. Quocirca Synodus quoque que conuenit Laodicea, que est Phrygia metropolis, lege prohibuit, ne precarentur Angelos, & in hodiernum vsque diem videre licet apud istos, & eorum finitimos oratoria S. Michaelis: illi ergo hoc consulebant, vti que humilitate videntes, dicentes: *viuersorum Deum nec cerni, nec comprehendi, nec ad eum posse perueniri: & oportere per Angelos diuinam sibi beneuolentiam conciliare.*

RESPONDEO, nullam iniuriam Christo fieri per inuocationem Sanctorum, neque enim inuocamus Sanctos, vt fungantur vice Christi, vel Christum adiuuent, sed vt adiuuent nos, quòd faciliùs à Deo per Christum impetremus, quae poscimus. & argumentum aliquid valeret, etiam concluderet, non esse petēdas viuorum orationes, quod tamen esse contrarium Scripturis etiam heretici concedunt.

AD primum ergo locum respondeo, tribus de causis dici Christum vnum, & solum mediatorem Dei, & hominum. Primum, quia solus ipse fuit mediator per modum redemptionis, notandum enim esse posse tribus modis vnum mediatorem reconciliare duos dissidentes: vno modo declarando, vter iustum petat: altero modo soluendo creditori pro debitore: tertio modo orando creditorem, vt debitum remittat.

PRIMVS modus, qui est declarando, vter iustum petat, inter Deum & hominem, locum non habet, quia constat Deum ab homine esse offensum.

SECUNDVS modo solus Christus est mediator Dei, & hominum, & hoc modo loquitur Apostolus, vt patet tum ex eo, quod subdit: *Qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis;* tum etiam, quia scribit ad Timotheum Episcopum Ephesi in Asia, vbi tunc vigeat hæresis Simonis, quæ Angelos loco Christi introducebat, vnde etiam in Epistola ad Ephesios, & ad Colossenses, qui sunt populi Asiae, passim inculcat Christū esse caput totius Ecclesiae, & per eum solum reconciliatum esse mundum Deo.

POSTERVS modo etiam Sancti dici possunt mediatores inter Deum, & eos pro quibus orant, neque est, cur timeamus, nomen mediatoris transferre ad Sanctos, sicut ad eos transferimus nomen aduocati, & intercessoris, quæ Christo tribuuntur Rom. 8. & 1. Ioan. 2. nam S. Gregorius Nazianzenus in oratione ad Gregorium Nyssenum, Martyres mediatores inter nos, & Deum appellat, & S. Cyrillus lib. 12. thesauri, c. 10. dicit Prophetas & Apostolos omnes fuisse mediatores. & Moses ipse Deus, dicit de se: *Ego sequester & medius fui, inter Dominum & vos, in tempore illo, quibus verbis alludēs Apostolus Gal. 3. dicit, legem veterem ordinatam fuisse per Angelos, in manu mediatoris, id est, Moysi, & Hebr. 9. & 12. vocat Christum mediatorem noui testamenti ad distinctionem Moysi, qui fuit mediator Testamenti veteris.*

HINC soluitur argumentum ex testimonio Augustini; nam quia Donatistæ putabant à sacerdote pendere gratiam Sacramenti, ita vt sacerdos bonus baptizans sanctificaret, sacerdos malus baptizans pollueret, & proinde faciebant sacerdotem mediatorem quodammodo redemptionis: idem Augustinus docet, plebem esse securam siue à bono, siue à malo baptizetur, quia vnus est mediator Dei, & hominum Christus. Quod autem non neget Augustinus sacerdotem posse dici mediatorem orando, patet, quia ibidem dicit, Christianos rectè facere, cum se inuicem orationibus commendant.

ALTEA causa, cur Christus dicatur vnus mediator, est, quia Christus non solum est mediator ratione officij, quia conciliat Deum homini, sed etiam ratione naturæ, quia est medius inter Deum & hominem, cum ipse & Deus & homo sit: id quod erat necessarium ad reconciliandum hominem Deo. Hanc rationem reddunt ferè omnes Patres, vt Ambrosius, Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, Oecumenius, & alij in hunc locum

Pauli, nec non Epiphanius in ancorato ante mediam. S. Cyrillus lib. 12. thesauri, cap. 10. & lib. 1. de Trinitate, ante medium, Hilarius lib. 9. de Trinitate, non procul ab initio; Augustinus lib. 9. de ciuit. Dei, cap. 17. & Fulgentius libro de fide ad Petrum, cap. 2.

TERCIA causa est, quia solus Christus ita est mediator omnium hominum, vt ipse nullo mediatore indigeat. nam Sancti ceteri etsi mediatores sunt inter Deum, & nos, quia Deum suis precibus nobis propitium reddunt: tamen & ipsi indigerunt reconciliati Deo per mediatorem Christum, & nunc etiam quidquid nobis impetrant à Deo per Christum impetrant: Christus autem nec pro se, nec pro nobis vilo mediatore indiget, vel indiget, sed vt dicitur Hebr. 4. *Accedit per semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis.*

HANC rationem sequutus est B. Augustinus lib. 2. contra Parmen. c. 8. *Homines, inquit, omnes Christiani inuicem se commendant orationibus suis: pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic vnus, verū que mediator est.* Et hinc pater alia solutio ad argumentum ex verbis B. Augustini: non enim negat, quin sacerdos possit esse mediator orando pro populo, nisi in eo sensu, quo mediator Dei & hominū dicitur, qui pro omnib⁹ interpellat, & ipse aullo eget, qui pro se interpellat, aut per quē interpellat.

VERGET Caluinus hunc locum Augustini, qui ait: *Pro quo nullus interpellat: & ipse pro omnibus, hic vnus verū que Mediator est.* Sed Sancti, per nos, orant pro nobis, & nemo pro illis.

RESPONDEO, B. Augustinum, cum ait, Christum pro nobis interpellare, velle dicere, Christum esse per quem omnes interpellant, vt omnium mediatorem, siue illi pro se, siue pro alijs orent. hoc modo Christum interpellat nunc pro B. Petro, non quòd oret pro eius salute, sed quia interpellat pro salute mea, quam etiam B. Petrus postulat. Alioqui etiam Angeli essent mediatores eo modo, quo Christus; nam Angeli orant pro omnibus, & nemo pro illis. Sed idem non sunt mediatores eo modo, quo Christus, quia ipsi egent Christo, per quem impetrent nobis à Deo beneficia.

AD tertium locum, qui est ex Epist. Coloss. dico, ibi Apostolum damnare hæresim Simonis Magi, qui Platonicos sequutus docuit, quosdam Angelos ad orandos quosdam minores Deos, qui & mundam fabricarunt, & per Prophetas loquuti sunt, nec posset vllum placare summum Deum qui inuisibilis est, nisi per hos Angelos. Vide de hac hæresi Irenæum lib. 1. c. 20. Tertullian lib. de præscripione, & Epiphaniū in hæresi Simonis. De hac idololatriâ, siue magia, qua adorantur Angeli sicut Dei, vel Christi, exponunt hūc locum omnes interpretes. Ioannes Chrysostomus hom. 7. in Epistolam ad Coloss. *Sunt nonnulli, inquit, qui dicunt, non oportere per Christum reconciliari, & ad Patrem accedere, sed per Angelos, Propterea (Paulus) sursum, ac deorsum, quæ de Christo sunt verba.* Ita etiam exponit Oecumenius & Theophyl. Ambrosius in hunc locum putat eos notari, qui adorant stellas.

HIERONYMVS q. 10. ad Algasiam, & Haymo in hūc locum docent reprehendi eos, qui sacrificabant Angelis, nec ab his dissentit Theodoretus, immò ipse clarissimè omnium docet notari hic Simonianos, qui dicebant, Deum apprehendi non posse, sed per Angelos esse placandum: & ex illo ipso Concilio, quod ipse citat, apparet, idololatriam esse, quam Paulus reprehendit. Sic enim ait Concilium Laodicenum, c. 35. *Non oportet Christianis, derelicta Ecclesia abire, & ad Angelos idololatriæ abominandæ congregationes facere, quæ omnia interdita sunt. Quicumque autem inuentus fuerit occultè huic idololatriæ vacans, anathema sit, quoniam derelinquens Dominum nostrum IESVM CHRISTVM accessit ad idola.* Vbi, vt vides, Concilium non damnat quamlibet venerationem Angelorum, sed eam, qua Deo propria est.

QVOD verò Theodoretus dicit de orationis S. Michaelis, duobus modis potest intelligi. Vno modo, quòd velit dicere, hæreticos edificasse oratoria S. Michaeli, vt cum ibi colerent secundum hæresim Simonis, ei sacrificando, & c. Altero modo, quòd significat e voluerit templa ab hæreticis extructa ad sacrificandum malis Angelis, esse conuersa à Catholicis in oratoria S. Michaelis, & ex multitudine talium locorum colligi, quam multum hæresis Simonis ibi olim grassata fuerit.

QVOD enim templa idolorum olim conuersa sint in basilicas Martyrum, & aliorum Sanctorum, certum est ex ipso Theodoro lib. 8. de Martyribus: & adhuc Romæ videtur templum omnium Deorum, conuersum in templum omnium Sanctorum: & templum Castoris & Pollucis, in templum Sanctorum Cosmæ & Damiani, & Gregorius lib. 2. Dialogorum, c. 8. scribit à S. Benedicto conuersum fuisse sanum Apollinis in oratorium sancti Martini, & ipse B. Greg. lib. 19. ep. 71. ad Mellitum, præcipit Augustino Episcopo Anglorum, vt sana idolorum nò destruat, sed aqua benedicta aspergat, & reliquias Sactorum ornet, ac demum in templa Dei veri conuertat.

ARGUMENTVM tertium: Sancti iam defuncti non cognoscunt viuentium preces, igitur frustra inuocantur. Quòd autem Sancti nò cognoscant preces viuentium, his argumentis probatur. Primò, Scriptura soli Deo tribuit scrutari renes & corda, & scire cogitationes hominum 3. Reg. 8. Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum.

SECUNDÒ, Iob 14. dicitur, Sine nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.

TERTIÒ, Eccl. 9. dicitur, Viuentes sciunt se morituros, mortui verò nihil nosuerunt amplius.

QUARTÒ, Isaiæ 63. dicitur, Tu es enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit nos.

QUINTÒ, lib. 4. Reg. c. 22. dicitur Iosif regi à Deo: Colligam te ad patres tuos, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum in locum istum.

SEXTO, B. Augustinus lib. de cura pro mortuis, c. 13. Si parentes, inquit, non interfunt, qui sunt alij mortuorū, qui nocerunt quid agamus, quid ue patiamur? Isaias Propheta dicit, Abraham nos nesciuit, & Israël non cognouit nos. Si tanti Patriarchæ, quid erga populum ex ipsis procreatum ageretur, ignorauerunt, quomodo mortui viuorum rebus, atq; actibus cognoscendis, adiuuandisque miscerentur?

ITEM Gregorius Nazianzenus in fine orationis in Gorgoniam sororem suam: Si tibi, inquit, aliqua nostris sermonis est ratio, & hoc sanctis animis à Deo munus, vt talia resciscant, suscipe nostrum sermonem multorum epitaphiorū loco. Vides certè Gregorium dubitasse, an Sancti cognoscant nostras preces. Qualem etià dubitationem legimus in Augustino lib. de vera religione, c. 55. Quisquis, inquit, Angelorum, vel hominum diligit hunc Deum, certus sum quòd etiam me diligit: quisquis in illo manet, & potest humanas preces sentire, in illo me exaudit. Vbi videtur dubitare, vtrum omnes Sancti possint humanas preces sentire.

SIMILEM etiam dubitationem legimus in Origene lib. 2. in ep. ad Rom. non procul à principio: Si extra corpus, inquit, positi, vel sancti, qui cum Christo sunt, agunt aliquid & laborant pro nobis ad similitudinem Angelorum, qui salutis nostræ ministeria procurant: vel rursus peccatores etiam ipsi extra corpus positi, agunt aliquid secundū propositum mentis suæ, Angelorum nihilominus ad similitudinem sinistrorum, habeatur hoc quoque inter occulta Dei, neque chartula committenda mysteria.

RESPONDEO, huius argumenti nec bonam esse cōsequutionem, nec verum id quod assumitur. Itaq; primum, cōsequutio negati potest; nā cum certum sit ex tot Patrum testimoniis, & tot miraculis à Deo ostensis, eos qui inuocant Sanctos, exaudiri, & impetare quod petūt. Certè non frustra inuocantur Sancti, etiam si demus eos non audire, neque cognoscere nostras preces: nā aliquis

alius eorum vice fungitur: sicut non frustra supplicat Regi, qui certè scit Regem non lecturum supplicationem, sed aliquem alium ex aula eius, & nihilominus ita se impetraturum quod petit, ac si Rex legisset supplicationem.

DEINDE, non est verum quòd assumitur, Sanctos ignorare quid ab illis petamus: nā etsi dubitatio esse possit, quemadmodum cognoscant absentia, & quæ solo cordis affectu interdum proferuntur; tamen certum est, eos cognoscere, cum, vt ostendimus, præsentibus nobis. & rerum nostrarum curam gerant. Et certè melior est hæc consequentia, Sancti rectè inuocantur, ergo sciunt quid petamus; quam illa, non sciunt, quid petamus, ergo non rectè inuocantur: nam antecedens primi argumenti habetur ex consensu totius Ecclesie; antecedens secundi non probatur: vilo solido fundamento.

DE modo autem, quo cognoscunt, quatuor sunt Doctorum sententia; quidam dicunt, eos cognoscere ex relatione Angelorum, qui nunc ad cælos ascendunt, nunc inde ad nos descendunt. Quam rationem innuit B. Augustinus lib. de cura pro mortuis, c. 15. Alij dicunt Sanctorum animas sicut etiam Angelos, mira quadam celeritate naturæ quodam modo esse vbiq; & per se audire preces supplicatium, quam rationem videtur habere B. Hieronymus in lib. contra Vigilantium. Sed neutra est sufficiens: nam neque Angeli, neque animæ beatæ etiam si præsentibus sint, possunt cognoscere naturaliter preces nostras, quando sola cogitatione oramus. Et præterea, ad cognoscendas preces quæ eodem tempore sunt in diuersissimis locis, non sufficit celeritas, sed requiritur vera vbiq; uitas, quam nec Angelorum, nec hominum spiritibus conuenire credimus.

ALII dicunt, Sanctos videre in Deo omnia à principio suæ beatitudinis, quæ ad ipsos aliquo modo pertinet, & proinde etiam orationes nostras ad se directas. Ita docent B. Gregorius lib. 12. moral. c. 13. & B. Thomas 3. part. quæst. 10. art. 1. 2. quæst. 83. art. 4. & Caietanus ibidem: estque probabilis hæc sententia.

ALII postremò dicunt, Sanctos non videre in verbo orationes nostras à principio suæ beatitudinis, sed solum tunc reuelari eis à Deo orationes nostras, quando eas fundimus. Sic enim Propheta, Deo reuelante, cognouerunt futura, & multi Sanctorum hinc in terris donum à Deo habuerunt, quo cognoscere cogitationes hominum, & facta etiam occultissima, vt de Samuele 1. Reg. 9. Idem de Elisæo narratur lib. 4. Reg. c. 5. & de Petro Act. 5. & idem de S. Benedicto scribit B. Gregorius lib. 2. Dialog. ca. 20. Et idem legimus de S. Bernardo Francisco, aliisque permultis: Quantò magis credendum est, Sanctos in cælo hoc dono pollere: hæc est aperta sententia B. Augustini lib. de cura pro mortuis, cap. 15.

AT QVEX his duabus prior videtur simpliciter probabilior, quia si indigerent Sancti noua reuelatione, Ecclesia non diceret ita audacter omnibus Sanctis; Orate pro nobis, sed peteret aliquando à Deo, vt eis reuelaret preces nostras. Deinde non posset reddi ratio tam facile, cur Sancti nunc inuocentur, & ante aduentum Christi non inuocarentur: tamen posterior sententia est magis idonea ad conuincendos hæreticos: rationem enim superiorum Caluinista non recipiunt; quippe qui putant Sanctos non videre Deum ante diem iudicij, hæc autem reicere non possunt: nam etiam si Sancti non viderent Deum, adhuc possent eis reuelari preces nostræ, sicut hic in terris reuelabantur.

SED dices, Quid respondebimus hæreticis secundum hanc vltimam sententiam, si petant, cur Patribus in limbo non reuelarentur preces viuentium, si nunc reuelantur in cælo?

RESPONDEO, Patribus in limbo non fuisse ordinariè reuelatum, quid hic agebatur, quia non erant beati, nam ad perfectam beatitudinem pertinet scire ea, quæ ad

se per

se pertinent, & præcipuè quæ faciunt ad honorem & gloriam: Præterea, quia Sancti in limbo non ita gererebantur curam rerum nostrarum, nec erant præpositi Ecclesie, vt Sancti in cælo sunt, vt supra ostendimus, & ex diuinis literis manifestè deduximus.

EX his ad primum dico, solum Deum cognoscere cogitationes omnes omnium cordium, idque naturaliter, & propria virtute: Sanctos autem solum cognoscere eas, quæ à Deo ipsis manifestantur, siue beatifica visione, siue etiam noua reuelatione.

AD secundum respondeo Gregorius lib. 12. moralium, cap. 13. eum locum exponens, sanctum Iob voluisse dicere, naturaliter non cognoscere defunctos, quid agant viu, sicut nec viu cognoscunt, quid agant mortui; tamen Sanctos, qui Dei claritate fruuntur, omnia in Deo videre, quæ nimirum ad eos pertinent.

AD tertium, eadem solutio est.

AD quartum, Hieron. in eum locum, exponit de cognitione approbationis, vt sit sensus; Abraham nesciuit nos, id est, non habet nos pro filiis, non diligit nos, contemnit nos, quia intelligit nos à se recessisse. & hæc videtur literalis expositio. Quia tamen B. August. lib. de cura pro mort. c. 13. exponit de cognitione proprie dicta, idèd responderi etiam potest, Abrahamum & Isaacem, & alios Patres veteris Testamenti non cognouisse posteros suos viuentes, quia nondum beati erant, & naturaliter mortui non sciunt, quid viuentes agant.

AD quintum eadem solutio est.

AD sextum dico Augustinum loqui in eo c. de cognitione & cōuersatione naturali. Id enim solum contendit, mortuos non versari nobiscum, nec esse sollicitos de rebus nostris, nec eas cognoscere, sicut faciebant, cum hinc viuerent. nam quòd supernaturaliter diuina reuelatione sciunt, quæ hinc aguntur, docet aperte ibid. c. 15. Et quòd diuina virtute possint huc venire, & nobis opem ferre, docet ibidem c. 16. vbi sic ait: Non igitur, inquit, idèd putandum est, viuorū rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdam sanandis vel adiuuandis Martyres adsumunt: sed idèd potius intelligendum est, quòd per diuinam potentiam Martyres viuorum rebus interesse non possunt.

DICES; Augustinus putabat, matrem suam beatam esse, vt ipse dicit de cura pro mortuis, c. 13. & tamè ibidem probat, mortuos non scire quid agamus, quia mater sua nunquam ad eum consolandum veniebat.

RESPONDEO, Sanctos cognoscere preces nostras, & posse ad nos venire quando volunt; tamen non propterea scire omnia nostra, nec interesse assiduè rebus nostris, more humano, vt Augustinus eo loco probat exemplo maris suæ.

AD locum Nazianzeni dico, illud (Si) non esse dubitantis, sed affirmantis, vt cum dicit Apostolus ad Philemonem: Si habes me socium, suscipe illum. Nam Gregorius Nazianz. passim asserit, Sanctos videre quid hic agatur, vt oratione in Athanasium, Ab alto, inquit, rectè noui, res inspicit nostras, manūque porrigit tuis, qui laborat pro bono, & tantò amplius, quantò magis à vinculis est liberatus.

AD alterum locum B. Augustini dico, eum rectissime dicere; quisquis in illo manet, & potest humanas preces audire, quia multi manent in Deo, qui non possunt humanas preces audire; videlicet illi omnes, qui sunt in charitate, & tamen nondum sunt beati; nam omnis qui manet in charitate, in Deo manet, 1. Ioann. 4. & tamen non omnis, qui manet in charitate, iam est in cælo beatus.

AD locum Origenis dico, eum ibi agere de naturali cōuersatione & notitia; non enim ambigit, an Sancti videant quid agamus, & nos iuuent orationibus suis, quod difertis verbis docet lib. 8. contra Celsum, circa finem, & hom. 26. in lib. Numeri. & homil. 16. in Iosue, & alibi sed solum, vtrū sancti hominum spiritus, sicut Angeli & da-

mones, qui verè semper nobis adfunt, illi vt ad bonum, isti vt ad malum pertrahant, nobiscum assidue versentur.

ARGUMENTVM quartum, Deus paratissimus est nos audire, & magis nos diligit quàm vllus Sanctorum: ergo frustra inuocantur Sancti, immò signum diffidentie est Sanctos inuocare, ait enim Dominus Luca 11. Petite, & accipietis. Et Ioan. 16. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Et Paulus ad Heb. 4. Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius.

PRÆTEREA Ioannes Chrysostomus in homil. de profectu Euangelij, tom. 3. sic ait: Ceterum, inquit, non opus tibi patronis apud Deum, neque multo discursu, vt blandiare aliis: sed licet solus sis, patronoque carcas, & per temetipsum Deum preceris, omnino tamen voti compos eris. neque enim tam facile Deus annuit, cum alij pro nobis orant, vt cum ipsimet oramus, etiam si plurimis plenissimi malis. Idem habet præfatione in Psal. 4.

RESPONDEO, nihil ex hoc argumento colligi: alioqui enim etiam frustra & ex diffidentia, peteremus preces viuentium, & præterea licet Deus sit paratus audire, & magis nos diligit, quàm vllus Sanctorum, tamen magis paratus est audire Sactos, quàm nos, & magis diligit Sanctos, quàm nos: quia oratio, vt impetret, requirit dispositionem in orante, quam non habemus semper: idèd vtilius est, vt ad Deum cum Sanctis eamus, quàm soli. Vnde Iob vlt. dicit Deus: Ite ad seruum meum Iob, vt oret pro nobis. Et Gen. 20. Abimelech non nisi per Abraham preces à Deo sanari potuit. Et Ezechielis 20. Deus ipse quarebat virū, qui opponeret se ira ipsius: volebat enim ignoscere populo, sed per sancti alicuius preces. Deniq; quis nescit prædestinationem ipsam inuari precibus sanctorum, quòd statuerit Deus vt Sanctorum precibus ad salutem alicuius exequendam?

AD loca Scripturæ dico, esse impertinentia: nec enim cum oramus sanctos, tunc nihil à Deo petimus, vel non petimus cum fiducia, immò contrariè: idèd Sanctorum preces imploramus, vt maiorum fiducia ad Deum accedere possimus, & facilius impetremus, quod petimus.

AD locum Chrysostomi dico, in primis cum loqui de iis, qui preces mortalium implorant, non de iis, qui sanctos cum Christo regnantes inuocant, vt patet ex illis verbis: (Non est opus multo discursu, vt blandiare aliis, & c.) Dico præterea, eum reprehendere illos qui pro se non orant, sed tantum aliorum orationes petunt, vt faciunt multi diuites, qui nolunt laborare in oratione, & idcirco solum largiuntur elemosynas pauperibus, vt orent pro se: quibus meritò anteposit eos, qui pro se orant, etiam si aliorum orationes habere fortè non possint. Quibus tamen vtrisque anteposendi illi, qui & pro se orant, & simul aliorum preces implorant, vt ipse idem Chrysostomus passim docet, vt hom. 5. in Matth. Non igitur, inquit, quasi oscitantes & desides ex aliorum meritis pendeamus: habent enim vim pro nobis & quidem maximam, orationes supplicationesque Sanctorum, sed tunc profectò, cum nos quoque idipsum per penitentiam postulamus. Et hom. 1. in priorem epistolam ad Thessalonicenses. Quid mihi opus est, inquit, aliorum precibus: quando ipse sedulus fuerò? nunquam hæc dixeris homo: necesse est, & multa prece necesse est. Et infra: His itaque cognitis, nec Sanctorum preces contemnamus, neque totum in illas proiciamus, & c. vide etiam hom. 8. in Mat. & hom. 43. in Genesim.

ARGUMENTVM quintum, Quis sit inuocandus, Christus verbo & exemplo nos docuit: nam Matth. 6. & Luc. 11. Orantes, inquit, dicite, Pater noster, qui es in cælis: ipse etiam Christus aliquoties Patrem compellat, Ioan. 12. Pater, clarifica me. Ioan. 17. Pater veni hora, & c. Non igitur Angeli vel homines mortui inuocandi sunt: ita colligunt Magdeburgenses Cœnuria 1. lib. 1. c. 4. col. 139.

RESPONDEO, orationè Dominicam ad solum Patrem referri volunt iidè Magdeburgenses ibid. sic enim habet:

Non

Non Angelum, vel Patriarcham, aut Prophetam mortuum, sed Patrem tantum iubet invocari. Quare igitur, liceatne Filium & Spiritum sanctum invocare, an non? Respondent, licere, sic enim infra docent: *Quod etiam Filius possit ac debeat invocari, exempla docent.* Et infra: *Spiritum sanctum quosq; posse ac debere invocari, vel ex baptisimi verbis colligi potest.* Hæc illi. Non igitur concludit illud argumentum, Christus verbo & exemplo solū Patrem invocari docuit, ergo sancti homines, aut Angeli invocandi non sunt. Nam si hoc concluderet, concluderet etiam illud: Christus verbo & exemplo solum Patrem invocari docuit, ergo Filius Dei, & Spiritus sanctus invocandi non sunt.

A D D O praterea, Christum, cum Apostolos docuit orare, non de eo, qui orandus est, sed de iis rebus, quæ petendæ sunt admonere voluisse discipulos. Satis enim constat, Deum esse orandum, & solum etiam Deum, cum auctor donorum quaeritur, sed de modo orandi, siue de petendis rebus Apostoli ambigebant cum dicerent Luc. 11. *Docce nos orare.*

A R G V M E N T U M sextum. Nullum exstat Scripturæ mandatum, vel exemplum, vel promissio de invocatione Sanctorum: non igitur Sancti invocandi sunt. Ita colligit Confessio Aug. art. 21. & omnes alij hoc argumento uti solent.

R E S P O N D E O, si hoc argumentum concluderet, efficeret etiam, sanctos, non orare pro Ecclesia, nec in genere, nec in particulari, quod tamen Apologia Confessionis Augustinæ aperte concedit. Sic enim loquitur: *De Sanctis, etsi concedimus, quod sicut vivi orant pro Ecclesia universa in genere, ita in celis orant pro Ecclesia in genere, tamen si testimonium nullum de mortuis orantibus exstat in Scriptura, præter illud somnium sumptum ex libro Machabæorum posteriore.* Hæc Apologia.

D E I N D E, quod ad mandatum attinet nullum certè mandatum requiritur, quando ipsa necessitas nos impellit. Exempla plurima sunt in utroque Testamento, ut supra demonstravimus.

P R O M I S S I O denique minimè desideratur, cū innumerabilia signa & prodigia ad invocationem Sanctorum facta satis testentur, Deum audire eos, qui Sanctorum patrocinia ad impetrandum aliquid à Deo adhibent, quamquam in libro Iob, cap. vlt. particulare mandatum, exemplum, & promissionem habeamus, ex quibus de toto genere invocationis iudicari potest: *Ite ad servum meum Iob; en mandatum, & ipse orabit pro vobis, en exemplum: & ego suscipiam faciem eius, ut non vobis imputetur stultitia, en promissio.*

A T, inquit, Iob erat vivus & præsens, Sancti verò mortui sunt & absentes. Sed nō ita est; Sancti enim nunc maximè vivunt ea parte sui, qua preces audire, & pro supplicibus interpellare Deum possunt. Nec sunt absentes, quoad exauditionem, licet loco absentes videantur, ut supra satis probatum est. Et pater de Angelis ex illo Psal. 137. *In conspectu Angelorum psallam tibi.* Et 1. Corint. 4. *Speſtaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus.*

D E sanctis item hominibus patet ex Apocal. ca. 11. & 19. vbi describuntur Sancti in cælo videntes ea quæ fiunt in terra. Vnde Basilii in lib. de virgin. ante medium: *Reveretur, inquit, ipsum sponsum ubique presentem, & huius Patrem ac sanctum Spiritum, & quid singula dico? Angelorum innumerabilem multitudinem, & cum his Patrum sanctos Spiritus; nullus enim horum est, qui non ubique omnia videat.* Et Gregorius lib. 12. moral. ca. 23. *Quæ anima intus claritatem omnipotentis Dei cernunt, nullo modo credendum est, quia foris sit aliquid, quod ignorent.*

A R G V M E N T U M septimum. Nemo audet confidenti partibus apud terrenum Principem fungi, nisi à Principe ipso admittitur: Vnde ergo verbis, inquit Cal. li. 3. inf. c. 20. §. 23. *tanta licentia, ut Deo patronos obrudant, quibus munus inimpetum non legitur?*

R E S P O N D E O, non facimus Sanctos confidentes, siue patronos eius generis, cuius illi sunt hic in terris qui iure agunt, causaque defendunt, quique non misericordiam, sed iustitiam petunt; hos enim à magistratu admitti necessesse est. Tribuimus autem Sanctis illud solum munus, quod hic in terris tribuere solemus amicis & familiaribus Principum, qui sæpè pro miseris intercedunt, nec vlla nova facultate ad id faciendum egent.

A R G V M E N T U M octavum. Multi invocantur, qui non modò sancti, sed nec homines fuerunt, ut Christophorus, Georgius, Catharina: superstitio igitur invocatio est. Ita ratiocinatur Philippus in Apolog. art. 21. Confessio Augustinæ, & Calvinus in lib. de ratione veræ reformationis Ecclesiæ, vbi etiam pro solida sua modestia S. Dominicum, carnificem: S. Medardum & quosdam alios, bestias: Sanctos verò generatim, monstra appellat.

R E S P O N D E O, Sanctorum quorundam historias apocryphas quidem, & incertas esse: non tamen propterea Sanctos ipsos nunquam fuisse: Nam si ita argumentari liceat, plerique Apostoli inter Sanctos numerari nō poterunt: nam historia, quæ referuntur vel ex Abdia, vel ex alijs, ut plurimum non sunt prorsus indubitatæ. Habemus quidem in Evangelio vocationem Apostolorum, & pauca quædam ex vita ipsorum, necnō felicem dormitionem S. Iacobi maioris, Act. 12. & S. Petri prædictam mortem gloriosam à Domino, Ioan. 21. At aliorum Apostolorum hinc ex divinis literis non habemus. Quocirca Gelasius Papa Can. Sancta Romana; dist. 15. historiam S. Georgij inter apocryphas numerat, & tamen S. ipsum Georgium colendum esse affirmat, quia etsi apocrypha erat historia, quæ tunc exstabat, non tamen apocrypha est consuetudo vniuersalis Ecclesiæ, quia semper Georgij, Christophori, & Catharinæ memoria celeberrima fuit.

A D D E praterea, si apocryphæ sunt historiae triū vel quatuor Sanctorum, innumerabilia aliorum certissima atque indubitata sunt: quorundam etiam sanctitas & gloria in ipsis divinis literis prædicatur, ut Mariæ, Ioannis Baptistæ, Petri, Stephani, & aliorum. Quocirca si ideò nolunt aduersarij Georgium, Christophorum, aur Catharinam colere, quod eorum historiae incertæ sint, cur Mariam, Ioannem, Stephanum, Petrum, Iacobū, non colunt, quorum historiae negare non possunt: cur etiam in suis ipsis Calendarijs eos ponunt, quos perditissimos homines fuisse, interdum etiam diuersæ religionis à sua, fateri cogentur, si ad rem attendere paulò diligentius vellent. de qua re vide Dialogum sextum Alani Copi Angli.

A R G V M E N T U M nonum. Si Sanctorum invocatio superstitione, & ethnica imitatione careret, certè nō peteretur ab vno Sancto vnum, ab alio aliud, cum Deus vnus sit auctor omnium donorum, & is æque possit per intercessionem vnus ac per intercessionē alterius quilibet concedere: at Catholici vnum invocant contra pestem, alium contra oculorum dolorem, alium contra dolorem dentium.

R E S P O N D E O, hoc argumentum passim inculcant Magdeburgenses, Calvinus, & alij, sed antiquam renouant querimoniam Iuliani Apostatæ apud Cyrillum lib. 6. in Iulianum; Manichæorum apud Augustinum lib. 2. contra Faustum. c. 4. & Vigilantiū apud Hieronymum li. in Vigilant. Omnes enim isti queruntur quod veterimus idola in Martyres, & eos similibus votis colamus; quod argumentum est maiores nostros esse Cyrillum, Augustinum, Hieronymum, & reliquam Ecclesiam, quæ cum illis comunicabat: maiores autem Caluini & Magdeburgensium esse Iulianum Apostatam, Faustum Manichæum, Vigilantium, ac ceteros apostatas, vel hæreticos; qui cum eis comunicabant.

S E D ut ad rē propiàs accedam, dico, Deum posse, si voluerit, per quemlibet Sanctorum omnia concedere, & sine Sanctis etiam multa, vel omnia dare: interdum tamen

velle

velle vnus intercessione miraculum aliquod operari; aliud verò intercessione alterius operari. Quis autem nouit consilium Dei: aut quis ei dicere potest, cur ita facis? sicut etiam per vnum operatur Deus miracula, & per alterum fortasse maiorem nulla. Cuius rei causam solus ipse nouit, vt B. August. docet in epist. 137. ad Clerum & populum Hipponensium. *Vbi quidem, inquit, Deus est, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia. Veruntamen qui potest eius consilium perscrutari, quare in alijs locis hæc miracula fiant, in alijs non fiant? multis enim notissima est sanctitas loci, vbi B. Felici Nolenis corpus conditum est, quod voluit vt pergerent duo Clerici quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest, quidquid in eorum aliquo diuinitus fuerit prolatum. Nunquid non & Africa sanctorum Martyrum corporibus plena est? & tamen nusquam hic scimus talia fieri. Sicut enim dicit Apostolus (1. Cor. 12.) non omnes Sancti habent dona curationum: ita nec in omnibus memorijs Sanctorum ista fieri voluit ille, qui diuidit propria vnicuique sicut vult.* His accedat, quod etsi quidam

Sancti aliquo genere miraculi interdum magis clarent, quàm alij, tamen ab omnibus omnia petimus, nec putamus ita ab vno vnus esse petendum, vt non etiam existimemus alterius intercessione obtineri posse.

A R G V M E N T U M decimum. Sancti in cælo nihil sibi mereri, vel impetrare possunt, ergo multò minus, alijs. **R E S P O N D E O**, Sanctos non posse mereri, nec sibi, nec alijs; tamen ex meritis præcedentibus posse impetrare & sibi, & alijs, id quod orando petunt; petunt enim sibi gloriâ corporis, nobis aut omnia, quibus indigemus.

S E D obiciens, iam præmium acceperunt meritorum suorum, ergo nihil amplius eis debetur.

R E S P O N D E O, eos quidem accepisse præmium, sed ad præmium eorum hoc etiam pertinere, vt semper sint amici Dei, & vt amici impetrent à Deo, quidquid ab illo petunt. Sicut etiam hic in terris, si aliquis, qui diu litauit Regi, omnia stipendia sua acceperit, poterit tamen pro alijs supplicare, & iure amicitia obtinebit multò facilius, quàm alius, qui nunquam Regi seruiuit.

LIBER SECVNDVS DE RELIQUIIS ET IMAGINIBVS SANCTORVM.

CAPVT PRIMVM.

Proponuntur argumenta contra cultum reliquiarum.



D E S E R V M V S libro superiore de gloria & cultu Sanctorum: nunc de veneratione earum rerum, quæ ad illos pertinent, id est, reliquiarum & imaginum disputandum erit.

A C, vt à reliquijs ordiamur, reliquiarum sanctarum cultum primus reprehendere cepit Eunomius, & post eum Vigilantius, si B. Hieron. lib. contra Vigilantium credimus. Neq; his repugnat quod ibidem paulò infra idem Hieronymus dicit, hanc hæresim olim erupisse contra Ecclesiam, & aduersarij eam scriptum esse librum Tertulliani, qui dicitur Scorpiaeus: nec etiam quod in epistola ad Riparium originem huius hæresis reuocet ad Iudæos & Samaritanos; nam verè primus auctor, qui expressè hoc asseruit, Eunomius fuit. Gnostici enim, contra quos scribit Tertullianus suum Scorpiaicum, solum negabant martyria perpetranda. Ex quo tamen deduci poterat, Martyrum corpora non colenda, quamuis ipsi hoc expressè non dicerent. Porro Iudæi & Samaritæ omnia corpora immunda esse credunt: nihil tamen in particulari de Sanctorum corporibus disputant.

P O S T Vigilantium Constantinus Copronymus Imperator, vt Suidas in eius vita scribit, omnes reliquias vbique deleri iussit. Eadem hæresi laborasse Claudium Taurinensem, scribit Ionas lib. 1. de cultu imaginum. Eandem etiam VViclefistis placuisse, auctor est Thomas VValdensis tomo 3. tit. 14.

D E N I Q U E, eandè hoc tempore Lutherani & Caluinistæ excitarunt. Nam Lutherus in ferm. de cruce, reliquias vt fidelium seductiones altissimè sub terram abscondendas iudicat. Eum sequuti Magdeburgenses passim reprehendunt cultum reliquiarum, sed præcipuè Centuria 4. c. 6. col. 456. Idè facit Calvinus lib. de reformatione Ecclesiæ necessitate, & in admonitione de reliquijs.

A R G V M E N T A VViclefistarum duo erant. Primum quia Matthæi 23. arguuntur à Domino Iudæi, quod ornarent sepulchra Prophetarum. Secundum, quia in tumulis, quæ dicuntur Sanctorum, nec animæ, nec cor-

pora Sanctorum sunt, sed soli cineres.

H I S addit Calvinus in admonitione de reliquijs alia quinque; Primum, quia Deus abscondit Mosi corpus, vt habetur Deut. vlt. Causa autem redditur ab omnibus, ne Iudæi illud adorarent. Vnde etiam in epist. Iudæ legimus, diabolum contendisse cum Michæle Archangelo de Mosi corpore, quia videlicet diabolus illud manifestare volebat, vt occasionem præberet Iudæis illud adorandi.

S E C V N D V M, quia Paulus in posteriori epistola ad Corinthios c. 5. dicit, post resurrectionem Christi se non nosse Christum secundum carnem, quibus verbis monet, quidquid in Christo carnale fuit, obliuioni tradendum, & missum faciendum, vt in eo secundum spiritum quaerendo, & possidendo omne studium ponamus.

T E R T I V M, quia idem Paulus ad Coloss. 2. damnat omnem cultum arbitrarium, id est, à Deo non institutum, quem ipse Græcè vocat *θεροπνοχαι*: tanquam stultitiam, etiam si speciem sapientiæ habere videatur. At certè cultus reliquiarum non habetur à Domino institutus, sed est voluntarius, & ab hominibus excogitatus.

Q V A R T V M, quia desiderium reliquiarum nūquam superstitione caret, immò mater est idololatriæ. nam non possunt haberi vel attritari; quin statim sequatur venerationis; venerationi autem nullus adhibetur modus, quin statim honor Christo debitus ipsis tribuatur. id quod experientia testatur: nam in signum solennis adorationis, cerei nunc passim accenduntur coram Martyrum sepulchris. Et confirmatur; nam Hieronymus obui-cienti Vigilantio esse idololatriam accendere cereos coram reliquijs, nihil aliud respondere potuit, quàm id facere solum mulierculas, quæ zelum habent, sed non secundum scientiam.

A D D E R E possumus Concilium Elibertinum can. 34. vbi dicitur, eiusmodi cereis Sanctorum Spiritus inquietari: & Augustinum, qui lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 34. reprehendit sepulchrorum adoratores.

Q V I N T V M, quia maxima pars reliquiarum supposititia est, & sæpe accidit, vt pro reliquijs Sanctorum ossa

Tomus primus.

R r r

latronum, vel etiam canum, aut afinorum veneremur. Id quod probat Primum, quia Augustinus in lib. de opere Monachorum, cap. 28. cum dixisset quosdam Monachos circumferre, & venditare membra Martyrum, addidit: Si tamen Martyrum. Si enim iam tunc coeperunt imposturas, quid modò fieri credendum est? Deinde, quia tam multa reliquiae eiusdem generis inveniuntur, ut oporteat vel eundem Sanctum multa corpora habuisse, vel multas reliquias. Hec illæ, quæ omnia argumenta c. 4. refelluntur.

Porro à Caluinistæ vbiq; possunt, reliquias Sanctorum exurunt, & cineres in flumen abiciunt: & notandum sanè, anno m. d. l. xii. à Cauinistis corpora Sanctorum Irenæi, Hilarij, & Martini effossa, & cremata, & in profuentem proiecta fuisse, ut refert Surius: quod idem eodem in loco corporibus aliorum Sanctorum fecerant Ethnicis ante annos m. cccc. nam ut scribit Eusebius lib. 5. histor. cap. 3. Ethnicis Martyrum reliquias igni absumptas, in Rhodanum abiecerunt. Ut hiñc nimirum intelligamus, quanta sit Caluinistarum cum Ethnicis cognatio facileiorum atque perfidiar. Quod autem Caluinistæ ferro & flammis agunt, id agunt imposturis, mendacijs & fraudibus Magdeburgenses, quorum aliquas hic breuiter duximus adnotandas.

CAPVT II.

Deteguntur mendacia Centuriatorum.

Non igitur de origine venerationis & cultus reliquiarum mirabiliter disputant Magdeburgenses; nam Cent. 6. in ipsa præfatione dicunt eo seculo, nimirum post annum Domini quingentesimum cœpisse cultum reliquiarum occasione templorum, quæ tunc ingentibus sumptibus extruebantur. Iidem tamen Cent. 5. cap. 7. col. 744. dicunt, cultum reliquiarum ipso quinto seculo, id est, ante annum quingentesimum cœpisse. Non ergo verum est, quod dicunt in præfatione Cent. 6.

Porro idem auctores Cent. 4. cap. 6. colum. 456. & cap. 13. col. 1446. dicunt superioribus seculis, id est, vsque ad annum trecentesimum, nihil haberi in probatis auctoribus de veneratione & translatione reliquiarum, sed cœpisse istam superstitionem seculo quarto, quando iussu Iuliani Apostata reliquiae sancti Babylæ translatae fuerunt, quæ translatio cum summa celebritate facta est circa annum Domini trecentesimum sexagesimum quintum. Eo enim tempore Iulianus imperauit, ut S. Hieronymus testatur in Chronico: non ergo verum est, quod scripserunt Magdeburgenses Cent. 5. & 6.

Sed neque est verum, quod in ista Centuria 4. dicunt; nam in additione ad primam Centuriam, in vita S. Lucae, fatentur iidem Cœturiatores, ante tempora Iuliani fuisse translata summo cum honore reliquias S. Andree, & S. Lucae Constantinopolim à Constantino Imperatore, ut B. Hieronymus testatur lib. cōtra Vigilantium.

Præterea Cent. 2. c. 3. col. 31. & sequentibus referunt ad verbum ex historia Eusebij lib. 4. cap. 15. epist. Ecclesiae Smyrnenfis de martyrio Polycarpis in qua epistola narratur Christianis cupientibus reliquias Martyris, & Iudæis pertinacissimè resistentibus, iudicè Ethnicum voluisse corpus in medio positum cremari vsque ad cineres; & tamen Christianos collegisse in credibili aviditate reliquias illas: Ac si essent (inquit epistola) lapidibus pretiosissimis pretiosiores, & auro probatissimo probatores. Eas autem reliquias à Christianis collectas ad cultum, patet tum ex verbis citatis, tum ex contentione aduersariorum. Iudæi enim, atque Ethnicis resistentibus, ne reliquiae raperentur prætextu pietatis. Existimabant enim corpora à Christianis adorari, ut in eodem loco Eusebius testatur: non ergo verum est, quod dixerunt, Cœtura quarta.

Sed neque tunc cœpit honor reliquiarum; nam B. Gregorius lib. 3. epist. 30. scribit, ipso tempore, quo Petrus & Paulus passi sunt, venisse fideles ab Oriente, qui

eorum reliquias tanquam suorum ciuium peterent; sed cum eas detulissent vsque ad secundum lapidem ab vrbe, diuino miraculo impeditos, non potuisse ulterius eas deferre; tum verò à Romanis fidelibus apud Catacumbas reconditas fuisse. Vnde postea Cornelius Papa (ut in Pontificali Damascus refert) transfuit ad ea loca, vbi nunc iacent. Itaq; de origine cultus reliquiarum quatuor mendacia inter se pugnantia Magdeburgenses protulerunt.

Secundum mendacium Cent. 4. cap. 8. col. 602. vbi postquam dixerunt, rectè & piè Vigilantium contra reliquias scripsisse, Hieronymum autem solis conuicijs & importunitate pro reliquijs pugnassee; addunt Gregorij testimonium, id quod (inquiunt) etiam Gregorio visum est, qui de scripto Hieronymi contra Vigilantium ita censuit, in Vigilantium ita conuicijs debacchatur Hieronymus, ut plusculum in eo modestia cogar desiderare. At ista verba nullius Gregorij sunt, sed Erasmi in argumento ad librum B. Hieronymi contra Vigilantium.

Tertium est Cent. 5. cap. 6. col. 699. vbi sic habent: Augustinus (inquiunt) de reliquijs Stephani scribit, superstitiosum, & magnè concussum multitudinis ad eas in Africam vsque factis, amentatis populis quibusdam illusionibus quæ pro miraculis habite sunt, libro de ciuitate Dei, 22. cap. 8. At si legamus totum istud caput, quod ipsi citant, non inueniemus vsquam nomen superstitionis, vel illusionis, sed tantam pietatè erga sacras reliquias, ut hic locus Augustini satis esse videatur ad omnes hæreticorum nebulas dissipandas. Inter alia multa sic ait de quodam miraculo: Clarissima femina est, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat: ampla ciuitas, ampla persona, rem quærentes, latere non sinit, &c. Et infra: Vnè est apud nos factum, non minus, quam illa quæ dixi, sed tam clarum atque illustre miraculum, ut nullum arbitrer esse Hippoensem, qui hoc non vel viderit, vel didicerit, nullum qui oblitisci illa ratione potuerit.

Neque est hoc Magdeburgensium solum mendacium impudens, sed etiam peccatum in Spiritu sanctum, quod Dei miracula testatissima illusiones, vocent: & præterea est insaniam manifesta, cum B. Augustinus, virum sapientissimum, quasi pueriliter ludentem faciant. Nam cum B. Augustinus toto illo capite probare contendat fidem Catholicam, non carere veris miraculis: nonne prorsus insaniret, secumque ipse, & cum fide pugnet, si miracula quibus fidem probari dicit, illusiones ipsemet appellaret, & populum qui illis credit, supersticiosum, & dementatum diceret?

Quartum mendacium est omnium simile superiori; nam eadem Centuria quinta, cap. 15. col. 1506. dicunt, reliquias Martyrum ab Ethnicis contemptas fuisse, & in eo melius fuisse, quam superstitiosi Christiani sentiant, Theodoretò auctore lib. 8. de Martyribus. Atqui Theodoretus eo libro nusquam habet, melius sensisse Gentiles de reliquijs, quam Christianos, sed omnino contrariè asserit, & defendit. Vide (Lector) locum, & iudex esto.

Quintum est Cœtura quarta, cap. 13. col. 1446. vbi referunt historiam de translatione sancti Babylæ, ex Rufino lib. 1. cap. 36. quia enim oraculum Apollinis obmutuerat ob viciniam sepulchri sancti Babylæ, & ideo Iulianus Apostata iusserat inde amoueri arcam Martyris, dicunt Centuriatores diabolum de industria simulasse se impediti à Martyre, ut ea ratione occasionem daret celeberrimæ illi translationi: & sic introduceret vsum translationis, & venerationis reliquiarum.

At istud mendacium est impudentissimum; nam in primis repugnat omnibus auctoribus, qui de hoc miraculo scribunt, nimirum Chrysostomò lib. contra Gentiles, Rufino lib. 1. cap. 36. Socrati lib. 3. cap. 18. Sozomèno lib. 5. cap. 19. & Theodoretò lib. 3. cap. 10. Deinde miraculum sequens clarè ostendit diabolum seridè timuisse; nam vix arca Martyris inde abducta fuerat, cum de-

scendit

scendit ignis de celo, & idolum, vnde diabolus fundebat oracula, totum consumpsit.

Præterea non fuit ista prima translatio reliquiarum; nam, ut iam ostendimus, multæ antea præcesserunt, & idem corpus sancti Babylæ antea fuerat translatum ex Antiochia ad suburbium illud Daphnes, ut Chrysost. docet; vnde postea Iulianus iterum Antiochiam transferri iussit. non ergo potuit diabolus illa simulatione velle introducere vsum translationum. Præterea, si diabolus ita cupit istam idololatriam erga reliquias, cur semper instigauit Iudæos, Ethnicos, & Hæreticos, ut abolerent omnes reliquias?

Sextum mendacium est in eadem cent. 4. cap. 13. col. 1447. vbi referunt ex Gregorio Nazianzeno oratione prima in Iulianum, duos adolescentes nepotes Constantij Imperatoris Gallum & Iulianum, volentes extruere insignem Ecclesiam supra tumulum Mamantis Martyris, inter se diuisisse opus; sed partem illam, quæ extrucebatur à Gallo verè pio & fideli, felicissimè processisse; partem autem, quæ extrucebatur à Iuliano, qui apostata futurus, iam mente corruptus erat, non potuisse vnquam coalescere, quod terra insolito more contremisces, continuò quasi euomeret, quod Iuliani sumptibus in fundamentis proiiceretur. Causam huius miraculi Nazianzenus dicit fuisse, quod sancti Martyres se inter se mirificè diligant: ideo enim Martyrem, cui templum extrucebatur, honore illum recusasse, quod nollet ab eo honorari, à quo collegas suos contumelia afficiendos præuidebat & ipsum etiam Deum, qui corda intrueret, opus Galli, tanquam Abelis sacrificium admisisset, opus Iuliani, tanquam sacrificium Cain abiectiss. Sic igitur Gregorius,

At nostri Centuriatores de hoc miraculo duplicem sententiam proferunt. Aiunt primò, temeritatem esse credere, illud portentum opera Martyris accidisse, propterea quod Martyres non sunt magis dormituri, & dormire dicuntur. ita illi loco citato, columna 1445. At licet non sint Martyres ex natura sua magis dormituri, id est, cordium scrutatores; quis tamen impedit, quò minus cordium cogitationes illis reuelentur à Deo; & licet dormire dicantur, quia requiescunt à laboribus suis, tamen non sic dormiunt, quasi non videant, nec intelligant: nam si ita esset, tum etiam nec viuereut.

Ad vnum secundò, columna 1447. Deum impediuisset fabricam Iuliani, ut indicaret sibi displicere cultum supersticiosum Martyrum. At si ita est, cur non impedit fabricam Galli qui eidem Martyri operam dabat An etiam Deum dormiuisset dicent, ac fortasse Galli fabricam non vidisset?

Mendacium septimum est in præfatione sextæ Centuriæ, vbi dicunt, à nobis diuini honoribus coli reliquias, atque easdem etiam, ac si viuereut & sentirent, suppliciter inuocari, Capeunt, inquiunt, exanguia, & semicorrota ossa coli, inuocari, diuino honore affici. Idem ferè habet Caluinus in libro de necessitate reformandæ Ecclesie: Nec solum, inquit, Sanctos Christi loco adorant, sed etiam eorum ossa, vestes, calceos, & simulacra.

At quis vnquam Catholicorum reliquias inuocauit? Quis vnquam auditus est in precibus, aut litanis dixisse: Sancta reliquia, orate pro me? Et quis easdem vnquam diuino honore affectit, vel Christi loco adorauit? Nos enim reliquias quidem honoramus, & osculamur, ut sacra pignorè patronorum nostrorum: sed nec adoramus ut Deum, nec inuocamus ut Sanctos, sed minore cultu veneramus, quam Sanctorum spiritus, nedum quam Deum ipsum. Ita respondit etiam olim Hieronymus Vigilantio idem obicienti; & multò etiam idem responderunt discipuli sancti Polycarpis apud Eusebium, loco antea citato, lib. 4. hist. cap. 15.

CAPVT III.

Afferitur veritas, & probatur.

Vno ad argumenta pro veritate accedamus. Primum sumi potest ab exemplis Scripturarum. Exod. 13. Moses discessurus cum populo ex Agypto in Palestinam, noluit ibi relinquere ossa sancti Iosephi iam dudum mortui, sed ea honorificè secum asportauit, & transfuit in terram promissionis: Nò ergo superstiosum, neque nouum est transferre ossa Sanctorum, ut Magdeburgenses in singulis centurijs clamant.

Item Deut. vii. Deus ipse (ut Hieronymus contra Vigilantium argumentatur) corpus Moylis honorauit, dum illud proprijs manibus sepeliuit.

Item 4. Reg. 13. ossa Helisæi cum terigissent mortuum quendam hominem, continuò illum ad vitam reuocarunt: Non ergo Deus contemnit ossa Sanctorum, sed ea honorat, & honorari cupit, dum per illa miraculum tam insigne patrauit.

Item 4. Reg. 23. cum Iosias delubra idolorum euerteret, & omnè idololatriam delere velleret, tantum abest ut reliquias Sanctorum delendas esse existimaret, ut cum aliorum mortuorum ossa effodisset, & in cineres redegisset, ossa tamen sancti Prophetae ibidem reperta asseruari iussit.

Ad hæc de sepulchro Domini legimus Isa. 56. in eum (Messiam videlicet) ceteris speralut, & erit sepulchrum eius gloriosum. Hunc locum de sepulchro Christi intellegimus certum est, tum ex ipsis verbis, tum ex Apostolo Rom. 15. quod autem non intelligatur solum de sepulchro pro eo tempore, quo ibi Christus iacebat, sed etiam pro tempore futuro, ac proinde reliquias honorandas: docet Hieronymus in ep. ad Marcellam, ut migret Bethlehè, vbi docet, Isaiam prædixisse id, quod modo fit, ut sepulchrum Dñi ab omnibus honoraretur. Ex quo refellitur Lutheri blasphemiam, qui in libro de abolenda Missa dicit, Deo nò maiorè curâ esse de sepulchro Domini, quam de bobus.

Denique, si Christus hinc adisset, & nos vestem eius deuotè oscularemur, continuò nos idololatrias esse Lutherus & Caluinus dicerent: nam mulier b. morrhoillæ solum simbriam Christi fideliter tetigit, & sanata est, Matthæi 9. Neque & c. 5. sunt reprehensi populi, qui certatim ad vmbra Petri eo modo, quo poterant, attingendam occurrebant, sed potius fidei suæ præmium retulisse dicuntur, & tamen quæ reliquiae viliores ipsa vmbra cogitari possunt? Neque habiti sunt Act. 19. superstitionis, qui Pauli sudaria & semicinctia deferebant ad ægrotos, ut etiam nos modò facimus, sed potius religionum illorum miraculis confirmabat Deus.

Argumentum secundum ex Concilijs diuersarum partium orbis terræ. Ex Oriente habemus Concilium Nicænũ II. actione tertia quod vocat reliquias fontes salutares, quibus Deus multa beneficia hominibus præstat: & actione septima, in vltima definitione iubet deponi Clericum, & Laicum excommunicari, qui reliquias Martyrum contemnit, & non, ut rem sacrâ, cum honore tractat.

Item ex Oriente habemus Gangrense Concilium ante annos M. C. C. canone vlt. vbi anathema dicitur iis qui memorias Martyrum, id est, loca, vbi sunt Martyrum reliquiae, execrantur. Eustathiani enim, contra quos coactum fuit Concilium, volebant ingredi Martyrum basilicas, ne corpora Martyrum, quæ ipsi immunda putabant, venerari viderentur.

Ex Africa, Concilium Carthaginense V. can. 14. iubet, ut nulla altaria, vel memorie Martyrum dedicentur, nisi ibi sint aliquæ Martyrum reliquiae: & aliter dedicata euerantur: vel populus admonetur, ne ea loca frequenter, ne superstitione aliqua teneatur, si colat, videlicet quasi Martyris sepulchrum, vbi reuera nò est corpus Martyris. At si est supersticio colere pro Martyris corpore, id quod non est reuera tale: Religio igitur erit corpus veri Martyris colere: religioni enim opponitur supersticio.

Ex Hispania habemus Concilium Braccarense II. canone V. vbi statuitur, in supplicationibus thecam reli-

Tonus primus.

Rrr 2

quiarum gestari debere manibus Episcoporum, aut aliorum Sacerdotum, populo precedente & sequente.

CONCILIUM Epaunense, in Gallia celebratum, canone 27. iubet reliquias Sanctorum non poni in Ecclesiis, ubi non sunt Clerici, qui factis cineribus psallendi frequentia famulentur.

EX Germania habemus Concilium Moguntinum, tempore Caroli Magni celebratum, in cuius canone statuitur, ne corpora Sanctorum transferantur de loco ad locum, sine consilio Episcopi, & licentia sanctae Synodi, quod certe ad honorem non exiguum sanctorum reliquiarum pertinet.

HABEMVS, denique ex Italia Concilium Lateranense, sub Innocentio III. cap. 62. ubi cauetur propter periculum fraudum, ne nouas reliquias vllis publice venerari incipiat, sine auctoritate summi Pontificis. Unde est lex canonica, capite, cum ex eo, de Reliquiis, & Sanctorum veneratione; cui similis est lex etiam ciuilis, C. de Episcopis & Clericis, L. Decernimus.

TERCIO, probatur ex Patribus. Eusebius lib. 7. hist. cap. 15. de sede lignea sancti Iacobi Apostoli: *Seruatur, inquit, cum ingenti studio, velut à maioribus tradita memoria sanctitatis, & cum magna veneratione habetur.* Hæc ille. Non ergo rideant Lutherani, si quando audiunt Romæ cathedram sancti Petri ligneam honorari.

S. ATHANASIVS in vita B. Antonij, scribit sibi ab Antonio relicum pallium tritum, & addit: *Legatarius Antonij benedixit, qui tritum palli, cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonij numeribus amplectitur, & tanquam magna hereditate ditatus, letanter per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis.* De eodem Magno Antonio Hieronymus refert in vita Pauli primi Eremitæ, cum Pauli tunicam ex foliis palmarum contextam Antonius adeptus esset, ob ipsius Pauli reuerentiam, illam induere solitum in diebus tantum solennibus Paschæ & Pentecostes.

S. BASILIVS in Psal. 117. in illud: *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius: Quando, inquit, Iudaicæ quis moriebatur, abominabilia erant morticina: cum pro Christo mors contingit, pretiose sunt reliquiae Sanctorum eius.* Antea dicebatur Sacerdotibus & Deo dicatis: *Non contaminabitur ex aliquo mortuo: nunc autem qui contingit ossa Martyris, quam sanctificationis societatem assumit, ex gratia corpori insidente.* Et oratione in quadraginta Martyres, loquens de reliquiis ipsorum per totam illam regionem dispersis: *Hi sunt, inquit, qui nostram regionem administrant, & veluti turres quadam coherentes securitatem ab hostium incursum exhibent, non vno loco seipsos includentes, sed multis iam locis hospites facti, & multas patrias exornantes.*

Gregorius Nyssenus oratione in Theodorum Martyrem, initio orationis: *Anima quidem, inquit, ex quo sublimis abiit, in suo loco requiescit, & corpore soluta cum suis similibus vna vivit. Corpus verò venerandum & immaculatum ipsius instrumentum, cum multo honore, & cultu compositum, atque ornatum, in Augusto sacroque loco situm est.* Deinde narrat multis verbis eos, qui templa Martyrum ingrediuntur, primò mirari molem ædificij, deinde parietes & pavimentum pulchrè ornata, tum statuas & picturas varias: & subiungit tandem: *Vbi his, inquit, oculis oblectauit, cupit deinceps ipsi conditorio appropinquare, sanctificationem ac benedictionem, contrectationem eius esse credens: quod si quis etiam puluerem, quo conditorium, ubi Martyris corpus quiescit, oblitum est, auferre permittat, pro munere pulvis accipitur, ac tanquam res magni pretij condenda terræ colligitur: nam ipsas attingere reliquias, si quando aliqua eiusmodi prospera fortuna contingat, vt id facere liceat, quàm sit multum desiderandum, & optandum, ac summorum precum donum, scium experti, & eius desiderij composites facti.*

A GREGORIVS Nazianzenus oratione prima in Iulianum paulò ante medium, reprehendens Iulianum, quòd cum Deorum falorum monumenta veneraretur, veri Dei amicorum, & Martyrum corpora despiceret: *Non victimas, inquit, pro Christo casus reueritus es? (& aliquot interpositis) quorum vel sola corpora idem possunt, quod anime sanctæ, siue manibus contrectentur, siue honorentur, quorum vel sola sanguinis gutta, atque exigua passionis signa idem possunt, quod corpora. Hac non colis, sed contemnis & aspernaris, qui Herculis rogum, ex calamitate iniuriisque mulieribus illatis excitatum, admiraris.*

EVS EBIVS Emissenus homilia de S. Blandina: *Vbi sunt, inquit, qui venerationem sacris Martyrum dicunt deferendam non esse corporibus, &c.*

S. CYRILLVS, Episcopus Hierosolymitanus, catechesei 18. *Vt autem, inquit, non solum anima Sanctorum honoretur, credaturque quòd etiam in corporibus mortuorum inest virtus, seu potentia, iacens in sepulchro Helisei mortuus, mortuumque Prophetæ corpus attingens, vivificatus est.*

SANCTVS Ioannes Chrysostronus sermone de sanctis Iuuentio & Maximo, primùm laudat eos, qui corpora illa inhumata relicta piè rapuerunt, etiam cum periculo vite suæ. Deinde subiungit: *Idcirco sepius eos inuisamus, tumulos adoremus, magnaque fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquam assequamur.* Vide eundem hom. vlt. in ep. ad Romanos, ubi dicit Romam excellere omnibus vrbibus propter corpora Petri & Pauli. Item hom. 66. ad populum, ubi comparat sepulchra & reliquias Sanctorum cum sepulchris & cadaveribus Imperatorum, & Regum, & ostendit illa summo honore coli, ista deserta & abiecta esse: & pulchrè dicit, summum honorem Constantino Imperatori fuisse, quòd potuerit fieri inuito B. Petri, quia nimirum sepultus erat ad fores eius basilicæ, ubi conditæ erant aliquæ particulae B. Petri reliquiarum.

THEODORETVS lib. 8. ad Græcos de Martyribus: *Ac anima quidem, inquit, triumphatorum Martyrum in caelesti nunc patria vitam agunt Angelorum choris interstita: Eorum verò corpora, non singula quidem singulis monumentis conduntur, sed ciuitates, oppida, pagani que conuentus hæc inter se sortitò partiti sunt, laborantibusque animis, ac ægrotis corporibus salutaria ea consistere non cessant.*

DENIQUE Ioannes Damascenus lib. 4. cap. 16. de fide Orthodoxa copiosè disputat de Martyrum reliquiis venerandis.

IAM ex Latinis: S. Ambr. serm. 93. de sanctis Nazario & Celso in fine: *Quòd si dicas mihi, inquit, quid honoras in carne id resoluta atque consumpta? honoro in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices: honoro viuētis memoriam perennitate virtutis: honoro per confessionē Domini sacros cineres: honoro in cineribus semina æternitatis: honoro corpus, quod mihi Dominum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & Damones? quod & affixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro? honoro itaque corpus, quod Christum honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit in cælo.*

MAXIMVS in serm. de sanctis Otauijo, Aduentore, & Solutore: *Cuncti, inquit, Martyres deuotissimè percolendi sunt, sed ij præcipuè venerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus.*

GAUDENTIVS Episcopus Brixia, tractatu de dedicatione Basilicæ: *Vt venerandas Sanctorum reliquias habereamus, Deus noster tribuit, deinde vt hæc honori eorum basilicam fundare valeremus, iusto largitus est, &c.* Vide totum tractatum, ubi multa de cultu reliquiarum loquitur.

S. PAVLINVS natali tertio sancti Felicis, de vrbe Roma loquens, ob reliquias Apostolorum, sic ait: *Nam prius imperio tantum, & victoribus armis, Nunc & Apostolicis terrarum, es prima sepulchris.*

Ibidem:

Ibidem:

Martyris ad tumulum debes & terra coronas. PRUDENTIVS in hymno de sancto Laurentio: *O ter, quaterque, ò septies Beatus vrbis incolæ, Qui te, ac inorum cominus Sedem celebrat ossium: Cui propter aduolui licet, Qui steribus spargit locum, Qui pectus in terram premit, Qui vota fundit murmure. Vix fama nota est abditis, Quam plena sanctis Roma sit, Quam diues Vrbanum solum Sacris sepulchris floreat.*

S. HIERONYMVS in libro aduersus Vigilantium: *Dolet, inquit, Martyrum reliquias pretioso operari velamine, & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel proici in sterquilinum: vt solus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur.* Idem in epistola ad Marcellam, quam scripsit nomine Paulæ & Eustochij, inter alia bona, quæ sunt in Palaestina, numerat posse adorare sacros cineres Ioannis Baptistæ, Helisei, & Abdæ, qui ibi seruantur.

RUFFINVS lib. II. hist. cap. 28. cum Gentiles tempore Iuliani ossa B. Ioannis Baptistæ apud Sebasteam Palaestinae igni cremarent, *Quidam, inquit, cum tantum nefas humanis quidem manibus, sed mente serua fieri viderent, mori grauius habentes, quam huiusmodi piaculo sustinere, inter eos, qui ossa ad exurendum legebant mixti, diligentius ac religiosius congregant, furimque vel stupentibus, vel insipientibus subtraxere, & ad religiosum patrem Philippum venerandas reliquias pertulere, &c.* Vide eundem, lib. eodem, cap. 33.

S. AVGVST. epist. 103. ad Quintianum: *Portant sanè (latores epistolæ) reliquias beatissimi & gloriosissimi Martyris Stephani, quas non ignorat sanctitas vestra, sicut & nos fecimus, quàm conuenienter honorare debeatis.*

AUCTOR libri de Ecclesiasticis dogmatibus, c. 73. *Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissimè honoranda credimus.*

S. I. E. O. in sermone de sancto Laurentio, de craticula eius loquens: *Nam quid, inquit, non ad victorie gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem transferunt triumphatiam instrumenta supplicij?*

S. GREGORIVS lib. 5. epist. 50. ad Palladium: *Quia reliquias, inquit, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, necnon Laurentij, atque Pancratij Martyrum cum veneratione præbimus, hortamur, vt eas cum reuerentia suscipere, & collocare, auxiliante Domino debeatis.* Idem repetit epistola sequenti. Idem lib. 3. epist. 30. Constantiæ Imperatrici penitenti caput S. Pauli respondet, sacrilegum esse corpora tantorum Sanctorum tangere, vel inspicere. Et ibidem narrat, multos repentina morte obiisse, quod præsumpissent ad corpora Sanctorum tangenda, vel aspicienda propius accedere: & tandem pollicetur se missurum aliquid de rasura catenarum sancti Pauli, si tamen limando aliquid detrahere poterit: eam enim esse catenarum illarum conditionem, vt pro dignitate, vel indignitate penitentium, aut sine mora vlla ramenta de catenis lima excutiantur, aut nihil omnino excuti possit, etiam si totis viribus quis limando laboret.

SANCTVS Gregorius Turonicus libro de gloria Martyrum & Confessorum, nihil ferè aliud tractat, vt superuacaneum sit aliquid inde velle decerpere. Omitto Bedam, Bernardum, ac posteriores, quòd de fide ipsorum ne aduersarij quidem dubitent.

QUARTO, probatur ex miraculis factis ad reliquias, quæ certè non fierent, si Deo cultus reliquiarum non placeret. S. Epiphanius in vita Ifaia, Ezechielis, & Hieremias scribit, à plurimis coli solita sepulchra eorum ob

A multa beneficia, quæ in eis locis propter merita eorumdem Prophetarum Deus conferebat.

S. BASILIVS oratione in Mamantem dicit omnibus nota esse miracula, quibus Martyr aliis sanitatem, aliis vitam reddiderit. Et oratione in Iulitum scribit, cum reliquæ sanctæ Iulittæ ad quendam locum adductæ fuissent, ubi laborabatur penuria aquæ, mox è terra erupisse fontem aquæ dulcissimæ, vt videretur sancta illa, quasi mater vel nutrix communis, totam illam regionem lacte suo alere.

SANCTVS Gregorius Nazianzenus oratione in Cyprianum: *Omnia potest, inquit, pulvis Cypriani, cum fide, vt sciunt hi, qui ipsi experti sunt, & miraculum ad nos vsque transmissum.*

S. CHRYSOST. in lib. contra Gentiles, de reliquiis S. Babylæ Martyris: *Sententiæ, inquit, nostræ abundè fidem faciunt, quæ quodiàna à Martyribus eduntur miracula.*

PALLADIVS in historia Lausiaca, cap. 62. ad reliquias Philemonis, multa miracula facta narrat. Sanctus Ambrosius sermone de sanctis Gervasio & Protasio, & epistola ad sororem de eisdem, inter multa miracula facta refert etiam adorare sacros nomine Seuerum, arte lanionem, omnibus notissimum, fuisse curatum ad cõtractum feretri, quo reliquæ portabantur, ubi etiam non tacet ibidem B. Ambrosius, Arianos impudentissimè negare ausos illa miracula, quæ totus populus videbat.

S. HIERONYMVS libro contra Vigilantium: *Tu, inquit, sepius hoc vilissimo tortus es puluere: ubi dæmonem alloquitur, qui per os Vigilantij reliquias Sanctorum, vilissimum puluerem appellauerat, & in epist. ad Eustochij de vita Paulæ, narrat ad sepulchra Helisei & Ioannis Baptistæ, atque Abdæ, rugire dæmones consueuisse: In vita Hilarionis dicit, magna quotidie signa fieri ad sepulchrum eius.*

S. AVGVSTINVS lib. 22. ciuit. Dei, cap. 8. tot miracula dicit facta ad reliquias S. Stephani brevissimo tempore, vt multi libri scribendi sint, si omnia referri debeant. Sulpitius in vita Martini dicit, solo contactu vestis eius curatam mulierem à fluxu sanguinis. Alia id genus sine numero referri possent.

QUINTO probatur ex miraculis, quæ sæpe in ipsis Sanctorum mortuis corporibus cernuntur, per quæ Deus apertissimè nos ad eorum venerationem quasi inuitare videtur. Sanctus Ioannes Chrysostronus scribit in sermone de sanctis Iuuentio & Maximo, vultus eorum corporum ita splendere cœpisse post mortem, vt non posset in eos intendi sine honore quodam, & planè tales fuisse, qualem describit vultum Stephani S. Lucas Act. 6. cum ait: *Intuebantur vultum eius tanquam vultum Angeli.*

S. HIERONYMVS in vita Hilarionis scribit, corpus eius post decem menses adhuc omnino integrum repperit, & tantis fragrans odoribus, vt delibutum vnguentis videretur. S. Augustinus sermone secundo de sancto Vincentio: dicit, corpus eius expositum feris, à coruo mirabiliter defensum: & proiectum in aquas mergi non potuisse. Et lib. 9. Confess. cap. 7. dicit corpora Sanctorum Gervasij & Protasij incorrupta per plurimos annos à Deo conseruata, vt suo tempore propalarentur.

SULPITIUS in epistola ad Bassulam Socrum, de obitu S. Martini dicit, post mortem eius in ipsis corpore glorificati hominis apparuisse figuram: fuisse enim carnem eius vitro puriorem, lacte candidiorem, vt septennis pueri decorem ostenderet. Quod idem de corpore diui Francisci refert sanctus Bonaventura. De sancto Eduardo Rege Anglorum, qui ante annos CCC. floruit, scribit auctor eius vitæ apud Stirium mense Ianuario, anno XXXVI. ab eius obitu, inuentum esse corpus ipsius integrum, plenum succo, flexibile, ac si

etiam tunc viveret, & non solum ossa & carnes in nullo laetas, sed nec pilos capitis aut barba, nec ipsas vestes aut calceos. Quid de corpore S. Andrea dicemus, ex quo liquor mirificus perpetuo funditur?

SEXTO, probatur ex inventione & revelatione diuinitus facta Sanctorum corporum. Si enim Deo cultus reliquiarum non placeret, cur ipse seruis suis corpora Sanctorum, quae latebant, ostenderet? Sancto Ambrosio reuelata diuinitus corpora Sanctorum Geruasij & Protasij, scribit ipse in epist. de hac re, quae fertur in Tomis Surijs; scribit hoc idem S. Aug. lib. 9. Confess. cap. 7.

ESTAT etiam epist. Luciani, in qua significat sibi diuinitus ostensa corpora Sanctorum, Stephani, Nicodemi, & aliorum, fuisse autem vetum illud Stephani corpus, innumerabilia miracula ostenderit, de quibus Euodius libros duos conscripsit. Et B. Aug. serm. 91. ex nouis, Latuit, inquit, tanto tempore corpus eius, (Stephani) processit quando Deus voluit, illuminauit terras, tanta miracula fecit, mortuos viuos facit mortuos, quia nec mortuus.

AD haec refert Sozomenus lib. 5. cap. 8. ossa sanctorum Martyrum Nestabi & Eusebij fratrum, quae Gazenses miscuerant cum ossibus camelorum & aliorum, ne a Christianis inter nosci possent, sanctae cuidam feminae diuina reuelatione ostensa, & ab eadem collecta fuisse. Idem Sozomenus lib. 7. cap. vlt. refert ossa Abachuc & Michae Episcopo cuidam diuinitus reuelata fuisse. Idem Sozomenus lib. 9. cap. 2. refert quadraginta Martyrum reliquias diuina reuelatione inuentas.

BEDA de sex aetatibus in Martiano, refert caput Ioannis Baptistae ab ipso Ioanne reuelatum duobus Monachis, & in Zenone scribit, corpus sancti Bernabae cum Euangelio Matthaei super eius pectore inuentum, ipso Barnaba reuelante.

SEPTIMO, probatur ex translatione reliquiarum, de vno loco ad alium, honoris gratia ab antiquis celebrari solita. Nec enim negari potest, quin ad honorem pertineant sacrorum ossium translationes. Prima quidem & antiquissima translatio fuit ossium Ioseph ex Aegypto in Palaestinam, a Mose facta, Exod. 13. Deinde translatio reliquiarum Petri & Pauli, quae facta est ipso tempore, quo passi sunt, ad Catacumbas: Gregorius lib. 3. epist. 30. Tum eorundem corporum translatio a Catacumbis, partim ad Vaticanum, partim ad praedium Lucinae in via Hostiensis. Cornelius Papa epist. 1. Ruffinus lib. 2. cap. 28. describit translationem reliquiarum Ioannis Baptistae ex Palaestina Alexandriam.

SANCTVS Hieronymus libro contra Vigilantium scribit, tempore Constantini Imperatoris translatae Constantinopolim, Andreae, Lucae, & Timothei reliquias: & tempore Arcadij translatae ex Iudaea in Thraciam reliquias Samuelis Prophetae, tanto honore, vt in vase aureo ab Episcopis reliquiae portarentur, comitante tanta populorum frequentia, vt a Palaestina vsque ad Chalcedonem iungerentur populorum examina.

SANCTVS Ambrosius initio exhortationis ad virgines: Ego, inquit, ad Bononiensem inuitatus conuiuium, vbi sancti Martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis & gratiae reseruaui. Augustinus lib. 9. Confess. cap. 7. Cum, inquit, corpora sanctorum Geruasij & Protasij propalata & effossa digno cum honore transferrentur.

CHRYSOSTOMVS libro de S. Babyla describit, quanto honore reliquiae Martyris translatae sint. Sozomenus lib. 7. cap. 10. describit translationem reliquiarum S. Meletij Antiocheni. Theodoretus lib. 5. cap. 30. describit translationem reliquiarum Chrysostrami. Euaugrius lib. 1. cap. 16. describit honorificam translationem S. Ignatij sub Theodosio iunioris Antiochiam.

OTAVO, probatur ex eo, quod reliquiae sub altariibus reconduntur, cuius rei meminit S. Ambrosius in

A exhortatione ad virgines, de reliquijs Vitalis & Agricola, & in epistola ad sororem de inuentione corporum Geruasij & Protasij. S. Hieronymus libro contra Vigilantium. S. Augustinus serm. 11. de Sanctis. Sozomenus lib. 5. cap. 8. & Concilium Carthaginense V. can. 14. Videtur autem ista consuetudo Apostolorum tempore coepisse: nam ideo Ioanni Apocalyp. 6. ostensa sunt in caelo animae Martyrum sub altari, quia corpora eorum in terris sub altariibus requiescunt, vt Augustinus insinuat loco notato.

PORRO ad magnum honorem pertinere hunc locum reliquijs assignatum, docent Hieronymus & Augustinus locis notatis, & res ipsa hoc docet. Semper enim altaria in magno honore fuerunt, ita vt etiam suo modo adorarentur: nam Tertullianus libro de Penitentia, inter ritus Christianorum ponit, aris Dei adgeniculari.

B NONO, probatur ex vsu cereorum & lampadum, quibus honorantur sacrae reliquiae: nam quod lumen sit honoris signum, nec sit superstitiosum, lumen accendere ante rem inanimam, etiam Sole lucente, patet ex candelabro, quod semper lucebat ante arca testimonij, Exod. 25. Fuisse autem vsum accendi cereos coram reliquijs, patet ex obiectione Vigilantij apud Hieronymum: Videmus, inquit, moles cereorum Sole fulgente accendi, &c. Et ex ipso Hieronymo epist. ad Riparium. Ergo accensi ante tumulos eorum cerei idololatriae insignia sunt?

ITEM ex Constantino, qui, vt habetur 1. Tomo Conciliorum in vita Syluestri, inter alia dona quae obtulit sacris reliquijs Petri, Pauli, Laurentij, sanctae Crucis, multa numerantur candelabra, multa lucernae, quae perpetuo ardere debent: nec est credibile Constantinum aliquid obtulisse, quod non esset in vsu antea in Ecclesia. Praeterea Theodoretus in histor. lib. 5. cap. 36. testatur in translatione reliquiarum S. Chrysostrami, plurima accensa lumina praelata fuisse.

C PAVLINVS, natali 3. Felicis, describens cultum, qui S. Felicis habebatur:

Aurea, inquit, nunc niueis ornantur limina velis, Clara coronantur densis altaria bychnis, Limina ceras adolescent odorata papyris: Nocte dieque micant sic nox splendore diei Fulget, & ipsa dies caelesti illustris honore, Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.

GREGORIUS lib. 3. Dialog. cap. 24. meminit lampadis, quae ardebat etiam noctu, dormientibus omnibus in templo S. Petri.

D DECIIMO, probatur ratione ducta ab vtili, & ab honesto. Ratio ducta ab vtili, est apud Chrysostram in libro de sancto Babyla Martyre. Deus enim, vt Chrysostram ait, nihil feret vtilius nobis reliqui ad salutem Sanctorum reliquijs, nihil enim efficacius representat, & infigit in animo memoriam Sanctorum, quam sepulchrum ipsorum: statim enim atque videmus sepulchrum Sancti alicuius, recordamur illius, & virtutum eius, patientiae, charitatis, castitatis, pietatis: & simul cogitamus quanta gloria fruatur in caelis pro labore breuissimo huius vitae, &c.

RATIO ducta ab honesto est multiplex. Primum enim corpora Sanctorum fuerunt organa animarum ad omne opus bonum. Vide Tertullianum de resurrectione carnis. Secundum, fuerunt, & sunt instrumenta Dei ad miracula. Tertium, sunt pignora patronorum. Quartum, sunt exuviae charissimorum. Quintum, sunt trophaea triumphantium. Sextum, designata sunt ad gloriam incredibilem, nimirum vt sint post resurrectionem corpora sole clariora, & vsque adeo corporibus omnibus praesent, vt super omnia meritis collocentur. His igitur, aliisque de causis Sanctorum reliquiae a fidelibus magni sunt, & debito cultu honorantur.

CAPVT III.

Soluntur argumenta aduersariorum.

XIIS, quae dicta sunt, non erit difficile argumenta soluere, quae initio proposuimus.

IGITUR ad primum argumentum, quod erat Ioannis Viclei ex Euangelio depromptum, respondeo, Dominum non reprehendere Iudaeos, quod aedificarent, vel ornarent monumenta Prophetarum, sed quod non imitarentur eos, quorum monumenta ornabant, sed potius eos, qui illos occiderunt, atque ita seipsos condemnarent. Sic enim exponunt eum locum ferē omnes Patres, vt Hilarius, Hieronymus, Chrysostram, Theophylactus in c. 23. Matth. & Ambrosius, ac Beda in c. 11. Luc.

PROPHETICORVM, inquit, Ambrosius, aedificatione tumulorum, sceleris eos, qui occiderunt, arguebant, & similibus emulatione factorum se quoque declarabant paterna iniquitatis heredes. non igitur aedificatio, sed emulatio loco criminis estimatur. Haec ille. Et Chrysostram homil. 75. in Matth. Non quia aedificat, inquit, nec quia Patres suos accusant, vt illis dixit, sed quoniam ita facientes, & ita dicentes Patres suos condemnare audebant, cum ipsi peiora committerent.

DICES, At Luc. 11. Dominus ait: Profecto testificamini, quia consentitis operibus Patrum vestrorum, quia illi Prophetas occiderunt, vos autem aedificatis eorum sepulchra. Vbi videtur Dominus accusare ipsam aedificationem tanquam testimonium consensus in necem Prophetarum.

RESPONDET Chrysostram loco citato Iudaeos aedificare solitos sepulchra Prophetarum non vt honorarent Prophetas, sed vt ostenderent vires, & potentiam maiorum suorum, qui Prophetas occidere potuerunt. Licet enim Iudaei non esse hanc suam intentionem dicerent, sed omnino contrariam: tamen reuera hanc fuisse eorum intentionem patet, quia occidere querebant Dominum Prophetarum.

HERONYMVS in cap. 23. Matthaei paulo aliter exponit: dicit enim antiquos Iudaeos ex superbia occidisse Prophetas: recentiores autem ex superbia, & ambitione aedificasse sepulchra eorum, & proinde eo facto consensisse operibus Patrum suorum.

CAIETANVS satis accommodate exponit, eum, qui sepelit occisum, posse id facere, vel vt honoret mortuum, vel vt compleat actum homicidiae: ordinari enim homines occiduntur, & postea sepeliuntur, vt scelus lateat. Iudaei autem etiam si dicerent se aedificare sepulchra Prophetarum, vt eos honorarent, tamen id facere videbantur, vt completerent opera patrum suorum, patet ex eo, quod ipsi postea maiores Prophetas, id est, Christum, & Apostolos aliquos occiderunt.

AD secundum dico, in monumentis adesse, vt minimum, memoriam Sanctorum: nam inde sepulchra Sanctorum apud veteres passim dicuntur memoriae. Porro memoria Sanctorum honorabilis est. Alioquin nec in sepulchro Christi adesset nunc anima, vel caro Christi, & tamen iuxta Isaiam, cap. 11. erit sepulchrum eius gloriosum. Dico praeterea, in sepulchris Sanctorum inueniri alteram partem substantiae ipsorum, id est, materiam illam ipsam, quam Spiritus Sanctorum animarunt, & rursum animabunt.

AD primum Caluini de Mosis corpore, multis modis responderi potest. Hilarius in cap. 17. Matth. Ambrosius lib. 1. de Cain, cap. 2. & Gregorius Nyssenus in vita Moysi dicunt, Moysen nondum esse mortuum, & proinde nec sepulchrum, sed translatum cum Henoch, & Helia, id quod etiam aliqui recentiorum docent. Sed id non facile defendi potest: & firmis argumentis eam sententiam oppugnat Rupertus in cap. vltimum Deuter.

PHILO in fine librorum de vita Moysi docet, mortuum quidem Moysen, & sepulchrum, sed ad gloriam Moysi pertinere, quod sepultus sit in sepulchro ta ad-

A mirando, vt nullus hominum dignus fuerit vnquam illud conspiceret, quo etiam videtur alludere Occumenius in epist. Iudae. Probabile tamen est quod scribit Chrysostram homi. 5. in Matth. occultatum fuisse Moysi sepulchrum, ne a Iudaeis coleretur pro Deo.

DICES, non coluerunt Moysen viuentem pro Deo, ergo multo minus coluissent mortuum. Respondeo, viuentem non coluerunt, quia quotidie ab illo audiebant, vnum esse verum Deum, se autem illius seruum: At post mortem recordati mirabilia eius, & non audientes verba eius, facile potuissent adduci, vt crederent esse Deum, cumque adorarent, si scirent vbi esset: praesertim quia valde credibile est corpus eius, licet mortuum, conseruasse adhuc splendorem vultus & decorem, quem antea habebat, sicut multis Sanctorum accidit. Exemplum habemus in serpente aeneo: nam Num. 21. iubente Moysese aspiciebant Iudaei tacti a serpentibus in illum aeneum serpentem, & curabantur: nec tamen eum adorabant cultu latriae, quia nimirum Moyses dixerat illis, serpentem illum non esse Deum, sed signum duntaxat salutis: ar. 4. Reg. 18. eidem serpenti tanquam Deo sacrificabant, cum tamen ia nulla operaretur miracula, & ideo ab Ezechia contractus fuit.

DICES, idem periculum est nunc in reliquijs aliorum Sanctorum. Respondeo, fallum esse: nam populus Iudaeorum eo tempore propensissimus erat ad idololatriam, ita vt etiam vitulos aureos coleret: Vnde post captiuitatem Babylonicam: quia populus ille non amplius coluit idola, videmus Deum illustrasse sepulchrum Isaias, Ezechielis, Hieremiae, Helisaei, Abdia, & aliorum multis miraculis, & gratum habuisse cultum, qui ossibus eorum exhibebatur, vt Epiphanius & Hieronymus tradunt. Adde, quod nunquam est auditum apud Christianos, vt aliqui Sanctorum reliquijs diuinos honores detulerint: nec defunt in Ecclesia, qui & literis, & sermonibus populos doceant, quis cultus reliquijs debeatur.

AD secundum dico, 1. Corinth. 5. cum dicitur: Essi nouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus, per carnem intelligi mortalitatem & passibilitatem: & sensum esse, si nouimus aliquando Christum mortalem & impassibilem: sicut 1. Corinth. 15. dicitur: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Et Heb. 5. Qui in diebus carnis suae precibus, supplicationibusque obtulit, &c. Sic exponunt omnes Chrysostram, Theodoretus, Theophylactus, Occumenius, Ambrosius, Anselmus, &c.

EODEM modo responderi VII. Synod. act. 6. Tomo IV. eidem argumento, quod ab Iconomachis obiectum fuerat, vbi etiam additur testimonium sancti Cyrilli. Et quod non velit Apostolus docere (quod Caluinus ait) esse obliuioni tradendum, & mislum faciendum quidquid in Christo carnale fuit, id est, omnem memoriam humanitatis eius, vt solum de spiritu & diuinitate cogitemus, patet: nam Paulus 1. Cor. 11. dicit Sacramentum Eucharistiae institutum in memoriam, passionis, & addit: Quotiescumque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat: & ipse nihil sepius repetit, quam crucem, & passionem, & mortem Domini. Et quomodo, quae so. iuxta Isaiam cap. 11. esset sepulchrum eius gloriosum, si deberemus obliuisci mortis Domini?

DENOQUE vel debemus recogitare beneficia Domini, vel non: Si non, ingrati sumus, contradicimusque Paulo, qui Hebr. 12. ait: Recogitate enim, qui talem aduersum semetipsum a peccatoribus sustinuit contradictionem. Si sic, ergo debemus incarnationem, natiuitatem, passionem, & mortem Domini cogitare.

AD tertium, dico primum, cultum reliquiarum non esse cultum voluntarium, id est, ab hominibus excogitatum, sed esse a Deo inspiratum, vt patet ex Scripturis citatis: nam Scriptura approbat cultum sepulchri,

& fimbriæ Christi, item vmbra Petri, sudariorum & semicinctiorum Pauli, &c.

Dico secundò, apud Paulum Coloss. 2. non significare cultum quomodocumque voluntarium, id est, nõ præceptum à Deo, sed ab homine excogitatum, sed cultum superstitionis, vt exponit sanctus Hieronymus in epist. ad Algafiam. q. 10. Probandum igitur esset Caluino cultum reliquiarum esse superstitionis, vel falsum, si vellet esse reprobatum à Paulo.

Ad quartum, nego periculum esse idololatriæ, immò cultus reliquiarum est derelictio omnis idololatriæ: nam Martyres mortui sunt, vt idololatriam destruerent, qui ergo Martyris reliquias colit, indicat se gaudere de idololatriæ destructione: & rectè Christiani apud Rufinum libro 1. cap. 35. cum transferent reliquias Babylæ, canebant magna voce: Confundantur omnes, qui adorant sculptilia.

Ad illud de cereis, dico cereos accensos coram tumulis Martyrum, non esse signum adorationis Deo debite: nam non offeruntur cerei Martyribus tanquam sacrificia, sed accenduntur in signum lætitiæ: ignis enim accendi solet ad lætitiã significandã etiam in rebus profanis. Præterea, ignis signum est gloriæ: vnde Imperatoribus Romanis, & Imperatricibus vbique ignis præferbatur, teste Herodiano, lib. 1. Sancti autem vera gloria nunc fruuntur, & cù Christo regnãt, atque imperãt in cœlis, vt merito illorum memoriæ ignis accendi possit. Denique ignis signum est vitæ: proinde cereis proteclantur viuere Sanctorum animas, & ipsa corpora suo tempore victura.

Ad Hieronymum dico, eum, cum ait de iis qui accendunt cereos coram reliquiis (Confiteor, zelum Dei habent, sed non secundum scientiam) loqui de iis, qui cereos accendunt, existimantes inde Martyres illustrari: nam Vigilantius dixerat per Ironiam: Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis Martyribus, quos putant viuisimè cereolis illustrari. De his ergo qui cum tali opinione falsa cereos accendunt, Hieronymus dicit, eos zelum habere, sed non secundum scientiam.

Quod autem Hieronymus absolutè putauerit bonum coram reliquiis accendi cereos, patet primò, quia in epist. ad Riparium ipsemet assertit in argumentum cultus Sanctorum, vsu accendendi cereos: & lib. in Vigilantium ait: Causabantur quondam & Apostoli quod periret vnguentum, sed Domini voce correpti sunt, neque enim Christus egebat vnguento, nec Martyres lumine cereorum: & tamè illa mulier in honore Christi fecit, deuotèque mentis eius recipitur: & quicumque accendunt cereos, secundum fidem suam, habent mercedem. Et infra: Illud fiebat idolis, & idcirco detestandum est: hoc fit Martyribus, & idcirco recipiendum est.

Secundò, idem patet, quia Hieronymi tempore erat vsus eiusmodi cereorum nõ solum apud multierculas, sed etiam apud Episcopos & vniuersam Ecclesiam, vt patet ex Paulino, Theodoro, & alijs supra citatis.

Tertio, si esset superstitio accendere cereos interdum coram reliquiis, esset etiam accendere cum legitur Euangelium, & cum mortui deferuntur ad sepulchrum. Atqui consueuisse ad Euangelium accendi cereos in toto Oriente, docet Hieronymus ibidem contra Vigilantium, & accendi in funere docet ipse idem in vita Paulæ, vbi dicit in funere Paulæ etiam Episcopos cereos accensos gestasse.

Ad Cœcilium Elibertinũ respondimus cù ageremus de Purgatorio, Conciliũ id prohibuisse, quia fiebat more Gentilium: inter quos tunc Christiani versabantur, &c.

Ad Augustinũ dico, eum vocare sepulchrorũ adoratores quosdam, qui (vt ipse putabat) sacrificium panis & vini, aliarumque epularum manibus defunctorum offerrebant, & deinde iisdem cibus & vino se inebriabant,

& inebriabant. Sic enim loquitur: Noui, inquit, sepulchrorũ adoratores, non multos esse, qui luxuriosissimè super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes, super sepultos seipsos sepeliãt, & voracitates, ebrietatesque suas deputet religioni. Sed hæc scripsit Augustinus initio conuersionis sua. Postmodum autem reprehendit quidem illam consuetudinem, sed non tanquam idololatriam: nam lib. 6. Confess. cap. 2. dicit matrem suam consueuisse ex pietate id facere: sed Mediolani ab Ambrosij clericis fuisse prohibitam. Ambrosius enim prohibuerat istam consuetudinem, ne daretur occasio ebrietati: & quia videbatur affinis superstitioni gentilium, licet integro animo à Christianis id fieret. Idem etiam August. lib. 8. ciuit. Dei, cap. 27. dicit meliores Christianos id non facere, eos autem, qui id faciunt, non sacrificare defunctis Martyribus, sed ponere super tumulos Sanctorum epulas, vt à Deo per merita Martyrum sanctificentur.

Quod autem Augustinus non putauerit malum venerari sepulchra Sanctorum, patet ex epist. 42. ad Maurensem. Videtis, inquit, imperij nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulchrum piscatoris Petri submisso diademate supplicare. Et nota, Augustinum hæc scribere idololatriæ, vt ostenderet idolorum cultum à Christianis destructum. Præterea Augustinus cum reprehendit sepulchrorum adoratores, certè non reprehendit Chrysoptomum, & Hieronymum, sed turbas imperitorum. Atqui Chrysoptomus sermone in Sanctos Iuuentium & Maximum dicit: Tumulos Martyrum adoremus: & Hieronymus ad Marcellam, vt migret Bethleem, dicit, sepulchra & cineres Ioannis Baptistæ, Helisæi, & Abdæ meritò adorari à fidelibus in Palæstina.

Gaudens Brixianus Ambrosij æqualis, tract. 4. in Exodum: Gula, inquit, suæ causâ primum caperunt homines prandia mortuis præparare, quæ ipsi comederunt: post hoc sacrificia etiam ausi sunt eis sacrilega celebrare, quamuis nec ipsi minus mortuis suis sacrificant parentalia, dum super sepulchrorum mensas tremulis ebrietate manibus vina fundentes, spiritum balbutiunt, &c. vbi arguit morem illum tanquam ex Gentilium errore relictum.

Itaque fortasse pauci quidam mortuis sacrificabant, qui etiam meritò reprehenduntur, sed nõ propterea omnis cultus sacrarum reliquiarum abolendus est, quia nimius cultus iure reprehensus est.

Ad quintum argumentum, negamus reliquias, quæ publicè in templis exponuntur venerandæ, esse superstitionis. Semper enim Ecclesia diligenter curauit, ne fraudes fierent, & præcipuè post decretum Concilij Lateranensis, vt nullæ reliquie publicè recipiantur sine auctoritate Romani Pontificis. Ad illud Augustini (si tamen Martyrum) dico, non mirum, si Augustinus dubitauit de reliquiis, quas quidam priuati homines circumferebant, nos autem de reliquiis agimus, quæ publicè in templis conseruantur.

Ad illud, de pluribus corporibus, dico, in variis locis esse partes eorundem corporum, sed denominari à parte totum: nam vt scribit Basilus oratione in 40. Martyres, toti Martyres 40. dicebantur tunc esse in varijs vrbibus, quia qualibet ciuitas habebat partem eorum. Theodoretus etiam lib. 8. de Martyribus dicit, Martyrum corpora rarò inueniri integra in vno aliquo monumento, sed esse diuisa, & distributa in varia loca.

Denique, sanctus Ioannes Chrysoptomus in libro, quod Christus sit Deus, Apostolum Petrum & Romæ & Constantinopoli iacere dicit, cum tamen Constantinopoli nihil esset, nisi aliqua particula: nam corpus ipsum Romæ esse sepultum idem Chrysoptomus testatur homil. 32. in epist. ad Romanos. Sed verba eius audiamus ex libro iam citato: Romæ, inquit, quæ vrbium est regalissima, relictis omnibus, ad sepulchra piscatoris & pellicis currunt Reges, & præfides, & milites: & Constantinopoli

Reges nostri magnam gratiam putant, non si prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula, corpora sua sepeliantur, fiantque piscatorum olliarij Reges.

CAPVT V.

De nomine Imaginis & Idoli.

Quæritur nunc ordine suo disputatio de cultu imaginum: cuius disputationis octo erunt partes.

Primum enim dicendum erit de nomine imaginis, idoli, & simulacri. Secundò, qui fuerint hostes imaginũ. Tertio, an liceat habere imagines. Quarto, an liceat eas colere. Quintò, quo cultu colendæ sint.

His addam peculiarem tractatum de cruce, & quidem trimembrem. Nam primo agemus de vera cruce Dominica. Secundò, de imagine crucis permanete. Tertio, de imagine transeunte, id est, de signo crucis, quod in aère pingimus.

Vt igitur à nomine incipiamus. Henricus Stephanus in suo thesauro in voce εἰδωλον, scribit apud Ecclesiasticos idolum vocari omne simulacrum, numen aliquod representans, quod cultu & honore dignatur. Ex quo sequitur apud Ecclesiasticos imagines Christi & Sanctorum, & præcipuè imagines Trinitatis rectè vocari idola. Et si quidem Henricus per Ecclesiasticos intelligit Doctores suos, Caluinum, Martyrem, Illyricum, & alios eiusdem classis, rectè dicit: illi enim vix vnquam aliter imagines nostras appellat, quàm idola. Si autem per Ecclesiasticos intelligit sanctos Patres, vel Apostolos, & Prophetas, falsissimum est, quod ipse dicit: nam in primis VII. Synodus act. 5. & act. 7. anathema dicitur iis, qui imagines Christi, & Sanctorum vocant idola.

Deinde Origenes homi. 8. in Exod. & Theodoretus q. 38. in Exodum exponentes illud Exod. 20. Non facies tibi sculptile (quod LXX. verterunt εἰδωλον) & omnem similitudinem, &c. Dicunt inter imaginem & idolum hoc interesse, quòd imago est vera rei similitudo: vt cum pingimus hominem, equum, &c. Imago enim ab imitando dicta est. Idolum autem est falsa similitudo, id est, representat id, quod reuera non est, vt cum Gentiles proponebant statuas Veneris, aut Mineræ, illa signa idola erant, quia representabant Deos generis fœminini, quales Dij nec sunt, nec esse possunt: atque ita nec verè representabant, sed erant falsa imagines: id enim, quod non est, representari non potest. Ex quo intelligimus imagines Christi & Sanctorum non esse idola. Sed nec Trinitatis, aut Angelorum imagines sunt idola, quia non sunt factæ ad representandam naturam Trinitatis, vel Angelorum, sed ad exprimendam formam, in qua apparuerunt, vel certè eorum proprietates, vt infra dicemus.

Hanc esse veram differentiam illarum vocum secundum Ecclesiasticos, probatur primò, quia Scriptura nusquam tribuit nomen idoli vlli veræ imagini, sed solum simulacris gentilium, quæ falsos Deos referebant. Scriptura vocat filium Dei imaginem Patris, Sap. 7. Coloss. 1. & ad Hebr. 1. at nunquam vocat idolum Patris, & 3. Reg. 7. dicitur Salomon fecisse ad ornatum templi imagines Cherubim ad similitudinem hominum, item imagines leonum, bouum, palmarum, malgranatorum, florum, &c. nec vnquam ista vocantur idola, quia nimirum rerum verarum similitudines erant.

Secundò, quia Scriptura Testamenti veteris idola vocat ordinariè אִלִּים elilim, vt Levit. 19. 26. & alibi, vel אַנְוִיִּים auanim, vt Num. 23. Osee 6. & alibi. Porro אִלִּים elil. significat vanum, falsum: & similiter אַנְוִיִּים auanim, mendacium, interdum etiam vocat אֲשֵׁרִים ascherim, id est, mendacium, vt Hieronymus notat in cap. 7. Osee, vbi semper vides idolum aliquod falsi significare. Denique Habacuch secundo ait Scriptura: Quid prodest sculptile, quia sculptus illud fictor suus constabile, & imaginem falsam? vbi clarissimè definitur idolum imago falsa: cui

simile est quod ait Plato in Theeteto cum ait εἰδωλον ἢ εἰδωλον ἢ εἰδωλον, id est, mendacia & idola pluris faciunt, quàm veritatem, vbi idolum cum mendacio coniunxit, & veritati opposuit.

Tertio, quia B. Paulus 1. Corinth. 8. ait, Scimus, quia nihil est idolum in mundo. vbi idolum nihil esse dicitur, quia licet sit aliquid secundum materiam, tamen nihil est formaliter, cum id representet, quod nihil est, & proinde nec verè representet, & consequenter, nec sit. Cui loco alium similem adducit Hieronymus in caput 7. Osee, ad probandum idolum nihil esse: nam Hester 14. secundum LXX. dicitur: Ne tradas sceptrum tuum bis, qui non sunt, id est, idolis.

Quarto, quia B. Hieronymus in c. 2. Habacuch, & in cap. 13. Zachariæ, & alibi passim, confert hæreses cum idolis, quia vt idolum est falsa imago, ita hæresis est falsa imaginatio.

Quinto, ex ipsa vocis proprietate: nam (vt Tertullianus docet libro de idololatria) idolum est diminutivum ab εἶδος, id est, forma, & significat formam partem, non quantitate sola, sed perfectione. Est enim propriè idolum (vt exponit Eustathius in lib. 11. Odyssæ) imago inanis, qualis est, quæ cernitur in vmbra hominis, & qualia sunt phantasmata, id est, imagines quas imaginatione fabricamus, quibus sæpe nihil responderi in re: & qualia denique sunt spectra & vmbra mortuorum, quæ videntur quidem esse aliquid solidum, sed inanes sunt. Vnde Homerus in 11. Odyssæ, & Lucianus in dialogo de mortuis, animas mortuorum vocat εἰδωλα: & Virgilius in 6. lib. Aeneidos videtur idipsum explicare voluisse, cum ait:

Corripit hic subita trepidus formidine ferrum Aeneas, stridèntemque aciem venientibus offert: Et, n. docta comes tennes sine corpore ritas Admoneat volitare caua sub imagine formæ, Irruat, & frustra ferro duerberet vmbra.

Vbi quod Homerus & Lucianus vocant εἰδωλα, vocat ipse vmbra, & caua imagines, id est, vanas & inanes. Quoniam ergo idolum propria & primaria significatione designat imaginem inanem, inde scriptores sacri, & Ecclesiastici Doctores vocauerunt idola statuas falsorum Deorum, licet solidæ sint quoad materiam, quia inanes sunt quoad formam, id est, quoad representationem. Hæc de nomine idoli.

Nomen simulacri est quidem paulò communius: nam Lactantius lib. 6. de vero cultu, cap. 10. & 13. vocat hominem Dei simulacrum: & lib. 2. de origine erroris, cap. 2. dicit simulacrum dici à similitudine, & proinde omnem veram imaginem posse dici simulacrum. Verius tamen est, quod alij dicunt, simulacrum dici à similitudo, non à similitudine: nam in scripturis simulacra vbique ponuntur pro idolis. Semper enim vbi Latinus interpres posuit simulacra, vt Act. 17. Psalm. 113. 1. Ioan. 17. & alibi, semper in Græco est εἰδωλα: & si Augustinus in Psalm. 135. dicit, Latinos ea simulacra vocare, quæ à Græcis dicuntur idola. Hieronymus quoque in cap. 7. Osee dicit, sic opponi simulacrum Deo, sicut opponitur mendacium veritati, quia simulacrum Deum falsum refert.

Denique, sicut Homerus & Lucianus vocant idola, vmbra mortuorum, quæ videntur solida corpora quædam, & non sunt: ita etiam Lucretius lib. 4. & Virgilius lib. 4. Georgicorum, & lib. 6. Aeneidos, eadem mortuorum vmbra passim appellant simulacra.

CAPVT VI.

De Principibus Iconomachorum.



Vectores Iconomachia fuerunt omnes aut Iudæi, aut Mahumetani, aut Magi, aut manifestè hæretici, ita vt negare non possint qui hoc tem-

pore oppugnant imagines, auos & maiores suos fuisse impios.

ALPHONSVS de Castro, verbo, imago, tribuit hunc errorem cuidam Felici, quem dicit damnatum in Concilio Franconia, teste Plarina in Adriano primo, nec tamen potest inuenire, quis iste Felix fuerit. Tribuit item Sereno Episcopo Massilia, quem B. Gregorius reprehendit lib. 7. epist. 109. & lib. 9. epist. 9. denique eundem errorem tribuit Alphonso B. Epiphano in epist. ad Ioanem Hierosolymitanum.

SED nullus horum, pace Alphonfi, in isto errore versatus est: nam Felix damnatus in Synodo Francofordiensi, est Felix Episcopus Vrgelitanus. Is autem (vt ex Adone in Chronico, & Iona lib. 1. patet) solum docuit Christum esse filium Dei adoptiuum, quia tamen eadem Synodus reprobaui eodem tempore (vt ex eodem Adone in Chronico anni DCC. XCII. patet.) Pseudosynodum Graecorum contra imagines, putauerunt tam Platina, quam Alphonfus, haeresim Felicianam esse haeresim Iconomachorum.

SERENVS autem confregit quidem imagines, sed nullo modo Iconomachis haereticis annumerandus est: nam imagines frigit, quia videbat eas a Christianis, tum recens conuersis, adorari pro Diis. Vnde B. Gregorius laudat zelum eius & fidem, & solum reprehendit temeritatem, quod ausus sit id facere, quod nullus vnquam Episcopus fecerat: & monet eum, vt populum instruat, cur imagines ab Ecclesia teneantur, & praemissa instructione imagines in templis reponi sinat. Nec erat opus vt Castro diceret, Serenū, & Epiphaniū excusari ab haeresi, quia res nondum erat determinata. Satis enim res determinata erat vsu totius Ecclesiae: sed nihil isti contra fidem, aut veritatem egerunt, vel docuerunt. Ac praesertim Epiphanius, qui purgatur ab omni suspitione erroris circa imagines in VII. Synodo, act. 6. to. 5. & nos infra de hac re agemus. Et certe non sine temeritate, & prauidicio Catholicae fidei, tam crassi errores tam magnis viris tribuuntur.

NICOLAVS Sanderus lib. 1. cap. 6. de imaginibus dicit, primos Iconomachos fuisse Manichaeos, tum quia id videtur indicare Tharastus in VII. Synodo, tum etiam, quia Faustus apud Augustinum lib. 20. c. 3. contra Faustum, gloriatur, a sua secta hominibus Deum sine simulacris coli: Sed an res ita se habeat, vehementer dubito: nam Tharastus in VII. Synodo, Act. 5. non dicit Manichaeos respuisse imagines, sed dicit, Iconomacho, dum imagines respuunt, similes esse Manichaeis, qui asserbant, Christum non habuisse verum corpus: qui enim negat Christum posse depingi; videtur existimare, Christum non habere verum corpus.

PORRO, Faustus apud Augustinum non loquitur de imaginibus sanctorum, sed solum de imaginibus Dei. Vnde nec Faustus eo loco reprehendit Catholicos, quod haberent imagines, nec Augustinus reprehendit Manichaeos, quod imaginibus carerent: Ergo primi Iconomachi sunt Iudaei, qui in suo Thalmud quod prodiit anno Christo, C. D. LXXVI. ord. 2. tract. 1. dist. 2. differre docent, Christianorum Ecclesias esse domos idololatriae: quod propter imagines dictum esse, patet tum ex VII. Synodo, vbi frequenter Iconomachi dicuntur Hebraei: tum ex Dialogis Leontij, vbi altercatur Iudaeus cum Christiano de imaginibus: habetur pars horum Dialogorum in VII. Synodo act. 5.

CIRCA idem tempus Zenone imperante exstitit Xenaias, quem Principem Iconomachorum fuisse dicunt, Nicephorus lib. 16. cap. 27. & Cedrenus in compendio. Fuit autem iste Xenaias homo Persa, & Barbarus, immo & seruus fugitiuus: & licet non esset baptizatus, simulans tamen se Christianum irrepsit ad Episcopatum. Sed quoniam iste aperte suasis, non esse venerandas imagines: non tamen legimus, quod persuaserit,

nisi forte aliquibus paucis. At post annos ferè centum, Iustino iuniore Imperatore, Samaritani quidam irruerunt in Ecclesiam quandam: & in imagines Christi & sanctorum ferocissime grassati sunt, vt patet ex epistola Simeonis Eremitae ad Iustinum Imperatorem, quae habetur in VII. Synodo, act. 5.

NON diu postea post annum Domini D C. exortus est Mahumetus, qui suae sectae hominibus nullas imagines in templis permisit, vt ex Alcorano, c. 15. & 17. & ex ipsa experientia patet. Nec enim Turcae imagines habent, & nos idololatrias putant propter cultum imaginum.

ITERVM post annos ferè centum, id est, post annum D C C. Domini. Hebraeus quidam maleficus Ezidi Regi Arabum Mahumetano promisit XXX. annos vitae, si in suo Imperio iuberet imagines Christi, & sanctorum ex Christianorum Ecclesiis auferri, & comburi. Iussit ille, sed cum Christiani non parerent, immisit Arabes, & Hebraeos in Ecclesias, qui negotium impigre perfecerunt: Sed Rex Ezides, anno sequenti obiit, & Hebraeus tanquam impostor a successore eius turpissima morte mori coactus est. Narratur historia in VII. Synodo, act. 5. necnon a Cedreno, Zonara, & Niceta in vita Leonis Isauri.

PAVLVS post, Leo Isaurus Imperator a Iudaeis similiter persuasus, publico edicto imagines deponi, & deleri ex templis omnibus iussit: Et multos Christianorum resistentium neci dedit, vnde Iconomachi cognomen inuenit. Auctores sunt, Cedrenus, Zonaras, Paulus Diaconus & alij. Atque hic fuit primus Christianorum, qui bellum mouit contra imagines: nam etsi Philippicus, teste Paulo Diacono, deposuerat imagines sex Synodorum: tamen id fecerat odio sextae Synodi, non odio imaginum. Fuit enim Philippicus Monothelita, non Iconomachus.

VERVM autem Leo recte fecerat, an male, vel ex coerpici potest, quod maluit in ea causa Iudeorum maleficorum consiliis adherere, quam sancti Gregorij Papae, & sancti Germani Patriarchae Constantinopolitani, qui tunc sedebant, & Imperatori aperte resisterunt, vt ex iisdem auctoribus patet. Fuisse autem Gregorium illum, & Germanum, optimos & doctissimos Pontifices, tradunt historici omnes eius temporis Graeci & Latini.

RESTITERVNT etiam Leoni duodecim sapientes, qui cum praeposito suo, qui dicebatur magister Occumenicus, publicis sumptibus aiebantur, & omnium optimi, & sapientissimi erant: quos Leo vna cum domo, & instructissima eorum biliotheca combussit. Vide Zonaram in vita huius Leonis.

IMPIETATEM porò Leonis sequutus est Constantinus Copronymus huius Leonis filius, qui in signum futurae improbitatis dum baptizaretur, sacrum fontem stercore foedauit: & praeterea Necromanticus fuit, & haereticus Nestorianus: nam non credidit beatam Mariam esse Deiparam, vt ex Zonara, & Cedreno cognosci potest.

MONET autem recte Sanderus, Gulielmum Xylandrum non fideliter vertisse in hac historia verba Cedreni: vbi enim Cedrenus scripsit, Constantinum istum exegisse iuramentum ab omnibus Imperio suo subiectis, quo iuramento confirmarent, nullam se imaginem adoratos: illa verba ἀνάγκη πρὸς ἡγεμονίαν τῶν ἡμῶν, ille vertit nulli se simulacro supplicaturos: quasi videlicet Christiani idolis supplicent. Cum tamen constet, vt iam ostendimus, imagines non recte vocari simulacra: & vsus Christianorum habeat, vt imagines veneremur, non vt eis quasi viuentibus & sentiētibus supplicemus. Sed nimirum qui fidem Deo non habent, nihil mirum, si etiam fidem non seruent in libris transferendis.

POST annū deinde D C C C. cum aliquandiu quiescisset bellum contra imagines: iterum renouatum est a Leone Armenio Imperatore: & qui ei successerunt, Michaële Balbo, & Theophilo, quos omnes improbissimos

fuisse,

fuisse, postremum etiam Iudaicae sectae, & Necromantiae additū testatur Cedrenus, & Zonaras in vita ipsorum.

EDVM tempore, quo Theophilus in Oriente imagines oppugnabat, exstitit in Occidente sub Imperio Ludouici Pij Caroli Magni filij Claudius Hispanus, Episcopus Taurinensis Felici Vrgelitani discipulus, qui imagines omnes, & cruces è templis omnibus suae diocesis abstulit. Fuit autem homo imperitus, & superbus, vt ex libello eius libri Iona inserto apparet, & haeresim Arianam, iam sepultam, rursus ad lucem reuocare conatus est.

POST illa tempora circa annum Domini M. C. C. C. LXXII. exstitit Ioannes VViclef, qui obiter attigit imaginum reprehensionem, sed discipuli eius acriter postea imagines oppugnaverunt. Vide Thomam VValdensensem tomo 3. tit. 19. Eundem errorem tribuit VValdensibus Claudius Coussordius libro contra VValdensensem articulo vltimo.

SCRIBIT etiam Ioannes Cochlaeus lib. 3. histor. Hussitarum, à Hieronymo de Praga imaginem Christi crucifixi deiecit, & stercore foedatam, cum tamen ipse in cubiculo adoraret imaginem VViclefi diademate coronatam.

DENIQUE hoc nostro seculo primus, qui imagines è templis abstulit, Andreas Carolstadius fuit, anno M. D. XXXII. teste Ioanne Cochlaeo in vita Lutheri. Lutherus autem quanquam rem probaret, reprehendit tamen auctorem, vt ibidem Cochlaeus dicit, quia, vt id faceret, non à se potestatem, & auctoritatem flagitauerat. Item Zvinglianos contra imagines pugnantem scribit Cochlaeus in actis Lutheri anni M. D. XXVI. Philippus quoque in locis communibus explicans decalogum, reprehendit imaginum venerationem. Similiter Magdeburgenses cent. 8. passim, sed praecipue cap. 9. & 10.

DENIQUE Ioannes Caluinus lib. 1. cap. 11. & lib. 4. cap. 9. §. 9. iussit, acerrimè imaginum cultum reprehendit: & Caluinistae, vbiunque possunt, eas frangunt, vel comburunt, vel abradunt.

CAPVT VII.

Licere imagines & facere, & habere.

IS praemissis, vt ostendamus licere Christianis vsum imaginum, proponemus, & refutabimus varios, qui de hac re exstiterunt, errores.

AC primus quidem est Iudeorum, qui quondam propensissimi erant ad idololatriam: at post Christi aduentum superstitiosissimi sunt contra imagines. Dicunt enim iure diuino prohibitum esse imagines quilibet efficere, teste Paulo Bרגensii, addit. 2. ad Lyranum super cap. 20. Exod. quod idem docent VViclefista apud VValdensensem tom. 3. tit. 19. cap. 152. Ratio eorum est, quia Exod. 20. dicitur: Non facies tibi sculpsile, neque omnem similitudinem, &c. Carterum hic est error manifestus. Et sine dubio non prohibetur in decalogo omnis imago, sed solum illa, quae dici potest idolum, id est, imago, quae habetur pro Deo, vel quae repraesentat tanquam Deum eam rem, quae non est Deus: Cum enim additur: Non habebis Deos alienos, prohibetur actus interior idololatriae: cum autem additur: Non facies tibi sculpsile, &c. Prohibetur actus exterior. Vide Augustinum quaest. 71. in Exodum.

PROBATVR haec sententia primum, quia si prohiberetur omnis imago, sequeretur praeccepta decalogi non esse tantum decem, sed vndecim, vel duodecim contra Scripturam, quae dicit esse decem, Exod. 31. & 34. Deut. 4. 9. & 10. nam constat vnum praecceptum esse: Non habebis Deos alienos. Alterum non assumes nomen Dei in vanum. III. Sabbatha sanctifices. IV. honora parentes. V. non occides. VI. non Mœchaberis. VII. non furaberis. VIII. non dices falsum testimonium. IX. non concupisces: ista nouem sine controuersia sunt distincta.

PORRO illud: Non concupisces, vel debet diuidi in duo: vt nonum sit, non concupisces uxorem alienam: decimum, non concupisces rem alienam: vel ista omnia ad vnum pertinent. Si debet diuidi in duo, ergo illud, non facies tibi sculpsile, erit vndecimum: vel oportet dicere, illud non esse praecceptum distinctum à primo, vt reuera dicunt, Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom. August. quaest. 71. in Exod. & epist. 119. cap. 11. & communiter Scholastici 3. sent. distinct. 37. & Catechismi omnes Latini. Et tunc non prohibetur sculpsile quodcumque, sed solum sculpsile, quod habetur pro Deo alieno.

SI autem non concupisces, est vnum tantum, vt existimant, Philo in lib. de decalogo ante medium, Iosephus libro 3. antiquit. cap. 6. & 8. Origenes homil. 8. in Exod. Ambrosius & Hieronymus in cap. 6. ad Ephef. Procopius, & Rupertus in cap. 20. Exodi: Tunc illa omnia verba erunt vnum praecceptum: Non facies tibi sculpsile, &c. Et non adorabis ea, neque coles: sed facere imagines absolute, & adorare easdem sunt res distinctae, vt patet: quia potest vnus adorare sculpsile, quod non fecit, & alius non adorare, quod fecit. Ergo vnum tantum horum est prohibitum, alioqui essent vndecim praeccepta: Sed certum est prohiberi cultum: ergo non prohibetur fabricatio per se, sed solum in ordine ad cultum. Proinde peccat, qui facit, vt adoret, non qui facit ad alium vsum.

SECUNDO probatur, lege diuina non prohiberi imagines absolute, ex eo, quod in ipsa scriptura legitur imagines factas Dei illustrari: quidem Exodi 25. Deus fieri iussit imagines Cherubim super arcam. Num. 21. serpentem aeneum, 3. Reg. 6. & 7. Cherubim, boues, leones, & alia.

RESPONDENT Iudaei, Deum praecipisse hominibus, non autem sibi ipsi. Porro imagines templi ipsi iussisse fieri, sicut prohibuit furtum: & tamen ipse iussit, vt Iudaei spoliarent Aegyptum, Exod. 12.

AT contra. Primum, praeccepta decalogi sunt explicatio iuris naturae, excepto illo de Sabbatho: res autè prohibita iure naturae, sunt prohibita, quia mala: non mala, quia prohibita, & proinde nec à Deo praecipi possunt: nec iussit vnquam Deus furtum, sed donauit vt Dominus, Iudaeis bona Aegyptiorum. Deinde, si imagines essent prohibita, certè propter periculum idololatriae: at idem est periculum, si Deus iubeat eas fieri, immò eò maius, quod illae habentur diuiniore, sicut accidit de serpente aeneo 4. Reg. 18. non ergo prohibuit Deus imagines absolute.

PROBATVR tertio, quia nunquam intelligitur prohibitum id, quod nullo modo aduersatur fini legis: finis autem praecceptorum prima tabula est, vt seruetur Deo suus honor illibatus, vt patet ex initio decalogi: Ego sum Dominus Deus tuus. Item ex illa comminatione: Ego sum Deus zelotes. Item ex illa explicatione Exodi 20. Non facietis mecum Deos aureos, & Deos argenteos. Item ex Leuit. 26. Non facietis sculpsile, & idolum, vt adoretis. Denique ex illo Isaia 42. Ego Dominus gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculpsilibus. At imago non facta ad venerationem, non aduersatur honori Dei: Non igitur est prohibita.

DICES: Imago est occasio idololatriae. Respondeo, etiam Sol & Luna, & alia multa sunt talia. Sed per accidens.

QUARTO, ars pingendi, & sculpendi bona est, & à Deo, vt patet Exodi 31. & 35. vbi dicitur, Deus dedisse duobus viris Beseel, & Ooliab spiritum suum, sapientiam, & scientiam ad sculpendum, & excogitandum multa pro ornatu tabernaculi.

QUINTO, Deus primus auctor est omnium imaginum, naturalium, & artificialium: nam genuit filium ad imaginem suam: & formauit hominē ad imaginē suam.

SIXTO, imago est secundum naturam, & necessaria

nam

nam in primis omnia naturalia producant aliquid sibi simile, id est, imaginē sui. Homo quidquid cognoscit siue sensu, siue intellectu, per imagines cognoscit. Nō possumus in lumine versari, quin corpora nostra vmbra efficiant, quae imago est corporis. Vestes omnes imagines sunt eorum membrorum, ad quae tegenda factae sunt.

DEI QUAE Iudaei tempore Christi habebant imaginem Caesaris in nummis, vt patet Matth. 22. & nunc etiā retinent imagines Principum in pecuniis: cur ergo dicunt, non licere vllam imaginem habere? Certē si quis eis eripere vellet imagines, quas in nummis & aulais habent, continuō mutarent sententiam.

SECUNDA opinio est Ambrosij Catharini in opusculo de imaginibus, vbi docet, Deum in decalogo prohibuisse imagines simpliciter: sed illud praecipuum fuisse posituum & temporale: nā propterea existimat Deum iussisse fieri imagines Cherubim, vt indicaret, imagines non esse malas per se, sed solum malas, quia prohibitas: & etiā ne praedicatorum Testamento nouo, in quo permittendae erant imagines.

SED haec opinio nobis non probatur, tum propter argumenta facta contra Iudaeos, tum etiā, quia sanctus Irenaeus lib. 4. cap. 31. & 32. disertē docet, decalogum esse legem naturalem, excepto praecipuo de Sabbatho: & Tertullianus libro de idololatria toto, contendit nunc maxime obseruandum hoc praecipuum: idem docet B. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. 59. & de exhortatione martyrij, cap. 1. Beatus Augustinus passim affirmat totum decalogum, excepta lege de Sabbatho, à Christianis seruandum, & nominatim illud: *Non facies tibi sculptile*. Vide lib. 15. contra Faustum, cap. 4. & 7. lib. 19. cap. 18. lib. 3. contra 2. epist. Pelagian. cap. 4. Idem habet beatus Thomas 2. 2. quaest. 122. artic. 1. & 4. Ergo si in decalogo prohiberentur omnes imagines, peccarent Christiani habentes imagines.

DICES, in decalogo praecipuum Sabbathi est posituum saltem ex parte: ergo nihil prohibet, quo minus etiam praecipuum de imaginibus sit ex parte posituum.

RESPONDEO, in praecipuo Sabbathi posita esse multa, quae indicent, illud esse posituum: nam Primò, praemittitur, *Memento*: quia cum non sit naturale praecipuum, poterant illius facile Iudaei obliuisci. Secundò, additur ratio praecipui, quia Dominus quieuit ab opere die septimo: non autē additur ratio vlli alteri praecipuo, quia caetera sunt simpliciter naturalia. Denique Irenaeus, Augustinus, & Thomas, disertē solum Sabbathum excipiunt à naturalibus praecipuis decalogi.

TERCIA opinio est Thomae Caietani in capite 20. Exodi, qui docet, non esse prohibitum facere vllam imaginem, vel idolum, sed solum prohibitum esse, ne quis faciat sibi imaginem, quam habere velit pro Deo suo: & probat, quia non est dictum: *Non facies sculptile, sed, non facies tibi sculptile*.

HAEC sententia displicet solum in modo loquendi: nam Caietanus pro eodem habet idolum & imaginem, cum falsum sit, vt supra ostendimus. Deinde videtur cōcedere licere facere idola, quae habeantur pro Diis, modò non habeat pro Diis ille qui facit. At Tertullianus toto libro de idololatria probat euidentissimis rationibus prohibitum esse Christianis pictoribus aut statuariis, facere idola Gentilibus. Et Ecclesia celebrat VIII. Nouembris martyrium sanctorū, Claudij, Nicostrati, & sociorum qui nequati sunt, quia noluerant simulacra Gentilibus facere, cum essent peritissimi statuarij.

NEQUE Caietanus hoc negaret, quippe qui in 2. 2. quaest. 10. articulo 4. docet, non licere vendere idola Gentilibus, idē incautē loquutus est in commentario Exodi. Nec obstat illa particula, tibi: nam secundum Hebraicam phrasim redundat. Sicut Genes. 12. iuxta veritatem Hebraicam. *Vade tibi de terra tua: & in*

A Canticis canticorum passim.

CAPVT VIII.

Non esse prohibitas imagines Dei.



VARIA opinio est Caluini lib. 5. instit. c. 11. vbi dicit Primò, nefas esse Deo inuisibili & incorporeo imaginē visibilem, & corpoream collocare. Secundò, imagines Christi, & sanctorum non esse prohibitas simpliciter, sed non debere poni in templis. Tertio, historias depictas habere aliquem vsum ad instruendum: imagines autem solas Christi, vel sanctorum sine vlla notatione rerum gestarum nullū habere vsum, nisi ad oblectandum, & idēd frustra fieri.

VT ergo incipiamus à primo capite, probat Caluinus non posse pingi imaginem Dei. Primò, quia Exod. 20. prohibetur omnis Dei similitudo: nam postquam dixerat Scriptura: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem*, subiungit infra, explicans: *Deos aureos, & argenteos non facietis mecum*, id est, nō facietis imagines aureas, vel argenteas, quae Deum representent. Et Deut. 4. *Memento quòd Dominus loquutus sit tibi in monte Horeb, vocem verborum audisti, imaginem nullam vidisti: observa ergo teipsum, ne forte deceptus facias tibi similitudinem vllā.* Et Isaia 40. *Cui similem fecistis Deum? Aut quam imaginē ponetis ei?* Et cap. 46. *Cui assimilastis me, & ad quas similes comparastis me, & similem fecistis? Qui confertis aurum de saculo, & argentum statera ponderastis, conducentes aurificem, vt faciat Deum.* Denique Act. 17. Paulus dicit: *Genus ergo cūm simus Dei, non est existimandum, auro vel argento, aut lapidi artis sculptura, & cogitationis hominum diuinum esse simile.*

SECUNDO, probat ex Concil. Elibertino can. 36. *Placuit in templis non haberi picturas, ne quòd colitur, ei adoratur, in parietibus depingatur.* Vbi palàm est agi de imaginib. Dei, qui solus à Christianis colitur & adoratur.

TERCIO, idem probat ex Patribus: nam Eusebius lib. 1. de preparatione Euangelica, cap. 6. & lib. 2. cap. 8. & Lactantius lib. 1. diuin. institutio. cap. 15. scribunt, omnes quorum simulacra videmus, fuisse homines mortales: ergo nullum erat simulacrum veri Dei immortalis. Item Augustinus de fide, & simbolo, cap. 7. dicit, nefas esse Deo simulacra collocare. Praeterea idem Augustinus lib. 4. de ciuit. Dei, cap. 19. & 31. refert Varonem dicentem, qui primi Deorum simulacra induxerunt, eos & timorem dempsisse, & errorem auxisse. Et lib. 6. c. 10. refert Senecā querimoniam, qui dolebat, inuisibiles Deos in materia vilissima, atque ignobili dedicari.

POTERAT addere etiam Originem lib. 7. contra Celsum, in fine, & Ioan. Damascenum lib. 4. de fide, cap. 17. qui docent, Christianos nullam Dei imaginem habere, vt pote incorporei, & inuisibilis, Denique Patres VII. Synodi Act. 4. 5. & 6. qui dicunt, Christum rectē pingi, quia est homo: Deum autem pingi non posse.

QUARTO, probat ex periculo erroris: nam licet sanctus Gregorius scripserit, imagines esse libros idiotarum, tamen è contrario scriptura vocat imaginem ligneam, doctrinam vanitatis, Hierem. 10. & cōstatile, doctorem mendacij, Habac. 2. *Itaque*, inquit Caluinus, *si Gregorius in schola spiritus edoctus fuisset, nunquam dixisset imagines librum idiotarum esse.*

QUINTO, ratione, quia non videtur posse fieri veram imaginem corpoream rei incorporeae. Adde etiam quòd imagines sunt rerū absentium: Deus autem vbiq. que est praesens.

HAEC opinio Caluini, est etiam aliquorum Catholicorum, vt Abulenſis in cap. 4. Deuteronom. quaest. 5. Durandi in 3. distinct. 9. quaest. 2. & Peresij de traditionibus parte 3. in tractatu de imaginibus: qui docent imaginem Dei non rectē fieri, & ab Ecclesia fortasse tolerari, non tamen probari.

Ergo dico tria: Primò, non esse tam certū in Ecclesia,

an sint faciendae imagines Dei, siue Trinitatis, quàm Christi, & sanctorum: hoc enim consentitur omnes Catholicis, & ad fidem pertinet, illud est in opinione. Secundò, miram esse Caluini fraudem, & astutiam, qui posteaquam probauit non esse faciendas imagines Dei, ita digreditur ad amplificationes, & triumphum canit, quasi probasset, non licere colere, vel facere vllam imaginem. Tertio dico, licere pingere etiam imaginem Dei Patris in forma hominis senis: & Spiritus sancti in forma columbae: vt Caietanus docet in 3. par. quaest. 25. artic. 1. Ambrosius Catharinus in lib. de cultu imaginum. Dieghus Payua libro vltimo contra Kemnitium. Nicolaus Sanderus in suo opere de cultu imaginum. Thomas Vvaldenſis tomo 3. tit. 19. cap. 155. Id verò ita probamus.

PRIMò, Angeli sunt incorporei, & tamen depicti & sculpti sunt in Testamento veteri, Exod. 25. 3. Reg. 6. quare, Deus etiam licet incorporeus pingi poterit.

CALVINVS respondet id factum esse ad pedagogiam veteris legis, nunc autem praeteriisse saeculum illud puerile.

AT nos non quarimus quorsum facta sint, sed tantum disputamus pingi posse rem incorpoream: & sicut ad pedagogiam populi pinguntur Angeli, cur ad pedagogiam populi non poterit pingi Deus: Nam licet praeterierit saeculum illud, quod puerile dici poterat respectu nostri, tamen & nostrum puerile dici potest respectu futuri saeculi in caelo.

SECUNDO, Deus visus est corporea specie: nam Adā apparuit tanquam homo deambulans in Paradiso ad auram post meridiem. Genes. 3. Iacob vidit Deum. *in iuxta summitati scala*, & proinde forma corporea, Genes. 28. Moyſes vidit postiora Dei, id est, terga & humeros, Exod. 33. Isaia. c. 6. & Micheas. 3. Reg. vlt. viderunt Dominum sedentem in folio ad formā hominis Regis, & Amos cap. 9. vidit Dominum stantem super altare. Denique Daniel cap. 7. vidit eum sedentem in throno, & describit caput, & capillos eius canos, & vestimenta eius alba. Spiritus sanctus apparuit in forma columbae, Matth. 3. Denique Angeli apparuerunt frequentissimè in forma humana, Genes. 18. & 19. & in lib. Tobias. Vili sunt etiam cum aliis, vt Isaia 6. & Dan. 9. & in stola candida, Matth. vlt. & Luc. vlt. Ioan. 20. Quid ergo prohibet sic pingi?

RESPONDET Caluinus, quod Deus interdum se ostendit in humana forma, fuisse praesidium incarnationis, columbam autem subito euauisse, vt indicaret Spiritum sanctum inuisibilem esse. Sed quorsum haec? Non enim quarimus ad quem finem, vel quam diu Deus apparuerit in forma corporea, sed contendimus posse Deum pingi in ea forma, in qua seipsum demonstrauit. Et praeterea non est verum, apparitionem Dei in forma humana semper fuisse praesidium incarnationis: nam interdum apparuit Deus Pater, vel Spiritus sanctus, qui tamen incarnandi non erant.

B. Augustinus lib. 2. Trinit. cap. 11. existimat, in illis tribus viris, qui apparuerunt Abraham: Genes. 18. apparuisse tres personas Trinitatis: & lib. eodem cap. vltimo conuincit, Patris personam visam esse in forma humana, ex Daniele cap. 7. ibi enim legitimus visum esse antiquum *diurnum in throno, qui filio hominis*, id est, Christo, regnum tradebat: & tamen nec tota Trinitas, nec Deus Pater incarnandus erat.

TERCIO, Scriptura verbis tribuit Deo omnia membra humana, dum enim dicit stare, sedere, ambulare: nominat eius caput, pedes, brachia: tribuit illi sedem, thronum, scabellum, &c. Cur ergo non poterit pictura exhiberi, qualis depingitur in scriptura?

RESPONDET, Scripturam idēd sine periculo tribuere membra Deo, quia alibi eadem scriptura Deum incorporeum esse dicit. Sed cur, quāto, eadem scriptura non poterit impedire errorem picturae? Sicut enim à

scriptura discimus, membra quae tribuuntur Deo in ipsa scriptura, metaphorice esse accipienda, ita etiam ab eadem discimus membra quae tribuuntur Deo in pictura, metaphorice esse accipienda. Et idiotae, qui vident picturas, & non possunt legere scripturas, possunt ac debent à praelatis & concionatoribus institui, vt Concilium Tridentinum monet sess. 25. Alioqui fateor non sine periculo exhiberi imperitis eiusmodi picturas. Hic enim tantum defendimus, non esse in vniuersum damnandas eiusmodi imagines.

QUARTO, pinguntur ea, quae minus videntur posse pingi quàm Deus, nimirum virtutes, quae non solum spirituales, sed etiam accidentia sunt, cur ergo non poterit pingi Deus?

QUINTO, homo est vera imago Dei, sed hominis potest pingi imago, ergo & Dei: nam quae est imago imaginis, est etiam exemplaris: quae enim sunt similia vni tertio, sunt etiam inter se similia.

DICENT, hominem non esse imaginem Dei, quia patre pingitur, id est, corporis, sed qua parte non potest pingi, id est, animo.

RESPONDEO, si ita esset, sequeretur, hominem non posse depingi: nam homo non est homo ratione figurae, & colorum, quae sola exprimuntur in imagine, sed est homo ratione substantiae, & praecipue ratione animae, quae pingi non possunt. Dicitur tamen homo verè & proprie depingi, quia figura & colores imaginis non solum figuram & colores hominis representant, sed ipsum totum hominem: alioqui nunquam fieret, vt res depicta, videretur res ipsa vera: quod tamen accidit visis, quas pinxerat Zeuxis, ad quas carpendas auiculae accurrebant, teste Plinio lib. 35.

ITA igitur licet homo sit ad imaginem Dei ratione intellectus, & voluntatis: tamen ipse totus homo intelligens & volens, rectè dicitur, & est imago Dei: nam Genes. 1. non ait Deus, *Faciamus animam, sed: faciamus hominem ad imaginem Dei*, & cum Imperator quidam sauceret in eos qui confregerant imaginem vxoris suae, dixit illi sanctus Macedonius (vt Theodoretus refert in historia religiosa, cap. 43.) eum malè agere, quòd pro imaginibus suis, Dei occidat imagines. Et tamen Imperator non animas, sed homines occidebat. Si autem ipse totus homo est imago Dei, & totus homo verè pingitur: ergo imago Dei verè pingitur.

ILLVD tamen verum est, quòd sicut homo est imago Dei valde imperfecta, obscura, & dissimilis: ita etiam homo pictus est imago Dei valde imperfecta, obscura & dissimilis.

VLTIMO probatur ex vsu Ecclesia. Iam enim recepta sunt ferè vbiq. eiusmodi imagines: neque credibile est Ecclesiam toleraturam vniuersaliter aliquid illicitum. Adde quòd Concilium VII. act. 5. approbat imaginem Spiritus sancti in forma columbae, & Concilium Tridentinum sess. 25. admittit imagines Dei praecipue in picturis historiarum.

PRO solutione argumentorum obseruandum est tribus modis posse aliquid pingi. Vno modo ad exprimentam perfectam similitudinem formae, & naturae rei ipsius: & hoc modo res corporeae solum pinguntur, quae lineamentis: & coloribus praeditae sunt. Et si quis hac ratione Deum pingere tentaret, is verum idolum constitueret.

ALTERO modo ad historiam aliquam oculis exhibendam: quomodo si quis pingere vellet expulsionem Adami de Paradiso, pingere deberet Deum in forma hominis ambulantem, & Adamum atque Euam nudos inter arbores se occultentes: ac demum Angelum in forma humana gladium gestantem, & Adamum cum coniuge expellentem. Qui autem ita pingeret, non vellet certè representare Dei vel Angeli naturam, sed solum exhibere oculis per picturam, id quod auribus exhiberet alius re-

citando scripturam:& hoc modo potest Deus pingi.
 TERTIO, potest aliquid pingi extra historiam ad explicandam naturam rei, non per immediatam & propriam similitudinem, sed per analogiam, siue metaphoricam mysticamque significationes. Quemadmodum pingimus Angelos, iuvenes, alatos, formosos, nudis pedibus, &c. ad significandum eos semper viribus pollere, celeritate moveri, splendore gratia, & virtutum prados, &c. quae vide apud Dionysium, cap. vlt. caelestis hierarch. Hoc etiam modo pinguntur virtutes: Et ipse homo, imago Dei, est huius generis tertius: non enim est inter homines, & Deum alia similitudo, quam analogica: hoc modo pingimus Deum Patrem, cum eam extra historiam pingimus humana forma.

Hoc modo pingimus Christum in forma ouis, & Evangelistas representamus per aquilam, leonem, bouem, & hominem, & Spiritum sanctum in forma columbae, aut linguarum ignis. Vbi tamen notandum, non debere eiusmodi imagines multiplicari, nec tolerandum esse, quod pictores audent ex capite suo confingere imagines Trinitatis: ut cum pingunt vnum hominem cum tribus faciebus, vel vnum hominem cum duobus capitibus, & in medio eorum columbam: ista enim monstra quaedam videntur, & magis offendunt deformitate sua, quam inueniunt similitudine. Vnde etiam ministri Hungarici in suo opere contra Trinitatem lib. I. cap. 4. collegerunt multas formas imaginum Trinitatis, & eas tamquam monstra quaedam accuratè depicta ridenda proponunt: easque vocant Cerberos, Geryones, Ianos trifrontes, monstra, & idola: quibus certè occasionem blasphemandi pictores nostri dederunt.

PRÆTEREA notandum est, errare Bartholomæum Garanzam, qui in summa Conciliorum dicit, can. 82. VI. Synodi prohiberi imaginē Christi in forma agni, & Spiritus sancti in forma columbae. At Concilium non prohibet istas imagines, sed anteponebat tantum istas imagines Christi in forma humana. Vnde in VII. Synodo, act. 2. legitur epistola Adriani ad Tharsium, in qua laudata dicitur in VI. Synodo imago Christi in forma agni: idem dicit Elias in VII. Synodo, act. 4. idem Epiphanius in VII. Synodo, act. 6. & præterea in VII. Synodo, act. 5. approbatur imago Spiritus sancti in forma columbae.

PRÆTEREA ratio Bartholomæi contra ipsam videtur concludere: dicit enim prohibitas esse has imagines, quia præsentate veritate cessare debent figurae: At istae imagines non fuerunt in vtu in Testamento veteri, sed coeperunt post Christi aduentum. Imago enim agni sumptit occasionem ex illis verbis Ioannis: *Ecce agnus Dei*: Imago autem columbae ex illa columba quae apparuit super Christum Matth. 3. Occasionem errandi videtur iste auctor accepisse ex ipso canone, qui non integrè habetur in illa Synodo: sed corrigendus est error ex VII. Synodo, ubi sapius iste ipse canon integer adducitur.

Ex his ad argumenta aduersariorum facile poterit responderi. Ad primum potest vno verbo dici, in omnibus scripturis citatis prohiberi imaginem Dei primi generis. Existimo tamen Exodi 20. cum dicitur: *Deos aureos, & Deos argenteos non faciatis mecum*: & similiter Isaia 40. & 46. sibi Deus conqueritur, dicens: *Cui assimilastis me?* ad litteram non agi de imagine facta ad representandum Deum verum: nec enim tales à Iudæis fiebant, sed de quibuscunque simulacris, quae haberentur pro Diis. Vult enim Deus dicere, si vobis simulacrum ligneum est Deus, cum ego etiam sim Deus, sequitur, me similem esse Deo ligneo secundum vos: nam Deus Deo non potest non esse similis.

Ad secundum dico, si Concilium illud loquitur de imagine folius Dei (vt vult Caluinus) nullam esse difficultatem: nam intelligimus Concilium de imagine Dei primi generis. At si loquatur Concilium de omnibus

A imaginibus, etiam sanctorum, est maior difficultas, de qua infra, cap. 9. eiusdem libri.

Ad tertium, Eusebius, & Lactantius loquuntur de idolis Gentium: volunt enim ostendere, Deos Gentilium fuisse homines, & probant, quia omnia idola Gentium sunt statuae hominum, quorum etiam sepulchra ostenduntur. Augustinus de fide, & simbolo, loquitur de imagine Dei primi generis. Varro apud Augustinum rectè dicit, eos, qui simulacra Deorum induxerunt, metum dempsisse, & errorem auxisse: nam quidam propterea crederent ipsa simulacra esse Deos, & videtes ea nec aliis, nec sibi prodesse posse, vel obesse, caeperunt Deos continere.

At si non Deos simulacra, sed imagines Deorum esse credidissent, & imagines non proprias, sed analogicas, nec metum amississent, nec errorem inuenissent: quemadmodum non minuit metus Principum, nec error vllus oritur per imagines eorundem, quas videmus quotidie. Seneca apud eundem Augustinum conqueritur, simulacra Diis poni propter eundem errorem, quia putabantur ipsa simulacra Diis, vel certè Diis simulacris illis similes iudicabantur. Origenes, & Damascenus, & Patres Nicæni loquuntur de imagine Dei primi generis.

Ad quartum dico primò, à Caluino iniuria reprehendi B. Gregorium: nam beatus Gregorius cum ait picturas libros esse idiotarum, non agit de imagine Dei, sed de imaginibus sanctorum, ac potissimum de historicis depictis, quibus mysteria redemptionis continentur. Prophetæ autem, quos opponit Caluinus Gregorio, cum dicunt, lignum esse doctorem vanitatis, vel mendacij, de simulacris falsorum Deorum, non de veris sanctorum imaginibus loquuntur.

Dico secundò, idola quidem esse doctores mendacij, quia volunt videri Diis: vel certè vt dentur referre Deorum effigiem, cum verè non referant. At imago Dei, & Trinitatis, vt à nobis pingitur, doctor est veritatis, quia neque habetur pro Deo à nobis, neque fit, ad referendam Dei effigiem, sed ad perducendum hominem in aliquam Dei notitiam per analogicas similitudines.

Ad quintum, iam ostendimus quemadmodum pingi possit res incorporea.

Ad vltimum pingi solent absentia, quia non videntur: Deus autem licet sit praesens, tamen non videtur. Ideò pingi potest, ac si abesse. Alioquin nec oporteret orate Deum voce exteriori: voces enim sunt propter eos, qui non intuentur cogitationes: Deus autem scrutatur renes, & corda.

CAPVT IX.

Imagines in templis rectè collocari.

LETERV Caluini dictum, quod imagines non debeant poni in templis, probat ipse lib. I. in lit. cap. II. Primò, quia primis quingentis annis non fuerunt vlla imagines in templis Christianorum.

SECUNDò, quia Concilium Elibertinum cano. 36. prohibet picturas in templis fieri.

TERTIO, quia non potest imago in templo, in sublimi loco statui, quin statim erigatur signum quoddam idololatriæ. Nam, vt beatus Augustinus ait, epist. 49. *Cum in his sedibus locantur honorabili sublimitate, vt à precantibus atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animarum membrorum atque sensuum, quamuis sensu, & anima careant, afficiunt infirmos animos, vt viuere, ac spirare videantur.* Item in Psal. 113. *Hoc enim facit, & extorquet quodammodo illa figura membrorum, vt animus in corpore viuens magis arbitretur sentire corpus, quod suo simillimum videt, &c.* Et paulò post: *Plus valent simulacra ad curuandam infelicem animam, quod os, oculos, aures, pedes habent: quam ad corrigendam, quod non loquuntur, neque vident, neque audiunt, neque ambulant.* Ibidem Augustinus dicit, in templis Christianorum esse quidè vasa aurea, & argentea,



sed non talia, quae os habeant, & non loquantur. Confirmat etiam ex I. Ioan. vltimo, ubi Ioannes non dicit, vt caueant à cultu simulacrorum, sed à simulacris ipsis, quia nimirum non possunt haberi in templo, quin adorentur.

QUARTò probat, quia templa sunt instituta pro imaginibus viuus, & iconicis, atque à Deo institutis, quales sunt baptisimus, qui est imago interna sanctificationis, & gratia: & sacra Cæna, quae est imago corporis Domini: sicut ergo templa ornantur istis viuus quodammodo imaginibus, ita dehonestantur imaginibus mortuis, &c.

QUINTò probat, lib. 4. cap. 9. §. 9. ex Epiphaniò in epist. ad Ioannem Hierosolym. ubi dicit, contra scripturam auctoritatem esse, quod in Ecclesia pendeat imago hominis: & loquitur de imagine, quam ipse dicit fuisse Christi, vel sancti alicuius.

SEXTò addunt alij, quod Adrianus Imperator (teste Aelio Lampridio in vita Alexandri Imperatoris) in gratiam Christianorum templa iusserit exstrui sine simulacris.

HAEC sunt illorum argumenta, quibus tamen nihil terribi, asserimus nusquam melius, quam in templis imagines sanctorum collocari. Probat primò, quia in Testamento veteri, quando Iudæi propensissimi ad idololatriam erant, in templo fuerunt imagines Cherubim, Exodi 25. & 3. Reg. 6.

SECUNDò, probatur ex consuetudine Ecclesiae, quae fuit primis quingentis annis, vt appareat impudens Caluini mendacium. Tertullianus in libro de pudicitia ante medium bis testatur, in sacris calicibus Ecclesiae Catholicae depictum fuisse Christum in forma pastoris, ouem errantem suis humeris reportantis ad ouile: & tam erat id commune, vt Catholici, contra quos in eo libro scribit Tertullianus, inde argumentum sumerent ad probandum poenitentiam, etiam grauium delictorum, in Ecclesia concedi. At certè calices sacri in Ecclesia, & in loco maximè sacro poni solent.

SOZOMENVS lib. 5. cap. 20. & Nicephorus lib. 10. cap. 30. scribunt tempore Iuliani Apostotæ statuam Christi, quae apud Panneadem fuerat, in templum à Christianis introductam: quod certè factum est ante annum Domini D. cum ad eum annum Sozomenus non peruenit. Eusebius lib. tertio & quarto de vita Constantini, dicit in templis à Constantino exstructis in Palaestina, fuisse maximam copiam imaginum aurearum & argentearum.

NAZIANZENSIS epist. 49. ad Olympium, conqueritur: quod ciuitas Diocæsariensis euertenda esset, in qua ipse templum mirificè exornaratur, & addit: *Neque enim si statua deiciantur, hoc nos excruciat, quam si alioqui excruciat, verum, &c.*

DAMASVS in vita Syluestri scribit, Constantinum in loco, ubi fuerat baptizatus, posuisse agnum ex auro purissimo, ad dexteram agni statuam argenteam Saluatoris: ad laeuam autem, statuam argenteam Ioannis Baptistæ, in Ecclesia autem ipsa Lateranensi posuisse imagines argenteas Saluatori, Apostolis duodecim, & Angelis quatuor.

IN VII. Synodo, act. 6. refertur, quemadmodum discipuli S. Epiphaniij, templum Epiphaniò erexerunt, & imaginem eiusdem in eo posuerunt.

BASILIVS oratione in sanctum Barlaam in fine, in ipsa concione ostendit imaginem sancti Barlaam alicubi in templo depictam, & ait, gaudere se, quod melius pictores expresserint manum eius pro Christo combustam, quam ipse oratione descriperit. *Abeo, inquit, foritur Martyris factorum pictura à vobis superatus. Gaudeo tali vestra fortitudinis victoria hodie victus. Video manus ad ignem, luctum exactius à vobis descriptam. Video luctorem in vestra imagine illustris depictum.*

GREGORIUS Nyssenus oratione in Theodorum,

A initio: *Obletatur, inquit, dum adcm, vt templum Dei, & magnitudine structura, & adiecti ornatus decore splendido elaboratum intuetur, ubi & faber in animalium figuram lignum formauit, & pictor induxit etiam flores artis in imagine depictos, foria facta Martyris, repugnantis, cruciatus, efferatas & immanes tyranorum formas, impetus violentos, flammam illam fornacem, beatissimam conuersionem athletæ, certaminum praesidis Christi humane formae effigiem: omnia nobis tanquam in libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat, coloribus artificiosè depingens, certamina atque labores Martyris nobis expressit, ac tamquam pratum amenum & floridum, templi ornauit. Solec enim etiam pictura tacens in pariete loqui, maximèque prodesse.*

IN Millia Chrysolomi, quam Erasmus Latinam fecit, sic habetur: *Sacerdos egreditur à paruo ostio portans Euangelium, procedente ministro cum lucerna, & conuersus ad Christi imaginem inter duo ostia inflexo capite cum exclamatione dicit, &c.*

EVDIVS lib. 2. de miraculis sancti Stephani scribit, in Ecclesia, ubi reliquiae S. Stephani seruabantur, fuisse quoque imaginem eiusdem Martyris depictam, ad quam visenda frequentes homines concurrere soliti erant.

PRUDENTIVS in hymno de S. Casiano scribit, se in templo S. Casiani vidisse super altare eius imaginem. *Erexi ad calum faciem, stetit obuia contra,*

Fucis colorum picta imago Martyris: Plagas mille gerens, totos lacerata per artus, Ruptam minutis praefrens punctis cutem. Item de sancto Hippolyto. *Picta super tumulum species liquidis riget umbris, Effigians trahi membra cruenta viri.*

PAVLINVS epist. 12. ad Seuerum conqueritur, quod se vnà cum sancto Martino in templo depingi curauerat & rogat, vt saltem ista carmina adscribi iubeat.

Adstat Martinus perfecta regula vita, Paulinus veniam quo mereare docet. Hunc peccatores, illum spectare beati, Exemplar sanctis ille sit, iste reis. ET natali 10. sancti Felicis, inquit; *Sanctusque seramur in aula.*

MIREMURQUE sacras, veterum monumenta figuras, &c. NICEPHORVS lib. 14. c. 2. scribit Pulcheriam Augustam posuisse in templo quod Constantinopoli ipsa extruxerat, imaginem beatæ Mariæ, quam è Hierosolymis ad eam miserat Eudoxia.

VALENTINIANVS iunior admonitus à Sixto Papa (vt in vita Sixti scribunt Anastasius, qui suppleuit pontificale Damasi, Platina, & alij) posuit in Ecclesia sancti Petri supra tumulum, id est, super altare beati Petri, imaginem auream Saluatoris, gemmis pretiosissimis ornatam, & duodecim Apostolorum imagines item aureas.

B. Augustinus. lib. 1. de consensu Euangelistarum, cap. 10. testatur multis in locis suo tempore cerni potuisse Christum depictum inter Apostolos Petrum & Paulum: & idem dicit de historia Abrahamæ mactare volentis filium, lib. 22. contra Faustum cap. 73. Non est autem credibile Augustinum loqui de priuatis domibus, ad quas non omnibus patet aditus, sed de publicis locis, & locis non profanis, sed sacris. nam B. Gregorius lib. 9. epist. 9. dicit in locis venerabilibus, non sine ratione depictas imagines Sanctorum fuisse ab antiquis, ubi nomine antiquorum non potest intelligere homines sui seculi, sed superiorum: floruit autem ipse post annum D. Ergo loquitur de Patribus, qui ante annum D. floquerunt.

DENIQUE Adrianus primus in libro pro imaginibus, qui habetur post VII. Synodum circa finem, refert Syluestrum, Damasum, Caestinum, Sixtum, Leonem, Ioannem, & Pelagium, Pontifices templa picturis exornasse, qui tamen omnes ante annum Domini D. sederunt. Vides igitur, quàm egregiè mentiar Caluinus,

cum ait, inquit lib. 1. cap. 12. §. 13. in templis Christianorum non fuisse imagines primis D. annis.

TERTIO, probatur ex quatuor Conciliis duobus Orientalibus, & duobus Occidentalibus. In Oriente celebrata est VII. Synodus tota pro hac re. Item in VIII. Synodo, can. 3. renouantur decreta septima Synodi. In Occidente celebratum est Concilium Romanum sub Gregorio III. quod quidem nationale fuit, sed concurrerunt ad id Concilium ferè mille Episcopi. In eo Concilio damnata est hæresis Iconomachorum, imagines è templis deturbantium sub ipsi initiis huius contentionis. vide Siebertum in Chronico anni DCC. XXXIII. Celebratum est etiam Concilium tempore Stephani, & Caroli Magni pro eadem re, vt testatur Adrianus primus, qui Stephano successit in libro pro imaginibus ad Carolum.

QUARTO probatur ratione, nam signa sacra nusquam melius, quam in sacris locis poni possunt. Deinde nullum est ornamentum templorum melius, quam sacramentum imaginum, quia imagines simul templum ornant, & continent mentes hominum, ne vagentur inanibus cogitationibus. Præterea templum est imago quædam cæli: nam Apostolus Hebr. 9. comparat tabernaculum Moisaicum cum cælo: & Chrysostomus hom. 36. in priorem ad Corinthios dicit, templum Christianorum esse quasi regiam cæli, siue terrestre quoddam cælum. Sicut ergo templum est imago cæli, ita decet, vt in ipso templo sint imagines eorum qui in cælo sunt, id est, Christi & Sanctorum. Denique vbi melius ponentur imagines Sanctorum, quam in domibus ipsorum, id est, in basilicis Sanctorum, vbi reliquæ ipsorum quiescunt?

Ad primum argumentum patet solutio: non enim illud argumentum, sed mendacium fuit.

Ad secundum Payua respondet, Concilium Elibertinum solum prohibere imaginem Dei, quæ pingitur ad ipsius Dei effigiem representandam. Sed non videtur satisfacere, tum quia Concilium loquitur in genere de picturis, tum etiam quia non erant in vsu eo tempore, immo nec vnquam fuerunt in Ecclesia tales imagines quæ sunt vera idola, vt ostendimus supra testimonio Origenis, Augustini, & Damasceni: Concilium autem loquitur de eo, quod fieri solebat, & interdicit ne deinceps fiat.

NICOLAUS Sanderus lib. 2. de cultu imaginum, cap. 4. respondet, Concilium illud prohibuisse imagines in templis, quia tempus & locus id requirebat: tunc enim periculum erat, ne Gentiles existimarent, nostros adorare ligna, & lapides, ac denique periculum erat, ne in persecutionibus fuissent imagines contumelia affectæ à persequutoribus. Hac solutio bona est.

NEQUE obstat quòd quidam dicunt, hoc concilium celebratum fuisse post Concilium Nicænum, & proinde non fuisse periculum persecutionum: nam reuera Concilium hoc celebratum fuit ante Nicænum, cum adhuc durarent persecutiones, vt patet ex can. 25. vbi agitur de iis, qui adferebant literas à Confessoribus. Solebant enim ii, qui in persecutione confitebantur fidem, postea dare literas commendatitias pro lapsis ad Episcopos. Et in toto ferè Concilio agitur de iis, qui labuntur ad idololatriam. Fateor tamen rationem illam canonis, (Ne id quod adoratur & colitur, in parietibus depingatur) non multum quadrare huic expositioni.

ALANVS Copus in Dialogis lib. 5. cap. 16. dicit, hic prohiberi imagines, quia ab illis Christianis adorari cœperant tanquam Dijs, & hunc esse sensum, placuit in Ecclesia non esse picturas, ne aliquid in parietibus existens adoraretur & colatur, vt Deus. In quem sensum accepit istum canonem B. Ivo in suis decretis, par. 3. cap. 40. sed huic etiam expositioni ratio canonis non omnino quadrat: nam debuisset dici potius, ne id quod pingitur, adoraretur: quam ne id quod adoratur, pingatur.

A ALII ergo dicunt tantum prohiberi, ne imagines depingantur in parietibus Ecclesiæ, non autem ne depictæ in tabellis aut velis in Ecclesia habeantur: & rationem esse volunt propter honorem imaginum, quia in parietibus facillimè corrumpuntur, vel humore partietum, vel situ, vel alia ratione: quæ ratione fuit olim prohibitum etiam, ne crux in pauimentis sculperetur, ne videlicet conculcicaretur, & tum hic erit sensus: Placuit picturas in Ecclesia, id est, in ipsa fabrica siue muris Ecclesiæ esse non debere, ne id, quod adoratur & colitur, in parietibus depingatur, id est, ne contingat rem sacram & venerabilem, quales sunt sanctæ imagines, in parietibus esse, vbi facillimè corrumpuntur. huic expositioni aptissimè conuenit ratio canonis.

ADDE postremò, quidquid Concilium statuerit, magis illud Concilium esse pro nobis, quam contra nos: nam contra nos tantum esse potest Concilium XIX. Episcoporum, quod prouinciale fuit, & minimè confirmatum, & in aliis decretis videtur errasse, præsertim cum in plurimis casibus, ne in articulo quidem mortis velit absolui penitentem. Pro nobis autem facit, quòd hinc aperte colligitur, eo tempore fuisse imagines in templis, non enim diceret Concilium, Placuit picturas in Ecclesia esse non debere, nisi iam esse cœpissent. Præterea hinc habemus, vel ipsas imagines, vel certè sanctos, quorum sunt imagines, coli & adorari: id enim significat illud: Ne id quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur. Adde quòd hoc ipsum Concilium can. 26. indicit ieiunium omni Sabbatho, & cano. 33. prohibet vsum vxorum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, quorù vtrumque execrantur, aduersarij nostri.

AD tertium dico, Augustinum loqui de simulacris præsupposito errore Gentilium. Vult enim Augustinus dicere quando quis putat simulacrum esse Deum, & accedit, vt adoret & inuocet ipsum simulacrum, mirabiliter confirmatur, & fouetur in errore, ab ipsa membrorum humanorum similitudine. Ita eum esse intelligendum, probo ex verbis eius: nam in epist. 49. q. 3. ait: Cum his sedibus collocantur honorabili sublimitate, vt à peccantibus, atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animarum membrorum atque sensuum: &c. Vbi nota illud: vt à peccantibus attendantur. Et quod ibidem addit: Accedente præsertim veneratione multorum, &c. Experientia enim docet imagines, quæ non habentur pro Dijs, neminem licet rudissimum ita decipere, vt putentur viuere & spirare.

AD illud de vasis Ecclesiæ aureis dico, Augustinum voluisse ostendere simulacra Gentilium continere homines in errore, non ratione materia, quia pretiosa sunt, sed ratione figura, quia figuram habent nostræ similes: id autem ostendit Augustinus dupliciter. Primò, quia multi dorsum conuertunt ad Solem, & interim supplicat simulacro Solis: non quia Sol non sit longè nobilior, sed quia figura illa Solis globosa, non tam facile persuatet Solem viuere & sentire, quemadmodum figura simulacri, quæ est nostræ similis.

SECUNDO, quia Catholici etiam habent in locis sacris vasa ex materia pretiosa, & tamen quia deest figura humana, ne Gentiles quidem putarent ea vasa viuere vel spirare.

DICIS, si calices non putantur viuere, quia carent humana forma, ergo imagines quæ habent humanam formam, si in templo sint, putabuntur viuere.

RESPONDEO, Augustinus non dicit, imagines humanæ formæ putari viuere: sed si putentur, putari propter formam, non propter materiam. Non ergo Augustinus dicit, imagines in Ecclesia non fuisse, sed solum formam humanam simulacrorum, multum valere ad fouendum errorem in iis qui simulacra pro Dijs colunt. Ad confirmationem dico, Ioannem loqui de idolis. Sic enim

concedit hoc ad id quod dicitur

est in Græco: *ἡ εἰκὼν ἐστὶν ἀπὸ τῶν ἰδῶλων*, ex quo textu Latinum interpretari textum licet.

AD quartum, dico, primò, Caluinus rectè imitari suos maiores: nam etiam antiqui Iconomachi dicebant, nolle se imagines istas mortuas, sed sufficere sibi Eucharistiam, quæ est imago corporis Domini, quibus Catholici responderunt in VII. Synodo, act. 6. tomo 3. Eucharistiam non debere vocari imaginem, vel figuram corporis Domini, cum ipsum Domini corpus reuera sit.

SECUNDO dico, imagines viuas & mortuas non esse inter se contrarias, sed alias iuari ab alijs, vt ostendimus. Denique imagines Sanctorum non rectè vocari mortuas. Imaginis enim vita est representatio: illa ergo sunt mortuæ, quæ nihil representant.

AD quintum, Thomas Vvaldensis tom. 3. tit. 19. c. 157. dicit Epiphanium propter hæresim Anthropomorphitarum tunc vigentem hoc fecisse. Alij dicunt, Epiphanium loqui de imagine hominis profani, quæ ibi honorabatur instar imaginum Christi & Sanctorum: ita respondet Marianus Victorius in annotatione ad hanc Epistolam. communior & verior solutio est verba illa esse supposititia, quod patet primò, quia post finem epistolæ ista adiecta sunt; epistola enim planè finita erat vt apparebit legenti.

SECUNDO, quia hæretici Iconomachi non obiecerunt hunc locum Catholicis, cum tamen obiecerint omnia dicta Patrum, quæ vllum colorem habere poterant, vt patet ex 7. Syn. act. 6. Tertio, quia Epiphani. Diaconus in VII. Synodo, act. 6. conuincit duo alia similia loca Epiphanijs scriptis fuisse inserta ab hæreticis.

QUARTO, quia vt ibidem dicitur, discipuli Epiphani in eius templo imaginem eius posuerunt, quod certè non fecissent, si eorum præceptor dixisset, id esse contra Scripturæ auctoritatem.

QUINTO, quia tempore Epiphanijs Basilij, Nysseni, & alij viuiebant, qui imagines in templis laudabant.

SEXTO, quia sententia illa, esse contra Scripturæ auctoritatem pendere in templo imaginem hominis, indigna esset Epiphanio, viro doctissimo, cum sit ineptissima: nusquam enim id legitur prohibitum, immò contrarium legitur, vt patet de imaginibus Cherubim in forma humana, quæ erant in templo Salomonis.

SEPTIMO, quia Gregorius lib. 9. epist. 9. dicit nullum vnquam Episcoporum ante Serenum Malsiliensem fregisse imaginem Christi, vel Sanctorum.

OCTAVO, quia B. Hieron. in epist. ad Pammachium, contra Ioannem Hierosolymitanum, totam ferè hanc epistolam Epiphanijs à se Latinam factam recitat, & tamè non meminit huius veli. Nonò, quia nec stylius conuenit.

AD illud de Adriani templis sine simulacris, dico, Adrianus iussisse fieri templa sine simulacris Gètilium, Christiani enim nolebant orare in templis Gètilium, quia plena erant idolis. Idèò Adrianus iussit eis fieri templa sine eiusmodi idolis. Vnde idem Lampridius ea simulacra ibidem appellat numina: numina autem non vocantur imagines, nisi proponantur adoranda pro Dijs.

CAPVT X.

Imagines vtilis esse etiam extra historiam.

OSTREMVM Caluini dictum, quod imagines sine notatione historia, non sint vtilis, est manifestè falsum: nam ipse non probat vllò argumento non esse vtilis, & nos probare possumus esse vtilis pluribus modis. Primò, quia Deus in templo suo iussit fieri imagines Cherubin, sine vlla historia notatione, Exod. 25. & certè non sine causa.

SECUNDO, quia semper Christiani habuerunt imagines, etiam solitarias, & extra historias, cum tamen primi Christiani non ducerentur sola delectatione. Tempore Christi tres imagines factæ leguntur. Prima est, quam Christus ipse linteo faciei suæ admoto fecit, & Regi Abagaro misit. Id enim refert Euagrius lib. 4. cap. 26. & Me-

taphraustes in vita Constantini Magni, & Damascenus li. 1. de imaginibus: & hanc non esse fabulam testatur ingens miraculum factum Edessa per hanc imaginem, vt ibidem scribit Euagrius. Testatur etiam dies festus, qui agebatur Constantinopoli, in die translationis huius imaginis ex Ecclesia Constantinopolim.

SECUNDA est, quam apud Paneadem mulier liberata à fluxu sanguinis Christo erexit, quam quidem & Christus & Apostoli saepe viderunt: testis est Eusebius lib. 7. hist. cap. 14. qui eam se vidisse asserit. meminit eiusdem Sozomenus lib. 5. cap. 20. Damascenus lib. 1. de imaginibus, & Theophylactus in cap. 9. Matthæi.

TERTIA est, quam dicitur Nicodemus fecisse, & quæ à ludæis per ludibrium crucifixæ, innumerabilibus miraculis claruit. Refert hoc Athanasius in libello de passione imaginis Domini, cap. 4. Et quanquam dubium esse possit, an sit hoc opus Magni Athanasij: tamè certum est esse antiquissimi auctoris, quando quidem citatur tanquam antiquissima historia in VII. Synodo, act. 4.

PRÆTER has Christi imagines, extant etiam B. Virginis, quas B. Lucas pinxisse dicitur, quarum meminit Theodorus Lectos, qui ante mille annos floruit, lib. 10. collectaneorum: Nicephorus lib. 14. hist. c. 2. & Simeon Metaphraustes in vita S. Lucae Tertul. lib. de pud. meminit imaginis Christi, in forma pastoris ouem ferentis in humeris suis depictæ in sacris calicibus, vt supra diximus. Ælius Lampridius in vita Alexandri Seueri, refert Alexandrum Imperatorem in suo larario imagines Christi & Abrahæ habuisse. At certè credibile est, eum à Christianis didicisse, quemadmodum Christus pingi deberet, Eusebius lib. 7. hist. c. 14. dicit, passim consueuisse pingi imagines Apostolorum, & se multas antiquissimas vidisse. Ambr. in ep. de inuentione SS. Geruasij & Prothasij quæ apud Surium extat, dicit se cognouisse eum, qui sibi apparuerat, fuisse B. Paulum, ex imagine picta, quam apud se habebat.

CHRYSOSTOMVS oratione in sanctum Meletium, dicit Meletij imagines adèò celebres fuisse, vt etiam in annulis, in poculis, in phialis, in thalami parietibus, atque vbique alibi conspicerentur. Similiter Theodoretus in historia religiosa, in vita Simeonis Stylitæ dicit, Romæ in omnibus officinis pro foribus pendere consueuisse imagines S. Simeonis.

AVGVSTINI tempore frequentissimas imagines fuisse colligitur ex lib. 1. de consensu Euang. c. 10. vbi dicit, passim inueniri imagines Christi inter Petrus & Paulum depicti. Multa alia testimonia Athanasij, Basilij, Nazianzeni, Nysseni, Chrysostomi, Cyrilli Hierosolymitani & Cyrilli Alexandrini, & aliorum multorum Patrum, vnde in VII. Synodo, act. 4. & lib. 3. Damasceni in Apologetico in fine. Adde etiam præter ista, omnia illa quæ paulò antè nos attulimus, ad probandum imagines fuisse in templis primis quingentis annis.

TERTIO, probatur ab vtilitatibus. Prima est instructio & eruditio: melius enim interdum docet pictura, quam Scriptura, cuius vtilitatis meminit sanctus Gregorius Nyssenus, oratione in Theodorum, & sanctus Gregorius Papa lib. 7. epist. 109. & lib. 9. epist. 9.

DICIS, historia quidem depictæ instrunt, at non imagines solitariae.

RESPONDEO, etiam solitarias imagines, vt à Christianis pinguntur, semper continere quasi per compendium aliquam historiam: nam cum pingitur Christus, semper pingitur vel in forma pueri in sinu matris, vel in forma viri alligati ad columnam, vel in cruce pendens, vel resurgens è tumulo, vel ascendens in cælum, &c. Sic etiam sancti semper cum insigni virtutis, vel passionis, vel potestatis pinguntur: Petrus cum clauibus, Laurentius cum craticula, Andreas cum cruce, &c. Martyres omnes cum palma, sancti omnes cum diademate, ex quibus

signis seu instrumentis docemur quasi per compendium, quid illi quos veneramur egerint, quidve passi sint.

S E C V N D O, viles sunt imagines, quamuis solitariae, ad charitatem erga Deum & sanctos fouendam, & augendam. Qui enim diligit, libenter inspicit imaginem absentis amici, & inspiciendo magis inardescit. Hinc Severus Sulpitius, quia vehementissimè sanctum Paulinum diligebat, nec tamen poterat apud eum semper esse, rogauit eum per literas, vt imaginem suam ad viuam expressam ad se mitteret: cui modestissimè se excusans, respondit Paulinus epist. 8. ad Severum, se nondum habere perfectam imaginem secundi Adami, sed gerere adhuc primi Adami effigiem, & idèd nolle mittere. Gregorius quoque libro 7. epistola 53. mittens Secundino imaginem Saluatoris, dicit, se scire eum imaginem cupere, vt in amore ipsius Domini recalesceret.

T E R T I A vilitas est excitatio ad imitandum. Explicatur prolixè hæc vilitas in VII. Synodo, actione 6. extrema, de eadem loquitur Basilius oratione in quadraginta Martyres. Norum est apud Terentium in Eunuchio, quam vehementer iuuenem quendam conspecta tabella, in qua pictus erat Iupiter, stuprum inferens Danae, ad simile flagitium perpetrandum prouocauit. Contra vero Nazianzenus in carmine de virtute, quod citatur in VII. Synodo, actione 4. dicit impudicam mulierem, cum ad quendam euocata veniret, in ipso limine cõspexisse imaginem Polemonis continentissimi hominis, & inde cõsumam erubuisse, & penitentia ductam rediisse domum suam.

Q U A R T O, viles sunt imagines, quia conferunt in nobis memoriam Christi, & sanctorum, & simul in angustis doceant, nos habere patronos: quos inuocemus. Hinc Theodoretus in vita Simeonis Stylitæ, dicit Romæ frequentissimas fuisse imagines sancti Simeonis, vt ea ratione sibi tutelam & præsidium multi pararent.

Q U I N T A vilitas est confessio fidei: dum enim diligimus & honoramus imagines sanctorum, testamur nobis placere eorum fidem & doctrinam: & sanctos mores: & simul nos detestari omnem impietatem; & idololatriam contra quam ipsi vsque ad mortem pugnaverunt: & nunc præcipuè testamur, nobis non placere nouitates Lutheranorum & Caluinistarum, dum id religiosè veneramur quod illi sacrilegè destruunt.

S E X T A est honor Dei & sanctorum: nemo enim vquam dubitauit, quin erigere statuas vel imagines magnis viris ad honorem eorum pertineat. Certè Euseb. lib. 7. hist. cap. 14. hanc præcipuam fuisse causam iudicat: cur Christiani cæperint sanctorum imagines desiderare.

N E Q U E obstat, quòd ait hoc ex Gentilium consuetudine natum: non enim loquitur de aliqua Gentilium superstitione, sed naturali, & proinde bona consuetudine, quia soliti erant statuas erigere iis, quos honore dignos iudicabant, quamquam in eo postea errarent, quòd sceleratis etiam hominibus, & falsis diis eas erigebant.

CAPVT XI.

Proponitur quæstio de cultu imaginum cum argumentis aduersariorum.

D E M O N S T R A V I M U S hæc tenus imagines Christi, & sanctorum fieri atque haberi, & in templis, aliisque sacris locis collocari posse: sequitur nunc controuersia de cultu, vtrum videlicet eiusmodi imagines aliquo genere cultus prosequendæ sint. De qua controuersia Damascenus in libro de hæresibus circa finem, duas extremas hæreses adducit, vnam eorum, qui dicebant imaginibus deberi diuinos honores, quos hæreticos vocat Christianocatores, id est, Christianorum accusatores, quia propter eos accusabantur Christiani tanquam idolorum cultores. Eodem modo certum est Alexandrum Severum coluisse imagines Christi & Abraham, cum cæteris suis idolis, teste Helio Lampridio. Hæc hæresis refellitur omnibus Scripturæ testimoniis,

A quæ prohibent, ne cultum Deo proprium tribuamus creatura.

A L T E R error priori contrarius est eorum, qui nullum omnino honorem imaginibus sanctorum deferri patiuntur. Refert hunc errorem Damascenus in libro de hæresibus in fine, & est eorum omnium, quos recensimus in secundo capite disputationis, qui quidem contendunt, non esse villo modo colendas imagines, propter hæc argumenta.

P R I M O, quia Scripturæ vtriusque Testamenti seuerè interdicit cultum simulacrorum, Exod. 20. Deut. 4. Rom. 1. &c. Et quia Catholici respondent, Scripturas reprehendere cultum, qui tribuitur simulacris tanquam Diis, Caluinus lib. 1. instit. c. 11. §. 9. & 10. conatur ostendere etiam Iudæos, & Gentiles non habuisse simulacra pro Diis, sed in simulacris Deum verum coluisse: & tamen reprehendi, quia Deus non patitur cultum suum villo modo communicari cum imaginibus: & certè si Deus non debet coli in imagine, eodem modo Sancti, licet colendi essent, non essent tamen colendi in imaginibus. Quod Iudæi non habuerint simulacra pro Diis, sed Deum verum in idolo coluerint, probat Caluinus, quia Exod. 32. populus dicebat de vitulo aureo: *Isti sunt dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Vbi fatetur se in vitulo colere eum Deum, à quo fuerant liberati de Ægypto, & ibidem Aaron indicturus diem festum in honorem vituli aurei, iussit præconis voce dici: *Cras solemnitas Domini est*, vbi in Hebræo illud *Domini*, est *יהוה*, Adonai. Et Iud. 17. mulier quadam ait: *Sanctificauit & vouit Domino mille & centum argenteos, vt faciam sculptile atque conflatile.* Vbi etiam pro *Domino*, est nomen proprium Dei veri *יהוה*, Adonai.

Q U O D etiam Gentiles coluerint Deum verum in idolis, probat primo ex Augustino in Psal. 113. qui refert Gentiles respondere solitos, cum accusabantur idololatriæ, se non colere ipsa idola, sed numen quod per idolum significabatur. Item ex eo, quòd Gentiles mutabât simulacra pro arbitrio, nec tamen Deos mutabant. Item, quia vni Deo plura simulacra erigebant, nam vnum Iouem esse dicebant, & tamen innumerabilia illi simulacra dicebant. Denique quia noua idola quotidie faciebant, nec tamen dicebant, se novos Deos facere.

S E C V N D O, adducunt Concilia tria, Constantinopolitanum, sub Leone Iconomacho, teste Paulo Diacono lib. 21. Item aliud Constantinopolitanum Episcoporum CCCXXXVIII. sub Constantino Copronymo teste Paulo Diacono libro 22. rerum Romanarum, vtrumque definiuit imagines abolendas. vtriusque acta prolixè referunt Centuriatores, centuria 8. cap. 9. Tertium fuit Concilium Francofordiense, in quo reprobata fuit VII. Synodus, quæ imagines retinendas cæserat, ita referunt. Ado in Chronico anno DCCXCV. Abbas Vrpergensis in Chron. anni DCCXIII. Hincmarus Remensis libro contra Episcopum Iandunensem, cap. 20. & Ioannes Auentinus in historia seu annalibus Boiorum lib. 4. Annonius libro 4. Regino lib. 2.

P O R R O Magdeburgenses centuria 8. c. 9. in fine ex isto Concilio adducunt argumenta X. contra imagines, & soluunt argumenta 44. Nicæna Synodi, & respondent ad XI. testimonia Patrum, quæ allata, fuerant pro imaginibus à Nicæna Synodo. Sed tam argumenta, quam solutiones sunt mera nugæ: nunquam enim ea Nicæna Synodus exstitit, vt infra suo loco dicemus.

T E R T I O, adducunt libros quatuor Caroli magni contra imagines ex quibus Caluinus lib. 1. instit. cap. 11. duo deducit. Primò, Nicænum Concilium fuisse statim resutatum ab Orthodoxo Principe. Secundò, in Concilio illo Nicæno manifestam impietatem definitam, nam, vt ex libro Caroli patet, in eo Concilio definitum est, imaginibus deberi honorem sacrificiorum, & eum

cul

cultum, qui tribuitur vniuersæ Trinitati, prodiit iste liber anno M. D. XLIX. addunt centuriatores, cent. 8. c. 9. col. 645. extare alium librum adhuc acriorem contra imagines, Ludouici Pij, si tamen credere dignum est.

Q U A R T O, adducunt Patres: nam Irenæus lib. 1. cap. 24. ponit inter hæreses Carpocratis, quòd coleret imaginem Christi & Pauli. Epiphanius hæres. 79. dicit, hæreticos esse, qui imaginem beatæ Virginis circumferunt & colunt. Ambrosius de obitu Theodosij: *Inueni*, inquit, *Helena crucem Domini, Regem adorauit, non lignum vti que, quia hic Gentilis est error, sed adorauit illum, qui pependit in ligno.* Hieronymus in cap. 3. Danielis. *Cultores*, inquit, *Dei, imagines adorare non debent.* Augustinus de moribus Ecclesiæ, c. 36. *Noui*, inquit, *pietiarum adoratores.* Gregorius lib. epist. 54. & 109. & lib. 9. ep. 9. dicit imagines adorandas non esse. Alia quadam testimonia adducuntur ab Iconomachis, in VII. Synodo act. 6. & ibidem refelluntur, sed facilia sunt.

Q U I N T O, adducunt exempli Ezechia. 4. Reg. 18. qui confregit serpentem aneum, quia colam cõperat.

S E X T O, adducit Caluinus experientiam, quæ docet paulatim in cultu imaginum irrepere superstitionem, & errorem, quo putatur imagini alligata Diuinitas: nam cur alioqui vna imago Christi vel Mariæ, magis frequetatur, quam alia: cur precaturi ad imagines accedunt: cur peregrinantur aliqui magno labore ad aliquam imaginem, cum habeant domi suæ fortè meliores & pulchriores?

S E P T I M O, adducunt aliquot ratiunculas: nã imago, inquit, non est capax honoris, cum sit res inanima, & sensus ac rationis expert. Item imago non est sancta ratione ligni, aut ferri, aut marmoris, aut alterius cuiusvis materia, sed nec ratione lineamentorum, aut colorum: aut alterius rei, quæ in ipsa sit, cur igitur colitur? Denique homo, est imago Dei, & tamen non solet adorari: quantum igitur ligna, & lapides adorandi erunt, licet imaginem Dei, aut sanctorum referant?

A T Q U E hæc sunt illorum præcipua firmamenta quibus respondebitur infra capite 13. nam cæteras nugas Magdeburgensium libenter omittat: indignæ sunt enim quibus respondeatur. Christus, inquit, mortuus est pro hominibus, non pro imaginibus, ergo imagines non sunt colendæ: egregiè scilicet. Item si imagines necessarid colendæ essent, soli diuites saluarentur, qui eas emere possunt. Item Christus non dixit, qui imagines recipit, sed qui vos recipit, me recipit, ergo honor imaginis non refertur ad exemplar: quod quidem non argumentari, sed ludere est.

CAPVT XII.

Imagines Christi & sanctorum rectè coli.

N O S cum Ecclesia asserimus, imagines Christi & sanctorum honorandas esse, modò tamen (vt in Concilio Tridentino sess. 25. declaratur) in imaginibus non collocetur fiducia, nec ab eis aliquid petatur, nec in eis inesse credatur vlla Diuinitas, sed solum honorentur propter eos, quos nobis repræsentant. Quæ sententia probatur primùm, testimonio Scripturæ. Habemus tria genera testimoniorum. Primò ea testimonia, quæ expressè agunt de imaginibus, nimirum Exod. 25. de Cherubim propitiatorij. Et Num. 21. de aneo serpente. Imagines enim Cherubim super arcam existentes. Exod. 25. necessarid adorabantur ab iis, qui arcam adorabant: Immodò Hieron. in epist. ad Marcellam, vt migret Bethlehem, idèd dicit tabernaculū fuisse veneratū à Iudæis; quia ibi erat Cherubim. Serpens quoque aneus nõ poterat nõ honorari, cum in loco sublimi à Deo positus fuisset, & salutem miseris in se aspicientibus adferret. Vnde Aug. lib. 3. Trin. c. 10. loquens de quibusdam signis, quæ venerariõnem tanquam religiosa merentur, ponit pro exemplo serpentem aneum. Præterea tam de imaginibus Cherubim,

A quàm de imaginibus serpentis, quòd honorari debuerint, patet ex regula B. August. lib. 3. de doct. Christ. c. 9. vbi dicit, signa vtilia diuinitus instituta, veneranda esse, quia honor eorum ad prototypum transit. Fuisse autem illas imagines Cherubin, & serpentis à Deo institutas, & vtilis, certum est. Iam verò si licuit, venerari imagines Angelorum, cur non etiam sanctorum? Si licuit venerari imaginem Christi in forma serpentis (nam serpentem Christi fuisse figuram habemus Ioan. 3.) cur non potius venerabilis erit imago Christi in forma hominis?

D E I N D E habemus alia testimonia, quæ docent creaturas honorandas religiosè propter solam relationem ad Deum, vt Psal. 95. *Adorate scabellum pedum eius.* Matt. 5. *Nolite iurare per cælum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum eius.* Vbi nota, iuramentum esse actum religionis, quo honoratur primarid Deus, secundarid id, per quod iuratur. Prohibet ergo Deus iuramenta sine debitis circumstantiis, per cælum & terram, ne contumelia fiat eiusmodi creaturis, quatenus relationem habent ad Deum. Sed similem relationem habent imagines: igitur eadem ratione colendæ sunt.

V T I M V M genus testimoniorum est eorum, quæ docent creaturas dici sacras, vel sanctas, propter relationem ad res sacras. Exod. 3. *Locus in quo stas, terra sancta est*, propter Angeli scilicet præsentiam. Exod. 12. dicitur dies sancta & venerabilis propter significationem, & quia dedicata erat cultui diuino. Exod. 28. dicuntur vestes sacerdotum sanctæ propter eandem causam. Isaia 11. sepulchrum Christi gloriosum. 2. Timot. 3. dicuntur Scripturæ sacræ literæ: *Ab infantia*, inquit, *sacras literas nosti.* Cur literæ illæ dicuntur sacræ, nisi quia signa sunt rerum sacrarum? nec solum literas, sed etiam verba ipsa prolata, venerari consueuimus, præsertim nomen, Iesus: & Euangelium audimus stantes detecto capite, immò etiam luminibus accensis, quamuis in meridie, vt Hieronymus probat libro in Vigilantiis: at imagines Christi & sanctorum sunt etiam institutæ ad significandas & representandas res sacras, cur ergo eas honorare non liceat? nam rem sanctam esse, hoc ipso quòd sancta est, venerabilem, patet ex illis verbis Exod. 12. *Dies prima erit sancta, & septima eadem religione venerabilis.* vbi vides pro eodem accipi, rem sanctam & religiosè venerabilem.

S E C V N D O probatur ex Concilio Ecclesiæ. Habemus in primis canonem 28. sextæ Synodi, vbi dicuntur imagines venerabiles. tamen isti canones non sint firmæ auctoritatis, tamen iste canon semper receptus fuit ab Ecclesia, & testatur vt minimum vsum Ecclesiæ antiquæ. Deinde habemus Synodum Romanam sub Gregorio III. Episcoporum ferè mille pro imaginibus celebratam, anno DCCXXXIII. iuxta Sigebertum in Chronico. Item Synodum habitam in villa Gentiliacensi anno DCCXLVI. iuxta Sigebertum, vel DCCXLVII. iuxta Adonem; in ea de imaginibus actum, & admoniti Græci, vt cum aliis piis de imaginibus sentire vellent, vt Paulus Æmiliius testatur lib. 2. Rursum aliam Synodum pro imaginibus Romæ celebratam sub Stephano III. anno DCCXLVIII. iuxta Sigebertum, cuius Synodi meminit aliquoties Adrianus in lib. de imaginibus ad Carolum.

P O S T annum deinde DCCXXXVII. septima Synodus act. 7. definiuit, imagines esse venerandas, non quidem cultu latria, sed honore illo, quo etiam prosequimur sacras literas, sacra vasa, &c. testis Paulus Diaconus, Cedrenus, Zonaras, &c. Est autem hoc Concilium eiusmodi, vt nullo modo dubitari possit, quin generale & legitimum fuerit. Nam habuit in primis legatos Romani Pontificis: & trium aliorum Patriarcharum, Alexandria, Antiochia, Hierosolymæ; nec non patriarcham Constantinopolitanum, omnes consentientes, vt ex subscriptionibus patet. Præterea adfuerunt Episcopi CCCI. teste Cedreno, id est, plures quàm in prima, secunda, vel

tertia Synodo generali. Præterea consensit Imperator Constantinus. Ad hæc disputatum est acriter, & diu allatum in medium Scripturis, Conciliis, & Patribus. Si ergo vltimè est Concilium generale legitimum, certè hoc est.

NEQUE obstat, quod contrarium dicantur statuisse Concilia Constantinopolitana præcedentia, & Francofordiense sequens. Nam etiam illa omnia fuissent legitima, tamen cedere debent Nicæno; quia hoc plenarium & generale, illa particularia fuerunt. Est enim regula Augustini lib. 2. de Baptismo c. 3. Concilia particularia plenariis sine dubitatione cedere debere. Fuisse autem illa tria particularia, patet: nam in Constantinopolitano sub Leone non fuerit vocati, nec adfuerunt vlli Patriarchæ, excepto Germano Patriarcha Constantinopolitano, qui tamen non consensit, & idè depositus fuit.

IN Concilio Constantinopolitano sub Constantino Copronymo nõ sunt vocati nec adfuerunt nec per se, nec per Legatos Romanos, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, Patriarchæ, sed solus Pseudoepiscopus Constantinopolitanus, quem hæretici deposito sancto Germano Patriarcha fecerant. Testantur hæc Cedrenus & Zonaras in vita Constantini Copronymi, & ipsi etiam Magdeburgenses Centuria 8. cap. 9. col. 551. & Paulus Diaconus, qui tunc viuebat, lib. 22. rerum Romanarum.

DENIQUE Francofordiense omnium iudicio particulare fuit, & (si verum est, quod Centuriatores dicunt) adfuerunt quidem Legati Romani Pontificis, sed Synodo assensu non sunt.

AD hæc accedit, quod ex euentu colligitur, Nicænum fuisse legitimum: nam solum illud tandem obtinuit. Imagines enim in templis permanserunt, & suum honorem in Ecclesia semper habuerunt, immò etiam solius huius Concilij acta extant, reliqua tria mox euauerunt, & solum in historiis aliqua eorum memoria seruata est, quod idem accidit primo Nicæno. Fuerunt enim plurima Concilia celebrata ab hæreticis contra Nicænum primum, sed ipsa cum suis erroribus euauerunt, sola fides & Canones Nicæni ad nos peruenierunt. Habemus præterea VII. Synodum generalem, actione vlt. can. 3. & Synodum Trident. sess. 25.

TERTIO, probatur ex Patribus. Basilius in Iulianum, vt citat Adrianus Papa in epistola ad Imperatores. in VI. Synodo, act. 2. Historias, inquit, imaginum illarum honore, & palam adoro, hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis, non est prohibendum, &c.

CHRYSOST. in liturgia: Sacerdos, inquit, ad imaginem Christi caput inclinat.

AMBROS. serm. 10. in Psal. 118. Qui, inquit, imaginem coronat Imperatoris, vtique illum honorat, cuius imaginem coronauit, & qui statuam contempserit Imperatoris, Imperatori vtique fecisse videtur iniuriam, &c.

AVGVST. lib. 3. Trinit. c. 10. loquens de signis sacris, quales sunt imagines, literæ & sacramenta: Sed quia, inquit, hæc hominibus nota sunt, quia per homines fiunt, honorè, tanquam religiosa, possunt habere, stuporem, tanquam mira nõ possunt, &c. vbi nominatim ponit serpentem aneum inter ea quæ merentur honorem religiosum. Idem lib. 3. de doctrina Christiana, c. 9. dicit eos seruire sub signis qui honorant vtilia signa, nec sciunt quid significant, quales erant olim Iudæi: qui autem venerantur vtilia signa, & sciunt quid significant, dicit eos nõ tam honorare ipsum signum, quam rem significatam, & idè liberos esse.

QUOD autem imagines Sanctorum sint vtilia signa diuinitus instituta, & proinde veneratione digna tam à seruis, quam à liberis, patet ex lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 21. vbi dicit picturas, & statuas pertinere ad superflua instituta hominum, exceptis illis, quæ ob finem bonum suo loco & tempore proponuntur ab eo, qui habet auctoritatem. Tales autem esse Christi, & Sanctorum imagines, certissimum est.

DENIQUE lib. 10. Confess. cap. 24. reprehendit pictores, & similes artifices, quòd necessarium & moderatum vsu, & piam significationem longè aliquando transgrediantur: vbi admittit, quòsdam esse picturas necessarias, quasdam etiam piam significationem habentes, & proinde venerabiles.

PAVLINVS natali 10. S. Felicis, de imaginibus in templo depictis, sic ait:

Mirèturque sacras, veterum monumenta, figuras. Vbi cum sacras vocat figuras, honorandas etiam docet: res enim sacre omnes honorandæ sunt.

GREGORIUS lib. 7. ep. 5. ad Ianuarium Episcopum Catalitanum, loquens de imagine B. Mariæ, & cruce, quæ posita fuerant in Synagoga Iudæorum, quas iubet inde auferri: His, inquit, hortamur assatibus, vt sublata exinde ea qua dignum est veneratione, imagine atque cruce, debeatis quod violenter ablatum est reformare. Et lib. 7. epist. 51. ad Secundinum docet, imaginem sacram honorandam etiam prostratione ad terram, non tamen vt Deum: Et non, inquit, non quasi ante diuinitatem, ante illam prosternimur, &c.

DAMASCENVS lib. 4. cap. 17. de fide, dicit esse Apostolicam traditionem, cultum crucis & imaginum.

PRÆTEREA cruce, id est, crucifixi imaginem fuisse in Ecclesia semper honoratam, certissimum est: nam Lactantius in carmine de passione Domini, Felte genu, inquit, lignumque crucis venerabile adora.

ET Sedulus lib. 5. carminis Paschalis: Nève quis ignoret, inquit, speciem crucis esse colendam.

AMBROS. oratione de obitu Theodosij: Sapienter, inquit, Helena egit quæ cruce Christi in capite Regum leuauit & locauit, vt crux Christi in Regibus adoretur. Et lib. de incarnationis Dominicæ Sacramento, c. 7. Numquid, inquit, cum in Christo imaginem Dei, cruceque veneramur, diuidimus eum?

HIERONYMVS in vita Paulæ: Prostrata, inquit, ante cruce, quasi pendente Dominum cerneret, adorabat.

ATHANASIVS quest. 16. ad Antiochum, dicit, Christianos imaginem crucis colere potius quam lanceæ, vel columnæ, & similibus instrumentorum passionis Dominicæ, quia si Gentiles accuserent nos, quòd colamus lignum, possumus mox separare duo ligna crucis ab inuicem, & eo modo sublata figura crucis, conculcare duo illa ligna, vt ostendamus nos non ligna, sed imaginem crucifixi venerari. Denique Patres testantur, Christianos semper accusatos à Gentilibus, quòd colerent cruce, quæ est imago crucifixi.

TERTULLIANVS in apologetico c. 16. dicit, Christianos appellatos religiosos crucis: neque ipse hoc negat esse verum. Minutius Felix in Octauio respondet Gentilibus obicientibus adorationem crucis. Nec obstat quod ipse dicit. Nos cruce neque adoramus, neque optamus. nam loquitur de adoratione propria Deo, de qua accusabantur. Interim ex obiectione constat, cruce aliquo modo honoratam à Christianis. Iulianus apud Cyrillum lib. 6. idem obicit. At certè nunquam Gentilibus in mentem venisset, vt nostris obicerent adorationem crucis, nisi vidissent primis illis & sanctissimis Christianis cruce summa venerationi fuisse.

RIDICULA est autè responsio Magdeburgensium, qui ex Concilio Francofordiensi Cent. 8. cap. 9. in fine, dicunt non esse eandem rationem crucis & imaginum aliarum: nam Christus nos redemit cruce, non imagine. Ista enim responsio primò iugulat ipsos Centuriatores, ipsi enim non admittunt cruce posse honorari.

DEINDE imperita solutio est; nam Christus non redemit nos ista cruce, quam modò auream, modò argenteam, modò lapideam, modò depictam in tabula, vel signatam in aere veneramus, sed illa vna lignea, cuius imago est, quam veneramus. Nec enim habemus vbiq; cruce illam Christi veram, & multò minus eam veteres

habebant

habebant tempore Tertulliani & Minutij, cum postea repetam esse constet temporibus Constantini Magni. Magis autem redemit nos Christus corpore suo, quam cruce lignea. Quare si licet venerari imaginem crucis, multò magis imaginem corporis.

ARGUMENTVM quartum, à miraculis. Deus enim per imagines Christi & sanctorum multa miracula operatur, ex quo intelligimus placere illi, vt imagines honorentur. Illud in primis est, quod Eusebius refert libro septimo historia, cap. 14. vbi testatur, ex basi statuæ Christi æneæ ab Hamorthoisia posite apud Panceadum, herbam quandam omnibus incognitam oriri solitam, quæ vbi creuisset vsque ad simbriam imaginis Christi, eamque attingisset, vim haberet omnes morbos depellendi: quod etiam refert Theophylactus in caput nonum Matthæi. Addit Sozomenus libro quinto historia, capite vicesimo, de eadem imagine aliud miraculum, quòd videret cum Iulianus Apostata statuam Christi inde amouisset, & suam in eodem loco posuisset, mox ignis de cælo statuam Iuliani discerpit, & caput à reliquo corpore diuulsit planè ad eum modum, quo olim accidit idolo Dagon. Reg. 5.

NON est autè prætereundum hoc loco insigne mendaciū Centuriatorū. quod enim Iuliani statuæ accidit, id illi tribuunt etiam statuæ Saluatoris. Sic enim loquuntur Centuria 4. cap. 13. col. 1447. Videtur, inquit, etiam ea fulmine confracta esse, vt extaret testimonium, superstitionem illam, qua statuæ vis aliqua tribuitur, Deo non placere. Et ibidem superstitionem vocant herbæ illius vim, quæ morbos omnes curabat. At cum dicunt, imaginem Christi fulmine diffectam, mentiuntur apertissimè contra fidem omnium historicorum. Cum autem miracula testatissima Christi superstitioni Diabolica ascribunt, imitantur Scribæ & Phariseos, qui eiusdem Christi miracula in Beelzebub fieri calumniabantur, Matth. 12.

MULTA alia miracula per imagines à Deo facta legi possunt apud ipsos Magdeburgenses Centuria sexta, & sequentibus, cap. 13. qui tamen respondent ad hoc argumentum ex libris Carolinis, non sequi, imagines esse adorandas, quia miracula faciunt. Multa enim sunt alia, per quæ Deus miracula facit, quæ tamen non adorantur. Nam Helisæus per aquas Iordanis curauit lepram Naaman: Christus sputo curauit cæcum; nec tamen adoramus aquam, vel sputum: quin etiam per homines malos aliquando facit Deus miracula, & tamen eos homines omnino honore indignos iudicamus.

RESPONDEO, spectandū esse finem miraculorū; id enim, quod miraculo confirmatur, Dei testimoniū habet. Iam Helisæus & Christus non adhibuerunt aquam vel sputum in miraculis, vt aqua vel sputum honorarent, sed vt ostenderent, ille quidè se esse Prophetam Dei, iste autem se verum Dei Filium. Similiter homines mali non faciunt miracula, vt se ac vitam suam commendant, sed fidem. Quare non ipsi, sed fides, quam prædicant, veneranda est.

MIRACULA autem per imagines facta, idè facta sunt, vt probarent ac sancirent imaginum cultum. Nam cur, quæso, ignis cælestis discerpit statuam Iuliani, nisi vt indicaret iniuriã factam statuæ Christi? Et cur ab imagine à Iudæis confossa, sanguis prodiit, qui infirmos plurimos curauit, vt est apud Athanasium lib. de passione imaginis Domini, Gregoriū Torton. de gloria Martyrū, c. 21. Regin. in Chronico anni DCCCIV. nisi vt ostenderet se honorare id, quod Iudæi contumelia afficiebant.

PRÆTEREA beneficia, quæ per imagines à Deo conferuntur, cur illis duntaxat conferuntur, qui imagines honorant, & qui existimant Deo placere cultum imaginum? Nam illud miraculum factum Edessæ per imaginem Christi, vt refert Euagrius lib. 4. cap. 26. factum est in salutem eorum, qui Christi imaginem venerabantur. Scribit etiam Zonaras in vita Michaëlis Balbi, cum Leo

Armenius imagines persequeretur, filium eius Sabbatiū Constantinum, qui mutus erat, accessisse ad statuam sancti Gregorij Nazianzeni, & sanctum ipsum mente precarum, loquendi vsu diuino miraculo recepisse. At si cultus imaginum esset idololatria, Deus certè tum maxime idololatriæ fauere visus fuisset.

SCRIBIT Paulus Diaconus lib. 21. rerum Romanarum, cum Iconomachus quidam conspecta statua B. Virginis lapides in eam iecisset, eamque comminuisset, per quietem virginem ipsam ab eo visam, terribiliter his verbis comminans, In caput tuum hoc fecisti. Deinde paulò post eundem ingenti lapide percussit, atque ita contritum esse, vt ipse statuam comminuerat.

ARGUMENTVM quintum duci potest à simili, hoc modo: homo dignus est veneratione, quia imago Dei est, ergo & cætera imagines Christi vel Sanctorum, dignæ sunt veneratione: quod enim vni imagini conuenit, quia imago est, id necessariò omnibus imaginibus conuenit. Esse autem hominem venerabilem, quatenus Dei est imago, Cyrillus & Augustinus testantur.

CYRILLVS catechesi 12. sic ait: Imago lignea terreni Regis honoratur, quòto magis rationalis imago Dei? Augustinus ep. 203. ad Maximum Episcopum Donaristarū, explicat, cur in titulo epistolæ dixerit; Honorabili fratri, & ait se non honorare Episcopatum eius, sed honorare imaginè Dei, quam in illo sciebat esse, cum homo esset.

RESPONDEO, Magdeburgenses ex lib. Carolino, argumentum nihil concludere, cum non sint similes depictæ imagines homini, vt imago Dei est; imago enim Dei est in mente, similitudo autem inter hominem & picturam est in exteriori figura. Imperitè: nam argumentū procedit à simili proportione: vt enim homo se habet ad Deum, cuius est imago, ita se habet pictura ad Christū, cuius est imago: si ergo homo idè est honorabilis, quia est imago rei honorabilis, certè etiam imago picta est honorabilis, quia imago est rei honorabilis.

RESPONDEO, secundò, hominem non adorari saltem religiosè, sed solum ciuilitè. At licet homo, vt Rex vel Imperator honoretur ciuilitè, tamen homo, vt imago Dei, honoratur religiosè: causa autè, cur honoreretur, sacra res est: quemadmodū qui honorat hominem, quia sanctus, vel Propheta, vel Sacerdos, vel Episcopus est, certè religiosè honorat, non ciuilitè, vt supra diximus.

ARGUMENTVM sextum item à simili: imago Regis est venerabilis ciuili quodam honore, ergo imagines Christi & Sanctorum sunt honorabiles cultu religioso. Et confirmari potest hoc argumentum ex insigni fraude Iuliani Apostatæ, quam describunt, Gregorius Nazianzenus oratione prima in Iulianum, Paulus Diaconus in vita Iuliani, & alij: erat in more positum, vt imagines Imperatorum ab omnibus adorarentur, id quod etiam Christiani faciebant, quippe qui sciebant solum ciuilem adorationem illam fuisse, qualem etiam ipsi Imperatori licet Ethnico deferebāt. Iulianus igitur, vt cogeret Christianos saltem per errorem adorare idola, iubebat suam imaginem ita depingi, vt simul pingeretur Iuppiter, de cælo coronam & purpuram Imperatori deferens; pingerentur etiam Mercurius & Mars in Imperatorem respicientes, vt eo modo indicaret, se sapientem & fortem esse. Itaque se ipse inter Deos depictum proponebat, vt Christiani de more venerantes imaginem Imperatoris, simul venerarentur imagines falsorum Deorum. Monet autem Nazianzenus fuisse venia dignos Christianos simpliciores, qui non aduertebant dolum, nec putabant se adorare aliud, quàm Regis imaginem.

RESPONDEO, Centuriatores loco notato nõ esse hæc similia, quia imago Regis adoratur propter absentiam Regis, qui non potest esse simul vbique in toto regno: Deus aut vbique est præsens. At in primis non querimus: cur adoretur imago regis; sed ex eo, quòd adoratur, col-

ligi

ligimus, rectè adorari imaginem Christi. Præterea Christus, ut homo, non est ubique, nec Sancti sunt ubique.

DENIQUE falsum est, imagines Principum nõ adorari præsentem Principe: immò sicut contumeliam facere imagini, grauius peccatum est præsentem Principe, quàm absente, ita etiam honorare imaginem præsentem Principe, res est illi gratissima.

ARGUMENTVM septimum à contrario; Imago est capax iniuriæ & contumeliæ, ergo & honoris atq; cultus. Euseb. lib. 9. hist. c. 10. scribit in dedecus Maximini, imagines eius fuisse vel deiectas, vel artis coloribus fædatis. Idem de imaginibus Domitiani scribit Suetonius.

THEODOSIUS quoq; (optimus alioqui & piensissimus Princeps) cum Antiocheni imaginem vxoris eius deiecerunt, ita iratus est ut parùm abfuerit, quin totam Antiochiam euerterit. Exstant de hac re duæ orationes Chrysofomi, id est, secunda & tertia ad populum Antiochenum, quibus deplorat scelus illud in Theodosio, commissum. Vide etiam Theodoretum lib. 5. cap. 19. historiar. Denique Iulianus Apostata Christi statuam non deiecit, nisi eo modo Christo iniuriam fieri credidisset. Neque Deus Iuliani statuam fulmine percussit, nisi ab eo iniuriam accepisset, & nisi ad Iuliani contumeliam id pertinere visum esset.

ARGUMENTVM octauum, idola Gentium meritò execrantur & cõfingimus, & hinc laudatur valde Theodosius, quòd teste Theodoro lib. 5. cap. 19. hist. iusserit idola ubique destrui: at certè id non fit, nisi ratione significationis, qua sunt imagines falsorum Deorum, igitur è contrario imagines Christi & Sanctorum, quia res verè bonas & sanctas significant, honorabiles sunt.

ARGUMENTVM nonum, ab improbitate Iconomachorum, & pietate eorum, qui imagines colunt & coluerunt. Nam Iconomachi, ut ostendimus 2. c. disputationis, fuerunt omnes aut Iudæi, aut Samaritani, aut Mahumetani, aut Necromantici, aut manifestè hæretici, quos impios esse negare nemo potest. At qui imagines defenderunt, fuerunt sancti viri & docti, ut Gregorius & Hadrianus summi Pontifices, Germanus & Tharastus Episcopi Constantinopolitani, Iohannes Damascenus, Methodius, Leontius, Ionas Aurelianensis, Paulus Diaconus, & alij pij doctique viri omnium consensu. Non est autem credibile, Deum per hostes suos potius, quàm per amicos & sanctos Ecclesiam docere voluisse.

QUID quòd ipse etiam Diabolus odit imagines: nam ut in Prato Spirituali c. 45. legimus, Eremita cuida conquerenti, quòd spiritus fornicationis illum vexans, cum illo consensisset, nec abscedere vellet, apparuit Diabolus, ac promissit se discessurum, si is imaginem B. Virginis, quam in cubiculo habebat, non amplius se veneraturum polliceretur. Sed fortè Diabolus fingit odium in imaginibus, ut homines decepti magis eas colant. At si ita est, cur Diabolus tam sape per Iudæos & Mahumetanos procurauit imaginum euerfionem & confectionem?

ARGUMENTVM decimum, ab infelici exitu Iconomachorum, & felicitate eorum, qui imagines defenderunt. Nam in primis tempore Leonis Iconomachi, posteaquam imagines Sanctorum in foro Constantinopolitano crematae fuerunt, orta est pestilentia tam grauis, ut Constantinopoli trecenta hominum millia interirent. Vide Chronicum Matthæi Palmerij, anno DCCLXI. Item eadem occasione amisit idem Leo & successores eius imperium Italiae, nec vnquam amplius recuperare poterunt. Vide Zonaram & Paulum Diaconum in vita eiusdem. Eo tempore Rex Arabum Ezides, qui imagines Christianorum constingit iusserat, non superuixit vnum annum, cum tamen XXX. anni promissi illi fuissent ab eo, qui illum ad Iconomachiam incitauit.

TEMPORÈ Constantinii Copronymi inaudita calamitates Orientem inuaserunt: nam terræ motus ingentes

integras vrbes deiecerunt, & multa millia hominũ occiderunt. Item pestis grauissima orta est, ita ut vineæ, horti, putei, aliæque loca vix sufficerent sepeliendis hominibus. Et ne dubitaretur quam ob causam ista acciderent, simul ubique in vestibus hominum, in velis sacris, indumentis sacerdotibus diuinitus existerant cruce parua, quasi oleo designata. Deus enim indicare volebat, velle se ubique conspici crucis imaginem, quam Constantinus Copronymus eo tempore omnino obliterare contendebat. Adhæc tã horribile frigus accessit, ut mare Ponticum ad centũ millia congelaretur, essetq; glacies profunditatis XXX. cubitorum, cui superuenit nix, quæ etiam in glaciem versa est, ad altitudinem XX. cubitorum super aliam glaciem XXX. cubitorum. Paulò post cæpit solui glacies, & fragmenta ingentia instar magnorũ montium, vel insularum, magno impetu discurrerant; quardã etiam ad Constantinopolim allisa partem moenium, & vicinas domos euerterunt. Testatur autem Paulus Diaconus se vidisse hæc omnia. Eodem anno tanta siccitas postea fuit, ut flumina, fontes, putei, serè omnes siccarentur, ita ut omnes intelligerent, & dicerent, propter impietate in Deum & Sanctos, quã exercuerat Iconomachi ista omnia fieri.

DENIQUE obstinatus Imperator Constantinus ita perit ut in morte clamaret, se adhuc vitium igni inextinguibili traditũ comburendum. Testis Zonaras & Paulus Diaconus in eius vita. E contrario Pipinus & Carolus filius eius, qui cum Romano Pontifice imagines defenderant, ad regnum & imperium prouecti felicissimè vixerunt, & regnauerunt, ut ex iisdem auctoribus patet.

CAPVT XIII.

Solumur argumenta aduersariorum, & primò Argumentum primum sumptum ab auctoritate Scripturarum.

UPEREST iam, ut argumenta aduersariorum soluamus. Ad primum Caluini dico, in illis Scripturis reprehendi idololatriam, id est, cultum imaginum, quæ habentur pro Diis, vel per quas coluntur tanquam Dij ij, qui verè non sunt.

AD probationem illam, qua Caluinus conatur ostendere, Iudæos & Gentiles adorasse Deum in idolis; dico in verbis Caluini contineri multa mendacia. Primum est, quòd Iudæi & Gentiles non vocauerunt Deos sua idola; nam lib. 1. cap. 11. §. 10. inquit, obiciens sibi responfionem Catholicorũ, ait: Non vocamus, inquit, nostros Deos, mirum imagines: deinde respondet; Neque illi aut Iudæi, aut Gentiles, olim vocabant, & tamen Propheta passim illis fornicationes cum ligno & lapide exprobrare non desinebant. At si Iudæi non vocabant idola suos Deos, vnde est illud Exod. 32. Fac nobis Deos, qui nos præcedant, & isti sunt Dij tui Israël? Vnde illud Miche, Iudic. 18. Deos meos quos mihi feceram, abstulisti? Et 3. Reg. 12. de duobus vitulis Hieroboam, ecce Dij tui Israël?

QUOD autem simulacra ab Ethnicis vocarentur Dij, nemo nescit, qui aliquid in poetis, vel etiam oratoribus legerit. Sed vnus locus nunc sufficit ex Danielis quinto: Bibebant, inquit, vinum, & laudabant Deos suos aureos, & argenteos, æreos, ligneosque, & lapideos. Et alter ex libro Sapientiæ cap. 13. Appellauerunt Deos opera manuum suarum. Poterat ne clarius Scriptura diuina Caluini mendacium redarguere?

SECUNDVM mendacium est, quòd Iudæi, cum fecerunt vitulum aureum, non sint oblitii Deum verum. Nam planè è diametro pugnant verba Caluini cum verbis Scripturæ. Caluinus enim lib. 1. cap. 11. §. 9. sic ait: Nec tam incogitantes erant Iudæi, ut non meminissent Deum esse, qui eos eduxerat de terra Ægypti. At Scriptura Deut. 32. Deum, inquit, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Et in Psalm. 105. Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile: & oblitii sunt Deum, qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Et Hieremia cap. 2.

Ambu

Ambulauerunt post vanitatem, id est, post idola, & non dixerunt, ubi est Dominus qui ascendere nos fecit de terra Ægypti? Quid clarius?

TERTIUM mendacium est, quòd Iudæi in omnibus suis idolis Deum vnum & verum colere voluerint. Sic enim ait Caluinus lib. 1. cap. 11. §. 8. Deum quidem esse noverant, cuius virtutè experti erant. Sed à præcunte imagine volebat cognoscere Deum sibi itineris esse ducem. Et §. 9. ait: Deum æternum Iudæi, vnum, verumque cœli ac terræ Dominum sub talibus simulacris persuasi erant se colere.

AT hoc esse mendacium probabo. Primò, quia si Iudæi volebant tantum signum corporeum, non erat opus, ut facerent vitulum: nam habebant nubem & columnam ignis, quæ melius ducebant, quàm vitulus, qui portari necesse habebat: non ergo signum corporeum, sed Deum corporeum quærebant.

SECUNDÒ, quia nulla causã reddi potest, cur potius vitulum fecerint, quàm ouem, aut aliquid aliud, nisi quia assueti erant videre maximum Deum Ægyptiorum, qui est vitulus niger albis maculis insignis, quem ipsi vocant Apim, de quo Cicero libro primo de natura Deorum: & Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei, capite quinto: & scriptores omnes, Herodotus, Diodorus, Plutarchus, Plinius, Suidas, Eusebius, &c. Iudæi ergo qui viderant in Ægypto in summo honore vitulum, putauerunt ipsum Deum cœli esse vitulum illum, & ideo illi imaginem vituli statuerunt.

TERTIÒ, quia Iosue cap. vlt. datur optio Hebræis, an velint seruire Diis alienis, quibus seruiert Thare & Nachor idololatra, an idolis Amorrhæorum, an Deo Israël: non ergo in idolis adorabant, vel putabant se adorare Deum Israël. Nam alioqui potuissent respondere, ineptam esse optionem illam, quandoquidem in ipsis idolis Amorrhæorum, & Thare, ac Nachor Deum verum colerent. Idem confirmatur ex 3. Reg. 18. vbi Elias dicit: Vtque quo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si Baal est Deus, sequimini illum. Vbi clarè opponitur Baal Deo vero. Quando ergo Iudæi colebant idolum Baal, certè non colebant Deum verum.

ADDE illud Deut. 32. Immolauerunt Demoniis, & non Deo, Diis, quos ignorabant. Adde etiam, quòd falsò accusarentur Iudæi seruisse Diis alienis, si in idolis semper coluissent Deum verum.

AT, inquit, quomodo ergo de vitulo dicitur Exod. 32. Hi sunt Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quomodo etiam ibidem de vitulo dicitur, Cras solemnitas Domini? ADONAI, est? Et Iudic. 17. Sanctificauit hoc argentum Domino, ut faciam idolum.

AD primum respondeo significari illis verbis, putasse Iudæos beneficium liberationis de Ægypto se accepisse, non à Deo Mosis, sed ab Api Deo Ægyptiorum. Ad secundum & tertium, duplex solutio est, Vna Caietani in c. 32. Exod. quòd verè nomen ipsum Domini tribuatur à Iudæis idololatriæ idolo, & hoc fortè significare Scripturam, Sapient. 14. cum ait: Incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Nullum enim Dei nomen est incommunicabile, præter hoc יהוה, nam cætera tribuuntur aliquando etiam creaturis.

DICES, ait nomen illud יהוה, est proprium nomen Dei Israël, non ergo potuit communicari.

RESPONDEO, fortè Iudæos illos, qui plures veros Deos esse credebant, non putasse hoc esse nomen proprium, sed appellatiuum. Fortè etiã communicasse illud nomen per similitudinem. Quomodo enim Ægyptij vocare solent Nilum suum Iouem: & nos de homine strepno dicimus, hic est noster Achilles: de sapiente, hic est noster Cato: ita Iudæi de vitulo dicebant, hic est noster יהוה ADONAI, habeat sibi Moses suum.

ALTERA solutio est Abulensis, Caietani, & aliorum in caput 17. Iudicum, qui dicunt, duo genera idolorum

fuisse apud Hebræos. Vnum sine nomine certi Dei, quale fuit idolum Michæ, Iudic. 17. & fortè vitulus aureus, què fecit Aaron, Exod. 32. & renouauit Hieroboam, 3. Reg. 12. non enim Scriptura vocat vitulum Deum Moloch, vel Baal, &c. sed semper ait. Hi sunt Dij tui Israël.

ALTERVM genus fuit cum certo nomine, ut Baal, Moloch, Astaroth, Chamos, &c. ut videre est 2. Regum 11. & alibi. Igitur dicunt, nec improbabiler, postè de primo genere admitti, quòd Iudæi in idolo putauerint se colere Deum verum. Caterum in hoc etiam eos errasse grauissimè, tum quia idolo sacrificabant, & in ipso idolo diuinam vim inesse credebant: tum etiam quòd imaginabantur Deum esse corporeum, & ipsi idolo similem. Ex quo sequebatur, ut putarent se colere Deum verum, sed reuera non colerent, nisi figmentum suum. Quemadmodum Manichæi dicebant se colere Deum Patrem, & Filium eius Christum, sed quia per Deum intelligebant lucem corpoream, per Christum accipiebant solem istum corporeum, nihil habebant Dei, & Christi nisi solum nomen.

QUOD autem Iudæi Deum putarent corporeum, & idolo similem, secundum hanc sententiam, patet ex vitulo aureo. Nam ideo faciebant Deum in forma vituli, quia viderant in Ægypto vitulum in summo honore, inde enim existimabant, summum Deum esse vitulum illum, & hoc etiam modo Iudæi verè obliuiscerantur Dei, licet non putarent se eius obliuisci. In idolis autem secundum generis aded certum est Iudæos nec coluisse, nec putasse se colere Deum Israël, ut id fateatur etiam Petrus Martyr Caluinista in cap. 17. Iudicum.

QUARTVM mendacium est, Ethnicos non putasse idola esse Deos. Sic enim ait Caluinus lib. 1. cap. 11. §. 9. Nec ita stupidi fuisse Ethnicis credendi sunt, ut non intelligerent Deum alium esse, quàm ligna, & lapides. Hæc ille. Licet autem aliqui non fuerint ita stupidi, ut putarent idola lignea, vel lapidea esse Deos, tamen plurimi ita stupidi erant, ut verè crederet ipsa idola viuere, & sentire, & Deos esse. Neque erat hæc tanta stupiditas, quantam Caluinus videri vult. Nam mouebantur Ethnicis ad credendum idola esse Deos propter quatuor causas. Primò, quia id eis dicebatur à Pontificibus suis. Secundò, quia videbant totum serè mundum id credere.

TERTIÒ, quia Diaboli opera interdum idola mouebantur, & loquebantur, & futura prædicebant: seu potius moueri, & loqui videbantur. nam reuera Diabolus ea mouebat, & in eis loquebatur, sed populus credebat ipsa verè moueri, & loqui. Solita verò idola loqui, patet ex cap. 21. Ezech. & cap. 10. Zacharia, & ex lib. 1. cap. vltim. Valerij Maximi.

QUARTÒ, quia erant forma humana prædita, & qui videt sua membra sentire, & viuere, facile persuaderetur viuere, & sentire etiam sibi similia, præsertim si id à sapientioribus affirmari audiat. Sed quacunq; fuerint causæ, probò multos Ethnicorum credidisse, ipsa idola esse Deos, & proinde mentiri Caluinum.

IGITUR credidisse idola esse Deos probò. Primò ex Scriptura, nam omnes Propheta laborant, ut doceant idola aurea, & argentea non esse Deos, & probant, quia non loquuntur, non vident, &c. Vide Iesaiam c. 46. Dauidem Psal. 113. & Psal. 114. & Habach. 2. sed præcipue epist. Hieremias Baruch. 6. vbi ad singula argumenta concludit: Ende notum sit vobis, quia non sunt Dij. At certè stulti essent Propheta, si id refellere conarentur, quod nemo assereret. Præterea Act. 19. de Paulo dicunt Ethnicis: Paulus hic sedet, dicens, quia non sunt Dij, qui manibus fiunt. Ergo ipsi putabant esse Deos eos, qui manibus fiunt. Præterea Hier. 2. & Sap. 11. & 14. Scriptura dicit, Ethnicos solitos inuocare idola, & eis commendare salutem suam: nemo autem inuocat, aut orat simulacrum, inquit Augustinus in Psal. 113. qui non putet ab illo se exaudiri.

SECVN

SECUNDO ex Patribus; August. lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 17. Fateor, inquit, alius demersos esse, qui opera hominum Deos putant, quam qui opera Dei. Et infra: Illi simulacra venerantur, vel tanquam Deos, vel tanquam signa, & imagines Deorum. Et epist. 49. ac in Psal. 113. dicit Ethnicos multos putasse ipsa simulacra vivere, spirare, & audire, & proinde esse Deos viuentes, & in hoc errore foueri ex ipsa similitudine humanorum membrotum.

TERVELLIANVS in Apologetico, capite duodecimo, dicit, Deos gentium plura pati, dum fiunt ab artificibus, quam patiantur Christiani cum occiduntur, quod eos nolint adorare.

EVSSEIVS lib. 5. praparat. cap. 15. Triginta, inquit, Deorum millia in terra esse censet Hesiodus, ego autem multo plures lapideos, atque ligneos hominum creatores esse video. Denique Cyprianus, Lactantius, Arnobius, Minutius, Felix, Clemens Alexandrinus, Athanasius, Theodoretus, & alij, qui scribunt contra Gentes, rident Ethnicos, quod ligna & lapides pro Deo colant. Et quid est, quod ait Horatius lib. 1. serm. Satyra 8.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum, Cum faber incertus faceret scammum, ante Priapum, Maluit esse Deum?

Nec solum Poetae, sed etiam viri sapientissimi hoc senserunt: nam Hermes Trismegistus apud Augustin. lib. 8. de ciuit. Dei, c. 23. dicit, alios Deos factos a summo Deo, alios autem ab hominibus: Deos autem ab hominibus factos dicit esse statuas, quibus arte quadam magica alligatur Daemones, ita vt statua sit quasi corpus Dei, spiritus autem inclusus sit anima, & totum idolum sit Deus, quomodo corpus, & anima est homo. Et Arnobius lib. 3. contra Gentes: Venerabar, inquit, & cecitas, nuper simulacra modo ex formacibus propta, in incudibus Deos, & ex malleis fabricatos. Et infra: Tanquam inuestis vis praesens, adulabar, affabar, & beneficia posebam. Et infra: Deos esse credebam ligna, lapides, ossa, aut in huiusmodi reru habitare materia. Vide igitur, Lector, an non mentiatur Caluinus, cum negat Ethnicos habuisse idola pro Diis.

At, inquit, Ethnicus mutabat simulacra pro arbitrio, nec tamen Deos mutabant.

RESPONDEO, Ethnicos eadem stultitia, qua putabant aliquos Deos posse fieri manibus hominum, potuisse etiam credere Deos aliquos potuisse destrui manibus hominum.

SED rursum, ait Caluinus, vni Deo multa simulacra ponebant.

RESPONDEO, Ethnicos habuisse alios Deos in caelo, alios in terra: nec putasse absurdum, si vnus Deus ecclestis, vt Iupiter, vel Apollo, haberet in terra multos collegas minores, id est, multa idola eiusdem nominis.

DENIQUE addit Caluinus, Ethnicus nouas imagines sacrabant, nec tamen putabant se nouos Deos facere. Respondeo, falsum esse, non putasse Gentiles, se nouos Deos facere, saltem esse terrestres.

QUINTVM mendacium est, lib. 1. instit. cap. 11. §. 10. Prophetas, inquit, passim Iudaeis, & Gentilibus fornicationes cum ligno, & lapide exprobrare non desinebant, tantum ob ea, quae quotidie ab iis fiunt, qui Christiani haberi volunt, nempe quod Deum in ligno, & lapide carnaliter venerabatur.

Hoc est maximum & perniciosissimum mendacium. Nam impij Iudaei, & Gentiles immolabant idolis, vt patet de Iudaeis Exod. 2. & alibi de Gentilibus 1. Cor. 10. & alibi. & hanc Scripturam vocat fornicationem, Christiani autem nunquam imaginibus immolant.

PRATEREA Iudaei & Gentes, vel idola putabant Deos, vt ostendimus, vel certe in idolis creatura pro Deo colebant, quod Christiani non faciunt. Quod autem Gentiles in idolis colerent Creaturas pro Diis, probatur, nam plurimi in simulacris colebant pro Diis homines mortuos, quos & ipsi mortuos esse credebant, sed non facile

Audebant id populus dicere. Probat hoc Lactantius lib. 1. c. 14. & 15. vbi etiam refert Cicero in Tulliolam suam Deam facere conatum esse, erecto illi simulacro. Et August. lib. 8. c. 26. de ciuit. Dei, probat, Paganorum Deos homines fuisse, lib. 18. c. 5. docet Serapidis simulacrum digito ad eos admoto indicare solitum, vt taceretur Serapidem fuisse hominem, immo & penam capitis constitutam ait iis, qui Serapidem hominem fuisse dicerent, cum tamen verum hominem fuisse, & morem, ac seculum constaret. Idem probat Cyprianus initio libri de idololorum vanitate, & Eusebius de preparatione Euangelica lib. 2. cap. 7. & Tertullianus Apologet. cap. 11.

ALI non homines mortuos, sed daemones in idolis pro Diis colebant, vt patet ex Hieremia apud August. lib. 8. de ciuit. Dei, c. 23. Quamquam daemones non solum inuitati a magicis, vt Hermes dicit, sed etiam sponte sua in idolis habitabant, & se supponebant pro mortuis hominibus, vt loco eorum adorarentur, vt docent B. Cyprianus initio libri de idololorum vanitate, & B. August. lib. 8. de ciuit. Dei, c. 24. & lib. 22. contra Faustum, c. 17. & idem patet ex eo quod daemones assumpserunt sibi nomina, vel idololorum, in quibus residebant, vel hominum mortuorum, quorum vice colebantur. A diurari enim, & rogati nomen, quidam dicunt se vocari Beelzebub, quidam Moloch, quidam Chamos, & c. alij Iouem, aut Mercurium, aut Apollinem, & c. vt obseruauit Origenes lib. 6. contra Celsum paulo ante medium, Eusebius lib. 4. praparat. c. 6. Lactantius lib. 2. c. 16. & Sulpitius in vita B. Martini. hoc idem Scriptura testatur, cum Deut. 32. dicit: Immolauerunt daemones, & non Deo. Et Psal. 95. Dij gentium daemones, & c. Et 1. Cor. 10. quae immolant gentes, daemones immolant, & non Deo.

ALI nec simulacrum, nec homines mortuos, nec daemones in idolis colere se dicebant, sed partes mundi: nam in idolo Apollinis colebant Solem, in idolo Neptuni mare, in idolo Iouis aetherem, & c. vt referunt Eusebius lib. 3. praparat. c. 1. & Augustinus in Psal. 113. & lib. 4. de ciuit. Dei, cap. 10. & lib. 7. de ciuit. cap. 3. & sequentibus.

ALI denique nec ipsas corporeas mundi partes in idolis colere se dicebant, sed animas earum partium, id est, Solis, Lunae, terrae, & c. vt referunt Eusebius lib. 3. c. 3. praparat. & August. loco citato. Sed omnes isti, vt patet, creaturas pro creatore coluerunt: nisi quis ita despiat, vt homines mortuos, daemones, elementa, stellas, creaturas esse neget. Id igitur Scriptura in Ethnicis reprehendit, quod adorauerint creaturam pro creatore: quod sane Catholici nec faciunt, nec fecerunt vnquam, cum imagines nec Deos putent, nec imagines Deorum.

CAPVT XIII.

Solutur argumentum secundum quod sumptum est ab auctoritatibus Conciliorum.

AD secundum argumentum ex Conciliis. Dico in primis Concilia duo Constantinopolitana fuisse illegitima. Quod patet primo, quia non adfuit Romanus Pontifex nec per se, nec per legatos, vt ex Zonara, Cedreno, Paulo Diacono, Rexi Synodo Nicana II. actio. 6. patet. Porro regula est Ecclesiastica Concilij I. Nicani, sine sententia Romani Pontificis, non licere Concilia generalia celebrari, vt prater alios refert Socrates lib. 2. cap. 13. de qua regula supra dictum est, lib. 7. de Concil. cap. 12.

SECUNDO, quia non consenserunt vlli Patriarchae nec per se, nec per legatos, vt ex iisdem auctoribus patet.

TERCIO, quia omnes auctores, qui de Conciliis generalibus scribunt, vt Pfellus, Photius, Zonaras, Nicephorus, Cedrenus, Nicetas, Paulus Diaconus, Regino, Ado, Sigebertus, Abbas Vrspergensis & alij, ista Concilia Constantinopolitana, vel non numerant inter Concilia Ecclesiae, vel aperte reprehendunt. Vide etiam quae de his duobus conciliis diximus lib. 1. de Conciliis, cap. 6.

DICO secundò, etiam si legitima fuissent, tamen eis derogatum esse per Concilium plenarium & verè generale, id est, secundum Nicenum.

EST autè hic notandum, Concilium istud Constantinopolitanum falsò vocari Ephesinum III. à multis recentioribus, vt ab eo, qui edidit Concilia in quadam admonitione praemissa VII. Synodo, & ab auctore summe Conciliorum in principio VII. Synodi, à Sixto Senensi lib. 5. Bibliothecae sanctae, annot. 247. & ab alijs. Causa erroris fuit, quia Concilio isti profano praesedit Theodosius Episcopus Ephesinus. Nam quod verè non Ephesi, sed Constantinopoli habitum sit, patet ex omnibus antiquis historicis, & ex ipso Concilio, quod inferum habetur actio 6. Niceni Concilij secundi.

NOTANDVM secundò, Caluinum, & Magdeburgenses imprudenter laudare Concilium Constantinopolitanum praedictum, nam illud Concilium etiam de imaginibus impiè sensit, tamen de cultu & inuocatione Sactorum, & de meritis operum rectè sensit, & anathema dixit iis, qui id docent, quod nunc Caluinus & Magdeburgenses docent. Nam can. 15. anathematizat eos qui non inuocant Sanctos ceteros, can. 18. eos qui non credunt Deum redditorum vitam aeternam pro meritis operum secundum iustam iudicij sui libram. Habentur autem hi canonones inserti in Concilio Niceno II. act. 6. & eisdem fideliter recitant Magdeburgenses Centur. 8. c. 9. ex quo sanè perspici potest eorum incredibilis vel stupiditas, vel impudentia, qui id laudant, à quo anathematizantur.

DE Concilio autem Francofordiensi, quo praecipue nituntur aduersarij, vide quae diximus supra in 2. lib. de Conciliis cap. 8. vbi de eo fusè disputauimus.

CAPVT XV.

Solutur argumentum tertium.

VO autem ex libris Caroli adferunt, in quibus praecipuum firmamentum causae suae constitunt: Dico idem prorsus, quod in 2. libro de Conciliis c. 8. dixi, vbi Nicenam Synodum secundam, quae ex libris his Carolinis aduersarij maximè impugnat, defendere, & ab omni errore liberare conati sumus.

CAPVT XVI.

Solutur argumentum quartum.

AD quartum argumentum ex testimonijs Patrum ordine respondeamus. Irenaeus lib. 1. c. 24. non arguit Carpocratè, quod imaginem Christi haberet, sed quod eam coleret eo modo, quo gentes colunt idola, nimirum sacrificijs, vt clariùs explicat Epiphanius haeresi. 27. August. haeresi. 7. & praeterea, quod imaginem Christi & Pauli eodè loco haberet, quo imagines Homeri, Pythagorae, Platonis, & Aristotelis: Epiphanius similiter haeresi 79. reprehendit Collyridianos, non quod imaginem Beatae Virginis, & ipsam Virginem honorarent, sed quod haberent pro Dea, eique sacrificium offerrent.

IAM Ambrosius quado ait, oratione de obitu Theodosij: Helena crucem inuenit, Regem adorauit, non lignu vique, qui est error gentium, & c. Vult dicere, crucem non adorari propter se, sed propter Christum, qui in ea pependit. Licet enim ipsum lignum honoremus, non tamen honoramus, quia lignum est, sed quia Christum crucifixum representat. Vnde Ambrosius ibidem sic ait: Sapienter Helena egit, quae crucem in capite Regum leuauit, & collocauit, vt crux Domini in Regibus adoretur.

PORRO Hieronymus in caput 3. Danielis, cum dicit eos, qui Deum colunt, non debere statuas adorare; loquitur de statuis Regum, qui habebantur pro Dijs, & quorum statuae diuinis honoribus afficiebantur. Reprehendit enim eos, qui id faciunt, quod tres pueri facere noluerunt in Babylone.

AD locum Augustini de moribus Ecclesiae, c. 36. dico; Primo, fortè cum loqui de idolis gentium, cum ait, noui picturarum adoratores.

DICO secundò, eum fortè loqui de quibusdam, qui imagines Sanctorum superstitiosè colebant, ita vt accederent ad idololatriam: nam fuisse aliquos Christianos, qui imagines quasi Deos adorarent, testatur Damascenus in fine libri de haeresibus.

DICO tertio, Augustinum scripsisse eum librum in primordijs conuersionis suae ad fidem Catholicam, & ideò offensum quibusdam ritibus, putasse eos sapere idololatriam, quos tamen postea melius instructus excusauit omnino ab idololatria: id quod ostendimus, cum agerem de Reliquijs. nam in eodem loco dicit, eos, qui ponebant epulas super tumulos mortuorum, offerre solitos epulas cadaueribus, & inde vocat eos sepulchroru adoratores: & tamen lib. 8. ciuitat. Dei cap. vlt. dicit, eos, quid id faciunt, non offerre mortuis epulas, sed solum ponere cibos super tumulos Martyrum sperantes eos à Deo sanctificari per Martyrum preces.

AD loca Gregorij dico, Gregorium solum reprehendere cultum imaginum superstitiosum, id est, quo imagines coluntur vt Dij. Vt patet ex epistola ad Secundinum lib. 7. epistola 53. Scio, inquit, quod imaginem Saluatoris non ideo petis, vt quasi Deum colas, sed ob recordationem filij Dei in eius amore recalcas, & c. Quod autem aliqua veneratio debeat imaginem in sententia Gregorij, patet ex li. 7. epistola 5. Sublata, inquit, qua dignum est ueneratione, imagine, atque cruce, & c.

CAPVT XVII.

Solutur argumentum quintum.

AD quintum de serpente aeneo costructo ab Ezechia, respondeo non mirum esse, si id Ezechias, fecerit: Hebraei enim illi adolebant incensum, vt Deo. nam etiam si adolere incensum, non sit necessariò sacrificium, cum videamus in Ecclesia etià non sacerdotibus incensum offerre, idque non solum Deo, sed etiam populo, tamen in lege veteri non licebat, nisi sacerdoti adolere incensum, & proinde sacrificium videtur tunc fuisse. vide 3. Reg. 12. & 2. Pa. 16.

PRATEREA Hebraei obliuiscuntur significationis, propter quae serpentem crexerat Moyses, honorabant illum propter materiam quomodo cetera idola, hoc est putabant beneficia sanitarum ab ipso serpente aeneo profecta. Id enim iudicare voluit Ezechias appellando serpentem נחשית Ne hushan, ist est, aenulum, vbi diminutiuum ponitur per contemptum, vel vt alij legunt נחשת Ne husham, id est, aes eorum.

CAPVT XVIII.

Solutur argumentum sextum.

AD sextum argumentum Caluini, sumptu ab experientia, quia Catholici magis frequentant vnà imaginem, quam aliam eiusdè rei, & quia praecatur ad imagines accedunt, & quia peregrinantur ad imagines, cum habeant domi pulchriores. Ex quibus ille colligit, nos credere in imaginibus inesse Diuinitatem.

RESPONDEO, vnã imaginem magis frequentari, quam aliam propter varias causas. Prima, quia Deus per vnã operatur miracula, & non per aliam: quae etiã causa est, cur magis frequentemus precibus vnũ Sanctum quam alium, Cur autem Deus hoc faciat, non est nostrum discutere.

SECUNDA causa est, quia quaedam imagines pictae sunt à sanctis viris, vt Luca, Nicodemo, & alijs: aliae à profanis. Certè autem peculiarem deuotionem merentur imagines, quae non solum sunt sanctae propter significationem, sed etiam propter artificem. In quo genere excellat imago E desena, quae ab ipso Christo facta credebatur: nec non imago S. Stephani, quae ab An-

gelo formata, & allata fuisse putatur, de qua Euodius lib. 2. de miraculis.

TERTIA causa est, quia aliqua magis excitant ad pietate, quam alia, cum sint magis pia & religiosa, &c. porro precati imagines accedimus, non ut inuocemus imaginem, sed ut memoria eius, quem orare volumus, nobis imago reficit. Peregrinationes ad imagines rariores sunt in Ecclesia: ordinari enim peregrinationes ad reliquias, & loca sancta fieri solent, ut ad sepulchrum Domini, ad limina Apostolorum, ad S. Iacobum, ad domum Virginis Lauretanæ, &c. si qui tamē peregrinantur ad imagines, illa tria spectant, qua diximus.

CAPVT XIX.

Soluitur argumentum septimum.

Argumentum septimum, ad primam rationem, quod imago non sit capax honoris, cum sit res inanima, & sensus ac rationis experta.

RESPONDEO, inde solum probari imaginem non esse honoris capax propter se, & idē imagines non honorari absolute, sed relatiuē ad prototypum.

Ad secundam dico, imaginem esse sanctam propter duo. Primò, propter significationem, & representationem rei sanctæ: & hoc modo quælibet imago Christi, vel Sanctorum, etiā in officina existens, potest honorari.

SECUNDÒ propter Ecclesiæ institutionem: nam quemadmodum calices, & vestes, & ipsi homines, eo ipso fiunt sacri, quod dedicantur cultui diuino, & separantur à profano vsu, ita etiam imagines fiunt sacra, cum ponuntur ab Ecclesia in templis, vel alijs locis sacris, nõ ut pascant oculos curiosorum, sed ut excitent memoriā & amorem Sanctorum, & seruiant cultui rerum sacrarum: in cuius rei signum solent aliquando imagines benedici, & precibus sacerdotibus quodammodo sacrari, antequam in templis collocentur.

Ad tertiam dico primò, hominem vt imaginem Dei esse dignum veneratione, vt supra ostendimus ex Cyrillo catechisti 12. & Augustino epist. 103.

Deo secundò cum Thoma Vvaldensi tomo tertio de sacramentalibus titul. 19. c. 15. hominem non proponi ab Ecclesia colendum vt imaginem Dei, quia periculum esset, ne homo propter se coli putaretur: nam etiam propter se homo capax est honoris.

CAPVT XX.

Proponitur questio: Quo genere cultus imagines sint honoranda.

ENIO nunc ad postremā questionem, quo genere videlicet cultus dignæ sint imagines. Tres sunt sententiæ.

PRIMA, quod imago non sit vlllo modo in se colenda, sed solum coram imagine colendum exemplar: ita quidam, quos refert, & refellit Catharinus. idem videtur sensisse Alexander tertia parte quaest. 30. art. vlt. necnon Durandus lib. 3. sententiarum distinct. 9. q. 2. & Alphonsus à Castro verbo, Imago.

FUNDAMENTVM huius sententiæ est, quia secundum Basilij sententiam in VII. Synodo sæpius repetitā, honor imaginis transit ad exemplar, non ergo, inquit hi Doctores, in imaginem terminatur: proinde ipsa imago non est quæ honoratur, sed solum per illam, & in illa honoratur exemplar. Et confirmatur ex verbis, qui dicuntur compositi tempore VII. Synodi, qui quæ visuntur Venetijs in eadē auctore antiquissimo opere incisa, & referuntur à Sabellico lib. 8. Enneadis. 8.

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa: Hanc videas sed mente colas, quod cernis in ipsa.

QUOD autem dicitur de imagine Christi Dei, dici etiam possit de imaginibus Sanctorum Numinum; Nam Petrus est quod imago docet, sed non Petrus ipsa, &c.

SECUNDA opinio est, quod idem honor debeat imaginibus & exemplari, & proinde Christi imago sit ado-

landa cultu latriæ, B. Mariæ cultu hyperdulæ, Sanctorum aliorum cultu dulci. Ita Alexander 3. parte quaest. 30. art. vlt. B. Thomas 3. parte quaest. 3. art. 3. & ibidem Caietanus. B. Bonaventura, Marcellus, Almainus Carthusianus, Capreolus, & alij in 3. distinct. 9. idem etiam habet Henricus quodlib. 10. q. 6. quamuis addat nullam imaginem adorandam esse latria: nam ipse putat quidem eundem esse honorem imaginis, & exemplaris, sed simul docet imaginem Christi non esse imaginem Christi, vt Christus Deus, sed vt homo est.

FUNDAMENTA horum actorum hæc sunt. Primò, quia Ecclesia canit de cruce: O Crux aue spes vnica:

Auge pijs iustitiam,

Reisque dona veniam.

SECUNDÒ, quia honor imaginis transit ad exemplar, ex Basilio: igitur idem est honor imaginis & exemplaris, quare si exemplar colitur latria, & imago.

TERTIÒ, ex Ambrosio, qui libro de incarnationis Dominicæ Sacramento, ca. 7. ait, eadem adoratione coli diuinitatem Christi, & eius Crucem: Num, inquit, cum in Christo imaginem Dei, & crucem adoramus, diuidimus eum?

QUARTÒ, ex Hieronymo epistola de obitu Paulæ: Prostrata, inquit, ante crucem, quasi pendente Dominum cerneret, adorabat. Sed si Dominum pendente adorasset latria, igitur & ipsam crucem latriæ cultu adorabat.

QUINTÒ, ex Aristotele, qui libro de memoria & reminiscencia cap. 2. dicit, eundem esse motum in imaginem, vt imago est, & in ipsum exemplar.

Sextò, mensura adorationis vniuersiuique rei est, ratio siue excellentia, propter quam adoratur: sed ratio, cur adoratur imago, non est alia, quam excellentia exemplaris, ergo idem omnino debetur honor imaginibus, qui debetur exemplari.

SEPTIMÒ, qui imaginem Regis afficit contumelia, habetur reus læsæ maiestatis, ac si ipsum Regem contumelia affecisset: eadem igitur ratio est imaginis, & exemplaris, quod attingit ad honorem, & contumeliam.

TERTIA opinio versatur in medio, estque eorum quæ dicunt, ipsas imagines in se, & propriè honorari debere, sed honore minori, quam ipsum exemplar, & proinde nullam imaginem adorandam esse cultu latriæ. Ita Martinus Peresius in libr. de traditionibus, tractatu de imaginibus; item Ambrosius Catharinus in tractatu de imaginibus; Nicolaus Sanderus lib. 2. cap. vlt. de imaginibus. idem videtur sensisse Gabriel, qui in 3. dist. 8. q. v. nica, & in canonem Missæ, lect. 49. ait, imaginem adorari eadem adoratione cum exemplari, non tamen vniuocè, sed analogicè. Hoc enim est dicere, coli imagines cultu inferiore, quam ipsum exemplar.

PRO solutione questionis, & opinionum conciliatione notandæ sunt tres distinctiones. Id enim, quod honoratur, potest honorari per se, vel per accidens: propter se, vel propter aliud: propriè, vel impropiè. Per se honoratur suppositum, in quo inest ratio venerationis: Per accidens id, quod est coniunctum rei, quæ adoratur, nec est ipsa ratio adorationis: vt cum honoratur Rex, per se honoratur homo ille, qui est Rex, per accidens honoratur purpura, & reliqua illi adiuncta, & accidentia omnia eius, excepta regia dignitate, quæ licet non sit id, quod honoratur, est tamen id, quo homo ille honoratur. Itaque persona honoratur per se, vt quæ: regia dignitas honoratur per se, vt qua: reliqua honorantur per accidens.

SECUNDA distinctio: potest aliquid honorari propter se, vel propter aliud. Id honoratur propter se, quod habet in se rationē venerationis non dependentē aliunde, & hoc modo sola natura rationalis est venerabilis. Propter aliud honoratur id, quod habet quiddē in se causam honoris, sed illa causa tota pendet ab alio: & hoc modo signa rerum sacrarum sunt venerabilia, habent enim in se relationē similitudinis, siue representationem

rei sacræ, & proinde quandam excellentiam; sed illa tota pendet ab ipsa re sacra.

TERTIA distinctio: Potest aliquid honorari propriè, vel impropiè. Id propriè dicitur honorari, quod verè ratione sui ipsius honoratur. Impropiè dicitur honorari, quod honoratur loco alterius. Legatus Regis aliquando honoratur vt Legatus, & tunc ipse propriè honoratur, licet propter alium honoretur: aliquando honoratur loco Regis, honore proprio Regibus, & tunc ipse impropiè honoratur, propriè autem Rex in ipso tunc honoratur. Id clariùs apparet quando vnus pro alio accipit possessionem aliquam, vel cum vnus celebratur absente corpore, circa statuam, & fiunt erga statuam omnia quæ circa corpus fierent: vt cum aliquando, teste Sexto Aurel. Victore, Romæ triumphauit, Traianus mortuus, & statuam eius pro eo sedit in curru triumphali. Nec enim potest dici, statuam propriè triumphasse, sed Traianum at statua representatum.

CAPVT XXI.

Imagines per se, & propriè colendas.

VN c iuxta positas distinctiones aliquot sententijs rem totam explicabimus. Sic igitur hæc prima sententia, siue propositio, Imagines Christi & Sanctorum, veneranda sunt, non solum per accidens, vel impropiè, sed etiam per se & propriè, ita vt ipse terminent venerationem, vt in se considerantur, & non solum vt vicem gerunt exemplaris. Probatur primò, quia Concilium VII. act. 7. definit imagines Christi esse venerandas, sed non latria: vult igitur esse venerandas per se, & propriè aliquo cultu: nam si Concilium solum vellet imagines adorari per accidens, vel impropiè, ita vt terminus proprius adorationis non esset imago, sed Christus ipse, non diceret, non debere adorari latria, Christus enim latria adoratur, cum sit Deus.

NEQUE obstat, quod quidam dicunt, imaginem Christi non representare Christum vt Deum, sed Christum vt hominem, vt proinde in imagine Christi nõ posse adorari Christum, & Deum, sed Christum vt hominem. Nam imago Christi ipsum Christum, id est, hypostasim diuinam humana carne vestitam representat, sicut imago cuiuslibet hominis non solum figuram, & colorem, sed etiam personam, & totum ipsum hominem representat. Alioqui Apostoli videntur Christum in carne, non debuissent adorare latria: nec Thomas dicere debuisset, Dominus meus, & Deus meus. Nam non videbāt Christum vt Deum, sed vt hominem.

SECUNDÒ probatur: nam si imago non est veneranda nisi impropiè, quia nimirum coram illa, vel in illa, aut per illā, adoratur exemplar, certe licebit simpliciter negare imagines esse venerandas. Quod enim non dicitur nisi impropiè, simpliciter negari potest, vt patet: at Concilium VII. act. 7. anathema dicit ijs, qui negant imagines esse venerandas.

TERTIÒ Concilium idem ibidem, definit imagines venerandas eo modo, quo veneramus Euangelia & sacra vasa: atqui ista honorantur per se & propriè, vt omnes fatentur, nec enim personam alicuius alterius gerunt: igitur & imagines per se, & propriè veneranda sunt.

QUARTÒ, in ipsa imagine verè inest aliquid sacrū, nimirum similitudo ad rem sacram, & ipsa dedicatio, siue consecratio diuino cultui: ergo ipse in se, & non solum vt prototypi vicem gerunt, honore dignæ sunt.

NEQUE obiectiones supra adductæ conuincunt. Ad primā dico, imagines siue honorantur propriè, siue per se, siue per accidens, semper honorari propter exemplar, & semper honorem earum transire ad exemplar, sed alio atque alio modo, nam quando imago adoratur impropiè, quia videlicet honor in ipsa non terminatur, sed per ipsam in exemplar, tunc immediatè & formaliter honor imaginis transit ad exemplar. At quando imago hono-

ratur per se, & propriè, ita vt in ipsam verè terminetur honor, tunc honor eius transit ad exemplar non immediatè, sed mediatè, & quasi consequenter: nam qui honorat imaginem alicuius, sine dubio honorat propter eū, cuius est imago, & proinde honor imaginibus verè exhibitus redundat in prototypum. Quemadmodum qui facit elemosynam pauperi, Christo illam fecisse dicitur, non quod elemosyna immediatè non tendat in pauperem, sed quia qui elemosynam facit pauperi, propter Christum facit, & Christum honorat in paupere.

Ad secundam dico, illis versiculis solum doceri, non deberi imaginibus eundem honorem, qui debetur exemplari, vt patet ex ratione, quæ in ipsis versiculis redditur. Quia videlicet imago non est Deus, sed imago Dei. Inde enim sequitur non deberi imaginibus honorem, qui debetur Deo, sed minorem. Nos autem hic non asserimus eundem honorem, sed aliquē honorem deberi imaginibus. Et fortasse auctores primæ opinionis hoc solum dicere voluerunt, nimirum honorē proprium exemplaris nõ posse exhiberi imaginibus, nisi impropiè: de honore autē inferiori nihil dixerunt. Quod si ita est, ab eis non dissentimus.

CAPVT XXII.

Non esse dicendum, imaginibus deberi cultum.

SECUNDA propositio. Quantum ad modum loquendi, præsertim in concione ad populum, non est dicendum imagines vllas adorari debere latria, sed è contrario non debere sic adorari. Probatur primò, Concilia non affirmant, sed simpliciter negant, imagines adorari, latria, igitur & nos eodē modo loqui debemus: nam modus loquendi Conciliorum, est modus loquendi Ecclesiæ, & proinde sequendus ab ijs, qui nolunt errare. Porro Concilia non asserere, sed negare imagines adorandas esse cultu latriæ, probatur: nam in primis nulum est Concilium, quod asserat imaginibus deberi cultum latriæ: deinde Concilium Nicænum II. act. 7. clamat imagines adorandas, sed non latria: similiter nostro tempore Concilium Senonense, cap. 14. & Concilium Moguntinum, cap. 41. dicunt, à concionatoribus debere moneri populum, ne imagines adoret, quod sine dubio intelligitur de adoratione latriæ. Dicent fortasse Concilia ista loquuntur de latria, quæ exhibetur alicui propter se, non de ea, quæ exhibetur alicui propter aliud. At id nihil facit ad rem: hic enim non de sensu, sed de verbis agimus: satis nobis est, in Concilijs simpliciter negari, imaginibus deberi latriam: nos enim modum loquendi Conciliorum sequi debemus.

SECUNDÒ, nullæ sunt exactiores formulæ loquendi in materia fidei, quam eæ quibus vtuntur, qui hæresim abiurant: Atqui in VII. Synodo act. 1. Basilius Ancyranus, & act. 3. Constantinus Cypri Episcopus abiurantes hæresim, dicunt, se recipere & colere imagines, non tamen latria.

TERTIÒ, patres passim dicunt imagines nõ esse adorandas, vt patet ex Augustino epist. 119. c. 11. Prohibetur, inquit, coli aliqua in figuris hominum Dei similitudo, non quia non habet imaginem Deum, sed quia nulla imago eius coli debet, nisi illa, quæ hoc est, quod ipse. Itē ex Gregorio, qui libro 7. epistola 109. & libro 9. epistola 1. monet Serenum Episcopum, vt populum instruat, ne imagines adoret, & sæpius repetit, non debere imagines adorari. At certè loquuntur de adoratione latriæ: nam alioqui imagines venerabiles esse non negant. Porro Ioannes Damascenus li. 1. & 3. Apologetico sæpius repetit imagines honorari debere, sed nullo modo latria. Cur ergo, quæso, non loquimur, vt Patres nostri loquuntur?

QUARTÒ, dicere populo, imaginem Christi, vel crucem adorandā esse latriæ cultu, illo ipso, quo adoratur Deus, non caret magno periculo: nā qui defendunt imagines adorari latria, coguntur vt subtilissimis distinctionibus, quas vix ipsi met intelligunt, nedū populus imperitus.

QVINTO, iste modus loquendi offendit aures Catholicorum, & præbet occasionem hæreticis liberius blasphemandi.

SEXTO, secundum rei veritatem (vt ostendam paulo post) non potest dici, adorari latria imagines, nisi per accidens, vel impropiè: per se autem, & propriè nullo modo. Et præterea illa adoratio per accidens, vel impropiè rarissimè exerceri solet. Ordinaria enim adoratio est illa, quæ exhibetur imaginibus externis per se, & propriè. At quod simpliciter dicitur, non intelligitur de eo, quod per accidens, vel impropiè, & aliquando conuenit re: sed de eo, quod per se, & propriè, & vt plurimum conuenit: ergò simpliciter loquendo non est affirmandum, sed negandum imagines adorari latria.

CAPVT XXIII.

Imagines Christi impropiè, vel per accidens, posse honorari cultu latria.

ERTIA propositio. Si de re ipsa agatur, admitti potest, imagines posse coli impropiè, vel per accidens eodem genere cultus, quo exemplar ipsum colitur.

Ac primum, quod imago possit coli impropiè eo cultu, quo ipsum exemplar, probatur: nam aliquando imago accipitur pro ipso exemplari, & ea quæ fierent circa ipsum exemplar, si adesset præsens, fiunt circa imaginem, mente tamen defixa in exemplari. Sic Concionatores alloquuntur imaginem crucifixi, eique dicunt, *tu nos redemisti, tu nos Patri reconciliasti*: ista enim non dicuntur imagini, nec vt lignum est, nec vt imago est, sed vt accipitur loco exemplaris, id est, dicuntur ipsi Christo, cuius tamen imago vicè gerit: quemadmodum etiam in die Parasceues cum crucifixus paulatim detegitur, & ostenditur, & adorandus proponitur, illa omnia per imaginem ipsi Christo vero exhiberi intelliguntur: tunc autè propriè nullus honor defertur imagini, sed soli exemplari, tamen impropiè dici potest ipsa etià imago honorari.

QUO autem possit imago adorari adoratione ipsius exemplaris propriè quidem, sed per accidens, probatur: nam aliquando nõ accipimus imaginem pro exemplari, nec consideramus solam imaginem, vel solum exemplar, sed consideramus exemplar, vt obiectiue relucet in imagine, & ipsum sic præsentatum, & quasi vestitum imagine veneramus: tunc autem necessariò adoramus imaginem eodem cultu, quo ipsum exemplar, sed per accidens: nam qui adorat aliquem, adorat etiam omnia, quæ cum illo coniuncta sunt: sicut qui adorat regem vestitum, adorat simul regem, & vestes: sed imago concipitur eo tempore coniuncta cum exemplari, quod adoratur: igitur etiam ipsa adoratur, per accidens tamen, quia ipsa nec est suppositum, quod adoratur; nec ratio adorationis, sed quiddam adiunctum.

VIDEATUR autem hæc fuisse mens auctorum secundæ opinionis: nam illi omnes cum explicant, quomodo imago adoratur eadem adoratione, qua ipsum exemplar, semper deueniunt tandem vel ad impropiam adorationem, vel ad adorationem per accidens. Alexander, & Bonaventura satis clarè indicant se loqui de adoratione impropiè. Dicunt enim ideò imaginè Christi adorari latriæ cultu, quia nõ tam ipsa, quàm Christus in ipsa adoratur.

PORRO B. Thom. & qui eum sequuntur intelligendi sunt de adoratione per accidens: nam in primis hoc probat argumentatio eorum de vnitate motus in imaginem, & in exemplar. Tunc enim est idem motus in imaginem, & in exemplar, quando exemplar consideratur vt obiectiue relucet in imagine, vt diximus.

DEINDE Capreolus disertè admittit adorationem istam imaginem esse per accidens, quomodo adoratur vestes Regis, cum Rex vestitus adoratur: immò B. Thom. ipse art. 4. eiusdem questionis dicit, ita honorari honore regio imaginem Regis, sicut vestes Regis. Certum

autem est vestes Regis non honorari regio honore, nisi per accidens.

DENIQUE eodem tendit speculatio Caietani, cum ille dicit imaginem Christi adorari latria, nõ ratione materiæ, nec ratione formæ, seu figuræ, sed ratione actualis representationis: non enim vult dicere, representationè illam actualem, esse rationem cur imago adoretur latria: id enim stultissimum esset, sed vult dicere, illam representationem esse conditionem, ratione cuius imago concipitur coniuncta cum exemplari, & proinde per accidens adoratur.

CAPVT XXIV.

Imagines per se, & propriè non esse colendas eo cultu, quo exemplar ipsum colitur.

VARTA propositio. Imago per se, & propriè non est adoranda eodem cultu, quo ipsum exemplar, & proinde nulla imago est adoranda cultu latriæ per se & propriè.

PROBATUR primò ex Concilio VII. act. 7. vbi legimus imaginem Christi non esse adorandam latria: Id autem falsum esset si imagini per se, ac propriè deberetur idem cultus, qui debetur exemplari, Christus enim cultu latriæ adorandus est.

DICES, Concilium loquitur de adoratione, quæ exhibetur rei propter se: imago autem adoratur latria, sed propter aliud. Contra: nam Concilium dicit, imagines non aliter adorari, quàm adoretur liber Euangeliorum, & sacra vasa, quod idem repetit VII. Synodus actio. vlt. can. 3. At nemo vnquam dixit librum Euangeliorum, vel sacra vasa, adorari latria vilo modo.

SECUNDÒ probatur ex Augustino, Gregorio, & Damasceno, & ex Concilijs Senonensi & Moguntino supra cap. 22. citatis, vbi habetur imagines non esse colendas cultu diuino.

DICES, loquuntur de cultu diuino, qui exhibetur alicui propter se: Contra, quia de hoc non poterat esse dubitatio. Concilia autem de his rebus definiunt, quæ in controuersiam veniunt.

TERTIÒ latria est cultus proprius Deo, sed nulla imago per se, & propriè est Deus, siue consideretur ratione materiæ, siue ratione figuræ, & colorum, siue ratione relationis: ergò per se, & propriè non debetur vlli imagini cultus latria.

DICIT aliquis fortasse, latriam esse cultum proprium Deo, quando exhibetur propter se, non autem quando propter aliud. Contra: nam de essentia veræ latriæ est exhiberi propter se: latria enim dicitur summus cultus, qui debetur vero Deo, vt primo principio omnium rerum: implicat autem contradictionem, exhiberi summum cultum primo principio, & propter aliud: nam si primo principio, non ergò propter aliud: si propter aliud, non primo principio. Ergo vel imagini exhibetur cultus latriæ propter se, & hæc est vera idololatria, vel non exhibetur propter se, & tunc ille non est cultus veræ latriæ.

PRÆTEREA, vel ista latria, quæ exhibetur imagini propter aliud, est idem cultus cù eo, qui exhibetur Deo, vel alius minor: si idem, ergò æquè colitur creatura, atque ipse Deus, quæ certè idololatria est: nam idololatria nõ solum est, cum adoratur idolum relicto Deo: sed etià cum adoratur idolum simul cum Deo. Exod. 20. *Deos aureos, & Deos argenteos non facietis mecum*. Si est cultus minor, non ergò est latria: nam latria est summus cultus.

QUARTA ratio, imagini non conuenit cultus internus, nec externus verè latriæ: nam internus cultus est apprehensio rei, vt primi principij, & prostratio voluntatis conueniens illi apprehensioni: actus autè externus proprius est sacrificium. Certè autem nec apprehendimus imaginem, vt primum principium, nec illi sacrificamus: non igitur illam adoramus cultu latriæ.

QUINTA ratio, imago, vt imago, opponitur exemplari,

plari, & est illo inferior, ergò non potest coli eodem cultu, sed minori: nam vnumquodque honorandum est pro sua dignitate. Certè autè longè maius est, esse Christum, quàm esse imaginem Christi.

SEXTA ratio, qui colebant imaginem Christi diuinis honoribus, inter hæreticos numerantur ab Irenæo, lib. 1. cap. 24. Epiphano hæresi 27. Augustino hæresi 7. & Damasceno libro de centum hæresibus, in fine. At qui isti cum Christum colerent, sine dubio imaginem eius propter ipsum colebant: non igitur licet imagines colere diuinis honoribus, id est, cultu latriæ, etiam si quis dicat, id se facere propter Deum, vel Christum, non propter imagines: nam hoc ipso, quòd eas colit diuinis honoribus, conuincitur eas colere propter ipsas, non propter Deum, quicquid verbis ipse dicat.

ACCEDEANT postremò illi antiquissimi versiculi: *Nam Deus est, quod imago docet, sed non Deus, & c.*

SATIS enim aperte significant, non deberi imagini cultum Deo debitum.

Ex his ad argumenta proposita facillè responderi potest. Ad primum, *O Crux aue spes vnica, & c.* Respondeo, vel ibi accipi crucem pro ipso Christo crucifixo, vt diximus: vel illam esse proloporæiam rhetoricam, qua Ecclesia alloquitur crucem eo modo, quo Moses alloquitur cælum & terram, cum ait Deut. 31. *Audite cæli qua loquor, & c.* & quando B. Andreas eadem alloquebatur, cum diceret: *Salue Crux pretiosa, & c.* significamus autem hac proloporæiam nos desiderare fructum crucis, id est, saluari per meritum Christi, qui in cruce passus est.

AD secundum dicitur infra in responsione ad quintum.

AD tertium dico, Ambrosium per crucem intelligere passionem Christi, siue carnem patientem, sicut per imaginem Dei intelligit diuinitatem. Vult enim dicere, vnum esse Christum Deum, & crucifixum, & propterea cum adoratur Christus Deus, non separari ab illo humanitatem: & cum adoratur Christus crucifixus, non separari diuinitatem.

AD quartum respondeo, Hieronymum ibi non dicere, à Paula propriè adoratum crucem, sed quòd prostrata ante crucem adorabat Christum, quem in cruce representari videbat.

AD quintum de vno motu in imaginem, & in exemplar, variè dantur solutiones. Peresius respondet, id non esse verum, quòd eodè motu feramur in imaginem, & in exemplar, cum illa sint opposita, nec possint cognosci, nisi duabus cognitionibus: ait etiam nusquam haberi in Aristotele id quod beatus Thomas adducit. At certè Aristoteles libro de memoria & reminiscencia, ca. 2. id aperte dicere videtur: nam reddere volens causam, cur memoria cognoscat absentia, dicit, causam esse, quia in memoria sunt species rerum, quæ sunt quasi picturæ quædam, & si quidem homo speculetur illa phantasmata, vt res quædam sunt in se, non cognoscat præterita, sed rem præsentem cogitabit: at si speculetur eadem phantasmata, vt imagines sunt, tunc cognoscat præterita, quorum illæ sunt imagines, quia nimirum non potest cognosci imago, vt imago, quin simul cognoscat res, cuius illa est imago. Nec verum est, quod dicit Peresius, relatiua quia sunt opposita, non posse cognosci vna cognitione: nam ita sunt opposita, vt vnum ab altero pendeat, & vnū sine altero nec definiri, nec cognosci possit.

DVRANDVS aliter respondet, admittit enim esse vnum motum mentis in imaginem, & in exemplar, sed negat propterea esse etiam vnam adorationem: nam licet mens vtrumque simul cognoscat, tamen non dicit, vnum esse alterum, sed intelligit esse distincta, & disparia, & proinde non adorat illa vna & eadem adoratione.

CONFIRMANT alij hanc solutionem, quia licet sit vnus motus mentis, id est, intellectus in imaginem & exemplar, tamen possunt esse contrarij motus volunta-

tis. Nam qui videt imaginem Christi malè depictã, odit imaginem, vt imago est, & tamen diligit Christum: & è contrariò, qui videt imaginem Iudæ pulchrè expressam, diligit imaginem, & odit exemplar.

HÆC solutio non satisfacit: nam Diuus Thomas nõ dicit, motum in imaginem, vt imago est, esse etiam in exemplar, sed dicit, motum in imaginem, vt imago alterius est, esse etiam in exemplar: & hoc est verum, tam de motu intellectus, quàm voluntatis. Nam qui amat imaginem Christi, non quia imago est, sed quia imago est Christi, impossibile est, quin simul diligit Christum, quandoquidem Christus est ratio, cur diligit imaginem. Qui autem diligit imaginem pulchrã Iudæ, & odit Iudam, non diligit imaginem illã vt Iudæ, sed vt pulchrã imaginem, simpliciter, id est, delectatur illa proportionè, quæ est inter imaginem & exemplar, non curans quale sit exemplar.

EXISTIMO ergò aliter respondendum: ac primum, admitto esse eundem motum etiam voluntatis in imaginem & exemplar, sed tunc vel exemplar concipitur & adoratur tanquam principale obiectum: vel non, id est, vel concipio, & adoro ipsum Christum in imagine obiectiue relucentem: vel concipio, & adoro imaginem ipsam, vt Christi imaginem, ita vt Christus in obliquo ponatur, non in recto: si primum, tunc adoratio quidem est latriæ, sed fertur in Christum per se, in imaginem solum per accidens: & hoc videntur sibi voluisse Capreolus & Caietanus. Si secundum, tunc adoratio fertur quidem in imaginem per se, & consequenter in Christum, sed non est adoratio veræ latriæ, sed longè inferior.

DICES: at Christo conuenit adoratio latriæ veræ: si ergò ista adoratio terminatur etiam ad Christum, erit veræ latriæ.

RESPONDEO, Christo conuenire veram latriam, quando adoratur, vt est in se, non autem quando adoratur, vt est in imagine per participationem. Quemadmodum qui honorat famulum Regis, certè honorat ipsum Regem, & tamen longè aliter honorat Regem ipsum in propria persona, quàm in famulo suo, vt notum est: & hinc patet responsio ad secundum, nam cum honoratur imago, honor eius transit ad prototypum, sed honor ille non est talis, qualis debetur prototypo in se, sed qualis ei debetur, vt ab imagine participatur.

AD sextum dico eodem modo rationem, cur honoratur imago, esse ipsum exemplar, exemplar tamè aliter honorari debere, vt est in se, aliter vt participatur ab imagine.

AD septimum dico eum, qui lædit statuum Regis, puniri vt reum maiestatis, quia verè læsit Regem: sed nego tam grauitè puniri, ac si læsisset Regem. Quòd si aliquis æquè grauitè puniretur, id fieret, quia constaret non læsisse statuum, vt statuum Regis, sed accepisse statuum pro ipso Rege.

CAPVT XXV.

Quo genere cultus adorentur imagines.

VINTA conclusio. Cultus qui per se, & propriè debetur imaginibus, est cultus quidam imperfectus, qui analogicè & reductiue pertinet ad speciem eius cultus qui debetur exemplari. Explico, Imaginibus non conuenit propriè nec latria, nec hyperdulia, nec dulia, nec vllus alius eorum, qui tribuuntur naturæ intelligenti. Non enim est capax, res inanima & rationis expertis, eiusmodi cultuum, sed cultus quidam inferior & varius pro varietate imaginum. Itaque imaginibus Sanctorum non debetur propriè dulia, sed cultus inferior, qui dici potest dulia secundum quid, vel dulia analogicè, siue reductiue. Similiter imaginibus beatæ Virginis non debetur hyperdulia simpliciter, sed hyperdulia secundum quid, siue analogicè & reductiue.

DENIQUE imaginibus Christi non debetur latria vera & simpliciter, sed cultus sine comparatione inferior, qui tamen reducitur ad latriam, vt imperfectum ad

perfectum. Probatum sicut se habet imago ad sumum exemplar, ita se habet cultus imaginis ad cultum exemplaris, sed imago est ipsum exemplar analogice, & secundum quid: nam homo pictus est homo secundum quid, & analogice: ergo etiam imagini debetur cultus ipsi exemplari debitus, imperfectus, & analogicus.

PRÆTEREA, imago reducitur ad speciem exemplaris: nam homo pictus, & equus pictus differunt specie, quia homo verus & equus verus differunt specie, ergo etiam cultus imaginis reducitur ad cultum exemplaris: & forte B. Thom. & B. Bonaventura, & alij hoc solum dicere voluerunt, cum dixerunt, eodem cultu coli imaginem & exemplar. ita enim eorum sententiam interpretatur Gabriel: quod si ita est, omnes convenimus.

Ex his habemus etiam, quid sit dicendum de vera cruce Domini, de clavis, spinis, aliisque reliquiis: sunt enim hæc omnia honoranda minore cultu, quam Christus, vel Sancti, quorum reliquiae sunt, sed tamen tali, qui analogice, & reductivè pertinet ad speciem cultus, quo Christus vel Sancti coluntur: nam reliquiae ideò merentur honorem, quia ratione contactus, vel aliquo alio modo habitudinem habent ad eos, quorum sunt reliquiae.

CAPVT XXVI.
De adoratione Crucis.

EST Crux Domini partim inter reliquias veneretur, partim inter imagines. (nam crux illa vera, in qua Dominus pendit, propter contactum sacri corporis & sanguinis, inter pretiosissimas reliquias habenda est, nec solum integra, sed etiam particula eius: at crux illa eadem, quatenus figuram crucifixi Domini representat, & similiter cæteræ cruce illi similes, inter sacras imagines numerantur) tamen quia peculiare errores, & peculiaris argumenta de cruce inveniuntur, peculiarem etiam de illa disputationem instituendam putavimus.

FUIT igitur hæresis imprimis Claudij Taurinensis, qui præter cæteras imagines crucem Domini execrabatur, teste Iona lib. 1. vixit autem Claudius anno Domini DCCC. Idem eodem tempore in Oriente docebat Pauliciani, à quodam Paulo sic appellati, teste Euthymio in panoplia, parte 2. tit. 21.

DEINDE circa annum Domini M.C.XXX. exiterunt Petrus Bruis, & Henricus, qui similiter crucem Domini, cuiusque cultum oppugnabant teste Petro Cluniacense, qui contra eos epistolam prolixam, & cruditam illo ipso tempore scripsit ad omnes Episcopos. Circa idem tempus, vel paulò post exstiterunt in Oriente Bogomiles, qui idem isdem argumentis docebant, teste Euthymio panopl. par. 2. tit. 23.

NON minus postea crucis honorem detestati sunt Vviclefista, apud Thomam Vvaldensem, tom. 3. tit. 20. Caluinus lib. 1. institutionis. cap. 11. §. 7. Magdeburgenses Cent. 4. col. 302. cap. 6. col. 458. & 450. vbi etiam impudenter mentiuntur, vsum signi crucis seculo IV. novum fuisse. Nam Tertullianus libro de corona militis, meminit signi crucis, cum tamen floruerit seculo II. Sic ut etiam Centuria septima, cap. 6. col. 291. mentiuntur, Sergium Papam fuisse auctorem primum, vt crux adoraretur, & exoculareretur. Nam Sergius Papa sedit anno Domini sexcentesimo octogesimo octavo: at meminit adorationis & exofeculationis crucis Euagrius lib. 4. cap. 26. qui est ceterum annis Sergio antiquior: meminit etiam Hieronymus in epist. ad Marcellam, vt migrer Bethlehem.

ARGUMENTA Bogomilum & Petrobrusianorum erant tria. Primum, quia crux dolorem & ignominiam Christo attulit, ergo detestanda est ijs, qui Christum diligunt.

SECUNDO, quia stultus & impius iudicaretur filius, qui patibulum amaret, & honoraret, in quo pater eius suspensus fuisset.

TERTIUM, quia si oportet adorare omnes cruce, quia Christus in cruce pendit, oportebit etiam adorare omnia sepulchra, quia in sepulchro Dominus quieuit: & omnia præsepia, quia in præsepio reclinatus fuit: & omnes columnas, læceas, spongas, flagella, &c. *Immo & omnes asinos* (inquit Claudij) *quia Christus asino vectus fuit.*

QUARTO arguit Claudius, hostes Christi gaudebant de passione Domini, de resurrectione dolebant: & contrà, amici eius de passione dolebant, de resurrectione gaudebant: ergo qui crucem honorant, & illam amat, imitantur Christi hostes.

QUINTO argumentabatur Vviclefista apud Vvaldenses: si ratione contactus, vel quia instrumentum passionis fuit, crucem adoramus, oportebit etiam adorare labia Iudæ, quæ contigerunt os Domini osculando: & manum illius ferui, qui Dominum tetigit, cum alapam illi inflixit: nam hæc omnia tetigerunt Dominum, & instrumenta passionis fuerunt.

SEXTO arguunt Centuriatores, superstitio est characteribus tribuere virtutem: at Papistæ tribuunt figuræ crucis vim depellendi Demones, & omnia mala: ergo superstitiosi sunt. *Quæ obiectio* infra capite 30. diluuntur. antea verò rem explicabimus. Dicemus igitur tria: Primum, de ipsa cruce. Secundò, de crucis imagine. Tertio, de signo crucis transeunte.

CAPVT XXVII.
De Cruce vera Domini.

QUANTUM ad primum, antequam veniam ad probationes, notanda sunt aliqua de figura ipsius crucis. Sciendum igitur crucem ex tribus lignis factam esse, quorum vnum erat longum, cui corpus adharebat: alterum transversum superpositum longo, quibus affigebantur manus: tertium lignum erat infixum in ligno longo, vt in eo pedes crucifixi starent, & clavis figi possent. Id testatur Irenæus lib. 2. cap. 42. *Habitus*, inquit, *id est figura crucis sine summitate habet quinque, duas in longitudinem, duas in latitudinem, vnam in medio in qua quiescit, qui clavis affigitur.* Idem habet Iustinus in Dialogo cum Tryphone ultra medium.

TRIVM autem lignum transversum esset superpositum ligno longo, ita vt non emerit lignum longum sursum versus, non est certum: nam Beda in questionibus in Genesim, vbi de victoria Abraham loquitur, dicit crucem similem fuisse literæ Græcæ T, qualem etiam fuisse olim Hebraicum Thau, docet Hieronymus in caput 9. Ezechielis. At B. Augustinus epistola 120. cap. 16. dicit lignum longum eminuisse supra transversum. Et hoc est probabilis: nam est conformis verbis Irenæi, & verbis Apostoli ad Ephesios cap. 3. vbi alludens ad figuram crucis, nominat sublimitatem, profundum, longitudinem, & latitudinem. Porro qui dicunt crucem fuisse similem literæ Thau, dicunt verum, quia parum differebat.

QUOD autem scribit Beda in suis collectaneis & floribus, crucem factam ex quatuor generibus lignorum, ex Cedro, Pino, Cypresso, & Buxo: & quod scribitur in historia scholastica de ligno eruto ex probatica piscina, &c. non habent veterum testimonia, nec videntur probabilia.

ILLUD autem non est ignorandum, veteres aliquid addidisse mysterij gratia, quod etiam nunc ex parte servatur. Nam lignum longum producebat sursum versus, & flecebant ad modum baculi pastoralis, vt referret litteram Græcam P, paulò inferius apponebant duo ligna transversa ad similitudinem crucis sancti Andreæ, quæ referrent litteram Græcam X, ita vt duæ illæ literæ per abbreviationem significarent Christum: infra illam ponebant lignum transversum, quod verè perficit crucem, & inde pendebat velum expansum: infra lignum transversum, erat lignum longum in similitudinem hastæ: ad infimam partem addebant capulum ad commoditatem gestandi. Hæc omnia significabant crucem esse vexillum

Imperatoris Christi: nam crucem testabatur ipsa figura: Christi nomen indicabant duæ literæ X & P: vexillum, ex velo, hasta, & capulo dignoscatur. Vide Ioannem Pierium Valerianum de signis hieroglyphicis, libro 50. & Primasium lib. 4. in Apocalypsim, vbi hoc ipsum signum vocat monogramma, & signum Christi. Tale ferè fuit & labarum Constantini. Nam vt Eusebius refert libro 9. hist. capite 9. labarum, quod ante Imperatores gestari solebat, & à militibus adorari, Constantinus in formam crucis redegit, sic tamen vt etiam vexilli formam non amitteret.



DESCRIBIT autem ipsum labarum Eusebius libro 1. de vita Constantini, vbi dicit, fuisse hastam totam auto circumdatam, in cuius summitate posita erat corona pretiosissima, infra eam cornu transversum ad formam crucis, ex quo pendebat velum purpureum auro & geminis ornatissimum, ad cuius partem infimam visabantur imagines Constantini & filiorum. In ipsa verò hasta sub corona, erant literæ nominis Christi.

IAM verò modus crucifigendi communis non erat, vt multi putant, funibus alligando, sed clavis figendo. Pictores ferè solent lorum Christum depingere clavis affixum, latrones autem, & sanctum Petrum, atque Andream funibus: sed non ita est, omnes enim clavis figebantur, immò & omnes crucem suam ferebant, omnèsque antea flagellis cedebantur. Vide Plutarchum de tarda Numinis vindicta, Marcum Tullium act. 7. in Verrè, Nonium Marcellum, verbo Patibulum, qui sic ait: *Diligenti ad patibulum circumferuntur, deinde crucifiguntur.* Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 11. Iosephum, lib. 6. de bello Iudaico, cap. 12. & in vita sua.

ADDE, quòd ideò dubitabatur, quænam ex tribus reperit crucibus, esset crux Dominica, quia omnes tres habebant similia foramina & clausos, &c. Vide Rufinum lib. 10. historia. cap. 8.

HIS ergo prænotatis ad argumenta veniamus: ac primum, quòd lignum crucis venerabile sit, probatur ratione ex Scripturis desumpta. Nam Scripturæ testantur, Christum non crucifixum casu, vel inuitum, vel propter sua peccata, sed ipsum sponte elegisse crucem, & elegisse, vt Altare summi Sacrificij, quo placaretur Deus, vt scilicet sibi ipsi ad regnum, vt instrumentum liberationis generis humani, ac demum vt instrumentum, quo Diabolum vinceret, ac de eo triumpharet: ex quo sequitur, crucem illam veram à Deo mirifice fuisse honoratam, & nobis omnibus amabilem, & venerabilem esse debere.

QUOD spontè illam elegerit, patet Isaiæ cap. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit*, Ioan. 10. *Ego pono animam meam: nemo tollit eam à me. sed ego pono eam.* In actis Apostolorum cap. 2. *Hunc desinito consilio & præscientia Dei traditum in ieremiam.* Act. 3. *Deus, qui pronunciauit per os omnium Prophetarum, pati Christum suum, implevit sic.* Act. 4. *Conuenerunt verè in ciuitate ista Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & populus Israël facere, quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri.*

QUOD crux fuerit Ara summi sacrificij, patet, quia Christus ipse crucifixus est summum sacrificium, in epistola ad Hebræos capite 7. Vnde 2. Colossenses primo, *Pacificans per sanguinem crucis eius*, id est, per sanguinem eius in cruce, quasi in Altari fufum. Et hoc significat lapis erectus & inunctus, & domus Dei vocatus à Iacob, Genes. 28.

QUOD crux scala fuerit Christo ad regnum, Ioan. 12. *Nunc Princeps huius mundi eicietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia trabam ad me ipsum.* Hoc autem dicebat, significans, quæ morte esset moriturus. Ad Philip. 2. *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, &c.*

QUOD fuerit instrumentum liberationis, docet plurimè figurè, quas collegit Ioannes Damascenus lib. 4. de fide, cap. 12. Id enim significauit lignum vitæ in paradiso, Genes. cap. 2. arca lignea Noë, domum eius saluans, Genes. 7. virga Moysis aperiens mare, Exod. 14. lignum aquas dulces reddens, Exod. 15. Sed præcipuè serpens æneus exaltatus in deserto. Num. c. 21. de quo Dominus Ioannis 3. *Sicut exaltauit Moses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Hinc videlicet Ecclesia sequuta Paulum ad Galatas 6. dicit: *Nos autem gloriarì oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus vita, & resurrectio nostra.*

QUOD cruce Diabolum vicerit, & de eo triumpharit, patet ex epistola ad Colossenses cap. 2. *Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, tulit de medio: affigens illud cruci, exspolians principatus & potestates, traduxit palam confidenter, triumphans illos in semetipso.* Origenes homilia 8. in Iosue, dicit, in Græcis haberi, Triumphans illos in ligno crucis: & licet nunc non habeamus, in ligno, sed in ædificiis, id est, in ipso, tamè optime referri potest ad crucem, de qua supra dixerat *in Iosue*, vt refert Theophylactus. Dicit ergo Origenes, in cruce duos fuisse affixos, Christum visibiliter, sponte sua, & in tempus: Diabolum autem inuisibiliter, inuitum, & in sempiternum eius opprobrium: & hoc probat ex isto loco, vbi Paulus vitur metaphora triumphi, indicare volens crucem esse currum triumphalem, in cuius summa parte sedet Christus triumphans, & in parte ima trahitur Diabolum alligatus, & ostentatur quasi in pompa. Id enim significat verbum *id est, in Iosue*, & *in Iosue*.

ARGUMENTVM secundum sumitur à mysterijs, in ipsa cruce significatis. Nam, vt ait Augusti. epist. 120. cap. 26. qui mortuus est, quia voluit, etiam mortuus est, quando voluit: nec sine causa crucem potius, quam aliud instrumentum mortis elegit. Quid autem crux mystica significet, docent Irenæus lib. 5. c. 17. Gregorius Nyssenus oratione 1. de resurrectione, Augustinus in Epistola 119. & 120. Hieronymus & Theophylactus in ca. 3. ad Ephes. vbi de cruce exponunt verba Pauli: *Et possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & profundum.* Nam latitudo vocatur lignum transversum: sublimitas, pars ligni vbi est titulus supra transversum: longitudo ligni pars à transverso vsque ad terram: profundum, pars eiusdem, quæ latet sub terra.

SIGNIFICAT autem ista figura primò, totam perfectionem Christianam, vt Augustinus docet: profundum, Fidem: sublimitas, Spem: latitudinem, Charitatem: longitudinem, perseverantiam.

SECUNDO, Christi passionis effectum: nam lignum supremum significat cælum Christi passione apertum, & Deum placatum: lignum sub terra infixum, infernum euacuatum, & Diabolum deuictum: lignum transversum respiciens Ortum & Occasum, totum orbem terrarum redemptum. Itémque propterea Christum crucifixum adorant cælestia, terrestria & inferna, vt Nyssenus deducit.

TERTIO, duo brachia crucis sub vno titulo Saluatoris, significant duos populos (inquit Irenæus lib. 5. contra hæresis, cap. 17.) sub vno capite Christo inter se conuenos, iuxta illud Ioannis 12. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trabam ad me ipsum.*

AD VNT Minutius Felix in Octauio, & Ambrosius sermone quinquagesimo sexto, crucis figuram esse etià naturaliter salutarem. Nam aues nunquam volarent, nisi expansis alijs crucis formam imitarentur: & nauis non moueretur, nisi ex malo & antenna crux fieret: & arator terram non scinderet, nisi ex aratro & stiuâ crucem faceret, & rursum aliam ex iugo & temone. Cælum ipsum crucem facit, si linee ducantur ab Ortu ad Occasum, ab Aquilone ad Austrum.

DENIQUE etiam Aegyptijs, qui hieroglyphicis characteribus utebantur, crux vitam venturam significabat, vt refert Rufinus lib. 2. histor. cap. 19.

ARGUMENTVM tertium, ab inuentione crucis: ex qua multiplex testimonium sumitur, quod veneratio ligni crucis Deo placeat.

PRIMO, quod non permiserit Deus lignum illud mergi in mare, vel flammis absumi. Quod enim hostes Christianorum conati sint abolere crucem, eiusque omnia vestigia, patet ex eo, quod altissime crucem sub terram absconderunt, & in loco crucis, Veneris simulacrum: in loco resurrectionis, Iouis: in loco natiuitatis, Adonidis posuerunt: vt refert beatus Hieronymus in epistola ad Paulinum de institutione Monachi. Cur, quaeso, non cremarunt crucem, cum vellent & possent, nisi quia Deus abstulit illis mentem, vt ad solatium piorum lignum pretiosissimum seruetur.

SECUNDO, quod Deus eo tempore crucem inueniri voluerit, quo tunc poterat coli, nimirum ad initium imperij Constantini. Nam si antea referata fuisset, regnabibus persecutoribus, magis ludibrio, quam honore excepta fuisset: si autem diu post tempora Constantini fuisset inuenta, fraudata fuisset sancta crux debito honore. Tunc igitur primum diuina prouidentia crucem manifestauit, cum primum potuit coli.

TERCIO, quia per euidencia miracula demonstratum est esse veram crucem, & proinde crucis inuentionem, ac reuelationem illam esse a Deo. Nam cum tres cruces simul inuenta fuissent, nec posset plane crux Domini a crucibus latronum internosci, adnotae fuerunt omnes tres ad mulierem quandam in extremis agetem, & cum duae priores nihil egissent, tertia admota mulieri, mox illam reddidit sanam. Scribit hoc Rufinus libro 10. histor. capite 8. Socrates lib. 1. cap. 13. Theodoretus libro 1. cap. 18. Sozomenus libro 2. cap. 1. & Nicephorus libro 8. cap. 29. nec solum mulierem agram sanauit, sed etiam mortuum virum excitauit eodem tempore, vt scribunt Paulinus epistola vndecima ad Seuerum, Seuerus libro 2. histor. sacrae, & Sozomenus libro 2. cap. 1. qui & viri mortui, & mulieris aegrotae meminit.

NEQUE obstat, quod Ambrosius oratione in Theodosium, & Chrysostomus hom. 84. in Ioan. dicunt, crucem Domini ex titulo cognitam, quo carebant aliae duae: nam Rufinus indicat, ex titulo quidem fuisse cognitam crucem Domini, sed non omnino euidenter, quia titulus non erat affixus cruci, sed iacebat prope eam, ideo vt nulla remaneret ambiguitas, ad miraculum confugerunt. Nec solum crux miraculo illo claruit, sed etiam clauus quem Helena ad Constantinum misit: de eo siquidem (vt Ambrosius testatur loco citato) Iudaei dicebant, *Ecce & clauus in honore est, & quem ad mortem impressimus, vt medium salutaris est, atque inuisibili potestate Daemonum torquet.*

QUARTO, quia Helena non ex se incitata est ad crucem Domini quaerendam, sed diuina admonita reuelationibus. Sic enim testatur Eusebius in Chronico, quod Hieron. Latinum fecit: *Helena Constantini mater, inquit, diuinis monita, visonibus beatissimum crucis lignum, in quo mundi salus pependit, apud Hierosolimam reperit.* Et idem dicunt Ambrosius, Rufinus, Paulinus, Sulpitius, & alij. Ex quo apparet impudens blasphemiam Magdeburgensium, qui Cent. 4. cap. 6. col. 488. Helenam superstitiosam vocant, quia Hierosolimam petiit, vt lignum crucis inueniret, quam tamen sancti Patres omnes mirifice laudant, & Spiritu sancto inspirante dicunt eam crucis lignum quae fuisse.

IPSAM vero historiam licet celeberrimam conantur Magdeburgenses dubiam reddere Cent. 4. c. 13. col. 1438. & 1439. duabus coniecturis. Prima est, quia Ambrosius est antiquissimus omnium qui eam historiam re-

ferunt: sed illius orationem in Theodosium, vbi hoc habetur, Erasmus non recipit, vt germanam. Secunda, quia Eusebius lib. 3. de vita Constantini de Helena multa narrat, & de repurgatione montis Caluariae, & tamen non meminit inuentionis crucis.

AD primam dico, primo non extare talem Erasmi censuram, immo ipsi Magdeburgenses Cent. 4. cap. 13. in vita Ambrosij ex iudicio Erasmi hanc orationem Ambrosio tribuunt, ex quo perspicere potes eorum constantiam.

DICO secundò, si extaret, non esse Erasmus diuinum oraculum, cui necessariò credi debeat, quando nullam affert rationem.

DICO tertio, falsum esse quod Ambrosius sit antiquissimus eorum, qui hanc historiam referunt: nam Sulpitius, Paulinus, Rufinus, Hieronymus, Chrysostomus, qui eandem recitant, & quales Ambrosij dici possunt, cum eodem tempore vixerint, licet Ambrosius esset fortasse paulò senior. Deinde eandem recitat Cyrillus Hierosolymitanus, Ambrosio antiquior, in epist. ad Constantinum Augustum: item Constantinus ipse, Ambrosio similiter antiquior, eiusdem meminit in epist. ad Macarium, quam refert Eusebius lib. 3. de vita Constantini, vbi sic habet: *Tanta est Dei nostri benignitas, vt nulla verborum officia praesenti miraculo digna esse queat. Hoc enim admirationem omnem, stuporemque praerit, iudicium tormenti sacratissimi tot annis humo sepultum, vsque dum interfecto communi hoste, libera familia apparuit, ignorari, &c.* Ibidem addit, nouis miraculis fidem esse declaratam.

AD secundam obiectionem dicimus, Eusebium in Chronico huius rei meminisse, in libris autem de vita Constantini non fecisse de hac re mentionem, quia res erat notissima omnibus, & satis putabat esse, quod eam attigisset in literis Constantini. Huic inuentioni sanctae crucis addi potest inuentionis sacrae lanceae, quae diuina reuelatione reperta est Antiochia, anno Domini M. XC. VIII. & insigni miraculo nobilitata. Vide Gulielmum Tyrium lib. 6. de bello sacro, Paulum Aemylum lib. 4. de rebus gestis Francorum, & Dodechinum Mariani Scoti continuatorem in Chronico anni M. C.

ARGUMENTVM quartum, à testimonijs veterum, qui passim referunt, quanto desiderio tenerentur fideles habendi, aut certe videndi particulas verae crucis, quod ad magnum crucis honore pertinere nemo ignorat. In primis B. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 10. & 13. dicit, ex ligno crucis Hierosolymis inuento totum mundum repletum, plurimis inde particulas petentibus & impetrantibus. Constantinus particulam crucis statuae suae inseruit, quam, Constantinopoli collocauit, existimans per eam crucis particulam totam urbem custodendam, vt refert Socrates lib. 1. cap. 13. & Eutropius siue Paulus Diaconus, qui multa addidit Eutropio lib. 11. rerum Romanarum, Gregorius Nyssenus in vita Macrinae fororis scribit, eam gestare solitam ad collum crucem argenteam, cui inserta erat particula verae crucis.

PAULINVS epist. 11. ad Seuerum, scribit, se mittere, tanquam summum donum, particulam crucis verae auro inclusam. Idem etiam natali decimo sancti Felicis, scribit, se restinxisse incendium maximum ostensa particula crucis, quod nulla arte extingui poterat.

IPSE, inquit, domum remeans, modicè, sed grande salutis, de crucis aeternae sumptum mihi fragmine lignum Promotens, atque aduersis procul ingero flammis, &c.

CHRYSOSTOMVS hom. quod Christus sit Deus, scribit eos, qui potuerant potiri particula crucis, auro inclusam seruare, ac inde se valde ornari & custodiri, merito credere. Euagr. lib. 4. hist. cap. 26. & Procopius libro secundo de bello Persico, narrat, Apameae fuisse particulam sanctae Crucis, quam sibi ostendi populus voluit, cum ciuitas diu obfessa iam iam capienda videretur, vt nimirum conspecta Cruce Domini alacrius

morentur. Sed cum ab Episcopo crux illa ostenderetur semel, & iterum, & tertio, effluxisse semel, iterum, & tertio splendidum, ignem, non comburentem, sed lucentem, quo territi hostes, obfessionem soluerint. Gregorius lib. 7. epistol. 126. ad Reclaredum Regem Visigothorum, mittit crucis particulam, vt eximium munus.

AMBROSIVS oratione in Theodosium, loquens de clauo inserto ab Helena galee Imperatoris: *Sapienter, inquit, Helena egit, quae crucem* (particulam videlicet crucis, nimirum clauum vnum) *in capite Regum leuauit, vt crux Christi in regibus adoretur.*

HIERONYMVS in Psal. 98. exponit de cruce, illud: *Adorate scabellum pedum eius.* Et in epist. 17. ad Marcellam dicit: *Ergone erit illa dies, quando nobis liceat speluncam Saluatoris intrare, crucis deinde lambere lignum, &c.*

AVGVSTINVS lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 8. scribit: *Ad terram sanctam ex monte Caluarie allatam in Africam, miracula fieri solita, & se cum alio Episcopo eam infodisse, & orationis locum super eam constituisse.* Quo honore Augustinus prosequeretur crucem, quando sic honorauit terram, vbi fuerat crux?

HIS adde Sibyllae carmen, quod habetur lib. 6. carminum Sibyllinorum propè finem.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit.

ARGUMENTVM quintum, ab exaltatione crucis. Constat enim ex Paulo Diacono, Zonara, & Cedreno in vita Heraclij, Heraclij in recuperatione crucis, quam Persae ex Hierosolymis abstulerant, diuinitus adiutum, ita vt etiam de caelo Deus lapidibus grandinis pugnaret contra Persas, vt olim fecerat cum Iosue. In ipsa etiam restitutione crucis in suum locum, miracula quaedam contigerunt, vt refert Sigibertus in Chronico anni DC. XXXI. vnde etiam festum institutum testatur, Otho Frisingensis lib. 5. cap. 9. Beda & Ado in Martyrologio.

ARGUMENTVM sextum, si locus, in quo Angelus stetit, terra sancta est, Iosue cap. 5. Exodi 3. cur non magis crux, vbi stetit Christus? si sudaria & semicinctia Pauli honorabantur propter contactum, cur non magis crux Christi sanguine resperfa? Si Sacramenta honorantur, quia instrumenta gratiae, cur non crux, quae instrumentum est redemptionis?

CAPVT XXVIII.

De imagine Crucis.

AM vero de imagine Crucis habemus, Primò testimonium Matthaei 24. *Tunc apparebit signum Filij hominis in caelo*, ex qua apparitione miro modo venerabile redditur signum illud, id est, crux. Nam etsi Caluinus, Musculus, & alij quos refert in sua catena ad hunc locum Marloratus, negent hic agi de cruce, ac velint hunc esse horum verborum sensum; tunc apparebit signum Filij hominis, id est, tunc apparebit Filius hominis tam manifestè, ac si edito signo in se omnium oculos conuertisset: omnes tamen veteres ad vnum exponunt de cruce: ita Origenes, Chrysostomus, Hieronymus, Hilarius, Theophylactus, Euthymius, Beda in cap. 24. Matthaei: item Cyrillus catechesi 15. & Augustinus sermone 130. de tempore. Ecclesia quoque canit in festo inuentionis: *Hoc signum Crucis erit in caelo, cum Dominus ad iudicandum venerit.*

Sibylla etiam lib. 6. in fine.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit, Nec te terra capit, sed caeli testa videbis, Cum renouata Dei facies ignita micabit.

ET quidem Thomas Vvaldensis tomo 3. titulo 20. cap. 158. non omnino improbabilius dicit, ipsam veram crucem ligneam, quae nunc diuisa est in multas particulas, tunc reformandam, & colligendam, & appaturam in caelo: nam id videntur asserere Sibylla & Chryso-

stus in sermone de cruce & latrone, nec alij Patres contradicunt.

NEQUE obstat illud Ecclesiae, *Hoc signum Crucis erit in caelo*: nam etiam vera crux dici potest signum crucis, id est, instrumentum habens figuram crucis. Sed si hoc non admittatur, saltem imago crucis lucida in caelo apparebit ex aere, vel igne condensato, vt Abulenſis, & Ianſenius, & alij docent.

HINC autem multiplex argumentum ducitur ad probandum honorem crucis: nam primò honorabilis est crux, quia ab ipso Christo vocatur signum eius, id est, vexillum Christi: si enim vexillum Imperatoris milites adorant, vt patet ex Sozomeno libro primo historiae, capite 4. cur vexillum Christi non adorabitur? Secundò, honorabilis est, quia in caelo apparebit, loco nimirum sublimi & honorifico. Tertio, quia manibus Angelorum feretur, vt Augustinus docet sermone 103. Quarto, quia splendet claris Sole, quod probant Augustinus & Chrysostomus, quia tunc apparebit, & conspicietur ab omnibus, quando Sol, & Luna, & stellae obscuratae fuerint, vt patet ex Matthaeo cap. 24.

ARGUMENTVM secundum sumi potest à testimonijs sacrorum Conciliorum: nam Synodus VI. canone septuagesimo tertio, Synodus VII. actione vltima, & Synodus VIII. actione item vltima, canones ediderunt de veneratione crucis.

TERTIUM argumentum ab vsu & testimonijs veterum. Iustinus in Apologia 2. *Signa, inquit, & nota, quae apud nos sunt, huius rei (Crucis) virtutem declarat.* Tertullianus in Apologetico, cap. 16. obiectioni Gentilium respondet de adoratione crucis lignae: idem facit Minutius in Octauio. Ex quo apparet, ab ipso Ecclesiae exordio, etiam ante crucis verae inuentionem, Christianos solitos habere & venerari crucis imaginem. Origenes lib. 6. in epistolam ad Romanos, dicit, crucis figuram ante oculos positam, si attentè consideretur, valere ad depellendam omnem tentationem.

CONSTANTINVS Magnas labarum in formam crucis redegit, vt patet ex Eusebio li. 9. cap. 9. historiae, & ex libro primo de vita Constantini: quia verò labarum adorabatur, nunquam Constantinus crucem in labaro posuisset: si putasset esse idololatriam, venerari crucem: immò Sozomenus lib. 1. cap. 4. historiae scribit, ideo Constantinum vertisse labarum in crucem, vt milites assuescerent crucem venerari.

DICES, etià ante Constantini tempora labarum habuit formam crucis, vt Tertullianus in Apologetico capite 16. Iustinus in secunda Apologia, & Minutius in Octauio restantur.

RESPONDEO, labarum ante Constantini tempora habuisse quandam crucis similitudinem, quia erat velum in ligno suspensum: non tamen proprie crucis figuram habuisse, nisi tempore Constantini. Idem Constantinus, vt refert Eusebius libro 1. de vita Constantini, Romae deuiſto Maxentio, in loco celeberrimo erexit crucem cum his verbis: *Hoc salutare signum.* Rursum in manu dextera statuae suae crucem apponi iussit cum his verbis: *Hoc vno verae fortitudinis signo urbem vestram liberaui, &c.* Idem etiam decreto cauit, ne deinceps vlli facinorosi cruci affigerentur, vt crux non amplius horro-ri, sed amoris & venerationi omnibus esset, vt scribit Sozomenus lib. 1. cap. 8. & Augustinus sermone 18. de verbis Domini. Et è contrario in pecunijs, quas omnes amant, crucis figuram excudi iussit, vt ibidem Sozomenus refert.

CONSTANTINVS pietatem imitatus Theodosius, prohibuit ne crux humi sculperetur, vel pingretur, ne sacrum signum pedibus calcaretur: ita enim habetur libro 1. Codicis, titulo 8. L. Cum sit nobis, quod testimonium ex Petro Crinito libro 9. capite 9. aduersarij

corruptè citant, quasi Theodosius prohibuisset imaginem crucis sculpi, vel pingi.

THEODOSIUM sequutus Arcadius filius, auream monetam cum signo crucis cudi iussit, teste Prospero de prædictionibus & promissionibus parte 3. ca. 34.

TIBERTIVS quoque optimus Imperator, Theodosij legem sequutus, cum vidisset in palatio humi crucem in marmore incisam, mox erigi iussit, dicens: *Crucem Domini frontem & pectus munire debemus, & nos eam pedibus terimus*; testis Paulus Diaconus lib. 18. rerum Romanarum, ubi etiam addit, sub illo marmore repertum ingentem thesaurum amplius centum millium aureorum, in remunerationem videlicet pietatis tam religiosi Principis.

CONSTANTINI tempore scriptis Lactantius carmen de cruce, in quo inter cætera legitur.

Flecte genu, lignumque Crucis venerabile adora.

NON diu postea Athanasius quæst. 16. ad Antiochum reddidit causam, cur Christiani faciant & colant potius imagines crucis, quam lanceæ, vel spongiæ; quia videlicet si Ethnici dicant nos colere lignum, mox duobus lignis crucis disunctis figuram crucis destruimus, nec amplius veneramus.

IOANNES Chrysostomus in supplicationibus argenteas cruces cum ardentibus facibus præferri iubebat, vt Socrates lib. 6. cap. 8. & Sozomenus lib. 8. cap. 8. testatur. Idem etiam Chrysostomus in libro, quod Christus sit Deus, dicit, suo tempore crucis figuram omnibus in locis depingi solitam, vt in vrbibus, in domibus, in cubiculis, in vasis, in solitudine, in montibus, &c. Augustinus Tractatu 36. in Ioannem, & in Psalmum 36. *Qui tantum, inquit, honorem tribuit supplicio suo, quid seruat fidelibus suis?* Cyrillus lib. 6. in Iulianum, respondet Iuliano reprehendenti Christianos, quod lignum crucis adorarent, eiusque figuram ante domos suas depingeret. Rufinus libro 2. cap. 29. historiam testatur, apud Ægyptum, cum ad fidem conuerterentur Ægyptij, vbi que fuisse depictas cruces loco thoracis Serapidis, quem Ethnici venerabantur. Beda libro primo historiae Anglorum, cap. 25. scribit, Augustinum à beato Gregorio missum ad Anglorum conuersionem, crucem argenteam, & imaginem Christi in tabula depictam pro vexillo prætulisse. Ipse etiam Gregorius libro 7. epistola 5. de crucis veneratione loquitur. Leo sermone 8. de passione Domini: *Pulchra specus, inquit, triumphi sui, portabat trophæum, & inuictissime patientiæ humeris signum salutis adorandum omnibus regnis inferebat.*

SECVLIVS in carmine Paschali:

*Pax crucis ipse fuit, violentaque robor a membris
Illustrans proprijs, penam vestitit honore.
Suppliciumque dedit signum magis esse salutis:
Ipseque sanctificans in se tormenta beavit.
Nene quis ignoret speciem crucis esse colendam,
Que Dominum portauit ouans, &c.*

ARGVMENTVM quartum ab apparitione, & miraculis crucis. Primò, apparuit Constantino crux lucidissima in aère cum illis verbis. *Ev rtraq; vna*, id est, in hoc vince: refert Eusebius lib. 1. de vita Constantini, ubi etiam addit, se id accepisse ab ipso Constantino, iurante rem ita se habere. Neque apparuit illi crux in somno, vt Sozomenus lib. 1. cap. 3. & Paulus Diaconus lib. 11. rerum Romanarum dicunt, sed planè vigilianti, & iter facienti cum toto exercitu, vt Eusebius dicit.

POBRO non frustra dictum esse Constantino, *In hoc signo vice*, apparet ex victorijs Constantini: nam libro 2. de vita Constantini scribit Eusebius, in prælijs iussisse Constantinum semper deferri labarum cruce insignitum ad eam partem agminis, quæ magis laborabat, & quocunque labarum accessisset, mox etiam victoriam sequi solitam. Addit ibidem, eum qui labarum deferret, cum metu hostium irruentium reliquisset labarum,

continuo necatum esse: qui autem illud de manu abiicientis suscepit, nunquam feriri potuisse, etiam si innumerabilia prope tela in illum coniecta fuissent: omnia enim (mirabile dictu) in hasta Crucis infisgebantur.

SECUNDO, apparuit Crux lucidissima supra montem Oliueti tempore Constantij Imperatoris, de qua apparitione extat epistola Cyrilli Hierosolymitani ad Constantium.

TERTIO, apparuit tempore Iuliani Apostatae, qui eam persequebatur, vt narrat Gregorius Nazianzenus oratione prima in Iulianum. Nam cum Iulianus inspiceret extra pecudum aruspicij gratia; inuenit crucem coronatam, & quidem aruspices periti, vt refert Paulus Diaconus in eius vita, dicebant significari religionem Christianam, quæ crucem venerabatur, fore perpetuam, nec posse vinci à Iuliano. Adulatores autem eius dicebant significari angustias, & quasi carceres crucis, sed euentus priorem sententiam veram ostendit.

QUARTO, cum Iudæi, Iuliani iussu, extruere vellent templum in Hierosolymis in dedecus crucifixi, apparuit rursum in aère circulus ingens lucidus, crucem splendidissimam ambiens, & præterea in vestibus ferè omnium hominum eius loci apparuerunt cruces, quasi summo artificio elaboratæ, vt scribit idem Nazianzenus oratione secunda in Iulianum.

QUINTO, apparuit crux in aère tempore Arcadij, cum Imperator bellum susceperet pro fide contra Persas Christianorum persequeutores, in quo bello diuinitus adiutus fuit: testatur hoc beatus Prosper in libro de promissionibus diuinis, parte 3. cap. 34.

SIXTO, apparuerunt cruces in vestibus hominum tempore Leonis Iconomachi, cum hæretici contra imagines sacras insanirent, vt testatur Paulus Diaconus in vita Leonis Iconomachi.

AD hoc genus referri potest apparitio crucis in Anglia in arbore, anno M. D. LIX. de qua vide Alanu Copum in Dialogo quinto, & Suriu in cõmentis, anni 1559.

PRÆTER has apparitiones miracula sine numero per crucis figuram effecta referri possent. Insigne est illud Hilarionis, quod refert beatus Hieronymus factum apud Epidaurum. Nam cum mare egredereur terminos suos, & periculum esset, ne ciuitatem obrueret, Hilarion in littore tres cruces pinxit: mare autem cum eo peruenisset, cœpit intumescere, & in magnam altitudinem instar muri cuiusdam excreuit sursum versus, quasi fremes & indignans, quod progredi ulterius prohiberetur, tandem crucis virtuti cedens, fluctus suos in seipsum reuertit. Multa quoque miracula facta narrat Beda libro 3. cap. 2. historiae Anglorum, per ligneam crucem, ab Offvaldo Rege sancto erectam, ac illud omnium primum, quod ipse cum paucis contra innumerabiles hostes pugnavit, & vicit.

ARGVMENTVM vltimum à ratione. Nam si signa rerum sanctarum sancta & venerabilia sunt, vt supra ostendimus: certè quælibet crux sancta & venerabilis est, quia gerit imaginem Christi crucifixi, id est, Christi in ipso opere redemptionis occupati, quo nihil sanctius cogitari potest.

CAPVT XXIX.

De signo Crucis.

ESTAT signum crucis, quod in fronte, vel in aère pingitur, vel super quascunque res digito exprimitur. Quod signum sacrum esse & venerabile, Primò ostendi potest ex figuris Testamenti veteris. Nam sanguis Agni in postibus domorum, de quo Exodi duodecimo, nihil aliud significabat, nisi signum crucis in frontibus Christianorum, Augustino teste in libro de catechizandis rudibus, capite vicefimo. Item illud Tau, quod Ezechielis capite nono iubetur describi in frontibus gementium, apertif-

simè

simè signum crucis, quod in fronte potissimum pingimur, indicabat, teste Cypriano in li. 1. aduersus Demetrianum, & Hieronymo in commentario Ezechielis. His adde illud Apocalypsis 14. *Halætes nomen eius, & nomen patris eius in frontibus suis*: id est signum crucis. Item illud Apocalypsis 7. *Nolite nocere terre, & mari, neque arboribus, quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum*. Hoc enim signum esse signum crucis, docent Oecumenius, Beda, Anselmus, & Rupertus in hunc locum. Iacob quoque cum cancellatis manibus benedixit filiis Ioseph Gen. 48. significauit, fore aliquando tempus, quo benedictiones signo crucis ferent.

SECUNDO, probatur ex testimonijs veterum, qui primis quingentis annis floruerunt. Dionysius c. 4. 5. & 6. Ecclesiastica hierarchia, dicit in omnibus Sacramentis adhiberi signum crucis. Iustinus quæst. 118. respondet Gentijs quærentibus, cur Christiani ad Orientem orarent: & dicit, causam esse, quia Deo danda sunt meliora, sicut etiam, inquit, dextera potius, quam sinistra signum crucis exprimimus, cum alicui benedicimus. Hippolytus quidam scriptor verustissimus, & Apostolis familiaris, cuius librum citat Palladius in historia Lausiaca, c. 148. scribit virginem quandam signo crucis munitam ex probulo illasam euasisse.

TERTULLIANVS ita loquitur lib. de corona militis: *Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem adiutum & exitum, ad vestitum, ad calcæatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubacula, ad sedilia, quandocunque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus*. Idem habet lib. 2. ad vxorem, & in principio Scorpiaci.

CYPRIVS libro quarto, epistola sexta, in fine: *Muniatur frons, vt signum Dei incoluere seruetur*. Et libro de vnitatis Ecclesiæ, vltra medium dicit, Oziam lepra in fronte percussum, offenso Domino, in qua parte corporis signatur, qui Dominum promerentur. Et libro de lapsis in principio: *Frons cum signo Dei pura, Diaboli coronam ferre non potuit, coronis se Domini reseruaui*.

CORNELIVS Papa in epistola ad Fabianum, quæ est apud Eusebium lib. 6. historiae, c. 33. dicit, Nouatianum à Dæmonio arreptum, quod non recepisset in fronte signaculum Christi.

ORIGENES in Exodi caput 15. homilia sexta sic ait: *Timor & tremor cadit super eos (Dæmones) cum signum in vobis viderim crucis fideliter fixum, &c.* Gregorius Neocæsariensis sæpe vsum signum crucis contra Dæmones, testatur Gregorius Nyssenus in eius vita.

LACTANTIUS lib. 4. cap. 26. dicit, Christum eis omnibus prodesse, qui signum crucis in sua fronte conscriperint.

CYRILLVS catechesi 4. *Non pudeat, inquit, nos crucis Christi: quod si aliquis id occultet, tu manifestè signa te crucis in fronte. Et infra: Fac autem hoc signum, & manducans, & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans, & in summa in omni negotio*. Idem reperit catechesi 13.

ATHANASIUS libro de incarnatione Verbi: *Signo crucis omnia magica, inquit, compescuntur, &c.*

BASILIUS lib. de Spiritu sancto c. 37. inter primas Apostolicas traditiones ponit, signare se signo crucis.

GREGORIUS Nazianzenus oratione prima in Iulianum dicit, etiam milites in mensa signum crucis adhibere solitos.

CHRYSOSTOMVS homil. 55. in Matthæi c. 12. signo crucis omnia Sacramenta perfici docet. Et homilia, quod Christus sit Deus, plurima de gloria huius signi, religiosissimè & eloquentissimè prosequitur.

PHREM libro de penitentia, cap. 3. *Pingamus, inquit, in ianuis, atque in frontibus nostris, & in ore, & in pedore, atque in membris omnibus, vniuersum signum, armemur insuperabili hac Christianorum armatura*. Item libro de armatura spiritali, cap. 2. *Scuti vice crucis signo te ipsum*

muni, validissima enim armatura est. B. Antonius, vt refert Athanasius in vita eiusdem Antonij, contra omnes terrores iubebat solo crucis signaculo tutos esse Monachos. Palladius in historia Lausiaca, c. 2. scribit, sanctum senem quendam cum vidisset in puteo aspitem, signo crucis muniuisse puteum illum, ac deinde sine timore hausisse aquam, & bibisse. Theodoretus in historia religiosa, passim meminit crucis, & virtutis eius.

AMBROSIVS sermone 43. hortatur, vt omnia opera à signo crucis incipiamus. Et sermone 90. recitatur verba sanctæ Agnetis dicentis: *Posuit signum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam*: Id enim est signum crucis, quo dedicamur Deo.

HERONIMVS in epistola ad Demetriadè: *Clandas cubiculum pectoris, crebro signaculo crucis munias frontem tuam*. Item ad Eustochium: *Ad omnem incesum manus pingat Domini crucem*.

AVGVSTINVS Tractatu 118. in Ioannem, ad finem: *Quid est, quod omnes nouerunt, signum Christi? nisi crux Christi? quod signum nisi adhibeatur, sine frontibus credentium: sine ipsi aquæ, qua regenerantur; sine oleo, quo Chrismate inunguntur; sine sacrificio, quo aluntur: nihil eorum ritè perficitur*. Item libro 1. Confessionum, capite vndecimo: *Signabar iam signo crucis, & condebar sale Christi tui*.

BEATVS Martinus apud Sulpitium: *Ego, inquit, signo crucis, non clypeo protecltus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus*.

PRVDENTIVS in hymno ante somnum:
*Fac, cum vocante somno
Castum petis cubile,
Frontem lochumque cordis,
Crucis figuram signet.
Cruce pellit omne crimen,
Fugunt crucem tenebræ.
Tali dicata signo
Mens fluctuare nescit.*

PAVLINVS natali octauo S. Felicis.
*Nos crucis inuictæ signum, & confessio munit,
Armatque Deo mentem, non querimus arma
Corporis: & quanquam membris videamur inermes,
Arma tamen gerimus, quibus & sub pace serena
Contra incorporeos animis decernimus hostes.*

TERTIO, probatur ex miraculis signo crucis factis. Tertullianus initio Scorpiaci dicit, Christianos signando, vel adiurando non solum Christianis, sed etiam Ethnicis sæpe prodesse. Lactantius libro quarto, capite vicefimo septimo, dicit, præsentem Christiano, qui crucem in fronte signauerat, Diabolum non ausum Imperatori poscenti responsa dare. Epiphanius hæresi 30. scribit, quendam Iosephum nondum Christianum signo crucis Dæmones expulisse, & deinde Christianum effectum, eodem signo incantationes Iudæorum destruxisse. Nazianzenus orat. 1. in Iulian. scribit, ipsum Iulianum licet Ethnicum, cum spectra quadam videret, dum necromantici sua mysteria operarentur, signo crucis seipsum muniisse, & mox spectra omnia euasisse. Nyssen in vita Gregorij Thaumaturgi, scribit, Diaconum eius signo crucis munitum exiisse noctu incolumem ex balneis inter innumerabilia spectra, ex quibus balneis nemo vnquam viuus exierat eorum, qui noctu intrauerant.

ATHANASIUS in vita Antonij, Hieronymus in vita Pauli primi Eremitæ, Theodoretus libro 5. historiae, capite 21. & Gregorius libro tertio Dialogorum, capite septimo, multa scribunt miracula, quæ ad solum crucis signum Deus fecit, ac potissimum in Dæmonum expulsionem. Palladius in historia Lausiaca, ca. 54. scribit, quendam signo crucis munitum in medijs flammis longo tempore illæsum permansisse. Theodoretus in vita sancti Iuliani, & in vita sancti Marciani, scribit, ab vtroque, suo

tempore

tempore signo crucis ingentes dracones occisos. Item in vita sancti Aphaatis, & sancti Macedonij, & sancti Petri, & aliorum, scribit eos signo crucis varios morbos curasse. Quod idem Sulpitius in vita beati Martini; Hieronymus in vita Hilarionis, Augustinus libro vice- simo secundo de ciuitate Dei, capite octauo, similiter scribunt. Victor Vticensis libro secundo de persecu- tione Vandalica, scribit, ab Eugenio Episcopo Ca- tholico cæcum illuminatum solo crucis signo. Quod si addere vellemus miracula edita post primos quin- gentos annos, quæ referuntur à probatis auctoribus de S. Benedicto, Bernardo, Fracisco, & aliis, nunquã finiremus.

CAPVT XXX.

Soluuntur obiectiones hæreticorum.

His, quæ dicta sunt, facile erit obiectiones hæ- reticorum supra notatas soluere. Ad Primam igitur, quæ sumebatur ex eo, quod crux dolorẽ & ignominiam Christo attulit, respondemus: si solum crux attulisset Christo dolorem & ignominiam, esse meritò execrandam: atqui attulisse etiam lætitiã & gloriam, propter Diabolum deuictum, & genus huma- num redemptum, quæ lætitiã & gloria tanta fuit, vt do- lorem & ignominiam illam priorem planè absorberit, vt patet.

Ad secundam, quæ sumebatur à similitudine eorum, quorum parentes in patibulis perierunt; qui impij vide- rētur, si eiusmodi patibula honorarent; dico illa nõ esse similia, nam qui nunc in patibulis suspenduntur ex sen- tentia iudicis, culpa sua suspenduntur, aut vera, aut certè in iudicio legitime probata: præterea inuiti suspēduntur: denique ex ipsa morte nihil lucratur, nisi pœnam & in- famiam. At Christus nõ propter culpam veram, aut pro- batam crucifixus fuit. Constat enim ipsum iudicem sæ- pius restatum, se nullam in eo causam inuenisse. Ad hæc Christus sponte sua se tradidit crucifixoribus, vt Patris obedientiam impleteret, cum alioqui posset euadere, si vellet, vt notum est: quia cum diceret. *Ego sum*, omnes eius inimici ceciderunt retrorsum. Ioan. 18. Denique Christus ex ipsa morte plurima bona retulit, vt dixi- mus, & sibi & nobis. Neque id solum in Christi mor- te videmus, sed etiam in mortibus aliorum, qui propter Deum, aut patriam occiduntur: amici enim libentissi- mē instrumenta passionis eorum, tanquam monumenta virtutis conseruant.

Ad tertium argumentum, quod honorare crucem sit, quasi letari de morte Christi, quemadmodum inimi- ci eius faciebant, dico, nos nihil cū hostibus Christi ha- bere commune. nam cum gaudemus de Christi passio- ne, non gaudemus de eo, de quo hostes eius gaudebant, sed de eo de quo ipse gaudebat, id est, de triumpho eius, non de ignominia. Alioqui enim etiam nouimus Christo patienti esse compatiendum, & dolores eius piis lacry- mis decorandos.

Ad quartum argumentum dico, non sequi, si omnes cruces honoramus, oportere etiam nos honorare omnia præsepia, omnes spinas, omnes lanceas, omnes virgas, &c. nam omnes cruces adoramus, quia omnes sunt ima- gines veræ crucis, in qua Dominus pependit: & præter- ea etiam ipsius Christi crucifixi: at præsepia, spineta, lan- ceæ, & similia, non sunt imagines Christi, nec etiam præ- sepia, spinarum, lanceæ, & similia, quæ Christum teri- gerunt. Ad imaginem enim non sufficit similitudo, sed requiritur vt vnus exprimat ex alio. Quare frater nõ dicitur imago fratris, licet similes sint, quia vnus non est ab alio. Filius autem, quia non solum est similis patri, sed etiam ab eo prodiit, idcirco verè dicitur, & est imago pa- tris. Iam cruces omnes sunt ad exprimendã illã primam, & sic imagines eius sunt: at præsepia, lanceæ, & similia, nõ sũt ad illa exprimendã, sed ad alios vsus, & idè nec ima- gines sunt. Quando autẽ pingitur vel sculpsitur præsepe,

ad representandam Christi natiuitatem, vel columna ad representandam flagellationem, quia tunc præsepe & columna sunt imagines, non carent sua aliqua ve- neratione.

Si petas, vnde est quod pingimus, & adoramus cru- cem, etiam sine Christo crucifixo, & non pingimus, nec adoramus præsepe, vel columnam sine Christo?

RESPONDEO, propter tres causas. Primò, quia crux etiam sola refert ipsum Christum crucifixum: illa autem hoc non faciunt.

Secundo, quia crux non habet alium vsum, quàm representandi, præsertim post editum Constantini, de non crucifigendis hominibus: at illa alia habent alios vsus: & idè qui videret vnã columnam depictam, non facillè posset scire, quid illa significaret, an columnam Christi, an columnam Traiani, vel Hadriani, vel Hercu- lis, vel aliorum.

Tertio, quia (vt Athanasius quæstione 16. ad An- tiochum dicit) cum accusamur quod adoremus lignum, possumus statim ostendere, nos colere figuram, non ma- teriam, separando duo illa ligna ab inuicem: quod in co- lonna, lancea, spongia, & similibus, non tam facillè fie- ri posset.

Ad quintum, de honorandis labijs Iudæ, & manibus eorum, qui Christum occiderunt, tum propter contra- ctum sacri corporis, tum quia instrumenta fuere passio- nis, respondeo, inter crucem, & labia Iudæ, ac ma- nus crucifixorum Christi, magnam esse differentiam, vt docet Thomas VValdensis tomo tertio, titulo decimo tertio, capite centesimo vicesimo: nam crucem Domi- nus elegit, & amanter amplexus est, vt rem innoxiam deseruientem redemptioni: at labia Iudæ, & manus im- piorum Christus non elegit, nec amauit, sed execraba- tur, vt res impias & sceleratas. Nos autem illa solum amare & honorare debemus, quæ Dominus amauit & honorauit.

Si possent respondere VViclefistæ: patia esse labia Iudæ, & crucem. Nam vt labia Iudæ fuerunt instrumen- tum sceleris Iudæ, & alioqui in se nõ erant capacia cul- pæ, ita & crux fuit instrumentum sceleris Iudæorum: & sicut Dominus elegit crucem, non vt instrumentum sce- leris, sed vt instrumentum passionis, ita quoque elegit labia Iudæ & manus interfectorum, non vt instrumen- ta sceleris, sed vt instrumenta passionis. Vnde Augu- stinus in Psalmum tricesimum quartum, dicit, Iudam à Christo electum, vt per eum impleteret redemptionem nostram.

RESPONDEO igitur, differentiam in duobus consi- stere. Primò, quia labia Iudæ, & manus interfectorum Christi, non solum instrumenta passionis erant, sed etiam partes illorum hominum impiorum, & idè non pote- rant honorari, vt instrumenta passionis, quin simul ipsi impij homines honorari viderentur: at crux, spina, colu- na, & similia, non sunt partes illorum hominum; sed sunt res per se existentes, & natura sua innoxie, &c.

Secundo, quia in passione Domini possumus cõsi- derare actionem & passionem, quarum prior scelerata, posterior sanctissima fuit; porro labia Iudæ, & manus impiorum fuerunt instrumenta propinqua & immedia- ta ipsius actionis sceleratæ, remota autem & mediata pas- sionis salutaris: è contrario crux, & clauis, & similia, fue- runt instrumenta propinqua & immediata passionis san- ctæ, & remota ac mediata actionis sceleratæ, vt patet: & idè labia Iudæ magis participant actionem, quàm pas- sionem, & crux è contrario magis passionem, quàm actio- nem. Propterea crux simpliciter est venerabilis, labia Iu- dæ simpliciter detestanda.

Ad vltimum, de magia & superstitione, dico, tan- tum abesse à magia signum crucis, vt potius eo signo omnis magia soluat, vt ait rectissime S. Athanasius,

libro de incarnatione Domini, & salutari eius aduentu: signo crucis, inquit, omnia magica compestuntur, veneficia inefficacia fiunt. Et infra, Veniat qui istorum ditorum ex- perimentum capere velit, & in ipsis prestigijs Demonum, & imposturis vaticiniorum, & in miraculis magie vtatur signo crucis ab ipsis deriso, nomenque Christi inuocet, & videbit quomodo eius rei metu Demones fugiant, vaticinia con- quiescant magie, & veneficia iaceant. Hæc ille. Scribit etiã Iacobus Sprenger in malleo maleficorum, parte secunda quæstione prima, capite secundo, magos & magas quan- do initiantur sacris Damonis, palam polliceri Diabolo pro tribunali sedenti, & coram testibus, se crucem Do- mini conculcaturus, quia videlicet, vbi crux honoratur nulla magica artes efficaces sunt.

Sciendum igitur est, idè esse superstitiosum & prohibitum, vt characteribus & figuris ad effectus ali- quos producendos, vt magi faciunt, quia effectus illi non possunt esse naturales, quia characteres & figuræ non sunt operatiua naturaliter: nec proueniunt illi effectus à Deo, cum nulla talis Dei promissio reperiat, nec Deus ab il- lis inuocetur: sed fiunt illa omnia à Damone, & charac- teres solum deseruiunt pro signo fæderis inter Diabo- lum & magos. At signum crucis operatur mirabilia, non ex virtute sua naturali, quam habet, vt figura quædam: nec vt signum pacti cum Damone, sed vt signum diuini- tus institutum.

Ac, vt clariùs id percipiatur, nota tres esse effectus crucis mirabiles. Primò terret, & fugat Demones. Secun- dò, pellit morbos, & omnia mala. Tertio, sanctificat ea, quibus imprimitur. Et quidem primum effectum ex tri- bus causis habet, ex apprehensione Damonis, ex deuotione hominis, & ex instituto Dei. Nam Damon vbi cru- cem videt, mox recordatur cruce Christi se victum, spo- liatum, ligatum, & enervatum fuisse: inde crucem timet & fugit, quomodo canis fugit lapidem & baculum, quo percussus fuit.

Deinde vim habet crux ex opere operantis eo mo- dò, quo vim habet oratio. Nam signum crucis est inuo- catio quadam meritum Christi crucifixi signo expref- sa. Loquimur enim corde, voce, & nutibus. Itaque oppo- nere contra diabolum signum crucis, est opponere meri- tum passionis Christi, id est, inuocare Deum per Chri- sti merita contra Diabolum. Vnde effectus tunc magis pro- cedit ex fide, & fiducia, ac deuotione interiore, quàm ex ipso characteris crucis, sicut quãdo oramus voce, & impe- tramus, effectus tribuitur potius fidei, & fiducia: internæ, quàm sono vocis. Et de his duobus modis nullũ est dubiũ.

Existimo tamen, etiam tertio modo, id est, ex in- stituto Dei, & ex opere operato valere signũ crucis con- tra diabolum. Nam videmus Iudæos & Paganos sine vlla fide in Christum, solum intendentes facere, quod Christiani faciunt, fugasse Demones signo crucis, vt pa- tet ex Nazianzeno, oratione prima in Iulianum, Epipha- nio hæres. 30. & Gregorio lib. 3. Dialogorum, c. 7. ex quo apparet, non deuotione aut fide operantis, sed de ipso signo crucis fugatum Damonem.

Quare sanctus Augustinus lib. 83. quæstionum,

quæst. 79. dicit, indictum à Deo Damonibus, vt cedant cruci, tanquam scepro summi regis, quomodo populi militibus cedunt, cum ab illis profertur signum Impera- toris: Nec mirum est, inquit, quod hæc signa valent, cum à bonis Christiani adhibentur, quando etiam cum vsurpantur ab extraneis, qui omnino suum nomen ad istam militiam non dederunt, propter honorem tamen excellentissimi Imperato- ris valent. Cum autem nunc cedunt his signis huiusmodi po- testates, Deus ipse prohibet oculis modis, cum id iustum at que vile iudicat. Nam nullo modo vlli spiritus audent hæc signa contemnere. Contremiscunt hæc, vbi quicquid illa pro- spexerint.

Dices, ergo erant plura Sacramenta, quàm septem, Respondeo, signum crucis non esse Sacramentum pro- priè dictum: tum quia non confert gratiam iustifican- tem, tum etiam, quia non habet effectum infallibilem, vt Augustinus dicit, & experientia etiam testatur.

Quantum ad morbos, & cætera mala, quæ nõ possunt percipere vim signorum, dicimus ea fugari per crucem, tanquam per signum fidei & fiducia, vel potius tanquam per inuocationem signo expressam. Christus enim promissit fidelibus se daturum quidquid peterent cum fide. & nominatim Marci vlt. de moribus dixerat: *Serpentes tollent, super egros manus imponent, & bene habebunt, & si mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit.* Fideles igitur con- tra morbos, & reliqua mala implorant Dei auxilium per Christi meritum, idque faciunt corde, ore & nutibus. Et quia tunc effectus non producit ex opere operato, mo- re Sacramentorum, sed ex opere operantis, idè non in- fallibiliter sequitur.

Quantum ad benedictiones, idem ferè dicendum est. Nam cum benedicimus homines, domos, agros, & similia, illo signo commendamus Deo per Christi meri- ta res illas, quas benedicimus: & similiter cum benedi- mus aquam, oleum, ramos, candelas, &c. commendamus res eas Deo, eumque precamur, vt velit illas nobis esse fa- lutares, vt que per eas, tanquã per instrumeta, nos adiuuet.

Denique id, quod explicitè petimus precibus, idem implicitè petimus per signum crucis. Quamquam non potest, nec debet negari, quin etiam aliqua sanctitas accedat rebus, cum signantur cruce, non quidem sancti- tas, quæ sit aliqua qualitas physica, sed sanctitas in rela- tione consistens, qualis est crucis, clauorum, vestium alia- rumque rerum, quæ tetigerunt Christum, aut Sanctos: & qualis est eorum qui tangunt reliquias Sanctorum. Nam sanctificari aliquo modo eos, qui tangunt reliquias, con- stanter docent Patres, Basilus in Psalm. 115. Gregorius Nyssenus in vita sancti Theodori: Ioannes Chrylosto- mus in sermone de sanctis Iuuentio, & Maximo, & alij. Si autem contactus reliquiarum sanctificat, cur non, etiam contactus vexilli salutaris? Certè Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis & remissione, cap. 26. id asserit:

Catechumenos, inquit, secundum quendam modum sum per signum Christi, & orationem manus impositionis puro san- ctificari: & quod accipiunt, quamuis non sit corpus Christi, sanctum est tamen. Atque hæc de Reliquiis, & imaginibus pro instituta nostri operis breuitate: sufficiant.

**LIBER TERTIVS DE
IIS REBVS QVIBVS SVPERNA
HIERVSALEM AB ECCLESIA
IN TERRIS PEREGRINANTE COLITVR.**

HIC sequentes quaestiones de templis, votis, peregrinationibus, festis, & vigiliis qua fiunt in honorem Dei, & Sanctorum, non solum ad hunc locum, sed etiam ad multa alia pertinere possunt: visum est tamen hoc loco eas integre disputare, tum quia disputationes ita coniunctae sunt, ut non facile inter se disjungi possint: tum etiam, quia id quod non est proprium huius loci, hinc peti poterit, cum alibi opportunitas de ea re disputandi dabitur. Excipio tamen vota, de quibus hoc loco non nisi brevissime differetur, quia iam res tractata est in secundo libro de Monachis, capite decimoquarto, & sequentibus.

VT igitur a templis ordiamur, septem erunt partes huius disputationis. Primum enim explicabimus, quae fuerint haereses de hac re. II. An sint templa erigenda. III. Qua forma. IV. Quos ob fines. V. De consecratione templorum, & dedicatione. VI. De ornatu eorumdem. VII. De iis, quae in templo benedicuntur, ut aqua, oleo, cereis, palmis, &c.

CAPVT PRIMVM.

DE ERRORIBVS CIRCA TEMPLA.

DVO genera hostium habuerunt Deitempla. Vnum eorum, qui re ipsa templa euerdebant, non odio templorum, sed odio gentis, aut religionis. Aliud eorum, qui templa ipsa, vel eorum aliquid oderant taquam malum. Primi generis fuerunt Nabuchodonozor, Antiochus, Pompeius, Cassius, Titus, qui templum Salomonis vel incendierunt, vel profanarunt, non odio templi, sed gentis. Vide 4. Reg. vltimo. 1. Machab. 10. Iosephum lib. 11. antiquitatis, & libro 7. de bello Iudaico: Cornelium Tacitum libro 21. & Augustinum lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 45.

CHRIStIANORVM Ecclesias Diocletianus iussit omnes solo aequari, non odio templorum, sed religionis Christianae. Euseb. lib. 8. historiae, cap. 2. Idem facere voluisse Iulianum scribit Hieron. epist. ad Riparium. Ariani quoque, & Donatistae templa Catholicorum profanabant, & spoliabant, non odio templi, sed religionis. Vide Athanasium in Apologia pro fuga sua, & Theodoretum libro 4. historiae, capite 19. & 20. & Optatum lib. 6. contra Parmenianum.

AD illud genus pertinent inprimis Manichaei; nam Faustus apud Augustinum lib. 20. cap. 3. & 4. obicit Catholicis, quod haberent templa & altaria more Gentium & Iudaeorum. Manichaeos sequuti, Masseliani templa omnia & altaria execrabantur, & solum in suis domibus orare volebant Deum, ut Damascenus refert lib. de centum haeresibus.

EODEM ferè tempore Eustathius templa omnia, & praecipue Martyrum detestabatur, teste Socrate libro secundo historiae, cap. 33. & in priuatis domibus conuenticula fieri volebat.

PETROBRVSIANI templa destruebant, nouaque templorum fabricas irridebant. Auctor Petrus Cluniacensis in Epist. contra Petrobrusianos, & auctor vitae B. Bernardi. lib. 3. cap. 5. Idem docuerunt postea Albigenses, ut Bernardus Lutzemburgensis in Catalogo refert. Idem docuerunt Vvaldenses apud Claudium Confordium libro contra Vvaldenses, cap. 6. Idem Vvicesisti apud Thomam Vvaldensem tomo 3. artic. 17. & 22. idem Thaboritae apud Aeneam Syluium de origine Boemorum, capite 31. Idem Anabaptistae Transyluani in Antihesibus Christi veri, & Christi falsi, editis Albae Iuliae anno M. DLXVIII.

PORRO Lutherani, & Caluinistae admittunt templa, sed solum ad concionandum, & Sacramenta ministranda; reprehendunt autem quod fiant templa ad orandum, quod in honorem Sanctorum, quod consecrentur certo ritu, quod magnis sumptibus orientur. Nam Magdeburgenses Centuria quarta, capite sexto, columna 407. & sequentibus, multa dicunt contra ritus consecrandi Ecclesias, & in praefatione Centuriae 6. reprehendunt Catholicos, quod ingentibus sumptibus fabricent Ecclesias, easque in Martyrum honorem.

IOANNES Caluinus praefatione institutionis reprehendit ornatum templorum ex auro, argento, serico, lapidibus pretiosis, &c. & libro 1. capite 11. §. 13. ornamenta templorum solum esse vellent concionem, & Sacramenta: libro tertio, cap. 20. §. 30. dicit templa quidem erigi debere ad communes preces fundendas, sed non esse putandum vllam inesse templo sanctitatem. vbi aperte indicat priuatas preces non fieri vlllo modo melius in templo, quam alibi.

CAPVT II.

An templa sint erigenda.

QVI templa simpliciter erigi nolunt, nihil pro se afferre possunt, nisi Scripturas illas, quae Deum dicunt non habitare in locis manu factis, ut Matth. 23. *Caelum Dei sedes est, terra autem scabellum pedum eius.* Et Actor. 7. *Sed excelsus non in manu factis templis habitat, aut manibus humanis colitur.* Hinc enim Manichaei (ut testatur Augustinus lib. contra Adimantum, capite decimo) probabant Deum Testamenti veteris, qui iusserat sibi edificari tabernaculum, & templum, non esse verum Deum, sed malum principium, & pugnare cum Deo Testamenti noui. Sed refelluntur elegantissime ibidem ab Augustino; nam Manichaei dicebant, Deum Testamenti veteris voluisse templa, Deum Testamenti noui non voluisse.

AT è contrario legimus in Testamento veteri, Isaia 66. dicentem Deum: *Caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum: & quam domum edificabitis mihi?* Et contra in testamento nouo, Ioannis 2. dicentem Christum de templo manu facto: *Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* Mat. 21. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Deus igitur vnus,

& idem in vtroque Testamento approbat templa, in quibus adoretur, & non approbat templa, quibus putetur includi: quomodo idola, id est, vni gentium verè in templis continebantur, nec inde poterant exire, nisi qui eos affixerant parietibus, inde detrahere, & asportare vellent. sed de hoc plura in capite quarto.

CAPVT III.

De forma.

DE forma Ecclesiarum Christianarum non est quodd multa dicamus, cum adhuc antiquissima Ecclesiae visantur. Duo tamen notanda sunt. Vnum ad similitudinem templi Salomonis, in quo erat atrium, sancta, & sancta Sanctorum, Ecclesias ferè omnes habuisse tres partes. Primum porticus ante ingressum in templum, quem locum Graeci προπύλαιον, nostri vestibulum dicunt; vbi manebant poenitentes. Deinde erat votus, id est, templum, siue nauis. Vltimo sanctuarium, siue adyta, hoc est, sacrarium, siue sanctuarium, siue adyta, quae erat pars interior templi, vbi erat altare, quaeque diuisa erat à reliquo templo gradibus, cancellis, & velis siue auleis: neque eò penetrabant alij, quam sacerdotes cum suis ministris clericis.

PRAETER has templi partes, erat etiam domuncula annexa templo, quae dicebatur adicula saluatoria, vbi sedebat Episcopus, cum se pararet ad sacra facienda. Vide Eusebium libro tertio, de vita Constantini, vbi describit templum, quod Hierosolymis ad sanctum sepulchrum Constantinus exstruxit: item Theodoretum libro quarto historiae, cap. vicesimo, vbi meminit sacrarii aulae separati à reliquo templo, quò introduxit Basilii Valentem Imperatorem: item libro quinto, capite decimo septimo, vbi meminit tam sacrarii, quam adiculae saluatoriae. Vide etiam Hieronymum in Epistola de obitu Nepotiani, Augustinum libro vicesimo secundo de ciuitate Dei, capite octauo, in fine, & Vvalfridum Strabonem libro de rebus Ecclesiasticis, capite quarto & sexto.

ALTERVM est, Ecclesias Christianorum vt plurimum ad Orientem conuersas fuisse, & quatuor latera habuisse, quibus quatuor mundi partes aspicerent, exceptis quibusdam, quae propter loci commoditatem aliter constituta sunt: id partim experientia constat, partim etià testimoniis veterum. Nam Tertullianus lib. contra Valentinianos non procul ab initio, dicit, Ecclesias Christianorum Orientem amare solitas. Vvalfridus Strabo lib. de rebus Ecclesiasticis, cap. 4. dicit, maiorem partem Ecclesiarum ita fabricari, vt qui in eis orant, Orientem respiciant. idem Paulinus epist. 12.

IDEM testantur Iustinus quaest. 118. Epiphanius haeresi 19. quae est Oscenorum; Origenes hom. 5. in Num. Basilii lib. de Spiritu sancto, cap. 27. Gregorius Nyssenus oratione 5. de oratione Dominica; Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 9. Germanus in lib. de theoria rerum sacrarum: Ioannes Damascenus lib. 4. de fide, cap. 13. & omnes illi veteres, qui scribunt Apostolicam esse traditionem, vt oremus conuersi ad Orientem. id enim praecipue seruari par est in solennibus precibus, quae funduntur in templis.

RATIONES autem huius ceremoniae sunt quinque. Prima, quia ad Orientem erat Paradisus Genes. 2. secundum versionem LXX. vbi enim habet vulgata editio, Plantauerat Deus Paradisum à principio, Graeca habet *ἐφ' ἡραν παράδεισον ἐν ἰερὴν ἑβ' ἀνατολάς.* & certè verbum Hebraeum *מִקְדָּם* mikkedem, vtroque modo rectè vertitur: significat enim, Ante, & Orientem, quae est pars mundi anterior. Vnde etiam nofter interpres Gen. 4. vertit idem nomen, ad Orientalem plagam. Oramus igitur conuersi ad Orientem, quia profitemur nos peregrinos, & ad patriam nostram, vnde electi sumus, suspiramus: ita Gregorius Nyssenus.

SECUNDA ratio est, quia ab Oriente caelum surge-

re, & moueri incipit, estque propterea pars illa totius mundi corporalis excellentissima. Idem autem orantes conuertimus faciem corporalem ad corpus excellentissimum; tum, vt ait Iustinus, quia Deo sunt danda semper meliora: tum etiam, vt admoneamur conuertere faciem spiritualem animae ad spiritum excellentissimum, qui est Deus. ita B. Augustinus.

TERTIA ratio est, quia Christus, quem oramus, est lux mundi, Ioan. 8. *Et vir Oriens nomen eius.* Zach. 6. vt igitur significemus, nos in oratione illustrari à Christo sole iustitiae, sicut illustrantur à sole corporeo, qui ad Orientem respiciunt, idèd hac caremonia vtimur. ita Vvalfridus.

QUARTA ratio est: quia Dominus ipse moriens in cruce, Occidentem respiciebat, nos ad Orientem oramus, vt quasi in faciem crucifixi intueamur: & quia ipse ascendit in caelum caelorum ad Orientem, Psal. 67. nos ad Orientem conuertimur, vt quasi eum ascendentem votis, ac precibus deducamus: ac denum quia ipse ab Oriente venturus creditur ad iudicium, Mat. 23. *Sicut fulgur exit ab Oriente, & patet usque in Occidentem, ita erit aduentus filij hominis,* nos ad Orientem precamur, quasi venturum iudicem expectantes. ita Damascenus.

POSSEVMVS addere quintam rationem, quia Iudaei orabant, & orant ad Occidentem, vt patet. Exod. 26. vbi dicitur, ostium tabernaculi ad Orientem versus fuisse, & Ezechielis 8. vbi dicitur: *Ecce in ostio templo Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum solis.* Reprehendit enim Scriptura, quosdam, qui contra ritum eius temporis adorabant ad Orientem. Nos igitur ad Orientem respicimus, dum Iudaei respiciunt ad Occidentem, vt significemus, eorum esse literam Occidentem, nostrum autem spiritum viuificantem: & velamen adhuc manere super cor eorum, nos autem conuersos ad Dominum deposuisse velamen.

CAPVT IV.

De fine.

QUATVOR ob fines eriguntur sacrae aedes, vnde etiam quatuor nomina sortiuntur. Primum, ad sacrificandum Deo, & hinc dicuntur templa. Secundò, ad adorandum, & hinc dicuntur oratoria. Tertio, ad Martyrum reliquias honorificè conseruandas, & hinc dicuntur basilicae, seu memoriae, seu martyria. Quarto, ad populum verbo Dei & Sacramentis pascendum, & hinc dicuntur Ecclesiae.

EX his finibus solum quartum agnoscent Lutherani, & Caluinistae: Anabaptistae autem, & Vvaldenses ne illum quidem. Nam quòd non debeant in nouo Testamento erigi templa ad sacrificia, constanter asserunt omnes huius temporis haeretici, & probant omnibus illis argumentis, quibus probare solent non esse in Ecclesia vllum extremum sacrificium, vel sacerdotium: quae argumenta sunt huius loci.

VNVM inuenit August. Marloratus, quod directè obiceret contra templa, nimirum illud Apocal. 21. *Et templum non vidi in ea: Dominus enim Deus templum illius est.* Vbi de Ecclesia agitur, vt patet ex sequentibus: *Ambulabunt gentes in lumine eius, & Reges adferent splendorem suum in illam.* Quae verba mutuatur Ioannes ab Isaia, cap. 60. Isaiaem autem certum est de Ecclesia ista militante loqui, & confirmatur argumentum ex eo, quòd Deus voluit euertere templum Salomonis, quod ad sacrificia erectum fuerat. Potest etiam confirmari ex Patribus. Patres enim ordinariè à vocabulo templi abstinent, cum de Ecclesiis Christianorum loquuntur: immò etiam eas templa opponunt, vt Hieronymus, qui in Ep. ad Riparium dicit, Iulianum Christi Ecclesias aut eueruisse, aut in tepla conuertisse. Et Caeilius apud Minutiū Felicem obicit Christianis, quòd tanquam athei nulla haberent tepla, vel altaria. & Optatus lib. 6 *Quis nostrum,* inquit, *intrauit templum?*

QVOD autem ad orandum Ecclesia institui debeant, quasi melius sit in vno loco orare, quam in alio, negant omnes huius temporis heretici, & probant assertionem suam; Primò, ex illis verbis Matth. 6. *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, &c.* Secundò, ex illis Ioan. 4. *Veni hora, & nunc est, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem. Spiritus est Deus, & qui eum adorant, in spiritu, & veritate adorare oportet.* Non ergo oratio alliganda est certo loco. Tertio, ex Paulo 1. Tim. 2. *Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus.* Quarto, Deus non est magis in templo, quam alibi; *Non enim in templis manu factis habitat, sed cælum, & terram implet.* Act. 17. & Hier. 23. Ergo ubique ex æquo adorari, & invocari potest.

QVOD verò non sint templa Sanctis erigenda probant, quia est manifesta idololatriam ad latræ cultum pertinere templa, S. Augustinus docet lib. contra sermonem Ariariorum, cap. 20. ubi probat Spiritum sanctum esse Deum, quia Apostolus dicit 2. Cor. 6. *Membra vestra templum sunt Spiritus sancti. Si legerent, inquit, Ariani templum Salomonis ex lignis & lapidibus Spiritui sancto erectum, non negarent illum esse Deum, cum templi constitutio ad latræ cultum pertineat. Quomodo ergo negant Spiritum sanctum esse Deum, cum templum habeat longe nobilior? Vnde idem Augustinus lib. 8. de civit. Dei, cap. vlt. dicit: *Nec tamen nos eisdem Martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia constituimus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus.* Item lib. 1. contra Maximinum argum. 11. de Spiritu sancto, sic ait Augustinus, *Nonne si alicui S. Angelo excellentissimo de lignis & lapidibus faceremus templum, anathematizaremur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei, quoniam creatura exhiberemus eam servitutem, quæ vni tantum debetur Deo?* Hic autem ad marginem notauit Erasmus: *Hoc nunc sit quibuslibet Divis.**

QVOD denique non sint Ecclesia erigendæ ad conciones, & Sacramenta, non aliter probant Anabaptistæ, nisi exemplo Christi, qui concionabatur, nunc in montibus, nunc in desertis, nunc in mari ex nauicula, nunc in privatis ædibus. Baptismum dabat in fluminibus, Eucharistiam instituit in privata & profana domo.

VT igitur hæc omnia ordine refellantur, sit hæc prima propositio. *Rectè instituntur certa loca, in quibus verbum Dei, & Sacramenta populo ministrantur.* Hæc est cõtra Eustathium, Vvaldenses, & Anabaptistas, & eorum similes.

PROBATVR primò, exemplo Christi & Apostolorum, qui etsi interdum data occasione in variis locis verbum Dei seminarent, tamen ordinariè in templo, vel synagoga, quæ erant eius temporis Ecclesiæ, id faciebant. Matth. 26. Dominus ait, *Quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.* Et Ioan. 18. *Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudei conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil.* Item Act. 5. Angelus educens Apostolos de carcere, dicit illis: *Ite & stantes in templo loquimini plebi omnia verba vite huius: qui cum audissent, intraverunt diluculo in templum, & docebant.* Act. 13. Paulus & Barnabas missi ad prædicandum, primùm intrant in synagogam, & ibi prædicant.

SECUNDò, probatur exemplo primorum Christianorum: nam quòd primi Christiani habuerint Ecclesias à privatis domibus distinctas, patet ex ep. 1. ad Cor. cap. 11. *Conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos.* Et quòd ista Ecclesia non esset privata domus, patet ex sequentibus: *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?* Et rursus: *Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniat.* Et cap. 14. *Mulieres in Ecclesiis taceant, si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.*

IDEM confirmatur ex antiquissimis Patribus: nam

A Clemens lib. 10. recognitionum, circa finem, refert Antiochia Petro prædicante conuersam fuisse Theophili domum in Ecclesiam, ibique Petro cathedram constitutam, vnde doceret populum. Philo in lib. de vita theorica sup. plicum, quem citat Eusebius lib. 2. hist. cap. 17. scribit, primos Christianos in omnibus locis constituisse ad eas sacras ad Mysteria celebranda, & sacros libros legendos. Iustinus in Apolog. 2. ad finem, dicit Christianos die Dominico in vnum certum locum omnes conuenire ad verbum Dei, & Eucharistia communicationem.

B TERTVLIVS antiquissimus Latinorum libro contra Valentinianos non procul ab initio expressè meminit sacra adis, ad quam Christiani conueniebant. Cyprianus serm. de cleemosynis arguens mulieres opulentas, quæ in Ecclesiam sine oblatione veniebant: *In Dominicum, inquit, sine sacrificio venis, & partem de sacrificio, quòd pãper obtulit, sumis.* Vbi Dominiciu, Ecclesiam vocat, quia Dominus illa sacra, Dominus palatium est.

C GREGORIUS Neocæsariensis Cypriani æqualis cum Ecclesiam extruere vellet, nec satis loci haberet propter viciniam quandam rupem, eam rupem, precibus suis loco mouit, vt refert Eusebius lib. 7. hist. cap. 25. qui etiam c. 26. scribit Catholicos cum Paulo S. molateno de sacra æde apud Aurelianum Imperatorem contendisse, nec refert, vtum narrationem istam de miraculis Gregorij Eusebius scripserit, an Rufinus, qui Eusebium Latinum fecit, addiderit, vterque enim est antiquus auctor.

TERTIò, probatur ratione, nam populus Christianus debet aliquando necessariò conuenire ad res sacras: nec enim concio potest fieri ad singulos seorsum, nec etiam celebratio Eucharistia: & etiam si posset, non expediret tamen, quia conuentus hominum vtilissimus est ad alendam animorum vnionem: quæ necesse est, vt aliquis certus locus constituatur, ubi eiusmodi conuentus fiant.

D PRÆTEREA si habemus certa loca ad alia ministeria, vt ad iudicia, ad conuiuia, ad somnum, &c. cur non etiam ad res sacras? Neque exemplum Domini cõtrarium ostendit. Nam viuente Domino nondum erat Ecclesia noui Testamenti constituta, sed tunc colligebatur, & cõstituebatur, & idè non mirum, si non habuerit propria loca sacra. At postquam Christiani cõperunt esse populus aliquis, mox habuerunt Ecclesias, vt ostensum est.

SECUNDA propositio. *Ecclesia Christianorum ad sacrificia offerenda instituta sunt, & idè verè, & propriè templa appellari possunt.* Probari possent primò, omnibus argumentis quæ probant Eucharistiam esse sacrificium. Sed hæc, vt dixi, ad alium locum pertinent.

PROBATVR igitur hoc modo: Ecclesiæ Christianorum semper habuerunt altaria, ergo semper vera templa fuerunt: nam templum nihil est aliud, quam locus altaris, & præterea magis indicat sacrificij ritum altare, quam templum; nam sine altari non potest sacrificari, sine templo potest: quare si, vt excludant sacrificia, heretici negant templa, multò magis deberent negare altaria: sed altaria nullo modo negare possunt, vt patet ex illo 1. Corinth. 10. *Non potestis mensæ Domini, & mensæ demoniorum participes esse.* Vbi Apostolus opponit mensam Eucharistia mensis Idolothytorum: mensæ autem Idolothytorum erant vera altaria. Vnde Ambrosius exponit mensæ Domini, id est, altaria. Item ex lib. Heb. 13. *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.* Quem locum aduersarij intelligunt de altari crucis, quasi dicat Apostolus, habemus Christi passionè, qua frui non possunt, qui adhuc in eius figura celebranda occupantur. At Patres intelligunt de sacrificio Eucharistia: nam Theophylactus dicit, hic agi de incremento sacrificij: idem dicunt, Chrysostronus, Sedulius, Theodoratus, Oecumenius.

ACCREDIT traditio omnium Patrum: nullus ferè est veterum, qui non meminerit altaris Ecclesiæ, Canone 3.

Aposto

Apostolorum, Dionysius cap. 3. Ecclesiastica hierarchia, Irenæus lib. 4. cap. 20. Athanasius in vita B. Antonij, & in Apologia pro fuga sua, Tertullianus lib. de penitentia, Optatus lib. 6. contra Parmenianum, Hieronymus in Epitaphio Nepotiani, Augustinus epist. 90. & alij omnes sapè altaris mentionem faciunt, vbi de Ecclesiis loquuntur.

TERTIò, probatur testimonijs Patrum, qui nomine templi vtuntur. Nam imprimis Græci passim vtuntur hoc nomine, vt Euseb. lib. 3. de vita Constantini, Basilus in Psal. 114. Nazianzenus oratione in Gorgoniam sororem, Nysenus oratione in Theodorum, Chrysostronus homilia quinquagesima prima in Matth. & alij: nec Latini ab hac voce omnino abhorrent: nam Lactantius in carmine de passione Domini, ait:

Quisquis aues, medique subis in limina templi, sistite parim, &c.

ET Saluianus lib. 4. de prudentia: *Ecclesia, inquit, vel potius templum.*

B Ambrosius lib. 2. de officiis, cap. 21. *Et maximè, inquit, sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum decore congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini respiciat.* Et cap. 28. *Nemo potest accusare, quia templum Dei edificatum est. Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquijs spacia laxata sunt.*

C HIERONYMVS in cap. 7. Hieremias Ecclesiam vocat templum, & B. Augustinus lib. 8. de ciuit. Dei, cap. vlt. cum dicit: *Nec nos eisdem Martyribus templa, sacerdotia, sacra & sacrificia constituiimus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus.* Apertè indicat Deo ista omnia constitui, vnde infra addit: *Non autem ista esse sacrificia Martyrum nouit, qui nouit vnum quod Deo illis offertur sacrificium Christianorum.*

EX his ad primam obiectionem respondeo, in c. 21. Apocalypsis agi de Ecclesia triumphante. Vbi non erit templum, quia tunc cessabunt oblationes, & preces, & Sacramenta, propter quæ templa eriguntur: ita enim exponunt omnes probati auctores, Primasius, Beda, Oecumenius, Richardus, Rupertus, Anselmus, nec non Augustinus lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 17. vbi dicit impudentia nimia sibi videri, si quis istum locum Apocalypsis exponere velit de præfenti Ecclesia.

EX quo intelligimus non esse Augustini expositionem Apocalypsis, quæ habetur tomo 9. operum eius, vbi de Ecclesia huius temporis eum locum intelligere videtur. Et ipse contextus hoc declarat: nam in cap. 20. describitur iudicium, & damnatio impiorum, & concluditur caput illis verbis: *Iudicium est de singulis secundum opera ipsorum, & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis: hæc est mors secunda, & qui non est inuentus in libro vite scriptus, missus est in stagnum ignis.* Deinde sequitur cap. 21. de gloria beatorum: *Et vidi, inquit, cælum nouum, & terram nouam, &c.* Præterea paulò post illa verba, *(Et templum non vidi in ea)* subiungitur, *non intrabit in eam aliquid inquinatum.* Quod certè non potest intelligi de Ecclesia huius temporis, in qua multi intrant immundi, & coinquinati, vt patet ex parabola de *sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congregante.* Matth. 13.

RESPONDENT, Scripturam loqui de Ecclesia interna, & prædestinata, quæ solum admittit iustos.

AT contra; nam secundum ipsorum principia, quantumvis aliquis sit prædestinatus, & fidelis, semper tamen est immundus, & in omni opere peccat, peccatum enim non tollitur in hoc mundo per Baptismum, vt ipsi dicunt, aut fidem, sed solum non imputatur, nec possunt dicere hic vocari incoinquinatos eos, quibus Deus non imputat peccata; nam Ioannes addit, *aut abominationem faciens, & mendacium.* Quæro igitur aut Lutherani fideles, & prædestinati abominationem faciunt & mendacium, aut non faciunt: si faciunt, ergo non sunt in Ecclesia: si non faciunt, ergo non peccat in omni opere suo, fateatur

A ergo necesse est, Ioannè loqui de Ecclesia cœlesti, in qua nulli erunt, qui abominationem, & mendacium faciant.

AD probationem ex Isaiâ, Hieronymus in eum locum tres indicat expositiones; vnam Iudaorum, & Hereticorum Chiliastarum, qui omnia verba Isaiâ in illo cap. 60. referebant ad felicitatem mille annorum, quam se habituros putant cum Christo hic in terris post resurrectionem; alteram Catholicorum, qui omnia intelligebant de Ecclesia triumphante; tertiam aliorum Catholicorum, qui omnia intelligebant spiritualiter de Ecclesia huius temporis.

LYRANVS duas alias adfert; vnam quorundam, qui ea omnia intelligunt de felicitate Iudaorum post relictum ex Babylone; alteram suam, quòd intelligantur omnia de Ecclesia, sed non omnia de eodem statu Ecclesiæ: sed prima pars capitis intelligatur de Ecclesia secundum statum huius vite; secunda de Ecclesia secundum statum vite futuræ.

B PRIMA expositio heretica est, & fabulosa, & milites à Patribus explosa. Secunda probabilis est, & secundum eam nulla est in argumento nostro difficultas. Quarta falsissima est, & rectè à Lyrano refellitur. Quinta probabilis est, & secundum eam argumentum non habet difficultatem. Tertia est maximè probabilis, & eam sequuntur Hieronymus ipse, & post eum Cyrillus in hunc locum, & secundum eam ad argumentum respondemus, ea quæ ad literam intelliguntur de Ecclesia militante, à Ioanne in Apocalypsi per Anagogen intelligi de Ecclesia triumphante; id enim Apostoli sapissimè fecerunt, vt illud, *Ex Ægypto vocami filium meum,* Osee 11. quod ad literam de filiis Israhel intelligitur, Matthæus cap. 2. in sensu allegorico de Christo intellexit: & quod de agno Paschali ad literam dixerat Moyses, Exod. 12. *Os non confringetis ex eo,* allegoricè intellexit Ioannes de Christo, Ioan. 19. neque hoc repugnat Hieronymo; ipse enim ad finem, c. 60. dicit, gloriam Ecclesiæ, quæ describitur in illo capite, impleri quidem in hoc sæculo aliquando, sed plenius implendam in futuro.

C AD confirmationem primam dico. Deum voluisse, vt templum Salomonis euerteretur, vt intelligeremus, statum veteris Testamenti iam cessasse, non quòd ei templorum adificatio displiceret.

AD testimonia Patrum dico, primos Christianos, propter recentem memoriam sacerdotij Aaronici, abstinentie non solum à vocabulo templi, sed etiam sacerdotij, ne viderentur adhuc durare Iudaicæ caremonia. Itaque Apostoli in suis epistolis pro sacerdotibus Episcopos, & Presbyteros; pro templis Ecclesias dicunt, & similiter loquuntur Iustinus, Ignatius, & ceteri antiquissimi Patres.

D DEINDE tempore Tertulliani iam satis perfecta differentia inter Christianos, & Iudæos, cõperunt Christiani Presbyteros & Episcopos nominare sacerdotes, vt patet ex Tertulliano lib. de velandis virginibus, lib. de monogamia, & alibi, & ex Cypriano in omnibus serè epistolis: & ex sequentibus omnibus Patribus, adhuc tamen abstinebant à vocabulo templi, quia mundus plenus erat templis idolorum, & vsus loquendi obtinuerat, vt nomine templi intelligeretur locus consecratus ad sacrificia eruenta: & in hoc sensu Octavianus apud Minutium Felicem, Optatus & Hieronymus negant Christianos habere templa.

DICES, at Octavianus obiectioni Cæcilij, quòd Christiani non haberent templa, aras, sacrificia, respondit, idè Christianos non erigere templa, quòd sciant Deum non posse capi villo loco; & idè non sacrificare, quòd sciant Deum nulla re indignere; & seipfos loco templorum constitinere, & sacrificare iustitiam, pietatem aliaque virtutes: vbi videtur simpliciter admittere Christianos nulla tunc habuisse templa, vel altaria, vel sacrificia.

RESPONDEO, Octavianum noluisse Sanctum dare

canibus & quia non videbat Cæcilium capacem mysterij Eucharistie, quod est vnicum Christianorum sacrificium, maluisse hoc tacere, & ad mentem aduersarij respondere, qui de sacrificijs cruentis loquebatur. Nam quod ante Minutij tempora Christiani altaria, & sacrificia, & proinde etiam templa habuerint, patet ex Irenæo, & Tertulliano iam citatis: vterque enim Minutio antiquior est.

TERTIA propositio, *Ecclesia Christianorum certe ad orandum, etiam priuata ratione, instituitur*: Probatur primo Scripturæ testimonijs; nam 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. Salomon affirmat templum factum esse, vt sit locus orationis, & petit à Deo, vt quicumque ibi orauerit, exaudiat. 3. Reg. 9. Deus apparet Salomoni pollicetur ita futurum, vt ille petierat. At si esset superstitio orare in templo potius, quam alibi, neque Salomon ad hunc finem instituisset templum, neque Deus approbasset factum eius; superstitio enim nunquam fuit licita. Præterea Isa. 56. dicitur: *Domus mea domus orationis vocabitur*. Et confirmat hoc ipsum Dominus, Matth. 21.

NEQUE obstat verbum Domini: *Intra in cubiculum tuum*: Matth. 6. vel, *venit hora, quando nec in monte hoc, nec in Hierosolymis adorabitur*, &c. Ioan. 4. Nam post illa omnia Dominus dixit de templo Salomonis; *Domus mea, domus orationis vocabitur*, Matth. 21.

SECUNDO, probatur exemplis Scripturarum, 1. Reg. 1. Anna precatur Dominum ad tabernaculum accedit, vbi erat arca, ibique orans exaudita est. 2. Reg. 7. Dauid similiter precatur perrexit ad tabernaculum, & coram arca Domini orare coepit, at certe nisi putasset, ibi Dominum magis esse præsentem, & facilius orationem exaudiri, domi suæ mansisset. idem etiam Dauid, vt habetur 1. Paralip. cap. 21. voluit ire ad tabernaculum Domini in Gabon, vt oraret pro auertenda peste à populo, sed non præualuit nimio timore perterritus. idem in ipsa Hierusalem exstuxit altare. Daniel oraturus, quia non poterat ingredi templum, in Babylone existens captiuus, saltem aperta fenestra orabat ad eam partem conuersus, vbi fuerat templum Domini, Danielis 6. Luc. 2. Anna filia Phanuelis, non discedebat de templo, ieiunans, & obsecrationibus seruens nocte ac die, Luc. 18. *Publicanus in templo orans iustificatur*, Act. 3. *Petrus & Ioannes ascendebat in templum ad horam orationis nonam*. Act. 8. Eunuchus Reginae Æthiopum venerat adorare in Hierusalem.

TERTIO, probatur ex Patribus; Origenes hom. 2. in Exodum, Ecclesias Christianas domos orationis vocat. Tertullianus in Apologet. c. 39. dicit, in Ecclesiam conueniri, Primò ad orationem. Secundò ad lectionem. Tertio ad exhortationem, &c. Eusebius lib. 2. hist. cap. 17. ex Philone dicit, in singulis locis primorum Christianorum fuisse sacras ades consecratas orationi.

CHRYSOSTOMVS homil. 30. contra Anomæos, *Orare, inquit, vel domi possimus, te, homo, decipis, & magno in errore versaris: nam etsi domi quoque datur orandi facultas, tamen fieri non potest, vt domi tam bene ores, quam in Ecclesia*. Idem repetit hom. 79. ad populum.

BASILIVS lib. 2. de Baptismo q. 2. dicit, locum nõ parum referre ad orandũ, & soluit duo argumẽto ab aduersarijs nobis obiecta ex Ioã. 4. & 1. Tim. 2. & in questionibus fuscè explicatis q. 4. dicit, ad Ecclesias non oportere accedere propter negotia secularia, sed causa orationis.

AMBROSIVS in oratione de tradendis basilicis dicit, se quotidie solitum ire ad Martyres, id est, ad basilicas Martyrum orationis gratia. Hieronymus in Epitaphio Marcellæ: *Apostolorum, inquit, & Martyrum basilicas secrete celebrabat orationibus*. Rufinus lib. 2. hist. cap. 33. de Theodosio scribit: *Circuibat omnia orationum loca*. Augustinus lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 8. meminit multorum, qui in basilicis orantes miracula impetrarunt, & ibidem dicit, se cum alijs collegis suis quandam orationis domum dedicasse.

QUARTO, probatur ex nomine; nam Ecclesia à Græcis sæpe vocatur *ἑκκλησία*, & à Latinis oratoria. Vnde Augustinus epist. 109. in oratorio nemo aliud agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit.

QUINTO, probatur rationibus. Prima ratio, Deus est in templo magis, quam alibi; nam alioqui non diceret Paulus 1. Cor. 3. *Nescitis quia estis templum Dei, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Et 1. Cor. 6. non diceretur: *Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, quem habetis in vobis, glorificate & portate Deum in corpore vestro*. Et 2. Cor. 6. *Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Dominus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo*. Apostolus enim accipit similitudinem à veris templis: quia enim templum est domus Dei, in qua ipse peculiari modo inhabitat, idem ipse vt ostenderet in nobis esse Deum peculiari modo, corpora nostra templum Dei appellauit. Vnde August. lib. 2. ad Simplicianum quaestione 4. dicit, Dauidem orasse ante arcam. *Quia ibi sacratio, & commendatio præsentia Domini erat*. Cùm igitur in templis sacratio, & commendatio sit præsentia Domini, ibi certe magis orare expediet, quam alibi.

SECUNDA ratio, Deus in templo ciuili exaudit, vt patet ex promissione Dei, 3. Reg. 9. quod enim Deus promisit templo Salomonis, sine duobus promissis etiam templis Christianorum; nam quod petiit Salomon cùm templum dedicauit, idem petit Ecclesia cùm noua templa dedicat, nimirum, vt aures Dei in eo loco sint apertæ, non est autem credibile Deum exaudisse preces Salomonis, & non exaudire etiam preces Ecclesiæ suæ. Immo hic est modus, quo Deus est in templo peculiari modo, nimirum, quia ibi est per exauditionem.

TERTIA ratio, quia oratio est res nobilissima, & proinde ei debetur locus nobilissimus, qualis est locus sacer. ita Basilus lib. 2. de Baptismo, quaest. 8.

QUARTA, quia in Ecclesia sunt omnia accommodata ad excitandam deuotionem, quæ orationi maximè necessaria est. nam altaria, cruces, imagines, reliquiæ, ipsi etiam parietes Deo dicati mouent ad pietatem; quæ certè alibi non inueniuntur.

QUINTA ratio, quia in templis ordinariè præter Dei præsentiam, quæ est vbique, est etiam præsentia mediatoris Christi corporaliter in Eucharistia; quæ certè auget spem, & fiduciam orantis, & præterea non potest non incurere menti religiosæ horrorem, & reuerentiam. nam vt Ioannes Chryostomus dicit homilia 36. in primam ad Corinth. vbi est Christus in Eucharistia, ibi etiam non deest Angelorum frequentia; vbi autem est talis Rex, & tales Principes, ibi est cæleste palatium, immo cælum ipsum.

HINC ad argumenta contraria facile responderi poterit. Ad illud igitur, quod obiciebatur ex Euangelio, respondeo, illa verba, *intra in cubiculum tuum*, non posse intelligi simpliciter de cubiculo materiali; nam alioqui Apostolus Domino contradiceret, qui ait: *Volo viros orare in omni loco*. Et nõne ipse Dominus legitur orasse frequenter in montibus, in cubiculo autem non legitur? Et Chryostomus homilia 79. ad populum dicit, vbique orari posse, etiam in foro; & adfert exempla quorundam, qui magistratu clamante, & furentem pro foribus eius loci, signo crucis muniti, & breui oratione solo corde ad Deum missa, mox immutauerunt cor magistratus, & propitium habuerunt, quem iratum habituri erant.

DOMINVS ergo Matth. 6. iubet, vt in oratione non quæramus inanem gloriam; quemadmodum Pharisei faciebant, qui orabant in angulis platearum, vt viderentur ab hominibus, sed quæramus Deo placere, & ab illo videri. Quando ergo sic oramus, vt non quæramus humanas laudes, semper in cubiculo oramus, siue alioqui simus in Ecclesia, siue in montibus, siue etiam in ipso foro. Quando autè intramus cubiculũ ad orandum, & cupimus

videri,

videri, tunc sanè extra cubiculum orare dicimur, vt pulchre annotat Ioannes Chryostomus in hunc locum.

PORRO Ambrosius lib. 1. de Cain, c. 9. Hieronymus in caput 6. Matth. & August. lib. 2. c. 6. de sermone Domini in monte, intelligunt per cubiculum secretum cordis, ac volunt prohibitas euagationes mentis tempore orationis, quod verum est. Sed prima expositio est magis literalis.

AD secundum dico, Dominum eo loco non loqui de adoratione ratione loci, sed ratione modorum: non enim vult dicere, tempore nouæ Legis neminem adoraturũ Deum in Hierusalem, vel in monte Garizim, id enim falsum esset; nam A. & 1. Petrus, & Ioannes etiam post acceptum Spiritum sanctum ascendebant in templum, vt orarent. & ab eo tempore vsque nunc peregrinantur ad loca sancta Palaestina, adorant Deum in Hierusalem, & in monte Garizim, & in alijs omnibus eius terræ locis.

SENSVS igitur verborum Domini est: tempore nouæ Legis non adorandum Deum in monte Garizim, id est, non adorandum ritu Samaritanorum, quo vtebantur in eo monte adorantes, neque adorandum in Hierusalem, id est, non adorandum ritu Iudaico, quo vtebantur in templo illo adorantes, sed nouo ritu, qui erit in spiritu, & veritate, id est, non consistet præcipue in externis, corporalibus, & vmbriticis caremonijs, sed in interna, & spirituali cognitione, & dilectione Dei, in corde contrito, & humiliato. Quæ tamen adratio non excludit externum cultum, si ad internum inuadit, vel exprimendum ordinetur. ita Chryostomus, Cyrillus, Euthymius, & alij exponunt in comment. huius loci; qui illud, *in spiritu*, opponunt caremonijs Iudæorum, quatenus corporales erant: illud, *in veritate*, opponunt iisdem caremonijs, quatenus vmbra, & figura erant.

NON malè tamen Theophylactus, B. Thom. & Caietanus in hunc locum Ioannis, illud, *in spiritu*, opponunt caremonijs Iudæorum corporalibus: illud, *in veritate*, opponunt errori Samaritanorum, qui adorabant quod nesciebant. Itaque solutio in hoc consistit, quod Dominus velit præcipuum cultum Christianorum esse spirituale, & purum ab omni errore: cùm præcipuum cultus Iudæorum fuerit externus, cultus autem Samaritanorum fuerit non solum externus, sed etiam impurus, quia simul Deum Israël, & Deos gentium adorabant.

SED dices, non videtur verum, præcipuum cultum Iudæorum fuisse externum. Nam Isaia 29. arguit Dominus Iudæos, quod labijs orarent, & honoræt Deum, cor autem eorum longè esset ab ipso. Et Dauid, Psal. 50. *sacrificium Deo offert cordis contriti & humiliati*.

RESPONDEO, cultum internum, etiam si à Iudæis requirebatur, & in quibusdam inueniebatur, esse proprium noui Testamenti, quia internus cultus à spiritu fidei, & charitatis procedit, quæ est gratia noui Testamenti, & ex lege veteri nullo modo haberi potest: sicut enim dicimus, timorem esse legis, amorem Euangelij, & tamen amorem ex toto corde à Iudæis Deus requirebat, & sancti Patriarchæ, & Propheta Deum ex toto corde dilexerunt, & hac ratione ad nouum Testamentum pertinebant; non enim à litera legis, sed à spiritu gratiæ id habebant: ita dicimus cultum externum esse proprium legis, quamuis non placeat sine interno; cultum internum esse proprium Euangelij, quamuis sine externo esse non possit, & si aliqui in lege veteri cultu interno Deum coluerunt, vt Deus petebat, id non à lege, sed à gratia noui Testamenti, ad quam etiam ipsi pertinebant, habuerunt.

AD tertium locum facilis responsio est. cùm enim Apostolus ait, *volo ergo viros orare in omni loco, leuantes manus sine ira, & disceptatione*. vel agit de publica, vel de priuata oratione si de priuata, vt Ambrosius, Anselmus, Haymo, Thomas, & alij Latini exponunt. tunc sensus est secundum eosdem, non solum in Ecclesia, quam-

uis ea sit præcipua domus orationis, sed etiam in alijs omnibus locis licitum esse orare Deum, modò turpiendo loci non videatur impedire: si autem de publica oratione agitur, tunc testimonium hoc pro nobis facit; illud enim, *in omni loco*, significat, in omni loco, vbi adorandũ publicè conuenitur, id est, in omni Ecclesia.

QUO autem hæc sit vera expositio, patet primò ex eo, quod secundum omnes Græcos, & multos Latinos, Apostolus ponit illud, *in omni loco*, propter Iudæos qui solum in vno loco, id est, in templo Salomonis orandum censebant. At priuatas orationes etiam Iudæi vbique faciebant, vt patet ex illo Matth. 6. *Amant in synagoga, & in angulis platearum stantes orare*. igitur de publica oratione, & de sacrificio agitur, quæ solum in templo Salomonis Iudæi fieri debere existimabant.

SECUNDO patet ex eo, quod statim subditur: *Similiter mulieres in habitu ornato*, &c. quæ nõ possunt intelligi, nisi de oratione, quæ fit in Ecclesia: cur enim necesse est mulierè conuenienti habitu vestiri, cùm ad orandum proficiscitur, nisi propter alios, cùm quibus orat?

TERTIO patet, quia cùm dicitur: *Volo ergo viros*, &c. illud, *ergo*, coniungit hanc sententiam cum initio capitis, vbi dictũ est: *Obsecro primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes*, &c. Quæ verba B. Aug. in ep. 59. ad Paulinũ, & omnes Græci intelligunt esse dicta de publica oratione, quæ fit in Missarum celebratione. Adde, quod Basilus lib. 2. de Baptismo quaest. 8. vtrumque locum sic exponit, vt velit Christum, & Apostolum docere voluissè, deinceps non fore locum orationis solum in Hierusalem, sed in toto orbe erigenda templa, & oratoria.

AD quartum concedo, Deum esse vbique aliquo modo, sed non omnibus modis; nam certè si Deus esset vbique eo modo, quo est in cælis coram beatis, frustra diceremus: *Pater noster, qui es in cælis*. Ac vt verba ipsa Caluini refellamus, sciendum est, Caluini lib. 4. in lit. c. 20. §. 30. sic loqui: *Cauendum est, ne putetur templum propria esse Dei habitatio, vt ibi aures suas propius nobis admo-ueat, quemadmodum aliquot seculis antea putatum est*.

IAM vel Caluinus vult Deum non ita proprie habitare in templo, vt ibi concludatur: vel existimat nullo modo posse dici, Deum magis in templo habitare, quam alibi, si primum, rectè dicit, sed mætitur, cùm ait: *Aliquot seculis abier putati fuisse*: nunquam enim Catholici tam stupidi fuerunt: si secundum, loquitur omnino contra Scripturas; nam si Deus esset vbique eo modo, quo est in templis, frustra templum diceretur domus Dei Isa. 56. & alibi passim. Frustrà Paulus diceret nos esse templa Dei, quia Deus in nobis habitat; etsi Deus non loquitur, & audit magis in vno loco, quam in alio, cur quæso, in Testamento veteri ordinariè responsa dabat solum ex propitiatorio, quod erat super arcam?

QUARTA propositio, *Sacra domus non solum Deo, sed etiam Sanctis rectè edificatur, & dedicantur*. Probatur conclusio ista quarta ex Concilijs, & veterum testimonijs. Concilium Gangrense in epist. ad Episcopos Armeniæ, damnat Eustachium tamquam contemptorem basilicarũ Sanctorum Martyrum, & can. 20. nominat Martyrũ basilicas. Concilium Cabilonense can. vlt. Martyrum basilicas appellat. Concilium Carthaginense V. can. 14. vetat, ne ades vlli Martyri adificetur, nisi ibi sit aut corpus, aut aliqua eius reliquia; aut ibi Martyr habitauerit, aut certè in eo loco passus sit: aliquid enim horum requiritur, vt memoria Martyris dici possit locus aliquis.

PRÆTEREA Patres idem docent, ac primũ Græci. Cyrillus catechesi 16. meminit Ecclesiæ Apostolorum erectæ in Hierosolymis in loco, vbi Spiritus sanctus descenderat. Athanasius in epist. ad solitariam vitam agentes, nominat templum sancti Quirini, Basilus in Psalm. 114. in ipso principio vocat sacrum Martyrum templum. Nazianzenus oratione 1. in Iulianum scribit Gallum, &

V V V 4

Iulianum ædem sacram Mamæ Martyri ingentibus sumptibus erigere cepisse, & laudat Gallum, quia ex amore sincero id faciebat. Gregorius Nyssenus oratione in Theodorum multa dicit de templo ipsi Martyri dicato. Chrysostomus hom. 28. ad populum: *Ad veras, inquit, regias Ecclesias dico, & oratorias aedes, & Martyrum templa, &c.* Et hom. 66. dicit, Constantinum post mortem factum janitorum piscatoris, quia sepultus erat pro foribus basilicæ S. Petri apud Constantinopolim.

THEODORETVS lib. 8. ad Græcos, templa olim idolorum, nunc Martyrum esse dicit. Eusebius lib. 4. de vita Constantini, c. 58. & 60. dicit templum pulcherrimum Constantinopoli Apostolis à Constantino erectum. Sozomenus lib. 6. cap. 18. meminit templi S. Thomæ, quod erat Edeffæ. Socrates lib. 1. c. vlt. meminit Ecclesiæ Apostolorum. Euagrius lib. 2. c. 3. meminit templi S. Euphemie, & lib. 3. c. 8. templi S. Theclæ amplissimè à Zenone exstructi. Nicephorus lib. 13. c. 37. meminit templi S. Basilici. Damascenus lib. 4. c. 16. asserit templa in Martyrum memoriam adificanda. Denique exstat liber Procopij de ædificiis Iustiniani, ubi plurima templa Martyrum aliorumque Sanctorum enumerat.

Ex Latinis Ambrosius lib. 1. epist. 5. ad Felicem Episcopum Comensem. *Ortus, inquit, est sermo de basilica, quam condidit Apostolorum nomine dedicanda.* Hieronymus libro contra Vigilantium, *Ingrederet, inquit, basilicas Martyrum, & aliquando purgaberis.* Ibidem, & in epistola præcedente, & alibi passim meminit basilicarum Apostolorum & Martyrum.

GAUDENTIVS Ambrosij æqualis, tractatu de dedicatione Ecclesiæ: *Vt venerandas Sanctorum reliquias habuerimus, Deus nosse tribuit, deinde ut hanc honori eorum fundare basilicam valeremus, ipse largitus est, &c.*

AVGVSTINVS lib. de cura pro mortuis, c. 1. meminit basilicæ S. Felicis: *In beatissimi, inquit, Felicis basilica ponetur, &c.* Et lib. 1. de civ. Dei, c. 1. *Testatur hoc, inquit, Martyrum loca, & basilicæ Apostolorum, &c.* Et lib. 20. contra Faustum, c. 11. *Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat.* Et lib. 8. de civit. Dei, c. 26. *Sed hoc videtur dolere, quod memorie Martyrum nostrorum, templis eorum, delubrisque succederent.* Auctor libri de Ecclesiasticis dogmatibus, c. 73. Martyrum basilicas deuotè aduandæ dicit. Paulinus natali 1. S. Felicis dicit, se optare, vt possit seruire S. Felici in eius basilica purganda & custodienda:

*Et foribus seruire tuis, tua limina munda
Mundicia curare spes, & nocte vicissim
Excubiis seruire piis: & munere in isto
Claudere promeritam de seffo corpore vitam.*

VICTOR Vticensis lib. 1. persequutionis VVandalicæ scribit, apud Carthaginenses duas amplas basilicas S. Cypriani fuisse. Gregorius lib. 2. Dialogorum, cap. 8. scribit à S. Benedicto in monte Cassino duo fana Apollinis versa in oratoria Sanctorum, vnum Martini, alterum Ioannis. Liber pontificalis testatur Syluestrum dedicasse basilicam à Constantino exstructas, vnam Petro, alteram Paulo, tertiam Ioanni, quartam Laurentio, & alias. Liberium B. Mariæ; Damasum aliam S. Laurentio; Innocentium S. Geruasio & Protasio; Sixum beatæ Mariæ, & S. Laurentio; Leonem S. Cornelio, Gelasium S. Euphemie, Symmachum S. Andree; Ioannem I. S. Philippo & Iacobo; Pelagium II. S. Laurentio; Gregorium, S. Agathæ; Bonifacium I. V. B. Mariæ, & omnibus Sanctis. Qui omnes Pontifices, excepto Gregorio & Bonifacio, ante mille annos floruerunt.

SECUNDO probatur ratione à simili, ex diuinis literis. Templum Salomonis non solum fuit erectum ad sacrificia & orationes, sed etiam ad conseruandam arcam Domini, vt patet ex lib. 1. Paral. cap. 17. vbi David volens adificare templum, dicit ad Nathan, *Vides, quod ego habi-*

tem in domo cedrina, & arca Dei sub pellibus. Item lib. 1. Paral. cap. 28. David dicit: *Cogitavi, vt adificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri.* Idem patet ex lib. 2. Paralip. cap. 5. vbi templo exstructo introduxerunt arcam in illud cum magna celebritate. & ex Psal. 131. vbi dicitur David vuisse votum Deo de adificanda domo arca Dei. vbi etiam legitur, *ingredere Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue.*

SED idem honor, vel etiam maior debetur sacris reliquijs Christi, & Sanctorum, quam arca illi Mosæica. nam de sepulchro Domini Hieronymus ait in epist. 17. ad Marcellam, *Venerabatur quondam Iudæi Sancta Sanctorum, quia ibi erat arca: nōne tibi venerabilius videtur sepulchrum Domini? Ergo sicut super arcam exstrui potuit aedes, ita etiam super Christi sepulchrum: quod si super Christi sepulchrum, certè etiam super sepulchra Sanctorum; nam eadem est ratio omnium: solum etiam differunt secundum magis & minus.*

PRÆTEREA, quod reliquiæ Sanctorum sunt venerabiles eo modo, quo arca Domini probatur; nam arca quatenus lignea erat, nullum honorem merebatur, sed idèo venerabatur, quia repræsentabat sedem Dei, & quia per eam Deus loquebatur: at corpora Sanctorum fuerunt viua sedes Dei, & viua organa, per quæ Deus loquutus est; nam 1. Cor. 6. dicitur: *Membra nostra templum sunt Spiritus sancti.* Et 2. Cor. 13. dicitur: *An experimentū queritis eius, qui in me loquitur Christus? Ergo licebit etiā extruere sacras aedes ad Sanctorum sepulchra ornanda, & conseruanda; & hoc est Sanctis dedicare basilicas.*

DICES, ergo saltem Angelis, & B. Virgini, & Sanctis, quorum non habemus reliquias, non licebit extruere basilicas.

RESPONDEO nomine reliquiarum non solum intelligi ossa, & vestes, sed etiam loca, vbi sancti passi sunt, vel vbi habitauerunt, aut aliquod præclari gesserunt. Et hoc modo exstructæ fuerunt Cypriani duæ basilicæ, teste Victore lib. 1. vna, vbi passus erat; altera, vbi iacebat corpus eius. Similiter hoc modo exstructæ sunt multe Ecclesiæ B. Mariæ vel Angelis, in locis vbi apparuerunt, vel miracula aliqua ostenderunt.

ADDO etiam, posse erigi basilicas ad Sanctorum memoriam conseruandam per imaginem, vel per ipsum solum nomen. Nimirum potest erigi basilica S. Petro, vt qui ingrediuntur, admoniti imagine ibi depicta, vel ipso templi nomine, recordentur S. Petri, eumque in eo loco tanquam patronum colant, & deprecantur. Neque hoc est contra Concilium Carthaginense V. canon. 14. quod statuit, vt nulla memoria acceptetur, nisi ibi sint reliquiæ eiusdem Sancti, vel constet ibi eum esse passum, aut habitasse; nam Concilium non vult prohibere simpliciter, ne extruatur basilica sine reliquijs eiusdem Sancti, cui basilica dicatur: sed vult, vt non habeatur pro tali memoria Martyris, in qua credantur esse eius reliquiæ, nisi fidelissima historia constet, rem ita se habere.

IAM ad argumentum in oppositum duæ solutiones sunt. Prima, quorundam recentiorum, qui quia non distinguunt inter templum, & basilicam, existimant sacras aedes non posse propriè erigi, nisi Deo, quemadmodum sacrificia non offeruntur, nisi Deo: quia tamen plurima sunt templa, quæ dicantur Deo, vt possint inter se aliquo modo distingui, denominari à Sanctis, non quod eis erigantur, sed quod in illis templis præcipuè colantur eorum memoria, & ipsi in illis locis patroni inuocentur.

QUANDO igitur legunt in veteribus, vel audiunt in communi sermone vocari templum, vel basilicam sancti Petri, vel Pauli, vel aliorum, dicunt debere exponi hoc modo: hæc basilica, vel templum, est sancti Petri, id est, est templum dicatum Deo in memoriam & nomen sancti Petri, vel dicatum est Deo, vt ibi oretur Deus per

intercessionem sancti Petri: quemadmodum Missa quadam dicitur sancti Petri, non quod ipsum sacrificium offeratur Petro, sed quod offeratur Deo in gratiarum actione pro gloria sancto Petro collata, & simul interpelletur Petrus tanquæ patronus, & aduocatus apud Deum. Quæ sanè pia est expositio, & conformis ritui Ecclesiæ, qui seruatur in cōsecratione templorū: nā aliquoties Pontifex in ea cæremonia dū preces fundit, dicit, se consecrare templum in honorem Dei, & nomen talis, vel talis sancti.

ALTERA solutio admittit sacras domos ipsis Sanctis verè & propriè adificari, non tamen sub ratione templi, sed basilicæ, vel memoriæ. Est enim obseruandum secundum veterum Patrum doctrinam, templum & basilicam non esse synonyma, & licet de eadem domo sæpe dicantur, tamen dici sub diuersissimis rationibus. Nam sacra aedes propriè templum dicitur, quatenus erigitur ad sacrificia: eadem sacra aedes dicitur basilica, quatenus erigitur ad ornatum sepulchri alicuius Sancti, & commoditatem visitantium eiusmodi reliquias. Basilica enim non dicit relationem ad sacrificia; nam etiam Regum palatia dicuntur basilicæ, vt patet Hæster quinto, immò ea palatia propriè dicuntur basilicæ, & inde nomen translatum est ad Martyrum aedes significandas. Quod etiam videmus in altaribus; nam vnus, & idem lapis dicitur altare, quatenus in eo sacrificatur Deo, & idem dicitur tumulus, vel sepulchrum, quatenus tegit ossa Martyris alicuius. Omnia enim altaria sunt sepulchra Sanctorum, & sicut lapis ille verè dicitur sanctus, non sub ratione altaris, sed sub ratione sepulchri: ita domus aliqua verè dicitur sancto nō sub ratione templi, sed sub ratione basilicæ. Et quemadmodum idololatria esset erigere Sanctis altaria, & tamen non est idololatria erigere illis lapideos tumulos: ita idololatria esset erigere Sanctis templa sub ratione templi, non tamen idololatria est erigere illis basilicas, sicut etiam non est idololatria donare Sanctis thecas aureas, vel argenteas, quibus includantur reliquiæ eorum. Nihil enim aliud sunt basilicæ, quam magnæ quædam thecæ, quibus minores thecæ, & ipsa sepulchra clauduntur.

Ex quibus sequitur, aliter dici Missam Sancti Petri, aliter basilicam Sancti Petri: nam Missa non offertur villo modo S. Petro, nec primariò, nec secundariò: at basilica verè adificatur S. Petro, si nō primariò, saltè secundariò.

ESSE autem hoc discrimen inter templum, & basilicam, probari potest ex Patribus. Augustinus enim clarissimè testatur, templi erectionè esse cultum latrice soli Deo debitum, lib. 1. contra Maximinum, arg. 11. de Spiritu sancto, & libro contra sermonem Arianorum, cap. 20. & idem Augustinus coniungit templum cum altari & sacrificio, lib. 8. de ciuitate Dei, cap. vltimo, docens cui conuenit vnum eorum, & alia conuenire, & contra: & tamen in iisdem locis Augustinus fatetur, memorias rectè Martyribus adificari, & præcipuè locus notandus est lib. 22. de ciuit. Dei, c. 10. vbi sic ait: *Nos autem Martyribus nostris non templa, sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus.* Idem Augustinus nusquā dicit templa Martyrum: & tamen passim dicit Basilicas Martyrum; quod etiam in alijs Latinis Patribus obseruare licet.

Porro Græci dicunt quidem templa Martyribus fabricari, vel dedicari, vt patet ex Basilio in Psal. 114. vbi vocat *ἱερὸν τῶν μαρτύρων*, & similiter loquuntur Nyssenus & alij, tamen certū est eos intelligere materialiter, id est, domum illam, quæ dicitur templum, fabricari Martyribus, non tamen sub ratione templi ad sacrificia, sed Basilicæ, ad ornandum memoriam ipsorum Sanctorum.

QUOD autem ipsi etiam intelligant, sacras aedes verè extrui Martyribus, & non solum Deo, in eorum memoriam, sicut sacrificium offertur Deo in eorum memoriam, probatur; nam ipsi simpliciter asserunt aedes extrui Martyribus, & tamen nusquam dicunt sacrificium offer-

ri Martyribus: immò hoc simpliciter negant, vt patet ex Theodoro lib. 8. ad Græcos: ergo aliter existimabant aedes, aliter sacrificium ad Martyres pertinere. Neque obstat ritus consecrationis; nam cum dicitur, templum sacrari ad honorem Dei, & nomen Martyris, agitur de consecratione templi, vt templum est.

CAPVT V.

De dedicatione & consecratione Ecclesiarum.

MAGDEBURGENSES Cent. 4. c. 6. col. 407. & sequentibus tria in dedicationibus reprehendunt. Primò, quod templa à nobis cum ingenti latritia, & celebritate dedicentur, quod ortum esse dicunt ex *uano* Iudaismi, & esse rursum introducere Iudaismum in Ecclesiam.

SECUNDO, quod vtamur tot cæremonijs in consecratione templorū; nam præter alias quædam sunt, quæ non videntur posse excusari à superstitione & magia. nā primò pinguntur duodecim cruces, & ante singulas accenduntur singule lampades; deinde pulsatur templum, & aperitur: tum describitur in pavimento, super cineres ad hoc sparfos, baculo pastorali alphabetū Græcum ab vno angulo ad aliū, & rursum alphabetum Latinū ab alio angulo ad aliū, ita vt inde crux fiat: tum fit mixtura ex aqua, vino, sale, & cineribus, & inde aspergitur templum: ac demum templum & ara Chrismate inunguntur.

TERTIÒ arguunt, quod putemus templa esse loca sanctiora cæteris: quod etiam reprehendit Caluinus lib. 1. instit. c. 20. §. 30. Nos ergo iuxta eorum reprehensiones, tres sententias subiiciemus.

PRIMA fit: Meritò templa Dei cum ingenti latritia & solemnitate dedicantur. Probatur primò ex Testamento veteri, vbi legitur celeberrimam dedicationem tabernaculi & altaris. Num. 7. Item ter legitur factam templi dedicationem cum ingenti latritia & celebritate. Primò à Salomone lib. 2. Paral. c. 7. Secundò ab Efdra, lib. 1. Esdr. cap. 6. Tertiò à Machabæis, cum post profanationem iterum esset renouatum, & sanctificatum, lib. 1. Machab. cap. 4. ad quam solennitatem, quæ annis singulis iterum agebatur, Christum etiam accessisse scribit Ioannes cap. 10.

SED hoc argumentum aduersarij putant esse potius cōtra nos, quia videmur iudaizare, cum id facimus quod illi faciebant, quantum ad eiusmodi cæremontas attinet. At reuera pro nobis est argumentum; siquidem cæremontia propria Iudæorum, & quæ cessauerunt, nec seruari possunt sine peccato, sunt illæ, quæ institutæ erant ad aliquid significandum futurum in Christo, vel in Ecclesia. illæ enim si nunc seruarentur, falsam haberent significationem, & proinde falsæ fidei protestationes essent. Vt quia agnus Paschalis significabat Christi passionē futuram, si quis nunc agnum eo ritu immolaret, profiteretur Christū nondum esse passum, quod est contra verā fidē. At cæremontia, quæ fundantur in ratione naturali, vt flectere genua, tundere pectus, & similes, non sunt propria Iudæorū, etiam si ab illis quoque adhiberentur: nec ad legem cæremontialem, sed ad moralem pertinere videntur.

Porro talem esse templorum dedicationem, patet Primò, quia non legitur Deus instituisse hanc cæremontiam: sed Salomon, Efdra, & Machabæi, natura duce, putauerūt conuenire, vt de perfecto templo gratias Deo referrent, & cū publica latritia auspiciarentur vsu templi.

SECUNDO, quia verè natura hoc docet, vt ad finem magnorum operum homines gaudeant, & Deo gratias agant; & similiter quando incipiunt re aliqua noua, vt Deum inuocent, & cum latritia opus aggrediuntur: hoc autem fit in dedicatione templi: nam exultamus, & Deo gratias agimus, quod templi fabricam completam videamus, & rursum cum latritia & sanctis imprecationibus aggredimur vsu ipsius templi.

TERTIÒ, quia natura docet, celebrandos esse dies

natales magnorum virorum, id enim etiam Ethnici faciebant: & apud nos celebratur singulis annis creatio Pontificis Maximi, unde sunt sermones aliquot B. Leonis in anniuersario sua assumptionis, cur non eodem modo celebrari poterit natalis templi, quae est res publica, & magna, & toti Ecclesiae utilissima?

ADDE vltimo, quod Deus ipse exemplum dedicationis dedisse videtur, cum expleto opere suo, in signum laetitiae diem septimum benedixit, & sanctificauit, & nihil operando festum diem egit.

SECVNDò probatur ex praxi Ecclesiae & veterum traditione: Eusebius lib. 9. hist. c. 10. Festiuitates, inquit, à nostris frequentissimè gerebantur, cum omni laetitia & exultatione, per vrbes, & loca singula, Ecclesiarum dedicationibus celebratis. Congregabantur in vnum Sacerdotes, nec pigebat etiam longè positos conuenire, quia nullum longum videbatur spatium charitati. Idem lib. 4. de vita Constantini scribit, Constantinum ad consecrationem & dedicationem aedis, quam Hierosolymis Martyribus extruxerat anno imperij sui XXX. conuocasse vniuersam Synodum, quae Tyri conuenerat, &c.

ATHANASIVS in Apologia ad Constantiũ, Illud, inquit, & à beata memoria Alexandro, aliisque Patribus actũ est, qui populi cõuentus habuere, & absoluto opere agẽdia Deo gratias dedicationẽ celebrauerunt. Huius ergo dedicationis te, Imperator, auctore esse oportet. Locus enim ille ex edificatus praesentiam tuae pietatis requirit, hoc enim ei solum deest ad plenũ ornatum. Hoc igitur vt adimpleas, vt vota tua Domino, cui hanc domum construxisti, reddas, omnium vota optant & spirant, &c. Ibidem pro dedicatione Ecclesiae adfert exemplum Esdrae ex Testamento veteri.

BASILIVS in Psal. 114. initio reddit causam, cur ferrius venerit ad Ecclesiam dedicandam, vbi populus à media nocte vsque ad meridiẽ expectauerat: Si verò, inquit, oportet etiam nos pro nobis ipsi rationẽ reddere, morae ac longioris nostrae absentiae causam adferimus, quod altera huic aequalem Dei Ecclesiam non modico intervallo à vobis distant, ministerio nostro curantes, tempus hoc diei consumpsimus. Hunc locum, qui fortè ambiguus posset videri, fatentur Magdeburgenses Centuria 4. c. 6. col. 408. de templi dedicatione intelligendum.

GREGORIVS Nazianzenus oratione in nouã Dominicam sic incipit: De encaniis honorandis lex vetus est, eaque praclarè constituta. Chrysostomus quoque sermonem habuit in encaniis, tomo 3. Sozomenus lib. 4. cap. 13. scribit, Basilium Ancyranum ad templi dedicationem plurimos Episcopos inuitasse.

AMBROS. lib. I. epist. 5. ad Felicem, dicit se & ipsum Felicem ad Basilicæ dedicationem à Bassiano inuitatum. Et in epistola ad Sororem, quae habetur inter sermones, numero 92. Cum, inquit, Basilicam dedicassem, multi tanquam vno ore interpellare cõperant, dicentes: Sic in Romana Basilica dedices. Respondi, faciam, si Martyrum reliquias inuenero, &c.

GAUDENTIVS Tractatu de dedicatione, dicit conuenisse multos Episcopos ad celebratam dedicationem Ecclesiae, quae Brixiae erecta fuerat in honorem reliquiarum Ioannis Baptista, Andreae, Thomae, Lucae, Geruasij, Prothasij, Celsi, & quadraginta Martyrum.

AVGVSTINVS quinque sermones ad populum habuit in celebritate dedicationis templi, qui sunt inter sermones de tempore 251. 252. 253. 254. 255. & 256.

GELASIVS Papa epist. 1. ad Episcopos Lucaniae & Apurtij, c. 6. Basilicam, inquit, nouiter institutas, non petitis ex more praecipitibus dedicare non audeat. Item c. 27. alia quadam constituit in dedicatione Ecclesiarum seruanda. Felix I V. qui etiam ante mille annos sedit, in epistola sua decretali prolixè de hac re disserit, ac inter alia fit ait: Solemnitates verò dedicationum Ecclesiarum per singulos annos celebranda sunt, &c.

PROSPER parte 3. cap. 38. de promissionibus Dei, restatur se interfuisse cum apud Carthaginem dedicaretur insigne quoddam templum, quod olim Gentilium fuerat, in cuius frontispicio diuinitus scriptum inuenerunt magnis atque aeneis literis: Aurelius Pontifex dedicauit. Quod praesagium omnes mirabantur, cum viderent ab Aurelio Episcopo Carthaginensi fieri, quod tanto antea praedictum fuerat.

GREGORIVS lib. 3. Dialogorum, c. 3. scribit tempore suo dedicaram Basilicam non sine diuinis miraculis, quibus indicaretur Deo placuisse eam dedicationem. Bernardus sex sermones habuit de dedicatione templi. Rupertus in caput 28. Genes. probat, rectè fieri festiuitas dedicationes. Hugo de sancto Victore lib. 2. de Sacramentis, parte quinta, capite 2. & 3. Isidorus lib. 1. de officiis, cap. 35. Rabanus lib. 2. cap. 45. de institutione Clericorum. Amalarius in lib. de ordine Antiphonarj. B. Iuo in sermone de consecratione templi, & V Valfridus de rebus Ecclesiasticis, cap. 9. qui omnes de dedicatione Ecclesiae tractant tanquam de re antiquissima, cum tamen etiam ipsi antiqui sint auctores.

SECVNDA propositio. Meritò ab Ecclesia variis precibus & cõmuniis templa consecrantur. Probatur primò, Scripturae testimonio. Siquidem ex Scriptura habemus consecrationem templi, vel altaris, in statu naturae, legis & gratiae. In statu naturae Iacob cap. 28. Geneleos, crexit lapidem, vt ibi sacrificaret, eumque consecrauit fundens oleum desuper, & inde eum locum appellauit Bethel, id est, domum Dei, & cap. 35. monitus à Deo vt faceret altare, rursum ibidem erexit lapidem, eumque inungendo consecrauit, & libauit super eum libamina. Certè hoc non pertinet ad magiam, cum laudetur hoc factum ab omnibus, & constet placuisse Deo. Nec etiam pertinet ad caremonias legis, quae adhuc data non fuerat. Cur ergo non liceat nobis ibidem facere?

DEINDE in statu Legis videmus Mosem consecrasset oleo sacro, aliisque caremoniis tabernaculum, altare, & omnia eius vasa. Exodi cap. 40. & Numeri. 7. quas etiam caremonias certum est non fuisse magicas. Et licet caremoniae fuerint veteris legis, tamen quia nõ erant propriae eius, quippe quae in ratione fundantur, nihil obstat, quo minus à nobis etiam assumi possint.

IN statu Euangelij non habemus tam expressa testimonia Scripturae, interim tamen ex eo, quod Paulus in priori epist. ad Cor. c. 11. Corinthios arguit tanquam Ecclesiae contemptores, quia in Ecclesia comedebant, satis innuitur, tunc etiam Ecclesiam aliquo modo sacratam fuisse. Cur enim Ecclesiam contemnere dicitur, qui in ea actionem alibi licitam exercet, nisi propter aliquam eius loci consecrationem? Et confirmatur ex Dionysio Areopagita, qui tempore Apostolorum vixit, & libro de Ecclesiastica hierarchia, cap. 5. parte 1. aperte docet, altaria sacro oleo inungi, & consecrari ab Episcopo debere.

SECVNDò, probatur ex decretis Conciliorum antiquorum. Nam Concilium Carthaginense V. can. 6. sic habet: Similiter & de Ecclesiis, quoties super earum consecratione haesitatur, agenda est, id est, vt sine ulla trepidatione consecrentur. Item Agathensie Concilium cap. 14. Altaria placuit non solum vnctione Chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. Idem patet ex Concilio II. Bracarensi can. 6. Item ex decretis Pontificum Gelasij & Felicis I V. supra citatorum, & Ioannis primi in epist. ad Episcopos Italiae. Alia decreta vide apud Gratianum de consecratione, dist. 1. vbi etiam adfertur canon Niceni Concilij & alius Concilij Hipponensis: quod plenarium totius Africae fuisse, restatur Augustinus lib. 1. retractationis, cap. 17. quanquam isti canones modò non exstant, nisi apud Gratianum.

TERTIò, probatur ex Partibus citatis in priore conclusione; nam maior pars eorum meminit etiam consecrationis,

cratio

crationis, & carem oniarum, quibus vti solemus in consecratione templi & altaris.

QUARTò, probatur ratione desumpta ex fine illarum carem oniarum. Finis enim praecipuus est, ad significandum templum illud Deo & sacris actionibus dedicari, neque esse domũ profanam, sed sacram, nam etiam si ista dedicatio essentialiter consistit in voluntate, & intentione dedicationis: tamen necesse est, vt hac intentio, & voluntas signis externis prodatur aliis hominibus: quomodo etiam humani contractus consistunt in intentione, & voluntate contrahentium: tamen vt innotescat voluntas, & vt firma, & rata sit, non solum proferuntur verba, sed etiam multae adhibentur caremoniae: vt patet in nuptiis, in coronatione Regum, in militia, &c.

QUONIAM ergo templum dedicatur Christo, idè ad hoc significandum pingitur signum eius, id est, crux. Pinguntur autem cruces numero XII. ita inter se distantes, vt totum templũ occupent: & ad singulas, lampades singulae accenduntur, ad significandũ, quòd Apostoli XII. hoc vexillum Christi per totum orbem terrarũ portauerunt, & sua praedicatione mundum illustrarunt.

ET quia templum non debet esse profana & communis domus, sed sacra; idè ad hoc significandũ inungitur oleum enim est communissimum & euidentissimũ Symbolum consecrationis, quia enim est liquor nobilissimus, quippe qui omnibus sepe reminet, & maximè omnium penetrat, & sanat ac roborat, ac demũ res illustres facit, idè placuit omnibus Gentibus & ipsi etiam Deo, illo vti ad consecrationem significandam.

VIÀ rursum templum destinatur diuinis sacrificiis, & orationibus, aliisque sanctis & puris actionibus, non autem sordibus, & tenebris negotiorum secularium, idè ad hanc munditiem & claritatem significandam aspergitur aqua, thurs adoletur, cerei accenduntur.

VIÀ sacratur etiam templum ad concionandum, & docendam fidem, quae est fundamentum totius iustitiae, idè describitur alphabetum in pavimento: describitur autem Graecè & Latine, quia illis linguis praedicata est fides, & illis linguis vtebatur tota ferè Ecclesia eo tempore, quo haec caremoniae sunt instituta.

ET quia in templo non solum docentur homines, sed etiã mouentur & inflammantur ad virtutem, & vitã nouitatem; idcirco fit illa mixtio aquae, cineris, salis, & vini, vt infra dicemus.

VIÀ denique ex templo diabolus eiicitur, neque ibi habitare sinitur, sed è contrario oratur Deus, aduocantur Angeli, aliique Sancti, vt in eo loco habitare dignentur, idè pulsatur ostium, & iubetur diabolus recedere, & reliquiae Sanctorum introducuntur.

ALIVS finis harum carem oniarum est ad significandum Christum, & Ecclesiam. Ecclesia enim materialis, Ecclesiam spiritualem designat, altare verò significat Christum: hinc igitur altare fit ex lapide, & inungitur, & summo loco ponitur, & sub ipso absconduntur reliquiae: quia Christus dicitur petra 1. Cor. 10. & vnctus fuit Spiritu sancto, praefortibus suis, Psal. 44. Et caput est totius Ecclesiae, Col. 1. Et in ipso abscondita est vita & gloria Sanctorum. Coloss. 3. Vnde etiam in caelo vidit Ioannes animas Sanctorum sub altari, Apocal. 6.

PORRò caremoniae, quae sunt in ipsa consecratione, totum progressum fidelium demonstrant. Nam primò loco pulsatur, & aperitur templum baculo pastoralis ab Episcopo, quia praedicatorum potestate à Christo accepta, corda infidelium pulsan, & ad fidem suscipiendam aperiant.

SECVNDò, ingressus Episcopus eodem baculo describit in pavimento, cinere consperso, alphabetum, quia praedicatorum eadem potestate in cordibus penitentium inscribunt rudimenta fidei, eoque Catechumenes faciunt.

TERTIò, aspergitur templum aqua, & cerei accen-

duntur, quia post Catechismũ sequitur Baptismus, quod est Sacramentum illuminationis.

QUARTò, in parietibus pinguntur & inunguntur cruces (nam etiam si cruces ante initium consecrationis factae sunt, tamen hoc tempore fieri debuissent: sed antea factae sunt propter commoditatem: nimis enim diu expectaretur, si in ipsa consecratione pingere tur ad significandam confirmationem, quae post Baptismũ cruce & chrismate perficitur.

QUINTò, fit mixtio quadam aquae, cineris, salis, & vini, quia tota vita fidelium consumi debet in mortificandis vitiis, & vitã nouitate quaerenda & retinenda. Nã aqua significat hominem, qualis est ex se post peccatum: est enim frigidus & insipidus. Cinis significat penitentiam, & mortificationem vitiorum: sal saporem: & vinum laetitiam, & feruorem nouae vitae.

SEXTò, agitur dies festus cum laetitia, finita consecratione, quia post finem huius vitae fideles intrabunt in gaudium Domini, vbi perpetuò latibuntur. Haec & similia vide apud Augustinum & Bernardum in sermonibus de dedicatione: & apud Hugonem, Iuonem, & Rabanum supra citatos, qui sigillatim explicant rationes harum carem oniarum.

TERCIA propositio. Templum consecratum, meritò sanctum & venerabile, ac diuina quadam virtute praeditum existimari debet. Probatur; Primò, ex relatione ad Deum; Templum est dedicatum Deo, ergo est res Dei, ergo sanctum est: nam omnis res Deo dicata, eo ipso est sancta, Leuitici vltimo: Animal quod immolari potest Domino, si quis venerit, sanctum erit. Et infra: Quidquid semel fuerit consecratum Domino, sanctum sanctorum erit. Matthaei 23. Vt vobis duces caci, qui dicitis, quicũque iurauerit per templum, nihil est: qui autè iurauerit in auro templi, debet: stulti, & caci: quid enim maius est auro, an templum, quod sanctificat aurum? Vbi Dominus vult templum lapideum nobilius esse ipso auro, quòd videlicet auro communiceet sanctitatem: nam licet lapides sint absolutè inferiores auro, tamen ratione relationis ad Deum, lapides illi, qui templum efficiunt, sunt longè nobiliores & sanctiores auro. Vnde Augustinus libro quarto, contra Cresconium, capite 40. Deo, inquit, omnipotenti parietes consecratos. Ecclesiam venerandam, quasi quadam obfessione credit retinendam.

SECVNDò, probatur ex precibus, & benedictione Episcopali; nam vt ait Apostolus 1. Timoth. 4. Nihil abiciendum est, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Iam si cibi sanctificantur per verbum Dei, & orationem, cur non etiam templa sanctificabuntur, quae per sacras personas publicis precibus, & benedictione cõsecrantur? Præterea sanctificante Salomone templum, Deus etiam sanctificauit, vt ipse dicit 1. Reg. 9. Exaudiuĩ, inquit, orationem tuam, & sanctificauĩ domum hanc, quam edificasti. At non minus efficaces sunt preces Ecclesiae, quam Salomonis.

TERTIò, probatur ex iis, quae sunt in templo; nã locus rerum sanctarum sanctus quoque sit necesse est, vt patet ex illo Exod. 3. Locus, in quo stas, terra sancta est.

IAM verò in templis sunt multae res sanctae. Primò, crux, & imagines Christi & Sanctorum. Secundò, reliquiae Sanctorum. Tertio, praesentia corporis Domini in Eucharistia. Quarto, praesentia Angelorum; credibile enim est, aut semper, aut frequentissimè in templis Angelos adesse. Quare Iosephus lib. 7. de bello Iudaico, cap. 2. scribit, in templo Salomonis paulò antè, quam euertiretur, auditas voces, Migremus hinc, quas Angelorũ fuisse, deferentiũ eum locum, communis opinio est, & B. Chrysostomus hom. 1. super illa verba Isaia: Vidi Dominum sedentem, &c. dicit Angelorum multitudinem vallari sacram mensam in Ecclesiis.

QUINTò denique, adest Deus ipse per singularem

quan

Q V A R T A ratio ab utilitate; nam templum magnifice ornari, multas habet utilitates. Primum enim attrahit homines facilius ad res pias, quae in templis geruntur. nec enim obscura & sordida loca libenter frequentantur.

D E I N D E conseruat maiestatem Sacramentorum, & reuerentiam, quae rebus diuinis debetur; nam quado videmus altare splendidum & ornatum, facile erigimus mentem, & cogitamus magnum esse Deum, cui talia exhibentur; & e contrario facile contemnitur, quod sine apparatu proponitur. Tertio iuuatur pietas & deuotio maximè simplicium, quorum maximus est numerus.

A C C E P T A etiam corporalis utilitas, quod magnifica templa diutius conseruantur, & magno splendore sunt ciuitati: multitudo quoque aureorum, atque argenteorum vasorum, saepe fuit salutis toti Reipublicae, dum in communi captiuitate, fame, aut peste, Ecclesiae thesaurus multis millibus miserorum opem tulit, vt quasi in id tempus diuinitus datus, & seruatus videretur.

Q U I N T A ratio à contrario: qui ecclesias vastauerunt, aut diriperunt, semper sacrilegi & perditii habitifunt, saepe etiam diuinitus puniti, vt patet de Balthafare, Danielis 5, de Heliodoro, 2. Machabaeorum 3, de Antiocho, secundae Machabaeorum 9. Scribit etiam sanctus Ioannes Chrysofostomus homilia quarta in Matthaeum, quo tempore Iulianus Apostata iussit diripi templorum ornamenta, & praecipue sacra vasa, mox quaestorem regium per medium dirupit expirasse, & Iuliani auunculum à vermibus corrosum interiisse. Scribunt etiam quae Credenus & Zonaras, Leonem filium Constantini Copronymi, cum abstulisset à templo insignem coronam, quam Mauricius Imperator donauerat ad ornatum templi, mox sensisse in capite suo igitas carboniculos, & inde concepta febre ardentissima periisse.

S E C U N D A propositio. *Aedificare vel ornare templa, licet sit opus pium & bonum, potest tamen eiusmodi opus ex defectu circumstantiarum facile vitari.* Probat; quatuor enim sunt circumstantiae praecipuae, ex quarum defectu malum erit ornare templa, nimirum tempus, locus, modus, & persona. Nam in primis quando quis tenetur iurare proxiimum, ac praesertim parentes aut filios; & non potest simul providere proximo, & donare templum, non rectè facit, si neglectis parentibus, vel proximis, aedificet templa. Ait enim Dominus Osee 7. *Miserordiam volo, non sacrificium.* Et Marci septimo reprehenduntur Pharisei, qui docebant filios familias offerre templo donaria, cum detrimento parentum. Patet id etiam ex Paulo ad Romanos tertio, qui docet, non esse faciendae mala, vt veniant bona.

D E N I Q U E ex praxi Sanctorum, qui tempore magna necessitatis pauperum conlarunt calices, & vendiderunt, vt patet ex Ambrosio lib. 2. de officiis, cap. 28. Si enim tempore necessitatis rectè pastores detrahunt Ecclesiae ornamenta, certè multò rectius non dantur Ecclesiae, quae essent auferenda, si data fuissent.

N E Q U E obstat factum viduae, quae tribuit in donaria Dei omnem victum suum; nam non tribuit victum partis, aut filiorum, sed suum; & suum non multorum dierum, sed vnus tantum; neque enim duobus minutis poterat diu sustentari.

D E I N D E quantum ad locum, certum est, non omnia loca aequalem ornatum requirere; nam in magnis vrribus, ad quas multi confluunt, splendida templa esse debent; at in locis desertis, vbi soli Monachi versantur, non videtur conuenire, vt tot sumptus fiant in aedificiis templorum. Et hoc est, quod B. Bernardus praecipue reprehendit in Apologia ad Gulielmum, quod, videlicet Monachi Cluniacenses vellent habere oratoria sua tam magna & tam ornata, vt aequarent, vel superarent splendorem Episcopaliū Ecclesiarum, vbi etiam merito reprehendit, quod in pauimento sculperent, vel pingere-

rent Sanctorum imagines, & cogerentur, qui in eorum Ecclesiis spere necesse haberet, in faciem Angelorum, vel aliorum Sanctorum humi depictorum spere.

Q U A N T V M ad modum, peccatur, cum ornamenta templorum sunt vana, ac potius curiositati, quam religioni deseruiant. qualia erant in oratoriis Cluniacensium, quae B. Bernardus reprehendit in Apologia ad Gulielmum: *Quid facit, inquit, illa ridicula monstrifera? quid ibi immanis simiae quid feri leones? quid monstrofi centauro? quid semibomines? quid maculosa tigrides? quid milites pugnae? quid venatores tubicantes? Videas sub vno capite multa corpora, & rursus in vno corpore capita multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda serpentina, illinc in pisce caput quadrupedis; ibi bestia praefert equum, capram trahens retro dimidiata; hinc cornutum animal equum gestat posterius. Tam multa denique, tamque mira diuersarum formarum vbiq; varietas apparet, vt magis legere liceat in marmoribus, quam in codicibus, totumque diem occupare singula ista mirando, quam in lege Dei mediando.*

Q U A N T V M ad personam, peccatur, quando quis supra suum statum & conditionem vult ornare templa. Nam si qui paupertatem profitentur, & victum ab aliis emendicant, vellent aedificare templum marmoreum, & auro, ac gemmis ornare, etiam si forte possent eleemosynas hinc inde conquisitis id facere, tamen non deceret eorum professionem, magnificentia enim non est Monachorum, sed Principum. Quare hinc etiam merito arguit S. Bernardus Cluniacenses in illa Apologia, quod cum Monachi essent, tamen sumptibus, ac magnificentia Reges aequare vellent.

S V P E R E S T, vt ad argumenta initio proposita respondeamus. Ad illud igitur, quod obicitur ab Hieremia: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, templum Domini, templum Domini.* Respondeo, à Propheta eo loco argui Iudaeos, qui confidentes in externo templo, putabant apud se esse Deum, & se diligere à Deo, nec esse ventura ea mala, quae praedicebantur à Prophetis, quia templum Dei apud se habebant, etiam si ipsi interim male viuendo essent tepla diaboli. Nihil efficit ista reprehensio aduersum aedificationem, ornatumque templorum, nam etsi reprehenditur nimia fiducia in externo templorum cultu, praesertim cum negligitur cultus animi: tamen non propterea non sunt aedificanda atque exornanda templa ad honorem Dei, & sanctorum memoriam. Id ipsum respondendum est ad testimonium sancti Hieronymi; ipse enim reprehendit eos, qui non curantes fieri templa Dei bene viuendo, putant sibi omnia tuta esse, si templum externum aedificent, aut ornent.

A D secundum, quod ex Hieronymi verbis sumptus est, vt comode respondeatur, quaedam antea praenotata sunt.

O B S E R V A igitur primò, propositum Hieronymo esse, vt reprehendat eos, qui maiorem curam habent templi materialis, quam spiritualis, id est, qui aedificia mirabiliter ornant, & tamen non curant, an ad sacra ministeria eligantur idonei, vel non idonei. Sic enim incipit Hieronymus eam reprehensionem ornatus templorum, *Muli, inquit, aedificent parietes, & columnas Ecclesiae substruunt, marmoramint, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla electio est.* Haec ille, quae verissima sunt, & fuerunt semper.

S E C U N D O nota, ornatum tabernaculi, & templi Iudaeorum aliquo modo typicum & caeremonialem fuisse; tabernaculum enim, & templum cum omni sua suppellectile figurae fuerunt Ecclesiae Christianae, vt patet ex Iacobi concione Actorum 15. vbi de Ecclesia exponuntur verba Amos cap. 9. *Post haec reuertar, & reaedificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta eius reaedificabo, & erigam illud.* Item ex Paulo 1. Corinth. 10. *Omnia contingebant illis in figuram.*

D E N I Q U E idem patet ex illa accuratissima descriptione templi, quae habetur Ezech. 40. & sequentibus;

& ex eo, quod dictum est Moyfi, vt faceret omnia accurate ad exemplar, quod in monte viderat, Exod. 25. Quia ergo tabernaculum & templum figurae erant, ideo necesse erat, vt essent talia, qualia fuerunt, nec poterant aliquid minus vel magis habere, quia alioqui non rectè representassent. Vt etiā in Scriptura, si vna litera mutetur, non amplius significat id quod antea significabat.

E T quoniam figurae Testamenti veteris iam sunt completae, & lex caeremonialis abrogata est: ideo qui nunc existimarent esse necessarium tale templum, quale fuit Iudaeorum, superstitiosus esset, vt hoc tempore Iudaei verè superstitiosi sunt, dum existimant non licere sacrificare nisi in templo tali, quale fecerat Salomon. Et in hoc sensu reprehendit Hieronymus templorum ornamenta; nam etiam si modo nulli sunt inter Christianos, qui reuera existimet templa necessario requirere illum ornatum, vt existimabat Iudaei, tamen dum anteponit curam fabricae materialis ipsi electioni ministrorum, & aedificio spirituali, videntur factis aliquo modo affines superstitiosi Iudaeorum, quod etiam notauit B. Bernardus in Apologia ad Gulielmum Abbatem. *Mibi, inquit, quodammodo representant antiquum ritum Iudaeorum.*

N O T A tertio, tabernaculi & templi Iudaeorum ornatum non solum caeremonialem & typicum fuisse, sed etiam moralem; nam etiam si nullius rei figura fuissent, tamen ratio ipsa naturalis dictasset, domum Dei ornatam esse debere: & hoc modo rectè trahimus ornatum tabernaculi & templi Iudaeorum, in exemplum nostrorum templorum. Neque hoc vnquam reprehendit Hieronymus, immò disertè dicit in epistola ad Demetriadem; *Non abnuo, non reprehendo.*

A D tertium ex Ambrosio (quod Caluinus adfert in epist. praefixa institutioni) dico, in verbis Ambrosij multa esse contra aduersarios, nihil contra nos. Nam Primò Ambrosius dicit, aurea vasa Ecclesiae non debere alienari, nisi in magna pauperum necessitate; Ecclesia igitur eo tempore utebatur aureis vasis.

S E C U N D O dicit, si necesse sit alienare vasa Ecclesiae, esse diligenter quarrendum, an non sint aliqua nondum iniuncta, & si talia inueniantur, non esse villo modo attingenda vasa iniuncta; ergo tunc certo ritu vasa consecrabantur.

T E R T I O dicit, si necesse sit vendere vasa iniuncta, non debere vendi integra, sed prius conlarari, & deinde per partes vendi. id quod fieri debere nos libenter admittimus, at qui haec omnia pugnant aduersus haereticos huius temporis, qui nec pretiosa, nec certo ritu consecrata, & sancta vasa Sacramentorum esse volunt.

Q U O D ergo Ambrosius ait (*aureum Sacramenta non querunt*) non significat, Sacramenta nullo modo requirere aurum, sed non requirere ex necessitate, quamuis requirant ex decencia, quando haberi potest. & quod subiungit (*nec auro placent, quae auro non emuntur*) non significat, in auro displicere, vel nullo modo placent magis in auro, quam in alia materia; sed non ideo principaliter placent, quia ministrantur in auro. Si enim in auro displicerent, vel non magis placerent, quam in alia materia, Ambrosius non seruasset illa vasa vsque ad eam necessitatem, sed nunquam illis vsus fuisset.

A D quartam, de Acacio dico, verba illius Episcopi habere eundem sensum; nam cum Ecclesia illa abundaret eiusmodi vasibus aureis (vt ibidem scribit Socrates) & occurrisset summa quadam necessitate redimendi captiuos, ille sanctus Episcopus vendidit partem vasorum, & redemit captiuos ad quinque millia. illa autem eius verba (*Deus noster non eget discis, neque calicibus, quia non comedit, neque bibit*) significant, ista vasa nullam Deo utilitatem adferre, sed haberi in Ecclesia ad honorem Dei & nostram utilitatem, & ideo quando occasio se offert, qua possint esse utiliora nobis, si vendantur, debent vendi, quia hoc etiā erit Deo gratius, & magis ho-

norificum. Nam vt Ambrosius ait, *Valde puichri & honorificum Christo est, cum dici potest, hos pauperes Christus redemit, vel etiam calix Christi non solum sanguine, quem continet, captiuos redemit, sed etiam pretio valoris: calix enim redimit ab hoste, quos sanguis redemit à peccato.*

A D quintum, ex Hilario: testimonium Hilarij non est ad propositum; non enim agit ille de ornatu templi, sed eos reprehendit, qui in templo haereticum Episcopum, id est, Auxentium audiebant, eò quod existimaret ibi tantum esse veram Ecclesiam, & verum Episcopum, vbi erat templum Deo sacrum: & non considerabant templa saepe ad haereticos occupari, & veros Catholicos vel in cryptis, vel in desertis saepe versatos.

A D sextum, ex Lactantio; Lactantius probare volebat, inepte à Gentilibus offerri munera idolis, id est, Diis non sentientibus, *Frustra, inquit, homines auro, ebo-re, gemmis, Deos excolunt & exornant, quasi verè ex his rebus vllam possint capere voluptatem, quis vsus est pretiosorum munerum nihil sentientibus?* Hoc autem probat ex Persio, qui verè sapienter scribit, non debere aurea vasa templis inferri, quasi illis delectentur Dij lignei & marmorei, cum nihil sentiant; sed potius oportere Diis viuentibus offerre, vt ipse dicit: *satyra secunda,*

Compositum ius, fasque animi, sanctosque recessus Mentis, & incolum generoso pectus honesto.

I T A Q U E non reprehenditur aurum templi, quando bonum vsus habet, id est, excitandi ad pietatem, sed solum reprehenditur, quado sic offertur Deo, quasi is corporeus sit, & rebus eiusmodi corporaliter delectetur.

A D septimum, ex Bernardo, dico Bernardum non reprehendere simpliciter ornatum templi, sed ornatum, quem templis suis Monachi Cluniacenses adhibebant. Nam vt ex Apologia illa colligitur, reprehendit sanctus Bernardus, Primò, quod Monachi professione pauperes, erigerent oratoria in immensam altitudinem, quod eorum professioni non conueniebat.

S E C U N D O, quod dum templa sua ita ornarent, facerentur se esse carnales & infirmos, ornatus enim templorum illis Ecclesiae potissimum conuenit, ad quas populus confluere solet, quia simplices homines egent eiusmodi rebus. Vnde ibidem ait: *Et quidem alia causa est Episcoporum, alia Monachorum. Scimus namque quod illi sapientibus & insipientibus debitores cum sint, carnalis populi deuotionem, quia spiritualibus non possunt, corporalibus excitant ornamentis.*

T E R T I O reprehendit, quod quaestus causa ornarent templa, nimirum vt plures confluerent ad offerendum.

Q U A R T O, quod cum iniuria Sanctorum humi sculperent imagines.

Q U I N T O, quod bona, quae acceperant distribuenda pauperibus, infunderent in illa ornamenta, quando pauperes valde indigebant.

S E X T O, quod ornamenta vana adhiberent templis quae solum curiositate pacere, non autem pietate excitare valerent. Porro haec omnia merito reprehenduntur.

A D octauum ex Chrysofost. dico eum non negare, licitum esse templa magnifice aedificare, & ornare: sed solum antepone re huic ornatui curam pauperum: cuius oppositum docet Theophylactus Chrysofostomi discipulus in cap. 14. Mar. sed possunt facile conciliari, sciendum igitur, absolute melius esse honorare Deum in seipso, quam in pauperibus; nam charitas Dei semper anteponi debet charitati proximi. veritatem quia Deus nulla re indiget, & quae illi offerim, vult nobis utilia esse, non sibi: ideo tunc Deus magis honoratur, & fit illi res gratior, quando quod illi offerimus, est hominibus utilius. Hinc igitur quando alicubi tepla satis bene se habent, pauperes autem notabiliter patiuntur egestate, tunc melius est dare pauperibus eleemosynam, quam tepla addere ornamenta: & in hoc casu loquitur Chrysofostomus: videbat

enim homines pronos admodum ad offerenda Ecclesie donaria, & negligentes in cura pauperum. in quo sensu etiam videtur dixisse Oseas cap. 6. *Miserentiam volo, non sacrificium, id est, malo misericordiam, quam sacrificium.*

At è contrario, si alicubi pauperes mediocriter tractentur, sed templa sint inculca, & deserta, & propterea decreverat pietas, & devotio: tunc melius est ornare templa, quia id est vtilius etiam proximo, cuius pietas, & devotio iuatur illo ornatu: & in hoc casu loquitur Theophylactus, quando aut esset æqualis indigentia & teplo-rii, & pauperum, modò non sit extrema, videretur melius dare teplo quam pauperi, quia plurius faciendæ est indigentia spiritualis, quam temporalis: & quia ornatus teplo est boni durabilis, & communius, quam sit elemosina data pauperibus, & quia magis immediatè datur Deo.

Ad primam rationem dico tria. Primò, Christum fuisse pauperem, nec requisivisse propter se ullam pompam, vel delicias in hoc mundo: tamen non reculasse in terdum sumptuosa obsequia, quibus videbat ali & augeri piorum devotionem, ut patet de ingressu eius in Hierusalem super asinum, in quo libenter admisit, ut multi stererent vestes suas in via, quæ pedibus iumentum illius conculcabantur, & fortè etiã lacerabantur, Matth. 21. patet etiam de unguento pretiosissimo, quo caput suum, & pedes inungi passus, est Matth. 26. & Ioan. 12.

Secundò dico, quòd Christus fuerit pauper, & stabulum, ac pannos, & viles cibos amaverit, idè factum esse, quia ista congruebant tempori mortalitatis eius. Venerat enim ut pateretur, & per labores, ac dolores mundum redimeret: At nunc post mortem, & resurrectionem, cum gloriose regnat in cælo, conuenit illi domus magnifica, & splendidissima.

Ad tertio, templa dicari Christo præcipuè ratione diuinitatis, qua ratione semper fuit diues, Rex Regum, & Dominus dominantium. Itaque rectissime extruuntur illa templa magnifica, qualia Deo conueniunt, licet ipse idem in forma serui humilitatem & paupertatem verbo, & exemplo docuerit.

Ad secundam dico, non esse otiosa ornamenta, quia sunt signa reuerentiæ & pietatis nostræ erga Deum, & excitant in animis hominum devotionem. Vnde interroganti Persio, Satyra secunda,

Dicite Pontifices, in sacro quid facit aurum?

RESPONDENDUM est, multa bona facit, quæ iam enumerauimus.

Ad tertiam dico, ornamenta illa non fieri, ut distrahant, sed vt excitent devotionem. quòd si aliqui distrahuntur, est vitium illorum, qui abutuntur rebus bonis: nisi fortè ornamenta sint omnino vana, & inepta, quæ & nos reprehendimus.

Ad quartam de pauperibus alendis, iam responsum est. adde, quòd si propter ordinarios pauperes non liceret extruere, vel ornare templa, multò minùs liceret ornare palatia, instruere conuiuia, habere apparatus vtilium equorum, famulorum, curruum, &c. quòd si ista licita sunt ad tuendam dignitatem magnarum personarum, non obstante pauperum multitudine, cur non liceat etiã ad conferuandam rerum sacrarum maiestatem templa exornare, non obstante pauperum multitudine?

Ad Quintam dico, Matth. 25. numerari opera miora, vt inde colligamus, quid de maioribus sentiendum sit. dicitur enim, *ite in ignem æternum, quia esuristis, & non dedistis mihi manducare, & non dicitur, ite in ignem æternum, quia rapulistis aliena, sed hoc à maiori deducitur ex illo. ita etiam non dicitur, ite in ignem æternum, quia non ædificastis templa, sed deducitur hoc à maiori. Si enim damnabitur, qui non fecit elemosynam, quando eam facere tenebatur: multò magis dānabitur, qui non ædificauit, vel non reparauit, aut non ornauit templum, quando id facere tenebatur: qui autè teneantur, & qui*

non, alia quæstio est, atque ad rem nostram nihil facit.

CAPVT VII.

De benedictionibus aquæ, salis, cinerum, cerei, &c.

PRIMI, qui eiusmodi benedictiones irridere ceperunt, V Valdenses sunt, vt patet ex fragmento operis Reynerij, quod exstat in fine libri Claudij Couffor contra V Valdenses, exorti sunt V Valdenses, eodè Reynerio teste anno Domini m. c. xli. post eos Flagellantes exorti sunt circa annum Domini m. ccc. l. teste Bernardo Lutsemburgeni in suo Catalogo, qui quòd omnem pietatem constituerent in Baptismo sanguinis per flagellationem spontè effusi, simul assererent finem iam accepisse Sacramentum Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ, & cætera omnia, & cum eis omnes benedictiones, aquæ, cinerum, salis, &c. Vnde etiam instrumentum, quo aspergimus aquam lustralem, vocabant clauam mortis, ipsas verò guttas asperse aquæ, scintillas infernales dicebāt. Post eos V Vileclista (teste Thoma V Valdeni, tomo 3. tit. vlt. cap. 68.) assererent benedictiones aquæ, salis, vini, panis, olei, cereorum, & similibus, esse veram practicam necromantiæ. Idem de hereticis in Boemia grassantibus scribit Aeneas Sylvius lib. de origine Boemorum, cap. 35.

MARTINVS Lutherus in libro de visione Danielis contra Ambrosium Catharinum, damnat etiam has omnes benedictiones, Magdeburgenes Centuria 2. cap. 6. columna 12. dicunt, aquæ consecrationem tribui à Catholicis Alexandro Papæ & Martyri tanquam inuentori: sed rectius posse tribui alicui Gentilium Pontifici, cum Ethnicus sit ritus, aquæ lustralis aspersio.

CALVINVS lib. 4. cap. 10. §. vicesimo institutionis, tria dicit contra aquam benedictam. Primò, Catholicos pugnare secum, dum dicunt, aquæ benedictionem esse Apostolicam traditionem, & tamen referunt eius institutionem in Alexandrum Papam auctorem, qui fuit V. à Petro.

Secundò dicit, institutionem hanc esse recentiorum multò, quam vt Apostolis, vel Alexandro tribui possit. Nam August. epistol. 119. cap. 18. dicit, Christianos omisisse caeremoniam lauandi pedes in die cœnæ Domini, ne videretur ea lotio ad Sacramentum Baptismi pertinere. Quare manifestum est, nullam eo tempore fuisse in Ecclesia lotionem religiosam, excepto Baptismo.

TERTIO dicit, aquæ lustralis institutionem nullo modo à spiritu Apostolico proficisci potuisse, quando quidem nihil est aliud, quam quædam Baptismi profanatio, & quasi repetitio.

BRENTIUS in sua Confessione cap. vlt. reprehendit eandem caeremoniam, quia non debent adumbrari mysteria fidei, ipso Euangelio iam toto orbe coruscante.

DENIQUE Tilemannus Heshusius in lib. de sexcentis erroribus Papistarum, loco 27. ponit inter errores, aquam lustralè valere ad delenda peccata venialia, & ad fugandos demones, & morbos: & probat primum ex illo 1. Ioan. 2. *Sanguis Christi emundat nos, ab omni delicto.* ergo etiam à veniali. Secundum probat, quia nusquam scriptum est, vt aqua consecratur ad fugandos demones. Item quia scriptum est Exod. 20. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Et Deuter. 18. *Non sit maleficus, nec incantator inter vos.* Est autem manifesta magia, præter Dei verbum vt creaturis ad fugandos demones. Hæc illi.

HIS non obstantibus, sit Prima propositio: *Rectè benedicuntur, aqua, oleum, panis, cerei, cineres, rami, & similia.*

PROBATVR primò ex Scripturis, quæ continent exemplum & documentum. Exemplum est Domini Matth. 14. & Luc. 9. qui panes multiplicaturus asperxit in cælum, & benedixit eos: & ea benedictione multiplicauit. Certè quod Dominus fecit, argui non potest. Docu-

mentum

mentum est Pauli, qui dicit. 1. Timoth. 4. *Omnis creatura Dei bona est, & nihil abiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* In quem locum Chrysostronus & Theophylactus scribunt, Apostolum loqui ex hypothesi, id est, omnis quidem creatura bona & munda est, tamen etiã esset immunda, facillè posses eam sanctificare adhibito signo crucis & oratione. si ergo etiam res immundæ sanctificantur per crucis signum & orationem, quanto magis res alioqui bonæ fient meliores & sanctiores, per signum crucis & orationem?

Secundò probatur ex traditione veterum, ac primum de aqua, quòd soler benedici ab ipso tempore Apostolorum, sunt innumerabilia testimonia, Clemès lib. 8. Apost. constitut. cap. 35. ponit ordinem consecrationis aquæ. Dionysius de Ecclesiast. hierarchia, ca. de Baptismo, dicit, aquam sacris inuocationibus consecrari. Alexander I. Epist. 1. similiter præcipit aquam benedici. Cyrillus Catech. 3. dicit: *Sicut mundi cibi sumi immundi inuocatione diaboli, ita aquam simplicem fieri sanctam inuocatione Dei.* Cyprianus lib. 1. epist. 12. *Oporet, inquit, munda & sacrificari prius aquas à Sacerdote, &c.* Ambrosius lib. 4. de Sacramentis, cap. 5. docet, aquam debere consecrari. & lib. de his qui mysterijs initiantur, cap. 3. dicit, aquam nisi crucis signo prius sacretur, nullum habere vsum in Eccl. Basiliius lib. de Spiritu sancto, c. 27. Apostolicam traditionem esse dicit, aquæ consecrationem. Epiphanius hæres. 30. & Theodoretus lib. 5. cap. 21. hist. aquæ benedictæ meminerunt. Augustinus homil. 27. ex lib. 50. homiliarum. & serm. 19. de Sanctis. & lib. 6. in Iulianum, cap. 8. dicit, aquam signo crucis in Ecclesia consecrari. Adde Concilium Nannetense can. 4. vbi iubetur Presbyter cum agros visitat, primò aspergere aqua sancta ægrotum, & ipsum cubiculum.

Nec Caluini obiectiones aliquid valent. Ad primam dico, aquæ lustralis institutionem non tribui Alexandro, sed Apostolis: Alexandro autem tribui præceptum, vt hæc caeremonia frequentetur.

Ad secundam dico, Augustinum non damnare caeremoniam lauandorum pedum, sed solum recensere varias opiniones: nec dicit Augustinus vllos fuisse, quibus simpliciter displiceret caeremonia lotionis pedum: sed solum fuisse aliquos, quibus displiceret, lauari pedes Catechumenis in die cœnæ Domini, ne videretur illa lotio ad Baptismum necessaria. Vnde ibidem dicit, multis placuisse differendam lotionem in octauum diem Paschæ; & Ambrosius lib. 3. de Sacramentis, cap. 1. defendit caeremoniam lotionis pedum.

Ad tertiam dico, per aquam benedictam non repeti Baptismum. Differt enim Baptismus ab aspersione aquæ sanctæ, forma, ministro, intentione, & effectu, vt patet. Quanquam non negarim, per aquam benedictam reficari memoriam Baptismi, & admoneri Christianos vt cogitent, se aliquando per aquam purgatos fuisse, & pactum cum Deo contra diabolum iniisse.

De benedictione olei habemus testimonia Clementis, Dionysij, & Basilij, vbi supra, & Augustini tract. 118. in Ioannem. De benedictione panis extra Eucharistiã, habemus testimonium August. lib. 2. de peccat. merit. cap. 26. & Paulini in epist. ad Alipium Romanianum, quæ sunt 35. & 36. inter epist. Augustini.

De benedictione cerei Paschalis, habemus testimonium Strabonis cap. 30. & Concilij IV. Toletani can. 8. & Papæ Sozymi, vt ex Pontificali patet. De benedictione palmarum & cinerum, habemus testimonium B. Maximi, cuius exstant homiliae inscriptæ in die cinerum, & in Dominica Palmarum.

Secunda propositio, *Rectè ad affectus supernaturalis efficiendos & significandos vimur aqua, oleo, aliisque rebus benedictione consecratis.*

NOTA, benedici illa omnia, quæ diximus, in Ecclesia propter tres fines. Primò, ad significandos spirituales effectus. Nam cineris aspersio significat pœnitentiã, palma, victoriã, cerei Paschalis gloriam resurrectionis. Neque obstat ratio Brentij de adumbratione. nam istæ significationes non sunt propria adumbrationes futurorum, sed representationes externæ rerum presentium inuisibilium, & spiritualium, vel etiam rerum præteritarum, quæ vtilissima sunt ad affectum excitandum. Alioqui etiam tollemus Baptismum, qui secundum Apostolum, in epistola ad Romanos cap. 6. continet representatione mortis, & resurrectionis Christi, & nostræ etiam per Christum. Vnde etiam Aug. epist. 119. dicit, Christianos diebus Dominicis, & à Pascha vsque ad Pentecosten, stando orare solitos, ad significandam eã caeremonia Christi resurrectionem.

Secundò, ad deletionem venialium peccatorum: de qua re vide S. Thomã 3. par. quæ. 87. artic. 3. & Dominicum à Soto in 4. sentent. distinct. 15. quæst. 2. & Gratianum can. Aquam, dist. 3. de consecratione. Neque argumentum Heshusij concludit: nam sanguis Christi emundat ab omni peccato, sed si aliquo modo nobis applicetur. Et quemadmodum applicatur per Baptismum & Pœnitentiæ Sacramentum, ad delenda omnia peccata: ita etiam applicatur per Sacramentalia & orationem Dominicam, ad delenda venialia in eo, qui est in gratia.

TERTIO, ad fugandos Demones, & curandos morbos, vt ex precibus patet, quibus consecratur. Verum est tamen, quòd non operantur infallibiliter, sicut operantur Sacramenta; & ratio est, tum quia vim habent eiusmodi res non ex pacto Dei expresso, quomodo Sacramenta, sed ex precibus Ecclesiæ, & deuotione videntium: tum etiam, quia aliquando non expedit nobis, vt liberemur vel à morbo, vel à Dæmonis vexatione.

PROBATVR nunc propositio, quoad istum tertium effectum, exemplis Scripturæ & Sanctorum. Nã Nume. 5. aquæ, super quas maledictiones à Sacerdote pronunciatæ fuerat, si ab adultera epotæ fuissent, mox ventrem eius inflari, & femur putrescere faciebant; nec tamè ista necromantia dici poterat. Nu. 19. aqua cineribus mixta dicebatur aqua expiationis, eaque mundabantur Iudæi, non quidem à peccatis, sed à legalibus fordidibus, vt Apostolus dicit Heb. 9. Nec dicere possumus eam fuisse incantationem. Similiter 4. Reg. 2. Elisæus ad sanandas aquas miraculo adhibuit saltem. Et lib. 4. Reg. cap. 5. ad curandam leprã Naaman Syri adhibuit aquam Iordanis. Marc. 4. vngabant Apostoli agros oleo, & curabantur. Hæc exempla satis ostendunt, non esse necromantiam, adhibere aquam, vel oleum, ad effectus supernaturalis, tanquam signa diuinæ virtutis.

Secundò, probatur exemplis Patrum. nam apud Epiphanium hæres. 30. Ioseph aqua benedicta soluit incantationes. Similiter fecit Marcellus Apameensis apud Theodoretum lib. 5. cap. 21. Item Macarius apud Palladium cap. 19. Porro Hilarion apud Hieronymum pane vel oleo benedicto plurimos curauit. Sicut etiam sanctus Bernardus, vt in vita eius scribitur lib. 3. cap. 5. Gregorius lib. 1. Dialog. cap. 10. scribit, sanctum Fortunatum curasse quendam, qui cadens ex equo, femur confraxerat, solius aquæ benedictæ aspersione. Beda lib. 5. hist. cap. 4. scribit, nobilissimam sceminam grauissimè laborantem aqua benedicta mox ita conualescere, vt ministraret mensæ. Quemadmodum aliquando fecerat focus Petri. Bernardus in vita Malachia scribit, à Malachia, per aquam benedictã, hominè phreneticum esse curatum.

Ad hæc & similia ita responderet Heshusius: *Maledacia, inquit, quæ finguntur de miraculis factis per aquam lustralem, retidenda sunt præcepto, Nò dices falsum testimonium. Quòd si cõtendant vera esse, nota est Christi admonitio, Pseu doprophete edent miracula & prodigia, vt inducantur in*

errorem si fieri potest, etiam ele 7i. Sed facile est iudicare, mendacia necne dici possint, quæ testimonium habet ab Epiphano, Theodoro, Palladio, Hieronymo, Gregorio, Bernardo: & num sint Pseudoprophetae sanctissimi illi viri, Iosephus, Marcellus, Macarius, Hilarion, Fortunatus, Malachias, qui Christi nomine aut diaboli artes dissoluerunt, aut morbos grauissimos curauerunt. Videat potius Heshusius, ne sit ipse temerarius, & blasphemus, & in spiritum Domini peccatum admittat. Quid enim temerarium magis, quam tot sanctos Patres mendacij reprehendere, sine teste, sine ratione vlla? quæ est autem blasphemia in Spiritu sanctum, si hæc non est, opera diuina, Christi inuocatione, à sanctissimis viris perfecta, inter signa mendacia Pseudoprophetarum referre?

Ad rationes autem Tilemanni facile est respondere. Ad illam: *Non est scriptum, vi aqua sanctificatur, ad pellendos demones,* respondeo, falsum esse scriptum est, omnem creaturam posse sanctificari per verbum Dei, & orationem. Et rursus scriptum est: *Peite & accipietis.* Ioan. 16. Ecclesia igitur Christum, & Paulum sequens verbo Dei, & oratione sanctificat aquam, & petit, vt valeat contra Demones, & morbos: & Deus miraculis testatur se audire eiusmodi preces. Præterea etiam scriptum non esset, quid tum? Vbi nam scriptum erat, vt aqua sanarentur sale, & lepra curaretur aqua Iordanis? & tamè vtrique fecit Heliæus.

Ad secundam: *Non assumes nomen Dei tui in vanum: & non erit inter vos magus,* Respondeo, assumere nomen Dei in vanum proprie nihil esse aliud, quam peierare, vt rectè explicat Concilium Toletanum VIII. c. 2. Malefici autem, & incantatores sunt, qui Diaboli potestate aliquid mirum operantur. At qui aquam benedicunt, nec peierant nec Diabolum inuocant, sed solum religiosè Deum precantur. Tota enim virtus aquæ Iordanis niritur verbo Dei, & oratione, vt ex Apostolo demonstrauimus.

C A P V T V I I I.

De peregrinationibus.



ISSERVIMVS de templis, nunc de peregrinationibus ad templa, aliq; sacra loca, paucis disserendum est. Error fuit Claudij Taurinensis apud Ionam lib. 3. de cultu imaginum, inanes esse peregrinationes ad loca Sanctorum. Eundem sequuti sunt Petrobrusiani, teste auctore vitæ sancti Bernardi lib. 3. cap. 5. VViclefistæ autem, teste Thoma VValdensi tomo 3. tit. 15. idololatricæ damnabant eos, qui ad loca sancta peregrinabantur.

IOANNES Caluinus lib. 4. institutionis cap. 12. §. 7. peregrinationes votiuas ad loca Sanctorum non solum inanes, sed etiam plenas manifesta impietate esse dicit. Non tamen aliter probat; quam communi suo axiomate, quod omnis voluntarius cultus Deo displiceat.

MAGDEBURGENSIS Centuria 4. cap. 6. col. 458. tempore Constantini cepisse volunt abusum peregrinationum ad loca Sanctorum, sed non diu postea refutatum fuisse longa oratione à Gregorio Nysseno. Quam orationem totam recitant eadem Centuria quarta, cap. 10. columna 936. & sequentibus.

Ex qua oratione sumuntur hæc argumenta. Primum Christus Marth. 5. inter ea, quæ homines beatos faciunt, non posuit peregrinationes. Secundum, multa sunt pericula spiritualia in itineribus, ac præsertim mulieribus, vt notum est. Tertium, nihil inuenire possumus Hierosolymis, quod in nostra regione non habeamus: nam Deus non magis est ibi, quam alibi, vt patet ex eo, quod homines regionis illius non sunt meliores cæteris, sed fortè peiores. Porro res Dei, id est, tépla, & altaria vbique inueniri possunt. Porro addere Hieronymi epistolam ad Paulinũ de institutione Monachi, in qua multis argumentis probat, non expedire peregrinatione ad loca sancta suscipere; & adducit exempla Sancti Antonij, & aliorum Monachorum, qui licet in vicinia Sanctorum

locorum habitarent, tamen nunquam ad illa uenerunt. SED nihil horum nos mouere debet: sunt enim peregrinationes ad loca sancta pia, & religiosa, vt Concilium Tridentinum sess. 25. rectè iudicè docet. Id probatur Primum Scripturæ testimonio Deuter. 16. Deus instituit, vt omnes filij Israël ter in anno ad tabernaculum, vel templum Domini peregrinarentur. quod præceptum studiosè seruabat Helcana, & Anna vxor eius lib. 1. Reg. cap. 1. nec non Christus ipse cū matre sua, & S. Iosepho: Luc. 2. Ioan. 12. etiã Gentiles ueniebant adorare in Hierusalem propria religione relicta. Act. 8. Eunuchus Æthiops ex longinqua regione ueniebat adorare in Hierusalem. Act. 20. Paulus ipse festinabat in itinere, vt in Hierusalem faceret Pentecosten. quem locum adducit Hieronymus in epist. 17. ad Marcellam, vt ostendat bonum esse ad loca sancta peregrinari. Hæc igitur exempla ex Scripturis petita, quæ nullo modo reprehendi possunt, satis indicant, non esse inanem peregrinationem.

SECUNDO probatur ex Patribus. Eusebius lib. 6. hist. cap. 9. Alexander, inquit, Hierosolymam adorandi, & locorum Sanctorum uideudi causa properauit. Idem refert Hieronymus lib. de uiris illustribus in Alexandro. Porro iste Alexander floruit centum annis ante tempora Constantini, & Martyr fuit sanctissimus, quem etiam mirificè laudant Magdeburgenses Centuria 3. c. 10. in principio. Ex quo apparet mendacium esse Magdeburgensium, quod cœperint peregrinationes ad loca sancta tempore Constantini. S. Nicolaus quoque adolescens ante Constantini Imperium voti causa peregrinatus est in Hierusalem, auctore Simeone Metaphraste. Idem Eusebius lib. 3. de uita Constantini, & Ambrosius oratione de obitu Theodosij laudant Helenam, quod religionis causa Hierosolymam iuerit.

GAUDENTIVS Episcopus Brixianus in sermone de dedicatione templi scribit: se peregrinatum in Hierusalem, & in itinere, cum transiret per Cæsareâ Capadociæ, accepisse dono à duabus sanctis mulieribus, neptibus magni Basilij, reliquias X. L. Martyrum.

IOANNES Chryostomus hom. 66. ad populum Antiochenum circa finem, comparat sepulchra Martyrum cum sepulchris Regum. Itaque, inquit, quo regias quidem aulas uideat, nullus unquã peregrinatus fuerit: multi uero Reges plerunq; huius speculaculi gratia peregrinati sunt: futuri nãque iudicij vestigia & signa Sanctorum ad exhibet, ubi demones flagellantur, corriguntur homines & liberantur.

HIERONYMVS epist. 17. ad Marcellam, Longum est, inquit, nunc ab ascensu Domini usque ad presentem diem per singulas ætates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica uirorum uenerint Hierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientiæ, nec summam, vt dicitur, manum accepisse uirtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruscauerat. Itẽ in epist. 27. de obitu Paulæ: Cuius, inquit, gentis homines ad loca sancta non ueniunt? In epist. 46. ad Rusticum, qui uouerat peregrinari ad loca sancta Palæstine: Redde, inquit, quod presente Domino spondesti, incerta est uita mortaliũ, ne antè rapiaris, quam tuam impleas sponsonem. Denique epist. 154. ad Desiderium, hortatur illum, vt ueniat ad loca sancta, & inter alia dicit: certè adorasse ubi steterunt pedes Domini, pars si dei est.

SVLPIIVS lib. 2. sacre historie describens acta Helenæ dicit, illud esse mirandum Hierosolymis, quod in loco, unde Dominus cœlum ascendit, adhuc seruatur pedum eius uestigia, & cum ad eum locum undique fideles confluant, & rapiant aliquid calcari pulueris, damnatum tamen arena non sentiat.

PAULINVS ep. 11. ad Seuerum: Non aliter, inquit, affectus homines ad Hierosolymã rapiunt, nisi ut loca, in quibus incorporati er præsens fuit Christus, uideant, atque contingant.

Et natali

Et natali 3. S. Felicis scribit turbas innumerabiles ex remotissimis locis peregrinari solitas ad corpus S. Felicis. P R V D E N T I V S in hymno de SS. Hemiterio & Chelidonio;

*Exteri necnon & orbis
Huc colonus aduenit.
Fama nam terras in omnes
Præcurrit proditrix,
Hic patronos esse mundi,
Quos precantes ambiat.*

AUGUSTINVS epist. 137. ad clericum, & populum Hipponensem: *Elegi, inquit, aliquid mediũ, vt certo placito se ambo constringerent, ad locum sanctum se peregrinaturus.*

CASSIANVS lib. 4. de institutis renunciantium, c. 31. meminit monachorum, qui orationis causa ad loca sancta pergebant: *Quidam, inquit, fratrum ad loca sancta de Aegypti partibus orationis causa conuenerant.*

SOCRATES lib. 7. capite penultimo scribit, Eudoxiam Theodosij iunioris uxorem ex voto, Hierosolymam peregrinationem suscepisse. S. Alexium peregrinatum ad nobiliores Ecclesias mundi, scribit Simeon Metaphrastes in eius uita.

BEDA lib. 5. histor. c. 7. scribit Regem Ceeduallam peregrinationem ad limina Apostolorum suscepisse, cupientem ibi baptismum suscipere, & mox à baptismo ex hac uita migrare. Quorum utrumque impetrauit: nam in Sabbatho sancto à Papa Sergio baptizatus, in ipsa hebdomada Paschæ in albis positus, leui morbo correptus migravit ad Dominum. Item capite 20. scribit Regem Cœnradum relicto regno peregrinatione ad Apostolorum limina suscepisse, & apud eadẽ limina in ieiuniis & precibus usque ad uitæ finem permansisse.

NICOLAUS I. in epistola ad Michælem scribit, multa millia hominum ex omnibus terræ finibus confluere solita ad limina Apostolorum religionis causa.

PALLADIVS in historia Lausiaca, cap. 113. scribit, Philoromum Presbyterum bis voti causa peregrinatum Hierosolymam, & item ex voto peregrinatum Romam ad limina Apostolorum: & Alexandriã ad reliquias S. Marci. idem cap. 118. scribit Melaniã Hierosolymam occupatã in suscipiendis peregrinis ex toto orbe uenientibus.

HIS adde Concilium Cabilonense sub Carolo Magno celebratum, quod can. 45. docet eorum deuotionem omnibus probari debere, qui pœnitentiæ causa ad limina Apostolorum, uel alia sancta loca peregrinantur.

PROBATVR vltimo ratione sumpta ex uilitate peregrinationum: nam tria bona adferunt. Primò cedunt in honorem Dei & Sanctorum non mediocrem. Est enim manifestum signum, Deum & Sanctos à nobis magnificari, cum laborem, & pericula iterum sponte suscipimus, vt Sanctorum reliquias inuisamus.

SECUNDO est opus pœnitentiæ, & satisfactionum, quia laboriosum, & pœnale.

TERTIO, auget deuotionem; nam præsentia loci Sancti uix dici potest, quantum incutiat horrore, quantum excitet reuerentiam: & licet vbique sint aliqua sancta loca, tamen sæpe alibi sunt loca sanctiora, ad quæ uile est peregrinari: uel si non sint sanctiora, sunt tamen alia ab his, quæ in nostra patria inueniuntur, & ipsa nouitas iuuat ad excitandam deuotionem: sæpe etiam peculiari amore ferimur erga Sacti alicuius memoriam, quæ procul abest à nobis, & eo accedere non parum iuuat, licet habeamus domi memorias celebriores.

Ex his ad argumentum Caluini dico, cultum uoluntarium dici eũ, qui sine ratione suscipitur, vt si quis uoueat se non iturũ ad mensam, nisi bis lauerit manus. At cultus, qui exhibetur Deo per actus uirtutum, non dicitur uoluntarius, licet non sit præceptus, vt patet Num. 30. ubi Dominus iubet impleri uota rerum non præceptarum.

Ad Magdeburgenses dico duo. Primò, fortè non esse

Nysseni illam orationem; nam nec habetur in operibus eius, nec scitur quis illã uerterit in sermonem Latinum, & fortè etiam Græcè non inuenitur.

SECUNDO dico in ea oratione non reprehendi absolute peregrinationem in Hierusalem, sed reprehendi eiusmodi peregrinatione in certis personis, id est, Monachis, & sanctimonialibus; nam de talibus solum eo loco agitur. quamuis autem peregrinatio sit bona, tamen non omnibus conuenit: quidam enim sunt, quibus non conuenit peregrinari, quales sunt mulieres, nisi magnũ, & tutum habeant comitatũ: item Monachi, qui in claustris, in silentio, precibus ac ieiuniis exercentur: illorum enim maius bonum impediretur maiore bono peregrinationis: & hoc modo Ionas lib. 3. respondet ad calumnias Claudij contra Abbatem Theodemirum. dixerat enim Claudius Abbati laudanti peregrinationes ad uerbem: *Quare tu Monachos tuos retines in monasterio, & non mittis omnes Romam?* Respondet Ionas pro Abbate, quia peregrinatio est bona, sed non conuenit Monachis, sicut & nuptiæ bonæ sunt, sed non conueniunt professoribus continentiæ. Sic etiã Hieronymus, qui tam multa dixit in laudem peregrinationum, tamẽ Paulinum Monachũ dehortatur à peregrinatione, quia proposito eius magis conueniebat quies, & stabilitas in monasterij: ubi etiam rectè monuit idem Hieronymus sanctum Antonium, quia Monachus erat, nunquam peregrinatum ad loca sancta.

HILARIONEM autem, quia in Palæstina degebat, semel tantũ loca sancta inuisisse, ne uideretur continere religionẽ eorum locorum, quæ in uicinia erãt. sic ergo & Gregorius Nyssenus facit: nam alioqui quomodo credibile est Nyssenum uoluisse reprehendere, quod sciebat factum à sancto Alexandro Martyre suæ regionis homine, & quod non ignorabat laudari ab omnibus doctoribus suæ ætatis.

SED diluamus obiectiones. Ad Primam rationem dico, ea probari solum, peregrinationem non esse opus necessarium ad perfectionem, uel ad salutem. Et ad hoc solum probandum adferunt à Gregorio: nam Monachi illi putabant se non posse esse perfectos, nisi uiderent loca sancta, quod certè falsum erat.

Ad Secundam dico, illa pericula rectè probare, peregrinationem non esse omnibus accommodatam, sed solum uiris maturis, & quibus parum aut nihil periculi imminet. Gregorius igitur rectè argumentatur, quia de sanctimonialibus agit, cum dicit propter pericula debere omitti eiusmodi peregrinationes: nulli enim hominum generi magis cauenda sunt pericula tentationum, quam sanctimonialibus, quibus & sexus, & professio cautionem maximam indicit.

Ad Tertiam dico, nihil esse Hierosolymis, quod non possit alibi inueniri, si agamus de rebus essentialibus, & necessariis ac religionem: nam Deus est vbique: Sacramenta, templa, altaria vbique etiam inueniri possunt: & hoc sufficiebat Gregorio, vt suaderet Monachis & uirginibus, ne solliciti essent pro itinere Hierosolymitano: tamen interim negari non potest, quin aliquid sit Hierosolymis, quo deuotio iuari possit, quod alibi non inuenitur, nimirum sepulchrum Domini, & loca illa sancta, quæ toties Dominus calcauit, & in quibus tot mirabilia operatus est. Sed hæc non tanti facienda sunt, vt propterea oporteat deferere maiora bona.

C A P V T I X.

De uotis, quæ nuncupantur sanctis.



RASMVS in Colloquio, quod inscribitur Naufragium, miro modo irridet uota, quæ Sanctis nuncupantur. De hæreticis autẽ omnibus nulla esse potest dubitatio, quin nos pro idololatris habeat ob ea uota, quæ passim sanctis nuncupamus. & ratio esse potest, quia uotum est actus religionis soli Deo debitus, qualis est etiam iuramentum, & sacrificium, vt patet ex

diuinis literis, vbi perpetuo vota dicuntur fieri Deo. Num. 30. Deuter. 23. in Psalmis passim, & praecipue Isa. 19. vbi legitur: *Colent eum in hostiis, & muneribus, & vota vouebunt Domino, & soluent.*

V E R V N T A M E N, posse aliquo modo Sanctis vota nuncupari, certissimum est, Et probatur testimoniis antiquorum Patrum. Eusebius lib. 13. praeparat, Euangeli c. 7. loquens de Martyribus, nomine omnium Christianorum: *Nos, inquit, per pietatis milites, vt Dei amicos honorantes ad monumenta illorum accedimus, vota que illis facimus tanquam viris sanctis, quorum intercessione ad Deum non parum iuuari proficimur.* Theodoretus lib. 8. ad Graecos, vbi dixerat varia a Martyribus peti, subdit: *Pie, inquit, fideliter que precatos ea maxime consequi, qua desiderant, testatur illa que votorum rei persolunt, nam alij quidem oculorum, alij vero pedum, alij manuum simulacra suscipiunt ex argento aurove consecrata, &c.* Palladius in historia Lausiaca cap. 113, scribit, sanctum Philoromum ex voto Apostolis nuncupato venisse Romam ad limina Apostolorum, & Deinde Alexandriam ad sanctum Marcum.

P R V D E N T I V S in hymno de SS. Hemeterio, & Chelidonio.

*Illius cruore sancto
Nunc arenas incolae
Consequentur, obseruantes
Voce, votis, munere.*

P A V L I N V S natali primo de sancto Felice:
*Hunc libet celebrare diem, pia reddere coram
Vota, &c.*

Et natali secundo:
Coram vota tibi, coram mea corda dicant.

Et natali quarto:
*Annua vota mihi remeant, simul annua lingua
Debita, &c.*

G R E G O R I V S Turonicus lib. 2. hist. Francorum, c. 37. meminit voti, quod nomine Clodouei Regis sancto Martino fecerunt ministri eius: *Domino, inquit, gratias agentes, & vota B. Confessori promittentes, latè nunciauerunt Regi, &c.*

A C C E D A T aduersariorum testimoniū; nam Faustus apud Augustinum lib. 20. contra Faustum, c. 3. *Idola, inquit, peritistis in Martyres, quos votis similibus colitis,* Ex quo Faustus testimonio discimus, vtiatissimum in primitiua Ecclesia fuisse, vt Martyribus vota fierent.

A D argumentum autem, quod nos ipsi proposuimus, responderi B. Thomas in 2. 2. quaestione 88. artic. quinto, vota quae sunt Sanctis, vel Praelatis, includere duas promissiones; vnam quae fit Sanctis, & illam non esse formaliter votum, sed materiam voti; alteram quae fit Deo, & illam esse formaliter votum, vt cum quis dicit, *Voueo beatae Mariae, me ad eius domum peregrinaturū;* promittit virgini hanc peregrinationem, sed haec promissio non est votum; & simul promittit Deo, se impleturum promissionem virgini factam, & haec secunda promissio verè est votum. At ista rectè se habent in votis, quae includunt promissionem homini mortali factam; nam qui vouet obedientiam praelato, reuera votum non praelato, sed Deo facit, licet ipsi praelato obedientiam promittat; non enim illo voto praelatum, sed Deum colere & honorare intendit. similiter, qui vouet perpetuè ministrare in Xenodochio, Deo facit votum, non Xenodochio, tamen illi in vilitatem & commodum Xenodochij faciat. At qui vouet ieiunium, vel peregrinationem Sanctis, ipsos Sanctos religiose honorare intendit, & praeterea Caicatanus in eum articulum B. Thomae, probat ex ipsa professione fratrum praedicatorum, vota verè fieri Sanctis; nam dum profitentur, dicunt, *voueo Deo, & Beatae Mariae, & omnibus Sanctis, me praelato tali, vel tali obediturū,* vbi ex duabus promissionibus, vna dirigitur ad praelatum, & illa est materia voti; altera, quae est formaliter votum,

A ad Deum & Sanctos simul. Caicatanus igitur adfert aliam solutionem, ac dicit, vota fieri Sanctis, non vt sunt creaturae quaedam rationis participes, sed vt in eis Deus habitat per gloriam, ita vt vota, quae fieri dicuntur Sanctis, fiant Deo in Sanctis: quomodo maledicta in Sanctos dicuntur blasphemiae, quia **D E V S** in Sanctis maledicitur.

S E D obiicit fortassis aliquis, aut vota, quae sunt Deo in Sanctis, terminantur ad solum Deum, quomodo sacrificium soli Deo offertur, licet in memoriam, & honorem Sanctorum: aut terminantur etiam ad ipsos Sanctos, ita vt reuera ipsi vota fiat, quomodo elemosyna quae datur Christo in paupere, verè datur ipsi pauperi: si primum accipiatur, ergo non verè sunt vota Sanctis: si secundum, ergo idololatrae videmur.

R E S P O N D E O, secundo modo fieri vota Sanctis, nec tamen nos esse idololatrae; nam non eadem ratione fit votum Sanctis, & Deo; & solum voti, quod fit Deo, est cultus patriae. Animaduertendum est enim, inter omnes conuenire verè & proprie Sanctis aliquid promitti; sicut verè & proprie aliquid promittitur Deo; id enim & B. Thomas concedit, & per se patet; nā si licet Sanctis aedificare sepulchra & basilicas, ornare eorum reliquias, accendere coram eis cereos, vt supra ostensum est, cur non liceat eis ista promittere?

R V R S V M, inter omnes Catholicos conuenit, aliter promitti munus Deo, aliter Sanctis; nam Deo promittitur in signum gratitudinis erga primum principium omnium bonorum, & in recognitionem beneficij ab ipso, tanquam à primo auctore accepti, & proinde illa promissio est cultus patriae; at Sanctis promittitur aliquid in signum gratitudinis erga mediatores, & intercessores per quos à Deo beneficia accepimus; & proinde illa promissio non est cultus patriae, sed dulcia.

S O L V M videtur dubium esse, an ista promissio facta Sanctis possit dici votum, id est, an votum sit nomen generale, quod dicatur analogice de promissione facta Deo, & Sanctis, quomodo nomen orationis, & nomen cultus se habent: an verò sit nomen speciale, quod solum dicatur de promissione Deo facta, sicut sacrificium non dicitur nisi de munere, quod offertur Deo.

E T S I autem controuersia vocabuli, cum de re constat, nos torquere non debet: existimo tamen secundum vsum Ecclesiae nomen voti esse generale; nam nullus dicere auderet, sacrificio Deo, & B. Mariae; vel etiam absolute, sacrificio B. Mariae; & tamen dicimus, voueo Deo, & B. Mariae; & etiam simpliciter, voueo beatae Mariae.

P R A E T E R E A nomen voti ita est coniunctum cum nomine orationis, vt Graecè dicatur votum *ῥῆξι*, oratio verò *προσευχη*, vt notat Gregorius Nyssenus oratione prima in orationem Dominicam; Latine autem sapissime accipitur votum pro oratione. Et ratio est, quia vt ibidem docet Nyssenus, vota ordinantur ad orationem: solemus enim, cum impetrare aliquid volumus, prius votis conciliare eum, à quo volumus petere, deinde petere id, quod volumus. Vnde est illud 6. Aeneidos: *cessas in vota precisque, Troas ait, Aeneas?* Sicut ergo orationis nomen non solum dicitur de illa petitione, qua à Deo postulamus beneficia, quaeque est actus patriae; sed etiam de illa qua postulamus à Sanctis, vt nostram orationem iuuent, quam fundimus ad Deum; ita etiam voti nomen non solum conuenit promissioni, quae fit Deo, quaeque est actus patriae, sed promissioni, quae fit Sanctis, & quae non est actus patriae. Neque his repugnat, quod in Scripturis nomen voti semper accipiatur pro promissione facta Deo; nam cum scriberentur Scripturae sanctae, nondum coeperat vsus vouendi Sanctis.

S E D obiicit, si promissio facta Sanctis mortuis potest dici votum, cur non etiam promissio facta Sanctis adhuc viuentibus nobiscum?

R E S P O N D E O primo, quia promissio facta Sanctis

A cum Christo regnantibus, est similior promissioni, quae fit Deo, quam sit promissio, quae fit homini mortali. Nam quemadmodum id quod promittimus Deo, non est illi vile, sed nobis, & solum fit in signum honoris, & gratitudinis, ita etiam quod promittimus Sanctis in caelo regnantibus, non est illis vile, sed nobis; neque enim illi nostris rebus indigent, cum sint beati, & solum ista illis promittimus & offerimus in signum memoriae, honoris & gratitudinis. At quae hominibus hic viuentibus promittimus, illis vtilia sunt, vel certè esse possunt, cum ipsi multis rebus egeant.

S E C V N D O, quia votum non conuenit Sanctis, nisi quatenus sunt **D i j** per participationem: Sanctos cum Christo regnantes certò scimus esse tales, de viuentibus nobiscum non scimus certò, sed suspicamur tantum.

T E R T I O, quia Sancti in caelo iam sunt re ipsa beati, & gloriosi, & filij Dei, ac **D i j** quidam per participationem, quia sunt confirmati in illo statu, neque excidere possunt: at Sancti, qui viuunt nobiscum, modò sunt Sancti, modò non sunt, & magis in spe, quam in re sunt beati, & gloriosi: rectè igitur, quae mortalibus promittuntur, non dicuntur vota; dicuntur autem, si beatis hominibus in caelo degenibus promittantur.

C A P V T X.

An sint festi dies à Christianis celebrandi.

P **O S T R E M A** restat quaestio de festis. Differemus autem primò, de festis in genere. Secundo, de die Dominica. Tertio, de Paschate. Quarto, de ceteris festis Domini. Quintò, de festis Sanctorum.

Q U O D igitur ad primum attinet, de celebratione festorum in vniuersum, tres sunt errores. Primus veterum Ebionitarum, qui existimabant debere Christianos seruare dies festos noui & veteris Testamenti, id est, Sabbathum, & Dominicam, vt Eusebius refert lib. 3. hist. c. 27. Eundem errorem tempore B. Gregorij quidam renouare voluerunt, vt patet ex lib. 11. epist. 3. idem hoc retere seruant Christiani, qui in Aethiopia degunt, qui in eodem honore habent Sabbathum, & Dominicam. Argumentum eorum est, quia Exod. 31. de Sabbatho dicitur: *Paustum est sempiternum, signumque perpetuum.*

A L T E R error est Petrobrusianorum, vt patet ex lib. 3. c. 5. vitæ B. Bernardi. & VValdensium, vt docet Guido in sua summa: & VViclefistarū, vt refert Thomas. VValdensis tomo 3. tit. 16. cap. 140. qui omnia festa tollebat, tanquam si festi dies ad caeremonias Iudaeorum solum pertinerent.

A R G V M E N T A eorum erant tria loca B. Pauli. Primus Roman. 14. *Alius indicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem,* id est, alius putat vnum diem esse sanctum, alium profanum: alius verò omnes dies putat esse aequales: & licet Paulus toleret in Romanis errorem illum de discretionem dierum, quia nodum erant instructi plenè, tamen clarè indicare videtur esse errorem.

S E C V N D V S est Galat. 4. *Dies obseruatis, & menses & annos, timeo vos, ne frustra laborauerim in vobis.*

T E R T I V S locus est Coloss. 2. *Nemo vos iudicat in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi.*

A D haec adducunt ex Patribus rationem; nā Sabbathum, quod mandatum fuerat Iudaeis carnaliter obseruandum, nimirum, vt abstinere ab operibus seruilibus, nobis mandatum est spiritualiter, vt scilicet vacemus à peccatis, quae sunt opera verè seruilia: quae sententia est sanctorum Patrum: Ambrosij in cap. 13. Lucæ; Hieronymi in cap. 4. ad Galat. Augustini epist. 11. & Gregorij lib. 11. epistola 3.

T E R T I V S error est Lutheranorum, & Caluinistarum, qui admittunt dies festos, sed ita admittunt, ac si non admitterent. Summa doctrina eorum in his capitibus consistit. Primum docent, festos dies celebrare esse iure diuino & naturali praecipuum, probant ex decalogo:

A nam licet praecipuum de Sabbatho sit aliquo modo caeremoniale, est tamen aliquo modo etiam naturale, aliqui in decalogo positum non fuisset. Praeterea, quia natura ipsa docet oportere nos aliquando ferriari ab operibus corporalibus, tum vt vacemus Deo, & conueniamus in Ecclesia ad verbum Dei audiendum: tum etiam vt aliquam remissionem concedamus famulis, & operariis nostris, & in hoc primo non dissentimus.

S E C V N D O docent, quia ius diuinum non determinauit certos dies, quibus Christiani ferriari debeant, debere eos determinari ab Ecclesia, id est, à pastoribus, consentiente populo, & in hoc etiam non multum dissentimus: solum enim displicet, quòd putant necessarium populi consensum. Christus enim potestatem gubernandae Ecclesiae non tribuit Apostolis cum ea conditione, si populus consentiret, sed simpliciter: verum de hac re diximus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 6. & 7. & lib. 1. de clericis cap. 7.

T E R T I O docent, dies determinatos ad feriandum non debere haberi caeteris sanctiores, quasi mysterij aliquid, vel piam significationem continere: sed solum haberi tanquam determinatos, disciplinae & ordinis, ac politicae causa, ita vt cum hac determinatione simul consistat aequalitas dierum: & in hoc nos accusant, quasi habeamus discrimen dierum more Iudaico: & probant assertionem suam ex locis Pauli supra citatis. Paulus enim reprehendit discrimen dierum, at certè non reprehendit discrimen necessarium ad ordinem, & politiam, ergo discrimen religiosum, & caeremoniale, quale erat Iudaeorum, & quale esse videtur (vt ipsi dicunt) Christianorum, qui ob similes significationes, dies mysticos habent, & colunt.

Q U A R T O docent, determinationem dierum non obligare Christianos in conscientia, nisi ratione scèdali, vel contemptus, & in hoc etiam arguunt Catholicos, quòd obligent fideles humanis praecipuis. Porro sententiam suam Centuriatores probant, quia festorum obseruatio in primitiua Ecclesia habebatur res indifferens, & media, vt reuera est, ergo non potuit imponi postea sub necessitate: nam Paulus, & alij, modò colebant Sabbathum, modò Dominicam indifferenter: nam Act. 13. Paulus in Sabbatho concionatur. Ioannes autem Apoc. 1. mentionem facit Dominicae.

P R A E T E R E A quia Paulus, Galat. 4. refutit Pseudoapostolis volentibus introducere obligationem festorum. Deinde Heshufius idem probat, quia cum plura sint festa Christianorum, quam Iudaeorum, si eorum obseruatio ad peccatum obliget, erit intolerabilis iugum Christianorum, quam fuerit Iudaeorum, de quo tamen Petrus ait Act. 15. *Nec nos, nec Patres nostri portare potuimus.* Addit Caluinus testimonium Socratis lib. 5. cap. 21. qui dies festos liberos esse voluisset, ac reprehendit impositam necessitatem.

Q U I N T O docent, non licere dies festos consecrare Sanctis vel Eucharistiae, & multò minùs conceptioni B. Mariae: sed de hoc infra suo loco. Hanc esse mentem haereticorum, patet ex Magdeburgensibus Cent. 1. lib. 2. c. 6. col. 503. ex Tilemano Heshufio lib. de D. C. erroribus Pontificiorum, tit. 26. ex Philippo in locis, in expositione decalogi, & ex Caluino lib. 2. in situ. c. 8. §. 28. & sequentibus: sed notanda sunt etiam singulorum singula mendacia, siue ineptiae.

M A G D E B U R G E N S E S Cent. 1. lib. 2. c. 6. col. 504. dicunt, tempore Aniceti coepisse in Romana Ecclesia laborare mysterij iniquitatis, & se proderè semina Antichristi, quia nimirum Anicetus volebat Pascha non celebrari alio die, quam Dominico. At hoc ipsum statuerunt eo tempore ferè omnium Ecclesiarum Concilia, & postea Nicenum primum, & idem seruant etiam Lutherani. Quid igitur garrunt contra Romanam sedem?

T I L E M A N N V S dicit, apud Pontifices pari honore

A cum celeberrimis festis totius Ecclesiae coli dies sancto- rum Innocentium, S. Gregorii, S. Annae, & S. Catharinae. At mendacium est. Hæc enim festa in plurimis locis nõ seruantur ex præcepto: ibidem Heshufius probat, festu corporis Domini esse reiiciendum, quia scriptum est; Exod. 20. *Non adorabis Deos alienos: vbi aperte significat, Christum sibi esse Deum alienum, nam festum corporis Domini propriè ipsi Christo dicatum est, ob beneficium instituti sanctissimi Sacramenti.*

PHILIPVS dicit, opera præcipua huius præcepti de sanctificatione Sabbathi, esse alere, ac honore affe- re pios doctores, & peccata in hoc præceptum, esse con- tènere pios doctores; & nolle cõferre ad eos alendos, & defedẽdos. Ita nimiru vtiliter seruatur festa pro ministris

CALVINVS dicit, cultum Sabbathi apud Christia- nos in eo consistere, vt oriemur ab operibus nostris, & Deum in nobis operari sinamus, id est, intelligamus nos carere libero arbitrio ad bonum, & quidquid agimus, esse peccatum. At certè, qui ita sabbathizant, non intra- bunt in requiem Domini, sed in ignem detrudentur æ- ternum. Igitur aduersus hos errores aliquot sententias proponemus.

PRIMA sententia. *Nullo modo licet Christianis Sab- bathum Iudeoru, aut alias ferias Testamenti veteris obser- uare* Hæc est contra primum errorem, & probatur Pri- mo ex tribus locis Pauli supra citatis Rom. 14. Gal. 4. & præcipuè Col. 2. aded enim aperte Paulus reprehendit obseruatores Sabbathi, vt Ebionitæ propterea Paulum non recipere, sed apostatã esse dicerent, teste Epipha- nio hæresi 30. & Irenæo lib. 1. c. 26. ex quo refellitur etiã commentum Magdeburgensium, qui dicunt, Paulum indifferenter coluisse Sabbathum, vel Dominicam.

SECUNDO probatur ex Concilio Laodiceno, c. 29. vbi anathema dicitur iis, qui Sabbathum colunt, atque in eo vacant ab operibus.

TERTIO probatur ex Gregorio, epist. 3. lib. II. vbi ex professo hunc errorem refellit, ac dicit, Antichristum renouaturum Sabbathi culturam.

QUARTO ratione, quia Sabbathum erat præcipua cæremonia Iudaica, & præcipua figura Testamenti ve- teris, vt patet Colof. 3. *Aut neomenia, aut Sabbathorum, que sunt vmbra futuroru, corpus autem Christi.* Igitur vbi Christus venit, Sabbathum necessariò finem habuit.

AD argumentum autem, factum ex illis verbis Exod. 31. pactum est sempiternum, respondit Augustinus in quaest. in Exod. q. 46. 124. & 139. ac Primò dicit, Sabba- thum, & sacerdotium, aliõsque ritus Iudeorum dici pa- cta, & signa æterna, quia res æternas significabant. Sicut cum dicimus, Deus est æternus, non significamus illas duas syllabas, Deus, esse æternas, sed id, quod signifi- cant, esse æternum.

SECUNDO respondet, Sabbathum, & alias qualidã cæremonias dici æternas, quia non fuerant imperatæ Iudæis vsque ad aliquod tempus definitum, vt cum di- cebatur Leuit. 11. *qui tetigerit mortuum, erit immundus vs- que ad vesperam:* sed imperatæ fuerat seruandæ quoulsque Deus vellet, & proinde in æternum ex parte ipsoru, qui non poterant eas omittre pro arbitrio suo. Quod au- tem sacerdotium Aaronicum, & cæteræ cæremonia nõ essent reuera duratura in æternum, sed essent mutandæ à Deo: probat Augustinus ex Psal. 109. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Cum enim de Sacerdotio Chri- sti dicitur, nõ pœnitebit eum, indicatur, pœnituisse Deum sacerdotij Aaronici, id est, mutare illud constituisse. Nec enim in Deo est pœnitentia, nisi metaphoricè, quia vi- delicet mutat res aliquas, vt ij faciunt, quos earum re- rum pœnitit. Possimus addere.

TERTIO, cæremonias Iudaicas dici æternas, non simpliciter, sed donec duraret status illius Reipublicæ,

A id quod explicat Dominus, cum addit, *vobis, aut in gene- rationibus vestris, aut filiis Israël,* vt Exod. 12. *Celebrabi- tis hunc diem solemnem in generationibus vestris cultu sempiterno.* Similia habentur de sacerdotio, Exod. 28. & de Sabbatho, Exod. 31.

SECUNDA propositio. *Festa Christianorum non so- lum ratione ordinis, & politia, sed etiam ratione mysterij celebrantur, sicut que dies festi verè aliis sanctiores, & sacra- tiores, & pars quedam diuini cultus.* Hæc est contra secun- dum & tertium errorem: nam tertius ferè coincidit cù secundo. Probatur, Primò ex Die Dominico: nam diem Dominicum omnes celebramus tam nos, quam hæreti- ci: certum est diem illum celebrari in memoria resurrex- tionis Domini, vt Augustinus dicit epist. 119. vt fa- tetur etiam Caluinus libro 2. cap. 8. institutionum: ergo non solum ratione ordinis festa celebrantur, sed etiam ratione mysticæ significationis.

RESPONDET Caluinus huic obiectioni, quam di- cit fieri solere à suis etiam, qui crebrò mullitant, Domi- nicæ diei obseruationem ad discrimen dierum ab Apo- stolo prohibitum pertinere. Dicit autem duo: Primò diem Dominicum nõ seruari nisi propter ordinem Ec- clesiae, electum autem fuisse huc diem, quia tali die Chri- stus resurrexit. Cum enim Christi resurrectione finita sint omnes Iudaicæ cæremonia, hoc est admonetur, non esse amplius inhærendum vmbri & figuris.

AT hæc solutio nihil valet: nam si hunc diem coli- mus, vt adoneamur finitas esse vmbas Iudaicas, ergo colimus propter significationem. Nec enim dies alter monet, quam signifiando, & representando, ergo non est sublata, sed mutata significatio, & discretio dierum. Præterea dies Dominicus, vt Augustinus docet lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 30. nõ solum est memoria resurrectionis, sed etiam vitam beatam præfiguratur.

IGITUR Secundo respondet, se non subiicere Ec- clesiam seruituti huius diei, neque improbatu, ij Ec- clesiae alium diem sibi eligant. At hæc solutio aperte de- monstrat, Caluinum agnoscere etiam apud suos coli festa ob significationem, & cupere quidem abrogare diem Dominicum, sed non audere, quia nimis altè radi- cata, & stabilita sit hæc veritas.

SECUNDO probatur, quia alioqui tollendi essent solennes dies, natalis, passionis, resurrectionis, ascensio- nis Domini, & Pentecostes, quos de Apostolica tradi- tione descendere, & in tota Ecclesia seruari docet Au- gustinus epist. 118. & 119. & quos etiam aduersarij coli volunt. Nam certum est, hos dies non seruari ratione ordinis & politie, sed ratione significationis. nam in pri- mis si solum ratione ordinis seruarentur, temerè cõsti- turti fuissent. Quis enim est iste ordo, vt inter diem pas- sionis & resurrectionis, nõ sit nisi vnus dies medius: in- ter resurrectionis & ascensionis, sint decem: inter Pentecosten & natalem, sint plus quã sex menses: deinde si solũ ratio- ne ordinis celebratur festa, cur sequimur lunam in festis mobilibus inueniendis: item cur habet ista nomina, Pas- scha, Ascensio, &c. si nihil sacrum significant? Denique Patres disertè docent, festa ista celebrari ad significanda mysteria redemptionis, & ea externo ritu representada. Vide Augustinum epistola 119. & in Psal. 110. vbi proli- xè disputat de mysterijs Paschæ, & aliorum festorum.

TERTIO idem probatur ex eo, quod dies festi à Pa- tribus dicuntur sancti, sacri, mystici, & religiosè colendi: quæ cum cæteris diebus non sunt communia. Ambro- sius serm. 62. *Dominica nobis venerabilis est, atque solennis.* Augustinus præfatione in epist. Ioannis: *Quia nunc in ter- posita est solennitas sanctorum dierum, &c.* Idem lib. 22. de ciuit. Dei, c. 30. *Dies Dominicus Christi resurrectione sacra- tus est.* Lib. 20. contra Faustum, c. 21. *Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat, Et*

serm. 251. *Dominicum diem Apostoli religiosa solennitate habendum sanxerunt.* Et Leo I. serm. 4. de Quadragesima: *Ingressuri, inquit, dies mysticos, &c.*

QUARTO, si solum ratione ordinis distingueretur dies festi ab aliis, omnes dies festi essent æquales, nec vnus alio maior, vna enim esset ratio celebritatis om- nium: at non ita est. nam Ignarius vocat Diem Domini cam, diem regalem, & eminentissimum omnium dierum. epi- stola ad Magnesianos. Leo ser. 12. de Quadragesima, vo- cat diem Paschæ, festum festorum omnium maximum. Na- zianzenus oratione 2. de Pascha, dicit, *Pascha esse festu festoru, & celebritatem celebritatu, tanto cæteris omnibus maiorem, quanto sol syderibus omnibus excellit:* & oratione de obitu patris sui, dicit, *Paschæ diem esse regem dierum.* Chryostomus homilia de S. Philogonio, diem natalem Christi festum maximum, & festorum metropolim vocat.

QUINTO, ratione ducta ex Scriptura. Obseruatio festoru, quæ præcipitur Exod. 20. ad cultu Dei pertinere: nam est præceptu Dei, & præceptum primæ tabulæ, sed illud præceptu est aliquo modo naturale, & ad nos per- tinet, vt aduersarij cõcedunt: ergo etiam nos habere de- bemus aliquos dies, quoru obseruatio ad cultu Dei per- tineat. Non habemus autem alia festa, quam dies Domi- nicos, Pascha, Pẽtecosten, & similia: ergo horum obser- uatio est cultus Dei, sancta, & religiosa. Licet enim de- terminatio huius aut illius diei sit facta ab hominibus, ta- mẽ ipsa substantia festi imperata est à Deo in prima tabula.

VLTIMO, probatur hæc ratio: Christus nascens consecrauit locum, id est, præsepe: moriens consecrauit crucem: resurgens cõsecrauit tumulum, vnde exiuit: cur non etiam consecrauit tempus, id est, dies illos, quibus natus, vel passus, vel redditus fuit nobis deuicta morte? cur præ cæteris locis sanctus ille vocatur, vbi Dominus resurrexit? Præterea si templa, & altaria dicuntur domus Dei, & loca sancta, quia Deo sacrata sunt, nimiru, vt in iis colatur Deus, cur non etiam sancti, & sacri erunt dies, qui cultui diuino sacrati sunt? Neque argumenta concludunt in contrarium.

AD Primum ex Rom. 14. *Alius iudicat diem inter diem, alius omnem diem.* Tres sunt expositiones. Prima Theodoret, & Theophylacti, & fortè etiã Chryostomi, vt sensus sit: *Alius iudicat diem inter diem, id est, aliquo die abstinet à carne suilla, & aliis cibis in lege prohibi- tis, alius omni die ab illis abstinet, vel nullo die abstinet.* Sed non placet hæc expositio: nam cibi secundum legem immundi nunquam edi poterant, & ideò non est verissimile aliquos fuisse iudaizantium, qui ab illis mo- dõ abstinerent, modõ non abstinerent. Nec tamen hæc expositio iuuat aduersarios.

SECUNDA expositio est Origenis, Ambrosij, Oecu- menij, Primasij, & Anselmi in huc locu, qui huc esse vo- lunt sensum: *Alius iudicat diem inter diem, alius omnẽ diẽ, id est, aliqui ieiunant certis diebus, vt feria IV. V. & VI. vel Sabbatho, alij ieiunant omni die, & vtrique rectè agunt.* Hæc est vera, & literalis, & nobis maximè fauet.

TERTIA est B. Hieronymi lib. 2. in Iouinianu, quod Paulus loquatur de festis Iudeoru, & sensus sit: *Alius discernit inter diem festum, & profanu secundum legẽ, id est, feriatur die Sabbathi, & in Kalẽdis: alius omnem diẽ ducit profanu, quod attinet ad legem Iudeorum.*

HÆC sententia non videtur mihi literalis, tum quia omnes veteres, qui ex professo hunc locum exponunt, de ieiunio exposuerunt, non de festis; tum etiam quia Apostolus de cibus disputationem instituerat, tum quia quia postquam dixerat: *Alius iudicat omnem diem:* subiungit: *Vnusquisque in suo sensu abundet.* Quod certè nõ videtur fuisse dicturus, si de festis Iudeoru ageret, quæ obseruare, iã cõperat malũ esse. Tamen si propter B. Hieronymum admittatur, dico Apostolum non loqui

A de festis Christianorum, sed Iudeorum tantum: nam ipse etiam Paulus iudicabat diẽ inter diem, quod attinet ad festa Christiana, cum celebrabat Pentecosten, vt di- citur Act. 20. & consequenter etiam celebrabat Pascha: nam vt Epiphanius deducit hæresi 75. sine Paschate nulla est Pentecoste.

AT instat Caluinus, nam Paulus videtur eodem mo- dõ danare discrimen dierum, quo discrimen ciboru: sed discrimen ciborum in lege Christiana nullum est, quale erat apud Iudeos, id est, propter significationem, igitur nec discrimen dierum esse debet propter significationem.

RESPONDEO, à Paulo similiter reprobari discrimẽ ciborum, & dierum ex lege Iudaica inductum: sed tamẽ in Ecclesia non esse eandem rationem ciborum, & fe- storu; nam ciborum delectus non est ab Ecclesia in- ductus propter significationem, dies autem festi insti- tuti sunt ob significationem, non quidem talem, qualis erat Iudeorum, sed aliam, & diuersam.

AD secundum locum ex epistola ad Galat. duæ sunt responsoes. Prima Ambrosij in Galat. 4. & Augustini Enchirid. c. 79. & in epist. 119. c. 7. qui dicunt, Apo- stolum non loqui de obseruatione festorum, sed de obser- uatione vana, & superstitiosa gẽtilium, qui dicebãt, cras non proficiat, quia talis est positio syderum; hoc an- no non plantabo vineam, quia bissexus est.

SECUNDA est omnium Græcorum, & Hieronymi, atque Augustini in hunc locu, qui dicunt, Paulum age- re de festis Iudeorum. Quod etiam respondetur ad ter- tium locum ex epist. ad Coloss.

SED contra, nam licet Apostolus propriè iudaizan- tes arguat, tamen simul etiam illos videtur arguere, qui eodem modo tempora & dies obseruant: atqui nos idẽ facimus. Non enim sustulimus obseruationem certo- rum dierum, sed mutauimus.

PRÆTEREA Hieronymus in hunc locum scribẽs, adfert duas solutiones, quæ ambæ videntur contra nos.

PRIMO sic ait: *Ne inordinata congregatio populi silem- minuerit in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, vt in vni omnes pariter veniremus. Non quo celebrior sit dies illa, qua conuenimus, sed quo quacumque die conueniendum sit, ex consensu mutuo letitia maior oriatur.* Secundo di- cit Christianis omnes dies esse æquales, sed propter se- culares oportuisse constituere aliquos dies, quibus con- uenirent ad Ecclesiam.

AD Primum respondeo dupliciter. Primò cum Au- gustino contra Adimãtum, cap. 16. vbi sic ait: *Illi, inquit, ea seruuliter obseruabant, non intelligentes ad quarum re- rum significationes, & prænuntiationes pertinerent: hoc in eis culpatur Apostolus, & in omnibus, qui seruunt creatura potius quã creatori: nam nos quoque & Dominicum diem, & Pascha solemiter celebramus, & quasi libet alias Chri- stianas dierum festiuitates: sed quia intelligimus, quod perti- neant, non tempora obseruamus, sed que illis significatur temporibus.* Exemplum de eo, qui adfert librum docto- ri, vel citharam magistro, cum ipse tamen nec legere, nec citharam pulsare sciat.

SECUNDO respondeo, magnum est discrimen in- ter nostra festa, & Iudeorum: nam in primis illa post Christum habent falsam significationem, nostra habent veram. Deinde illorum finis primarius erat significare futura, vt dicitur Coloss. 2. nostrorum autem finis pri- marius est agnoscere Dei beneficia, propter quæ festa singula instituta sunt.

DENIQUE summa præcepti in illis erat, nõ operari corporaliter: in nostris autem potissima præcepti pars est interesse diuino sacrificio, vacare autem ab opere corporali, nobis præcipitur solum, ne distrahatur à De- laudibus. Itaque nostra festa succedunt Iudaicis, non si- cut in eadem hæreditate filius patri, sed sicut lux vmbre & dies nocti, & exemplar figuræ: & illa dici poterant

carnalia, nostra autem spiritualia.

Ad Prima verba Hieronymi dico, eum in prima solutione sua duas causas reddere festorum Christianorum. Vnam, vt honoremus Christi resurrectionem, & alia mysteria, & hac ex parte non potest negari, quin sit dies celebrior Paschatis, quam alij dies. Alteram, vt habeamus certum diem ratione ordinis; & quantum ad istam causam, non est vna dies altera celebrior.

Ad secunda verba eiusdem dico, eum in secunda solutione sua, cum dicit, *Christiani esse dies omnes aequales, no intelligere simpliciter, & quoad omnia, sed solum quoad essentialia festi, & hoc remota Ecclesiae lege; nam vt ipse ibi dicit, potest Christianus quotidie habere Pascha, & Pentecosten, & diem Dominicum: si nimirum quotidie audiat sacrum, communicet corpori Domini, recogitet diuina mysteria, & omnis operibus seruilibus, totus Deo vacet: immo talis deberet esse vita clericorum, & religiosorum, propter quos omnes dies dicitur feria. Hoc autem Iudaei habere non possunt, non enim eis licet quotidie immolare agnum Paschalem, vel erigere tabernaculum, & similia. Cum hac tam aequalitate consistit, quod apud Christianos sit inaequalitas dierum; tum ex praepo Ecclesiae determinatis dies; tum ex significatione, & representatione mysteriorum dies enim Dominicus representat resurrectionem, quod non faciunt alij dies.*

Ad rationem illam ex Patribus dico, Patres illos agere de ipso Sabbatho proprie dicto, non vt Sabbathum aliquando accipitur pro omni die festo, sed vt accipitur proprie pro die septimo. Dicunt enim Patres, ipsum Sabbathum mandatum Iudaeis carnaliter, nobis autem spiritualiter: sed non sequitur, si non debemus celebrare Sabbathum ad litteram externo ritu, non debere etiam nos celebrare Dominicam, & alia festa Christiana: immo D. Augustinus in eadem epist. 119. vbi dicit, nobis mandatum Sabbathum spiritualiter, ibidem dicit, nos agere debere diem Dominicam celebrem externo ritu.

TERTIA propositio. *Observatio certorum dierum festorum recte praecipitur in Ecclesia lege obligante in conscientia, etiam contra contemptum & scandalum.* Haec est contra haereticos huius temporis, sed antequam probetur, notandum est primo, lege festorum duo quaedam praecipitur: Primo vt omnes inter sint Missae sacrificio; Secundo, vt vacent ab opere seruilis. Horum vtrumque requiritur ad festi observationem aduersarij fatentur; nam licet ipsi darent Missam quatenus sacrificium est, tamen fatentur die festo oportere conuenire ad Ecclesiam, & interesse mysterio sacrae coenae: & quando etiam hoc negarent, facile probari posset ex Iustino in fine 2. Apologiae, ex Palladio c. 69. hist. Lausiaca, ex Hier. in vita Paulae, & ex alijs antiquis auctoribus.

PARTI ratione fatentur, festum diem requirere vacationem ab opere corporali: & si id negarent, probari posset ex Hieronymo in epist. ad Eustochium de custodia virginitatis, vbi dicit, *Monachos sui temporis exerceri solitos in operibus manuum omnibus diebus, exceptis Dominicis, & similibus festis.* Augustinus quoque serm. 251. & Gregorius lib. 11. epistol. 3. dicunt, *festis diebus vacadum ab opere corporali.*

SECONDò nota, opus seruire posse tribus modis accipi: quaedam enim sunt opera quibus homo seruit cupiditatibus suis, nimirum peccata: & haec non dicuntur proprie opera seruilis, sed metaphoricè tantum: no enim sunt propria seruorum, sed communia omnibus, & maxime diuitibus, & nobilibus, qui alijs dominantur: neque prohibentur hac speciali praepo, sed omnibus praepo simul. Alia opera sunt, quibus homo seruit Deo, vt immolatio sacrificij, oblatio thuris, & similia, & haec ita seruilis sunt, vt sint etiam regalia, nam seruire Deo regnare est: & haec non modo non prohibentur, sed etiam praecipiantur maxime die festo. Alia sunt, quibus homo ho-

mini seruit, qualia sunt quae per se spectant ad eos, quos proprie vocamus seruos, qualia sunt omnia mechanica artificia, agricolatum labores, & similia, & haec proprie seruilis dicuntur, & prohibita in festis intelliguntur.

TERTIò nota, quod licet sola ista opera per se prohibeantur in festis, tamen iustis de causis quaedam spiritualia, & liberalia interduntur etiam, & quaedam corporalia, ac seruilis permittuntur. Liberalia, quae prohibentur in festis, sunt quatuor, mercatum facere, agere causas, ius dicere, & iuramentum solene in iudicio prestare, nisi ob causam pacis, vel aliam necessitatem. Ita enim habetur capit. Omnes dies, & capit. Conquestus, de feriis.

CORPORALIA, quae permittuntur, sunt etiam quatuor. Primo ea quae ad opera religionis, vel spiritualia, per se ordinantur. Hoc modo licet in festis campanas pulsare, & olim licebat macerare oues & boues ad sacrificia, *Matt. 12. Sacerdotes in templo Sabbathum violant, & sine crimine sunt.* Sic etiam licet scribere in ordine ad intellectum, vt ad parandam lectionem, vel concionem, non tamen licet transcribere, sine necessitate, liberos lucrifera.

SECONDò, opera illa permittuntur, quae vel proprie, vel aliorum salutem necessaria sunt, vt est labor pharmacopolarum, chirurgorum, coquorum, &c. quomodo etiam Iudaeis licebat in Sabbatho educere iumenta de fouea, si forte cecidissent, & ducere ad fontem ad bibendum. *Mat. 12. Tertio, opera concessa à Praelatis.*

QUARTò, opera quae ex consuetudine facta sunt licita. Nunquam enim Ecclesia tam seuerè praecipit vacare ab opere, quam lex Iudaica; & ratio est, quia vacatio apud Iudaeos erat figura futurorum, figuram autem debet esse exactam, alioqui non bene significant: nostra autem vacatio etiam si interdum significat aliquid futurum, tamen non est hic eius praecipuus finis, sed non impedire opera spiritualia.

PROBATVR nunc propositio. Primo, omnibus argumentis, quibus alijs probauimus, Ecclesiae praepo obligare in conscientia.

SECONDò, iure diuino praecipitur, vt aliqui dies festi obseruentur, & tamen nulli sunt certi dies à iure diuino determinati, ergo debuit esse in Ecclesia potestas determinandi certos dies, & obligandi ad eorum observationem: quia alioqui non seruaretur ius diuinum, si enim determinatio Ecclesiae non obligat, poterunt fideles non seruare diem Dominicum, nec Pascha, nec alia festa indicta, & proinde nulla, nec enim vlla alia festa sunt quae seruari possint: festa enim debent esse communia toti Ecclesiae, nulla autem esse possunt communia, nisi quae indicuntur à publica potestate.

TERTIò, Mardocheus & ceteri Iudaei eum Regina Esther instituerunt festum, quod Deus no praepoerat, & obligauerunt ad illud seruandum, *Esther. 9. Nulli liceat hos duos dies absque solemnitate transigere, &c.* ergo idem licebit Ecclesiae: nam tota causa, cur credant haeretici non licere Ecclesiae obligare fideles ad istam festorum observationem, est, quia Deus haec festa in particulari non praepoerat; nec praepoerat festum illud Sortiu quod Mardocheus instituit.

QUARTò, antiqua Ecclesia festa cum imperio indicabat, nec fuit vnquam vllus praeter haereticos, qui eiusmodi praepo reprehenderit. Concilium Agathense ante mille annos, cap. 47. *Missas*, inquit, *die Dominico secularibus totas audire speciali ordine praecipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non presumat. Quod si fecerint, ab Episcopo publice confundantur.* Concilium Laodicenum ante M. CC. annos, c. 29. *Non oportet, inquit, Christianos iudicare, & in Sabbatho vacare, sed operari eos in eadem die, Dominicam proponendo eidem dici.* Concilium Aurelianense III. etiam ante annos mille can. 27. praecipit, vt puniantur, qui diebus festis operantur, & simul tamen damnat eos, qui Iudaico more ira vacant,

vt non

vt non purent licere, parere in Die Dominico, quae necessaria sunt ad victum. Similiter Concilium VI. generale can. 8. die Dominica iubet audiri sacrum, & nulla opera corporalia fieri praeter ea, quae ad victum necessaria sunt, & alia similiter necessaria. Nec est iste canon ex Trullanis canonibus. Antiochore ante annos DCCCC. ca. 16. *Non licet, die Dominico boues iungere, vel alia opera exercere.* Similia habentur in Concilio II. Matifonensi c. 1. Concilium Moguntinum ante annos DCC. can. 36. & 37. enumerat festa praecipua totius anni, & iubet omnino ab opere iis diebus vacare. Vide plura decreta Conciliorum, & Pontificum, extra, de feriis.

NEQUE argumenta in contrarium concludunt; nam ad primum Magdeburgensium dico, festorum dierum cultum ex se indifferenter esse, sed posita lege esse necessarium. Ad exemplum Pauli, nego illum aliquando coluisse diem Sabbathi: concionabatur enim die Sabbathi, quia tunc inueniebat Iudaeos congregatos, non quia ipse coleret Sabbathum. Porro in epist. ad Galatas non arguit Pseudoapostolos, quod obligarent ad festa, sed quod obligarent ad festa Iudaica.

Ad illud Heshusij, quod si festorum leges obligent, erit iugum Christianorum intolerabilius iugo Iudaorum, cum nos plura festa habeamus, quam illi habuerunt, Respondeo primo cum B. Augustino lib. contra Adimantum: ca. 16. seruare festa Iudaica esse iugum, non autem more Christiano, quia illi non intelligebant finem vacationis, nos intelligimus.

SECONDò dico, festa Iudaorum verè fuisse graua, quia cogebantur singulis Sabbathis non accendere ignem, non coquere cibos, non iter facere, nisi ad modicum spacium. Item oportebat eos ter in anno ad quaedam festa ire in Hierusalem, etiam si longissime abessent: ite in Paschate cogebantur per dies septem comedere azyma insipida, quae Deuter. 16. ided vocatur panis afflictionis: & lactucas agrestes plenas amaritudinis, & alia multa, quae festa onerosa reddebant. At nostra festa nihil laboris habent: quis enim labor audire sacrum, & vacare à quibusdam operibus?

AD DE vltimo, quod cum Petrus Act. 15. legem Iudaicam, intolerabile iugum vocauit, non hoc propter festa, sed propter alias innumeras, & minutissimas caeremonias dixit, quas non tantum obseruare, sed etiam memoria retinere ferè impossibile erat. Ad testimonium Socratis dico, Socratem haereticum fuisse Nouatianum, neque eius testimonium in dogmatibus vllius esse momenti.

QUARTA propositio. *Non tenemur diebus festis ex praepo peculiari ad non peccandum siue ad actum contritionis, vel dilectionis Dei.* Haec est B. Thomae in 2. 2. q. 122. art. 4. & contra Sorum in 3. dist. 27. & 37. qui dicit, homines teneri die festo ad actum dilectionis Dei interni: & contra Abulensem ac Lyranum in c. 20. Exodi, qui dicunt, hoc praepo specialiter prohiberi opera seruilis, id est, peccata, & proinde omne peccatum factum in die festo esse duplex.

PROBATVR primo, quia ius diuinum praecipiebat solum abstinere ab opere seruilis, si dicas, opus seruire esse peccatum; contra, quia praepo debent intelligi proprie, non metaphoricè; peccata autem no sunt opera seruilis, nisi metaphoricè. Secundo, Ecclesia determinauit tempus, & modum obseruandi ius diuinum de obseruatione praepo: nam Ecclesia nusquam praecipit actus illos internos. Tertio, id habet communis sensus fidelium. Nulli enim sunt, qui purent se nouum peccatum commisisse, si die Dominico no habuerint contritionem. Quarto, actus ille internus est finis huius praepo, non autem finis, sed media proprie imperantur. Quinto, cultus internus praepo iam erat in primo mandato: nam hic est ordo prima tabula; in primo praepo mandatur cultus cordis, in secundo cultus oris, in tertio cultus operis. Sexto, praepo de colendo Sabbathum est praepo re-

ligionis, at contritio est actus penitentiae, non religionis. Septimo, quia alioqui esset valde noxium tot festa multiplicare; esset enim tendere laqueos animabus.

AT obiciunt, Primo fornicari, vel occidere hominem in loco sacro est homicidium, & sacrilegium, ergo similiter occidere, vel fornicari in die festo.

RESPONDEO, circumstantiam loci, & temporis semper aggravare peccatum, sed no semper ita aggravare, vt censetur nouum peccatum. Tunc enim solum fit nouum peccatum, quando circumstantia loci, vel temporis est essentialis, & intrinseca peccato, id est, quando violatur ipsum tempus, aut locus sacer. Verbi gratia, qui fornicatur, aut homicidium facit in templo, committit sacrilegium, quia per ea peccata tollitur sanctitas loci. Violatur enim templum per effusionem seminis aut sanguinis voluntariam ex lege Ecclesiastica: at qui in templo mentitur etiam perniciosè, aut blasphematur, no committit proprie sacrilegium, quia mendacium & blasphemia non tollunt templi sanctitatem. Idem dico de tempore sacro. Non enim violatur tempus sacrum per quacunque peccata, sed solum per ea, quae opponuntur ipsi tempore sacro, qualia sunt, non audire sacrum, & operari corporaliter, quae sunt specialiter prohibita.

SECONDò obiciunt testimonia Augustini, qui dicit, praepo Sabbathi prohiberi opera seruilis, id est, peccata: sic enim loquitur Augustinus tract. 3. in Ioannem, & in Psal. 32. concione 1.

RESPONDEO, eum loqui de praepo Sabbathi, vt est generale praepo, spiritualiter significatum per Sabbathum Iudaorum.

TERTIò obiciunt Augustinum, qui lib. de decem chordis, c. 3. dicit: *Melius faceret Iudaeus in agro aliquid vtile, quam in theatro seditiosus existeret: & melius seruire Iudaeorum domi lanam faceret, quam tota die in neomeniis suis impudicè saltarent.*

RESPONDEO Augustinum non velle dicere absolute esse melius, seu minus malum, die festo operari aliquid vtile, licet prohibitu tali die, quam aliud peccatum facere. Potest enim fieri, vt aliquando sit melius, aliquando peius, nam minus malum est die Dominico operari in agro, quam blasphemare Deum: sed è contrariò, maius malum est, operari in agro die Dominico, quam mentiri officiosè. Et tamen Augustinus videtur velle, minus malum esse die festo operari aliquid ex genere suo vtile, quam peccatum aliquod committere. Augustinus ergo vult dicere, magis pugnare qualibet peccata cum fine sanctificationis Sabbathi, quam opera ex se vtilia, quae tamen prohibentur in Sabbatho: nam suis est quies mentis in Deo, cui quieti magis repugnat quodlibet peccatum, quam distractio operis corporalis: & ided magna est caritas Iudaorum, qui abutuntur otio Sabbathi ad multa peccata committenda, vt Augustinus dicit.

OBICIENS, si peccata magis repugnant fini huius legis, quam opera seruilis, ergo omnia peccata prohibentur hoc praepo magis, quam opera seruilis: nam hoc praepo positum est ad remouenda impedimenta cultus diuini interni.

RESPONDEO, omnia peccata prohibita esse, & magis quam opera seruilis; nam peccata in nullo casu permittuntur: opera autem seruilis etiam in festo saepe permittuntur. Non tamen omnia peccata prohibentur hoc praepo speciali de Sabbatho, quia non erat necesse; nam iam antea prohibita erant. Opera autem seruilis prohibentur hac speciali lege, quia antea prohibita non erant.

CAPVT XI.
De Dominica die.

DE Dominica die tria dicenda sunt. Primo, de eius antiquitate. Secundo, de ratione institutionis. Tertio, de ritibus antiquis in die Dominica seruatis.

QUANTVM ad primum, sine dubio festum Dominica est antiquissimum omnium Christianorum festorum: nam Ecclesia Christiana proprie cepit in die Pentecostes. Tunc enim impletis omnibus mysteriis redemptionis, promulgatum fuit publice Euangelium. Post hunc autem diem ceperunt omni festa Iudaeorum, & eis substitui festa Christiana; primum autem dies festus occurrit sine dubio fuit Dominica: nam festum Natalis Domini, & Pascha, quae etiam antiquissima sunt, non nisi post aliquot menses occurrerunt. Attestantur autem huic antiquitati primò Scriptura: nam Actuum 20. dicitur, *Vna Sabbathi cum comenissimus ad frangendum panem, & 1. Corinth. decimo sexto. Per vnam Sabbathi vniuersisque apud se reponat, &c.*

MAGDEBURGENSES Centuria 1. lib. 2. c. 6. col. 504. Caluinus in catena Augustini Marlorati, dicitur, hanc loca intelligi de die Sabbathi, & eum diè à Paulo seruatum. Quod etiam probant Magdeburgenses ex Act. 13. vbi Paulus die Sabbathi disputat in Synagoga. At falluntur manifestè; nam imprimis locum illum Act. 20. Chrysostomus, & Beda exponunt de Dominica die. locum autem 1. Cor. 16. exponunt de die Dominica omnes interpretes Graeci & Latini, Chrysostomus, Ambrosius, Theophylactus, &c. nec solum Catholici, sed etiam Petrus Martyr in eum locum: ad de etiam (cui heretici multum tribuunt) commentarium Erasmi tam Act. 20. quam 1. Cor. 16. Praeterea Marci 16. dicitur Christum resurrexisse vna Sabbathorum: at constat resurrexisse die Dominica.

PRÆTEREA constat Paulum multis hebraicis abundare: est autem hebraismus frequentissimus dicere vnum pro primo, vt Genes. 1. *Factum est vespere, & mane dies vnus*, id est, primus, nam postea sequitur, *dies secundus*, &c. Denique Paulus arguit Colossenses; & Galatas seuerissimè, quòd Sabbathum, & festa Iudaeorum seruarent, quomodo ergo credibile est eum seruasse Sabbathum Iudaeorum? Quod autem Act. 13. die Sabbathi predicauit in Synagoga, nò id fecit, vt coleret Sabbathum, sed quia non poterat habere alio loco, nec alio tempore Iudaeos congregatos.

HABEMVS præterea Apocalypsis 1. *Ego Ioannes fui in spiritu in Dominica die. Quem locum de nostra Dominica die exponunt ferè omnes, vt Oecumenius, Anselmus, Primasius, & alij, & ipsi etiam Magdeburgenses Cent. 1. lib. 2. c. 6. Ad hæc, habemus testimonia Patrum antiquissimorum, Clementis can. 65. Apostolorum; Ignatij epistola ad Magnesianos, Iustini Apologia 2. Tertulliani de corona militis, & Apologetici c. 16. Clementis Alexandrini lib. 6. Strom. Originis hom. 7. in Exod. Athanasij homil. in illud, *omnia mihi tradita sunt à Patre meo*. Ambrosij epistola 83. Hieronymi in caput 4. ad Galatas, August. libro contra Adimantum, capite 16. Gregorij libro 11. epistola 3. Leonis epist. 81. ad Dioscorum. Hilarij præfatione in Psal. Quare nullo modo dubitare licet, quin festum Dominicae diei sit vetustissimum.*

QUANTVM ad secundum, ratio institutionis fuit, vt succederet Sabbatho. Nam ius diuinum requirebat, vt vnus dies hebdomada dicaretur cultui diuino: nò autem conueniebat, vt seruaretur Sabbathum. Itaque Sabbathum ab Apostolis in diem Dominicum versum est.

VT autem intelligatur, quàm rectè id factum sit, notandum est, Sabbathum fuisse festum antiquissimum, & præstantissimum apud Iudaeos, & ideò solius Sabbathi mentionem factam in Decalogo. Erat autem Sabbathum festum excellentissimum, quia cum omnia festa celebrètur, vel in memoria beneficij præteriti, vel ad significandum aliquid futurum, Sabbathum in vtroque excellèbat. Nam quantum ad præteritum, colebatur in memoria primi, & communissimi beneficij, id est, creationis mundi. Nam vt scribit Philo in libro de officio mudi, quem admodum Reges coli iubet diem natalem filiorum suo-

rum, ita Deus coli voluit diem natalem operis sui, id est mundi, quod etiam vtilissimum erat ad errorem Philosophorum excludendum, qui dicturi erant, mundum non habuisse principium. Quantum autem ad futurum, Sabbathum figura erat trium beneficiorum Dei, ad quae omnia alia reuocantur.

PRIMò, figura erat in sensu allegorico quietis Christi in sepulchro: vt enim Deus Sabbatho quieuit ab opere creationis, ita Christus quieuit Sabbatho ab opere redemptionis, vt Apostolus obseruauit, Heb. 4.

SECUNDò, figura erat in sensu tropologico, quietis mentis humanae ab operibus feruilibus peccatorum. Iudaei enim dum Sabbatho oriebantur, significabant verum esse tempus gratiae, quo liberati homines per Christum à seruitute peccati, quiete & orio spirituali fruerètur, vt exponit Augustinus Tract. 30. in Ioannem, & alibi.

TERTIò, figura erat in sensu anagogico, quietis sanctarum animarum, quam post mortem in sinu Abraham expectabant, vt Augustinus docet epist. 119. & deducitur ex Apostolo Heb. 4. iam verò propter has ipsas causas, quibus Sabbathum fuit olim institutum, deducitur, vt post Christi aduentum mutaretur in Dominicam. Nam quantum ad memoriam præteritorum, dies Dominica longè excellit Sabbatho. nam refert nobis memoria Natalis Christi, & Resurrectionis eiusdem, & aduentus Spiritus sancti; quo die quodammodo nata est Ecclesia. Nà Christus die Dominica natus est: vt patet, quia illo anno curtebat litera Dominicalis B. vt omnes Mathematici docent, & potest ostendi retrocedendo in Cyclo literarum dominicalium: cõstat autem, literam B. haberi diè XXV. Decembris, quo die Christus natus est. Quòd autem idè Christus resurrexerit die Dominica, ex Euangelis constat. Quòd denique aduentus Spiritus sancti fuerit die Dominica, patet, quia fuit in die Pentecostes, id est, quinquagesimo diè à Paschate, qui necessariò est dies Dominicus. Itaque dies Dominica representat nobis natalem diem Christi, & Ecclesiae, & Christi non simplicem, sed duplicem. Et præterea dies Dominica representat etiam memoriam creationis mundi non minus quàm Sabbathum. Nam die Dominico cepit mundus fieri, immò eo die sunt factae omnes partes mundi principales, caelum, terra, Angeli, lux, &c. vnde Iustinus Apologia secunda, & Leo epist. 81. ad Dioscorum, dicitur, diem Dominicam coli tam ob memoriam mundi creationis, quàm ob resurrectionem Christi.

QUANTVM autem ad futurorum significationem, Sabbathum planè cessare debuit, quia omnia, quae per Sabbathum significabantur futura, iam sunt completæ; nam Christus iam in sepulchro iacuit, & quies animarum in Deo iam agitur. Porro quies spirituum defunctorum in sinu Abraham, iam est mutata in gloriam & beatitudinem; & nunc non amplius expectamus simplicem illam quietem, sed quietem gloriosam: gloria autem melius significatur per diem Dominicum, quàm per Sabbathum. Et idcirco B. Augustinus ep. 119. dicit, Sabbathum rectè datum Hebraeis, qui post mortem ibant ab solam quietè; Christianis autem datam esse diem Dominicam, quia iam reuelata est gloria resurrectionis in Christo, & quod præcessit in capite, etiam corpus totum expectat.

QUANTVM ad tertium, ritus in Dominica erat quadruplex. Primò, conueniebant in Ecclesiam ad lectione, concionem, sacrificium, communionem, &c. vt ex Iustino patet Apologia secunda extrema. Secundò, vacabant ab operibus feruilibus, vt patet ex Hieronymo epist. ad Eustochium de virginitate, & Gregorio lib. 11. ep. 3. Tertiò, non ieiunabant, vt patet ex Tertulliano de corona militis, & alijs, qui passim hoc docent.

QUARTò, non flectebant genua, sed stantes precabantur: de quo ex stat canon vicefimus Niceni Concilij. Idem etiam longè antea Tertullianus docuit libro de

corona militis: *Die Dominico*, inquit, *ieiunare nefas ducimus, & de geniculis adorare*. Item Hilarius præfatione in Psalmos. Ambrosius serm. 62. Augustinus epist. 119. c. 15. & Alexander III. cap. Quoniam, extra de feriis idem docent. Ex quo intelligimus, nondum esse quingentos annos, ex quo ritus hic cessauit: nam tres priores adhuc in vniuersa Ecclesia obseruantur.

CAPVT XII.

De Pascha.

VO dicenda sunt. Primò, quid sit Pascha. Secundò, de erroribus circa Pascha. Quantum ad primum, aliqui Patrum existimant, nomen Pasche deductum esse à verbo *pascha*, id est, pati, quia passionis Domini memoria in Paschate celebratur, iuxta illud Apostoli: *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus*. 1. Cor. 6. ita Ambrosius in lib. de mysterio Pascha, c. 1. Vnde etiam Tertullianus libro contra Iudaeos, dicit, Pascha Domini significare passionem Christi, quorum sententiam refert, & meritò refellit Augustinus epist. 119. nam Pascha nomen est Hebraeum, non Graecum. Hebraicè autem dicitur *פסח* Passah, quod Graeci verterunt *πάσχα*, Chaldaus *פסחא* Passcha: Hieronymus legit Phasè, nimirum secundum alia puncta: sed eadem semper est vox. Dicitur autè Pascha à verbo *פסח* Passah, quod est transire: vnde primariò non significat immolationem agni, vt auctor comment. in 14. Marci apud Hieronymum docet: nec transitum populi per mare rubrum ad terram promissionis, vt docent Nazianzenus oratione 2. de Pascha, & Augustinus tract. 55. in Ioannem. Nec etiam significat transitum Angeli per Aegyptum, vt videtur sonare illa verba: *Est enim Phasè, id est, transitus Domini*. Exod. 12. sed significat transscensionem Angeli, & quasi saltum super domos Iudaeorum, vt patet ex ratione, quae redditur Exod. 12. nam vbi dixerat Moyses, *Est enim Phasè, subiungit rationem: Transibo enim per terram Aegypti, non te illa, & percutiam primogenita Aegyptiorum: erit autem sanguis vobis in signum in aedibus vestris, & videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga*. Vbi primum, transibo, est *פסחתי* *veabarithi*, secundum est *פסחתי* *veabarithi*, & ab hoc dicitur Pascha. Similis ratio ter in eodem capite dicitur, vbi semper *פסח* Passah significat transire, seu transcendere, non simpliciter transire. Vnde Iosephus lib. 2. antiquit. c. 13. dicit Pascha significare transscensionem: idem docet Hieronymus in c. 26. Matt. & Theodoretus q. 24. in Exod.

VERVM TAMEN hoc ipsum nomen traducitur etiam ad alia tria significanda. Itaque primò significat, vt diximus, transscensionem Angeli. Secundò, ipsum agnè Paschalem, qui per immolationem transibat de vita ad mortem, vnde dicitur Luca 22. *Necesse erat occidi Pascha*. Tertiò, transitum populi, quia illa ipsa nocte liberatus à tyrannide Pharaonis transiuit per mare rubrum, vt iret in terram promissionis: & hanc significationem agnoscunt Gregorius Nazianzenus oratione secunda de Pascha, & Augustinus Tract. 55. in Ioannem. Quartò ipsum festum diem. nam Luc. 22. dicitur: *Appropinquabit dies festus azymorum, qui dicitur Pascha*.

PORRò hæc ipsa quatuor sunt etiam apud Christianos suo modo, id est, vt exemplaria illorum typorum. Nà Angelus transiens, & occidens primogenita Aegypti, & saluans filios Israël, est Christus magni consilij Angelus, qui dum transiret de morte ad vitam, saluauit omnes, qui eius sanguine aspergendi erant, relictis cæteris in manu vastatoris. Agnus Paschalis idem Christus est pro nobis immolatus. Christum enim representant Agnus & Angelus: quia Christus occidi & occidere debuit; Agnus autem occidi poterat, sed non occidere; Angelus occidere, sed non occidi. Transitus per mare rubrum, significat transitum populorum per aquas Baptismi: & ideò in Paschate ordinariè olim baptizabantur Catechumeni. De-

nique festus dies illorum, nostrum festum diem figurabat. QUANTVM ad secundum; primus error fuit Aërij, qui Pascha simpliciter negabat esse celebrandum, quòd hoc Iudaicum saperet. Refert hunc errorem, & refellit Epiphanius hæresi 75. non enim agimus Pascha Iudaeorum, sed quod illo significabatur.

SECUNDVS fuit Blasti cuiusdam, qui teste Tertulliano libro de præscript. docuit, Pascha necessariò debere celebrari ipso die, quo à Iudæis celebrabatur, id est, XIV. Luna, siue esset Dominica, siue non. In quo errore fuerunt eodem tempore multi Episcopi Asiae minoris, vt patet ex lib. 5. hist. Eusebij, c. 24. & 25. vbi refertur epistola Poly-cratis Episcopi Ephesini ad Victorem Papam: quia ille auctor asserit, omnes suos prædecessores vsque ad S. Ioa-nem Euangelistam semper celebrasse Pascha die decima quarta. Nec defuerunt postea multi alij, quibus hic error placeret, quos Epiphanius hæresi 50. Quartadecumanos vocari affirmat: quin etiam longè post tempore Audiani, seu Vadiani in eundem errorem inciderunt, eodem Epiphanius teste hæresi 70.

HIC error illo ipso tempore refutatus est à Cõcilijs ferè omnium Ecclesiarum, & à Romano Pontifice, qui omnes communi consensu statuerunt, Pascha celebrandum esse Dominica proxima Luna quarta decima post æquinoctium vernū, vt Eusebius ibidem refert. Deinde Concilium Nicenum, cum adhuc error iste alicubi duraret, idè statuit vt testatur Epiphanius hæresi 50. & 70. qui dicit, in Concilio eodem ab Eusebio Casariensi compositum aureum numerum, qui ostendit nouiluniam. De qua re exstat epistola ipsius Concilij Niceni apud Theodoretum libr. 1. c. 9. hist. & eiusdem rei meminit Athanasius in epistola de Synodo Ariminensi, & Seleucensi; Ambrosius epistola 83. & Theophilus lib. 1. Paschali; item Imperatoris Constantini epistola ad omnes Ecclesias, apud Eusebium lib. 3. de vita Constantini; vbi Constantinus tribus rationibus probat, debere Pascha celebrari die Dominico. Primò, ne concurramus cum Iudæis Christi interfectores.

SECUNDò, quia par est, vt in tota Ecclesia sit vna ratio Pascha celebrandi, & par est etiã, vt pauciores pluribus cedant. Porro ad antiquis temporibus Romana vrbs, Italia, Africa, Gallia, Hispania, Britannia, Aegyptus, Lybia, Graecia, Pontus, Cilicia, & magna pars Asiae, celebrant Pascha die Dominico: soli autem pauci Orientales cõtra totum Meridiem, Occidentem, Aquilonem, & magnam Orientis partem, cum Iudæis Pascha celebrant.

TERTIò, quia absurdum est, vno anno bis Pascha facere, & alio anno nunquam: atqui hoc accidebat illis, qui Pascha quarta decima die agebant; nam illi non obseruabant æquinoctium, sed solum menses XII. Lunares, & celebrabant Pascha XIV. Luna mensis primi, non curantes, si illa decima quarta esset ante æquinoctium, vel post. Itaque interdum accidebat, vt vno anno celebrarent Pascha post æquinoctium, & anno sequenti ante æquinoctium, & proinde bis in vno anno.

ADDE etiam, quòd isti falso fundamento nitentur. Nam putabant, se sequi legem Iudaeorum, & reuera sequebantur delirium Iudaeorum sui temporis. nam lex Iudaeica Exod. 22. præcipit Pascha fieri post æquinoctium vernū; iubet enim fieri Luna XIV. primi mensis: porriò mensis primus is erat, cuius decima quarta dies includebat in æquinoctium vernū, aut illud proximo sequebatur: vnde etiam Iosephus libr. 3. antiq. c. 13. dicit, Pascha fieri Sole in Ariete existente, & opposito ipsi Lunæ. Iudaei autem posteriores (vt Epiphanius dicit hæresi 70. nò amplius obseruabant æquinoctium, & eos tamen tanquam duces cecos sequebantur errantes illi Christiani, qui cum Iudæis Pascha faciebant.

AD auctoritatem autem S. Ioannis Euangelistae, quam pro se adferebant illi Quartadecumani, respondet Beda

lib.3. hist. c. 25. Ioannem celebrasse Pascha XIV. die, vt se accommodaret in illis initiis Iudais ad fidem conuersis, sicut etiam propter eandem causam Paulus circuncidit Timotheum: tamen Apostolum Petrum Romam instituisse, vt Pascha die Dominico fieret; & hoc magis esse sequendum.

TERTIVS error fuit quorundam Cappadocum, qui teste Epiphano h. ref. 50. semper Pascha celebrabant die XXV. Martij, sicut Natalé Domini semper celebramus die XXV. Decembris, quia putabant, Christum eo die passum fuisse, & ipso die passionis Pascha agendum credebant. Similis fuit error Gallorum in principio Ecclesie, qui teste Theophilo Casariensi apud Bedam lib. de ratione temporu, c. 45. semper Pascha celebrabant XXV. Martij, quod putarent, eo die Christum resurrexisse. Idem error summo opere placet Luthero in libro de Conciliis, parte 2. vbi vellet eodem die celebrari ista festa, & non obferuari cursum Luna, ne videremur iudaizare.

CAETERVM iste error refellitur, Primò, ex consensu totius Ecclesie, quæ semper die Dominico Pascha celebrandum statuit. Secundò, quia secundum quosdam nititur falso fundamentò. Christus enim, vt illi docent, non potuit resurgere XXV. Martij, nec etiam pati, nam passus est die Veneris, & resurrexit die Dominico secundum Euangelia omnia: constat etiã, Christum passum & resurrexisse anno atatis sue XXXIII. vel XXXIV. secundum alios.

PORRO anno Christi XXXIII. die XXV. Martij, nõ fuit feria VI. nec dies Dominica, sed feria IV. Anno autem Christi XXXIV. die XXV. Martij, fuit feria V. vt ex litera Dominicali patet. Nam anno Christi XXXIII. curabat litera D. anno XXXIV. litera C. die autem XXV. Martij, semper est G.

VLTIMÒ, refellitur à B. Augustino in epist. 119. vbi ostendit, hoc interesse inter diem Natalis & diem Resurrectionis, quòd ille celebratur solùm ob memoriam, & idem semper ipsa die XXV. Decembris: at iste celebratur ob memoriam & Sacramentum, & idem variatur. Vide ibidem pulcherrimã explicationem mysteriorum Pasche.

QUARTVS error fuit Britonum & Scotorum apud Bedam lib. 3. histor. c. 25. & lib. 5. c. 22. qui contra communem totius Ecclesie vsum Pascha celebrabant prima Dominica post Lunam XIII. Martij, ita vt aliquando ipsa XIV. Luna Pascha celebrarent, in quo neq; Iudais, neq; Christianis consentiebant. Nã Iudais primus dies solennis erat Luna XV. sed incipiebant festum à vespera præcedente, id est, Luna XIV. ad vesperam: istis autem primus dies solennis erat decimus quartus, & cum etiam ipsi inciperent à primis vesperis, necessariò incipiebant Luna XIII. sed hic error non eget alia refutatione: nam fundabatur in sola imperitia: existimabant enim, ita sanctum Ioannem celebrare solitum.

QUINTVS error est Nouatianorum, qui, teste Socrate libro 5. hist. cap. 20. decretum ediderunt, quod appellatur *de dyophys*, quia in eo statuerunt liberum vnicuique esse debere, agere Pascha, quando velit. Quem errorem satis constat placuisse etiam Magdeburgensibus ex Centuria prima, libro secundo, capite 6. columna 504. & Centur. 2. capite 6. columna 119. vbi dicunt, nec Apostolos, nec Apostolicos viros vllam legem dedisse Ecclesie de celebratione Pasche, sed reliquisse Christianis integram libertatem. Et ibidem arguunt Romanos Pontifices, quòd propter rem indifferentem excommunicauerint Asianos.

ISTE autem error refellitur, Primò, ex can. 8. Apostolorum, vbi iubentur deponi Episcopi, vel Presbyteri, qui Pascha egerint ante æquinoctium cum Iudais.

SECUNDÒ probatur, quia eos, qui pertinaces fuerunt in opinione Asianorum, id est, quòd necessariò Pascha deberet agi Luna XIV. cum Iudais, veteres patres semper habuerunt pro hæreticis, vt patet ex Tertulliano de præscrip. Epiphani. h. ref. 50. August. h. ref. 29. & Theodo-

reto lib. 3. de hæreticis fabulis, & Damascen. lib. de hæreticis. Et ne putemus eos esse hæreticos alia de causa, impositurum illis nomen Tessaricedecaritas, id est, Quarta-decumanos. Non ergo sine causa Romani Pont. excommunicauerunt Asianos.

TERTIÒ, si esse deberet res libera & indifferens, celebratio Pasche, nunquam fuissent sancti Patres multum solliciti de hac re: at semper maximè solliciti fuerunt: nam in ipso initio huius controverfiae, vbique celebrata sunt prouincialia Concilia pro hac re, vt patet ex lib. 5. histor. Eusebij, c. 23. & 25. quod est signum magnæ sollicitudinis.

ADDE quòd in illis Conciliis non rem adia phoram esse voluerunt: nam lib. 5. c. 22. sic ait Eusebius; *Vnum, inquit, omnes Ecclesiasticum dogma confirmant, ne liceat ali-quando, nisi in die Dominica, qua Dominus resurrexit, Dominicum Pasche celebrare mysterium.* Et c. 25. dicit, hunc fuisse finem decreti Concilij Casariensis de Paschate illo ipso tempore habiti. *Epistole autem nostræ exemplaria per omnes Ecclesias transmittantur, vt ne rei efficiamur animarum, qua diuersis erroribus immerguntur.*

QUARTÒ, Concilium Nicænum post quæstionem de fide contra Arium nihil putauit magis dignum diligenti discussione & determinatione, quàm de die Pasche, vt patet ex epistola Constantini apud Eusebium libro 3. de vita Constantini. Immodò Athanasius in epist. de Synodis Arimini, & Seleucia, non procul ab initio; dicit, Concilium Nicænum propter duas Causas conuenisse: primò propter controverfiam de Pascha: secundò, propter hæresim Arii. Epiphani. etiam h. ref. 70. dicit, Constantinum duo maxima bona contulisse in Ecclesiam: vnum, quòd congregari curauit Synodum Nicænam; alterum, quòd in ipsa Synodo curauerit determinari quæstionem de Paschate. Quòd autem Nicænum Concilium planè præcepit celebrari Pascha die Dominico, & non solùm cohortationem adhibuerit; vt Socrates dicere videtur, patet ex Athanasio, qui in epist. de Concil. Arimini & Seleucia, sic ait: *In negotio de Paschate, non abhorruerunt ab ista appendice, visum est, vt omnes obtemperarent.*

QUINTÒ, probatur ex Concilio Antiocheno c. 1. vbi excommunicantur qui legem Nicænam de Paschatis die non seruant.

SEXTO, idem probatur ex magna sollicitudine, quam semper habuerunt Patres, ne erraretur in celebrando Paschate. Nam tempore B. Ambrosij, cum nata esset difficultas quædam, & ignoraretur, quæ esset dies Pasche secundum Nicænum Concilium, vndique mittebantur literæ Episcoporum vltro citroque, vnde etiam exstat prolixa epistola 83. Ambrosij de hac re.

DEINDE tempore Innocentij I. cum orta esset similis difficultas, scripsit Innocentius epistolam, quæ est 11. ad Aurelium Episcopum Carthaginis, vt ipse quoque coacta Synodo, quæstionem illam discerneret, & ad se scriberet Concilij sententiam, vt ipse postea diem Paschatis de more omnibus præscriberet.

RVRSVM tempore Leonis, cum similis orta esset difficultas, scripsit inde S. Leo ad Imperatorem Martianum, ad Eudoxiam Augustam, ad Episcopos Gallie & Hispanie, & alios, vide epist. 63. 64. 65. & 95.

PRÆTEREA idem arguit generalis prouidentia Ecclesie: nam vt scribit Leo epist. 64. ad Martianum, delegata fuerat Episcopo Alexandrino cura semper supplicandi & indagandi diem Paschatis, quem ille Apostolicæ sedis Romane indicabat: ac deinde Apostolica sedes vniuersæ Ecclesie diem illum præscribebat, cuius moris meminit etiam Concilium Arelatense I. c. 1. & Innocentius I. epist. 11. ad Aurelium.

VLTIMÒ, probatur ex diuino testimonio, quod refert Paschasinus Episcopus Lylibetanus in epist. ad Leonem, & est sexagesima tertia inter epistolas S. Leonis.

Scribit

Scribit autem ille, tempore Zozymi Papæ ortam quæstionem de Paschate, quòd Occidentales dicerent, Pascha celebrandum illo anno 25. die Martij: Orientales autem 22. Aprilis. Porro in quadam Ecclesia Sicilia solebat singulis annis fieri fons diuino miraculo per se repleti ipsi nocte Paschatis, qua Catechumeni baptizandi erant. Illo autem anno, cum ex præscripto Zozymi Pascha ageretur XXV. Martij, fons inanis & aridus mansit: deinde XXII. Aprilis fons repletus est: atque ex eo intellectum est, errasse Occidentales in celebratione Pasche. Quale miraculum contigit etiam anno Domini DLXXXIII. scribit Sigebertus in Chronico. Siquidem annotauit eo anno fontem baptismalem in Hispania diuinitus impletum fuisse in Sabbatho veri Paschatis, quod tunc Galli rectè seruebant, Hispani autem malè. At certè si res esset omnino indifferens, nunquam Deus tali miraculo commissum errorem demonstrasset.

MAGDEBURGENSES Cent. 5. c. 6. col. 692. dicunt, fabulas, & nugæ esse, quæ iste Paschasinus scribit. At constat hunc Paschasinum fuisse Episcopum celeberrimum, quippe qui nomine S. Leonis præfedit Concilio Chalcedonensi DCXXX. Episcoporum. Constat etiam eum scribere rem sibi notissimam, nimirum quæ acciderat suo tempore, & in loco sibi vicino. Constat denique rem illam scriptam grauissimo Pontifici S. Leoni, cui certè fabulam & nugæ pro diuino miraculo nunquam vendidisset magnus ille Episcopus.

VLTIMVS error est, in quem à multis iam annis incidimus scientes quidem, & aduertentes, sed tamen inuiti. Sciendum enim est, Concilium Nicænum tres regulas constituisse ad inueniendum Pascha diem. Vna fuit, vt semper Pascha ageretur post diem XXI. Martij, quia illo die erat æquinoctium veris, & Pascha post æquinoctium agi debet. Altera fuit, vt post XX. Martij expectaretur Luna XI V. & post eam diem quæreretur Pascha. Pascha enim agi debet in tertia hebdomade Lunæ, id est, à Luna XIV. exclusiue, vsque ad XXII. exclusiue. Et ad inueniendam Lunam, composuerunt Cyclum aurei numeri. Vbi cumque enim in Calendario inuenitur aureus numerus illius anni, ibi est Nouilunium. Tertia regula fuit vt post Lunam XIV. occurrentem, post vigesimum diem Martij, expectaretur dies Dominicus, & ille esset Pascha.

ISTAE regulæ illo tempore & sequentibus annis multis optime fuerunt. Verè enim tunc erat æquinoctium XXI. Martij, & verè aureus numerus tunc indicabat diem Nouilunij. At à multis iam sæculis experientia docet, æquinoctium non esse fixum vice summa prima Martij, sed semper anticipare; nunc enim est decimo Martij. Similiter experientia docet, aureum numerum antiquum non indicare amplius Nouilunium fideliter. Nunc enim Nouilunium inuenitur quatuor diebus ante ipsum aureum numerum. Ex quo intelligimus, tempore Concilij Nicæni non fuisse exactè deprehensum motum nec Solis, nec Lunæ: Ecclesia autem semper antiquas illas regulas seruauit, & inde sapissimè cogitur errare, etiam si nolit. Sicut anno superiore, id est, M. D. LXXIX. celebratum est Pascha decimo nono die Aprilis, cum debuisset celebrari decimo quinto Martij.

QUAMVIS anno 1530. quo auctor hæc scribebat, iuxta antiquum errorem Paschalis solemnitas ageretur: anno tamen 1582. Gregor. XIII. Pontifex Max. æterna memoria dignus, & de Republica Christiana multis nominibus optime meritus, magno totius Ecclesie bono Ecclesiasticum Calendarium emendauit, & hunc circa Pascha errorem Dei beneficium sustulit.

CAPVT XIII.

De Pentecoste.

MAGDEBURGENSES Centuria secunda, capite 6. columna 119. non solum dicunt, Apostolos nullã

legem de festis instituisse, sed etiam addunt, primis illis sæculis Ecclesie nihil expressè legi de villo festo, præterquam de Paschate. At hoc esse falsissimum, docet nos antiquitas Pentecostes. Nam in primis meminit eius festi Paulus in priore epistola ad Corinthios 16. *Menebo, inquit, Ephesi vsque ad Pentecosten.* Et Act. 20. de Paulo inquit Lucas: *Festimabat, vt si quo modo posset, Pentecosten ageret Hierosolymis.* Et quamuis non sit omnino certum, an loquantur hæc Scripturæ de Pentecoste Iudæorum, an Christianorum: tamen Epiphani. h. ref. 75. exponit de Pentecoste Christianorum.

PRÆTEREA meminerunt huius festi, antiquissimi auctores; Clemens libro quinto constitutionum, capite vigesimo primo, Irenæus apud Iustinum quæstion. 11. Tertullianus libro de corona militis; Origenes libro 8. contra Celsum; Hilarius præfatione in Psalmos; Theophilus lib. 1. Paschali; Hieronymus in epistola ad Macellam de erroribus Montani, & in caput 4. Galat. Gregorius Nazianzenus, Chrysostronus, Ambrosius, Maximus, Leo, & alij, qui sermones de hoc festo scriptos reliquerunt. Denique Augustinus epist. 118. dicit, festa Passionis Domini, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes & alia, quæ in tota Ecclesia celebrantur, sine dubitatione vel à generalibus Conciliis, vel ab Apostolis instituta: constat autem, non esse instituta in Generalibus Conciliis, nam eorum mentio inuenitur in Clemente, Iustino, Tertulliano, & Origene, qui præcesserunt omnia generalia Concilia.

EST autem grauis difficultas, an rectè celebretur festum Pentecostes die quinquagesimo à die Resurrectionis. Nam certum est, celebrari hoc festum propter aduentum Spiritus sancti, vt Hieronymus dicit in cap. 4. ad Galat. & alij Patres supra citati. Videtur autem Spiritus sanctus aduenisse die XLIX. vel etiam ante XLIX. à die Resurrectionis Domini, & proinde non die Dominico, sed die Sabbathi, aut Veneris, aut Iouis. Nam vt habemus Act. 2. Spiritus sanctus venit dum compleretur dies Pentecostes, id est, ipso die Pentecostes Iudæorum, non enim ibi Lucas potest intelligi de alia Pentecoste, quàm Iudæorum. Pentecoste autem Iudæorum, aut erat festum data legis in monte Sina, vt dicit Aug. epist. 19. c. 16. aut erat festum Hebdomadarum, vt vult Hieronymus in ca. 4. ad Galat. aut fortasè vtrumque simul: at neutrum in diem Dominicam incidisse videtur anno passionis Christi; nam festum data legis celebrabatur die tertio tertij mensis, vt habetur Exod. 19. ex quo deducit August. dies L. numerari ab ipso Paschate Iudæorum, id est, à die XIV. primi mensis inclusiue, fuit autem dies Pasche Iudæorum, anno passionis Christi, die Iouis, ergo Pentecostes complebatur etiam die Iouis; nimirum triduo ante nostram Dominicam Pentecostes.

PORRO festum Hebdomadarum, quod magis propriè dicitur Pentecostes, numerari incipiebat à secundo die azymorum, vt colligitur ex lib. Levit. c. 23. vbi præcipitur, vt altera die Sabbathi offerant manipulos primitiarum, & inde numeret septem hebdomadas, qui sunt dies XLIX. & sequenti die, id est, quinquagesimo, festum diè agant. Porro hoc loco nomine Sabbathi intelligitur primus dies azymorum, qui solennis erat, & generali nomine Sabbathum dicebatur, vt exponunt Lyranus, Abulensis, Caietanus in hunc locum, & Ioseph. lib. 3. antiq. c. 13.

CVM ergo primus dies azymorum tempore passionis Christi fuerit die Veneris, si ab illo die exclusiue numeremus dies quinquaginta, inueniemus, Pentecosten completam fuisse die Sabbathi, non die Dominica. Neque potest aliquis effugere difficultatem, si dicat, Spiritum quidem sanctum non aduenisse die Dominico, qui est quinquagesimus à Dominica resurrectionis: tamen Ecclesiam voluisse die Dominico celebrare memoriam huius aduentus. Nam Clemens lib. 5. cap. 21. constitutio-

num, Theophilus lib. 1. Paschali. Augustinus epistol. 119. Leo in sermone de Pentecoste, & alij omnes docent, reuera die decimo ab Ascensione, & quinquagesimo à Resurrectione venisse Spiritum sanctum. Hoc ergo effugio pratermissio, respondeo, festum Hebdomadarum, & festum datæ legis veteris fuisse vnum & idem, & celebrari solitum, tum in memoria datæ legis veteris, ac figuram datæ legis nouæ per aduentum Spiritus sancti tum etiam in gratiarum actionem pro collectis frugibus, & hoc vnum festum anno passionis Christi incidisse in diem Dominicum, qui fuit quinquagesimus à Resurrectione Domini.

Utrum autem ista omnia explicentur, consideranda sunt duo illa loca, Exod. 19. & Leuitici 23. Quantum ad primum locum, sciendum, non posse euidenter colligi ex Scriptura, quo die data sit lex vetus. Nam Scriptura dicit, venisse Moysen cum populo in desertum Sinai mense tertio egressionis ab Ægypto, ac deinde tertia die datam legem: sed non explicat quo die mensis tertij venerint in desertum Sinai; & proinde non cerè scimus, vnde numerentur tres illi dies, de quibus dicitur; *Estote parati in diem tertium*. Exod. 19.

INVENIO autem quatuor sententias. Prima est B. Augustini ep. 119. & q. 79. in Exod. ubi dicit, venisse populum in desertum Sinai prima die mensis tertij, & tertia die datam esse legem, & illam diem esse quinquagesimam à die primi Paschatis. Sed contra sunt argumeta.

PRIMUM, quia si ita numeremus, non coincidet festum datæ legis cum festo hebdomadarum, quod propriè dicitur festum Pentecostes; nam festum Pentecostes est dies quinquagesimus à secundo die azymorum, non à festo Paschatis, & tamen debent coincidere, vel nullum erit festum datæ Legis, quod est absurdum, & contra ipsum Augustinum, qui ipsum festum datæ Legis, vult esse festum Pentecostes.

SECUNDUM, quia reuera non tollitur nostra prima difficultas; nam si Lex data est die quinquagesimo à Paschate Iudæorum, & illa die est festum Pentecostes, & Spiritus sanctus venit in die Pentecostes, cerè sequitur Spiritum sanctum non venisse die Dominico, sed die Iouis.

TERTIUM, quia B. Augustinus non videtur rectè numerare; ipse enim accipit ex primo mense dies septemdecim, ex secundo mense dies triginta, ex tertio mense dies tres, & sic efficit dies quinquaginta. At non potuit accipere ex primo mense dies septemdecim, & ex secundo dies triginta. Nam menses lunares, quales erant Iudæorum, non omnes constant ex triginta diebus, sed vnus ex triginta, alius ex viginti noue; ergo debuit accipere Augustinus ex primo mense dies septemdecim, ex secundo dies viginti nouem; vel ex primo dies sexdecim, ex secundo dies triginta, & sic non efficit quinquaginta, sed quadraginta nouem. Adde etiam, quod Moyses non dicit, mense tertio Paschatis, sed mense tertio egressionis de Ægypto: egressio autem non fuit decimoquarto die, sed decimoquinto, vt habetur Numeri 33.

QUARTUM, quia si tertia die mensis tertij data est lex, oportebit prima die mensis multò plura esse facta, quam patitur tempus vnus diei; nam in primis dicuntur filij Israël mense tertio peruenisse in desertum Sinai; ex quo apparet, aliquam partem diei illius primæ consumptam in itinere. Non enim credibile est, eos peruenisse summo mane, cum non consueuerint noctu iter facere. Deinde, vbi peruenierunt, fixerunt tabernacula sua, in quo plurimum temporis consumebatur, cum essent in illa multitudine supra mille millia hominum. Deinde post fixa tabernacula, ascendit Moyses in montem Sina. qui altissimus erat, & cum Deo loquutus, descendit, & conuocauit omnes maiores natu, & concionem habuit ad illos, & per illos ad omnem populum. Deinde rursus in montem secundò ascendit, & iterum descendit, & cum populo

A loquutus, iussit, vt omnes lauarent vestimenta sua. *Cumq; lauissent vestimenta sua*, inquit Scriptura, *dixit eis Moyses: Estote parati in diem tertium*. Quis porò credat, vna atque eadem die tabernacula erecta, & Moysen bis ascendisse ad montem, bis descendisse, bis populo concionatum? quod si id credibile non est, cerè sententia illa S. Augustini argè defendi potest.

ALIA expositio est Ruperti & Abulensis in c. 19. Exodi, qui dicunt, Legè quidem datam die tertio tertij mensis, sed cum diem non esse quinquagesimum, vt Augustinus dicebat, sed quadragesimum nonum à Paschate, & idè festum Pentecostes non celebrari propter Legem datam, sed propter factus ictum inter Deum & populum, quod factum est die quarta tertij mensis, vt dicitur Exod. 24.

HÆC expositio minus placet, quam prior; nam in primis valent contra hanc sententiam argumenta iam facta, excepto tertio: & praterea peribit figura pulcherrima nostræ Pentecostes, quam tamen Augustinus, Leo, & alij agnoscunt, nimirum quod Pentecoste Iudæorum fuerit festum datæ Legis veteris, & nostra Pentecoste sit festum datæ Legis nouæ.

TERCIA sententia est Caietani, qui dicit, Moysen venisse in desertum Sinai prima die mensis tertij, sed illa verba. *Estote parati in diem tertium*, dicta esse die quarto mensis, & proinde Legem datam die sexta eiusdem mensis, qui fuit quinquagesimus à secundo die azymorum inclusiue: & hoc modo coincidit hoc festum cum festo Hebdomadarum, & omnia coherent.

QUARTA sententia est Rabbi Salomonis, & Lyranj, qui dicunt Moysen venisse in desertum Sinai die tertia mensis tertij, ac deinde die quarta dixisse: *Estote parati in diem tertium*, & tandem die sexta datam Legem. Quæ sententia coincidit cum sententiâ Caietani, quoad diem datæ Legis, de quo erat præcipua quaestio. Videtur autem hæc sententia magis conformis literæ; nam sic habet textus: *Mense tertio egressionis filiorum Israël de Ægypto, in die hac venerunt in solitudinem Sinai*, vbi illud: *In die hac*, videtur referri ad numerum antea nominatum, nimirum ad tertium, vt sit sensus: Mense tertio, & die ipsa, id est, eiusdem numeri, hoc est, tertia, quâquam potest etiam satis commodè illud, *In die hac*, referri ad initium mensis, vt sensus sit: *In mense tertio, in die hac*, id est, in ipso initio mensis, maneat igitur, vt sexta die mensis tertij data sit Lex, siue populus in desertum Sinai venerit die prima, siue tertia.

QUINTUM ad Secundum locum ex Leuitici vicefimo tertio, duæ sunt expositiones. Prima est Hesyhij & Ruperti in eum locum, qui vult, per alteram diem Sabbathi, intelligi primam Sabbathi, id est, Dominicam, quæ immediatè sequitur post Sabbathum, & sensum Legis esse, vt dies Pentecostes numerentur à prima Dominica, quæ occurrit post festum Paschæ: quæ sententia si vera sit, nobis maximè fauet. Nam eo modo semper Iudæorum Pentecoste venisset in Dominica die, & quia anno passionis Christi prima Dominica post Pascha Iudæorum fuit Dominica resurrectionis, inde eo anno necessariò dies Pentecostes complebantur die quinquagesimo à die resurrectionis Domini.

ALTERA sententia est Lyranj, Caietani, Abulensis, Rabbiorum omnium, & ipsius Iosephi libro tertio antiquitatum, cap. 13. qui intelligunt per alteram diem Sabbathi, primam diem post festum azymorum. Et sanè mouet me multum auctoritas Iosephi, quippe qui nouerat praxim eius Legis, cum ipse quoque esset Sacerdos, & vixisset in Hierusalem, cum adhuc Lex illa seruaretur. Sed hac sententia, tanquam vera, admissa, sequitur dies Pentecostes anno passionis Christi numerari cœpisse in Sabbatho; Sabbathum enim eo anno proximè occurrebat post festum azymorum. Ex quo sequitur, vt dies Pentecostes completerentur etiam in Sabbatho.

Q V O M O

Q V O M O d igitur nos Pentecostè in Dominica celebramus? Respondet Rupertus, vbi supra, etià hac sententiâ admissa, non potuisse Pentecosten incipere, aut compleri in Sabbatho, quia Iudæi habebant quandam consuetudinem, vt nunquam celebrarent duo festa duobus diebus conuinis: & idè si quando occurreret primus dies azymorum feria VI. solitos Iudæos illum diem festum transferre in sequentem; & die Sabbathi celebrare tam festum Sabbathi, quam festum azymorum. Atque ita anno passionis Domini diem primum azymorum celebratū à Iudæis non feria VI. sed Sabbatho, & proinde dies Pentecostes non numerari die sequenti, qui fuit Dominicus.

S E D quia hæc sententia passim refelli solet, neq; valet nunc eam discutere, dicà quod sentio; & licet auctore meæ sententiæ non habeam, spero tamen eam non facillè improbandam, cum cerè ratione niti mihi videatur.

R E S P O N D E o igitur, ordinariè quidem cœpisse numerari dies Pentecostes à secunda die azymorum: sed tamen, si secunda illa dies esset Sabbathum, tunc cœpisse numerari à tertia die azymorum: neq; vllus hoc arguere potest. Nam causa, cur illi dies quinquaginta non inciperent à tertia die primo azymorum, sed à secundo est, quia oportebat illo die multa opera seruilia facere, quæ die festo erant prohibita: nimirum oportebat metere manipulum frumenti, & exiccare, & deferre ad Sacerdotem. At ista omnia magis prohibita erant die Sabbathi, quam die primo azymorum: ergo non licebat in secunda die azymorum, quando ea die erat Sabbathum, incipere dies illos quinquaginta. Et hanc esse purò causam, cur Scriptura dixerit: *Altera die Sabbathi*, & non altera die Paschæ vel azymorum, quia nimirum voluit generatim includere festa, quæ immediatè occurrerent post Pascha, siue esset vnus, siue plura. Itaque illud: *Altera die Sabbathi*, significat prima die profana post festum Paschæ. Et quia vt plurimum post Pascha non occurrebat festum, nisi primo die azymorum, idè non malè Iosephus loquens de eo, quod vt plurimum accidebat, scripsit, incipere Pentecosten Luna decima sexta, quamquam anno Christi passionis cœperit Luna decima septima, quia videlicet Sabbathum fuit Luna decima sexta. Quod si dies Pentecostes eo anno numerari cœperunt Luna decima septima, qui dies erat Dominicus, sequitur, vt completerent dies Pentecostes etiam die Dominico. Atque hoc est quod quaerebatur.

C A P V T X I V.

De Septuagesima & sequentibus Dominicis.

D I X I M V S de Septuagesima, quæ celebratur post Pascha, nunc de ea breuiter disseremus, quæ celebratur ante Pascha. Septuagesima, Sexagesima, & Quinquagesima non inuenio mentionem ante tempora B. Gregorij, sed in Antiphonario & Sacramentario Gregorij annotantur expressè officia harum Dominicarum, & eandem meminerunt multi auctores Gregorio posteriores, nimirum Beda in libello de officiis diuinis: Alcuinus in libro eiusdem argumenti, Amalarius lib. 1. c. 1. de officiis Ecclesiasticis: Rabanus lib. 2. c. 34. de institutione Clericorum, Iuo in serm. de Septuagesima; Rupertus lib. 4. c. 1. de diuinis officiis, & B. Bernardus in serm. de Septuagesima. Ratio autem horum nominum non est eadè apud omnes. Beda & Alcuinus dicunt quosdam addidisse vnam hebdomadam ad ieiunium Quadragesima, & illam consequenter vocasse Quinquagesimam, alios addidisse adhuc aliam quia nolebant die Iouis ieiunare, & tamen numerum dierum integrum seruari volebant. Itaq; addidisse vnam hebdomadam ante Quinquagesimam, & eam hebdomadam consequenter vocasse Sexagesimam: alios denique, qui non ieiunabant die Iouis, nec die Sabbathi, addidisse adhuc aliam, & illam vocasse Septuagesimam.

S E D improbabilis est hæc sententia, nam non est verisimile propter abusum paucorum, qui non ieiunabant

A die Iouis & die Sabbathi, Ecclesiam instituisse tam solennes Dominicas. Et praterca non inuenimus mentionem harum Dominicarum, nisi post tempora Gregorij, quando iam non erat ille abusus.

A L I I volunt Septuagesimam dici à numero dierum, quia sunt dies LXX. ab ea Dominica vsque ad Sabbathum in Albis Sexagesimam dici, quia sunt dies sexaginta ab ea Dominica vsque ad feriam IV. post Pascha. Quinquagesimam dici quia tot sunt dies inde vsque ad Pascha. Inepta opinio, nam sic omnis Dominica poterit vocari Septuagesima, si numeremus LXX. dies, & non curemus vbi terminentur.

A D D E, quod per septuaginta dies volunt isti auctores significari captiuitatem spirituales sub diaboli potestate, cuius typus fuerat captiuitas Babylonica LXX. annorum. At absurdissimum est, inter dies captiuitatis includere diem resurrectionis Domini, qui est dies perfectæ libertatis.

A L I I prudentiores dicunt, denominari à Paschate has omnes Dominicas, sed per Synecdochensiam à septuagesima vsq; ad Pascha sunt verè LXX. dies, id est, LXIV. à Sexagesima vsque ad Pascha sunt circiter LX. dies, id est, LVII. à Quinquagesima vsque ad Pascha sunt quinquaginta dies. Sed videtur desicere ista opinio in nomine Septuagesimæ, nam sexaginta quatuor dies magis dici debent sexaginta quam septuaginta.

E S T ergo sententiâ Ruperti, quam puto verissimam, ista nomina non esse desumpta à numero dierum, sed à numero Dominicarum: voluit enim Ecclesia, ante Dominicam passionis prænittere septem celebres Dominicas, quibus reuocaret nobis in memoriam spirituales nostram captiuitatem: sicut per Dominicam passionis & sequentem commemoratur redemptio à captiuitate.

I T A Q V E prima Dominica ex septem dicitur Septuagesima; quia est prima ex septem. Secunda dicitur Sexagesima, quia est prima ex quinque sequentibus. Quarta dicitur prima Quadragesima eadem ratione. Quinta dicitur secunda Quadragesima. Sexta dicitur tertia Quadragesima. Septima dicitur quarta Quadragesima. Demceps autem non dicitur quinta Quadragesima, sed Dominica passionis. Et hinc etiam est, quod in Dominica Septuagesimæ, quia commemoratur captiuitas, legitur in officio ex initio Geneleos, peccatum primi hominis, & omituntur omnia cantica leuæ, & ad Missam incipimus, *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me*. In Dominica autem passionis incipimus: *Vexilla Regis prodeunt, &c.*

D E Dominicis Quadragesima & passionis frequentissima mentio est apud omnes Patres, sed de ea nos disseremus in controuersis de ieiunio. Interim vide Epiphanium in compendiariorum doctrina, quæ habetur ad finem librorum aduersus hæreses, Theophilum in epistolis Paschalibus, Cassianum collatione 21. & Augustinum epistola 118.

C A P V T X V.

De reliquis festis Domini.

N ATALIS Domini meminit Clemens lib. 5. cap. 13; Chrysostomus oratione in sanctum Phlogonum, Ambrosius libro tertio de virginibus, initio; item Basilus, Nazianzenus, Maximus, Augustinus, Leo, & alij, quorum extant sermones de natali Domini.

C I R C U N C I S I O N I S festum videtur esse satis recens. Nam non solum veteres Patres non meminerunt eius festi, verum etiam Isidorus, Micrologus, Amalarius, Rabanus, Valfridus, Strabo, qui describunt officia omnium festorum, meminerunt quidem officij diei octauæ Natalis Domini, sed non sub nomine Circuncisionis. B. Bernardus tamen, & ante eum beatus Iuo Carnoten.

Yyy 4

sis, sermones habent de ipso festo Circumcisionis.

EPHANIÀ meminit Chrysostomus oratione de sancto Philogonio: Nazianzenus oratione in sancta lumina: Maximus, Augustinus, Leo, & alij recentiores. Obferuat eum Cassianus collatione decima, c.2. apud Ægyptum vna & eadem die celebrari Natalis & Epiphaniae diem, cum in Occidentis Ecclesiis sint festa diuersa.

DOMINICÀ in Albis meminit Clemens lib. 5. cap. pit. vicesimo, Nazianzenus oratione in nouam Dominicam: & Augustinus sermone primo de octaua Paschatis, qui etiam libro 22. de ciuitate Dei, cap. 8. meminit trium dierum Paschatis.

ASCENSIONIS festum antiquissimum est, & ab Apostolis institutum, vt docet Clemens lib. 5. ca. 20. Apostolicarum constitutionum, & B. Augustinus Epist. 118. In eodem festo exstant sermones Nysseni, Leonis, & aliorum.

FESTVM Trinitatis recens est: nam cap. Quoniam, de feriis, Alexander III. dicit, suo tempore fuisse quidem in vsu apud quosdam Ecclesias, non tamen Romæ. Micrologus etiam libro de obseruationibus Ecclesiasticis, capite sexagesimo, reprehendit eos, qui hoc festum celebrant, & ne quis obiceret, videri hoc festum antiquum, quandoquidem præfatio de Trinitate est vna ex nouem, quas Pelagius II. tanquam antiquissimas seruari præcepit: monet Micrologus, eam præfationem in Dominicis omnibus cantari solitam; neque esse propriam festi Trinitatis. Postea tamen etiam Romæ merito receptum est, & quidem in die octaua Pentecostes, vt Deo specialiter agantur gratiæ pro mysterio Trinitatis orbi terrarum, Apostolorum ministro declarato.

FESTVM Corporis Domini constat ab Urbano IV. institutum, post annum Domini millesimum ducentimum, quod festum omnes Lutherani & Caluinistæ oderunt, sed immerito. Nam etiam si non esset verè Christus in Eucharistia (vt Caluinistæ dicunt) vel non deberet adorari (vt dicunt Lutherani) tamen adhuc iustum esset, habere certum diem, quo recolere memoriam institutionis eius Sacramenti, quod etiam Lutherani & Caluinistæ maximum Sacramentorum esse concedunt.

FESTVM denique Transfigurationis Domini antiquum esse videtur. Exstant enim de eo sermones sancti Leonis, necnon Cyrilli, Alexandri, & Andreae Cretensis apud Surium.

CAPVT XVI.

De festis Sanctorum.

ESTA Sanctorum aduersarij non parum oderunt. Primò, quòd idololatriam sapere videantur; nam Sabbatha sanctificare, est præceptum primæ tabulæ, & proinde ad cultum Dei perinet.

SECUNDÒ, quia aliqua falso fundamento nitantur, vt Cõceptionis B. Mariæ festum, quod festum, B. Bernardus nominatim reprehendit in Epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses: vbi dicit, errorem & superstitionem sapere hoc festum, quia eo vel peccatum honoratur, sine quo conceptio ista non fuit, vel falsa inducitur sanctitas. Et præterea apud nos etiam non est certum, an B. Virgo sine peccato originali concepta fuerit; Ecclesia enim vtramque opinionem permittit, ergo saltem dubium est, an rectè hoc festum celebremus.

TERTIÒ, quòd plurima sint noua, ac præsertim festa B. Virgini dicata: nec enim ante Iustiniani tempora exstabant.

QUARTÒ, quòd multa ab Imperatoribus sæculi instituta sint. Nam festum Purificationis instituit Iustinianus, vt scribit Paulus Diaconus lib. decimo sexto rerum Romanarum, & Nicephorus lib. 16. c. 28. Festum Assumptionis instituit Mauritius, qui Iustiniano posterior fuit, vt idem Nicephorus ibidem refert.

QUINTÒ, quia eouque prolapsus est abusus festorum, vt etiam Imperatoribus non Sanctis festi dies instituti sint, vt de Iustiniano refert Nicephorus lib. 17. ca. 31. Haec sunt obiectiones Tilemanni Heshusij libro de erroribus Pontificiorum, tit. 26. & Magdeburgensium Cent. 6. cap. 6. col. 342. 34. & 344.

VERVTAMEN pium & bonum esse colere festos dies Sanctorum, facillè demonstrabimus auctoritate primùm, deinde ratione. Auctoritas est totius Ecclesiæ Catholica; quæ omni tempore id seruauit. A c v t solum inspiciamus quinque prima sæcula. Primò sæculo, id est, Apostolorum tempore habemus Clemensem lib. 8. constitutum, cap. 39. vbi iubet seruari festa Apostolorum & Martyrum.

SECUNDÒ sæculo, habemus testimonium Ecclesiæ Smyrnenfis, cuius epistolam refert Eusebius libro quarto hist. cap. decimo, in ea epist. habentur hæc verba: Quo in loco etiam nunc præstante Domino, solennes agimus, celebrisque conuentus, maximè quidem in die passionis eius; sed & cum eorum memoriam qui prius passi fuerant, celebramus, vt sequentium animi ad prædecessorum viam exemplis insignibus excitentur.

TERTIÒ sæculo, Origenes hom. 3. in diuersos Euangelij locos, dicit, festum Innocentium puerorum rectè in Ecclesia celebrari, propterea quòd fuerunt illi Martyrù primitiæ. Item Tertullianus lib. de corona militis dicit, vnam ex antiquis traditionibus esse annuas oblationes facere pro natalitijs. Et clarius B. Cyprianus lib. 3. epist. 6. Dies, inquit, eorum, quibus excedunt, annotate, vt commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus. Et lib. 4. ep. 5. Sacrificia, inquit, pro eis semper, vt ministris, offerimus, quoties Martyrum passiones, & dies anniuersaria commemoratione celebramus.

QUARTÒ sæculo, Basilii oratione in Gordium Martyrem; Nyssenus orat. in Theodorum Martyrem; Nazianzenus orat. 1. in Iulianum, paulò ante medium; Ambrosius serm. 76. 77. & 78. Hieronymus in c. 4. ad Gal. & Epist. 19. ad Eustochium; Prudentius in hymno de sanctis Petro & Paulo, festorum dierum in Sanctorum memoriam & honorem institutorum apertissimè meminerunt.

QUINTÒ sæculo, Chrysostomus hom. 66. ad populum; Theodoretus lib. 8. de Martyribus, Augustinus in Psal. 63. & 88. & alibi, Paulinus natali 2. & 3. S. Felicis. His accedunt Leo, Gregorius, Beda, & alij omnes posteriores, quorum libri testimonijs plenissimi sunt.

PROBATVR hoc etiam ex antiquis Concilijs diuersarum Ecclesiarum. Concilium Laodicenum in Oriente celebratum ante annos M. CC. can. 51. vetat, in Quadragesima celebrari festa Sanctorum, ex quo sequitur, extra Quadragesimam fuisse in ea prouincia celebrata. Concilium Carthaginense III. ante annos. M. C. can. 47. Licet, inquit, legi passiones Martyrum, cum anniuersarij dies eorum celebrantur. Concilium Toletanum in Hispania III. can. 23. iubet, vt in diebus festis Sanctorum populi non dent operam turpibus saltationibus. Concilium Lugdunense in Gallia, vt habemus can. Pronunciandum, de consec. distinct. 3. enumerat inter festa Ecclesiæ, festum sanctorum Apostolorum, Assumptionem & Natiuitatem B. Mariæ, festum sancti Syluestri, sancti Martini, & aliorum. Idem ex Germania habemus in Conc. Mogunt. cap. 36.

VLTIMÒ probatur ratione, quæ fundatur in diuinis literis. Festi dies rectè instituuntur ad recolenda diuina beneficia, vt pater de festo Sabbathi, & festo Sortium apud Iudæos, & de festis Domini apud Christianos. Vnde Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei, ca. 4. Beneficiorum, inquit, Dei, solennitatibus festis, & diebus statutis dicamus sacramusq; memoriam, ne volumine temporu ingrata subrepat obliuio. Sed non est paruum Dei beneficium, beata conlummatio alicuius Sancti, & præcipuè per martyrium;

inde

inde enim datur toti Ecclesiæ militanti exemplum fortitudinis, & vnus nouus patronus apud Deum: datur etiam toti Ecclesiæ triumphanti nouum gaudium de accessione vnus cuius: denique tunc agitur nouus & perfectus triumphus de diabolo.

CONFIRMATVR: nam omnes causæ, propter quas homines etiam profani celebrant festos dies, concurrunt in obitu Sanctorum. Homines enim festa celebrant ob diem natalem Principum: item ob assumptionem alicuius ad summam aliquam dignitatè: deniq; ob partà victoriã. At cum Sancti moriuntur, tunc verè nascuntur, & nascuntur Principes cœlestes, vnde ab Ecclesiâ eorum obitus natalicia dicuntur: item tunc assumuntur ad summam dignitatem, quæ hominibus conferri queat, id est, ad æternam beatitudinem: denique tunc perfectam victoriam referunt de Diabolo, & triumphum agunt.

NEQVE rationes aduersariorum aliquid efficiunt. Ad primum de idololatria dico: Primò, festa Sanctorum Deo dicantur, sed in Sanctorum memoriam, quemadmodum tèpla sacrantur Deo in memoriam Sanctorum. Secundò dico, honorem dierum festorum immediatè & terminatiuè pertinere etiam ad sanctos, quemadmodum diximus de basilicis, de votis, & de ipsa inuocatione: sed talè honorem dicimus esse cultum dulci, nõ latræ, & proinde religionis quidem cultum, sed religionis, non vt est nomen speciale virtutis, quæ hominem erga Dei cultum benè disponit, sed vt est nomen generale.

AD secundum de festo Conceptionis, quòd falso fundamento niti videtur, dico: Primò, in maiori parte Ecclesiæ piè credi B. Virginem sine peccato originali conceptam, quod etiam ex aduersarijs fatentur Lutherus & Erasimus: ille in ser. de festo Conceptionis: iste in Apologia ad Albertum Pium Carpentem.

DICO secundò, fundamentum huius festi præcipuè non esse conceptionem immaculatam, sed simpliciter Conceptionem matris Dei futura: qualiscunq; enim fuerit illa conceptio, eo ipso quòd conceptio fuit matris Dei, singulare gaudium afferit mundo eius memoria: tunc enim primùm habuimus pignus certum redemptionis, præsertim cum non sine miraculo ex matre sterili concepta fuerit. Itaque hoc festum etiam illi celebrant, qui putant Virginem in peccato conceptam.

DICES, hoc modo etiam Ioannis Baptistæ conceptio celebrari possit.

RESPONDEO, posset sanè, vt Graci faciunt. Nam in Calendario Græcorum die 23. Septembris annotatur festum conceptionis Ioannis Baptistæ, sed Ecclesiæ Latine non est visum tot festa multiplicare. Et præterea magnu est discrimen inter matrem Dei, & præcursorem eiusdè, & inter vtriusq; conceptionem. Nam quia maior pars Ecclesiæ piè credit immaculatam conceptionem, inde habuit eadem Ecclesia occasionem instituendi hoc festu: quam occasionem non habuit ad instituendum festum de conceptione Ioannis Baptistæ.

PORRO B. Bernardi sententia nobis fauet: ille enim reprehendit canonicos Lugdunenses, quòd sine exemplo, vel præcepto Romanæ Ecclesiæ nouum festum instituisent. Si ergo nunc B. Bernardus videret ex auctoritate Romanæ Ecclesiæ festum celebrari, etiam ipse libentissimè celebraret.

AD rationem autem Bernardi dico, nos nec peccatù honorare, nec inducere falsam sanctitatem, etiam si Virgo in peccato concepta esset, sed honorare officium matris Dei, ad quod ab ipsa conceptione designata fuit.

NAM idem Bernardus ibidem dicit meritò celebrari natiuitatem Ioannis Baptistæ, quia sancta fuit, & tamen ibidem dicit, se non audere asserere sanctificationè Ioannis in vtero deleuisse originale peccatum, licet hoc pium sit credere.

SITA ergo aduersus Bernardum argumentar, Co-

lis festum natiuitatis Ioannis, què non audeo asserere natum sine peccato, ergo vel honoras peccatum, vel inducis incertam sanctitatem. Responderet Bernardus, nec peccatum se honorare, nec inducere incertam sanctitatem, sed honorare officium præcursores, ad quod sanctificatus fuit adhuc in vtero matris existens: idem ergo respondeo illi de conceptione B. Mariæ.

QVOD si ipse quaereret, vnde habeamus B. Mariam ab ipsa conceptione sanctificatam, saltem ad hæc, vt esset mater Dei designata, responderem, inde nos hoc didicisse, vnde ipse didicit, B. Mariam ab ipsa natiuitate sanctam fuisse. Asserit enim ibidem, ex eo, quòd Ecclesiæ iam tunc celebrat B. Virginis ortum, se nihil dubitare, quin ortus ille sanctus fuerit; & nos ergo ex eo, quòd Ecclesiæ celebrat festum conceptionis, nihil dubitamus, cõceptionem illam sanctam aliquo modo fuisse, ac saltem ratione officij, ad quod assumebatur.

AD tertium dico duo; Primò, non esse absurdum, quòd aliqua festa sint recentia, quandoquidem etiã sunt recentia Dei beneficia, propter quæ festa instituuntur; vel saltem occasio festorum instituendorum potest esse recens. Vnde etiam tempore Iudæorum vario tempore varia sunt festa instituta, præter ea, quæ Deus ipse Moysen instituerat, vt pater de festo Sortium propter liberationem tempore Hester; & de alio festo ob victoriam Iudith, & de festis dedicationum tempore Salomonis, & postea tempore Esdræ, & vltimo tempore Machabæorum, quòd festum, licet recentissimum, Christus ipse honorauit, Ioan. 10.

DICO secundò, festa Sanctorum antiquissima esse, vt iam ostendimus. Fatemur tamen prius capisse celebrari festa Martyrum, quàm Confessorum; & nonnulla etiam festa B. Mariæ recentia esse. Nam festum Conceptionis tempore B. Bernardi cõcepit, sed non fuit publicè receptu à tota Ecclesiâ, nisi post decretum Sixti IV. Pontificis, quod habetur in Extrauaganti, Cùm præcellis, de reliquijs, & veneratione Sanctorum. Similiter festum Visitationis in Ecclesiâ Latina nouum est. Fuit enim institutum ab Urbano Papa VI. a quo à Bonifacio IX, primùm confirmatum, deinde etiam à Concilio Basileensi fest. 4. quanquam vtrumque festum iam antea erat in Calendario Græcorum.

FESTVM Natiuitatis B. Mariæ longè antiquius est. Meminit enim eius Petrus Damianus, qui tres sermones de eo festo scripsit, & ante eum, B. Gregorius qui in Antiphonario, & Sacramentario annotauit officium 8. die Septembris, pro natali B. Mariæ.

FESTVM Annunciationis adhuc est antiquius. Exstat enim oratio S. Athanasij de sancta Deipara, vbi expressè meminit huius festi.

FESTVM Purificationis est etiam antiquissimum. Si quidem huius celebritatis exstant orationes Amphilo-chij, Gregorij Nysseni, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, & Andreae Cretensis apud Aloysium Lippomannum, & Laurentium Surium.

DENIQUE festum Assumptionis est etiam antiquissimum. Nam eius meminit Gregorius in Antiphonario, & Sacramentario, & ante Gregorium Andreas Cretensis in oratione de hoc festo, quæ extat apud Lippomannum, & Surium. Atque ante Andrea tempora extat inter opera B. Hieronymi insignis sermo de festo Assumptionis, qui quidem vel ipsi Hieronymo, vel eius a quali Sophronio tribuitur.

AD obiectionem ergo ex Nicephoro, & Paulo Diacono, dico, eorum verba non possunt intelligi de prima institutione eorum festo, nisi illi aperitissime videntur, quomodo enim instituit Iustinianus festu Purificationis, & Mauritius festum Assumptionis, si vtrumque festum erat institutum tempore Hieronymi, & Chrysostomi, qui ducentis annis Iustiniano antiquiores fuerunt? Præterea

idem

ijdem auctores ibidem dicunt, à Iustino Imperatore institutum festum Natiuitatis Domini. At constat ex Ambrosio, Augustino, Leone, & aliis, qui Iustinum præcesserunt, festum Natiuitatis longè esse antiquius. Solum ergo Imperatores illi addiderunt aliquid ad celebritatem, & fortasse præceperunt ciuilibus legibus, ne vllus operaretur in illis solennitatibus, cum tamen etiam antea legibus Ecclesiæ dies illi sancti essent.

A d quartum, pater responsio: Non enim Imperatores festa instituerunt, sed institutam festa ab Ecclesia, legibus etiam suis adiuerunt, & ornarunt.

A d quintum respondeo, Nicephorum non dñcere, institutum fuisse festum diem Iustiniano, sed solum quorandam Episcopum quendam Constantinopolitanum, solum celebrare eius memoriam. Id quod non cogimur intelligere de aliquo festo die, sed solum de laudatione Iustiniani, quam ille Episcopus admiscebat concioni suæ, propterea quod Iustinianus multa pia opera, & Ecclesiæ utilissima fecisset.

A d o praterea, quidquid illud fuerit, siue festus dies siue simplex laudatio, fuisse vnus priuat. Episcopi factum, quod non immeritò reprehendi posset: præsertim

A cum eius successores mox omiserint eiusmodi celebritatem.

CAPVT XVII.


De Vigilis.

Non profectis magnorum dierum cōsueuerat Ecclesia vigilare, & ieiunare, ac in primis Vigilia Paschæ, quæ nocte præcedente Dominicam Resurrectionis agebatur, semper celeberrima fuit, vt patet ex Clemente libro 5. constitut. capi e 19. ex Tertulliano libro 2. ad vxorem: ex Euseb. lib. 6. histor. cap. 7. & ex aliis permultis.

B De vigilis autem in Sanctorum honorem meminit Basilius in Psal. 114. Hieronymus in libro aduersus Vigilantium: Burchardus lib. 13. decretorum, ca. 16. Bernardus sermone de Vigilia S. Andrea; & de vigilia SS. Petri & Pauli. & Innocentius Pontifex III. capite primo, & secundo, de obseruatione ieiuniorum. Caterum quoniam paulatim occasione nocturnarum Vigiliarum abusus quidam irrepere cæperant, vel potius flagitia non raro committi: placuit Ecclesiæ nocturnos conuentus, & Vigiliis propriè dictas, intermittere, ac solum in iisdem diebus celebrare ieiunia.

Finis septem Controuersiarum generalium Tomi primi,

LAVS DEO VIRGINIQVE MATRI MARIAE.
DEO ITEM IESV CHRISTO ÆTERNI DEI,
ÆTERNO FILIO, LAVS ET GLORIA.



DE TRANSLATIONE
IMPERII A GRAECIS
AD FRANCOS.

ADVERSVS MATTHIAM
FLACCIVM ILLYRICVM.
LIBRI TRES.

AVCTORE.

EODEM ROBERTO BELLARMINO POLITIANO,
E SOCIETATE IESV.

S V M M A L I B R I P R I M I.

Romanum Imperium à Grecis ad Francos Summi Pontificis auctoritate translatum.

C A P I T A L I B R I P R I M I.

- Cap. I. Contradictiones duodecim Illyrici detegit.
 II. Mendacia viginti eiusdem Illyrici refellit.
 III. Prolegomena aduersarij confutat, & eam controuersiam explicat, quæ fuit Hadriano Summo Pontifici cum Frederico Anobarbo Imperatore.
 IIII. Testimonijs Historicorum supra triginta demonstrat, Imperium Romanum Summi Pontificis auctoritate ad Francos à Grecis esse translatum.
 V. Testimonijs duodecim Principum idem confirmat.
 VI. Idem asserit testimonijs septem Summorum Pontificum.
 VII. Imperium Romanum non esse à Francis acquisitum iure belli.
 VIII. Non accepisse Carolum Magnum à Deo immediatè Imperij dignitatem.
 IX. Imperium Romanum non esse deuolurum ad Carolum Magnum iure successionis hæreditariæ.
 X. Imperium Romanum non esse delatum ad Francos auctore Senatu Populove Romano.
 XI. Imperium Romanum non fuisse à Græco Imperatore Carolo Magno traditum.
 XII. Summum Pontificem iure suo Romanum Imperium transferre potuisse, ac re ipsa ad Francos transtulisse.
 XIII. Obiectiones Illyrici dissoluit, aut iam antè dissolutas demonstrat.

S V M M A L I B R I S E C V N D I.

Romanum Imperium à familia Caroli Magni & gente Francorum ad familiam Othonum, & gentem Saxonum, Summi Pontificis auctoritate transisse.

C A P I T A L I B R I S E C V N D I.

- Cap. I. Successionem explicat Caroli Magni.
 II. Othonem primum, non autem Henricum aut Cunradum, Imperatorem primum ex gente Saxonum fuisse demonstrat.
 III. Eundem Othonem à Summo Pontifice, Ioanne duodecimo, ad Imperium prouectum ostendit.
 IIII. Obiectiones Illyrici diluit.

S V M M A L I B R I T E R T I I.

Septem Electores Imperij à Summo Pontifice, Gregorio quinto potissimum institutos.

C A P I T A L I B R I T E R T I I.

- Cap. I. Electores ante Gregorij decimi Pontificis & Friderici secundi Imperatoris tempora designatos.
 II. Obiectiones Onuphrij refellit.
 III. Electores Imperij non ab Othone tertio Imperatore, sed à Gregorio quinto Pontifice Maximo institutos ostendit.
 IIII. Obiectiones Illyrici dissoluit, ac mendacia plurima auctoris eiusdem detegit, & redarguit.

L I B E R P R I M V S.


Argumentum & partitio totius libri.



SCRIPTVRS de translatione Imperij Romani à Grecis ad Germanos, aduersus mendacissimum librum, quem ante paucos annos de eodem argumento edidit Matthias Flacius Illyricus, operæ pretium me facturum existimaui, si quemadmodum ipse prolegomena quadam præmisit, ita quoque & ego loco prolegomenorum pauca quadam præmittam, tum de contradictionibus, tum de mendacijs eiusdem Illyrici manifestis atque crassissimis. Ita enim spero fore, ut hominis huius inconstantia & impudentia patefacta, simul etiam aditus pateat veritati in aures atque animos illorum, quos iam fortè falsitas occupauit, quibusque ille suis artibus, & multa historiarum confusione & varietate tenebras offudit. Deinde ad rem ipsam aggrediar hoc ordine. Quoniam Illyricus, ut est inconstans & varius, uno in loco docet non esse translatum Imperium Rom. Pontificis auctoritate à Grecis in Francos, seu Germanos, in alio verò fatetur id quidem, sed affirmat iniuste & impie factum, esseque hanc translationem præcipuum miraculum Antichristi: propterea primum demonstrare conabor, verè translationem esse factam Summi Pontificis auctoritate, atque argumenta desumam ex consensu omnium Historicorum, ex confessione Imperatorum ac Principum aliorum, ex testimonijs veterum Romanorum Pontificum, ac demum ex refutatione omnium eorum iurium vel titulorum, quos aduersarij prætendunt. Ostendam enim certissimis rationibus, Carolum Magnum, quem Imperatorem Romanum fuisse nec Illyricus, neque alius quispiam negat, ad eam dignitatem peruenisse, nec iure belli atque armorum, nec immediata uocatione Dei, nec successionem hæreditariam, nec dono Græcorum, nec denique electione Senatus Populique Romani: proinde aut Carolum à Pontifice Imperium habuisse, aut omnino non habuisse. Deinde planum faciam, id quod Summus Pontifex in hac translatione Imperij fecit, rite ac iure esse factum. Adde postremo ut nihil eorum quæ Illyricus tractat prætermisisse videar, de translatione Imperij, si tamen translatio dicenda est, ex familia Caroli Magni in Saxones, & de institutione septem Imperij Electorum.

C A P V T P R I M V M.

Complectitur contradictiones Illyrici.



IGITUR noster Illyricus (ut ordiamur ab eo quod primo loco propositum est) pro sua grauitate & constantia in asserendis sententijs, non tam quid sit in re considerare solet, quàm quid propositio suo maximè deferuiat. Itaque si affirmare aliquid, causæ quam defendit utile est, confidenter affirmat, si rursus illud ipsum negare, rei suæ cõducere putat, audacter negat; parùm omnino laborans, coheretant ne scripta sua inter se, an secum ipsa pugnent, & vtrum vnum alteri opem ferat, an potius, tanquam in bello sociali, vnum euertatur ab altero.

CONTRADICTIO I.

IN libro quem nuper edidit de translatione Imperij, passim figmentum, & fabulas appellat, quod vulgò creditur, Imperium Romanum translatum à Grecis ad Germanos Summi Pontificis auctoritate. Atque ut aliquem certum locum notemus, titulus secundæ partis primi capituli hic est: *Quod non sit facta per Papas Imperij translatio à Grecis ad Germanos.* Sed nimirum cum hæc scriberet, oblitus erat quid paulò antè scripsisset. Nam in libro contra primatum Papæ penè extremo notæ Antichristi explicans, quinto loco hanc ponit de translatione Imperij, & quidem his verbis: *Antichristus apparebit, cum Romani regni defectio fiet, & reddet Romanis libertatē, sub suo tamē nomine: hoc accidit ante annos 700. cum Romanum Imperium ruebat, & à Papa non tanquam Cæsare dictatore, Consulē, aut Senatorem, sed ut à Papa Romano nonnihil instauratum est: tunc enim Papa suam potentiam & impietatem propagauit. Sic Apocal. decimo tertio lesa bestia ab alia simili agni bestia honoratur.* Nec solum in eo libro, sed etiam in Centurijs idem affirmat Illyricus. Sic enim scri-

A bit Cent. 8. cap. 10. colum. 751. *Atque ita Imperium Romanum ad Carolum, & Francos (Leo III.) transtulit, & tamen sibi reseruaui ius Franci imperandi, atque hinc factum est deinceps, ut qui Imperij sceptrum acciperent, à Pontifice inaugurarentur: estque hæc translatio præcipuum ex miraculis Antichristi. Apocalyp. 13. & 17. Quid hic Illyricè eliges? si transtulit Romanus Pontifex Imperium in Francos, totus liber tuus de translatione Imperij corruiat: si nõ transtulit, corruiunt partes non exiguæ tum ex libro tuo contra Primatum, tum ex Historiarum tuarum Centurijs. Imò verò, siue transtulit Papa Romanus Imperium in Francos, siue non transtulit, corruiat liber tuus de translatione Imperij. Siquidem Papam esse Antichristum, ex verbo Dei efficacissima ducta ratioque demonstrasse te putas in locis paulò antè citatis, quia videlicet Papa dum Imperium Occidentale instaurauit, curauit (ut quidem interpretaris) plagam bestia, quod est miraculum, & nota præcipua Antichristi, Apocal. 13. & 17. igitur in libro de translatione Imperij dum contendis tam acriter, non esse Papam auctorem Occidentalis Imperij, quid aliud contendis, quàm id efficere, ut credamus falsam esse tuam illam demonstrationem, qua ex verbo Dei probare volebas, Papam esse Antichristum? & tamen in hoc ipso libro, tertio quoque verbo repetis Papam esse Antichristum, in quo tu ipse tuam præcipuam demonstrationem labefactas, qua effici credebas, Papam esse Antichristum. Sed pergamus ad cætera.*

CONTRADICTIO II.

IN hoc ipso lib. de translat. Imperij in epist. dedicatoria affirmat Illyricus ius in Imperium Romanum Germanos adeptos esse ante annos 1500. cum videlicet Arminio duce duas Aquilas Romanis eripuissent, atque in huius rei signum bicipitem Aquilam Germanos Imperatores in

insignibus suis præferre. *Huc* (inquit) *referre possis, quòd & mox post Iulium sub Augusto Germani duas Aquilas Romanis insignibus bello abstulerunt.* Et infra: *Quandocunque igitur volet Romanus sacrificus, alique Imperij emuli, cognoscere Germanorum monarchie originem ac ius, intueantur modo ac contemplantur eius gloriosa insignia bicipitè Aquilam ostentantia, & mox ea illos de origine turæque suo abundè edocebunt, ac vel inuitos conuincunt.* Hæc ille. Sed hæc somnia qua nos infra cap. 6. refutabimus, refellit etiam ipse idem Illyricus, cum ita loquitur Cent. 9. c. 16. col. 621. *Aquila Romana in duo capita statim in initio huius seculi* (quod est ab anno 800. ad 900.) *diuisa est. Nam Carolus Magnus à Leone Pontifice cum consensu Senatus & Populi Romani Imperator Occidentis solenniter in inauguratur anno Domini 801.* Quomodo, quæ ista coherent, vt ante annos 1500. cæperit Aquila biceps, & ius, atque origo Imperij Germanici, & tamen Aquila Romana anno 801. id est, ante annos 700. diuisa primum fuerit, cum Carolus Magnus à Leone Pontifice Imperator Occidentis primus inauguratus est?

CONTRADICTION III.

Rvrsvm in lib. de transl. Imperij, cap. 1. pag. 9. *Audet* (inquit Illyricus) *Gelasius Papa ad Anastasium Imperatorem scribens, 15. q. 6. can. alius, affirmare Zachariam Papam deposuisse Hildericum Regem Francorum, & transfuisse regnum in Pipinum Caroli patrem.* Et infra: *Tale mendacium ausus est Papa coningere, & Gratianus sue rapsodiae Decretorum inserere.* Hæc ibi. At in Historia lógè aliter. Sic enim scribit Cent. 8. cap. 10. col. 706. *Pipino Zacharias Papa regnum Francorum dedit, idque ei tutum præstitit deposito, & in monachum consecrato Carolomanno fratre eius, & Hildericum Rege priore. Poteratne clarius secum pugnare, & vno in loco destruere, quod in alio affirmavit?*

CONTRADICTION IV.

In lib. eod. de transl. Imperij, cap. 1. pag. 12. affirmat Illyricus Summos Pontifices quondam seruos & mancipia fuisse Caroli, nunc è contrariò à Summis Pontificibus adigi Caesares ad turpissima pedum oscula. *Quam feda, inquit, est ista vanitas, quòd Papiæ fingunt, illos seruos & mancipia Caroli Imperium Romanum in Carolum transfuisse, cumque sibi vt vassallum quendam dato sendo obligasse, vt nunc arctissimis iuramentis Caesares sibi obstringunt, & etiam ad turpissima pedum oscula adigunt.* Sed audi rursùm eundem Illyrici verba ex Gen. 8. cap. 10. col. 724. *Pipinus, inquit, & Carolus filius eius in terram prostrati, pedes eius (Stephani Papæ) osculati sunt, & stapedes eius apprehenderunt, & frenum equi illius tenentes, stratoris officia ei præstiterunt.* Quid hic dices Illyrice? Si Papa mancipium erat Caroli, quò factum est, vt non Papa Caroli, sed Carolus Papæ stapedes apprehenderit, & stratoris officium ei præstiterit? Et si nunc primum cæpit Papa principes adigere ad oscula pedum, quo pacto ante annos propè 800. Pipinus & Carolus humi strati Pontificis pedes, nullo cogente, nisi Dei metu ac reuerentia, Christi Vicario debita, osculabantur?

CONTRADICTION V.

Eadem pag. 12. in lib. de transl. Imperij ita scribit Illyricus: *Testantur quoque omnes Historici, etiam ij qui Papis sunt addidissimè, Leonè Papam mox vt electus fuit in Papam, misisse ad Carolum Magnam legationem vnà cù clauibus sancti Petri, quod est Papale insigne, & vexillis vrbis Romæ cù Aquilis, petiisseque iuxta Synodum Adriani, cõfirmationè sui, & vt aliquis mitteretur, qui Romanos Carolo denuò iuramentò adstringeret, quod fuit extrema subiectionis indicium.* Hæc ibi. In ceteris contrariò legitimus, nimirum petiisse Leonem, vt aliqui à Carolo mitteretur, qui Romanos non Carolo, sed ipsi Papæ iuramento adstringeret: sic enim legitimus Cent. 8. c. 10. col. 750. *Legatos ergo inscio, senatu cum muneribus ad Carolum mittit, ei que sacras clauas insigne Pontificie dignitatis, & vexillum vrbis Romæ,*

sen Aquilam, signum Imperij Romani offert, seque & vrbem Romani eius fidei commendat ac postulat, vt suos Romanos ablegat, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem Sacramento firmarent iuxta annales Francorum. Quæ verba alij (hoc est, Illyricus idem in alio loco) intelligunt, quòd iusserit Romanos Francis fidem iurare, sed id non tam facile esse imperatrum. Quare verisimilius est, quòd petierit Romanos èd adigi, vt Pontifici iusurandum præstarent. Quare Engelbertus, vel Agilbertus, Abbas sancti Richarij, iussu Caroli compulsi Romanum populum fidelitatem iurare Pontifici.

CONTRADICTION VI.

PAGINA 22. Italiam ab Odoacre occupatam affirmat Leone Bessicano Imperatore. At Cent. 5. cap. 16. col. 1526. scribit id accidisse sub Zenone, qui post Leonem iuniorem Leoni seniori, id est, Bessicano successit.

CONTRADICTION VII.

PAGINA 26. & seq. Theodoricum Ostrogothum, Imperatorem Romanorum & Augustum, ac purpuram Caesarea ornatum fuisse fusè docet, ac multis testimoniis confirmat. At Cent. 6. cap. 16. col. 740. disertis verbis dicit, Theodoricum eundem nec nomen, nec insignia Imperatorum Romanorum vnquam habuisse.

CONTRADICTION VIII.

PAGINA 49. Carolo Magno Imperium Occidentis donatum fuisse scribit ab Irene, antequam idem Carolus à Leone coronaretur. At Cent. 9. cap. 16. col. 621. scribit Græcos in Imperium Caroli quodammodo consensisse, quòd non possent id mutare, quod Leo fecerat Romæ, quando Carolum Imperatorem appellauit.

CONTRADICTION IX.

Neque verò de Electoribus Imperij minor est apud Illyricum, quàm de ipsa Imperij translatione dissentio. Nam in libro de translatione Imperij, capite quinto, pag. 89. habentur hæc verba: *Hic quoque, vt vbi que alibi, Pontificiorum parasitarum mendacia grassantur, dicunt enim quòd imperante Orbone III. Gregorius V. Germanus malè à Romanis tractatus, suaque fide pulsus, decretum tulit, quod septem Germani Principes, loco Romani Populi Senatusque, Imperatores in perpetuam posteritatè eligere deberent, quod eorum signum mox euidenter, Deo dante, redarguimus.* At in hist. Ecclesiast. Cent. Ioan. c. 10. col. 546. habentur hæc alia eiusdem Illyrici verba qua pugnent necne cum præcedentibus, vel ipse Illyricus iudex esto; *Gregorius vndecimo sui exilij mense, pristina dignitati per Imperatorem restitutus, suam patriam insigni aliqua dignitate ornaturus, sanxit, vt penes solos Germanos eligèdi Regem esset ius ac potestas, qui post diadema à Romano Pont. acceptum, Imperator & Augustus appellaretur. Sicut que Electores constituti, Moguntinus, Treuiris, & Colonis Archiepiscopi, Marchio Brandeburgensis, Comes Palatinus Rheni, Saxonie Dux, & Rex Bohemie, qui paribus suffragiis Electorū existèntibus, litè inter eos dirimat. Ne autè liber de translatione Imperij solū cū aliis eiusdè Illyrici libris, & non etià ipse secū pugnare videatur, annotemus adhuc vnà vel alterà cõtradictionè.*

CONTRADICTION X.

In ipso igitur libro de translatione Imperij c. 1. pag. 5. sic Illyricus loquitur: *Dei solius est iste titulus: Mea sint omnia, ego do ea cui volo, ego transfero regna, ac monarchias de gente in gentem pro meo arbitrio.* Horrenda ergo blasphemia est, quòd Antichristus, sicut in aliis omnibus se Deo exæquauit, imò & supra eum exultit, ita in hoc quoque gloriatur, sicut esse transferre Imperia ac regna ad quemcunque velit, seque transfuisse Imperium à Græcis ad Francos, & porrò à Francis ad Germanos. Hæc ibi. At infra cap. 2. pagina 21. non vult solius Dei esse transferre imperia, sed etiam hominum. Siquidem docet non semel translatum fuisse Imperiū à Græcis ad Germanos: Romani, inquit, aut potius Constantinopolitani Imperatores Iapinus ius Occidentalis Imperij Germanis tradiderunt. Et mox p. 22.

Prima igitur, inquit, translatio facta est sub Leone Bessicano, Constantinopolitano Imperatore, circa annum 460. in Othacarum aut Odoacrum. Et infra ponit secundam translationem factam à Zenone Imperatore in Theodoricum; Tertiam ab Anastasio in Clodoueu: & quartam ab Irene in Carolum. Sed si horrèda blasphemia est, quòd Papa asserat, se transfuisse Imperium in Germanos, quia transferre imperia soli Deo conuenit; quomodo non est horrenda blasphemia, quòd Illyricus asserit, à Leone Bessicano, vel eius militibus, translatum Imperium in Odoacrem, à Zenone in Theodoricum, ab Anastasio in Clodoueu, ab Irene in Carolum?

XI. CONTRADICTION.

Et si Antichristus est, & Deo se exæquat, vel supra ipsum extollit, qui auder regna transferre, quod soli Deo est proprium; certè Antichristi fuerunt Leonis milites, nec non Zeno, Anastasius, & Irene, Imperatores, qui re ipsa (vt Illyricus dicit) imperium transfulerunt, ac Dei potestatem vsurparunt. Papa verò non modò non est Antichristus, sed etiam Antichristo omnino contrarius, cum non solum Imperium non transfulerit, nec Deo se æquauerit, sed etiam (vt idem Illyricus scribit pag. 12.) se vt seruum ac mancipium Imperatoris subiecerit. nõnne igitur Illyricus manifestè secum pugnat, cum passim in hoc suo lib. Papam Antichristum vocat, & quidem extolentem se supra ipsum Deum; & tamen in eodem libro tam humilem facit eundem Papam, vt se mancipium & iuratum seruum Imperatoris esse fateatur?

XII. CONTRADICTION.

Rvrsvm in eodem libro, capite 1. pag. 12. Ipsa, inquit Illyricus, vox translationis eos euidentissimè mendacij redarguit. nam si transfulerunt Papa Imperium à Græcis ad Francos, sequitur Græcos esse plane priuatos Imperiali dignitate. Hæc ibi. Sed paulò post pag. 12. & sequentibus, numerat Illyricus quatuor translationes factas à Græcis ad Germanos, manente nihilominus etiam Græcis Imperiali dignitate: quia videlicet non totum Imperium, sed altera pars duntaxat, quæ Occidentale Imp. dicitur, translatum fuit. Aut igitur ipsa vox translationis Illyricum arguit euidentissimè mendacij, cum ait pag. 22. translatum Imperium à Græcis in Germanos à militibus, Zenone, Anastasio, & Irene; aut falsum est quod scribit pag. 12. nam vtrumque simul nulla ratione defendi potest.

XIII. CONTRADICTION.

Se d insignis contradictio, & contumeliosa in Rom. Imperium habetur ad finem epistolæ dedicatorix: vbi sic Illyricus de se ipse loquitur. *Testor, inquit, me ab omnibus scissis, erroribusque à Romano Imperio, & Augustana Confessione damnatis abhorrrere.* hæc enim verba manifestam implicam contradictionem, nisi Romanum Imperium Augustanæ Confessionis patronum, vel sectatorem Illyricus faciat, quod certè facere non poterit, nisi cum manifesta ratione pugnare velit: constat enim Confessionii Augustanæ solum ex Romano Imperio adhaerisse ac subscriptisse Electorè vnū, Principes sex, & ciuitates liberas duas. eandem verò Confessionem in eodem Augustano conuentu publicè reprobata ac damnata ab ipso Romanorum Imperatore Carolo eius nominis Quinto, ab electoribus quinque, à Principibus Imperij partim Ecclesiasticis, partim secularibus, septem supra centum, ac demum à liberis Imperialibus Ciuitatibus nouem, & triginta. tot enim fuisse Catholicos Principes, & Status Imperij, qui in damnationem Confessionis subscripserunt, & subscriptionem sigillis suis munierunt: testis est Ioannes Cochlaus, qui in eo conuentu præsens interfuit, in actis Lutheri anni 1530. & 1531. Cum igitur Romanus Imperator cum longè maiore parte Principum, & Status Imperialium Augustanæ Confessionem damnauerit, meritò ea ab Imperio Romano damnata existimanda est. nam si Imperator, vt caput Imperij, Imperium vniuer-

sum repræsentat, quato magis & certius conuenit Principum & Status firmè omnium vnà cum ipso Caesare Imperiū vniuersum repræsentabit? Quocirca meritò Philippus Melancthon in ep. ad Ioannem Obernburgium ita scribit. *Non delector recordatione Comitiorum Augustanorum, in quibus tristi ac atroci sententia damnati sumus.* Eligat iam Illyricus vtrum voluerit: aut sequitur Imperij Romani sententiam, & mentitur cum ait, se adhærere confessioni Augustanæ: aut sequitur confessionem Augustanam, & mentitur cum ait, se abhorrrere ab erroribus ab Imperio Romano damnatis. vtrumque certè simul verum esse nullo modo potest.

CAPVT II.

Continet mendacia Illyrici.

ENIAMVS nunc ad alteram partem Prolegomenorum, id est, ad mendacia quibus vndique scætat Illyrici libellus.

Ac primum ipsam Epist. qua librum suum dedicat Imperatori Maximiliano, omnibusque Imperij Principibus, totam ferè mendaciis textuit; vt mirum sit eum tam impudenter tantis viris imponere voluisse. Non procul ab initio scribit politici Magistratus gloriam & dignitatem per Lutheri doctrinam esse illustratam, & contra seductores & oppressores ornatam, & vindicatam. *Hoc, inquit, tempore instaurati Euangelij non vno modo gloria dignitasque politici Magistratus est verbo Dei illustrata, & contra seductores, eiusque oppressores speciosè ornata, & vindicata: quāt vnus illi contrarium fingant.* At quàm hoc sit verum, testantur in primis libri ipsius Lutheri, quibus ita Principes omnes in contemptum & inuidiam adduxit, vt nihil aliud meditari videretur, quàm principatum omnem de medio tollere. Sic enim loquitur in libro de potestate seculari, *Principes mundani sunt mundus autem inimicus est Deo: idcirco & ipsos quoque facere oportet, quod Deo contrarium, mundo autem consentaneum sit: vt scilicet non fiant infames, sed Principes mundani permanent. ne mireris igitur si contra Euangelium furiant, & fatid agunt.* Oportet ipsos titulo nominique suo satisfacere, & scire debet quòd ab initio mundi admodum rara auis est Princeps prudens, adhuc multò rarior Princeps probus. *Sunt communiter maxime fati, aut pessimi nebulones super terram. Quapropter ipsos pessima quæque ab ipsis expectanda sunt, & parum boni sperandum est, præsertim in rebus diuinis, qua ad salutem animarum pertinent.* *Ipsi enim sunt lictores & carnisces Dei, quibus vitur ira diuina, &c.* Et infra: *Si Princeps prosperatur, vt sit prudens, probus aut Christianus, hoc è magnis miraculis vnus est, & pretiosissimum signum diuine gratiæ super eam prouinciam: nam iuxta communem cursum euenit secundum illud Isaia 4. Dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. & Osè 13. Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* Et infra: *Admodum pauci sunt Principes, qui non habeantur pro fatiis, aut nebulonibus. Cassa huius est, quia & tales sese demonstrant, & populus communis fit intelligens: & Principum plaga, quam Deus contemptum vocat potenter progreditur in plebe, & communi populo, & vereor ne prohiberi non possit, nisi Principes agant, vt Principes decet, & incipiāt rursum cum ratione & modestia gubernare: non serunt, non possunt, nec volunt vestram tyrannidem petulantiamque diu perferre. Boni Principes & Domini, secundum hoc agere sciatis: Deus non vult diutius permittere, non amplius nunc mūdus est vt olim, quando homines sicut feræ venabamini, &c.* Item in lib. quem inscripsit, Duo Caesarea madata discordantia, & contraria, &c. prope finem, Oro, inquit, omnes pios Christianos, dignetur simul precari Deum pro eiusmodi miseris & excacatis Principibus, quibus nos Deus tribulauit in magna procul dubio ira. *ne sequamur eos ad proficiendū, aut ad contribuendum contra Turcas: quandoquidem Turca decies prudentior & probior est Principibus nostris.* Et infra, *De bis conqueror ex imo corde, cum ètis probis Christianis, vt*

mecum commiserantur semper eiusmodi stolidos, fatuos, insanos, furiosos, & amentes moriones. & in fine, Deus (inquit) nos ab ipsis liberet, alioquin nobis ex gratia det reges. Amē. Ita nimirū nouit Lutherus Principes ornare, atque ad obedientiam & reuerentiam magistratus populos adducere; sed ne solum vnum testē habeamus, quāuis omni exceptione maiorē, Illyricum mendacij, proferamus & alterū testem omni fide dignissimum. Imperator Carolus V. in edito Vormaciensi, quod Imperij Principibus vniuersis consentientibus edidit anno 1521. inter cetera de Luthero sic ait, *Obedientiam (inquit) & regimen omne prorsus tollit, unde populi ad defectionem, & rebellionem à suis tam spiritualibus, quam temporalibus dominis faciendā, ad rapinas, caedes, incendia, cum magno & manifesto Christiane Reipublice discrimine promouetur, quinimo cum vitā quādam solutam, licentiosam, atque ab omni lege explicitam, & verē ferinā inducere conetur, ita exlex homo leges ipsas omnes damnat & conuenit, ut decreta sanctorū Patrū, & sacros canones publico igni comburere nō formidauerit: facturus peiora ciuili iuri, si non magis seculi gladium, quam Pōtificis excommunicationes & censuras metuisset.* Hæc imperator. Quare si non mentitur Illyricus, mētur Cæsar cum vniuerso Romano Imperio: vtrū autem verissimilius sit, Augustū Cæsarem cum tot illusterrimis Principibus, an vnu Illyricum esse mentitum, nemo est qui nō videat. Sed quid si addamus & tertium testem, qui iam nō verbis, sed rebus ipsis, & factis clamat: vnde enim quāso prodiit ingēs illa rebellio rusticorū aduersus Principes an. 1525. ob quā breuissimo tempore in vna Franconia 192. nobilitū arces euerse sunt, & supra centum millia rusticorū caesa, nisi doctrina Lutheri? Quid aliud Principes Protestantes an. 1546. in ipsum suum Imperatorem Carolum V. armavit, nisi doctrina Lutheri? Cur tot annos Gallie vniuersæ in motu fuerunt nisi ob doctrinam Lutheri? Quis tot rebelles populos Regibus Fræcorum & Hispanorum fecit, nisi posteritas Lutheri? Quis denique Anabaptistas, qui palam magistratum omnem de medio tollunt in Germania peperit, nisi Lutherus? Et audet tamen Illyricus scribere, per Lutheri Euangelium defendi, atque ornari contra seductores Papistas politicos Magistratus.

MENDACIVM. II.

EADĒM pag. scribit Illyricus in hunc modū: *Cum antea prælatēs viri in politica gubernatione existētes falsa doctrina persuaderentur, se in quodam profano, carnali, Deoque parum grato vitæ genere versari, ac propemodū de salute sua desperare cogentur: eoque non raro, deserta sua diuinitus mandata, statione publico, & bono, se in latibula, signa, & que otium monasteriorum abderent: nunc contra ex verbo Dei certō sciunt nihil suo vitæ genere, si modō rectē, ac in fide filij Dei obseruatur, vel Deo gratius, vel etiā hominū generi vitilius esse.* Hæc ille: qui vna breui sententia quatuor mendacia comprehendit. Primū enim nullus vnquam probatus auctor in Catholica nostra Ecclesia docuit genus vitæ eorum, qui extra monasteria viuunt, parum Deo gratum esse, aut eiusmodi, vt qui in eo versantur, de salute desperare cogantur. quin potius in hæreticorū numero ponimus eos, qui talia docent: nam & S. Aug. lib. de hæc. c. 40. & S. Tho. qui Lutheranos iudicio supra modum Papista fuit, in 2. 2. q. 66. art. 2. scribunt hæreticos esse illos qui docent non habere spem salutis eos qui ducunt uxores, & res proprias possident, & denique non eo modo viuunt, quo ij qui dicuntur in Ecclesia Monachi: nec solum priuatos homines, sed etiā Principes, & Magistratus, atque adeo etiam milites, si Christiane viuant, Deo gratos esse, & spem salutis habere, passim Catholici docent, ac præsertim S. Aug. ep. 5. ad Marcellinum, & ep. 70. ad Bonificiū. & S. Tho. in lib. de Regimine Principū. Denique Magister Sententiarū, & cum eo Theologi scholastici omnes lib. 4. d. 26. & 33. apertissimè docēt, statū matrimonij bonū, licitum, sanctū, ac Deo gratum esse. Itaque eos qui in po-

litica gubernatione versantur, in parum Deo grato vitæ genere versari, vt penè desperare de salute cogantur, non doctrina liberet, sed mendacium Illyrici existimādū est.

MENDACIVM. III.

DEINDE quōd Illyricus addit eos, qui à politica administratione ad monasteria se conferunt, desere diuinitus sibi mandatam stationem, impudens quoque mendacium est: nam vbi (quāso) Deas mandauit, vt qui in politica gubernatione versantur, in ea perseuerent vsque ad mortem: qui magistratu funguntur, si rationibus suis cōsulere iudicent, abdicare se magistratu, quo verbo Dei prohibentur id facere? Quis ante Illyricum reprehendit, aut non potius vehementer laudauit sanctissimos viros Basilium, Nazian. Chrylost. Martinum, Paulinum, Aug. Greg. qui aut militia aut foro, aut Academia, au senatu, aut prætura seculari relicta, Deo soli seruire in monasteriis maluerunt? Laudant Germani Historici Lotharium Imperatorem, & Rachim Lōgobardorum Regem, quōd in monasteriis potius quàm in palatiis mori voluerint. Carolomanum, qui relicto principatu Fræico, monachatum elegit, diuino succensum amore fuisse scribit Abbas Vrpergensis, de quo etiam, ac de Rachi multa præclara scribit Leo Hostiensis in hist. Casinenf. De Cōnredo Rege Merciorum in Britannia ita scribit Beda lib. 5. hist. gentis suæ cap. 20. *Cōnredus, qui regno Merciorum nobilissimè tempore aliquanto præfuerat, nobilitis multo sceptrum regni reliquit: nam venit Romam, ibique attonsus, Pōtificatū habente Constantino, ac monachus factus, ad Limina Apostolorū in precibus, ieiuniis, & elemosynis vsque ad diem permansit vltimum.* Et infra: *Venit autem cum illo & filius Sigheri Regis Oriētaliū Saxonum vocabulo Offa, iuuenis amātiſsimæ ætatis, & venustatis, totique sue genti ad tēdā seruandæque regni sceptræ exoptatissimus, qui pari ductus deuotione mentis, reliquit uxore, agros, cognatos, & patriā propter Christiū, & propter Euangelium, vt in hac vitā centuplū acciperet, & in seculo vltimo vitā æternā: & ipse ergo, vbi ad loca sancta Romam peruenerit, attōsus, & in monachico vitam habitu completus, ad visionem beatorū Apostolorū in cælis diu desideratā peruenit.* Albertus Krantzius lib. 8. Saxonia: cap. 7. posteaquam scripserat in signem conuersionem Adolphi comitis Holstia:, qui propter Christum ex opulentissimo & potentissimo Principe pauperissimus monachus factus est, ita subiunxit: *Hic tum erat feryor in diuinam religionem apud nobilitatem.* Et infra: *Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Quis enim alius ex tam glorioso milite sacculi faceret tam humilem peditem Christi?*

MENDACIVM. IIII.

ET quoniam Illyrico ignauum otium appellare placuit vitam, quam post relictum seculum præclari isti herodes duxerunt, addamus pauca quædam de isto ipso Adolpho ex eodem libro Krantzij, vt videamus quàm delicato otio in Christi militia Adolphus frueretur. *Monasterium (inquit Krantzius) sui ordinis ipse manibus multa mollius in oppido Kijl, vbi nunc requiescit, curauit erigere, elemosynas suorū quondam subditorū humiliter poscens & accipiens: cūque multum sollicitū laboraret in erectione diēti monasterij in oppido Kijl, ibat ostiatim lac in hydriam mendicans, vt haberent operarij, & fratres, quo inter laborandum per astum rescicerentur: media iam platea, vbi declinare iter non poterat, ibat hydriam baiulans lacte plenam, & cum obuius habuisset filios sublimes in equis, Comitum more secularium, passus est humanitus aliquid, vt rubore cæperit perfundi, sed ille infremuit, & robur mentis aduocans, cū adhuc in conspectu essent filij, hydriam leuatam super caput euerit, sese totum à vertice lacte perfundens, dixitque, *Infelix erubuisi Christi pauperiem, baiulare lac in manibus: nunc vel in capite ostende quid portaueris, quis non iure miratur tantam humilitatem, patientiam, fortitudinem?* Hæc Albertus: porro his non dissimilia de Carolomanno refert Leo Hostiensis in Historia monasterij Casinenf.*

MENDACIVM. V.

SED veniamus ad postremum illud, crassissimumque mendacium, quod Illyricus effudit cum ait, *Nunc cōtra ex verbo Dei certō sciunt nihil suo vitæ genere, si modō rectē, ac in fide filij Dei, obseruatur, vel Deo gratius, vel etiā hominū generi vitilius esse.* Et vbi quāso est hoc verbum Dei? cur testimonium nullum proferunt: nam si nihil Deo gratius est, quàm vt homines vitæ huius negotiis, politicaeque administrationi se dedant; mentitur igitur Christus, cū ait adolescenti diuiti, *Si vis perfectus esse, vende omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni, & sequere me.* Matth. 19. & cū Maria contemplationem Marthæ actioni apertissimè anteposuit dicens: *Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit, que non auferetur ab ea.* Luc. 10. in quæ verba sanctus Augustinus, ser. 27. de verbis Domini, *Non tu marian, inquit, sed ista meliorem elegit.* Et de loco superiore disputans idem Augustinus in epist. 89. *Qui illius, inquit, perfectionis de vendendis rebus suis consilium tam grande, tamque præclarum non receperunt, & tamen à damnabilibus innumis criminibus eſurientem Christum pauperunt, nō sedebunt quidem cum Christo sublimiter iudicari, sed ad ipsius dexteram stabunt misericorditer iudicandi.*

SED quoniam de his rebus non est hic locus fufius disputandi, adiciam solum testimonium Eusebij, quo simul & Catholica Ecclesia sententia explicatur, & quatuor prædicta Illyrici mendacia refelluntur. Sic igitur loquitur Eusebius lib. 1. Demonstrat. Euangel. cap. 3. *Ceterum ille quidem (Moses) in tabernaculis inanimatis: hic autem (Christus) in mentibus vitæ præditis perfecta noui Testamenti documenta descripsit.* Et infra explicans hæc documenta, Duo, inquit, in Ecclesia Dei viuendi modi instituti sunt, alter quidem naturam nostram, & communem hominum vitæ rationem excedens, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens: totus autem prorsus à communi & consueta cunctorum hominum vitæ abhorrens, & soli diuino cultui ex immenso rerum cælestium amore addictus, qui hunc modum amplexi sunt, quasi ab hac mortali vitæ seueritate, ipsique duntaxat corpus in terra gerentes, cogitatione verò atque animo in ipso celo degentes, quasi quidam cæliues, reliquorum hominum vitam despiciunt: quippe qui pro vniuerso genere supremo omnium Deo sacra- ti sint: idque non boni mactationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore vllō, neque fumo, aut ignis deuoratione, consumptione corporum, sed rectis veræ pietatis sententiis, & purgati animi affectione, ad hæc operibus quoque & verbis, que à virtute proficiuntur, quibus rebus diuinitatem ipsam placantes, suum, & pro se ipsis, & pro alijs qui eiusdem sint generis, administrant sacerdotium, & talis quidem existit in Christianismo perfectus vitæ modus: alter verò remissior atque humanior: hic & modesto coniugio, & sobolis procuratore implicatur, & rei familiaris curam assumit, & iuste militantibus, que sint agenda describit, agros quoque, & mercaturam, aliumque magis civilem viuendi morem adiuncta religione non negligit: & his quidem secundus pietatis attributus est gradus, dum aptam huic ipsi generi vitæ præbet vitilitatem, vt nullus planè ab aduentu salutari separatur, sed omne genus hominum tam barbarorum quàm Grecorum Euangelicæ doctrine fructum percipiat. Hæc Eusebius.

MENDACIVM. VI.

PERGIT Illyricus in sequenti pagina, atque ait: *Sic etiam cū antea pedibus seductorum sædissimè proculcarentur, nunc se verbo Dei super omnem animam exaltatos esse cernunt, letanturque: de quo ingenti Dei beneficio meritò profectō omnes Magistratus illi maximas gratias agere deberent.* Non vnum, sed duo mendacia his paucis verbis comprehendī mihi videntur. Primum enim nec verbis, nec factis apud nos Magistratus & principes proculcan-

tur, nisi proculcationem fortasse voces, quod apertè docemus non licere Principibus diripere templa, monasteria spoliare, & bona Ecclesiarū quasi in prædam inuadere. Deinde quis vnquam sædius ac petulantius pedibus proculcauit Principes omnes ac Magistratus quàm Lutherus: quis enim Catholicorum vnquam ausus est Principes appellare pessimos nebulones, listores, carnifices, fatuos, stolidos, insanos, furiosos, amentes, moriones, & ipso Turca decies stultiores, & peiores, vt non semel eos appellauit Lutherus?

MENDACIVM. VII.

ALTERVM horribilius est mendacium, siquidem in ipsum Dei verbum mentitur Illyricus cū ait, Verbo Dei exaltatos esse Principes politicos super omnem animam: nec enim Paulus ait, omnis anima potestatis politice subdita sit, sed Rom. 13. *Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit.* Quocirca antequam Principes politicos exaltare incipias super omnem animam, ac proinde super ipsum etiam Summum Pontificem (de hoc enim potissima quæstio est) demonstrandū tibi erit, sublimiorem esse potestatem magistratus politici, quàm Ecclesiastici: id enim si facere non poteris, non verbo Dei, sed adulatione, & mendacio tuo exaltabis Principes politicos super omnem animam: quando quāso demonstrabis nobis politicum magistratum Ecclesiastico sublimiorem: num S. Apostolus non apertè omnes fideles, ne magistratu quidem excepto, Episcopis subiecit, cū ait Hebr. 13. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant tanquam rationem pro animabus vestris reddaturi?* Nōne S. Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues timore percullos, & Imperatorem irascentem, hoc modo alloquitur Imperatorem: *An me liberè loquentem aequo animo feretis: nam vos quoque potestati meæ, meisque subillis lex Christi subiecit, imperium enim ipsi quoque gerimus, addo etiam præstantius, ac perfectius: nisi verò aequum est, spiritum carni fasces submittere, & cælestia terrenis cedere.* S. quoque Ambrosius in oratione de tradendis Basilicis. *Nōne, ait, bonus Imperator intra Ecclesiam est, non supra Ecclesiam?* & S. Ioan. Chrysostomus hom. 4. in cap. 6. Iai. Maior, inquit, hic principatus, propterea Rex caput submittit manus sacerdotis. Denique (vt plurima prætermittam) S. Bernardus in epist. 183. ad Conradū Imperatorem. *Legi, inquit, omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit: quam sententiam cupio vos custodire in exhibenda reuerentia Petri Vicario, sicut ipsam vobis vultis ab vniuerso seruari imperio.*

MENDACIVM. VIII.

SED audiamus quid paulò inferius in eadem præfatione Illyricus dicat: *Deus, inquit, dici seuerissimè mandat, constare iam fermè toti orbi terrarum, nunquam à quoquam sædius & diuini vexatum oppressumque esse sacrosanctum imperium, eius Monarchæ & gloriosissimos Ordines, ac Status, & denique sedem eorum, amplissimam nempe, & vetustissimam gentem Germanorum, quàm à Romano Pontifice, vt omnes Historie vna voce copiosissimè narrant.* In his verbis triplex mendacium inest: ac primum quidem omnino mirabile, & inopinabile, atque vt Graci dicunt, *τοῦτον* est: Illyricus dicit, Deum seuerissimè mandare, vt dicatur Imperium Romanum, à Rom. Pontifice vexatum, & oppressum fuisse. vbi enim est hoc Dei mandatum: in quo Propheta, in quo Euangelista, in quo Apostolo hæc legisti? nisi forte Lutherum, non solum Heliam tertium, vt adhuc fecistis, sed etiam Deum alterum facias. Satis enim constat, Lutherum seuerissimè mandasse, vt quidquid mali fingi potest, in Romanum Pontificem dicatur.

MENDACIVM. IX.

ALTERVM est mendacium, Germaniam à nullo vnquam sædius oppressam, quàm à Rom. Pont. cū contra constet, à nullo vnquam plura beneficia Germaniam accepisse, quàm à Romano Pontifice: nam Dei agnitionem,

quo beneficio nullum est maius, per sanctos Episcopos, Maternum, Chilianum, & Bonifacium, diuersis temporibus à sede Romana missos, Germanos primùm accepisse, ne Illyricus quidem negare potest, quippe qui disertis verbis id scripsit Cent. 1. lib. 2. cap. 10. col. 624. & Cent. 7. cap. 1. col. 31. & Cent. 8. cap. 2. col. 2. Porro hoc vnum beneficium quod alia beneficia consequuta sint, facile perspiciet qui historias legerit: videbit enim, Germaniam, quae antè id tempus in summa barbarie debebat, quaque nec vrbes habebat, nec literas nouerat, neque vllum ciuilem cultum ferre posse videbatur, paulatim susceperat fide ad eum cedere & splendorem venisse, vt iam nulli prouinciæ cultus. Vide Senecam in lib. de gubernatione mundi c. 4. Strabonem lib. 7. de situ Orbis; Cornelium Tacitum de situ & moribus Germanorum. C. Cæsarem lib. 6. de bello Gallico. Deinde Imperium ipsum quo vno maxime Germania gloriatur, & Electorum Principum dignitatem, qua Imperium solidissimè in Germania confirmatum est, negat quidem Illyricus à Romana sede ad Germaniam deuenisse: sed id agnoscunt, & gratissimè confitentur ipsi Principes Germani; existant enim littere publicae, siue publicum instrumentum Principum Germanorum ad Nicolaum Pontificem eius nominis tertium, quarum litterarum hoc est initium: *Complectens ab olim sibi Romana mater Ecclesia quadam quasi germana charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decorauit, quod est super omne nomen temporaliter tantum praesidentium super terram: plantans in ea Principes, tanquam arbores praeelectas, & rigans illas gratia singulari: illud eis dedit incrementum mirandae potentiae, vt ipsius Ecclesiae auctoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum electionem, illum qui fræna Romani teneret imperij, germinarent.*

MENDACIVM X.

MENDACIVM tertium & quidem impudentissimum illud est, quod omnes historiae vna voce copiosissimè narrent, à nullo vnquam fœditis vexatam, & oppressam Germaniam, Cæsarem, Principes, atque Ordines imperij, quam à Roman. Pontifice. Nam si vnum aut alterum detrahas, qui odio nationis Italicae, aut Pontificis Romani, inuectiua potius quam historias conscripserit, historici penè omnes ornatam Germaniam à Pontifice Romano, non vexatam scribunt, quorum testimonia suo loco infra recitabuntur. Quod si quis à nullo vnquam fœditis vexatam & oppressam Germaniam, & Cæsares coederet, quam à Luthero atque Illyrico, is demum sanè non mentiretur: quid enim grauius Germania atque Imperatori accidere poterat, quam vt Caroli Magni imperium Antichristi opus esse diceretur, & scriberetur: Lutherus primus id affirmare ausus est, eumque Lutherani magno consensu sequuti sunt: nam vt Dauid Chytræus testatur in comment. c. 13. Apocalypsis, Lutherus, & plerique Lutheranorum Imperium quidem Germanicum à Papa constitutum scribunt, sed Papam in ea re Antichristum, & bestiam in Apocalypsi descriptam praclare egisse: proinde Germanicum Imperium non alio iure niti quam Antichristiano. Theodorus Bibliander in Chronico tabula 10. extrema, Lutherum sequutus, Leonem Papam usurpata auctoritate Imperium à Graecis ad Francos transfuisse scribit. Illyricus autem (vt supra diximus) Cent. 8. cap. 10. col. 751. vnum ex praecipuis Antichristi miraculis hanc ipsam Imperij translationem vocat. Praclare igitur Lutherus, & eius filij Chytræus, Bibliander & Illyricus, de Germania, & Imperio meriti sunt, qui Cæsarem Germanorum potentiam, & gloriâ, ad Antichristi praestigias, & tyrannidem referunt. Vide praeterea de innumerabilibus detrimentis, quae Germania attulit haeresis Lutherana, praefationem Ioannis Cochlaei ad librum de actis & scriptis Lutheri, Sed pergamus ad cætera.

MENDACIVM XI.

NON longè à mendacijs iam confutatis Illyricus

A Henricum 4. praclarissimum heroem appellat, atque iniuste à Papa oppressum fuisse scribit. Quod mendacium vno ore confutant scriptores ferme omnes, atque in primis Germani, quorum testimonia breuissimè adscribam, propterea quod frequentissimè ex abdicatione huius Henrici, tum Illyricus, tum ceteri Lutherani, inuidiam Romano Pontifici constare student. Stephanus Halberstatensis, vir sanctus, & doctus, scripsit viuentem Henrico 4. ad Vvaltram Episcopum prolixam epistolam, quae exstat apud Dodechinum additione ad Marianum Scotum anno 1090. in qua epistola sic ait: *Audi vera non fucata, audi fortia non facta: omnis qui dignitates spirituales vendit, haereticus est: dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Episcopatus & Abbatis vendit: etenim Constantiensem, Bambergensem, Moguntinensem, & plures alios pro pecunia: Ratibonensem, Augustensem, & Strasburgensem, pro gladio: Abbatiam Fuldensensem pro adulterio: Monasteriensem verò Episcopatum, quod dicere, & audire nefas est, pro Sodomitica immunditia vendidit: quae si impudenter negare volueris, teste caelo, teste terra, omnes etiam à furno redeuntis scitoli concludent hoc, Dominus Henricus haereticus est: pro quibus nefandis malis ab Apostolica sede excommunicatus, nec potestatem aliquam super nos, qui Catholici sumus, poterit exercere. Marianus Scotus & ipse Henrici Quarti aequalis in Chronico anni 1075. Haec, inquit, & similia nefanda, & inaudita Henrici Regis flagitia videntes & audientes fieri Catholici viri, per id tempus in Ecclesia constituti, cum Propheta Helia zelo Domini zelantes pro domo Israel, directis Romam nuncijs ad Alexandrum Apostolicæ Sedis Antistitem, haec ei, & alia quam plurima, quae in regno Teutonico insaniensibus Simoniacis haereticis, Rege Henrico auctore & patrono dicta & gesta sunt, tam literis quam viva voce gemendo ac dolendo conquesti sunt. Et infra: Gregorius, inquit, querimonijs, & clamoribus Catholicorum iustus aduersus Henricum, & scelerum eius immanitatem audiens, zelo Dei accensus, iam dictum Regem excommunicatum pronunciauit, maxime propter Simoniam: quod factum Catholicis quidem viris bene placuit, Simoniacis verò, ac fautoribus Regis nimium displicuit. ex quo Marianus testimonio non solum habemus, qualis Henricus 4. fuerit, sed etiam abdicationem eius ab ipsis Germanis procuratam fuisse: quod enim Gregorius Pontifex fecit, ad preces & querimonias Principum Germanorum fecit. Dodechinus Marianus continuator anno 1106. Henricum, inquit, hominem peruersum, & iusto iudicio ab Ecclesia electum constat manifestè. Idem auctor in Chronico anni 1090 & 1093. aded immania & horribilia scelera Henrici refert, vt puduerit me hic adscribere. Conradus Abbas Urspergensis in Chronico anni 1067. Henricus inquit, adolefcentia vsus libertate, Saxoniam solum ex omni Romano Imperio cepit incolere, Principes despiceret, nobiles opprimere, inferiores sustollere, &c. Et infra: Hic finis, hic interitus, haec fors vltima Henrici, illo sub vocabulo, quarti Romanorum Imperatorum à suis appellati: à Catholicis verò, id est, ceteris B. Petro suisque successoribus fide & obedientia lege Christiana cõseruantibus, archipirata simul, & haereticarum, nec non & apostata, persequiturque plus animarum, quam corporum cõpetere dicebatur.*

B Episcopatum, quod dicere, & audire nefas est, pro Sodomitica immunditia vendidit: quae si impudenter negare volueris, teste caelo, teste terra, omnes etiam à furno redeuntis scitoli concludent hoc, Dominus Henricus haereticus est: pro quibus nefandis malis ab Apostolica sede excommunicatus, nec potestatem aliquam super nos, qui Catholici sumus, poterit exercere. Marianus Scotus & ipse Henrici Quarti aequalis in Chronico anni 1075. Haec, inquit, & similia nefanda, & inaudita Henrici Regis flagitia videntes & audientes fieri Catholici viri, per id tempus in Ecclesia constituti, cum Propheta Helia zelo Domini zelantes pro domo Israel, directis Romam nuncijs ad Alexandrum Apostolicæ Sedis Antistitem, haec ei, & alia quam plurima, quae in regno Teutonico insaniensibus Simoniacis haereticis, Rege Henrico auctore & patrono dicta & gesta sunt, tam literis quam viva voce gemendo ac dolendo conquesti sunt. Et infra: Gregorius, inquit, querimonijs, & clamoribus Catholicorum iustus aduersus Henricum, & scelerum eius immanitatem audiens, zelo Dei accensus, iam dictum Regem excommunicatum pronunciauit, maxime propter Simoniam: quod factum Catholicis quidem viris bene placuit, Simoniacis verò, ac fautoribus Regis nimium displicuit. ex quo Marianus testimonio non solum habemus, qualis Henricus 4. fuerit, sed etiam abdicationem eius ab ipsis Germanis procuratam fuisse: quod enim Gregorius Pontifex fecit, ad preces & querimonias Principum Germanorum fecit. Dodechinus Marianus continuator anno 1106. Henricum, inquit, hominem peruersum, & iusto iudicio ab Ecclesia electum constat manifestè. Idem auctor in Chronico anni 1090 & 1093. aded immania & horribilia scelera Henrici refert, vt puduerit me hic adscribere. Conradus Abbas Urspergensis in Chronico anni 1067. Henricus inquit, adolefcentia vsus libertate, Saxoniam solum ex omni Romano Imperio cepit incolere, Principes despiceret, nobiles opprimere, inferiores sustollere, &c. Et infra: Hic finis, hic interitus, haec fors vltima Henrici, illo sub vocabulo, quarti Romanorum Imperatorum à suis appellati: à Catholicis verò, id est, ceteris B. Petro suisque successoribus fide & obedientia lege Christiana cõseruantibus, archipirata simul, & haereticarum, nec non & apostata, persequiturque plus animarum, quam corporum cõpetere dicebatur.

C LAMBERTVS Schafnaburgensis, in historia Germanorum, quam Henrico 4. regnante conscripsit, sic loquitur dum refert acta Regis anno 1073. Rex, inquit, tanquam seuerissimo pedagogo liberatus, statim in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus, modestiae & temperantiae frænis praecipitem se dedit. Albertus Krantzius lib. 5. Saxonia cap. 24. Mirum, inquit, & incomparabile rerum humanarum spectaculum & exemplum non vulgare, in quo contemplari possunt ima & summa. Si laudes requiris, (Henrici) nobilis, doctus, fortis, procerus, & rege dignus vultus, qui summam Reipublica tenuerit, annis quinquaginta. ceterum si in alteram partem respicias, incredibilia dictu flagitia, & pernix superbia aded sibi hominem dimidiarunt, vt potiores sibi

D partes

A partes in vno vendicarent, habeant Reges speculum vtriusque fortunæ in homine, qui vbi tolerabiliter se gessit, in summo verum mortalium fastigio effloruit: vbi verò versus est in reprobus mores, in extremam incidit calamitatem, non in morte lictum, non sepulturam accipiens. Ioan. Auentinus (quo auctore mirificè oblectari solet Illyricus) lib. 5. Annalium Boiorum, pag. 563. Henricum (inquit) stupris, amoribus, impudicitia, & adulterij flagrasse infamia, ne amici quidem negant. Ioan. Caluinus, summi Pontificis hostis acerrimus à veritate ipsa coactus ita scribit lib. 4. Instit. c. 11. §. 3. Imperator Henricus eius nominis quartus, homo leuis & temerarius, nullius consilij magnæ audacia, vitæ dissolutæ, episcopatus totius Germaniae habebat in aula sua partim venales, partim praedæ expositos. Habemus igitur quom sit verum, quod Illyricus scribit, cum tragicè deplorat iniustam oppressionem praclarissimi Herois Henrici IIII. Adduxi autem solum testimonia Germanorum, aut hostium Pontificiorum, ne vlla suspicio mendacij nasci posset, si ex Gallis & Italis scriptoribus testimonia petere-mus, quamuis ea non desint, & praesertim sanctissimorum vitorum, qualis in primis fuit S. Anselmus Episcopus Cantuariensis, qui Henrici aequalis cum esset, praefatione libri de azymo ad Vvaltram, Henrici 4. Neronis Domitiani & Diocletiani successore vocat. Sed de his haec tenus.

MENDACIVM XII.

IN eadem epistola dedicatoria non procul à fine scribit Illyricus, Concilium Tridentinum finitum esse sine omni cleri reformatione, elusis Casatis aliorumque Principum admonitionibus & petitionibus, qui reformationem cleri obnixè postulauerant. At mendacium hoc aperet coarguit ipsum Concilium, quod plenum esse decretis saluberrimis de reformatione, quodque extat, & legitur, & multis in locis magno cum fructu seruat.

MENDACIVM XIII.

NON procul ab eo loco subiungit Illyricus in hunc modum. *Exstat etiam verè aureus libellus centum importabilium grauaminum à toto Imperio in comitijs Norimberg. anno 1523. Papæ Adriano oblati.* Mendacium hoc hominis impudentissimi detexit Ioannes Cochlaeus in actis Lutheri anni 1523. vbi scriptum reliquit, nullum eiusmodi libellum in Comitijs imperialibus editum: sed cum in eo conuentu proposita fuissent quaedam grauamina, quibus grauari videbatur natio Germanica non solum à Rom. curia, verum etiam ab Episcopis & prelatibus Germaniæ, ea occasione Lutheranos edidisse librum de centum grauaminibus Germaniæ, omnia in Papæ odium augentes, aut malignè interpretantes.

MENDACIVM XIII.

SED vt ad finem epistolæ veniamus, Illyricus more insignium Oratorum, ad extremam partem orationis suæ splendidissimum mendacium referuauit: sic enim in extrema epistola loquitur. *Quod (inquit) ad meam personam attinet, testor coram Deo, me puram Christi religionem secundum Prophetica & Apostolica scripta, tria que Symbola amplecti, cuius aliqua summa in Augustana Confessione comprehensa est, quaque cum primitiua Ecclesiae religione optime conuenit: testor & insuper, me aded ab omnibus sceleris erroribusque à Rom. Imperio, & Augustana confessione damnatis abhorreere. Haec ille. Hoc esse mendacium, & quidem clarissimum, vt nullo modo regi vel excusari queat, duabus rationibus ostendi potest: primùm ex eo quod propria quadam ipsius Illyrici dogmata, quale est illud quod peccatum originis sit substantia, quod quæ ipse homo totus sit peccatum, manifestè pugnant cum scriptis Prophetarum & Apostolorum, cum doctrina Ecclesiae primitiua, cum Symbolis fidei, & cum ipsa etiam Confessione Augustana. sed quia longum esset haec persequi, & multi iam tum Catholici, tum Lutherani, editis libris hunc Illyrici errorem certissimis rationibus confutarunt, nihil hic addemus amplius.*

A ALTRA ratio expeditior & facilior est. Siquidem constat Romanum imperiũ non solum perpetuò coluisse Apostolicam sedem, quam Illyricus tanquã Antichristi sedem execra: ut, verum etiã nostro hoc saeculo publico edicto damnasse Lutheranam haeresim, cuius se patronum singularem Illyricus profitetur; ita vt omnino necesse sit, aut mentium esse Illyricum, cum ait se abhorreere ab erroribus ab Imperio Roman. damnatis; aut certe eundem Illyricum non Lutheranum, sed Papistam fuisse, cum hæc scripsit. Porro Apostolicæ Sedi perpetuò ab Imperio Romano debitam reuerentiam exhibitam fuisse, nec vllum fuisse Imperatorẽ à Carolo Magno, vsq; ad Rodolphum, qui nunc imperat, qui Romanum Pontificem, vt verum Christi Vicariũ non coluerit, in 12. capite demonstrabo, adductis praecipuè eorum Imperatorum testimonijs, qui cum certis Pontificibus inimicitias gesserunt, videlicet Henrici quarti & quinti, Frederici primi & secundi, Philippi, Othonis quarti, & Ludouici ite quarti. Damnata verò haeresim Lutheranam ab Imperio vniuerso, perspicuum est ex dicto Vormacienis, quod editum fuit anno 1521. Sic enim in eo edicto loquitur Carolus Quintus Imperator: *Ad honorem Dei omnipotentis, Romaniq; Pontificis, & sanctæ sedis Apostolicæ debitã reuerentiam, pro Imperiali dignitate officio, ac debito, necnon zelo ac studio, quo nostrorum maiorum more, & ingenita etiã nobis vi, ad defensionem Catholice fidei, sanctæque Romanae & vniuersalis Ecclesiae honorem, tuendam, & protectiõnem, omnes nostras vires & facultates, Imperium, Regna, Domina, amicos, vitam denique, & animam ipsam nostram exponere sumus parati: Ex Imperiali, & Regia auctoritate, necnon consilio, & assensu (Nota lector) Electorum, & omnium sacri Romani Imperij Principum, Ordinum, & Statuum in hac celeberrima & frequentissima Imperiali Dieta Vormaciae congregatorum, ad perpetuam rei memoriam, exequendo sanctissimi Domini nostri Papæ, veri in hac parte iudicis, sententiam, decretum, & condemnationem, in litteris Apostolicis (vt supra dictum est) ad nos directis, contentam, Martinum Lutherum, vt membrum ab Ecclesia Dei alienatum, vt obstinatum schismaticum, & notorium haereticum à nobis haberi declaramus, & vt talẽ à vobis omnibus & singulis habendum, decernimus & edicimus. Quid hic dices Illyricus: num adhuc testaris coram Deo te abhorreere ab omnibus erroribus ab Imperio Rom. damnatis? cur igitur in omnibus ferè tuis operibus Lutherum tuum vt Prophetam Germanicum, & Heliam tertium laudas, & in hoc ipso libro vbi iuras te sequi doctrinam Imperij Romani, tam crebrò Romanum Pontificem Antichristum vocas, & nihil aliud omnibus viribus tuis contendis, quã vt populos Christianos ab antiqua religione, & Apostolicæ Sedis reuerentia, & obedientia ad Lutheri haereses pertrahas, tam apertè ab Imperio Romano damnatas? Sed nimirum certum est tibi milles potius mentiri, & mendacia iureiurando confirmare, quam Lutherum deserere.*

D AT QVE hætenus de epistola dedicatoria. Iã in reliquo libro non facillè numerus mendaciorum iniri posset. idcirco paucissimis annotatis, reliqua taceri libenter patiemur: nam & ad maiora festinamus, & ex paucis quæ notabimus, facillè de reliquis coniecturam facere licebit.

MENDACIVM XV.

IGITVR cap. 1. pag. 13. *Fingunt* (inquit Illyricus) *Carolum ignorasse Papæ consilium, & decretum seu auis populique Romani de transferendo in eum Imperio. O mirum tum illorum silentium, tum & Caroli in explorandis rebus negligentiam, ac somnolentiã! Dicunt ei inuito & recusanti esse coronam, & nomen Imperatoris obtrusum. O miram, & praeposteram modestiam, aut etiam humilitatem Caroli! hæc ille. Atqui id fingi dicitur quod sine certo auctore asseritur. Ignorasse autem Carolum Papæ consilium de transferendo in eum Imperio, & recusanti planè atque inuito Imperium esse delatum, auctores certissimi, fidei que di-*

gniffimi narrat. Eginarthus, qui Caroli tempore vixit, & vitam ac res gestas Caroli ut testis oculatus summa fide scripsit. *Augusti*, inquit, *nomen primò tantum auersatus est (Carolus) ut affirmaret se eo die, quamvis præcipua solemnitas esset, Ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis consilium præcipere potuisset.* Conradus Abbas Vitergensis, vetulus & diligens auctor, in rebus Germaniæ præcipuè delatibendis, *Dum*, inquit, *ante confessionem B. Petri Apostoli ab oratione surgeret (Carolus) nihil minus speranti Leo Papa coronam imposuit, & Imperatorè Romanum pronunciauit.* Quod idem, ac iisdem penè verbis scripsit Ioannes Cuspinianus ab Illyrico non semel laudatus, in vita Caroli Magni, nec non Ioannes Auentinus, Illyrici delicia, lib. 4. annalium Boiorum, pag. 345. Non igitur Papista Italici finxerunt, quod tot testibus vel antiquissimis, vel hostibus Pontificum, Germanis certè omnibus comprobamus. Sed addamus etiam testimonium Alberti Krantzij, auctoris Germani, & ab Illyrico saepe citati, sic igitur lib. 2. Saxoniae cap. 18. Albertus Krantzius loquitur, *Cum nihil tale Carolus aut cogitaret, aut speraret, magis que recusaret alienum inuadere (ut supra diximus) Imperatoris honorem, infra missarum solennia, dum ante confessionem B. Petri Apostoli ab oratione surgeret, Papa ei coronam imposuit, & Imperatorcm Romanorum pronunciauit.*

MENDACIUM XVI.

AD DIT paulò post & aliud inigne mendacium, *Fingunt*, inquit, *item die Natalis Domini illam tam solennem actionem (Coronationis Caroli) idè; in templo esse habitam. Itane tam curtis diebus, tam sacro festo, & in tam multis sacris actionibus verisimile est, politicam, eamque tam grandem, difficilemque actionem esse peractam? ut stata illorum sacra, ritusque impedirentur à religioso Imperatore.* Hæc ille. Quis crederet tam impudentem hominem reperiri vnquam potuisse, qui rem decantatam historicorum penè omnium vocibus plurimisque oculatis testibus confirmatam, asserat esse figmentum? Annalès Francorum ipso tempore Caroli Magni scripti sic habent: *Ipse autem cum die sacratissimo Natalis Domini ad missarum solennia Basilicam B. Petri Apostoli fuisset ingressus, & coram altari, ubi ad orationem se inclinauerat, assisteret, Leo Papa coronam capiti eius imposuit.* Id ipsum cum de tempore, tum de loco disertis verbis testatur Eginarthus in vita Caroli; Paulus Diaconus, qui eiusdem Caroli æqualis fuit, lib. 23. rerum Romanarum; Regino Abbas libro 2. Chronicon, Ado Viennensis in Chronico, atate 6. Aimoinus l. 4. de gestis Francorum cap. 90. Conradus Abbas Vitergensis in Chronico anni 801. Demum recentiores plurimi, Paulus Æmilius, Albertus Krantzius, Ioan. Cuspinianus, Flavius Blondus, Baptista Platina, & alij. Sed fortasse hos auctores Illyricus nò legit: immò legit ac diligenter omnes euoluit, quippe qui eos tum in Centuriis, tum in hoc libro de translatione Imperij passim citat: & tamen adeò mendacis delectatur, ut fingat se nihil eiusmodi vnquam legisse; & audacter asserat esse figmentum Papistarum, & rem non modò non veram, sed nè verisimilem quidem.

Sed præterire non possum tergeminum quoddam mendacium, quod idem Illyricus in eodem cap. 1. pag. 9. scriptum reliquit. *Auder* (inquit) *Gelasius Papa ad Anastasium Imperatorem scribens 15. q. 6. can. Alius, affirmare Zachariam Papam deposuisse Hildericum Regem Francorum, & transfuisse in Pipinum Caroli Patrem; de quo tamen mendacium cum ille Glossa propria, Annonius historicus Francorum, & Rodolphus de Columba, redarguant: & infra, Tale mendacium cum ausus sit Papa ille confingere, &c.*

MENDACIUM XVII.

TRIA hic sunt manifesta mendacia. Primum asserit Illyricus à Gelasio Papa mendacium esse confictum de translatione regni Francorum ab Hilderico in Pipinum.

At Gelasius Papa, is qui ad Imperatorem Anastasium scribit, de quo loquitur Illyricus, obiit multò antè quàm Zacharias Pontifex, aut Pipinus, vel Hildericus Reges nascerentur. obiit enim Gelasius anno Domini 496. Zacharias autem, Pipinus, & Hildericus post annum Domini 700. floruerunt, de qua re nulla est inter historicos controuersia. Sed Illyricus (inquit) Gratianum sequutus est. At si mendum erat in Gratiano, quomodo tantus Historicus Illyricus id non aduertit? Aduertit omnino, quippe qui in Centuriis, Gelasij & Anastasij tempora amplius ducentis annis antiquiora fecit temporibus Zachariae, Pipini, & Hilderici, cum illa ad Centuriam quintam hæc ad octauam retulerit: sed pro more suo nullam mentiendi occasionem, vnde cunque oblatam, prætermittendam sibi esse censuit.

MENDACIUM XVIII.

MENTIVR 2. cum affirmat figmentum ac mendacium esse quod nostri affirmant, à Zacharia Pontifice Regium Francorum ab Hilderico in Pipinum esse translatum. Nam (ut supra diximus) id propriè fingitur, quod sine auctore probato dicitur: Plurimi verò grauissimique auctores constanter asserunt, quod nos dicimus. Annalès Francorum vetustissimi sic habent: *Data auctoritate sua (Zacharias) iussit Pipinum Regem constitui.* Et infra: *Secundum Rom. Pontificis sanctionem Pipinus Rex Francorum appellatus est.* Eginarthus in vita Caroli Magni, *Pipinus*, inquit, *per auctoritatem Romani Pontificis ex Praefecto palatii, Rex constitutus est.*

AIMOINVS lib. 4. de gestis Francorum c. 61. Pontifex (inquit) *allata auctoritate sua iussit Pipinum Regem institui.* Regino li. 2. Chronici, *Zacharias*, inquit, *per auctoritatem Apostolicam iussit Pipinum Regem creari, & sanctæ vntionis oleo unungi.* Lambertus Schafnaburgensis in historia Germanica, *Pipinus*, inquit, *decreto Zachariae Papæ per vntionem S. Bonifacij Rex appellatus est.* Sigebertus in Chronico, *Anno*, inquit, *750. Pipinus Princeps auctoritate Apostolica & Francorum electione à S. Bonifacio in Regem ungitur & consecratur.* Anno 752. iterum inungitur in Regem à Stephano Papæ. Heermannus Contractus in Chronico, *Anno*, inquit, *752. Pipinus auctoritate Stephani Papæ deposito ac decesso Rege Hilderico, Rex Francorum factus regnavit annis 15.* Marianus Scotus lib. 3. Chronici, *Zacharias*, inquit, *Papa ex auctoritate S. Petri Apostoli mandat populo Francorum, ut Pipinus, qui potestate Regia utebatur, etiam nominis dignitate fruereetur. Ita Hildericus Rex qui vltimus Merouingorum Franci imperabat, depositus, & in Monasterium missus est.* Conradus Abbas Vitergensis in Chronico, *Anno*, inquit, *750. Pipinus per auctoritatem Zachariae Papæ more Francorum electus ad Regnum, per manus S. Bonifacij eleuatus est in regni solium.* Et infra: *Stephanus (Papa) Pipinum sacra vntione in regie dignitatis honore confirmauit.* Otho Frisingensis li. 5. hist. cap. 22. *Auctoritate* (inquit) *Zachariae Papæ Pipinus ad Regnum eligitur.* Albertus Krantzius, lib. 1. Metropolis. cap. 14. *Meritò* (inquit) *summus Pontifex, & Galorum Rex mutuis se attollunt fauoribus, quando ab initio hæc sedes domui Caroli hoc præstitit, ut regiam haberet dignitatem.* Viderit iam Illyricus, vtrum nos finxerimus, Pontificis auctoritate Pipinum Regem creatum; an ipse potius nos hæc finxisse, more solito mentiatur.

MENDACIUM XIX.

POSTREMVM, sed dignum extremo loco, mendacium illud est, quo Illyricus affirmat, Papæ figmentum de translatione Regni Francorum ab Hilderico in Pipinum, Annonij auctoritate coargui. Nam (ut paulò antè citauimus) Annonius, qui & Aimoinus ab aliis dicitur, non Papæ, sed Illyrici mendacium verbis clarissimis reprehendit. Sic enim ait libro quarto ca. 61. *Pontifex data auctoritate sua, iussit Pipinum Regem institui.* Et infra: *Hoc anno secundum Romani Pontificis sanctionem Pipinus Rex*

Francorum appellatus est, & ad huius dignitatem honoris vntus sacra vntione manu sanctæ memorie Bonifacij Archiepiscopi & martyris. Quid clarius? Sed finem faciam mendaciorum commemorandorum, si vnus adhuc addidero, quod toto passim libro reperitur.

MENDACIUM XX.

SI QUIDEM in epistola dedicatoria, in prolegomenis, & in singulis ferè libri capitibus Illyricus queritur de Pontificiis adulatoribus, & parasitis, quòd audeat Imperium à Pontifice Romano ad Reges Francorum delatum scribere: nec veretur hanc ipsam translationem figmentum & fabulas appellare. At nos paulò post supra triginta historicorum testimonia proferemus, quorum cum alij Graeci, alij Galli, plurimi Germani, atque omnes penè veteres fuerint, ipsa tum nationis diuersitas, tum vetustatis auctoritas, omnem ab eis suspicionem falsitatis atque adulationis excludit. Sed præter ea testimonia quæ suo loco postèa producentur, producam nunc Martinum Lutherum, teste Illyrico, omni exceptione maiorem, quippe Prophetam atq; Euangelistam noui, & Romani Pontificis non modò non parasitum & adulatorem, sed etiam hostem acerrimum atque infestissimum: cui comites addam Theodorum Bibliandrum, ac Dauidem Chytraum, & ipsum quoque Flaccium Illyricum, qui in Romano Pontifice oppugnando, non multum Luthero cedunt. Dauid igitur Chytraus in commentario capitis 13. A pocalypsis, Lutheri sententiam, ac suam & aliorum quorundam Lutheranorum his verbis describit: *Lutherus & alij hæc partem visionis de nouo Imperio Romano per Pontificem illustrato enarrant. cum enim vetus Imperium Vrbs, & Caesarum Romanorum per Francos, Gothos, Vandalos, & alias gentes laceratum, & planè extinctum esset: Romanus Pontifex Leo tertius veteris illius Romani Imperij imaginem, seu simulachrum, & vmbra aliquam excitauit, cum Carolo Francorum regi nomen & titulum Imperatoris Romani anno Christi 800. attribuit, & spiritum, ac vitam imagini à se efflata dedit, ut formam aliquam veteris Imperij reserret, & loqueretur, ac leges sanciret de obedientia bestie & imagini ipsius præstanda. Nihil enim ferè potestatis & iuris habuit, vel usurpare ausus fuit Imperator Romanus in hac noua Imperij forma, nisi quantum Romanus Pontifex, aut bestia illi concessit.* Hæc ille.

THEODORVS autem Bibliander in Chronico suo, tabula decima propè extrema, de eadem imperij translatione sic loquitur, *Per Longobardos Imperatorem noua Roma Papa veteris Romæ expulsi ex Italia; ita Longobardos armis Francorum oppressit: eodemque iure, ac potestate Regnum Francorū transfudit à Merouingis ad Germanos principes, & Romanū Imperium à Grecis in Carolum Magnum. Et infra tabula vndecima, in Natali, inquit, die Christi Seruatoris post solennia sacra in templo sancti Petri magna voce proclamauit (Leo Papa) Carolum Imperatorem Augustum, ac diademate ornatum inunxit: simulq; filium Pipinum inunxit Italiae Regem. Ita Imperium occidentis, quod post Augustulum, ab Oëdacaro Germano depositum iacuerat annis 300. per Rom. Papam excitatum rursum, & in Regem Francorum, atque Germanorum translatum est. Papa quidem Romanus videri voluit gratiam referre Carolo de Romana Ecclesia optimè merito, appellans more Romano, Patricium, & Augustum, & Caesarum Romanum: Occulto autem iudicio Dei ad eam nationem Auctore Papa, & applaudente acclamantique populo Romano, Carolo Augusto à Deo coronato, magno, & pacifico Imperatori vita, & victoria, Imperium translatum est. Et infra: Auctoribus Papis à Pipino & Carolo Germanis Principibus, Longobardi Regnum Italiae amiserunt: quod Papa Leo, cum præclaro auctuario videlicet, Carolo Magno resignauit. Hæc Theodorus. Illyrici ac forniciorum eius Magdeburgensium Centuriatorum testimonium supra retulimus cap. 1.*

HABEMVS igitur multorum hostiū Pontificiorum

testimonia de translatione Imperij auctore Pontifice facta vsque adeò clara atque illustria, ut planè nesciam, an vlli scriptores ex iis quos Illyricus Parasitos Pontificis vocat, clarius de eadem re loqui potuerint. Atque hæc Illyrici mendacia hoc loco satis esse visa sunt: nam si singula persequi velimus, totus liber in mendacis numerandis & refellendis consumendus sit.

Sed ne fortè Illyricus gloriatur, ex Apocalypsi Ioannis demonstrari Pontificem Romanum esse Antichristum: obseruet prudens Lector, apud Ioannem nusquam legi, ab Antichristo sanandam eam bestiam, qua Romanum Imperium significatur. Siquidem vnus illud caput bestie, quod in Apocalypsi c. 13. dicitur moriturum, & paulò post opera draconis resurrectorum, non Imperium, vel Imperatorem, sed ipsum Antichristum designat, qui finget se mortuum, & opera draconis, id est, arte diabolica, paulò post iterum se ipse excitare videbitur, ut imitetur veram Christi mortem & resurrectionem. Ita hunc locum exponunt veteres, Gregorius lib. 11. epist. 3. Primasius, Beda, Haymo, Anselmus, Richardus Victorinus, & Rupertus Tuitiensis in commentario huius loci: & textus ipse omnino cogit, ut per illud bestie caput, non Carolum magnum, ut Lutherani volunt, sed Antichristum accipiamus. Illud enim caput bestie, ut Ioannes scribit, potestatem habuit solum mensibus quadraginta duobus, & blasphemabat Deum, & eos qui in cælo habitabant, & imperauit in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt illud omnes, qui habitant in terra: quarum rerum nulla conuenit in Carolum, aut in aliquem successorum eius, omnes verò omnium consensu in Antichristum quadrant. Neque enim Carolus magnus, in quo Imperium quodammodo reuixit, potestatem habuit mensibus tantum quadraginta duobus, sed annis ferè quatuordecim: neque Deum, aut sanctos, Carolus, vel eius successores blasphemauerunt, sed eos potius mirificè coluerunt: denique neque Carolus, neque vllus successorum eius, aut omnibus gentibus imperauit, aut ab omnibus gentibus adoratus est. Sed de his satis: nam in libro tertio de summo Pont. totum hoc argumentum accuratè tractauimus.

CAPVT III.

Refelluntur prolegomena Illyrici.

ETS I prolegomena Illyrici nihil sint aliud quàm ingens quoddam mendacium, quia tamen eius mendacij refutatio longior erit, quàm vt ad caput, quo mendacia continentur, commode possit adiungere: rectius esse duxi, si propriam disputationem ad prolegomena refellenda instituerem. Igitur Illyrici prolegomena tota consumuntur in variis fragmentis diuersorum auctorum recitandis, ex quibus ipse colligi dicit, ante annos 400. inter Adrianum 4. Pontificem & Fridericum 1. imperatorem litigatum esse, vtrum beneficio Papæ Germani Caesares imperarent: ac tandem post longam concertationem definitum, figmentum esse, quod vulgò fertur, Germanos Caesares Romanorum Pontificum beneficio imperare: sic autem exorditur, *Tota ista controuersia, an Imperium ex dono beneficiove Papæ ad Germanos peruenerit, iam olim, nempe ante 400. annos inter Fridericum primum, & Adrianum Papam quartum grauissimè agitata, definitaque fuit, ut ex sequentibus locis Historia Othonis Frisingensis, & epistolis illorum ipsorum Monarcharum ab Othone sue historie insertis patebit, quas hic ordine adscribam.* hæc ille. Vbi mentitur primò cum ait, controuersiam hanc ante annos 400. agitaram & definitam, controuersia enim quadam eo tempore agitata est, esset necne Imperium Romanum beneficio, id est, (ut ipsi loquuntur) Feudum Pontificis, vtrum autem imperium à Grecis ad Germanos, Pontificis auctoritate, translatum esset, in controuersiam tunc non venit. Sed res tota paulò post apertior fiet.

MENTIVR 2. cum addit ex historia Othonis Frisingensis narrationem hanc à se desumptam: non enim ex Othone, sed ex Radeuico ea desumpfit. Otho siquidē vir grauis & doctus, dedica opera narrationē illam totam in suo opere prætermisit, tanquam indignam videlicet, quæ inter alias res gestas Friderici, quem ipse laudandum susceperat, locum haberet: alioqui autem eadem Othopni res tota perspecta erat, quippè qui præsens interfuit, & litteras summi Pontificis ea de causa missas Imperatori interpretatus est, vt ex Radeuico cognosci potest li. i. c. 22.

MENTIVR 3. cum se ordine rem totam adscripturum dicit, cum contra potius studiosè nullum ordinem sequi videatur, vt ex enumeratione & discussione eorum quæ profert, manifestum fiet.

PRIVMVM igitur adfert narrationem Radeuici (quem ipse falsò vocat Othonem Frisingensem) ex lib. i. de rebus gestis Friderici c. 8. qua narratione continetur legatio duorum Cardinalium à Pontifice Adriano ad Imperatorem Fridericum missa, de qua nihil est quod dicamus, cum simplex rei gestæ narratio sit.

SECONDÒ adiuugit fragmentum epistolæ Adriani, quam legati illi attulerant. Fragmentum autem referre voluit Illyricus, non totam epistolam, vt lectori suo persuaderet, id potissimum in ea epistola egisse Pontificem, vt se Imperij Germanorum autorem ostenderet, neque Imperium aliud esse nisi beneficium, seu feudum Ecclesiæ Romanæ: nos igitur totam epistolam producemus, vt omnes intelligant, causam ob quam Summus Pontifex scripsit, non fuisse, vt Imperium Germanorum beneficium suum esse iactaret, cuius rei obiter solum mentionem facit, sed vt Imperatorem officij admoneret in sacrilegis hominibus puniendis.

Exemplum epistolæ Adriani Quarti ad Fridericum Primum, ex lib. i. cap. 9. Radeuici Frisingensis.

ADRIANVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilecto filio Friderico illustri Romanorum Imperatori salutem, & Apostolicam benedictionem. Imperatoria maiestati paucis retroactis diebus recolimus scripsisse illud horrendum & execrabile facinus, & piaculare flagitium tempore nostro commissum in Teutoniciis partibus, sicut credimus aliquando intentatum, excellentiæ tuæ ad memoriam reuocantes, non sine grandi admiratione ferentes, quòd absque digna seueritate vindictæ, & que nunc transire passus sis tam perniciosa sceleris feritatem. Qualiter enim venerabilis frater noster E. Lundonensis Archiepiscopus, dum à sede Apostolica remearet, à quibusdam impijs & scelestis, quod sine grandi mærore non dicimus, in partibus illis captus fuerit, & adhuc in custodia teneatur: qualiter etiam in ipsa captione prædicta, viri impietatis, semen nequam, filij scelerati, in eum, & in suos euaginatjs gladijs violenter exarserint, & eos, ablatjs omnibus, quam turpiter atque inhonestè tractauerint, & tua serenissimæ Celsitudo cognoscit, atque ad longinquas & remotissimas regiones fama tanti sceleris iam peruenit. Ad cuius vtiq; vehementissimi facinoris vltionem, sicut is cui bona placere, mala verò displicere credimus, constantijs exurgere debuisti; & gladium, qui tibi ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, est ex diuina promissione concessus, in ceruicem desuere oportuit impiorum, & grauissimè contereere præsumptores: tu verò ad ipsum ita dissimulasse dicis, seuitiam neglexisse, quòd eisdem non est quare pœniteat commississe reatum: quia impunitatem sacrilegij quod gesserunt, iam iam sentium inuenisse, cuius quidem dissimulationis & negligentie causam penitus ignoramus: quoniam nos in aliquo serenitatis tuæ gloriam offendisse, conscientie scrupulus nostrum animum non accusat, sed personam tuam sicut charissimi & specialis filij nostri, & Principis Christianissimi, quem in Apostolica confessionis petra nõ ambigimus per Dei gratiam solidatum, sincera semper dileximus charitate, & debite tractauimus benignitatis affectu. Debes enim glo-

Ariossime fili ante oculos mentis reducere, quam gratanter & quam iucundè alio anno mater tua sacrosancta Romana Ecclesia te suscepit, quanta cordis affectione traclauerit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit, & honoris: & qualiter Imperialis insignie coronæ libentissimè conferens, benignissimo gremio suo tua sublimitatis apicem studuerit conseruare, nihil prorsus efficiens, quod Regiæ voluntati, vel in minimo cognosceret obuiare: neque tamen pœnitet nos desideria tuæ voluntatis in omnibus impleuisse. sed si maiora beneficia excellentiæ tuæ de manu nostrâ suscepisset, si fieri posset, considerantes quanta Ecclesia Dei, & nobis, per te incrementa possint & commoda prouenire, non immeritò gauderemus. Nunc autem quia tam immanem facinus, quod in contumeliam vniuersalis Ecclesiæ, & Imperij tui noscitur etiam commissum, negligere ac dissimulare videris, suspicamur vtiq; ac veremur, ne fortè in hanc dissimulationem & negligentiam propter hoc tuus animus sit indutus, quòd suggestionem peruersi hominis zizaniam seminantis, aduersus clementissimam matrem tuam, sacrosanctam Romanam Ecclesiam, & nos ipsos indignationem (quod absit) aliquam conceperis, vel rancorem: ob hoc igitur, & ob alia negotia quæ cognoscimus imminere, ad nos de melioribus & charioribus quos circa nos habemus, dilectos scilicet filios nostros, Bernardum sancti Clementis presbyterum, Rolandum S. Marci presbyterum Cardinalem, & Cancellarium nostrum, viros vtiq; religione, prudentia, & honestate conspicuos; Serenitati tuæ de latere nostro ad præsens duximus destinandos, excellentiam tuam rogantes attentius, quatenus eos tam honorificè, quam benignè recipias, honestè tractes & ea quæ ipsi super hoc, & super alijs ad honorem Dei & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad decus etiam, & exaltationem Imperij pertinentia ex parte nostra Imperatorie proposuerint dignitati, sicut si ab ore nostro procedant, absque ulla hesitatione suscipias, & ipsorum verbis, tanquam si ea contingeret nos proferre, fidem non dubites adhibere.

HÆC est epistola Adriani, ex qua perspicuum est, modicè admodum, idq; necessariò, attigisse Pontificem coronationem Imperatoris, quæ anno superiore peracta fuerat: cum tamen præcipuum argumentum alio spectaret.

TERTIÒ loco ponit Illyricus reliquam narrationem historiae ex eodem Radeuico lib. i. cap. 10. Summa verò eius historia hæc est: Lectis Pontificis litteris Imperator, & qui cum illo erant Imperij Principes, cū verba illa Pontificis, Si maiora beneficia excellentiæ tuæ de manu nostra suscepisset, non immeritò gauderemus, in eū sensum accipissent, quasi dictū esset, Regnū atq; Imperium Germanorum non absolutū liberumq; imperium, sed feudū Rom. Pont. esse, in tantam iracundiā exarserunt, vt parū abfuerit, quin duos illos Cardinales continuò trucidarent: qui Cardinales, quāuis tandem à periculo vitæ liberati fuerint, tamen sine vlllo honore, sine literis Imperatoris, sine vlla responsione dimissi, iusti sunt quamprimū, via recta, id est, breuissima excedere ex Prouincijs Imperio subiectis, seuerissimèque interdictū illis est, ne ad vlla Episcoporum, vel Abbatum Germaniæ loca diuerterent. Interim verò Imperator litteras plenas acerbissimè scripsit ad omnes Imperio Rom. subiectos, quibus literis ne verbū quidem facit de criminibus quorū à Pont. admonitus, ac paternè castigatus fuerat, sed solū questus est, planè tragicè, iniuriā sibi à Pontifice factā, dū is imperij coronā suum beneficium appellauit. Hæc est illius historiae summa, in qua multa profectò admiranda occurrunt; primum quòd Imperator ad tā horreda sacrilegia, quorū in epistola summi Pont. admonebatur, omnino tacuerit, quasi ad se nihil attineret. Deinde & ex vnius verbi ambiguitate, quod tamè secundum propria significationē nihil offensionis habebat, tantam tragediā excitauerit, vt vix maior excitanda fuerit, si totius Imperij extrema ruina, certissimūque exitiū impendisset. Tertio quòd in ea epistola Romanum

Pontificem, S. Ecclesiæ caput, ac proinde se mēbrum eius (nisi ipse extra Ecclesiam esse velit) appellet: & tamē non modo isti capiti suo, isti Principi populi sui acerbissimè maledixerit, sed etiam legatos eius (qui apud quosuis barbaros, atq; etiam Ethnicos iure gentiū tuti fuissent), contra omne ius, & fas indignissimè violauerit. Postremò quòd vbi tandem ad firmamenta atq; præfidia causæ suæ explicanda peruenit, nihil attulerit, præter vnam, eamque leuissimam, ne dicam ineptam, ac puerilem argumentationem. Cū inquit per electionem Principum à solo Deo Regnum & imperium nostrum sit, qui in passione Christi Filij sui duobus gladijs necessarius regendum Orbem subiecit, cumque Petrus Apostolus hac doctrina mundum informauerit, Deum time, Regem honorificate: quicumque nos Imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa suscepisse dixerit, diuinæ institutioni, & doctrinæ Petri contrarius est, & mendacij reus erit. Hæc ille. Quæ certè argumentatio, si ad veræ rationis trutinam reuocetur, vereor ne prorsus indigna tanto Principe videatur: nam quod attinet ad duos illos gladios, quorum in passione Domini mentio fit, si quis paulò attentius Euangelium legat, non Cæsaris vnum, alterum Ecclesiæ sed vtrumque gladium Ecclesiæ, ac potissimum Petri esse videbit, quocirca si alterum Cæsar habet, non à solo Deo (vt Fridericus Imperator dicit) sed à Deo per Petrum habet, ita Imperatoris argumentatio aduersus ipsum suum autorem pugnat. Sed placet de hac ipsa re sancti Bernardi testimonium in medium adferre. Sic enim scribit lib. 4. de Consideratione cap. 3. Quid tu denudò vsurpare gladium tentes, quem semel iussus es ponere in vaginam? quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini, dicentis sic: Conuertere gladium tuum in vaginam, tuus ergo & ipse, tuo forsitan nutu, etsi non tua manu, euaginandus, alioquin si nullo modo ad te peruineret? is, dicentibus Apostolis, Ecce gladij duo hæc, non respodisset Dominus. Satis est, sed nimis est, uterque ergo Ecclesiæ, & spiritalis scilicet gladius, & materialis, sed is quidem pro Ecclesiâ, ille verò & ab Ecclesiâ exercendus est, iste Sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum Sacerdotis, & iussu Imperatoris. Hæc Bernardus. Illa autem qualis quæro argumentatio est: S. Petrus ait, Deum time, Regem honorificate; ergo cum Petro pugnat, & reus mendacij est quicumque dixerit Imperatorem Summi Pontificis beneficium imperare: quæ est hæc noua dialectica? ille Rex fortasse (iuxta præceptum sancti Petri) honorificandus non erit, qui ab alio regnum acceperit: quis ita insanit, vt hoc dicat Rex Catholicus ac potentissimus Philippus, regnum Neapolitanum feudum esse Romani Pontificis quotannis publicè profitetur; & tamen quis dicere audeat, non esse Regem Philippum à populo Neapolitano honorificandum, aut verba sancti Petri ad eum Regem nihil pertinere: quid quòd non solum Imperatoris Friderici argumentatio nihil efficit, sed etiam illa eius sententia, Regnum atque Imperium suum esse à solo Deo, nulla ratione defendi potest: nam quis omnium ignorat, humana Regna iure gentium constitui, dum populi communi consensu in vnum aliquem potestatem suam transferunt? id certè (vt cætera taceam) Leges ipsæ Imperatorie, disertè testantur. Lex hoc iure gentium, ff. de iustitia & iure. Si verò potestas Regis à populo est, quid est quod Fridericus ait, Regnum nostrum à solo Deo esse? quòd si & Imperium (post translationem à Græcis in Germanos) non à Pontifice, sed à solo Deo est; quæ causa fuit cur Fridericus in Italiam ad Pontificem veniret, atque ab eo ad Imperium prouehi postularer? hæc enim sunt verba, quæ nomine Friderici ipso præfente Friderico ad Pontificem Adrianum Bambergensis Episcopus fecit: Notum tibi esse volumus, Reuerende Pater, quia omnis Ecclesia de finibus orbis ad honorem Regni collecta, adduxit Principem suum ad tuam Beatitudinem, prouehendum per te ad culmen Imperij. Hoc

Ameretur nobilitas, prudentia, fortitudo, Dei timor, & Catholice pacis amor in corde illius regnans, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ cultus non vulgaris. Ecce te venientem excepit venerabundus, tuis sanctissimis vestigijs humiliter prouolutus. Ergo venerande Pater, tu circa ipsum peragas, vt quæ ei desunt de plenitudine Imperialis culminis, per tuam beatitudinis munificentiam suppleantur. Hæc ille, teste Alberto Kranzio libro sexto Saxoniae capite decimo sexto. Qua ratione igitur Imperium Friderici à solo Deo fuit, si Pontifex Adrianus ad Imperium illum prouexit, & imperialis culminis plenitudinem, qua illi deerat, contulit: & si munificentiam Pontificis Episcopus Bambergensis, Friderici ipsius orator, appellare non timuit illam coronationem Imperatoriam: quid est cur beneficium Pontificis eadem illa coronatio dici non possit: id ed pergamus ad cætera.

QUARTÒ loco addit Illyricus epistolam quandam Adriani Papæ ad Archiepiscopos, Moguntinum, Treuirensem, & Coloniensem, quam ex Auentino descripsit, de qua epistola nihil est quod dicamus, cum ea tota nostra sit. Id vnum annotandum erit, mentiri Illyricum cum ait: Adrianus nodum in scirpo quarit, Imperium esse beneficium Romani Sacerdotis, Augustumque precario duntaxat regnare asserit. Siquidem in tota epistola nusquam legitur nomen beneficij, neque Pontifex Adrianus eo loco asserit Augustū precario duntaxat regnare; quin contra potius affirmat, Regnum habere illū ex electione Principum suorum, à se autem nomē Imperatoris. Ex electione inquit Principum suorum habet nomen Regis, ex consecratione nostra habet nomen Imperatoris.

QUINTÒ Illyricus adiuugit epistolam quandam Friderici ad Adrianum ex Nauclero, quæ neque est ordine suo posita, neque facit ad rem: non enim illa scripta est tempore huius controuersie, de qua nunc agimus, sed aut antè, si credimus Nauclero in Chronico Gener. 30. aut postea, vt ex Radeuico libro secundo capite decimo octauo colligi videtur: si tamen hæc epistola illa est, cuius meminit eo loco Radeuicus, & non potius illa ab aliquo conficta. Scribit enim Radeuicus, Fridericum Imperatorem, vt indignationem conceptam in Adrianum solaretur, notario suo imperasse, vt in scribendis epistolis ad Pontificem nomen suum nomini Pontificis anteponeret, & dictionibus singularis numeri ipsum alloqueretur. Hæc autem epistola, quam ex Nauclero produxit Illyricus, contendit quidem nomen Imperatoris præponi debere, cum Imperator ad Pontificem scribit, perpetuò tamen Pontificem alloquitur in numero multitudinis. Quid quòd hæc ipsa epistola non parum officit causæ eiusdem Friderici? Nam inter cætera scribit epistola auctor, Syluestrum ante Constantini donationem nihil regalium habuisse: ex quo satis aperte videtur agnoscere vt veram atque legitimam Constantini donationem, quæ apud Gratianum habetur distinctione nonagesima sexta, can. Constantinus: porrò illa donatio non solum urbem Romam, atque Italiam vniuersam, sed etiam omnes Occidentalis Imperij Prouincijs complectebatur. quod si ita est, vnde postea Occidentale Imperium ad Carolum & successores peruenit, nisi ex dono ac beneficio Pontificum Romanorum, nisi fortè Carolus Magnus (quod nefas est cogitare) sacrilegè eripuerit sancto Petro, quod ei piè donauerat Constantinus. Vides igitur hanc epistolam vel esse confictam, vel ipsi causæ Friderici atque Illyrici maius detrimentum adferre, quàm attulerit omnia verba, atque omnes legationes Pontificis Adrianice enim Adrianus vnquam tam luculenter dixit, aut scripsit, Germanos Reges Apostolicæ sedis beneficio imperare, quàm id ipsum Fridericus scripsit, si ipsius illa epistola est.

SEPTÒ producit Illyricus ex Othone Frisingensi libr. 2. de rebus gestis Friderici cap. 21. legationem populū

Romani ad Fridericum, & Friderici responſionem: nihil autem horum loco ſuo ponitur, nec ad rem facit: nam iſta legatio populi Romani miſſa eſt ad Fridericum, cum iſe ad Urbem propinquaret cauſa coronæ Imperialis à Pontifice petenda: controuerſia autem illa de Imperio ſine beneficio Pontificis an non, ſequenti anno, coronatione iam peracta, exorta eſt, porro ad rem iſta non faciunt, cum non ſit noſtra quaſtio de populo, ſed de Pontifice Romano, tantum verò abeſt, vt ea legatio populi Romani Pontificis iuſſu, vel conſilio, aut conſenſu miſſa ſit ad Fridericum, vt potius (Othone teſte, ibidem) Adrianus legationem illam improbauerit, & paulò poſt, iſdem repugnantibus Romanis, Fridericum coronauerit. Vides igitur (Lector) quàm verè initiò dixerit Illyricus, ſe ordine ſubiecturum quæ ad præſentem controuerſiam pertinerent.

SEPTIMÒ addit ex Radeuico (quem falſò Othone vocat) libro ſecundo capite trigefimo de rebus geſtis Friderici, epiſtolam Eberhardi Epifcopi Bambergensis ad Eberhardum Archiepiſcopum Saltzburgenſem: nec non responſionem quandam Friderici Imperatoris ad quandam ſummæ Pontificis legationem: quæ ſimilia ſunt ſuperioribus, id eſt, neque narrantur ordine ſuo, neque pertinent vllò modo ad rem.

OCTAVÒ profert ex libro primo cap. decimo quinto, & decimo ſexto Radeuici (quem ipſe omnino Othone Frifingenſem vult videri) fragmentum epiſtolæ Adriani ad epifcopos quòſdam Germanos; & responſionem eorundem ad Pontificem. Ac nunc tandem Illyricus poſt longos errores domum redit. Iſta ſiquidem dua epiſtolæ (ſi ordo tenendus ſit) proximè ſequuntur poſt eam narrationem, quam tertio loco Illyricus recitauerat: cætera quæ interiecta ſunt, ac præcipuè quintum, ſextum, & ſeptimum, inter paterga numerari poſſunt: neque alia de cauſa infera videntur, niſi vt augeant prolegomena, & lectoris mentem confundant. Tameſi autem hæc omnia quæ octauo loco ab Illyrico produciuntur, ad rem præſentem faciunt, nihil tamen habent quod reſellendum ſit, cum nihil ferè aliud contineant, quam repetitionem ſuperiorum: vnum eſt duntaxat, quod non tam refutatione, quam animaduerſione indiget, argumentum videlicet quod Illyricus præmittit ante epiſtolam Præfulum Germaniæ ad ſummum Pontificem, quod quidem eiufmodi eſt: *Reſponſio Præfulum Germanorum ad prædictas litteras Pontificis, quibus reprehendunt illud Papale ſigmentum, & morant vt id noua legatione ac ſcriptione reuocet: præterea nouam illam elegantiam ſermonis: Reſponſio Præfulum, quibus reprehendunt: ſed mendacium præterire non poſſum; neque enim in tota illa epiſtola vlla mentio ſit Papalis ſigmenti; neque admonetur Pontifex, vt reuocet quidquæ: ſed ſolùm vt exulceratum animum Principis ex verbi cuiuſdam ambiguitate, nouis litteris lenire, ac mitigare velit: hæc enim ſunt illorum verba, De cætero Sanctitatem veſtram ſuppliciter rogamus & obſecramus, vt noſtra parcatis infirmitati, vtq; magnanimitatem filij veſtri, ſicut bonus Paſtor leuatis ſcriptis veſtris ſcripta priora ſuauiſſime mellitæ dulcorantibus.*

NON ò addit legationem ac litteras Pontificis Adriani ad Fridericum, quibus verbi ambiguitate expoſita, continuò animus Principis mitigatus eſt. Sed verba Illyrici audiamus. *Noua* (inquit *litteræ ac legatio Papa, qua totum illud ſuum ſigmentum de beneficio Imperij Germanis collato, artiſicioſa interpretatione tollit, ac non obſcurè recantat, polliceturque ſe poſthac Imperij iura minimè violaturum eſſe.* Hæc ſunt Illyrici verba: in quibus duo ſplendida mendacia continentur: extrant enim litteræ legatæ Pontificis Adriani apud Radeuicum libro primo capite 22. in iis autem non retractat Pontifex vllum ſigmentum, nec ſe iura Imperij poſthac non violaturum promittit, ſed arguit Imperitiam eorum qui Friderico ſuggeſſerāt,

A beneficium coronationis feudum ſignificare. Hæc enim eſt epiſtola Pontificia: *Ex quo vniuerſalis Eccleſiæ curam Deo, prout ipſi placuit, diſponente ſuſcepimus, ita in cunctis negotiis magnificentiam tuam honorare curauimus, vt de die in diem animus tuus magis ac magis in amore noſtro, & veneratione Sedis Apoſtolicæ debuifſet accendi: vnde ſine grandi admiratione non ferimus, quòd cum audito, ex ſuggeſtione quorundam animum tuum aliquantum contra nos fuiſſe commotum, duos de melioribus & maioribus fratribus noſtris, Rolandum ſcilicet Cancellarium tit. S. Marci, Bernardum tit. S. Clementis præſbyteros. Cardinales, qui pro tua maiestatis honore in Romana Eccleſia ſoliciti ſemper exiſterant, pro voluntatis tue cognitione ad tuam præſentiam deſtinauimus, aliter quàm Imperialem decuerit honorificentiam, ſunt tractati. Occaſione ſiquidem cuiuſdam verbi, quòd eſt, Beneficium, tuus animus (ſicut dicitur) eſt commotus, quòd vtiq; nedum tanti viri, ſed nec cuiuſlibet minoris animum meritò commouifſet. Licet enim hoc nomen, quòd eſt Beneficium, apud quòſdam in alia ſignificatione, quàm ex impoſitione habeat, aſſumitur, tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quam nos ipſi poſuimus, & quam ex inſtitutione ſua noſcitur retinere: hoc enim nomen ex bono & factò eſt editum, & dicitur beneficium apud nos, non feudum, ſed bonum factum, in qua ſignificatione in vniuerſo ſcripturæ ſacræ corpore inuenitur, vbi ex beneficio Dei, non tanquam ex feudo, ſed velut ex benedictione, & bono factò ipſius gubernari dicimur & nutrirī. Et tua quidem magnificentia liquidò recognoſcit, quòd nos ita bene & honorificè Imperialis dignitatis inſigne capiti tuo impoſuimus, vt bonum factum valeat ab omnibus iudicari, vnde quidam verbum hoc, & illud ſcilicet Contulimus tibi inſigne Imperialis corona, à ſenſu ſuo viſi ſunt ad alium retorquere, non ex merito cauſæ, ſed de voluntate propria, & illorum ſuggeſtione, qui pacem Regni & Eccleſiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt; per hoc enim vocabulum, Contulimus, nihil aliud intelleximus niſi quòd ſuperius dictum eſt, impoſuimus. Sane quòd poſtmodum perſonas Eccleſiaſticas à debita ſacroſancta Romana Eccleſiæ viſitatione (vt dicitur) reuocare iuſſiſti, ſi ita eſt, quàm inconuenienter actum ſit, tua, fili in Chriſto chariſſime, diſcretio, vt credimus, recognoſcit, nam ſi aliquid apud nos amaritudinis habebas, per nuncios & litteras tuas fuerat intimandum, & nos honori tuo curauifſemus, ſicut filij chariſſimi, providere. Nunc igitur ad ammonitionem dilecti filij noſtri Henrici Baiariæ & Saxonie Ducis duos de fratribus noſtris, Henricum tit. ſancti Nerei & Achillei, & Iacintum ſanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconum, Cardinales, prudentes ſiquidem & honeſtos viros ad tuam præſentiam deſtinauimus, ceſtitudinem tuam monentes & hortantes in Domino, quatenus eos honeſtè ac benignè recipias, & quòd ab eis ex parte noſtra tua magnificentia fuerit intimatum, à ſinceritate cordis noſtri nouerit tua excellentia proceſſiſſe: ac per hoc cum ciſdem filiis noſtris, mediante iam dicto filio noſtro Duce, ita ceſtudo tua ſtudeat conuenire, vt inter te ac matrem tuam ſacroſanctam Romanam Eccleſiam nullius diſcordiæ ſeminarium debeat remanere. Hanc epiſtolam totam ne vno quidem verbo omiſſo adſcribere volui, vt Illyrici mendacia ex ipſa epiſtola reſutarentur. Vbi enim obſecro eſt illa ſigmenti Pontificij retractatio: Dixerat Pontifex in priore epiſtola quam etiam ſuprà totam adſcripſimus, ſe Friderico cum iſe Romam ad coronam acciperendam veniſſet, lato animo occuſiſſe, ac plenitudinem dignitatis, id eſt, Imperialis coronæ inſignia contuliſſe, quòd ipſum Friderici nomine orator ipſius Epifcopus Bambergensis (vt ex Krantzio ſuprà citauimus) à Pontifice poſtulauerat, deinde de hac ipſa coronatione loquens, addiderat in litteris ſuis idem Pontifex, non modò ſe non moleſtè ferre, quòd ea contuliſſet, ſed etiam non immeritò gauifurum, ſi maiora beneficia de manu ſua Caſar accipiſſet,*

B

C

D

quo loco beneficium quod in Imperatorem à Pontifice ſignificatur collatum, non poteſt vllò modo aliter accipi, niſi quis de induſtria cauillari velit, quàm vt ad coronationem Imperialem referatur. Quid igitur Papa retractat; quid reuocat; quid recantat, (vt verbo vtar Illyrici) cum nomine beneficij non ſe feudum aliquod, ſed coronationis munus intellexiſſe dixit? Neque verò rectè colliget iam Illyricus, Non dicit Papa Imperium Germanorum feudum eſſe Pontificis; ergo ſigmentum eſt quòd Adrianus, quòd Innocentius Tertius, quòd omnes hiſtorici dicunt, Imperium à Græcis ad Francos Pontificis auctoritate eſſe tranſlatum: nam etſi non dixit Adrianus Imperium eſſe feudum, non tamen dixit non eſſe: & licet non eſſe dixiſſet, non tamen continuò ſequeretur, falſam eſſe tranſlationem Imperij; aliud enim eſt, Imperium ab vna gente ad aliam transferre; aliud verò, feudum conſtituere. Deinde in quo angulo epiſtola Adriani latet id quòd Illyricus in argumento poſuit, cum ait, Pollicetur ſe poſthac Imperij iura minimè violaturum? certè epiſtolam totam audiuiſſus, ac ne ſyllabam quidem vnam de hac pollicitatione reperimus. Sed video vbi fundamentum mendacij ſui Illyricus conſtituerit, quòd nimirum Radeuico Frifingenſis, poſteaquam epiſtolâ Adriani operi ſuo inferuerat, ſubiunxit continuò, illis litteris Imperatorem placatum benignè deinceps cum legatis Rom. Pontificis egiffe. Legatos verò Imperatori promiſiſſe, Præfulum Romanum honorem atque iuſtitiam Imperij illibatam ſemper conſeruaturos. At illa pollicitatio Legatorum ſuit, non ipſius Pontificis: neque Legati polliciti ſunt Præfulum Romanum iura Imperij poſthac non violaturum, quaſi aliquando antea violafſet: ſed illibata, vt ſemper fecerat, perpetuò conſeruaturos. Siquidem iidem Legati (Radeuico teſte) cum primùm Imperatorem alloquerentur, ei; litteras Apoſtolicas traderet, præfati ſunt, ſine vlla iuſta cauſa aduerſus Romanam Eccleſiam Imperatorem fuiſſe commotum, hæc enim ſunt illorū verba: *Quanta dilectione ſancta Romana Eccleſia amplitudinè & honore imperij veſtri amplectatur, quàm ſine conſcientia peccati veſtra ſatis inuicta ſuſtinerit indignationem, & ſcripta præſentia, & in ore noſtro poſtea vna vocis officiū declarabit. Ex quib; verbis ſatis profectò manifeſtè colligitur, nūquā veniſſe in mētē Legatis, vt violata fuiſſe à Romano Pontifice iura Imperij dicerent, proinde mendaciū eſt Illyrici, promiſiſſe Pontificè Friderico, ſe poſthac Imperij iura minimè violaturū.*

ADDEIT poſtremò in prolegomenis ſuis Illyricus ex historia Abbatis Vrſpergenſis, Adriani Pontificem iterum ab Imperatore diſſidere cœpiſſe, atque eo vſque progreſſum diſſidium, vt tandem Imperator à Pontifice excommunicaretur: ſed paulò poſt diuino miraculo Pontificem, dum iſe recentem aquam ex fonte biberet, à muſca quæ os eius ſimul cum aqua intrauerat, apud Anagninam exſtinctum. Veruntamen hæc non veram hiftoriam, ſed improbabilem fabellam eſſe, ex eo poteſt intelligi, quòd Abbas Vrſpergenſis ex Ioanne quodam Cremonenſi, auctore obſcuro, & ſchiſmatico, eam narrationem refert: ille verò non alium teſtem producit, quòd incertum rumore vulgi: *Cum veniſſet* (inquit) *ad quendam fontem, hauſit de potu illius, & continuò* (vt dicitur) *muſca quedam os eius intravit, & gutturi eius adhaſit, nullòque artiſicio medicorum auelli potuit, quoaduſque ſpiritu exhalaret.* Hæc ille. Quocirca tota fides huius rei pendet ex illo (vt dicitur) hoc eſt, ex falſo rumore, quem auuli fortè ſparſerunt. Porro Radeuicus lib. 2. cap. 43. honorificè deſcribit obitum ac ſepulcrum Adriani, quòd idem faciunt Platina, Martinus Polonus, & alij, qui Pontificum vitas deſcribunt. Ioan. Nauclerus in Chronico, genet. 39. ſcribit ſuſpicari ſe narrationem illam Cremonenſis aſſeſſu potius quàm veritate ſcriptam. Sanctus autem Antoninus in ſumma hiftorica, parte 2.

A tit. 17. cap. 1. §. 9. ex Helinando refert, Adrianum virum optimum fuiſſe, vt nullo modo probabile ſit, eum talem exitum habiturum, qualem Cremonenſis dicit. Denique ſi res eſſet vera, qui fieri poſſet, vt mors tam noua & inſolens à nullo certo ſcriptore annotata fuiſſet? At Fridericum Imperatorem, qui nō ſolùm cum Adriano diu contendit, ſed etiam Alexandrum ſuccefſorem Adriani ita vexauit, vt tres antipapas aduerſus eum Imperiali potentia fouerit, non incertus rumor, ſed teſtes certiffimi, id eſt, omnes Hiſtorici teſtantur, in Armenia à ſumme quodam abſorptum miſerrimè periſſe: de quo ſic ſcribit Gulielmus Neubrigenſis, eius temporis auctor, in lib. 4. rerum Anglicarum cap. 13. *Fridericus Imperator Teutonius, iter Hieroſolymitanum ingreſſus, cum in gurgitè ſuuij equo ſtimulato proſiſſet, in momento ſuffocatus: interit. O abyſſus multa iudiciorum Dei! vir tantus, & qui diuino quodam ſeruore reliſtis deliciis, opib; que Imperij, mille ſe expoſuerat propter Chriſtum periculis, iam ſubuo mije-roque caſu abſumitur: peccatum tamen eius tantum & tale elucet, quòd fortè in Imperialibus nō potuerit delictis expiari, atque idè oportuerit, ne æternaliter pieſteretur. pia diuinitatis promiſſione in hac vita ſeuereus caſtigari. Siquidem nefarij ſchiſmatis ſub venerabili Papa Alexandro principis fauor exiſterat, & pacis Eccleſiaſticae per Imperiale potentia multo tēpore perturbator, tandè verò perſpicuè dans palmā veritatis, minus tamè in deliciis palatij placuare malum diſcuerat. Hæc ille. Addit aut Abbas Vrſpergenſis in Chronico, poſt abſorptum (vt dictum eſt) à ſumme Fridericum, exercitū eius, aut aëris intēperie, aut abundantia ciborū morbo contracto, penè totū breuiſſimo tempore conſumptum. Ita ſententiā Adriani Pontificis, quæ exiſtat in epiſtola ad Epifcopos Germaniæ apud Radeuicum lib. 1. c. 16. veriſſimam fuiſſe, rei euentus comprobauit. ſic enim ille ſcripſerat, *Non acquieſcat idè filius noſter conſiliis iniquorum, conſideret nouiſſima, & antiqua, & per illam viam incedat, per quam Trifidmianus, & alij Catholici Imperatores inceſſiſſe noſcuntur: exemplo ſiquidem, & imitatione illorum, & honorem in terris, & feliciter in caelis ſibi poterit cumulare. Vos etiam, ſi cum ad reſtam ſemitam reduxeritis, & B. Petro Apoſtolorum Principi gratum dependentis obſequium, & vobis & Eccleſiis veſtris conſeruabitis libertatem. Alioquin nouerit antedictus filius noſter ex admonitione veſtra, nouerit ex promiſſionis Euangelicæ veritate, quòd ſacroſancta Romana Eccleſia, ſuper firmiſſimam petram Deo collocante fundata, quantociuſque ventorum turbine quatitur, in ſua infirmitate, protegētē Domino, in ſeculum ſeculi permanebit.* Hæc ille, tū cum ardore iuuenili, & Imperiali potentia Fridericus Eccleſiæ minaretur. Sed cum ſinem tragædia illa habuit, quem Adrianus prædixerat. Siquidem poſt annum decimum nonum grauiffima perſequutionis, præualuit tandem Eccleſia & Fridericus Imperator Calliſto antipapa, quem ad eam diem fouerat, abdicare coactò, ſe ſe vero Pontifici Alexandro ſubiectit, vt ſcribunt probati hiſtorici, Abbas Vrſpergenſis in Chronico, Platina in vita Alexandri, Gulielmus Neubrigenſis rerū Anglicarum lib. 3. cap. 2. Gulielmus Epifcopus Tyri de bello ſacro lib. 18. cap. 26. & alij. neque tamen hac humilitate illud à Deo impetrare potuit, vt non etiam morte horribili, ac totius exercitus interitu peccatum eius in Eccleſiam ſeuereſſimè puniretur. Atque hæc de prolegomenis.*

CAPT IV.
Imperium Romanum tranſlatum à Græcis ad Francos Summi Pontificis auctoritate, Hiſtoricorum teſtimoniis demonſtratur.

EMPTVS iam eſt vt ad ipſam cauſam propiùs accedamus; atque vt ordine progrediamur, principio quid ſit quòd quaeritur, ſine ſtatim cauſæ breuiter exponemus. deinde ſententiam noſtram certiffimis rationibus comprobabimus.

IGITUR Romanum Imperium tametsi ante Constantini tempora, modò ab vno, modò à pluribus Augustis pari potestate regeretur, vnum tamen atque indiuisum censebatur. Deinde vero postquam Magnus Constantinus Constantinopolim quasi alteram Romam edificauit, & cum ea alterum Consulem, alterum Senatorem, & omnia Romanæ Urbis priuilegia communicauit, diuisum est Imperium in partes duas; quarum altera imperium Orientis, altera Occidentis appellari cœpta est, & quemadmodum ante Constantinum Principem, indiuisum Imperium aliquando plures Augusti administrabant, sæpius vnus ac solus regebat: ita post Constantinum, Imperium iam diuisum plerumque duo Cæsares tenuerunt, rarò vnus ac solus Princeps gubernauit. Siquidem Constantino vita functo anno Domini 341. Occidentale Imperiũ Constantino iuniori & Constantio, Imperium Orientis Constantio cessit: post Constantini autem & Constantis excessum, anno 353. Constantius solus vniuerso Imperio præfuit. Constantio Iulianus, Iouianus Iuliano successit. Sed post obitum Iouiani, Valentianus, qui Iouiano successerat, Imperio Occidentis contentus, Orientale Imperium Valenti fratri attribuit anno Domini 368. atque ex eo tempore vsque ad annum Domini 476. id est, vsque ad Augustulum, Imperatores diuersi diuisum Imperium tenuerunt. Augustulo verò ab Odoacre Herulo abdicare coactò, atque Imperio Occidentis à Barbaris occupato, soli Imperatores Orientis, & in solo Oriente regnarunt vsque ad Iustinianum. Sed cum hic opera Belisarij & Narcetis, fortissimorum ducum, Africam & Italiam, inde Vandalis, hinc Gothis exactis, recuperasset, tandem anno Domini 556. iterum ab vno Imperatore Oriens & Occidens administrari cœptus est. Sed cum Imperator Græcus esset, & Italiam per Exarchos regeret, nec eam ab infestatione Longobardorum tueri iam posset; anno 801. ineunte, ipso die Natalis Domini, creato in vrbe Roma nouo Imperatore Carolo Magno Rege Francorum, ac per hoc translato Occidentali Imperio à potestate Græcorum ad Francorum ditionem, iterum Rom. Respublica rediit ad eum statum in quo eam Constantinus Magnus constituerat, & in quo permanferat à Valentiniano seniore, vsque ad Augustulum. Quamquam illud negari non potest, quin paulò maior Imperij diuisio fuerit à tempore Caroli Magni, quàm antea; siquidem à Constantino ad Augustulum etiam diuisæ erant Imperij Romani Præuincie inter duos Imperatores, quod attinet ad Regimen & administrationem; erat tamen ita commune Imperium, vt leges vtriusque Imperatoris nomine toti Imperio darentur; & si alter sine liberis decederet, ad alterum totius Imperij gubernatio, & prouidentia pertineret. Quocirca Paulus Orosius lib. 7. scribit, Arcadio Orientis, Honorio Occidentis Præuincias gubernantibus commune Imperium, diuisis tantum sedibus fuisse: at post tempora Caroli Magni neque leges à Latino Græcòque Imperatore communiter latæ sunt, neque deinceps vnquam aut Latinus Orientem, aut Græcus Occidentem gubernauit. Quæritur igitur, quisnam huius translationis auctor fuerit, quisve Carolo Magno, ac successoribus eius, nomen, dignitatem, ac potestatem Imperatoris Romanorum, ac Cæsaris Augusti in Occidente tribuerit. Respondemus id quod clamat consensus omnium gentium, Leonem Tertium Pontificem Maximum, aut solum, aut præcipuum & primarium auctorem huius translationis fuisse, eique Germanicam nationem Imperium acceptum referre debere: negat Illyricus, & odio Pontificum nescio quos alios auctores commisitit, atque ita se versat in omnem partem, vt historiam aliqui clarissimã, & fide Orbis terrarum tot iam seculis confirmatam, omnino obsecrare nitatur.

ACCEDANT igitur Historici omnestum veteres, tum recentiores, & auctoritatis suæ pondere, leuitatem & impudentiam vnus hominis compriment.

IOANNES Zonaras, auctor Græcus, qui Romano Pontifici adulari non nouerat, tomo 3. Annalium in vita Constantini & Irene, vbi de hac translatione loquitur, nullam senatus, nullam populi, nullam exercitus mentionem facit, sed rem totam Leoni Papæ adscribit, Roma (inquit) prorsus Franci potius sunt, Carolo à Leone coronato, & Romanorum Imperatore appellato. Et infra, sub Constantino & Irene, Papa Leo Francos etiam Romanam admittit: sic & Italia vniuersa, & ipsa Roma sunt potius. Et infra, At Francorum dux Carolus, Imperator Romanorum à Papa Leone, vt dictum est, appellatus, missis ad Irenem Legatis, nuptias illius ambiit, cum nec illa ab eo coniugio abhorrebat.

GEORGIVS Cedrenus in compendio historiarum in vita Constantini & Irene, eadem ferè quæ Zonaras refert, sed breuius. Venerunt (inquit) etiam à Carolo, quem Leo Papa Roma coronauerat, Legati ad Irenem, eam Carolo in uxorem ambientes.

PAVLVS Diaconus, qui tempore Caroli Magni floruit, & eidem Carolo familiaris fuit, lib. 23. rerum Romanarum, postquam narrauerat Leonem Tertium Pontificem à Carolo Rege Francorum in sedem suam restitutum, subiungit: Caterum (Leo) vicem Carolo recompensans in Imperatorem coronauit, eum in templo sancti Petri Apostoli perungens oleo à capite vsque ad pedes, & circumdans imperatoria veste, atque corona, 8. Kalen. Ianuarij, indictione nona. In quibus verbis Pauli Diaconi duo sunt annotanda: vnum est nullam fieri mentionem in eius verbis senatus, aut populi Romani, quam certè prætermittere non debuisset fidelis Historicus, si translatio Imperij à Græcis ad Francos, vnus Senatus populique Romani potius, quàm Pontificis Leonis fuisset. Alterum est, hanc translationem, quæ facta est in ipsa Caroli Magni coronatione, beneficium Leonis collatum in Carolum à Paulo Diacono agnoscit & appellari. Siquidem illa verba, Caterum Leo vicem Carolo recompensans, satis apertè significant, ita fuisse beneficium Pontificis in Regem coronationem Imperatoris, vt antea fuerat beneficium Regis in Pontifice, restitutio in propriam Sedem.

EGINARTHVS Pauli Diaconi æqualis, nec minus quàm Paulus Carolo Magno notus & familiaris (quippe qui Cancellarius eius fuit, teste Trithemio) in vita eiusdem Caroli ita describit hanc translationem, vt soli Pontifici Leoni rem totam tribuat. Augusti nomen (inquit) primò tantum auctus est, vt affirmaret, se eodie, quamuis præcipua solennitas esset, Ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset. Perpende lector hæc verba, Si Pontificis consilium præscire potuisset, cur enim non ait, Si consilium Senatus populique Romani præscire potuisset, nisi quia rem totam à Pontificis voluntate & auctoritate pendere intelligebat?

ANNALES Francorum incerto auctore, sed omnium consensu fidelissimo, & qui Carolo tempore vixit, ita habent in enarratione rerum gestarum anno 801. Ipse autem cum die sacratissimo Natalis Domini ad Missarum solennia Basilicæ Beati Petri Apostoli fuisset ingressus, & coram altari vbi ad orationem se inclinauerat, assisteret, Leo Papa coronam capiti eius imposuit, cuncto Romanorum populo acclamante, Carolo Augusto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria. Hic primum mentio fit populi Romani, sed acclamantis post coronationem, non Imperatorem appellantis ante coronationem.

AIMOINVS, siue (vt ab alijs vocatur) Ammonius vel Annonius, vixit tempore Ludouici Pij, vt ipse indicat lib. 5. cap. 17. Is igitur in lib. 4. de rebus gestis Fran-

corum cap. 90. describit exordium Imperij Caroli Magni iisdem ferè verbis, quibus Francorum Annales supra citari, nihilque tribuit populo Romano præter acclamationem, Carolo iam à Pontifice coronato.

AD O Episcopus Viennensis, qui temporibus nepotum Caroli Magni floruit, in Chronico ætate 6. sic habet: In die sancto Natiuitatis Domini, ante confessionem B. Petri Apostoli, cum gloriosus Rex Carolus ab oratione surrexisset, Leo Pontifex capiti eius coronam imposuit, sicque ab vniuerso populo acclamatum est; Carolo Augusto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria: Hic etiam auctor nullam facit Senatus aut populi mentionem, nisi post coronationem iam peractam.

RHEGINO Abbas Prumiensis, qui ante 600. annos floruit, lib. 2. Chronici, coronationem Caroli Magni iisdem verbis describit, quibus A do Viennensis, quæ non duxi repetenda, ne fastidium gignerent. Sed vt intelligamus apud Rheginonem, non simpliciter coronari Imperatorem à Summo Pontifice, sed planè creati, & ordinari, referam verba eius de Arnulphi, & Othonis primi coronatione: Anno (inquit) Dominica Incarnationis 896. Arnulphus ciuitatem ingressus, à Formoso Apostolica Sedis Præsule magno honore susceptus, ante confessionem sancti Petri coronatus, Imperator creatus est. Et infra, Anno 962. Rex (Ortho primus) Roma fauorabiliter susceptus, acclamatione totius Rom. populi, & Cleri, ab Apostolico Ioanne Imperator, & Augustus vocatur, & ordinatur. Hic planè vides Regem festiua acclamatione à populo suscipi; non autem à populo, sed ab Apostolico Ioanne Imperatorem dici & ordinari.

VITICHINDVS Corbeienfis monachus, Rheginonis æqualis, lib. 3. gestorum Saxoniorum propè extremo, de Othone 2. Imperatore sic loquitur: Licet (inquit) iam olim vnus esset in Regè, & à Beato Apostolico designatus in Imperatorem. Vbi vides apertè distingui Regnum Germaniæ ab Imperio Romano, & regnum quidem illud à Germaniæ proceribus, Imperium verò Romanum à Pontifice dari: eius enim est magistratum vel Principem designare, cuius est & creare: alioqui frustra designat, qui nequit perficere.

LITPRANDVS Diaconus Ticinensis, Othone primo viuente scripsit historiam rerum in Europa suo tempore gestarum, vt ipse significat, at lib. 1. cap. 7. Is igitur lib. 6. Historiæ, 6. de Othone 1. sic loquitur: Debinc Romanis similia facturus adit, vbi miro ornatu, miròque apparatu susceptus, ab eodem Summo Pontifice, vniuersali Papa Ioanne mentionem suscepit Imperij. Porro idem auctor apertè declarat, non simplicem ceremoniam vnctionis, sed nomen etiam, & dignitatem Imperialem à Pontifice suscepisse Othonem, cum ita loquitur in eodem cap. Pissimo (inquit) tunc Regi, nunc Augusto Cæsari Othoni. Quam phrasim tum ipse, tum alij veteres obseruare solent, vt ante Pontificiam coronationem, Reges: post eam coronationem, Imperatores & Augustus appellent.

HERMANNVS Contractus, comitis nobilissimi filius, & monachus sancti Galli, qui floruit ante annos 500. tempore sancti Henrici Imperatoris, in Chronico suo sic ait. Anno 801. Carolus Imperiali benedictione sublimatus, Augustus & Cæsar Romano more appellatur. Et infra. Anno 816. Leo Papa obiit, & Ludouicus Imperator à Stephano Papa factus est. Et infra. Anno 962. Ortho Rex ab Octauiano Ioanne Papa Imperator ordinatur. Et infra. Anno 1026. Conradus Rex filium suum Henricum Regem fecit, & ipse Romam pergens, Imperator efficitur. Hæc ille. Non potuit certè his auctor clariis exprimere, per ipsam Pontificis coronationem Imperatorem verè fieri.

MARIANVS Scotus, qui natus est anno 1028. vt ipse in Chronico annotauit, & Hermanni Contracti

aequalis fuit, lib. 3. Chronici Caroli Magni ad Imperium promotionem breuissimè his verbis attigit: Carolus hoc tempore à Romanis Augustus appellatus est. Quæ verba, ne testimoniis veterum historicorum iam citatis, & sequentibus eiusdem Mariani sententiis repugnent, sic accipi debent, vt intelligamus, Carolum à Romanis omnibus (id est) Pontifice, Clero, Senatu, & Populo, Augustum appellatum, sed ordine quodam nimirum Pontifice præeunte, cæteris sequentibus. Nam vt ex Historiis præcedentibus didicimus, appellauit Leo Pontifex Carolum Imperatorem, & simul inunxit, & coronauit, cæteri verò acclamatione probarunt. Sed Mariani ipsius aliquot sententias proferamus. Anno 875. Carolus Romanus perueniens, datis Ioanni Papæ magnis muneribus, Imperator factus est. Anno 896. Arnulphus vbi ingressus, cum magno honore à Formoso Papa Romano susceptus, & ante Confessionem Sancti Petri Imperator factus est. His igitur aliisque similibus sententiis satis apertè Marianus testatur à Romano Pontifice Imperatores fieri.

DOBECHINVS Mariani continuator, cum de Lothario Henrici Imperatoris successore scriberet: Legati (inquit) pro confirmando Rege Romanum mittuntur. Et infra: Plenitudinem (inquit) Imperij in eadem Romana ciuitate, sicut decebat, offerens Dominus Papa, Regem Lotharium Romanum inuitabat. Et infra: Fridericus (inquit) ab Adriano Papa Imperator factus est. Vides igitur à Pontifice Romano electum Regem Romanorum confirmari, ac deinde ab eodem plenitudinem Imperij accipere, & sic tandem Imperatorem fieri.

LAMBERTVS Scafnaburgensis, qui circa annum 1070. floruit, in historia Germanica de Carolo Magno nihil addit ad verba Mariani Scoti, vt vel Marianus à Lamberto, vel à Mariano Lambertus accepisse videatur. Veruntamen eum de Othone 1. & 3. loquitur, clariùs explicat sententiam suam: sic enim de Othone 1. scribit: Ortho Rex perrexit Romam, eumque, Ioannes Papa gratanter suscipiens, honorifice super Cathedram Augustalem posuit, & benedictione atque consecratione sua Imperatorem fecit. Et infra, de Othone 3. Ortho Rex contra Crescentium Romanum venit, vbi & Brunonem in sede Apostolica constituit, à quo & ipse Imperator factus est.

OTHONE Episcopus Frisingensis ante annos 400. floruit, genere & eruditione nobilissimus, quippe qui (teste Radeuico lib. 2. de rebus gestis Friderici cap. 11.) quatuor Imperatoribus ita coniunctus fuit, vt Henrici 4. nepos, & Friderici quinti forius, Conradus Regis frater, verinus, & Friderici primi patryus esset, atque historiam ab orbe condito libris octo satis feliciter comprehedit, Is igitur lib. 5. cap. 31, hoc modo scribit: Anno ab Incarnatione Domini 801. ab vrbe condita 1552. Carolus Rex, 33. Regni sui anno, à Summo Pontifice, ablato patricij nomine, coronatus, omni populo tunc acclamante, Carolo Augusto, à Deo coronato, Magno & pacifico Imperatori vita & victoria: L X I X. ab Augusto Imperator, & Augustus vocatur. Exhinc Regnum Romanorum, quod à Constantino vsque ad id tempus in vrbe regia, scilicet Constantinopoli fuit ad Francos deriuatum est. In his Othonis verbis tria video summo Pontifici tribui, ablationem minoris dignitatis, quam patriciatu dicebatur, coronationem, & appellationem Imperatoris, & Augusti: Romano populo solam acclamationem. Idem quoque Ortho lib. 7. cap. 11. non veretur Henricum quartum auum suum non verum Imperatorem Romanorum appellare, quod Imperium à schismatico Papa suscepisset. Principes (inquit) seditionem vulgimientes, ei (Henrico quarto) apud Inglinbeim occurrunt, ibique multis modis conmonitum, vel, iuxta alios, circumuentum, ac coactum insignia regni resignare, ac filio mittere 43. Regni sui post mortem patris, Imperij 5. anno (ad quod tamen potèter magis quam iustè à Guiberto capta vrbe sublimatus fuerat) periuadent. Obserua hoc loco, Lector,

Henricum quartum, non fuisse Othoni Frisingensi Imperatorem, sed Regem duntaxat, donec à Papa Guiberto, qui & Clemens dictus est, ad Imperium sublimaretur, & rursum ad Imperium potenter, non iuste sublimatum, quod Guibertus eum Imperatorem fecerit, qui in Schismate contra Gregorium septimum, verum Pontificem, sederit: tam enim non potuit Guibertus verum Imperatorem facere, quam ipse verus Papa non fuit, quid autem est aliud, quod te, à Pontifice aliquem ad Imperium sublimari, quam Imperatorem à Pontifice fieri: & cur ab Antipapa sublimatus, Imperator non legitime factus censetur, nisi quia solius veri ac legitimi Summi Pontificis est, Imperij dignitatem nomenque conferre.

16 GODEFRIDVS Viterbiensis, qui Othone paulo posterior fuit, in suo Chronico vniuersali, quod Pátheon appellauit, isdem ferè verbis, quibus Otho Frisingensis, exordium Imperij Francorum describit. Anno (inquit) ab Incarnatione Domini 801. Carolus Magnus 34. regni sui anno à Leone 3. Summo Pontifice coronatur, omni populo Romano tunc acclamante, & laudes Imperiales canente.

17 CONRADVS Abbas Vispergensis, Godefridi ferè æqualis, in Chronico suo, in quo res Germanicas diligentissime persequutus est, Anno (inquit) 796. Leo Papa 96. ordinatur, sedit annis 20. hic Carolum fecit Imperatorem. Et infra. Anno (inquit) Dominice Incarnationis 801. Vrbe verò condita 1552. Carolus Magnus Rex Francorum, Pipini Regis filius, septuagesimo tertio loco ab Augusto Romanorum Imperator consecratus est anno regni sui 33. sic imperauit annis 14. Cum enim pro calumnia Leoni Papæ ingesta Romam veniret, & Natale Domini ibi celebraret, in ipsa die sacratissima ad Missarum solennia veniens, dum ante Confessionem B. Petri Apostoli ab oratione surgeret, nihil minus speranti Leo Papa coronam imposuit, & Imperatorem Romanum pronunciauit. Hæc ille: qui sicut hoc loco translationem Imperij, & Caroli creationem soli Pontifici tribuit; ita quoque in reliquo Chronico semper sibi similis, de aliorum Imperatorum creatione loquitur: quarum duas exempli gratia hæc subiiciemus. Anno (inquit) 875. Carolus (Caluus) Romam tendens, à Ioanne Papæ efficitur Imperator. Et infra: Anno 962. Otho rogatu Ioannis Papæ, & querimonia multorum de Berengario & filio proclamantium Romam tendit, ibique Imperator ab eodem Papa factus Berengarium capit.

18 LYPOLDVS Bambergensis in præmio libri de iuribus Imperij, De Sacri (inquit) Regni & Imperij Romanorum viribus à tempore, & post tempus translationis ipsius Imperij de Græcis Imperatoribus in personam Caroli Magni ad Reges Francorum, & ad Germanos, per sacrosanctam Romanam Ecclesiã facta secundum mei modicitatem ingenij tractaturus, &c. Et infra: in 1. cap. Dum, inquit, in sacratissima die Natalis Domini, sub anno eiusdem Domini 801. in Ecclesia Sancti Petri ab oratione surgeret, Leo Papa coronam capiti eius imposuit, & à cuncto populo acclamatum est, Carolo Augusto, &c.

19 MATTHEVS Palmerius in Chronico anni 801. Carolus, inquit, à Leone Pontifice Augustus est appellatus, & obliuiscam iam penè in Italia Romanum Imperium resumpsit; primusque post Augustulum apud Romanos imperauit annos 14.

20 BLONDVS Flauius Decadis 2. lib. 1. Leo, inquit, Pontifex, populi Romani scito precibusque Carolum Imperatorem Romanorum declaratum, diademate vetusto Imperatorum capitis gestamine, coronauit.

21. 22. ÆNEAS Syluius in Abbreuiatione Blondi, & Baptista Platina in vita Leonis Papæ tertij, isdem omnino verbis rem eandem declarant. Atque hæc primùm inuenimus scitum populi Romani nominatum in creatione Caroli Imperatoris. Sed nihil causæ nostræ officit, tum quod meritò hic duobus autoribus, qui ante annos 100. floruerunt, anteponeere possimus vetustissimos

& plurimos scriptores, qui nihil eiusmodi tradiderunt: tum etiam quod scitum populi Romani, cuius hic mentio fit, non ad Carolum Imperatorem creandum, sed ad eius creationem à Summo Pontifice impetrandam pertineat, id enim significat adiuncta illa vox, (precibusque) Quorum enim preces ad Romanum Antistitem, vt is Carolum Imperatorem diceret, si populi scito, (id est) populi auctoritate Imperator creari poterat? Si quid ergo tum populus Romanus decreuit, id certè solum decreuit, vt à Romano Pontifice peteretur, vt ipse qui solus id facere posset, Imperiũ à Græcis ad Fracos transferret.

23 IOANNES Trithemius in Catalogo scriptorum, Leo, inquit, Papa tertius natione Romanus, post Adrianum Pontificem sedit annis 20. vir in scripturis tam diuinis quam secularibus valde eruditus, morum quoque & vite sanctimonia clarissimus, Carolum cognomẽto, & opere Magnum, ad Imperium Romanorum vxit, & hanc dignitatem à Græcis in Francos transfudit.

24 ANTONIVS in historia, parte 2. tit. 14. c. 4. Carolus Magnus, inquit, primus Francorum Romanum Imperium accepit, conferente sibi illud seu confirmante Leone Papa. In quibus verbis, illud (seu confirmante) ea de causa additum videtur, quia magnam partem prouinciarum Imperij Occidentalis iam Carolus tenebat titulo Regis Francorum & Longobardorum: voluit enim Pontifex, non solum nouo Imperatori ius dare ad ea quæ nõdum acquirerat, sed etiam confirmare quod acquirerat.

25 IOANNES Nauclerus in Chronologia sua, Generatione 27. Eo die (Natali Domini) Imperium Romanum à Græcis in persona Caroli Magni transfatum est in Germanos. Et infra: Sic Monarchia mundi, quæ stetit apud Græcos quingentos ferè annos, residet apud Germanos non sine felici auspicio Ecclesiæ Romanæ.

26 ROBERTVS Gagulinus lib. 4. Compendij de rebus gestis Francorum, Carolus, (inquit) Pontificem restituit, restitutori suo gratificaturus Leo 3. Sacerdotum habito concilio 8. kal. Ianuarij, cum Francorum regnum tres & triginta annos administrasset, Augustum appellat, gratum nomen Romanis.

27 PHILIPPVS Bergomensis lib. 11. Supplementi, Pontifex, inquit, infamia liber, Carolo aliquam relaturus gratiã, cum videret Imperatores Constantinopolitanos agrè id nomen tueri, Idibus Decembris anno salutis nostræ 800. in Basilica B. Petri post sacra solennia, populi Romani precibus rogatus, Carolum Romanum Imperatorem declaratum diademate decorauit, acclamante ter populo, Carolo Augusto, à Deo coronato, Magno & pacifico Imperatori vita & victoria. In quibus verbis illud solum est obseruandum, restituisse Philippum Caroli coronationem ad annum Domini 800. non ad 801. vt superiores omnes Historici; quod annum veteres inchoarent à Natali Domini, hic verò auctor more nostro à Kalend. Ianuarij. Itaque nulla inter eos dissensio de anno est, cur autem Philippus Idibus Decembris, contra veterum omnium sententiam, scripserit Caroli coronationem esse factam, non certò scio; neque res tanta est, vt in ea diligentius inuestiganda desudandum sit.

28 IOANNES Cuspinianus, quem Illyricus maximi in facere solet, in vita Caroli Magni: Cum magno, inquit, illo Natalis Saluatoris nostri die templum oraturus (Carolus) ingrederetur, nihil minus speranti Leo Pontifex coronam capiti suo imposuit, Imperatoremque Romanum pronunciauit, cui ab vniuerso populo acclamatum est, Carolo piissimo Augusto, à Deo coronato, &c. Item in vita Caroli Calui, interim (inquit) Carolus Italiam ingreditur, quem Ioannes octauus Summus Pontifex benignissimè accepit, diademate Imperiali, ac Augusti nomine adornat: acceptis tamen ab eo multis magnisque muneribus.

29 IACOBVS VVimpfelingius in Epitome rerum Germanicarum cap. 9. Pontifex, inquit, Carolo aliquam

gratiam

gratiam relaturus, cum videret Imperatores Constantinopolitanos agrè id nomen tueri, ac ob eam rem Vrbe & Italiam ipsam magnas calamitates passam, in Basilica B. Petri post solennia sacra populi Romani scito & precibus ipsi Caroli magna voce Imperatorem decernit, ac diademate donat.

30 POLYDORVS Virgilius lib. 4. de inueteribus reum, cap. 7. alias 10. Quæ ob res, inquit, Leo tertius ipsum Carolum Magnum fecit Imperatorem.

31 RAPHAEL Volaterranus lib. 3. Geographiæ. Leonem tertium, inquit, Pontificem à Romanis expulsam, ac eius auxilium implorantem per Legatos confestim, ac inde per se tertio veniens in Italiam, compressa seditione, ac inimicis expulsis (Carolus magnus) restituit pro quibus meritis ab ipso primùm Imperator restitutus, nomen quod annos ferè 330. cessauerat, Occidenti restituit.

32 DONATVS Acciaiolus in vita Caroli Magni, Primo aduentu, inquit, omni motu sedato, noxiis supplicio affectis, Pontificem Romanum cum ingenti gloria in Vrbe (Carolus) restituit: à quo mox pro suis egregijs meritis, & singulari erga libertatem omnium Christianorum fide, Augustus appellatus, Imperatorum nomen, dignitatemque suscepit: non solum assentiente, sed etiam applaudente populo Romano.

33 ALBERTVS Krantzius, auctor & Germanus, & diligens, & Illyrico præter cæteros familiaris, tandè aliquando coronam hanc insignium vitorum, ac testium, laudat. Is Igitur, lib. 2. Saxonie cap. 18. Tum verò, (inquit) in die nati Saluatoris, primo post 800. inchoante anno, cum nihil tale Carolus aut cogitaret aut speraret, magisque recusat alienum inuadere Imperatoris honorem, infra à Missarum solennia, dum ante Confessionem B. Petri Apostoli ab oratione surgeret, Papa ei coronam imposuit, & Imperatorem Romanum pronunciauit. Idem lib. 1. Metropolis cap. 14. Olim, inquit, Imperatores non passi viuere Pontifices, ad supplicia deuocabant: & Græculi, postquam apud eos exstincta stirpe Constantinensi, & deinde Magni Theodosij, non habuere Pontificem, nisi quem ipsi confirmassent, mutata sunt vices: vt non babeatur Imperator, nisi quem Romanus Pontifex confirmarit, & consecrarit. Domini est terra, & plenitudo eius, ipse transfert Regna, & Imperia, dignissimè que ad suum in terris Vicarium hoc sacri ministerium delegauit.

HABEMVS igitur ex cõtinuata serie Historicorum, translationem Imperij Romani à Græcis ad Francos, eamque Romano Pontifice auctore factam, nõ fictam, nec fabulosam, vt Illyricus mentiebatur, sed certam, atque exploratam esse, vt iam in dubium reuocari, nisi ab Illyrico, homine impudentissimo, vel etiam parùm sano, non possit.

CAPVT V.

Proferuntur testimonia & confessiones Principum de translatione Imperij à Græcis ad Germanos per Romanum Pontificem facta.

ET si ad eam rem quam probandam suscepimus, tot clarissimorum Historicorum testimonia in medium allata sufficerent; statui tamen ipsorum etiam Imperatorum tum Latinorum, tum Græcorum, nec non quorundam aliorum Principum confessionem, & sententiam addere, vt (si fieri possit) erubescat aduersarius id negare, quod ipsi Principes, quorum maxime interest, vltro gratissimè consentunt.

TESTIMONIUM I.

PRINCIPIO Carolus Magnus, qui primus Imperium à Rom. Pontifice delatum suscepit, primus quoque id ab eo se accepisse testatus est. Siquidem cum testamento Imperium Filiis diuisisset, rem totam à Leone Pontifice confirmari voluit, vt non sine consensu eius, à quo illud accepterat, Imperium alii tradere videretur. Aimoinus lib. 4. de rebus gestis Francorum cap. 94. Testamentum (inquit) Caroli Leoni Papæ missum est, vt ap-

probaretur, quod & factum est. Ado Viennensis in Chronico, 6. ætate, Imperator (inquit) inter filios suos regna diuidit; vt sciret quisque, si superstes esset, quam partem tueri, & regere debuisset. Testamentum inde factum, & iuratum, ab Optimatibus Francorum confirmatum, & Leoni Papæ missum, vt sua manu subscriberet. Denique Annales Francorum vetustissimi sic habent: Hæc omnia literis mandata sunt, & Leoni Papæ, vt ipse sua manu subscriberet, per Eginarium missa, quibus Pontifex letis, & assensum præbuit, & propria manu subscripsit.

TESTIMONIUM II.

LOTHARIVS Ludouici filius, Caroli nepos, vt Ado scribit in Chronico, Ludouicum filium suum per se Regem Italiae fecit: sed cum Imperatorem quoque illum fieri vellent, Romam ad Pontificem misit per Drogonem patruũ suum: atque eo modo Ludouicus iunior à Sergio Papa Imperator creatus est. Vides igitur Lotharij primi cõfessione, Regè ab Imperatore fieri posse, Imperatorem non item, nisi Summi Pontificis confirmatio & consecratio accedat. Neque verum est quod quidam obiciunt, à Carolo Magno Ludouicum filium Imperatorem & Augustum appellatum ante Pontificis confirmationem: nam (vt paulò antè diximus) testamentum quo Carolus Imperij filii relinquebat, à Leone Papa, ipso Carolo petente, confirmatum est. Constat autem ex Historicis, Ludouicum non ante confirmatum illud testamentum, sed aliquanto post à patre appellatum Augustum, nam Annales Francorũ ponunt testamenti confirmationem anno 806. Ludouici autem assumptionem ad Imperium anno 813. Itaque Ludouicum Imperatorem Leo tertius confirmauit, ac postea Stephanus 4. coronauit.

TESTIMONIUM III.

CAROLVS Caluus, Ludouici iunioris in Imperio successor, insigne testimonium nobis præbet, nam cum esset ei cum Ludouico fratre, Germaniæ Rege, de Imperio adipiscendo contentio, mira celeritate Romam accurrit, & multis magnisque muneribus aditum sibi ad Pontificis gratiam, ac per eam ad Imperium patefecit. Sed verba Historicorum audiamus. Ioannes Cuspinianus in vita Caroli Calui, Ipse (Carolus) omni mora abiecta summa cum festinatione Alpibus superatis, in Longobardiam contendit, vt hinc restã Romam proficiscatur pro corona Imperiali, in Franciam Cesarum nomen allaturus. Ludouicus Germania Rex filium mittit Carolum, vt iter prohibeat: & cum is cederet, indignatus pater, alium quoque filium cum exercitu mittit, qui Carolum auertat: sed cum copijs præstaret, & potentiam ferre non posset, reuersus ad patrem, missus in Franciam cum exercitu diris incursionibus eam vexat. Interim Carolus Italiam ingreditur, quem Ioannes Octauus Summus Pontifex benignissimè accepit, diademate Imperiali, ac Augusti nomine adornat: acceptis tamen ab eo multis magnisque muneribus. Item Regino lib. 2. Chronici de re eadem sic loquitur: Anno 877. Carolus (Caluus) Romam secundo profectus est, vbi iam pridem Imperatoris nomen à Prasule sedis Apostolicae Ioanne ingenti precio emerat. Rursum Marianus Scotus lib. 3. Chronici. Carolus (inquit) Romam perueniens, datis Ioanni Papæ magnis muneribus, Imperator factus est. Hic ego libenter quaerere ab Illyrico: Si nihil Imperatori, quod ad Imperium attinet, aut solam caremoniam Coronationis Papa dare solet, quorsum Ludouicus Rex Germaniæ, tanto studio fratrem Carolum Caluum ab itinere Romano auertere conabatur? quorsum Carolus ipse tanto labore ac dispendio Romam ad Pontificem venit? quorsum tam diligenter preciosis etiam muneribus, Pontificis animum sibi conciliauit? cur maluit potius cum fratris exercitu in certamen descendere, ac patri vt regnum suum à fratris exercitu vastaretur, quam Imperij coronam de manu Pontificis non accipere?

TESTIMONIUM IV.

ALBERTVS Imperator (vt auctor est in Chronico suo Albertus Argentinenfis, qui illo ipfo tēpore vixit) à Bonifacio Papa octauo vehementer contendit, vt Imperium sibi, & hæredibus confirmaret, id quod minime impetravit. voluit enim summus Pontifex Imperatorem Romanū eligi, nō nasci. Sed ex illa Alberti contentione quis nō videt quæ fuerit eius sentētia de potestate sūmi Pōtificis in euehēdis hominibus ad Imperiū?

TESTIMONIUM V.

HENRICVS Septimus Alberto successit electus ex Comite Lucemburgiensi. de eo sic loquitur Conradus Vercerius in lib. de rebus gestis Henrici septimi, *Lucemburgus (inquit) mittit in oram Narbonensem, qui à Clemente (Papa V.) postulent, vt ratam sibi facere subrogationem pro more dignaretur.*

TESTIMONIUM VI.

LVDOVICVS Quartus, qui post Henricum septimum imperavit, tamen cum Romano Pontifice perpetuas inimicitias gesserit, quod ab eo non modò non confirmatus, sed etiam excommunicatus, & deiectus de sede imperatoris fuisse: tamen nunquam destitit occasiones querere, quibus in gratiam Pontificis rediret, & ab eo restitutionem in Imperium impetraret. Scribit enim Albertus Argentinenfis in Chronico eundem Ludouicum defuncto Ioanne Papa 22. mississe ad Benedictum 12. qui Ioanni successerat, Legatos, qui demississimis precibus peterent absolutionem, & restitutionem.

TESTIMONIUM VII.

CAROLVS Quartus (inquit Theodoricus de Niem in Nemore tractatu 6. cap. 33.) procuravit talem qualem electionem dilecti Venceslai Regis per Vrbanum Sextum, orto iam sublimitate, ac in eius principio fecit approbari. Et per hoc acquisiuit idem Vrbanus, quod dilectus Carolus Imperator adhaerebat eidem.

TESTIMONIUM VIII.

FRIDERICVS Primus cum in Italiam ad Pontificem Adrianum Quartum venisset, ita coronam per Oratorem suum à Pontifice petiit, vt apertissime testaretur, agnosceret se summam Imperij dignitatem, & (vt ipse loquitur) plenitudinem, nisi à Summo Pontifice haberi non posse. Sic enim ea de re scribit Albertus Krantius lib. 6. Saxonie, cap. 16. *Pontifex dignatione sua fletere contemderat Germanorum formidatam insolentiam, & venit in castra Regis cum solemnī, Pontificēque summo digno comitatu. Rex concitus occurrit venienti, & ab iumento descendenti strepū fertur tenuisse sella, acceptūque ruerenter per manum in sua tentoria perduxisse. Bambergensis Episcopus verbum Regis proloquitus, ait: Honorabilem tue sanctitatis presentiam, Apostolice Pontifex, sicut dudum desiderari optauimus, ita nūc letanter suscipimus, gratias agentes omnium largitori honorum Deo, qui nos deduxit in hunc locum, & sacratissima visitatione tua nos dignos fecit. Notū ergo tibi esse volumus, Reuerende Pater quia omnis Ecclesia, de finibus orbis ad honorem regni collecta, adduxit Principem suum ad tuam Beatitudinem, prouebendum per te ad culmen Imperij. Hoc meretur nobilitas, prudentia, fortitudo, Dei timor, & Catholice pacis amor in corde illius regnās, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ cultus non vulgaris. Ecce te venientem excepit venerabilis, tuis sanctissimis vestigis humiliter prouoluitus. Ergo venerande Pater, tu circa ipsum peragas, vt quæ ei desunt de plenitudine Imperialis culminis, per tue Beatitudinis munificenciam suppleantur. Et infra: cap. 17. *Consedentibus iterum (inquit) Papa verbum fecit. Solebant (inquit) qui ad coronam petendam venerant presere ac. iis Principes, insigni aliquo facto Romanæ Ecclesiæ beneuolenciam promereri, vt suo velut officio prauentiones benedictionem, iam debuit coronā omnibus preclaro facinore testantur. Sic Carolus dum domuit Longobardos, Osio dum compescuit Berengarios, nouissimus Lo-**

tharius dum Normānos reprimeret, coronā Imperij meruerit, quocirca Serenissimus Rex Apuliam, Rom. Ecclesiæ peculiarem prouinciā iam à Normānis occupatam, nobis Ecclesiæque restituit: deinde, quæ nostra sunt, facile exequemur. Principes respondēt, ab longo itinere & multiplici per viam labore attenuatas esse vires exercitus, nec posse Regem illis copiis magnam inuadere prouinciā. Impleat in Rege benedictionem Pontifex, non se certasse priorem officio penitebit, restitutos in sua Principes cumulatoribus armis cum suo Rege redituros, facturosque quæ in rem Ecclesiæ videbuntur. Cessit Papa contentioni, salurum spontēs quæ peterebantur. Hæc tam prolixè recitare volui, vt omnes intelligerent, quanti fecerint semper Reges Germaniæ Pontificiam coronationem, nam si nihil ea coronatione Papa confert, aut inanem solum carceroniam, eamque debitam electo iam Principi exhibet, cur is, qui coronandus est, ad Imperiale culmen prouehendus dicitur? nihil ne tribuit, qui ad culmen Imperij aliquē prouehit? Deinde cur tam humiliter corona à Pontifice postulatur? cur singulari aliquo facinore Romanæ Ecclesiæ: beneuolencia est ante promerenda? cur denique petenti Pōtifici, vt Rex Apuliam de potestate Normānorū eriperet, Ecclesiæq; restitueret, si coronā Imperij adipisci velle? nemo Principum respondit iniquam esse conditionem, sed cum afflictum exercitum dicerent, tempus commodius postularunt: Neque verò Latini solum Imperatores, sed etiam Græci Romanum Pontificem auctorem Occidentalis Imperij agnouerunt, & professi sunt.

TESTIMONIUM IX.

MICHAEL siquidem Imperator Constantinopolitanus cum accepisset Carolum Magnū à Leone Pontifice Imperatore Occidentis appellatum; Legatos ad eum misit, qui pacem ac fœdus inirent inter vtrumque Imperatorē: pacis verò capitula, non à solo Cæsare, sed etiam à Pontifice voluit approbari. tunc enim demum stabilem pacem futuram inter se & Carolum censuit, si is eam probasset, cuius auctoritate Carolus imperabat. Ado Viennensis in Chronico anni 812. *Michaël (inquit) Imperator creatur, cuius legati Aquigranum ad Imperatorem Carolum missi, laudes more suo dixerunt, Imperatorem & Basileum illum appellantes. & pacis libello ab Imperatore accepto, & denuò à Leone Papa Romæ reuersi sunt.*

IT E M R. Hegino Prumiensis Abbas lib. 2. Chronici, Anno (inquit) 812. *Legati Græcorum de pace libellum acceperunt à Carolo, & deinde à Leone Papa.*

TESTIMONIUM X.

EMANVEL Comnenus, qui tunc Orientale Imperium gubernabat, cum Occidentali Fridericus primus præfessit, obtulit per Legatos nō semel, sed bis Alexandro Pontifici magnam vim pecuniarum, exercitum non contemnendum, & quod pluris faciendum erat, vnionem Ecclesiæ Græcæ cum Latina, sub vno summo Pastore Rom. Pontifice, si modò is Occidentale Imperium, à quo Fridericus Primus iure excidisse videbatur, iterū cum Orientali coniungeret, atque Imperatori Constantinopolitano restitueret. Testes sunt, Blondus decade 2. lib. 7. Abbreviator Blondi Aeneas Syluius, ibidem. Platina in Alexando 3. & Ioannes Nauclerus in Chronico, generatione 39. pag. 848.

TESTIMONIUM XI.

PHILIPPVS Rex Francorum vacante sede Imperiali ob mortem Alberti Imperatoris, & Romano Pontifice Clemente Quinto per id tempus, in Galliis commorante, ratus venisse tempus, quo Imperium ad Gallos à Germanis transferretur, cum proceribus suis consilium habuit, in quo tandem illud decretum est, vt id à Pōtifice per solennes nuncios peteretur, cui enim (inquit Rex) fiat iniuria, si vacantis Imperij conditio permute-tur? idem fecerunt olim Pontifices alij. Verum summus Pontifex, cum id quod in Cōsilio Regis decretum erat,

continuo.

continuo recessisset, ne aut Regem offendere, aut contra voluntatem suam aliquid ei cōcedere cogeretur, Electoribus Imperij scripsit, vt maturarent electionem, & Henricum Lucemburgium comitem, si eis videretur, eligerent, alioqui periculum esse ne vnā cum Imperio potestatem etiam eligendi deinceps amitterent. Delatis ad Germanos epistolis réque intellecta, comitorum solennia maturantur, eligitur Lucemburgius. Quæ omnia accuratè scripsit Conradus Vercerius in lib. de rebus gestis Henrici Septimi. Colligimus autē ex hac historia, non modò Regem Gallorum cum vniuerso cætu procerum Francia, sed etiam Imperij Electores in ea sententia fuisse, vt existimarent à Summo Pontifice translatum fuisse Imperium à Græcis in Germanos, & rursum ab eodem Pontifice à Germanis in Gallos posse transferri, nam & Rex in publico procerum conuentu id affirmavit, & Electores festinata electione Hærici Septimi, idem apertissime comprobant.

TESTIMONIUM XII.

ACCEDIT ad hæc clarissimum testimonium eorūdem Electorum in quodam publico instrumento, quod infra subiiciemus, ac supra citauimus: hoc enim eius instrumenti principium est, *Complectens ab olim sibi Romana Mater Ecclesia quadam quasi germana charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decorauit, quod est super omne nomen, temporali ter tantum presidentis super terram.* Hæc igitur tot Principum ingenua verissimæque confessio, quamuis nulla alia argumenta suppetcerent, an non satis esse ad causam istam finiendam deberet? Veruntamen addam etiam Summorum Pontificum testimonia, non quod ea magni fieri credam ad aduersariis, sed tum propter Catholicos, quibus sacrosancta est (vt debet) Pontificum auctoritas: tum etiam vt aduersarius videat, quæ Pōtifices dicunt, à probatis historiis, & Principum confessione non dissentire; quam etiam ob causam hoc genus testimoniorum, quod, si auctoritatem spectes, primum locum merebatur, in tertium distuli.

CAPVT VI.

Idem asseritur testimoniis Pontificum.

PRIMUM igitur Pontificum testimonium illud esse poterit, quod de Gregorio IV. refert Paulus Amilius, sic enim ait lib. 3. de rebus gestis Francorum: *Lugduni concilium Episcoporum, quos Ludouici Imperatoris filij contraxerant, habitum, Imperiumque patri abrogatum: quod decretum mox à Gregorio Pontifice Maximo rescissum est.* Eodem pertinet quod scribit Marianus Scotus lib. 3. Chronici: *Rex (inquit) Ludouicus Regnam Aquis obtinuit ei venientem iubente Papa Gregorio accepit: siquidem filij Ludouici non solum Imperium patri abrogauerant, sed etiam uxorem Iuditham ei ademerant. Sed vtrumque iubente Gregorio recepit.* ex quo refellitur (vt obiter hoc annotemus) quod Sigebertus in Chronico scribit, Gregorium Papam cum filiis Ludouici aduersus patrem eorum conspirasse, nec solum Marianus Scotus, & Paulus Amilius, sed etiam R. Hegino libro 2. Chronici, & Aimoinus libro 5. de reb. gestis Francorum cap. 14. & 16. aliique Sigeberto antiquiores Historici Gregorium Papam Ludouico Imperatori fauisse testantur. Sed hæc (vt dixi) obiter admonui: illud est proprium huius loci, à Gregorio Papa decretum Francorum esse rescissum, quo illi Ludouico Impetium abrogauerant: nec enim id Gregorius ausus fuisset, nisi ab Apostolica sede Imperium ad Francos delatum, atque ab eadem sede pendere intellexisset.

TESTIMONIUM II.

ADRIANVS Secundus 2. Pontifex Maximus cum accepisset Imperium Ludouici iunioris Imperatoris à Carolo Caluo Rege armis tentari, continuò ad Carolū Legatos, & litteras misit plenas auctoritatis: de quibus sic loquitur Aimoinus lib. 5. cap. 24. *In epistolis (inquit)*

Papa continebatur, vt regnum quondam Lotharij, quod Ludouico Imperatori, spiritali filio eius, hæreditario iure debebatur, & quod ad eum post mortem eiusdem Lotharij rediit, vel homines in eo degentes, mortalium nullus inuaderet, nullus commoueret, nullus ad se conaretur inflectere, quod si quis præsumeret, non solum per suæ auctoritatis ministerium infirmaretur, verum etiam vinculis anathematis obligatus, nomine Christianitatis priuatus, cū diabolo omnino locaretur. Et infra cap. 27. idem Aimoinus narrat, Carolum quidē his litteris acceptis molestè tulisse, quod regnum suum propagare prohiberetur: interim tamen non contempsit Apostolicum mandatum, sed legatos cum magnis muneribus ad summum Pontificem destinasse.

TESTIMONIUM III.

ADRIANVS 4. in epist. ad Episcopos Germaniæ, quam refert Ioan. Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum, *Idco (inquit) Imperium à regno Græcorum translatum est in Alemannos, vt Rex Teutonicorum non antè quam à Pontifice Rom. consecraretur, Imperator vocaretur, & esset Augustus. Pontifex Romanus promouit Carolum, fecit ei nomen grande, vt esset Imperator.*

TESTIMONIUM IV.

ALEXANDER 3. legatus Imperatoris Græcorum, qui Occidentale Imperium iterum cum Orientali coniungi cupiebat, ita respondit, Platina teste, se nolle id in vnum coniungere, quod olim de industria maiores sui disiunxissent.

TESTIMONIUM V.

INNOCENTIVS 3. in epistola ad Ducem Thuringiæ, vnde extat caput, Venerabile, extra de electione, *Illis (inquit) Principibus ius & potestatem eligendi Regem in Imperatorem postmodum promouendum, recognoscimus, vt debemus, ad quos de iure, ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, præsertim cum ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenerit, quæ Romanū Imperium in personam magnifici Caroli à Græcis transiit ad Germanos.*

TESTIMONIUM VI.

CLEMENS Quintus vniuersali Concilio approbante decretum edidit de iuramento, quod Imperatores Pontificibus prestant, vnde extat Clementina, Romani principes de iureiurando. eius decreti hoc est initium: *Romani principes Orthodoxæ fidei professores sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cuius caput est Christus redemptor noster, ac Rom. Pontificem eiusdem Redemptoris vicarium seruore fidei, & claræ deuotionis promptitudine venerantes, eidem Rom. Pontifici, à quo approbationem persone ad imperialis celsitudinis apicem assumende, nec non vnitionem, consecrationem, & Imperij coronationem accipiunt, sua submittere capita, non reputarunt indignum: sique illi, & eidem Ecclesiæ, quæ à Græcis Imperium transiit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes ius, & potestas eligendi Regem in Imperatorem postmodum promouendum, peruenerit, adstringere vinculo iuramenti, prout tam mos obseruationis antiquæ, temporibus nouissimis renouatæ, & quam forma iuramenti huiusmodi sacris inserta canonibus manifestant.*

TESTIMONIUM VII.

PIVS 2. in epist. ad regem Turcorum Mahumethū, quæ est inter eius epistolas 396. Hortatur ad fidē Christi amplectendam eundem Mahumethum, eique si id faciat ius ac titulum Orientalis Imperij pollicetur. *Nos (inquit) te Græcorum & Orientis Imperatorem appellabimus, & quod modò vi occupas, & cum iniuria tenes, possidebis iure.* Et infra: *Et sicut antecessores nostri Stephanus, Adrianus, Leo aduersus Hæstulphum, & Desiderium gentis Longobardicæ Reges, Pipinum, & Carolum Magnum accersuerunt, & liberati de manu tyrannica Imperium à Græcis ad ipsos liberatores transtulerunt: ita & nos in Ecclesiæ necessitatibus, tuo patrocinio vteremur, & ricè redderemus*

accepti beneficii. Cum igitur in gratiam Caesarum & in odium Pontificum conuersa haec ab Illyrico in medium sit allata, si inter se ipsi consentiunt, ut reuera eos consentire vtrorumque testimoniis demonstrauimus; quid nos amplius disceptare necesse est? Sed accedamus tamen ad rationem, & titulos omnes excutiamus, quibus aduersarij fingunt, Imperium Romanum ad Carolum peruenisse.

CAPVT VII. Imperium Germanorum non esse acquisitum iure belli.

Ex omnino tituli sunt, quibus homines regna atque Imperia possidere solent, ius belli, Beneficium diuinum, Successio haereditaria, Electio populi, Donum Principis, Summi totius Ecclesiae Praesulis decretum. Aut enim aliquis per se Imperium occupat, aut accipit illud ab alio. si per se occupat, iure belli dicitur possidere, qui est primus titulus; quo titulo Cyprius, Alexander, Iulius, alique nonnulli summa Imperia tenuerunt. Si accipit ab alio, aut à Deo singulari vocatione, aut ab hominibus: si à Deo, iam est secundus titulus, sique omnium iustissimus, quo titulo, Moyses, Aarō, Saul, Dauid, Petrus principatum vel Ecclesiasticum, vel Politicum adepti sunt. Si verò ab hominibus; aut naturali successione, aut electione voluntaria: si naturali successione, iure haereditario regnare dicitur, qui est titulus tertius, quo Salomon Dauidi, Tiberius Augusto, Ludouicus Carolo, atque alij alijs successerunt: si electione voluntaria; aut multitudo eligit, aut princeps: si multitudo, inde est quartus titulus, quo Claudius, Galba, Vespasianus, ac ceteri deinceps Romani Imperatores vt plurimum electi sunt: si à solo Principe; aut à Politico, aut Ecclesiastico: si Politicus, oritur quintus titulus, quo titulo imperarunt Lucius Verus à Marco Antonino, Maximianus à Diocletiano, Valens à Valentiniano, Theodosius à Gratiano, & si qui sunt alij Principes à praecedentibus Principibus ad Imperium vocati. Si denique à Principe Ecclesiastico Imperator dicatur, existit titulus sextus, quo nos asserimus, Carolum Magnum & qui eum sequuti sunt, Germanos Imperatores ius Imperij esse adeptos. Quae cum ita sint, si primos quinque titulos in Imperio Germanorum locum non habere demonstrauerimus, efficiemus profectò, Carolum Magnum aut à Pontifice Maximo Imperium habuisse, aut omnino non habuisse, quomodo enim habuit, quod nec ipse armis occupauit, nec successione haereditaria, nec diuina aut humana electione susceptum? quod si Carolus Magnus Imperator non fuit, certè nec ceteri Francorum, Germanorumve Reges, Imperatores fuerunt; nec Rodolphus, qui nunc est in Imperio, iure Imperator dici potest. Viderit igitur Illyricus, ne dum Imperatoribus adulatur, eosque multis falsis titulis onerat, eosdè verò iure imperandi priuet, ac de solio Caesarum deturberet imprudens, Ordiamur à primo titulo, quem Illyricus praeter ceteros asserit, ac pro viribus propugnat.

Quoniam Carolus Magnus paternam hereditatem regnum Francorum, expugnauit deinde Longobardos, atque ex ea victoria Rex etiam Longobardorum appellari cepit: at cum Romanis nunquam pugnauit, Romanam urbem vi nunquam intrauit, semper socius & amicus, deinde etiam patricius Romanorum, hostis & inimicus nunquam fuit. id quod Historici omnes clamant, ac praesertim Albertus Kratzius lib. 2. Saxoniae, & Eginarthus in vita Caroli. nec poterit Illyricus vnam syllabam contra producere, qua ratione igitur iure belli Romanos subiectos habuit, qui cum Romanis bellum nunquam habuit? At (inquit) regnum Longobardorum in Italia, quod Carolus armis adeptus est, aliquando Romana prouincia fuit. Sed si omnes qui Romanas prouincias occuparunt, Imperatores Romani dicendi essent,

nimirum multos Imperatores haberemus. nam (vt cetera nunc omittam) Gallia, Hispania, Anglia, quae nunc à Regibus tenentur, Romanam prouinciam aliquando fuerunt: num igitur rectè facerent Reges Gallorum, Hispanorum, atque Anglorum, si se Romanos Caesares appellarent? non opinor hoc dicturum Illyricum, aut eorum aliquem, qui decus Imperij in sola Germania conferuari cupiunt. Quare neque Carolus eo solum nomine Romanus Imperator dici potuit, quod Logobardis regnum Italiae eriperit, quod antea Romanorum prouincia fuerat. Deinde si Carolus iure belli Romanum Imperium sibi parauit; quo tempore id fecit? ante coronationem à Leone Papa acceptam, an postea? si antea, cur igitur usque ad eam diem neque ipse se in suis diplomatis, quorum nonnulla apud Ioannem Auentinum exstant, Imperatorem Romanorum vocat, neque ab vilo Historicorum hoc nomine appellatur? si postea, cur igitur ab eo die, cum Imperium nondum haberet, Imperator, & Augustus, cum in propriis litteris, tum in omnibus historiis incipit appellari? sed fortasse neque antea neque postea, sed illo ipso tempore quo armis Imperium occupauit, coronam etiam & consecrationem accepit. Id verò dici non potest: nam ex Adone, aliisque Historicis supra notatis constat Carolum quo anno à Pontifice coronatus est, Romam venisse, non vt hostem ad expugnandum urbem, sed vt Patricium; tum orationis gratia, vt inquit Ado, tum etiam, vt exitus probatit, ad causam cognoscendam, quae inter Pontificem, & seditiosos quosdam ciues fuerat exorta.

Ac ne fortè hic aduersarius audito nomine iudicij, à Rege Pontificem iudicandum esse clamer, placet ex lib. 3. Pauli Emilij adscribere, qualis eius iudicij forma fuerit. Cogniturus (inquit) Aemilius, de Leone venerat Rex, cum verò adrogadas sententias descendit, tunc Episcopi magis sacrosanctae potestatis, quam Regiae maiestatis memores, consentienti ore reclamauerunt. summum optimumque Regem esse Carolum, sed cuiusnam tandem de Pontifice Maximo iudicium facere fas esse suscipere? Leo in gremio causam suam: quae in ceteros clauis ius haberet, de se quoque ipse incorruptè iudicaret, solo numine vel teste consciētia, vel vindicta. ita Leo haud agrè serente Franco dempsit sibi graue onus de Pontifice Maximo iudicandi, suggestum descendit, crimen iurcirando diluit. Haec Aemilius: cui consentiunt, Platina in vita Leonis Tertij, Iacobus VVimpfelingius in Epitome rerum Germanicarum cap. 9. & alij. Sed haec praeter causam dicta sunt, vt lapidem in via occurrētem remoueremus: quod autem ad rem praesentem pertinet, ex Historicis omnibus aperte colligitur, Carolum non illo ipso anno quo coronatus est, Imperium armis occupasse: nam praeter ea quae dicta sunt, scribit Abbas Rhegino lib. 2. Chronici, Carolum ex Rauenna misso filio Pipino cum exercitu Beneuetum, sine milite Romam venisse, atque à Pontifice, Clero, Senatu, Populo, amicè magnificèque susceptum: quamquam neque in hoc anxie laborandum erat, siquidem aduersarius in hoc ipso libro de translatione Imperij, quem refutandum suscepimus, pluribus locis quod volumus cōfiteretur: sic enim ait pag. 7. Carolus iure, ac vi belli occupauit Occidentale Imperium, antequam Leo eum coronaret. & pag. 15. Constat (inquit) Carolum amplius viginti annis ante illam Leoninam (penè dixisset vulpinam.) Papae coronationē, totum Occidentale Imperium occupasse, & tenuisse. Redit igitur argumentum nostrum, si amplius viginti annis ante illam, quam tu vocas Leoninam, coronationem occupauerat Carolus totum Occidentale Imperium, atque ea de causa Imperator Romanorum erat; cur amplius viginti annis Imperatorio nomine abstinuit? cur omnes Historici à coronatione Caroli primum annum eius Imperij numerant? cur annos solum 14. quot videlicet à coronatione ad obitum eius fluxerunt, Carolo Imperatori tribuunt;

cur vsque ad eam diem in Oriente Imperium fuisse, ac tum deum in Occidētem translatum esse dicunt? Haec enim omnia falsa sint necesse est, si (vt Illyricus dicit) viginti annis ante Leoninam coronationem Carolus Magnus Imperator fuerat. Audi Abbatem Vrspergensē, à quo non dissentiunt ceteri scriptores. Anno (inquit) Dominicae Incarnationis 801. ab vrbe verò condita 1522. Carolus Magnus, Rex Francorum, Pipini Regis filius. 7. 4. ab Augusto Romanorum Imperator consecratus est, anno regni sui 33. Sic imperauit annis. 14. Et infra: Hic est annus regni eius 33. Imperij verò primus. Et ibidem paulò antè. Hucusque Romanum Imperium à temporibus Constantini Magni, Helenae filij, apud Constantinopolim, in Graecorum Imperatoribus mansit: ex hoc iam ad Reges Francorum, & ad Imperatores per Carolum transit. Sed habet fortasse Illyricus firmissima praesidia, quibus sententiam suam tueatur. Imò verò tam sunt inepta & ridicula argumenta quae profert, vt me illa propemodum pudeat commemorare.

virtute tantam victoriam pepererunt? verum quid opus est de hac re amplius litigare? etiam si verum esset quod Florus dicit, quid tandem Illyricus lucraretur? num propterea Germani Romanum Imperium sibi iure vendicare possunt, quia in exercitu Iulij tres Germanorum cohortes acerrimè pugnauerunt? quid enim aliud eis praeter stipendium pro opere, gratia pro fide, laus pro virtute debebatur? quae omnia cum à liberalissimo Imperatore sine dubitatione cumulatifsimè fuerint perfoluta, quid quaerunt amplius? Denique si praeter stipendium, Imperium ipsum Romanum Germani militibus illo die sibi parauerunt: cur illud à Iulio, vel Augusto, vel ceteris Principibus non repetebant? cur annis amplius octingentis de re tanta siluerunt? cur omnes scriptores, vt supra docuimus, primordia Germanici Imperij à Carolo Magno deducunt? Sed nolo diutius in his nugis tempus terere; praesertim cum his nugis aliae nugae successurae sunt, quae me, velim nolim, non paruo tempore detinebunt.

PRIMUM igitur in Epistola dedicatoria argumentum ducit ex historia Lucij Flori, qui in eo praefatio, quo Pompeius à Caesare victus est, & Romana Monarchia quodammodo constituta, initium victoriae Caesaris factum esse scribit à quibusdam Germanorum cohortibus, quae in exercitu Caesaris militabant. Possis (inquit Illyricus) verisimè dicere non tantum tempore Caroli Magni Germanorum sanguine ac virtute Imperium acquisitum, sed etiam mox ab initio constitutum: nam nemo dubitat, à Iulio Caesare, idque possitimum Pharsalico praefatio contra Pompeium, Imperium Rom. partum, constitutumque esse. At ibi sex illa (testè Lucio Floro) Germanorum cohortes in subsidio collocatae, quae subito, & quasi vno impetu tum numerosissimum equitatum Pompei in montes fugarunt, tum ingentem sagittariorum ac leuis armaturae eiusdem numerum conciderunt, & demique etiam legiones ipsas Pompeij validissimas in fugam conuerterunt, principium & caput totius eius victoriae, vt omnes Historici testantur, fuerunt. Quis hoc Illyrici argumentum non rideat? nam in primis omnino credibile est, eas cohortes (tres autem fuerunt, vt Caesar significat lib. 3. de bello ciuili, nō sex, vt Illyricus ex Floro falsò citat) quae initium victoriae dederunt, non Germanorum militū fuisse; & vel corruptum esse Flori codicem vitio librariorum, vel Florum ipsum errore esse deceptum. nam Appianus Alexandrinus, lib. 2. de bello Ciuili, & Dion Cassius lib. 41. historiarum, enumerant diligenter eas gentes quae in exercitu Caesaris erant, ac Germanorum nullam omnino mentionem faciunt, sed solum Italarum, Gallorum, Hispanorum, atque Graecorum. Deinde Appianus loco notato scribit Caesarem maximam spem victoriae in Italicis militibus posuisse; ipse autè Caesar libro tertio de bello ciuili, disertis verbis testatur, posuisse se spem victoriae in illis tribus cohortibus, quas in subsidium collocauerat, & à quibus, vt ipse prauiderat atque monuerat, initium victoriae factum est. Ex collatione igitur Appiani & Caesaris eas cohortes, quae victoriam Caesari attulerunt, Italicorum, non Germanorum fuisse manifestè colligitur. Ad haec Caesar, lib. 7. de bello Gallico indicat se interdum vsum esse in bello aduersus Gallos opera Germanorum, sed equitum duntaxat, aut peditum leuis armaturae, qui inter equos pugnare soliti essent. At cohortes illae, de quibus nunc loquimur, non equitum, nec peditum leuis armaturae, sed instructissimarum legionum cohortes erant, vt idem Caesar, in 3. libro de bello ciuili demonstrat. denique cum praegium illud Pharsalicum celebrerimū fuerit, & ab ipso Caesare, ab abbreviatore Lini, à Plutarcho, Appiano, Paterculo, Lucano, Tranquillo, Dione, Eutropio, Orosio, totque alijs illustribus scriptoribus memoriae proditum sit: qui factum est, quales, vt nulli eorum in mentem uenerint Germanicae istae cohortes, quae sua

virtute tantam victoriam pepererunt? verum quid opus est de hac re amplius litigare? etiam si verum esset quod Florus dicit, quid tandem Illyricus lucraretur? num propterea Germani Romanum Imperium sibi iure vendicare possunt, quia in exercitu Iulij tres Germanorum cohortes acerrimè pugnauerunt? quid enim aliud eis praeter stipendium pro opere, gratia pro fide, laus pro virtute debebatur? quae omnia cum à liberalissimo Imperatore sine dubitatione cumulatifsimè fuerint perfoluta, quid quaerunt amplius? Denique si praeter stipendium, Imperium ipsum Romanum Germani militibus illo die sibi parauerunt: cur illud à Iulio, vel Augusto, vel ceteris Principibus non repetebant? cur annis amplius octingentis de re tanta siluerunt? cur omnes scriptores, vt supra docuimus, primordia Germanici Imperij à Carolo Magno deducunt? Sed nolo diutius in his nugis tempus terere; praesertim cum his nugis aliae nugae successurae sunt, quae me, velim nolim, non paruo tempore detinebunt.

IGITUR 2. Illyrici argumentum ducitur ab ea victoria quam Germani duce Arminio de tribus Romanorum legionibus retulerunt. quod argumentum his verbis Illyricus proponit in eadem epistola dedicatoria: Huc (inquit) referre possis, quod & mox post Iulium, sub Augusto, Germani duas Aquilas Romanis iustissimo bello abstulerunt. Sicut inter alios historicos idem Lucius Florus inquit: Duas Aquilas Germani caso exercitu Romanis abstulerunt, & adhuc retinent. Quibus iure belli, virtuteque partis insignibus, etiamnum Germanorum Imperium in protestationem defensionemque iuris sui contra omnes aduersarios constanter vtiunt, cum ante Romani simplicibus Aquilis in suis insignibus videntur. Et infra. Quandocumque ergo volet Romanus Sacrificus, alique Imperij amuli cognoscere Germanorum Monarchiae originem, ac ius intuentur modò, ac contemplantur eius gloriosa insignia, bicipitem Aquilam ostentantia, & mox ea illos de origine iurisque suo abundè edocebunt, ac veliminos arguunt. Haec ille. Enumeremus nos modò huius argumenti peccata. primum superiori argumento repugnat. nam si Pharsalica victoria Imperium Germanis peperit, vt superiore argumento concludere conabatur Illyricus, qui fieri potest, vt origo Germanici Imperij tum caperit, cum Germani Romanis duas aquilas eriperunt, quod longo post tempore factum est: Deinde falsum est, iustissimo bello virtuteque Germanorum (vt Illyricus iactat) duas Aquilas Romanis ereptas. non enim bellum, sed rebellio illa Germanorum fuit, vt Paulus Orosius scribit libro 6. siue potius perfidiae scelus, vt eam Vellicius appellat lib. 2. neque enim in acie collatis signis Germani vicerunt, sed improuisos adorti Romanos conciderunt: sic enim Florus tradit libro 4. Itaque (inquit) improuidum, & nihil tale mentem improuiso adorti, cum ille (ò securitas!) ad tribunal citaret, vndique inuadit, castra rapiunt, tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paulus, & fato est & animo sequutus. nihil illa caede per paludes, perque silvas cruentius, nihil insultatione barbarorum intolerantius, praecipue tamè in caussarum patronos, alijs oculos, alijs manus amputabat: vnus os sutum, recia prius lingua, quam in manu tenens barbarus: Tandem (inquit) vipera sibilare desisse, ipsius quoque Consul's corpus, quod militum pietas humi abderat, effusum, signa & aquilas duas adhuc barbari possident, tertiam signifer, prius quam in manus hostium veniret, euulsi, morsamque intra battei sui latebras gerens, inuenta palude sic latuit. Haec Florus: cuius verbis non legitimum praelium, sed excitatam repente seditionem, & furorē barbaricum descriptum videmus. Adhuc signum est Illyrici, quod Romani Imperatores bicipitem aquilam in insignibus ferat ob duas illas aquilas ab Arminio quondam Vari Legionibus detractas. non enim duas aquilas

in insignibus Imperatores gerunt, sed vnam diuisam in duo capita: cuius rei causa illa est, quod Imperium esset inter duos Principes diuisum, quorum alter in Occidente, alter in Oriente sedem habebat, quod præter alios scriptores, ipse etiam Illyricus probat Cent. 9. cap. 16. col. 621. Denique non rectè colligit Illyricus, Germanos ius adeptos in Imperiū Romanum, quia duas aquilas Romanis eripuerunt. nam si ita liceret colligere, multo iustius sibi Carthaginenses, Parthi, Persæ, aliæque gentes Romanum Imperium vendicarent, quàm Germani. Siquidem Annibal Carthaginensium Imperator non duas Aquilas ex insidiis rapuit, sed ad Tici-num primò, deinde ad Trebiam, tertio ad Thrasymenum, quarto ad Cannas totos consulares exercitus fudit, idque tanta Romanæ nobilitatis strage, vt ex postrema hac victoria duos modios annulorum aureorum Carthaginem miserit: cuius rei, vt omitam ceteros, testis est Lucius Florus lib. 2. Parthi postmodum, Orose Rege, eodem Floro teste lib. 3. cap. 11. cum Crasso Romano Imperatore congressi, vndecim legionibus Romanorum deletis, signis quoque, & aquilis ereptis, & ipso Imperatore occiso, victoriam de Romanis maximam retulerunt. Sapores verò Persarum rex, non exercitum solum Romanorum prostravit, sed etiam Romanum Principem Valerianum vi cepit, eumque ad extremam vsque senectutem, ignominiosissimam seruitutem seruire coegit, vt scribit Eutropius lib. 9. Orosius lib. 7. aliisque permulti, nec tamen vnquam vel Annibal, vel Oroses, vel Sapores Romanorum se Imperatores appellarunt. Verùm ne Arminius quidem id nomen sibi vsupare auderet, nisi iam tandem post mille quingentos annos, eum purpura & diademate vel inuitum ornare decreuisset Illyricus.

VENIAMVS ad 3. Illyrici argumentum, quod ex verbo Dei, admirabili artificio, scilicet, cõtextitur. *Regna atque Imperia*, inquit Illyricus pag. 2. 3. 4. & 5. *non sacrificiorum caeremoniis, sed gladio, ac iure belli Deus transferre solet. testatur id Deus illa nobili monarchiarum pictura diuinitus Danieli monstrata, Dan. 2. & 4. Idem perpetua experientia confirmat: sic Nembrotus, Ninus, Semiramis, & alij facti sunt robusti venatores coram Deo. Sic iure ac vi belli, aut gladij, imperium transfuit à Babiloniis ad Persas, à Persis ad Macedonas, à Macedonibus ad Romanos, & à Romanis ad Germanos. Hanc rationem transferendi regna ac dominia declarat Deus, Hiere. 27. & Isa. 45. Hac igitur diuinitus ordinata via, Germanica natio longè amplissima ac robustissima, Occidentale Imperium occupauit. Hæc ille. Hæc ergo primum quæro, an Deus plerumque solum, an verò omnino semper regna transferre soleat vi gladij? si enim plerumque, non autem semper dixeris, iam argumentum per se concidet: non enim rectè colliges, Plerumque regna transferuntur vi gladij: igitur regni Romani translatio à Græcis ad Francos vi gladij facta est: quod enim plerumque fit, potest etiam aliquando non fieri. Sin autem, semper omnino responderis, falsum assumes: nam translatio reipublicæ Hebræorum à Iudicium potestate ad regiam gubernationem, & rursùm translatio eiusdem Imperij à Saule ad Dauidem, ac deinde à Ioramo ad Iehu, prophetica vnctio, non vi gladij facta est. 1. Reg. 9. & 16. & 4. Regum 9. tamen sine bello fuerit Dauidi cum Isboset filio Saulis, tamen sine bello regnum obtinuerat super domum Iuda. Iehu verò etiam regem Ioram, & Iezabel reginam, & stirpem omnem regiam interfecit, id tamen non bellum fuit, sed vltio diuina: nec enim vllus restitit Iehu, aut cum eo more belli pugnavit. Viderit Illyricus, an non sit fallum, & contra Dei verbum, quod ipse confidenter asseruit, Deum non caeremoniis sacrificij, sed iure ac vi belli regna transferre: deinde translatio maximæ partis regni Hebræorum à Roboam ad*

Hieroboam sine bello facta est, 3. Reg. 12. translationem eiusdem regni post Babilonicam captiuitatem à domo Iuda ad domum Letui, hoc est, à Ducibus ad Sacerdotes, certè non bellum, sed populi consensus fecit: translationem alterius partis Romani Principatus ab vrbe Roma ad Constantinopolitanam ciuitatem, ex qua factum est postea, vt Græci aliquando Romanis imperarent, nōne sine gladio, sola Constantini voluntas effecit? translatio regni Francorum à Merouingis (vt Historici loquuntur) ad Carolingos, nōne Pontificis auctoritate, & procerum consensu sine armis facta est: denique, vt alia multa præteream, translatio Imperij Romani à Francis ad Saxones, nōne cum incredibili omnium pace & tranquillitate, sine vllius sanguine facta est? non igitur est verum quod Illyricus ait, perpetuam experientiam testari, Regna atque Imperia vi gladij solere transferri. Sed rursus ab Illyrico quæro, vtrum Nembrotum, Ninum, Semiramidem, Nabuchodonosor, Cyrum, Alexandrum, Iulium, quorum similem videri voluit Carolum Magnum, iure, an iniuria regna occupasse velit: si enim iniuria, responderit, iniuriam faciet Carolo, & qui ei successerunt, Germanis omnibus Imperatoribus: cum titulum iustissimum, quæ nos Historicorum omnium testimonio Imperiales nostros habere defendimus, ipse illis detrahat, & pro eo latrocinium Tyrannidemque substituat: sin autem iure, dixerit, quod eius verba satis aperte indicare videntur, rum sine dubio cum verbo Dei, & ipsa ratione pugnet: nam etsi Deus sit, qui, vt scripturæ loquuntur, transfert regna, atque Imperia, quique Nabuchodonosor, & Cyro, aliisque monarchis, regna maxima attribuit: non tamen propterea illi iustè regna aliena inuadebant, & igni ac ferro omnia deuastantes, viam sibi ad summam potentiam, & gloriam patefaciebant. Certè de his Monarchis Sanctus Augustinus ita scripsit libro quarto de Ciuitate Dei, capite sexto. Inferre bella finitimis & inde in cætera procedere, ac populos sibi non molestos sola Regni cupiditate contere, & subdere, quid aliud quàm grande latrocinium nominandum est? Neque huic sententiæ testimonia illa repugnant quæ Deum auctorem translationis ac mutationis Regnorum faciunt. Deus enim vitur mala voluntate (quam tamen ipse non fecit) aliquorum hominum, ad aliorum peccata puniendâ: & sic interdum admirabili ratione prouidentia suâ quibusdam regna adimit, quibusdam largitur, vt & qui regno cadit, iustissimè cadat, nec tamen iustè possideat, qui regnum inuadit: ac longè alia ratione Deus prouinciam Palæstinæ filiis Israël possidendam tradidit, quàm illam eandem vel Salmanassar, vel Nabuchodonosor postea tradiderit, siquidem filij Israël duce Iosue laudabili obedientia cum Palæstinis pugnant, illisque ad internecionem deletis, terras eorum sibi vindicabant. Salmanassar, & Nabuchodonosor detestabili sacrilegio Dei populum captiuum ducebant, nec imperio Dei, sed praua suæ cupiditati obsequabantur, tamen si Deus ipsi etiam ignorantibus & nolentibus utebatur ad id quod iustissimè fieri ipse volebat. Explicant hanc rem accuratè Sanctus Augustinus lib. de gratia & libero arbitrio, capite vigesimo & vigesimo primo & Hugo de sancto Victore libro 1. de Sacramentis parte 5. cap. 29. Sed nobis vnum scripturæ testimonium hoc loco satisfaciatur, Isaia 10. sic loquitur Dominus ad Regem Assyriorum: *Va Assur: virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum: ipse autem nõ sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit, sed ad contumeliam erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucaurum: dicet enim, Nūquid non Principes mei simul Reges sum?*

Et

Et infra: *Et erit cum implerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius: dixit enim, in fortitudine manus mee feci, &c.* Hoc enim loco aperte videmus, missum fuisse à Deo Regè Assyriorum, quod ita essent eorum peccata promerita: ipsum tamen Regem Assyriorum non eo animo profectum, vt tanquã Dei minister peccata puniret; sed vt per aliorum cladem & subiectionem ipse cresceret, & semper longius latiusque regnaret. Quare nec ita missum fuisse intelligere debemus, quasi præceptum habuerit, vbi inobedientia laudaretur; sed quia permisit Deus vt cupiditatem suam expleret in eum populum, qui tali vexatione dignus erat, puniendus etiã ipse postea, quod alienam prouinciã nullo iure sibi vendicasset. Quod etiam hoc tẽpore de Turcarum Imperio dici posse, nemo piorum & prudentium Christianorum dubitat, quis enim ambigere potest, quin diuina prouidentia, quæ transfert regna atque imperia, factum sit, vt ad nostra puniendâ peccata, Rex Turcarum Græcis prouincias vnuerfas, & nuper etiam Rhodum, Chium, Cyprum, & magnam Pannoniã partem Latinis eriperet? & contra tamen nemo nisi Turca aut Turcarum amicus negabit, quin per summam iniustitiam Orthomannus alienas prouincias occuparit. Hæc ego paulò fufius tractaui, quod Illyricus ita loquatur de hac re ambiguit, vt verissima latrocinia pallio prouidentia diuinæ tegere, & Principes ad aliena regna occupanda exhortari voluisse videatur. Sed de hoc 3. argumento satis diximus.

SEQUITVR quartum Argumentum. Imperialem (inquit Illyricus pagina 44. & 45.) dignitatem inde habuit (Carolum) quod sicut Theodoricus primus Gothicus Rex fuit adoptatus à Zenone Imperatore, accepitque dono Romam & Italiam vnã cum suis successoribus, ac insuper ea dignitate Odoacrem exiit: ita porro Longobardi, cõprobante & iuuante Constantinopolitano Imperatore, eadem gloria, iure, & possessione exuerunt Gothos, ac denique Reges Longobardicos Fræci Reges, præsertim verò Carolus Magnus vicit, & dignitate possessioneque Occidentalis Imperij super Roma ac Italia exiit, ipseque eo iure belli potitus est: quare etiam mox Romani post victos Longobardos illi iurauerunt, quod factum est amplius 20. annis ante illam actionem sub Leone Papa (vt isti aiunt) factam, per quam Papiæ dicit esse translatum Imperium ad Francos. Hæc ille. Huius argumenti tot mihi videntur esse mendacia, quot sunt sententiæ. Principiò, nõ exuerunt Longobardi Gothos possessione Italiae, sed Græci Imperatoris duces Belisarius & Narfes, vt Procopius, Agathius, Iornandes, Leonardus Arelinus, Paulus Diaconus, & alij omnes testantur, qui de bellis Gothorū & Longobardorum scriperunt. Tantum verò abest vt Imperatore cõprobante & iuuante Lõgobardi Italia occupauerint, vt potius cum ipso Imperatore, & eius Exarchis lõgo tẽpore de Italia possessione pugnauerint, vt ex libris Pauli Diaconi de rebus gestis Longobardorum, & ex aliis Historicis cognosci potest. Quid, quod Paulus Diaconus in vita Iustiniani senioris scribit, Longobardos in Italiam à Narsete inuitatos fuisse, vt Imperatoris eius prouinciæ possessione spoliarent? Quemadmodum autè Fræci potuerunt Longobardis Urbem Romam eripere, quàm illi nunquã possederunt: siquidem ex Historicis omnibus illius temporis constat, Longobardos, etsi magna Italiae parte potirentur, nunquam tamen Urbem Romam, aut prouincias Italiae, Campaniã, Apuliam, & Calabriam, Græcis Imperatoribus adimere potuisse. En igitur quanta fide sit dignus Illyricus, qui nouas historias, repugnantibus Historicis omnibus, comminiscitur. Porro Cives Romani, exactis Italia Longobardis, si Carolo Magno iurauerunt (nec enim eiusmodi iurandum apud idoneos

auctores inuenio) non vt Principi, aut domino, sed vt Patricio, & defensori iurauerunt. Hadrianus enim Pontifex cum fidelis opera Caroli Magni vsus esset in expellendis Longobardis, qui perpetuis excursionibus ditionem Romanam infestabant, Patricium eum Romanorum, & defenforem appellauit, vt Gratianus scribit distinctione sexagesima tertia, canone Hadrianus & canon. In Synodo. Neque de ea re dubitari potest, cum & Hadrianus Papa in epistola ad Tarasium Episcopum Constantinopolitanum, Carolum Francorum & Longobardorum ducem, Patriciumque Romanorum appeller, & ipse se eidem nominibus in diplomatis suis appellare consueuerit.

RESTAT argumentum postremum, quod Illyricus ex quatuor testimoniis texit. Primo loco pag. 45. testimonium petit ab Hermanno Comite Nouæ aquilæ, qui libellum de Francorum ordine & sedibus ad Carolum Quintum scripsit, cuius auctoris verba, vt etiam quædam alia aliorum, Illyricus aliquoties repetit, & tanta prolixitate, vt planè metuere libro suo videretur, si paulò renuitor appareret. Deinde pag. 57. addit testimonium Andree Alciati, nobilis iureconsulti. Et pag. 58. & 59. adiungit his Gotfridum Viterbiensem, ac Blondum Flauium pag. 60. Quid igitur hæc testimonia valeant, breuiter expendamus. Hermannus Comitem, & Alciatium, quod nostro sæculo vixerint, non cogimur magnificare: præsertim cum eis plurimos auctores, eoque antiquissimos & integerrimos obicere possimus. Videtur tamen Hermannus, vt etiam Fridericus Imperator, quæ ipse citat, non tam de iure ac titulo Imperatoris, quàm de possessione Imperij loqui, qua in re ab eo non dissentimus: nec enim affirmamus Leonem Põtificem armis Imperium de manu Græcorum eripuisse, ac deinde sic partem & acquisitum Carolo donauisse: sed ius ipsum quod Græcus Imperator in prouincias Occidentalis Imperij habebat, necnon titulos, honores, ac dignitates Augustorum, à Leone Pontifice Carolo imperitias asserimus, qua communicatione factum est, vt Carolus, & ea quæ iam bello sibi pepererat, iusto titulo vt legitimus Imperator possideret, & ius item haberet ad ea recuperanda quæ Romani Imperatoris antè fuissent. Itaque non pugnat quod Hermannus scribit, Francorum sanguine partem Imperium, cum eo quod Historici veteres summo consensu tradunt, Imperium à Græcis ad Francos Pontificis auctoritate translatum, si ille de possessione, isti de iure loquuti esse intelligatur. Quod quidem tam perspicuè etiam Alciatus scribit, vt mirari satis non possim, cur hunc auctorem in sententiam suam Illyricus pertrahere voluerit. Hæc enim sunt Alciati verba, quæ Illyricus producit pag. 57. *Igitur (inquit) Carolus, Maximus hac expeditione apud omnes nationes nomine acquisito, nulli non formidabilis, cum arma per Germaniam omnem, Pannoniãque circumtulisset, & non Italiã tantum, sed & Illyrici aliquas regiones Græco eripisset, vt iustum aliquem titulum adeptus Imperio præteriret, Casarem se, & Rom. Imperatorem à Pontifice populòque Romano designari procurauit.* Audis ne, Illyricus, quid tuus Alciatus dicat? iustum titulum accepisse dicit Carolum à Pontifice populòque Romano. si autè iustum titulum dare, nihil tibi esse videtur, cur paulò antè dicebas, Italiam à Zenone Imperatore Theodorico Regi fuisse donatã? neque enim Italiam à se expugnatam Zeno tradidit Theodorico, sed ius duntaxat expugnandi & occupandi dedit. Quare quemadmodum (te auctore) Zeno Italiam Theodorico verè donauit, cum ius ad eã tribuit, quam ille tamen suo labore, & Gothorum sanguine sibi parauit; ita nos patriis cum tot suprã citatis auctoribus dicere, Occidentale Imperium à Pontifice Leone Carolo Regi verè esse donatũ, cum iustum titulum ei tribuerit, licet possessio armis quaerenda & retinenda fuerit.

Vnum

Vnum tamen hoc loco non est prætereundum, quod Alciatus scribit à Carolo Imperium procuratum, non modo sine certo auctore, sed etiam repugnantibus plerisque veteribus auctoribus scribi. Eginartus enim, Caroli cancellarius, Conradus Abbas Urspergensis, Albertus Krantzius, & Ioanes Cuspinianus, quos cap. 2. mendacio quindodecimo supra citauimus, testantur Carolo nihil tale speranti, vel etiam recusanti, Imperium à Pontifice esse delatum, quibus certè auctoribus quin maior fides, quam vni Alciato habenda sit, dubium esse nemini potest. Sequitur testimonium Gotfridi Viterbiensis, & Blondi Flauij. Sic igitur Gotfridus: *Carolus, vt fungit statuit diademate mundi, Pontificis summi manibus decessit inungi.* Blondus vero: *Otho pater (inquit) filium Othonem in Saracenos Græcosque bene gesta, reuersum, consortem Imperij adsciuuit, voluitque Imperatorem à Romano Populo ex prisca consuetudine acclamari, quem Pontifex inunctum Imperiali diademate insigniuit.* Ex his testimoniis colligit Illyricus nihil omnino Pontificem Imperatori conferre, nisi theatralē & pompaticam cærimoniam, eamque non arbitrari suo, sed Principis iussu vel nutu. At id nõ rectè colligi, facilè ex his quæ diximus demonstrabitur: non enim Carolus ita statuit (vt Gotfridus loquitur) mundi diademate, vt illud sibi, nullo dante, per se arripere, ac vindicare voluerit: id enim nec ab illo antiquo scriptore asseritur, & multis apertè repugnat, nec scriptoribus modò, sed etiam moribus & pietati Caroli Magni repugnare videtur. Itaque non antè Carolus Imperium sibi assumendū statuit, quam illud sibi à Pontifice Maximo offerri vidit, tum verò, etsi initio recusaret, vt veteres auctores scribunt, tandem tamen assensus est, & (vt Gotfridus dicit) tum demum statuit diadema Cæsareum, & vnctionem Imperialem, de manibus summi Pontificis accipere. Eadem est ferè Blondi sententia de Imperio secundi Othonis: adscitum enim illum dicit à patre ad consortium Imperij, sed non negat id Pontifice consentiente factum esse, & quod Blondus non negat, quamuis nec asserat, asserit Vitichindus, qui Othonis æqualis fuit: nam libro tertio de rebus Saxonis extremo scribit, secundum Othonem iam antè inunctū fuisse Regem, & à Beato Apostolico designatum Imperatorem. Quapropter Otho senior nullam Pontifici fecit iniuriam, si eum in Imperij societatem assumpsit, quem ab ipso Pontifice successorem designatum acceperat. Sed iam solutus omnibus Illyrici argumentis, & primo illo titulo profligato, quo potissimum aduersarius nitebatur, minùs erit in confutandis cæteris laborandum.

CAPVT VIII.

Non accepisse Carolum Magnum à Deo immediatè Imperij dignitatem.



TER erat titulus, Dei solius donum: nam quemadmodum Aaronem in Republica Iudaeorum, & Petrum in Ecclesia Christiana nõ humana electio, sed Dei solius benignitas summus Antistites fecit; & Mosè, Iosue, Othonelem, Gedeonem, Saulem, Imperatores ac Principes solus Deus populo suo dedit: sic etiam fieri potuisset, vt Carolus Magnus sine vlla humana vel ope, vel vi, siue arte, aut industria, solius Dei voluntate ad Imperium vocaretur. Sed eiusmodi titulum Carolo Magno non conuenire, illi omnes auctores docent, quos capite 4. r. & 6. supra citauimus, ac ne ipse quidem Illyricus, si sibi constare velit, id negare potest. dum enim contendit, Carolum iure belli Imperium sibi parasse, & rursus id eodem, successione hereditaria, donatione Græcorum, & electione Romanorum obtinuisse: simul certè contendit, non accepisse id munus à solo Deo. Duo tamen sunt loca in eo Illyrici libro quem refellendum suscepimus, quæ satis apertè significant, traditum Imperium Carolo Magno fuisse diuinitus: prior locus est pagina 5. vbi ex eo probat Illy-

ricus, non potuisse Papam transferre Imperium; quia Dei solius est posse dicere, Mea sunt omnia, ego do ea cui volo: ego transfero Regna ac Monarchias de gente in gentem meo arbitrio. Sed si hoc argumentum aliquid efficeret, efficeret etiam, nullum omnino Principem electione hominum fieri. Et quoniam non solum Dei solius est Regna transferre, sed etiam non est potestas nisi à Deo, vt Apostolus ait Romanorū decimo tertio, rursus efficiemus, nec Regem pratorij, nec populum magistratui, nec Dominum seruis, nec parentem liberis vllam potestatem posse tribuere. Si quis verò pro Illyrico fortè respondeat, ita esse Deum auctorem primum ac præcipuum omnis potestatis, atque ab eo positum ita Imperia omnia & Regna transferri, vt modò tamen id per se, modò per alios faciat: à Principe potestas poterit Illyrico respondere, Imperium Romanum à Græcis ad Francos, Pontificis auctoritate translatum, à Deo esse translatum: id enim Deus fecit, sed opera Vicarij sui, nam quod Vicarius faciat à Principe potestas facit, id etiam Princeps ipse facit. Posterior locus est pagina sexagesima prima, vbi ex nescio qua visione Constantini Imperatoris Constantinopolitani, Illyricus probat, diuino mandato Carolum Magnum Imperatorem esse constitutum. Sed indignum est argumentum, cui respondeatur. Primum enim auctor eius visionis non satis magnam fidem apud homines doctos habere solet: nam etsi vir probus, ac pius fuerit, multa tamen fabulosa operi suo inseruit. Itaque more suo mentitur Illyricus, cum auctorem hunc antiquissimum, atque ita authenticum esse dicit, vt eius scripta Catholicis quasi propria adyta, & quasi sacra esse, videatur. Deinde ipsa visio (seu vera, seu falsa fuerit) nullam mentionem Imperij facit, hæc enim est summa visionis: Cum egeret auxilio aduersus barbaros Imperator Constantinus Copronymus, per quietem à Deo monitus est vt Carolum Regem Francorum adiutorem in eo bello suscipere. Ergo quod Illyricus addit, tum diuino iussu datum esse Carolo Imperium Occidentis à Constantino, signentum Illyrici est, nisi fortè ipse quoque in quiete somnium aliquod vidisse se dicat. Sed fac postremò & visionem Constantini veram esse, & ea Carolo Imperium Occidentis promissum, quid aliud inde colligi possit, quam id Imperatori Græco à Deo fuisse diuinitus indicatum, quod postea est factum, cum Carolus Pontificis Maximi auctoritate Imperator Occidentis salutatus est? sic enim & Nabuchodonosor somnio diuinitus immissio, didicit Imperium suum ad Persas, & Medos, inde ad Græcos, postremò ad Romanos transferendum: nec vllus inde colligit, iussum fuisse à Deo, Nabuchodonosor Regem regnum suum cum Persis & Medis communicare.

CAPVT IX.

Imperium Romanum non venisse ad Carolum iure hereditario.



ERTIVS expendendus titulus est, ius successionis hereditariæ, quo titulo non peruenisse ad Carolum Imperium Romanum, nemo negare potest, nisi qui aut nimium sit impudens, aut in historiis nihil legerit: siquidem extra controersiam est, Pipinum, Caroli Magni patrem, ex præfecto siue magistro aulae, Regem Francorum dictum esse, idque Zachariæ & Stephani Romanorum Pontificum auctoritate. Auctores nos supra citauimus cap. 2. mendacio 19. Imperatorem Romanum fuisse Pipinum nemo scripsit. Quare cū ex Pipini patris successione nihil aliud Carolus habere poterit, nisi quod Pipinus habuit, efficiatur profectò, Carolum iure hæreditario, non Imperatorem Romanorū, sed Francorum Regem solum, idque nõ sine Pontificis Maximi beneficio in patrem eius antè collato, esse potuisse. Deinde certū exploratūque est,

Carolum Magnum post obitum Patris ab Hadriano Pontifice Patricium Romanorum (quæ est dignitas secunda post Imperatoriam) esse creatum, vt nos supra demonstrauimus. Quis verò sibi persuadeat, Carolum Magnum passurum fuisse, fieri se ex Imperatore Patricium: idem enim fuisset, ac si aliquis hoc tempore in suo regno aut Prorex, aut Præfectus vrbs, honoris ergo diceretur. Accedit postremò, fieri nullo modo posse, vt successione hæreditaria Romanum Imperium Carolus Magnus acceperit, nisi falsum sit quod omnes Historici summa consensione tradunt, fuisse Carolum Magnum Imperatorem ex gente Francorum. Sed videamus quid Illyricus contra proferat. Is igitur Odoacrem Herulum, Theodoricum Gothum, & Clodoueu Francum, Romanos Imperatores fuisse contendit; & quoniam ij Germani, vel certè ex Germania oriundi erant, eorum Imperium hæreditaria successione ad Carolum Magnum deuolutum esse colligit. Ac primum pag. 21. 22. 23. 24. & 25. Odoacrem Imperatorem fuisse, sex rationibus probat, quas ego Deo iuuante sex mendacia esse demonstrabo.

AFFIRMAT primo à Leone Bessicano, Græco Imperatore, tributum fuisse Odoacri Imperium Occidentis: ita Odoacrem Imperatoris auctoritate Imperatorem legitime creatū. *Romani* (inquit Illyricus) *seu potius Constantinopolitani Imperatores, scilicet ius Occidentalis Imperij Germanis tradiderunt, quod authenticis historijs, Christo iuuante, contra Papalium adulatorum mendacia probabimus. Prima igitur translatio facta est sub Leone Bessicano Constantinopolitano Imperatore, circa annum 460. in Orbacaram, aut Odoacrem, à militibus Romanis, teste Alciato.* Hæc ille: qui etsi non dicat à Leone, sed sub Leone Imperium translatum esse in Odoacrem: necesse tamen est, vt aut velit Leonis auctoritate id factū esse, aut ipse nõ sibi constet, proposuit enim se probaturum, scilicet Imperium à Græcis Imperatoribus traditum esse Germanis, & continuo subiungit primam communicationem sub Leone Bessicano esse factam, siue autem Alciatus id scripserit (neque enim vsquam id in Alciato reperisse potui) siue non scripserit, falsum est quod hic asseritur. Cassiodorus enim in Chronico, sub Zenone, qui tertius fuit à Leone Bessicano, scribit Odoacrem Italiae Regem factū Leone Bessicano iam defuncto: quod idè scribitur & ceteri grauioribus historijs, vt Beda de sex ætatib⁹ in Zenone, Marcellinus Comes in Chronico, Paulus Diaconus li. 16. rerum Romanarum, Ado Viennensis in Chronico, Abbas Urspergensis item in Chronico, Otho Frisingensis lib. 4. cap. 30. Ioan. Nauclerus generat. 16. Onuphrius in lib. 1. de Principibus Romanis: & quod magis est mirandum, Illyricus ipse Centuria 5. cap. vltimo, col. vltima, vt iam eum non solum mentiri, sed etiam sibi repugnare necesse sit. Itaque falsum est quod de Leone Bessicano hoc loco scribit Illyricus. Sed fortè erratum est solum in nomine, & Zeno Imperator Imperium Odoacri tradidit, quod fecisse Leonem, falsò dictum fuerat. Immo non solum in nomine, sed etiam in re ipsa erratum est: tantum enim abest, vt Zeno Imperator Imperium Occidentis Odoacri tradiderit, vt nihil grauius tulerit, quam ab eo Italiam per vim, & tyrānidem occupatam. vt enim Abbas Urspergensis scribit, Odoacer regnum Italiae inuito Zenone possedit: ac propterea Theodoricum Gothum cum exercitu ad Italiam Zeno misit, vt inde Odoacrem Tyrannum, atque oppressorem Vrbs & Italiae expelleret: quod etiam plerique alij scripserunt, vt Procopius lib. 1. de bello Gothorum, Iordanes in commentario de rebus Geticis, Leonardus Aretinus in primo libro de bello Italico, Paulus Diaconus lib. 16. rerum Romanarū, Blondus decadis primæ, li. 3. Nauclerus generat. 16. Freculphus tomo 2. Chronicorum, lib. 5. cap. 18. nec vllum omnino me legisse memini, qui contra scriberet, præter vnum Illyricum.

ADDIR 2. Illyricus Odoacrem à militibus Romanis in Monarcham electum, cum esset ipse etiam vnus ex primoribus Ducibus ac principibus Romanorum. Sed hæc quoque duo mendacia sunt: nam Historici omnes supra citati testantur: Odoacrem non alios milites habuisse, nisi Barbaros, reliquias videlicet exercitus Attilæ Regis Hunnorum: atque ab ijs militibus Regem appellatum, cum capto Ticino, Romanas legiones ad interneccionem deleuisset, scribit Carolus Sigonius libro 14. de de Imperio Occidentali: quod planè congruit cum eo quod scribit Procopius libro 1. de bello Gothico, Odoacrem non à Romanis, sed à Gothis militibus perijisse, vt se Romanum Regem constitueret. Porro summa dignitas quam apud Romanos adeptus est, antequam Regnum in Italia sibi vindicaret, ea fuit (si Procopio credimus lib. 1. de bello Gothorum) vt armiger esset Orestis, magistri militiæ Romanorum: quocirca non Dux aut Princeps in exercitu Romano, sed famulus vnus ex ducibus Romanis Odoacer antea fuerat. Sed placuit Illyrico eum ex armigero Principem facere, & ex ordine seruorum, in ordinem Senatorum mendacio suo prouehere, quamquam eo tempore quo Rex Italiæ creatus est, nihil omnino commune cum Romanis habebat: discesserat enim iam antea ex Italia, & in patriam profectus, multitudinem variam barbarorum collegit, vt cum ea Italiam, dissensionibus Principum laborantem, opprimeret: nec solum Romani Principis dignitatem eo tempore non habebat, sed neque ciuilem vllum cultum, ac ne indumenta quidem, nisi rusticana, & barbara. Siquidem iter facienti Odoacri cum exercitu per Noricorum rura (vt scribit Paulus Diaconus in vita Augustuli, & post eum Abbas Urspergensis in Chronico) Sanctus Seuerinus victoriam in hæc verba prædixit: *Vade nunc ad Italiam, vade Odoacer, vilissimus interum animantium pellibus indutus, multis citò plura largieturus.*

TERTIAM rationem sumit Illyricus ex ambiguis quibusdam verbis Blondi Flauij. Quòd enim Blondus scripsit lib. 2. decadis primæ, turbinem illum irruptionis Odoacris in Italiam à Romanis ciuibus Augustuli amulius suscitatum, sic Illyricus interpretatur, vt primarij Romanorum Odoacrem vocauerint, ac Romanum Imperatorem contra Augustulum appellauerint: atque addit, non defuisse graues causas creandi noui Imperatoris, & suscipiendi arma contra Augustulum. Sed hæc interpretatio cum ipso Blondo pugnat. Blondus enim in eodem libro non modò nõ meminit vllius expeditionis Romanorum pro Odoacre aduersus Augustulum, sed etiam disertis verbis testatur, nullum nouum Imperatorem post Augustulum esse creatum à Romanis, sed in Augustulo perijisse atque omnino extinctum fuisse Occidentale Imperium, Odoacrem verò non Romanorum Imperatorem, sed Italiae duntaxat Regem fuisse. Itaque verba illa Blondi de turbine irruptionis Odoacris ab amulis Augustuli suscitato, si cum alijs Blondi, ac cæterorum Historicorum sententijs consentire debent, nihil aliud significare possunt, quam ex mutuis odijs, & contentionibus Principum Romanorum, quibus ad extremam debilitatem Imperium Occidentale paulatim deuenerat, occasionem accepisse Odoacrem Italiam occupandi. Quod planius loco paulò antè notato his verbis Sigonius explicauit: *Odoacer fama rerum quæ seditione gererentur in Italia percitus, vehementius ad illius cupiditatem exarsit: animum verò eius incendit, ac prope certa victoria fiducia incitauit ipse Imperator Momyllus, cuius in tanta populorum dissensione infirmissimas opes esse comperiebat.*

QUARTA Illyrici ratio similis est superiori. Nam quia Blondus Flauius lib. 3. Decadis primæ scriptum reliquit, Odoacrem à Romano populo summis honoribus affectum, inde ipse colligit, Odoacrem à Romano po-

pulo Imperatorem sine dubio salutatum. *Qui poterant, (inquit) alij esse isti summi honores à populo tam cupidè oblati Odoacri, nisi Imperium, de quo tunc prior Imperator victus, nouo victorique cedebat?* Sed non est cur in hoc argumento diluendo diutius hæreamus: explicat enim eodem loco Blondus qui fuerint summi illi honores, dum ait, Cdoacrem ab vniuerso populo Regem Italiae salutatum, & in Capitolium, tãquam Vrbs dominum, festiui, acclamationibus deductum. Deinde quidquid ei honoris Populus aut Senatus obtulerit, Imperatorios certè titulos Odoacer nunquam admisit: siue enim verocundia Augustalis maiestatis (vt quidã voluit) permorose fuerit, siue barbara superbia euerit potius, quàm parti Imperij gloriam maluerit: illud ex Mariano Scoto, & Aurelio Cassiodoro in Chronico constat, solo eum Regio nomine contentum, purpurã, & diademate, alijsque regalibus insignibus perpetuò caruisse.

Ex quo soluitur etiam quintum Illyrici argumentum, quod ex iure belli depromptum est: id enim ius belli postulare videtur, vt victoris fiant, quæ is qui victus est aut eã possidebat. Sed præterquam quod Odoacer, vt supra dictum est, solo Italiae regno contentus, ad ius vniuersi Imperij, & Augustalem dignitatem minimè aspirauit: non ius, sed iniusticia belli dicenda est, cum quis alienam prouinciam, nulla iniuria prouocatus, sola regnandi cupiditate inuadit: quod Odoacrem fecisse Procopius scribit lib. 1. de bello Gothico. *Hoc pacto (inquit) sibi tyrannidem cum comparasset, ad decimum annum tyrannidem stabilivit: neque à Procopio scriptores ceteri dissentiunt.*

Sextum denique ac potissimum argumentum Illyricus ducit ex Augustuli abdicatione. Quoniam enim Odoacre Italiam inuadente Augustulus Imperator sponte purpuram abiecit, atque ab Odoacre vita donatus est, ratio cinatur Illyricus, Augustulum Imperatorem Imperium suum Odoacri pacificè tradidisse. *Non est dubitandum (inquit Illyricus) quin id ipsemet Regi Odoacri renunciauerit, vt sibi modò vitam largiretur.* At leuior coniectura est, quàm vt opponi possit tot Historicorum testimonij, qui in Augustulo Occidentale Imperium defecisse constanter affirmant: nec enim in Augustulo defecisset, si Odoacrem successorem Augustulus habuisset. Quia verò eodè in loco bis mentitur Illyricus cum ait, Italicos scriptores solos tunc scripsisse, & ex inuidencia inter Imperatores Romanorum Odoacrem nominare noluisse, adscribere hic operæpretium duxi testimonia Germanorum, qui cum Italicis in hac re describèda mirificè consentiunt. Iornades Gothus ante omnes Italicos de hac re scripsit: cum Iustiniani tempore floruerit, ante annos 1000. is igitur sic loquitur in lib. de rebus Geticis: *Odoacer (inquit) Turcilingorum Rex, habens secum Scyros, Herulos, diuersarum gentium auxiliares, Italiam occupauit, & Oreste interfecto, Augustulum filium eius de regno pulsum, in Lucullo Campaniæ Castello exilij pœna damnauit. Sic quoque Hesperium Romanæ gentis Imperium, quod 709. Vrbs condita à primo Augustorū obtinuit Octavianus, cū hoc Augustulo perijt, anno decessorum, prædecessorumve regni 122. Quod idem repetit in libro de regnorum ac tēporum successione. Idem tradit, ac propè verbis iisdem, Freculphus Lexouienfis tomo 2. Chronicorum lib. 5. capite 17. qui auctor cum tempore Ludouici Pij ante annos ferè 800. vixerit, sine dubio pleròsque Italicos scriptores antecessit. Idipsum testatur, Ortho Friusgens lib. 4. Historiæ, capite 13. & Conradus Abbas Vrspergens in Chronico, cuius verba (quia diligentissimè annorum numerum continent) hic adscribam: *Augustulus (inquit) sponte purpuram abiecit, & Imperialem maiestatem deposuit. Ita Romanum Imperium toto orbe venerandum, & Augustalis illa sublimitas, quæ ab Augusto quondã Octauiano 709. à condita Vrbe anno cœpit, in hoc Augustulo perijt, anno ab Vrbe condita 1227. à Casare verò qui**

primus singularem in ea principatum arripuit, anno 524. ab Incarnatione Domini anno 477. Hæc ille. Consentiant Ioannes Nauclerus generat. 16. & Albertus Kranzius libro 1. Vandalia capite 35. qui Imperium in Occidente ab Augustulo vsque ad Carolum Magnum annis plurquam trecentis vacasse scribunt. Quid igitur Illyricus somniabat, cum scriberet solos Italicos tunc scripsisse, & ex inuidètia Odoacrem Imperatorem appellare noluisse: *Sed Martinus Polonus (inquit Illyricus) contraria sententia verbis scribit: sic enim ait, Augustulus cum videret Odoacrem (vt ipse eum nominat) interfecto suo patre Oreste, iam totam Italiam tenere, sponte ei, exiens purpuram, de Imperio cessit.* At non rectè legisti, aut de industria more tuo, Illyricus, peruertisti verba Martini. Ille enim Conradum (vt videtur) sequutus, sic ad verbum scribit: *Augustulus sponte purpuram abiciens, Imperialem deposuit maiestatem.* Abiecit igitur ac deposuit Imperium Augustulus: sed neque ipse illud Odoacri tradidit, neque Odoacer, vt iam satis perspicuè à nobis est demonstratum, assumpsit.

Sed fac, si placet, Odoacrem Imperatorem Romanorum fuisse, adde etiam ab exercitu dictum, à Senatu & Populo confirmatum, atque (vt nihil desit) voluntas quoque Græci Imperatoris accesserit: quid hæc ad Carolum Magnum: Odoacer Herulus fuit, Carolus Francus: qua igitur lege hic illius hæres constituitur? Odoacer paulò post, quàm Italiam occupasset, à Theodorico, Rege Gothorum, & vita & regno spoliatus est, qua ratione igitur amissam hereditatem ad posteros transtulit? Odoacer Carolum annis trecentis & triginta circiter antecessit, atque interim Italia dominos sæpe mutauit Gothos, Græcos, Longobardos: quis igitur post tost sæcula, totque rerum mutationes, Odoacris hereditatem integram Carolo representauit? Ad Germanos (inquit Illyricus) Imperium pertinet: Odoacer enim Herulus fuit, proinde Germanus: at cum tam Heruli quàm Franci, Germani sint, cur ad Francos potius quàm Herulos Imperium delatum est? Deinde sicut Odoacer fuit Germanus, ita Seuerus, Africanus, Heliogabalus Syrus, Maximinus Thrax, Philippus Arabs, Decius Pannonius, Claudius iunior, Illyricus, Diocletianus Dalmata, Theodosius Hispanus: atque, vt alias nationes omittam, quæ Imperatores Romano populo dederunt, Iulius, Octauius, Tyberius, Caius, & ceteri quàm plurimi, Itali fuerunt. Quo iure igitur propter vnū Odoacrem Imperium ad Germanos pertinebit, propter alios tam multos ad alias nationes, atque ad Italicam præcipuè, non pertinebit: quare non necessariò ad eam nationem Imperium pertinet, ex qua eligitur Imperator. Quod verò post tempora Caroli Magni sola Germania sedes Imperij facta sit, non virtus Odoacris, neque Imperij ratio ac natura, sed solius Apostolicæ Sedis auctoritas fecit. Atque hæc de Odoacre: nunc de Theodorico & Clodoueo facilius explicabimus: eadem enim ferè horum, atque illius est ratio.

ICITVR à pag. 26. vsque ad 35. de Theodorico Rege Gothorum scribit, ac docet, eum quoque Romanum Imperatorem fuisse, & per eum ad Carolum Magnum, quod vterque Germanus esset, Imperium hereditario iure peruenisse. *Secunda (inquit) translatio aut communitio Imperij erga Germanos facta est à Zenone Imperatore Constantinopolitano, qui de consensu totius Senatus Imperialis adoptauit sibi Theodoricum Gothorum Regem, qui sine controversia Germanus fuit, eique Romam, Italiam, & totum Occidentale Imperium largitus est.* Hic primum dicere possemus quod de Odoacre diximus: quid Carolo & Theodorico, cum ille Francus, iste Gothus fuerit? & rursus cum Theodorici successores à Iustiniano Imperatore Italia pulsi profligatique fuerint, atque ideò Imperium Theodorici (si hoc nomine appellari debet) penitus interierit, quod est illud Imperium, quod a Theodorico ad Carolum hereditario iure peruenit? Sed hæc omitto,

ne aduersarium imitari videar, qui iisdem sæpius iterandis, incredibili tædio lectorem suum fatigat. Id vnun hoc loco statuo, Theodoricum à Zenone sibi filium adoptatum. Consulèmq; ordinarium & Regem Italiae dictum, non tamen Imperatorem & Augustum appellatū; proinde Regem Imperio subiectum, non collegam & consortem Imperij ab Augusto assumptum, Theodoricum fuisse. Ita verò se rem habere testantur Historici penè omnes, qui ab Augustulo vsque ad Carolum Occidentis Imperium vacasse scribunt: testantur quotquot nomina, tempora, numeros Imperatorum edidere. Siquidem in tanto numero Chronologorum neque vnus reperitur, qui Theodoricum in Imperatorum Romanorum seriem & numerū retulerit: ac ne ipse quidem Cassiodorus, qui Theodorici Cancellarius erat, & in Chronico suo Imperatores, & Consules Romanos accuratissimè descripsit, testatur ipse Theodoricus, qui in tot epistolis, quas scripsit, quæque apud Cassiodorum existant, nunquam se Casarem, nunquam Augustum, nunquam Imperatorem vocat, testatur Procopius, qui libro primo de bello Gothico, *Theodoricus (inquit) Romani Imperatoris, nec insignia, nec nomen sibi desumpsit, sed quoad vixit, Rex est appellatus, quo nomine suos Barbari nuncupant duces.* Testatur denique ipsemet noster aduersarius Illyricus. Sic enim scribit Centu. 6. cap. 16. columna 840. *Theodoricus (inquit) Romani Imperatoris nec insignia quidem, nec nomen sibi vendicauit, sed Rex est appellatus, sicut à Barbaris Duces vocari solent.* Ac, ne fortè sibi soli nõ crederemus: idem confirmat ex Ioanne Cuspiniano, quod sanè Illyrici testimonium satis esse deberet, nisi cum homine ageremus, qui modò ait, modò negat.

SUBIECTVM verò Imperatori Regem Theodoricum fuisse testatur in primis ipsa adoptio, cuius meminere plerique Historici, Iornandes de rebus Geticis, Procopius lib. 1. de bello Gothico, Abbas Vrspergens in Chronico, & alij. Siquidem propterea Imperator Zenon Theodoricum Italiae regno donatum, sibi filium adoptauit, vt subiectionis, atque obedientiæ memor esset, quàm Imperatori Rex, & patri filius deberet. Testatur deinde Theodoricus ipse, qui, Iornande in lib. de rebus Geticis auctore, seruum se & filium Imperatoris esse, atque eius munere regnum Italiae possessurum dicebat: & (vt addit Olaus lib. 9. Hist. Gothorum, c. 17.) non tam sibi, quàm Imperatori Romam, atque Italiam recuperandam asserebat. Testantur denique Athalaricus & Theodahatus, Theodorici in Italia regno successores: vterque enim in epistolis ad Iustinianum Imperatorem, quæ sunt apud Cassiodorum 1. lib. 8. & 25. libri 10. obedientiam Imperatori debere se ingenuè confitentur. Quod idem satis indicant epistolæ ceteræ, tum ipsius Theodahati, & prædecessoris eius Athalarici, tum etiam Amalafuenthæ & Godulinæ Reginarum ad eundem Iustinianum, & coniugem eius Theodoram. Sed videamus quibus testibus Illyricus probet, Theodoricum Imperatorem fuisse Romanorum.

PRIMÒ loco Siebertum profert. At Siebertus in Chronico anni 487. (quem locum Illyricus notat.) Imperij ne meminit quidem. Hæc enim sunt verba Sieberti: *Zeno Imperator Theodorico Ostrogothorum Regi regnum Italiae donat.* Secundò Abbatem Vrspergensem producit. At Vrspergens in eo ipso loco quem citat Illyricus, cõtra Illyricum testimonium dicit: Sic enim loquitur: *Eo tempore regnum Orientale Zeno Imperator habebat, qui audiens Theodoricum gentis suæ Regem esse, gratè suscepit, eumque ad se Constantinopolim venire præcepit, dignèque susceptum inter proceres Palatii collocauit, & post aliquod tempus in filium sibi adoptans, consularibus fascibus, quæ dignitas post Imperiale fastigium prima est, eum sublimauit.* & infra nulla Imperij facta mentione, subiungit, Italiam recuperandam & gubernandam eidem Theodorico à

Zenone esse commissam. Vbi vides, summum honorem, quem Theodoricus Zenonis beneficio est cõsequutus, non Imperium, sed Consulatum fuisse: quod etiam aperte fatetur Athalaricus Theodorici nepos in epistola ad Iustinianum, quæ est prima libri octauiani apud Cassiodorum, vbi enumerans beneficia quæ ab Imperatore Gothi Reges acceperant, sellas curules, & vestes palmatas, quæ insignia Consulatus erant, in primis beneficijs numerat: Imperij ne meminit quidem. *Vos (inquit) aum nostrum in vestra ciuitate sellis curulibus exstulistis, vos genitorum meum in Italia palmata vestis claritate decorastis.* At (inquit Illyricus) idem Abbas Vrspergens in alio loco Theodoricum Romano Imperio præfedisce scribit. Verum est id quidem, sed eum præfedisce vt Imperatorem non scribit, nec scribere potuit, nisi secum ipse pugnare vellet, quippe qui in Augustulo perijsse, nec antè Caroli tempora reuixisse Imperialem dignitatem, non semel in illo suo Chronico tradidit. Itaque præfedisce Theodoricus Romano Occidentis Imperio, non tamen vt Augustus & Imperator, sed vt Rex Italiae, ipsique Romano Imperatori subiectus.

TERTIÒ profert Illyricus Nauclerum, qui cum scribit Theodoricum à Zenone sacro velamine insignitum: nihil aliud significasse videtur, quàm purpura Imperatoria circumdaturum, & verè ac propriè Imperatorem factum. Sed fallitur, aut fallit Illyricus. Sacrum enim illud velamen non purpura erat Imperatoria, sed publicum concessæ prouinciæ stabilimentum: (vt Paulus Diaconus lib. 16. & Blondus Flauus lib. 2. scriptum reliquerunt) nec aliter Nauclerus interpretari potuit illam velaminis caeremoniam, cum in eodem Chronico generat. 16. paulò antè scripsisset, in Augustulo Occidentale Imperium perijsse.

PROFERT quarto loco Illyricus Olaus Magni Gothi Scriptoris testimonium, nec tamen vlla eius verba in medium adducit: Sed parum certè consideratè ad Olausum Illyricus prouocauit: is enim cum alia scribit quæ Illyrici causam lædant, tum illud in primis, Italia à Theodorico non tam sibi, quàm Imperatori recuperatam. Sic enim Theodoricum Regem cum Zenone Imperatore loquentem facit Olaus lib. 9. Hist. Gothorum, cap. 17. *Illud commemorare officij nostri est, & cogitare sapientia: quia si res voto responderet, sanè Italia non tam mihi recepta fuerit, quàm Imperio: poteris tu quidem, quidquid erit terrarum, mariumque, quicquid præceca copiarum & exercituum, ad gloriam Imperij referre, cuius beneficio restituta sit. Neque tua minus erit Roma (Nota) re ipsa, quàm titulo.* Et infra cap. 18. *Deinde Zeno Theodoricum sacro velamine (quod erat tunc maximum à Principe facta concessio stabilimentum) insigniuit.* Quintò Platina testimonium Illyricus adducit, hæc autem sunt verba Platina: *Nemine adujsante, Theodoricus totius Italiae Imperio potius est. En audis (inquit Illyricus) Theodoricum esse factum Romanum Imperatorem.* Audio, sed Illyrici, non Platinae testimonio, nec enim est idem, Imperio Italiae potiri, & Romanum Imperatorem fieri: nisi fortè ius Imperij Romani Italiae finibus concludi velis, alioqui multam sæculis Germania Imperatorem Romanum minimè habuisset.

POSTREMÒ nec illud Illyricus omittendum putauit, quod Theodoricus, vt se verum Imperatorem Romanorum probaret, ipsi etiam summo Pontifici Symmacho imperauit, eumque coram se accusatum iudicauit: mirum cur non etiam addiderit, Ioannem Pontificem ab eodem Rege diro carceri mancipatum, inedia, & squalore enectum. & tamen licet id quod nos de Ioanne diximus, verum sit, non tamen est verum, quod de Symmacho Illyricus dixit. Theodoricus enim toto ferè Principatus sui tēpore, tametsi barbarus natione, & Arianus religione esset, motibus tamen perurbibus, clementia, iustitia, alijsque regijs virtutibus insignis fuit. Quam

obrem in causa summi Pontificis Symmachi non aliter se gessit, quam se Constantinus, aut Theodosius gessisset, id est, ut Christianum & modestum Principem decebat. Siquidem ut ex 4. Synodo Romana sub Symmacho cognosci potest, cum querelae de Pontifice delatae ad se fuissent, rem totam ad Synodum Episcoporum retulit: cumque Episcopi libertate sacerdotali Regi suggerere non dubitarent, Synodorum conuocationem ad ipsum, qui accusabatur, id est, ad Romanum Pontificem pertinere, cui Beati Petri meritum, Domini iussio, & Conciliorum auctoritas, singularem tradidissent in Ecclesijs potestatem, nec unquam tantae sedis Antistitem minorum subiactu iudicio: tum vero Rex ipsum quoque Papam in congreganda Synodo voluntatem suam literis demonstrasse significauit, quas etiam literas, Episcopis postulantibus, continuo exhiberi praecipit, ac demum legatis Concilij ad se venientibus ait, in Synodali esse arbitrio, in tanto negotio sequenda praescribere, nec aliquid ad se praeter reuerentiam, de Ecclesiasticis negotijs pertinere. Haec ille tum, cum, Historicorum omnium consensu, regijs virtutibus mirifice floreret. Sed cum postea sub extremum vitae suae tempus, moderatum regimen in apertam tyrannidem commutasset, (quod ne ipse quidem Olaus Gothus libro supra citato negat) id fecit in Ioannem Pontificem, quod tyranni atque haeretici solent, quodque ante illum Nero, Domitianus, Decius, Maxentius, Constantius, in sanctos sui temporis Pontifices, & Martyres fecerant.

IAM vero quod Illyricus nugatur de nominibus Imperatoris, & Regis, ea solere confundi: proinde in idem recidere, siue quis Rex Italiae, siue Romanus Imperator dicatur, leuius est, quam ut longa refutatione indigeat.

Etsi enim ante Iulij & Augusti tempora Regium nomen Imperatorio maius ac venerabilius erat: tamen post constitutam Caesarum Monarchiam, nihil in teris Augustus esse cepit nomine Imperatoris. Itaque cum aliquando Caius Imperator de nomine ac diademate regio assumendo cogitaret, admonitus est, inquit Tranquillus, se, quod Imperator Romanorum esset, Principum ac Regum excessisse fastigia. Ac licet posterioribus temporibus Imperatores Graeci & Germani regio nomine interdum uti fuerint, nunquam tamen qui solum essent Regem Imperatorium nomen usurparunt. Id quod in Epistolis Theodorici, Athalarici, & Theodahati Italiae Regum, ad Imperatores Anastasium & Iustinianum, apud Cassiodorum perspicue cernitur. Nunquam enim in tot Epistolis nomina (quae promiscua esse Illyricus contendit) ita commutantur, ut Iustinianus vel Anastasius Rex, Theodoricus vel Theodahatus Imperator appelleretur. Ipse etiam Carolus Magnus Imperator, filium suum Pipinum: deinde eo mortuo, Bernardum nepotem, Italiae Regem fecit, atque ad eundem modum longo tempore Rex Italiae non Imperator, sed Princeps Imperio subiectus fuit. Ex quo manifeste colligitur, non esse idem, Regem Italiae, & Imperatorem Romanorum. Denique Lupoldus, quem imprudenter Illyricus pro se citat, cum contra ipsum maximè faciat, in libro de Iuribus Imperij, cap. 5. testatur, Henricum II. non se Imperatorem, sed Regem duntaxat appellasse ante coronationem: quod idem de alijs etiam Imperatoribus, ex antiquis Historicis nullo negotio demonstrare possemus.

VENIT postremò Illyricus ad Clodoueam, atque eius hereditate Imperium ad Carolum peruenisse his verbis docet, pag. 35. & sequentibus: *Tertia communicatio Imperij Germanis facta est paulò post praecedentem ab Anastasio Imperatore Constantinopolitano, qui de unanimi consensu totius Senatus aut Principum, largitus est Augustale nomen ac dignitatem Clodoueo Regi Francorum, qui primus ex illis Regibus baptizatus est, quare dignitas Imperialis semel Regibus Francorum donata, necessario etiam ad posteros*

per ordinem successionis permanuit, atque ita etiam ad Carolum Magnum idem ius peruenit: quod autem Anastasius Imperator Augusti nomen ac dignitatem communicauerit Clodoueo, & Francorum Regibus, ex hisce sequentibus prorsus authenticis testimonijs liquido patet. Vbi clarè tum Augusti, tum Imperatoris nomen legis illis à Constantinopolitano Caesare communicatum esse, & infra post recitata ad id probandum testimonia Gregorij Turonici, Adonis, Hannonis, Iuonis, Sigeberti, Sabellici, & Bergomensis, ita subiungit. Quare id decus eodem iure etiam ad Carolum Magnum una cum reliquis Franciae Monarchia insignibus peruenit, non ex donatione Papae. Haec ille.

Eo vero in hac breui narratione quatuor mendacia inesse video. Primum enim, quod Illyricus dicit à septem illis supra nominatis scriptoribus memorie proditum, id esse falsum ipsi iisdem auctores docent. Siquidem Consulatus, vel Patriciatus insignia Clodoueo donata ab Anastasio, omnes illi auctores testantur: Augustalem dignitatem, vel appellationem soli posteriores. Adhuc quidem, Turonicus, Ado, & quidam alij, post accepta Consulatus insignia appellatum Clodoueam etiam Augustum: sed à Francis, non à Romanis additam fuisse eam appellationem testatur Blondus lib. 3. decadis 1. & Albertus Krantzius lib. 3. Suetia, cap. 17. nec à vero aberrant. Haec enim sunt Gregorij verba lib. 2. Hist. Francorum, cap. 38. *Igitur ab Anastasio Imperatore codicillos de consulatu accepit. Et infra: Ab ea die tanquam Consul & Augustus est vocitatus.*

ADO vero sic loquitur in Chronico atate 6. Hic Anastasius codicillos Clodoueo Regi pro Consulatu misit. Ab ea die & Consul & Augustus est appellatus. Hanno lib. 1. Chronicorum: *Legationem (inquit) suscepit Anastasij Constantinopolitani Principis, munera epistolaeque ei mittentis, in quibus literis hoc continebatur, quod complacuerit sibi & Senatoribus, eum esse amicum Imperatorum, Patriciumque Romanum. His ille perlectis Consulari trabea insignitus, ascenso equo, in arrio quod inter basilicam sancti Martini & Ciuitatem situm erat, largissima populo contulit munera, ab illa die Consul simul & Augustus uernit nuncupari.* Sigebertus in Chronico. *Clodoueus Rex ab Anastasio Imperatore codicillos de Consulatu, & coronam auream cum gemmis, & tunicam blacteam accepit. Et ex ea die Consul, & Augustus est appellatus. Ipse vero Rex coronam auream cum gemmis Romam sancto Petro misit.* Itaque vides quam aperte auctores isti antiquiores distinguant Consulatus insignia, quae Clodoueus ab Imperatore accepit, à nomine Augusti, quo illum postea appellatum in Francia scribunt. Porro Historici caeteri, etiam ij qui Francis maximè fauent, Consulatum duntaxat & patriciatum Clodoueo donatum scribunt, nulla Imperialis nominis facta mentione. Vide Reginonem lib. 1. Chronici, Othonem Frisingensem li. 5. c. 2. A bbarè Vrspergensè in Chronico, Robertum Gaguinũ, & Paulũ Emiliũ in vita Clodouei, ac demum Albertum Krantziũ, lib. 3. Suetia, c. 17.

DEINDE mentitur rursus Illyricus, cum ait, ipsum Imperium Romanum communicatum fuisse cũ Clodoueo ab Anastasio Imperatore: nihil enim ille Clodoueo dedit, praeter titulos & insignia: nam nec Consulatum ipsum, cuius ferè omnes meminerunt, re ipsa Clodoueus gessit: sed solo nomine Consulatus donatus, solo nomine fuit contentus. Id testatur quotquot Fastos Consulares literis mandauerunt, Cassiodorus, Marianus, Scotus, Gregorius Haloander, Onuphrius, Mercator, & caeteri. Nullus enim Clodouei Regem inter Consules numerauit. Anno vero Domini 510. quo iuxta Chronicum Francicum Io. Tilij, Clodoueus Consulatus nomine & insignibus donatus est, Consules veri fuerunt Anastasius & Venantius, si Haloandri sequimur, vel Eutharicus & Boetius, si Onuphrium. Quamobrem nisi tres eo anno Consules fuerint, quod est planè inauditum, Clodoueus Consul non fuit.

Quod

Quod etiam de imperio dici posset: quod enim nullus Historicus aut Chronologus, Clodoueam inter Imperatores Romanos unquam retulerit, argumento est, eum Imperatorem Romanum re ipsa non fuisse, quidquid de nomine & insignibus fuerit.

TERTIUM Illyrici mendacium in ea sententia est, cum nomina & insignia Clodoueo ab Imperatore collata, ad posteros eius pertinere contendit, atque inde iure hereditario ad Carolum peruenisse. Nam cum post obitum Clodouei nullus omnino ex Francorum Regibus Cosul aut Patricius, nedum Imperator & Augustus ante Carolum Magnum aut seipse appellauerit, aut ab alijs fuerit appellatus: mirum est, unde Illyricus colligere potuerit, munus illud Anastasij, non proprium Clodouei, sed cum omnibus Regibus Francorum fuisse commune. Deinde cum inter Clodoueam, & Carolum trecenti anni circiter intercesserint: qua ratione, quomodo, id potuit Carolus à Clodoueo hereditaria successione accipere, quod intermedij Reges nunquam habuerunt? Postremum, id quod certissimum crassissimumque mendacium est, Clodouei Monarchiam ad Carolum Magnum, sine Romani Pontificis auctoritate, successione hereditaria peruenisse. Quis enim Historicorum tacuit, Carolum Magnum Pipino patri successisse: Pipinum autem non iure hereditario, sed Pontificis Maximi sanctione, regnum Francorum adeptum, cum antea in Hilderici regno, Praefecti aule munere fungeretur? testimonia supra citata sunt, cap. 2. mendacio 19. ac ne vnum quidem scriptorem contra Illyricus proferre potuit, aut unquam potuisset. siquidem id Historici omnes summa consensione, & quasi vna voce testantur. Cum igitur Pipinus, non iure hereditario, sed Papae beneficio (ut loquitur Io. Tilius in Chronico Francico) regnum Galliae obtinuerit, certè eidem Pontifici Carolus Magnus Pipini filius idem regnum acceptum referre debet: adde quod etsi solum Pipinum sanctus Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus inuinxit: postea tamen Stephanus Papa in Gallias ueniens, Pipinum simul, & filios eius, Carolum Magnum, & Carolomanum, Reges Francorum inuinxit, eisque regnum Francorum perpetuò possidendum confirmauit, ut iidem Historici testantur: Mentitur igitur Illyricus cum ait, Carolo Magno sine Pontificis auctoritate Monarchiam Clodouei esse declatam.

C A P V T X.

Non accepisse Carolum Magnum Imperij dignitatem auctore Senatu populò Romano.

VARTVS erat titulus, Beneficium S. P. Q. R. Illyricus enim, ut nihil intactum relinqueret, tamen aliquoties in suo libro significauerit nihil à Senatu, populò Romano Carolum accepisse: tamen obiecit etiam aliquot auctores, qui populo ac Senatui potius quam Pontifici Imperium à Germanis acceptum referri debere scripserint: hi sunt Sigebertus, Blondus, Leopoldus, Aeneas, Vincentius, & Onuphrius, quorum sententias sic refert Illyricus pag. 7. 55. & 56. ut licet non omnino eas recipiat, tamen probabiliores existimet ijs quae translationem Imperij Romano Pontifici tribuit. At nos imprimis ijs auctoribus, quos testes producit Illyricus, opponere possumus illos omnes quos supra citauimus, hoc est, plures paucioribus, & antiquiores recentioribus: illi enim supra triginta erant, isti sex: illorum nonnulli scripserant ipso Carolo uidente, multi non diu postea: ex istis autem vnus Sigebertus trecentis annis Carolo posterior fuit: reliqui quingentis, aut sexcentis, aut etiam septingentis & eo amplius annis posteriores fuerunt: quis igitur non videat vtri maiorem fidem mereantur, quos nos citauimus, an quos Illyricus citat? Neque tamen concedimus sex istos Scriptores omnino esse à nostra sententia alienos: nam Sigebertus, qui eorum est vetustissimus, & qui Sigebertum sequuntur

est Vincentius Beluacensis, nihil tribuit Romano populo in Imperij translatione praeter assensum & acclamationem. Haec enim sunt verba Sigeberti & Vincentij Romani, qui ab Imperatore Constantinopolitano iam diu amodo desierant, nunc accepta occasione opportunitate, quia mulier excecato Imperatore Constantino filio suo eis imperabat, vno omnium consensu Carolo Regi inaperatorias laudes acclamant, eumque per manus Leonis Papae coronant, Caesarem & Augustum appellant. Pipinum vero filium eius Regem Italiae ordinati collaudant. Hic nullam plebis, nullam Senatusconsulti mentionem fieri audio, sed solius laudis, & acclamationis: & quamquam non aperte Sigebertus explicet, vtrum populi acclamatio coronationem, an coronatio acclamationem praecesserit: tamen dubiù esse nemini debet, quin coronationem Pontificiam praecessisse Sigebertus intellexerit: alioqui enim pugnaret cum omnibus Historicis, qui ante ipsum de eadem coronatione & acclamatione scripserunt. Quod vero Sigebertus ait, à populo Carolum per manus Leonis coronatum, non rectè interpretatur Illyricus, Leonem vt ministrum, ac delegatum populi, coronam imperialem Carolo imposuisse: cum potius ea verba significet, sic placuisse populo id, quod Princeps eorum & pastor summus fecit, ac si ipsi per manus eius id fecissent, quod quidem ex sequentibus verbis illustrari potest. Nam de Pipino què ex consensu omnium Historicorum Leo Papa tum Regem Italiae declarauit, cum ipsum Carolum Imperatorem fecit, sic loquitur Sigebertus: *Pipinum vero filium eius, Regem Italiae ordinatum collaudant.* Vbi vides ordinationem regis, Pontifici, laudationem què sequuta est populo tribui. Iam vero Blondus nihil omnino sententiae nostrae officit: nam (vt notauimus cap. 3.) etsi scitum populi Romani in coronatione Caroli non defuisse scribat, tamen id contra fidem antiquorum tradit: ac praeterea non significat eiusmodi plebisficio Imperatorem Carolum appellatum, sed cum ad Imperium à Pontifice Maximo postulatam. Nam, vt ibidem Blondus ait, precibus populi Romani Leo Pontifex Carolum Imperatorem dixit. Porro Lupoldus non meminit Plebisficio, aut Senatusconsulti, sed solum recitat cap. 3. extrema verba Vincentij, quae sunt illa quae habet Sigebertus, de quibus iam diximus. Ex propria autem sententia passim Lupoldus repetit translationem factam esse per Pontificem, ac praeter alia sic ait cap. 4. de Iuribus Imperij: *Leo Papa, consideratis omnibus quae digne ac bene sufficiebant pro translatione Imperij de Imperatoribus Constantinopolitanis ad Reges Francorum faciendam, ipsum Carolum Romae in Ecclesia Sancti Petri in die Natalis Domini, sub anno eiusdem Domini, 501. acclamante ac petente populo Romano unxit & coronauit Imperatorem & Augustum,* per quas vntionem & coronationem dicta translatio peracta fuit: ut etiam dixit supra capite primo, & capitulo praecedenti in fine. Et infra capite duodecimo, proponit opinionem quorundam qui dicebant, populum Romanum posse leges condere, & Imperium transferre, deinde subiungit, *Sed haec responsio, saluo meliori iudicio, mihi non placet. Ex quo enim Imperium Romanorum tempore dictae translationis, & etiam longo tempore ante ipsam non fuit apud Romanos, sed potius apud Graecos, nec etiam hodie apud Romanos, sed apud Germanos existit: non occurrit ratio, quare populus Romanus tempore translationis praedictae habuerit, vel etiam hodie habeat maiorem potestatem circa translationem Imperij, quam quicumque alius populus Imperio Romano subiectus.* Haec ille. Viderit igitur Illyricus qua fide auctores citet, certè Lupoldus non poterat claritius negare id, quod ab eo affirmari Illyricus scripsit.

DE Aenea Syluio facilis responsio est: nam & in ijs verbis quae Illyricus citat (quae tamen, vt verum fatear, adhuc in operibus Aeneae inuenire non potui) non excluditur consensus Romani Pontificis, & in abbreviata

tionem Blondi lib. i. decadae secundae, precibus Romanorum scribit idem Aeneas à Leone Pontifice Carolum coronatum: & denique in epistola ad Regem Turcorum, quam supra citauimus, disertis verbis idem auctor affirmat à Pontificibus, praedecessoribus suis (fuit enim & ipse summus Pontifex) in Reges Francorum Imperium esse translatum.

SOLVS igitur Onuphrius est, quem pro se Illyricus allegare potest cuius testimonium tribus rationibus non modo infirmari, sed omnino refelli ac profigari potest. Primum constat aliquando Imperatores inuito, ac repugnante populo Romano, creatos fuisse, quos tamen veros ac legitimos Imperatores cum ipse Illyricus, tum etiam Historici omnes agnoscunt. Exemplo esse potest Fredericus primus, quem repugnante populo Romano, coronauit Romae in templo S. Petri Adrianus Papa IV. quam Historiam vide apud Othonem Frisingensem lib. 2. de rebus gestis, Frederici cap. 22.

DEINDE cum Historici verustissimi, tum Latini, vt Eginarthus, Paulus Diaconus, Aimoinus, Ado, Regino, & caeteri, tum Graeci, vt Cedrenus & Zonaras, in describenda translatione Imperij, aut nullam populi atque Senatus mentionem fecerint, aut ei solà acclamationem, Carolo ià coronato, tribuerint: vnde, quæso, post octingentos ferme annos Onuphrius didicit S. P. Q. R. suffragijs Carolum Magnum Imperatorem & Augustum appellatum: At credibile est ita rem accidisse: ita enim fieri deuit. Respondebo quod Onuphrius ipse rectè monuit in lib. de comitijs Imperatorijs, non esse fidelis Historici rem describere vt fieri debuisset, sed vt facta est, alioqui enim non res gestæ scribuntur, sed mendacia obruduntur. Quid autem factum sit, non ex Promptuarijs hauriendum est, sed ex eorum narratione, ac fide, qui interfuerunt: vel qui ab ijs qui interfuerunt, acceperunt: aut certè qui aliorum testimonio sibi commendata, literis ac memoriae tradiderunt.

DEINDE Romani Principes post constitutam à Iulio & Augusto Monarchiam: aut ab alio Principe nominabantur: aut ab exercitu creabantur, quos Senatus aut populus creauit, ij & paucissimi fuere, & non diu tolerati. Certè in tanto numero Principum Romanorum, tres tantum Onuphrius in libro de Comitij Imperatorijs nominat à Senatu electos, Neruam, Maximum cum Balbino, & Tacitum: Neruam à Senatu creatum Dion Cassius, quem solum Onuphrius citat, non dicit: Aurelius Victor arbitrio legionum (quanquam id non in omnibus codicibus haberi animaduerti) Neruam Imperatorem factum scripsit. Eutropius lib. 8. fauore Praefecti praetorio, Neruae delatum Imperium testatur, ipse quoque Onuphrius sic à Senatu Neruam creatum Imperatorem scripsit, vt non negauerit accepisse etiam suffragium militum praetorianorum, sine quo videlicet irrita fuisset electio. Maximus & Balbinus inuito exercitu lecti, prima data occasione, à militibus interfecti sunt. Siquidem (vt scribit Herodianus lib. 8.) indignabantur milites sibi à Senatu Principes datos, quos & Senatorios Imperatores per ludibrium appellabat. Tacitus à Senatu quidem dictus est, sed militibus iubentibus: vt Flauius Vopiscus scribit in eius vita: Senatus enim ad milites Imperatoris electionem reuocabat, probè intelligens non placiturum militibus Principem, quem ipsi non elegissent. Itaque rectè S. Hieronymus in epistola 84. ad Euagriū, Imperatorem ab exercitu creati dicit. Cum igitur hæc fuerit apud Romanos legendi Principis ratio, multorum sæculorum consuetudine roborata, quis credat post annos 800. Romanum Senatum, aut populum, quando nullius ferme auctoritatis erat, id fuisse ausurum in electione Principis, quod antea, cum floreret, minimè audebat? Quare consultius fecit Ioannes Auentinus, quem Illyricus & Onuphrius præter caeteros laudant. Is

enim cum Senatusconsultum, & Plebiscitum in Imperij translatione omnino habere vellet, & tamen non auderet contra fidem omnium veterum id afferere, tacitum Senatusconsultum, & Plebiscitum factum fuisse scribit, & primas partes eius actionis Pontifici Romano attribuit. Sic enim loquitur lib. 4. Annalium Boiorum: *Pontifex, Senatus, populusque Romanus Imperium transferre iure suo in Germanos, Carolūque tacito Senatusconsulto, Plebiscitoque decernunt.* Nimirum sic interpretari voluit, hic auctor acclamationem populi Romani, Carolo à Pontifice coronato, de qua veteres loquuntur, vt videlicet illa acclamatio quoddam veluti Plebiscitum fuisse videretur. Sed de his satis: nam neque aduercarius (vt supra diximus) hunc Imperij titulum agnoscit.

CAPVT XI.

Non deuenisse ad Germanos Imperium donatione Græcorum.

RESTAT postremus titulus, Principis Orientalis donatio, siue communicatio, quem titulum Illyricus non solum agnoscit, sed etiam pro viribus defendere nititur, tot verò fraudibus & mendacijs in hac vna re explicanda vitur, vt mirum sit, si non ipse sibi apud sanos lectores existimationem fidemque detraxerit. Nobis autem ad hunc titulum explendum duplex via, eaque expeditissima, sese offert. Primum enim Historici tum veteres, tum recentiores scribunt, Græcos Imperatores, cum primum ad eos fama perlata est coronationis Caroli, vehementer commotos atque indignatos fuisse. Quod sanè argumentum est euidentis, Imperium Carolo non esse Græcorum donatione tributum. Sed verba Historicorum audiamus.

EGINARTHVS, Caroli Magni (vt supra diximus) Cancellarius in vita eiusdem Caroli, posteaquam exposuit coronationem, ita subiicit. *Inuidiam suscepti nominis Constantinopolitani Imperatoribus super hoc indignatibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis proculdubio longè præstantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in Epistolis fratres eos appellando.* Sigebertus in Chronico anni 805. & Conradus Abbas Urspergensis in Chronico, vbi refert compendiose res gestas Caroli, iisdem ferè verbis indignationem Imperatorum Græcorum describit, quos sequutus Albertus Krantzius lib. 2. Saxoniae. cap. 8. ita scripsit: *Inuidiam suscepti nominis, Constantinopolitani Imperatoribus non dissimulantibus, magna superauit pecunia: vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua Græculis multum præstabat.*

DEINDE ex historijs constat Græcos Imperatores agnouisse tandem vel inuito Imperium Caroli, sed non antequam is à Pontifice Imperator appellatus, & Augustali diademate insignitus est. vt non nisi impudentissimo mendacio Illyricus scribere potuerit pag. quadragesima octaua, & quinquagesima secunda, multis annis ante Caroli coronationem concessum eidem Carolo fuisse Imperium Occidentis ab Imperatore Græco. Exstant Annales Francorum accuratissimi, ipso Carolo tempore conscripti. In his anno Domini 798. ponitur prima legatio Irenes Imperatricis ad Carolum nondum Imperatorem, qua legatione non Imperij communicatio tractata est, sed restitutio captiuorum. Deinde anno 801. adscribitur Caroli coronatio Romae facta à Pontifice Leone. Tum anno 802. qui fuit vltimus Irenes, narratur alia legatio eiusdem Irenes ad Carolum Imperatorem, pro pace inter Græcos & Francos impetranda. Sed neque in ea legatione vlla mentio communicationis Imperij facta est. Anno 803. describitur legatio Nicephori Imperatoris, qui Irenæ successerat, ad eundem Carolum

pro

pro impetranda pace, de Imperij communicatione nullam mentio. Pacem enim optabant Græci à Rege Francorum potentissimo, sed nondum (quod ex veteribus colligitur) Carolum salutare Imperatorem & Augustum dignabantur. Anno 812. qui fuit vltimus Nicephori, commemoratur legatio Michaëlis, qui successerat Nicephoro, ad eundem Carolum, & tum demum scribit auctor Annalium, à Legatis Græci Imperatoris Carolum Magnum, cum iam annos duodecim imperaret, Imperatorem & Augustum salutatum. Denique anno 814. scribit auctor obitum Caroli, quem annis 14. in Imperio fuisse testatur: ac proinde non numerat annos Imperij à consensu Græcorum, sed à coronatione, quam à Leone Pontifice Romæ susceperat. consentiunt his Annalibus omnes Historici grauiores, Aimoinus li. 4. cap. 90. & 91. Paulus Diaconus lib. 23. rerum Roma. Ado Viennensis in Chronico 6. ætate, Regino Prumiensis lib. 2. Chron. Otho Frisingensis lib. 5. cap. 31. & sequentibus. Cedrenus in compendio historicarum, Zonaras in Annalibus, Abbas Urspergensis, Hermānus Contractus, & Sigebertus in Chronico, Blondus lib. 11. decadae 2. Platina in vita Leonis tertij, & (quod magis est admirandum) Illyricus Cent. nonæ, cap. 16. col. 821.

VIDEAMVS nunc quid Illyricus in libro de translatione Imperij aduersus hanc notissimam certissimamque historiam, aduersus scripta sua priora, & (ni fallor) etiam aduersus propriam mentem & conscientiam adferat. *Habuit* (inquit pag. 47.) *Carolus Magnus Imperalem dignitatem concessione, ac consensu Constantinopolitano Imperatorum, quod aliquanto claris ordinemque demiceps exponam.* Nec nos diffitemur, consensisse tandè Græcos in Imperium Caroli, sed inuitos, & vt tu ipse loco notato in Centurijs dicit, quod mutare non possent, quod à Leone Pontifice iam factum erat: sed perge, & expone quod proposuisti. *Platina vt homo Italus, & Papis suis additissimus, studio rem totam obscurat: at cum narraffet, Roma Carolū, acclamante ei populo (vt Imperatori) à Leone coronatum esse, mox addit hæc verba: Interea verò Constantinopolitana Imperatrix missis in Italiam Legatis cum Carolo sedes & pacem inuit. Imperiumque hisce terminis diuisit, & c. quibus verbis ostendit quidem Imperatricem proculdubio de consensu Imperialis Senatus Carolo Magno concessisse Occidentale Imperium, & haud dubiè etiam nomen ipsum cum re, sicut omnes alij Historici scribunt: sed tamen non vult clarè dicere, an antea Papa populisque eum coronauerint, an verò Imperatrix illi eam dignitatem, & potentiam concesserit.* At certè Platina satis clarè expressit, post peractam Caroli coronationem, Legatos de pace ab Irene, ad Carolum venisse. Sed fac Platinam vt Italicum, & Papis addictum, rem obscurasse: quid respondebis ad Annales Francorum, ad tot Historicos supra citatos, Græcos, Germanos, Gallos, ad te ipsum denique? certè illi nec Italici erant, nec Papis addictissimi: & tamen coronationem Caroli antea factam quam Legati de pace ab Irene mittentur, clarissimè docuerunt. Quod autem addis, omnes Historicos testari, nomen Imperatorum cum ipsa re quæ tanto nomini responderet, Carolo ab Irene concessum, mendacium est apertissimum: nullum enim Historicum reperire potui (euolui autem plurimos) qui id vilo verbo significaret quod tu dicit, quin potius annales Francorum, Ado Viennensis, & Regino Prumiensis in Chronicis anno 812. tamquam rem nouā & insolitam referunt, quod Legati Michaëlis, qui tertius fuit ab Irene, laudes imperatorias Carolo dixerint, eumque Imperatorem & Basileum appellauerint. Perge. *Verum quod antea Imperatrix id fecerit quam Papa, vel populus, inde liquidissimè apparet, quia, teste Mattheo Palmerio Florentino, & Martino Polono, antea est Irene Imperatoria dignitate spoliata per Nicephorum, quam Papa Leo, populisque eam actionem cum Carolo Romæ habuit. Sum*

verò isti duo vel diligentissimi supputatores temporum. Et hinc (ni fallor) contra conscientiam loqueris. Nam in primis, qua fronte audes Martinum Polonum diligentissimum temporum supputatorem appellare, quem constat omnium ferè Historicorum fuisse negligentissimum: ac ne longius abeamus, in descriptione annorum Irenes, Nicephori, Michaëlis, & Caroli imperatorum, quæ omnia vix duas paginas explet, sex comisit errores. Primum Irenem solum tribus annis imperasse dicit. At Paulus Diaconus, qui Irenes tempore vixit, lib. 23. rerum Romanarum, quinque annos, & aliquot menses illi tribuit, & singulorum annorum acta describit. Idem facit auctor Annalium Fræcorum, qui Pauli Diaconi equalis fuit. Idem Cedrenus, Græcus auctor, in compendio Historicarum. Idem alij veteres, & ex recentioribus Onuphrius lib. 2. de Principibus Romanis, Irenæ soli tribuit annos quinque, menses vndeccim, dies 16. Deinde Nicephorum, qui Irenæ successit, Martinus Polonus solum mensibus nouem imperasse scribit. At Paulus Diaconus, Cedrenus, Annales Francorum, & omnes alij veteres, 8. annos, & eo amplius Nicephoro tribuunt. Onuphrius lib. 2. de Principibus Romanis annos 8. menses 8. dies 26. & ne poterit esse librorum error in numero: quid singulis annis Nicephorus egerit, Paulus Diaconus & Cedrenus diligenter perferipserunt. Tertio, Michaëlis Imperium constituit Martinus Polonus anno 800. cetera omnium aliorum Historicorum tum veterum, tum recentiorum fident. Quarto, Caroli magni initium ponit anno 802. neque errore librorum id factum existimari debet, siquidem eodem in loco Carolum imperasse dicit annis 14. mense vno, & diebus quatuor, ac deinde consequenter initium Ludouici, qui Carolo successit, ponit anno 816. At Carolum imperare cœpisse 1. die anni 801. si à Natali Domini initium anni sumatur, vel 8. diebus ante exitum anni 800. si exordium anni ducatur à Calendis Ianuarij: tot, & tam graues auctores scribunt, vt mirum sit, Martinum Polonum vigilasse, ista cum scriberet. Vide testimonia quæ supra citauimus cap. 4. Quinto idem Martinus ibidem appellat tertium, qui Carolum coronauit, quartum appellat, contra caeteros omnes Historicos, eique tribuit ædificationem vrbis Leoninæ, quam tamen constat ab alio Leone esse factam, quæ alijs omnibus quartum, ipse verò quintum vocat. Sexto in eadem pagina idem Martinus scribit anno 814. Stephanus Papam quartum venisse in Gallias, & honorificè susceptum à Ludouico Imperatore. At si Ludouicus imperare cœpit anno 816. vt paulò post idem Martinus docet: quomodo potuit anno 814. Imperator Ludouicus Stephanum Pontificem ad se venientem suscipere? Itaque Martinus Polonus, diligentissimus scilicet supputator annorum, tam Pontificum quam Cæsarum annos vt plurimum perperam disponit. Quod verò idem Illyricus ait, ex Mattheo Palmerio liquidissimè apparet, Irenem antea imperio spoliatam fuisse, quam Pontifex Leo Carolum coronauerit, liquidissimum quoque mendacium est. Palmerius enim in additione ad Chronicum Eusebij, tamen in eo labitur, quod Irenæ post filij excecationem solum quatuor annos tribuit, cum Paulus Diaconus, Annales Francorum, & Cedrenus quinque annos, & aliquot menses illi tribuant, tamen ipse idem coronationem Caroli ponit anno 801. & initium Imperij Nicephori anno 802. constat autem ex Cedreno, & Paulo Diacono, eadem die Nicephorum imperare cœpisse, qua Irene se abdicare Imperio coacta est: ex quo intelligimus Palmerium non solum quatuor annos integros, sed etiam aliquot menses Irenæ tribuendos existimasse, licet solum perfectum numerum expresserit: proinde ex Palmerij sententia postertus Irenem Imperio spoliatā, quā Carolus fuerit coronatus.

SED audiamus iam caetera. *Testatur quoque Platina Nicephorū Imperatorē, oppressorem, aut successorem Irenes.*

Bbbb 4

max initio factus Irenes de Imperij diuisione cum Carolo re-
nonasse: ut hęc quoque fuerit confirmatio Imperij Occiden-
talis à Constantinopolitanis Carolo facta: Porro Nicepho-
rum hunc Imperatorem collocat Martinus Polonus Pon-
tificarius Pape, & Archiepiscopus Constantinus in annum
Domini 799. omnino eum clarissime proponit illi Romana
coronatione Caroli, sicut & Sebastianus Francus, qui &
Iacobus Philippus Bergomensis. De Martino Polono iam
ante respondimus, eum in manifesto errore versari, cum
Imperium Nicephori refert ad annu Domini 799. quod
ad annum 802. referre debuisset. Sebastianum Francum
non vidi: nec multum laboro, quid ille dixerit, cum au-
tor fuerit admodum recens, & à Catholica religione
alienus. Iacobum Philippum Bergomensis more tuo
fraudulenter citas. Ille enim est lib. II. supplementi com-
memoret diuisionem Imperij inter Carolum & Irenem,
antequam narret eiusdem Caroli coronationem Romae
factam: ramen id facit per anticipationem, vt expediat
ea que ad Græcorum Imperium pertinent. Nam postea
loco suo ad ordinem temporum rediens, disertis verbis
docet Imperium à Græcis ad Francos translatum fuisse
Pontificis auctoritate, anno Domini 800. exeunte, vt et-
iam supra citauimus in 4. capite.

PRÆPONIT quoque (addit Illyricus) Martinus
Michaëlem Imperatorem eidem coronationi, qui ibidem illud
fœdus renouauit cum Carolo. Denique & Chronicon D. D.
Abilhis Gassari initium principatus Nicephori ponit in annu
799. facta verò est illa renouatio concessi Imperij à Nicephoro
mox initio sui Imperij: quare ex hisce licet colligere vt mini-
mum tres donationes aut concessiones Imperij per Constā-
tinopolitanos Imperatores factas ante illa Romanam actio-
nem, nempe Irenes, Nicephori, & Michaëlis, vel certe illas
duas priores.

COLLIGEBAT olim Virgilius aurum ex Ennij ster-
corce, at noster Illyricus (vt videtur) ex Historicorum auro
stercus colligit. Nam cum veteres ac probati Historici,
& illi ipsi, qui tempore Caroli Magni vixerunt, tam per-
spi. uè tradant, anno quinto Irenes Carolum Magnum à
Pontifice Maximo coronatum, ac deinde post eam corona-
tionem, Irenæ successisse Nicephorum, & Nicephoro
Michaëlem, quis non intelligit errasse Martinum Polo-
num, & qui eum sequuti sunt, recetiores Historicos, qui
sine vlla ratione ex sola imperitia veteribus contradicunt?
quanta autem impudentia est, eiusmodi errores tam di-
ligenter confectari, & demum in obscuris auctoribus vix
reperitis ita proponere, ac si nihil verius literis mandari
potuisset: & tamen pergit Illyricus, atque ait: Ex hisce et-
iam licet colligere, temere, vel potius fraudulenter à Sabelli-
co concessionem Imperij ab Irene, post factam coronationem
Leonis Pape pont. redarguitur enim manifestè ratione tem-
porum. Plevique sanè omnes Irenem aiunt postremò ab Im-
perio depositam esse ante illam actionem Romanam, aliqui
autem eodem anno. Igitur oportet translationem Imperij an-
te à Carolum factam esse à Constantinopolitanis, quam à
Romanis. At si temerè vel fraudulenter Sabellius ante-
posuit Caroli coronationem Irenes abdicationi, num et-
iam Paulus Diaconus, Annales Francorū, Cedrenus, Zo-
naras, Ado, Regino, Otho, Contadus, Sigebertus, & alij
veteres, temerè vel fraudulenter id egerunt: Certè Sabelli-
cus veteres Historicos sequutus est. Et quinam sunt,
Illyrice, illi plerique omnes, qui Irenem aiunt postremò
ab Imperio depositam esse ante illam actionem Roma-
nam? nimirum Martinus Polonus, qui vnus est instar om-
nium: an non te pudet tam aperte mentiri? sed perge.
Porro illam translationem de pace Imperioque inter Irenem,
& Carolum factam, collocant Ado Viennensis, & Annales
Caroli in annum Domini 798. præponunt igitur eam vt mi-
nimu integro quadriennio coronationi Leonina. Paulus quo-
que Amilius in sua Francorum Historia affirmat seriam
soliciti amque actionem & legationem Irenes ad Carolum lo-

gè præcessisse illam Romanam Coronationem. Id verò, Illyri-
ce, non est solū audacter mentiri, sed etiā configere ocu-
los hominibus, vt non videant ea quæ clarissime patent:
siquidem Ado Viennensis, & Annales Francorū duas po-
nunt legationes Irenes ad Carolum, vnam pro pace, &
restitutione captiuorum, ante Caroli coronationem,
anno 978. alteram pro pace iterum renouanda, post Ca-
roli coronationem anno 802. & quamvis Platina dicat
hac legatione posteriore procuratā esse Imperij diuisionem,
tamen Ado Viennensis, & Annales Francorū nul-
lam Imperij mentionem faciunt, nisi multò inferius, vbi
describunt legationē Michaëlis anno 812. Hęc enim sunt
verba Adonis: Anno 798. Irene ad excellentissimam Regem
Carolum legationem pro pace seruanda misit. Et infra, post-
quam narrauerat coronationem Caroli factā anno 801.
ita subiungit: Anna 802. Irene Imperatrix ad Imperatorem
Carolum misit pro pace inter Francos & Græcos firmanda.
Et infra, Anno 803. Irene ab Imperio deposita est: & Nice-
phorus Imperator Constantinopoli creatus, qui Legatos suos,
vna cum legato Imperatoris Caroli remisit: nam Imperator
Carolus Iesse Episcopum Ambianensem, & Elinigandū Co-
mitem, Constantinopolim direxerat. Susceperunt autē legati
Nicephori Imperatoris Epistolam inscriptā de fœdere pacis,
sicque tali pacto Constantinopolim reuersi sunt. Denique in-
fra: Anno 812. in eius locū Michæl gener eius imperator crea-
tur, cuius legati Aquisgranii ad Imperatorem Carolum misi,
laudes more suo dixerunt Imperatorem & Basileum illi ap-
pellantes. His consentiunt cum Annales Francorum (nam
inde hæc omnia Ado Viennensis accepit) tum etiam Pau-
lus Amilius in lib. 3. de rebus Francorum, vt quibus per
se cognoscere potest: nouum enim mendacium est, quod
paulò post Illyricus addit, cum ait: Mibi verò verisimile
est, mox initio illius inſtaurati Regni Irenes esse factam talem
transactionem de Imperio inter eam & Carolum, quo cōsta-
biliret adhuc principu dnbium, & inuidiosum regnum, quod
& Amilius affirmat. Hoc (inquam) apertū mendaciū est,
cum Paulus Amilius non solū non dicat vllam factam
esse transactionem de Imperio inter Irenem & Carolum,
sed contra potius asserat inuita Irene & Nicephoro Au-
gustis, Carolum à Pontifice, magno procerum Roma-
norum assensu, Imperatorem factum. Id illa verba in-
dicant de legatis quos Irene misit ad Carolum iam à Pon-
tifice coronatum. Augusti legati fœdus petebant, argu-
titudine animi interim dissimulata, & illa de Nicephoro:
Hactenus Carolum Augustum, magno patientissimòque
animo Nicephori similitatem inuidiamque tulisse. Sed
pergamus ad reliquas nugas Illyrici, vt hunc locum ali-
quando claudamus.

CREDIBILE (inquit Illyricus) tamen profectò val-
de est, Irenem cum filio Constantino multo ante illam digni-
tatem, & possessionem Imperij cum Carolo communicasse.
Vnde autem id credibile sit, multis verbis conatur ostē-
dere, sed summa est, quia Carolus deuictis Longobardis,
iam magna Italia parte, & ipsa Vrbe potiebatur: & Cō-
stantinus Imperator Constantinopolitanus filiam Caroli
in matrimonium sibi dari petierat. Expēdat (inquit) qua-
so totum hoc negotium quibus intelligens: quomodo potuit
Constantinus Imperator ambire aut impetrare filiam Caroli
non facta pace? quomodo autem potuit inter eos fieri pax, non
concesso Carolo Occidentali Imperio, quod iam fortiter occu-
pauerat, & firmiter retinebat? necessariò igitur in tali nup-
tiarum filia Caroli pactione diuisio Imperij facta est. Egre-
gia sanè demonstratio, quasi non possit Imperator cum
Rege potentissimo pacem facere, & affinitatem contra-
here, nisi Imperialem dignitatem cum eo communicare
vouerit. Qua igitur ratione Carolus Quintus Impera-
tor cum Francico Rege Francorum pacem fecit, &
Leonoram sororem ei in matrimoniu collocauit, nec ta-
men eum in Imperio collegam accepit? At Carolus Ma-
gnus Occidentale Imperium armis acquisitum possi-

debat:

debat: nec pacem cum Imperatore Constantinopoli-
tano fecisset, nisi ei Imperium iam occupatum retinere
permissum esset. Verum, non est, vt supra diximus, de
possessione prouinciarum Imperialium quæstio: sed de
titulo, de iure, de nomine, de dignitate, ac Majestate Au-
gustali tota controuersia est. Neque enim inficiamur
Carolum bellica virtute Longobardos ex Italia exegisse,
eāque prouinciam suam fecisse, quæ aliquando Ro-
mani Imperij prouincia fuerat. Sed quemadmodum hoc
tempore Reges Francorum, & Hispanorum, Romani
Imperij prouincias tenent, nec tamen sunt Romani Im-
peratores, & Imperator cum eis pacem & affinitatem
habet: ita quoque fieri potuit, vt Carolus Magnus ali-
quot Romani Imperij prouincias sine nomine, & iure
Imperatoris teneret, & tamen cum eo Imperator Con-
stantinopolitanus pacem, atque affinitatem habere cu-
peret.

CAPVT XII.

Romanum Pontificem iure suo Imperium à Græcis
in Germanostranslulisse.

DEMONSTRAVIMVS hactenus, Carolum
Magnum, quem Imperatorem Romanorum
fuisse nemo negat, eiusmodi Imperium nullo
alio titulo adeptum, nisi Pontificis Maximi
auctoritate. Nunc quoniam Illyricus inter alia argumen-
ta, quibus efficere nititur, Imperium non peruenisse ad
Carolum Magnum Pontificia auctoritate: etiam illud
affert, quòd Romanus Pontifex non habeat ius Impe-
ria transferendi: nos contra Deo iuuante ad demonstra-
dum aggrediemur, posse Romanum Pontificem, si cau-
sa postulet, id facere, non quidem Regia, aut Imperato-
ria, sed Apostolica, id est, summa atque eminentissima
Ecclesiastica potestate. Pendet autem tota hæc res ex
duabus sententijs: altera, Romanum Pontificem totius
Ecclesiæ, id est, omnium Christianorum Patrem & Pa-
storem esse: altera, summum Ecclesiæ totius Pastorem:
ita non modò priuatis hominibus, sed etiam Regibus &
Imperatoribus Christianis præesse: vt, si causa Christi
& Ecclesiæ id exigat, possit eos Regnis, atque Imperijs
exuere, eaque regna, & Imperia ab alijs ad alios trans-
ferre. Nemo est enim qui non intelligat, si hæc duæ sen-
tentia veræ sint, continuò illud etiam effici, vt Romanus
Pontifex certis de causis Imperia transferre possit. Prio-
rem sententiam multi ex nostris accuratissimè ac fufissi-
mè demonstrarunt. Quod etiam nos præstitimus in li-
bris quinque, quos de summi Pontificis institutione &
potestate scripsimus, quare hoc loco satis erit, si eam sen-
tentiam confirmemus testimonijs Imperatorum, atque
eorum potissimum qui Romanæ sedi infesti fuerunt: si
enim ipsos Imperatores, vbi de iure ipsorum agitur, tes-
tes habebimus, frustra aliorum testimonia desideramus.

CAROLVS Magnus Imperator primus ex gente
Francorum non semel primatum Rom. Pontificis agno-
scere se ac venerari professus est. Exstat priuilegium
eiusdem Caroli, quod Bremensi Ecclesiæ dedit, apud Al-
bertum Krantzium libro I. Metropolis capite 7. in hæc
verba: Summi Pontificis, & vniuersalis Pape Hadriani
præcepto, nec non & Maguntinensis Episcopi Lullonis, om-
niumque qui affuere Pontificum consilio, eandem Bremensem
Ecclesiā cum omnibus suis appendicijs Villehadu, proba-
bilis vita coram Deo & sanctis eius, commisimus. Exstant
item libri nomine Caroli Magni aduersus Synodum
Græcorum de cultu imaginum: quos libros et si ego non
esse Caroli Magni arbitror, tamen quia ab aduersarijs
Carolo tribui constanter video, sumam etiam inde testi-
monium. Sic igitur habet liber primus cap. 6. Sicut cate-
ris discipulis Apostoli, & Apostolis omnibus Petrus emi-
net: ita nimirum ceteris sedibus Apostolica, & Apostolicis

Romana eminere dignoscitur. Hęc enim nullis Synodicis con-
stituta, ceteris Ecclesijs prælata est, sed ipsius Domini aucto-
ritate primatum habet. Denique, vt ex Platina in vita Leo-
nis Tertij, & Paulo Emilio lib. 3. de rebus gestis Franco-
rum, ac Iacobo Vvymphelingio in epitome rerum Ger-
manicarum, cap. 9. cognosci potest, cum aliquando idem
Carolus Romæ sententias Episcoporum qui ex tota Ita-
lia & Francia conuenerant, rogasset de vita & moribus
Pape Leonis, atque ab ijs vna voce responsum esset, Se-
dem Apostolicam omnium Ecclesiarum caput, à nemine
iudicari debere, continuò acquieuit, ac permisit, vt
summus Pontifex Leo solo iureiurando crimen, quod
ei falsò obiciebatur, dilueret.

OTHO Magnus, qui primus ex gente Saxonica Ro-
mani Imperij gubernacula rexit, eundem primatum Ro-
manæ Ecclesiæ disertis verbis confessus est in epistola
quam scripsit ad Ioannem XII. Rom. Pontificem, quæ
exstat apud Luithprandum Ticinensium lib. 6. c. 9. Hęc
enim est inscriptio literarum: Summo Pontifici, & vni-
uersali Pape Domino Ioanni, Otho diuine respectu clementia
Imperator Augustus. Fuit quoque hic Otho Magnus Ro-
manæ Ecclesiæ acerrimus defensor, vt Iacobus Vvym-
phelingius testatur in epitome rerum Germanicarum.
cap. 18. Vt autem omnes intelligant non solū Impera-
tores amicos, sed etiam hostes Romanæ Ecclesiæ Ponti-
ficis primatum agnouisse, subiiciam testimonia omnium
ferè Imperatorum, qui Romanam Ecclesiam hostiliter
persecuti sunt.

HENRICVS IV. qui primus ex Germanicis Impera-
toribus cum Romano Pontifice graues inimicitias gef-
sit: est certis de causis Gregorium septimum Pontifi-
cem oderat, auctoritatem tamen Romanæ sedis super
omnes homines, atque adeò super ipsos Reges & Impe-
ratores, nunquam negauit. Exstat Epistola eius ad Prin-
cipes Imperij, quam totam refert Conradus Abbas
Vrpergensis in Chronico anni 1106. In ea Epistola hæc
habentur: Præterea, inquit, Domino Pape in præsentia
Legati sui, & vestra obedire parati sumus: & nunc parati
sumus ei omnem debitam reuerentiam & obedientiam sin-
cero corde, & deuotione præsentialiter exhibere. Et infra:
Rogamus vos per auctoritatem Romanæ Ecclesiæ, cui nos
committimus, & honorem Regni, ne super nos, & fideles no-
stros veniat. Et infra: Si interpellatio vestra, nullaque alia
interuentio ad præsens prodesse poterit, appellamus Romanu
Pontificem, & sanctam vniuersalem Romanam sedem, & Ec-
clesiam. Hęc ibi. Rursus autem idem Henricus IV. in po-
strema epistola ad Principes. Appellabimus, inquit, &
tertio appellamus Dominum Romanum Pontificem Pascha-
lem, & sanctam, & vniuersalem Sedem, & Romanam Ec-
clesiam.

HENRICVS V. tametsi non paruo tempore pro-
pter Episcoporum inuestituras Romanam Ecclesiam
vexauit & afflixit, eius tamen primatum semper ag-
nouit. Sic enim de eo scribit Abbas Vrpergensis in
Chronico anni 1110.

IN Epiphania Domini Ratiſpona Henricus colloquium
cum Principibus faciens, animi sui propositum eis aperuit,
scilicet quòd Transalpinis partibus se exhibere vellet, quate-
nus & benedictionem Imperialem à Summo Pontifice, Ro-
mana, quæ caput mundi est, in vrbe perciperet, & latas Ita-
liæ prouincias in Societatem regni Germanici fraternam pa-
ce, & iustitijs ac legibus antiquis componeret: insuper ad
omnia que defensionem posceret Ecclesiastica, ad nutum Pa-
tris Apostolici se promptum demonstrare. Et infra in
Chronico anni 1117. vbi exposuisset Abbas terrifica si-
gna, quæ de cælo ostendebantur aduersus impietatem
eiusdem Henrici, qui Summum Pontificem capti-
uum facere, atque ab eo per vim extorquere inue-
stituras Episcoporum ausus esset, ita subiungit: His
& eiu, modi claudibus Rex Henricus corde tenus sanctianus

non

non cessat legationes satisfactorias ad Apostolicam sedem destinare. Et infra in Chronico anni 1122. pacem inter Calixtum Pontificem, & eundem Henricum Imperatorem his verbis Abbas describit: Facto, inquit, vniuersali conuentu apud vrhem Vngionum que nunc Vormacia dicitur, sicut longum, ita & incredibile memoratu est, quam prudētī, quam instanti, quamque per omnia sollicito cunctorum procerum concilio, pro pace & concordia per vnam, vel amplius, hebdomadam certatum sit: donec ipse in cuius manu cor Regis est, omnia animo statem Augusti sub Apostolice reuerentia obedientiam, causa matris Ecclesie, etiam ultra spem puerorum, inflexit.

FRIDERICVS primus Imperator, & Romani Pontificis Alexandri III. hostis acerrimus, Romanæ Ecclesie primatum & rebus & verbis confessus est. Nam cum in Italiam venisset, Hadrianum IV. Pontificem ita veneratus est, vt ad eius pedes primum venerandus accideret: deinde descendenti ex equo stapedem teneret: vt refert Alberus Krantzius lib. 6. Saxonie, cap. 6. Quod idem postea fecit etiam Victori, quem verum Pontificem, cum Schismaticus esset, existimabat. Sic enim scribit Radeuicus lib. 2. de rebus gestis Friderici I. cap. 70. Ibi, inquit, religiosissimus Imperator ante ianuas Ecclesie eum suscepit, & descendenti de equo strepam humiliter tenuit, & apprehensum per manum vsque ad Altare perduxit, & pedes eius osculatus. Ita Fridericus Imperator re ipsa, & factis satis declarauit quo loco Romanus Pontifex haberi deberet. Nec tamen solis factis, sed etiam verbis sententiam suam aperuit: nam in epistola ad omnes Imperio Romano subiectos, quæ exstat apud Radeuicum lib. 1. cap. 1. Romanum Pontificem caput Sanctæ Ecclesie nominat: & rursus in epistola ad Adrianum IV. Pontificem, apud Radeuicum lib. 2. cap. 16. Romanam Ecclesiam matrem omnium Ecclesiarum & ipsius Imperij vocat: denique in epistola ad Hermanum Episcopum Brixientem, apud eundem Radeuicum lib. 2. ca. 56. vbi deplorat Schisma quod in Romana Ecclesia fuerat exortum, ita loquitur: Cum, inquit, vnus Deus, vnus Papa, vnus Imperator sufficiat, & vna Ecclesia Dei esse debeat, quod sine dolore dicere non possumus, duos Apostolicos in Romana Ecclesia habere videmus. Et infra: Pro tanta namque, & tam perniciofa Ecclesie latura, tota nimirum Italica Ecclesia conturbatur: & dissensiones, Schismate orto in capite, iam in inferiora membra defluxissent, & totum Ecclesie corpus defecissent, nisi nos consilio, & auxilio religiosorum virorum, qui spiritu Dei aguntur, tam impudice iniquitati iustitie rigorem opposuissimus. Et infra: Vt iusto declaretur examine, quis illorum regimen vniuersalis Ecclesie de iure debeat obtinere. Vides certè, LeClor, ex sententia Imperatoris Friderici, vnum esse debere Papam, qui vt caput toti corpori Ecclesie præsit, & cui Ecclesie vniuersalis regimen debeatur.

PHILIPPVS Imperator creatus in Schismate contra Othonem IV. licet à Pontifice Innocentio III. ab Imperio repulsus esset, is tamen (vt scribit Abbas Vrspergensis in Chronico) cum audisset se in excommunicationem Pontificiam incidisse, humiliter à Legato Pontificis absolutionem petijt, quod certè nunquam fecisset, nisi summum Pontificem, pastorem suum, ac proinde aliorum etiam Principum & Regū, fuisse credidisset. Si enim sola Romana ciuitas, & non Ecclesia vniuersa, ad curam Romani Pontificis pertineret, quamobrem Princeps Germanus Romani Pontificis censuram tantopere timuisset?

FRIDERICVS II, Ecclesie Romanæ longo tempore hostis, & persecutor, timuit tamen Romani Pontificis, vt veri Christi Vicarij, laram in se Ecclesiasticam censuram. Sic enim scribit de hoc Friderico Abbas Vrspergensis in extremo Chronico: Nihilominus quoque omni tempore, quamdiu denunciabat eum Papa excommunica-

tionem, beneficium absolutionis humiliter cum omni obedientia, & deuotione, & iustitia exhibitione postulauit. Et Iacobus Vvymphelingius in Epitome rerum Germanicarum, cap. 35. Fridericus, inquit, Secundus in Cyprum vsque nauigans, Aconem tandem peruenit, nuncijs rogans Pontificem, vt se absolueret anathemate: quoniam in eius potestate deinceps semper sit mansurus.

LVDOVICVS IV. Imperator, & armis & scriptis Ioannem 22. Pontificem oppugnauit: tantum tamen abest, vt existimauerit summi Pontificis auctoritatem de Ecclesia esse tollendam (vt eam Illyricus sublatam cupit) vt cum verum Pontificem sibi fauentem habere non posset, falsum Pontificem creandum curauerit: nec interim tamen vnquam destiterit varias rationes querere, quibus vero legitimoque Pontifici reconciliari posset: nam per Ioannem Regem Boemie, & literis & nuncijs tentauit, si posset in gratiam Ioannis Pontificis redire, paratus Antipapam suam deponere, seque reum grauissimi criminis agnoscere, ac misericordie Pontificie totum permittere. De qua re vide literas Ioannis Pontificis ad Ioannem Regem, apud Robertum Arborescentem, tomo 2. de vtroque gladio, theoremate 7. Deinde mortuo Ioanne Pontifice, cum audiuisset idem Ludouicus Imperator, Benedictum Papam ad amicitiam suam esse propensum, continuò ad eum legatos misit, qui demississimis precibus absolutionem ab excommunicatione, & restitutionem ad Imperium peterent: cuius rei testis est Alberus Argentiniensis in Chronico, qui illo ipso Benedicti & Ludouici tempore floruit.

NEQUE solum post tempora Caroli Magni, sed etiam antea Romani Imperatores Pontificem Romanum Ecclesie Catholice caput esse professi sunt. Atque vt nomine omnium aliorum duo testimonia, vnum Latini Imperatoris, & Græci alterum proferamus, exstat epistola Valentinianni III. ad Theodosium iuniorum inter epistolas præambulares ad Concilium Chalcedonense. In ea epistola sic loquitur Imperator: Debemus dignitatem propriæ venerationis B. Apostolo Petro in nostris temporibus conseruare, quatenus Beatissimus Romanæ ciuitatis Episcopus, cui principatum sacerdotium super omnes antiquitas contulit, locum habeat & facultatem de fide & sacerdotibus iudicandi. Exstat quoque epistola Iustiniani Græci Imperatoris ad Ioan. II. Romanum Pontificem in primo titulo Codicis, in qua epistola hæc habentur verba. Nec enim patimur quidquam quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quod non etiam vestra innotescat Sanctitati, quæ caput est omnium sanctarum Ecclesiarum.

HABEMVS igitur Imperatorum testimonia, veterum, recentiorum: Latinorum, Græcorum: amicorum, & inimicorum: quibus testimonijs prior illa sententia quam confirmandam suscepimus, satis munita, quod ad præsentem controuersiam de translatione Imperij facit, & constituta esse videtur. Iam verò summum Ecclesiasticæ Hierarchiæ Principem (quæ erat altera sententia) Regna atque Imperia Christianorum, si necessitas Ecclesie id postulet, posse transferre, demonstratum est à nobis in lib. 5. de Pontifice, ex quo libro huc vnam vel alteram rationem transferemus.

PRIMUM igitur, licet potestas Ecclesiastica, quæ in summo Pontifice potissimum residet, & potestas politica, quam præter ceteros Principes Imperator Romanus habet, non modò duæ sunt, ac distinctæ finibus & officijs, sed etiam separatæ interdum inueniantur (nam aliquando Ecclesia nullos habuit politicos Principes, & nunc etiam multi sunt Principes ac Reges extra Ecclesiam) tamen quando principes sunt Christiani, & in Ecclesie Catholice membris ac filijs numerantur, duæ illæ potestates ita coniunguntur ac conueniunt inter se, vt vnam Rempublicam, vnum re-

gnum,

gnum, vnam familiam, immò & vnum corpus efficiant: Vnum enim, vt Apostolus ait Roma 12. sumus corpus in Christo, singuli autem alter alterius membra. In hoc autem corpore mystico Ecclesie, potestas Ecclesiastica veluti animus quidam est: politica autem, veluti corpus, vt Sanctus Gregorius Nazianzenus docet in Oratione ad Populum timore percussum, & Imperatorem irascentem. Neque in controuersiam id reuocari potest: cum constet Ecclesiasticam potestatem spiritualem ac celestem esse, politicam verò, humanam ac terrenam: & rursus illius finis æterna beatitudo sit: huius autem, pax & tranquillitas temporalis: illa animos & corda potissimum regat: ista in corporibus vim suam habeat: illa legibus diuinis, & celestibus oraculis: ista iure civili ac gentium nitatur: illa denique auctorem immediatum Deum habeat: ista per ius gentium, & consensum populorum ad Principes deriuetur. Igitur quemadmodum distincta sunt animi & carnis munera, & separata etiam inueniuntur in Angelis, qui corpore vacant: & belluis quæ rationis sunt expertes: & tamen in homine quia vnam hypostasim efficiunt, ita conueniunt, & coniunguntur, vt animus præsit, caro subiiciatur: & possit animus iure suo carnem icuius, vigilijs, aliisque laboribus coercere, ne impediatur munera spiritus: vel etiam si opus sit ad finem ipsius spiritus consequendum, possit spiritus carni imperare, vt se, ac sua exponat omnia, etiam cum detrimento vitæ, vt sanctos Martyres facere videmus: pari ratione in Ecclesia Christi, si verè vnum corpus sit, tantum esse oportet conjunctionem Ecclesiasticæ ac politicæ potestatis, tantumque inter eas ordinem, & vnus ad alteram subiectionem, vt in his quæ ad æternam salutem adificandam pertinent, Ecclesiastica potestas politicam dirigat, eique imperet, & si opus sit, cohibeat, & coercet, ne ademptionem proprii finis impediatur etiam cum detrimento propriæ potestatis, vt eo modo iuxta B. Gregorij sententiam lib. 2. epist. 61. terrestre regnum celesti regno famuletur.

HVC accedit quòd cum Principes politici ad Ecclesiam veniunt vt Christiani fiant, recipiuntur illi quidem, sed cum pacto expresso, vel tacito, vt scepra sua Christo subiiciant, & Ecclesiam Catholicam non euertant, sed tueantur pro viribus ac defendant: & nisi id fecerint, puniri possint etiam Regni amissione: non enim est aptus regno Dei, nec turò ad sacramentum baptismi admitti potest, qui non est paratus Christo sequi, & propter ipsum amittere quicquid habet: cum Dominus dicat in Euangelio Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et rursus in eodem loco: Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Quæ loca (vt S. Augustinus rectè exponit in epist. 5. ad Marcellinum) sic intelligenda sunt, vt is non possit Christi esse discipulus, qui non est paratus carere potius vxore, liberis, parentibus, opibus, honoribus, atq; ipsa etiam vita, quam vt Christum offendant.

QVA cum ita sint, nullam profectò iniuriam facit summo Principi politico Princeps summus Ecclesiasticus, si eum admoncat, illicque imperet, vt politica sua potestate rectè vtatur, legibus & pœnis impios ac blasphemos coercet, fidem Catholicam protegat, aduersus infideles Ecclesiam oppugnantes arma suscipiat. Quòd si is, aut ex oue lupus euadat, & hæreticos ac sectatores sequens, finem Catholicam destruat, aut velut aries furiosus contempto pastore in oues sibi subiectas graffetur: aut certè instar languidi ac timidi canis, propter ignauiam ac segnitiem, gregem Domini à luporum morsibus defendere non audeat: cur quæso non poterit summus Pastor, & qui Christi ipsius vices in terris gerit, lupum illum ab ouili arcere, atque ouibus

imperare, ne illum vltra sequantur: & arietem furiosum recludere, ac prohibere ne gregem deinceps ducat: ac denique imbecillo cani valentiorum alium substituere, qui gregem, vt oportet, custodiat ac defendat? Ergò hac potestate Ioiada Pontifex Athaliam Reginam, tyrannidem in populo exercentem, à regno amouit, & Ioas Regem constituit: vt legimus libro 4. Reg. cap. 11. & libro 2. Paralipom. cap. 23. Hac potestate Gregorius Papa II. Leonem Imperatorem Iconoclastarum hæresi studentem, atque eam in Italiam inducere molientem non solum excommunicauit, sed etiam veltigalibus Italia prohibuit, vt Cedrenus & Zonaras in eiusdem Leonis vita scriptum reliquerunt. Hac potestate Pontifex Zacharias Hilderici regnum, quòd eius fœcordia Catholica religio in Gallijs non modicum detrimentum pateretur, in Pipinum, & filios eius transtulit, vt supra multis testimonijs demonstrauimus. Hac potestate Leo Tertius Pontifex Regem Nordamhumborum Regno suo iniquè pulsus, atq; ad setanquam ad omnium Christianorum caput & Principem confugientem, per Legatos suos in regnum restituit, vt Aimoinus scribit libro quarto, de rebus gestis Francorum, cap. 96. & Rhegino libro 2. Chronici anno 808. Hac denique idem Leo Romanum Imperium à Græcis ad Francos transtulit: quòd iam longo vsu didicisset, Græcos aut non posse, aut nolle laboranti Ecclesie opem ferre: ac tum maximè id metuendum videretur, cum, Imperatore Constantino fraude suorum excacato, fœmina, quod antea nunquam acciderat, Romano Imperio præsideret.

PORRÒ diuino consilio eam translationem factam, testatur in primis victoria, ac triumphus, quos de omnibus suis hostibus Carolus reportauit. Vt enim Deus ostenderet suum esse illud opus, ita Carolum Magnum pietate, fortitudine, iustitia, clementia, omnibusque regijs virtutibus ornaui, cuiusque Imperium tantis opibus, tanta beneuolentia populorum, tot clarissimis victorijs, tot sacrarum adium magnificentissimis adificijs nobilitauit, vt post Magnum Constantinum nullus Imperator felicius, nullus Ecclesie utilior fuisse videatur. Testatur deinde consensus & approbatio Orbis terræ, siquidem Carolo Magno à Leone Pontifice Imperatore appellato, non modo Romanus populus lætissimis vocibus acclamauit, nec solum vniuersa Italia, Galia, Germania, Pannonia, totus denique Occidens, nouum Imperatorem gratissimè excepit: sed etiam ab Asia & Africa maximorum Regum legationes gratulationis cum magnis muneribus ad Carolum aduenerunt, ipsi etiam Græci Imperatores. Tametsi alioqui amuli & hostes Latinorum (vt supra demonstrauimus) per Legatos Imperij Caroli agnouerunt, eumque Imperatorem & Augustum salutarunt. De quibus legationibus vide, si placet, Annales Francorum, Adonem, Rheginonem, & Abbatem Vrspergensem in Chronico anni 801. 802. 803. 807. & 812. nec non Othonem Frisingensem lib. 5. Historie. cap. 31. & 32.

TESTANTVR denique omnes cõsequentes ætates: siquidem ab anno Domini 801. quo anno in Germanos Imperium translatum esse constat, omnes omninò Christiani Romanum Imperium apud Germanos esse crediderunt, neque vllus fuit Princeps aut Rex Christianus, qui Caroli Magni successores vt veros legitimosq; Imperatores non agnouerit, aut qui se eis posthabicum agrè tulerit. Soli sunt Lutherani, qui dum Germanicum Imperium Antichristi miraculum esse contendunt, Germaniam suam legitimo Imperio sine dubitatione spoliare nituntur.

SED occurrit Illyricus, & aduersus ea quæ hæcenus diximus, obicit ius Canonum & diuinum quo politica potestas omninò Pontificibus interdicatur:

sic enim

fic enim probat in libro suo de translatione Imperij, pag. 6. non esse translatum Imperium à Græcis ad Francos Pontificis Maximi auctoritate: *Quia Pape* (inquit) *testibus id ipsorum proprijs Iuribus, non sunt à Deo constituti domini aut gubernatores temporalium dominiorum, sicut ipsemet Christus negat summum regnum esse de hoc mundo, negat se esse constitutum iudicem rerum ac litium terrenarum: prohibet quoque Apostolis ne dominentur politicè, inquit, Reges gentium dominantur, vos autem non sic: iubet eos esse seruos, & omnium minimos. quoniam D. Petrus, quo se isti fundatore iactant, iubet Presbyteros politicis gubernatoribus obtemperare. Quod igitur ius Christi hic in terris non habuit, & non tantum non tradidit sua Apostolis, sed etiam severissimè prohibuit: id profectò nec Petrus, nec Pape, etiàsi centies vicarij Christi essent, habere poterunt.* Verùm tota hæc Illyrici argumentatio vno verbo destrui potest: nam tamen si fateremur, Romanum Pontificè neque re ipsa habere, neque etiam habere posse vllam politicam potestatem: non tamen inde rectè colligeretur, Imperium à Græcis ad Germanos ab eodem Romano Pontifice non potuisse transferri, non enim politica, sed Ecclesiastica potestate, quæ politica longè maior & sublimior est, quæque politica præest, eamque regit ac dirigit, vt supra diximus, ea translatio facta est: siquidem Pape, non quod esset Rex Regum, aut summus temporalis Monarcha, quales Augustus & Constantinus fuerunt, Occidentale Imperium à Græcis ad Francos transfudit: sed quod Pastor Ecclesiæ vniuersæ à Christo ipso cum summa potestate constitutus, inter oues suas etiam Reges & Imperatores numeraret, possètque ac deberet operam dare, ne Reges, & Regna Christianorum, Christi regnum impediunt, neve Ecclesiæ obstat, sed eius potius honori, atque utilitati deseruiant. Sed ne forte queratur Illyricis suam argumentationem nimis breuiter refutatam, excutiamus paulò diligentius.

A *IT* primò summos Pontifices (testantibus id proprijs ipsorum Iuribus) non esse constitutos à Deo dominos aut gubernatores temporalium dominiorum. At iisdem Iuribus testantibus, constituti Pontifices sunt pastores ac præfules animarum, quarum æternæ salutis omnia temporalia bona deseruire debent: proinde licet, dum Reges Christiani regna sua (vt Christianos decet) administrant, non debeat summus Pontifex eorum regnorum curis ac negocijs se implicare: vbi tamen ij ceperint à via desistere, & in detrimentum animarum regnis suis abuti, potest ac debet remedia congruentia (vt supra diximus) adhibere: quare translationem Imperij à Græcis ad Germanos, Apostolicæ Sedis auctoritate factam esse, omnia Iura clamant. Vide quæ supra citauimus, capit. 6.

A *IT* 2. Illyricus, Christum ipsum non fuisse Regem de hoc mundo, nec iudicem litium terrenarum: at non negabit (opinor) Illyricus, potuisse Christum nihilominus, si ita expedire iudicasset, regna mutare, atque transferre: atque idcirco non fuit Christus Rex temporalis, nec lites terrenas iudicauit, quia non potuit, sed quia noluit.

A *DD* 3. interdicitum seuerè Apostolis, ne dominarentur sicut gentes faciunt, & contra eis imperatum, vt essent minimi, atque omnium serui, sed facilis responsio est: siquidem hæc omnia ad commendationem humilitatis faciunt, quæ virtus cum superbia pugnat, non cum potestate. Nam vbi Christus Apostolis imperauit, vt non dominarentur more Gentilium, sed minimi essent, ac serui, ibidem de se ait: *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Et rursus: *Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat,* & tamen idem ipse dixerat se habere potestatem omnis carnis, & sibi omnia tradita esse in manus, & se esse Dominum & Magistrum.

A *DD* Illyricus postremò, Apostolum Petrum

A Presbyteris mādassè, vt politicis gubernatoribus obtemperarent: qui locus in neutra B. Petri epistola inuenitur: hæc enim sola de Presbyteris verba leguntur apud Apostolum Petrum: *Seniores ergò, qui in vobis sunt, obsecro consenior, & testis Christi passionum, qui & eius, quæ in futuro reuelanda est, gloria communicator, pacite qui in vobis est gregem Dei, prouidentem non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucris gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo: & cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.* Petri 5. quæ verba non Presbyteros magistratibus politicis, sed magistratus potius, vt cæteros laicos, Presbyteris subiiciunt.

C A P V T XIII.

Soluuntur, aut soluta demonstrantur argumenta Illyrici.

B **T** s i ex ijs quæ hæctenus dicta sunt, profligata videtur omnis controuersia, & argumenta omnia quæ ab aduersario adferbantur, dissoluta: quia tamen Illyricus in ipso primo capite sedecim objectiones, quasi totidem cohortes aut legiones produxit in aciem, quas non eodem ordine, sed prout se obtulit occasio, varijs in locis confecimus: operæ pretium visum est, hoc loco singulas iterum inspicere, & vel locù annotare vbi solutæ sunt, vel breuiter refellere, si qua forte adhuc restat, quæ caput attollere videatur. Ita igitur ille præfatur: *Quod nõ sit facta per Pape Imperij translatio à Græcis ad Germanos, probatur sequentibus argumentis.*

P r i m o, *quia id asserunt probantque duo summi viri, idque non temerè, sed ex vetustis historijs, nempe Nicolaus Cusanus Cardinalis, & Henricus Kaltheisen, Archiepiscopus Nidrosiensis, & Pape domesticus, qui ante centum annos mortui sunt, quorum testimonia in sine adiciam.* Non opinor duos istos tuos milites tam esse reuerentios, vt audacter stare velint in acie aduersus nostros circiter quinquaginta, partim Historicos, partim etiam summos Principes & Pontifices. Sed quid, si demonstrare potuerit, ne istos quidem, Illyricè, tibi faueret Nicolaus Cusanus, vir alioqui doctus & pius, iniuria temporum, tanta librorum veterum penuria laborauit, vt aperitè dicat lib. 3. Concordantiæ Catholicæ. cap. 3. quem solum locum Illyricus citauit, in nullis historijs se reperisse, Carolum Magnum verum Imperatorem fuisse: proinde contendit Germanorum Imperium in Othone primo ita cõpisse, vt nullus prædecessorum eius inde vique ad, Carolum Magnum Imperator fuerit. Placet ne tibi Illyricè, vt auctore Cusano, negemus etiam nos, Carolum, Ludouicum, Lotharium, & cæteros tam multos Imperatores fuisse? Deinde nullum omnino Historicum, neque priscum, neque recentem Cusanus nominatim citat, excepto Luitprandq Ticinensi. Quid igitur tibi volebas cum diceret, Cusanum non temerè, sed ex vetustis historijs sententiam suam munire? Ad hæc tuus ille Cusanus tota illa disputatione sua nihil molitur aliud, nisi Imperium non esse translatum à Græcis ad Francos Hadriani vel Stephani Roma. Pontificum auctoritate: nam de Leone tertio, cui omnes Historici veteres translationem hanc Imperij tribuunt, nihil omnino Cusanus dixit, ac Leonem III. nec nominauit quidem. Quæ igitur est hæc noua Dialectica? Hadrianus & Stephanus Carolum Magnum, Patrium Romanorum, non Imperatorem & Augustum appellarunt: nemo igitur postea Rom. Pontifex eundem Carolum Imperatorè fecit. Sed annotabo alium etià insignnem lapsum Cusani, vt Illyricus discat in alijs rebus magis, quàm in historijs eundem habendam esse Cusano, Scribit igitur Cusanus loco notato, in generali Cõcilio Basileensi primo anno 1061.

Cadolum Parmesem à Legatis Romanis, communi omnium consilio electum Pape: Anselmum verò Lucensem à certis Romanis & Normannis item electum cathedrali occupasse. At vnde ista Cusanus hausit, ipse viderit: constat enim ex Lamberto Schaphnaburgensi, qui tum vivebat, Cadolum Parmensem non in Concilio generali, neque anno 1061, neque à Legatis Romanis, sed ab Imperatore Henrico puero, & aliquot Principibus intrusum in Sedem Apostolicam anno 1063, contra verò Anselmum, qui in Pontificatu Alexander secundus appellatus est, Roma communi consensu Romanorum electum, ac deinceps ab omni Ecclesiâ, & ab ipso etiam Imperatore Henrico, qui Cadolum elegerat, verum Christi Vicarium habitum: nec dissentiant ab historia Germanica Lamberti, Chronica Mariani Scoti (qui etiam tunc vivebat) Othonis Frisingensis, Siegeberti, Martini Poloni, & aliorum. Atque hæctenus de Cusano. De Henrico Kaltheisem nihil est quod dicam: nam ipse etiam Illyricus cum aduertisset nihil in eo esse præsidij, nullum eius testimonium protulit. Pergamus ad cætera.

S e c u n d a inquit, *ratio sit, quia Pape, testantibus id ipsorum proprijs Iuribus, non sunt à Deo constituti domini, &c.* Vide solutionem capite precedente, vbi totam hanc Illyrici argumentationem excussimus.

T e r t i o, *quia ipsemet Carolus iure, ac vi belli occupauit occidentale Imperium.* Vide solutionem, cap. 7.

Q u a r t o, *quia alij historici id factum Senatui populoque Romano tribuunt, non Pape.* Vide solutionem, c. 10.

Q u i n t o, *quia eam dignitatem habuit Carolus multiplici iure à suis maioribus iure gladij, & insuper ex concessione Constantinopolitanorum Imperatorum.* Vide solutionem cap. 7. & 10.

S e x t o, *quia incertissime narrationes illius translationis eam vanitatis redargunt.* Respondeo omnes probatos Historicos summa consensione translationem factam literis mandasse à Leone 3. anno 801. inchoante, ipso die Natalis Domini in Basilica sancti Petri, testimonia supra scripta sunt in cap. 3. nam Ioanuem Andream, Vincentium Gallum, Antonium Rosellum, & Glossam decretalium, quos auctores inter se dissidentes Illyricus citat, nihil moramur, quod illi & posteriores sint, & in historijs parum omnino versari.

S e p t i m o, *quia euident indicium falsitatis istius translationis illud quoque est, quod Gratianus, qui diligentissimè talia congescit, nullam istius translationis Imperij mentionem facit, cum alioqui ambitiosè omnia Pontificum decora ostendat, imò amplificet, & si quid in Imperatores beneficij contulerint, prædicet.* Respondeo, Gratianum decreta & canones tum ex Pontificum epistolis, & Cõciliorum definitionibus, tum ex libris sanctorum Patrum satis diligenter collegisse: de rebus gestis Pontificum & Imperatorum non laborasse. Quare nemini mirum videri debere: cum de translatione Imperij nullum sit factum decretum, sed res tantum publicè gesta, si de ea re Gratianus mentionem non fecerit. Porro Gratianum ambitiosè ostentare atque amplificare omnia Pontificum decora, tam est à veritate alienum, quàm quod maxime. Sed non miror Illyricum tam liberè mentiri de Gratiano: quoniam enim iam dudum apud Lutheranos Gratianus publico igni exustus fuit, existimauit Illyricus, saltem apud suos mediocritate esse in tuto, quippe quæ codicibus iam sublatis detegi non possent.

O c t a u o, *cognatum huic est, quod Leo Octauus in re-stitutione aut recognitione privilegiorum Othoni Primo facta, cum concessionis, aut potius confessionis Adriani secundum, quæ se cum populo Romano Carolo subiecerat, mentionem honorificam faciat, nihil prorsus, ne verbulo quidem vnico, de translatione Imperij dicit, cum multò profectò istius huius tantæ rei meminisse debuisset, quærit enim in ve-*

A *teribus actis fundamentum huius sue nouæ concessionis, aut largitionis, quod centuplo iustius posuisset in illa tam gloriosa Imperij translatione, si quæ à Leone facta fuisset, vt isti fingunt, quam in Adriani sola patriciatus concessione, quare cum in illa tam seria solemnique actione inter Leonem Octauum, aut potius totam eius synodum, & Othonem primum nulla prorsus mentio fiat istius translationis, merum profectò figmentum esse liquido patet. Hæc profectò euidentissima demonstratio est.* Multa sunt hoc loco Illyrici ornamenta numeranda, atque admiranda: primum insignis memoria, aut historiæ peritia, cum Adriano II. tribuat, quod annis plus octoginta ante Adriani secundi Pontificatum gestum esse constat: deinde non vulgare studium veritatis, cum scribat Adriani confessionem exstare, qua se cum populo Romano Carolo Magno subiecerit: & ea confessio tamen nusquam exstet, nam apud Gratianum can. Adrianus, & can. In Synodo dist. 63. ad quæ loca Illyricus respexit, legimus quidem concessum ab Adriano Carolo Regi ius eligendi Romanum Pontificem: at ius imperandi Pontifici, eumve iudicandi, quod verè ac propriè ad subiectionem Pontificis pertinisset, concessum non legimus, non est autem idem ius eligendi Pontificem, & ius Pontifici imperandi: alioqui etiam Cardinales Pontifici imperarent, & Canonici Episcopo, & populus Regi, & Principes Imperatori, quod Pontifices à Cardinalibus, Episcopi à Canonis, Reges à populis, & Imperatores à Principibus eligantur. Tertio cernimus in Illyrico egregiam iuris cognitionem, qui id in iure perspicere potuit, quod ibi nunquam fuit, nam Leo Octauus (vt ex can. in Synodo, iam citato, intelligi potest) renouare voluit maiorum suorum decretum de electione Pontificum, atque id Othoni primo concedere, quod illi Carolo Magno concesserant, videlicet, vt ius esset Imperatori nominandi tum ipsam Romanum Pontificem, tum etiam Episcopos cæteros: quoniam autem Carolo Magno Leo tertius nihil eiusmodi dederat, sed Adrianus primus cum Episcopis sui temporis id fecerat: propterea Leo octauus exemplum s. qui se dixit Adriani, in ea concessione: Leonis autem tertij non meninit, quod eius mentio ad rem non pertineret, quod si in eo decreto Leo octauus mentionem fecit patriciatus, quem Adrianus Carolo eodem tempore tribuit, id ea de causa fecit, quia simul, & iure electionum, & patriciatus dignitate Adrianus Caroli ornauerat: noluit enim ea separare quæ coniuncta erant, tamen ad rem suam, aut solam, aut certè potissimum pertineret concessio iuris Pontificis eligendi. Agnosceimus postremò nouam in Illyrico formam demonstrationum, cum hæc sit (illo auctore) euidentissima demonstratio: Leo octauus in suo quodam decreto non dicit, Imperium translatum ad Francos, siue Germanos Romani Pontificis auctoritate: igitur merum figmentum esse liquet quicquid Historici tradunt de illa translatione. Egrege omnino, quasi continuè debeat esse falsum, quidquid Leo Octauus non dixit.

B **N** o n o, *quia multi id factum adscribunt Senatui, populoque Romano: alij ipsi Carolo, qui sibi id vltro sumpsit suo arbitrio, ac iure, &c.* Sed hæc est mera repetitio tertij & quarti argumenti.

D e c i m o, *quid impudentius, aut vanius fingi potest, quam Pape, aut plebem Romanam, potuisse, vel etiam ausos esse transferre, aut donare cuiquam supra se Imperium, qui iam dudum amissa libertate, iurata mancipia Imperatorum erant: ipsimet Carolo iam amplius viginti annis antea sub Adriano omnem potestatem Imperatorum Constantinopolitanorum in Romanam, Italianam, & Pape ipsos (quam ipse alioqui armis acquisierat) Pontifex, ac Romani, integreque Synodus, adhibitis etiam iuramentis, & Anathematibus consenserant, eiusque sese subditos, & veluti mancipia re-*

cognouerant, aut confessi fuerant, ut id ipsum proprium eorum ius, dist. 64. & omnes historiae testantur. Diximus de hac re satis multa in secundo capite: veruntamen nihil obicit hic ad scribere quidquid habetur apud Gratianum dist. 63. ut Illyrici mendacia eo teste detegantur, quem ipse pro se protulit, sic igitur loquitur Gratianus: *Hadrianus Papa Romam venire Carolum Regem ad defendendas res Ecclesie postulauit. Carolus vero Romam ueniens, Papiam obsecit: ibique relicto exercitus, in sancta Resurrectione ab Hadriano Papa honorifice susceptus est, post sanctam Resurrectionem reuersus Papiam, cepit desiderium Regem, deinde Romam reuersus, constituit ibi Synodum cum Hadriano Papa in Patriarchatu Lateranensi, in Ecclesia S. Saluatoris: quae Synodus celebrata est à 153. Episcopis, Religiosis, & Abbatibus. Hadrianus autem Papa cum uniuersa Synodo tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem, dignitatem quoque patriatatus ei concesserunt, insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas provincias ab eo inuestituram accipere desinuit, ut nisi à Rege laudetur, & inuestiatur Episcopus, à nemine consecratur: & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum inuolauit: & nisi respiceret, bona eius publicari precepit.* Hæc Gratianus, quæ ad uerbum reperitur etiam apud Sigebertum in Chronico anno 773. ceteri autem Historici veteres Rhegino, Ado, Otho, Frisingensis, Lambertus, Schafnaburgensis, Marianus, Scotus, & Abbas Vrspergensis in Chronicis eiusdem anni, & sequentium, nihil omnino hac de re scripserunt. Dicit igitur nobis Illyricus, ubi sit in uerbis Gratiani & Historicorum, datam esse Carolo ab Hadriano omnem potestatem Imperatoris Constantinopolitani: item datum esse Carolo Imperium in Romanos Pontifices: item adhibuit iuramentum quo Papa subiceretur Regi: item agnouisse & confessos esse Pontifices se Carolo esse mancipia, nihil certe horum legitur nec in Gratiano, nec in ullo scriptore, proinde necesse est Illyrici esse mendacia.

DEINDE quo pacto non secum ipse pugnasset Hadrianus, si se Regis mancipium agnouisset, & tamen eisdem dignitatem patriatus, & ius eligendi Pontifices concessisset nisi forte illius temporis mancipia ea prædita auctoritate erant, ut etiam patrios facere, & Reges ipsos nouis dignitatibus augere possent. quid quod Rhegino in Chronico anni 787. scribit, Carolum Regem & patrium subditum se Hadriani Pontificis agnouisse: *Rex autem, inquit Rhegino, ad postulata respondit, se per multa tempora quæsiuisse, sed minime obtinere potuisse, ne tamen inobediens uideretur esse monitis Apostolicis, asseruit se in eiusdem Papæ presentia, cum eisdem missis pacem uelle firmare.*

VNDECIM ò, Testantur quoque omnes Historici, etiam ij qui Papis sunt addictissimi, Leonem Papam, mox electus fuit in Papam, misisse ad Carolum Magnum legationem unâ cum clauibus sancti Petri, quod est Papale insigne, & vexillis Urbis Romæ cum aquilis: per uisum iuxta Synodum Hadriani confirmationem sui, & ut aliquis mitteretur, qui Romanos Carolo denud, iuramento adstringeret, quod fuit extrema subiectionis indicium: quare etiam paulo post orto dissidio inter Papam & Romanos, tum ipse Papa ad Casarem ut suum superiorem confugit, tum & Romani eodem suos accusatores miserunt, ut sic utriusque sint testati eum esse suum legitimum iudicem ac dominum: quàm facta ergo tandem est ista uanitas, quod Papis fingunt illos seruos, aut mancipia Caroli Imperium Romanum in Carolum transulisse, eamque sibi ut uasallum quendam dato feudo obligasse: ut nunc arctissimis iuramentis Casares sibi obstringant, & etiam ad turpissima pedum oscula adigunt. Non satis scio quid in hac obiectione magis admittit, imperitiam, an impudentiam. Clauis sancti Petri à Leone ad Carolum missas, doctus Illyricus Papale insigne interpretatur, quasi

A Pontifex Leo Pontificatum suum Carolo Magno, vel dono dederit, vel certe subiecerit. At clauis illa nihil erant aliud, nisi theca quædam preciosa, quibus reliquiarum fragmenta seruabantur. Solebant enim Pontifices, cum summo aliquem munere assicere uoluissent, rasuram cathenarum sancti Petri, aut aliquid aliud generis eiusdem, clauicula aurea vel argentea inclusum mittere. Audi sanctum Gregorium in epistola uicesima tertia, libri sexti ad Theoristum & Andream: *Præterea, inquit, benedictionem sancti Petri Apostoli, clauem à sacratissimo eius corpore transmisi.* Et in epistola centesima uicesima sexta, lib. 7. ad Rhecardum Regem Visigothorum. *Clauem, inquit, paruam à sacratissimo beati Petri Apostoli corpore, pro eius benedictione transmisi, in qua inest ferrum de cathenis eius inclusum, ut quod collum illius ad martyrium ligauerat, uelutrum ab omnibus peccatis soluat. Crucem quoque dedi latori presentium uobis offerendam, in qua lignum dominicæ crucis inest, & capilli beati Ioannis Baptistæ: ex qua semper solatium nostri Saluatoris per intercessionem præcuratoris eius, habeatis.* Talem igitur clauem non insigne Papale, sed religiosum munus Christianissimum Principi summus Pontifex misit. nam idcirco Rhegino in Chronico anni 796. Ado Viennensis in Chronico, sexta ætate, & Abbas Vrspergensis item in Chronico eiusdem anni, has ipsas clauis, confessionis sancti Petri, id est, sepulchri, clauis appellat, & pro munere missas à Leone ad Carolum scribunt, qui etiam auctores in Chronico anni octingentesimi simile quoddam donum ab Episcopo Hierosolymæ ad eundem Carolum transmissum, his uerbis tradunt. *Eadem die Zacharias pater cum duobus monachis, uno de monte Oliueti, altero de Bethlehem, Romam uenit, quos Episcopus Hierosolymorum ad Regem direxit, qui benedictionis causa clauis sepulchri Domini, ac loci Caluarie, clauis etiam ciuitatis cum vexillo detulerunt: hæc illi. Nec sanè dubitari uia ratione potest, quin fuerint omnia illa religiosa munuscula, non insignia dignitatum: quare Paulus Æmilius in uita Caroli, pia magis quàm magnifica munera esse dixit. Quod secundo loco addit Illyricus, postulasse Leonem, ut à Carolo mitterentur, qui Romanos eidem Carolo iuramento adstringerent, iam supra discussum est in primo capite, ubi ex ipso Illyrico demonstrauimus, Leonem à Carolo postulasse, qui Romanos iurando adstringerent, non Carolo sed Leoni: & sanè ratio erat magna, cur nouo Pontifici Leoni nouum sacramentum populus præstaret: cur autem Carolo præstaret, nulla erat. Quæ cum ita sint, euanuit (credo) iam illud extrema subiectionis indicium, quod ex missis clauibus, & Legatis postulatis, qui ad iurandum Romanos adigerent, Illyricus fabricauerat.*

B *At, inquit, dissidio inter Papam & Romanos exorto, utriusque Carolum dominum ac iudicem appellauerunt. Nusquam ista nomina legi, iudicis, & domini, res autem gesta narratur ab Othone Frisingensi libro quinto, capite tricesimo his uerbis: Anno ab incarnatione Domini 799. Leo Papa qui Adriano successerat, in Litaniam maiore à Romanis flagitiosissime, ita ut oculi eius eruti uiderentur, tractatur: qui ad Regem Carolum ueniens, euentum rerum deplorat. Igitur Carolus uictoriosissimus, qui iam subiugatis sibi Baioariis, Aquitanis, Saxonibus, Danis, Normannis, Britannis, Pannoniis, multisque alijs prouincijs, regnum Francorum plurimum dilatauerat, dignus qui alijs proueberetur, Papam ut uisus ad urbem tendebat: cui pridie quàm urbem intraret, Leo ad duodecimum lapidem occurrit, eumque honorifice suscepit: mand facta, urbem ingressus, à Pontifice, ac cuncto populo susceptus, in Ecclesiam beati Petri inducitur, post septem diebus transactis, Rex concione facta, causam aduentus sui exponit. Leo quoque, cui æmuli sui magnum crimen imposerant,*

C *nemine cogente, ex bona conscientia de obiecto crimine coram omnibus supra sacrosancta Euangelia se purgauit. Hæc ille, ex qua narratione discimus, Carolum Romam uenisse, non ut Pontificem iudicaret, sed ut iniuriam illi factam uiliceretur, & Leonem Pontificem non ab aliquo iudicatum, sed à se ipso, nemine cogente, iureiurando purgatum: nec dissentient Historici ceteri, sed Rhegino, atque Abbas Vrspergensis illud etiam addit, Pontificem ad Carolum uenisse summo cum honore ab eodem Carolo susceptum; quod uerum uilissimis mancipiis satis conueniat (quales fuisse eo tempore summos Pontifices mentitur Illyricus) Illyricus ipse iudex esto.*

D *Iam uero quod in postremis uerbis Illyricus habet, adigi nunc à Pontificibus Imperatores ad iurandum, & oscula pedum, Otho Magnus, & Fridericus primus (ut alios prætermittam) nobis etiam tacentibus satis refellunt: siquidem ille Ioanni 12. Pontifici iurandi sacramentum, antequam urbem ingrederetur, à nemine coactus, nisi ab ipso iure & aequitate, præstitit: quod exstat adhuc apud Gratianum can. Tibi Domino Ioanni, dist. 63. iste autem (ut capite superiore ex Krantzio & Radenico demonstrauimus) Hadrianum quartum humi prostratus sponte sua ueneratus est, & Victori quarto, quem ipse Pontificem in Schismate quodammodo fecerat, nemine cogente pedes osculari coram uniuersa Ecclesia non erubuit. Sed de hac obiectione satis multa dicta sunt: pergamus ad ceteras.*

A *DECIMO SECTO, Verum, inquit, ut hisce quoque argumentationibus, sententiaque suam imponamus, hoc unum quero à Pontificis seductoribus: eum constet Carolum amplius uiginti annis ante illam Leonem (pene dixissem uulpinam) Papæ coronationem totum Occidentale Imperium occupasse, & tenuisse: hoc (inquam) quero, num iure occupauit, & tenuit, fuitque legitimus eius Monarchie possessor? Inuistè eum occupasse, ac tenuisse, non audebunt (credo) dicere. Si uero iustè occupauit, ac tenuit totum Occidentale Imperium tot annis ante Papatum Leonis: quomodo potuit Leo Imperium Romanum in eum transulisse, aut quid tandem ei adiecit? Sed hæc obiectione soluta est in sexto capite, ubi ostendimus, Carolum Magnum ante Leonis tertij Pontificatum, iusto bello occupasse, ac tenuisse, non quidem uniuersum (ut Illyricus dicit) Occidentis Imperium (nec enim Hispaniam, Africam, Illyricum, Britanniam, Apuliam, Calabriam, Siciliam, aliasque nonnullas Occidentalis Imperij prouincias eo tempore Carolus occupauerat) sed magnam tamen eius partem, id est, Galliam, Germaniam, Pannoniam, atque Italiam partem quandam: ceterum ea ipsa loca non iure Casaris, sed partim iure Regio, partim iure Patrio Carolum possidisse. Id igitur Imperij translatio effecit, ut Carolus Magnus illa ipsa quæ iam habebat, non tantum ut Rex, aut Patrius, sed ut uerus Imperator & Augustus retineret: utque ius haberet ad alias item prouincias, quas Occidentalis Imperij fuisse, atque iniuria ab alijs occupatas esse constaret: ut denique nominibus, titulis, honoribus omnibus ueterum Casarum ueretur, atque eo nomine omnes alios Reges, ac Principes, tum ipse, tum eius successores, ac posteritæ antecirent, etiam si aliquando contingeret, ut essent alij Christiani Reges, ipso Casare longè posteriores. Ac ne id parum fortasse Illyrico uideatur, reuocet ad memoriam quæ de Zenone & Theodorico ipse scripsit: non modò enim affirmat, sed etiam multis testibus asserere conatus est, Theodoricum Gorum, Zenonis Imperatoris beneficio, Occidentale Imperium accepisse: cui si nunc obiciamus, Theodoricum ne uo quidem milite aut obolo à Zenone adiutum, sua tantum, ac suorum uirtute, multis exantlatis laboribus, multoque sanguine effuso Italia possessionem adeptum: nihil aliud inueniet quod respondeat, nisi ideò uerè Theodoricum à Zenone Imperium (uel regnum potius Italia) accepisse, quòd ab eo, ius, titulum, dignitatem, ac potestatem regiam accepisset.*

B *DECIMO SEPTIMO, ipsa uox Translatio eos euidentissime mendacij redarguit. nam si transulerunt Imperium à Græcis ad Francos, sequitur Græcos esse planè priuatos Imperiali dignitate. Et infra: Decretalis, Solita, clare Constantinopolitanum Regem uocat Imperatorem Romanorum. At hæc obiectione nulla est: non enim Imperium uniuersum, sed Occidentale solum translatum esse dicimus à Græcis ad Francos. Græci siquidem cum Gothos, Belisario & Narsete ducibus, Italia exegissent, Occidentale Imperium Orientali iterum adiunxerunt: postea uero quàm à Leone Pontifice Carolum Magnum Occidentalis Imperij iure donatus est: Græcus Imperator Occidentali Imperio caruit, Orientale retinuit, atque ex eo tempore Augusti duo pari potestate Romanum Imperium tenuerunt.*

C *DECIMO OCTAUIDO, quacunque omnino parte, aut quasi lacina quis istam narrationem translationis Imperij apprehendit, mox liquidè animaduertit esse uanissimum mendacium: fingunt enim illi Carolum ignorasse Papæ consilium, &c.*

D *ISTA uero est noua forma Syllogismi: constat enim tota argumentatio ex tribus manifestissimis, crassissimisque mendacijs, quæ sunt à nobis supra cap. 2. notata, & refulata. uide igitur cap. 2. Mendacia 15. & 16.*

E *DECIMO QUINTO (nam decimum quartum præ festinatione Illyrico excidisse uideretur, nisi forte sit error in numeris.) Quis, inquit, dubitat, si Papa, ac Romani sponte, suoque arbitrio Imperium à Græcis in Francos transferre tunc potuissent, uoluissentque eos certis firmisque pactio-nibus ac conditionibus cum Carolo acturos fuisse, quibus tum sibi, tum etiam alijs regianibus, & hominibus cauissent de certa quadam libertate, &c. An tu ridiculus non es, Illyricus, cum pactum de libertate retinenda commemoras, ubi de Imperatore ac domino constituendo agitur? quibus enim, quæso, iste Casar imperabit, si omnes homines, ac regiones quæ ad illius Imperium pertinent, sibi diligenter de libertate conferenda caueant? Sed nimirum magistrum tuum sequutus es Lutherum, qui in libro de uotis monasticis iubet monachos futuros hac forma uerborum uti, cum Deo sua uota nuncupant: *Uoueo paupertatem, castitatem, & obedientiam, usque ad mortem liberè, id est, ut mutare possim, quando uolo, nec unquam ea uota teneat obseruare.* Audi igitur, Illyricus: si pacta nulla inter Leonem & Carolum intercessissent, mirum uideri certè*

A non deberet: dabatur enim Imperium uirtutibus Caroli, dabatur meritis eius, nec non patris & auis, quæ multa & magna in Ecclesiam Romanam exstabant: ueruntamen accesserunt etiam pacta, non quidem, ut tu dicis, de libertate gentium & populorum conseruanda, sed de Ecclesia uniuersa, ac potissimum de Apostolica sede perpetuò defendenda: est enim Imperator Romanus (ut iura passim loquuntur) proprius Ecclesie Catholica, atque præcipuus aduocatus. Porro continetur hoc pactum tum in eo sacramento quod Reges Romanorum Pontifici Romano præstare solent, cum ad coronam accipiendam ueniunt: tum etiam in ipsa uoce translationis Imperij: idcirco enim non nouum Imperium erectum, sed antiquum translatum ad Germanos dicitur, ut meminerint Germani Imperatores, non modò ius & potestatem imperandi, sed etiam curam & sollicitudinem Ecclesie tuendæ, Constantini, Theodosij, Martiani, Iustini, Tiberij, aliorumque ueterum ac priorum Casarum ad se translatam: quæ etiam causa est, ut aliquando Romani Pontifices certos Imperatores & Ecclesie communionem, & Imperij dignitate priuarint: quòd uidelicet aduersus inita & iurata pacta, non se illi aduocatos, sed hostes Ecclesie præstitissent. Sed de his satis.

B *DECIMO SEPTIMO, ipsa uox Translatio eos euidentissime mendacij redarguit. nam si transulerunt Imperium à Græcis ad Francos, sequitur Græcos esse planè priuatos Imperiali dignitate. Et infra: Decretalis, Solita, clare Constantinopolitanum Regem uocat Imperatorem Romanorum. At hæc obiectione nulla est: non enim Imperium uniuersum, sed Occidentale solum translatum esse dicimus à Græcis ad Francos. Græci siquidem cum Gothos, Belisario & Narsete ducibus, Italia exegissent, Occidentale Imperium Orientali iterum adiunxerunt: postea uero quàm à Leone Pontifice Carolum Magnum Occidentalis Imperij iure donatus est: Græcus Imperator Occidentali Imperio caruit, Orientale retinuit, atque ex eo tempore Augusti duo pari potestate Romanum Imperium tenuerunt.*

LIBER SECVNDVS.

S V M M A.

Imperium Romanum de gente Francorum ad gentem Saxonum Summi Pontificis auctoritate transfisse.

CAPVT PRIMVM.



SEVITVR altera controuersia apud Illyricum de translatione Imperij à Francis ad Saxones: quam translationem Illyricus non modo non auctore Romano Pontifice, sed etiam eo inuito factam esse contendit. Sed ut res tota facilius percipiatur, historia successio- nis Imperatorum à Carolo vsque ad Othonem paulò altiùs repetenda erit. Igitur Carolus Magnus à Leone tertio Pontifice Romæ anno 800. coronatus, successorem habuit Ludouicum filium, quem Stephanus quartus, aliàs quintus Papa Remis in Gallia coronauit anno 815. teste Othone Frisingensi libro 5. capite 33. Ludouico Lotharius filius successit, quem Paschalis Papa Romæ coronauit anno 822. eodem teste Othone libro quinto, cap. 34. Lothario successit filius Ludouicus, quem Sergius Papa secundus Romæ coronauit anno 844. teste Adone Viennensi in Chronico sexta ætate. Ludouico Carolus Caluus successit, qui huius Ludouici patruus erat, Lotharij videlicet frater ex patre Ludouico seniore: coronauit autem Carolum Caluum Romæ Ioannes 8. anno 874. teste Rheginone libro secundo, Chronici. Carolo Caluo Ludouicus Balbus filius successit anno 877. teste Rheginone ibidem: coronauit autem eum idem Ioannes Papa octauus, teste Onuphrio in additione ad Platinam in vita eiusdem Pontificis Ioannis. Ludouico Balbo successit Carolus Crassus Ludouici Regis Germaniæ filius, qui Ludouicus Caroli Magni ex Ludouico filio nepos erat. Coronauit eum idem Ioannes octauus Romæ anno 878. teste Othone Frisingensi libro sexto, capite octauo. Carolo Crasso Arnulphus successit, quem Papa Formosus coronauit Romæ anno 896. teste Rheginone in Chronico. Fuit autem Arnulphus Carolomanni filius, Ludouici Regis Germaniæ nepos. Arnulpho successit filius Ludouicus, Ludouico Cunradus, Arnulphi ex alio Cunrado nepos: atque hic series desit Caroli Magni, & gentis Francorum, ut ex Abbate Vrspergeni in Chronico anni 914. cognosci potest. Cunrado successit Henricus primus ex gente Saxonum cognomento Aucepis: nam et si is Henricus nepos erat Arnulphi Imperatoris ex filia, ut Albertus Krantzius demonstrat libro secundo Saxonie, capite tricesimo tertio tamen ex patre non Francus erat, sed Saxo. porro nullus horum trium coronam Imperialem habuit, ut historici omnes testantur. Henrico autem filius Otho successit, quem Ioannes Papa X. I. I. Romæ, ut infra demonstrabimus, coronauit. Quæstio igitur est, cœperit ne Saxonum Imperium in Henrico, an in Othone: & quidem in Henrico cœpisse Illyricus totis viribus contendit: siquidem inde rectissimè deduci putat, inuito Romano Pontifice Saxonum Imperium constitutum: quoniam is Henricus nec Romam ad Pontificem venit, nec ab eo vnctionem, vel coronationem vllam postulat. Ego verò Imperatorem primum ex gente Saxonum Othonem Magnū fuisse, eumque à Romano Pontifice Imperium accepisse, nullo negotio demonstrari posse censeo.

CAPVT II.
P R I M V M igitur, Henricum patrem Othonis, Regem tantum, non Imperatorem fuisse, testis est ipse idem Henricus, qui Regio nomine cōtentus, insignia appellationisque ceteras, necnon vnctionem & coronationem spontè recusauit, ut custos Imperij potius, quàm Imperator dici possit. Vitichindus, qui huius Henrici tempore vixit, lib. 1. gestorum Saxonorum, de hoc ipso Henrico ita loquitur: *Cum ei auferretur vnctio cum diademate à summo Pontifice, qui eo tempore Herigerus erat, non spreuit, nec tamen suscepit: satis, inquit, mihi est, ut præ meis maioribus Rex dicar & designer, diuina annuente gratia, ac vestra pietate penes meliores verò nobis vnctio & diadema sit: tanto honore nos indignos arbitramur.* Hæc Vitichindus, quem sequuntur Abbas Vrspergenis in Chronico anni 920. Henricus, inquit, renuit diadema & vnctionem, solo nomine Regis contentus. Albertus Krantzius libro tertio, Saxonie, cap. secundo. Henricus, inquit, *Dux Saxonie, primus ex ea familia ad Romani regni culmen ascendit, quod ea domus per aliquot continuata sæcula perseueranter seruauit, ut in contextu docebimus: cui, si in Italiam prædecessorum more venire dignaretur, diadema cum consecratione ad Imperatoriam dignitatem Ioanes eius nominis X. Summus Pontifex reppromisit. Henricus autem satis sibi videri respondet, quod primus ad regni culmen immeritus peruenisset: diadema Imperij maioribus debitum: se nihil ambire supra id quod accepisset, etiam sic maiora, quàm obire posset, sustulissent onera.*
H A B E M V S igitur in primis Henrici ipsius ingenium planèque Germanicum testimonium. Sed accedant 2. loco sequentium Principum, eiusdem nominis testimonia: nam (ut Onuphrius Panuinus testatur in libro de Comitibus Imperatoris, sanctus Henricus Cunradus, & tres alij Henrici, qui post Othonem tertium imperarunt, in diplomatibus suis ita nomina sua inscribunt, ut nullo loco Cunradum & Henricum, qui ante Othones regnarunt, inter Imperatores habuisse videantur: nō enim se scribunt Cunradum secundum, & Henricos 2. 3. 4. 5. sed Cunradum primum & Henricos 1. 2. 3. & 4. quibus etiam numerorum notis distingui sepulchra Cunradi, & posteriorum trium Henricorum, quæ adhuc Spiræ exstant, idem Onuphrius testis est: ut iam non leuis temeritas eorum esse videatur, qui contra ipsa Imperatorum diplomata, & literas in monumentis ante tot annorum centurias incisas Cunradum primum, & Henricum primum, secundos: nec non Henricum secundum tertium, & tertium quartum, & quartum quintum appellandos esse contendunt. De Ludouicis autem res adeò manifesta est, ut non possit Illyricus Ludouicum, Arnulphi Imperatoris filium, qui corona Imperij caruit, inter Imperatores numerare, quin sibi ipse repugnet: nam si is Ludouicus Imperator fuit, necesse est ut quartus fuerit: tres enim ante ipsum Ludouici præcesserant, senior, iunior, & Balbus: at si quartus est Arnulphi filius, qua ratione Ludouicus Bauatus, & se ipse quartum,

non quintum, in omnibus suis diplomaibus vocat: & quartus, non quintus, ab omnibus auctoribus, & ab ipso Illyrico in hoc libro de translatione Imperij, aliquoties appellatur: Quod si Ludouicus ille è numero Imperatorum eximitur, quia corona, & vnctione Apostolica caruit, licet alioqui de stirpe Caroli, & filius Imperatoris fuerit: quanto magis Henricus Saxo ex Imperatorum numero eximendus erit, qui nihil horum habuit, & coronam, ac dignitatem Imperatorum recusauit?
A C C E D A N T postremò testimonia etiam veterum grauissimorumque Historicorum. Lambertus Schafnaburgensis in historia Germanica. Anno, inquit, 1024. Henricus secundus Rex primus, Rex Imperator obiit. Vbi vides, Lector, Lamberti historici grauissimi, & Germani, & qui illo ipso sæculo floruit iudicio, Henricum primum, Regem tantum: secundum autem, Regem & Imperatorem fuisse. Rheginus & Sigebertus nō dissentiant à Lamberto: siquidem tres illos Reges, Ludouicum Arnulphi Imperatoris filium, Cunradum, & Henricum, qui coronam Imperij à Romano Pontifice non habuerunt, nunquam Imperatores, sed perpetuos Reges vocant, cum tamen præcedentes & sequentes Reges, qui à Romano Pontifice coronati fuere, Imperatores semper appellant. Otho Frisingensis pluribus in locis sententiam nostram appetè confirmat. Sed antequam verba illius ponam, operapretium esse duxi, lectorem præmonere quod Otho Frisingensis scribit, & sæpe repetit, virtute Othonis primi Imperium transfisse ad Francos Orientales, non sic esse accipiendum, quasi Otho primus sine Pont. Max. auctoritate Imperium obtinuerit: id enim paulò post aperitissimis argumentis refutabitur. Id igitur solum Otho Frisingensis significare voluit, in Othone primo translationem factam esse Romani Imperij ab Occidentalibus Francis ad Orientales: eius autem translationis causam fuisse virtutem eiusdem Othonis, qui & à Pontifice summo promotionem ad eam dignitatem facile promeruit, & armis hostes Imperij fortissimè domuit. Ille igitur sic loquitur lib. 6. histor. cap. 17. *Exhinc, inquit, quidam post Francorum regnum supputant Teutonicorum: vnde filium Othonem in decretis Pontificum, Leonem Papam, primum Regem Teutonicorum vocasse dicunt: nam iste, de quo agimus, Henricus, oblatam sibi à summo Pontifice dignitatem renuisse perhibetur.* Et infra: *Otho, inquit, qui Imperium à Longobardis vsurpatum deduxit ad Teutonicos Orientales Francos, forsitan dictus est primus Rex Teutonicorum: non quod primus apud Teutonicos regnauerit, sed quod primus post eos qui à Carolo Carolingensi, sicut à Meroueo Merovingi, dicti sunt, ex alio, id est, Saxonum sanguine natus, Imperium ad Teutonicos Francos reuocauerit.* Et cap. 22. vbi narrat coronationem Othonis Romæ celebratam, ita subiungit: *Exhinc regnum Romanorum post Francos, & Longobardos ad Teutonicos, vel ut aliis videtur, iterum ad Francos, vnde quodammodo elapsus fuerat, translatum est.* Et cap. 24. *Hic, inquit, est Otho, qui post multas victorias Græcos quoque in Apulia & Calabria superauit, ac Imperium Romanorum virtute sua ad Francos Orientales reduxit.* Et paulo antè: *Vide, inquit, regnum Teutonicum cum regno Francorum affine, & quodammodo cognatum principium habere: ibi primum Carolus (Martellus) sine Regis nomine honorem Regis gerebat: hic Magnus Otho Saxonum Dux (Othonis Imperatoris avus) Regibus adhuc ex stirpe Caroli manentibus, regni summam administrabat. Illius filius Pipinus non solum re, sed etiam nomine Rex cepit esse, & dictibus simili modo filius Henricus Regis nomine meruit honorari: illius filius Carolus Magnus non solum regnum, sed etiam Imperium capto Desiderio primus obtinuit ex Francis: istius filius Otho Magnus post multos triumphos, primus ex Teutonicis post Carolos capto Berengario Romanis imperauit.* Hæc ille. Neque ab hoc numero veterum Historicorum separandus est Luithprandus Diaconus his

A omnibus antiquior: siquidem ipse lib. 6. cap. 6. cum Othonem primum a te coronationem Imperialem piissimum Regem tantum, deinde autem etiam Imperatorem Augustum fuisse dicat, manifestè significat, Henricum Othonis patrem, qui coronatus nunquam fuit, Imperatorem nunquam fuisse. Philippus Bergomensis libro 11. supplementi Chronicorum, aperè docet, à Ludouico Arnulphi filio vsque ad Othonem primum non fuisse in Germania Imperatores, sed Reges duntaxat: deinde libro duodecimo addit in Othone primo, Imperium Germanis iterum restitutum. Lupoldus quoque in libro de iuribus Imperij, capite secundo & quinto, ut ipse Illyricus citat pag. 105. Othonem Imperatorem primum ex gente Saxonum facit. Addamus si placet etiam testimonium Cuspiniani, quoniam eo auctore Illyricus mirificè delectari videtur. *Othonem, inquit Ioan. Cuspinianus in vita eiusdem Othonis, plerique scriptores primum Germanorum Imperatorem numerant, quod Imperium à iusta sobole agnationeque Caroli Magni ablatum, primus hic Otho iustus princeps, vir belli pacisque insignis, recuperavit Pontificis Maximi auctoritate.* Habemus igitur testimonii Historicorum, Principum, & ipsius Henrici patris Othonis, non Henricum patrem, sed Othonem filium Imperatorem primum ex gente Saxonum fuisse: quod etiam cognomen Magni satis aperè significare videtur: nam propterea inter omnes Imperatores Occidentis, soli Carolus & Otho, Magni cognomen inuenerunt, quod ille ad Francos, iste ad Saxones, Imperij Romani decus attulerit.

CAPVT III.

A M verò demonstrandum superest, hunc ipsum Othonem à Pontifice Romano ad Imperium vocatum prouectumque fuisse. Id verò historici omnes vna voce tradunt: atque ut à posterioribus sursum versus ascendamus: Cuspinianum modò dicentem audiuius, ab Othone quidem recuperatum Imperium, sed Pontificis Maximi auctoritate. Albertus Krantzius, lib. 4. Saxonie, cap. 9. *Cum appropinquaret, inquit, Vrbi, insigni pompa à Romanis est introductus, & Imperij coronam cum consecratione, & Imperatorio honore suscepit.*
I O A N N E S Naucleus in Chronographia sua, generatione 23. *Otho, inquit, à Ioanne Papa Augustus vocatur, & ordinatur, vnctione Imperiali, ac benedictione sublimatus.* Idem quoque docent, Blondus lib. 3. deca 2. Platina, in vita Ioannis 12. quem ipse tamen 13. vocat, Philippus Bergomensis libro 12. Supplementi, & Iacobus Vvymphelingius in Epitome rerum Germanicarum cap. 18. Sigebertus in Chronico: *Anno, inquit, 963. Otho primus à Ioanne Papa coronatur.* Lambertus Schafnaburgensis in historia Germanica: *Otho Rex, inquit, perrexit Romam, cumque Ioannes Papa gratanter suscipiens, honorificè super Cathedram Augustalem posuit, & benedictione atque consecratione sua Imperatorem fecit.* Otho Frisingensis libro sexto, capite vicelimo secundo. *Otho, inquit, gloriosus Rex à Papia vsque ad Urbem progrediens, honorificè a summo Pontifice Ioanne, ac toto populo susceptus, applaudentibus cunctis, Imperatoris & Augusti nomen sortitur.*
A B B A S Vrspergenis in Chronico: *Ipse, inquit, Romam veniens mirifico apparatu susceptus, & ab eodem Apostolico Ioanne Imperati vnctione, & benedictione sublimatus, Imperator, & Augustus est appellatus.*
M A R I A N V S Scotus in Chronico: *Otho Rex, inquit, Romam veniens, Imperator efficitur à Ioanne Papa.*
R H E G I N O Abbas lib. 2. Chronici: *Rex, inquit, Otho Romæ fauorabiliter susceptus acclamatione totius Rom. populi & Cleri, ab Apostolico Ioanne Imperator & Augustus vocatur, & ordinatur.*

LVITHPRANDVS Diaconus Ticinensis, qui tempore ipsius Othonis floruit lib. 6. de rebus per Europam gestis, cap. 6. Romam, inquit, veniens (Otho primus) miro ornatu, miroque apparatu susceptus, ab eodem summo Pontifice, & vniuersali Papa Ioanne vnicionem suscepit Imperij.

CAPVT IV.

IDEAMVS nunc quid pro sententia sua Illyricus adferat, quanquam valde suspicor fore vt mendacia potius, quam argumenta nobis referenda sint.

SIC igitur incipit pag. 64. *Indicatum est, quomodo Imperij possessio & dignitas peruenit à Græcis ad Carolum Francum, aut Germanum. Et infra: Porro quomodo à Francis, ad reliquos Germanos peruenit, nunc indicandum est: nam hic quoque Pape adulator, vt vbiq; mendacis omnia conspuant, ac corrumpunt.* Videlicet Illyrico magna religio est mentiri: idcirco confidenter alios mendacij reprehendit: sed quam verè id faciat, testatur quæ supra diximus, & quæ cõtinuò Illyricus ipse subiungit: sic enim pergit: *Dicunt enim illi, quòd deficiente virtute stirpis Carolinæ, Cardinales scripserint ad Othonem primum, eumque creauerint Imperatorem: quod tamen nullis certis documentis probare possunt.* At non hoc dicunt scriptores, qui sunt alicuius nominis apud Catholicos, quos tu falsò Papæ adultores vocas: plerique enim Othonem primum à Romano Pontifice Ioanne 12. Imperatorem creatum esse tradunt, non à Cardinalibus: testimonia paulò antè citata sunt: atque vt verum fatear, nullum omnino auctorem me legisse memini, qui à Cardinalibus Imperium Othoni delatum scripserit. Scripserunt quidem Cardinales duo ad Othonem Imperatorem quaedam aduersus Ioannem Pontificem: sed posteaquam idem Otho ab eodem Ioanne Imperator fuerat appellatus, & coronatus, vt Illyricus ipse testatur in historia Magdeburgensi Centuria decima, capite decimo, columna 137. Itaque licet illa Cardinalium nihil omnino ad rem præsentem faciunt.

PERGIT Illyricus: *Vera autem historia illius translationis exstat prolixè apud Nauclerum, & Cuspinianum: ex qua narratione liquidò patet, non potestate aut voluntate Papæ factam esse.* Id verò iam impudens est mendacium. Cuspinianus enim (vt paulò antè citauimus) in vita Othonis ita loquitur: *Imperium à iusta sobole agnationeque Caroli Magni ablatum, primus hic Otho iustus princeps, vir belli pacisque insignis, recuperavit, Pontificis Maximi auctoritate.* Quid hic dicit Illyricus: liquidò patet ex his verbis, Imperium translatum ad Germanos sine Pontificis voluntate & potestate, an te potius egregiè esse mentitum? Porro Nauclerus est zelo patriæ (vt ipse fatetur) conatur asserere Henricum patrem Othonis Imperatorem, vel certè Regem Romanorum fuisse: non tamen sine voluntate Romani Pontificis fuisse docet (vt Illyricus noster mentitur) quin potius sententiam suam Nauclerus ex decretis Pontificum adstruere conatur: nimirum profert Cap. Venerabilem, de electione: & Clementinam, Romani Principes, de iureiurando: vbi legimus Imperium Romanum auctoritate sedis Apostolicæ translatum à Græcis ad Germanos in persona Caroli Magni: ex quibus decretis Nauclerus colligit, Henricum, & eius prædecesores Cunradum & Ludouicum Imperatores fuisse, quia Romani Pontifices, qui Imperium transtulerunt, apud Germanos, non apud Gallos, aut Italos illud esse voluerunt. Sed hæc eius argumentatio, nec apud Illyricum, nec apud nos vllius momenti est: neque enim Illyricus admittit, Pontificis auctoritate ad Germanos Imperium esse translatum: licet pro sua constantia Nauclerum, qui illud docet, passim pro te testem adducat: nos autem fatemur quidem, vel po-

A tius asserimus & defendimus, translationem Imperij auctore Pontifice factam esse: non tamen inde rectè posse colligi arbitramur, Ludouicum, Cunradum, & Henricum, qui corona Imperij carere, Imperatores Romanorum fuisse, nisi fortè designatos: quemadmodum olim Cæsares dicebantur qui Augusti futuri erant, licet nondum essent re ipsa: siquidem illius textus quos Nauclerus citat, aperte docent, Germaniæ Principes potestatem habere eligendi Regem, in Imperatorem postmodum à Pontifice promouendum: quare tres illi, qui à Principibus electi ad regnum, non autem à Pontifice ad Imperium promoti fuere: Reges duntaxat, non Imperatores, secundum ea capitula dici possunt. Addit postea Nauclerus, Henricum patrem Othonis idè verum Imperatorem habendum, quòd à summo Pontifice Imperator habitus videatur, cum exster apud Gratianum distinctione 63. constitutio primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus. Sed hoc totum vt aduersus Illyricum mirificè pugnat, ita nobis parum omnino nocet: nam etiam si in ea constitutione nominetur primo loco Henricus, non tamen necesse est eum Henricum illum esse qui Othonem præcessit: imò verò probabilissimum est, illum esse, qui Othonem tertium sequutus est: is enim verè primus Henricus Imperator fuit, & magnam cum Romanis Pontificibus amicitiam habuit: cur autem ante Othonem nominetur, causa esse videtur, quod eius constitutio, notior & recentior esset. Adde quod in ea constitutione nulla Imperij mentio fit, nec Henricus ille primus Imperator nominatur: quare ad causam nostram non facit, quis ille Henricus fuerit.

PERGIT Illyricus: *Nam quod attinet ad illam scripturam Cardinalium ad Othonem, ea sunt nihil aliud quam accusatio Ioannis XII. hominis impurissimi, ac petiitio, vt deposito eo, alium meliorem Episcopum, aut Papam, in eius locum sufficeret: quod etiam Otho primus strenuè effectum dedit: nam tunc, & olim per omnem vetustatem erat iuris & auctoritatis Cæsareæ, impuros Papas castigare: historia habetur prolixè apud Luithprandum Ticinensem, historicum fide dignissimum. Veritas huius sententiæ, & falsitas Papistica, etiam ex eo elucet, quia si verè de creatione noui Imperatoris actum fuisset, eaque (vt isti volunt) iuris ac potestatis Pontificiæ fuisset, non Cardinales aliquot, sed ipsemet Papa de ea scripsisset, eamque peregrisset. An igitur si ex ipso Luithprando demonstrauero, non Cardinales, sed Papam ad Othonem scripsisse, eundem Othonem Imperatorem creasse: non continuò fabula illa de Cardinalium literis, & querimonia euanesceat: & luce clariùs apparebit, veram esse sententiam nostram, Illyrico teste, & ipsum eundem Illyricum, qui nos ad Luithprandum remisit, suo se gladio iugulasse? Hæc igitur sunt verba Luithprandi lib. 6. de rebus per Europam gestis, capite sexto. *Ioannes summus Pontifex, & vniuersalis Papa, Legatos S. R. E. Ioannem videlicet Cardinalem Diaconum, & Azonem Scriuarium serenissimo atque piissimo tunc Regi, nunc Augusto Cæsari Othoni destinavit, suppliciter literis, & Regum signis orans, quatenus pro Dei amore, sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, quos delictorum suorum cuperet esse remissores, se sibi que commissam sanctam Romanam Ecclesiam, ex illorum, Berengarij & Alberti, faucibus liberaret, ac saluti & libertati pristina restitueret.* Hæc ille: qui etiam paulò post subiungit, quod supra citauimus, Othonem literis Papæ acceptis, mox in Italiam venisse, atque ab eodem Papa Imperialem coronam, & Augusti nomen & dignitatem accepisse.*

NEQVE verò Luithprandus solus (quanquam is etiam solus sufficeret, cum & res gestas sui temporis scripserit, & Illyrico teste Historicus fide dignissimus fuerit) sed etiam alij grauissimi scriptores, non Cardinalium,

fed

sed Pontificis Maximi literis Othonem Regem ad Urbem vocatum, & ab eodem Pontifice Imperatorem creatum scribunt. Abbas Vrspergensis in Chronico anni 962. Otho, inquit, rogatu Ioannis Papæ, & querimonia multorum de Berengario & filio proclamantium, Romam tenuit: ibiq; Imperator ab eodem Papa factus Berengarium capit. Otho Frisingensis lib. 6. hist. cap. 21. *Ioannes (inquit) Diaconus, & Azon Scriuarius, ab Apostolica sede missi ad Regem, Othonem, veniunt, tam de tyrannide Berengarij querimoniam facientes, quam ipsum ad defensionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac totius Italiae inuitantes.* Capite verò sequenti describit idem auctor Othonis coronationem à Romano Pontifice factam.

SED vt videas, Lector, non solum impudentiam, sed etiam inconstantiam & leuitatem Illyrici, legito historiam eius Ecclesiasticam, cent. 10. cap. 10. col. 135. ibi siquidem omnia reperies, quæ nos accersitis hinc inde testimoniis confirmare nitimur. *Ipsè Ioannes, inquit Illyricus, Othonem Imperatorem tum suo, tum Romanorum nomine, missi ad eum Legatis, ad Berengarij tyrannidem auertendam, in Italiam denuò accersuit.* Et infra: *Imperator exterorum rerum statu aliquo modo in Italia pacato, Romam adiit: ac præstito prius Romanis iuramento, de suo erga Urbem & Ecclesiam indefesso studio, iura omnia receptus est à Pontifice autem totoque populo honorificè excipitur, ac paulò post Imperij diademate, vna cum filio septem vix annorum, accepto, insuper Germania Pannoniaque titulo, publico & solenni ritu, in B. Petri basilica ante altare à Ioanne ornatur.* Hæc ille. Ex his igitur testimoniis, & iis quæ paulò antè citauimus de coronatione Othonis: manifestissimè colligitur, ipso etiam teste Illyrico, inde elucere veritatè sententiæ nostræ, vnde ipse falsitatem eiusdem nostræ sententiæ elucere arbitrabatur.

SED enim aliud quoque mendacium in verbis Illyrici supra citatis inest, quod non est vlla ratione prætereundum: quod enim Illyricus ait, ab Othone Ioannem Pontificem se abdicare coactum: & olim, ac per omnem vetustatem iuris, & potestatis Imperatoria fuisse, Pontifices castigare, mendacium est impudentissimum. Siquidem omnis primis illis Pontificibus, sanctissimisque martyribus, Petro, Lino, Cleto, Clemente, & cæteris fermè ad Syluestrum vsque, quos ab Ethnicis iniquissimè caesos Illyricus etiam confitetur: nec non paucis quibusdam, quos ab hæreticis Principibus fidei causa iniussit vexatos constat, quales fuere Liberius, Felix II. Ioannes, Syluerius, & Martinus, cæteri omnes vsque ad Ioannem duodecimum ab Imperatoribus Christianis religiosè (vt par erat) obseruati, summiq; honoribus semper affecti sunt: nec poterit Illyricus vllum scriptorem testem producere, quemadmodum nec producit, aut in libro de translatione Imperij, aut in historia Magdeburgensi, qui contrarium scripserit. Quanta igitur impudentia est, affirmare per omnem vetustatem iuris Cæsareæ fuisse castigare Pontifices, cum totius vetustatis exempla contrarium clament: Sed nec Ioannem XII. Otho deposuit, vt Illyricus iactat: neq; enim id sibi arrogare ausus est pius Princeps, quod ei vel inuito Illyricus obrudit: nam vt scribit Luithprandus lib. 6. cap. 6. & 7. & ex Luithprando Illyricus ipse cent. 10. capit. 9. col. 434. & sequentibus, Otho Imperator cum Ioannem Pontificem multorum criminum reum fieri videret, non ausus ipse iudicem iudicis sui se facere, Synodum Episcoporum Romæ coëgit, atque eidem Synodo causæ cognitionem permisit. Hæc enim sunt verba Othonis in Synodo apud Luithprandum: *Quid super hoc sancta Synodus decernat, edicat.* Quin etiam in eodem libro duas epistolas Othonis ad Ioannem Luithprando refert, quibus Otho Imperator Ioannem Pontificem honorificè admodum appellat, neque illi imperat, sed eum

A rogat, vt ad Synodum veniat: hoc autem est initium epistolæ prioris: *Summo Pontifici, & vniuersali Papa Domino Ioanni Otho diuina respectu clementiæ Imperator Augustus: cum Archiepiscopis Liguriæ, Tusciæ, Saxoniæ, Franciæ in Domino salutem. Romam ob seruitium Dei venientes, dum filios vestros, Romanos scilicet Episcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos, & vniuersam plebem de vestra absentia percontaremur, & quid causæ esset, quòd nos Ecclesiæ vestre, vestrique defensores videre nolissetis: talia de vobis tamque obscena protulerunt, vt si de his tribus dicerentur, vobis verecundiam ingererent: quæ ne magnitudinem vestram omnia lateant, quedam vobis sub breuitate describimus.* Et infra: *Oramus itaque Paternitatem vestram obnixè, venire, atque ex his omnibus vos purgare non dissimuletis.* Nec illud hoc loco prætermittendum est, ne ipsi quidem Concilio licuisse in Summum Pontificem sententiam dicere: semper enim hæc vox omnium veterum Synodorum fuit, primam sedem (extra causam hæresis) à nemine iudicari posse: ac licet mirandum non sit, Othonem Imperatorem, qui Synodo intererat, minis peritum fuisse rerum Ecclesiasticarum: ipsi tamen Synodo nullo modo ignosci potest: siquidem ea Synodus (vt est apud Luithprandum loco notato) non solum sine vilo exemplo antiquitatis Episcoporum primæ sedis iudicare ausa est, sed etiam illius excommunicationem contempsit, eo pretextu quòd malus Episcopus nec ligate possit, nec soluere: quem esse manifestum errorem, ne Illyricus quidem negaret: quare non immeritè Otho Frisingensis libro sexto cap. 23. modestè Othonem Imperatorem, atque eius Synodum reprehendit: sed de his fatis.

PERGIT hinc Illyricus, & fusè admodum, sed præter rem, ac solum vt librum suum paulò grandiosem faceret, historiam recitat electionis Cunradi & Henrici, qui Othonem Magnum proximè præcesserunt, ex Nauclero, Cuspiniano, Vitichindo, Luithprando, Othone Frisingensi, Abbate Vrspergensis, & Rheginone: ac demum non sine insigni mendacio ita concludit: *En audis plurimos fide dignissimosq; Historicos vno ore testari Imperium à Francorum Regibus ad reliquos Germanos non per Papas, aut etiam de consilio aut consensu Paparum, quin potius contra eorum voluntatem, qui id ius Italice asserere conabantur, quos Italicos pseudoimperatorculos octo Onuphrius nominat: sed voluntaria electione, ac cessione Gallicorum Regum, & libera electione Principum translatum esse.* Sed non rectè dixi, insigni mendacio hanc Illyrici vel narrationem vel disputationem esse conclusam: non enim vnum tantum, sed quatuor insignia mendacia hac breui sententia continentur.

MENDACIUM PRIMVM.

Illyrici de translatione Imperij à Francis ad Germanos.

PRI MV M enim ex tot Historicis nullus affirmat (Cuspiniano & Nauclero omnium recentissimis exceptis) Imperium translatum à Francis ad Germanos in electione Cunradi aut Henrici, de quibus Illyricus loquitur: solum enim scribunt illi, à Francis atque Saxonibus electos Reges Cunradum atque Henricum, de Imperij translatione nihil dicunt: nos autem contra demonstrauimus, neutrum illorum Imperatorem Romanorum fuisse, nisi fortè designatum tantum, vt Cuspinianus & Nauclerus dicere videntur: cuius rei Lectoris cuiuslibet, modò sani, appello iudicium.

MENDACIUM SECVNDVM.

DE I N D E nullus eorum scriptorum quos Illyricus testes producit, contra voluntatem Summi Pontificis Imperium ad Saxones translatum scribit: nam cum de Cunrado, & Henrico (Regibus) scriptores notatiarrant, nullam Summi Pontificis mentionem faciunt, vno excepto Nauclero: cum autem ad Othonem Im-

peratorem veniunt, omnes vno ore testantur, eum à Summo Pontifice Ioanne XII. Imperatorem creatum, & coronatum: quod autem Naucerus dicit, Romanos Pontifices temporibus Cunradi & Henrici, Longobardos siue Italicos Principes quosdam ad Imperium admisisse: non significat inuito Pontifice Cunradum & Henricum Reges electos, & Cæsares designatos: sed id tantum significat, cum Reges Germaniæ ad coronam Imperij, & Italia possessionem capiendam venire aut non possent. aut non vellent, Duces Longobardorum sibi regnum Italiæ vindicasse, & coronam Imperij à Summis Pontificibus extorsisse: verum tamen promptum etiam tum fuisse Pontificem ad Germanos Principes coronandos, si ij ad Vrbein accedere voluissent, dubium esse non potest, cum ex Rheginone constet, à Papa Formoso, anno 894. Lambertum Longobardum Italiæ Regem, & Imperatorem dictum: & deinde tamen anno 896. Arnulphum Germaniæ Regem Romam venientem, summo favore exceptum, atque ab eodem Pontifice Imperij corona donatum.

MENDACIUM TERTIVM.

IAM verò quod addit Illyricus, Imperatores Italicos, qui regnantibus in Germania Ludouico, Cunrado, & Henrico, in Italia imperarunt, ab Onuphrio pseudoimperatorculos nominari: ipsi Onuphrio manifestè repugnant: siquidem Onuphrius in libris de principibus Romanis honorificè admodum loquitur de Imperio Vidonis, Lamberti, Ludouici, & Berengarij, quos & Imperatores atque Augustos passim vocat, & à Romanis Pontificibus coronatos fuisse demonstrat. In libro verò de Fastis, & Triumphis Romanis, Berengarij & Alberti Regum Italiæ meminit: Vidonis, Lamberti, & Ludouici non meminit, neque vsquam in eo libro vltos pseudoimperatorculos vocat. In libro autem de Comitibus Imperatoribus grauitè inuehitur in eos, qui (vt Illyricus facit) omnes Germaniæ Reges, Imperatores Romanorum appellandos censent, etiam si Imperij coronam à Romano Pontifice non acceperint.

NON possunt, inquit, non vehementer mirari, & reprehendere aliquot recentiorum Germanicarum rerum scriptorum audaciam (ne dicam temeritatem) qui vndique clamant, Italos omnes, & præsertim Romanos malè agere, rem

LIBER TERTIVS.

SVMMA.

Septem Electores Imperij à Romano Pontifice constitutos.

CAPVT PRIMVM.

DOSTREMA restat quæstio de septem Electoribus, quam Illyricus fusiùs persequitur à pag. 89. vsque ad 138. & quoniam tres auctorum sententias de hac ipsa quæstione fuisse video: quarum vna Gregorio Quinto Romano Pontifici: altera Gregorio decimo item Rom. Pontifici: postrema Othoni tertio Imperatori, institutionem hanc Septemvirorum Principum adscribit: vt primam sententiam, quæ verissima est corroboremus, duas posteriores confutare pro vitibus aggrediemur.

PRINCIPIO igitur Ioannes Auentinus primus est (quod sciam) qui communi, & multorum auctorum sententiam trito itinere prætermisso, nouam quandam sententiam aperuit: is enim lib. 5. Annalium Boiorum pag. 510. de septem Electoribus loquens: Ego, inquit, illos demum post fata Friderici secundi institutos, & à Gregorio decimo confirmatos esse, compertum habeo. Auentinum se-

A indignam facere, quod non omnes Germaniæ Reges Imperatores appellant, neque omnium ipsorum ratio habeatur in eis numerorum notis, quibus distinguuntur inter se ij Principes, qui idem nomen habent: nam voluit omnes Germaniæ Reges, quamuis à Romanis Pontificibus inaugurati non fuerint, Imperatores & Augustos appellari. Hac ille: qui eodem in loco ex ipsorum Imperatorum diplomatibus ostendit, Cunradum & Henricum, qui Othonem Magnum præcesserunt, inter Imperatores habitos non fuisse, quid, quòd Illyricus si sibi constare velit, Longobardos illos Imperatores nulla ratione contemnere, aut pseudoimperatores appellare potest: eo siquidem belli iure illi Imperium Italiæ sibi vindicarunt, ac Germania Regibus eripuerunt, quo ipse docet, à Carolo Magno Longobardis & Græcis quondam creptum, atque ad Francorum regnum adiunctum fuisse. Huc accedit quòd Otho Magnus iam Imperator factus, in privilegio quod Episcopo Patavij Gossino dedit, quòdque existat apud Carolum Sigonium, lib. 7. de regno Italiæ, Berengarium Imperatorem, ac prædecessorem suum appellat: cuius Othonis iudicium meritò apud omnes, maxime apud Illyricum, magnum momentum habere debet.

MENDACIUM QVARTVM.

POSTREMVM, idque clarissimum in Illyrici narratione mendacium est, Imperium Romanum translatum esse à Francis ad Saxones voluntaria electione, ac cessione Gallicorum Regum. Id enim in primis nullus omnino auctor ex iis quos citauit Illyricus, prodidit: deinde contrarium ex historicis omnibus manifestè colligitur, cum satis constet inter eos qui Italiæ regnum occuparunt, ac de Imperio toto eo tempore cum Berengariis, Vidone, & Lamberto contenderunt, fuisse Rodolphum Burgundionem Galliæ Regem post Carolum simplicem: nec non Ludouicum Regem Prouinciæ: item Gallum, atque Hugonem Regem Arelatenfium, & Lotharium eius filium: quocirca, vt mentitur apertissimè Illyricus, ita verum est, quod scribit Naucerus gener. 31. post Arnulphum Imperatorem magnam fuisse inter Italos, Longobardos, Germanos, seu Francos Orientales, & Francos Occidentales, seu Gallos, de possessione Imperij concertationem.

Germa

A Germanus, nec Italus, nec cuiusvis gentis auctor, qui tamen ante Friderici obitum vixerit, vel verbum quiddè de hac re faciat: profectò necesse est, vt longo tempore post Othonis tempore hoc institutum fuerit. Videamus igitur an reperire possimus auctorem, qui ante obitum Friderici secundi vixerit, & Electorum Imperij meminerit. Martinus Polonus Pœnitentiarius fuit Innocentij Papæ quarti, vt Onuphrius testatur in additione ad Platinam, vbi fabulam Ioannis octavi formina refellit: vixit igitur idem Martinus, Onuphrio teste, ante obitum Friderici secundi: nam cum Innocentius Papa ante Fridericum obierit, vt idem Martinus scribit in vita eiusdem Innocentij: non potuit certè Martinus Innocentij Pœnitentiarius esse, nisi ante obitum Friderici vixerit: neque multum refert quòd Onuphrius Fridericum annis quatuor ante Innocentium obiisse scripsit: nam ne sic quidem potuit Martinus Pœnitentiarius apud Innocentium agere, nisi multos annos atatis egerit ante obitum Friderici, nisi Pœnitentiarius infantulus, atque adè quadragesimus fuerit. Hic igitur Martinus in vita Othonis tertij ita scribit: Et licet isti tres Othones per successorem generis regnauerint: tamen postea fuit institutum, vt per officiales Imperij, Imperator eligeretur: qui sumi septem: videlicet primò tres Cancellarij isti, Moguntinensis Germaniæ, Treuirensis Galliæ, Colonienfis Italiæ: Marchio Brandeburgensis Camerarius est: Palatinus Dapifer: Dux Saxonie ensem portat: Rex Bohemus pincernam agit. Vnde versus:

Moguntinensis, Treuirensis, Colonienfis,
Quilibet Imperij sit Cancellarius horum:
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis:
Marchio præpositus Camerarius, pincerna Bohemus:
Hi statuunt Dominum cunctis per secula summum.

Habemus igitur auctorem vnum, qui disertis verbis Electorū meminit, cum tamen ante obitū Friderici vixerit.

SED accedat etiā secundus testis. S. Thomas Aquinas non modò ante obitum Friderici 2. vixit, sed etiam obiit ante Lugdunensè Concilium, in quo vult Onuphrius septem Electores Imperij à Gregorio decimo institutos: nam Fridericus secundus obiit (Onuphrio teste) anno Domini 1250. sanctus autem Thomas in cælum ex hac vita migravit anno Domini 1274. cum ad Concilium Lugdunensè proficisceretur, & annum vitæ ageret quinquagesimum, vt S. Antoninus scribit, 3. parte Summæ historialis, tit. 23. cap. 7. §. 11. ex quo sequitur, vt sanctus Thomas annum egerit sextum & vigesimum, quo tempore Fridericus secundus moriebatur. Hæc autem sunt verba sancti Thomæ, lib. 3. de regimine Principum, cap. 19. Otho, inquit, Imperium tenuit vsque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus est Otho: & ex tunc (vt historia tradunt) per Gregorium quintum genere similiter Teutonicum prouisa est electio: vt videlicet per septem Principes Alemanniæ fiat, quæ vsque ad ista tempora perseverat, quod est spacium ducentorum septuaginta annorum, vel circa, & tantum durabit, quantum Romana Ecclesia, quæ supremum gradum in principatu tenet, Christi fidelibus expediens iudicauerit. Hæc sanctus Thomas.

PRODEAT verò & tertius testis. Beatus Augustinus Triumphus (vt ex Epitaphio constat, quod existat incisum in sepulchro eius Neapoli, in Ecclesia Eremitarum Augustinianorum) obiit anno Domini 1328. cum vixisset annos octoginta quinque, quo circa necesse est eum anno Domini 1250. quo Fridericus 2. obiit, fuisse annorum septem: & anno 1274. quo Lugdunensè Concilium à Gregorio decimo coactum est, annorum fuisse vnus & triginta, proinde vixisse non modò ante Concilium Lugdunensè, & Gregorij Decimi Pontificatum, sed etiam antequam Fridericus 2. moreretur. Hic igitur auctor in Summa de potestate Ecclesiæ quæst. 35. art. 2. ita loquitur, Gregorius Quintus, tempore Othonis Imperatoris, con-

A nocatis & requisitis Principibus Alemanniæ, septem Electores instituit, officiales ipsius curiæ Imperialis, quatuor laicos, vt Regem Bohemiæ, Ducem Saxonie, Comitum Palatinum, & Marchionem Brandeburgensem: & tres clericos, Archiepiscopum Maguntinensem, Treuirensem, & Coloniensem.

IAM verò si res isti testes Onuphrio atque Auentino minimè satisfaciunt: accedat etiam quartus, Henricus Cardinalis Hostiensis, qui teste Tritemio in lib. de scriptoribus, anno 1240. florebat, nimirum anno decimo ante obitum Friderici, & tricesimo quarto ante Concilium Lugdunensè à Gregorio decimo celebratum. Is enim explicans decretalem Innocentij, quæ incipit, Venerabilem, septem numerat ac nominat Principes, ad quos Electio Imperatoris antiquo iure pertineat.

ACCEDAT etiam quintus testis, quem Illyricus antagonista noster producit. Exstat enim (vt ipse ait) Chronicum manu scriptum, ex quo plurima Albertus Krantzius ad verbum descripsit. Est autem Chronici illius auctor Friderici I. aequalis, & ante obitum eius sine dubitatione vixit, cum ipse testetur caput à se scribi Chronicum illud anno Domini 1240. id est, decennio ante mortem Friderici. In eo igitur Chronico sic auctor loquitur, Papa Gregorius (Nonus) insolentias Imperatoris contra Ecclesiam metuens, Principes super electione alterius sollicitauit, sed nihil profecit, quia quidam Principum ei resistebant, non esse sui iuris Imperatorem substituere, sed tantum electum à Principibus coronare. electio enim ad illos dignoscitur pertinere. Ex prætaxatione Principum, & consensu, eligunt Imperatorem, Treuirensis, Moguntinus, & Colonienfis. Palatinus eligit, quia Dapifer est: Dux Saxonie, quia Marschalis: & Margrarius de Brandeburga, quia Camerarius. Rex Bohemiæ, qui pincerna est, non eligit, quia Teutonius non est. Hæc ille. Neque mirari debet quicquam, quòd hic auctor Regem Bohemiæ à numero Electorum excluderet, cum is tamen septimus Elector numerari soleat. nam reuera Bohemiarum Rex non eligit cum cæteris: sed solum quando sex Electores inter se ita diuiduntur, vt tres vni, & tres alteri suffragentur, tum ille ius habet ex duobus electis alterutrum nominandi. Sic enim loquitur Ostiensis in cap. Venerabilem, de elect. Septimus est dux Bohemiæ, qui modò est Rex, sed iste secundum quosdam non est necessarius, nisi quando alij discordant. Idem cum Ostiensè docent, glossa in cap. Ad Apostolicam, de sent. & re iudic. libro 6. Albericus in l. Bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. Baldus in Margarita. verbo Annus. Card. Florent. in c. Venerabilem, de elect. §. 1. num. 6. & alij.

CVM igitur tempore Gregorij Noni electio Imperatoris ad Septemviro pertineret, vt is auctor disertis verbis testatur, qui tum vivebat: quis Auentini atque Onuphrij temeritatem excusare poterit, qui tam confidenter scribunt, sibi compertum esse, Electores Imperij non ante Gregorij Decimi tempora, & Friderici obitum institutos?

HIS addo tres alios testes, quos etsi non constat vixisse ante obitum Friderici, constat tamen aut tum vixisse, aut certè non diu postea, vt nullo modo ignorare potuerint, quid egerit Gregorius Decimus, cuius temporibus ipsi vixerunt. Hi sunt, Lupoldus Banibergensis, Aluarus Pelagius, & Iohannes Villanus: qui omnes florebant sedente in Apostolica sede Iohanne vigesimo secundo, id est, anno secundo & quadagesimo post Lugdunensè Concilium à Gregorio decimo celebratum. Ac Lupoldus quidem in lib. de Iuribus Imperij cap. 2. sic ait: Tempore Othonis tertij, qui filius caruit, fuit in itinere, vt per certos Principes Germaniæ, scilicet per Officiarios Imperij, seu Curie Imperialis, eligeretur Imperator. Hæc ille, qui etiam paulo post septem illos Principes enumerat, atque eosdem versiculos adscribit, quos supra ex Martino Polono retulimus. Aluarus Pelagius libro 1. de planctu Ecclesiæ, artic. 41. de iisdem septem Electoribus lo-

quens,

quens, ista (inquit) electio incepit anno domini 1003. & perseverabit, quantum Ecclesia Romana permiserit, cuius est regna transferre. Iohannes Villanus lib. 4. Historia Florentina c. 1. Italici verbis tradit post obitum Othonis tertij constitutum fuisse, idque summi Pontificis auctoritate, vt deinceps à septem Imperij Principibus Imperator diceretur, quos etiam ibidem enumerat, eorumque officia circa obsequium Imperatoris describit.

ACCEDAT postremò testimonium ipsorum Electorum, quorum publica litera scripta anno 1279. Roma exstant authentica. in ijs enim literis fatentur ipsi, iam olim à Sede Apostolica Electores Imperij in Germania constitutos, non est autem credibile, per eam vocem (olim) eos intelligere voluisse tempora Gregorij Decimi, aut Concilij Lugdunensis, cum epistola scripta sit tantum quatuor annis post obitum Gregorij, quinque verò post Concilium Lugdunense, neque illud hoc loco prætereundum videtur, eos Principes qui epistolam iam dictam scripserunt, aut omnes, aut certè eorum aliquos vixisse ante obitum Friderici secundi, cum inter Friderici obitum, & tempus epistolæ anni tantum 29. intercesserint. Itaque vndique Onuphrij atque Auentini iudicium non modò falsitatis manifesta, verum etiam intolleranda temeritatis arguitur. Hoc testimonium habes inferius cap. 3. integrè adscriptum.

CAPVT SECVNDVM.

ED occurrit Onuphrius, ac duobus gratissimis argumentis cum sententiam nostram refellit, tum suam corroborat. In primis illud adducit: quòd si verum esset, quod nos defendimus, Gregorij Quinti, atque Othonis Tertij tempore, Electores Imperij constitutos: incedibilis negligentia accusandi essent plurimi scriptores, qui rem tantam silentio inuoluerunt. nihil enim de hac re Vitichindus, nihil Luitprandus, nihil Lambertus, nihil Rhegino, nihil Marianus, nihil Otho Frisingensis, nihil Abbas Vrspergensis, nihil Sigebertus, nihil alij veteres scripserunt. Deinde percurrit electiones Imperatorum ab Othone 3. vsque ad Fridericum 2. ac demonstrat eos electos fuisse non à septem duntaxat Principibus, sed ab omnibus quotquot ex Germania & Italia interesse voluissent. cuius demonstrationis hic breuem subiiciam summam. Henricum secundum Regem, sed Imperatorem primùm, qui Othoni tertio proximè successit, electum ab omnibus totius regni primoribus scribit Otho Frising. libro sexto capitulo 27. Cunradum item Regem secundum, & primum Imperatorem, communi omnium procerum consensu electum scribit idem Otho Frising. libro sexto capitulo vigesimo octauo, nec non Abbas Vrspergen. in Chronico anni millesimi vigesimi quinti: vbi inter alios Electores numerat Episcopum Bambergensem. Henricum quartum Regem, tertium Imperatorem electum ab Episcopis, ac Principibus Germania, scribit Abbas Vrspergensis in Chronico anni 1053. Henricum Quintum Regem Imperatorè quartum electum ab vniuersis totius Imperij Romani Principibus, tum Ecclesiasticis, tum Laicis, qui duo & quinquaginta numerabantur, scribit Abbas Vrspergensis in Chronico anni 1106, vbi etiam addit, solum abfuisse Saxoniam Ducem, nec tamen vllam rationem eius absentia habitam esse dicit. Lotharium secundum electum ab Archiepiscopis duobus, Episcopis octo, Abbatibus permultis, & eminentioribus aula regalis Primatibus, scribit continuator Sigeberti in Chronico anni 1126. quo tempore auctor ille florebat. Cunradum tertium Regem, secundum Imperatorem, electum à multis Principibus, non vocato Duce Saxoniam, & Duce Noricorum, vacante etiam sede Moguntina, scribit Otho Frising. libro septimo, capitulo vigesimo secundo, Fridericum Primum ab omnibus totius Germania Principibus electum, scri-

bit Otho Frising. libr. 2. de rebus gestis Friderici capitulo 1. Philippum à Sueuis, & Saxonibus, & Bavaris, & Bohemis, & Principibus quàm plurimis Rheni electum, scribit Abbas Vrspergensis in Chronico. Othonem Quartum à Colonienfibus, & Argentinensibus, alisque nonnullis electum, scribit idem Abbas in eodem loco. Fridericum I. adhuc puerulum ab Alemania Principibus penè omnibus viuente patre electum: ac deinde rursus in Schismate aduersus Othonem Quartum à Rege Bohemia, Duce Austria, Duce Bavarie, Langgrauio Thuringia, aliisque plurimis Principibus electum, scribit idem auctor ibidem.

HÆC sanè argumenta, negare non possum quia graua sint, & nullo modo à viris prudentibus contemnedda: quamquam ad eam controuersiam, quam nos precipuè explicandam suscepimus, nihil ferè pertineant. nos enim (vt supra diximus) non multum laboramus, vtrem Gregorij Quintus, an Decimus, an aliquis alius ius eligendi Principem certis Electoribus dederit, modò qui id fecit, Romanus Pontifex fuerit: quod quidem paulò post aduersus Illyricum clarissimè demonstrabimus. tamen si autem ad causam nostram parum faciat definire, vtra prior sit opinio, ea ne, quæ Gregorium Quintum auctorem facit eius decreti, an illa, quæ alteri cuidam Pontifici rem totam tribuit: quia tamen prior opinio verior est, nitentur eam paucis explicare.

IGITUR exijs quæ dicta sunt, vnum exploratum ac certum haberi debet: alterum in questionem vocari potest. Exploratum ac certum haberi debet, sanctionem illam de Electoribus non tempore Friderici I. sed annis plus ducentis ante Imperium Friderici, factam esse. Nam cum soli Auentinus atque Onuphrius, qui hoc nostro seculo scripserunt, eam sanctionem editam esse dicant post obitum Friderici I. contra verò sanctus Thomas, Beati Augustinus Triumphus, Martinus Polonus, Henricus Holtiensis, auctor innominatus Henrici aqualis, Lupoldus Bambergensis, Aluarus Pelagius, Ioan. Villanus, ipsi denique Electores Principes, qui vel Friderico II. viuente, vel paulò post eius obitum scripserunt, constanter affirmant, eandem illam sanctionem non esse editam suo tempore, sed ante annos plus ducentos: nec vllus omnino inueniatur auctor antiquus, qui eam sanctionem post obitum Friderici 2. editam significauerit, quis non videt Onuphrium & Auentinum maluisse temerè diuinare, quàm rem certam, & exploratam ab idoneis testibus accipere: Quod in quaestione vocari potest, illud est, vnde factum sit, vt tot Imperatores post Othonem tertium ab Electoribus multo pluribus quàm septem electi fuisse inueniantur. Ad quam sanè quaestionem duplex responsio adhiberi potest. Prima responsio est, plures omnino quàm septem ad electionem conuenire solitos: sed qui non tam eligerent, quàm à Septem viris electum agnoscerent, eique presentia sua fauerent. nam hoc etiam tempore multò plures conueniunt ad electionem, quàm septem, & omnium habetur ratio: licet soli Septem viri propriè ius habeant eligendi.

QVOD autem in argumento Onuphrij dicitur, in Henrici quinti, & Cunradi tertij electione Ducem Saxoniam non adfuisse, verum est quidem, sed non potest inde colligi, non fuisse Ducem Saxoniam vnum ex numero Septemvirum Electorum. Abbas enim Vrspergensis disertis verbis scribit, in electione Henrici quinti Ducem Saxoniam non adfuisse, quòd senectute impediretur. ex quo intelligimus eum adesse debuisse: & vel per Legatos, aut epistolam adfuisse: vel certè iuri suo celsisse. In electione autem Cunradi tertij scribit Otho Frisingensis loco notato, Ducem Saxoniam, qui expectatus non fuerat, eam electionem pro illegitima atque irrita habuisse, quamuis postea pro bono pacis assensum præberit, & electionem factam suo etiam calculo

confir

confirmauerit. Altera responsio esse posset, sanctionem illam à Gregorio quinto Pontifice, Othone tertio Imperatore consentiente factam esse: sed non continuò omnes partes eius decreti in mores induci potuisse. quatuor enim eius decreti videntur esse partes: vna, vt non hereditate, sed electione ad Imperium veniatur: altera, vt soli Principes, non etiam populus eligat: tertia, vt ij Principes Germani sine, ad quos nimirum initio translatum Imperium fuerat: postrema, vt non omnes Principes Germani, sed sex duntaxat aut septem Imperatorem eligant. Et quidem pars prima iam antea in vsu esse creperat, sed tunc primùm sanctione stabilita esse videtur. nam in Familia Caroli Magni Imperij hereditarium fuerat vsque ad Ludouicum Arnulphi Imperatoris filium: deinceps electio locum habuit: veruntamen certum decretum, vt electione duntaxat, non propagatione naturali ad Imperium veniatur, nullum legitur existisse ante Othonis tertij tempora. meminit huius rei Otho Frisingensis, libr. 2. de rebus gestis Friderici primi c. 1. Id iuris, inquit, Romani Imperij apex, videlicet non per sanguinis propagationem, sed per Principum electionem Reges creare, sibi tanquam ex singulari vendicat prerogatiua. meminit eiusdem Innocentius tertius Pontifex in epistola supra notata ad Ducem Thuringiam, vbi monet Principes, vt caueant, ne ius suum eligendi Regem Romanorum amittant, si sapius filios parentibus in Imperio succedere pariantur.

ALTERA item decreti illius pars continuò à morte Othonis tertij vsu recepta est: nam vsque ad illud tempus, non soli Principes, sed vniuersus populus ad electionem conuenire solitus erat. Cunradum enim, qui Ludouico Arnulphi Imperatoris filio successit: omnis populus Francorum & Saxonum elegit, teste Vitichindo lib. 1. rerum Saxoniarum, & Luitprando lib. 2. c. 7. rerum in Europa gestarum. Hæricum successorem Cunradi ab omni populo Francorum & Saxonum Regem creatum, scribit idem Vitichindus in eodem libro. Othonem Magnum, Henrici Regis filium, ab vniuerso populo electum, Vitichindus lib. 2. eiusdem operis testatur. Othonem secundum Regem appellatum ab omni populo, omnibusque proceribus, scribit continuator Rheginonis in Chronico anni 961. Othonem 3. Regem creatum à Germanis, qui tum frequentes Romæ aderant, vbi paulò antè Otho secundus obierat, testatur Platina in vita Benedicti Septimi. Deinceps autem (quod sciam) electioni populus nunquam interfuit sed valuit decretum, vt soli Principes Regem eligerent.

TERTIA porò pars, vt soli Germani, non etiam Itali interessent, diu postea vim suam obtinuit. & quoniam hoc loco Illyricus more suo mendacia admiscet, paucis ea refutanda sunt. sic igitur ille pag. 130. Illud (inquit) non possum bona conscientia reticere, nequaquàm probandum esse, quòd Onuphrius iste indicans, quinam ab initio ante constitutos septem electores, Imperatores elegerint, primo loco inter illos vetustiores Electores nominat Pontificè, seu eius Legatos: secundo Comitè Taurinensem, & Marchionè Montisferrati, quibus in genere addit, & alij quidam Itali: postea demùm illis adiungit omnes Principes Germania. Hanc suam enumerationem cum proficitur se veterum Historicorum testimonij probare velle, proferatque multorum dicta, nec vni quidè ex illis, vel Pontificè, aut Pontificis Legatos, vel aliquè Italicum Principem Imperatorij electioni interfuisse testatur: sed tantùm Germanicos Principes omnes vno ore testantur elegisse Imperatorem. Ego verò nunquàm credidifsem, Illyricum tam fuisse mendaciorum amicam, vt etiam diceret, se non potuisse bona conscientia ea reticere, quæ sunt mendacia manifesta: quid enim hoc aliud significat, nisi non potuisse eum bona conscientia non mentiri? Audi enim veteres Historicos inter Electores Imperatoris modò Romanum Pontificem, mo-

dò eius Legatos, modò Italicos Principes numerantes. Abbas Vrspergensis in Chronico anni 1053. Filium, inquit, suum Henricum, Romani Pontificis, cum Forlunq; Pontificum, & Principum regni electione Regem constituit. Continuator Sigeberti in Chronico anni 1126. Mense Augusto, inquit, Legati Apostolicæ Sedis, & Archiepiscopi cum Episcopis & Optimatibus Imperij ex condicio conuenientes Moguntia, consultant sibi & toti Romano Imperio de substituendo Rege. Lotharius Dux Saxoniam, vir sapiens, & industrius, & Ecclesiastico iuri deuotus, præpotens diuitiis & victoriis, omnium consensu Eligitur. Otho Frisingensis lib. 2. de rebus gestis Friderici primi, cap. primo, Anno, inquit, ab Vrbe condita 1800. ab Incarnatione verò Domini 1152. decedente ab hac luce, vernali tempore (id est) sexta feria proxima, vt dictum est, post caput Ieiunij, in ciuitate Bambergensi, piissimo Rege Cunrado, 3. Nonas Martij, id est, tertia feria post Oculi mei, in oppido Francofurt, de tam immensa Transalpini regni latitudine vniuersum (mirum dictu) Principum robur, non sine quibusdam ex Italia Barombus, tanquam in vnum corpus coadunari potuit, vbi cum de eligendo Principe Primates consultant (nam id iuris Romani Imperij apex videlicet non per sanguinis propagationem defendere, sed per Principum electionem Reges creare sibi tanquam ex singulari vendicat prerogatiua) tandem ab omnibus Fridericus Suenorum Dux, Friderici Ducis filius petitur, cum Forlunq; fauore in Regem sublimatur. Hæc ille. Idem Otho Frisingensis lib. 7. hist. cap. 22. Cunradum, inquit, Imperatoris Henrici sororium, præsentè Theoduno Episcopo Cardinali, ac S. R. E. Legato, Summi Pontificis, ac totius Romani populi, vbiuimque Italia assensum promittente, nonagesimum tertium ab Augusto Regem creat. Hæc ille.

HABEMVS igitur Romanum Pontificem per se, vel per legatos, necnon Italicos Principes cum Germanis aliquando electioni interfuisse. Postea tamen, vt diximus, paulatim solis Germanis Principibus id iuris relictum est, vt Regem Romanorum eligerent: Romanus autem Pontifex, electione confirmata, eundem ad Imperium promoueret: vt Innocentius Tertius aperitissimè confiteretur in epistola ad Ducem Thuringiam, vnde existat cap. Venerabilem, de electione.

POSTREMAM decreti illius partem, quæ numerum Electorum ad septenarium redigit, post electionem Friderici 2. vsu recipi creptam esse constat: ex omnibus Historicis qui post illa tempora scripserunt. C redibile verò est, constitutionem istam, quatenus excluderent omnes Principes ab electione, septem duntaxat exceptis, ideò non fuisse initio admittam, quia odiosa erat, & nec Principes facillè se partebantur excludi, nec Imperator audebat tot Principes sibi infestos reddere: sed tamen occasione schismatum, quæ temporibus Friderici 2. in Imperio quotidie exoriebantur, tandem aliquando omnium consensu esse receptam.

CAPVT TERTIVM.

ED iam Auentino, atque Onuphrio dimissis, ad Illyricum veniamus. Institutos igitur septem Electores antiquis temporibus non negat Illyricus: id vnum negat, eam constitutionem Summi Pontificis auctoritate factam esse, remq; totam Imperatori adscribit. Nos contra summam rei Pontifici Maximo tribuimus, etsi consensum quoque Imperatoris adhibendum non negamus. Quia verò quaestio Historica est, atque à testium idoneorum fide & multitudine pender, proferamus nos primùm testes nostros, deinde quid Illyricus adferat videamus.

PRIMVS igitur testis sit Innocentius tertius, quem Illyricus pag. 120. testem esse dicit omni exceptione maioris: enim disertis verbis testatur, à Sede Apostolica ad certos Germania Principes potestatem eligendi Regis Romanorum peruenisse. Perum (inquit in epist.

ad

ad Ducem Thuringia, unde exstat cap. Venerabilem, de electione, nullis Principibus ius & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promouendum recognoscimus ut debemus, ad quos de iure, & antiqua consuetudine nescitur pertinere, praesertim cum ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica Sede peruenit, quae Romanum Imperium in persona magnifici Caroli à Graecis transiit in Germanos. Hac ille, qui etsi non meminit Gregorij, V. tamen id affirmat, quod potissimum hoc loco probare contendimus. Innocentium sequuntur ex Italicis & Gallicis scriptoribus Henricus Hostiensis, S. Thomas Aquinas, B. Augustinus Triumphus, Aluarus Pelagius, & Io. Villanus, supra citati: necnon Philippus Bergomensis lib. 12. Supplementi Chronicorum: Blondus Flavius, libro 3. decadis 2. Baptista Platina in vita Gregorij Quinti, Raphael Volaterranus libro 22. Anthropologia: Polydorus Virgilius libro 4. de Inuentoribus rerum. cap. 7. aliàs 10. Item Io. Andreas in cap. Ad Apostolica, de sentent. & re iudic. l. 6. & in cap. Venerabilem, de elect. Card. Florent. in idem cap. Venerabilem, §. 1. col. 3. in 6. q. numer. 7. Albericus in l. Bene à Zenone. numero 5. de quadrien. praescrip. Baldus in sua Margarita, verbo Annus. S. Antoninus p. 3. r. 22. cap. 5. §. 13. Andreas Alciatus (quem videri doctissimum, atque historiario peritissimum vocat Illyricus pag. 57.) in Commentario legis, Bona ciuitatis: ff. de verborum significatione, & in libro de singulari certamine. cap. 32. Multi praeterea cum Iureconsultis, tum Historicis, quos longum esset recensere. Ex Germanis habemus in primis Iordanum quemdam, quem ipse Illyricus citat pag. 90. cuius haec sunt verba in lib. de Translatione Imperij: Factum est, quod sanctus Carolus Magnus Imperator de consensu & mandato Romani Pontificis ordinationem sibi diuinitus inspiratam instituit, & praecipit ut Imperium Romanorum apud electionem Canonico- rum Principum Germanorum in perpetuum remaneret. Hac ille. Certè autem si Carolus Imperator iussu Romani Pontificis Electores Imperatoris instituit, eius institutionis auctor primus ac praecipuus Summus Pontifex fuit. Siquidem in re quamuis maior est auctoritas eius qui iubet, quam eius qui alterius iussu exequitur. Neque hoc Iordani testimonium pugnat cum eo quod alij ferè omnes scribunt: tempore Othonis tertij, qui ducentis annis Carolo Magno posterior fuit, eam sanctionem editam. nam Carolus Magnus instituit quidem, ut electio penes Principes esset: sed neque dignitatem Electorum ad certos Principes restrinxit: neque voluit ut electio locum haberet, nisi deficiente successione legitima filiorum. constat enim, illam eo terreno dignitatis hereditarium fuisse Caroli Magni filijs & nepotibus: temporibus autem tertij Othonis, Gregorius Quintus Pontifex, haereditaria successione exclusa, solam electionem certorum Principum in Imperio locum habere voluit.

Laobvs VVymphelingius, auctor item Germanus, in Epitome rerum Germanicarum c. 20. sic ait: Gregorius cognita Imperij imbecillitate, varietateque fortune, utq; is qui ceteris virtute praestaret, praesertim etiam dignitate: sanctionem tulit, haud abnuente Othone, de Imperatore diligendo, anno Christi 1002. quam vsque ad nostra tempora seruatam videmus, videlicet solis Germanis licere principem eligere, qui Caesar & Romanorum Rex appellatus, tum demum Imperator & Augustus haberetur, si eum Romanus Pontifex inuinxisset.

Albertus Krantzius & ipse Germanus lib. 4. Saxoniae c. 25. Gregorius, inquit, ad vndecimum, quo abscerat, mensuram restitutus, accerrimam de accepta à Romanis iniuria vltionem sumpsit. paulò enim postea quam redierat, eam fecit de Imperatoris electione sanctionem, quam hucusque per annos iam quingentos seruatam videmus, solis licere Germanis, qui inde Electores sunt dicti, Principem deligere: qui Ca-

far tunc, & Romanorum Rex dicitur, si à Romano Pontifice coronabitur, Imperator Augustus appellatur.

Ioannes Nauclerus natione Germanus: in 2. volumine Chronographiae generatione 34. ita scribit: Sabari potest, quod ex monumentis Aquileiensis Ecclesiae traditum inuenitur, sanctionem de Imperatore à Germanis deligendo, Siluestri temporibus factam esse. nam etji Gregorius sanctionem instituerit, ille tamen Silvester electionem primam iuxta sanctionem factam approbavit. Et intra, Anno salutis secundo supra millesimum, Othone tertio mortuo, Germani Electores concessio iuri per sanctionem Gregorij Quinti, & Othonis tertij primam imitantes, Henricum Ducem Bauariae, comitem Bambergensis, Claudum postea dictum, Caesarem declarant. Hec ille.

Hic adde Io. Carionem libro 3. Chronici, & Ioannem Cuspinianum in vita Othonis tertij, & ipsum Illyricum cum collegis suis Magdeburgensibus Centuriatoribus. omnes enim isti discretis verbis docent, aut Gregorium Pontificem, aut certè Othonem, ope & auctoritate Gregorij sanctionem illam de Electoribus edidisse. Ac vt Illyricus intelligat quanti faciamus grauisissimam eius, collegarumque ipsius auctoritatem, testimonium iam antea in primo capite adscriptum, hoc etiam loco in eius gratiam iterum adscribemus. Sic igitur habet Centuria 10. c. 10. col. 546. Gregorius suam patriam insigni aliqua dignitate ornaturus, sanxit, vt penes solos Germanos ius esset eligendi Regem, qui post diadema à Romano Pontifice acceptum, Imperator & Augustus appellaretur. Hec ille.

Accedant postremò duo grauisissima testimonia, vnum Concilij Generalis, alterum ipsorum Imperij Electorum. Exstat enim in Clementina, Romani Principes, De iureiurando, decretum Concilij Viennensis generalis, in quo haec habentur verba: Ecclesia Romana à Graecis Imperium transiit in Germanos, & ab eadem ad certos eorum Principes ius & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promouendum, peruenit. Exstat item Electorum Imperij publicum instrumentum ad Nicolaum Tertium Pontificem missum, quod ad maiorem rei fidem, eorum hoc loco subijciemus, descriptum ex autographo, quod Romae in arce sancti Angeli conseruatur.

Instrumentum publicum Germanorum Principum.

Os Principes Imperij vniuersis presentem paginam inspecturis. Complectens ab olim sibi Romana Mater Ecclesia quadam quasi germana charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decorauit, quod est super omne nomen, temporaliter tantum presidentium super terram, plantans in ea Principes tanquam arbores praecelatas, & rigas illas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandae potestatis, vt ipsius Ecclesiae auctoritate suffulti, velut Germen electum per ipsorum electionem, illum, qui frena Romani teneret Imperij, germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiae, per luminare maius, Christi Vicarium, illustratum. Hic est qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit & conuertit, vt eius praesidio pastorum Pastor adiutus, oues sibi creditas spiritali gladio protegendo communiat, temporaliter refrenet, & corrigit ad vindictam malefactorum, laudè verò creditum, & honorum. Vt igitur omnis materia dissensionis & scismatici, seu etiam rancoria occasio inter ipsam Ecclesiam & Imperium auferantur, & ij duo gladij in domo Domini constituti, debito foedere copulati, se ipsos exerceant, in vtilem reformationem regiminis vniuersi, & nos in actu voluntatis & operis inueniamur filij deuotionis & pacis, qui tam Ecclesiam, quam Imperium confondere nemur, qui quod per Dominum nostrum R. Dei gratia Romanorum Regem semper Augustum sanctissimo Patri & Domino nostro D. Nicolao Papae III. cuiusq; successoribus, & ipsi Romana Ecclesia recognitum,

confir

confirmatum, ratificatum, innouatum, de nouo donatum, declaratum, sine concessum, iuratum, & actum, seu factum est, per privilegia, vel quacunque alia scripta quoruncumque tenorum super recognitionibus, & ratificationibus, approbationibus, innouationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus, & factis seu gestis, tam aliorum Imperatorum, & Regum Romanorum praedecessorum Regis eiusdem, quam ipsius Regis, & specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia, & reuerentia per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pontificibus, & ipsi Ecclesiae impendendis, ac possessionibus, honoribus, & iuribus eiusdem Ecclesiae: Et nominatum super tota terra quae est à Radicofano, vsque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, Terra comitisse Matildis, Ciuitate Rauennae & Emilia, Bobio, Cesena, Foropopuli, Forolinio, Fauentia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis, atque Gabello, Arimino, Urbino Monteferetri, Territorio Balne, Comitatu Bretenorij, Exarchatu Rauenne, Pentapoli, Massa trabarica, cum adiacentibus terris, & omnibus alijs ad praedictam Ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, Territorijs, atque insulis in terra marique ad Prouincias, Ciuitates, Territoria, & loca praedicta quouomodo spectantibus, nec nisi super Ciuitate Romana, & Regno Sicilia cum omnibus ad ipsum spectantibus, tam citra Farum, quam ultra, Corsica quoque atque Sardinia, & ceteris terris, ac iuribus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus: Nos nostri nomine Principatus in omnibus & per omnia approbamus, & ratificamus, ac iisdem omnibus & singulis, & qui buscumque alijs super eisdem per eundem Regem quouomodo factis, & in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque consensum unanimiter & concorditer exhibemus. Et promittimus, quod contra praemissa, vel aliquod praemissorum, nullo inquam tempore venimus, sed ea omnia & singula pro posse nostro procurabimus inuoluntate obseruari, & vt hac nostra voluntas approbatio, ratificatio, assensus, atque promissio à nobis eiusdem Romanis Pontificibus, & Ecclesiae in perpetuum obseruentur, hoc praesens scriptum inde fieri fecimus, nostrorumque sigillorum munimine roboratum. Actum & Datum anno Domini M. CC. LXXXIX. Indictione VII. regnante Domino nostro praedicto D. R. Romanorum Rege, glorioso Regni eius anno sexto.

Hos igitur nos testes habemus, Pontifices, Concilia, Principes, Theologos, Iureconsultos, Historicos, & ceteros veteres, & recentiores: Germanicos, & Italicos.

CAPVT IIII.

Nunc verò quid pro se adferat Illyricus videamus, sic igitur praefatur pag. 89. Restat vt dicatur de Electoribus, & iure electionis noui Imperatoris, decedente priore. nam hic quoque vt vbiq; alibi, Pontificiorum parasitarum mendacia grassantur: dicit enim, quod imperante Othone Tertio, Gregorius Quintus Germanus male à Romanis tractatus suaque sede pulsus decretum tulit, quod septem Germani Principes, loco Romani populi Senatibusque Imperatorem in perpetuum posteritatem eligere deberent, quod eorum signum mox euidenter Deo dante redargueretur. Hac est Illyrici praefatio: quae si vera sit, necesse iam erit, vt idem Illyricus fateatur, non modò paucos quosdam Scriptores Italicos, sed etiam multos Germanos, & ipsos Electores, atque adèd Illyricum, & collegas eius fingere ac mentiri, vt Romani Pontificis gratiam aucupentur. Sed videamus quàm euidenter Pontificiorum parasitarum (vt ipse vocat) signum redarguat.

Primo loco testem producit Iordanum, qui in libro de Translatione Imperij scribit à Carolo Magno Electores institutos. At idè Iordanus addit, id fecisse Carolum de consensu & mandato Romani Pontificis, vt supra ex verbis eius ostendimus: neque nos tenet Illyrici annotatio illa, Suppositum planè videtur esse illud ver-

bum, de mandato Papae: nam tunc Papae fuerunt subditi iurati Principum Romanorum, atque adèd Caroli ipsius: non autem eorum domini, qui aliquid eis mandare possent, aut auderent. Hac (inquam) annotatio nos neque terret, neque mouet: siquidem Pontifices Romanos Imperatorum subditos iuratos aliquando fuisse, dixit aliquoties iam Illyricus, sed nunquam probauit: nos verò contra demòstrauimus ex Chronico Mariani Scoti, Ludouicum Imperatorem Caroli Magni filium, iubente Papa Gregorio (sic enim loquitur Marianus) coniugem recepit: & ex Aimoino libro quinto de rebus Gallorum. cap. vigesimo quarto, mandato Adriani Papae recessisse Carolum Caluum ab infestatione Ludouici iunioris, Imperatoris Romanorum: denique (vt omitam alia innumera exempla supra citata) ex Radeuico canonico Frisingensi libro secundo de rebus gestis Frederici primi, cap. septuagesimo, Fridericum Imperatorem Pontificis pedes osculatum, eique ex equo descendenti strepam tenuisse.

Secundo loco producit testem Nauclerum: Porro Nauclerus (inquit) generatione trigesima quarta, ordinationem Electorum tribuit Othoni Tertio hisce verbis: Hoc in tempore Electores Imperij instituti leguntur: de quo aliqui scribunt, quod Otho Tertius, cum haeredes ex se descendentes non haberet, constituit ex consilio Principum Germaniae, vt Imperatore mortuo in oppido Francofurt perpetuò fieret electio, Electoribusque constituit tres Archiepiscopos, &c. At Illyricus non satis germana fide sequentia verba praetermisit, quae ita habent: Itaque auit, Gregorium quintum cognita Imperij imbecillitate, varietateque fortune: utque is, qui ceteris virtute praestaret, praesertim etiam dignitate: sanctionem tulisse de Imperatore diligendo, &c. Vide etiam quae supra citauimus ex Nauclero, & planè perspicies quàm bona fide auctores citet Illyricus.

Tertium testem esse vult, nescio quàm additionem ad epistolas Decretales. Quin (inquit) & Decretalium exemplaria quaedam recens Lugduni impressa, habent additionem, super Venerabilem, quae constitutionem septem Electorum Othoni Tertio tribuit, cui sanè aliqua fides à Papistis tribuenda est. Ista verò additio nihil omnino nos mouet, tum quòd sit Caroli Molinari, hominis haeretici, & qui Rom. Pontificem non minùs quàm Illyricus oderat: tum quòd sit glossa destruens textum, cum in ipso c. Venerabilem, & apertissimis verbis legatur, potestatem eligendi Regem Romanorum, ad Principes Germaniae ab Apostolica Sede peruenisse.

Quartum testem producit Theodoricum à Niè: Eodem modo (inquit) & Theodoricus Niemus, qui primum fuit multorum Paparum secretarius, postea Episcopus Verdensis, eidem Othoni Caesari, & Principibus Imperij constitutionem septem Electorum adscribit. Hic verò non solum fidem, sed etiam prudentiam in Illyrico desiderare cogor. siquidem Theodoricus à Niem in suo Nemore, vt ipse etiam Illyricus post quatuor pagellas prolixè citat: nihil eiusmodi scribit: quin etiam (quod attinet ad Othonem Tertium) clarissimis verbis Illyrici mendacium coarguit. ait enim Electores primum institutos post obitum Henrici sancti, qui Othoni Tertio successerant in Imperio, quo pacto autem Othoni tribuere potuit Niemus id, quod ipse scribit factum post obitum successoris eius?

Quinto loco Albertum Krantzium testem profert: Quod (inquit) & Albertus Krantzius in sua Metropoli facit disertis verbis, sicut & in alijs suis historijs. Nunc planè Illyrice, sapere coepisti, qui diserta illa verba Krantzij non adscripsisti, sed adscribemus nos, vt candorem peccatorum omnes agnoscant. Sic igitur Krantzius lib. 3. Metropolis c. 40. Ita perit sine prole (Otho Tertius) praualitque electio, quam idè Imperator cum Gregorio Quinto pro pinquo suo fecisset, quaeq; durat in hodiernum, vt non legitur.

successione queratur Imperator (quomodo à memoria Magni Caroli videbatur innotuit) sed electione septem primitivorum Principum assumatur. Hæc sunt illa diserta verba Krantzij, ubi vides Gregorium Pontificem nominari, cum de constitutione Electorum agitur. Sed magis adhuc diserta sunt verba eiusdem Krantzij in lib. 4. Saxonie, c. 27. à nobis supra citata: in iis enim verbis ipsum legitur, quod Illyricus in præfatione huius disputationis parasitarum Pontificiorum mendacium, & figmentum appellavit.

Sexto loco Nicolaum Cusanum testem producit, cuius integrum caput 4. lib. 3. de Concordantia Catholica suo libello inseruit. Sed is auctor ab Illyrico multum dissentit: etsi enim docet non à solo Pontifice Electores Imperij institutos, sed à communi consensu Imperij vniuersi: docet tamen Summi Pontificis consensum, ad eam institutionem legitimè faciendam, primo loco necessariò requisitum: non secus atque in Concilio vniuersali auctoritas, & consensus Præsidis requiratur. *Concurrerebat inquit ad hoc consensus ipsius Gregorij quinti tanquam vniuersi Pontificis Romani, qui iuxta gradum suum in consentiendo in communem Imperatorem interesse habet, rectè sicut in Conciliis vniuersalibus concurrat in primo gradu auctoritas ipsius per consensum cum aliis omnibus ipsum Concilium celebrantibus: vigor nihilominus definitionis non ab ipso primo omnium Pontifice, sed ex communi omnium, & ipsius, & aliorum consensu dependet.* Et infra: *Ita quod prout in veritate consensum Pontificis à principio interuenisse, dum isti Electores constituerentur: vnde ipsi communi surgentes legatione omnium qui Imperio subsunt, etiam totius sacerdotij, & Romani Pontificis, eligunt.* Hæc ille: Nihil igitur aliud Cusanus docet, nisi Summum Pontificem non per se solum, sed adhibito etiam aliorum consilio, & consensu, eam sanctionem edidisse. Veruntamen in eo ab isto auctore dissentire cogimur, quòd ipse auctoritatem præcipuam eius institutionis ad consensum omnium eorum referat, qui ad Imperium pertinent: quòd quidem nullo teste probat, nec probare potest: nullus enim Historicus refert talem aliquem popularem consensum, qualem Cusanus fingit, ad instituendos Imperij Electores celebratum esse: neque mihi videri debet, si Cusanus, vir aliqui doctissimus & diligentissimus, in eiusmodi rebus, quæ ab historicarum cognitione pendet, hallucinatus sit. siquidem ipse ætate adeò magna erat ubique penuria veterum Historicorum, vt ipse capite superiore eiusdem libraliquoties referat, se apud nullum veterem auctorem legisse, Imperium Romanum trãslatum fuisse à Græcis ad Carolum Magnum, & inde etiam colligat, neque Carolum Magnum, neque ceteros Principes successores eius, vsque ad Magnum Othonem, verè ac propriè fuisse Imperatores Romanorum. At hos manifestos esse errores, atque ex librorum inopia natos, ne Illyricus quidem negabit. Accedit postremò, libros illos de Concordantia Catholica scriptos esse à Nicolao Cusano adhuc iuvene, & in gratiam Concilij Basileensis, atque eorum qui tum nihil aliud magis optabant, quam aliquid dici, vel scribi, quo Romani Pontificis auctoritas minueretur. ex quo etiam fonte manarunt illa verba: *Vigor nihilominus definitionis, non ab ipso primo omnium Pontifice, &c.* Itaque idem ipse postea maturior, multis de rebus aliter scripsit & scripsit: nam cum in 2. libro de Concordantia Catholica passim euehat in sublimi Concilij Basileensis auctoritatem: postea tamen in epistola prima, quæ est ad Rodericum, eiusdem Concilij acta his verbis reprehendit: *Visi sunt inquit illi obcaecatissimi viri in spiritu furoris fuisse, quando supra sacrum Principem Ecclesie nescio qualem iudicariam sibi vendicabant potestatem, & horridum nefas attentarunt, in sacrum Principem suum saeuientes, sapros ab eodem, & vniuersa per orbem Catholica Ecclesia perniciosissime secantes.* Hæc

A ille, qui sine vlla dubitatione (si occasio se obtulisset) de hac etiam questione nostra longè aliter postea scripsisset. Atque hæc paulò fufius de Cusano differere placuit, ob eius viri eruditionem: nam aliqui facile potuissent vnum auctorem, eumque recentissimum, contemnere: cum tot haberem veteres Theologos, Iureconsultos, Historicos, ipsum denique Summum Pontificem, ac Principes Electores, quos vni illi obiiicerem.

B PERGIT deinde Illyricus, atque ait: *Martinus Polonus Papatum familiaris, differens de constitutione Electorum, non tribuit eam Papæ, facturus procul dubio si verè potuisset: sic & Antoninus, Episcopus Florentinus. Sic & Leopoldus de Bambergæ, sæpe dicens de constitutione septem Electorum, nusquam tamen id Papæ, aut Rom. Ecclesie adscribit, cuius aliqui studiosissimus fuit.* Rectè facit Illyricus vt ad testes muros prouocet. nam, vt est solertis ingenij, facilè prauidebat fore, vt loquentes testes ex ipsis ipsorum testimoniis nullo negotio refellerentur. At quid quaeso valent tres muti testes, aduersus tam multos loquentes fidèque dignissimos, quos nos protulimus: sanè in quouis tribunali multò plus ponderis habent duo rectè homines qui affirmant, quam viginti qui neque asserant, neque negent. quantum igitur magis pluris faciendi sunt viginti, & eo amplius, qui disertis verbis testantur, Electores à Pontifice constitutos: quam tres, qui id neque negant, neque affirmant, sed vt rem notam, & peruulgatam prætereunt?

C PERGIT igitur Illyricus his omiſsis ad argumenta quadam longius perita, atque ex eo probare conatur, à Gregorio Quinto nullam editam sanctionem de Electoribus Imperij, quòd eius antecessor Benedictus Othone secundo Romæ vita functo Germanos orauerit, vt bonum Principem eligerent. *Scribit inquit etiam Platina, Benedictum Pontificem ibi tunc apud omnes instituisse, & orasse, vt in tanta rerum difficultate totque periculis, maximè idoneum deligerent: quo ille disertè confessus est, ipsorum esse, non suum, eligere Imperatorem. si verum esset quod Papatum adulescentes contendunt, Papatam Carolo dedisse Imperium, Papatam Othoni Imperium tradidisse, Papatam demum post Othonem Tertium ius eligendi Cesaris, Germanis tradidisse: an non ibi mortuo secundo Othone suum illud tam plenarium ius eligendi, & creandi Imperatores, vel maximè Papa demòstrasset, cum tanta esset de ea re controuersia, cuiusque Romæ in sede Papali negotium ageretur? At quid est hoc aliud, Illyricus, nisi æterem verberare? Quis enim Catholicorum scriptorum dicit, ad Pontificem pertinere, Imperatores eligere? elegit ille quòdam Carolum Magnum, sed cum in eius persona (vt Innocentius loquitur) ad Germanos Imperium transfuisset, ius etiam electionis illis concessit: sibi verò id retinuit, vt electum, si is idoneus videretur, confirmaret, inungeret, coronaret, quod ius Pontificum confirmandæ electionis, Principes Electores agnoscere debere, & in sua præsentia agnouisse, testatur Innocentius Pontifex in c. Venerabilem, aliquoties iam citato. Itaque idem Platina, qui scribit à Benedicto Pontifice exoratos Electores, vt idoneum Principem designarent, scribit etiã (quod Illyricus nò satis germana fide retulit) ab eodem Pontifice Othonem Tertium electionem confirmatam, & eo modo schisma sublatum, quod in Imperio oriri iam cœperat, cum alij Othonem, alij Henricum, alij Crescentium Imperatorem delegerint. Quo sanè factò summa apparuit in Summo Pontifice potestas, quemadmodum etiam ante illa tempora, cum Carolus Caluus, & Ludouicus Rex Germania: de Imperio disceperet, ille obtinuit causam, quæ Summus Pontifex coronauit, vt nos supra ca. 5. ex probatis historiis demonstrauimus, & post tempora Benedicti cum Lotharius & Cunradus (vt verbis vtat Innocentius in c. Venerabilem) in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronauit,*

D & Imperium obtinuit, coronatus eodem Cunrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. SED veniamus ad aliud Illyrici argumentum. *At inquit quòd Pontificij adulatores clamant, Gregorium Quintum eam potestatem Germanis tradidisse, & ista ratione (vt nunc sunt) constituisse: nullo certo testimonio probari potest, & insuper rationi repugnat.* Et infra: *Denique proferant, si possunt, exemplar istius decreti, quod à Papa Gregorio Quinto factum esse aiunt.* Non laborabimus (credo) in hac diluenda obiectione, si Illyricus sibi constare velit. nã (vt omitam testes illos tam multos, & tam probatos quos antea in medium adduxi) in eadem pagina ubi obiicit nobis testium idoneorum penuriam, pronunciat ipse sine vllis testimoniis, sanctionem illam de septem Electoribus ab Othone Tertio esse factam, eam is in Germaniam ex vrbe rediisset, quæro igitur ab Illyrico: qui sunt Historici qui scripserunt, Othonem Tertium in Germania sanctionem illam edidisse? ego sanè nullum omnino legi, qui aliquid eiusmodi scripserit: quos autem Illyricus supra citauit, nihil iuuare causam eius, supra demòstrauit. Deinde proferat si potest Illyricus exemplar istius decreti, quod ab Othone Tertio factum esse dicit: qui in historia illa centuriata ita omnia collegit, vt nihil planè præteritis videatur: cura non etiam decretum illud Othonis Tertij de septem Electoribus in eam retulit: cur igitur nobis obiicere non veretur, quod æquè sibi ac suis obiici posse videt? vt igitur vno verbo respòdeam: ubi decretum illud Gregorianum lateat, si tamen vsquam hoc tempore extat, nescio: quod tamen aliquando factum esse facilè mihi persuadent insignes illi viri, qui in libris suis narratione huius facti inferendam censuerunt. nam etiam si extaret, nò aliunde certius cognoscereur esse Gregorij, quam ex traditione, & fide Historicorum.

A STO habet, summam atque plenissimam potestatem. Quare sicut potuit, Ecclesie causa id exigente, Imperium à Græcis ad Germanos transferre: ita quoque transferre posset, si eadem causa nunc occurreret, à Germanis ad aliam nationem. pari ratione, sicut ius eligendi Principem potuit Summus Pontifex Leo eius nominis Tertius Germanis tribuere: ita quoque potuit Gregorius Quintus ad impedienda schismata, bella, & seditiones, quæ ex multitudine Electorum nascebantur, ad certum numerum Principum Electores eiusmodi reuocare: præsertim (vt supra dixi) ipso quoque Imperatore assentiente, vel etiam petente, ac rogante: omnino enim verisimile est, Imperatorem, quod ipse facere non audebat, vt tot Principes ab electionis iure excluderet, à Summo Pontifice id postulare. Iam verò quòd Sergium Papam Lothario fidelitatem iurasse Illyricus scribit, non aliò pertinere, quam ad cumulum augendum eius mendaciorum: nã neque Ado, neque Regino, neque Ortho Frisingensis, neque Abbas Vrspergensis, neque Marianus Scotus, neque Siebertus, neque Martinus Polonus, neque Platina, neque Nauclerus, neque alius vllus (quod sciam) hoc dicit: ac ne ipse quidem Illyricus in vita Sergij, quam scribit cent. 9. cap. 10. col. 497. & 498. Sed video vnde occasione mentionem arripuerit Illyricus. Liber Pontificalis in vita Sergij II. & Io. Nauclerus in Chronico Generat. 39. tradunt rogatum fuisse Sergium Pontificem, vt permitteret Romanam nobilitatem iurare fidelitatem Ludouico Lotharij filio, quem idem Sergius Regem Italiae declarauerat: Pontificem autem nullo pacto concedere voluisse, vt Romani Ludouico iurarent, idque tantum permisisset, vt Lothario Imperatori iurandũ quod petebatur præstarent. quoniam igitur Sergius Papa Romanos proceres Imperatori Lothario iurare permisit, id Illyricus pro sua mendiandi auctoritate ita interpretatus est, ac si Pontifex ipse Imperatori iurandũ præstisset. Ac vt videas, Lector, quam sibi ipse constat Illyricus, adscribam hic pauca de isto ipso Sergio ex loco citato historie centuriatæ eiusdè Illyrici: ibi enim Sergium Papam, vt Monarcham Orbis terræ, & Dominum Regum, atque Imperatorum describit, quem hoc loco subditum iuratum Imperatoris facit. Sic igitur ille cent. 9. c. 10. col. 498. *Maies tatem spernit, nã sese passus est ordinari in Pontificem, non expellat Imperatoris assensu: quod erat contra præuilegia eius. deinde noluit committere, vt populus Romanus Ludouico Filio Lotharij sacramentum præstaret: licet Drogo Metensis, & alij Archiepiscopi, qui ex Callis cum Ludouico aduenerat, acriter ea de re cum ipso contenderent. inquit enim ad Episcopos & Legatos, si vultis Domino Lothario Imperatori magno hoc sacramentum, faciant solummodo, consentio & permitto: nam Ludouico eius filio vt hoc peragatur, nec ego, nec omnis nobilitas assensit. Regna huius mundi, & gloria eius assensit: penes se enim voluit esse potestatem, Reges, & Imperatores quos vellet, inaugurandi: nam Lotharius coronauit, & Ludouicum eius filium Regem Longobardorum designauit. Ludouici filios, de regno digladiantes, ac pacem per legatos cohiberatus est, & regni partitionem approbauit: & Siconulpho Beneuentano in terram prostrato pedes suos osculandos præbuit. Hæc ille: qui si verba sua inspicere non grauetur, per se ipse facilè iudicabit, vtrum ille iuratus subditus, atque, vt supra vidimus, iuratum mancipium Regum iure appelleretur, qui Imperatores, quos vult, coronat: qui filios Imperatoris Reges designat: cui duces humi prostrati pedes osculantur, ad cuius nutum populi sacramentum fidelitatis Imperatori præstant, quo demum repugnante, iidem populi in verba Ludouici Regis præsentis, atque armati, iurare non audent. Sed iam libri totius Illyriciani conclusionem audiamus.*

A STO habet, summam atque plenissimam potestatem. Quare sicut potuit, Ecclesie causa id exigente, Imperium à Græcis ad Germanos transferre: ita quoque transferre posset, si eadem causa nunc occurreret, à Germanis ad aliam nationem. pari ratione, sicut ius eligendi Principem potuit Summus Pontifex Leo eius nominis Tertius Germanis tribuere: ita quoque potuit Gregorius Quintus ad impedienda schismata, bella, & seditiones, quæ ex multitudine Electorum nascebantur, ad certum numerum Principum Electores eiusmodi reuocare: præsertim (vt supra dixi) ipso quoque Imperatore assentiente, vel etiam petente, ac rogante: omnino enim verisimile est, Imperatorem, quod ipse facere non audebat, vt tot Principes ab electionis iure excluderet, à Summo Pontifice id postulare. Iam verò quòd Sergium Papam Lothario fidelitatem iurasse Illyricus scribit, non aliò pertinere, quam ad cumulum augendum eius mendaciorum: nã neque Ado, neque Regino, neque Ortho Frisingensis, neque Abbas Vrspergensis, neque Marianus Scotus, neque Siebertus, neque Martinus Polonus, neque Platina, neque Nauclerus, neque alius vllus (quod sciam) hoc dicit: ac ne ipse quidem Illyricus in vita Sergij, quam scribit cent. 9. cap. 10. col. 497. & 498. Sed video vnde occasione mentionem arripuerit Illyricus. Liber Pontificalis in vita Sergij II. & Io. Nauclerus in Chronico Generat. 39. tradunt rogatum fuisse Sergium Pontificem, vt permitteret Romanam nobilitatem iurare fidelitatem Ludouico Lotharij filio, quem idem Sergius Regem Italiae declarauerat: Pontificem autem nullo pacto concedere voluisse, vt Romani Ludouico iurarent, idque tantum permisisset, vt Lothario Imperatori iurandũ quod petebatur præstarent. quoniam igitur Sergius Papa Romanos proceres Imperatori Lothario iurare permisit, id Illyricus pro sua mendiandi auctoritate ita interpretatus est, ac si Pontifex ipse Imperatori iurandũ præstisset. Ac vt videas, Lector, quam sibi ipse constat Illyricus, adscribam hic pauca de isto ipso Sergio ex loco citato historie centuriatæ eiusdè Illyrici: ibi enim Sergium Papam, vt Monarcham Orbis terræ, & Dominum Regum, atque Imperatorum describit, quem hoc loco subditum iuratum Imperatoris facit. Sic igitur ille cent. 9. c. 10. col. 498. *Maies tatem spernit, nã sese passus est ordinari in Pontificem, non expellat Imperatoris assensu: quod erat contra præuilegia eius. deinde noluit committere, vt populus Romanus Ludouico Filio Lotharij sacramentum præstaret: licet Drogo Metensis, & alij Archiepiscopi, qui ex Callis cum Ludouico aduenerat, acriter ea de re cum ipso contenderent. inquit enim ad Episcopos & Legatos, si vultis Domino Lothario Imperatori magno hoc sacramentum, faciant solummodo, consentio & permitto: nam Ludouico eius filio vt hoc peragatur, nec ego, nec omnis nobilitas assensit. Regna huius mundi, & gloria eius assensit: penes se enim voluit esse potestatem, Reges, & Imperatores quos vellet, inaugurandi: nam Lotharius coronauit, & Ludouicum eius filium Regem Longobardorum designauit. Ludouici filios, de regno digladiantes, ac pacem per legatos cohiberatus est, & regni partitionem approbauit: & Siconulpho Beneuentano in terram prostrato pedes suos osculandos præbuit. Hæc ille: qui si verba sua inspicere non grauetur, per se ipse facilè iudicabit, vtrum ille iuratus subditus, atque, vt supra vidimus, iuratum mancipium Regum iure appelleretur, qui Imperatores, quos vult, coronat: qui filios Imperatoris Reges designat: cui duces humi prostrati pedes osculantur, ad cuius nutum populi sacramentum fidelitatis Imperatori præstant, quo demum repugnante, iidem populi in verba Ludouici Regis præsentis, atque armati, iurare non audent. Sed iam libri totius Illyriciani conclusionem audiamus.*

Hæc ille (inquit) spiritu Domini non in omnem veritatem manu ducente & dolos fraudesque Antichristi, cuiusque Symysiarum patrefaciende, ostendimus veram translationem,

aut etiam communicationem Rom.Imperij in Germanos factam,qua etiam nunc Dei beneficio fruuntur, & simul contra recepta historicorum clericorumque figmenta probant, nec translationem Imperij,nec ius Electorum,eis Papa beneficio contigisse, &c. Non possum equidem non vehementer mirari,cur summum Pontificem Antichristum tam confidenter Illyricus nominet,nouimus enim ex Daniele ca. 11. & Paulo 2. Theff. 2. Antichristum nullum Deum curaturum,seque ipsum supra omne quod dicitur Deus,exaltaturum:& rursus ex Illyrico in hoc ipso libro sepius audiuius, Romanos Pontifices seruos & mancipia Imperatorum fuisse,ex Centuria verò 8.& 9.c.10. iam antè didicimus eosdem Pontifices tot Diis sese subicere solitos, quot sunt in cœlo sancti, quot in terris imagines, quot sub terram reliquit: quis igitur capiat, eum extollere se super omne quod dicitur Deus, & nullum Deum curare, qui non modò Deos innumerabiles publicè colat, sed etiam ad eò sit humilis atque abiectus, vt se mancipium iuratum Principi terrenorum esse fateatur? Sed quid opus est in hoc mendacio refellendo diutius laborare, cum totus liber ex mendaciis confectus sit nimirum loqui, sic disputare oportuit discipulum eius, qui in veritate non stetit. Sed quid ego de illa incredibili impudentia, vel sacrilega potius impietate dicam, qua tot mendaciorum auctorem Spiritum sanctum facit? *Hactenus* (inquit) *Spiritu Domini nos in omnem veritatè manu ducente dolos & fraudes Antichristi ostendimus.* Hoc sanè deerat ad cumulum mendaciorum, vt disputationem mendaciis vndique scateat, vel potius totam ex mendaciis fraudibusque contextam Spiritui sancto tribueret, omnemque veritatem appellaret. Estne aliquid vltra quò progredi audacia atque impietas possint? si mentiri scelus est apud Christianos: quid erit, religioni sibi ducere non mentiri? quid ipsa mendacia in Spiritum sanctum auctorem conferre? Sed ego non iam Illyricum miror confidentissimè mentientem, ac religioni sibi ducentem non mentiri, & demum ipsa sua mendacia Spiritui veritatis adscribentem: nam impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Illos miror, qui cum viri prudentes & graues videri velint, sibi tamen ab eiusmodi portentis imponi atque illud tam facile patiuntur. quæ enim maior cogitari aut fingi potest vel negligentia, vel cæcitas, vel etiam stupiditas, quam iis hominibus fidem habere, quorum tanta est leuitas & inconstantia, vt perpetuò secum ipsi pugnent: tanta mentendi libido, vt in exiguis libellistis acerosos mendaciorum inferant, vt plura mendacia sint quam verba? sed si eorum desidia non immeritò reprehenditur, qui mendacissimos libros facile sibi obrudi sinunt: intoleranda deinceps non iam desidia, sed improbitas erit, si detecta & confutata mendacia ab oculis suis atque auribus non repellant, quamquam ego meliora de Germanis, vt corpore candidis, sic etiam animo sinceris, & veritatis amantibus sperare debeo. iniuriam enim faceret nobilissimæ nationi, si eos crederem mendaciis potius, quam explorata veritate delectari. Vnum illud oro, atque obsecro Germanos

A omnes, vt secum ipsi cogitent, qui sint, vnde genus duxerint, quos maiores habuerint: quantum denique interstiti inter præclarissimos illos herodes, Carolum Magnum, Ludouicum Pium, sanctum Hêricum, Lotharios, Othones, Cunrados, qui nihil antiquius habebant, quam vt Apostolicam B. Petri sedem certatim honorarent, atq; ornarent: & nescio quos Illyricos homines obscuros, seditiosos, ac turbulentos, qui totis viribus laborant, vt eandem illam Sedem imposturis ac fraudibus euertant. neque enim dubito, quin, si ista paulò attentius cogitauerint, illorum potius, quam istorum similes videri volent: multoque magis eorum pietatem, grauitatem, constantiam sectandam sibi esse stauerint, qui Germanicum nomen toto orbe terrarum celeberrimè sua virtute fecerunt: quam impios istorum furor, temeritatem, & inconstantiam, qui Germaniã vniuersam sectis, seditiosis, ac tumultibus repleuerunt. Illud certè Historicorum omnium literis ac vocibus testatum extra controuersiam est, nunquã magis potètia atque opibus floruisse Germaniam, quam cum illi imperarent, qui Sedem Apostolicam in primis venerabantur.

A d finem libri sui de translatione Imperij adiecit Illyricus longissimam Appendicem: in qua primo loco retulit integrum caput tertium libri tertij de Concordantia Catholica Nicolai Cusani. 2. integram epistolam Innocentij tertij, quæ incipit Venerabilem, & habetur inter Epistolas decretales titulo de Electione. 3. epistolam Friderici primi Imperatoris ex Radeuico lib. 3. ca. 10. quam etiam supra posuerat in prolegomenis. 4. Historiã quandam de rebus gestis Paschalis Papa, & Henrici Imperatoris, ex Dodechini Abbatis appendice ad Marianũ Scotum. 5. Ludouici Quarti Imperatoris Apologiam. Ex quibus omnibus nihil est quod responsonem desideret, præter Apologiam Ludouici Quarti. nã de testimonio Cusani diximus supra c. 13. & 15. Epistola Innocentij causè nostræ maximè fauet. De epistola Friderici disseruimus c. 3. Historia Paschalis & Henrici ad rem præsentem nihil facit, non enim inter eos quæstio erat de Imperij translatione, sed de inuestituris Episcoporum. & præterea imperfecta historia est, quam ex Dodechino refert Illyricus: perfecta ex Abbate Vrspergensis petenda est, ex qua quisque perspicere poterit, contentionem illam longè alium exitum habuisse, quam optasset Illyricus. coactus enim fuit Imperator, terroribus plagisque immisis diuinitus, Ecclesiæ collum subicere, atque inuestituras Episcoporum, pro quibus retinendis tandiū laborauerat, vel inuitus dimittere. Sola igitur restat Ludouici Quarti Apologia: quæ quoniam ab Alberto Pighio egregiè refutata est, ne actum agere videat, ad ipsius Alberti responsonem Lectorem censui remittendum.

FINIS.

LAVS DEO.

APPROBATIO.

Cum D. ROBERTI BELLARMINI Politiani, Societatis IESV, exactissima controuersiarum, quæ Catholicis cum hæreticis & nouatoribus intercedunt, discussio, singularem Christianæ veritati lucem afferat, ad maiorem Reipub. Christianæ vtilitatem, maximam verò Sectariorum confusionem publicari possunt & debent.

Ita censui PETRVS STEVARTIVS Leodius SS. Theologia D. & Professor, ac eiusdem facultatis Ingolstadtij pro tempore Decanus.

INDEX LOCORVM SACRÆ
SCRIPTVRÆ QVÆ IN HOC
OPERE EXPLICANTVR.

Numerus prior capita Bibliorum, posterior verò libri columnam indicat.

EX VETERI TESTAMENTO.

CAP. I. GENESIS.

- S**piritus Domini ferebatur super aquas. i. incubabat, seu mouebat se more anis. 84. A
- Ibid. Factum est vespere & mane dies vnus. i. primus. 1611. B
- Ibid. Germinet terra herbam viuentem. i. germinare faciat. potestas quippe per actum indicata est: fecunditas quippe rebus, & natura ad generandum apta, his verbis data est. 502. B
- Ibid. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinè nostram, secundum intellectum scilicet & voluntatem, quamuis totus homo intelligens & volens sit imago Dei. 1514. C
- Ibid. Crescite & multiplicamini: & replete terram: tunc scilicet cum terra erat vacua: itaque tunc solum vim præcepti illa verba habent, cū terra est vacua 1281. C ex hoc loco item colligitur disparitas sexuum fuisse ante lapsum. ibid.
- 2. Plantauerat Deus paradysum à principio. i. versus orientem, iuxta 70. & vtroque modo verti potest dictio Hebraica. 1565. D
- Ibid. Non est bonum hominem esse solum. & 1. Cor. 7. Bonum est homini mulierem non tangere. concordantur, quia Deus loquitur de bono speciei, Paulus de bono indiuidui. 1152. D
- 3. Ipsa conteret caput tuum: potest legi ipsum semen, vel ipsa mulier ex Hebraeo. 89. D. & 90. A
- Ibid. Ipse dominabitur tui, & sub viri potestate eris, subiectione scilicet inuoluntaria, & cum tristitia & timore coniuncta. 1282. B
- Ibid. Maledicta terra in opere tuo. i. propter opus tuum peccatum scilicet, sic exponitur ex Hebraeo. 89. A
- 4. Possedi hominem per Deum. i. à Deo. 315. D
- 6. Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malum. & Omnis caro corruperat viam suam. est hyperbole Scriptura. 90. C. hic loc⁹ defenditur cõformis Heb. veritati ibid.
- 8. Emisi coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aque super terram. i. volitabat circa arcam eundo & redeundo, sed non reuertebatur intra arcam. 67. D
- 9. Qui effuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius. i. qui occiderit hominem, occidetur etiam ipse: 90. D nihil habet hic locus contra Heb. veritatem. ibid.
- 14. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum: erat enim sacerdos Dei altissimi. Rectè enim hic habetur. Nam coniunctio copulatiua etiam rationalis censetur apud Hebraeos. 90. D. & 91. A
- 21. Et ecce ancillam & filium eius: de Synagoga exponitur, quam Christus repudiare videtur: quod tamen non fecit, sed potius eam renouauit. Itaque sensus est, muta statum illum seruilem Ecclesiæ veteris, & ex ancilla fac liberam. 1100. A. B. Paulus ad Gal. 4. de veteri testamento id exponit. ibid.
- 22. Nunc cognoui, quod timeas Deum. i. ostendi tibi & aliis, quantum me colas. 387. A
- 32. Descendat lugens ad filium meum in infernum. i. ad lo-

- cum animarum subterraneū: ex hoc loco, inferorum loca, & animas piorum in limbo fuisse ante Christi aduentum probat. 398. A. & 399. D
 - 37. Non interficiamus animam eius. i. carnem. 402. C
 - 48. Inuocetur nomen meum super pueros hos, & nomina patrum meorum. inuocatione scilicet non Dei, sed hominum propria. 1480. B
 - 49. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, & mordeat angulas equi, vt cadat ascensor eius retro. videtur loqui ad litteram de Sampson, qui fuit de tribu Dan, & fuit verè Philistæis tanquam coluber in via, etsi de Antichristo mysticè interpretari solet. 658. B
- E X O D V S.
- 1. Edificauit illis domos. i. dedit eis filiorum copiã. 89. C
 - 12. Dies prima erit sancta, & septima eadem religione venerabilis. sancta & venerabilis pro eodem sumuntur. 1526. C
 - 15. Omnipotens nomen eius. Heb. hæc est nomen ineffabile אהיה אדנאי. 238. B
 - 19. Mense tertio egressions filiorum Israël de terra Ægypti, in die hac uenit in solitudinem Sinai. in die hac, nimirum eiusdem numeri, hoc est tertia tertij mensis. 1620. C
 - 20. Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti. Hic dominus Deus est Iesus Dominus noster, teste Iuda in epist. 214. B. C
 - Ibid. Non habebis Deos alienos coram me. prohibetur actus interior idololatriæ. Non facies tibi sculptile. prohibetur actus exterior. 1509. D
 - Ibid. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. i. non peierabis. 1596. B
 - Ibid. Omne opus seruile non facietis in eo. i. tale, quale est illud, quo homo homini seruit. 1605. B
 - Ibid. Deos aureos & argenteos non facietis mecum. i. non facietis simulacra, quæ pro diis habeatis. 1515. D
 - 24. Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum. hic locus optimè à D. Paulo citatus Hebr. 9. probatur & explicatur. 50. B. C
 - 28. Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem. rectè Vrim & Thumim expositum esse doctrinam & veritatem docet, & id significare, petendam esse diuinæ legis intelligentiam à sacerdote (summo. 718. A
 - 31. Partum est sempiternum, signumque perpetuum, loquitur de Sabbatho, quod ita dicitur, quia res æternas significabat: vel significat Sabbathum & ceteras ceremonias futuras, donec duraret status illius reipub. 1601. C
 - 32. Hi sunt dii tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti. putabant scilicet se ab Api Ægyptiorum Deo liberatos. nam ideo fecerunt Deum in forma vituli, quia Apin Ægyptiorum Deum in forma bouis viderant coli. 1534. A. B
 - Ibid. Cras solemitas Domini אהיה אדנאי est: maxima impietas, quia nomen incommunicabile idolo tribuerunt. hoc autem nomen Iudæi suo idolo tribuerunt, quia illud non Dei proprium, sed appellatiuum crediderunt. ibid.

- LEVITICVS.
23. Numerabique ab altero die Sabbathi, in quo obtulistis manipulos primitiarum. i. à prima die profana post festum Pasche. 1620.D
- NVMERI.
18. Dixit Dominus ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, more scilicet aliorum, & tanquam filij Jacob. Ego pars & hereditas tua. i. habebis decimas, quae ego tanquam rex dari mihi precipio. 1110.C
21. Locutus populus contra Dominum & Moysen, ait, &c. Hic Dominus est Christus teste Paulo. 214.B
23. Moriatur anima mea morte iustorum. hic anima pro corpore animato sumitur. 402.C
24. Tolle tur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius. i. Saul rex Israël tollitur propter Agag, quia peccauit ipsum non occidendo, vel praualebit & superabit ipsum Agag, locus esse corruptus apud 70, demonstratur. 675.C.D
35. Omnes viri ducent uxores de tribu & cognatione sua, & cum ea femina de eadem cognatione maritus accipient. i. cum aliqua mulier caret fratribus, & proinde est heres, non potest nubere alicui, qui non sit de tribu sua: similiter & vir non potest eam ducere, nisi sit de eius tribu. 91.B. defenditur hic locus conformis Hebraicae veritati. ibid.
- DEUTERONOMIYM.
4. Non addetis ad verbum, quod ego precipio tibi, nec auferetis ex eo. i. nihil mutabit in his, quae nunc precipio addendo vel minuendo, sed integrè facietis, vt iubeo. 173.D
- Ibid. Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis, & vocem verborum eius audistis, & formam non vidistis. Non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciat vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi & feminae. &c. loquitur de imagine exprimente perfectam Dei similitudinem, & naturam ipsius, qualis nulla de Deo esse potest. 152.B
6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues. ea scilicet seruitute, quae soli Deo conuenit. 1463.D
12. Quod precipio tibi, hoc tantum facito, non addas quicquam, scilicet additione corrumpente, non perficiente opus praeceptum. 772.B
15. Omnino indigens & mendicus non erit inter vos: & non deerit mendicus in terra tua. concordantur haec duae sententiae: nam prior sententia vbertatem frugum maximam supponit, ob quam nulli cogentur mendicare: posterior Iudeorum praerogationem, qua fiet, vt terra non det fructum suum, sic vt multi cogantur mendicare. 1269.A.B.C
17. Si difficile, atque ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter causam & causam, lepram & non lepram, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus, veniesque ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, &c. exponitur hic locus de summo tribunali, quod fuit in synagoga, & nunc est in Ecclesia, cui omnes fideles stare debent. 128.C.D
- Ibid. Prophetam suscitabit tibi Deus, &c. illum audies. Hic continetur in genere, quicquid Christus fecit, & dixit. 174.B
18. Dominus enim Deus ipse hereditas eorum. supple Leuitarum. i. dedit dominus Leuitis, id quod hereditario quodam iure ad eum pertinebat. 1111.C
25. Non alligabis os boni trituranti. i. non prohibebis conuincatores accipere victum à populo. 125.A
30. Mandatum quod ego precipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, neque in caelo situm, neque trans mare. loquitur de facilitate implendi mandata decalogi, vel de cognitione tantum praeceptorum decalogi. 120.B.C

- Ibid. Sed iuxta est sermo valde, in ore tuo, quia iam confessus es te intellexisse: & in corde tuo, quia iam intellexisti. ibid.
- I O S V E.
15. Qui percusserit Cariath sepher & ceperit eam. G. n. d. n. t. a. u. q. u. b. o. r. a. d. v. i. s. i. vi dominatus fuerit eius. 807.A
- R E G V M.
- 1.Reg.2. Puer autem proficiebat & crescebat, & placebat tam Deo quam hominibus. i. crescebat in externis signis benevolentiae Dei & hominum. 386.A
- 1.Reg.8. Non te abiecerunt sed me, ne regnum super eos. quoniam videlicet Deus rex erat summus super Israël, duces vero eius solum proreges. 453.C.D
- 1.Reg.27. Virum & mulierem non viuificabat David. i. non viuum relinquebat. 404.C
- 1.Reg.28. Quem suscitabo tibi, Samuelem mihi suscitabo. Samuelem animam verè Sauli apparuisse auctor probat. 399.C. & 400.A
- 2.Reg.7. Ego ero ei in Patrem. loquitur ad litteram de Salomone, sed de Christo mysticè Paulus interpretatur. 49.C.D
- 2.Reg.8. David extendit duos funiculos super Moab, vnum ad occidendum, vnum ad viuificandum. i. definiuit quot ex Moabitibus vellet occidi, & quot seruari. 404.C
23. Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam: dixit Deus Israël mihi, &c. ille qui dicitur Spiritus Domini, dicitur etiam Deus Israël: vnde Spiritum sanctum sequitur esse Deum verum. 265.D
- 3.Reg.8. In arca autem nihil erat aliud, nisi duae tabulae, Salomonis scilicet tempore, licet post & vrna & virga addita sint: sicque locus hic cum Apostolo, qui ad Hebraeos 9, ista in arca fuisse ait, concordare dicitur. 50.A
- T O B I A S.
4. Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue. & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. i. instrue conuiuium, & voca fideles pauperes, vt ipsi post acceptam elemosynam orent pro anima defuncti. 1331.A.B
9. Vadas ad Gabelum in Rages civitatem Medorum. locus hic conciliatur cum c. 3. in quo Sara in Rages habitasse dicitur. 52.A
- I V D I T H.
5. Nam & ante hos annos cum recessissent à via, exterminati sunt. loquitur de aliis captiuitatibus Babyloniam praecedentibus. 36.A.B
16. In omni spacio vite eius non fuit qui perturbaret Israël, nec post mortem diebus multis. refertur hoc ad Manassis, Ammon, & Iosia tempora. 29.C
- I O B.
5. Voca si quis est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuolare. defenditur hic rectè expressa Hebraica veritas. 92.B. intelligit autem Angelorum aliquem: ex quo loco pro nobis sanctos orare demonstratur. 1473.A
9. Verebar omnia opera mea, quia videlicet ne aliquid eis imperfectionis misceret, formidabam. 1164.C
- P S A L M I.
2. Filius meus es tu, ego hodie genui te, haec de Christo dicitur vero Dei filio, & ex consequentibus, & ex Apostolorum dictis, vt totum ipsum psalmum, ostenditur. 218.D
2. Reges eos in virga ferrea, potestate iudiciaria, inflexibili. 767.D. palces eos Heb. legitur. 501.C
2. Et nunc reges intelligite, crudimini qui iudicatis terram, ostenditur ex hoc loco principes Christianos teneri ad tuendam Christianam religionem. 1304.D. & 1305.A

2. Apprehendite disciplinam. Heb. Osculamini filium. id est, reuerentiam exhibete filio Dei. 65.B. hoc autem rectè sit fidem & doctrinam eius recipiendo. 94.C. defenditur hic locus tanquam Hebraicae veritati consentaneus. 65.B
2. Nequando irascatur Dominus, & cum exarserit in ira eius, loquitur de filio, vt ex Hebraeo planè est. 89.B. & ex hoc loco filius probatur esse verus Deus. ibid.
4. Filij hominum vsquequò graui corde. conuenitur Deus de hominibus, quòd neglectis aeternis diligent temporalia. 94.C. defenditur hic locus vt Hebraicae veritati consentaneus, si paululum puncta mutentur. ibid.
6. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. loquitur de inferno & Purgatorio. 1321.D
8. Omnia subiecit sub pedibus eius. i. attribuit ei dominium in res omnes, de Christo hic locus intelligitur precipue, & de prima creatione hominis. 372.A.B.C
18. In omnem terram exiit sonus eorum, sic legendum est. & Heb. כֹּל־קוֹלָם Kolam, non כֹּל־קוֹלָם Kanam. linea eorum, defenditur editio vulgata, & corruptum esse fontem Hebraeum ostenditur. 63.D
18. In sole posuit tabernaculum suum. i. in manifesto posuit Ecclesiam. 949.C
18. Lex Domini immaculata conuertens animas, praeceptum Domini lucidum, indicat ex lege scripta maiorem haberi cognitionem, quam ex cognitione naturali, de qua in superiori Psal. parte egerat. 120. 11. & 111.A
31. Conuersus sum in arumma mea, dum configitur spina. i. conuersus sum ad penitentiam tempore arumma, id est spina calamitatis in me figi coepit: sic Heb. veritas exprimitur. 94.D. & 95.A
- Ibid. In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. haec esse Hebraicae veritati consentanea indicantur. 95.B
36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem, cum anxietate scilicet & labore, vt illi faciunt, qui diu quarunt & vix inueniunt. 1270.B
37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illustribus. indicat ardorem libidinis, qui dum existit, illusiones parit. Sic expressit veritatem Hebraicam. 95.B.C
41. Ad Deum fontem viuum. in fortem viuum mutari posset ex Heb. & Graeca editione. 88.D
44. Virga directionis, virga regni tui. i. tua potestas puniendi recta. 768.A. vel directissima, seu etiam sempiterna. 1471.B
44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. pro Apostolis nati sunt fideles multi, quos Deus constituit Episcopos. vel pro Apostolis constituti sunt Episcopi. 784.D
47. Deus fundauit eam in aeternum. i. Ecclesiam suam, quae est ciuitas eius: nam totus psalmus est de fundatione Ecclesiae Christianae, tanquam nouae & visibilis ciuitatis. 951.C
48. Frater non redimit, redimet homo? ergo qui nos redemit non est homo, sed diuinum suppositum. i. Christus. 419.B
65. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, de Purgatorio exponitur, nam per aquam Baptismum, per ignem Purgatorium intellexit. 1331.D. & 1332.A
68. Qui habitare facit vnus moris in domo. i. qui in Ecclesia habitare facit, homines vnus fidei, spei, & voluntatis, defenditur hac versio, vt recta. 95.C
- Ibid. Qui habitant in sepulchris, in deserto, quod quidem instar sepulchri esse videbatur: & haec item defenditur vt recta, & Heb. veritati conformis. 96.A
68. Dominus dabit verbu Euangelizantibus virtute multa. i. Dominus dabit praedicatoribus Euangelij, os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij eorum. Nam quae dicunt, signis & prodigijs confirmabunt. Rex virtutum, Dominus ille est rex multorum milium Angelorum, & simul Pater est dilecti dilecti. i. Messia filij sui dilectissimi. & speciei domus diuideri spolia. i. dabit istdem praedicatoribus, vt spolia gentium conuersarum diuidant ad speciem & decorem domus suae, quae est Ecclesia. Si dormiatis inter medios clericos. i. Si o vos praedicatores maneatis inter duas sortes seu hereditates, caelestem scilicet & terrenam, penne colubae deargentatae. i. tunc erit Ecclesia instar columbae formosissima, habentis alas deargentatas, & dorsum deauratum. 96.A.B.C.D. & 97.A. hic totus locus veritati Heb. conformis ostenditur. ibid. Vt quid suspicamini montes coagulatos: ita legèdum esse ex Heb. probat. ibid. Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum. sic etiam ibi legendum esse ex Heb. monstratur. 97.B
- Ibid. Conuertam in profundum maris. i. eos qui sunt in profundis maris conuertam & reducam: & hic etià. ibid.
- Ibid. Ibi Benjamin adulescentium in mētis excessu. i. D. Paulus, qui in mentis excessu tam altè dormiuit, vt nesciret an esset in corpore. ibid.C
- Ibid. Currus Dei decem millibus multiplex, Dominus in eis, in Sinai, in sancto, ascendisti &c. Haec quae de Deo Israël à Propheta dicuntur, Christo ab Apost. ad Ephes. 4. tribuuntur, vnde Christus est verus Deus Israël. 214.C
71. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. per montes Apostoli & excellèntia anima, per colles populi significantur. 5.B.C
86. Fundamenta eius in montibus sanctis. i. in Apostolis & Prophetis. 487.A
98. Adorate Deum omnes Angeli eius. Hic Deus teste Paulo ad Heb. 1. est Christus. 214.C. & 217.C
- Ibid. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. loquitur ad litteram de arca testamenti. 1458.B.C
101. Tu Domine in irio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Christus hic dicitur caeli & terrae creator ex Apostolo, c. 1. ad Heb. 214.C.D
107. Contriuit portas aereas & vectes ferreos confregit. hunc locum de descensu Christi ad inferos veteres exponunt. 401.A
108. Et episcopatum eius accipiat alter. i. praefecturam quaedam Heb. 518.A.B
109. Sede à dextris meis. i. esto mihi aequalis. 370.B. proinde ex hoc loco Christus probat suam diuinitatem, & Paulus item. ibid.C
- Ibid. Iurauit Dominus, & non paenitebit eum, tu es sacerdos: ex hoc loco optime deducitur Aronici sacerdotij mutabilitas. 1603.D. in aeternum secundum ordinem Melchisedech, quia hic obrulit panem & vinum, Christus seipsum in specie panis & vini. 91.B. Iurauit Dominus. ei vtique iurauit, qui post luciferum natus est ex virgine: sic Christus vt homo sacerdos est. 424.A
112. Qui habitare facit sterilem in domo. i. reddit eam fecundam. 89.C
118. Aufer à me opprobrium, quod suspicatus sum. pro gratia incertitudine hic locus facere ostenditur. 697.B
- Ibid. Lucerna pedibus meis verbum tuum. i. maius est lumē quod habetur ex verbo Dei, quam ex creaturis. 120.D
120. Leuani oculos meos in montes, vnde venit auxilium mihi. Auxilium meum à Domino. montes sunt Sancti, à quibus auxilium expectandum, non vt ab auctoribus, sed vt ab impetratoribus. 1467.D
126. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce heredes Domini filij merces, fructus ventris. i. cum dormierint per mortem omnes electi: continuo apparebit hereditas Christi, resurgentibus in gloria omnibus eius electis. 1362.D
131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Hebraicè habetur, adorabimus scabellum pedum eius. & loquitur de arca. 1458.C

131. *Fidam eius benedicens benedicam.* defenditur hic locus contra Caluini petulantiam. 97.D
 138. *Mirabilis facta est scientia tua ex me.* i. plusquam eam homo possit capere. 89.C
 Ibid. *Nō est occultatum os meum à te.* os ossis, non os oris, hic haberi clarum est ex Heb. ibid.
 Ibid. *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* i. embryonem ex Heb. ibid.
 142. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis ueniens.* i. cōparatione tui, d̄ Deus. 116.4. D. vel ob id, quod nemo est, qui non habeat peccata venialia. ibid.
 146. *Qui producit in montibus fenem, & parat terra pluuiam.* significat populos, qui à Sacerdotibus doctrinam accipiunt, debere eis alimenta praeberere, & vicissim sacerdotes debere dare doctrinam populis. 1105.D

PROVERBIA.

6. *Mandatum lucerna est, & lex lux.* quod scilicet hæc intellecta hominem dirigit in operando. 120.D
 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* sept. legunt *et in initio*. i. creauit, quod dicitur de generatione filij, eod̄ quod facta sit sine mutatione generantis. 276.C. vel *et in initio*. i. acquisiuit, per generationem scilicet aternam. 289.A
 Ibid. *Ab aeterno ordinata sum,* hæc sapientia, quæ hic loquitur, est sapientia genita i. filius. 240.D
 Ibid. *Quando appendebat fundamenta terræ, quando verta lege & gyro, &c.* cum eo eram cuncta componens. hic sapientia genita. i. filius loquitur, non essentialis: vel creata, quæ vnā cum Patre mundum creauit. 245.D
 12. *Non contristabit inustum quicquid acciderit ei.* loquitur de tristitia, quæ mortem operatur, quam Paulus tristitiam huius sæculi appellat. 1387.B.C
 16. *Pondus & statera iudicia Domini sunt, & opera eius omnes lapides succuli.* sic legendum ex Hebr. non *sæculi*. 92.C
 20. *Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retrahere.* i. ij qui temere & inuiti uouent, in laqueum sese induunt, & occasionem inde capiunt delinquendi, ex Hebræo sic exponitur. 1207.D
 30. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribuisti enim mihi meo necessaria.* loquitur in persona infirmorum, qui mendicitatem inuiti & grauitur ferunt. 1269.D

ECCLESIASTES.

1. *Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus,* sic optimè eod̄ expressius demonstratur verborum Hebraicorum sensus. 82.C
 9. *Nescit homo, vtrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta.* i. antecedit homines cum de hac vita decesserint, notitia iustis rei, quia tunc est iudicium, nunc certamen. iuxta Heb. veritatem sensus hic elicitur, quem nostrum interpretem ritè expressisse demonstrat. 92.D
 Ibid. *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, &c.* loquitur in persona impiorum: vel de iis agit, qui flagitiosè viuunt, quibus nullum est remedium post hanc vitam. 1363.A
 11. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* i. homines necessarii sunt mortui: & cum mortui fuerint, per se nunquam resurgunt: vel per Austrum vitam beatam, per Aquilonem gehennam intelligit. ibid.B
 12. *Verba sapientum sicut stimuli, & sicut clauis in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore vno: his amplius, fili mi, ne requiras.* indicat stādum esse sententiæ summi pastoris, cum ei præferim sapientium adstat consilium. 129.B
 12. *Cuncta quæ sunt adducet Dominus in iudicium.* id est, ea examinet. 1340.B

CANTICA.

1. *Propterea adulescentule dilexerunt te.* i. anima imperfectiores, fideles tamen dilexerunt animam perfectam. 928.D
 Ibid. *Nigra sum sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Ecclesia est nigra propter peccatores, & formosa propter bonos. 939.B.C
 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* loquitur de anima perfecta, quæ inter multos peccatores in Ecclesia commoratur. 929.A
 4. *Hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuientis.* per intellectiōnem hæc de electis solis exponit Aug. cum tamen in vniuersum de tota Ecclesia intelligantur. 523.C
 Ibid. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* loquitur de anima perfecta, quæ per hyperbolen tota pulchra dicitur, quia caret peccatis mortalibus, & vitat venialia. 932.C.D
 5. *Crura eius, sicut columna marmorea.* per crura S. Petri intellige, super quem fundata est Ecclesia. 482.C
 Ibid. *Caput tuum aurum optimum.* i. Christus, cuius caput Deus est. 472.C
 6. *Sexaginta sunt regine, & octoginta concubinae, & adulescentularum non est numerus, vna est columba mea, &c.* loquitur de Ecclesia, quæ quasi mater habet reginas, concubinas & adulescentulas. i. animas imperfectiores, fideles tamen & bonas, & præter illas animas aliquas perfectas, quæ Deo sunt carissimæ. ibid.B
 7. *Caput tuum sicut Carmelus.* i. Pontifex summus ingens est mons, sed nihil aliud quàm terra. ibid.C

SAPIENTIA.

1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.* hoc *orbem*, id est, Spiritus sanctus, qui hic omnia conseruare & continere dicitur. 257.B. qui est etiam vbique, & omnia nouit genera linguarum, sicque verus Deus est. ibid.C
 3. *Spado qui nō operatus est per manum suam iniquitatem, nec cogitauit contra Deum nequissima, dabitur ei fidei donum electum,* agit de voluntatio spadone, cui promittitur donum quoddam singulare respondens fidelitati ipsius. 1146.A
 8. *Nemo potest esse continens, nisi Deus det.* in vniuersum hoc est intelligendum, de continentia virginali, viduali, & coniugali. 1219.B

ECCLESIASTICVS.

5. *De propitiato peccato noli esse sine metu,* sic legendum ex Græco: ex quo loco vana hæreticorum fides esse ostenditur. 93.A
 7. *Melior est sapientia cum diuitiis.* i. melior est sapientia cum diuitiis, quàm sine sapientia diuitia. 1270.D
 11. *Facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas.* i. Deus reddit vnicuique secundum opera sua, & facilè reddit. 1430.A
 14. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, inspiciam omnes dormientes.* ostenditur ex hoc loco Christum in descensu suo in omnib. inferorum locis fuisse. 413.B.C
 Ibid. *Miseritordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum.* G. *κῆρ ἐργῶν*, id est, pro meritis. 91.B.C
 24. *Ego quasi flumē Dioryx.* Sic legendū ex Græco. Est autem Dioryx fossa ad irrigandam terram deducta. 88.C
 45. *Dedit illi coram præcepta.* G. *κῆρ ἐργῶν*. sic legendū: non cor ad præcepta, & significat præcepta esse vnicuique ante faciem, & ob oculos. ibid.

ISAIA S.

2. *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, &c.* prædicitur altissima pax, quæ euenit Christo

- nascente, illud enim vltra in longum tempus significat. 1295.C. 1317.B
 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum.* Seraphim stabant super illud, &c. Non potuit clariùs describi maiestas summi Dei, quæ tamen hic dicitur, tribuuntur Christo Ioan. 12. vnde sequitur Christum esse verum Deum. 214. D. item Spiritui sancto Act. vlt. vnde sequitur etiam Spiritum sanctum esse verum Deum. 266.A
 8. *Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse est pavor vester, & ipse est terror vester, &c.* hæc de Christo dicta esse, & sic intelligi ab Apostolis & Euangelistis ostenditur. 215.A.B
 9. *Et vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus, fortis &c.* Hæc esse nomina omnia Christi saluatoris aduersus Iudæos ostenditur. 63.C
 Ibid. *Factus est principatus eius super humerum eius.* hoc dicit, quia clauis principatus insignia super humerum poni solebant. 498.B
 10. *Væ Assur virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea, &c.* ex hoc loco deducitur principes qui aliena regna inuadunt, etiā iustè eos puniūt, quibus Dei nutu bellum inferunt, non tamen iustè agere dum aliena inuadunt & possident. 1724.B
 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* virga florens est Maria concipiens, super florē autem. i. Christum conceptum, mox descendit Spiritus sanctus, cum omni donorum suorum copia. 381.C
 Ibid. *Non occident, & non nocent in omni monte sancto meo.* loquitur de hæreticis, qui Ecclesiam non nocent, sed eam exercent, & proficere in sapientia & patientia faciunt. 1317.C
 Ibid. *In eum gentes sperabunt, id est Messiam, & erit sepulchrum eius gloriosum.* Hoc intelligitur de Christi sepulchro, etiam cum Christi corpus in eo non iacet. 1494.B
 19. *Colent eum in hostiis & muneribus, & vota vouebunt Domino & soluent.* loqui prophetam hoc loco de piis votis Christianorum probatur contra Pseudomartyrem. 1172.B.C
 22. *Et dabo clauem domus David super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat.* intelligit principatum Ecclesiasticum datum Eliachim loco Sobax, qui ab eo amotus fuerat. 498.A
 28. *Ecce ego ponam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatū.* hæc de D. Petro & eius successoribus esse prædicta demonstrantur. 441.442
 29. *In vanum colunt me, docentes mandata & doctrinas hominum.* reprehendit traditiones inanes, perniciosas & contra Scripturas. 178. A. B. sic exponitur illud eiusdem. *Timuerunt me mandato hominis & doctrinis.* 763.D
 Ibid. *Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati.* sic Christi mysteria in veteri testamento denotantur, quia non intelligebantur. 123.C
 33. *Dominus legifer noster, Dominus rex noster,* qui scilicet auctoritate propria leges ferat, & à nullo in nullo dependeat. 683.D
 Ibid. *Deus ipse veniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi caecorum & aures surdorum patebunt.* hæc de Christo & de nullo alio dici probantur. 220.B. C. *Deus ipse.* is est Christus, qui venit per se, non per legatos. 249.A
 40. *Vox clamantis in deserto, parate viam Domino.* Ioannē esse vocem, qui Christo viam parauit vero Deo Dominoque Israël, omnes Euangelistæ clamant. 215. parate viam Domino. *וְקוֹל צְלִיִן*. Adonai. i. Christo, sicque Christus nomine ineffabili dicitur. 238.D

- Ibid. *Cui assimilastis me, & adæquastis dicit Sanctus.* conuenitur de simulachris ligneis, quæ habebantur pro diis, quibus si Deus verus est similis, ligneum eum esse necesse est. 1515.D
 41.44.48. *Ego sum primus, ego nouissimus.* Christus hæc loquitur de seipso, & propterea est is verus Deus, qui per Prophetas loquebatur, vt ex Apoc. 1. patet. 215.C
 41. *Ego Deus, & non est alius, in memetipso iuravi, quia mihi curuabitur omne genu.* hic Deus teste Apostol. Rom. 14. Christus est. ibid.B
 42. *Ecce seruus meus, suscipiam eum.* Christus seruus est ratione humanæ naturæ. 230.A
 43. *Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas.* excludit alium Deum, alium Christum, alium saluatorem, non bona opera. 696.C
 45. *Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiae & Sabaim, viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt; post te ambulabunt, vincti manibus pergent, & te adorabunt, & teque deprecabuntur.* hæc dici à Deo Patre & de filio suo incarnando, non de Cyro, nisi vt Christum refererebat, ostenditur. *Tantum in te est Deus,* quia scilicet Christi humanitas, est quasi templum diuinitatis, & absque te non est Deus, quia scilicet ipse Christus cum Patre & Spiritu sancto est verus Deus. 221.B.C
 48. *Ex tempore antequam fierent, ibi eram: & nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius.* hic loquitur filius missus à Patre & Spiritu sancto. 219. A. B. quod probatur ex Hebræo & Græco fonte. ibid.D. & 220.A
 51. *Non adiciet vltra, id est in longū tempus, vt pertrāseat per te in circuncisus & immidus.* id est infidelis aliquis persecutor, vel portæ inferorū aduersum te non praualebunt, vel intelligitur de Ecclesia triumphante. *Recedite, exite, pollutum nolite tangere,* agit de separatione animi & morum. 935.C.D
 Ibid. *Dicit Dominus, ingiter tota die nomen meum blasphematur, propter hoc sciet populus nomen meum in illa die, quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.* hunc esse verum Deum Israël, qui loquitur, & ipsum esse Christum demonstratur. 220.D. denique totum hoc caput Christo adaptatur. 221.A
 53. *Percussus à Deo, & humiliatus,* hoc dicit non quia Deus eū oderat, sed quia permisit occidi morte corporali. 393. C. Heb. percussus Deum & humiliatum habetur. 65.B
 54. *Dabo omnes filios tuos doctos à Domino,* loquitur de gratia Spiritus sancti, qua homo interitus mouetur ad credendum & amandum. 140.C
 56. *Speculatores eius caeci omnes, neque quicquam nouerūt, omnes canes muti, nec valent latrare, &c.* nō intelligendum de omnibus in vniuersum, sed per intellectiōnem de quibusdam. 872.D
 56. *Non dicat Eunuchus: ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodierint Sabbatham meam, & elegerint quæ ego volui, & serauerint fadus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen aeternum dabo eis, quod non peribit.* hic locus de continentibus voluntariè fusè exponitur, quibus promittitur ingens gloria & præmium maius, quàm si eis nati essent filij & filia. 1144.C.D
 60. *Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.* loquitur de Ecclesia militante: quæ tamen à Ioanne in Apocalypsi cap. 22. per anagogen ad Ecclesiam triumphantem traducta sunt. 1570.A
 63. *Tu es enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit nos, id est, non habet nos pro filiis.* 1485.B
 64. *Tu iratus es, & peccauimus.* i. & pro quia, 91.A
 Ibid. *Quasi pannus menstruat e vniuersa iustitia nostra.* loqui

loquitur in persona gratissimorum peccatorum, & non in sua. 48.B. & 1164.D

67. *Iurabit in Deo amen.* i. vero, qui est Pater & Filius. 233.A

HIEREMIAS.

7. *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes templum Domini, templum Domini.* agit contra Iudaeos, qui putabant se diligere Deo, quia templum Dei apud se habebant, etiam ipsi male viuendo essent templa diaboli. 1188.B

11. *Cleri eorum non proderunt eis.* i. dignitas clericalis seu sacerdotalis non proderit eis, quia multi de clericis pereunt, & laici beatissimi reperiuntur. 1033.B.C

15. *Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* inepta esset haec locutio, si Sancti non consueuissent orare pro vniuersis. 1469.B.C

23. *Et hoc nomen, quo vocabunt eum, Dominus iustus noster.* Heb. *Dominus iustitia nostra.* hic Christus dicitur nomine *יהוה*. ADONAI & 241. & iustitia nostra, quia ipse est, qui pro nobis diuinam iustitiam satisfecit. 138.D

31. *Dabo legem meam in cordibus eorum, & in corde eorum scribam eam.* i. gratia testamenti noui. *Et non docebit vir ultra proximum suum cognoscere Dominum.* loquitur de premio fidei, i. beatitudine. 141.A

36. *Firmauerunt filij Ionadab, filij Rechab praeceptum patris sui, quod praeceperat eis, populus autem iste non obediuit mihi.* Reprehendit Deus populum suum exemplo Rechabitarum, quod illi obedierint voci vniuersi hominis, ipse autem voci Dei obedire noluerit, & agitur de obedientia voluntaria, quae grata Deo esse monstratur. 1184.A.B

48. *Maledictus qui facit opus Dei negligenter.* loquitur de negligentia graui quae amicitiam Dei tollit. 1165.C.D

BARUCH.

3. *Magnus est, & non habens finem.* loquitur de loco Dei spiritali, qui est idem ipse Deus. 242.A

3. *Hic est Deus noster, & non estimabitur alius ad eum.* hic adiuuenit omnem viam disciplinae, & tradidit eam Iacob dilecto suo, post haec in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. loquitur de Deo Israelis, qui tradidit legem in monte Sina, & tandem homo factus est, hic est Christus. 221.C

EZECHIEL.

3. *Domus Israel attrita fronte est, & duro corde.* Ecce dedi faciem tuam valentorem facies eorum. i. illi quidem impudentes sunt, sed tu non cedas impudentiae illorum. 679.C.D

4. *Diem pro anno dedi tibi.* i. dedi tibi vnum diem pro signo vniuersi anni, quo toleraui peccata Israel. 648.D

8. *Ecce in ostio templi Domini, inter vestibulum & altare quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum solis.* reprehendit Scriptura quosdam, qui contra ritum eius temporis adorabant ad Orientem. 1566.B

14. *Si fuerint tres isti viri, Daniel, Noe & Job, & c. quia filij & filias non liberabunt.* loquitur per hypothesein. 27.A.B.C

18. *Cum auersus fuerit impius ab impietate sua, omnium iniquitatum eius non recordabor.* i. non seruabo inimicitiam cum eo, qui peccauit, vel, non eum puniam in aeternum. 1363.C.D

Ibid. *Si iustus auerterit se a iustitia sua, omnes iustitiae eius non recordabuntur.* i. non liberabunt hominem a Gehenna, nec remunerabuntur premio sempiterno. ibid.

38. *Et erit in die illa, in die aduentus Gog super terram Israel, ascendet indignatio mea in furore meo.* hac & similia hiatus capitis loca exponuntur de Antichristo fuisse. 676.677.678.

DANIEL.

2. *Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem sua & adorauit Danielem.* religiosè scilicet, & vt hominem Deo plenum, & hostias & incensum praecepit, vt sacrificaret ei. non loquitur de sacrificio, quod soli Deo debetur: sed de quibusdam muneribus & odoribus, quae Sanctis donari solent. 1460.A.B

7. *Et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat,* id est Christus, & vsque ad antiquum diem peruenit. i. Deum patrem, hic Deus pater visus in forma humana ostenditur. 1513.D

Ibid. *Porro cornua decem, decem reges erunt, qui scilicet regnum Romanorum inter se diuident, & alius consurgit post eos.* i. Antichristus, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit, Africae scilicet, Aegypti, & Aethiopiae. 673.B.C

Ibid. *Et tradentur in manu eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis.* i. Regnabit Antichristus tres annos cum dimidio. 647.B

9. *Deficiet hostia & sacrificium.* i. cessabunt sacrificia Iudaeorum. 960.A

Ibid. *Et vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.* Significat templum non esse reaedificandum nisi in fine mundi, vel desolationem mansuram in aeternum, quia templum futurum est profanatum. 664.C

11. *Faciet quod volet.* ab Antichristo dicit nullum superiorem agnoscendum. 686.A

Ibid. *Stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clamor, & obtinebit regnum in fraudulencia.* loquitur de Antichristo, qui de Iudaeorum gente venturus est, & regnum per insidias inuaturus. 672.D

Ibid. *Et faciet, quae non fecerunt Patres eius.* i. regnabit in toto orbe Antichristus, quod nulli Iudaeorum fecerunt. 674.B

Ibid. *Et erit in concupiscentiis feminarum.* significat Antichristum mulierosum futurum. 688.B

Ibid. *Deum autem Maozim in loco suo venerabitur.* significat Antichristum magum futurum, & occulte diabolum adoratum in loco dicto Maozim. 669.A.B. Illyricus Deum Maozim, Christum esse blasphemar. 688.C

12. *A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium.* loquitur de tempore Antichristi, & diuino cultu, i. Eucharistiae sacrificio ab eo auferendo. 646.A.B

Ibid. *Beatus qui exspectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos & triginta quinque.* i. vsque ad dies 45. post mortem Antichristi, quia tunc Dominus veniet & coronas iustitiae victoribus reddet. 649.C

13. *Dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi.* sub sechino est Allusio pulchra in Graeco. 28.A

OSEAS.

6. *Misericordiam volo, non sacrificium.* i. malo misericordiam, quam sacrificium. 1595.A

11. *Ex Aegypto vocaui filium meum,* ad litteram de filiis Israel intelligitur, sed Matth. in sensu allegorico de Christo intellexit. 1570.B

IOEL.

2. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* i. manifestabo me misisse Spiritum meum ad eum locum, vbi antea erat inuisibili maiestate. 278.D

2. *Prastabilis super malitia.* i. excellens in misericordia, & poena condonanda: vel, melior quam vt à malitia vinci possit. 93.C. hic locus Heb. veritati conformis ostenditur. ibid.

AMOS.

4. *Ego firmans tonitruum, & creans spiritum.* id est ventum. 278.C

MICHEAS.

5. *Et tu Belhebecem terra Iuda, paruulus es in millibus Iuda?* legendum interrogatiue, & propterea D. Matth. negatiue interpretatus est. 93.D. veritas Heb. hic ritè est expressa. ibid.

Ibid. *Ex te egredietur dux,* significatur vera natiuitas carnis. 241.B

Ibid. *Egressus eius ab initio à diebus aeternitatis.* hic significatur vera & aeterna Christi natiuitas. ibid.A

ZACHARIAS.

2. *Hec dicit Dominus exercituum: post gloriam misit me ad gentes, quae spoliauerunt vos, & c. & cognoscetis quia Dominus exercituum misit me.* locus efficacissimus ad probandam Christi diuinitatem, quia Dominus exercituum dicitur missus à Domino exercituum. 221.D

3. *Et dixit Dominus ad diabolum, Incepit te Dominus Satan.* ex hoc loco sequitur Dominum *יהוה* non esse vnam personam, sed plures, & eum qui dixit, Incepit te, esse Christum ostenditur. 222.B.C

9. *Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vincos de lacu, in quo non erat aqua:* hic locus exponitur, de limbo Patrum, in quem Christus descendit. 400.C. item de Purgatorio. 132.B

12. *Effundam super domum David, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiae & precum, & afficiet ad me, quem confixerunt.* hic locus intelligitur de Christo in cruce confixo. 222.D

MALACHIAS.

2. *Labia sacerdotum custodient scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* i. nuncius Dei, ad quem pertinet ex officio explicare eius sententiam. 129.B

3. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui preparauit viam ante faciem meam.* Christus loquitur, qui misit Ioannem Baptistam, vt prepararet viam ante faciem suam, sicque est verus rex Israel. 215.C

MACHABÆI.

1. Mach. 1. *Alexander qui primus regnauit in Graecia,* loquitur de monarchia Græcorum. 40.D

Ibid. *Cum in Persidem ducerentur Patres nostri,* sic vocat regiones Persidi finitimas. ibid.B

1. Mach. 4. legitur Iudas purgasse templum anno 158. ante mortem vno anno: conciliatur hic locus cum 2. Mach. 9. vbi post biennium Iudas templum purgasse dicitur. 41.C

1. Mach. 6. Dicitur Antiochus illustris in Babylonia dolore animi mortuus, hic locus conciliatur cum 2. Mach. c. 9. vbi de curru in itinere cecidisse & dolore viscerum mortuus esse legitur. ibid. & cum 1.c. eiusdem lib. vbi hic Antiochus in templo Nannee cecidisse, & percussus fuisse dicitur. 42.C

1. Mach. 9. legitur Iudas mortuus anno 152. conciliatur hic locus cum 2. Mach. 1. vbi Iudas anno 188. epistolam scripsisse legitur. 43.B

Ibid. *Antiochus regnauit in anno 137. regni Græcorum:* numerat annos à Seleuco, qui primus regnauit in Syria 41.A

2. *Hieremias inuenit locum speluncae, & tabernaculum & arcam & altare incensum intulit in illum.* hic locus à mediocri quibus incusatur, liberatur, & quando hoc fieri potuit ostenditur. 40.C

Ibid. *Hic locus ignotus erit donec congreget Dominus congregationem populi, & propitius fiat.* loquitur de tempore nouissimo, vel de Christi tempore. ibid.D

2. Mach. 12. *Misit Hierosolymam offerri eas pro peccatis mortuorum, iuste & religiose de resurrectione cogitans.* i. Iudas cum religiosè cogitaret resurrectione futuram, & animas esse immortales, & formidaret, ne animas suorum propter aliquod peccatum punirentur,

instit pro eis orari & sacrificari, de quo loco fusè disputatur. 1330.A.B

EX NOVO TESTAMENTO.

Matthæus.

2. *Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur.* non est desumptum ex aliquo vno Propheta, sed ex eo quod omnes Prophetae, Dominum sanctum futurum esse prædixerunt, Nazara um eum vocandum à Prophetis prædictum esse dicit. 83.C.D

3. *Venit Ioannes Baptista in deserto prædicans baptismum penitentiae.* in deserto scilicet exteriori, vbi non habitabant homines, sed per illud iter faciebant. Nam Ioannes venit à deserto interiori, vbi nulli erant homines, in desertum exterius, per quod homines transibant. 1211.A

5. *Beati pauperes spiritu.* i. qui propter Deum sponte eligunt paupertatem, & proinde etiam humilitatem. 1179. D. de quo loco fusè disputatur ad probandum paupertatem rectè Deo voueri. ibid.

Ibid. *Vos estis lux mundi,* ex plo scilicet sanctitatis, quod imitari omnes conuenit. 1211.A. vel si agit de doctrina, significat eam intellectam illustrare mentem. ibid.

Ibid. *Qui occiderit reus erit iudicio,* loquitur de iudicio humano & temporali, quo homicidia multentur morte temporali. 1350.A

Ibid. *Qui irascitur fratri suo, reus erit consilio, qui dixerit Racha, reus erit iudicio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehemae ignis.* Agitur hic de iudicio in foro Dei, ex his autem certum est distingui tria genera peccatorum, & poenarum, quarum aliae sunt temporales, aliae aeternae. locus hic facit pro Purgatorio. 1349.D. 1350.A

Ibid. *Esto consentiens aduersario tuo, dum es cum eo in via, ne forte tradat te aduersarius iudici, & index tortoris, & mittaris in carcerem.* Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantein. i. dum es in hac vita optimè conuenias cum lege Dei, vel tua conscientia, quae peccatis tuis aduersatur, ne Christus iudici praesentis, & accuseris ab iisdem: qui Christus videret te demonibus vel bonis Angelis, & mitteris in infernum Purgatorij, vsque quod minima etiam peccata luas: de hoc loco fusissimè disputatur, & multae eius explicationes exeuntur. 1346. 1347. 1348

Ibid. *Audistis, quia dictum est antiquis, oculo pro oculo, & dente pro dente.* reprehendit prauam Pharisaeorum expositionem, & prohibet priuatis hominibus de iudicio & postulationem vindictae. 1291.D

Ibid. *Ego autem dico vobis non resistere malo,* non prohibet Christus iustam vltionem, sed repercussionem. 1292.A

Ibid. *Si quis te percusserit in vnam maxillam, praebet illi & alteram,* hoc praeceptum est, quod intelligitur esse seruandum in animi preparatione. 1150.A. ibid. *Estote ergo vos perfecti, & c.* loquitur hic de perfectione necessaria, & 19. *Si vis perfectus esse,* de perfectione vtili. 1159.C

6. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum.* i. ne in oratione queras inanem gloriam, sed Deo placere, & ab eo videri. 1567. A

Ibid. *Nolite solliciti esse anima vestre dicentes, quid manducabimus.* immoderata scilicet & superflua sollicitudine: moderatam enim sollicitudinem Dominus non reprehendit. 1261.D

7. *Quam angusta porta est, & arcta via, quae ducit ad vitam, & c.* natura sua lex Christi difficilis est, scilicet,

& ex natura humanae corruptione: sed per gratiam facilis est. 1163. D

9. *Non veni vocare iustos sed peccatores.* i. veni hortari eos ad penitentiam qui egent, non qui non egent. 98. D. defenditur hic locus contra haereticos. ibid.

10. *Nihil tuleritis in via, non peram, non pecuniam, &c.* eo scilicet tempore, quo in terra promissionis estis futuri sed post Christi passionem Apostoli temporalia habere poterunt. 112. A. Mattheus c. 10. & Marcus c. 6. concordantur, dum ille Christum praecipisse Apostolis ne virgam ferrent, hic vero ut ferrent, scripsit. Nam prior de virga corporali posterior de spirituali. i. potestate Apostolica locutus est, propter quam Apostolis debebantur alimenta. 768. A

11. *Et si vultis recipere, ipse est Helias, qui venturus est.* i. si vultis aliquem Heliam in primo aduentu recipere, recipite Ioannem. 643. B

Ibid. *Et tu Capernaum nunquid usque ad caelum exaltaberis, usque ad infernum descendes?* indicat Dominus illam urbem tam profundè descensuram, quam altè videbatur exaltata. 397. C. D

Ibid. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* per æternam generationem, vel, per vnionem hypostaticam ratione humanitatis. 372. A

12. *Qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro.* exponitur de Purgatorio, & defenditur contra calumnias haereticorum. 1322. 1333. itaque sensus est. Peccatum in Spiritum sanctum non remittitur in hoc saeculo, neque in futuro, neque quantum ad poenam, neque quantum ad culpam, cum alia peccata remittantur in hoc saeculo, quoad culpam, & in alio quoad poenam, ut mortalia, vel & hic & ibi quoad culpam & poenam, ut venialia. ibid. Sed peccatum in Spiritum sanctum hoc loco irremissibile dicitur, quia difficulter remittitur, quamuis etiam remitti possit. 48. C. D

Ibid. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terra.* locum denotat sub terram profundissimum, qualis non est sepulchrum, sed limbus. 401. B

13. Parabola zizaniorum ita explicatur, ut mali omnes siue haeretici sint siue non, ea parabola comprehendi significantur. 920. C. D. & per eam non prohiberi, quominus in haereticos gladio animaduertere liceat. 1318. D. 1319. A. B

Ibid. *Qui habet aures audiendi audiat.* monet omnes, ut vtantur facultate quam habent. 1120. C

14. *Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas.* hoc non curiositati D. Petri, sed fidei singulari tribuendum est. 531. C

15. *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* reprehendit Christus traditiones recentiorum Iudaeorum, quarum aliquae erant perniciosae, aliæ inanes. 178. A. B

15. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.* agit de his qui ore profitentur pietatem, & factis contrarium agunt. 112. C. vel de his qui dum orant, non attendunt quid dicant. ibid. D

Ibid. *Sine causa autem colunt me seruantes doctrinas & mandata hominum.* contraria scilicet diuinæ legi. 773. D

16. *Tu es Christus filius Dei viui.* hic Christum verum Dei filium & naturalem Petrus monstratur asserere. 223. A & quavis ante Petrum, Christum alij filium Dei confessi essent, eos tamen non intellexisse Christum esse filium Dei verum & naturalem, sed similem aliis sanctis eius: Petrus autem hoc mysterium primus intellexit, & primus confessus est. 512. A. B

Ibid. *Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni caelorum, &c.* ho-

rum verborum sensus esse declaratur, ut sub duabus metaphoris: fundamētū scilicet adificiue, & clauium, D. Petro promissus sit totius Ecclesiae principatus. 481. 482. 483. 484. ex hoc loco item ostenditur infallibilitas fidei tam in Petro, quam in eius successoribus. 714. A. B. C

Ibid. *Et porta inferi non praeualebunt aduersus eam.* hic speciali priuilegio promissum est Petro, sedem in eius nunquam ruituram. 512. B

Ibid. *Tibi dabo claves regni caelorum.* i. potestatem soluendi à peccatis, & omnibus aliis vinculis, quæ nisi tollantur, non potest intrari in regnum caelorum. 129. D

Ibid. *Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis.* datur Petro potestas praecipendi, puniendi, dispensandi, remittendi, & sit iudex omnium qui sunt in Ecclesia. 498. B

Ibid. *Quodcumque ligaueris super terram, i. quaecumque legem fidelibus impoueris, erit ligatum & in caelis, eā Christus ratam habebit.* 762. D

Ibid. *Abstine à te Domine, nō erit tibi hoc.* Error est Apostolicus, sed de pietatis affectu veniens, & non incentiuum diaboli. 531. D

Ibid. *Vade retro me Satana, scandalum mihi es, non errabit circa fidem, sed, aliquid ignorauit Petrus.* 486. B. neque Satā hic diabolus, sed aduersarius indicat, quo nomine vocatur Petrus, quia ex propria infirmitate de Christi passione offenditur. 489. C

Ibid. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* i. qui vult me sequi, valdecat suo iudicio, & suis affectibus, & accommodet se alterius iudicio & voluntati. 1191. A. hoc autem extra necessitatis articulum consilium est, non praecceptum. 1184. C. tollat crucem suam. i. sit similis crucifixo. ibid. D

17. *Bonum est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula.* Petrus in hoc mentis excessu errare potuit, peccare non potuit, bonum autem erat quod Petrus petebat, sed non ordinatum. 531. D. 532. A

Ibid. *Helias quidem venturus est, & restituet omnia.* loquitur de Helia particulari, qui apparuerat in transfiguratione. 643. A

Ibid. *Dico autem vobis, quia Helias iā venit, & non cognouerunt eum, in simili scilicet. i. Ioanne Baptista.* 630. C

Ibid. *Reges gentium à quibus accipiunt tributum, à suis, an ab alienis?* Respondit Simon: ab alienis. At Dominus. Ergo liberi sunt filij. de ipso ibidem loquitur Dominus solum. 1117. B. C. D

18. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* Iubet Christus deferri ad Ecclesiam. i. Ecclesiae pastores iniurias priuatas, multò magis publicas, qualis est haeresis: ad quos spectat de iis iudicare, ad alios autē obedire, si salui esse velint. 129. D. & sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. i. eic⁹ de populo Dei. 925. B

Ibid. *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego in medio eorum sum.* i. congregati ab eo qui habet à Christo auctoritatem congregandi. 837. D. vel sic, Si duo vel tres congregati in nomine meo obtinent, quod petunt, à Deo, quantum magis episcopi omnes obtinebunt sapientiam & lumen ad ea iudicanda, quæ ad totam Ecclesiam pertinent? 867. D. 868. A. vel *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* per gratiam scilicet & auxilium. 372. D. ex hoc item loco Christi immētas colligitur. 1242. B. non tamen vbiq; esse secundum humanitatem rectè colligitur. 372. D

Ibid. *Quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo, & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo.* exponitur hic locus de potestate ordinis & iurisdictionis Apostolis collata post resurrectionem. 493. A

19. *Vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, horta-* tur Dominus in hoc loco non solum ad opes relinquendas, sed ad vouendam paupertatem. 1180. C

Ibid. *Si vis perfectus esse vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus.* id est, si non es contentus vita aeterna, sed aspiras ad excellentem gradum in ipsa vita aeterna: vade, &c. denique totus hic locus fusè exponitur ad statuendam voluntariam paupertatem, & religionis votum. 1147. D. 1148. A

Ibid. *Et sequere me.* id est, esto obediens mihi vsque ad mortem. 1150. D

Ibid. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum,* loquitur de facilitate seu possibilitate humana, non diuina. 1159. A

Ibid. *Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum.* introducit scilicet camelum existentem camelum per foramen acus, & diuitem, in regnum caelorum. ibid. B

Ibid. *Ecece nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* id est, ecce nos fecimus, quia iuuenis ille facere noluit, quid ergo nobis dabis? *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione, &c.* hac superiora à Domino dicta esse serid iuueni illi, qui Christum interrogauerat, probant, quæ non dicta esse solis Apostolis ostendit. 1149. A

Ibid. *Et sunt Eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum caelorum.* hi Eunuchi sunt qui voto edito non possunt non continere. 1191. D. 1192. A. defenditur hic locus contra calumnias Petri Martyris. 1192. B. C

Ibid. *Qui potest capere capiat.* id est, qui voluerit esse continens, erit si velit. 1218. D. 1219. A. vel qui Dei dono sentiant sibi persuaderi, vt continent, approbent hoc dictum, vel qui habet mentem & iudicium sanum intellegat, iudicet, approbet hoc. 1220. B. C

20. *Reges gentium dominantur eorum,* Graec. *οὐκ αὐτοὶ κυβερνοῦντες αὐτοῦ.* id est, violentur dominantur, vt qui tyranni potius sint, quam reges. 806. C. D. atque aded indicat suos debere praesse nō more regum sed patrum. ibid. *vos autem non sic humiliatim docet, quæ virtus cum superbia pugnat, non cum potestate.* 1703. A

Ibid. *Sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meum, qui iustus sum, dare vobis, amicis seu affinis, sed quibus paratum est à Patre meo, is scilicet qui merebuntur.* 277. D

22. *Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo:* tributa Caesari, & decimas Deo. 1105. C. 1106. C. vel reddite Caesari, quæ Caesari iure debentur. 788. C

Ibid. *Multi sunt vocati pauci vero electi.* id est, in Ecclesia, quam plurimi sunt, qui non sunt de praedestinati. 927. A

Ibid. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tuo, & ex omnibus viribus tuis.* id est, verè, sincerè, non fictè, non simulatè: hoc praecceptum fusè declaratur. 1159. 1160. vel amore praecipuo, nihil ei in amore anteponendo, vel aquado. 1162. B

23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei.* significat mala vita sacerdotum non obstante, sequendam eorum esse doctrinam. 130. A

Ibid. *Alligant onera grauiora & importabilia.* i. praecipunt. 498. B. ligare enim hic significat legem imponere. 764. C

Ibid. *Vos autem nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester Christus.* prohibet Christus ambitionem, & affectionem honoris magistri. 141. B

Ibid. *Vae vobis Scribae & Pharisei hypocritae, qui edificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, &c.* Reprehendit eos, quod non imitarentur eos, quorum monumenta ornabant, sed potius eos, qui illos occiderunt. 1501. A

Ibid. *Stulti & caeci quid enim manus est aurum, an templum quod sanctificat illud?* vult Dominus templum lapideum nobilius esse auro, quod videlicet illud auro communicet sanctitatem. 1582. C

Ibid. *Ecece ego mitto ad vos prophetas & sapientes & Scribas, & ex illis occidentis, & crucifigentis, aliquos scilicet, non omnes: non enim Iudaei omnes Apostolos occiderunt.* 554. B

24. *Multi venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus.* 1. vsurpauit sibi Christi nomen, vt fecit Simon magus. 669. D

Ibid. *Praedicabitur hoc Euangelium regni in toto mundo, & tunc veniet consummatio.* proprie, non per synecdochen hoc esse intelligendum demonstratur, ita vt nulla pars mundi sit, ad quam ante finem mundi Euangelium non peruenerit. 638. C. & tunc erit consummatio. i. Paulò post erit finis mundi. 649. D

Ibid. *Dabunt signa & prodigia, dabunt Antichristus & eius ministri.* 670. C. ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, significat eo tempore multos electos futuros, qui Antichristi miraculis seduci se non parientur. 578. D. 679. A

Ibid. *Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire,* loquitur de Antichristo, & mysticè de dogmatibus, haereticorum & ethnicorum. 1254. C. D

Ibid. *Sicut fulgur exiit ab Oriente, & parat vsque in Occidentem, ita & aduentus filij hominis.* quia scilicet, ex oriente venturus est ad iudicium, inde est quod ad orientem oramus. 1566. B

Ibid. *Tunc apparebit signum filij hominis in caelo.* id est, vera crux ex omnibus suis partibus redintegrata: vel imago ipsius apparebit in aere. 1553. C

Ibid. *De die illo nemo scit, neque Angeli, neque filius, nisi solus Pater.* Filius nescit, vt homo. 242. C. vel nescit, ad dicendum aliis, & alios nescire facit. 386. D

Ibid. *Nisi solus Pater.* solus Pater scire dicitur, quia fecit scire Christum hominem; quod autem Patri conuenit, conuenit aliis personis eiusdem naturæ. 387. D

25. *Ita in ignem aeternum. Esurium enim, & non deditis mihi manducare.* enumerat opera minora, vt inde colligamus, quid de maioribus sit sentiendum. 1595. D

26. *Assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem, & tunc cepit melsus esse.* Quare tunc cepit, nisi quia voluit? 394. D. denique de hoc loco & pauore mortis Christi fusè disputatur. 393. D. & 394. C. D

Ibid. *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* fides est à postoli Petri, & ardens affectus erga Saluatorem, non temeritas aut mendacium. 533. A

Ibid. *Pater si possibile est, id est, si placet tibi, transfer calicem à me.* ostendit affectum naturalem ad fugiendam mortem coniunctum cum subiectione ad paternam voluntatem. 387. D

Ibid. *Qui acceperit gladium, gladio peribit.* i. qui eadem iniustam fecerit, debet à magistratu pariter occidi. 1191. A. B.

27. *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* De reliquit Deitas humanitatem in pœnis, & cum posset eam eripere, noluit, vt sacrificium perticeretur, quo mundus redimendus erat. 394. D. 395. A

28. *Baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,* copulat Spiritum sanctum cum Patre & filio, vt Deus verus esse intelligatur. 265. D

Ibid. *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.* id est, sicut in caelo rex sum Angelorum, ita per fidem regnabo in cordibus hominum. 793. D. vel hæc dicuntur de Christo quia homo erat, non quia Deus. 242. D vel significatur Christi humanitatem omnibus creaturis praesse. 372. A. vel habere potestatem diuinam simillimā, quæ nō potest comunicari creaturæ. 793. D

Ibid. *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi:*

per gratiam scilicet & auxilium, ad quod non requiritur praesentia corporalis. 372. D
 M A R C V S.
 14. *Bibite ex hoc omnes.* Apostoli scilicet, non omnes absoluntur fideles. 122. B
 15. *Et valde mande vna Sabbathorum.* id est, prima die septimana, quae nobis est Dominica. 161. B
 Ibid. *Surrexit, non est hic.* localiter, & ut homo: & proinde ex hoc loco destruitur ubiquitas corporis Christi. 361. C
 Ibid. *Et Dominus Iesus ascendit in caelum, & sedet a dextris Dei.* id est, pari potentia & honore regnat, iudicat, & gubernat omnia cum ipso Patre. 370. B. C. quod secundum humanitatem intelligendum est ratione suppositi, non ratione humanitatis. ibid. D
 L V C A S.
 1. *Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum, & ipse praecedet ante illum.* Dominum Deum Israel scilicet: is autem ante quem praecessit Ioannes est Christus, ex quo sequitur Christum esse Deum Israel. 224. B. C
 Ibid. *Tu puer Propheta altissimi vocaberis.* id est, Christi, qui altissimus, id est, verè Deus est. 239. B
 Ibid. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoscit id est, non licet mihi cognoscere: cur autem non liceret, nulla ratio reddi potest nisi votum.* 117. C. D. defenditur hic locus pro voto virginis B. Virginis contra calumnias Caluini & Martyris. 1188. 1189.
 Ibid. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi,* id est, verbum Dei, quod in vterum virginis descendit, ibique carnem induit. 223. C
 Ibid. *Ideoque & quod nascetur ex te, vocabitur filius Dei.* Christus igitur idem filius & Dei & virginis. 346. A
 Ibid. *Dabit ei Dominus Deus sedem David Patris eius,* conciliatur cum Hier. c. 22. *Nec erit de semine eius vir, qui sedeat super solium David.* Nam Lucas de regno spiritali, Hieremias de carnali loquitur. 791. D
 Ibid. *Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt.* id est, omnium Prophetarum. 11. A
 2. *Natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus.* iam tunc igitur erat vnctus, i. plenus omni gratia. 381. A
 Ibid. *In terra pax hominibus bonae voluntatis.* Dei scilicet erga homines. Gra. *Adoula,* id est, beneplacitum Dei, scilicet erga homines. 89. B
 Ibid. *Puer autem crescebat corpore, & confortabatur spiritu, non extrinsecus adueniente, sed qui in ipso iam erat: & implebatur sapientia, non aliunde adscita, sed ea quae in ipso erat diffundente se, & gratia Dei erat in eo, eum fouens & dirigens.* 387. B. C
 Ibid. *Iesus autem proficiebat sapientia, aetate, & gratia,* opinione scilicet hominum, quibus magis in dies aperiebat sapientiam suam. ibid. D. *apud Deum & homines,* quia scilicet faciebat opera maxime meritoria tam iudicio hominum quam Dei. 386. A
 3. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto.* interiori scilicet, vbi nulli aut rarissimi penetrabant. 1251. A
 Ibid. *Neminem concutiatis, nulli calumniam faciatis, contenti estote stipendiis vestris.* prohibet iniurias militum, innocentibus, vi vel fraude, in personis, vel in bonis factas. 1301. B.
 5. *Ascendit autem in vnam nauim, quae erat Simonis, & docebat ex nauicula turbas.* ut scilicet intelligeremus in ea tantum Ecclesia esse & docere Christum, cuius gubernator est Petrus. 1136. Itaque tota haec parabola, sicut & alia quae habetur Ioan. 21. ibidem explicatur ad declarandum duas D. Petri maximas prerogatiuas. 513. A. B. C. D. & 514. A
 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* vsuræ hinc prohibitio colligitur, quamuis secundum alios consilium de-

tur diuitibus, vt mutuent sine spe recuperandi sortem. 1174. C
 9. *Qui non est contra vos, pro vobis est.* indicat extra Ecclesiam posse esse aliqua dona Dei. 169. A
 Ibid. *Sine vt vadam & sepeliam patrem meum* id est, vt maneam cum patre meo vsque ad mortem eius. *sine mortuos sepelire mortuos suos.* id est, non teneris ei adesse, cum habeat alios, qui eius curam gerunt. 142. D
 10. *Optimam partem elegit sibi Maria.* non tu, inquit, malam, sed illa meliorem. 1641. B
 11. *Quantò magis Pater vester caelestis dabit spiritum bonum petentibus se.* loquitur de Spiritu gratiae necessitate ad salutem. 131. D
 Ibid. *Nescitis cuius spiritus estis.* arguit Christus discipulos, quòd amore vindictæ cupiebant Samaritanos comburi, quia Ecclesia haereticos non persequitur, sed zelo salutis animarum. 1318. B
 Ibid. *Professo testificamini, quia consentitis operibus patrum vestrorum, quia illi Prophetas occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulchra:* consentitis, inquit, quia illi occiderunt ex superbia prophetas, vos etiam ex superbia & ambitione sepulchra eorum edificatis. 1501. B
 12. *O homo, quis me iudicem constituit, aut diuisorem inter vos?* quasi dicat, neque respública, neque imperator me iudicem elegit: & propterea Christus non fuit rex vel iudex electione hominum. 791. D
 Ibid. *Quis est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* is dispensator quilibet est episcopus, & inter ceteros Romanus summus oeconomicus in tota Ecclesia. haec autem verba dicuntur Petro, & de ipso Petro, & per eum iis, qui ei in suo ordine successerunt, & per haec verba indicat Christum se vnum seruum domui suae praepositurum, qui à se solo iudicari possit. 473. D
 Ibid. *Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & c. veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & c. sibi Dominus seruat serui illius iudicium, quem super vniuersam familiam suam ipse constituit, & proinde nemo potest illum iudicare.* 473. C. 682. A
 13. *Oportet me hodie, & cras & perendie ambulare.* id est, tres dies in itinere Hierosolymitano consumere, vel adhuc modicum superuiuere. 649. A
 Ibid. *Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, adhuc autem & animam suam, non potest me esse discipulus.* in preparatione animi scilicet. 1112. n. nam non potest Christi esse discipulus, qui non est paratus carere potius vxore, liberis, & omnibus, quam Christo. 1761. D
 14. *Qui non renunciat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.* loquitur etiam hic Dominus de preparatione animi. 1159. B
 16. *Redde rationem villicationis tuae, iam non poteris villicare.* per depositionem à villicatione mortem: & per non posse villicare, non posse mereri & lucrari, intellegit. 1479. C
 Ibid. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* deficere est mori, & amici sunt Sancti, qui cum Christo regnant: atque adeò hinc sequitur, homines post mortem inuerti precibus Sanctorum, hortatur Dominus, vt elemosyna potius detur bonis quam malis. 1350. C. D
 Ibid. *Et in his omnibus inter omnes nos & vos Chaos magnum.* Gra. *χάσμα,* id est, hiatus. ex quo apparet nihil solidi interiectum fuisse inter infernum & limbum. 399. 12.
 17. *Cum feceritis omnia, quae praecpta sunt vobis, dicit, serui inuiles sumus.* non agit de his qui seruāt consilia, & nò dicit, serui inuiles estis, sed sumus, vt nos ad hu-

militem excitaret. 1164. D. 1165. A
 Ibid. *Regnum Dei non venit cum obseruatione.* Ecce enim regnum Dei intra vos est, id est, gratia vel Christus ipse, quasi dicat iam aduenit Messias, iam praesens est. 956. B.
 18. *Filius hominis cum veniet, putas inueniet fidem in terra?* eximiam scilicet quandam fidem, quae in paucis reperitur, & in paucioribus in fine mundi reperitur. 960. D
 Ibid. *Quid me dicis bonum, nemo bonus, nisi solus Deus,* loquitur ad eius mentem, qui eum nò putabat Deum. 243. C
 21. *Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum, & tempus appropinquabit.* multorum scilicet seductorum, qui sibi nomen Christi vsurpabant, vt Simon Magus, Menander, & multi alij. 271. A
 21. *In qua necesse erat occidi Pascha.* id est, agnum Paschalem. 1613. D
 Ibid. *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic.* indicat suis praesururum vnum, sed non more regum, sed suo. 475. D
 Ibid. *Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum, ego autem orani pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* de hoc loco fusè disseritur, & in summa haec dicuntur. Duo priuilegia hac oratione Christus Petro impetrauit, alterum est, vt nunquam posset fidem amittere, alterum est, vt nunquam in sede eius inueniretur, qui doceret contra veram fidem. 712. 213. 714. *conuersus confirma, & c.* tu cuius fides non potest deficere, cum videris aliquos nutantes, & vacillantes, confirma eos ad eos conuersus. 855. C. D. ostendit item his verbis Petrum fore principem, & caput fratrum suorum. 1513. D. *Et orani pro te vt non deficiat fides tua.* id est, vt saltem in throno tuo non deficiat praedicatione veræ fidei. 712. A. ex hoc item loco deducitur Pontificem ex cathedra docentem errare non posse. 131. A
 Ibid. *Qui nò habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.* i. eritis in his angustiis, in quibus sunt, qui tunicam vendunt, vt emant gladium. 694. A. vel eritis tales, quales, ij sunt, qui nulli fidunt, sed sibi prospiciunt. 1167. C. *Domine ecce gladius duo hic, satis est,* in Ecclesia est duplex gladius spiritualis & temporalis, qui Ecclesiae nutu ad iustum imperatoris mouendus est. 797. D
 23. *Memento mei, dum veneris in regnum tuum.* indicat post hanc vitam posse remitti peccata, & animas inuiri posse. 1351. B
 Ibid. *Hodie mecum eris in Paradiso.* id est, in caelorum regno, seu gloria caelesti. 1431. C. hoc verbum omnibus iustis dictum est. 414. D
 24. *Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam,* i. oportuit Christum vincere, & sic triumphare. 429. D
 IO A N N E S.
 1. *In principio erat verbum,* id est, Verbum non cepit esse, sed fuit semper. 241. B. *& Verbum erat apud Deum,* Patrem scilicet. *Et Deus erat verbum,* idem scilicet Deus qui & Pater, vel quoniam Verbum hoc, est Dei conceptus & notitia, sensus est, hoc Verbum est idem cum Deo, & proinde eiusdem substantia: *Omnia per ipsum facta sunt.* ergo id Verbum non est creatura, & proinde creator est, arque adeò verus Deus. 233. C. D. 241. B. *Omnia per ipsum facta sunt,* loquitur de creaturis solùm. 290. A
 Ibid. *Et sine ipso factum est nihil, quod factum est.* i. nulla res est quae sit facta, quae non sit facta per verbum. 235. D
 Ibid. *In mundo erat & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* id est, impij & mundi huius amatores Christum Deum non cognouerunt. 236. A
 Ibid. *Verbum caro factum est.* id est, Deus factus est homo. 346. A

Ibid. *Verbum caro factum est.* id est, hoc Verbum quod sic ab aeterno Deus erat, postea factum est caro, cum carnem assumpsit. 234. D. *Et habitauit in nobis,* quia nostra carne assumpta in ea habitare coepit. 343. D. *Verbum caro factum est.* quia cepit esse caro, quod antea non erat, non amisso eo quod erat. ibid.
 Ibid. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.* id est, vidimus eum gloriosum ad eum modum, quo decet esse gloriosum filium Patris vnigenitum. 377. D. *Plenum gratia & veritatis.* plenum coniungitur cum verbo incarnato, quia in instanti incarnationis Christi, humanitas eius omni gratia repleta fuit. 382. A
 Ibid. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* id est, quod Paulus ait, litera occidit, spiritus autem viuificat. 381. C. D
 Ibid. *Non enim ad mensuram dedit Deus spiritum,* nimirum filio suo. 382. B. C
 Ibid. *Ante me factus est.* i. praelatus & antepositus mihi.
 2. *Quòd signum ostendis nobis quia haec facis?* i. vnde scimus te esse Prophetam, & à Deo missum cum tali potestate? 792. B
 Ibid. *Soluite templum hoc.* hic probantur duæ in Christo naturae: nam etiam animus in corpore tanquam in suo tabernaculo habitat. 350. A. B
 3. *Non venit filius hominis, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.* id est, non vt iudicium damnationis, sed absolutionis ferat. 1197. B
 Ibid. *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo,* duæ ex hoc loco colliguntur in Christo esse naturae: diuina, qua ille est in caelo, & humana, qua videbatur & loquebatur. 340. A
 4. *Spiritus est Deus.* i. Deus est spiritualis natura. 266. D
 Ibid. *Mulier venit hora quando neque in monte neque Hierosolymis adorabitis patrem.* Significat tempore nouae legis Deum non adorandum ritu Samaritanorum, nec ritu Iudaico, sed nouo ritu, qui erit in spiritu & veritate, id est, qui praecipue consistet, in interna cognitione per dilectionem Dei. 1567. A
 Ibid. *Venit hora quando veri adorantes adorabunt Patrem in spiritu & veritate,* significat in Ecclesia praecipuum cultum futurum internum, non tamen sequitur externum cultum reiiciendum. 956. B. C
 5. *Scrutamini scripturas.* ex hoc loco scripturas difficiles esse monstratur, quia non dicit legite sed scrutamini. 117. D.
 Ibid. *Magis quarebant Iudaei cum interficere, quia Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo.* Si Christus aequalem se Deo praedicabat, ergo erat verus Deus sempiternus & altissimus. 224. C. Quod verum erat ex Iudaeorum opinione, & in rei veritate. ibid. D
 Ibid. *Sicut Pater quos vult viuificat, sic & filius quos vult viuificat, & Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.* & haec tripliciter data esse Christo declaratur. 1. per aeternam generationem, 2. in supposito, 3. exterius & visibiliter. 373. A. B
 Ibid. *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio,* id est, Pater, qui est inuisibilis non iudicabit, sed iudicium dabit filio qui est visibilis. ibid.
 Ibid. *Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem,* significat potentiam filij esse à Patre, & eandem esse cum potentia Patris. 234. B
 Ibid. *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio.* id est, vita data est filio à Patre quomodo ipse Pater habet vitam, & proinde aeternus est filius aequè ac Pater. 1289. B
 Ibid. *Ego testimonium ab homine non accipio.* Propter me scilicet, quasi eo indigeam: sed propter alios eo vtor. 141. C
 Ibid. *Alius est qui testimonium, & c. Pater qui est alius, à filio hic distinguitur.* 305. D

Ibid. *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum recipietis.* hic alius de quo Christus, loquitur, est Antichristus, quem Iudaei pro Messia recipient. 269. C

6. *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam, id est, primaria intentione quarite cibum spiritualem, secundaria corporalem.* 1261. C

Ibid. *Descendi de caelo, per naturam humanam assumptionem, non ut faciam voluntatem meam, quam habeo ut homo, sed eius qui misit me patris, quam scilicet eandem ego habeo cum illo, ut Deus.* 272. B. C

Ibid. *Nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei, hoc dixit Petrus nomine omnium, quod Christus monuit non esse verum de omnibus. Nam Iudas non credebat.* 490. A

Ibid. *Iesus autem cum cognouisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit, apparet eum noluisse acceptare electionem in regem.* 791. D

7. *Si quis voluerit voluntatem eius facere qui misit me, agnoscat de doctrina mea, an ex Deo sit, docet viros probos carere impedimentis quibusdam, propter quos alij quidam nec per se, nec per alios fidei veritatem intelligunt.* 141. D

Ibid. *Turbabac quae non nouit legem, id est, non intelligit legem sine interprete.* 103. B

18. *Principium qui est & loquitur vobis.* Significat se esse principium de principio, sicut est Deus de Deo. 307. A

Ibid. *Pono animam meam, id est, morior, & resumam animam, id est, resurgo.* 425. A. hoc autem hominis est, quamuis potestas Dei sit. ibid. B

Ibid. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* id est, vidi Abraham, quia antequam ille nasceretur, ego eram. 241. C. duae autem hic insinuantur Christi naturae: quia ut Deus fuisse dicitur ante Abraham, ut homo natus fuit sub Augusto. 340. B

9. *Me oportet operari donec dies est, id est, tempore huius vitae & usque ad mundi consummationem. venit nox, in qua nemo potest operari, id est, tempus vitae futurae, quando iam sum in mundo, lux sum mundi.* Christus iam nunc est in mundo, quia adest nunc omnibus per gratiam, & lucet iustis & impiis: post diem iudicij non erit amplius in mundo, quia non lucebit impiis. 269. D

Ibid. *Venit nox, in qua nemo potest operari, id est, post mortem opera meritoria fieri non possunt.* 1379. B

Ibid. *Tu credis in filium Dei? Respondit ille. Quis est Domine, ut credam in eum? Dixit ei Iesus. Et vidiisti eum, qui loquitur tecum, ipse est. hinc clarè perspicitur vnam esse Dei & hominis personam. Nam qui videtur & loquitur, homo est, in quem verò credendum est, Deus est.* 146. B

10. *Oves mea vocem meam audiunt.* loquitur de praedestinati, qui ante mortem audiunt vocationem Dei, & eam perseveranter sequuntur. 141. D. 142. A

Ibid. *Alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, id est, alios homines praeter Iudaeos congregandos in Ecclesiam, de populo gentili & Iudaeorum loquitur.* 472. D

Ibid. *Et fiet unus ovile & unus pastor.* hoc de pastore seculari, id est D. Petro & successoribus exponitur. ibid. C

Ibid. *Ego & pater unum sumus.* probatur hic locus intelligendus de vnitatem essentiae. 215. B. unum sumus, id est, unum ens, vna essentia, & vnus Deus. 226. de hoc loco agitur subtilitè tanquam de singulari Christi diuinitatis ariete. 225. 226.

Ibid. *Si ergo eos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemias, quia dixi filius Dei sum.* i. si illi possunt appellari dii, qui dono gratiae participant deitatem, quanto magis ego possum dici verè Deus, licet homo sim, cum Pater me singulari dono sanctificauit.

rit, vniendo naturam meam humanam hypostasim Verbi sui. 225. C. D

Ibid. *Si illos dixit Deos, ad quos Dei sermo factus est, id est, si principes Deus vocat Deos, quia ad illos mandatum Dei factum est, ut iudicent suo loco, cur non magis, &c.* 1275. A

13. *Non lauabis mihi pedes in aeternum, amoris hoc non parui, & reuerentiae argumentum fuit, 32. D. in aeternum, id est, toto tempore huius vitae.* 1334. A

Ibid. *Qui lotus est, non indiget, ut iterum lauet, indicat hic nullum esse rebaptizandum in Ecclesia.* 149. A. B

14. *Creditis in Deum, & in me credite, id est, si in Deum creditis, debetis etiam in me credere.* 226. D. ex hoc loco Christus verus Deus Israel demonstratur. ibid.

Ibid. *Si cognouissetis me, & Patrem utique cognouissetis: & Philippe qui videt me, videt & patrem meum, aperte Christus se unum Deum cum Patre esse conuincit, significat se esse verum Deum & unum cum Patre, & in cognitione sui, sicut & Patris, beatitudinem consistere.* 227. A. B

Ibid. *Spiritus sanctus suggeret vobis omnia, quaecumque dixerero vobis, id est, ea quae nunc à me auditis, & non intelligitis: Spiritus sanctus in memoriam vobis reuocabit & explicabit 98. D. Defenditur hic locus, tanquam à Graeco ritè expressus.* 99. A

Ibid. *Pater maior me est, ratione, scilicet, humanam naturam, quae opinio magis probatur: quam alia de excellentia Patris ratione principij.* 272. D

15. *Cum venerit Paracletus, quem ego mitto vobis à Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, non excludendo tamen Filium, sed quia Pater est principalis auctor.* 328. A. B. Ex hoc loco etiam Spiritus sanctus etiam à Patre & Filio distinctus demonstratur. 289. C. D. & procedere à Filio. 306. D. docebit vos omnem veritatem, ut nimirum necessaria ad salutem. 721. C. & non tantum vos, sed & successores vestros episcopos in unum congregatos docebit ille omnem veritatem. 863. C

Ibid. *Ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, id est, in veteri Testamento.* 110. D

Ibid. *Vos autem dixi amicos, quia omnia quae audivi à Patre meo nota feci vobis, quae, scilicet, audiuerat ad dicendum illis.* 387. A

16. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet scientiam, scilicet, & essentiam, 227. D. 310. D. vel accipiet quod est mihi commune cum Patre.* 311. B

Ibid. *Omnia quae habet Pater mea sunt, ergo etiam Christus est principium Spiritus sancti, sicut & Pater. 310. C. vel, Omnia quae habet Pater mea sunt, ergo essentiam Patris habet Filius.* 227. C. D

17. *Hec est vita aeterna, id est, via & ratio in hoc mundo perueniendi ad vitam aeternam, ut cognoscant, homines per fidem, te solum verum Deum, Patrem, qui es Deus ille, qui solus habet veram deitatem, Et quem misisti Iesum Christum, mediatorem Dei & hominum 274. A. B. C. & sic Deus Pater dicitur esse solus Deus verus, quia habet eam deitatem, quae sola est vera, quae tamen communis est Filio & Spiritui sancto.* 209. D

Ibid. *Et sint unum sicut & nos unum* hoc loco significat vnitatem concordiae in Apostolis. 226. C

Ibid. *Omnia tua mea sunt, id est, quicquid habet Pater, habet & Filius, excepta relatione.* 340. C

Ibid. *Clarifica me Pater claritate quam habui apud te.* Postulari à Deo gloriam resurrectionis, & nominis exaltationem. 431. A

18. *Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, discipuli amore & humilitatem considera: alterum enim, id est, ferire Malchum, ex diligenti seruo alterum, id est, reponere gladium, ex obedientia fecit.* 133. C. D

Ibid. *Ego palam locutus sum mundo, & in templo, quod omnes*

Iudei conveniunt, & in occulto locutus sum nihil, nihil dixi, quod non vbiq; dici possit. 189. A

19. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Ego quidem sum rex, sed regnū meum non constat opibus, honoribus, potentia mundana, &c. 792. A. vel est quidem in hoc mundo, sed non est tale regnū, quale tu putas. 904. B

Ibid. *Nos legem habemus, & secundū legē hanc debet mori, quia filium Dei se fecit.* Non accusauerunt Iudaei Christum, quod filium Dei adoptivum se diceret, sed naturalem, quam tamen obiectionem Christus non diluit. 223. B

Ibid. *Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* loquitur de permissione diuina, sine qua peccata non hnt, propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet, quia scilicet iste iustitia non exigente, sed odio impellente, tradidit me tibi. 611. D. 612. A

Ibid. *Accipit eam in sua, sic legendum ex Graeco monstratur.* 88. D

20. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* His verbis dedit Christus Apostolis clauem iurisdictionis. 493. B. & eos significat summa auctoritate Ecclesiastica praeditos. 782. A

Ibid. *Insufflauit & dixit, Accipite Spiritum sanctum, hoc indicat Spiritus sancti à Filio processione.* 312. B

Ibid. *Quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* his verbis à Christo Apostolis datur potestas ordinis ad remittenda peccata. 491. D. 492. A. 493. B

Ibid. *Dominus meus, & Deus meus.* Hic Thomam verum Deum Israelis Christum agnoscere probatur. 228. A. ex hoc enim loco duplex Christi natura demonstratur. 346. B. C

Ibid. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc, haec autem scripta sunt, ut credatis, quod Iesus est filius Dei, loquitur de miraculis Christi, non autem de dogmatibus fidei, & morū praeceptis. 176. C. dicitur autem, ut credatis quia Iesus est Christus filius Dei, pro eo quod est, ut non diuidatis Christum in duas personas, sed credatis eundem esse filium Dei, & Mariam.* 346. C

21. *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, significat Petrum esse qui homines de mundo ad fidē Christi & Ecclesiam militantem trahit, & eos regens ad Ecclesiam triumphantem perducit.* 513. C

Ibid. *Simon Ioannis pasce oves meas, hoc est, Petro & successoribus eius commissum est, ut doceant omnes Christianos. 130. C. hunc etiam in fide errare non posse ex hoc loco probatur.* 695. C. D

Ibid. *Pasce oves meas, hoc soli Petro, non autem aliis Apostolis dictum demonstratur, & verbo, pasce, traditam illi summam Ecclesiasticam potestatem, & per oves meas, vniuersam Christi Ecclesiam esse designatam.* 499. 500. 501. 503. 504. ex hoc item loco Rom. Pont. in regimine vniuersalis Ecclesiae D. Petro iure diuino succedere demonstratur. 555. 556. 557. item, triplex potestas Petro his verbis data est, circa lupos, i. haereticos, ut eos arceat, circa arietes, i. malos principes, ut eos recludat, circa oves, i. fideles, ut eis pabula conuenientia tribuat. 799. B. C. Vide item de hoc loco quatenus per eum Petrus & eius successores controuersiarum iudices constituuntur. 130. C

Ibid. *Dixit Iesus Petro, Sequere me, haec verba de officio pastoralis, vel de mortis similitudine exponuntur.* 14. C. quasi dictum sit, esto id quod fui & viuus & mortuus. 167.

Ibid. *Hic autem quid, Quid ad restu me sequere, ex nimia charitate Petri in Ioannem, hac interrogatio profecta est: existimabat enim Petrus Ioannem cupere, sed non audere eum interrogare.* 534. A. B

ACTA APOSTOL.

1. *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad vltimum terrae.* significat primò predicandum Iudaeis, postea Samaritanis, denique Gentibus. 508. B. C

Ibid. *Cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est vndecim.* Graecè est *ἡ σικυραία*, i. suffragis additus est: & significat coaptare, quomodocumque id fiat. 1047. D

2. *Dum complerentur dies Pentecostes, i. ipso die Pentecostes Iudaeorum.* 1618. B

Ibid. *Hunc definito consilio & praescientia Dei interemistis.* Graecè *ἠετορήθη βέβη*, id est, diuina ordinatione. 99. B

Ibid. *Quem Deus suscitauit à mortuis, soluit dolores inferni, i. irritis effectis, Solut enim Christus dolores inferni, non quibus ipse tenebatur, sed ne iisdem teneretur.* 395. A. vel secundum alium sensum, Christus cum descendit ad inferos, multos liberavit à cruciatibus inferni, i. purgatorij. 1351. B

Ibid. *Non relinques animam meam in inferno, hunc locum contra Bezam agere de descensu animae Christi ad inferos, fusiussimè auctor defendit.* 401. C. D. 402. A

Ibid. *Dextera igitur Dei exaltatus, ut homo, scilicet, effudit hoc donum, ut Deus, sic ergo Christus Deus & homo, ut est, hic dicitur.* 340. C

Ibid. *Certissime sciat omnis domus Israel, quia & dominum & Christum fecit hunc Iesum.* ratione humanitatis. 275. B. C

Ibid. *Et erant perseverantes in doctrina Apostolorum, i. discabant quae nondum audierat de mysterijs Christi.* 179. B

3. *Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do.* Petrus primum miraculum edidit in confirmatione pedum, ut ostenderet se fundamentum esse totius Ecclesiae. 515. A

Ibid. *Quem oportet caelum suscipere usque ad tempora restitutionis omnium.* Significat Christum non venturum publicè & coram omnibus, nisi in die iudicij. 542. D. vel quod eum ratione humanitatis caelum suscipit, ut locus locatum. 366. A

4. *Nec quisquam eorum quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, id est, ex voto factum esse ostenditur, atque ad eam vitam illam communem à principio Ecclesiae in vñ fuisse monstratur.* 1180. D. 1181. A

5. *Fraudauit de pretio agri, conscia uxore sua, non fraudasse diceretur, nisi rem iam oblatam promissione, surripuisset.* 1181. B

Ibid. *Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? id est, fallere fidē datam Spiritui sancto.* ibid.

Ibid. *Non es mentuus hominibus, sed Deo.* Hic Spiritum sanctum Deum Scriptura appellat. 266. C

6. *Audiuimus eum dicentem quoniam Iesus, & c. & mutabit traditionem Moysis, id est, legem scriptam.* 149. C

Ibid. *Domine Iesu, suscipe spiritum meum, ostenditur, S. Stephanum Christum verè innocasse contra T. tanfiluanos.* 245. A. B

Ibid. *Non est aequū nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* Significant se maiora non debere deserere, ut in minoribus occupentur, quamuis etiam in temporalibus toti illi Ecclesiae praesiderent. 807. A. B

Ibid. *Considerate viros boni testimonij scriptem, quos constituimus super hoc opus.* tribuunt Apostoli solum populo, ut quarat, & offerat aliquos idoneos ad illud munus, sed oblatos non populus, sed Apostoli diaconos constituerunt. 461. D. 462. A

7. *Affixit patres nostros, ut exponerent infantem suum, ne uisificarentur, i. ut occideretur ad vñ omnes.* 404. C. D

8. *Cum audissent Apostoli, & c. miserunt ad eos Petrum & Ioannem, missio non significat semper subiectionem*

in eo, qui mittitur, cum pat in parem, & minor maiorem aliquando mittat. 508. B. C.

9. *Loquebatur quoque Gentibus, & disputabat cum Graecis.* fidem ab eorum calumniis defendendo, vel cum Iudaeis qui Graecè loquebantur. 515. D

Ibid. *Factum est cum Petrus transiret per omnes,* tanquam dux in exercitu ambulans. ibid. A

10. *Occide & manduca.* capitis est māducare, & per manducationem traicere in stomachum: sic Petrus tanquam caput Ecclesiae infideles conuertit, & efficit membra Ecclesiae. 496. B. & indicat peccatores à D. Petro occidendos peccata eorum conterendo. 1471. B

Ibid. *Et dum intra se haereret Petrus, quidnam esset visio quam vidisset, &c.* hanc visionem habuit Petrus partim propter se vt scilicet ipse intelligeret, tempus esse tūc gentibus praedicandi, partim propter alios, vt polleret eis satisfacere, qui eum reprehensuri erant. 508. B. C

Ibid. *Cornelius procidens adorauit eum, & Petrus crexit eum, &c.* Cornelius in Petro aliquid diuinum existimauit, & ideo correctus fuit. 1464. B

13. *Et orantes, imponentesque eis manus.* 786. 191. 189. 190. Chrysol. hic ritus est ordinatio. 1047. D

14. *Et cum constitissent illis per singulas ciuitates presbyteros,* id est, ordinassent, vel proprio suffragio creassent. Gr. 189. 190. 191. 192. ibid. C

15. *Vinum est spiritui sancto & nobis, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.* Cur haec mandauerint Apostoli traditur, & de toto hoc praeepto disputatur. 877. C. D

17. *Beroenses scrutabantur Scripturas an ita se haberent, quae Paulus praedicabat licet nondum Christianis examinare dicta pastorum, Christianis verò non licet.* 142. A. B

20. *Vna sabbati cum conuenissemus ad frangendum panem,* id est, die Dominico. 1611. A

Ibid. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos.* vniuerso non simpliciter, sed vniuerso gregi vobis commendato. 500. C

Ibid. *Spiritus sanctus posuit vos regere Ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo.* Deus & homo hic simul Christus dicitur: nam verus Deus, vt Deus, non habet sanguinem. 340. C. D

23. *Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant post se.* loquitur de hereticis qui non diu post ex Asia prodituri erant. 271. A. B

Ibid. *Beatus est dare, quam accipere.* quando, scilicet is qui recipit est indigens & imperfectus. 277. B

28. *Rogamus à te audire quae sentis: nam de sceta hac notum est nobis, quia vbiq; ei contradicitur.* Verba sunt Iudeorum, qui ad fidem Christi adhuc conuersi non fuerant, praeter quos multi alij Romae vivebant, quos Petrus conuerterat: significant autem se audiuisset praedicationem Christi, sed non adhuc planè fuisse conuersos. 552. B

AD ROMANOS.

1. *Qui praedestinatus est filius Dei,* id est, diuinitis ordinatum est ab aeterno, vt verbum Dei fieret homo. 99. D. hic locus optimè à Græco expressus esse monstratur. ibidem.

Ibid. *Qui factus est ei ex semine David,* loquitur de Christo homine. 259. A

Ibid. *Qui cum cognouissent, non intellexerunt, quoniam ueritalia agunt digni sunt morte.* i. cum cognouissent ueritatem, tamen propter affectus prauos excæcati, non potuerunt ferid sibi persuadere sic esse agendum. 99. D. hic etiã locus in editione vulgata melius haberi, quam in Græca, ostenditur. 100. A

3. *Arbitramur autem hominem iustificari sine operibus legis,* concordatur cum Iac. 2. videtis quoniam ex operibus

iustificatur homo, & nõ ex fide tantum. Nam Paulus loquitur de prima iustificatione, & de operibus, quae fiunt sine gratia: Iacobus autem de secunda iustificatione loquitur, & de operibus quae fiunt cum fide & auxilio gratiae Dei. 65. A. B

4. *Abraham non iustificatus est ex operibus.* id est, factis viribus propriis, vel legis veteris. 100. C. non addidimus verbum legis vt calumniatur Kemnitus. ibid.

7. *Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum.* concupiscentiam notat, quae postea etiam peccatum dicitur, quia ex peccato facta est. 697. D

Ibid. *Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est omnem concupiscentiam,* id est, lex vetans concupiscentiam fuit occasio accepta, non data, ad peccatum & incendens ad illud desiderium. 16. D. 17. A

Ibid. *Si quod nolo facio, iam non ego operor illud,* quis capiat, mihi esse peccatū quod ego non operor? 1209. D

Ibid. *Mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati.* loquitur de motibus inuoluntariis concupiscentiae, qui non sunt peccata sed pœnae à peccatis. 1164. B

8. *Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu.* qui gratia Dei muniti non consentiunt prauis motibus concupiscentiae, non peccant. 1364. C

Ibid. *Sapientia carnis inimica est Deo,* haec sapientia carnis si mens repugnat nostra non est. 1660. B

Ibid. *Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius.* nimirum viuum membrum. 928. 4

Ibid. *Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus.* id est, postulare nos facit. 28. C

9. *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula.* id est, Deus verus, quandoquidem super omnia, nihil est nisi summus Deus, & verus. 228. B. item hic duae Christi naturae declarantur. 346. D

10. *Ne dicas in corde tuo, quis descendet in abyssum, hoc est Christum à mortuis renouare,* abyssum vocat profundissimam voraginem, id est, inferorum loca, ad quae Christus uenisse probatur. 402. D. 403. A

Ibid. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt,* vt Deum scilicet, & primum honorū auctorem. 1479. C. per quod non excluditur Diuorum inuocatio. ibid.

11. *Si gratia, iam non est ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia.* malè à Græcis addi hęc, si autem ex operibus, iam non est gratia, probatur. 100. D

Ibid. *Concluserunt Deus in infidelitate.* aliquos ex gentibus, & aliquos ex Iudæis, vt omnium misereatur, nationum scilicet omnium siue Iudæorum, siue gentilium. permisit enim Deus gentes ante Christi aduentum in idololatriam ruere, & Iudæos in infidelitatem post Christi aduentum, vt omnes similiter conuertantur. 1377. A

Ibid. *Quoniam ex ipso, patre scilicet, & per ipsum filium videlicet, & in ipso, nempe Spiritu sancto, sunt omnia,* vel haec dicuntur de omnibus personis simul, sicque efficitur, vt hi tres sint vnus Deus. 248. B

12. *Habentes autem donationes secundum gratiam quae data est nobis differentes, siue Prophetiam secundum rationem fidei, &c.* Exponit vsum gratiarum gratis datarum, & docet Prophetiam, pro dono praedicandi futura, siue pro dono interpretandi Scripturas debere administrari secundum rationem fidei, ita vt nullus vaticinetur, nec dicat quicquam exponendo Scripturas fidei contrarium. 142. C. D

Ibid. *Non vos defendentes charissimi.* Gr. 100. 101. id est, vlciscentes, quo verbo hic non prohibetur iusta defensio, sed vindicta. 1292. B

13. *Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit.* non est enim potestas nisi à Deo, id est, omnis potestas à Deo est. hic locus de potestatibus ecclesiasticis exponitur 766. D. horratur etiam omnes subditos, vt iuis

superioribus pareant tam spiritualibus, quam temporalibus. 613. B. C

Ibid. *Non est potestas nisi à Deo:* nimirum mediatè vel immediatè. 140. A. 786. A. B

Ibid. *Ideo necessitate subditi estote,* id est, non est liberum hoc, sed necessarium. *Non solum propter iram,* i. propter metum pœnae, sed etiam propter conscientiam. i. propter metum culpae. 767. C. D. 1289. B.

Ibid. *Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes,* nimirum vt gladio puniant perturbatores publicae pacis, 1293. C. D

Ibid. *Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* loquitur de aeterna damnatione. 1289. B

Ibid. *Nemini quicquid debeatis, nisi vt inuicem diligatis.* i. non finatis vos obligari vlla lege, sed soluite maturè omnia debita. 1273. D

14. *Alius iudicat inter diem, alius omnem diem.* i. alij ieiunant certis diebus, alij omni die. haec expositio tanquam literalis, & vera probatur, alia non item. 1601. C

Ibid. *Quod non est ex fide, peccatum est.* i. contra conscientiam, & si fides sumatur propriè, non sequitur cultus voluntarius propterea reprobari. 1172. A

15. *Vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus:* dum scilicet leguntur à doctis, indoctis autem explicantur. 1113. D

16. *Observate eos qui dissensiones & offendicula praeter doctrinam, quam accepistis, faciunt.* praeter, Gr. 1042. i. contra. Ibid. *Soli sapienti Deo honor & gloria per Iesum Christum* de tota hoc Trinitate dicitur, cui per Christum vt hominem honor defertur. 243. B

PRIMA AD CORINTHIOS

1. *Vnusquisque vestrum dicit, ergo quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cepha, ego autem Christi.* errabant Corinthij haec dicentes, vnde ab Apostolo redarguuntur: & quia sacramenta putabant pendere à bonitate ministri, & quia temere de praedicatoribus suis iudicabant. 1141. C. D. Paulus autem progreditur gradatim ascendendo, & Petrum proximum sub Christo constituit, sicque indicat eius praesidentiam. 511. B.

Ibid. *Nam Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis.* hoc dicit contra primum errorem, & sic sacramenta à Christo, non à ministro pendere docet. 1142. A

2. *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent.* hic duae Christi naturae aperte designantur. 346. D

Ibid. *Spiritualis autè iudicat omnia.* spiritualia scilicet & temporalia, caelestia & terrena, non ita tamen, vt si sit priuatus, in aliquo errare non possit. 143. A. B

3. *Vt sapiens architectus fundamentum posuit,* praedicans quae ad fidem pertinent scilicet, *alius autem superaedificat,* explicatis eis quae ad vitam & mores pertinent. 1335. C. D

Ibid. *Secundum gratiam Dei quae data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui.* Alius autem superaedificat, vnusquisque autè videat quomodo superaedificet: fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem, &c. vtitur Apostolus similitudine duorū architectorum: quorum vnus super fundamentum lapideum & solidum, erigit domum ex pretiosa materia, & quae ignem non timet: alter super simile fundamentum, erigit domum ex asseribus & stipitibus, eamque tegit faeno & stipulis: si deinde priori domui adhibeatur ignis, illa nihil laederit, nec architectus si fortè intus sit: sed si posteriori adhibeatur, breui tempore consumetur, & architectus si intus sit, & velit egredi, exibat per ignem, in quo transiit barba & capilli comburentur, ipse tamen saluabitur: hic locus fusissimè explicatur, ex eo-

que demonstratur esse purgatorium, & peccata quaedam venialia. 1334. D. 1335. 1336. 1337

Ibid. *Fundamentū aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, Christus Iesus.* loquitur de primario fundamento, ex quo non colligitur Petrum non esse fundamentum secundarium: quemadmodum etiã Apostoli aliqui fundamenta nominantur. 483. A

Ibid. *Nemo itaque gloriatur in hominibus: omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas.* id est, nolite gloriari in doctoribus & praedicatoribus vestris. Nam omnes sunt vnum, & pro vobis omnes laboratis. 1335. D. vel ministri hi omnes sunt propter Ecclesiae vtilitatem. 479. A

4. *Quid vultis in virga veniam ad vos.* i. potestate iudicialia puniendi peccatores. 767. D. 768. A

6. *Delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos.* Gr. 1173. i. imperfectio vel peccatum, quia vt plurimum sine peccato haec non habentur. 1290. D

Ibid. *Secularia iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, hos constituite ad iudicandum, &c.* monet Corinthios vt in iis causis, in quibus non tenebantur adire iudices gentiles, constituerent inter se iudicem. ibid. C

7. *Vnusquisque suam uxorem habeat.* de coniugatis loquitur, non de iis qui votum continentiae habent. 1086. B. monet eos qui uxorem duxerunt, vt eam retineant. 1152. B. *Propter fornicationem vnusquisque suam uxorem habeat:* non ait si tentaris, sed si fornicaturus es, uxorem potius habeas. 1210. A

Ibid. *Volo omnes vos esse, sicut me ipsum.* i. continentem. 151. B. C. concordatur hic locus. cum illo. 4. Timot. 5. *Volo iuniores nubere,* nam primum absolutè vult, alterū permittit solum propter malum vitandum. 1213. B

Ibid. *Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, vnus sic, alius autem sic.* i. donum Dei est, quod aliqui habeant continentiam coniugalem, alij virginalem. 1220. D

Ibid. *Qui se non continent nubant.* haec verba permissione, non praeeceptum continere ostenduntur. 1212. C. neque pertinent ad eos qui votum habent. 1213. C. D

Ibid. *Melius est nubere, quam vri.* i. fornicari, quae expositio fusissimè probatur. 1210. B. C

Ibid. *Circumcisus vocatus est aliquis, nõ adducat praeruptum.* i. non attrahatur, vel arte medicinae superinducat praeruptum. 71. C

Ibid. *Seruus votatus es, non sit tibi cura, sed etsi potes fieri liber, magis vttere.* i. etiamsi possis liberari, magis vtile tibi est, vt seruias, ad conseruandam humilitatem. 777. C. D

Ibid. *Nolite fieri serui hominum,* scilicet propter homines tantum. 1275. C. vel ne seruiatis hominibus propter homines, sed propter Deum. 777. D

Ibid. *De virginibus praeeptum Domini nõ habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis.* i. Consilium hoc non humanum, sed diuinum est, quod do videlicet, vt fidelis Dei minister, non vt homo politicus. 1151. C

Ibid. *Bonum est sic esse propter instantem necessitatem.* i. bonum est cōtinere, non propter praesentes molestias, sed propter temporis breuitatem, quia Dominus prope est, & dies illi appropinquat de quibus dictum est, *va; praegnantibus, &c.* 1153. B

Ibid. *Mulier inupta & virgo cogitat, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, vt sit sancta & corpore & spiritu.* i. virgo cogitat quomodo seruet corporis integritatem & animi sanctitatem, vt per eam placeat Deo. ibid. D. hic autè locus melius haberi in Latina quam in Græca editione monstratur. 73. B

Ibid. *Tribulationes tamen carnis habebunt eiusmodi.* indicat coniugatos temporales afflictiones passuros, & hoc addidit, ne quis putaret coniugatos in temporalibus

feliciores virginibus. 1154. D
 Ibid. Porro ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniiciam. i. horrore vos ad continentiam, sed ita tamen, ut non cogam vos inuitos, sed suadeam eam temere accipere, vel vouere, sed ut ostendam id quod per se est honestissimum & utilissimum, ut quibus desiderium huius rei Dominus inspirauerit, illi accipiant & voueant. 1207. B. C
 Ibid. Qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens sua voluntatis, hoc indicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit, per virginem intelligit filiam virginem, quam pater habet necessitatem iungendi matrimonio, si ipsa nolit continere, & habet necessitatem seruandi virginem, si ipsa nolit nubere, quod si nulla talis necessitas erit, liberum erit patri, ut voluerit de filia statueret, sed si iungat eam matrimonio, bene facit; si non iungat, melius facit. 1220. D. 1221. A. B.
 Ibid. Cui vult nubat, tantum in Domino. i. inter Christianos. 1194. D. Beatior autem erit si sic permanserit. dignior in futuro saeculo. 1154. A
 8. Scimus quia nihil est idolum in mundo, formaliter scilicet, cum id repraesentet, quod nihil est, & proinde nec verè repraesentet, nec sit. 1106. A
 Ibid. Vnus est nobis Deus Pater. vnus excludit falsos Deos. Vnus Dominus Iesus Christus, excludit falsos Dominos. 274. C. Per quem omnia. hoc est quod ait Ioanes, Omnia per ipsum facta sunt, vnus ergo est Iesus Christus Dei, & Mariae filius. 347. A
 9. Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi. i. piam feminam in meo ministerio, quae mihi sicut & aliis apostolis & Christo ipsi ministrare possit, qui locus contra Martyris calumnias defenditur. 1089. D. 1806. A
 Ibid. Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. i. quam ut prius merito cuiusdam excellentis gloriae ob opus supererogationis debeat: & non loqui Apost. de gloriae coram hominibus contra Martyrem probat. 1154. B.
 Ibid. Nam & si Euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Vt enim mihi est, si non Euangelizauero. Quae est ergo merces mea? ut Euangelium praedicans, sine sumptu ponam Euangelium. loquitur hic Paulus de merito cuiusdam excellentis gloriae, quam expectabat ex opere supererogationis, & Martyr in huius loci expositione arguitur. 1154. C. D. 1155. A. B.
 Ibid. Omnibus omnia factus sum, ut omnes saluos facerem. i. iuuarem ad salutem aliqua ratione obtinendam. 684. C
 Ibid. Vt non abutar potestate mea. Gr. καταχρησασθαι, vehementer utar, & ne quod offendiculum ponam Euangelio. i. interruptionem. Gr. σκωλιον metuebat enim Paulus, ne aliqui ab Euangelio retardarentur, eo quod conacionatorem alere deberent. 1155. C. D
 10. Bibebant de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus. i. Iudaei biberunt aquam de petra, sed petra alia erat spiritalis & inuisibilis: quae illis perpetuo aderat, nempe Christus. 217. A
 Ibid. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. apparet hinc Christum esse verum Deum: eo quod sit is verus Deus, quem Iudaei in deserto tentauerunt. 214. B
 Ibid. Nos sumus, in quos fines saeculorum deuenerunt. indicat aetatem post Christum vltimam esse. 1084. A
 Ibid. Si quis dixerit, hoc immolatum est idolo, nolite manducare, propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. hoc dicit secundum ius naturae, quo scandalum & periculum infirmorum vitare tenemur: licet secundum ius positium esset ex se Idolothyta comedere prohibendum. 766. A. B.

11. Oportet hereses esse, posita scilicet nequitia diaboli, & hominum peruersa natura & diuina permissione, quas tamen propterea non malum est extirpare. 1318. A. B
 Ibid. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis. i. docui vos. 143. D
 12. Haec autem omnia operatur vnus & idem spiritus diuidens singulis prout vult, indicat non dari omnibus passim donum interpretandi, quod tamen est in concilio & pontifice dogmatizante. ibid. C
 Ibid. Non potest caput dicere pedibus, non estis mihi necessarij. i. in Ecclesia igitur est aliquod caput, praeter Christum, cui hoc dicere comperit: Christus enim non indiget pedibus, neque &c. 557. A
 13. Si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem edideritis, quomodo scietur id quod dicitur? loquitur de collationib. quae fiebant de rebus spiritualibus stans diebus in primitiua Ecclesia, quas in lingua vulgari fieri vult, ut ab omnibus intelligantur. 108. C. D
 Ibid. Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. i. si orem ex dono linguarum, lingua quam non intelligam, affectus meus orat, tamen intellectus non eruditur. 110. C. Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo, nemo enim audit. i. nemo attendit, quia nemo intelligit, loquitur, Apostolos de canticis spiritualibus, quae Christiani componere, & tempore collationum canere in Ecclesia consueverant, quae lingua vulgari fieri mandat. ibid. Quod si de oratione hic agitur, non reprehendit orationem, quae non intelligitur, sed anteponit eam, quae intelligitur. 112. C. D. Quod autem non reprehendat patet ex his. Nam tu bene quidem gratias agis. ibid.
 Ibid. Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente. Caterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotae, quomodo dicit Amen, super tuam benedictionem, loquitur de canticis spiritualibus, quae quoniam fiebant ad populi consolationem, vult Apostolus, ut fiant lingua quae intelligatur, ut idiotae qui similia componere nesciunt, saltem possint ea confirmare. 110. C. D. III. A
 Ibid. Volo quinque verba in sensu meo loqui, ut alios instrua, quam decem millia verborum in lingua. i. melior est cohortatio, quae ab omnibus intelligitur, licet breuissima sit, quam ea quae non intelligitur, licet sit longissima. 113. D
 Ibid. Cum conuenitis vnusquisque vestrum psallat habet. i. donum componendi spiritualia cantica, & canendi in Ecclesia, doctrinam habet. i. donum docendi, quae ad bonos mores pertinent, Apocalypsim habet. i. donum reuelationis, linguam habet. i. donum linguarum, interpretationem habet. i. donum exponendi scripturas: omnia ad edificationem fiant. videte ut nihil ad ostentationem fiat, sed ad utilitatem 114. A
 15. Tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia. i. etiam tunc in illa gloria erit subiectus Christus ut homo Deo Patri. 273. D
 Ibid. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. caro scilicet passibilis. 375. D
 Ibid. Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt. loquitur Apostolus de baptismo lacrymarum & poenitentiae: est ergo sensus: quid facient qui orant, ieiunant, gemunt, affligunt se pro mortuis, si mortui non resurgunt, de hoc loco subtilissime differitur, & pro purgatorio eum maximè facere demonstratur. 1343. C. 1344. 1345. 1346.
 II. AD CORINTHIOS.
 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas. i. Christi spiritus liberat nos ab horrore & seruitute peccatorum, & aspirat charitatem & gratiam, per qua facile & libenter legem implemus. 774. C

4. Id quod in presenti est momentaneum, &c. aeternum gloriae pondus operatur. i. essentialem ipsam beatitudinem. 1431. B
 Ibid. Non nosmetipsos praedicamus, sed Iesum Christum, nos autem seruos vestros, regendi scilicet vestri causa, & praesidendi vobis: nam etiam qui regunt alios & praesident, serui dicuntur. 464. B. C
 Ibid. Idoneos fecit nos ministros noui testamenti, non litera sed spiritu, litera enim occidit. i. lex quae per Moysen data est, per se impleri non potest, Spiritus autem viuificat. i. gratia & veritas, quae per Christum data est, facit ut legem implere possimus, de hoc loco subtilissime differitur. 67. 8. A. B. C
 Ibid. Quod si opertum est Euangelium nostrum, in eis qui pereunt est opertum, loquitur de cognitione & fide in Christum, quam Apostoli praedicabant, quae quidem quibusdam operta erat, quia oculi eorum tenebris occaecati erant. 121. C
 Ibid. In quibus Deus huius saeculi excacauit oculos infidelium, hac dictio huius saeculi coniungitur cum illa infidelium, vel Deus huius saeculi diabolus est. qui sic dicitur, quia infidelium Deus est. ibid. C. D
 5. Si domus terrena nostrae habitationis dissoluitur, habemus domum non manufactam aeternam in caelis. i. post mortem patet nobis domus caelestis, non tamen continuo post mortem, si tamen vestiti & non nudi inueniamur. i. si meritis & virtutibus vestiti sumus, & proinde perfectam poenitentiam egerimus. 1364. C. D
 Ibid. Scimus quia si terrestris domus nostra. i. corpus hoc mortale huius habitationis dissoluatur: quod adificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in caelis. i. vitam aeternam, vel visionem Dei in caelo, quae expositio illi praefertur, quae dicit per illa verba intelligi corpus immortale. 1430. C. D
 Ibid. Qui sumus in hoc corpore, ingemiscimus, & grauati eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri. Audentes igitur semper & scientes, quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino (per fidem enim ambulamus & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & praesentes esse ad Dominum. i. in nobis duo sunt desideria, vnum viuendi in corpore, alterum videndi Deum, & volumus quidem vtrumque impleri, quod cum fieri non possit, boni optant mortem corporis, ut possint videre Deum, homines autem impij à contrario omnia referunt ad vitam corporis, & desideria naturae. 1431. D. 1432. A
 Ibid. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque propria corporis. i. opera quae fecit, dum fuit in corpore. 1379. B
 Ibid. Et si nouimus Christum secundum carnem, i. passibilem sed iam non nouimus: iam nisi impassibilem & immortalem nouimus. 1502. c. vel Christus non habet iam carnem passibilem. 375. D
 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate. appellat hic necessitatem, non legem aliquam aut votum, sed humanam necessitatem, quae pra pudore cogit homines facere bona, quae nollent. Hilarum enim datorem diligit Deus. necessitas quae oritur ex timore humano opponitur tristitiae hominis, non ei quae oritur ex voto, quia haec à charitate emanat. 1207. D. 1208. A
 11. Instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. loquitur de omnibus Ecclesijs absolute. 477. D
 12. Datus est mihi stimulus carnis meae, Angelus Satanae, qui me colaphizat. i. grauis & diuturna carnis tentatio, à qua tamè Paulus liberari non potuit, licet id à Domino petierit, non tamen propterea vxorè duxit. 110. B. C
 Ibid. Virtus in infirmitate perficitur, Dei scilicet virtus, nam Gr. habetur diuinae uis, quae tunc magis elucet, cum plura ei resistunt. 1382. A

1. Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem, hoc aduersus pseudoapost. qui Paulum hominum esse discipulum iactauerant. 105. B. hoc loco etiam opponit Apostol. Christum hominibus, & proinde indicat cum non esse purum hominem. 229. A
 Ibid. Sed licet nos aut Angelus de caelo euangelizet vobis, praeterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. loquitur de omni verbo siue scripto, siue non scripto, vel illud, praeter, contra significat. 172. D
 Ibid. Amulator existens patrum meorum traditionum: intelligit traditiones recentiorum Iudaeorum. 178. A. B
 2. Ascendi Hierosolimam cum Barnaba, & contuli cum illis Euangelium. i. cum Petro, Iacobo & Ioanne, qui si non approbassent Pauli Euangelium, nunquam ei Ecclesia credidisset. 131. B. C
 Ibid. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni. hoc ad pseudoapostolos refertur, non ad Petrum & Ioannem. 105. C
 Ibid. Qui videbantur columnae esse, dextras mihi dederunt societatis. i. magni Apostoli me praedicandi socium assumpserunt. ibid. nihil mihi contulerunt, significat se ab Apostolis nihil didicisse, sed à Christo diligenter instructum. ibid.
 Ibid. Quales aliquando fuerint, nihil mea interest, hoc ad laudem Petri & Ioannis dicitur, indicat enim, cur cum eis conferre voluerit, tamen illi imperitij piscatores antea fuerint. ibid. D
 Ibid. Cum vidisset quod creditum est mihi Euangelium praepitij, sicut Petro circumcisionis, &c. notat diuisionem factam inter Petrum & Paulum, non iurisdictionis, sed prouinciarum ad commodius praedicandum Euangelium. 106. A. B. C. idem explicatur etiam. 551. c. o. 152. A. B.
 Ibid. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. licet minori reprehendere maiorem, modò res id postuler, & debita reuerentia conferretur. 106. B. de hoc facto Petri, & reprehensione Pauli plura. 134. C. D
 3. Non est Iudaeus neque Graecus, non est seruus, neque liber, non est masculus neque femina, ut scilicet per haec quis filius Dei efficiatur, sed solum hoc fit per fidem & charitatem. 1034. C. D
 Ibid. Omnes vos filij Dei estis, per fidem quae est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudaeus, &c. i. Nihil obest sexus, si ad sit fides, nihil prodest, si ab sit, & laicus cum charitate Dei filius, & clericus sine charitate diaboli mancipij est. ibid.
 Ibid. Omnes vos vnus estis in Christo Iesu. i. vnum corpus, vbi sunt varia & diuersa membra. 727. A
 Ibid. Data est lex per angelos in manu mediatoris. i. Moysis, qui dicitur mediator, quod pacta & conditiones vtriusque partis hinc inde retulerit. 479. C
 4. His, qui natura non sunt diuersi, seruicatis. Gr. ἰδωσθε, & cultum solius Dei significat. 1464. B
 Ibid. Dies obseruatis, & menses & annos. hoc de superstitiosa gentiliū obseruatione, vel de festis Iudaeorum dictum est. 1601. D. vel eos reprehendit, qui secundam Mathematicorum regulas haec obseruant. 166. D
 AD EPHESIOS.
 1. Instaurare omnia in Christo, quae in caelis & quae in terra sunt. Gr. ἀνωκαταστασθαι. i. recapitulare, & significat Deū voluisse vnire Angelos & homines sub Christo capite. 237. B. C
 Ibid. In quo nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propostum voluntatis eius. i. mera Dei gratia, sine vllis nostris operibus ad gratiam & adoptionem filiorum Dei vocati sumus. 1031. B. C
 2. Considerare nos fecit in caelestibus in Christo. i. non in proprijs personis, sed in Christo, quia in illo homine,

omnes dicimur sedere in dextera Dei, 370. D
 Ibid. *Estis cines Sanctorum, & domestici Dei superedificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* i. primum fundamentum nostrae fidei est verbum Dei reuelatum per Apostolos & Prophetas: prater quod tamen requiritur secundarium fundamentum. i. Ecclesiae testificatio. 144. C
 3. *Vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit longitudo & latitudo & sublimitas & profundum.* His verbis Apost. expressit Crucis mysteria, cuius latitudo est pars transuersa, sublimitas pars ligni, ubi est titulus supra transuersum, longitudo, ligni pars a transuerso, ad terram vsque, & profundum, est pars quae sub terra latet. 150. C
 Ibid. *Scire etiam supereminentem charitatem Christi.* i. maiorem esse, quam vt scientia comprehendi possit. 89. C. D
 4. *Christus ascendens in caelum, captiuam duxit captiuitatem.* i. cum summum caelum petiit, multitudinem Sanctorum de limbo in caelum euexit. 143. C. D
 Ibid. *Qui ascendit, ipse est & qui descendit primum in inferiores partes terrae.* i. in inferos, qui terrae infimum locum tenent. 403. B. *Vt adimpleret omnia: vt praefens visitaret omnes partes regni sui.* ibid.
 Ibid. *Ascendit super omnes caelos, vt adimpleret omnia, vel vaticinia, vel loca per suos effectus, vel locorum omnia genera obeundo, sed successiue.* 373. D. 374. A
 Ibid. *Et quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores.* enumerat dona, quae sunt in Ecclesia, per Apostolos enim eos intelligit, qui primi a Deo missi sunt, per Prophetas, eos qui futura praedicunt, per Euangelistas, eos qui Euangelia scripserunt, per pastores & doctores, omnem hierarchiam ministrorum Ecclesiae. 476. C. D
 Ibid. *Vnus Dominus.* Nomen Domini proprie hic accipitur quomodo non conuenit nisi Deo, non autem aliis, qui non proprie Domini sunt, sed ministri Dei. 1276. C
 5. *Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, per gratia pulchritudinem, non habentem maculam, peccati mortalis, neque rugam, exuto scilicet per baptismum veteri homine, potest etiam intelligi de Ecclesia non vt nunc est, sed vt erit post resurrectionem.* 932. C. D
 Ibid. *Sacramentum hoc magnum est, sic recte redditum Gr. μυστήριον monstratur.* 100. D
 6. *Filij obedite parentibus vestris in Domino.* i. in iis tantum quae non impediunt pietatem. 1242. C. D
 Ibid. *Accipite armaturam Dei.* Gr. πνευματικῆς. i. omnia arma, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfectionibus stare. i. prae diti & perfecti omnibus virtutibus possitis stare contra diabolum. 101. A. siue omnibus perfectis, cum omnia comparaueritis, &c. locus hic sensu à Graco non discrepare ostenditur. ibid. B
AD PHILIPPENSES.
 1. *Paulus & Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis qui sunt Philippis cum Episcopis & diaconis.* i. cum sacerdotibus & eorum ministris, vel salutat Apost. vnuerfos ordines cleri, qui ad duo genera reuocantur, ad sacerdotes scilicet & diaconos. 1063. D
 2. *Per humilitatem superiores inuicem arbitrantes.* i. meliores & sanctiores omnes iudicemus. 1186. D
 Ibid. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo.* clarissime ostendit Christum esse verum Deum, cum habeat formam. i. naturam Dei, & secundum illam non sit rapina, sed natura aequalis Deo Patri. 229. A. B. vel cum Christus esset in forma Dei, aded non putauit rapinam aequare se Deo, vt potius dissimulauerit suam diuinitatem, & aequalitatis huius insignia deposuerit. 231. hic locus mirum in modum excutitur, vt magis ac magis ex eo Christus verus esse Deus demonstratur, & plane conuincatur. ibid.

Ibid. *Forma serui accipiens, & habitu inuentus vt homo.* i. inter homines vt homo apparuit similis ceteris, exteriori figura. 229. D. hinc habemus Verbum Dei, & dominum gloriae hominis formam vere accepisse & mortuum esse. 346. D
 Ibid. *In similitudine hominum factus.* i. non purus homo, vt videbatur, & habitu inuentus vt homo. figura exteriori videbatur vnus de turba hominum, cum tamen esset singularis quidam, & diuinus homo. 350. D
 Ibid. *Habitu inuentus vt homo.* hominis vocem hic accipit, vt significat purum hominem, conceptum ex femine viri, natum in peccato, peccatis obnoxium. Talis Christus videbatur, sed non erat. ibid. C
 Ibid. *Humiliauit semetipsum, & c. propter quod & Deus exaltauit illum.* i. Christus obediuit Deo, & vicissim Deus honorauit illum. 429. D. ex hoc loco Christum sibi meruisse gloriam probat. 430. A
 Ibid. *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen.* ab aeterno scilicet per aeternam generationem, vel post resurrectionem per manifestationem: quia tunc totus mundus cognouit Christum esse verum Deum. 218. A
 Ibid. *In nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium terrestrium & infernorum.* i. subterraneorum. 399. B. 403. C ex quo loco Christi regnum tripartitum esse monstratur. ibid. & hoc loco animas purgatorij quidam intelligunt, sed non male demones accipiuntur. 131. D
 Ibid. *Omnes querunt quae sua sunt, non quae Iesu Christi, suo scilicet quodam modo, per figuram intellectiois.* frequens enim est in Scripturis propter quosdam malos reprehendere vnuerfos. 873. A. B
 4. *Rogo & te Germane compar.* Graece est, ἰσοῦς οὐκ ἔστι, qui est is qui par iugum trahit, quasi ipse diceret, socie in euangelio, vel coniunx Euodia vel Syntyches. 1086. B. C
 Ibid. *Quaecumque honesta, quaecumque iusta, quaecumque pura, &c.* haec omnia accipi debent negatiue. 1166. B. Ita vt sensus sit, nihil cogitatis neque agatis, nisi quod iustum est, quod verum, quod pudicum, &c. ibid. C
AD COLOSSENSES.
 1. *Imago Dei inuisibilis.* Gr. ἀόρατος Patris, cuius filius est imago, sed & ipsa imago est inuisibilis, similis videlicet per omnia suo prototypo. 239. C denotat autem hic veram esse inter patrem & filium distinctionem, sicut & in sequenti verbo. 289. B
 Ibid. *Primogenitus omnis creaturae.* i. prius à Patre genitus quam vlla creatura fieret. 236. D. vel causa vt alia omnia fierent. 277. A. vide item. 428. D
 Ibid. *In ipso condita sunt vnuerfa in caelis & in terra visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, &c.* declarat quae sint illa omnia, quae Christus creauit & conseruat & dicuntur esse omnia omnino terrestria & caelestia. 236. B. C
 Ibid. *Omnia in ipso constant.* i. omnium subsistentia pendet à filio Dei. 248. D
 Ibid. *Pacificans per sanguinem crucis eius.* i. per sanguinem eius in cruce quasi in altari fufum. 1549. D
 Ibid. *A spe Euangelij, quod peruenit vsque ad vos, sicut & in toto mundo est, fructificans & crescens.* nimirum virtute non actu, eo quod scilicet, per Apostolos iactum fuerat semen verbi diuini in mundum quod totum mundum repleturum erat. 638. C
 2. *In quo sunt omnes thesauri scientiae.* i. essentia diuina. 311. A. & in Christo homine velut in suo templo diuina haec essentia residet. 373. D
 Ibid. *Videte ne quis vos seducat per philosophiam, illius, scilicet temporis, quae negabat carnis resurrectionem, &c.* 271. A. B
 Ibid. *In Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* i. non vmbriticè, vt in Angelis, sed verè, ita vt ille homo verè fuerit Deus, non tamen humanitas deificata. 373. C. D

Ibid. *Affigens illud cruci, expolians principatus & potestates, traduxit illos confidenter, triumphans illos in semetipso.* Gr. ἄνθη sup. ἄνθη, quasi crux sit curus triumphi Christi, in quo diabolus, quasi victus & triumphatus, vectus est in cruce enim duo affixi fuerunt, Christus visibiliter, & diabolus inuisibiliter, & in sempiternum eius opprobrium. 1550. B
 Ibid. *Nemo vos inducet in cibo & potu.* contra Iudaicam abstinentiam dictum est, qui certis cibis nunquam vtebantur. 726. D
 Ibid. *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum.* loquitur de haeresi Simonis magi, qui Angelos adorados quasi minores Deos censebat. 1482. C
 Ibid. *Quae sunt rationem habentia sapientiae in superstitione.* Gr. ἐκλογισμῶν. i. simulata religione, & rebus inanibus. 1076. C. vel falsa religione. 1503. A. videtur abstinentia istorum habere quasdam rationes sapientiae, licet supersticiosa sit. 1255. C
 3. *Charitas est vinculum perfectionis.* vinculum quod ligans hominem cum Deo reddit eum perfectum. 1126. C
 Ibid. *Commententes vosmetipsos in Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus.* loquitur de canticis quae ipsi componebant. 110. D
 Ibid. *Filij obedite parentibus per omnia,* scilicet ad quae se extendit patria potestas, vel quadiu paruuli estis. 1184. B
 4. *Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei.* loquitur de suis domesticis, qui ei ministrare soliti sunt. 552. D
I. AD THESSALONICENSES.
 4. *Vt honestè ambuletis, ad eos qui foris sunt, & nullius aliud desideretis.* hoc dicit quia scandalizabantur gentiles, eo quod Christianos viderent ex alienis velle viuere: verbum autem desideretis, significat careatis. Gr. autem legitur καὶ τὰς ἁγιωτάτας ἑστῆναι & nullius indigentiam habeatis. 1263. B
 5. *Prophecias nolite spernere, omnia probate, quod bonum est, tenete.* eas scilicet Prophecias, quae nondum constar, bonae ne an malae sint: cum autem constar aliquas Prophecias seu interpretationes scripturarum bonas esse aut malas, vult illas aut probari statim, aut reiici 1311. D. 1312. A
 Ibid. *Omnia probate, quod bonum est tenere.* probate, ij scilicet ad quos pertinet, non vulgus. 143. D
 Ibid. *Vt integer spiritus vester & anima & corpus conseruetur.* i. vt sitis perfecti per spiritum sanctum inhabitantem, & charitatem, sine qua nullus perfectus est in genere moris. 1126. D. 1127. A
II. AD THESSALONICENSES.
 2. *Nisi venerit discessio primum.* i. Antichristus, vel defectio à Romano imperio, vel ab Ecclesia, non generallis sed particularis. 960. C. vel Antichristus, qui dicitur Apostasia, propterea quod erit insignis Apostata, vel quia multis erit causa, recedendi à Deo. 630. D. 631. A
 Ibid. *Qui extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur,* significat Antichristum nullum alium Deum quam seipsum passurum. 668. B. C. vel futurum veri Dei hostem. 627. A
 Ibid. *Ita vt in templo Dei sedeat.* intelligit templum Salomonis, in quo vtrunque reparato sedebit Antichristus. 662. B. ostendens se, tanquam sit Deus. faciet se Deum, sedebit in templo vt Deus, cui proprie templum erigebit. 668. A. 689. B. C
 Ibid. *Et nunc quid detineat scitis.* i. scitis quid impediatur aduentum Antichristi, dixi enim vobis Romanum imperium impedire, quia non sunt adhuc impleta eius peccata, ita qui tantum nunc tenet, Romanum imperium, teneat. i. regnet, donec de medio fiat. i. aboleatur, tunc reuelabitur ille iniquus. 630. C. D
 Ibid. *Mysterium iam operatur iniquitatis,* significat à tem-

pore Apostolorum occultè grassari cepisse Antichristum in suis praecursoribus, Simone & Netone. 629. D. 689. C. D. vel nunc iam seductores plurimi subreperunt, qui Antichristo viam muniunt. 271. C
 Ibid. *Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui,* quia videlicet doli & fraudes Antichristi, quae destrui captae erant per Heliam & Enoch, destruentur penitus per ipsum Christi aduentum, & horribilia signa praecedentia. 649. D. significat etiam Antichristum futurum personam vniam particularem, cum Graecè legatur, ὁ ἀντὶχριστός, ὁ ἀντὶχριστός, ille homo, ille iniquus: qui articuli singularem personam denotant. 630. A
 Ibid. *In omni virtute, & signis & prodigijs mendacibus.* signa Antichristi mendacia erunt, ratione omnium caularum, finis, efficiētis, materiae, & formae. 670. C. D
 Ibid. *Cuius est aduentus secundum operationem Satanae.* i. diabolus erit causa efficiens principalis omnium miraculorum Antichristi. ibid. C
 Ibid. *Eo quod charitatis veritatem non receperunt, vt salui fiant, ided mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.* hoc dicitur aduersus Iudaeos, qui quia Spiritum Dei per Christum recipere noluerunt, mittet illis Deus fontem erroris. i. Antichristum, vt credant mendacio: mittet autem Deus non virtute sua, sed concessione seu permissione. 618. C. D
 Ibid. *Tenete traditiones quas accepistis sine per sermone sine per epistolam nostram.* loqui Apostolum de traditione non scripta probatur. 157. D
I. AD TIMOTHEVM.
 1. *Soli Deo honor & gloria.* peculiaris scilicet & propria 1464. A
 Ibid. *Ne intendas fabulis & genealogijs interminatis,* loquitur de traditionibus recentiorum Iudaeorum, quae erant inanes, perniciose, & contra Scripturas. 178. B
 Ibid. *Circa fidem naufragauerunt,* intelligit haereticos, qui fracta nauis Ecclesiae in mare deciderunt. 919. C
 3. *Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.* vnus Deus, excludit Deos falsos, & comprehendit Trinitatem, cuius Christus, vt homo mediator est. 274. C. D. additur autem vox homo, vt intelligatur secundum quam naturam Christus sit mediator. 420. D. significat ergo Christum esse mediatorem inter Trinitatem & homines. 421. A
 Ibid. *Volo ergo viros orare in omni loco.* si de privata intelligitur oratione, sensus est, licitum esse omnibus in locis Deum orare: si de publica, tunc idem est, quod in omni Ecclesia. 1572. D
 3. *Oportet episcopum irreprehensibilem esse.* Gr. ἀνεκλήτως, i. sine crimine, ad Tit. i. quale est quicquid ab hominibus reprehendi solet, vt est bigamia, vel qui non sit grauis & lethalis criminis reus. 1098. A
 Ibid. *Oportet episcopum esse vnus uxoris virum.* i. qui non habuerit plures quam vnam. 1084. D. qui non sit bigamus. 1094. D. de quo loco fuit differitur, tum ad probandum ius Ecclesiasticum de digamis non ordinandis, tum ad asserendum clericos ad continentiam arctari debuisse. 1095. 1096. 1097.
 3. *Diaconi sint vnus uxoris viri.* i. quilibet diaconus sit vnus uxoris vir. 1097. A. non sit bigamus. ibid.
 Ibid. *Ecclesia Dei, quae est columna & firmamentum veritatis.* i. in cuius auctoritate quoad nos, nititur veritas fidei, ita vt verum sit quicquid Ecclesia probat, falsum quicquid improbat. 954. A
 4. *Prohibentes nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit.* ille prohibet, qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono, aliud melius anteponeat. 690. B. C. Ecclesia non prohibet nuptias, sed solum requirit hanc conditionem

in iis qui initiati cupiunt, quam, si volunt initiati, accipiant. 1090. D

Ibid. Omnis creatura Dei bona est, & nihil vitium, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. i. omnis creatura Dei bona & munda est: sed si esset immunda, posses eam adhibito signo crucis & oratione sanctificare. 1593. A

Ibid. Noli negligere gratiam, qua data est tibi cum impositione manuum presbyterij. i. multorum episcoporum, qui simul cum ordinante imponebant manus super ordinando. 932. B. vel per impositionem manuum, qua presbyteratum accepisti. 1062. A

5. Volo iuniores nubere, filios procreare, non praecipit est sed permissio. 1213. B. C. Nullam dare causam adversario maledicti causam. i. ne demus causam gentilibus maledicendi vitam Christianorum propter incontinentiam iuvenum viduarum. 1210. B

Ibid. Vidua eligatur non minus amoris sexaginta. ad quam scilicet diaconissa praefecturam, vel ad numerum earum viduarum, quae ab Ecclesia alebatur. 1195. D. quae fuerit vnus viri vxor. i. quae non plus quam semel nupserit. 1200. A B

Ibid. Adolescentiores viduas denita. i. non eas eligas ad praefecturam. 1193. C

5. Cum luxuriate fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. i. votum continentiae violare volunt. 1172. D. & fufius. 1193. C. defenditur hac expositio contra Lutherum, Caluinum & Martyrem. 1288. 1289.

Ibid. Adversus presbyterum accusationem noli recipere. Episcopus hic presbyterorum iudex designatur, & proinde eorum superior etiam Apostolorum tempore fuisse declaratur. 1062. C

6. O Timothee depositum custodi. i. thesaurum custodi & intelligentiam diuinorum dogmatum, quam volebat Apostolus per traditionem propagari. 159. C. D

I. I. AD TIMOTHEVM.

2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Gr. & bis ἀγῶνας. i. negotiis vitae seu victus. & est scelus, dixi vt labores sicut bonus miles Christi. Porro bonus miles non est sollicitus circa victum, &c. 808. A. B

Ibid. Nouit Dominus qui sunt eius, sermo de illis est qui sunt eius per praedestinationem. 560. A. B

Ibid. In magna domo sunt vasa aurea & argentea & lignea & stibilia. i. in ecclesia sunt infirmi fideles, qui facile seducuntur. 920. D. Quaedam in contumeliam, hi sunt reprobi: quaedam in honorem, hi sunt electi. 927. B

3. Ab infantia sacras literas nosti. i. testamentum vetus. 177. C

Ibid. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia. indicat omnes & singulos Scripturae libros prodesse & iuuare ad haec omnia, non autem per se, neque simul omnes sufficere. Ibid. C. D. 178. A

4. In reliquo reposita est tibi corona iustitiae, quam reddet tibi Dominus in illa die iustus iudex. pro meritis bonorum operum hic locus fortissimus adducitur: nam si vita aeterna non est merces bonorum operum, cur eam non vocat donum clementiae. 696. B

Ibid. Nemo tibi astitit, sed omnes te dereliquerunt. loquitur de iis, qui eum iuuare apud Caesarem potuissent. 553. A

A. D. TITVM.

1. Oportet esse episcopum hospitalem, benignum, sobrium. & ἄπρωα. Gr. quod hic significat cultum. iustum, sanctum, continentem, scilicet se ab vxoris amplexibus. 1077. D

Ibid. Constituentur se nosse Deum, factis autem negant. in se operibus, quae procedunt ab infidelitate cordis. 724. D. loquitur enim de Iudaeis non sincero affectu conuer-

sis ad fidem, & opera fidei contraria facientibus. Ibid.

2. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei. i. gloriosum aduentum Christi, qui est magnus Deus. 240. B

3. Haereticum hominem post vnam & alteram correctionem denita sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. monet Apost. haereticum vitandum, & proinde non esse de Ecclesia, & probat, quia non est eiectus ab Ecclesia per excommunicationem, sed ipse seipsum ab Ecclesia eiecit. 919. C. D. vel Haereticum hominem post vnam aut alteram correctionem denita. i. postquam manifestè appareret pertinax, etiam ante sententiam & condemnationem iudicis. 616. C. Sciens quia proprio iudicio est condemnatus. i. praecitus à corpore Ecclesiae, etiam sine excommunicatione. 618. B

A. D. HEBRÆOS.

1. Multifariam multisque modis, &c. nouissimè locutus est nobis in filio. non quòd antea filius locutus non sit, sed quòd hoc corporali ore nouissimè ipse fecerit. 219. D. cum dicit in filio de Christo homine loquitur, & cum addit, per quem fecit & secula, loquitur de eodem vt Dei filio. 347. A

Ibid. Quem constituit heredem vniuersorum: aeterna scilicet generatione, non temporali donatione. 224. B

Ibid. Per quem fecit & secula. Et tu Domine initio terrae fundasti, &c. ex his duobus locis colligitur Christum esse creatorem vna cum Patre. 237. C. & non vt ministrum, sed vt principalem causam mundam condidisse. 246. C

Ibid. Qui cum sit splendor gloriae & imago subsistentiae eius. Gr. & ὁμοιωσις. i. personae paterna cuius filius est imago. 28. A. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. est aequalis Patri secundum diuinitatem. 370. C

Ibid. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius pra illis nomen hereditauit. i. post passionem declaratus est, tanto excellentior omnibus angelis, quantum ista filij gloria à conditione serui differt. 277. A. B

2. Quomodo nos effugiemus, si tantum neglexerimus salutem, quae cum initio cepisset enarrari per Dominum, & eis, qui audierunt, confirmata est in nos. loquitur non de se, sed de sui temporis hominibus; vel intelligit se confirmatum esse, non per doctrinam, sed per miracula Apostolorum. 48. A. B

Ibid. Quia pueri comunicauerunt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem. i. naturam eiusdem carnis & sanguinis cum pueris omnibus Christus factus est participans. 3. 2. A. vel indicat Deum verè factum esse hominem, vt nos sumus. 347. A

4. Debit per omnia fratribus assimilari absq; peccato. cum peccat intelliguntur omnes defectus qui non erant viles redemptioni. non bene citatur locus, ab aduersariis. nam in 2. est, debuit per omnia fratribus assimilari, quae scilicet ad naturam pertinent. & in 4. est, Tenentem per omnia pro similitudine, absque peccato, id est, expertus est omnia mala, quae solent homines perpeti. 345. B

Ibid. Habemus Pontificem, qui penetrauit caelos. hac indicant personam Christi esse diuinam, non tamen pontifex est, nec penetrauit caelos, nisi quatenus homo est. 425. D

5. In diebus carnis suae preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. i. exauditus est, quia merebatur exaudiri, cum esset dignissimus omni honore & reuerentia. 395. D. rectè autè Gr. ἀπὸ τῶν Ἀδελφῶν, pro sua reuerentia hic expressum contra Caluinum, & Bezam ostenditur. Ibid.

6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, i. baptizati, iterum renouari ad poenitentiam, nimirum baptismalem, quia Deus semel tantum vitur ea liberalitate, & proinde sequitur eos qui peccant post baptismum

purga

purgatione indigere. 49. A. 1368. B. C. nam & baptismus dicitur illuminatio, & per baptismum renouatur proprie. Ibid. & B

7. Melchisedech rex salem sine patre, sine matre. i. Christus sine patre in terris, sine matre in caelis. 223. D. hic duas Christi natiuitates Apost. explicare voluit. 351. B

9. Hoc significante Spiritu sancto nondum propalata esse Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. i. tempore testamenti veteris non fuit aperta via ad caelum, sed iustissimus quisque ad inferos descendebat: sed post Christi mortem liber ad caelum aditus patet. 1434. A

Ibid. Ideò noni testamenti mediator est: ergo non Dominus, & proinde non est Deus quia mediator. 421. D

Ibid. Ad multorum exbauenda peccata Gr. ἀνεύρησεν. i. efferre, educere, sicut cum sordes ex aliqua re sentina educuntur. haec lectio Graecae editioni congrua ostenditur. 101. B

10. Non deserventes collectionem nostram. i. animorum confessionem, accusat enim quosdam qui ex odio vel inuidentia, non conueniebant in Ecclesiam, quia non habebant locum, quem cupiebant. 1254. D

Ibid. Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis. i. post illuminationem baptismi: non relinquunt hostia pro peccato. i. alius Christus patiens, cui commori possimus per baptismum. sed terribilis expectatio iudicij & ignis amulatio, quae consumptura est aduersarios. i. relinquunt ignis necessariò, aut perpetuus, si homo non conuertatur: aut temporalis, si conuertatur. 49. B. C. 1368. C

11. Est autem fides sperandarum substantiarum rerum. C. ὑπόστασις, i. basis seu fundamentum, quae spem sustentat. 284. B

Ibid. Hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissiones, Deo pro nobis aliquid melius providente, vt non sine nobis consummarentur. i. sancti veteris testamenti, vel etiam alij, perfectam corporis & animae beatitudinem non receperunt, quam illi adhuc non habuerunt, ne sine nobis consummatam mercedem animae & corporis acciperent. 1435. B

12. Deus noster ignis consumens est. Deus ignis dicitur, quia totus est iustitia, totum iudicium. 1340. B

Ibid. Esau non inuenit poenitentiae locum, quamuis cum lacrymis requisisset eam. apud patrem Isaac scilicet, vel apud Deum, quia non rectè eum poenituit. 49. C

Ibid. Non enim accessistis ad trahebilem montem, sed ad Sion & ciuitatem Dei uiuentis. i. ad gloriam beatorum, intelligit itaque Ecclesiam triumphantem, quae ex beatis spiritibus constat. significat igitur homines noui testamenti accessisse non re, sed spe, ad gloriam beatorum, vbi Deus videtur facie ad faciem. 955. D. 956. A

Ibid. Accessistis ad Sion montem & Hierusalem caelestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis. & Spiritus angelorum perfectorum: descriptio patriae caelestis, in qua sunt primò Angeli, deinde animae primitiuorum. i. patriarcharum & prophetarum, & spiritus perfectorum. i. Apostolorum & Martyrum. hinc colligitur spiritus sanctorum hominum beatos iam esse, ea beatitudine qua soli angeli antea fruebantur. 1434. B. hinc etiam colligitur communio sanctorum. 1142. A

13. Honorabile coniugium in omnibus. v. ὡσαύτῃ. i. in omnibus quae coniugij sunt, siue sacramentum, siue prolem, siue fidem consideres. vel in legitime copulatis. 699. D. 700. A

Ibid. Iesus Christus heri & hodie, & in saecula. i. semper fuit, semper est, & semper erit. 241. D

Ibid. Habemus altare de quo edere non habent, potestatem

tem qui tabernaculo deseruiunt. sacrificium Eucharistiae intelligit. 1568. D

Ibid. Talibus hostiis grata fit res Deo, & bene meretur de eo, qui ea offert. 101. C. Bene autem Graecum textum expressum esse ostenditur. Ibid.

Ibid. Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbum solatij. i. non agrè feratis, si ego qui proprius Apostolus vester non sum, per literas vos monere & cohortari volui. 47. B

I. A. C. O. B. V. S.

1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus abundanter. loquitur de ea sapientia, quae est necessaria ad salutem, nempe de spe, fide & charitate. 131. D

Ibid. Si quis perpexerit in lege perfecta libertatis, loquitur de lege Euangelica. 53. C

4. Nolite detrabere alterutrum: qui enim detrabit fratri bonum facienti, vt condonanti iniurias, detrabit legi, quae illud bonum praecipit. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex: intelligitur autem hic vna propositio, nimirum haec, debes autem tu, o homo, esse factor legis, non iudex: cuius ratio subiungitur, vnus est enim legislator & iudex. Alloquitur autem Apost. omnes homines, quatenus subsunt aliquibus legibus, & vult dicere, nemini licere iudicare legem sui superioris, cum vnus tantum sit legislator & iudex ita summus, vt legem dare, non autem accipere debeat. 773. B

Ibid. Petitis & non accipitis, ed quòd malè petatis. Nemo certus est an accipiat quod à Deo petit, quia nescit si bene petat. 132. B

5. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiae, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum. hic est vnus effectus extremae vnctionis, corporaliter hominem interdum sanare, & allenauit eum Dominus, Gr. ἐγὼ. hic alter effectus, est hominem in eo articulo depressum erigere. & si in peccatis sit, dimittentur ei. tertius est effectus, scilicet reliquias peccatorum tollere, & hic etiam Latina editio Graecae conformis probatur. 101. C. D

I. P. E. T. R. I.

2. Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum. i. omni creaturae potestatem habenti & generaliter loquitur. 613. C. vel omni homini potestatem imperandi praedito. 1193. B. propter Deum, i. non solum timore poenae. 1289. B

3. Mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritus: caro mortua mansit, anima verò mansit viua. 405. A. B

Ibid. In quo his qui in carcere erant spiritibus veniens praedicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noè. hunc locum ad Christi ad inferos descensum pertinere fufissimè demonstratur contra Caluinum & Bezam: sensus itaque huius loci est, Christus descendens ad inferos iis, qui in limbo erant, & nominatim iis qui fuerunt in diebus Noè increduli, & aquis diluuij submersi sunt, annunciauit completam esse redemptionem, vt intelligerent se iam inde liberandos, & tempore suo etiam corpora recepturos. 403. 404. 405. A. B. C

4. Ideò mortuis praedictum est, vt inducentur quidem secundum spiritum. i. Christus ad inferos descendens, mortuis Noè tempore praedicauit, vt damnati existimetur hominum iudicio, quia aquis diluuij corpora eorum necata sunt, & anima tñ saluae sint apud Deum. 405. D

5. Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè, sed sponte, neque turpis lucri gratia, neque vt dominantes in cleris. Cleri nomen hoc loco proprie pro

clericis suaspit, in quos maius periculum erat, ne episcopi dominari vellent quam in laicos. Propterea D. Petrus episcopus monet, ut vniuersum quidem gregem fideliter pascant, sed in pascendis laicis fugiant turpe lucrum, in clericis regendis, dominandi cupiditatem, 1034. D. 1035. A. habetur *1^{us} ad Cor. 14. 34.* neque quali videlicet in clerico. 807. A. Ibid. *Pascite gregem, qui in vobis est, i. vobis commendatum, non autem vniuersum simpliciter.* 500. C.

1. *Salutat vos Ecclesia quae in Babylone est coelesta.* hunc locum de Romana vrbe intelligendum docet. 536. B.

I I. P E T R I.

1. *Dabo autem operam & frequenter habere vos,* nimium commendatos siue in animo, post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. non inepte hinc colligebant veteres, sanctos post obitum habere curam viuentium. 1470. A.

Ibid. *Cui bene facitis attendentes tanquam lucerna luceni in caliginoso loco.* vocat Prophetas lucernam, quae intellectus illuminant, & Christum ostendunt. 121. B.

2. *Omnis Prophecia Scripturae propria interpretatione non fit.* i. Scriptura non potest exponi sine spiritu interpretandi. 141. C. vel scripturae exponi non debent proprio ingenio. 126. B.

P R I M A I O A N N I S.

1. *Quod fuit ab initio, quod audimus, quod vidimus oculis nostris ait,* sic vidisse oculis corporalibus verbum. *Quod fuit ab initio,* hoc non potest esse verum nisi ratione vnitatis personae. 347. B.

2. *Filii nouissima hora est, & nunc audistis, quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt, unde scimus quia nouissima hora est,* dicit Ioannes hoc tempus vsque ad finem mundi esse horam nouissimam, & vltimam aetatem, & probat quia scimus Antichristum venturum in fine mundi. 649. D. 650. A. & proinde tota aetas quae est a Christo vsque ad finem mundi nouissima hora dicitur. 1081. A.

Ibid. *Audistis quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt.* i. audistis venturum Antichristum, & nunc licet ille singularis non venerit: tamen multi seductores iam venerunt, qui Antichristi dici possunt. 627. D.

Ibid. *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.* i. erant nobiscum in eadem Ecclesia, sed non secundum diuinam electionem, & quando videbantur esse in nobis, non erant ex nobis. Item non erant filii etiam quando videbantur esse in professione & nomine filiorum. 930. B.

Ibid. *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* haeretici scilicet occulti, qui non erant ex nobis animo & voluntate, sed externa professione. 941. A.

Ibid. *Quis est mendax, nisi qui negat quoniam Iesus est Christus.* i. qui diuidit saluatorem in duos, ut Cherintus & Nestorius faciunt. 347. B.

Ibid. *Non necesse habetis, ut aliquis doceat vos, sed vnctio vos de omnibus.* monet Christianos qui ab Apostolis dogmata fidei acceperunt, & cooperante vnctione Spiritus sancti, didicerant, crediderant, ut in fide permanerent, & non praebant pseudoapostolis aurem contraria docentibus. 144. A.

3. *Scimus quoniam cum apparuerit, sup. quid erimus, similes ei erimus.* i. apparebimus coram oculis totius mundi similes Christo, quoad corporis gloriam: videbunt enim nos Christo assidentes, ac similes illi quoad aeternam gloriam corporis, quia videbimus eum sicuti est. eo quod, scilicet, ex gloria animi nascitur gloria corporis. 1435. C.

Ibid. *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro*

nobis animam suam posuit. i. Deus mortuus est. 347. B.

4. *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint.* indicat esse multos, qui iactant se habere Spiritum sanctum, qui agitantur spiritu vertiginis, & propterea priuatim spiritum iudicem esse non posse scripturae. 132. B. vel probate, ij scilicet, ad quos pertinet. 143. D.

Ibid. *Omnis spiritus, qui confitetur Iesum in carne venisse.* i. verbum Dei veram carnem in vnitatem suae hypostasis assumpsisse, ex Deo est, & omnis spiritus qui soluit Iesum, &c. i. diuidit verbum a carne, & dicit filium Dei, non esse verum filium hominis, hic ex Deo non est. 219. C.

Ibid. *Omnis qui diligit, ex Deo natus est,* est filius Dei veritate essentiae, qui habet charitatem. 94. C.

Ibid. *Antichristus nunc iam in mundo est.* notat Ebionitas & ceteros quos vocat Antichristos: quia erant praecursus Antichristi, & ei similes in oppugnando Christo. 271. B.

Ibid. *Perfeta charitas foras mittit timorem:* culpa, scilicet, non poena: qui enim diligit, metuit offendere Deum, praecipue propter ipsum Deum, non propter poenam, quae sequitur offendentes Deum. 1381. C. D.

5. *Tres sunt qui testimonium dant in caelo.* i. tres sunt diuini testes Christi diuinitatis, & tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua & sanguis. i. tres sunt creati testes humanitatis Christi, spiritus, qui ex ore, aqua & sanguis qui ex latere in morte ipsius fluxerunt. 211. D. 232. A.

Ibid. *Et hi tres vnum sunt,* haec pars, cum agitur de spiritu, aqua, & sanguine, in multis codicibus latinis non habetur, Graeci tamen codices habent, sed hoc modo, *et hi tres vnum sunt,* id est, & hi tres in vnum sunt, quia scilicet conspirant in vnum testimonium. 232. *Tres sunt qui testimonium dant in caelo,* ex hoc loco deducitur vera personarum distinctio, & earum ternarius numerus. 291. A.

Ibid. *Primum in vero filio eius.* Verus filius a Patre natus est verum. 190. A. *hic est verus Deus.* Pater est verus Deus, filius quoque est verus Deus, ergo filius est idem Deus, qui est pater. 232. C.

I V D A S.

1. *Hos quidem argutos indicate, illos vero saluate de igne rapientes.* i. iuuate aliqua ratione ad salutem obrinendam. 685. C.

Ibid. *Solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negant,* non possunt haec ad duas personas referri, quae vno articulo apud Graecos coniunguntur. 240. A. B.

Ibid. *Cum Michael Archangelus, cum diabolo disputans, altercatur, &c.* non loquitur de increpatione quae facta est Zach. 3. sed de alia. 222. D.

A P O C A L Y P S I S.

Apoc. 1. *Ego sum,* & absolute, scilicet, & simplicitet primum principium & vltimus finis rerum omnium sicut α & ω sunt prima & vltima littera alphabeti. 218. C.

2. *Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eos in virga ferrea.* loquitur de spiritibus beatorum, qui curam habent populorum, & eos sub Christo gubernant: nam regere virga ferrea est regere virga pastorali & tanquam vas figuli confringent illos, significat peccatores perdendos Christo peccata conterente & perdente, vel reguntur electi in virga ferrea, & reprobi bi tanquam vas figuli confringuntur. 1471. A. B.

5. *Quis dignus est aperire librum, & solvere septem signacula eius, & nemo inuenit est, neque in caelo, neque in terra, neque sub terra,* i. neque ex angelis, neque

ex homi

ex hominibus iustis, neque ex animabus purgatorij, vel ex patribus in limbo degentibus, vllus dignus haec facere inuenit est. 1351. D. 1352. A.

Ibid. *Dignus est agnus accipere virtutem & diuinitatem,* id est, manifestationem diuinitatis: quamuis alij legunt diuitias, & in Graeco $\omega\lambda\lambda\alpha\tau\epsilon\sigma$ habetur. 232. D.

6. *Vidi subtus altare animas intersectorum propter verbum Dei,* vel per altare Christiani nominis testificatio, vel secretum intellectuale, vel Christus est intelligendus, sub quo sunt animae, quia eo sunt inferiores loco & dignitate: non potest autem intelligi per altare locus extra caelum, quia in 7. cap. habemus animas esse ante thronum Dei, & ei seruire in templo, id est, in caelo die ac nocte. 1435. D. 1436. A.

7. *Nolite nocere terrae & mari, neq; arboribus, quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum,* hoc signum esse signum Crucis docent interpretes in hunc locum. 1557. A.

9. *Et quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de caelo cecidisse in terram,* id est, diabolum, quem vidit Ioannes per terram repentem, qui olim in caelo fulserat, & data est clavis putei abyssi, id est, habet inferorum clauas, & regnat in filiis disidentiae, ipse quoque est qui Deo permittente fumum ex puteo emittit errorum, & qui noua locustarum examina, id est, nouos haereticos cum exercitibus suis singulis penes saecula in Ecclesiae fines immitit. 693. A. B. porro totum hoc cap. de Luthero, & Lutheranis doctè exponitur. 793. 794.

11. *Et corpora eorum iacubunt in plateis ciuitatis magne quae vocatur spiritaliter, Sodoma, & Aegyptus,* haec est Hierusalem, in qua regnaturus est Antichristus, quod sane negari non potest, cum ibi sequatur, *vbi & dominus eorum crucifixus est,* quae est enim ciuitas in qua dominus est crucifixus nisi Hierusalem. 661. B. C.

12. *Michael, & angeli eius.* i. exercitus eius, quorum ille dux est & praepositus. 470. C.

13. *Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem.* haec bestia est Romanum imperium, vel impiorum multitudo, cuius vnum caput quod visum est mori, & resurgere, est Antichristus. 671. B. & vidi aliam bestiam descendentem de terra, per hanc posteriorem bestiam significat Antichristum: idem enim Antichristus per duas bestias intelligitur: per vnam ratione potentiae, per alteram ratione magis, vel praedicatores ipsius. 672. A. B.

Ibid. *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum & plaga mortis eius curata est.* loquitur de Antichristo, qui finget se mortuum, & opera diaboli se ipse excitabit. 641. B. nec hoc potest Carolo magno conuenire, ut volunt haeretici. 1650. B.

Ibid. *Et faciet omnes pusillos cum magnis, diuites & pauperes, liberos & seruos habere charactrem in dextera manu, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere aut vendere, nisi habeat charactrem aut nomen bestiae, aut numerum nominis eius.* haec sapientia est. *Qui habet intellectum computet numerum bestiae, Numerus enim homini est, & numerus eius, 666.* de hoc numero & nomine Antichristi fusillime agitur, variaeque aduersariorum sententiae de eo referuntur & confutantur: & tandem eorum sententia probatur, qui nome adhuc ignorari, fore autem tunc notissimum cum ille aduenerit credunt. 650. 651. 652. de charactere vero

fusillime agitur, & variae item haereticorum & Catholicorum sententiae redarguuntur, tandemque signum quoddam ab Antichristo excogitandum, quem admodum Christus habet signum crucis, concluditur. 654. 655. 656.

14. *Habentes nomen eius, & nomen patris eius in frontibus suis.* i. signum crucis. 1557. A.

Ibid. *Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia: hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati.* hinc apparet singulare praemium habere virgines: de quibus proprie loquitur: quandoquidem canunt canticum quod nulli alij beatorum canere possunt. 1156. A. B.

Ibid. *Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis.* i. a fine extremi iudicij, in aeternum requiescent a laboribus suis. 1365. A. B. vel loquitur de viris perfectis & sanctis martyribus, qui nihil purgandum ferunt. ibid.

17. *Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemie, habentem capita septem & cornua decem,* per hanc mulierem notat vniuersam ciuitatem diaboli, & per cornua septem, qui sunt septem montes, intelligit vniuersitatem superborum & praecipue regum terrae: vel intelligit Romam, sed ethnicam, & idola colentem, & Christianam persequentem, non autem Romam Christianam qualis est nunc. 663. C. D.

Ibid. *Et decem cornua quae vidisti, decem reges sunt. Hi vnum consilium habent, & virtutem & potestatem suam bestiae tradent.* indicat Antichristum monarchiam adepturum, quae fuerat antea Romanorum. 674. B. C.

18. *Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum.* vocat Babylonem Romam, sed qualis erat suo tempore, nimirum caput imperij, & populum Dei persequens, quam praedicit ruituram, quia Romanum imperium delendum erat, id quod iam factum esse cernimus. 577. A. B.

Ibid. *Exite de illa.* Babylonem Romanam vrbe idololatra & sanctos persequente, *populus meus.* corde, scilicet, non corpore, & non coniugamini eis, morum & vitae similitudine. ibid.

20. *Et cum consummati fuerint mille annis soluetur Sathanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes quae sunt super quatuor angulos terrae, Gog & Magog, & congregabit eos.* hic locus ad Antichristum pertinere ostenditur, & vna eademque propheta cum Ezech. cap. 38. & resutantur variae de eo opiniones. 674. 675. 676. 677. 678.

21. *Et templum non vidi in ea, Dominus enim Deus templum illius est.* loquitur de Ecclesia triumphante in qua non erit templum, quia cessabunt oblationes, preces & Sacramenta propter quae templa eriguntur. 1569. D.

22. *Si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.* prohibet corruptionem libri sui, & non interdicat, ne alij libri scribantur, aut alia dogmata tradantur. 179. B.

Ibid. *Beatus qui seruat verba prophetiae huius,* quae scilicet dicuntur de vita & moribus. 57. A.

Ibid. *Cecidi ut adorarem ad pedes angeli, &c.* putauit Angelum qui sibi apparuerat esse Deum vel Christum, & ideo corrigendus fuit adorator, propter errorem non adorationis sed personae. 1464. D.

Finis Indicis Locorum Sacrae Scripturae.

I N D E X
R E R V M P R Æ C I P V A R V M
E T V E R O R V M, Q V A E H I S S E P T E M
C O N T R O V E R S I I S C O N T I N E N T V R,
E T E X P L I C A N T V R.

Abbas seu monasterij præpositus non liberatur ab obligatione voti obedientiæ, sed ab exercitio. 1187. A
 Abbatibus non propter ipsos, sed propter Dominum seruiendum. ibid. B.
 Abnegatio sui. i. obedientia duplex: vna communis, & altera maior. 1151. A. B. perfecta includit votum, vt non possit homo retrocedere. 1184. C. vide Obedientia.
A B Y S S V S locum profundum subterraneum, & inferos significat. 399. A
 Acacius episcopus sacra vasa vendidit ad redimendos captiuos. 399. D
A C O L V T H O R V M officium est cum cereo accenso sequi diaconum, ad locum Euangelij & vrecolos & ampullas ad sacrificium præparare. 1054. B. hoc eius officium, esse ordo facer astruitur. ibid. C. D
A C T A Apostolorum liber canonicus esse demonstratur. 16. C
 Actus indifferēs si præcipiatur est necessarius. 764. B
 Adam fuit Ecclesiæ principiū formale & materiale, & errauit malè faciendo, sed non malè docendo. 958. D
A D A M creatus fuit sapientissimus. 384. B
A D A M ante peccatum nesciebat bonum & malum practicè. 386. D
A D A M si non peccasset, Christus non fuisset mortuus, nec fortè carnem assumpisset. 431. A
A d u s, quod inferos significat, pro sepulchro sumi non potest. 397. D
 Adolphus Holfatiæ comes factus monachus lacte sese perfudit, eò quòd baiulare lac ante filios erubuerit. 1640. D
 Adoratio imaginum & Eucharistiæ quàm antiqua. 656. B. ea tres actus. continet, intellectus, voluntatis & exteriores. 1455. D. species eius tot sunt, quot species excellentiæ. ibid. adoratio latriæ & duliæ quomodo differant. 1456. B. C. adoratio latriæ quomodo virtus specialis & generalis esse possit. ibid. C, D. cur soli Deo competere dicatur. 1457. C. D. probatur diuisio latriæ & duliæ. 1458. A
 Adorationis nomen in Scriptura Deo & hominibus commune. 1457. A. B. sic & apud veteres Scriptores. ibid. vide Latria.
 Adrianus I. scripsit librum, qui extat contra Carolinum librum. 888. B
 Adriani IV. ad Fridericum I. Imperatorem epistola. 1651. C. D. 1652. A. B. alia eiusdem epistola arguit imperitiam eorum qui coronationis beneficium Feudum fuerant interpretati. 1656. A. Fridericus I. qualiter ex epistola Adriani IV. iniuste in magnam iracundiam exarserit. 1652. eius inepta ratio ob quam se à Papa imperium tanquam beneficium non habere gloriatur. 1653. A
 Adriani IV. mors à Cremonensi descripta fabulosa censetur. 1657. D. Arianus primus ius eligendi Pontificem Carolo cõcessit, non tamen ei pontificem subiecit, vt mentitur Illyricus. 1706. A. hoc tamen ius videlicet eligendi pontificem Carolo datum nulli historici tradunt. 1707. B
 Adrianus imperator cur templa sine imaginibus

construi curarit. 1521. D
 Adulteri, tempore D. Hieronymi morte multabantur. 1092. D
 Acrius hæreticus quia indicta ieiunia solueret. 770. A. Acrianorum tres errores, quos sequuntur aperte hæretici noui. 991. B. C
 Aeternitas omnia tempora continet, & ad omnia tempora accommodari potest. 311. B
 Agendi modus duplex in rebus ratione vtentibus, vnus per intellectum, & alter per voluntatem, quomodo in hoc genere actiones Dei & nostræ differunt. 280. A. Actionis vocabulum & pro nuda actione, & pro ea quæ est coniuncta cum aliqua qualitate, quæ sit quasi eius terminus sumitur. 303. C. actiones immanentes nihil producunt, quod maneat post actionem. ibid. A. actiones & passionis non naturarum sunt, sed personarum, itaque etiam Deus passus est cum homo est passus in Christo. 344. A
 Agnoitarum hæresis qualis, & eius auctor Themistius diaconus, 379. C. hanc sequuntur Lutherus, & Caluinus, & alij sectarij. ibid. D. & 380. C. D
 Alexander I. solùm statuit, vt Aqua benedictio frequentetur. 1590. B
 Alexander III. statuens testamenta coram tribus testibus facta rata esse, non præiudicat legibus ciuilibus & consuetudini orbis Christiani. 754. C. D
 Alexander VI. ad quid regibus Hispaniæ & Lusitanæ nouum orbem diuiserit. 789. A
 Alphonfus à Castro malè numerat inter Iconomachos Serenum Massiliensem, Fælicem & Epiphanium. 1507. A
 Altaria quomodo in Ecclesia Christum designent. 1581. ea semper in magno honore fuerunt. 1499. B. in Ecclesiis Christianorū semper fuerunt. 1568. C. altaria sunt lapides quatenus in eis sacrificatur, & sunt tumuli quatenus ossa Sanctorū eis conduntur. 1577. A. B. antiquitas eorum quomodo detecta contra ministri cuiusdam impudentiam, in Frandria. 185. D
 Amare nolle Deum plus, si possis, peccatum esse, si ex contemptu id fiat, vel si necessitas exigat maiorem illum amorem, vel si id fiat ex superbia, vel accidia & pigritia. 1167. A. amans Deum super omnia, illum habet pro summo bono, etiam si nõ tam ardentem amet quàm fortè posset. ibid. B
 Ambrosius excommunicans Theodosium, & ei legis formam præscribens, iudicauit Episcopum Imperatore maiorem. 800. B
 Anabaptistæ mysterium incarnationis disertè negant. 335. A
 Anabaptistæ quidam volunt animas per mortem interire quibus Caluinus respondens animam mortalem facit. 389. A. eorum opiniones absurdissimæ. 1000. B. eorum præcipuus error est, magistratus non licere Christianis genere. 1273. C
 Anabaptistarum nocturna conuenticula. 1000. C
 Anacleri pōtiffices Romani duo fuerūt, vnus qui Clementè antecessit, alter qui successit. 548. C. arguitur à Magdebur. quòd memoriam B. Petri construxerit, sed

descenditur. 725.D
 Ananias & Sapphiræ peccatum fuit sacrilegium, & voti præuariatio. 1181.B
 Anathasius II à tribus erroribus, qui ei imponuntur liberatur. 735.D
 Ancyranum Concilium docet peccatum esse, votum continentie violare. 1225.D. 1226.A
 Andreas primus Apostolorum vocatus, & Petro senior. 510.A.B
 Angeli nunquam appellantur nomine sed is qui per angelos loquebatur. 222.D. ij iubentur adorare Christum. 214.D. eorum caput Christus degans in ipsa incarnatione. 384.B. ij diem iudicij nesciunt. 387.B. eorum caput Christus vt Deus, ante lapsum mediator verus neque ante lapsum, neque post. 426.A. Angelis omnibus vnus post Deum præest, qui initio fuit Diabolus, postea Michael. 470.B. inter eos est præfectura & subiectio. 1281.D. 1282.A. eos adoratos fuisse à viris pijs ostenditur 1361.A. cur is à D. Ioanne adorari noluerit. 1464.C. nos postumus angelos adorare, licet id illi recusent. ibid. D. nostras preces Deo offerunt. 1466.D. pro nobis orant in speciali. 1470.D. sunt inuocati & inuocandi. 1473. A. eis templa quomodo erigi possint. 1576.C. in templo aliquos esse, credibile est. 1582.D
 Angeli sic mittuntur à Deo ad Creaturas, vt illa missio non includat æternam processionem. 318.C. Angeli & anime sunt in loco per suam essentiam. 412.A.B
 Angla mulier in ministri cõsione quid fecerit. 107.D
 Anglia mutauit religionem, mutans principem. 789.D
 Anglia habuit quatuor linguas vulgares, sed Latinam communem propter Scripturas. 105.C
 Anima Christi à sua creatione qualis fuerit in scientia & gratia, sententia Catholicorum. 381.B. cam ab instanti creationis fuisse plenam gratia & sapientia, probatur ex Scripturis. ibid. & C. & patrum testimonijs. 382.C. D. 383.A. B. C. D. & rationibus. 384.A. B. C. eam, contra impiam Caluini blasphemiam, pœnas damnatorum non esse perpessam, nulloque peccato obnoxiam fuisse probatur. 390. 391. 392. verè ad inferos descendisse monstratur. 401. 402. 403. quod est necessariò credendum. 410.D. & hoc contra Durandum demonstratur. 411. 412. eam descendisse ad omnia inferorum loca probatur. 413.C. D. nullam ibi pœnam sustinuit: nec corpus eius in sepulchro. 414.A
 Animæ Christi fuit beneficium celeriter corpori suo coniungi. ibid. B. quid contulerit pijs animabus anima Christi in inferno. ibid. C. D. nullos ex damnatis liberauit. 415.B. C. nec infantes qui cum peccato originali decesserant. 416.A. nec omnes animas purgatorij, nisi forte aliquas, vel omnes ex priuilegio speciali. ibid. B. C
 Anima non communicat suas proprietates corpori, neque corpus animæ. 360.C. D
 Anima separata mouere corpora, & apparere, ac loqui & operari, eo modo quo Angeli, Deo iubente potest. 412.B. Animæ piorum quæ in limbo fuerunt post mortem Christi mox beatificari meruerunt. ibid. C. D
 Animas esse immortales qui crediderunt, ex Iudæis, resurrectionem crediderunt, & qui negarunt vnum, negarunt alterum. 1329.C. earum loca post hanc vitam qualia sunt & vbi. 1354. 1355. Animæ defunctorum tribus modis iuuantur, Missæ sacrificio, oratione, & operibus satisfactorijs. 1404.D. 1405. non detinentur in purgatorio quoadusque fiat restitutio eorum, quæ iniuste retinuerunt. 1405.B. C. D. non nisi à iustis iuari possunt. 6401.A. B. animas beatorum non frui adhuc Dei visione, qui & quot hæretici senserint. 1425. 1426. probatur eas vera frui beatitudine Ecclesiæ testimonio. 1429. B. C. D. 1430.A. Animæ Sanctotij Scripture testimonio, vera frui beatitudine probantur. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. & Patrum Græcorum. 1436. 1437. 1438. 1439.

1440. & Latinorum. 1441. 1442. & seq. & multis rationibus. 1447. & seq. etiam si anima beatur ante corpus, non tamen fit iniuria corpori. 1448. D. cur sub altari iacere in Apocalypsi dicantur. 1500.A
 Animæ piorum in purgatorio sunt perfectæ in charitate absolute, licet comparatæ cum animabus beatorum sint imperfectæ. 1381.A. hæ non merentur, quia non sunt in statu viæ. 1382.B. sunt certæ de sua salute. 1183.D. 1384. quomodo Ecclesia pro eis orat, ne eas absorbeat Tartarus. 1388.B. posse eas egredi ex omnibus receptaculis, præterquam ex puerorum limbo, monstratur. 1394.C. D. 1395.A. quoadusque animæ in purgatorio degant, res est incertissima, & nõ nisi temerè definiti potest. 1398.B. an ibi à Dæmonibus torquantur necne, incertum. 1399. D. 1400.A. orant pro nobis. 1402.A. Vide purgatorium, defuncti suffragia. Animæ piorum hominum ante Christi ascensionem non in cælo, sed in limbo fuerunt. 399. D. 400. quomodo animæ in loco sint. 412.A. B. animæ sui corporis quomodo gloriam mercantur. 430.D. earum apparitiones. 672.A. B. animam pro fratribus ponere tenemur, cum id necessarium est ad eorum salutem æternam. 1165.D. animarum apparitiones plurimæ. 1361. C. D. 1362.A. B. C
 An in compositione apud Græcos quid denotet. 626.C. An pro vice seu loco alicuius sumitur. 109.D
 Antichristus nõ venit statim post Christum & Apostolos. 269.C. D. 270
 Antichristi nomen quid significet. 626.B. C. ex nominis vi, Romanus pontifex non esse Antichristus ostenditur. 627.C. eum fore vnum certum hominem demonstratur. 628. & seqq. quomodo ab Apostolorum temporibus esse cœperit. 629.D. 630.A. de Antichristi tempore Catholicorum opinionones, & hæreticorum errores. 632. & seqq. nondum eum venisse demonstratur, ex eo quod Euangelium non sit in toto orbe prædicatum. 637. 638. nec Romanum imperium desolatum. 639. 640. mortuum se fingit, vt resuscitari videatur. 642. eius persecutio omnium grauissima. 644.D. 645. is sacrificium Missæ interdicit. 646.A. quamdiu regnabit. ibid. & seqq. tres annos solum cum medio regnabit. 647.B. eius nomen, non est Romanus nec Latinus. 650. 651. & seqq. illud nulli est cognitum. 652. D. erit notissimum cum ipse aduenerit. ibid. & 653.A. eius character non est ille, quem hæretici somniant. 654. 655. 656. quis sit ille, Catholicorum sententia. 656.C. D. oriurum ex tribu Dan probabile tantum. 658.A. B. Antichristum Iudæum futurum & à Iudæis recipiendum, certissimum est. 658.C. D. erit circumcisus, & sabbatum obseruabit. 659.C. D. eius sedes Hierosolymis, non Romæ futura est. 661.B. C. D. & in templo Hierosolymitano vt cumque à se reparato sessurus est. 662.B. C. fedebit in Ecclesia, nõ vt Episcopus, sed vt Deus. 664.D. eius doctrinæ capita, & de iis inter Catholicos & hæreticos differentia. 665.C. 666. & seqq. negabit aperire Iesum esse Christum, & Christum se fingit. 667. se vt Deum colendum proponet. 668. Antichristi miracula mendacia erunt. 670.C. D. 1012. B. eius regnum quale. 672.C. D. quos reges sibi subiiciet. 673.C. D. post eius mortem vsque ad mundi finem supererunt tantum 45. dies. 678.C. mulierosum eum futurum ostendit. 688.A. B. Pon. Rom. non esse Antichristum, eò quod Pantheon aperuit, demonstratur. 975.A
 Antiochena Concilia sex, ex quibus quintum & sextum approbata, reliqua non. 827.D
 Antiochenus patriarcha quomodo non successerit Petro in regimine vniuersalis Ecclesiæ. 557.B
 Antiochenus patriarcha non primus, sed tertius in Nicæno Concilio declaratur. ibid. C
 Antiochus quis fuerit de quo in lib. Machabæorum. 42.A

Antonij vita, quam nos habemus, ea ipsa est ab Athanasio conscripta. 1132. A. fuit verè Eremitarum princeps, non Paulus. 1135. B. Eremitum ingressus solo studio vitæ purioris. ibid.
 in Aphrica tempore Aug. Latina lingua Scripturæ publicè legebantur. 104.D
 Aphricani Patres quomodo appellationes transmarinas sustulerint. 595. D. iidem in Concilio Carthageni sexto, cur Concilij Nicæni decretum de appellationibus postularint. 599. A. B. C. quomodo subiectionem suam erga sedem Apostolicam fateantur. 632. A. coniuñcti fuerunt cum Rom. Eccles. & ad eam post illud Concilium appellarunt. 603. non prohibuerunt, ne Pont. Rom. appellaretur summus sacerdos, sed ne aliquis Aphricæ episcopus ita diceretur. 882.A
 An cum genit. sumitur pro dicitur cum accusat. id est, propter. 396.A. B
 Apocalypsis liber diuinus esse monstratur. 56.A. B. C. scopus eius libri est, nos ad perseverantiam & constantiam tempore persecutionum hortari. 57.B
 Apocryphi libri duorum sunt generum. 58.A. B
 oratio Manassis in fine Paralip. apocrypha, & Psalmus. 151. ibid. & c. appendix libri Iob. ibid. Hermetis liber. ibid. D. tertius & quartus Machabæorum, Esdræ item tertius & quartus ibid. 59. A. & hic postremus redolere fabulas Talmudicas. 60.D
 Apocryphi libri vera aliqua habere possunt. 55.B
 Apostoli per totum mundum Euangelium prædicarunt, nihil tamen vulgari lingua scripserunt. 103. B. C. hi ad prædicandum sponte sua accesserunt, sed ad scribendum necessitate coacti animum applicuerunt. 154.A. solum hi non scripto, sed viua voce tradiderunt. ibid. C. successores suis cum officio episcopatus, etiam doctrinam religionis tradiderunt. 173.B. & non solum Scripturas, sed etiam charisima veritates. 162.D. monarchiam inter eos Christus instituit, sed diuersam à regibus. 475.D. non habuerunt in mandatis scribere Euangelium. 167. A. quæ & qualia in suis epistolis scripserint, & quæ non. 179.D. habuerunt à Christo singuli legum ferendarum potestatem. 1624. A. condiderunt legem in Concilio Hierosolymitano, quæ obligabat in conscientia C. D. habuerunt iurisdictionem immediatè à Christo per hæc verba. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* 781.D. 782. A. B. eorum dignitas suprema est in Ecclesia. ibidem. C. ante passionem fuerunt Apostoli, sed non episcopi, nec sacerdotes ibid. D. à Christo priuilegio extraordinario acceperunt suam iurisdictionem. 784.C. non errarunt tempore resurrectionis, nisi in fide resurrectionis. 963. B. iubentur ante passionem nihil possidere, sed post multa possederunt. 1122.A. Apostoli Ecclesias gubernauerunt quo tempore mali erant principes Christiani. 1111.D. verè fuisse primi monarchi Christiani probantur. 1134.C. Apostoli siue habuerint uxores siue non ante vocationem, eas reliquisset certum est. 1085.B. C. vbi mortui. 554.C. D. Apostolorum tria officia: in quorum duobus succedit Apostolis Rom. Pont. 558. D. 559. A. non fuerunt omnes æquales. 700.C. D. Petrus fuit maior inter eos. 701.A. Apostoli quot modis Ecclesiæ fundamenta dicantur, sine vilo Petri primi fundamenti post Christum præiudicio. 487.B. C. facti sunt sacerdotes in cœna, & post resurrectionem episcopi. 493.A. pares quomodo fuerint. 494.A. B. quomodo prouincias ad prædicandam inter se partiti sint. 506.A. quomodo sint episcopi, & iis episcopi successerint. 518. A. eos omnes habuisse uxores præter Petrum, certum non est: quotquot tamen habuerunt, eas post vocationem reliquisset probantur. 1228.A. B. à populis qua lege victum quarerent. 268.B. ij multa quæ ad litteram de vno dicta sunt, ad aliud per analogiam traduxerunt. 1551.B

Apostolicas leges vel Pontificias recusare non licet, nisi quas abrogatas certè constat. 60.C
 Appellationes ad Pontifices quid commodi incommodive contineant. 589.B. à Concilijs ad Papam crebræ factæ. 909.A. B
 Appetitus triplex, naturalis, animalis, & irascibilis, & quis sit vnusquisque horum. 1128.A. B
 Aqua benedicta est traditio Apostolica. 150.D. quod etiam satis euidenter probatur. 1593.A. B. Alexander solum instituit, vt hæc cæremonia frequenter. C. miracula per eam facta. ibidem D.
 Aquam in calice vino miscendam esse, diuina est traditio. 150.B. cur hic ritus à Christo sit institutus. 165.D
 Aquila interpret veteris testamenti quis. 71.A
 Aquileiense Concilium non fuit generale, vt dicit Caluinus. 859.D. in eo nõ præfedit Ambrosius, vt idem putat, sed Valerianus. 860.A
 Arca Noë figura Ecclesiæ in eo solum est, quod extra eam nemo saluabitur. 929.A. B
 Arca testamenti adoranda præcipitur. 1458. C. D. eam adorare Iudæis in more fuisse ostenditur. 4459. A. B. ad eam recipendam templum constructum. 1575.D
 Ariminense Concilium cur nullius auctoritatis. 467.D. quando celebratum, & quot ibi fuerunt episcopi. 828. A. à Damaso Pontifice condemnatum euauit. 834.A
 Arius hæresim docuit, in Alexandrum pontificem situm commotus inuidia. 1004.C. imposuit Constantino Imper. fucata sua fide. 727. D. eius mors horrenda diuinitus immissa. 263. D. 264.A. 1017.B. quæ decem annis post Concilium Nicænum, accidit. 822.A. quod probatur. 823.B. eius hæresis cur magis egiit cõcilij definitione, quàm Pelagiana. 833.C. orbis terrarum eius dogma se sequi miratus est, quia episcopi aliquot ignari ei subscripserant. 961.D. eius sectatores monarchis infesti. 1095.C. mutarunt *quatuor* in *quatuordecim*. 1307.D eorum errores, quos noui sequuntur Ariani. 990. D. Ariani non omnes ex Lutheri & Caluini schola prodierunt. 203.
 Ariana Hæresis quibus & quot prodigijs & miraculis confutata. 263.C. D
 Ariani non agnoscunt in Deo distentionem intrinsecam. 207.A. Ariani noui quas hæreses doceant. 208.A. vide Samosatensem nouorum errores. Valentinus Gëtilis, Michael Seruetus, Erasmus, Caluinus.
 Arianorum nouorum theses, quibus impietates illorum deteguntur. 208. D
 Armacani errores contra Christi paupertatem resutantur. 1266.C. eiusdem error, principes non esse eos, qui gratia Dei carent. 1283. A
 Assuerus maritus Esther quis fuerit. 22.C. non fuit Artaxerxes Mnemon. 23.C. fuit Artaxerxes Longimanus. ibid. D
 Assyriorum monarchia quot annos durauerit. 455.A
 Athalia Ioiadæ Pontificis iussu regno priuata & occisa. 800.A
 Athanasius Synodo Nicæne interfuit, sed non præfuit contra Caluinum. 855. D. eius disputatio cū Ario facta esse à Vigilio Tridentino episcopo demonstratur. 861.A. B. eius quadam de virginitate sententia contra calumnias Martyris defenditur. 1204.D. & alia de monarchis contra Magdeburgenses. 1230.D
 Athanasij solum ipsum esse demonstratur. 317.C
 Augustinus cum Maximino disputans, cur Nicæni Concilij auctoritatem seposuerit. 874.D. existimauit Conc. Nicænum summæ esse auctoritatis. ibid. cum dicit priora Concilia posterioribus emendari, loquitur in questionibus facti. 875.A. fatetur à se ordinem monasti-

cum institutum. 1125. C. quos sepulchrorum adoratores reprehēdat, & quomodo nō putauerit malum venerari sepulchra Sanctorum. 1504. A. eius & Caluini spiritus quantum differant. 39. C. eius de traditionibus dicta contra Kemnitij petulantiam defenduntur. 168. A. non locutus est de legibus Ecclesiasticis, vt Caluinus ei imponit, eum de multitudiue præceptorum conqueritur; sed de particularib. vulgi cōsuetudinibus. 776. B. C. Aurelianus imperator quamuis gentilis, domum Ecclesiæ iussit ei dari, cui subscriberet Rom. Pōtifex. 135. B. M. Aurelius Imp. à legione Christianorū in Germania quale præsidium diuinitus acceperit. 1015. D. Autotheanorum hæresis qualis, & qui eius auctores. 305. A. Autotheos non est Pater & filius in sensu Caluini, sed in alio sensu sic. 307. D.

B

Be præpositio apud Hebræos pro in, & de, & ex, sumitur. 83. B. S. Babylæ translatio contra Magdebur. blasphemias defenditur. 1492. D. Baptismus & religionis professio in quo conueniant. 113. C. D. promissio in baptismo facta non est propriè vorum. 117. D. Baptismus pro afflictione & cruciatu in Scripturis sumitur. 1345. D. pœna purgatorij baptismus in Scripturis vocatur. ibid. in baptismo tollitur omnis culpa, & pœna futuri sæculi, sed non in pœnitentia. 1368. B. Baptismus in nomine Christi datus non est ratu5. 746. D. quamuis afferere eum ratum esse non sit hæresis. ibid. Baptismus necessarius, vt quis in ecclesiā recipiatur, sed non vt esse cōsecratur. 946. D. 950. A. Baptizati vel ordinati ab hæreticis non recipiunt gratiam si ipsi hæresi polluti sint. 734. C. Baptismus illuminatio & Sacramentum fidei dicitur. 1032. D. Baptismus paruulorum est traditio Apostolica, nec Scripturis probari potest. 155. C. Baptismus hæreticorum an sit verus, ex traditione maximè habetur. 169. D. Baptisum quicumque recipit, debet esse paratus Christo seruire, & omnia pro Christo relinquere, si expediat. 1701. C. Barnabam primum in vrbe Roma prædicasse non est verisimile. 539. B. Bartholomæus Carranza in libro Summæ Conciliorum errasse conuincitur. 1515. B. Baruch liber est Canonicus. 24. C. D. cur antiqua Concilia eum non nominarint. 25. A. Basilica & templum quomodo differant. 155. D. Basileense Concilium partim confirmatum partim reprobatum. 830. B. errauit in depositione Eugenij: tunc non erat verum Concilium, sed Conciliabulum. 759. B. 960. D. in eo presbyteri contra consuetudinem subscripserunt. 846. B. legitime cōceptum, sed illegitimè terminatum. 914. B. Basilius fuit auctor ordinis monastici. 1135. B. eius de traditionibus sententia à Kemnitij calumniis defenditur. 163. C. & contra Brentij petulantiam. ibid. D. Beati iam existentes ad hanc vitam reuocari non possunt, nec damnari. 1395. C. D. 1396. A. illorum gloria post resurrectionem quomodo maior erit, quàm nunc sit. 1445. B. C. Beatus est qui habet omnia quæ vult, & nihil vult mali. 379. A. ad beatitudinem Dei spectat esse vbique, sed non ad beatitudinem corporis. ibid. B. Beli statua primum idolum positum ad adorandum. 38. A. B. Benedictiones aquæ, olei, panis, & cæterarum rerum, qui hæretici damnauerint. 1596. A. B. probatur ex Scripturis. 1593. A. tres ob causas hæres benedicuntur, nimirum ad significandos spirituales effectus, & deteriorationem venialium delictorum & fugados demones, mor-

bōsque curandos. 1594. B. obiectiones eorum, qui eas damnant diluuntur. ibid. D. 1595. A. Beneficia Dei tanta sunt, vt nunquam ei æquale possumus reddere. 1166. A. Benefactori non ingratus quis dicendus est. 1167. D. Beneficium quasi bonum factum dicitur, & Feudum non significat. 1656. B. Bellum Christianis non esse illicitum demonstratur. 1292. quomodo & cui paci opponatur. 1298. D. 1299. A. iustum quod sit. 1299. A. B. eius inferendi causa, non leuis & dubia, sed certa & magna esse debet. ibid. D. finis pax & tranquillitas publica. 1300. A. B. ante bellum pax procuranda melioribus aliquibus conditionibus. ibid. C. D. quibus personis in bello noceri non possit. 1301. C. D. conditiones quatuor. 1. legitima auctoritas. 2. iusta causa. 3. intentio bona. 4. modus debitus. 1299. 1300. 1301. Bellum sacrum non fuit per Gog & Magog præsignificatum. 677. A. B. in eo bello qualis & quanta victoria Christianis ad Antiochiam diuinitus contigerit. 1018. D. Benno qui scripsit contra Gregorium 7. quis fuerit. 749. B. C. aduersus eum pro Gregorio 7. scripserunt 32. auctores nobilissimi. 753. D. 754. A. B. Bernardus qua ratione in ornatum templorum inuehitur. 1590. C. reprehendens festum conceptionis nobis fauet, qui illud celebramus. 1625. D. Beeth vox Hebræa testamētū passim redditur. 50. B. Beza est apertè Nestorianus. 993. B. secum ipse in versione noui testamēti pugnat. 398. C. mutare verba scripturæ licere sibi putat, vt possit Papiſtis incommo- dare. 401. D. Beza in voce Scheol inſcitia redarguitur. 398. A. B. secum ipse pugnat in eiusdem vocis expositione. ibidem C. D. mutat verba scripturæ pro sua libidine. 406. B. Caluini iudicio non est vir bonus, & apertè ab eo in expositione scripturæ disſecit. ibid. D. Bibliandri de tribus cornibus Antichristo euulsis error refellitur. 673. D. eiusdem de Gog & Magog opinio refutatur. 675. D. 676. A. Bigamia duabus rationibus prohibetur ob signum incontinentiæ, & ob significationem mysticam, qua caret. 1099. C. qui duas vxores habuit vnam ante baptismum & aliam post, bigamus est. 1101. D. Bigamiæ species tres: propria, quæ fit cum vir habuit duas vxores, vel cum vxor duos viros, vel cum vterque: interpretatiua, quæ talis iure habetur, & metaphorica, vt post votum nubere. 1102. A. B. Bigami non ordinādi lege Apostolica. 763. C. fusi5 hoc probatur ex verbis Apostoli. 1094. & seq. 1103. Bigamos ordinatos esse cur Tertullianus queratur. 1096. B. vbique seruatum hoc præceptum Apostolicum probatur. ibid. D. Bonifacius V. ab errore, quem illi impingunt Magdebur. liberatur. 738. B. S. Bonifacij Martyris de Rom. Eccle. sentētia. 686. B. Germanos ad fidem conuertit, vt testantur Centuriatores, qui eum laudant & vituperant. 1002. C. D. Bona & possessiones plurimas Ecclesiā ab initio habuisse demonstratur. 110. C. D. Bona Ecclesiæ sunt exempta à tributis principum sæcularium. 1116. C. Brentius simul Nestorianus & Eutythianus esse conuincitur. 336. C. Phrasēs habet Nestorianas. ibid. Brētius & Smidelinus pei5 errant in mysterio incarnationis, quàm Nestoriani. 352. D. secundū eos tora Trinitas incarnata esse monstratur. 355. D. Brentius dum dicit Christi corpus sumi in cœna efficaciter & non alibi, Caluinismū sapit. 367. C. D. Eutythianus est. 380. A. Deus est natus ex virgine, passus, & mortuus verè & realiter dicitur. 358. D. Deus dicitur moueri de vno loco in aliū metaphoricè tātū. 363. C. Deus reconciliauit nos sibi, sed per Mediatore quē ad nos misit. 425. D.

Deus

Deus est qui transfert regna atque imperia, non tamen propterea Cyrus & alij monarchæ aliena regna iuste inuadebant. 1676. B. Deus vtitur mala voluntate hominum ad aliorum peccata puniēda. ibid.

C.

Cæremonie Iudaicæ sunt, quæ à Mose institutæ venturum Christum significant. 1173. A. quomodo eas repetere esset peccatū, non autem eas, quæ fundantur in ratione naturali. 1578. C. explicatio earum quæ seruantur in ecclesiasticarum conſecrationibus. 1580. 1581. Cæremonie Iudaicæ quomodo à Deo mutandæ essent. 1603. D. Cæsar in Pharſalico prælio non vicit opera Germanorum, sed Italicorum militum. 1673. D. Caluinus eum ratione vtriusque naturæ Christum mediatorem facit, Eutythianus est & Monothelita. 424. B. Caluinus malè filium semel genitum, nec iam generari dicit. 296. C. D. Idem etiam Arianismi conuincitur, Christum Angelorum Mediatorem faciens. 428. B. C. Item quod facit eum, vt Deum, hominū caput, d. c. se in suis institutionibus retractauit. ibid. D. secum ipse pugnat. 458. A. B. nulla esse inferorum loca sentit. 385. D. animam Christi dolores damnatorum pertulisse blasphematur. 390. A. B. in morte propter hanc blasphemiam desperauit. ibid. D. Caluino & Beza animæ iustorum in cœlo existentes, non vifuræ sunt Deum ante diem iudicij. 397. A. 758. A. B. suam expositionem scripturæ Beza non probat. 406. D. eius error de Christo mediatore. 420. B. fauet Arianis. ibid. D. & magis eum scribit Christum esse Angelorum & hominum mediatorem ante lapsum. 428. B. C. & eum eum facit solum caput Angelorum & hominum ante lapsum. ibid. Caluinus mentitur, scribens primis quingentis annis nullas fuisse imagines in Ecclesia. 1514. D. Item dicens nos coniugium pollutionem vocare. 1139. D. eiusdem in omnes sanctos monachos veteres mendacium contumeliosum. 1140. A. plurima eius mendacia aduersus monachos redarguuntur. 1140. C. D. 1141. quàm ineptè Paulum 7. cap. 1. Cor. interpretatur, volens coniugium ita necessarium esse, ac cibum & potum. 1152. A. B. mentitur asserens nullum veterum Conciliorum Christi meminisse. 1158. D. B. Virginis votū virginittis eludens redarguitur. 1189. 1190. B. eiusdem de oratione pro defunctis & purgatorio mendacia redarguuntur. 1356. 1357. eiusdem in sanctos veteris & noui Testamēti petulantia. 1425. B. C. eiusdem mendacium tam manifestum, vt mendacis cognomen ei tribuendum esse videatur. 1466. C. alia eius mendacia. Caluini maiores Iulianus Apostata, & similes. 1488. D. Caluinus secum apertè pugnat, scribens de Cardinalibus, eos ad summum dignitatis fastigium peruenisse, & viles esse omni populo. 1073. D. deprauat verba Constantini magni. 1115. D. eius mendacium impudentissimum, dicens Nic. Conc. 2. statuisse imaginibus sacrificium offerendum. 889. C. D. aliud dicens Concilium Basileense fuisse in eadem auctoritate & dignitate vsque ad finem. 960. D. eius Ecclesia noua & nunquam antea fuisse perhibetur. 975. B. C. dum nostra oppugnat, fatetur toti se antiquitati repugnare. 986. 987. facit Deum auctorem peccati, quod est Florini plusquam hæresis. 988. D. magis est impius Manichæo. 990. A. absurda opinio Caluinistarum, omnia fato fieri. 1000. D. Caluini miraculum Burleum vita priuantis, quem se excitatum simulauerat. 1008. A. B. C. D. mors horrenda. 1017. D. necessariam cenſer in ordinatione manuum impositionem. 1039. A. B. falsum est, quod dicit suam & suorum vocacionem esse extraordinariam. ibid. D. mendacium eius tribuentis verbo Dei & Conciliis, quod non est eorum. 1049. D.

Caluini linguæ sanctæ ignorantia. 69. C. Caluinus dum vult videri, eius duo mendacia scurrilia. 101. D. eius argumentatio contra eum retorquetur. 132. C. D. alia mendacia. 149. D. de Trinitate errores. 207. A. eius de Deo filio, quod sit & vobis, sermo reprehenditur. 306. C. D. Caluino animæ saltè impiorum sunt mortales. 389. D. eius admirabilis impudentia, qui, quos ob idololatriam Scriptura damnat, ob alia peccata afferit. 776. D. 777. A. eius de D. Bernardo sentētia, qua se sociūque iugulat. 797. D. eius de præſidentia Christi in Cœciliis sententia vana est. 837. D. eius interpretatio Canonis, ne sine auctoritate Rom. Pont. concilia fiant, ridicula. 839. A. eius mendacia de præſidentia Leonis I. in Conci. Chalced. extorta ab Imper. redarguuntur. 858. C. profert Scripturas in episcopos nostros, quæ in ipsum quadrat. 873. D. eius de tribus sedibus patriarchalibus error. 920. D. eius duo insignia mendacia non in pontificem modò, sed in reges Galliæ contumeliosa. 982. D. 983. A. eius inſcitia. 696. C. mendacium. 623. B. C. multa dicit in Pontificem, sed nihil probat. 684. multa mendacia cum pugnat cōtra imagines. 1532. 1533. & seq. eius mendacium maximum dicētis, ob ea quæ quotidie sunt à Christianis circa imagines Iudaos à prophetis fuisse reprehētos. 1535. D. Vide Luth. 1. 2. & omnium hæreticorum nomina. Caluinista in quo Antichristi sūt præcursores. 656. D. quomodo ex ipſorum confessione, non sunt in Ecclesia. 661. A. B. Caluinus mentitur dicēs, Syricium matrimonium pollutionem vocasse. 734. A. eiusdem quinque mendacia dum de Ioanne 22. scribit. 757. D. 758. A. Caluinistæ indies minorantur. 977. C. qua de re Caluinus conqueritur. ibid. D. Caluinista in Gallia eadem fecerunt contra Sanctos, quæ olim Ethnici in eadem cōtra eosdem patrarant. 1491. A. egregiè imitantur maiores suos Iconomachos, eò quod Euchariſtam figuram Christi dicunt. 149. 150. vide Lutherus & Lutherani. Caluinus dum vult faceris videri mentitur. 98. A. Caluinus apertè hæresim Nestorianam cum suis sequitur. 345. B. C. Caluini horrenda blasphemia, Christum sine spiritu orauisse aut se correxisse. 387. C. Caluini sententia τριτη τριτη explicatur & defenditur. 305. B. C. eius tamen loquēdi modus redarguitur. 306. B. Cum reprehendit hæc verba, Deum de Deo, grauius errat, & similia est Arianis. ibid. C. Caluinus Christum omnes damnatorū pœnas esse perpetuum blasphematur. 390. A. iuxta eum Christus quando & quandiu in inferno fuerit. ibid. B. huic descensui is tribuit nostram salutem. ibid. C. Campanæ benedicuntur non baptizantur. 748. B. Candela quæ in officio tridui ante pascha extinguitur quid significet. 964. B. Canon Missæ quomodo sit ex Apostolica traditione. 150. C. D. Canon Apostolicus de non abiiciendis vxoribus exponitur. 607. D. Canones Apostolorum qui quōtve à Clemente scripti. 59. B. cur eas Gelasius inter Apocrypha recēserit. ibid. C. Canō S. Scripturæ, Cōc. Carthaginensis 3. potius sequendus, quàm Laodiceni, quamuis ille huic non repugnat. 882. B. C. Canonizatio sanctorum quid sit, & quid per eam Sancti conſequantur. 1450. C. ad quem pertineat Sanctorum Canonizatio. 1451. C. Canticorum liber est Canonicus, neque amores Salomonis & filia Pharaonis continet. 13. A. B. verè continet Christi & Ecclesiæ epichalamium. ibidem C. cur nullum ex diuinis nominibus habeat. ibidem D. quæ in eo dicuntur de sponſa, quidam de Ecclesia, quidam de B. Virgine, quidam de anima perfecta exponunt, quod est probabilius. 928. D. Cantica spiritualia lingua peregrina in Ecclesia primitiua canebantur. 110. B. Capio verbum, & τωσθεσ capacem esse, & intelligere, seu sponte comprehendere significat. 1219. C.

Cardi

Cardinales non episcopi præstant episcopis in regimine vniuersalis Ecclesiæ, ar ab eis vincuntur in regimine suarum Ecclesiarum, 1071.C.D. Cardinalis presbyter episcopo non Cardinali maior, quia Cardinalis maior est non Cardinali. 1072. B.C. Cardinales olim inferioris dignitatis erant, quàm modò sunt. 1073. A. cur postea pluri facti sint quàm ipsi episcopi. ibid. & B. de his qui quòtve auctores scripserint. 1069. A. fuerunt ante Syluestri tempora, ibid. B. non fuerunt Cardinales idem quod Episcopi Gregorij tempore, vt vult Caluinus, ibid. C. Cardinalis nomen à loco sumptum, & deriuatum ad personas, 1070. B. eorum officia tria. 1. commune cum reliquis episcopis, vel presbyteris, vel diaconibus. 2. eligere summum Pontificem. 3. eidem assistere. C. ad Cardinales quomodo tria hæc officia deuoluta sint. 1071. A

Charitas vinculum perfectionis ab A post. quomodo dicatur. 1126. C. Charitatis quatuor gradus. 1. diligere Deum quantū diligibilis est, qui Deo conuenit. 2. quantum potest creatura diligere, vt beati. 3. quantum potest creatura mortalis, quæ à se remouit omnia impedimenta, vt religiosi. 4. vt nihil æquè ac magis quàm Deū diligat, vt pij reliqui homines. 1127. B. C. D. 2. gratia noui testamenti & libertas euangelica. 1176. C. a igitur dupliciter, in genere gratiæ, & in genere gloriæ. 1430. C. delet culpam per actum proprium, & non per opera satisfactionis. ibid. D

Carolus magnus Romanorum verus Imperator fuit. 640. C. D. eius pietas. 641. C. iure in eum à Græcis imperium esse translatur demonstratur contra Magdeburg. 801. B. C. D. ei omnes principes etiam Græci & Persæ imperatoris nomen tribuerunt. 802. A. non fuit factus Imperator à Pop. Rom. ibid. C. D. eius nomine libri editi, quàm parum inter se coherentia dicant. 886. A. B. duo mendacia Synodo Francofordiensi obtulerunt, quæ in errorem eam induxerunt. 887. A. B. non esse Caroli magni probatur, sed alicuius hæretici, & missi à Carolo ad Adrianum 1. vt confutarentur. 889. A. B. Carolus magnus tanquam Sanctus colitur. 1586. C. eius non sunt hi libri qui nomine eius circumferuntur. 888. C. D. fuit Christianissimus princeps & Adriano I. coniunctissimus. 889. A. B. fuit doctus & ingeniosus. ibid. libri eius nomine editi non iuuant, sed confundunt aduersarios. ibid. D. & 890. A

Carolus Magnus agnoscit primatum Roma. Eccle. etiã in libris Carolinis, qui tamen eius nō sunt. 1697. D. Carolum magnum diuino consilio ad imperium euectum, quot quantaque testantur. 1702. B. Carolus Romanus venit, non ad iudicandum Leonem III. sed ad vlciscendum. 1709. A

Carolus Magnus de causâ Leonis III. cogniturus Romanus venit, ipse tamen iudicium de illo non tulit, sed pontificis arbitrio ipsum iudicandum reliquit. 1672. B. C. Patricius Romanorum & defensor ab Adriano est ob expulsos Longobardos appellatus. 1678. A. Carolus Græcorum inuidiam qua illi datum Imperium ægrè ferebant, qua ratione superauerit. 1692. C. eum Græci imperatorem agnouerunt, sed post coronationem Pontificis. ibid. D

Carolus Magnus de trãserendo in se imperio Pont. consilium ignorauit. 1646. D. Carolo magno à Leone III. Imperium Romanum esse delatum auctores etiam hæretici referunt. 1649. B. C. non fuit designatus per caput bestiarum mortuum, quod draco curauit. 1650. A

Carolus Magnus imperium beneficio Pont. Rom. Leonis 3. obtinuisse teste consensu orbis terrarū auctor probat. 1660. 1661. Carolum scito Pop. Rom. imperatorem factum quomodo intelligendum. 1664. A. eū Pont. Rom. confirmante Imperium Romanum adeptum esse quid significet. ibid. testamentū suum ad Papam misit,

vt ab eo confirmaretur. 1665. D. 1666. A. Carolus magnus iure belli Roman. Imper. non est adeptus. 1671. D

Caroli Magni successio in imperio vsque ad Orthorem 1. explicatur. 1692. D. 1693. A. in familia Caroli Magni imperium hæreditarium fuerat, sed postea per electionem dari cœpit. 1725. A. Carolus magnus quomodo electorum Imperij potestatem instituisse dicatur. ibidem.

Carolus Caluus qua ratione à Pontif. Max. Imperator factus sit. 1666. C. Imperium quod à fratre Ludouico iuniore tenebatur inuadere ab Adriano II. prohibitus est. 1669. D. 1670. A

Caroli Molinæi hominis hæretici glossa in decret. Venerabilem, de elect. destruens textum. 1730. C

Carolus 4. Imp. optimus & religiosissimus. ibid.

Carolus Molinæus mentitur, cum ait, legatos Pontificis post episcopos in Conciliis sedisse. 853. C

ad Carthusianorum ordinē cur religiosi alijs transire liceat. 1195. C

Casimirus regis Poloniae filius mori maluit, quàm misceri mulieri. 1223. B

Catechumeni etiam si non sunt in Ecclesia acti, sed voto saluari possunt. 919. A

Carhedræ S. Petri festum quid significet, & quàm antiquum sit. 522. B

Causæ particulares agi debent, vbi sunt commissæ, sed causæ fidei nequaquam. 864. D. causâ iudicata à Pont. in concilio particulari iterum ab eo in concilio generali iudicari potest. 910. B. C. Causæ Ecclesiasticæ illæ sunt, quæ solum ex Euangelio Canonibusque pendunt. 114. B. non debent à politicis magistratibus iudicari. ibid.

Celestinus 3. quando dixit matrimonium solui per hæresim, non hoc de fide esse definiuit. 754. D

Cereos accendi consueuisse ante res sacras quàm sit antiquum. 1500. B. accenduntur non in signum adorationis, sed in signum lætitiæ, vel gloriæ sanctorum. 1503. B

Cherinthus Iesum à Christo separauit, & Iesum purum hominem, Christum filium Dei putauit. 344. B. hanc postea hæresim Pelagianis, & postea Nestorianis renouauerunt. ibid. C

Certitudo salutis non legitur in Euangelio. 696. D. certitudinis salutis tres sunt gradus, beatorum, eorum qui sunt in purgatorio, & viuentium. 1384. B. cur nos de salute nostra ita certi nō sumus, vt animæ purgatorij. 1386. D

Chalcedonenis Synodus anno 354. celebrata contra Eutychem præsentibus 630 Patribus. 824. C. ei Martianus Imperator affuit, sed non præfuit. 857. C. sed legati Leonis Papæ. ibid. D. quomodo in eo facto errauerit, quod ab Apostolica sede reprobatur est. 875. C. negat apertè nuptias monachis sacrisque virginibus permitti debere. 1226. C

Chaldaica lingua libri sacri quinam scripti. 68. B. C

Chaldaicæ translationis auctores qui. ibid. ea non est in Ecclesia auctoritatis firmæ, nisi cõtra Iudæos, ibid. est resperfa Iudæorum in Thalmud fabulis. ibid. D. in ea multi sunt errores. ibid. D. & 69. A. B. tota vel magna ex parte post Christum edita est. 103. B

Character non facit aliquem esse in Ecclesia: sed signum est fuisse in Ecclesia. 617. A. non proprie vnit hominem cum capite, sed est signum potestatis, & vnionis cuiusdam. 921. D. Characteribus vti & figuris ad effectus aliquos producendos cur superstitiosum. 1561. A. B

Childericus rex Galliarum iuste depositus. 582. D. 800. D

Chilastatum error breuiter refellitur. 675. A. B

Christianis vnctio in Ecclesia quàm antiqua. 655. C. vide vnctio. Christiana singulis annis renouandum, est traditio Apostolica. 160. B. Christiani primi collationes

habere

habere soliti. 108. D

Christianus populus vnus esse debet vnitæ fidei. 1034. B. eius tres ordines, clerici, laici, & catechumeni. 1054. D. Christiani, etsi nunc sint liberi à cæremoniis legis, non tamen ab oblationibus, & decimis, 1105. A. nõdum redempti sunt secundum corpus, quia adhuc viget concupiscentia, & indigent magistratu, cui tributa soluere debent. 117. D. à Turcis vincuntur propter principum dissensiones. 1222. D. non omnes etiam Catholicici saluandi sunt. 1377. C. olim quanta religione à sanguine, & suffocato abstinerent. 765. A. B. illi legibus indigent ad viuendum secundum rationem etiam præter leges diuinas. 774. D. non licet eis iure diuino tolerare regem hæreticum aut infidelem. 798. A. B. Christiani, & Catholici nomen quibus solis conuenit. 970. D

Christianorum duo vitæ genera probata ex Eusebio, vnus monachorum, alterum coniugatorum, & quæ inter ea differentia. 1641. B. C

Christus etiam si non uenerit, vt legem ferret, adiunxit tamen ad præcepta moralia, leges quàm plurimas, & cur. 9. A. B. verba eli eli Hebraicè pronunciauit. 115. A. Christus fundamentum primarium nostræ fidei, & Petrus secundariū. 144. D. ad Christi verba in calicis consecratione nullus potest quicquam addidit. 150. B. nomen ei datum super omne nomen, quod, & quando & quomodo datum. 218. A. se faciebat æqualem Deo, & reuera ita erat, non ex opinione solum Iudæorū. 224. D. cur omnis creatura primogenitus dicatur. 237. A. Deus in Scriptura sepe dicitur. 238. A. & nomine 7777. ibid. C. & altissimus. ibid. D. & 239. A. B. dicitur item alijs nominibus Dei propriissimis. ibid. D. ei attributa Dei conueniunt, & primò æternitas. 240. D. immensitas. 242. A. Potentia. ibid. B. Sapientia. ibid. D. 243. A. Bonitas. ibid. C. D. maiestas summo digna cultu. ibid. B. C. opera Dei propria Christo tribuuntur & primò creatio. 245. C. D. deinde consecratio, & saluatio. 248. D. 249. A. prædictio futurorum, & scrutatio cordium. ibid. B. & miraculorum patrario. ibid. C. cum Christi Pater sit Deus & creator, quomodo sequitur Christum Deū esse & creatorem. 254. A. in Christo duas esse naturas probatur. 340. diuinitatem in ipso passam non esse probatur. 341. cur sit vnus Christus etiam si duas naturas habeat. 343. A. B. verus Deus & homo in vna persona esse demonstratur. 347. 348. non potest dici homo deifer, sed eius caro deifera. 352. B. in Christo duæ sunt naturæ, & vna verbi substantia. 354. C. D. Christus vt homo in celo vbi sit. 364. verè in cælum ascendit. 365. A. B. C. Christus vbiq; est homo, verè in se propositio. 378

Christus sacerdos est secundum ordinem Melchisedech. 91. B. Christus nunquam reprehendit sacerdotes sub nomine sacerdotum, sed sub nomine Scribarum & Phariseorum, & cur. 130. B. Christus nõ eguit testimonio hominum propter se, sed eo utebatur propter alios. 141. C. Christus quæ se dicturum promisit, dixit post resurrectionem. 157. B. C. Christus ratione humanæ naturæ rectè dicitur seruus. 230. A. Christus si adorandus est, vt omnes fatètur, verus Deus est. 244. B. C. Christus non vt minister mundū condidit, sed vt principalis agēs. 246. C. D. Christi caro eiusdem est rationis cum nostra. 341. D. Christus vt homo meruit sibi aliqua dona. 356. D. Christus homo non est filius Dei per gratiam, sed per naturam. 357. A. in Christo non solum sunt duæ naturæ, sed duæ etiam voluntates inconfusæ. 359. B

Christus in incarnatione quos defectus nostros accepit, & quos non. 384. C. D. orans cur exauditus non fuerit. 388. A. eius mors corporalis satisfacit abundè pro omnibus pænis, quas pati debuimus in inferno. 393. D. cur grauius ex suæ mortis consideratione afflictus fuit, quàm reliqui homines. 394. C. eius opera quomodo sint naturalia, non personalia. 419. D. operationes eius fue-

rūt partim diuinæ, & partim humanæ, & mixtæ. 426. C. sibi meruit, & corporis gloriam, & nominis sui exaltationem. 429. 430. quomodo sit Ecclesiæ monarcha, nõ impedit quominus alter sub eo toti Ecclesiæ præsit. 469. D. Christus post resurrectionem suam primo omnium virorum Petro apparuit. 513. D. & 514. A. primū eilauit pedes. ibid. B. eum solum ex viris baptizauit, & episcopum ordinauit. 516. C. D. Christus Petro agnos agniculos & oues commendauit. 503. A

Christus auctor monasticæ & approbator. 1140. D. multa consulit, quibus non est necessariò obtemperandum. 1141. A. fuit verè mendicus, & vixit mendicatio. 1266. A. fuit verè dominus eorum, quæ illi donabantur. ibid. D. descendens ad inferos animas quasdam à purgatorio eduxit. 1351. C. D. eius redemptioni & satisfactioni non officit nostra satisfactio. 1369. A. Christus simul fuit viator & comprehensor, & idè in vita qua parte viator fuit mereri potuit. 1383. C. nobis ipse Paradisum morte sua reseruit. 1430. C. quomodo moriendo, quiescendo, resurgendo & ascendendo in cælum, nostrum exemplar fuerit. 1449. A. solus noster est intercessor immediatus, per quem quæcunque Sancti pro nobis impetrant obtinent. 1468. C. D. Christi humanitas est cogitanda, & quicquid in ea ipse gessit. 1502. D. Christi tres imagines ipsius tempore extiterunt. 1521. D. Christo vera latria conuenit, non autem imagini ipsius. 1546. B. non recusat aliquas delicias etiam si pauper esset. 1595. B. templa ei dicata magnificentissima esse debent, & cur. ibid. & C. quo anno natus & quo die mortuus & resurrexit. 1615. B. natalis eius, circumcissionis, Epiphaniæ, & alia festa quando instituta. 1622. C. D

Christus nullius vrbis fuit episcopus, nec successorem habuit, sed vicarium generalem, qui Hierosolymis sedere nõ debuit. 527. B. C. eum Paulo in aère apparuisse probatur. 542. D. quo anno mortuus sit auctorum opiniones. 546. C. quomodo vlli homini subiectus fuerit. 611. D. 612. A. B. quomodo sit caput Ecclesiæ. 621. B. C. eius nomen quomodo à Sibyllis prædictū. 653. D. nõ se subiecit Scripturis, sed super Scripturas fuit. 670. A. fundamentum Ecclesiæ est primarium, sed secundariū Apostoli. 700. B. rogauit pro solo Petro, cum dixit, Rogauit pro te. 713. in Christo homine vna tantum voluntas non duæ cõtrariæ, altera carnis, altera spiritus. 739. D

Christus perfectissimæ paupertatis sectator fuit, & tamen aliqua in communi possedit. 1266. D. 12. 7. A. omnimodam docuit paupertatē verbo & exemplo. ibid. B. non venit destruere ea quæ bene se habebant, sed perficere. 789. B. Christus vt Deus rex æternus cum Patre, vt homo, rex omnium hominum spiritualis tam fidelium quàm infidelium. quod eius regnum post diem iudicij erit visibile & manifestum. 790. D. 791. A. non fuit rex temporalis alicuius dominij, quod probatur manifestissimè. ibid. B. C. D. 792. A. Christus eiecit mercatores è templo more prophetarum zelo quodam diuino. ibid. B. habuit vt homo potestatem quam non communicauit Pont. max. 793. B. C. cur diuiserit pontificis & Imperatoris dignitatem. 808. B. C.

Christi regnum differt à regnis cæterorum hominū, quia illud non pendet ab hominibus, hæc verò pendet. 904. B. C. communicauit Petro omnia nomina, quæ ei tribuuntur, quatenus est supra Ecclesiam. 905. D. 906. A. est suppositum corporis Ecclesiæ, vt sustentat & mouet omnia, & caput, vt influens in omnia membra. 912. B. est caput omnis Ecclesiæ, quomodo non omnia eius membra saluanda sint. 929. B. C. Christus non tenetur remouere ab Ecclesia omnem ignorantiam, sed omnem errorem. 954. C. Christus vt homo sponsam habet Ecclesiam Christianam, vt Deus verò Ecclesiam, quæ fuit ab initio mundi quam non repudiauit, sed ex ancilla liberam fecit. 1100. A. B. Christus ante passionem mortalis

erat,

erat, sed nō feruus, sed liber: expectans resurrectionem corporis sui, non redemptionem. 117. d. vide, filius Dei Verbum, Mediator, Incarnatio, Passio, &c.

Chryostomus non est auctor operis imperfecti, sed alius Arianus. 181. B

de Christo multa dicuntur, quæ intelliguntur de eius corpore, id est, Ecclesia 386. B. Christus affectum naturalem fugiendæ mortis cur ostendere noluerit. 387. D. Christi morti Scripturæ salutem nostram tribuunt, & post mortem corporalem nullam ulterius pœnā agnoscunt. 391. A. Christum non pertulisse damnatorum pœnas in inferno demonstratur. 392. C. D

Christi regnum tripartitum, in cælo, in terra & apud inferos. 403. C. Christus cur magis prædicasse dicatur apud inferos his qui fuerant increduli tempore Noë quàm aliis. 405. C. D. Christi prædicatio in inferno fuit annunciatio, de completa redemptione. 406. A. Christi opera sunt operæ personæ, quæ duo sunt iuxta duas Christi naturas. 419. D. 420. A. Christus sacrificium offert & recipit diuerfa ratione. 422. D. Caluino, Christus dubitauit de sua salute. 393. A. error ipsius, in eo quod *quidam* speculam verit, redarguitur. 407. A

Christi humanitati non est datum vt sedeat ad dexteram Patris nisi in supposito. 371. A. Christi humanitas nec est nec esse potest æqualis Deo. ibid. B. Christi humanitas est in gloria Patris ratione suppositi. ibid. D. Christi humanitas Verbo toti vnita est, sed nō adæquat eius immensitatem. 375. A. Christi corpus transcendit omnia, id est, omnes humanas passiones. ibid. D. Christus totus, est vbique, quia persona Christi est vbique, sed non totum Christi, id est, humanitas. 377. & seq. Iudicium vltimum cur à Patre Christo homini tributum sit. 373. B. C

Christi operatio vna esse potest Dei & hominis ratione principalis agentis Dei & instrumenti hominis, non autem vtriusque tanquam principalis agentis. 424. B. Christus pontifex penetrauit, cælos verè Deus & homo est, sed non hæc facit vt Deus, sed vt homo est. 426. A. Christi operatio, operatio Dei virilis quæ iuxta D. Dionysium dici possit. ibid. B. Christus ante lapsum fuit angelorum & hominum caput, sed non mediator nisi post lapsum. 428. A. Christus cur non gratiam, gloriam animæ, & sciētiam, & cætera sibi meruerit. 430. B. Christus sibi mereri potuit, vt iudex esset mundi, sed non multa quæ Caluinus somniat. 432. B. Christus non fuit rex de hoc mundo, potuit tamen si habuisset regna mutare. 1703. C

Christi corpus non esset vbique, etiam si totus mundus esset Eucharistia. 362. C. Christi corpus est in pluribus locis propter vnionem ad verbum, quia illud potest hoc de suo corpore facere. 378. D. Christus homo ab incarnatione fuit filius Dei, & hæres omnium bonorum paternorum etiam ante mortem patris. 386. C

Chorepiscopi fuerunt presbyteri, qui in pagis & oppidulis curam animarum gerebant. 1074. B. eorum officia, ibid. duo eorum fuere genera, alij consecrari episcopi, vt nunc titulares, alij minime. ibid. C. D. quomodo hi potuerint subdiaconos ordinare. 1075. A

Chytræi de Antichristi tempore error refellit. 634. D. 635. A. numerus nominis Antichristi ei conuenit. 652. A. B. Irenæo falsè imponit. 653. A. B. eius expositio capit. 5. Apocal. refutatur. 693. C. D. eius antitheses examinantur. 694. 695. 696.

Ciborum delectus non inductus in Ecclesia est propter significationem. 1615. C

Cicero efficaciter demonstrat non posse esse plures Deos. 212. B. Sibyllæ carmina de Christo vertit. 263. B. reprehenditur quod homines initio ferarum more viuere scripserit. 1279. A. Tulliolam suam voluit Deam facere. 1536. A

Circumstantia loci & temporis quado aggravat peccatum, ita vt censetur nouum. 1623. A. B

Circumcessio in diuinis quid. 287. A. ex scripturis probatur. ibid. & B

Claues Petro datas summam in Ecclesia potestatem eius significare ostenditur. 498. A. B. hæ Petro in persona Ecclesiæ datæ sunt, quia is in eius vtilitatem eis vsurus erat, & transmissurus ad successores. 1050. D

Claues S. Petri à Leone ad Carolum missæ erant thecæ reliquiarum. 1708. A. Claues item sepulchri domini, & loci Caluarie, ad eundem ab Zacharia Hierosolymitano missæ fuerunt munera eiusdem generis. ibid. B. C

Clementes non sunt omnes Apostolorum canones. 59. C. tenuit exactissimè Apostolicas traditiones. ibidem D.

Clerici nomen vnde ducatur, & quid significet. 1031. A. id nomen quàm antiquum sit contra Lutherum & Caluinum ostenditur. 1032. B. C. D. eorum officium. 113. C. clericorum & laicorum distinctio non pugnat cum verbo Dei. 1034. B. C. cleri nomen quomodo toti Ecclesiæ, & sacris ministris ritè conueniat. 1035. B. Clerici habere possunt bona patrimonialia, & ex eis viuere. 1112. D. an clerici habentes patrimonialia possent etiam simul Ecclesiastica possidere, dubitatur, & soluitur. 1113. B. C. hi in causis Ecclesiasticis iure diuino liberi sunt à seculari potestate. 1114. B. non autem ab obligatione legum ciuiliū, quæ non repugnant sacris canonibus. ibidem D. non debent puniri à seculari magistratu, nec ad eius trahi tribunalia. 1115. C. D. ab Ecclesiasticis iudicibus depositi, possunt à magistratibus puniri. ibid. D. quo iure non sunt subiecti principibus. ibid. 1116. A. B. solum iure humano sunt exempti tam ipsi, quàm ipsorum bona. ibid. D. 1117. A

Clerus Christianorum numerosissimus & maioribus laboribus obnoxius, quàm tribus Leuitica, & idè iure ei humanissimo debentur decimæ. 1110. A

Clodouæus Francorum rex ab Anastasio Imperatore consulatus aut patriciatus insignia accepit, sed non Imperatoris nomen. 1688. A. fuit consul nomine, sed nō re. ibid. D. insignia ei ab Imperatore data ad eius posteros non peruenerunt. 1689. A

Colum proprie sumptum est Dei sedes, & in id Christus ascendit vt homo. 365. A. illud est cælum empyreum immobile quod nunquam periturum est. 366. D. Deitatis velum dicitur, quo nobis, qui sumus extra velum, Deus absconditur. 1433. D

Collationes in Ecclesia prima frequentes fiebant. 108. D. tuncque fideles caneant cantica spiritualia linguis incognitis. 109. A

Communicatio idiomatum ex vnione hypostatica consequitur, & qualis sit. 359. ex vi vnionis hypostaticæ non communicari probantur idiomata vnus naturæ, sed supposito. C. D. absurda quæ consequuntur si communicatio idiomatum sit realis ratione naturarum. ibid. B. C

Concilia Generalia omnibus ferè sæculis celebrata, controuersias fidei desinuerunt. 133. B. C

Concilia generalia sine Rom. Pont. non habent robur & sine ipso habent. 331. D. Concilia prouincialia & nationalia non possunt aliquid definire ab omnibus recipiendum statim, sed de eo non possunt alij conqueri, sed ratum habere. 332. B

Concilij nomine idem significatur in Ecclesia quod comitij in regno. 820. B. eorum origo diuina monstratur. ibid. C

Concilia generalia conuocare ad Pont. max. non ad Imperatorem spectare ostenditur. 836. 837. & seq. Generalia concilia 4. prima à Rom. Imperatore indicta non fuisse, sed auctoritate Rom. Pontif. ostenditur. 840. C. D. 841. A. & Sardicense. ibid. C. cur consensus. Impc-

ratoris ad ea Concilia celebranda requisitus fuit. ibid. D. perfectum Concilium non potest indici ab alio, quàm à Rom. Pont. imperfectum verò maxime. 843. C. eis interessere debent soli prelati, qui decidendi ius habeant, clerici docti, qui inuent in disputando: principes qui defendant, & laici necessarij ad aliquod ministerium. 844. D. non potest constare ex solis pijs & electis. 845. A. solos episcopos in Conciliis ius decidendi habere demonstratur. ibid. B. C. D. non clericos quamuis doctos. 846. B. quatuor necessaria sunt vt Concilium generale dicatur. 1. generalis euocatio. 2. nullius episcopi exclusio. 3. quatuor patriarcharum præter Romanum vel per se, vel per alios præsentia. 4. ex maiori parte Christianarum prouinciarum conuentus. 849. D. 850. A. B. C. Concilium hereticis est sola inquisitio. 851. A. est verum iudicium quod necessarium sequendum est. ibid. B. C. & seqq. Concilio nationali vel prouinciali non necesse est Roma. Pont. præsidere. 859. D. generalia sine licentia Rom. Pont. celebrari non posse, regula est Nicæni Concilij. 1536. D

Concilium generale non potest errare Ecclesiam vniuersam perfecte representans, quale nullum esse ostenditur ante Pont. Max. confirmationem. 896. A. illud non potest errare, in quo omnia definita sunt secundum instructionem datam legatis à Pont. Max. 896. C. D. non equipollent Concilia S. Scripturæ. 897. C. D. vide Scripturæ. Concilium esse supra Papam quæstio in Pisano Concilio tempore Schismatis orta in Constantiensi agitata, & in Basileensi constituta. 900. A. B. C. hæc duobus modis considerari potest, priore vt sumatur Concilium cum Papa, posteriore sine Papa, de qua potissimum parte lis est. ibid. C. D. 901. A. tres de hac quæstione sunt doctorum opiniones. 1. Papam esse caput singulorum Christianorum si seorsum sumantur, non autem totius Ecclesiæ in Concilio generali congregatæ. 2. posse seipsum subicere Concilio, si velit, & tunc ab eo cogi posse. 3. adesse esse illum supra Concilium, vt non possit se eius sententiæ subicere. 902. B. C. Concilia Generalia à Pont. Max. approbata nec in fide nec in moribus errare posse demonstrantur ex Scripturis. 867. 868. & seqq. hæc representant vniuersam Ecclesiam contra Caluinum probatur. 869. A. B. esse summa Ecclesiæ iudicia, à quibus appellare non licet ostenditur. 870. B. C. hæretici sunt qui non eis acquiescunt. ibid. D

Conciliorum Generalium decreta à Patribus diuina nominantur. 871. A. B. pro iis moriendum esse docent. ibid. & C. ea non posse errare efficacibus rationibus demonstratur. ibid. D. Concilia particularia à Pont. Max. approbata errare non posse demonstratur. 872. A. B. C. in Conciliis generalibus maior pars non vincit meliorem propter assistentiam S. Spiritus, & si vincat illa statim irritantur. 891. D. etiam Pontifex & episcopi in Conciliis conuenientes veram fidem non haberent, non tamen in decretis cõdendis errarent. ibid. & 892. A. non tamen hoc vnquã eueniet. ibid. B. esse legitima certissima fide, sed humanam cognoscimus. 893. A. Concilium generale in quæstionibus fidei errare non potest, sed in quæstionibus de facto. 743. D. Concilium quod citat Pontifex non semper ab eo probatum. 747. B. Concilia generalia absolute necessaria non esse demonstrantur, quamuis sint vtilissima. 831. D. sunt necessaria quodammodo, hoc est, vt suauis & commodius Pax Ecclesiæ reddatur. 833. B. C. aliqua tamen sunt necessaria. 835. D. 836. A. B. C

Concilio generali, quatenus est Ecclesiam vniuersalem representans, nulla data est à Christo potestas: sed singulis hominibus. 904. D. 905. A. non habet Papalem auctoritatem formaliter aut supplementè. ibid. B. sine Papa errare potest, vt de facto errauit. ibid. Papam su-

pra illud esse absolute demonstratur. 906. D. 907. & seq. ab iisdem ad Papam appellatum, & illa ab eodem confirmantur & irritantur. 908. D. 909. A. B. Concilia particularia olim in vrbe Roma plurima, nunc verò pauca, & cur. 1073. C. Concilia particularia plenarijs cedere debent. 1527. D

Conciliorum quatuor genera, generalia, nationalia, prouincialia, diocesana. 821. A. generalia sunt totius orbis, nationalia, vnus nationis, quæ interdum generalia dicuntur, prouincialia, vnus prouinciæ, diocesana, vnus diocesis. ibid. B. C. D. alia conciliorum diuisio; in approbata, reprobatâ, partim approbata, partim reprobata, nec approbata, nec reprobata, ibid. Concilia approbata 18. numerantur. ibid. & seqq.

Concilia reprobata. 828. partim approbata partim reprobata. 829. 830. Concilij cogendi sex causæ, 1. hæresis. 2. schisma. 3. resistentia communi hosti. 4. suspicio hæresis in Rom. Pont. 5. dubitatio de eo eligendo. 6. reformatio. 830. D. 831. A. B. C. Concilia quibus præfuit Romanus Pontifex singulis sæculis celebrata. 133. B. C. errare non possunt. 142. D. ea quibus nō assensit Rom. Pont. erronea: quibus verò assensit firma. 331. A. necessaria sunt, etiam si Pontifex supra illa sit. 723. A. per ea maxime finis controuersis imponitur. ibid.

Concilia particularia à Pont. Max. non approbata errare possunt, magnæ tamen sunt auctoritatis, & temerarium est eis non acquiescere. 893. B. C. indicant de hæresi secundum se, quando res est facilis, vel quando id faciunt ex commissione sedis Apostolicæ. 894. A. Concilia generalia errare possunt si aliquid desinant dissentientibus legatis Pont. Max. vel contra instructionem agentibus. 894. D. ea etiam errare possunt in quibus legatis non data est certa instructio, ante confirmationem Pontificis. 895. B. C. D. vide de singulis Conciliis in locis proprijs huius indicis.

Concubina nomen est legitima vxoris, sed sine solennitate & dote ducta. 958. D. aliter tamen sumitur à D. Leone. 959. A

Concupiscentia voluntaria peccatum, inuoluntaria minime. 697. D. eius primi motus non sunt peccata. 1139. D. 1161. D. idem probatur breuiter. 1209. D

Confessio peccatum arefacit, vt igne purgatorij absumi possit. 1332. A

Confessionem Augustanam qui principes imperij receperint vel reiecerint. 1637. D. ea damnata est in comitijs Augustanis. 1638. A

Confessores, i. qui in persecutione constantes fuerant, pro lapsis litteras commendatitias dabant. 1519. D

Confirmatio est sacramentum ab Apostolorum temporibus & deinceps vsitatum. 728. A. B. per eam accipi Spiritum S. docent veteres. ibid. C. eius minister ordinarius est Episcopus, extraordinarius potest esse sacerdos. 737. D. id sacramentum. Caluinistæ Nouationorum more reiciunt. 989. C

Coniuges possunt ex mutuo consensu continentiam vouere. 1243. C. D. & seqq. eorum exempla multa, qui ex mutuo consensu continentiam vouerunt & seruauerunt. 1244. C. D. & seqq. coniux qui vouere vult continentiam, nec potest consensum ab altero impetrare, quid facere debeat. 1247. A

Conscientiam ad Dei solius forum pertinere, vel significat Deum solum videre hominum conscientias, & indicare de occultis hominum factis: vel posse solum Deum ita ligare hominem legibus, vt in conscientia eas præstare teneatur: & hoc falsum est. 778. A. eam superiorem esse omnibus humanis iudicijs dicimus, eò quod qui sibi bene conscius est, non debet metuere ne à Deo damnetur. ibid. C

Concilia Euangelica simpliciter non antequam præceptis, sed iis solum, circa quæ vtraque ver-

fantur, vel consilia cum præceptis, solis præceptis, vel in gradu charitatis proponuntur. 1139. B. C. Consilium euangelicum est opus bonum, à Christo nobis non imperatum, sed demonstratum. 1142. C. D. quomodo differat à præcepto. ibid. de his tres opiniones hæreticorum numerantur, 1. esse præcepta. 2. esse indifferentia. 3. esse mala. 1143. B. C. D. Catholicorum sententia tria esse, præcipue, Deo grata, & ab eo commendata probatur ex Scripturis. 1144. & seq. & exemplis primitiæ Ecclesiæ. 1155. C. D. item auctoritate patrum. 1157. item ratione naturali & politica. 1158. C. D. consilia addi possunt ad Dei præcepta, quia ea perficiunt. 1196. A. B. Consilii locus est in dilectione De ratione medij. 1162. A. Consilia anteriorum sunt actus perfecti communium virtutum, posteriorum sunt actus necessarii specialium virtutum. 1271. C. *Vide Potum, Religio, Monachi.*

Constantiense Concilium non definiuit absolute Concilium esse supra Papam, sed in casu schismatis 913. A. non potuit definire aliquid tunc de fide. ibid. B. iure potuit Pontifices dubios deponere. ibid. C. illud partim confirmatum partim reprobatur. 830. A. non repugnat Basileensi eos excommunicans, qui sub vtraque specie communicant. 891. B.

Constantinopolis à Latinis quando capta. 113. A. Constantinopolis quando à Mahumete capta & quare. 33. C. quando condita, & Ecclesia ibi Patriarchalis instituta. 520. B. C.

Constantinopolitanum Conciliū primum contra Macedonium anno 383. celebratum fuit. 150. Patrum. 821. C. Cur in eo Spiritum sanctum à Patre procedere definitum, & non dictū est à Filio. 314. A. quamuis nullus Episcoporum occidentalium ei interfuerit, generale tamen fuit. d. aduersus hæreticorum calumnias defenditur. 881. C. D. in eo non probatum est quod sedium Patriarchalium ordinem mutauerit. ibid. B. ei præfuit Nestorius, sed præfuisse Damasus si voluisset. 836. C.

Constantinopolitanum Concilium 2. anno 553. contra Origenistas celebratum, Patrum CLXXV. 825. A. Ei præfuit Eutychius non Menas, vt Calu. putat, & præfuisse Vigilium si voluisset. 858. D.

Constantinopolitanum 3. Concilium generale celebratum anno 681. præsentibus 289. patribus contra Monothelitas. 821. B. C. ei præfuerunt legati Agathonis Papæ. 838. D. Constantinopolitanum 4. generale. 8. contra Photium, de quo tres actæ sunt synodi, sed nulla legitima præter hanc præsentibus. 383. episcopis. 826. A. B. præfederunt in eo legati Adriani. 2. 839. A. Constantinopolitana Concilia duo reprobata. 828. C.

Constantinopolitanum Conc. sub Copronymo omnino reprobatum fuisse ostenditur. 834. D. illud etiam quod sub Leone, & item istud sub Copronymo illegitima fuerunt. 1527. A. B. quamuis illegitimum illud sit, quod sub Leone celebratum est: tamen impudenter à Caluino & Magdeburgensibus citatur. 1536. D. 1537. A.

Constantinopolitanus patriarcha quomodo vniuersalis patriarchæ ius ad se pertinere asseruerit. 309. B.

Constantinopolitanum patriarcham exæquatam fuisse Rom. Pont. falsum, 586. C. D. nunquam secundum locum is in Ecclesia habuit, nisi post assensum Rom. Pont. 588. A. eius superbia & arrogantia quantum puniatur. 614. D. aliqui eorum fuerunt hæretici & hæresarchæ. 716. D.

Constantinus magnus quo miraculo ad fidem Christi conuersus. 1277. A. quomodo Eusebium Nicomedianensem puniuerit. 1116. A. quid Pont. Rom. contulerit. 581. B. non eum præfuisse Nicæno Concilio contra Brentium ostenditur. 854. D. 855. A. imò in eo non sedit nisi auentibus episcopis. 1500. C. in causa Cæciliani qua ratione Bonastitis iudices tribuerit. 61. C. D. 910. C. quanto honore Christi crucem affecerit 1554. A. quantas

crucis beneficio victorias consecutus sit. 1554. D. 1556. A. Constantinus I V. quid fecerit pro Rom. Ecclesia. 581. A.

Constantini labarum figuram crucis habebat. 1554. C. 1549. A. illud adorabatur, & sic Crucem in eo adorandam Constantinus instituit. 1554. C.

Constantini donatio vt vera & legitima à Friderico I. agnoscitur. 1654. C. Constantinus translatore imperio Constantinopolim illud in duas partes diuisit. 1659. A.

Constantini Copronymi mors horrenda. 1532. B. Vide Iconomachi.

Constantius Arianus Imp. reprehensus quòd Concilii præesse voluerit. 855. A.

Continentia sacrorum ministrorum quàm antiqua. 607. D. 608. A. non est à Papa sed ab ipsis Apostolis conciliisque indicta. 688. B. ex quo loco euangelij deducatur. 70. D. sancita in Cœc. Nicæno I. Gangrensi & Arelateni ostenditur. 880. A. B. C. 582. D. illa quidem non est annexa ordinibus iure diuino, sed præcepto Apostolico antiquo. 1075. B. C. 1076. probatur ex scripturis sacrorum hominum continentia. 1078. B. ea item indicta est à Concilio Ancyrano, Neocæsariensi, Nicæno. I. Carthaginensi 2. & 5. Romano, Arelateni, Turonensi 1. & 2. Agathensi, Aurelianensi 3. Elibertino, Toletano 2. 4. & 8. Aquisgranensi, Vuormaciensi & Moguntino. 1079. A. B. C. D. Pont. Max. qui quòtue eam præscriperint. 1080. A. B. confirmatur legibus imperatorum, & patrum Græcorum & Latinorum testimoniis. ibid. & seqq. & rationibus quàm plurimis. 1082. D. 1083.

Continentiæ donum omnes habent qui volunt & cupiunt continere. 1091. C. omnes possunt continere, si velint, sed remedia adhibenda, oratio, ieiunium, & periculorum euitatio. ibid. & D. lex hæc continentia non parit scandala, sed transgressio. 1092. A. B. probatur esse meritoria gloriæ singularis. 1145. B. eam etsi omnes non habent, habere tamen possunt, si à Deo petant. 1152. C. ea est vtilis non solum ob hanc vitam temporalem & propter spiritualia opera, sed propter promerendum Deum & ei placendum. 1153. A. multi eam initio nascentis Ecclesiæ arripuerunt. 1156. D. Continentiæ votum probatur scripturæ testimoniis. 1187. 1188. & seqq. Post illud non licet alteri se in matrimonium tradere, nisi per reuelationem. 1189. D. Continentiæ votum probatur ex omnium nationum Conciliis. 1197. C. D. 1198. A. B. & Pontificum imperatorumque sententiis. ibid. C. D. & patrum antiquorum testimoniis. 1199. & seqq. quas ob causas Martyris testimonio continentia ab initio coli cepit, quæ omnes reprehenduntur, præter primam, nempe Christi & Apostolorum verba eam suadentia. 1202. C. D. duplici ratione in Scripturis & Patribus fundata, ostenditur eam ritè voueri posse. ibid. & seqq. Continentia donum Dei est, & in potestate hominis posita. 1214. B. C. quod probatur. 1215. vires explorandæ, antequam ea voueatur, sed non magis quàm cum fides Christo datur. 1217. B. cur sanitas non rectè, continentia verò rectè voueri potest. 1222. B. non decet propter vsum membrorum violare continentiam. 1221. D. neque timendum est, vt propter eam mundus pereat. 1222. A. nullius morbi curandi causa continentia violanda est. 1223. A. B.

Corporis mystici & naturalis discrimen, quòd illius membra moriente capite viuunt, huius verò non. 688. C. D. item in corpore naturali virtus procedit ab essentia, sed in corpore mystico, ab extrinseco. 912. B.

Correctio scribarum locorum biblicorum non est certa. 66. B. ea, si fuit, ab Eldra & prophetis facta est. ibid. C.

Creatu.

Creaturam creatori fieri æqualem est impossibile. 230. C.

Crucis mysticæ significationes. 1555. C. D. Crucis inuentio multis modis eam venerandam esse ostendit. 1556. A. B. eius imago est veneranda, quia est signum Christi. 1554. A. probatur etiam multis aliis rationibus, & præsertim Constantini exemplo, Theodosij & aliorum. 1573. A. B. eius apparitiones. 1555. B. miracula. 1556. C. Signi crucis figuræ & antiquitas. 1557. 1558. est traditio Apostolica. ibid. vsus. 358. B. C. D. miracula. ibid. C.

Crux Christi, imago scilicet Christi crucifixi semper fuit à Christianis adorata. 1530. A. B. eam quam veteres coluerunt non fuisse crucem Christi veram, sed Crucis imaginem. ibid. Crux vera vt reliquæ veneranda, eadem vt Christum representans, & aliæ omnes vt imagines. 1547. B. C. Crucem qui hæretici sunt maximè detestati. C. D. Crucis Domini figura & materia qualis. 1642. D. Qualis olim pingeretur, & quid significaret. D. Crucifixi omnes clauis figebantur. 1549. C. probatur esse veneranda ratione ex Scriptura desumpta. ibid. Crux Christi non ignominia solum sed gloria etiam attulit. 1558. C. D. argumenta omnia quæ aduersarij ad Crucis gloriam euacuandam proferunt, diluuntur. ibid. longissimè à magia abest. 1560. D. Crucis effectus tres, terrore demones & fugare, pellere morbos & omnia mala, sanctificare ea quibus imprimitur. 1561. A. B. operatur ex opere operato, non tamen est sacramentum. ibid. C. Crucis particulas quanti fideles olim fecerint. 1552. C. D.

Crucis Christi imaginem cur potius veneramus, quàm lanceæ, vel spongiæ. 1555. A.

Crucem cur vbique veneramus, non præsepia, columnas, spineta, & cetera. 1559. D. Sine Crucis signo nulla sacramenta ritè peragissent Aug. ibid.

Crucem Christi eligit vt altare summi sacrificij, vt scalam regni cœlestis, vt instrumentum redemptionis, & quo diabolus vinceret. 1549. D.

Crucis figuram in iudicio in cœlo apparituram, quomodo intelligendum. 1154. A.

Cultus internus est proprius noui testamenti, externus veteris. 1579. C. D. Cultum aliquem minorem diuino, & maiorem ciuili, sacris rebus, & sanctis tribui posse ostenditur ex Scripturis. 1532. C. cultus imaginum est cultus imperfectus, qui reducitur ad speciem cultus qui debetur exemplari. 1546. D. cultus voluntarius is est qui sine ratione suscipitur. 1597. D. *vide Latria, Adoratio, Religio.*

Cypriani libri de vnitae Ecclesiæ argumentum. 571. D. eius sententiæ, quas hæretici contra primatum Rom. Pont. proferunt, explicatur. 573. A. B. eius sententia contra appellationes ad Rom. Pont. explicatur. 594. C. D. 595. A. B. Cyprianum non fuisse hæreticum demonstratur, quia Stephanus Papa non definiuit hæreticos non esse rebaptizandos. 723. C. peccauit mortaliter, quia non obediuit Pontifici, sed pœnituit. 724. A. eius sententia de virginibus, quæ perseuerare nolunt, aut non possunt, explicatur. 1229. D. 1230. A. eodem teste si sacra virgines viro misceantur, grauitè peccant. ibid. Cypriani non est expositio Symboli, sed Rufini. 1676. C.

Cyrolæ Arianorum episcopi miraculum quale. 268. C. D. is excæcavit planè hominem, qui se cæcum finxerat: vt Caluinus necauit hominem, qui se mortuum finxerat. 1007. B.

Cyrus Persarum rex, Iudæorum Deum coluit. 21. D.

D.

Damasenus cur Spiritum sanctum per filium non ex filio procedere dixerit. 328. D. Probabile est eum ante septimam synodum obiisse. 314. B.

Damasus particulam (*Filioque*) Constantinopolitano Symbolo non addidit. 310. A.

Danielis liber contra Porphyrij mendacium diuinus esse asseritur. 14. C. quid per bestias quas vidit intelligat. 630. C. D. libri illius partes, quæ in Hebræo non habentur sunt canonicæ. 25. C. D. eius adhuc viuentis cur Ezechiel meminert. 27. C. duos fuisse Danieles non improbabile. ibid. D.

Dare quàm accipere quando beatus. 277. D.

Decalogi præcepta quomodo diuidantur, & quot sint. 1510. A. B. finis omnis decalogi est in eo, vt Deo honor seruetur illibatus. ibid. C. continet legem naturalem, & est, seruandus excepto Sabbatho. 1511. B.

Decalogi præcepta non minùs ad Christianos quàm ad Iudæos pertinent. 53. D.

Decimas soluendas esse clericis est de iure naturæ, diuino, & Ecclesiastico. 1104. D. sententiæ Patrum de istdem. 1105. sunt soluendæ improbis Clericis. 1106. C. D. non pauperibus modò, sed & diuitibus. ibid. non est tamen determinata quantitas decimarum iure diuino. 1107. B. præceptum de his in lege veteri non erat morale, nec cæremoniale, sed iudiciale. ibid. & C. decimas Deus Leuitis ad æquitatem inter Iudæos constituendam assignauit. ibid. quomodo sit intelligendum eas deberi iure diuino. 1108. A. B. de iis præceptum diuinum & naturale non potest mutari, sed positiuum & humanum. ibid. C. D. eas non soluens vbi non est consuetudo, quando peccat, & quando non. 1109. B. C.

Decreta Conciliorum de moribus, si non recipiantur, & pontifex conuincatur, consuetudine abrogantur: decreta de fide abrogari non possunt. 907. D. 908. A.

Defunctorum memoria in Missa traditio Apostolica. 164. D. eis prodesse viuorum preces & Missæ sacrificium probatur. 681. D. viuorum precibus eos iuuari posse demonstratur. 1402. 1403. pro defunctis orandum, quos non est certum esse in cœlo, vel in Gehenna. 39. B. vide Animæ, Purgatorium, & C.

Descensus Christi ad inferos, Caluino est passum esse omnes dolores animarum damnatarum. 389. D. descensus Christi ad inferos fuit quasi victoris & triumphatoris. 391. D. descensus Christi ad inferos Bezæ est sepulchrum esse. 397. A. descensus Christi ad inferos probatur Scripturis. 401. A. B. & ex communi traditione veterum. 407. 408. & seqq.

Descensus Christi ad iudicium verus erit & non metaphoricus. 365. C. descensus ad inferos in quibusdam non nisi implicite. 388. B. C. descendere ad inferos est penitus interire iuxta Brentium & Caluinum. ibid. D. & 389. A.

Deus aliter assistebat Prophetis, aliter historicis sacra scribentibus. 39. D.

Dei ordinatio non potest esse temporalis sed æterna. 99. C. Deum esse vnum, ne priscis quidem philosophis ignotum. 212. A. B. in Deo essentia & esse idem sunt. 213. A. Deus solus est simpliciter primum principium, & vltimus finis rerum omnium. 218. C.

in Deo esse tres hypostases, & vnam naturam quomodo probat D. Basilius. 181. A. Deum vnum esse vnitatem numericam probatur, Scripturis & patribus. 209. 210. & seqq. eius essentia cur in plura indiuidua non diuiditur. 211. C. rationibus naturalibus Dei vnitatem asseritur. 212. D. 213. A. B. cur per filium Deus Pater mundum creasse dicitur. 217. D. verus Deus, vt creatura dicatur, debet ei vniri hypostaticè. 232. C. D. Nomen Deus soli vero Deo à Prophetis & Apostolis tributum. 237. D. solus propriè inuisibilis. 239. C. eius attributa. 240. C. D. Deus est genitus, & Deus est ingenuus, non sunt contradictoria, sed Deus genuit, & Deus non genuit. 294. C. D.

Deo est proprium, naturale & necessarium simpli-

eiter, vt sit Pater, Filius, & Spiritus sanctus. 295. B. nihil est in Deo quod nō sit essentialiter Deus. ibid. C. in Deo cur sint multae personae. 297. C. D. in Deo plures sint substantiae disputatur. 300. C. D. in Deo verē sunt tria entia realia, sed relatiua, non absoluta. 302. D. Deus per intellectiōem producit verbum, & per dilectionem, amorem. 303. D. proprium est Deo esse vbiq̄. 361. D. quid sit Deum esse vbiq̄. 362. C. Deus cur in pane non comeditur. 367. D. Deus quomodo solus rex, iudex & legislator. 683. D. quomodo adorandus & inuocandus. 694. C. Deus erga iudaeos omnia seruauit quae Christus in correctione proximi seruanda praecipit. 925. B. Deus magis est in templo, quam alibi. 1577. D. per exauditionem scilicet, Deum esse vbiq̄, & in caelis, quomodo intelligendum. 1433. C. D. eum quomodo videri posse Graeci patres negauerunt. 1440. D. eum diligere, eiq̄e seruire tribus modis possumus, per contemplationem, actionem, & vtriusque temperationem. 1192. A. eum diligens ex toto corde tenetur solum facere ea, quae is praecipit, non quae consulit. 1148. A. eum nihil nobis impossibile mandasse, patrum est consensus. 1163. B. C. & probatur. 1164. A. B. potuit a nobis exigere quicquid possumus, sed non fecit. 1166. A. Dilectionis Dei praecipuum etiam si non perfecte impleatur, prauaricatores non facit. 1159. A. modo multa sunt. 1175. B. Dei nomen, si respiciamus analogiam, prouidentiam significat. 272. C. nomen Dei יהוה & אלהים vnde ducatur. ibid. Deus est simplicissimus, & de eo tam concreta quam non concreta dicuntur. 281. D. in Deo personarum distinctio efficacissime probatur. 289. A. Deus vnus in essentia gignit, gignitur & procedit, sed essentia non gignit, nec gignitur nec procedit. 292. C. D. in Deo intellectus & voluntas non re, sed ratione differunt, tamen Deus per Filium & Spiritum sanctum ea producit. 298. A. B. Ariani in Deo non agnoscunt distinctionem intrinsecam personarum. 379. C. Ariani Spiritum sanctum Filij creaturam esse dicebant. 308. C. Deo nihil accidere potest, cum omne accidens compositionem dicat & mutationem. 295. B. Deus intelligendo seipsum producit verbum. 299. A. in Deo aliqua distinguuntur quae non opponuntur relatiue, sed ratio distinctionis semper est aliqua oppositio relatiua. 325. D. in Deo vnum & simplex sunt, quae multa sunt in creaturis, modo non impediatur oppositio. 328. A. Deo indignum non est secundum humanam carnem assumptam mori, 344. B. Deo quomodo summus cultus exhibeatur. 1456. D. ei cur proprie patrie cultus conuenire dicatur. 1457. D. cur vni Sancto gratiam curationis vnus morbi concesserit, & alteri alterius, sciri non potest. 1489. A. Dei imago an pingenda sit, non ita est certum, vt pingendas esse Christi & sanctorum imagines, hoc tamen licere probatur. 1513. A. B. Dei apparitiones non semper praeludium fuerunt incarnationis. ibid. C. est vbiq̄, sed non eodem modo. 1580. B. est magis in templis quam in aliis locis. ibid. C. vide *Trinitas, Pater, Filius, Spiritus Sanctus, & alia innumerabilia.* Deos falsos nunquam Prophetae appellant Deos absolute. 222. D. אדנאי Adonai: non est vna persona, sed plures. ibid. B. in Deo non distinguuntur essentia & potentia. 225. B. Deo proprie conuenit nomen אלהים Adonai. 238. B. Dei opera propria creatio, conseruatio, praecognitio futurorum, saluatio, & miraculorum patratio. 245. C. Dextera Dei quid, & vbi sit. 369. D. A. dextris federe minus erat honorificum, quam a sinistris. 370. A. quomodo Christi humanitas ad Dei dexteram euecta sit, licet aequalem Deo potentiam sortita non sit. 371. A. Diabolus odit monachos infestissime. 1121. 1122. ad

eum non solum homines per A postasiam, sed per quodlibet mortale peccatum deficiunt. 1194. est damnatus, & sustinet poenam damni & sensus etiam ante iudicij diem, licet in aere vel alibi degat. 1449. B. detrudetur in abyssum post diem iudicij, & cur hoc tantopere formidet. ibid. D. & 1450. A. odit imagines. 1531. C. quomodo nomina idolorum vt coleretur sibi assumpserit. 1536. C. ter prauaricatus est. 652. C. quomodo possit rem veneram exercere. 657. A. B. quomodo hominibus illuserit. 669. A. ei clausi putei abyssi quomodo data sit. 693. A. voluit a Christo latra adorari. 1464. A. Diaconi Ecclesia sunt hierarchae & praesunt populis. 1055. A. B. eorum erat oblationes colligere, & opes Ecclesiae administrare. 1058. C. D. & sacerdoti sacrificanti assistere, ac populo distribuere Eucharistiam. ibid. legere Euangelium, & omnia facere, quae presbyteri faciunt excepta consecratione. 1059. B. Diaconi nomen sex ordines denotat. ibid. Diaconissae seruebant Ecclesiae in institutione mulierum, quae baptizanda erant. 1054. D. Dilectionis praecipuum non potest perfecte impleri in hac vita ratione finis. 1161. C. D. perfecte impleri potest, quatenus id continet quod faciendum est, non finem ob quem faciendum est. 1162. A. B. facile seruari potest. ibid. D. & 1163. A. vide Deus, Amare. Dionysij Areopagita probantur esse opera, quae eius nomine extant 161. A. 1132. D. eius opera suppressa ab haereticis tempore D. Gregorij, vel paulo ante inuenta fuerunt. 1133. B. Dioscorus damnatus est praecipue, quia damnare ausus fuerat Rom. Pont. 907. A. Disputationes cum haereticis habitae coram saeculari magistratu, non faciebant reum de fide, sed tantum ad haereticorum confusionem valebant. 862. B. C. Ditiorem esse, non est esse maiorem apud Deum, sed minorem. 1112. A. Diuitiae conferunt ad beatitudinem, sed magis paupertas. 1270. C. Diuitis epulonis narratio, quare parabola censeatur. 1437. B. non esse parabola demonstratur. 1447. A. Docere principaliter est Dei, & hominis vt instrumenti. 427. D. Doctores sacri cur non necessariò sequendi in suis expositionibus, Concilia verò & pontifices sequendi. 146. A. quod doctores sacri dicunt de Apostolica traditione descendere, id tale est. 172. D. omnes errare non possunt in vna sententia. ibid. quando aliquis errauit, inuenti sunt qui contradicerent. 173. A. quomodo eos sequamur, & non sequamur. 280. D. eorum dissensiones non sunt de iis, quae ad fidem non pertinent, & semper se Rom. Eccl. subiiciunt. 998. A. eorum vitae sanctitas. 1003. C. D. eorum errores non nocent. 1311. C. Dominicum diem celebramus in memorem dominicae resurrectionis. 1612. D. Dominici diei in Ecclesia antiquitas, 1161. C. Dominico die Christus natus est, & resurrexit, & Spiritus sanctus venit. 1612. B. ritus diei Dominico obseruati. ibid. D. Donatistas Caluinista quomodo egregie, & doctrina & factis imitentur. 980. D. Donatarum miracula quae contemnit Augusti. fuerunt visiones quaedam occultae. 1012. C. Donatista, qui canibus Eucharistiam proiecerant, ab iisdem deuorati. 1017. B. Dono Dei abutitur, qui non eo vtitur, quando necessarium est. 1167. C. Donorum Dei duo genera: alia enim dantur sine vlla cooperatione, vt Prophetia; alia sunt in auxilio diuino, sine quibus non faceremus quod facimus. 1215. C. Donum Dei, quo possumus aliquid facere, datur omnibus, sed quo reipsum faciamus non datur omnibus. 1236. C. Dona Dei quomodo aliquis seruare cogatur. 1319. B. Durandus quamuis cum Caluino non plane ne-

get descensum Christi ad inferos, tamen cum dicit posse credi secundum efficaciam solum descendisse, redarguitur. 410. D. 411. A. eius opinio est animas non posse esse in loco nisi per operationem quae refellitur. 412. A. B. E.

Ebionem sensu hominem significat. 250. D. Ebionitarum haeresis est, Christum nudum fuisse hominem, & in eo aliam personam habitasse. 271. D. Ecclesia vetus quomodo de quibusdam sacris libris dubia fuerit. 30. C. Ecclesia non potest facere librum canonicum de non canonico. 31. A. dubios qua ratione canonicos esse declarauerit. ibid. & B. Ecclesia non dispensat in sacramentis, sed sacramenta dispensat. 87. A. contra id quod vniuersalis Ecclesia facit disputare infania est. 194. A. quod vniuersalis Ecclesia facit, si non possit assignari principium, est Apostolica traditio. ibid. Ecclesia non iudicat de Scripturis verae ne sint an falsa, sed de hac vel illa Scriptura interpretatione. 145. A. Ecclesiae verbum Pontificis vel Concilij docentis, non est verbum hominis. ibid. B. Ecclesia vniuersa quod fidei dogma amplectitur in Scriptura non contentum, id ex Apostolica traditione descendit. 171. B. Ecclesia vniuersa quod seruat, quod nemo potest instituere nisi Deus, est traditio Apostolica. ibid. C. & illud quoque quod omnibus retro temporibus seruatum est, etiam si ab Ecclesia institui poterit. ibid. D. in Ecclesia quae habet successionem Apostolorum integram & continuam, seruatur verè Apostolica traditio. 173. B. Ecclesia est media inter paganos & Iudaeos, quia credit vnitatem essentiae Dei & personarum Trinitatem. 211. D. Ecclesiae nomen ἐκκλησία deductum ceterum euocatum significat. 915. A. variae Ecclesiae significationes. ibid. D. 916. A. Ecclesia est ceterus praedestinatorum vniuerso, perfectorum Pelagianis, vel eorum, qui nunquam lapsi sunt circa fidei confessionem, Donatistis, vel sanctorum qui verè credunt & obediunt Deo Lutheranis, vel iustorum tantum praedestinatorum Caluino, vel ceterus hominum eiusdem Christianae fidei professione, & eorumdem sacramentorum communionem colligat, sub regimine legitimum pastorum, ac praecipue vnus in terris Christi vicarij Rom. Pont. quae est vera & Catholica sententia. ibid. & seq. est corpus viuum, in quo est anima. i. virtutes internae & corpus. i. externa professio fidei. 918. A. extra eam sunt omnes non baptizati etiam Catechumeni. ibid. B. C. D. & haeretici. 919. C. & schismatici. 922. 923. Ecclesia est vna multipliciter. 923. D. extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus. 925. C. D. in Ecclesiam praedestinatoros solos esse, falsum esse demonstratur. 927. 928. non perfectos in Ecclesia esse posse ostenditur. 931. & seq. & graues & magnos peccatores. 933. & seq. Ecclesia Christi sponsa est, virgo simul, & fecundissima. 1099. D. vna Ecclesiae nota monachorum conuenticula. 1123. 1124. Ecclesia a vilibus hominibus inchoata, vt non putaretur opus humanum. 1277. A. Ecclesia duos habet gladios, spirituales & materiales. 1319. C. vtitur propter aliquam sententiam, quae ad rem pertinet, toto psalmo vel Euangelio. 1387. B. in ea non esse solos praedestinatoros ostenditur. 1569. C. D. Ecclesia vna est multipliciter. 923. D. vel quia in vno Petro fundata sit. 494. C. aliter nunc est, quia nunc malos mixtos habet, aliter futura est, quia erit sine illis. 934. B. 939. A. B. Sancta dicitur, quia omnia, quae ad eam constituenda pertinent, sancta sunt. 937. A. vel quia habet sanctos & caput eius Christus est sanctus sanctorum. ibid. vel ob sanctam professionem. 721. D. & propter professionem sanctorum. i. verorum dogmatum. 954. D. in Ecclesia boni sunt pars interior, & quasi anima Ecclesiae, mali pars exterior & quasi corpus. 939. A. B. infideles, occulti ad Ecclesiam pertinent. 940. & seq.

Ecclesiam errare non posse maxime intelligitur in Concilio legitime. 869. A. B. Ecclesia habet promissiones Christi maiores & certiores quam Synagoga. 873. C. D. ad eas Ecclesias spectat iudicium de Scripturis quae Apostolicas sedes vel literas accipere meruerunt. 899. C. Ecclesia est plebs sacerdoti adunata & grex pastoris suo adherens. 911. B. sine Papa non est totum, sed pars, cum eo maiorem habet auctoritatem extensiuè, sed non intensiuè. ibid. D. 912. A. Ecclesiam illi soli omnibus saeculis constituerunt, qui simul colligati fuerunt confessione vnus fidei in Deum. 946. C. Ecclesia visibilis esse ex Scripturis demonstratur. 949. A. B. & rationibus; veterumque testimonis. 950. A. B. C. hanc Ecclesiam visibilem non posse deficere ostenditur. ibid. & seq. Ecclesiam non posse errare in rebus absolute necessariis, nec in aliis, quae facienda nobis proponit demonstratur. 953. D. Ecclesiam visibilem credere, est articulus fidei, quia non videmus eam esse ceterum fidelium, sed credimus. 957. B. quomodo haeretici omnes & catholici in eius dignitate asserenda conueniant. 963. 964. eius nota à Lutherò septem referuntur. 965. A. alij sectarij duas tantum recensent, praedicationem verbi, & vsum sacramentorum. ibi. B. non sunt haec sufficientes. ibid. D. à vera Ecclesia discimus vbi sit vera verbi praedictio. 966. C. Ecclesia particularis errare potest, nec definit esse Ecclesia, si discere & acquiescere parata sit. ibid. D. Ecclesia absolute notior est Scriptura, quamuis ea ex Scriptura demonstratur. ibid. A. B. Ecclesiae nota faciunt euidentiam veritatis non simpliciter, sed ex hypothesi. 969. D. illae quindecim ab auctore ponuntur. 970. B. prima est Catholica, & Christianorum nomen. ibid. C. secunda est antiquitas, vbi religionem Papisticam eam esse, quam Christus instituit, euidenter ostenditur. 971. D. & seq. vera Ecclesia nunquam latuit, nec latere potuit. 975. D. 976. A. tertia nota duratio non interrupta. ibid. & seq. quarta amplitudo & varietas credentium. 978. B. & seq. qua in re distinguitur à Synagoga. 78. C. quinta est episcoporum successio. 980. B. & seq. sexta est conspiratio in doctrina cum Ecclesia antiqua. 985. C. & seq. septima vnio cum capite, id est, Romano Pontifice. 994. B. & seq. & inter se. 995. C. diuisiones in Ecclesia quomodo differant à diuisionibus haereticorum. 997. B. octava nota est sanctitas doctrinae: nam Ecclesiae doctrina nihil falsum in fide, nihil iniustum in moribus docet. 999. & seq. nullam turpitudinem, nullum errorem, nihil contra rationem docet. 1000. D. nona nota est efficacia doctrinae, vbi de conuersione infidelium per Papistas facta disseritur. 1001. & seq. decima sanctitas vitae primorum patrum nostrae religionis. 1003. C. & seq. vndecima gloria miraculorum. 1006. & seq. duodecima lumen propheticum. 1014. & seq. decima tertia, confessio aduersariorum: quibus ipsi nostram religionem probant. 1015. B. & seq. decima quarta infelix exitus persequentium nostram Ecclesiam. 1016. D. & seq. decima quinta sanctitas temporalis propugnantium nostram Ecclesiam. 1018. & seq. Ecclesia vt castrorum acies ordinata tribus militum ordinibus distinguitur, clericorum, monachorum, ac saecularium. 1027. 1028. Ecclesia soluit & ligat, quia praesentia id faciunt. 1046. A. B. est columna veritatis, quia semper Petrum audit. ibid. D. in Ecclesia militante, vt in triumphante tres sunt hierarchiae. 1055. A. Ecclesia non potest facere librum Canonicum de non Canonico, vel contra, sed solum declarat, quis sit habendus. Canonici. 30. D. 31. A. extra Ecclesiam esse possunt aliqua dona Dei, vt verus baptisimus. 169. A. Ecclesiae catholicae dignitas quae sit. 170. D. nouis reuelationibus non regitur nunc, sed permanet in iis quae dicit. 171. C. non potest errare in credendo, sed nec in operando. ibid. in Ecclesia vel in Concilio remoto Papa ostenditur non esse sum-

mam potestatem Ecclesiasticam formaliter, quia est regnum, nec suppletur, quia à seipso, nec ab alio hoc habet. 90. A. B. contra Ecclesiam vniuersalem vsu disputare insanum est. 104. A. 112. D. quod in vniuersali Ecclesia seruatur, si non possit assignari eius initium, ab Apostolica traditione descendit. 104. B. Ecclesiam gubernatio mixta ex tribus formis, monarchia, aristocratia, & democratia, est optima. 456. D. Ecclesiam regimen quale tam ex nostra, quam aduersariorum sententia. 458. B. C. est monarchicum, sed temperatum ex aliis Catholicorum sententia, 119. A. id probatur susè. 469. C. & seqq. Ecclesia Christo secluso vnum habere caput ostenditur. 472. C. Ecclesia quomodo non sit corpus Petri, sed Christi. 48. B. C. vnus homo totius Ecclesie curam habere qui possit. ibid. D. & seq.

Ecclesiasticus liber à quibus reproberetur. 12. B. esse canonicus confirmatur. ibid. C. cur edendi & bibendi mentionem faciat. ibid. D. est conscriptus à Salomone, antequam amore mulierum corrumperetur, non autem post penitentiam. 13. A. B. C.

Ecclesiasticus liber Canonicus esse demonstratur. 18. C. Iesus filius Sirach an eius auctor. ibid. D.

Electio non est de iis, quæ non sunt in nostra potestate. 1172. D.

Electores Imperij septem à Gregorio V. constituti. 802. D. quod contra Onuphrium probatur. 803. B. Electorum Imperij decretum quatuor habuit partes, quarum I. vt per Electionem Imperator crearetur, statim recepta est. 1725. A. II. Vt soli principes, non etiam populus eligat, etiam recepta est. ibid. B. III. Vt soli Germani, non autem Itali interessent, diu postea vim suam obtinuit. ibid. C. D. Electioni Pontificis Rom. vel eius Legatos & principes Italiae interfuisse (quorum imperatorum) contra Illyricum probatur. ibid. D. & seqq. III. pars decreti vt ad solos VII. Electores redigeretur electio ante Friderici II. tempora cur non recepta sit. 1726. C. Electores Imperij auctoritate Romani Pontificis constitutos esse, quamuis Imperator cõsensum præbuerit, probat auctor testibus omni exceptione maioribus. ibid. D. & seq. quod probatur etiam per testes Germanos, atque adeo ipsum Illyricum. ibid. C. D. Etiam si decretum de Electoribus non extet, nihilominus tamen decretum factum esse credendum est. 1733. B.

Electores Imperij septem, quidam à Gregorio. V. alij à Gregorio X. alij ab Othone III. institutos scribunt. 1619. D. Non fuisse à Gregorio X. institutos, vt Auentinus & Onuphrius scribunt, auctor probat. 1720. D. 1721. A. Electores Imperij septem qui sunt. ibid. B. Electores Imperij à Gregorio V. institutos testibus maximè locupletibus probat. ibid. D. Elector Bohemiarum Rex cur non dicatur. 1721. C. Electores Imperij quamquam parum referat vter Gregorius Quintus ne an X. instituerit, à V. tamè institutos firmum & certum esse debet. 1724. A. B. Electores, cur plures septem in Electione Imperatorum dicantur affuisse. ibid. D. & seq. A.

Elibertini Concilij decretum de Imaginibus in templis non habendis explicatur. 1519. C. pro nobis potius facit, quam contra nos. 1520. A.

Emanuel Cõmenus quid fecerit, vt Græcorum Imperio Latinorum Imperium iterum coniungeretur. 1668. D.

Enoch liber cur numero librorum Canonicorum non habeatur. 10. B. quauis à Iuda citetur est apocryphus. 55. A.

Ephesinum I. Concilium celebratum an. 434. fuit 200. Patrum, & contra Nestorium. 824. A. B. c. praesuit Rom. Pont. per suum legatum Cyrillum. 856. D. quomodo intelligendum eius decretum, veritas noua eadi symbola. 891. A. Ephesinum. II. reprobatur. 828. B. fuit Basileensi simile. 905. C.

Epiphaniij Epistolæ pars, quæ de imagine fracta agit, est suppositicia. 1521. B. Episcopi solent de fide imperato-

rum iudicare, non contrà. 13. Episcopus quanto regem maior. 140. B.

Episcopi primi ab Apostolis instituti. 459. D. fuerunt à Conciliis & summis Pontificibus depositi. 460. C. nunquam fuerunt à plebe ordinati, sed nominati tantum. 461. D. quomodo sint serui Ecclesie. 464. B. nõ ad eos proprie spectat Ecclesie regimen. 466. C. & seq. sunt superiores presbyteris, & ipsi pares inter se non sunt. 474. B. omnes quomodo à Petro creati sunt. 517. B.

Episcopi à Rom. Pont. creati, depositi, & restituti ab initio fuerunt. 484. C. D. quomodo sint pares inter se 609. A. Episcopi nomen vnde, & officium quale. 705. B. non tenentur vbiuis concionari. ibid. C. Episcopi verè sunt in Ecclesia principes Ecclesiastici, & possunt leges ferre in suis Ecclesiis quæ in consensu obligent 761. D. habet vim coactiuam, idq; Chrysostomus asserit. 769. D. Episcoporum iurisdictionem in genere est à iure diuino. 781. B.

Episcopos non debere absolui à iuramento fidelitatis Rom. Pont. factæ, non pugnat cum libertate eorum dicendi in Concilio sententias. 866. C. dicuntur pastores, magistri, duces, speculatores & oculi, & proinde sequendi, nec simul omnes errare possunt. 869. D. quæ dicuntur in Scriptura aduersus omnes pastores, de aliquibus sunt intelligenda. 873. B. ab Episcopo suo particulari se separans, ab Ecclesia Catholica se separat, nisi propter hæresim & schisma. 924. C. Episcopi mali, sunt membra mortua corporis Christi quantum ad substantiam, sed non quantum ad operationem. 936. C. D. in Episcopis duo considerantur, primum quod locum Dei teneant, quod certum est, alterum quod habeant ordinis & iurisdictionis potestatem, quod moraliter notum est. 947. B. Episcoporum successio est argumentum veterum contra hæreticos firmissimum. 980. B.

Episcopos habere suam auctoritatem à Pont. Max. probatur multis rationibus. 782. D. 783. 784. sunt principes, sed instituti à Pontifice. 783. A. habent inaequalem iurisdictionem. ibid. B. succedere Apostolis nõ proprie, sed ratione ordinis sacri, & per similitudinè quandam. 785. D. nullam habent partem veræ Apostolicæ auctoritatis. 785. B. sunt à Deo mediatè nõ immediatè. 786. B. representant totam Ecclesiam in Conciliis, quia sunt principes, & gerunt suæ Ecclesie personam. 847. B. sunt iudices in Conciliis, non quia docti, sed quia Principes Ecclesie. 789. C.

Episcopis carens Ecclesia nulla est. 981. B. illi soli haberi sunt veri Episcopi, qui ab Apostolis per ordinationem legitimam descenderunt. ibid. Vt Episcopus dicatur ab Apostolis legitime descendere, requiruntur duo, successio & ordinatio. 981. D. 982. A. B. Episcopum à tribus Episcopis ordinandum præceptum Apostolicum. ibid. iure nostrorum Episcoporum locum ministri hæreticorum occupare nõ possunt. 983. D. Episcopi locum tribunorum militum in castris Ecclesie tenent. 1027. 1028. Episcoporum electio, ordinatio & missio quid sit. 1035. D. electio fit aut per Deum, aut per homines. ibid. de creatione Episcoporum tres sententiae: V. Vicleffii, qui ad solum Deum: Lutheranorum, qui ad populum: & Catholicorum qui id negant, recensentur. 1036. A. non concionans, si potest punietur. 1184. D.

Episcopum iure diuino in Ecclesia Presbytero esse maiorem quoad ordinis potestatem ostenditur. 1093 & quoad iurisdictionem. 1060. D. ab Apostolorum temporibus Episcopi habuerunt iurisdictionem in presbyteros. 1062. C. eorum auctoritas in presbyteros nõ fuit, vt Consiliis in senatum, sed vt principis in Concilio consiliarium. ibid. D. Episcopi nomen apud Paulum commune est omnibus sacerdotibus summis & infimis. 1063. D. soluntur argumenta quibus probat hæretici presbyteros esse aequales Episcopis. 103. B. & seqq. Episcopi vxores quas habuerunt ante ordinationem, abiicere prohibentur. i.

debent

debent eas alere, & de omnibus eis providere. 1089. D. Episcopum melius est esse virginem, quam coniugatum existisse. 1100. B. non possunt vxorem duxisse, quæ bis nupserint. 1237. D. Episcopi poterant olim sanctos suæ diocesis canonizare, nunc non possunt. 1451. C.

Episcoporum ordinatio & aliorum Ecclesie Ministrorum ad solos Episcopos pertinere probatur. 1037. 1038. eos à tribus Episcopis ordinandos Canonibus Apostol. & Nic. Conc. I. & aliorum constitutum. 1037. C. Episcoporum & aliorum ministrorum vocatio ad Pont. Max. & ad alios Episcopos pertinet. 1040. B. C. electionem Episcoporum non fieri à solo Deo, & non semper Prædestinatos eligi demonstratur. ibid. D. & seq. electionem Episcoporum & Pont. Max. iure diuino ad populum non pertinere demonstratur. 1043. & seq. hanc electionem multa mala consequi ostenduntur. 1044. D. sunt Episcopi ministri Ecclesie eam scilicet regendo. 1047. A. Episcoporum electio ad Pont. Max. iure diuino spectare ostenditur. 1050. D. quinque modis facta est. 1051. C. D. proprium eorum est officium prædicare. 1059. D.

Epistola ad Hebræos cuius sit & cuius auctoritatis disputatur. 45. A. B. non est Clementis Romani nec Lucae, nec alterius quam Pauli Apostoli. 46. B. C. argumenta contra eam dissoluntur. ibid. D. Græcè ne primum an Hebraicè scripta sit. 47. B. epistolæ Iacobi & Petri secunda & Ioannis 2. & 3. & Iudæ sunt verè Apostolicæ. 51. A. Epistola ad Romanos quando scripta, & cur in ea Petri non fiat mentio. 551. A. ad quos scripta sit, & quid contineat. 552. A.

Erafini argumenta quibus probat bellum esse illicitum redarguntur. 1297. Erafini spiritus Luticianus in profcendenda Sanctorum inuocatione delegitur. 1419. 1420. eius argumenta canibus quibus præponit coniugium virginitati refelluntur. 1225. B. is eo quod in Euangelis aliquid falsi dici potuisse mētus est redarguitur. 17. A. Arianismi meritò inculpatur. 199. 200. eius mendacium in Spiritum sanctum. ibid. pessima fide Paulum interpretatur. 228. D.

Eremitarum vita sancta esse ostenditur. 1250. A. B. C. ij. cur austeritatem in cibo tantam seruauerint. 1253. D. 1254. A. qui solitarij penitus vixerunt, maius aliquid homine habuerunt. 1278. C.

Esau quare penitentiae locum inuenisse non dicitur. 49. C.

Esdra Scripturas sacras dispersas in vnum corpus collegit, & emendauit. 61. D. 153. A. literas, quas habemus Hebraicas inuenit. 62. A. Vide Scriptura. Eius duo libri tantum sunt canonici. 60. C.

Esseni apud Iosephum fuerint ne Christiani. 1134. A.

Essentiae nomen in Scripturis quomodo sit. 281. C. quomodo differat essentia ab hypostasi. 283. C. essentiam non generare nec generari ostenditur. 292. A. B.

Essentia diuina non est fons personarum, sed persona personam producit. 293. D. essentia diuina includitur essentialiter in relationibus, at relatio nõ includitur realiter in essentia. 295. C. essentia diuina quia vna numero est in Patre & Filio non producit. 296. A. essentia nec relatio seorsum sumptæ nec gignunt, nec gignuntur, sed constituntur in vtroque. 298. D. Essentia sic communicatur, vt quæ erat in se vno modo, sit in se etiam alio modo. 301. D. essentia continet intrinsecè quidquid perfectionis est in substantia. 302. A. Essentia in diuinis habet se per modum termini communis quamuis sit singularis. 304. B. essentiam filij esse à Patre ex Scripturis demonstratur. 306. B. essentia diuina est thesaurus scientiæ Dei. 311. A.

Esther liber à Canone, qui vel totum vel partes eius rececerint. 18. A. cum tamen cum omnibus suis partibus Canonicum esse ostenditur. ibid. B. C. argumenta, eorum, qui de septem capitibus postremis literam mouēt

refutantur. 19. C. D. cur in fine libri legantur quæ ad historiae principium & medium pertinent. 20. B. eius maritus è Persarum regibus quis fuerit. 23. A. B. C. eius historia quando contigit, pulchrè explicatur. 21. B. C. de eius marito opiniones variae. 547. C.

Euangelium quomodo sit pactum & testamentum simul. 50. C. D. Euangeliorum libri veri esse defenduntur. 15. A. B. de Christo nihil ficti continent. ibid. C. D. Euangelium vnus Euangelistæ qui receperunt, & aliorum reiecerunt. 16. A. B. quatuor sunt Euangeliorum libri, nec plures, nec pauciores. ibid. C. in eis si vnū falsum admittatur eorum tota veritas corruet. 17. C. Euangelistæ quatuor cur ad scribendum Euangelium accesserunt. 154. A. B. Euangelistæ tres cur de Christo ante incarnationem in libri initio non meminerint. 275. D. in vno Euangeliorum libro, cur vnus propheta pro alio sine errore & lapsu ponitur. 17. C.

Eucharistiae institutionem meritò celebramus. 1589. B. Eucharistiam aliqui, nesciunt an Nestoriani, non habere corpus Christi asseruerunt, si seruetur, quod etià Lutherani docent. 993. B. Eucharistiae vtraque species sumenda non præcipitur in Euangelio. 699. A. est sacrificium, & in ea vinum aqua temperatum offerendum est ex Cypriano. 729. B. sumendam à ieiunijs Apostoli docent. 771. A. in ea verum Christi corpus frangitur & teritur in signo. 890. C. ea vbi est, non deest Angelorum praesentia. 1572. C.

S. Eugenijs Carthaginensis cur de fide cum hæreticis conferre noluerit. 834. B.

Eugenius 3. fuit semper iustus & legitimus Pontifex, nec iustè à Basileensi Concilio depositus. 960. D.

Eubæus est metus reuerentialis & pietas, non metus pœnae. 395. D. 396. A.

Eunuchianorum hæresim de sola fide ad salutem necessariam Lutherani renouarunt. 988. B. C. Eunomius primus auctor hæresis contra reliquatum veneracionem. 1489. C.

Eunuchus Candacis reginae profelytus erat non gentilis. 515. B. Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum caelorum, non alij sunt, nec esse possunt, quam continentes ex voto. 1191. D.

Eusebij Caesariensis liber Historiæ ab errore corrigitur. 527. D.

Eutychemis de incarnatione error, vnam in Christo esse naturam, & multi alij. 339. A. B. eius hæresim ipse non tam auctor quam propagator. ibid. D. confutatur. 340. & seq. eius argumenta refutantur. 342. C. D. eius errores qui nostro tempore sequuti sunt. 993. C.

Ex, præpositio cur Patri: Per, filio: In, Spiritui sancto conueniat. 248. A. singulis tamen personis hæ tres præpositiones aptantur. ibid. B. C.

Excommunicationes solennes praesente Ecclesia feruntur, sed solius praelati auctoritate. 768. C. excommunicati non sunt in Ecclesia. 924. D. & seq. quata sit pœna excommunicatio. 925. D. excommunicati iniuste sunt in Ecclesia animo, sed non corpore. 926. A. B.

Exempla non faciunt aliquid esse de iure diuino, sed præcepta Dei. 1048. C. exempla Domini & sanctorum sunt optima commentaria Scripturarum. 1150. A. exempla sanctorum non repugnant verbo Dei, sed declarant. 1174. A. exempla bonorum rectè probant rem esse bonam, sed non exempla malorum rem malam. 1277. C.

Exorcistarum officium est exorcismos Ecclesie super energumenos legere, & eos præparare, vt sacrificij diuini participes esse possint. 1057. B. fuit reuera ordo Ecclesiasticus. ibid. C.

F

Fabianus Papa Philippum Imperatorem excommunicauit. 463. C. D.

Fabulam, veram historiam veteres dixerunt. 26. D.

Festi dies in honorem Sanctorum ritè sunt instituti. 1624. b. festi dies lege obligare ritè præcepti sunt. 1609. c. diebus festis, quæ liberalia opera exercere non licet, & quæ corporalia licet. 16. a. b. Iudæorum festa quomodo grauiâ, nostra leuiâ. 1618. b. nostra & Iudæorum quomodo & quantum in significatione differant. ibid. c. diebus festis quid agendum & quid non. 1607. d. festos dies hæretici quibus ineptiis & mendaciis arguant. 1601. & seq. eos non celebrari ratione ordinis sed significationis demonstratur, 1604. a. eorum observatio est de iure naturæ, licet determinatio ab hominibus sit facta. 1612. b. recentes esse non derogat eorum sanctitati. 1626. b. Imperatores qui dicuntur festa instituisse, solum aliquid eorum sanctitati addiderunt. ibid. d.

Festi dies qui in tota Ecclesia celebrantur, vel à Generalibus Conciliis, vel ab Apostolis instituti. 1617. a.

Fides Catholicorum certa & infallibilis, hæreticorum verò coniecturalis & incerta. 145. b. c. fidei Christianæ doctrina quædam omnibus absolutè necessaria, quædam verò minime. 179. a. b. externa fides, id est, confessio fidei est forma Ecclesiæ non interna. 945. c. fidelium congregatio Ecclesia dicitur, eorum scilicet qui fidem publicè profitentur. 946. a. Fides quomodo & cur substantia dicatur. 284. b. quomodo non possit esse Ecclesiæ fundamentum, si per se sumatur. 485. quid sit Ecclesiam ædificari, super fidem. 486. d. fides & religio Christi non penitus extinguenda per Antichristum ostenditur. 678. d. vna fides est non historica, sed Catholica, 689. c. d. de fide multa sunt ad salutem non absolutè necessaria, 955. a. sententia de fide quomodo partim euidentis, partim non euidentis esse possit. 957. b. c. fides est votum nõ alibi quàm apud Paulum significat, tamen significat promissionem, & proinde etiam votum. 1194. c. fides est donum Dei, & in potestate nostra posita. 1216. a. libera est, & non libera. 1320. c. quomodo saluat & iustificat. 1364. a. b. fidei dogma quatuor modis aliquid esse ostenditur. 1372. b. c.

Fidem sine operibus sufficere crediderunt Hæretici, contra quos Iacobus & alij Canonicas scripserunt epistolâs. 52. d.

Fides Catholica non eget prædiis mendaciorum. 87. b. fides nostra adhæret Christo vt fundamento primo, & Pontifici vt secundario fundamento. 144. c. d.

Filius Dei, verus Deus Israël & veteris testamenti esse demonstratur, primò ex vtroque testamento. 214. 215. 216. ei diuinitas data non est per vñctionem & inhabitationem. 216. c. probatur item verus Deus ex veteri testamento. 218. c. d. & seqq. & ex nouo. 223. & seqq. filius Dei etiâ ratione diuinitatis quomodo maiorem patrem ignoscat. 231. d. Filius Dei non est æquiuocè Deus verus cum Deo patre, sed vnioçè. 233. b. Filius Dei Patris minister dicitur, quia est à Patre. 248. c. Filij Dei descensus nihil aliud est, quàm eius exinanitio & assumptio formæ serui. 273. b. filij productio cur creatio & generatio dici possit. 276. c. d. Filius Dei à Patre esse accipit. 290. b. Filius non differt à Patre natura, sed quoad modum habendi eam. 295. a. est principalis causa opificij mundi. 246. d. ex patribus primi sæculi Deus esse probatur. 250. a. b. & sæculi secundi. 252. a. b. c. d. item tertij. 254. c. d. & seqq. & sequentium sæculorũ. 258. d. & seqq. & ex Sibyllis, & visionibus. 262. 263. Filius Dei reip̃a à patre distinctus ostenditur. 289. a. b. c. quomodo dicitur genitus. 294. c. d. perfectio generationis actiua est in Filio, licet non actio. 295. d. filius Dei non fuit antequam gigneretur, sed fuit cum gigneretur, & sic semper fuit. 296. c. Filius Dei est similis Patri, & idem. 298. b. Filius est idè omnino quod pater, excepta relatione paternitatis. 310. c. Filio Dei nõ conuenit exinanitio ratione deitatis, sed ratione personæ. 421. d. semper nascitur, sed perfectus. 296. d. cur

Filius intelligendo non producat filium, vt pater. 298. b. est similis Patri in essentia, non in proprietate. 299. b. Filius Dei an sit *deus deus*. 305. quid de ea re Caluinus sentiat. ibid. c. d. est verus Deus de Deo vero. 306. d. non est idem Filium esse Deum ad se, nam hoc verum est: & Filium esse Deum à se, quod est falsum. 307. a. b. non est Deus precario, nec titularis, sed naturalis, & verus. ibid. missus est à Spiritu sancto secundum formam serui tantum. 312. c.

Filij nomen in Scripturis tripliciter sumitur, productionis ratione, imitationis & doctrinæ. 937. b. c. d. Filius-familias quomodo non sit patri subiectus in omnibus. 1174. d. non tenetur obedire Patri in omnibus, quando ad annos pubertatis peruenit. 1184. b. potest inuitis parentibus religionem ingredi, modò parentes illius auxilio necessario non egeant. 1240. 1241. & matrimonium contrahere. 1242. b.

Flavianus Antiochenus Episcopus, iussu à Damaso depositus, & quod in eo fecit Theodosius, non ex iustitia factum demonstratur. 863. b. c. d.

Florentinum Concilium Generale 16. quando celebratum. 827. b.

Felix 2. Cæsariensis Episcopus opera Arianorum creatur, sed non fuit Arianus. 731. d. cum Arianis quidem communicauit, sed cum non esset legitimus Pontifex. 732. b. c. post lapsus Liberij verus Pontifex declaratus Arianos damnauit. ibid. d. verè pro fide martyr fuit. ibid. quod probatur rationibus. 733. a. b.

Forma in scriptura non formam exteriorem, sed essentiam & naturam significat. 229. c.

Formatum literarum typus quis fuerit. 522. c.

earum vsus. ibid. d. earũ ratio in Synodo Nicæna præscripta. 601. a.

Fornicariam duxisse quare faciat bigamum, non autem fornicarium virginem duxisse. 1113. d. 1104. a.

Francia ab omni æuo Rom. Pont. subiecta fuit in spiritualibus. 183. d. 584. a. Francia habuit olim propriam linguam à Latina diuersam. 15. d.

Franciscus Xauerius Societatis Iesu presbyter miraculis clarus. 1010. d. eius cum Luthero quasi frumenti cum lolio comparatio. ibid. & 1011. a.

Francfordiense Concilium quid statuerit de imaginibus est incertissimum: quia auctores qui de ea re scribunt plurimum variant, 885. d. verè damnauit septimam Synodum Nicenam. 886. d. sed per errorem & materialiter, eo quòd libri Carolini illi duo mendacia obtulerunt. 887. a. b. hæc mendacia coarguunt aperte. ibid. d. errauit non in iuris, sed in facti questione. 888. a. probatur non fuisse legitimum. ibid. est partim approbatum, partim reprobatum. 830. a. ei est anteponendum Nicænum 2. 885. a. Centuriatores id illegitimum esse fatentur. ibid. b. non statuit delendas è templis imagines, sed ne adorentur. ibid. & c.

Francorum lingua diuersa à Latina principio. 105. c.

Francorum sanguine partum Imperium quomodo verum sit. 1678. c.

Fridericus I. agnoscat Rom. Imperij plenitudinem nisi Rom. Pont. haberi non posse. 1667. c. Pontificem Adrianum & Victorem quem habebat pro Pontifice quantum sit veneratus. 1699. a. b. Fridericus item II. Pontificis primatũ confitetur. ibid. d. Fridericus venit in Italiam ad Pontificem, vt ab eo prouehi in Imperium postulet. 1653. d. eius mors in flumine in Armenia absorpti ab omnibus describitur. 1658. b.

G

Galatæ qua lingua tempore Hieronymi vtebantur. 104. c. Epistolæ ad Galatas quomam sit scopus. 505. a. b.

Gangrense Concilium congregatum est contra eos, qui nuptias & esum carnum absolutè mala putabant: &

solum

solum de iis agit presbyteris, qui vxores habuerant, non qui habent. 880. b. 1090. a. docet nuptias non esse malas sed continentiam meliorem, eiusque professores humiles esse. 1226. c. filios qui tempore necessitatis parentibus non aderant, damnat. 1243. a.

Gelasij duo errores à Magdebur. notati diluuntur. 735. b. eius non est liber de incarnatione. ibid.

Generare est summa perfectio in viuente, & hanc habet filius, licet non generet. 295. d. Generare in Deo est intelligere diuinam cum relatione producentis notitiam: quod quidem intelligere est commune tribus, sola relatio est propria genitibus. 423. b.

Genes omnes in quo conueniunt, id est verissimum. 1361. b. hæc idola lignea vel lapidea quibus rationibus ducti Deos esse putauerunt. 1534. b. c. earum Deos homines fuisse sapientes crediderunt. 1555. d.

Georgij Callandri error de conciliandis Catholicis & hæreticis confutatur. 1306. d. & seqq.

Germania quot quantæue beneficia à Romano Pontifice acceperit. 1643. a. Germanicum Imperium nullo alio iure quàm Antichristiano niti Lutherani asserunt. ibid. c. Germanorum regnum à proceribus Germaniæ, Imperium verò à Pontifice datum. 1661. b.

Germani olim vsi sunt Latina lingua in Scripturis, qui tamen longè diuersam linguam ab ea habuerunt. 105. d. 106. a.

Germanorum principum publicum instrumentum, quo illi se eligendi Romani Imperatoris ius à Pont. Rom. accepisse confitentur. 1728. c. d. Germani ad relinquenda mendacia Illyrici & similibus sanctissimè admonentur. 1736. a. b.

Thyruai verbum, esse & fieri significat in Scriptura. 234. d.

Gladij duo Ecclesiæ sunt, vel potius Petri, & si vnum Cæsar habet, eum beneficio Petri habet. 1653. b.

Gloria corporis cadit sub meritum, non vt accessorium gloriæ animi, sed ex determinatione Dei. 430. d. gloria corporis debita fuit Christo ratione præmij & mercedis, quamuis etiam alio modo ei debita fuisset. ibidem.

Gog & Magog, quid in scripturis significent, variè exponitur. 674. d. & seqq. quid hæc nomina significet. 677. c. per has gentes designatur vltima persecutio. 678. c.

Gothi initio ab Arianis seducti nõ cõuersi. 1001. c. d. Græci quido primùm cum Latinis de processione Spiritus sancti disputare cœperunt. 309. d. 310. a. Græcorum mos est corrumpere libros, non Latinorũ. 314. b. Græci errare in processione Spiritus sancti diuino testimonio conuincuntur. 334. Græci quàm grauitè Imperium Carolo datum tulerint. 1692. d.

Græcæ veteris testamenti editiones nouem numerantur, præter synam antiquissimam. 70. d. Prima septuaginta seniorum, Secunda Aquilæ, Tertia Theodotionis, Quarta Symmachii, & sic deinceps. 71. a. b. c. editio 70. quando facta sit. 72. c. an fuerit librorum omnium. 73. a. quomodo facta sit. ibid. b. Quæ de cellulis feruntur, fuisse conficta monstrantur. 74. a. quantæ sit auctoritatis. ibid. d. ea quidem superest, sed valde vitiosa & corrupta. 75. d. quomodo quædam in ea omiffa fuisse, quædam addita dicantur. 76. b. Græca lingua nouum testamentum editum exceptis quibusdam. 77. a. Græca lingua toto Oriente Scripturæ legebantur Hieronymi tempore. 104. b. in quibus tamen lingua Græca non erat vulgaris. ibid. Græca noui testamenti editio nõ est corrupta penitus, sed errores multos cõtinet. 77. d.

Græcæ linguæ ignoratia quantum in Concilio Ariminensi erratum sit. 85. d. Græcè cur Apostoli maximè scripserint. 106. d. Græcorum concilij nunquam Romana Ecclesia subiecta. 587. c. Græci in corrupendis

libris aſueti demonſtrantur. 741. b. Græca Ecclesia ſucceſſione certa caret, & proinde non eſt vera Eccleſia. 984. c. d. de hæreſi item in legitimis Conciliis condemnata eſt. 985. a. Græcorum error, oportere clericos, antequam ſacros ordines ſuſcipiant, vxores ducere, conſutatur. 1076. d. & ſeq. in Græco teſtamento error notatur. 503. a. in Græcia quando ſtudia literarum reſtituta. 707. b.

Gratia Dei homo iuſtificatus legem Dei implere poteſt, etiam ſi in quotidiana peccata incidat. 698. b. c. ea priores partes agit in hominis conuerſione. 1031. b. c. quædam ſufficiens, quæ omnibus datur: quædam effica, qua reipſa operamur, quæ paucis. 1215. d.

per Gratiam habere excellentiam, eſt habere participationem quandam. 371. c. Gratiam Chriſtus accipit ſine menſura: alij verò ſancti non. 382. d. Gratia in Chriſto naturalis fuit, quia fuit à principio intrinſeco. 384. a.

Gratiani lapſus putantis Hieronymum & Concilium diſſentire. 848. b. malè citat D. Auguſtin. 899. b.

Gratianus cur tranſlationis Imperij à Papa factæ non meminerit. 1690. a.

Gregorius magnus à Caluini petulantia liberatur. 568. c. oſtenditur eſſe ſanctiſſimus. ibid. quomodo non verum ſit, quod ex eo hæretici colligunt: videlicet Antichriſtum futurum Episcopum vniuerſalem. 665. a. defenditur à calumniis Chytræi teſtimonio hæreticorum. 694. a. b. & Durandi & Adriani ob confirmationis ſacramentum. 737. d. quomodo Imp. Rom. ſe ſubiecerit. 610. d. quomodo ſe ſuperiorem Imper. oſtenderit. 611. b. cur vniuerſalis Episcopii nomen reſugerit. 624. a. non fuit primus qui ſanctos orandos, & Miſſas pro defunctis introduxerit. 635. a. cur more ſicali veterit titulum imprimi alicui agro. 808. a. defenditur contra Caluinum in eo, quòd dixit imagines libros eſſe idiotarum. 1516. b.

Gregorius 2. iure Leonem Iſaurũ excommunicauit, & ei pendi tributa prohibuit. 800. d. falſè accuſatur à Magdeb. quaſi dixerit aliquos episcopos conſecratos iterum conſecrandos. 745. c. quomodo permiſerit viro, cuius vxor eſt impotens ad reddendum debitum, alteram ducere. ibid. d. 746. a.

Gregorius 7. à petulantia cuiuſdam Bennonis Cardinalis & hæreticorum defenditur. 749. 750. legitimus fuit Pontifex. 749. d. iuſtè Henricum 4. excommunicauit. 750. b. non fuit Berengarianus. ibid. d. fuit vir ſanctiſſimus omnium ſcriptorũ teſtimonio. 751. c. non ſenſit concubinariorum ſacerdotes non poſſe conſecrare, ſed interdixit Chriſtianis eorũ ſacris intereſſe. 754. a. b.

Gregorius Thaumaturgus fidei confeſſionem, à B. virgine accepit. 263. c.

Gregorius Nazianzenus queritur ſuo tempore nullum legitimum Concilium fuiſſe, & quam ob cauſam. 874. a. prædicator fuit ſtrenuus Nicæni Concilij, & interſuit Generali 2. Concilio. ibid. b. c. à matre antequam naſceretur conſecratus, virginitatem Deo vouit & ſeruauit. 1200. b. quæ de virginitate dicit, à Pſeudomartyre non probantur. 1231. d.

Gubernationis bonæ, formæ, & quæſit optima. 449. a. b. c. d. quæ eſt ex tribus mixta ratione humanæ corruptionis, vtilior eſt monarchia. 456. b. c. probatur Eccleſiæ gubernatio, non eſſe popularis. 459. b. & ſeqq. non eſt populj gubernatio, ſi Rex, vel Imperator à populo eligatur. 462. a. b. Vide *Monarchia*.

Gulielmus Xylander mala fide Cedrenum interpretatur. 1508. d.

H

Habitus mali quomodo deleantur poſt mortem. 1397. b.

Hæreſes ſummum Eccleſiæ malum ab Episcopis

vel

vel presbyteris ferè ortæ. 468. a. vnde originem sumât. 571. . quid emolumenti Ecclesiæ afferant. 571. d. conferuntur cum idolis, quia sicut hæ sunt falsæ imagines, ita illæ continent falsâ dogmata. 1506. a. earum plurimæ ante tempora Constantinæ & post exortæ & extintæ sunt. 834. a. hæresis de rebaptizandis hæreticis abfque Generali Concilio fortè explofa. ibid. d. Hæreses singulis ferè sæculis exortæ, à Concilio Episcoporum & decreto Pontificis destructæ. 133. b. c. Hæreticus peccat non assentiendo decretis Ecclesiæ, non malè tamen facit ea examinando. 142. b. Hæreticos nõ esse rebaptizandos ex traditione habetur. 15. c. Hæretici non esse in Ecclesia probantur. 919. c. d. etiam si non sint in Ecclesia, puniri tamen ab ea possunt. 921. d. Hæreticus manifestus non est Christianus. 616. d. ipso facto caret omni iurisdictione Ecclesiastica. 617. d. hæretici qui quòtve, Ecclesiasticos Principes habere potestatem condendi leges, quæ in conscientia obligent, negauerint. 761. a. b. Hæretici veteres quot quantæve absurdâ docuerint. 1000. a. b. non leguntur conuertisse Iudeos vel infideles, sed Christianos peruertisse. 1001. c. d. hæretici omnes plurimis vitis laborant, sed maximè superbia. 1103. d. 1004. hæretici veteres & noui miracula facere conari, spe sua frustrati sunt. 1006. d. 1007. hæresiarum & hæreticorum infelix exitus. 1016. d. & seq. hæretici quàm malè de tribus hominum generibus, clericis, laicis & monachis sentiant. 1027. 1028. 1029. 1030. hæretici sumiæ Catholicorum, habent mysteria à Catholicis differentia. 188. b. inter eorum & Catholicorum mysteria quid intersit. ibidem & c. quomodo sint Antichristi. 667. a. Publici non sunt Christiani, sed occulti. 946. b. sunt pseudoprophetæ, quos Christus, Petrus, & Paulus cauendos docent. 873. b. hæretici occulti sunt in Ecclesia, donec se ipsi ab Ecclesia separent, aut inuiti ab ea separentur. 941. c. ab auctore nomen omnes sumunt. 971. a. b. quando cœperint & vbi, & per quos, est notissimum. 972. b. c. omnes hæretici qui fuerunt ab Apostolorum temporibus, exceptis paucissimis, perierunt. 977. a. & libri eorum. ibid. b. sunt semper inter se diuisi. 996. b. Hæretici traditiones omnes ab initio reicere solent. 169. d. Hæreticorum bellum pax est Ecclesiæ. 104. c. ob Hæreses nouas cogimur noua nomina inuenire quæ non oppugnant hæreticos, sed damnant. 280. d. Hebraica lingua est mundo coæua. 62. b. c. nomen habuit post diluuium, quamuis antea fuerit. 63. a. Hebraica lingua etiam Chaldaica à Philone dicitur, & cur. 75. d. Hebraica lingua ab Etdræ repote desit esse vulgaris. 102. d. Hebraica editio, quam nunc habemus, est aliquibus in locis corrupta. 63. c. ea tamen à Iudeis deprauata non est. 64. b. multis in locis magis pungit Iudeos, quam nostra translatio. 65. a. vnde in eam aliquot errores irrepserint. 68. b. Hebræi quomodo Deum offenderint, regem postulando. 453. d. Hebræorum annus qualis fuerit. 646. c. Helias & Enoch venturi ante iudicium probantur. 642. viuunt adhuc. 644. b. Henricus 4. iustè à Gregorio 7. excommunicatus & depositus. 752. a. fuit pessimus vir etiam Caluino teste. ibid. c. Abbas Vspurgensis quid de eo scripserit. 751. c. reliqui scriptores Germani quid de eo dicat. 1644. a. b. c. Henricus I V. non habetur verus & legitimus Imperator, eod quod à pseudopontifice schismatico coronatus fuerit. 1663. a. agnouit ipse primatû Eccles. Rom. quamuis eius hostis esset. 1698. b. Item Henricus V. ibid. c. d. Henricus cognomento Auiceps ex gente Saxonum primus Rex dictus, sed non coronatus. 1711. c. non fuit primus Imperator, sed Otho eius filius: is autem regio

nomine contētus fuit. ibid. d. quod probatur tum ipsius Henrici, tum aliorum testimonio. 1712. a. b. Henricus Stephanus nomē *Abbas* explicās reprehenditur. 1505. b. & nomen *Abbas* sepulchrum reddens. 397. d. Hermetis liber qui Pastor dicitur, à quibus diuinus habitus. 58. d. est tamen Apocryphus. ibidem. Hieremias arcam Dei quando transtulit. 40. c. d. eū fuisse cultum à populis, sacrificiis diuinisque honoribus mendacium Caluini. 1013. b. Hieremias Patriarcha Constantinopol. falsò Nicænam Synodum decreuisse asserit Spiritum sanctum à solo patre procedere. 313. c. Hieronymus dum 70. interpretes redarguit quomodo intelligendus. 74. d. Hieronymus quid discriminis inter Episcopum & presbyterum esse iure diuino censuerit. 1066. c. non fuit in sua sententia de iurisdictione æquali Episcoporum & Presbyterorū constant. ibid. d. non fuit presbyter Rom. Eccle. sed Antiochenæ. 1072. c. d. eius libri contra Iouinianum aduersus Lutheri petulantiam defenduntur. 1137. a. b. maximè aduersatur incontinentiæ Lutheranorum & Caluinistarum. 1199. b. eius loca, quæ hæretici contra primatum Rom. Pont. proferunt, explicantur. 575. a. eum Magdeburg. cum Vigilantio contendisse, ac victum fuisse asserunt. 1466. c. eum Lutherus damnat rāquam Pelagianum, eod quod matrimonium non inierit. 1209. a. b. eundem idem ob eandem causam laudat. 1211. b. *Vide Latinæ editiones.* Hierosolyma ciuitas sancta, etiam Sodoma dicta est. 661. d. Hierosolymitano Concilio interfuerunt Apostoli tanquam iudices, & presbyteri tanquam consultores, plebs verò consentiens. 846. c. d. in hoc Concilio quæstio fuit, num legalia Christianis obseruanda essent, quæ quæstio ex solo Apostolorum iudicio definita est. 851. c. d. illud contra Lutheri petulantiam defenditur. 877. c. d. fornicationem sed nõ homicidium prohibuit, quia constat hoc esse malum, illam verò malam esse gentes ignorabant. ibid. & 878. a. in eo fuerunt prohibita Idolothya, suffocata & sanguis, tanquam præcepta Apostolica, quæ ad tempus fideles obligarent. 878. a. b. quando id celebratum. 538. b. Hierosolymitanus Patriarcha nulli præerat. 519. d. subiectus fuit archiepiscopo Cæsariensi. 520. a. Hierosolymorum Ecclesiæ præstantia. 527. c. Hispanorum lingua tempore D. Hieronymi qualis. 105. b. Historici non est reip̄ describere vt fieri debuisset, sed vt facta est. 1691. b. Homo in statu naturæ integræ fuisse disparis sexus, ingenij, sapientiæ probitatis, & sic alij alijs fuissent superiores. 1281. c. d. homines tribus de causis licet occidere. 1325. c. d. omnes homines post diem iudicij saluandos esse falsum esse ostenditur. 1376. d. 1377. a. Homo est vera imago Dei, & pingi potest, vt totum quiddam est, non solum vt pars hominis. 1514. a. b. est vt imago, Dei venerabilis. 1530. c. d. Homo potest dici membrum Christi, vel propter prædestinationem vel propter presentem iustitiam. 930. c. d. qui est membrū Christi propter prædestinationem, est tantum potētia: qui per presentem iustitiam, actu. ibid. item potest dici filius Dei, veritate essentia, & veritate finis. 931. b. illi sunt, qui nunc sunt in gratia, quamuis postea perituri: hi sunt, qui extra eam sunt, sed in æternum saluaturi. ibid. sine peccato nullus. 932. b. Homines iidem ad Christi regnum propter fidei professionem, & Diaboli, propter morum peruersitatē pertinere possunt. 940. b. Hominum nullus est, qui non habeat peccata venialia, quæ non impediunt, quin sit iustus, & opera bona faciat etiam supererogationis. 1164. d. 1165. c. homo animal sociale, & sibi ipsi nunquam sufficit. 1278. a. Honorari aliquid potest per se, vel per accidens, propter

propter se vel propter aliud, propriè vel impropiè. 1540. c. d. 1541. a. Honorius I. de hæresi Monothelitarum infamatus est. 738. b. c. sed ab ea planè absoluitur, & rationes aduersariorum diluuntur. 739. 740. Duas volūtates in Christo fatetur, quamuis nomine duarum voluntatum prudentissimè abstineat. 739. b. cum dixit in Christo vnam esse tantum volūtatem, intellexit hoc de Christo vt homine. 740. a. b. nomen eius ab æmulis inter eos qui damnantur in 6. Synodo insertum. 741. b. Non potuit damnari vt hæreticus à 6. Synodo, quia in re confensit, quamuis in nomine dissenserit. 743. b. à magna & meliore scriptorum parte semper habitus est Catholicus. 744. d. 745. a. Hosio Cardinali quæ impia verba Lutherani falsissimè tribuunt. 817. 818. Humilitas pugnat cum superbia, non cum potestate. 1073. d. Hypostasis significat primam substantiam, quæ non in alio, sed in se & per se existit. 285. c. quomodo ab essentia differat. ibid. d. Hypostases esse tres in diuinis & vnam tantum, quomodo verum esse possit. 284. c. Hypostasis vox non est barbara seu incognita. 285. c. in Deo turò dici potest tres esse hypostases. ibid. d. in genere significat fundamentum seu basim quæ alia sustentat, & ipsa per se subsistit. ibid. Iacobus frater Domini fuit vnus ex duodecim Apostolis, & Hierosolymorum episcopus, & auctor epistolæ Canonice. 52. b. contra quos hæreticos suam epistolam scripserit. ibid. d. quomodo sit episcopus ordinatus. 117. a. quomodo non sit maior Petro, etiam si fuerit Hierosolymorum episcopus. 527. a. b. Iacobi Palæologi olim nouorum Samosatzenorum ducis, nunc conuersi, argumentum nihili contra Christi diuinitatem. 223. d. Iacobus Faber Stapulensis auctor Vbiquistarū. 335. c. Idololatria non est, sanctis Basilicas erigere. 1573. b. idololatria est cum idolum cum Deo adoratur, & cum sine Deo. 1540. a. Idololatria per Christum exterminanda, qui si non sit verus Deus, nullum vnquam idolum eo maius fuit. 244. b. Idolorum origo vnde sit. 38. a. b. Idolum nõ est omne simulacrum numen representans, sed id quod representat rem falsam. 1505. a. b. Idoli & imaginis quæ sit differentia. ibid. c. d. eius vocis etymon. 1506. b. idola facere Christianis prohibitum est, etiã si adorare ea nolunt. 1511. d. ea fuerunt dij gentium, eorumque qui ea coluerunt. 1532. c. ea gentes Deos suos esse crediderūt, & ea pro dijs coluerunt. 1534. d. eorum fuerunt duo genera apud Hebræos idololatrias. ibid. a. Ieiunium quatuor temporum est Apostolica traditio. 151. b. Ieiunij legem cur hi seruare tenentur, in quibus ratio ieiunij cessat. 764. c. hanc obligare in conscientia, non propter contemptum & scandalum testimonio veterum ostēditur. 770. b. ieiunij lex cum salutē indiuidui nocet, violanda est, non autē continentie. 1223. a. b. ieiunium est animæ alarū instar, vt sursum ferri & summa contemplari queat. 1253. c. conducit sanitati. 1255. c. D. Ignatius de traditionibus quid scripserit. 160. d. eius epistolæ quæ nunc habentur sunt illius. 161. a. Ignis corporeus est is, quo animæ post mortem cruciantur. 1399. b. quomodo ille ignis agat, sciri non potest. ibid. c. ignis cur accēditur ante res sacras. 1503. b. c. Illyricus errorem suum de peccato originis nunquam retractare voluit. 475. c. Nili est interpres, parum fidelis. 589. a. illius petulantia in sanctos Pontifices, & mendacia plurima. 597. d. eius de Antichristi tempore er-

rores confutantur. 633. c. d. 634. a. ineptè facit Christū Pauli interpretem. 669. c. mendacia eius. 670. a. b. & alia. 684. vide *Magdeburgenses*. Nam quicquid de us nonatum est, de Illyrico maximè dictū volumus. vide etiã Nilus. Illyricus affirmat & negat idem, si causæ suæ expedire iudicauerit. 1633. a. I. contradictio eius Romanum imperium Rom. Pontifi. auctoritate à Græcis ad Francos translatum esse, & non esse. ibid. b. Papam esse Antichristum vt putat efficacissima demonstratione probans, eam ipse destruit. ibid. II. Contradictio Germanos ante annos 1500. ius in Rom. Imp. adeptos esse & nõ esse. 1634. c. III. Zachariã Papam ab Hilderico ad Pipinum Francorū regnū transtulisse, & non transtulisset. 1635. b. IV. Pontifices summos quasi mancipia Caroli Cæsaris fuisse & Carolum Pont. Max. mæcipium fuisse. ibid. c. V. Leonem Papam ad Carolum misisse, vt Romanos in Caroli verba iurare compelleret, & ad suã fidem, id est, Leonis, sacramento adstringeret. ibidem d. VI. Odoacrem Italiam occupasse sub Leone Bessicano, & sub Zenone. 1636. a. VII. Theodoricum Ostrogothū Augustum & Imperatorem fuisse, & non fuisse. ibid. b. VIII. Carolum à Græcis Imperio donatum fuisse, antequam à Leone coronaretur, & non fuisse. ibid. IX. Septem Imperij electores Germanos à Pōtif. Rom. Gregorio V. designatos fuisse, & nõ fuisse. ibid. & c. X. Dei solius esse trāsferre regna, & imperia, & hoc Dei solius non esse. ibid. d. XI. Antichristum Papam esse, & non esse. 1637. a. b. XII. Imperium à Græcis translatum esse & non esse. ibid. & c. XIII. Ipsum Illyricū ab omnibus sectis & erroribus à Romano Imperio & Confectione Augustana damnatis abhorrere. ibid. & d. Mendacis totam epistolam dedicatorem contexit, quorū I. est, Politici magistratus gloriam & dignitatem à Lutero fuisse illustratam. 1638. b. II. Principes in parū probato Deo statu versare. 1639. c. d. III. Eos qui administratione politica deserta ad monasteria se conferunt, stationē sibi diuinitus datam deferere. 1640. a. b. c. IV. Ignauum otii eã esse vitã quã illi Principes deserto sæculo vixerūt. ibid. c. d. V. Nihil suo vitæ genere esse Deo gratius, ex verbo Dei principes didicerunt, si illud rectè obseruauerunt. 641. a. b. c. d. VI. Principes apud nos & magistratus proculcari. ibid. d. & 1642. a. VII. Principes sæculares super omnē animam Dei verbo exaltatos. 1642. a. b. c. VIII. Deus mādāt vt dicatur imperiū Rom. à Rom. Pont. vexatū & oppressum esse. ibid. d. IX. Germani à nullo vnquã sædius oppressam, quã à Rom. Pont. ibid. & 1643. a. b. X. Omnes historicos vna voce id copiosissimè narrare. 1643. c. XI. Henricū IV. præclarissimū herōem, atque iniustè à Papa oppressum fuisse. 1644. a. b. c. d. XII. Conc. Trid. sine omni reformatione cleri finitū esse. 1645. b. XIII. Librū de 100. grauaminibus Germaniæ Adriano VI. in conuitijs Norimbergensibus oblatū. ibid. c. XIV. Se purã Christi religionē secundū Apostolica & Prophetica scripta sequi. ibid. & d. 1646. a. b. c. d. XV. Figmentū esse, Carolo ignoratū imperiū delatū esse. ibid. & 1647. a. b. XVI. Falsū esse celebrationē coronationis imperij eius natali die peractam esse. 1647. b. c. d. XVII. Mendaciū esse à Gelasio Papa consuetū de translatione regni Francorū ab Hilderico ad Pipinum. 1648. a. Illyrici XVIII. mendacium, figmentum esse à Zacharia Pontif. regnum Francorum ab Hilderico ad Pipinum esse translatum. ibid. b. c. d. XIX. hoc quod supra dictū est Annonij, seu Aimoini auctoritate coargui. ibid. d. XX. Fictū esse à Parasitis & adulatoribus Pontificis, imperium à Romanis ad Reges Francorum esse delatum. 1649. 1650. XXI. Mendacium inter Adrianum 4. Pont. & Fridericum I. Imperatorē litigatum esse, verum Germani Imperatores beneficio Papæ imperarent. 1650. c. d. XXII. Cùm addit se narrationem hanc ab Othone Fridingeni desumpturum, & cum ordine rem totã adscri-

prurum dicit. 1651. A. eiusdem duo alia mendacia vnum est, Adrianum Pont. signentum suum retractare: alterum eundem nunquam se violaturum iura Imperij polliceri. 1655. D. & 1656. Illyrici primum argumentum ridiculum quo probat Ro. Imp. ad Germanos trāslatum, quia aliquot cohortes Germanorū in bello, prælio Pharsalico vincere ceperunt, redarguitur. 1673. B. II. Argumentū quod ducitur ad Victoriā quam Germani duce Arminio de tribus Romanorum legionibus retulerunt quot peccata habeat. 1674. III. Argumentum, quo Deum iure belli regna & imperia transferre ex verbo Dei probat diluitur. 1675. C. IV. Argumentum Carolum ob expulsos ex Italia Longobardos ab imperat. Constan. imperio donatum quot peccata & mendacia habeat. 1677. B. ad V. Argumentum quod ipse ex quatuor testimoniis contexit respondetur. 1678. A. Mentitur Illyricus Clodouici regnum successione hereditaria, non Pontificis beneficio ad Carolum magnum peruenisse. 1689. C. Illyricus ex historicorum auro stercus colligit. 1695. B. Illyrici argumenta, quibus probat non potuisse Pontificem imperium transferre refutantur. 1703. B. C. D. Illyricus mendacia de trāslatione imperij à Francis ad Germanos redarguuntur. 178. B. C. & item quatuor alia eadem de re. 1718. D. 1719. A. B. Illyricus tā amicus est mendaciorum, vt mendacia sua bona conscientia reticere se non posse profiteatur. 1725. D. eius argumenta, quibus probat Electores ab Apostolica sede non esse institutos redarguuntur. 1730. C. 1731. Illyrici mendacium, Sergium Papam Lothario principi fidelitatem iurasse. 1786. B. in hoc Sergio non sibi constat, eō quod quem vno loco Imperatoris subditum profertur, eum alibi monarchā, & dominum regum fuisse prædicat. C. D. Illyrici impudentia execrabilis, qui suorum mendaciorum Spiritum Sanctum auctorem facit. 1787. C.

Imagines Dei sue Trinitatis pingi possunt. 1513. A. & probatur. ibid. & seq. hæ tres ob causas fiunt ad naturam rei exprimentam, ad historiam aliquam explicandam, & ad representandam mysticam aliquam proprietatem. 1514. D. Imagines Dei & Trinitatis quedam de testandæ. 1515. B. quomodo imagines Dei doctrina vanitatis dici non possint. 1516. B. C. in templis eas maxime collocandas esse demonstratur, & earū antiquitas. 1536. B. C. sunt viles extra historiam. 1521. D. 1522. in imagine non sufficit similitudo, sed vt vnum ex alio exprimat. 1558. C. D. hæ etiam solitariæ habent aliquid, quod nos instruat. 1522. D. multiplex earū est vtilitas. ibid. & 1523. Imaginibus cultum aliquē deberi probatur sacre Scripturæ testimoniis. 1525. A. B. & 1527. A. B. & auctoritate conciliorum. ibid. C. D. & Patrum. 1527. 1528. & ex miraculis. 1529. 1530. & argumentis. 1530. improbitas eorum qui imagines oderunt, & pietas eorum qui eas colendas docuerunt. 1532. C. quot & quanta mala impugnatores earum inuaserunt. ibid. D. Patres qui eas impugnare videntur, explicantur. 1536. D.

Imago filij est Spiritus sanctus, non tamen tam proprie, quam filius est imago Patris, & cur. 317. B. Imago dicit similitudinem ad producetrem, & sine hac non sufficit alia similitudo. ibid.

Imagines proprie & per se latria coli non debent. 1539. A. B. C. earum cultus est imperfectus, qui reducitur ad speciem eius cultus, qui debetur exemplari. 1542. A. B. eas illi venerantur, qui execrantur synodum, quæ statuit eas adorandas. 887. C. Imagines Simeonis Stylitæ Romanæ passim visebantur. 1256. B. Iconomachorum patres sunt Iudæi, Mahometani, & magi. 1507. 1508. imagines in Scriptura absolute nō prohiberi probatur. 1507. C. earum veneratio quomodo ex Apostolica traditione descendere dignoscatur. 172. D. miracula ad imagines facta esse constat. 672. A. B. quomodo ad imagines & memorias martyrum cultum nostrum alligemus. 695. A.

Francofordiensis Synodus damnauit Synodum Nicenam persuasa ea statuisse eas adorandas. 887. A. Imagines cur frequentatur potius vna quā alia. 1538. D. 1539. A. sanctæ sunt duas ob causas, & propter significationem, & propter Ecclesiæ institutionem. ibidem proprie & per se eas esse venerandas ostenditur. 1540. B. C. D. dicendum non est eas debere adorari latria. 1543. A. improprie vel per accidens latria coli possunt. ibid. B. C. D.

Imperator non habetur nisi quem Rom. Pont. confirmat & consecrat. 1665. B. Imperator Rom. eligitur non nascitur. 1667. A. Imperatores prisci insigni aliquo in Ecclesiam beneficio coronam Imperij meruerunt. ibid. D. & seq. A. Imperatores Græci agnouerunt Rom. Imper. apud Latinos auctore Rom. Pont. 1668. D. imperatores Rom. non ferunt in insignibus duas aquilas, sed vnam in duo capita diuisam. & cur. 1674. C. Imperatores Romani diuersarum nationum stante imperio fuerunt, & sic propter imperatores non necesse est, vt ad hanc potius, quā ad illam nationem perueniret. 1684. C. imperatorum nomen regio augustius post Romanorum Imperium conditum. 1687. B. C. Imperatores Rom. post Augustum aut ab alio principe nominantur, aut ab exercitu creantur, pauci à senatu, sed non tolerati. 1691. C.

Imperatores primatum Eccl. Rom. agnouerunt etiā inimici ipsius. 1697. B. C. 1698. B. C. Imperatores duo veteres Valentinianus & Iustinianus Pont. Rom. quantum tribuant. 1700. C. Imperator Romanus proprius est Ecclesiæ Catholicæ atque præcipuus aduocatus. 1710. B. Imperatores post Othonem 3. qui & à quibus electi. 1723. C. D. Imperatores pij in Conciliis tanquam iudices non affuerunt. 135. B. Imperatores electioni Pont. Max. cur olim se immiscuerunt, & nunc se immiscere non debeant. 1052. C. D. Imperatores pij credendi libertatem non permiserunt, sed impij aliquot. 1305. C. D. imperatores pij hæreticos, male multarunt. 1314. A. B.

Imperium quia à Pontifice maximo ad Francos inde ad Germanos est trāslatum, pendet ab eo immediate. 801. B.

Imperium Romanum vsque ad Constantinum magnum indiuisum mansit. 1699. A. post eum nunc vnus, nunc duo imperium tenuerunt. ibid. vsque ad Iustinianum 7. post quem vsque ad Carolum vnus tantum imperium tenuit. ibid. B. Imperij maior facta est diuisio tempore Caroli, quā vnquam antea fuerat. ibid. C. D. imperij translatio Leone Pont. Max. auctore aut solo aut præcipuo ad Latinos facta est, quod probatur ab auctore fuisse. 1650. 1661.

Imperia sex titulis homines acquirere solent, & qui illi sunt. 1671. A. imperium Romanum ad Carolum magnum iure belli non peruenisse, qui est primus titulus auctor probat. ibid. B. C. D. in imp. Rom. qui & quot reges plus iuris habeant quā Germani, si belli iure agendum esset. 1675. A. imperia & regna transferuntur plerumque à Deo non iure belli, sed alio. ibid. D. Imperium Carolo Deus non immediate concessit, qui est secundus titulus. 1679. D. Imperium Deus Carolo concessit mediate, scilicet opera sui vicarij. 1680. B. illud non hæreditaria successione habuisse probatur. ibid. D. & 1681. A. neque concessione S. P. Q. R. 1689. C. D. nec Græcorum Imperatorum concessione. 1692. B. & seq.

Incarnationis mysterium qui hæretici hodie oppugnant. 335. A. B. Lutherani in hoc mysterio sunt Euty-chiani vel Nestoriani. ibid. D. Saxonice Ecclesiæ ter fidem de hoc mysterio mutarunt. 338. B. fides Catholica de hoc mysterio esse duas in Christo naturas, quæ sine permixtione in vna verbi persona subsistant. 339. D. in incarnatione quomodo facta sit vno hypostatice. 352. D. similitudines mysterium incarnationis declarantes, sed imperfecte. 353. A. B. in incarnatione non ea facta est vno

natura

naturarum, vt vna sine altera esse non possit. 375. A. Trinitatis mysterium apta est ad incarnationis mysterium declarandum similitudo. 354. B. C.

Indulgentia est applicatio satisfactionis Christi & sanctorum, & prodest defunctis per modum suffragij. 1045. A.

Inferos esse loca subterranea probatur contra Caluinum & Bezam. 397. 398. quatuor diuersa inferorum loca esse ostenduntur. 1389. 1390. 1391.

Innocentius I. quomodo Arcadium Imp. excommunicauerit aliter quā Ambrosius Theodosium. 589. D. 590. A. eum Magdeburgenses redarguunt de tribus erroribus, sed male. 734. A. B. Innocentij III. decretum quo cautum est, vt Episcopi prouideant, vt officia diuina diuersis linguis celebrentur, exponitur. 113. A. quomodo intelligendus quando dixit in nouo testamento legem veterem debere obseruari. 755. B. Innocentius IV. Fredericum II. deposuit, & Lusitaniam regi coadiutorem dedit. 803. C. D. Innocentius VIII. cur Noruegiis sine vno sacramento celebrare permiserit. 759. C.

Interpretes LXX. fuerunt vates veri, & non interpretes tantum. 74. D. vide de eis verba Græca. falsum est eos aliter verissime Biblia quā erant in Hebraeo. 76. C. interpretes Scripturæ errare an potuerint. 88. A.

Ioannes Baptista monachorum & eremitarum parens. 113. D. 1250. A. B. probatur eum in vtero deserto mansisse contra Magdeb. 1251. A. vestis eius non fuit mollis. ibid. D. cibis eius vitæ locusta vel herbarum summitates, cur tam seuerè vixerit. ibid. & 1252. A. eius conceptio possit iure celebrari, quāuis B. Virginis conceptio, non autem illius celebretur. 1625. D.

Ioannes Euangelista cur Theologus ab antiquis dictus est. 57. D. historia de adultera muliere ab eo scripta monstratur. 44. C. quando Euangelij suum scripserit. 60. A. primam epistolam ad Parthos scripsit. 103. D. secunda eius epistola quid contineat. 177. C. Vide Epistola.

Ioannes XII. ab Othone I. depositus non esse monstratur. 1717. D. neque, quāuis esset flagitiosus, à Synodo deponi potuit. 1718. A. B.

Ioannes XXI. non fuit hæreticus, quāuis senserit animas iustorum Deum non visuras ante diem iudicij. 757. B. ante mortem sententiā retractauit. ibid. 1429. C. de eo quinque Caluini mendacia. ibid. D. & 1430. A.

Ioannes XXIII. non fuit certus Pontifex, quare etiam in fide errauerit, non necessariò defendendus. 758. D. de errore falsò infamatum fuisse probabile est. 759. A.

Ioannes Huss. iustè combullus. 347. A.

Ioannis femina fabula redarguitur. 706. B. nulli Historici nec Græci nec Latini ante Martinum Polonum eius meminerunt. ibid. D. vnde hæc fabula originem habuerit. 707. D. 708. A.

Iob librū Iudæi & Lutherus fabulam esse putant, sed is vera esse historia ostenditur. 11. D. 12. A. fuit de stirpe Hus, non Esau. 58. C.

Iosephus cur necis Apostolorum non meminerit. 553. D. de Essenis quæ scripsit, an conueniant Christianis. 1134. A.

Iouiniani errores plurimi, quos sequuntur Caluinista & Lutherani. 991. C. D. 992. A. incontinentia frana laxauit, quem sequuti sunt quotquot sacerdotibus nuptias concesserunt. 1077. B. C.

Irenæi loca à Translyuanis adducta contra Christi diuinitatem explicantur. 253. C. D. eiusdem loca, quæ videntur animas in receptaculis abditi ponere, explicantur. 1473. D.

Irene Imperatrix, quot annos imperauerit, & quo anno imperio spoliata fuerit. 1694. D. legationis duas misit ad Carolum pro pace inter eos seruanda, vnam ante, alteram post coronationem. 1696. A. Irene inuita & Nicephoro Carolus à Pontifice Imperator est factus.

1696. C.

Iudæa Epistola non ad Persas, sed ad Iudæos per orbem dispersos scripta. 54. D. Iudæa labia auuendanda vt crux. 1560. C. Iudæa aliquando fuit in Ecclesia licet reprobis fuerit. 927. D. eo exeunte Christi turbatio significat turbationem, quā hæretici faciunt, dum ab Ecclesia recedunt. 942. D. fuit hæreticorum typus. 943. A.

Iudæi quanta religione Scripturas colant. 65. A. Iudæi quando mulieres ex alia tribu accipere poterant. 91. D. Iudæi in quibusdam idolis suis coluerunt Deum verum, sed malè, in aliis verò minime. 1150. D. cur in forma vituli eum pinxerint. 1534. B. Iudæorum synagoga non repudiata à Christo, sed renouata. 1100. A. Iudæorum pij reges non permiserunt libertatem credendi. 1306. B. Iudæi cur non à Christianis occidantur, vt hæretici. 1317. A. Iudæi traditiones habuerunt. 170. B. C. quales illa sint quas Christus reprehendit, & à quibus orta. 178. B. C. recipiunt Antichristum cupidissime. 659. B. eorum error de Gog & Magog. 674. D. Iudæorum synagoga non defecit, nisi Christi tempore. 959. B. eorum principes quando se immiscuerunt rebus ecclesiasticis, hoc fecerunt vt propheta, non vt reges. 860. C. Iudæorum concilium contra Christum contumit errorem intolerabilem. 876. D. ante Christi aduentum non errarunt concilia eorum, sed eo presente. 877. A. eorum sacerdotes Christo presente errare potuerunt. 963. B.

Iudex veri sensus S. Scripturæ, est Ecclesia, id est, Pontifex cum Concilio. 126. C. secundum hæreticos est spiritus vniuersusque. ibid. & D. Catholicorum sententia confirmatur testimoniis veteris testamenti. 127. D. & seqq. & noni. 129. D. & praxi Ecclesiæ. 132. D. & seqq. & Pōtificum & Imperatorum dictis. 135. & testimoniis patrum. 136. C. & seqq. ratione idem probatur. 139. 140. non potest esse priuatus vniuersusque spiritus. ibid. C. D. nec princeps secularis. ibid. obiectiones aduersariorum diluuntur. 140. C. & seqq. Iudex summus controuersiarum Pont. Max. probatur esse. 709. 710.

Iudex secularis potest cogere hominem vt mutet mores externos, sed episcopus non potest cogere vt mutet animum. 780. A. B. Iudex & pars princeps supremus esse potest. 865. B. C. damnans aliquem in causa dubia peccat, sed non carnifex. 1199. D.

Iudicium fidei duplex, publicum, quod solis episcopis conuenit, priuatum, quod quisque sponte sua sequitur. 849. A. B. Iudicium perfectum duo habet, cognoscendi & iudicandi causam potestatem, & cogendi eum, qui causa cecidit. 905. C. Iudicia publica Christianis exercere licitum esse ostenditur. 1290. B. C. D. Iudicij vltimi dies in igne reuelabitur propter ignem conflagrationis. 1338. C. Iudicium Dei rebus simè vocatur ignis. 1340. B. Iudicium duplex, particulare & generale esse demonstratur. 1384. D. 1447. D. Iudicij generalis dies cur dies Domini nuncupetur. ibid. & 1448. A.

Iudith liber canonicus esse demonstratur. 32. B. eius historiam non fuisse post Babylonicam captiuitatem pulchre ostenditur. ibid. D. nec temporibus Iosia vel Sedechiæ. 34. B. sed tempore Manassis. ibid. C.

Iuliani Apostate & Galli factum mirabile à D. Greg. Nazian. relatum, deseritur contra Magde. 1493. A. B. Iuliani insignis fraus, quia ille se cum Gentium diis pingi voluit. 1531. C. fuit traditionū nostrarū simiolus. 164. C.

Iuramentum est actus religionis, quo honoratur primariò Deus, secundò id per quod iuratur. 1517. A. Iurare in re iusta & necessaria est actus religionis & bonus. 116. A.

Ius Canonicum quid complectatur, & quā pauca in eo sint, quæ Christianos omnes obligent. 775. D.

Iusti veteris testamenti, noui testamenti fuerunt. 8. B. Iustitia duplex, moralis quæ non obligat necessariò, & legitima, quæ necessariò obligat. 1168. B.

Iustificatio duplex, vna prior quæ sine operibus fit, posterior altera, quæ opera requirit. 53. A. iustificatio libertas quædam est. 1286. B.

K

Kemnitij mendacium. 102. B. & contradictio. 149. C. Alia eius mendacia. ibid. D. & 150. A. de Canone Missæ eius mendacia. 1470. C. mala fide citat D. August. 169. vbiquitatem propugnat. 337. B. Vide Tridentinum Concilium, & Latina editio.

Kαταχρηστικῶς tres significaciones habet. 1155. C. *Κελευς* damnationem æternam apud Apostolum significat contra Bucerum. 1196. D.

L

Lactantius in plurimos errores cur incidit. 1446. B. non est probandus dicens Deum à seipso esse procreatum. 307. D.

Laici nomen unde dicatur, & quid significet. 103. 1. A. laici non debent se immiscere electionibus episcoporum, vel ministrorum. 1044. A. B. cur monogami esse non debeant, sicut clerici. 1099. D. laici etiam pauperes decimas dare clericis diuitibus tenentur. 1109. A.

Lampetianorum errorem Lutherani sequuntur. 994. A.

Latinae editiones vtriusque testamenti innumerabiles ante tempora Diui Hieronymi. 78. D. communis. 79. A. Hieronymus vetus testamentum ex Græco in Latinum & ex Hebræo in Latinum transtulit, nouum emendauit. ibid. post tempora Diui Gregorij vetus editio interit solaque D. Hieronymi superstit. ibid. C. habemus nouum, testamentum vt ipse Diuus Hieronymus emendauit. ibidem D. cur non semper ita habeamus, vt D. Hieronym. emendandum censuit. 80. B. editionis vulgatæ psalterium est ex emendatione D. Hiero. 70. interpretum, Luciani martyris. ibid. C. liber Sapientia & Ecclesiasticus & Machabæorum sunt ex versione antiqua, cuius auctor ignoratur. 51. B. reliqua sunt ex translatione D. Hierony. ibid. C. D. quas ob causas nonnulla leguntur in vulgata editione aliter quam censet D. Hieronym. 83. B. C. editionem vulgatam Lutherani omnes & Caluinista reprehendunt. 84. B. à quibus doctoribus propugnetur. ibid. C. ea rationibus multis approbatur. ibid. D. & 85. A. Caluini & Kemnitij aduersus eam mendacia. 86. A. B. C. D. argumenta hæreticorum contra eam. 87. C. quomodo ea incorruptior sit Græca vel Hebraica. 88. A. quando illa Græcorum vel Hebræorum Codicum emendatione indigeat. ibid. B. C. in Africa, Hispania, Anglia, Gallia, Lingua Latina olim sacra fiebant, & scriptura legebantur publicè. 105. A. B. C. lingua Latina post Romanum Imperium communis esse maximè cœpit, ante illud Græca. 107. A.

Latria & dulia licet iuxta profanos auctores idem sint, non tamen iuxta Scripturam, & Ecclesiæ vsum. 1463. B. C. Latria Deo soli, dulia Deo & hominibus, differenter tamen exhiberi potest. ibid. Latria summus est cultus, qui debetur Deo, vt primo principio, nec vlli rei potest primò, & per se nisi ipsi soli conuenire. 1546. C.

Lectorum officium erat legere ex pulpito in Ecclesia quicquid legendum erat ex vtroque testamto. 1056. D. fuisse ordinem, & gradum Ecclesiasticum probatur. 1057. A.

S. Leo I. cur epistolam suam à synodo Chalcedonenis approbatam glorietur. 939. B. à calumniis Caluini liberatur. 567. A. errores, quos in eo Magdeburg. notarunt, diluuntur. 735. A. Leonem quendam post Felicem II. Pontificem fuisse Arianum fabula. 733. C. D. Leo III. cur Symbolum Cōstantinopolitanum sine additione, *Filioque*, in Ecclesia D. Petri asseruari curauerit. 330. A. Leo III. non possessionem sed ius & titulos Imperij Carolo dedit. 1678. B. C.

Leonina vrbs non ab hoc Leone sed à Leones IV. condita. 2694. C.

Leo III. regem Nordamhumborum regno suo malè pulsum restituit. 1072. B.

Leo Isaurus & Copronymus auctores Iconomachorum quales. 1058. C.

Leuita vix fuerunt sexagesima pars populi Iudaici, & tamen eis Decimas Deus assignauit. 110. A. habuerunt vrbes & suburbana, agros, & vineas. ibid. D. fuerunt dispersi per omnes tribus, vt facillè eas docerent legem Domini. 1111. C.

Lex est sermo ab aliqua prudentia ac mente profectus, cogendi vim habens. 771. A.

Lex Moïsi litera Occidens cur dicatur. 6. C. Lex sine gratia litera Occidens dicitur. 7. C. Lex data est vt gratia quaeretur. gratia data est vt lex impleatur. 9. A. B. Lex Moïsi quo die data disputatur, & concluditur eam esse datam sexto die tertij mensis egressionis ex Ægypto. 1620. Lex siue litera cur propria veteris testamenti esse dicatur. 7. D. Lex Christi cur spiritus esse dicatur. 8. A. B. C. inter veterem & nouam legem quæ differentia. 53. D. legis nomen ad omnes libros sacro accommodatur. 73. A. 120. D.

Lex iusta quatuor condiciones requirit, & quæ sint illa. 760. B. Lex iniusta ratione materia nunquam seruanda, sed iniusta ratione formæ vel modi seruanda est. ibid. C.

Lex humana obligat ad mortem æternam, quatenus eius violatione Deus offenditur. 778. C. Lex humana iusta obligat ad mortem æternam, quam is fert qui diuina auctoritate imperat. ibid. D. Lex Domini difficilis ex natura sua, & ex natura corruptione, facillè habenti gratiam & charitatem. 1163. D. Lex omnis iusta ab æterna Dei lege deriuatur. 780. C. legis ratione cessante generaliter, lex debet abrogari, non tamen ab aliquo particulari. 764. leges Ecclesiasticæ sunt necessariæ, & coactiuam vim habent. 770. B. C. id probatur efficacissimè. ibid. & D.

Leges ciuiles Christianis necessariæ esse ostenduntur. 1285. B. C. melius est legibus regi, quam solo principis arbitrio. ibid. D. lex humana obligat in conscientia ad mortale peccatum, vt lex diuina. 1287. A. omnis lex participatio legis æternæ est. ibid. C. tam Lex humana quam diuina referuntur ad charitatem. ibid. D. quomodo humana lex ligat in conscientia. ibid. D. & ad penam æternam. 1289. C.

Liberium Pontificem initio Pontificatus acerrimum defensorem fuisse Catholicæ fidei certum est, & post reditum ab exilio fuisse pium & orthodoxum. 729. D. post mortem sanctus est habitus. 730. A. cessit voluntati Constantini, sed non fuit hæreticus. ibid. C. D. ab eo Athanasius damnatus non propter fidem, sed propter crimina. 731. A. confessionem edidit, in qua excommunicabat eos, qui filium Patri similem in substantia, & aliis omnibus esse negabant. ibid. B. quomodo ab Hieron. in hæresim consensisse dicatur. ibid. C. mortuo Felice verum & legitimum Pontificem egit. 733. B. iniuste fuit expulsus, nec benè restitutus. 910. D.

Libertas Christiana in tribus consistit, in liberatione à seruitute peccati, & liberatione à seruitute legis moralis, quoad penam, & liberatione à seruitute caeremonialium & iudicialium præceptorum. 774. B. C. non nos eximit ab obedientia superiorum. ibid. D. Evangelica iterum in quibus non consistit, & in quibus consistit. 1176. C. libertas triplex sicut & necessitas, vna ex parte debiti, altera ex parte determinationis voluntatis, tertia ex parte coactionis. 1205. B. C.

Libertas Christiana conuenit potius homini vt est ciuis Ecclesiæ, quam vt est ciuis mundi, quæ tamen à magistratu non eximit. 1181. D. libertas in qua creati sumus, non pugnat cum ciuili obiectione, sed cum despotica. 1476. Libertati Christianæ lex non opponitur, sed

seruitus

seruitus peccati. 1286. B. libertatis triplex gradus, beatiorum, Adami ante lapsum, & noster. ibid. C.

Libertinorum auctores, eorumque delirium. 1. C.

Libertum arbitrium antiqui omnes & Græci & Latini agnouerunt Caluino teste. 986. A. & Magdeburgensibus: quod articulus præcipuus est omnium controuersiarum. 987. C. libera quædam sunt in particulari, quæ agere, vel non agere possumus. 1176. A. libera sunt vitæ genera negatiuè non affirmatiuè. ibid. D. liberum arbitrium astituitur ex potestate continendi. 1216. liberum arbitrium est in peccatore, sed in statu gratiæ est maius. 1286. C. liberum quid dicitur, vel ab obligatione vel necessitate. 1320. C.

Libri Prophetici & Apostolici sunt verum Dei verbum, & certa stabilis fidei regula. 1. B. C. hi sunt in triplici differentia. 9. C. prius & secundus eorum librorum ordo. ibidem. & D. tertius. ibid. libri primi ordinis verè canonici esse probantur. ibid. & 10. A. aduersus hos libros hæreses 18. numerantur, & refutatur. ibid. C. D. 11. A. B. C. libri secundi ordinis veteris testamenti verè canonici esse probatur. 28. C. D. quid est esse librum canonicum. 29. A. librorum Hagiographorum duo genera apud Hebræos. ibid. D. quomodo libri canonici cognoscantur. 30. A. libri gentiliū cur permittantur, non hæreticorū. 1309. D.

Linguis tribus, Hebraica, Græca, & Latina, libri sacri initio scripti sunt. 102. C. tribus tantum linguis libri sacri initio per totum mundum legebantur. 104. B. vide de tribus linguis in suis locis.

Lini historia de D. Petro ficta. 553. D. notatur à Magdeburg. quod feminas nisi capite aperto Ecclesiam ingredi prohibuerit, sed defenditur. 725. C. D.

Longobardi quomodo Italiam occupauerint, & Roma vrbe nunquam sint potiti. 1677. D.

Lucæ Euangelij partes Canonicae esse astringuntur. 44. B.

Ludouici Pij Imperatoris donatio. 805. D. Ludouicus pius à patre ante confirmationem Pontificis Imperator non est creatus. 1666. B. ei à filiis Imperium abrogatum Gregorius IV. Pontifex restituit. 1669. C. D. Ludouicus IV. imper. quanti pontificiam dignitatē fecerit, etiā si pontificis hostis esset. 1700. A. B.

Lutherus & Lutherani impudentissimè Suenkfeldij errorem Catholicæ Ecclesiæ attribuunt. 1. C. Lutherus est vbiq̄uitarum hæresis propagator, & impiè de Christi incarnatione sentit. 336. B. C. Lutherani dissentunt, eò quod alij de essentia vnionis hypostatica communicationem diuinarum proprietatum esse putant, alij veto eam consequi existimant. 358.

Lutherus ex sua confessione Antichristus esse ostenditur. 608. B. & suorum confessione. 687. D. totum ius canonicum publicè combustit. 761. B. Concilio Apostolorum Hierosolymitano petulantissimè detrahit. 815. 816. & Nicano. ibid. eius hæresis vix nata, cœpit arefcere. 977. C. non sperandum est eam per totum mundum esse diffundendam. 980. A. ea in tot tantisque sectas diuisa, quod iudicem nò habeat. 997. A. B. sophistam agit. 123. C. Ariani fauet. 203. 204. eius mendacium aperitissimum. ibid. Nestorianissimi damnatur & Eutyichismi. ibid. Lutherorum dissidium implacabile, ex eo prouenit, quia non habent vnum caput. 475. B. iidem ad scripturas addere demonstrantur. 505. D. Lutherani aperitissimas hæreses renouarunt. 988. C. Lutherus quanta conuitia, & probra in principes sæculares effuderit. 1638. C. D. incendit ius canonicum facturus idem iuriciuili, si non plus Cæsaris gladium quam Pontificias excommunicationes meruisset. 1639. B. ex eius doctrina quot & quanta rebelliones excitatae. ibid. & C. à nullo vnquam grauius quam à Lutero & Illyrico Germania vexata est. 1643. C. Lutheranam hæresim ab Imperio damnatam esse demonstratur. 1646. B. C. Lutherus qua

forma monachos profiteri voluit. 1709. D.

Lutheri imperitia aut malitia detegitur. 623. A. ipsius sectatores Antichristum esse ex ipsorum confessione ostenditur. 631. C. D. Lutheri error de tēpore Antichristi. 635. C. D. quomodo Lutherani sint Antichristi præcursores. 646. B. Lutero numerus nominis Antichristi conuenit. 652. A. ab Antichristo Lutherani facillè decipiuntur. 653. C. D. eius argumentum quo probat Papam esse Antichristum, dissoluitur. 679. C. D. 680. A. B. Lutheri impietas B. Mariam cum quibusuis hominibus consentis taxatur. 1421. 1442. blasphemia, non magis cura esse Deo Christi sepulchrum, quam bouis. 1494. B.

Lutero & Lutheranis caput nouū Apocalyp. doctè adaptatur. 701. ex Catholicis nullus sit Lutheranus, nisi prius perditæ vitæ fuerit. 704. B. Lutheranis iis conditionibus Concilium requirunt, quæ non possunt consistere. 817. 818. hæreticos se aperte produunt. ibid. Lutheranis nulli homines sunt in Ecclesia. 916. D. Lutheranorum secta extra Septentrionem nihil occupauit. 979. D. locutus in Apocalypsi quàm aprè Lutheranos exprimat. 692. B. earum rex quare exterminator dicatur. 702. D. Lutheranis ab initio inter se diuisi & secum ipsi pugnant. 122. B. C. D.

Lutherani per communicationem idiomatum confundunt naturas, & inter se dissidēt. 358. A. B. hic eorum error redarguitur. 359. B. C. ij quot quantæue in summū Pont. sparserunt mendacia. 812. 814. prouocantur à Pont. ad Concilium antequam indiceretur, post id indictum recusarunt. ibid. & seqq. Lutherani de rebus fidei & maximis dissentunt implacabiliter. 999. A. B. eorum dogma de fide speciali iustificante, absurdissimum, vt alia plura. 1000. B. Lutherani incendij causa inuidia & ambitio. 1004. D. 1005. A. Lutheri superbia planè intolerabilis, etiā suis. ibid. B. eius discipuli ei simillimi, & populus nequissimus. ibid. C. D. Lutherus quibus miraculis in vita & morte clarus. 1007. D. 1008. A. Lutherus & Lutherani prophetae vanissimi. 1064. B. Lutheri & discipulorum eius mors qualis. 1017. D. Lutherani quare non possint seruare episcopis, modò sit citra scandalū. 1094. D.

Lutherani ac Caluinista quomodo intelligendi sunt, dum dicunt nomine cleri & populi pastores à pastoriibus ordinari. 1038. C. D. apud eos nullā esse Ecclesiā demonstratur, quod penitus veris ministris & pastoribus careant. 982. D. 1039. B. C. D. eorum duces non fuerit episcopi. 981. A. quantum monachis detrahat. 1121. 1122. mendacia & caluniæ eorum contra monasticè refutantur. 1136. A. B. Lutherus cum non paucis ex suis capite plectendus erat, quod sacram virginem in vxorem duxerit. 1199. A. quàm impudentes & falsò hi garriant nos à Scriptura ad Patres appellare, cum nos de intelligencia Scripturæ ab ipsis ad Patres iudices appellemus. 1201. A. B. Lutherus quas ob causas bellum Turcis inferendum non tenuerit. 1302. B. C. præcipua causa est cur Turca nostro saculo fuerint in Hungaria superiores. 1303. B.

Lutherani & Caluinista contra Trithemistas scribentes, sunt vel Ariani, vel Sabelliani, vel Nestoriani, vel Eutyichiani. 199. 200. vide Protestantes & Magdeburgenses.

M

Macedonij error fuit, Spiritum sanctum esse creaturam. 308. C.

Machabæorum libri ea auctoritate probantur esse Canonici, quam Caluini non potest reuicere. 1469. D. hoc item probatur. 39. A. B. diluuntur obiectiones contra eos factas. ibid. C. D. canonici item esse demonstrantur. 1328. D. eorum librorum auctoritatem ad dogmata confirmanda valere ait Augustinus. 1329. A.

Magdeburgenses non sibi coherent. 718. C. falsò acculant Cornelium Papam. 729. A. duplicem Ecclesiam

faciunt, vnam veram, alteram falsam, 948. B. imperitè Malchum monachum damnat, vel nequiter. 1243. C. D. De v. Virgine sanctisq; quam impiè scribat. 1421. 1422. eorum mendacia de Cruce. 1547. D. eorum impudens mendacium asserentium Christi statum è celo tactam. 1530. B. C. nationes quam plurimas à Papistis conuersas scribunt. 1002. C. D. mentiuntur Philonis librum in Christianorum laudè editū negantes. 1016. A. 1132. C. & dum proferunt exempla eorum, qui in sacris ordinibus vxores habuerunt. 1082. B. C. egregiè mentiuntur, & secum pugnant, cum de origine cultus reliquiarum disputant. 1491. B. C. eorumdem plurima mendacia, seu contra S. Spiritum blasphemix. 1492. 1493.

Magdeburgenses mentiuntur de S. Helena. 1551. D. inuentionem S. Crucis dubiam reddentes turpiter errant. 1552. B. C. templorum dedicationum quorū modis proficiant. 1578. A. B. mentiuntur dum dicunt peregrinationes cepisse Constantini tempore. 1569. B. de S. Aniceto quid garriant. 1602. D. interpretantes Canonem, non licere sine Rom. Pont. concilia celebrare fallunt. 839. A. B. mentiuntur dum dicunt Liberium Constantino concessisse Concilij congregandi facultatem. 848. D. & dum asserunt Vigilium non interfuisse Constantin. Conc. 2. ne cogatur locum secundum tenere. 858. 859. eorum de Lutherismo iam penè deserto querela. 977. D. 978. A. quomodo doctrinam nostram antiquam planè confitentur. 987. C. D. 988. A. Bonifacium Germaniæ Apostolum laudant, & vituperant. 1002. C. D.

Magdeburgenses quatuordecim graues lapsus D. Petro falsò imponunt, & redarguunt. 531. 532. eorum de epistolis Rom. Pont. mendacium redarguit. 564. C. Innocentium I. quem laudat D. Aug. probro afficiunt. 565. D. eorum de Nicolao I. mendacium. 590. B. aliud de Romano Pontifice. 623. B. de Ioanne scemina mendacia plurima finxerunt. 708. A. B.

Magistratus politicus ex Scripturis asseritur. 1275. 1276. & ex Sactorum exemplis, 1276. D. 1277. ex fite. 1278. ex causa efficiente, id est Deo, à quo esse demonstratur. 1279. ex antiquitate, fuisse enim in statu naturæ antiquæ, & fuit ab initio inter angelos. 1281. 1282. licet magistratui gladio in sotes animaduertere. 1291. 1292. apud quem sit belli inducendi auctoritas. 1299. ad eum non pertinet de religione iudicium. 1304. B.

Mahumetus quando vixit. 636. C. eius mors quando incidit. 650. D. eius Alcoran absurdissima continet. 999. C. traxit ad se plurimos non vi verborum, sed terrore armorum. 1001. C.

Malefici quinam sint. 1595. B. Manichæi erroris euangelia insimulantes redarguunt. 1. C.

Manichæorum errores quot & quantos Lutherani & Caluinista sequantur. 989. D. 990. A. B. eorum absurda sententia. 1000. A. B. mors Manichæi terribima. 1017. B. prohibuerunt absolute nuptias quasi malas. 1084. A. fuerint auctores Iconomachorum. 1507. C. Maozim Deus, quem adoraturus est Antichristus, quid sit. 659. A. B. C. Illyricus per Maozim Christum impiè intelligit. 688. C.

Marcellinus Idolis sacrificans pontificatu non exiit, quia metu coactus id fecit. 729. C. damnatus est à Concilio, sed postquam se ipse damnauerat. 910. B.

Marci Euangelium est compendium quoddam Matthæi, & per id exponendum. 1240. Marci, Lucæ, & Ioannis quedam capita eorum esse asserunt. 43. D. 44. A. B. cur olim de ultimo capite Marci dubitatum sit. ibidem.

Marci Euangelium Latine ab ipso editum & translatum, 77. C. Marcus de Petro cur non omnia scripsit,

quæ ad eius laudem faciunt. 511. B. Marcum Petri discipulum Euangelium scripsisse contra Velenum ostenditur. 540. A.

Mardochæus in ipsa captiuitate natus est quamuis dicatur esse à Nabuchodonozore translatus. 24. B.

Maria virgo veram de Deo fidem Gregorio Thaumaturgo dicitur. 262. C. quomodo sit verè Dei genitrix. 452. B. C. in triduo passionis sola fidem non amisit, nam multe iam retinuerunt alij. 964. A. B. C. coniugium eius cum Ioseph. solum repræsentat Ecclesiæ virginitatem & fecunditatem. 1100. A. vult virginitatem. 1136. D. eius virginitatis votum probatur. 1187. D. prima ex mulieribus hoc votum edidit. 1188. B. eius interrogatio, Quomodo fiet istud, non fuit dubitantis sed quærentis. ibid. D. nunquam habuit animum consummandi matrimonium, neque tamen virum luit. 1189. B. C. non cogitauit se futuram Messiam matrem, & virginem paritaram: quia erat humillima. 1190. C. fuit verum inter eam & Ioseph matrimonium, in quo ambo vouerunt continentiam. 1244. D.

Maria Virgo cultu hyperdulci adoranda. 1456. A. eius imagines extant, quas D. Lucas pinxisse dicitur. 1522. B. ei possunt templa erigi, etiam si eius reliquias non habeamus. 1576. C. eam sine peccato esse conceptam maior pars Ecclesiæ tenet. 1625. B. eius conceptio iure celebratur. ibid. eius festa partim recentia, partim antiqua. 1626. C.

Mathilda Comitissæ donatio. 806. A. B. Martinus I. à calumnia Magdeburgensium defenditur. 745. B.

S. Martinus Iuliano se monachum esse professus est, & idè militare non posse. 1298. C. cur Priscillianum occisum esse episcopis auctoribus conqueratur. 1318. A.

Martinus Polonus omnium Historicorum sui temporis negligentissimus, multum errat in supputatione temporum. 1694. A.

Martinus Perusius reprehenditur, & merito. 1458. A. B.

P. Martyr quomodo B. Franciscum & alios patres saluos fingat, sed falsò. 1340. D. 1341. D. 1353. D. causa ob quas fingit oratum pro mortuis, reiciuntur. 1352. D.

Martyres falsos plurimos habuerunt Montanista, Messaliani Donatista, & Adamita, & nostro seculo Anabaptista, paucos Caluinista, paucissimos Lutherani. 969. B. C. pro martyribus nequaquam orandum. 1397. C. hoc quomodo sit intelligendum explicatur. 1407. A.

Matrimonium ratum significat Dei coniunctionem cum anima, & consummatum Christi coniunctionem cum Ecclesia. 1103. C. Matrimonium ratione essentiali suæ non pugnat cum ordinibus: sed ratione exercitij conjugalis. 1073. A. matrimonium etiam sanctorum sine turpitudine non exercetur. 1083. A. matrimonium liberum est, nec prohibetur ab Ecclesia nisi cum conditione. ibid. D. non est inter dotes absoluti episcopi, quia nulli sancti episcopi illud contraxerunt. 1084. C. non est præceptum iure diuino, nisi fortè in mundi initio, vel paulò post diluuium. 1089. B.

Matrimonium quæ impotentia dirimit. 745. D. non potest solui per hæresim. 754. D. verum & perfectum sine copula. 1102. D. ratum, & consummatum differunt sicut perfectum & imperfectum. 1248. D. tria significat matrimonium, gratiam inuisibilem, coniunctionem Christi cum Ecclesia, per charitatem, & per naturæ conformitatem. 1249. A. B.

Matrimonij statum bonum, licitum, sanctum, & Deo gratum Papistæ asserunt, & hæreticos existimant eos, qui excunt extra claustra monachorum, hominibus salutem non patere. 1639. D.

Matrimonium post votum simplex illicitum, sed non dirimendum: post votum solene nullum. 1236. D. ratum solui posse per ingressum religionis, sed non consummatum probatur. 1246. & seq. non dirimitur ratum matrimonium per sacri ordinis susceptionem. 1248. B. C. Matthæi Euangelium Hebraicum est reiciendum. 135.

Matthias electus à populo ex concessione Petri, non ex necessitate. 1047. A. B.

Mediator Christus est, etiam cum Sanctos oramus. 684. C.

Mediator quis dicatur & quotuplex. 417. A. Christus quatuor modis est mediator. ibid. B. principium quod operabatur opera mediatoris est Deus incarnatus, principium verò quo fiebant illa opera est natura humana. ibid. D. probatur Christum vt Deum & hominem simul mediatorem nostrum fuisse ratione suppositi. 419. A. eum vt hominem formali ratione esse nostrum mediatorem ostenditur. 420. 421. cur necesse fuerit mediatorem esse Deum. 427. A.

Mediator solus Christus est per modum redemptionis, & ratione naturæ, quia Deus & homo est, & ratione excellentiæ, quia nullo alio mediatore indiget. Sancti item sunt mediatores orando pro nobis, vt per Christum nobis debitum remittatur. 417. C. D. 1481. A. B.

Mediator debet esse medius, id est, distans ab vtraque parte dissidente. 404. C. talem esse non conuenit Christo nisi ratione humanæ naturæ, ratione probatur. 422. C.

Mediatorem esse suipsum, inuoluit apertam contradictionem, & proinde Christus vt homo est mediator suipsum vt Deus, non autem vt Deus est mediator suipsum, vt etiam Deus est. ibid. D. Mediator si Christus esset secundum diuinam naturam, tota Trinitas esset mediator. 423. A. si Christus esset Mediator ratione diuinæ naturæ, quomodo sequeretur confusio operationum eiusdem. 424. B. Mediator omnis reconciliat, quamuis non omnis qui reconciliat sit Mediator. 425. C. D.

Mediatoris est meritorie dare Spiritum sanctum, efficiens verò solus Dei, & item renouare corda. 427. C. Mediatorem angelorum Christum Scriptura non facit. 428. B. Mediatorem Christum facere angelorum & hominum ante lapsum, vt facit Caluinus, Arianismus est. ibid. C. Mediator Christus materialiter non formaliter mundum creauit & legem dedit. 429. A.

Mediolanense Concilium reprobatur. 828. A. Melancthon Trinitatis fauet. 201. 202. eius argumenta quibus probat Papam esse Antichristum refutantur. 681. 682. eius mendacia de calibatu sacerdotum. 1079. D. 1080. A. eius item mendacia circa nostram de Concilijs Euangelicis doctrinam. 1139. C. D. eius de cultu sanctorum mendacia. 1465. C.

Merita nostra non pugnant cum Christi meritis, sed ex illis promanant. 1182. meritum Christi sufficiens ad culpam, & pœnam tollendâ, sed applicari debet. 1367. D. 1368. A. ad meritum requiruntur gratia in habitans, libertas, & status viæ, 1370. A. meritum & demeritum à sola pender anima. 1448. D.

Michaël Medina D. Hieronymum male accusat, & peius defendit. 1065. D. 1066. A. eius ratio ob quam probatur non esse peccatum repugnare naturali ad generandum propensione reprobatur. 1223. C. D.

Michaël Seruetus Christi diuinitatis hostis quis. 195. 196. eius nequissimi assecla. ibid. eius execranda sententia ex tribus antiquis hæresibus conflatâ. 207. A. B. est Sabellij sectator. 989. D. combustus est Geneuæ à Caluino. 1313. A.

Militia cingulū olim signum magni honoris & comodi, quod qui deposuerant, si postea resumerent, à Cœc. Nic. I. pana mulctatur, & quare. 879. C. 1296. B. C.

quando ad militiam post pœnitentiam redire nefas. ibid. militia Christiana sub Christo Imperatore spiritualis est. 1297. D. milites ad bellum iniustum euntes quando peccant. 1300. A. ad restitutionem damni illati quando tenentur. 1301. A.

Miracula sunt necessaria ad persuadendam nouam fidem vel missionem extraordinariam. 1006. vbi est verum miraculum, ibi est vera fides. ibid. C. nulla vera miracula habuerunt alij præter Catholicos. ibidem D. ab hæreticis nouis possumus & debemus miracula exigere, quæ cum non exhibeant, illis non est credendum. 1008. D. 1009. A. miracula in confirmationem nostrorum dogmatum omnibus saculis facta, testimonio Magdeburgensium. 1009. B. C. quæ quodve miracula à nostris hominibus omnibus saculis patrata. ibidem D. miracula prodita de nostris hominibus vera fuerunt. 1011. D. non fiebant arte Necromantica. 1012. A. ex miraculis rectè demonstratur Ecclesia, & contra. 1013. A.

Miraculorum finis maximè considerandus, vt sciamus, quid venerari possimus. 1530. C. Misericordiæ opera non tenentur præstare priuati, nisi se offerat occasio: prælati verò sic. 1255. A.

Missæ nostræ omnino talis est, qualem Cyrillus, Epiphanius, & Augustinus describunt. 1354. A. ad Missæ mysteria profanos non licet admittere. 171. A. Missæ mali sacerdotis prodest defunctis, quia præcipuus agens iustus est. 1406. A. Missæ D. Petri non dicitur, quod vilo modo S. Petro offeratur. 1576. C. offertur Deo soli, sed in memoriam S. Petri, ibid. D. vide sacrificium & Eucharistia. Missæ in diuinis est manifestatio personæ visibilis ab alia procedentis. 279. A.

Missio in diuinis est personalis, non donorum tantum, ita vt cum mittatur reliqua persona, non dona ipsius, sed etiam ipsa persona mitti dicatur. 311. C.

Missio duplicem relationem importat, vnam ad eum quem mittit, alteram ad eum ad quem mittit. ibid. D.

Monachorum defensio ad omnes Christianos pertinet. 1119. 1120. Patres quant. s. laudibus monachos ornent. 1121. 1122. Deus quot signis monachorum vitam approbarit. ibid. auctores qui & quot pro monachis scripserunt. 1123. 1124. monachi dicti sunt *degapoliti*, *deuotissimi*, *inertissimi*, *philosophi*, *monachi*, & quæ sit horum nominum ratio. 1125. A. B. C. monachi sunt proprie qui se à mundi conuersatione secerant, vt soli Deo per contemplationem inhæreant. 1126. A. monachi fuisse ante 300. Christi annum probantur, contra Magdeburgenses. 1132. A. B. non casu & occasione persecutionum initium habuerunt, sed studio vitæ purioris. 1135. A. sunt iidem hoc tempore quoad essentiam, qui fuerunt antiqui tus. ibid. C. D.

Monachi propter corporis vilitatem tales facti non sunt. 1137. ij qui nunc sunt, fuerunt ante mille annos. 1138. A. monachi sancti quantum episcopatum refugerunt. 1140. A. B. petebantur ad episcopatum, sed inuiti fiebant. ibid. C. olim habuerunt altaria propria, & sacerdotes proprios. 1141. C. D. nec ab ecclesia discessionem fecerunt. ibid. fures sunt atque Iudæi si quid priuati possiderent. 1182. B. pœna monachi proprietarij. ibid. C. & vxorem ducentis. 1197. D. non deberent vxorem ducere, etiam si omnes homines essent monachi. 122. B. C. monachi qui filios genuerunt nostro seculo pessimi. 1330. D. habitum eos olim gestasse diuersum à communi probatur. 1257. A. B. cur eo vtantur. 1258. A. B. licet eis manibus laborare vt victum quarant. 1261.

Monachi ad laborem manuum non magis tenentur, quam seculares. 1262. C. antiqui monachi cur id factarent. 1263. B. C. possunt vinere ex bonis patrimonialibus in communi. 1265. A. B. rebus sponte oblati. ibid. B. C. plurimi ex his sunt monachi ex secularibus

facti, deinde episcopi. 1141. C. antiqui habuerunt presbyteros, a quibus sacramenta acceperunt, & non ab ordinariis parochis, ut Calvinus mentitur. 997. D. non sunt Schismatici, ibid. monachi Pontificij Anglos converterunt, 1002. B. & Vandalos, ibid. D. novi Testamenti Propheta aliqui ex eis fuerunt. 1014

Monasteria non fuerunt libera collegia, sed adstricta votis. 1137. C. non fuerunt scholae literarum, ibidem. duo in eis hominum genera olim vivebant: alij votis adstricti, alij minime. 1244. B

Monarchia reliquis gubernationis formis excellere demonstratur. 450. 451. defenditur naturalis ratio monarchiae contra Calvinum. 452. C. D. Hebraeorum gubernatio fuit monarchica. 453. A. B. demonstratur monarchiam absolutam & simpliciter praestare. 457. A. B. cur mundus a pluribus, Ecclesia ab uno regi debeat. 480. B. vide *Gubernatio*.

Monothelitarum haeresis quando coepit, & Honorij primi de ea iudicium. 739. C

Morales cur ipsorum lingua diuini officij permixtum. 116. C

Mors Christi habuit aliquem effectum in omnibus mundi locis. 411. C. mors est poena peccati originalis remissi. 1360. A. in morte non purgari semper peccatorum reliquias ostenditur. 1397. C

Mors corporis Christi satisfacere potuit pro morte animarum omnium, & cur. 394. A

Mortis causa remota, ira Dei est, specialis, gratia Dei plerumque. 395. B

Moses erat Pontifex Aaron maior, sed extraordinarius. 128. A. quando ex eius spiritu sumptum est, & datum. 70. iudiciibus. significabatur eorum potestatem a Mose esse deriuatam. 782. D. fuit pontifex summus & princeps politicus. 804. B. ipse in adoratione vituli non fuit, neque Leuita. 959. A. fuit sacerdos. 237. A. non praecipit Iudaeis omnibus uxorem ducere, sed hoc fatuorum Rabbinarum praecipit. 1136. B. Moses est mortuus verè, deus tamen sepulchrum ideò latet, ut non à Iudaeis pro Deo colatur. 1501. D

Mosis cum Christo comparatio. 6. C

Moses Eremita ab Episcopo haeretico ordinari noluit, sed à Catholico. 962. A

Mulier ante lapsam & post, subiecta viro fuit. 1282. B. vnam viros plures habuisse inauditum. 1095. B.

Mulier viuente viro si putat eum esse mortuum non peccat, si alteri nubat: postquam verò maritum scit viuere, vel redire ad illum vel manere inuupta debet. 735. A

Mundus in Scripturis multas habet significationes. 236. B

Mundus quando finem habiturus sit varia opinionem recententur. 632. B. C. D. id non scitur, probabile tamè est quando id erit, ibid. in toto mundo nondum esse Euangelium praedicatum demonstratur. 637. Mundus paulò post mortem Antichristi finietur. 647. D

Mysteria Catholicorum qualia sint. 188. B. C

N

Nasci de virgine solius diuinæ potentia est. 657. A. Nephesh apud Hebraeos significat tam animam, quam animal, & cadauer. 402. C. non potest sumi pro carne, quando carni opponitur. ibid. D

Nauclerus qui zelo patriæ ductus conatur probare Henricum I. Regem Imperatorem fuisse, redarguitur. 1715. C. D.

Nestorij circa incarnationem errores. 344. C. Nestorij mors misera lingua ei à vermibus corrosa. 345. A. Calvinus eius errorem sequitur, ibid. B. C. refellit. 346. & seqq. eius argumenta soluuntur. 350. & seqq. Nestorianorum errores sequuntur Calvinistæ & Luthe-

rani. 1566. C. Nestorius fuit magnus hypocrita antequam esset haeresarcha. 1004. D

Nicanum Conciliū ex doctrina non scripta damnauit haeresim Arii. 160. C. 180. A. Nicanum conciliū non tradidit perfectam de Spiritu sancto doctrinam. 313. D

Nicanum Conciliū primum ostenditur ab anno 327. usque ad 330. celebratum. 822. B. sub Syluestro illud esse actum probatur, & in eo fuisse. 318. Patres ibid. C. D. in eo Constantinum non praefuisse probat auctor. 855. A. B. Neque Eustathium Antiochenum, neque Athanasium, ibid. C. D. & 856. A. sed Hosium, Vitum & Vincentiū Pórisicis Romani nomine, ibid. & B. sedes in eo qualiter dispositae fuerint. 855. C. est approbatum. 822. D. duae ibi definitae sunt quaestiones potissimum de Christi diuinitate, & de Paschate. 822. A. quod quidem die Dominico celebrandum statuit. 1616. B. illud contra Lutherum defenditur, qui illud errasse vociferatur. 879. B. omnia concilia contra illud celebrata euauerunt. 1527. C. eius canones non omnes extare apud Ruffinum probatur. 600. A. B. Canon sextus de Primatu Rom. Pont. exponitur. 561. B. C. nullam tribuit Rom. Pont. auctoritatem, quam antea non habuerit. 579. A. nullam ei regionem determinauit. 588. D. aliquem honorem tribuit Hierosolymitano Pont. sed non primatum. 881. D. liberam illud reliquisse clericis continentiam falsum. 1087. B. vide Paphnutius, & Continentia.

Nicanum Conciliū 2. & generale 7. celebratum anno 781. contra Ieonomachos. 825. D. In eo Adriani Rom. Pont. legati fuerunt, Petrus Archiepiscopus, & Petrus Abbas S. Sabbæ. 859. A. hoc fuisse legitimum demonstratur, & huic cedere debere omnia concilia cõtraria. 1527. A. illud contra Francofordiensem Synodum defenditur. 885. 886. 887. vide Francofordiense conciliū, Carolus Magnus.

Nicephorus de nominibus solus & unicus, quid scribat. 285. A. B. refellitur. ibid. C

Nicolaus primus nõ docuit haeresim, etiam si dixerit baptismum in nomine Christi collatum esse. 746. B. C

Nicolaus quartus sentiens usum rei consumptibilis posse separari à dominio rei, melius sensit quam Ioannes 22. hæc posse separari negans. 755. D

Nicolaus Cusanus Illyrici testis negat ante Othonem I. vllum Romanorum tenuisse imperium. 1704. D. aliud eius erratum de Cadolo Parmensi in Papam electo. 1705. A. is dum consensui Germanorum principum tribuit septem electorum institutionem fallitur. 1731. is etiam de Concilio Basileensi aliter iuuenis, aliter senex scripsit. 1732. A

Nili & eius interpretis Illyrici duae fraudes in citatione verborum S. Leonis. 842. C. eiusdem Illyrici duae aliae fraudes in citatione Nic. Conc. 1049. B. citat malè & contra se Gregorium IX. ibid. D

Nili argumenta contra primatum Rom. Pont. diluuntur. 586. A. B. & seqq. eius interpres parum candidus Illyricus ei multa addit. 606. B. C. eius argumenta, quibus probat canones 6. Synodi legitimos esse reprobantur. 609. 610. accusat erroris Roman. Pontif. sed falsò. 622. D

Nomen ניהו Deo maxime propriū. 288. B. quid propriè significet, & ex quo Scripturæ loco formetur. 239. A. vnde deducatur. 272. C. nomina noua cur Deus imponat. 507. A. in nomine Christi congregari, est congregari Christi auctoritate. 836. B. Nomen Dominus, Deo soli propriè competit, & per illud nomen ניהו rectè exprimitur. 1276. C. id nomen à Iudaeis quo pacto idolis communicatum. 1534. D

Notio in diuinis quid, & quot sint, & quomodo ex scripturis deducuntur. 287. A

Nouatianorum errores Calvinistæ sequuntur, &

Lutherani. 989. C. D. is cupiditate episcopatus factus est haeticus. 1004. C. Nouatiani cuiusdam miraculum in confirmationem nostri baptismi factum. 1013. D

Numerus certus quando pro incerto ponitur. 648. B. C

Nuptiae pedicae sunt. 1078. A. quibus prohibita. 1083. D. in Ecclesia non prohibentur, quamuis eis virginitas anteponatur. 690. D. non sunt honorabiles inter patrem & filiam, neque inter monachum & monacham. 700. A. Nuptiae secunda non prohibentur in Concilio Neocaesariensi, sed solennitas primis tantum nuptiis adhiberi solita. 878. C. D. vnde dicta sunt. ibid. nuptiae secunda sunt minus bonum. 881. B

Nuptiae secunda apud Christianos & ethnicos alicui reprehensioni patuerunt. 1098. A. B. nuptiae secunda non significant Christum bis maritum esse, sed ipsam coniunctionem abstractendo ab vna & pluribus. 1099. B. ad nuptias ab Apostolo vocantur, qui incontinenter viuunt, tanquam ad remedium facile, non qui vouerunt continentiam. 1208. D. & hoc non imperatū sed permissiue. 1212. C. magis eas honoramus quam aduersarij. 1229. C. vide Matrimonium. 1229. C

Obedientiam rectè Deo voueri demonstratur. 1183. D. & seq. Obedientia exemplum singulare, de eo qui se in clibanum sponte misit. 1185. D. 1186. A. B. aliud de eo, qui biennium totum virgam rigauit aridam. ibid. B. C. vide Abnegatio.

Occidere seipsum est peccatum, quia est contra naturam proferens. 1223. D. nunquam licet seipsum occidere, nisi Deus iubeat. 1224. C

Ochini de libris Machabaeorum impudentissimum mendacium. 1328. D

Officiorum diuinorum ordo, quo vitur Ecclesia Romana à D. Petro instituta. 1067. in officijs diuinis totum olim populus psallebat. 110. A. officiorum diuinorum finis est cultus Dei, non instructio populi. 111. B

Oleo in rerum consecratione cur vitatur. 1581. B. olei benedicendi quam antiqua sit consuetudo. 1593. D

Quoslibet nomen retinendū quamuis nouum. 166. B. quomodo sit in scripturis quoad sensum, & quoad voces similes. 281. D. 282. A. non est ita nouum ut dicitur. ibid. quomodo à patribus Antiocheni concilij reiectum fuit. ibid. C. quid significet. 283. A. B. hoc nomen diuinitus inuentum, quia duas simul haereses Arii & Sabellij reiecit. ibid. A. & parentibus Christus est secundum duas in eo naturas. 352. B

Onuphrius falsus est scribens Cardinales dictos esse, qui praerant alijs presbyteris, & dianonis eiusdem Ecclesiae. 1069. D. 1070. A

Odoacrem Imperio Romano, vel à Leone Bessicano, vel à Zenone donatum esse falsum est. 1681. B. C. Odoacer non à Romanis militibus, sed à barbaris Hunnis rex Italiae dictus est. 1682. A. ex diffensione principum Romanorum qui erant in Italia, occasionem accepit regni Italiae inuadendi. ibid. D. nunquam is imperatoris titulos admisit. B. imperium non accepit cessione Augustuli. 1683. C. Onuphrij rationes quibus ipse probat Electores Imperij ante Gregorij X. tempora non fuisse. 1723. B. C. eis responderetur. 1724. C

Othonis I. virtute imperium ad Orientales Francos esse translatum, quomodo sit intelligendum. 1713. B. Othonis familiae quomodo idem penè acciderit in Imperio Germanico, quod Caroli familiae in Imperio Franco. ibid. D. 1714. A. auctoritate Pontificis Ioannis XII. Othonem imperium accepisse probat. 1714. B. C. D. Otho in Italiam venit literis Ioannis XI I. inuitatus, à quo & coronatus est. 1716. C

Operum nostrorum tria genera, alia purè humana,

quae ad iustificationem nihil profunt, alia quae disponent ad iustificationem, quae, tamen non eam merentur ex iustitia, sed suo modo, alia quae iustificationem sequuntur, quae sunt vitae aeternae meritoria. 695. D. 696. A. B. opera bona non omnia praecpta, sed consulta, ut virginitas. 698. D. Opera supererogationis probantur ex Scriptura. 1154. B. C. 1155. opera peccatorum non omnia peccata esse quomodo Ilias demonstrat. 1164. D. opus imperatum facere melius est, quam facere non imperatum: tamen non imperatum opus lege melius, quam imperatum. 1208. B. C. opera bona impiorum non fraudantur mercede temporalis. 1364. A

Oratio in templo maxime fieri debet. 1572. B. ex oratione quis fructum percipere potest, quamuis eam non intelligat. 111. D. etiam illa haereseos vitio labore, prodest si simpliciter dicatur. ibid.

Oratione Dominica Christus solum modum rectè orandi docuit. 1487. A

Oratio Dominica quomodo coram Sanctorum imaginibus dici possit. 1467. B. oratio ut impetret requirit dispositionem in orante. 1486. B. oramus cur ad orientem conuersi. 1565. D. 1566. A. B. orant Iudaei conuersi ad occidentem, nos ad orientem, & cur. ibid. B

Ordinatio ministrorum Caluino & Philippo testibus est sacramentum. 845. C

Ordo communiter dictus est eorum, qui quomodo-cunque dedicantur diuinis obsequijs. 1054. C. D. quomodo respondendum est patribus, qui aliquando pauiores septem ordines numerant. ibid. & 1055. A. B. C. D. ab Apostolorum temporibus eos fuisse in Ecclesia vsu probatur. 1056. A. B. ordines lacri nulli nisi caelibus conferendi. 1232. D. ordines minores quomodo ex Apostolica traditione esse dignoscantur. 172. C. ordines sunt propriè, qui certo ritu conferuntur ab episcopo, & ad certum ministerium sacrificio diuino exhibendum referuntur, qui sunt tantum septem. 1054. A. vide de his sigillatim in proprijs locis.

Ordinum religiosorum praecipui institutores. 680. A. B. vide Religio.

Origenes ideò errauit, quòd verba propriè dicta metaphorice simpliciter. 126. A

Origenis blasphemiae contra filium & Spiritum sanctum ab Haeticis eius operibus insertè indicantur. 254. C. D. quas eius haereses sequuntur Calvinistae. 989. B. alium eius errorem de mulieribus in Paradiso non futuris Lutherus renouat. 1139. A

Originale peccatum principale est, propter quod Christus mortuus est. 738. A. De eo Lutherani grauius differunt. 998. D. quomodo illud ex verbo Dei tradito colligatur. 1372. C. D

Origenem in scriptura quid significet, & apud profanos. 99. B

Ostiariorum officium est aperire & claudere fores Ecclesiae, & templi curam gerere. 1056. C. non esse profanum, sed sacrum id officium demonstratur. ibid. D

Otho I. quo iure Ioannem 12. deposuerit. 614. B

Ozias rex regno priuatus arbitrio sacerdotum. 799. D

P

Paphnutij historia in Concilio Nicæno caelibatam dissuadentis incerta. 852. B. vel falsa potius. 1087. B. C. si vera sit, non fauet haeticis. 852. C. D. 1087. A. ex Concilio Arelatensi falsa esse ostenditur. 880. C. nõ est in ea magni pro errore Graecorum praesidium. 1088. B.

Papiae Chiliastrum auctor errorem suum ex doctrina scripta sumpsit. 187. B

Papista nomen vel Romanensium nobis inditum confirmat nostram fidem. 97. B. C

Parabola possunt habere aliqua nihil significantia, non tamen ea in quibus parabola praecipua vis

confidit. 1192. d. Parabola de villico iniquitatis scopus est, nos exhortari ad elemosinas faciendas de bonis Domini nostri Dei. 1193. A. Parabolarum scopus maxime considerandus, quoniam multa sunt, quae in eis non quædrat. 1434. d. Scopus Parabola de operariis ad vineam conductis est, docere Patres noui testamenti minus laborare, quam veteris, & eandem mercedem accipere. ibid. & 1435. A. Paradisus in Scriptura pro deliciarum orto, & gloria beatorum sumitur. 1432. c. Pater est principium diuinitatis, id est, personarum diuinarum. 293. c. Pater filium producit similem sibi in essentia non in proprietate. 299. A. Patris tota realitas absoluta, est in Filio, & Spiritu sancto, sed non tota realitas relatiua. 303. A. Pater & Filius, & Spiritus sanctus sunt tria entia realia, tria vera, &c. sed non tres essentiae, &c. ibid. Pater & filius sunt vnum principium ratione creaturarum, sed ratione sui ipsorum Pater est principium sine principio, Filius principium de principio 307. A. Pater est fons deitatis supersubstantialis, quia non habet aliunde diuinitatem. 328. d. Pater & filius licet duo spirantes sint, vnica tamen spiratio ne spirant, & sunt vnum principium Spiritus sancti. 330. c. Patres nunquam omnes simul errant. 280. d. Pater, filius, & Spiritus sanctus dicuntur alius, alius, & alius, sed non aliud, aliud, & aliud. 289. d. Parentibus filij debent obedientiam in iis, quae non impediunt pietatem & temporalia subsidia in casu necessitatis. 1242. d. Parifensis doctoris exemplum suam damnationem testificantis. 1385. c. b. ter eius anima apparuit. 1395. A. Particula in Deo distinctionem veram personarum denotantes quae & quot. 280. c. Pascere verbum vel Gr. ποιμαίνω quam vim habeat. 501. c. d. Pascha nomen ab Hebraeo Pessa, non à Graeco πάσχα deductum. 1613. b. transiensionem seu transiitionem proprie significat. ibid. quatuor significat. ibid. c. d. errores de Paschate quot. 1614. A. B. C. confutantur. 1615. 1616. error in Paschate quis antea contigerit. 1617. b. Passio Christi vt actio execranda, vt passio honoranda. 1583. A. Patres in quibus conuenerunt non errarunt. 161. d. Pater quomodo sit principium diuinitatis. 293. c. in Symbolo ait distinguendum, Credo in vnum Deum Patrem. 294. A. semper gignit, & semper nascitur filius. 296. d. orationes omnes in Missa ad Patrem dirigi vbi institutum. 1479. b. Pater per filium creare dicitur, quia per sapientiam creat qui est filius. 217. d. Pater creat aequè ac filius. 246. d. Pater Christi est verus Deus, ex quo etiam sequitur Christum esse verum Deum. 254. A. Pater est fons & principium aliarum personarum, & ea ratione maioriatem quandam habet. 257. A. Pater inuisibilis quia nunquam apparuit, filius visibilis qui aliquando apparuit, dicitur. ibid. b. in Patre inuocamus omnes tres personas, dum ad patrem orationem facimus. 274. d. Patriarchales Ecclesiae primae tres tantum, 320. c. d. cur tam paucae fuerint, & Romana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium locum tenuerint. ibid. 521. c. d. omnes errauerunt à fide prater sedem Romanam. 718. b. Patritium esse dignitas est secunda post imperatoriam apud Romanos. 1681. A. Paulus vbi indicauerit D. Petrum maiorem esse reliquis. 511. A. B. 514. d. quomodo sit Episcopus ordinatus. 516. d. cur Apostolus per antonomasiam nominatur. 528. c. eius dignitas Petri primati & Romani Pontificis principati non officit. 529. A. B. quomodo sit Petro aequalis. ibid. c. d. quomodo Paulus Petrum praecedat. 530.

d. cur interdixerit Corinthiis esum Idolorum propter conscientiam. 765. d. non habuisse vxorem demonstratur. 1086. b. c. vide Petrus, & Epistola. cur epistola ad Hebraeos nomen suum non appoluerit. 47. A. Paulus Samosatenus quos Psalmos de Christo reiecerit. 11. c. Pauper verè est, qui nullius rei est dominus. 1183. b. eis quando potius subueniendum, quam templo conferendum, & contrà. 1195. A. Pauperes de Lugduno religionem instituerunt, sed non approbatam. 1130. c. Paupertatem voluntariam rectè suscipi & voueri probatur. 1179. eam pauperes rectè vouent, & multum dant. 1183. d. Peccata in Spiritum sanctum tribus rationibus irremissibilia dicuntur & quae illa sint. 48. c. d. peccatum est legis transgressio. 771. A. Peccatum est dictum, factum vel concupitum contra legem Dei aeternam 780. c. peccata quadam esse venialia ex Scripturis probatur. 931. d. 932. A. & iterum pluribus aliis Scripturae locis. 1338. d. ea in purgatorio dimittuntur per actum dilectionis & patientiae. 1371. A. peccatum non magis est prohibitum die festo quam alio. 1619. A. Pelagij haeretici sunt commentaria, in Paulum quae Hieronymo tribuuntur. 158. d. eius haeresis à Pont. Max. damnata. potius quam à Conciliis particularibus. 893. c. etiam si ad eius damnationem Concilia Africana cooperata sint. 134. A. eius errores, quos sequuntur Caluinista & Lutherani. 993. A. Pentecostes festum quam antiquum sit. 1618. A. B. fuit in veteri lege festum Hebdomadarum, & festum datae legis. 1619. A. an pentecostes nostrae dies incidit in diem dominicam. ibid. & seq. Pepuzita haeretici feminis sacerdotium tribuebant. 465. b. errorem hunc sequuntur Lutherani & Caluinista in Anglia. 989. b. Per, particula accipitur pro ex, vel at, in Scripturis, & proinde per filium Spiritum sanctum procedere est à filio. 31. c. Peregrinationes non sunt ad imagines, sed ad reliquias & loca sacra. 1595. c. haec pia & religiosa esse demonstrantur. ibid. d. quam antiquus peregrinationum ritus. 1596. peregrinationum triplex utilitas, & quae sit. 1597. c. d. non omnibus conuenit peregrinari, vt mulieribus & monachis. 1598. A. Perfecti in hac vita absolute nulli, sed pro statu huius vitae plurimi. 932. d. perfectus homo indiget corpore & animo & spiritu sancto. 1127. A. Perfectio omnis Christiana in charitate. 1126. d. 1127. A. ad perfectionem acquirendam tres virtutes, paupertas, castitas & obedientia sunt aptissima, quae voto firmari debent. ibid. d. Perfectio Christiana essentialiter in obseruatione praeceptorum, & instrumentaliter in obseruatione consiliorum consistit. 1193. A. varia perfectionis genera explicantur. 1148. b. ad perfectionem acquirendam instrumentum est desertio rerum omnium, quae sine charitate non saluant. 1149. b. perfectio duplex in re naturali indicat in lege Christi duplicem esse perfectionem praeceptorum & consiliorum. 1158. c. d. Persarum reges seu monachas tres tantum Hebraei numerant. 22. b. sed hac opinio reprobat. ibid. & c. Persecutiones Imperatorum in Christianos, quae & quales. 645. A. in haeticos nulla sunt Catholicorum persecutiones. ibid. c. Persecutionibus creuit Ecclesia, quae sunt similes vineae putationi. 976. b. Persecutores Christianorum fuerunt pessimi viri iudicio gentilium. 1015. d. omnes pessimè perierunt. 1016. d.

Perforam pessimè Valla interpretatur in Deo. 186. A. pro homine apud latinitatis optimos professores sumitur. ibid. c. in personis diuinis cur nulla sit prioritas & posterioritas. 296. b. si qua esse dicatur quomodo sit intelligenda. 297. A. B. vna est perfectio in omnibus personis, sed non eodem modo. ibid. d. Persona diuina visibilis & inuisibilis dici potest, sed diuersa ratione. 257. d. Personarum exceptio in distributione praemiorum quid sit. 286. b. persona diuina vt talis est infinita, & proinde dicit infinitam perfectionem. 279. A. persona diuina tantum tres sunt, quia vna producens, altera producta per intelligentiam, & altera per amorem. ibid. d. persona diuina habent distinctionem à relatione & proinde subsistentiam. 301. b. persona diuina non sunt compositae, & cur. 302. A. persona est natura intellectualis per se existens. 354. c. persona indiuidua substantia dicitur, quia est vnum subsistens per se, non diuina ratione subsistentia. 374. d. D. Petrus quomodo in persona Ecclesiae clausus regni caelorum receperit. 488. A. soli Petro dicta sunt haec verba, Tibi dabo clausus. ibid. d. & 489. A. quomodo nomine omnium dixerit, Tu es Christus Filius Dei viui. 490. d. confessio eius causa meritoria, cur ei clausus darentur. 489. d. clausus ei quando datae sint. 493. c. quomodo clausus in persona Ecclesiae accepisse dicatur. 495. c. d. soli Petro dictum est, Pasce oues meas. 499. c. d. 500. quomodo inter eum & Paulum praedicatio partita sit. 506. b. 511. c. poterat iure diuino à Gentibus, quam Iudaeis praedicare, licet praecepit Petrus Iudaeis, Paulus Gentibus praedicauerit. 507. A. quomodo à Paulo sit reprehensus. ibid. b. non praedicitur eius primati eius missio facta ab Apostolis. ibid. d. & seq. A. xxviii. eius priuilegio xiv. falsis eius criminibus Magd. opponuntur. 508. d. 509. Petrus Paulum ad Hebraeos epistolam scripsisse significat. 466. A. B. Petrus erat pastor ordinarius, cui erat succedendum, reliqui Apostoli extraordinarij. 118. A. D. Petrus cur à sinistris D. Pauli in picturis ponitur. 371. hoc non est perpetuum, & quid significet. 529. c. d. praesuit primo Concilio Hierosolymis. 468. b. 854. b. praepositus est à Domino dispensator & economus. 473. b. eius primatus demonstratur. 480. d. & seq. Petri fides quomodo sit fundamentum Ecclesiae. 485. d. Petrus adhuc hodie munere pastoralis fungitur. 578. b. quomodo à Paulo se obuiari sit passus. 606. d. eum Illyricus Antichristum, & Simonem magum Neronemque Christum facit. 689. c. d. ei Christus impetrauit, ne vnquam polleret veram fidem amittere, & ne quid vnquam neque ipse neque successores eius contra fidem doceret. 713. d. nunquam eius fides defecit. 714. A. B. errauit ore non corde. 725. b. eius error Iudaizantis fuit conuersationis non praedicationis. ibid. & c. eius & Pauli monumenta pij oes maxime venerati sunt. ibid. d. & 726. A. Petro per haec verba, Pasce oues, data triplex potestas, arceudi lupos, id est, haeticos: recludendi arietes petulos, id est, principes furiosos: & oues pascendi iuxta statum suum. 799. b. c. d. cur à Cornelio adorari noluerit. 1464. b. Petri nomen duas prerogatiuas continet. 509. b. c. cur ipse in catalogo Apostolorum primus reponatur. ibid. d. dux Apostolorum in scriptura designatur. 511. b. & os. ibid. c. quid significet eius super aquas ambulatio. ibid. d. primus est filij Dei confessor. 512. A. eius sedes nunquam ruitura. ibid. b. Dux Petri Piscationes, quid significent. 513. 514. primus praedicauit Iudaeis & Gentibus & eos ad fidem conuertit. 514. d. Petro Christus omnes suas oues commendauit. 503. & seq. eius primatus testimonio Gracorum patrum roboratur. 523. & Latinorum. 524. 525. eius cum Paulo contentio qualis, & an in eo praecauerit. 534. d. Petrum Romae fuisse qui haetici negauerint. 535. B.

eum ibi fuisse ex Scriptura probatur. 536. A. Primus omnium Romanis praedicauit. 537. d. Roma mortuum esse ostenditur. 540. 541. Roma Episcopum fuisse, ibique sedem vsque ad mortem constituisse probatur. 542. 544. quomodo etiam si non constet quando Romam venerit, certum sit eum ibi fuisse. 546. A. B. conciliantur diuersae de eo opiniones. ibid. d. quis ei successerit, Linus an Clemens declaratur. 547. C. d. eius vita breuiter enarratur. 549. B. C. Philippus pulcher quomodo imperium à Germanis in Gallos transferri voluerit. 1668. Philippus imperator primatum Ecclesiae Romae agnoscit. 1609. d. Philo Iudaeus scripsit de monachis Christianis, quod probatur contra Mageburg. 1133. C. d. Philosophi antiqui quot quamve crassos errores docuerunt. 999. b. infames fuerunt vitii. 1003. d. philosophi qui olim fuerint, & cur hoc nomen monachis datum, 1125. B. C. Philosophia non docet vnum Deum in tribus personis. 271. b. Phocas imperator de Rom. Pont. quid sanxerit. 587. B. falsum est sub eo in Rom. Ecclesia factam fuisse insignem mutationem, & post illum Rom. Pont. Antichristum fuisse. 974. B. C. d. Pij omnes membra sunt Christi, & impij diaboli. 938. A. B. Pinus Zachariae Papa auctoritate rex Francorum factus est. 1648. B. Pinus non iure haedatario sed Papa beneficio rex factus est. 1689. B. Pinus rex Galliae Pont. Max. quid contulerit. 805. d. in Synodo coacta Gentiliaci errorem Gracorum contra imagines confutauit. 888. d. Pisanum Concilium reprobatum. 828. d. aliud nec manifestè probatum, nec manifestè reprobatum. 830. c. Penitentiae & reconciliationi post hanc vitam quomodo locus esse non possit. 415. c. Polygamia, id est, multitudo vxorum non erat in vsu Christi tempore, neque apud Iudaeos, neque apud ethnicos, multò minus apud Christianos. 1095. C. d. cur licita patribus Christianis nequaquam. 1096. A. B. Pontianus Papa accusatur à Magd. quod dixerit sacerdotibus Christi corpus conficere, & quaedam alia sed egregie defenditur. 728. C. Pontifex Romanus errare non potest ex cathedra docens. 131. A. 132. c. per Pontificem & Episcopos qui tunc erant, omnia dubia Ecclesiae omni tempore definita sunt. 132. d. eius verbum ex cathedra docentis, non est verbum hominis, sed Dei. 145. b. est pastor & doctor totius Ecclesiae, nec potest errare. 330. d. sine ipso Concilia non habent robur. ibid. quaestio de Rom. Pont. magnitudo & utilitas. 441. 442. qui eum oppugnant. ibid. Pontificem Romanum Petro succedere, est de fide. 558. b. argumenta contra eum diluuntur. ibid. d. & seq. quomodo eius dignitas à Petro emanat. 560. C. Concilia generalia quae, quocumque eius dignitatem confirmarint. 561. 562. epistole Pont. Rom. quae & quot eius primatum comprobant. 564. 565. Gracorum Patrum de primatu Rom. Pont. testimonia. 565. 570. item patrum Latinorum. 572. & seq. Primatus Rom. Pont. non ab Apostolis, neque à conciliis originem habuit. 577. nec à Cardinalibus in creatione ipsius conceditur. 579. nec ab Imperatoribus. 580. 581. ex potestate quam iidem exercuerunt in ceteros episcopos, eius primatus ostenditur. 584. & seq. Pont. max. si sit haeticus quomodo deponendus. 616. & seq. si sit haeticus manifestus ipso facto depositus esse demonstratur. 616. C. 619. A. B. eius nomen primum & antiquissimum est Papa, & quare sic dicitur. 619. d. hoc aliaque eius nomina, primatum quomodo indicent. 620. quomodo sit caput Ecclesiae. 621. b. sponsus Ecclesiae quomodo nominetur. 622. A.

vniuersalis archiepiscopus nominatur. 623. A. quomodo hoc nomen ei non quadret, & ei quadret. ibid. d. 624. A. qui & quot hæretici Antichristi nomen ei tribuant. 625. B. C. quomodo possit super Scripturas dispensare. 670. A. B.

Pont. Max. vt priuatam personam, piè credi potest, errare non possit. 622. A. B. Canones qui dicunt Pont. errare posse, loquuntur de errore personali non iudiciali. ibid. c. in iudicio facti minùs potest errare Concilium, quàm pontifex. sed in iudicio fidei non est ita. 724. B. potest incidere in alia vitia, sed non in hæresim posita diuina assistentia. ibid. c. Pontificum exempla non aqùè perniciosa sunt ac doctrina. 725. c. condere eum posse leges, quæ verè obligent fideles in conscientia, probatur ex Scriptura. 762. A. B. successit Petro in officio pastoris totius Ecclesiæ. 785. A. non esse Dominus totius orbis probatur. 788. 789. quomodo intelligatur Pont. esse monarcham totius mundi. 789. A. non esse Dominus totius orbis Christiani demonstratur. 789. 790. ad eum vt Pontificem nullum spectare dominiù temporale ostenditur. 791. 752. successit Christus in ea potestate, quam habuit vt homo, sed nõ in omni. 792. D. 793. argumenta, quibus probant eum totius Christiani orbis Dominum esse constituantur. 793. 394.

Pontifici Max. non subiectus non potest Christo subesse, & ab eo influxus exterior doctrinæ & Sacramentorum, sicut à Christo fidei & charitatis pender. 924. B. quot quantique Patres argumento à successione Pont. max. sumpto vsi sunt. 980. B. C. D. solus potest nouos episcopatus erigere. 982. A. solus est summus Christiani exercitus imperator. 1027. 1028. eius electio per Cardinales est omnium optima. 1051. A. B. si casu omnes Cardinales interirent, ad quos spectaret illa electio. ibid. d. 1052. A.

Pontificis Romani dignitatem Græci primò habefactare ceperunt. 445. 446. ex Latinis Vvaldenses, Fratricelli & alij. ibid. cur Apostolici, & sedes Apostolica ab antiquis soli dicti sunt. 176. D. quomodo hi non habeant plenitudinem potestatis, si cum Christo comparentur: sed si cum alijs episcopis. 477. D. nulla fit Christo iniuria, si Pont. dicatur caput Ecclesiæ. ibid. & 478. A. B. Pontifice mortuo successor clauis quomodo accipiat à Christo. 491. c. quòd Romani Pontifices Petro in primatu Ecclesiæ succedant probatur. 556. & seq. quòd fit hoc de iure diuino. 557. D.

Pont. Max. non potest vllò modo definire aliquid hæreticum à tota Ecclesia credendum. 712. A. B. temerè aliquid definire non potest ibid. c. non potest errare tota Ecclesiam docens in his, quæ sunt fidei. ibid. d. 713. A. pertinet ad Pont. Max. confirmare fratres, eò quòd caput est aliorum. quamuis ad ipsum conuersio non spectet. 715. D. ipse est Petra & fundamentum Ecclesiæ, id eò errare non potest. 716. est supra concilium, & id eò errare non potest. 717. B. C. solus sine concilio plurimas hæreses condemnauit. 718. c. Pontificum narrationes nõ sunt de fide, sed decreta. 720. D. non potest errare in præceptis morum, quæ toti Ecclesiæ præscribuntur. 721. B. C. neq; in malis rebus, neque in bonis per se. ibid. D.

Pont. Max. errare potest in quæstionibus facti, & vt priuatus doctor in fidei & morum quæstionibus, sed in concilio generali minimè. 711. c. sequendus est in re dubia aliquid statuens. ibid. Pontif. Max. non posse esse Antichristum, probatur toto lib. 3. de Rom. Pont. sussumere eius splendor & opes ante annum 601. magna fuerunt. 673. B. quos imperatores deposuerunt. 674. A. B. à nemine indicandus ostenditur. 682. B. si malè vixerit corripendus & admonendus, non tamen indicandus est. 686. B. non potest esse Antichristus, cum eius imperium adeò diminutum sit, ab antiqua possessione. 687. B. C. est intra Ecclesiam confessione aduersariorum, & proin-

de ipsi non sunt in Ecclesia. 689. c. nunquam episcopus esse desit. 704. & seq.

Pont. Max. munus per se vel per legatos Synodis præsidere. 853. c. nunquam interfuit Concilijs Orientalibus per se, quod qua ratione factum fuit ostenditur. ibid. D. Pontificum decreta quomodo sacra & canonica dicantur. 899. c. D. eum esse pastorem & caput non solum omnium Ecclesiarum particularium, sed etiam totius Ecclesiæ simul congregatæ à Christo constitutæ probatur. 903. A. & absolute esse supra Concilium generale, ita vt nullum in terris supra se iudicium agnoscat. 905. D. non potest supra se iudices constituere cogendi facultate præditos. 909. D. non potest deferri ad aliam Ecclesiam altiore se, sed iudicio Dei reseruandus est, si peccauerit. 911. B. quomodo possit implere præceptum hoc, *Die Ecclesiæ*. ibid. c. eum malum licet corripere, & ei vi & armis resistere, si velit Ecclesiam destruere. 912. D.

Pont. Rom. cur ius habeat in ceteros Patriarchas. 588. A. B. primatus ipsius ex legibus, dispensationibus, & censuris declaratur. 589. 590. item ex eo quod vbiq; haberet vicarios. 591. item ex iure appellationum. 592. item quòd à nemine iudicari potest. 604. 605. 606. quomodo subiciatur Conciliorum legibus. 607. A. B. & non subiciatur. 610. B. non est iudex principum infidelium, sed fidelium. 612. D. 613. A.

Pont. Max. fuit maior Rege in lege veteri. 613. D. in noua succedit Imperatori vacante Imperio in auctoritate iudicandi. 794. B. vt Pontifex habet summam potestatem disponendi de temporalibus rebus omnium Christianorum in ordine ad bonum spirituale, quod declaratur exemplo à nobis sumpto. 795. A. B. C. non potest deponere principes vt iudex ordinarius, sed vt summus princeps spiritualis. ibid. D. quas leges civiles abrogare potest, & quas non, condere vel non condere. 796. A. quæ iudicia exercere possit, & quæ non. ibid. B. C. habere dicitur vtrumque gladium, quia habet spirituale potestatem, & temporalis est subiecta spirituali. 797. D. eius potestas extenditur in hæreticos malos principes, & bonos. ibid. c. D.

Pontifices qui quòtve reges regno priuauerint. 799. & seq. idem potest esse Pontifex & princeps politicus. 804. hi principum concessione. 805. annorum præscriptione iure suum principatum obrirent. 806. A. eius electio ad quos spectaret, si Cardinales non possent eum eligere. 832. A. in controuersis fidei diiudicandis solo suo iudicio fidere non debet. 836. A. vt præses concilij, se qui debet maiorem partem suffragiorum: vt verò summus princeps Ecclesiæ potest iudicium Concilij retrahere, vel maiorem partem non sequi. 893. A. B. nõ debet priuari iure suo concilia indicendi & præsidendi. 895. B. eius solius est iam Sanctos canonizare. 1411. c. 145. credendum est eum in hoc errare non posse. 1452. c. 1453. Pontifices qui & quot Imperiù Romanum Germanis à Pont. Rom. datum esse testati sunt. 1660. A. B. Pontifex Romanus totius Ecclesiæ Pater & pastor est, idq; probatur testimonijs Imperatorum. 1697. B. C. D. Pontificem posse transferre regna Christianorum demonstratur. 1700. D. Pontifices Romani ius eligendi Imperatorè non iam habent, sed confirmandi & coronandi. 1784. A. B. Pontifex sicut ponit Ecclesiæ causa id exigente, Imperiù transferre in Francos & Germanos, sic poterit in aliam nationè trāsferre. 1786. c. Pontifex Romanus ex cõfessione Illyrici Antichristus esse nõ potest. 1787. A. B. Pontifices veteris & noui testameti, qui reges suo officio malè fungentes deposuerunt, vel restituerunt malè pullos. 1702. A. B. Pontifex non transfuit Imperiù potestate politica sed Ecclesiastica. 1703. B. Pontifices omnes ab Imperatoribus Christianis honorati sunt, exceptis paucis qui pietatis causa vexati sunt. 1717. c. Pontificis Romani ditio temporalis quàm multa, quàm

Principes Germani eius esse agnouerunt. 1728. c. D. *Vide Petrus, Sedes Apostolica, Ecclesia, Concilia, & similia. De singulis autem Pontificibus, vide in suis locis.*

Populus fugere falsos Prophetas tenetur, eos, scilicet, qui contraria docent suis prædecessoribus, vel iis qui dicuntur ab ordinarijs pastoribus. 1046. c. D. non potest Episcopum si is falsus propheta sit deponere. ibid. D. populus circa electionem Episcoporum solum potest ferre testimonium de vita & moribus ordinandorum. 1048. c. D.

Populus vniuersus in Ecclesia primò respondebat. 108. D. sed postea soli clerici. 111. A. non est necesse vt papulus, quæ orantur intelligat. ibid. B. neque etiam quæ ipse orat. ibid. D.

Potentia actiua perfectionem dicit, passiuam imperfectionem. 297. A.

Potestas Ecclesiastica est à Christo. 768. ea non est in cætu, sed in singulis episcopis. c. D. ea triplex est, ordinis ad constituenda sacramenta, iurisdictionis in foro interiori, & iurisdictionis in foro exteriori. 781.

Potestates duæ in Ecclesia Prælatorum & principum, distinctæ probantur. 790. A. 1701. A. hæ quomodo ab inuicem pendeant, & distinctæ sint exemplo corporis animique nostri declaratur. 795. A. potestas civilis subiecta esse demonstratur potestati spirituali, quando vtraque pars est eiusdem reipub. Christianæ. 796. & seq. & iterum, 1701. A. potestas civilis in vniuersum considerata est à Deo immediate. 1279. B. C. est in multitudine tantquam in subiecto, sed transfertur in vnum, vel plures iure natura. ibid. c. in particulari est de iure gentium. ibid. D. potestas temporalis & spiritualis in Ecclesia vnum faciunt, vt corpus & anima. 1306. A.

Præcepta addenda vetat Moses, quæ corrumpan præceptum, non quæ perficiant. 772. c. præcepta hominũ, quæ Christus reprehendit, vel fuerunt contraria diuinis præceptis, vel inutilia & vana, vel ea ipsi pluris faciebant quàm diuinam legem, qualia non sunt præcepta pontificia aut Ecclesiastica. 773. c. D. 774. A. A. præceptis ceremonialibus & Iudicialibus Moisaicis cur liberati simus. 775. B. præcepta Ecclesiastica obligantia omnes Christianos sunt tantum quatuor, alia verò vel non obligant, vel sunt conditionalia. ibid. D. sunt mitiora præceptis Moisaicis. 776. A. B. duobus modis implentur præcepta ratione operis & ratione finis. 1161. B.

Præceptum non obligat quatenus finem, sed quatenus medium indicat. 1162. B. Moralia præcepta veteris testamenti, non minus ad Christianos, quàm ad Iudæos pertinent. 1174. B. id quod est de præcepto, sub votum cadere potest, quando concipitur vt liberum, non autem si concipiatur, vt præceptum. 1175. B. C.

Præceptorum legis finis est charitas, sed prætere à illa etiam ad actum, qui præcipitur, obligant. 766. c. præceptum ab Apostolis datum Christianis, eos in conscientia obligasse demonstratur veterum testimonijs. 764. D. 765. A. B. ad præceptorum numerum Deus non vetat addi, sed ad opus præceptum. 771. D. præcepta multa ceremonialia & iudicialia addita sunt post legem datam in veteri testamento. 772. A. B.

Prædestinatio nihil ponit in homine, sed est actio in Deo manens. 930. D. inuatur precibus Sanctorum. 1486. B.

Præbyter habet potestatem ordinis sub Pontifice, quæ non potest ei tolli, si velit. 783. D. successerunt presbyteri 72. discipulis non propriè sed per similitudinem. 785. c. presbyteri qui vxores ducunt iuxta antiquos canones qua pena ferièdi. 1092. D. digni sunt suspendio. ibid. eorum antiquissimus in Ecclesia primitiua defuncto episcopo Episcop. ordinabatur. 1069. presbyter & episcop. ante initium Ecclesiæ erant officij & ætatis nomina, at in

Ecclesia sunt nomina honoris & dignitatis. 1068. c. presbyteri & Episcopi variè à patribus comparantur. ibid.

Principes ad Ecclesiam venientes recipiuntur cum pacto fidei seruandæ & defendendæ vique ad regni amissionè. 799. A. debent defendere Ecclesiã, & punire hæreticos & schismaticos. ibid. c. D. Principes Ecclesiastici nõ debent ita esse occupati in leuioribus negotijs, vt maiora relinquunt. 807. B. Principum secularium auctoritate nõ possunt nec debet Concilia generalia cõgregari. 838. A. B. eorum officium est edictis iubere eam fidem teneri, quã sacerdotes tenendam docent. 860. D. quando clerici eorum legibus obedire tenentur. 1114. D. Principes etiam hi qui sunt impij, verè esse possunt. 1283. cur Deus eis regna conferat. 1284. B. Principes possunt leges condere. 1285. 1286. Princeps non tenetur iure acceptare satisfactionem in bello iusto, sed ex charitate. 1300. c. D. Principes Christiani tenentur non permittere libertatem credendi suis subditis. 1304. & seq.

Princeps secularis iudex controuersiarum fidei esse non potest. 139. D.

Princeps secularis & Ecclesiasticus differunt, eò quòd ille habeat pro fine temporalem pacem, hic verò vitam aternam. 779. A. B. Principes infideles verè esse Dominos suorum regnorum probatur. 778. D. princeps secularis tenetur mutare modum suum administrandi, si ille impediatur salutem animarum. 796. D. Princeps infidelis, si non conetur populum à fide auertere non potest deponi. 798. B. si verò hoc velit facere, potest deponi. ibid. Principes qui contulerunt Rom. Pont. principatum pij fuerunt, qui abstulerunt, impij. 805. A.

Principes seculares non habent Ecclesiæ regimen. 463. & seq. quomodo præsent Ecclesiæ. 464. D. eorum in Ecclesia officia. 465. D. Principes qui Ecclesiam defenderunt felicissimi in hac vita fuerunt. 1018.

Principes aliquot seculares qui deserta dignitate sua in monasterijs Deo seruire maluere ab antiquis laudati. 1640. A. B. Principes Politici Ecclesiasticis ex verbo Dei superiores non esse, sed cõtrà probantur. 1642. B. Principes qui & quot se imperium à Pont. Rom. consecutos esse testentur. 1661. D. 1666. A. Principes Ecclesiastici & seculares in Ecclesia sunt vnum. 1700. D.

Priuati alicuius sententia anteposenda Concilio ante definitionem, vel cum Concilium fuit illegitimum. 848. A. Priuatis hominibus veratur vindicta, non magistratui, & quando illi tenentur dicta Christi erga inimicos seruare. 1296. A.

Procli hæresim concupiscentiam in renatis remanentem esse peccatum Lutherani renouarunt. 989. B. C.

Promissiones Dei conditionem annexam habent, quam nemo scit certo si impleuerit. 697. A. Promissio Dei de imperanda re ab eo petenda est, si sit secundum eius voluntatem. 1218. B. C.

Prophetarum sepulchra quare post transmigrationem & non ante à Iudæis Deus honorari voluerit. 1502. B.

Propheta Achabi, qui ei imposuerunt, falsi fuerunt. 962. D. nullæ veræ prophetiæ fuerunt, nisi ad confirmandam fidem nostram. 1014. A. prophetae multi fuerunt in nouo testamento. ibid. c. D.

Propensio naturalis duplex, vna absoluta, altera circumstantijs adhibitis: contra priorem est continentia, sed non contra posteriorem. 1153.

Proprietates personarum diuinarum quomodo ex Scripturis deducantur. 248. B.

Protestantes requirunt octo condiciones futuri Concilij planè iniquas. 864. fuerunt in ipsa Germania in Germanorum Concilijs damnati. 865. B. oblata eis sunt condiciones æquissimæ. 866. D. in initio Ecclesiam inuisibilem fecerunt, sed postea visibilem. 947. D. eorum

Ecclesia non caret nauis ipsorum confessione. 965. eorum fraus contra nos. 973. *Vide Lutherani & Calvinista.*
 Prouidentia Dei ita omnia moderatur, vt cuiusque natura postulat. 4. D. diuinæ prouidentia etiam ea quæ casu fiunt subiiciuntur. 1041. D. 1042. ea mira est erga Sacerdotes. 111. C. quomodo ea infernum, Paradisum, & purgatorium gentes docuerit. 1361. C.
 Psalmi 13. octo versus qui non sunt in Hebræo: vnde sumpti. 67. B.
 Psalmorum liber diuinus esse probatur. 11. C. D.
 Ptolemæi cuiusdam error de libris veteris testamenti confutatur. *ibid.* A. Ptolemæi Philadelphi tempore sacra Biblia translata sunt. 72. C.
 Pueri vouere possunt continentiam, & quando habent vsum liberi arbitrij. 1239. A. B. C. atas tamē ad professionem publicam in Ecclesia definita, expectanda est. *ibid.* 1240. A. pueri post baptismum morientes nullas pariuntur purgatorias pœnas. 1397. A.
 Punica lingua D. Aug. tempore qualis. 105. A.
 Purgatorij nomen Christo, tribulationibus, & loco cuidam aptari potest. 1325. A. B. errores de purgatorio. *ibid.* C. D. 1326. A. Purgatorium probatur ex Scripturis veteris testamenti, 1327. C. & seq. & noui. 1332. D. & seq. Purgatorium non erit post diem vltimi iudicij. 1338. D. 1396. B. C. probatur item ex omnium nationum conciliis. 1372. item testimoniis Patrum Græcorum & Latinorum. 1354. & seq. item oratione. 1359. & seq. Ethnici, Mahumetani & Hebræi purgatorium agnoscunt. 1361. A. B. illud ad fidei dogma pertinere ostenditur. 1371. & seq. Genesis & Leuiticus quomodo Purgatorij meminerint. 1373. B. omnēs sancti per ignem Purgatorij transiuntur sicut dubitatur. 1375. 1376. pro his tantum est, qui cum venialibus moriuntur, vel decedunt cum reatu pœnæ, culpa iam remissa. 1378. C. in eo animas nec mereri, nec peccare posse ostenditur. 1378. C. & seq. de loco aliquo inter Purgatorium, & Paradisum. 1391. D. 1392. A.
 In Purgatorio esse pœnam damni, & pœnam sensus ostenditur. 1398. C. D. pœnam purgatorij omnium esse grauissimā, quæ in hac vita ferri possunt, probatur. 1400. A. B. remittuntur *ibidem* pœnæ, quæ initio fuerant intensissimæ. 1401. D. illud quomodo S. Irenæus astruat. 1437. C. *Vide Anima defuncti, Suffragia.*
 Piratæ cuiusdam ad Alexandrū magnum falsè dictum. 1274. A.

Quæ sunt eadem in vno tertio quando sunt eadem inter se & quando non. 304. C.
 Quadragesimæ ieiunium traditio Apostolica. 150. D. 166. B. *id.* probatur testimoniis veterum. 172. A. B. eam ieiunare esse præceptum obligans in conscientia, ostenditur Patrum testimoniis. 769. D. 770. A.
 Quatuordecimani hæretici confutantur. 1624.

Regia potestas non est à Deo nisi mediatè. 140. A.
 Pontificatui subiecta, non superior esse ostenditur. 605. rex cum admittitur in Ecclesiam cum pacto admittitur admittendi proprium regnum si expediat. 1701. C. D.
 Regis imago veneranda ciuilit. 1531. C.
 Rex cum sit Christianus non perdit regnum terrenum, sed acquirit ius ad regnum cœlestē. 789. B. rege impio regnante vel hæretico subditi, impij & hæretici euadunt. 798. C. D.
 Regna sapissimè ex parte occupantium sunt iniusta, & non à Deo sunt, sed ex parte diuinæ prouidentia, sunt iniusta, & à Deo. 1280. etiam si qui regna inuaserunt, iniuste ea acquisuerint, successores tamen eorum sunt legitimi possessores. 1281. A. Regna iure gentium constituta dum

populi communi consensu in vnum aliquem potestatem suam transferunt. 1633. D. regnum terrestrē cœlesti debet famulari. 1701. C.
 Remittere peccata quomodo sit infinita virtutis, propria auctoritate, non autem alterius. 372. D.
 Remissa sibi ea esse nemo scire potest. 697. A. B. remissa culpa non remittitur pœna temporalis. 699. C. hoc etiam ex scripturis & ratione probatur. 1359.
 Remissa culpa pœnam restare temporalem ostenditur. 1167. D. *Vide Peccata, Certitudo salutis.*
 Relatio in diuinis quomodo ex Scripturis colligitur. 286. D. quomodo relationes ab essentia non producuntur, sed ad productionem suppositorum consequuntur. 293. C. quomodo dicant infinitam perfectionem. 297. D.
 Relationem vt est essentia constituere personam cur sit dicendum. 301. C. non est solum in mente relatio, sed in re. 302. D. non dicit aliam perfectionem relatio, quam ipsam essentiam. 303. A. quæ relationes distinguat personas. 324. B.
 Relationes dicuntur pullulare ab essentia, quia propter essentiam sunt. 293. D. Relationes vt relationes non pullulant ab essentia, sed vt constitutiua personarum. *ibid.* Relatio includit essentiam & superaddit respectum cum sit aliquid ad aliud. 301. B. Relatio constituit personam vt identificatur cum essentia, & distinguit, vt relatio est. *ibid.* C.
 Relationes quæ accidentia sunt semper requirunt fundamentum, ac relationes quæ sunt, ipsa essentia subiecti, nullū. 302. B. Relatio per respectū quem addit ad essentiam distinguit personas, & is respectus nō est solum in mente, sed & in re. *ibid.* D. Relatio est eius natura, vt veram afferat distinctionem sine multiplicatione perfectionum. 303. A. Relatio quælibet non sufficit ad distinctionem, sed necesse est relationes esse oppositas, reales, & fundatas in actione. 324. C.
 Religio cur non sit virtus Theologica, & quod sit eius obiectum. 1456. quomodo Deo soli aliquando, & Deo Sanctis que simul conueniat. 1457. D. eius mutatio quælibet sex habet, auctorem scilicet, dogmā nouū, tempus, locum, oppugnatores, cœtum exiguum: quæ cum in Rom. religione non obseruari possint, certum est eam nunquam fuisse mutatam à Christi tempore. 972. 973.
 Religio quid sit, & profitentes vitam mixtam cur non monachi, sed religiosi dicantur. 1126. A. B. religio est status hominum ad perfectionem Christianam per vota paupertatis, castitatis & obedientia tendentium. *ibid.* C. religiosorum olim duo ordines, eremitarum vnus, alter cœnobitarum. 1128. C. D. nunc tria religiosorum genera vigent, contemplatiuorum, actiuorum, & ex vtriusque mixtorum. 1129. A. B.
 Religionum varietas qualis nunc est, fuit in veteri Ecclesia. *ibid.* & C. hæc varietas in vna fidei confessione, Ecclesiæ est vtilissima. *ibid.* D. religiones quantum ad essentiam approbatione non indigent: sed quantum ad modum. 1130. A. B. cur prohibitum sit iure positio, religionē nouam sine approbatione condere. *ibid.* & C. religionū adumbratio fuit in lege naturæ ante diluuium, expressio in lege Moysi: perfectio Apostolorum tempore. 1131. & seq. religiosorum opera sunt meritoria vite æternæ, & comunicantur aliis fidelibus. 1138. B. in religionis professione remitti pœnam peccatis debitam probatur. *ibid.* C. D. & sic esse nouum baptismum. 1139. A. religio Christiana vincula habet diuinas leges, & ordo religionis vota monastica. 1178. B. C. *vide Ordo Monachi, vota.*
 Religiosi omnes operantur manibus, qui concionantur, docent, & c. 1263. D. soli contemplatiui id non faciunt. *ibid.* religiosos præsertim mendicantes posse viuere mendicadō probatur. 1265. D. & seq. cum mittuntur ad prædicandum gentibus, possunt ab eis victum

accipere. 1268. c. d. religionis mendicantibus minus indigentibus, cur elemosyna potius danda, quam aliis magis indigentibus. 1272. c. d.
 Reliquiarum cultum qui hæretici impugnantur. 1489. c. d. quàm fuit antiquus earum cultus testibus etiam Magdebur. 1491. B. eis cultus minor exhibetur, quàm Sanctis. 1493. D. earum cultus ex Scripturis probatur. 1494. A. B. & Conciliis. *ibid.* c. d. & seq. earum thecam in supplicationibus gestare, vnde sumptum. *ibid.* d. cultus, item ex patribus roboratur. 1495. B. c. d. earum cultus qualis esse debeat. 1546. d. qui eas tangunt aliquo modo sanctificantur. 1562. c.
 Reliquiæ Sanctorum ex miraculis ad eas factis probantur venerandæ. 1497. d. & miraculis etiam, quæ in ipsis cernuntur. 1498. c. & ex reuelationibus earundem. 1499. A. & earundem translatione. *ibid.* c. & ex eo quod sub altaribus conderentur. 1500. A. & ratione. *ibid.* c. d. ne hæ pro Deo colantur, nunc non est periculum. 1502. A. cultus, earum non est ab hominibus, sed à Deo inspiratus. *ibid.* d. receptæ in Ecclesia non sunt supposititiæ. 1504. c. eis maior debetur honor, quàm arcæ Domini. 1572. A. *Vide Altaria, Tempia, Sancti, Arca, Peregrinatio.*
 Res aliqua est in potentia dupliciter, vno modo in potentia agentis, & altero in potentia passiuæ. 297. A.
 Respublica vna non tenetur pati damnū aliquod, ne alia simile patiatur. 797. A. Resp. Christiana perfecta, & sibi sufficiens esse debet. *ibid.* c. Resp. quælibet potest imperare, & cogere alteram Remp. ad mutandam administrationem, quando non potest aliter se defendere ab eius iniuriis. *ibid.* in Rebusp. temporalibus possunt abscindi membra putrida, sed in Ecclesia non abscindendum caput putridum, quia à Deo pendet. 912. c. in Republ. terrena homines possunt sibi regem eligere, sed non in Christiana episcopum seu pastorem. 1043. c.
 Reuelatio priuatæ fidei regula esse non potest nisi testimoniis diuinis cōfirmetur. 3. c. ei minimè fidē dū. 4. d.
 Robustus facie apud Hebræos hominem inuerecundum donat. 679. c.
 Roma maximè sepulchris Apostolorum nobilitatur. 726. A. & multorum Sanctorum aliorum. 1497. A. in ea vrbe Deus iussit Petro sedem Apostolicam figere. 720. c. non tamen ita fixa est, vt ab ea separari non possit. 719. c. rationes probabiles, quibus concluditur ab ea sedem Apostolicam non esse separandam. 720. A. Babylon in Scriptura dicitur, & cur. 537. d. quomodo per meretricem in Apocalypsi designari potuit. 663. d. eam odio habebit Antichristus. 665. A.
 Romana Ecclesia qua ratione mater omnium Ecclesiarum dicatur. 517. c. in ea remansit integra Apostolorum successio. 173. B. C. quomodo ipsa sit vera Ecclesia ex confessione aduersariorum. 661. d. ea nunquam errauisse probatur. 714. 715. non potest errare, ita vt omnes omnino errent, persistente in ea sede Apostolica. 235. c. nunquam errauit, nec errare quidem potest. 741. c. d. eius Ecclesiæ amplitudo, cum nostro, tum superioribus sæculis. 979. B. C. eius Ecclesiæ Pontifices à veteribus recensiti, propter eius sedis vniuersalitatē. 984. B. C. cum ea coniunctio, signum fuit apud veteres veræ Ecclesiæ. 994. B. C. ei adherere antiqui Catholici signum. 655. d. quæ ab ea defecerunt Ecclesiæ, continuò aruerunt. 996. B. ordo diuini officij, qui in ea nunc seruatur, idē est nūc qui fuit ab initio Ecclesiæ. 106. B. aliqui tantum Pontifices eū in meliorem formā redegerunt. *ibid.* c. *Vide Eccl. Pōt. Max. Sedes Apostolica, Patriarchales sedes.*
 Romanum Imperium longè diuturnius Romana Republ. 483. B. C. id in sine desolandum, & in decem regna diuidendum ostenditur. 642. 643.
 Romanus populus non habuit creandi Imperatoris potestatem. 802. B.
 Ruffini error in expositione 6. Canonis Nicæni

Concilij redarguitur. 561. D.

Sabbatum præcipua fuit Iudæorum caremonia. 1603. c. illud quomodo mutatum fuerit, etiam si pactum sempiternum dicatur. *ibid.* quid maximè significabat tam præteritum, quàm futurum. 1621. B. C. in ieiunandum esse in Quadragesima ostenditur. 1621. B. C. Sabbatum & alia Iudæorum festa nullo modo esse colenda ostenduntur. 1603. B.
 Sacerdos Christus est vt homo, non vt Deus. 421. c. & apertius. 422. Sacerdos omnis est minor eo cuius est sacerdos, & proinde Christum secundum diuinitatem sacerdotem facere est Arianismus. 423. D. Est quidem ipse Deus sacerdos, sed secundum formam hominis. 426. A. nunc se per manus sacerdotum offerens sacerdos est in æternum. 684. D.
 Sacerdotes veteris testamenti continentiam seruabant, cum Domino ministrabant, quod arguit nostros perpetuæ continentia addictos esse debere. 1078. c. d. *ibid.* sacerdotes figuram Christi venturi, nostri, qui venit. *ibid.* sacerdotes monogami esse debent saltem, tum ob continentia perfectionem, tum ad Christi cum Ecclesia coniunctionem significandam. 1098. d. 1099. A. Sacerdotes veteris testamenti & noui differunt, quod illi habere poterunt plures vxores successiuè, hi vnam tantum. 1102. c. d.
 Sacerdotes Christianos non debere ex carnali successione propagari, demonstratur. 1042. c. d.
 Sacerdotis nomine quare veteres abstinuerunt. 1570. c.
 Sacerdotes Corpus Christi ore suo conficere, vetus dictum est. 728. c. d. eorum est sordes animæ purgare non purgatas ostendere. 729. A. *Vide Presbyteri.*
 Sacramenta omnia sine crucis signo non ritè peraguntur. 1552. c. d. non querunt aurum ex necessitate, sed ex decencia. 1589. d. operantur infallibiliter, sed non sacramentalia. 1594. B.
 Sacrificium Christi infinitam virtutem habet ex eo quod sit sacrificium personæ diuinæ. 425. A. Sacrificia veteris legis figuræ Christi sacrificij & nostri fuerunt. 471. d. 472. A. Sacrificium vnicum Christi in cruce peractum, quotidie in Missa repetendum. 696. d. vni Deo offertur. 1456. c.
 Salomoni multa tribuuntur in Scriptura, quæ ei non conueniunt. 49. D.
 Salomon quo iure Abiathar deposuerit. 614. A. edificauit altare aliud quod Deus non imperauerat, nec tamen idcirco peccauit. 777. A. B.
 Samofatenium nouorum auctor Michaël Seruetus. 207. A. eorum impiæ hæreses. *ibid.* B. diffidia. *ibid.* c. eorum error de Antichristi aduentu redarguitur. 633. A. B.
 Samofatenorum rationes futiles quibus locis veteris testamenti, in quibus ex explicatione notū Christi probatur Deus Israël, respondent. 215. d. hæ diligenter confutantur. 216. c. d. Samofateni Cyprianum vel potius Ruffinum citant pro se, qui eos apertissimè redarguit. 258. c. eorundem de Symbolo Nicæno deliria refelluntur. 259. A.
 Samuelis anima verè Sauli apparuisse probatur. 400. A. & fufius. 1390. d. 1391. A. B. C.
 Sanctorum memoriam & inuocationem Missæ Syriacis non addidit. 151. d. Sanctis ad omnia conueniunt, quæ Nestorius tribuebat Christo. 347. c.
 Sancti citra vllam Dei iniuriam colendi & venerandi. 694. c. d. eorum, suffragia poscere, quam antiquum. 695. A. quæ eorum facta imitanda. 1174. Sanctos coli posse ex Scripturis demonstratur. 1458. 1459. ex omnibus veteribus eorum cultus probatur. 1460. 1461. & rationibus ex Scripturis petitis. 1462. c. d. responderetur hæreticorum argumentis. 1463. Sancti non dant gratiam vel gloriam, sed impetrant. 1467. d. 1468. quicquid no-

bis impetrant, per Christum impetrant. 1468. d. pro nobis orant saltem in genere. 1469. a. & in speciali. 1470. d. nos regunt, pascunt, & sustentant. 1471. c. d. sunt inuocandi. 1473. d.

Sancti qui sunt in caelo, sunt in eo caelo, ubi proprie Christus residet. 365. d.

Sancti in veteri testamento non inuocabantur ordinari ut nunc, sed homines solum allegabant eorum merita. 1473. c. & cur hoc. 1475. b.

Si uiui orant pro se inuicem, multo magis Sancti cum Christo uiuentes pro nobis orabunt. 1474. a. b. eorum inuocatio Conciliorum & patrum auctoritate confirmatur. ibid. c. d. & seqq. Sanctorum miracula testissima. 1478. b. inuocandi sunt, non adorandi. ibid. d. quomodo inuocandi sunt, etiam daremus eos non audire nostras preces. 1483. d. 1484. a. quomodo eas audiant declaratur. 1484. b. c. omnia uident quae hic fiunt. 1487. d. etiam si quorundam Sanctorum historiae sint apocryphae, ipsi tamen Sancti esse non desinunt. 1488. b. Sanctis quomodo templa erigi possint. 1576. c. d.

Ad Sanctos in suis necessitatibus confugere non est negare Christum, ut Illyricus blaterat. 685. d. pro Sanctis nos in Missa orare, quomodo intelligendum. 1353. d. 1401. b. Sancti orant pro iis, qui sunt in purgatorio. 1402. d. profunt uiuentibus. ibid. Sanctorum inuocatio praecipua est causa cur a nobis haereticos differunt. 1419. 1420. Sanctos canonizari utile esse demonstratur. 1450. 1451. Sancti non canonizati priuati coluntur & inuocari, non publice. 1453. c. d. quis primus sanctos canonizasse legatur. 1452. a.

Sancti non sunt ubique nisi successiue. 376. c. Sanctis datur spiritus cum mensura, Christo sine mensura. 382. b. miracula Sanctorum precibus facta. 672. b. c. Sancti a nobis orantur, ut preces suas cum nostris coniungant tantum. 684. c. eorum precibus & meritis nos iuari, negari non posse ostenditur. 685. b.

Sapientiae liber esse canonicus demonstratur. 36. d. est uere Salomonis. 37. b. c. Caluinus falsum de eo asseruit, & falsum colligit. ibid. d.

Sardicense Concilium partim approbatum, partim reprobatur. 829. a. fuit bipartitum, atque Catholicum Occidentales unam eius partem constituerunt, alteram Ariani Orientales. 880. d.

Sardicense Concilium Catholicum fuit generale & legitimum. 592. b. duplex Concilium Sardicense, Catholicum unum, haereticum alterum. 600. a. 829. a. quomodo Catholicum Concilium renouauerit decretum Niceni Concilii de appellationibus. 601. b. illud cum Niceno idem habetur. ibid. c. d.

Satan quid proprie significet. 489. c.

Satisfactio tertia poenitentiae pars qualis. 699. c. duplex est satisfactio, una ante iustificationem de congruo, altera post, de condigno. 1365. c. d. satisfactio est excusatio seu delicti purgatio. 1366. a. satisfactio nostra & Christi duae non sunt, sed una ab altera pendens, vel una tantum. 1369. d. ad eam requiruntur gratia inhabitans, & opus poenale. 1370. a.

Σχίσμα schisma, Voraginem & locum subterraneum & infernum significat. 398. a.

Schisma scindit, quod erat unum in partes & schismatici non sunt in Ecclesia. 922. a. b. schisma est quando unum membrum non uult esse amplius membrum illius corporis, nec sub illo capite. 923. d. Schismaticum efficit diuersum altare non materialiter, sed formaliter. 997. d. schismaticis poena a Deo inflicta horribilis. 1034. a.

Scire omnia non tenemur, tenemur tamen nunquam positiue errores asserere. 331. c.

Scriptura sacra est uerbum Dei, & certa ac stabilis regula fidei. 2. a. quod probatur fusissimè. b. c. ea nihil notius ac certius 3. c. eius confessio admirabilis. 3. d.

Deus ipse eam uera esse testatus est. 4. n. Hebraica scriptura nunquam intercidit, nec ab Esdra reparata est. 61. a. b. ipsius correctio scribarum uel falsa est, uel ab Esdra facta. 66. c. Scriptura sacra quatuor temporibus ex Graecorum & Hebraeorum fontibus emendanda. 88. b. in Scriptura nominibus masculini generis coniunguntur uerba generis feminini. 90. b. Scripturas esse difficiles aduersarij uelint nolint consentunt. 119. b. c. Scripturae uerba non sunt notiora uerbis patrum, quamuis sua uerba per illam probent. 123. d. Scripturae habuerunt initio commentaria uiua, & postea commentaria scripta. 124. a. Scripturae eo spiritu quo scriptae sunt intelligi debent. 126. b. Scripturas Apostolis edere Christus non praecipit sed inspirauit. 153. a. eam passim uulgari lingua ab omnibus teri cur Ecclesia prohibeat. 102. b. c. ex Scripturis male intellectis natae sunt haereses. 107. b. Scripturae cur uulgari lingua praedicari, non item legi debeant. 113. c. nunquam translatae sunt in linguas uulgares, sed conuulsiuissimas. 114. c. d. Scripturae probantur esse difficiles & obscurae. 117. a. b. id confirmatur patrum auctoritatibus & rationibus. ibid. & 118. a. b. c. earum duplex sensus, literalis & spiritalis. 124. c. ille duplex est simplex & figuratus. ibid. d. spiritalis triplex. ibid. & 125. a. omnes hi sensus in utroque testamento reperiuntur. 125. b. c. solus literalis sensus ad argumentandum ualeat. 124. d. de eo sensu est maxima inter nos & haereticos differentia. 126. a. b. Scriptura non potest esse iudex sui sensus. 139. a. de Scriptura non iudicat Ecclesia, sed hominum de ea iudicio. 145. a. Scripturas non fuisse simpliciter hominibus ad salutem necessarias, probatur. 152. haec non omnia ita continent, ut sufficiant. 153. b. c. Scripturae scopus non est ut sit regula fidei. 186. b. uerus eius scopus. ibid. c.

Scriptura est regula fidei non totalis sed partialis. ibid. d. eam esse librum haereticorum Lutheri scribit, quod quomodo sit intelligendum, explicatur. 686. d. ambigua est & obscura. 687. a. Scripturae mos propter aliquos malos, omnes reprehendere: & propter aliquos bonos, laudare omnes. 873. a.

Scripturae ante Esdras in variis annalibus dispersae commodè inueniri non poterant. 152. d. quot & quanta non habentur in Scripturis, quae sunt de necessitate salutis. 154. d. Scripturam librum esse diuinum, ex Scriptura haberi sufficienter non potest. ibid.

Scripturae anteponuntur Conciliis multis modis: & 1. quia sunt uerbum Dei immediatum, Concilia uero illud declarant, & ex eo conclusiones deducunt. 2. quia auctores scripturarum non laborarunt in scribendo: in Conciliis uero sic, 3. quia in scripturis nullus potest esse error, sed in Conciliis error facti & particularium rerum esse potest. 4. Scripturae uerba etiam singula ad fidem pertinent, & non egent approbatione pontificis: in Conciliis sola decreta ad fidem pertinent, & ea egent pontificis approbatione. 897. 898. Scripturae toti attribuitur, quod parti conuenit. 928. c. uera Scriptura & uerum eius sensum discimus testimonio Ecclesiae. 966. c. Scriptura recepta demonstrat Ecclesiam, & Ecclesia recepta Scripturam. 968. quomodo Scriptura ex miraculis probatur D. Aug. contra Manichaeos. 1012. d. Catholici doctores nunquam uocauerunt a Scriptura ad Patres, sed a iudicio paucorum seditiosorum in intelligentia Scripturae, ad iudicium multorum & optimorum uirorum. 1201. d. 1202. a. Scripturae consuetudo est nomina illustrium personarum pluralis numeri coniungere uerbo singulari. 288. b.

in Scripturis sunt duo, uoces & sensus. 156. b. Scripturae probatae a Concilio id firmiter probant, quod antea non probabant. 168. d. Scripturae non fuerunt absolute necessariae, sed utilissimae. 176. d.

Scriptura est regula fidei non totalis sed partialis. 186. d. Scriptura exponi non debet metaphoricè, nisi necessitate. 235. Vide Latina editio, Libri Canonici, Verbum Dei, &

similia, & de singulis libris Scripturae, uide in proprijs locis.

Scytharum regnum in uetustissimum delituit nunquam potuit. 455. B. populi qui hic & uide oriundi. 6-8. A.

Σκάρτα non significat cultum, sed id quod colitur. 668. B.

contra Magdeburgenses, habet multiplicem significationem. 231. A.

Sedes Apostolica Romana Ecclesia cur dicatur. 121. B. sedium aliarum Apostolicarum Episcopi non succedunt Apostolis. ibid. D.

Septuagesimae, & Quinquagesimae & Quadragesimae Domini uide dicantur. 1622. B. C. quid significent. 1621. C. D.

Sepulchra Sanctorum cum sunt eorum memoriae, & ideo ueneranda. 1501. C. D. Sepulturae, officium pium & sanctum esse ostenditur. 429. C. Quae iam fiunt in mortuorum sepulturae, olim fiebant. ibid. D. 1410. A. B. primum uisus & desumptus. ibid. C. D. cur hoc officium Christi inter opera misericordiae non connumeretur. 141. A.

Serpens Aera quae sunt, & quae diebus festis prohibentur. 1609. d. quomodo seruilia opera minus sint prohibita, quam peccata, quae tamen praecipio tertio non continentur. 1610. A.

Seruilis operis duplex: perfecta, qualis est mancipiorum erga dominos, & nostra in Deum: imperfecta, ut liberorum erga aedificia, & nostra in sanctos. 1463. B.

Signa uerba ueneranda, quia eorum honor transit ad Sicut typum. 1526. A.

Simeonis Stylitae uita a calumnijs Magdeburgensibus dicitur. 2255. D. 1256. A.

Simon Magus a D. Petro superatus & extinctus. 518. C. D. eius haeresim sequuntur Lutherani & Calvinistae. 988. B. C.

Simulachrum denotat in Scriptura idem quod idolum. 1526. C. D. quomodo qui simulachra Romanis addiderunt, & metum ademerunt, & superstitionem auerunt. 1516. A. pro Deo habitum, homines decipit, imago nunquam. 1520. B. C.

Sixti Senensis error de libro Esther refutatur. 19. B. Socratici historici aliorum mendacia refutantur. 1087. C. D. fuit haereticus Nouatianus, eiusque testimonium in dogmatibus nullum. 1609. C.

Solicitudine uictus tribus rationibus immoderata, ratione finis, diffidentia, & temporis. 1261. D.

Sortibus uti, cum humano consilio res transigi possit, non licet. 1041. B. fordibus quomodo Matthias electus sit. ibid. D.

Spiritus sanctus Deus & cum Patre & Filio. 253. A. id probatur multis, certis & grauibus argumentis. 266. 267. obiectione contra eius diuinitatem refelluntur. 187. C. D. non est minor Filio etiam si ab eo mittatur. ibid. D. cur intelligendo & amando notitiam & amorem non producat. 98. C. cur non Filius dicatur cum sit similis in essentia Patri & Filio: in Scripturis non traditur. 199. B. C. qui primus Spiritum sanctum a solo Patre procedere docuit. 3. 8. D. probatur ex Scripturis Spiritum sanctum a Filio procedere. 310. C. D. missio Spiritus sancti est eiusdem productio. 311. D.

Spiritus sanctus ex Concilijs probatur a Filio procedere. 31. C. D. Idem probatur testimonijs Patrum Latinorum, eorum scilicet, qui ante schisma floruerunt. 315. Spiritum sanctum per Filium produci est ab ipso, & ex ipso procedere. ibid. d. probatur etiam ex patribus Graecis ipsum a Filio procedere. 311. quomodo sit a Patre mediate & immediate. 321. ratione etiam probatur a Patre Filio procedere. 124. 325. Graecorum contra processionem Spiritus rationes refutantur. 327. A. diuinum contra Graecos de hac re iudicium. 334. A. B. C. probatur

esse Deus, quia est ubique. 361. D. Vide Deus, Trinitas, Symbolum.

Spiritus sanctus quomodo datur a Christo ut hominibus, & aequè bene per mala ac mortua, ac per per bona & uia instrumenta operatur. 936. d.

Spiritus reuelatio particularis non potest esse regula fidei. 3. B. Spiritus sanctus ad homines mittitur quando incipit esse in eis nouo modo. 312. D. Spiritus sanctus dicitur Spiritus Filij, quia uerè ab eo sicut a Patre. 31. A. Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere necessario credendum erat, & ideo rectè additio, filioque, facta est. 330. B. C. Spiritus sanctus maior est Christo, quatenus Christus est homo. 267. D. Spiritus operatus est in Christo quae Deus Pater est operatus. 266. A. distinctus a Patre filioque probatur. 289. C. Spiritus sancti dona cum dantur, etiam ipse Spiritus sanctus datur. 3. B.

Spirituale duplex est, uel quoad substantiam: uel quoad ordinationem ad Spiritum, seu quod spiritus in eo dominetur. 957. A.

Spirituales homines cur de sensu scripturarum iudicare non debeant. 144. A.

Stancari error de Mediatore est Christum secundum solam humanam naturam esse mediatorem. 418. A. B. Nestorianismi damnatur. ibid. D. refutatur quod non satis honorificè de magistro sententiarum loquitur. ibid. B. C.

Stephani Papae decretum de non rebaptizandis haereticis quale fuerit. 85. A.

Stephanus VI. & Sergius III. errarunt, dum Formosum facti irritarunt, sed in questione facti, non iuris. 747. D. Concilium item ab eo factum eodem modo errauit. 850. B.

Subdiaconorum officium est ministrare Diacono in sacrificio. 1054. C. nomine diaconorum subdiaconi apud veteres intelliguntur. 1075. A. Subdiaconis permittit Gregorius uti matrimonio iam contracto, & uetat ne tales deinceps ordinentur. 1076. A. Subdiaconi ante Gregorium alibi, & in Graecia etiam uocabantur continentia: quod autem in Sicilia eam non uouerent, abusus erat, quem sustulit Gregorius. 1238. A. B.

Subiectio politica & despotica quomodo differant. 1282. A.

Subsistentia in Deo plures esse demonstratur. 300. B. C.

Subsistentiae duo sunt officia. 371. A. persona diuina habent substantiam aliam a relationibus. ibid. B.

Substantiae nomen, & pro substantia, & pro substantia, sumitur, crebrius tamen pro substantia. 235. C. D. in Deo unam substantiam esse, non tres dicendum, quamuis tres etiam substantias dici possit. ibid. D.

Suenkfeldius scripturam omnem reiecit. 1. A. B. eius argumenta refutantur. 6. A. eius error de Christi humanitate post ascensionem deificata. 335. B.

Suffragia uiuorum non prodesse beatis, nec damnatis monstratur. 1406. C. D. suffragia communia profunt omnibus: & particularia particularibus. 1408. B. C. D.

Surtum corda, & c. in Missa olim cantari solita. 104. D.

Susanna historia quando contigit. 27. B.

Syluestrum I. eum Iudeis Helena suauiter disputasse falsum. 861. B. C. Item instituisse Confirmationem est mendacium impudentissimum. 151. B. is tamen constituit Altarium consecrationem. ibid.

Syluestrum II. magum fuisse falsum est. 748. D.

Symbolo Constantinopolitano quando addita est particula, Filioque. 329. D. cur in Synodo Constantino-politana Niceno Symbolo additum sit Spiritum sanctum a Patre procedere. 31. D. 14. A. Symbolum Athanasij illius uerè est. 17. C. Symbola ab Ecclesia recepta. 329. A. B.

Symbola multa habet Ecclesia, quae ipsa honorat, & omnia unum sunt, sed unum alio explicatus. ibid.

Symbolo particula Filioque addenda fuit. 3. A. B. propter eam additam Graeci non debuerunt schisma facere. 332. B. C. cur Graeci non uocati fuerint ad id Con-

cilium, in quo hæc particula fuit addita. ibid. responde-
tur Græcorum obiectionibus, quibus hæc particulam
malè aditum afferunt. ibid. cur addita sit potius, quàm
multa alia. 344. Symbola quadam habent descensum
Christi ad inferos, quadam non habent, tamen is cre-
dendus est. 388. B. C.
Symbolum est brevis quædam regula fidei. 169. D.
Symbolum Nicænũ explicatur. 254. A. in Symbolo quo-
modo post Deum, ante Patrè virgula esse possit. 299. A.
Synodus Quinisexta qualis, & quo tempore celebra-
ta. 829. B. C. non fuit omninò reprobata. ibid. D.
Synodi sextæ non sunt hi Canones qui ei tribuun-
tur. 87. B. 883. D. 884. A. non fuit vera omninò & legiti-
ma in Trullo congregata. 587. C. 607. corrupta à Græ-
cis esse demonstratur. 747. C. si corrupta non est, errauit
in quæstione de factò. 64. D. huius Synodi suppositi ca-
nones reprobandi. 1090. A. B.
Syriaca lingua qualis 69. C. D. nulli veteris testamen-
ti libri Syriaca lingua editi sunt, nisi fortè primus Ma-
chabæorum & Ecclesiasticus. 70. A. sed Euangelium D.
Matthæi & epistola ad Hebræos sic. ibid. editio noui tes-
tamenti à diuo Marco an sit edita. C. quid ex ea com-
modi reportetur. ibid. & D. erat ea lingua Christi tem-
pore Iudæorum vulgaris. 103. A
Syrmiense Concilium partim approbatum, partim
reprobatum. 829. A

T

Thau vltima Hebræorum litera figuram crucis ha-
bebat, & cur. 62. B
Tabernaculi Iudaici ornatus partim cæremonialis,
partim moralis. 1588. D
Tariani error legitima matrimonia damnare, quod
nos non facimus, sed sacrilega vorifagorum coniugia
reprehendimus. 1228. A. B
Telephorus à Magdebur. capitur, quod contra Lu-
theri doctrinam docuerit, sed defenditur. 726. C. non
instituit Quadragesimæ ieiunium, sed clericis vt tres
dies adderet præcepit. 147. C.
Tempa qui hæretici propter seipsa odio habuerunt.
1563. 1564. quomodo Deus approbet, & non approbet.
1564. B. C. templorum partes tres, vestibulum, nauis, &
sacrarium. 1565. A. B. forma. ibid. quatuor ob causas eri-
guntur, ad sacrificandum, orandum, condendas martyrii
reliquias, & concionandum. 1566. C. rectè instituit tem-
pla ad concionandum probatur. 1567. C. primos Chri-
stianos habuisse templa probatur ex Scripturis, & parti-
bus. ibid. B. & 1568. A. B. & ad sacrificandum habuisse
templa veteres monstratur. 1569. D. & seq. cur veteres
templi nomine abstinerint. 1570. D. ad orandum etiam
ea esse instituta probatur. 1571. A. B. C. non solum Deo,
sed etiam Sanctis rectè dedicantur. 1574. D. & seq. cum
ingenti læritia, & solennitate ea ritè dedicari demon-
strantur. 1578. Patres qui quòtve dedicationis Ecclesia-
rum meminerint. 1579. eas debere varijs precibus, & cæ-
remonijs consecrari demonstratur. 1580. B. templa ritè
consecrata meritò sancta, & venerabilia existimari pro-
bantur. 1584. ea ornare valde pium ostenditur. 1582. B
potest tamen opus huiusmodi ex defectu circumstantia-
rum vitari. 1585. C
Templa Christianorum cur Ecclesiæ non templa ini-
tiò dicta sint. 662. D
Templum Iudaicum post Christi resurrectionem
Christianorum factum est. 664. B. templorum ornatus
est valde antiquus. 688. D
Templa idolorum in Ecclesias sæpè mutata. 1483. A
templum est imago cæli, sive terrestris quoddam cæli,
& idè rectè in eo imagines collocantur. 1519. B. tem-
plorum eueriores non odio ipsorum, sed gentis aut reli-
gionis. 1563
Tentationum carnis tria genera secundum Calui-

num. 1. cum succubitur. 2. cum r-
diutius sine consensu pugnatur, ol
nuptias putat, sed fallitur.
Tertulliani loca à Transyluar
nitatem prolata explicantur. 256.
Tertullianus, quòd votum continentia al-
bri de velandis Virginibus argur
Testamentum quid sit. 58. B.
Testamētum nouum propriè
scripta. 956. A. quod sit discrimen
leges continet, & quales. 8. D. 9. A.
editum est, præter Matthæum, Ma-
epistolam. ibid. B. veteris testamen-
quamuis sint figuræ.
Testamento veteri quid per se
conueniat. 8. D. 9. A. Testamentum
veteris fœderis dicatur. 50. C. D.
Thalmud liber est fabulosissimus. 66. B. vnde ha-
beat suam originem. 178. D. eius aliquo-
libra recensentur. 999. C. D
Theobutes primus hæreticus factus est,
sam tulit Episcopatus. 1004. A
Theodori Mopsuestia Episcopi de Prop-
bris error refellitur. 11. B. C.
Theodoreus primus docuit Spiritum sanctu-
m à solo
Patre procedere. 308. B. fuit initiò Nestorianus, se-
ca relapsit. 124. D
Theodoricum Gothorum Regem Zeno Imp-
filiu adoptauit, & Consulē & Regem Italia no-
uit, sed non Imperatorem, 1685. D. in filium est ado-
ptatus vt subiectionis & obedientia esset memor. 1686.
Theodoricus licet barbarus esset natione, religione A-
rianus, moribus tamen vrbanus, & virtutibus clarus fu-
it. ibid. d. in causa Symmachi religiosè se gessit. 1687. A. ii.
tyrannum tamen in fine vitæ mutatus est. ibid. B.
Theodosij Imperatoris fides inculcata. 862. D. non
sumpsit de fide iudicium, sed legit confessiones hæreti-
corum, vt eis acquiesceret. 862. A. errauit in causa Fla-
uiani Antiocheni. ibid. b. quomodo hæreticos compe-
scuit. 985. D
Theraphim apud Hebræos quidnam esset. 38. A.
Thefaurus scientia in Deo est essentia diuina, 311. A.
Tilemanno Heshusio omnes sancti & docti Patres, imò
etiam diuus Ioannes & Daniel Papiſtae sunt. 691. B. eius
argumenta quibus probat Papam esse Antichristum ri-
dicula. 692. A. B. C
S. Thomas quo anno vitæ & Christi obiit. 1721. C
Tobia liber Canonicus esse demonstratur. 31. D. 32. A
Tonſura prima non est ordo, sed preparatio ad ordines.
1054. C. qui hac iniunguntur, proficuntur se à negotijs fa-
culi ad militiam Christi transituros. 1056. C. eius antiqui-
tas tam in Clericis, quàm monachis. 1258. C. D
Traditiones non sunt additiones, sed explicationes
verbi scripti. 174. B. continentur in Scripturis in vniuer-
sali. ibi. D. traditiones quas Christus reprehedit que. 178.
C. quomodo conseruatae sint ad nostra vsque tempora
Christi & Apostolorum traditiones. 185. B. C. D. semel
approbatae non debent damnari. 866. A
Traditiones qui doctores propugnarint, & hæretici
oppugnarint. 145. 146. D. Traditio nomen est generale,
& specialiter est doctrina non scripta. 147. B. Traditionū
aliae sunt diuinae, aliae Apostolicæ, aliae Ecclesiasticæ, &
quæ illæ sint. 147. C. D. earum vis & auctoritas. 148. A.
aliae item de fide, alia de moribus. ibid. B. & hæ subdivi-
duntur. ibid. in quibus nos ab hæreticis dissideamus circa
eas. 148. D. & seq. Traditiones hæretici agnoscunt. 149.
B. C. de Traditionibus que & quor sunt hæreticorū mē-
dacia. ibid. C. D. Traditiones que obligant & quomodo.
152. A. Traditionibus magis vtebantur Iudæi, quàm Scri-
pturis. ibid. C. D. Traditiones sola sufficiunt, Scripturae

autem

autem sola non sufficiunt, teste Irenæo. 162. B. Traditio-
nes continentur in Scripturis in genere. 174. D. Traditio-
nes quas Dominus reprehendit quales essent. 178. B.
Traditiones non conseruari ostenditur esse impossibile.
183. C. Traditiones quatuor ob causas conseruari potue-
runt. 184. D.
Traditione habemus Scripturam esse diuinam, &
qui sunt libri sacri. 155. C. traditio quam fatentur hæretici,
quomodo ad nos peruenit. 136. A. B. probantur esse traditio-
nes ex Scripturis. 157. & Pontificum & Conciliorum
testimonijs. 160. B. C. D. & Patrum. 161. & seq. traditiones
qua ratione æquatur Scripturis. 163. D. eas hæretici omni-
um ætatum reiecerunt. 169. D. traditiones qua via Apo-
stolicae esse cognoscantur. 171. B. hæreticorum rationes
refutantur. 173. 174. Vide Verbum Dei.
Traianum ab inferis in cælum transisse reprobatum.
1393.
Tribulationes ferendæ, non expendæ. 1303. B. sunt
purgatoriæ, sed nō omnes. 1325. C. D. eas quomodo hor-
rere, & amare possimus. 1382. C. D
Tridentinum Concilium defenditur à calumnia Kem-
nitij. 87. A. Lutheranos de eo maledicta falsissima.
813. 817. quando celebratum, & patrum in eo numerus.
827. B. C. nō debet nec potest irritari, nisi fortè per aliud
Concilium damnatum esset. 864. D. eius habendi Tri-
dentum aptissimum. ibid.
Trinitas non est à Patre, Filio, & Spiritu sancto di-
stincta. 214. B. Trinitatis fides ab Apostolicis temporibus,
ad nos vsque continuata. 262. D. Trinitas non rectè triū
vnitas dicitur. 287. D. Trinitatis opera indiuisa esse pro-
bantur. 423. B
Trinitas non rectè probatur ex eo quod nomen plu-
rale iungatur verbo singulari. 288. C. sed probatur effica-
cissimè alijs modis. 289. & seq. quomodo Trinitas sit, tres
res, & vna tantum. 293. B.
Trinitatem inuocandam Christus docuit, & eius in-
uocatio antiquissima. 275. A. B. ad eam explicandam qui-
bus nominibus maximè vtamur, & quas ob causas. 230.
C. D. nomen Trinitatis quomodo ex Scripturis colliga-
tur, & quid significet. 287. B. C. eius festum recens, sed
meritò celebrandum. 1623. B.
Trinitatis opus est vnum, quia vnum est principium
formale. 420. B. Trinitatis mysterium in veteri testamen-
to, cur non expressè declaratum. 290. D. Trinitatem in
Deo esse, congruentia naturales qua ostendunt. 291. A.
pro Trinitate ijs qui quaternitatem colunt anathema.
293. A. Trinitas est, tres res relatiuæ, & vna absoluta. ibid.
B. In Trinitate dicimus alium & alium, nō aliud & aliud,
in Christo dicimus aliud & aliud, non alium & alium, &
cur. 238. C
Trinitatis opera fuerunt vox in Baptismo, sed ad so-
lum Patrem designandum, & columba, sed ad designan-
dum solum Spiritum sanctum. 423. C. à tota Trinitate
est donum Spiritus sancti, & omnis illuminatio. 427. D.
Vide Deus, Pater, Filius Dei, Spiritus sanctus, Persona, Es-
sentia, & huiusmodi suis locis.
Tuba sex Angelorum in Apocaly. designat sex hære-
ses, quarum quinta est Lutherana. 693. C. D.
Turcis bellum inferre licet. 1298. bellum, quod con-
tra Turcas nostri gesserunt, semper fuit felicissimum,
nisi ob nostrorum Principum discordiam. 1302. D
Turcarum Imperium cur Deus tam longè lateque
crefcere sinat. 1669. B

V

Vau particula apud Hebræos etiam rationalis
est. 91. A
Valentinus Gentilis quis. 197. 198. eius imperij colle-
gæ. ibid. eorum impietates execrandæ. ibid. confutatur
argumentum quoddam illius ex Christi verbo, Ego &
Pater vnum sumus sumptum. 226. A. eius de Trinitate ex-
pores. 279. C. Solum Patrè, & deo esse iactabat. 306. A
Valla falsò Cælestinum Papam erroris arguit. 734. D
Vide Persona.
Vbiquistarum hæresis auctor Faber Stapulensis, de in-
de Lutherus. 335. C. D. Brentius buccinator. 337. B. C. 62.
refellit ex Scripturis. 361. pugnat cum plurimis fidei
articulis. 363. C. D. repugnat veritati Eucharistia. 369. D.
refellit patrum testimonijs. 363. argumēt. Vbiquista-
rum refelluntur. 369. & seq. discrimen, quod est inter
Vbiquitatem corporis Christi in Eucharistia, & istam
375. A. B. eam omnes scholastici damnant. 377. C. D. natu-
rali repugnat rationi. 379.
Vbiquitatem Lutherani primò defenderūt, postea re-
probarunt, & rursus. 388. B. Vbiquitatem Eucharistia non
statuit, etiam si simul in omnibus mundi partibus con-
secraretur. 379. B
Velamen sacrum erat publicum concessæ provincia
stabilimentum. 1686. B
S. Vdalrici contra calibatū epistola Lutheranos ma-
gis premit, quàm nos. 1093. B. probatur esse cōficta. C. D
narratio de piscina D. Gregorij, qua capita infantium
sunt reperta, conficta est. 1094. A. B
Veleni hæretici mendacium. 533. C. aliud eius menda-
cium & blasphemia in Christum. 532. D. eius persuasio-
nes Petrum Romæ non fuisse somnantes, diluuntur. 550.
& seq. eius impudentissimum mendacium. 555. B.
Venetorum republ. qualis. 455. C. est aristocratica.
479. C
Verbum, id est, conceptus mentis, quamuis filius in
nobis non dicatur est tamen simile generationi. 233. C. in
Deo est filius, & verus Deus. ibid. & 234. A. verbum im-
mediatè à Deo procedens, non est creatura. 250. A
Verbum, alicubi non est homo, propositio falsa est,
licet alicubi sit verbum vbi non est humanitas. 375. B.
Verbum Dei incarnatum dicitur per vnionem cum car-
ne in vna Verbi hypostasi. 342. D. Verbum Dei sunt Pro-
pheticæ & Apostolicæ libri in Conc. Tridentinum. nuper ex-
pressi. 2. A. Verbum Dei genitum habet visibilem & in-
uisibilem naturam: verbum Dei scriptum sensum exter-
num & internum. 122. C. verbum non scriptum æquare
verbo scripto, non est insignis audacia. 149. B. ex Verbo
Apostolorum non scripto cognoscimus, quod sit ver-
bum Apostolorum scriptum. 5. D. Verbum Dei est to-
talis regula fidei, quod diuiditur in scriptum, & non scri-
ptum. 186. D
Verbum Dei ministratum per Prophetas & Aposto-
los primum est fidei nostræ fundamentum & Ecclesiæ
testificatio secundarium. 144. C. nō habet vim qua scri-
ptum, sed quia à Deo profectum. 148. A. Verbo scripto
æquare non scriptum non est audacia. 149. C. sine verbo
Dei non scripto nulla in nobis erit fides. 155. A. extra
verbum Dei scriptum Ecclesia multa docet. 954. D.
Verbi indumentum humanitas dici potest propter si-
militudinem, quæ est inter vestes & humanitatem Chri-
sti. 351. B
Veritas omnis est consona scripturae, quamuis ex scri-
ptura probari non possit. 161. C
Verum euidenter, & credibile euidenter, quomodo
differunt. 969. D
Vespasianus non fecit verè miraculum. 1011. D
Victor Africanus ob Paschatis celebrationem excom-
municans prudenter fecit. 590. D. notatus olim ab hære-
ticis infamia, ab Eusebio desensus est. 727. B
Vidua quæ luxuriat in Christo nubere voluit, illa
sunt quæ post datam Christo fidem de continentia nu-
ptiariū. 994. D. si nuper sint adulterijs peiores. 1236.
D. Vide Continentia & votum.
Viennense Concilium Generale 15. quando cele-
bratum. 827. A
Vigilantijs errores, quos Lutherani & Calvinistæ se-
quantur.

quuntur. 92. B. C. is auctor erroris Græcorum de Sacerdotum connubijs. 1077. A. Vigilantius contra reliquiarum venerationem scripsit. 1489. C.
 Vigilia Sanctorum quàm antiquæ, & ieiunia in eis cur indicta. 1625. A.
 Vigilijs Papa vel potius antipapa viuentis Syluatio simulauit hæresim. 737. B. sed postquam mortuo Syluatio legitimus Pontifex esse cepit, nullus error neque simulatio in eo inuenta est. ibid.
 Vindicta quæ & quatenus Christianis prohibetur. 1292. B. ea quæ exercet publicæ potestates, est Dei. 1295. B.
 Virgines tempore Apostolorum virginitatem professæ. 1199. & pueri. ibid. v. latæ olim incedebant non seculares. 1229. A.
 Virginitas coniugio præstat. 1136. C. hanc maior amor, maius onus imposuit. 1135. C. est supra naturam. 1142. D. est maius bonum, & apud Deum magis meritorium, quàm castitas coniugalis vel idualis. 1146. A. est in consilio non in præcepto. ibid. 3. est approbatus Dei cultus & Christi hostia. 1170. D. est status perfectissimus. 1203. D. virtus est perfecta & heroica. 1225. A.
 Virginitatem proflæ scortationis peccatum nuptiarum nomine velant. 231. B. virginum duo genera, alij professi virginitatem, quibus nunquam licet conuerti ad nuptias; alij cæbes viuentes, sed occultè scortantes, quibus nuptiæ pronuntur. 1233. C. virginitas excellit coniugio: virgo tamen coniugato inferior esse potest. 1257. B.
 Virtutis medium non in re, sed in ratione consistit. 1271. B. virtutes quædam quomodo generales, & speciales esse possunt. 1456. D.
 Vnctio Sacerdotalis in Ecclesia, quàm antiqua. 656. A.
 Vide Chrisma, vnctionis extremæ effectus tres. ibid. B.
 Vnctio non tribuit veram diuinitatem, sed quandam participationem creatam. 216. C.
 Vnctio Christi, qua ipse omnibus donis Spiritus S. est ornatus ab instanti suæ conceptionis facta est. 382. A.
 Vnctio Christi visibiliter in Baptismo facta est, quæ inuitabiliter in conceptiore facta fuerat. ibid. B.
 Vnio hypostatica facta est cum natura humana non habens propriam substantiam assumpta est à Verbo, ad ipsam Verbi substantiam. 352. D.
 Vniti tribus modis aliqua possunt, essentialiter, accidentaliter & substantialiter, & quomodo hæ tres vniones fiant. 353. A.
 Vnionis hypostaticæ similitudines, sed imperfectæ. ibid. B.
 Vnionem hypostaticam consistere in communicatione substantiæ verbi, non in communicatione attributorum deitatis probatur. 354. C. absurda quæ consequuntur si credamus vnionem hypostaticam factam per communicationem proprietatum. 355. Vnio hypostatica quomodo dici non possit. Vnio Verbi cum Petro, etiam si Verbum Petro vnitum sit. 357. C. D.
 Vnionem hypostaticam consequuntur multa dona infusa humanitati Christi. 358. b. & communicatio idiomatum, quæ non est realis ratione naturarum, nec planè verbalis, sed realis respectu hypostasis vtriusque naturæ. ibid. C. vnio inseparabilis & indistans non requirit, vt

vnium sit vbicunque est aliud, sed tantum vt alicubi simul sint. 375. A.
 Votum quid apud Latinos significet, & quo nomine apud Græcos Hebræosque dicatur. 1168. A. est religiosa promissio alicuius boni excellentioris Deo facta, libera voluntate. ibid. B. quinque rerum genera ei nõ subiciuntur. 1. peccata. 2. indifferentia. 3. impossibilia. 4. necessaria. 5. maius bonum impediencia. ibid. D. fiunt sanctis vt sancti sunt, & obligant more legis. 1169. A. ex voto quicquid fit, etiam si præceptum non sit, esse Dei cultum demonstratur. ibid. D. & seq.
 Vota non solum ad Iudæos, sed ad Christianos etiam pertinere demonstrantur. 1172. Vota semper in Ecclesia fuerunt. ibid. Voti nomen in nouo testamento licet non habeatur, res tamen habetur. 1169. B. C. Vota sunt spontanea, & filios non obligant à parentibus facta. 1178. A.
 Vota cur fiunt de rebus liberis, non autem de præceptis. ibid. C. D. de Voto paupertatis. 1179. & seq. de Voto obedientiæ. 1183. D. & seq. de Voto continentiæ. 1187. & sequentibus fusissimè. Ex voto melius esse aliquid facere, quàm sine voto demonstratur. 1205. B. C. quod fit ex voto, liberè fit. 1206. D. quomodo melius sit ex voto aliquid etiam inuitè facere, quàm sine voto. ibid. & seq. A. post Votum virginitatis emissum non nubere traditio Apostolica. 1207. ex Voto aliquid factum, semper eo præstat, quod sine voto factum est. 1208. B. C. post Votum solenne & simplex peius est nubere, quàm fornicari. 1214. A. Vota fieri posse Sanctis, ex Patribus antiquis probatur. 1599. A.
 Vota quæ fiunt mortalibus hominibus materialiter illis fiunt, sed formaliter Deo. ibid. C. D. quæ fiunt Sanctis verè ipsis fiunt, non tamen sicut Deo. ibid.
 Votum generale nomen est ad vota quæ fiunt Sanctis & Deo. 1600. A.
 Urbanus I. non instituit confirmationem, vt Magdebur. somniant. 728. A.
 Vrim & Thumin in rationali Pontificis verè significant doctrinam & veritatem contra Rabbinos. 718. A.
 Vrsura prohibita in nouo Testamento, sed non explicite. 1174. C.
 Vviganus hæreticus Arianis nouis respondens turpiter errare demonstratur, eò quod essentiam gignere essentiam doceat. 292. A. B. is quot quantosque errores Georgij Maioris redarguat. 998. C.
 Vvormaciense Concilium reprobatum quadam ex parte. 883. B.
 Vxor non potest ingredi Religionem inuito marito: nec seruus inuito domino, quia non habent sui corporis potestatem. 1243. A. Vide Coniuges.
 X
 Xenaias Persa auctor Iconomachorū, quem sequitur Caluinus. 993. D. quis fuerit, & quo tempore. 1507. D.
 Xuprotia tria significat, eligere per suffragia, decernere quocunque modo id fiat, & ordinare per manuū impositionem. 1047. C.
 Z
 Zephyrinus Pontif. Montani doctrinam nunquam approbavit, licet persuasus sit eius doctrinam à Roma. Eccles. non dissentire. 727. B. C.

*Laus Vni Trinque Deo, Ma-
 trique Sacrate.*